



UNIV. OF  
TORONTO  
LIBRARY











ANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG

# BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE TERTIVM RECOGNITA ET PLVRIMIS LOCIS AVCTA

*EDITIO QVARTA*

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG

ACCEDVNT

B. I. A. FABRICII ET CHRISTOPH. AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

---

*VOLV MEN TERTIVM*

---

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCLXXXIII

LIPSIÆ, EX OFFICINA BREITKOPFIA.

NO. 1111 ALBERTI TAVRILII  
PHYSICUS ET CHIRURGUS

# BIBLIOTHECA GRAECA

REVE MOTIVIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

EVANGELIUM

MONUMENTA INTEGRALIA ET FRAGMENTA REPERTA

IN MUSEO BIBLIOTHECAE CAESARIS

IN ACADEMIA PONTIFICIA APOSTOLICA

EDITIONE QUINTA

VARIORVM CVRIS EMENDATIONE AUCTORE

CYRILLO

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. PAV. ET S. P. APOST. SACR. PAL. BIBLIOTHECAE

ACCURANTE

H. I. FABRICII ET CHRISTOPHI AUGUSTI HEYMANNI

SUPPLEMENTA INEDITA

~~1794~~

VOLUMEN TERTIVM

HAMBVRGI

AVD CAROLOM ERNESTVM BORN

A. M. D. C. C. X. L. I.

APRILIS EX OFFICINA BERNHARDI





AVGVSTISSIMO ET POTENTISSIMO

REGI ET DOMINO

D O M I N O

FRIDERICO WILHELMO II

REGI BORVSSIAE

MARGGRAVIO BRANDENBVRGICO SACRI ROMANI IMPERII  
ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI ELECTORI SVPREMO SILESIAE DVCI  
PRINCIPI SVPREMO ARAVSIONENSI NOVI CASTRI ET VALENGIAE  
NEC NON COMITATVS GLACENSIS GELDRIAE MAGDEBVRGI CLIVIAE  
IVLIACI MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBIORVM VANDA-  
LORVM ET MEGAPOLIS NEC NON CROSNAE DVCI BVRGGRAVIO NO-  
RIMBERGENSI VTRIVSQVE PRINCIPATVS PRINCIPI HALBERSTADII  
MINDAE CAMINI VANDALIAE SVRINI RACEBVRGI FRISIAE ORIEN-  
TALIS ET MVRSII COMITI HOHENZOLLERAE RVPINI MARCAE RA-  
VENSBERGI HOHENSTEINI TECKLENBVRGI LINGAE SVRINI BVRAE  
ET LEERDAMI DOMINO RAVENSTEINII ROSTOCHII STARGAR-  
DIAE LAVENBVRGI BVTOVIAE ARLAYI BREDAE

REL. REL. REL

REGI ET DOMINO SVO LONGE INDVLGENTISSIMO

HEROI ET VICTORI FELICI ET SPLENDIDISSIMO

TERRARVM PACIFICATORI BENEFICENTISSIMO

PATRI PATRIAE LENISSIMO

HOC VOLVMEN BIBLIOTHECAE GRAECAE

S A C R V M E S S E I V B E T

THEOPHILVS CHRISTOPH. HARLES

CVLMBACO - FRANCVS

AVGVSTISSIMO ET TOTENTISSIMO

REGI ET DOMINO

D. O. M. I. N. O.

FRIEDRICO WILHELMO III

REGI BORVSSIAE

MAGNANO BRANDBVROO SACRO ROMANO IMPERIO  
ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPALIS ELECTORIS SVEVICI  
PRINCIPALIS ARCHIEPISCOPI NOVI CAROLI ET VALENTINAE  
VICI COMITATVS ELECTORIS GIBBERNINENSIS  
VICI MONTVM TERTII ROMANAE CAESARIS VENTVM  
DORVM ET MEDIOVIS NUC NON CROVIAE DVCIS BRVNNIVM  
PRINCIPALIS VIKINGOMAE PRINCIPALIS PRINCIPALIS  
VICI CAMINI VANDALIAE SVBIVM FACIVMOTI PRINCIPALIS  
VICI MARI COMITI HONORABILIS VICI MARI  
VICI HONORABILIS DECELLIVM VICI MARI  
ET DEBAMI VICI RAVANSTINI VICI MARI  
VICI LAVIVM VICI MARI VICI MARI

well all are

REGI ET DOMINO SVO LONGE INVOLVNTISSIMO

NEOMITE VICTORI FELICI ET SPLENDIDISSIMO

TERAVM VICI MARI VICI MARI VICI MARI

PATRI PATRIAE FENISSIMO

BOO VOLVMIEN DEBIVMVICAE GRAECAE

G A C E V M D E S E I V B E T

THEOPHILUS CHRISTOPHUS HANDEL

VIENNAE - 1740

**I**nter tot tamque splendoras, quibus caput **TVVM AVGVSTIS-**  
**SIMVM** circumcinctum est, laureas, inter tot tropaea, quae  
virtus **TVA** posuit, et inter tam insignes, quas, **TE** auspice et  
duce, exercitus **TVVS**, cuius vel nomen hostibus a multis an-  
nis incutere solet terrorem, reportavit victorias, permittas velim,

**R E X   A V G V S T I S S I M E**

vt purpuram **TVAM** adorem, **TVO**que **NOMINI REGIO**, quod  
tot millia civium, imperio **TVO** subiectorum, mecum pie veneran-  
tur, hoc volumen ad testificandam **TIBI** meam animi submissio-  
nem religiose deuoteque inscribam. Equidem, quid audeam, et  
perpetrem, ipse facile sentio: at, quum omnibus cognitum sit at-  
que exploratum, **TE, DOMINE!** ad benefaciendum non fa-  
ctum, sed natum, et erga ciues **TVOS** lenissimum esse; equi-  
dem blandam concipio spem, fore, vt meae, si qua est, temeri-  
tati, aut potius incredibili pioque, meae mentis deuotae **TIBI**  
declarandae, ardori clementissime ignoscas.

Ego vero Deum precor, vt TE, DOMINE! inter stre-  
pituſ armorum et inter tot tela hostium, capiti TVO periculosa,  
sartum tectumque conseruet, cum LIBERIS TVIS REGIIS, vir-  
tutum TVARVM TVORVMQVE maiorum aemulis, vt TV  
patriae et vniuersae Germaniae orbique, hostibus deuictis, stabi-  
lem firmamque reddas pacem, et quam diutissime rebus adhuc fe-  
lix faustusque intersis humanis. TVAE vero tutelae fideique me  
meosque vt commendatos habeas, supplex et cum summa animi  
submissione oro TE rogoque. Sum

NOMINIS TVI AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI

CLIENS DEVOTVS

THEOPHILVS CHRISTOPHOR. HARLES

GVLMBACO - FRANCVS

---

## P R A E F A T I O

---

**Q**uoniam in vtraque praefatione, duobus prioribus voluminibus praemissa, de instituto et consilio meo me iam satis disputasse arbitror: in praesenti **TE, LECTOR BENEVOLE!** haud diu morabor. Id tantum, nonnullorum hominum, etiam haud invidorum, causa repetam necesse est, me nec novum plane opus molitum esse, nec adeo multis insertis parentheses signis molestiam, quae quibusdam visa est, creasse lectoribus. Cavi etiam, ne sensus turbaretur longioribus supplementis, nec aliena immiscerentur. Hinc multa, quae dicenda et addenda viderentur, conieci in notas aut epimetra. Nam librum aut romanensem aut philosophicum haud composui, in quo vel ad delectationem animi vel ad doctrinam et ordinem demonstrationis perpetua, nec notis amplioribus interrupta, oratio est necessaria. Atqui, si ea, quae a me aut ab aliis addita fuerunt, ab oratione Fabriciana signis quibusdam non segregassem: credo, non defuturos fuisse, qui me vel arrogantiae incusarent, vel pari modo culparent in hoc opere, quod a quibusdam in nova Fabricianae bibliothecae Latinae editione, nullo discrimine eorum, quae a Fabricio scripta, et quae ab Ernestio mutata aut adiecta fuissent, facto, notatum esse scio. Neque omnem rerum atque capitum ordinem plane immutare licuit mihi, **FABRICIANAM** bibliothecam locupletanti. At tamen in hoc volumine ordinem multorum capitum ut defererem, capita, in quibus de philosophis eorumque scholis et adseclis, tum de versionibus et de libris apocryphis **V. T.** graecis agitur, artius coniungendo, necessarium, saltem commodius visum est. Eandem ob causam ca-

pita de astrologis et mathematicis, de quibus Fabricius in tomo II. veteris editionis differuit, haud seiungam. Cur vero capiti de astrologis antiquissimis ea, in quibus vita scriptaque Lycophronis, Theocriti et Callimachi recensentur, praemitterem, hae potissimum fuerunt causae. Primum spes mihi facta erat, fore, vt alius quidam vir doctus, in hoc litterarum genere versatus, curam veterum mathematicorum suscipiat; tum quia, spe illa abscissa, MONTVCLAE historiam mathem. diu frustra quae sitam, quam tamen mihi opportunam et vero necessariam fore arbitrabar, nuper demum, opitulante cl. Breitkopffio, a cl. M. EICHLERO, (cuius liberalitatem atque humanitatem gratus agnosco et laudo,) communicatam accepi.

Celebranda quoque est opera, qua me viri docti iuuerunt, nec sua laude defraudandi sunt ii, quorum humanitati atque eruditioni multa me debere lubens meritoque profiteor. Summe Venerabilis IACOBVS LINDBLOM, episcopus Lincopiensis in Suecia, aestate superioris anni media, mihi sponte misit annotationes, haud quidem numerosas, at doctas, quas ERICVS BENZELIUS, episcopus quondam itidem Lincopiensis, cuius nomen adhuc est in summa auctoritate, exemplari suo B. Gr. Fabricianae adleuerat. Quam raram viri summe venerabilis humanitatem ac liberalitatem vt religiose veneror et palam praedico; ita, vt alii imitentur, in votis habeo. Nonnullas illarum, quae ad locupletandum hoc volumen conducerent, calci subieci; nonnullas illis plagulis, quas nondum ad typographum miseram, adtexui. Caput de XENOPHONTE b. ZEUNIVS, Professor quondam Wittebergensis, atque de plurimis Xenophontis libellis egregie meritis, adhuc paullo ante obitum suis ornat supplementis; vti illa, quae de LXX reliquisque graecis V. T. interpretibus et de libris apocryphis addita sunt, b. SCHARFENBERGIUS, doctor quondam Lipsiensis, studiose collegit et digesserat. Quoniam vero vterque iam aliquot abhinc annis vita decessit; ego post Zeunium, et cel. PFEIFFERVS, nostras atque collega mihi amicissimus, post Scharfenbergium spicilegia collegimus. STURZIUS V. C. et Professor Gera-

nus,

nus, indicem scriptorum, a Platone et Aristotele laudatorum, mihi, quod cum  
 significatione grati animi profiteor, sponte suppeditauit. Cel. ACKERMANN, qui  
 in superiore volumine caput de Hippocrate eximie omnibusque plaudentibus cla-  
 borarat, de Theophrasti arte medica iisque scriptis, quae ad historiam natura-  
 lem pertinent, more suo, hoc est, doctè atque intelligenter disputauit. Reli-  
 quas illius capituli sectiones ego recensui. Cel. autem IAEGERVVS, vniuersitatis  
 litterarum Altdorfsinae decus, caput de Callimacho gratis ornauit et auxit sup-  
 plementis. Ad historiam Platonis atque Aristotelis litterariam vberius et diligen-  
 tius exponendam, recentiores operum, quae philosophi illi reliquerunt, et nos  
 ad nostram vsque aetatem seruata habemus, editores, multa contulerunt. Mul-  
 ta illos debuisse Fabricio, nec pauca a me fuisse iam antea congesta, nemo, in hoc  
 litterarum genere versatus, mirabitur. Editor igitur Platoniorum operum Bi-  
 pontinus singulis tomis notitiam praefixit litterariam et multa collegit. Cel. au-  
 tem FISCHERVS, Professor Lipsiensis, in praefatione ad nouissimam dialogo-  
 rum quorundam Platoniorum editionem de codicibus atque editionibus copio-  
 se doctèque egit. Quae igitur a viris illis doctis congesta fuerunt, eorum, quae  
 mihi ad manus non essent, aut nondum conquisita, plurima, (namque omnia  
 repetere, molestum ingratumque fore putabam,) digessi, in vsum meum aut  
 potius publicum conuerti, atque, lima interdum adhibita, suo intexui loco, et  
 tamen insigniter auxi. Ad caput de Aristotele necessariis obseruationibus et ad-  
 ditamentis illustrandum, mihi admodum fructuosa fuit diligentia cel. BVHLII,  
 Professoris Gottingensis. Ille enim tomo primo operum Aristotelicorum vbe-  
 riores et eximias de vita scriptisque philosophi, de codd. msstis, editionibus at-  
 que interpretibus tam graecis, quam arabicis et latinis praemisit commentatio-  
 nes: quibus ad amplificandam nostram bibliothecam ita vsus sum, vt, quae in  
 hac antea deessent, eaque multa fuerunt, et quae scitu necessaria viderentur,  
 suo quacuis loco adnotarem, aut paucis verbis indicarem. Et tamen, amplissi-  
 ma licet illa messe, contigit, vt, praesertim in indice editionum, haud exiguum  
 mihi relinqueretur spicilegium. Id vero nolim arroganter dixisse. Nam tanta,

qua fere premimur, librorum, editionum, ac versionum copia, facile fieri solet, ut vna alteraque editio manibus aut memoria elabatur, aut plane incognita sit. Quis enim reperitur, qui iure quodam gloriari possit, se omnes, qui ad vnum litterarum genus pertinent, libros vidisse aut plenam illorum notitiam comparasse sibi; tantum abest, ut audeat pronuntiare, se omnes illos legisse, aut, quae legit, memoria tenere? Quapropter ego eo minus dubito fateri, a me quoque plura, quae meam vel industriam in conquirendis subsidiis, vel notitiam effugerunt, vel in tempore non venerunt in manus et memoriam, esse praetermissa. Insuper haud paucorum vltimae antiquitatis hominum, rerum et monumentorum notitia et scientia partim exigua, partim adhuc obscura est, et plurimum virorum sedulorum reique peritorum industriam, curam atque inuestigationem, partim maiorem postulat lucem communeque studium. Atque cel. HEYNIUS in censura voluminis II. B. Gr. in ephemerid. litterariis Gottingensibus ann. 1792. plag. 19. pag. 179. (tanti vero viri iudicium et auctoritas ad meam excusationem non minus valebunt, quam ad seueritatem aliorum, qui cum illo quidem haud comparandi sibi tamen vnice placent, et in carpendis aliis gloriosam ingenioli sui quamdam quaerunt, mitigandam,) Heynius igitur iam bene obseruauit, desiderari adhuc catalogum omnium historicorum, qui ante Herodotum et post illius aetatem innotuerunt, intelligenter contextum: deesse adhuc historiam poetarum et epicorum, qui post Homerum vixerunt, et iambicorum, et lyricorum, atque dramatis antiquissimi plenam et accuratam. Quae quidem singula singularem requirunt inquisitionem, multumque temporis atque diligentiam haud vulgarem. Ut autem vel omnium, quod vero vnius hominis aetatem et vires superabit, vel vnius partis tantum historiam ab origine rite deducturus, fontes ipsos adire possit, linguaeque et antiquitatis graecae scientia sit bene imbutus, non est, quod praecipiam. Tum in historia philosophiae et philosophorum critica, in explicandis veterum placitis, in examinandis et corrigendis recentiorum erroribus quid post Stanleii, Bruckeri aliorumque operam, sane laude dignam, sit emendandum et adhuc praestandum, eruditos homines haud praeterit.

Nondum




Nondum habemus veram omnibusque numeris absolutam linguae graecae historiam. Quare, credo, inique mecum is aget, qui forsitan, quod non vbius omnium expectationi aut desiderio responderim, me acrius vituperet. De philosophis quidem eorumque dogmatibus interdum iudicaui et ab aliorum discessissententiis: at vberiore placitorum expositionem et acrius illorum examen, ab instituto nostro alienum, aliorum diligentiae reliqui, materiam tantummodo, cuius auxilio splendidius aliquando exurgat opus, potissimum colligendam effe ratus. Sed de labore meo et, quibus hoc volumen ditatum est, accessionibus, penes lectorem aequum atque peritum sit iudicium. Id tamen adnotandum est, me omisisse quaedam, quae alibi formulis typographicis iam descripta sunt, n. ALBINI PLATONICI introductionem in Platonis dialogos, et specimen Hexaplorum, caput I. Geneseos hebraeis graecisque litteris dupliciter descriptum, cum versione graeca quadruplici. Atque in sequenti volumine, quod, si deus vitam viresque concesserit, reliquam voluminis secundi et magnam voluminis tertii veteris editionis partem complectetur, plura, quae Fabricius ingesserat, monentibus viris doctissimis, excludam. Suafu autem virorum prudentium, reique ipsius consideratione motus, consilium nimiae et sterilis breuitatis, quod propter quorundam metum, ne nimis cresceret operis moles, olim ceperam et in praefatione ad volumen secundum paullo fufius declararam, abieci; at tamen studui, quantum fieri poterat, breuitati.

In calce huius voluminis adieci supplementa, quae Fabricius ad capita de Xenophonte et de Alexandro M. orae exemplaris sui adscripserat, et quae, postquam illa capita formulis iam fuerunt descripta typographicis, demum acceperam. Atque ad Xenophontem multo vberiora, quam ad reliquos, dedi spicilegia.

Ceterum repetenda est gratiarum actio, quam debeo celeberrimis BECKIO, qui more suo doctas etiam eruditasque hinc inde inferuit adnotationes, et KEI-

LIO, amicis suauissimis, quod summam curam ac diligentiam in tollendis operarum peccatis posuerunt. Eamdem mentem gratam profiteor cæl. KÜNOELIO, Professori Lipsiensi. Nam postquam ven. KEELIVS Wittebergam euocatus novisque laboribus implicitus, operis amplius præesse non potuit, (tamen, quae de re gratulor Vniuersitati litterarum Lipsicae, Mori, interea fatis praematuris intercepti, successor in ordine Theologorum ven. est designatus,) doctissimus mihi que amicissimus KÜNOELIVS, qui eruditionem et peritiam graecarum litterarum haud vulgarem iam pluribus demonstravit libris, in societatem venit ad plagulas a mendis typographicis, quantum fieri potest, liberandas. Diligentiam igitur, curam et sollertiam virorum illorum acutissimorum mecum, L. B. laudabis, quod illi quantum cognoui, sedulo cauerunt, quo minus hoc volumen vitis typographicis inquinaretur. Quae vero mea culpa aut per infirmitatem humanam commissa sunt peccata, TE, L. B. vt ea mihi ignoscas, et, si lubet, aequo placidoque animo indices, mihi que faueas, oro rogoque etiam atque etiam. Vale. Scr. Erlangae d. xxiiii. April. c1818ccclxxxiiii.




H. A. FABRICII PRAEFATIO VOL. II<sup>do</sup> VETERIS EDITIONIS  
PRAEFIXA.]

AD LECTOREM.

**E**n Tibi, Lector Benevole, Historiam Graecorum Scriptorum, eorum cum-primis, qui exstant, a me deductam usque ad tempora geniti sospitatoris nostri Iesu Christi. Eodem filo, quo coepi superioribus libris, telam hanc continuasse me, nec minore studio usum in hoc esse reperies, quod pro aequitate tua non, spero, improbabis. Saltem venam aperuisse me confido ad pleniorum et accuratiorum notitiam auctorum eius linguae, qua res diuinas et humanas, omnium gentium antiquam memoriam, et disciplinarum ac sapientiae omne genus traditum accepimus. Erunt forte, ut sunt varia hominum ingenia, qui videbuntur sibi Scipiones, si odio habebunt nimium diligentem, volentque multa me omisisse, quae ut minuta vel nullius momenti ipsi aspernantur. His me excusatum velim, licet non solis illis scripsi, magis etiam reueritus iudicia caeterorum, qui praetermissa mihi vel perperam posita imputabunt. Verum in hoc scribendi genere nemini contigit ita omne ferre punctum, ut nec liturae nec supplemento locum faceret. Nam quod in Apollonio Rhodio reprehensum est a Criticis ἀδιάπτωτον, (ἀπτωτος ὁ Ἀπολλώνιος, Longin. II. sect. 33.) vel quod reprehendit in oratore sui temporis PLINIUS IX. 26. epist. nihil peccat, nisi quod nihil peccat; in huiusmodi scriptione numquam ut carperet liuor reperire potuit, neque in praesenti, ut pulcre scio, est inuenturus.

*Volueram tertio hoc libro referre etiam Geographos, sed postea constitui eos subiungere horum principi Straboni, cuius insignem ac praecuram editionem iam debere coepimus praestantissimo et doctissimo Almelouenio: de Strabone autem, qui sub Tiberio scripsit, locus erit dicendi libro IV, quem ne cum hoc ipso prodiret, modus voluminis prohibuit. Sequetur idem, ut spero, breui, tum, Deo ter Opt. Max. valetudinem supeditante quintus quoque ac sextus, in quo postremo differo de Megasthene, Berofo ac reliquis, quorum nomine Aunius commenta sua proscripsit. Hoc monere visum, ne mirareris praeteritos illos hoc libro a me, ad quem referre eos aetas sua, qua vixere, videbatur.*

*Quae singula sum in praesenti volumine persequutus, malo te, ipso inspecto, videre, vel si paucis defungi placet, ex indice intelligere capitum, quem hoc loco infra subieci.*



---

# I N D E X   C A P I T V M

---

## LIBRI TERTII

### CAPVT I. (olim IV).

*De* XENOPHONTE, Atheniensi, eiusque scriptis editis ac deperditis et vulgatorum editionibus atque interpretibus. Cum supplementis I. C. ZEVNII et G. C. HARLES. pag. 1

### CAPVT II (olim VIII)

*De* scriptis ALEXANDRI M. REGIS MACEDONVM et catalogo scriptorum, qui res gestas huius Alexandri tradidere, tum de variis ALEXANDRIS, qui graece scripserunt. Cum supplementis G. C. HARLES. pag. 25

### CAPVT III (olim I)

*De* PLATONE et eius scriptis editis perditisque et eorum, quae exstant, editionibus atque interpretibus. Alii PLATONES. Scripta varia de Platone et platonica philosophia per classes digesta ac recensita. Cum supplementis G. C. HARLES. pag. 57

STVRZII index scriptorum, in operibus Platonis laudatorum. pag. 112

### CAPVT IV (olim III)

*Notitia* PLATONICORVM et ACADEMICORVM philosophorum, et PLATONICARVM, digesta ordine alphabeti, cum variis observationibus FABRICII et HARLES. pag. 159

CAPVT

## CAPVT V (olim VI)

- De* ARISTOTELE eiusque scriptis editis et eorum editionibus atque interpretibus antiquis ac recentibus. Scripta varia de Aristotele et aristotelica philosophia per classes digesta ac recensita. Cum auctario G. C. HARLES. pag. 195
- Inter alia exhibentur variae lectiones codicis antiqui Lipsiensis de Xenophane, Zenone ac Gorgia.* pag. 248
- STVRZII *index scriptorum etc. ab Aristotele laudatorum.* pag. 284
- EVSEBII RENAVDOTI *de barbaricis Aristotelis librorum versionibus disquisitione.* pag. 294

## CAPVT VI (olim VII)

- Scriptorum ARISTOTELIS deperditorum catalogus, digestus secundum ordinem litterarum, cum variis obseruationibus.* pag. 388

## CAPVT VII (olim IX)

- De* THEOPHRASTO ERESIO eiusque scriptis editis et deperditis, de vulgatarum editionibus atque interpretibus; singulatim de Prisciano Lydo. Studio I. CHR. GOTTL. ACKERMANNI et G. C. HARLES. pag. 408
- SIEBENKEESII *supplem. de codd. romanis.* pag. 457

## CAPVT VIII (olim XI)

- Catalogus philosophorum PERIPATETICORVM, ordine litterarum digestus, cum variis obseruationibus. Cum auctario G. C. HARLES.* pag. 458
- In his ANATOLII inedita quaedam.* pag. 462
- Index scriptorum, in operibus BOETHII vniuersis laudatorum.* pag. 473

## CAPVT IX (olim XIII)

- Catalogus philosophorum CYNICORVM, digestus ordine litterarum, cum variis obseruationibus. Cum auctario G. C. HARLES.* pag. 511

## CAPVT X (olim XV)

*Catalogus philosophorum STOICORVM, digestus ordine alphabeti, cum variis obseruatt. et auctario* G. C. HARLES.

pag. 526

## CAPVT XI (olim XXIII)

*De EPICVRO et eius scriptis. Catalogus EPICVREORVM et CYRENAICORVM, quibus accessere Mnesistratii. De PYRRHONE et SCEPTICIS, quorum itidem, nec non MEGARICORVM, siue DIALECTICORVM catalogus subiicitur. De EVDAEMONICIS, ELPISTICIS et aliis huiusmodi sectis minoribus. De ECLECTICA philosophia. Cum supplementis* G. C. HARLES.

pag. 582

## CAPVT XII (olim X)

*De Harmonicis ARISTOXENI, scriptisque eius deperditis. Tum de scriptis musicis ARISTIDIS, QVINCTILIANI, BACCHII, DIONYSII, ALEPPII, GAUDENTII et MANVELIS BRYENNII. Catalogus scriptorum de Musica et Musicis, quae vel perierunt, vel MSS. delitescunt in variis bibliothecis. Cum supplementis* G. C. HARLES.

pag. 632

## CAPVT XIII (olim XII)

*De historia LXX interpretum, quae ambulat sub nomine ARISTEAE. De versione ipsa LXX senum, et aliis graecis librorum veteris instrumenti interpretibus, AQVILA, SYMMACHO, THEODOTIONE, de versione quinta, sexta etc. De Hexaplis, Octaplis, tetraplis Origenis, de eiusdem asteriscis et obeliscis, quibus editionem LXX. interpretum in hexaplis dispunxit. De editionibus LVCIANI, HESYCHII, EVSEBII; latina HIERONYMI de graeco, et graeca versione Hieronymianae de hebraeo translationis. Cum supplementis* I. G. SCHARFENBERGII et AVG. FRID. PFEIFFERI.

pag. 658

## CAPVT XIV (olim XXVIII)

*De IESV SIRACHIDE et aliis scriptoribus sacris, qui non fuere in canone Hebraeorum, primorumque Christianorum. De librorum illorum interpretibus. De Psalmo CLI. Psalterio Salomonis aliisque pseudepigraphis propheti-*

Vol. III.

C

eis,

*cit. de quibus singularis liber promittitur, codici apocrypho N. T. respon-*  
*surus. Cum eorundem supplementis.* pag. 718

## CAPVT XV (olim XVI)

*De LYCOPHRONE, Chalcidensē, eiusque Alexandrae editionibus atque interpre-*  
*tibus. De scriptis LYCOPHRONIS aēperditis, et index scriptorum, in com-*  
*mentariis Tsetzæ citatorum. Cum auctario G. C. HARLES.* pag. 750


## CAPVT XVI (olim XVII)

*De THEOCRITO et graecis in eum scholiis; de BIONIS, Smyrnaei, MOSCHI,*  
*Syracusii, SIMMIAE et DOSIADAE, Rhodiorum, scriptis editis ac deper-*  
*ditis, de scholiis MANVELIS HOLOBOLI, rhetoris, qui temporibus Mi-*  
*chaelis Palaeologi et Andronici, filii, vixit; de inscriptionibus HERODIS ac*  
*REGILLAE etc. Index scriptorum in scholiis ad Theocritum citatorum.*  
*Cum supplementis G. C. HARLES.* pag. 764

## CAPVT XVII (olim XVIII)

*De CALLIMACHO eiusque scriptis et in eum scholiis editis ac deperditis, tum*  
*eorum, quae exstant, CALLIMACHI poematum editionibus atque interpre-*  
*tibus. Indiculus scriptorum, in scholiis graecis ad Callimachum laudatorum.*  
*Cum supplementis W. IAEGERI et G. C. HARLES.* pag. 814

I. A. FABRICII *Supplementa mssta ad capp. de Xenophonte et Alexandro M.* pag. 833





# BIBLIOTHECAE GRAECAE

## LIBER III

### DE SCRIPTORIBVS

QVI CLARVERVNT A PLATONE ET XENOPHONTE  
VSQVE AD TEMPORA NATI CHRISTI SERVATORIS NOSTRI.

Vol. II. p. 70

## CAPVT I

### DE XENOPHONTE ATHENIENSI.

I. De Xenophontis vita atque aetate. II. Scriptorum eius editorum notitia cum variis obseruationibus. III. Supposita illi scripta. Scripta item deperdita, et interpretes eius deperditi. IV. Editiones.

[Cum supplementis Io. Caroli Zeunii, Professoris quondam Wittenbergensis, et G. C. Harles.]

**X**ENOPHON Grylli <sup>a)</sup> F. Erchicus ex tribu Aegeide, Atheniensis, natus est Olymp. LXXXII <sup>b)</sup>. Adultior factus Socrati se in dilciplinam dedit; postea insinuauit in amicitiam

a) Menagius p. 164. ad Laertium inter plures Xenophontes, ab hoc diuersos, (quibus addendus Xenophon, Solensis, a cane adamiatus, teste Aeliano lib. I. cap. 6. de animalibus, et Xenophon, Siculus, ineptus Sophista, de quo Philostratus pag. 511.) refert ex Chronico Aléx. siue Paschali p. 168. Xenophontem, Orzylai F. sed pro Orzylai legendum Grylli, vt Menagius ipse pulcre obseruat, p. 100. b. Fabric. Xenophon, Corinthius, apud Athen. XIII. p. 573. Xenophontis, Ephesii, meminit Politian. Misc. cap. 51. Lips. ad Tacit. p. 326. Reines. Inscript. nr. XII, 103. edit. a Cocchio. 1726. Heumann.

b) Haec est sententia vulgo recepta et probata, quae quidem non diserto scriptoris testimonio nititur, sed colligitur ex eo, quod Stesicles apud Laertium II. 56. tradit, Xenophontem anno Olymp. CV. primo mortuum esse, atque eundem nonaginta annos amplius vixisse, Lucianus de Lon-

Vol. III.

gaeus adfirmat. Quodsi horum auctoritatem probaueris, efficitur primo, vt ille circiter anno Olymp. LXXXII. tertio natus sit: deinde vt, quum pugna ad Delium anno Olymp. LXXXIX. primo committeretur, cui ipsum interfuisse Laertius II. 22. et Strabo lib. IX. p. 618. confirmant, annorum sex et viginti fuerit: denique circiter quinquaginta annos natus expeditioni Cyri interfuerit aduersus Artaxerxem regem, quae cadit in annum Olymp. XCIV. quartum. Verum Stesicles auctoritatem vanam reddere videntur duo: primum, quod Xenophon Hist. Gr. VI. 4. extr. adhuc Alexandri, Pheraeorum tyranni, necem commemorat, quae, si Diodorum Sic. XVI. 14. audis, demum anno Olymp. CV. quarto facta est; ergo, si fidem Diodori probas, tribus aut quatuor annis posterio-rem ex vita discessisse Xenophontem statuas necesse est. Deinde, quod Xenophon, quum Cyrum sequeretur, vocatur *uarius* Exped. II. 1, 13. et III. 1,

A

25. vbi

amicitiam Cyri iunioris <sup>d)</sup>, eique, Olymp. XCIV. 4. aduersus fratrem Artaxerxen profecto, adfuit. Quamuis vero Cyrus in proelio isthoc interficeretur, Xenophon tamen, qui decem millibus Graecorum <sup>e)</sup>, in auxilium illi missorum, praerat <sup>f)</sup> [¶] non modo in cornu, quo steterat, vicit, sed etiam exercitum suum ab hostium vi et insidiis tutum praeslitit, domumque reduxit <sup>g)</sup>. Agesilao, Lacedaemoniorum Regi, percarus, quem etiam praeceptis imbuit <sup>h)</sup>, teste *Cicerone* III. de Oratore cap. 34. Ab Atheniensibus exilio damnatus est <sup>i)</sup>, atque in Scillunthio, praedio Elidis <sup>j)</sup>, tum in Lepreo, atque Corinthi <sup>k)</sup> senectutem exegit, ibique historias, ad quas idoneum illum *Isostrates* <sup>l)</sup> iudicauerat, et alia scripta per otium composuit. Dictione vsus est, melle, vt ait *Cicero* <sup>m)</sup>, dulciori, ita, vt Musa atque apis Attica dictus

25. vbi de imperio exercitus suscipiendo est sermo, ipse, ἀδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, inquit, ἀλλὰ καὶ ἀκμάσαν ἡγάμηαι etc. atque III. 2, 37. se ipse dicit ducem νεώτατον. Quae igitur quum in virum quinquagenarium minus conuenire videantur, nuper Anabaseos interpres Gallicus, *Larcherus* Cel. in praefatione statuit, Xenophontem, quum Cyrum sequeretur, tantum sex aut septem et viginti annos natum fuisse, negatque adeo, eundem proelio ad Delium interesse potuisse, quoniam tum non nisi quinque annorum puer fuisset. Iam *Fosterus* in Dissert. quae est in *Spelmani* interpretatione Anglicana Expedit. Cyri, idem statuit. Vtraque sententia, fateor, magnis impedita est difficultatibus. Nam aut Stesiclis numeri sunt vitiosi existimandi, aut Diodorum a vero aberrasse est concedendum. Posterior ratio aliquid ponderis accipit ab Eusebio in Chron. qui ad annum Olymp. CIV. primum notat: *Alexander Pheraeus agnoscitur*: id quod de nece illius intelligendum esse videtur. Ceterum loca Anabaseos illa ad sententiam vulgarem confutandam minus valent. Nam νεώτατος, quemadmodum dudum Carpentarius in praefat. ad versionem Gallicam Agesilai Xenophontei et Hutchinsonus in dissert. prima de Xenophonte eiusque scriptis docuerunt, de homine tenerario rerumque gerendarum rudi, ἡλικία de aetate ingravescente et imbecilliore, atque νεώτατος de tempore militiae facile accipi potest. *Zeune*. Sed compara *Wesseling*. ad Diodor. Sic. tom. II. p. 62. et *Schneider*. praefat. ad Xen. hist. gr. pag. X sqq. *Corfin*. in Fast. Attic. tom. II. p. 279. suspicatur, Xenophontem natum fuisse circa Olymp. LXXXIV. et mortuum Olymp. CV. *Harl*.

c) H. e. commendatus a Proxeno; cuius hortatu, non sine Socratis magistri consilio et responso Apollinis Sardes ad Cyrum, iam iam inde cum exercitu profecturus, venit. Vid. *Xenoph. Exped.* III. 1, 4—10. *Zeune*.

d) *Plutarch*. Agesilao p. 600. Alii etiam proelio interfuit Xenophon; vbi, victis Atheniensibus Xenophontem equo delapsum videns Socrates, qui iam ipse equum amiserat, Xenophontem in humeros receptum per multa stadia portauit atque eripuit, teste *Strabone* IX. pag. 403.

e) Haec perperam dicuntur. Nam hoc tempore nondum vllam imperii partem administrabat, vid. *Exped.* I. I. sed demum exercitus ducibus fraude scelesti Tissaphernis e medio sublatis, et rebus Graecorum propemodum desperatis, ipse imperium suscepit, et alios, vt idem fortiter facerent, hortatus est. *Zeune*. Heumann. quoque in not. msta, id falso dici probat, quia Xenophon ipse init. lib. II. fateatur, se post mortem demum Cyri factum esse ducem. *Harl*.

f) Etsi nec solus, nec summus erat militum dux; nam communibus fere suffragiis res administrabatur: quum tamen consulendo, suadendo, monendo, agendo, prospiciendo et vigilando eius opera, cura et industria prae ceteris conspicua exstiterit, merito Graecorum saluus reditus, quem omnes tantopere admirantur, ei tribui potest. *Zeune*.

g) Eundem secutus est in Asiam aduersus Persas, et inde cum eodem rediit in Graeciam aduersus Boeotios, interfuitque pugnae ad Coroneam. vid. *Exped.* V. 3, 6. *Zeune*.

h) Hoc factum est ἐπὶ Λακωνισμῷ, quum esset apud Agesilaum in Asia, vt Laertius refert: sed, secundum Pausaniam, propterea, quod contra Artaxerxen, Atheniensibus beneuolum, a partibus steterat Cyri, populo infensissimi. *Zeune*.

i) *Plutarch*. de exilio p. 603. et 605. *Fabric*. Inprimis consule ipsum Xenophontem eiusque interpretes ad *Exped.* V. 3, 5—13. *Zeune*.

k) *Laertius* in Xenophontis vita lib. II. sect. 53.

l) *Photius* cod. CVI.

m) *Cicero* in Oratore cap. IX. et XIX.

dictus fuerit, et Musae ipsae Xenophontis ore loquutae viderentur \*), atque ab Aristide \*) aliisque in exemplum sili tenuis, siue simplicis elegantissimi ac vere Attici proponatur. [A poeticis tamen formis non omnino abstinuit: et laconicas formas interdum occurrere apud eum, obseruat Valcken. in Diatribe de fragm. Euripid. pag. 292 sq. Harl.] In sapientiae studio Socratis discipulus, atque, vt ait Eusebius XV. 61. Praeparat. Ἐταίρων γνωριμώτατος fuit. Platonis aemulus \*\*) potius quam amicus: elegantiarum \*) in armis praecipue studiosus. Vxorē habuit Philestiam, filios Diodorum, et, qui in pugna Mantinensi fortiter pugnans cecidit \*), auo cognominem Gryllum. Obiit Corinthi Olymp. CV. 1. (ante Christum CCCLX.) annos natus XC. vt testatur Lucianus in Longaenis, qui in libro de scribenda Historia tom. I. p. 630. breui, sed insigni elogio eum vocat δικαίον συγγραφέα, idoneum ac dignum Historicum (einen rechtschaffenen Geschichtschreiber) ita enim malo reddere \*), quam iustum, vt p. 704. Ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων. Sic apud Sopatrum in Hermogenem pag. 22. extrem. δικαίος ἔητωρ e Platone, quod mox exponitur ἔητωρ ἀγαθός †).

II. Scripta Xenophontis \*) haec ad nos peruenerunt: [P]

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ de Cyri maioris, (qui Olymp. LVIII. 1. Croesum vicit) vita ac disciplina libri VIII. opus lectu dignissimum \*). Veteres quidem nonnulli, vt Ausonius

A 2

nus

u) Menag. p. 103. ad Laert. Attamen Heliadius apud Photium cod. CCLXXIX. pag. 872. Xenophontem Ἀττικισμῶν νομοθέτην haberi vetat.

o) Aristides libro II. artis Rhetor. qui est περὶ ἀφελῆς λόγου.

p) Vide ad Laert. III. 34. Gellium XIV. 3. Athenaeum XI. p. 504 sq. Aemilianum III. 17. Var. Syncellum p. 255. Fabric. Gellius l. c. negauit, Platonis mentionem fieri in Xenophontis libris, idque tribuit aemulationi, quae inter eos fuisse traditur. At in Mem. Socr. III. 6. 1. vbi vid. Ernesti, Xen. meminit Platonis: quo loco iam vsus est Muretus Var. Lect. V. 14. ad Gellium refellendum. adde Valcken. ad Xen. M. S. IV. 7. 5. pag. 250 sq. edit. Ernesti. Harl.

q) Aelian. III. 24. Var.

r) Laert. II. 52. et 54. Aelian. III. 3. Var.

s) At male reprehendit interpretem latinum Fabricius. Nam Latini eodem sensu dicunt iustum. vid. Ruhnkens. ad Xenoph. M. S. p. 236 sq. de significatione voc. δικαίος eleganter disputantem. Harl.

t) De Xenophonte pluribus agit Stanleius hist. phil. p. 209 sqq. [Brucker. histor. crit. phil. vol. I. p. 571 sqq.] Vita Xenoph. in Bibl. britann. tom. VI. p. 352 sqq. de stilo Xenophontis vid. Vauassor p. 8 sqq. Xenophon pro Chaerophon male legitur in Plutarcho. vid. Bayle Diction. voc. Lycurge, not. z. p. 1818 sq. Heumannus.

u) Laert. II. 56. ait Xenophontem scripsisse βιβλία πρὸς τὰ τετταράκοντα. Deinde enumerat solos illos libros, qui hodie exstant, et sane proxime accedunt ad numerum quadragesimum, sunt enim XXXVII. exceptis Epistolis. Menagius quatuordecim sola superesse, perperam scripsit, neque enim Cyripaediam pro vno, sed pro octo computauit libris Laertius, atque ita in aliis. Neque valde audiendus Suidas, qui ex Laertii loco, ebiter inspecto, Xenophonti tribuit libros plures, quam XL.

v) Confer Heumannii Poecile, tom. II. p. 2 sqq. Harl. — Vulgo vertitur de institutione Cyri. Male. Παιδείαν enim hic significare disciplinam militarem, ipse Xenophon docet pag. 98. Sic apud eundem Cyropaed. p. 122. παιδεία significat disciplinam militarem, et p. 241. eadem vox significat mores receptos et instituta publica. Ibidem p. 218. memoratur παιδεία τῶν παιδῶν, atque hac descriptione satis discernitur a παιδείᾳ regia. Ac sane toto hoc opere nihil aliud agit Xenophon, itemque circa disciplinam aulae domesticam. Ceterum illud peccauit Xenophon, quod nec in prooemio, nec in conclusione operis posteritatem edocuit, e quibus monumentis historiam Cyri depromserit. Illud vero totum opus legenti manifestissimum est, Xenophontem non fictitiam, sed veram scripsisse historiam; ceteri facile credo, insertas passim oratio-

nus cap. XXIX. nr. 3. Panegyrici, et plures e recentibus adferunt sententiae Ciceronis, Platonem III. de legibus secuti, qui lib. I. epist. 1. ad Q. Fratrem, *Cyrus ille, inquit, a Xenophonte non ad Historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, cuius summa grauitas ab illo Philosopho cum singulari comitate coniungitur, quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat.* Confer Acta Erud. 1718. p. 395. et 1723. p. 273. Biblioth. german. III. pag. 125—133. Menagii notas ad Laertii III. 34. p. 151. et Tho. Crenii tom. III. Methodor. p. 379. Dissertatio autem Francisci Carpentarii, quam huic sententiae Ciceronis opposuit, edita non est, quod sciam <sup>w)</sup>.

## Latine

nies et colloquia maximam partem deberi ingenio Xenophontis, hac in re imitati historicos graecos ceteros. Inepte Hieronymus hoc opus citat lib. I. adu. Iouinianum, p. 36. ita: Xenophon scribit in *Cyri maioris infantia*. Melius idem lib. II. aduersus Iquin. pag. 55. scribit: Persarum regis Cyri vitam Xenophon octo luminibus explicat. Confer Fabro - Cellarianum Lexicon voc. *Paedia*. Cyropaediam esse historiam fictam, contendit Scaliger. in Prolegomenis ad Emendat. Temp. p. 31 sq. Contra, Herodotum esse historicum fabulosissimum, Xenophontem vero esse historicum iudiciosissimum, ex collatione historiae Cyri, ab vtroque descriptae, luculenter ostendit Hardtius in *Memoria Ximenii* p. 5—16. Idem statuit Priedaux Hist. V. T. tom. I. pag. 139 sq. — Xenophontis Cyropaediam semper in manibus habebat Scipio Africanus, teste Cicerone lib. II. Tuscul. cap. 26. Heumann. Ab vtraque parte peccatum esse videtur. vid. supra lib. II. cap. 20, 3. p. 331 sq. vol. II. Equidem reor, Xenophontem in his libris imperium regium, s. monarchiam, feliciter moderateque administratam, commendaturum atque praecepta fuisse daturum, quomodo princeps ab pueritia bene recteque institui, prudentiae, sapientiae omnisque virtutis legibus mature erudiri perpetuoque exerceri, corpus eius animusque rite formari et ille suis ciuibus fide, cura solertiaque imperare, denique ita regnare debeat, vt iucunde secureque cum suis viuere et, suis virtutibus recteque et gratae posterorum memoriae conscientia fretus, quiete mori possit, Cyrum tamquam exemplum boni perfectique regis quod imitarentur reliqui, proposuisse. Ex vera igitur historia Persarum Cyrique ea delegit, quae consilio suo apta viderentur: sed multa, quibus potissimum sua praecepta virtutemque, a Socrate traditam, etiam regibus regnisque vilem, commendaret principibus, ingeniose Cyro suo adinxisse, multa exornasse atque amplificasse, adeoque libellum fere

quemdam romanensem, vt dicunt, politicum eumque egregium conscripsisse arbitror. Hinc multus est de educatione et principis et ciuium, de disciplina militari, regio imperio, maxime vtili ac necessario, de temperantia aliisque virtutibus. Idem de obitu Cyri ab aliis discedit scriptoribus, vt multa adhuc salubria consilia hac ratione commode dare regibus, et vtilitatem Socraticae doctrinae, tamquam in exemplo, laudare possent. Vera, quae plurima fuerint, falsis, ingeniose excogitatis lepideque et probabiliter expositis, suauiter miscuit. Harl.

w) Inscribitur *Cyri institutio* a primo libro: in sequentibus vero libris vsus ac fructus illius disciplinae traditur et exemplis idoneis omnis generis comprobatur. Pari modo *Ανάβασις Κύρου* non nisi a primo libro nomen accepit: posteriores vero sex libri continent Graecorum reditum, qui cum expeditione arcto copulatus est vinculo. Quom vero Xenophon in Cyropaedia multis modis ab Herodoto aliisque scriptoribus diserepet, de eius fide in hoc opere viri eruditi inter se dissentiunt. Veteres quidem, in his Cicero, Plato, Dionysius Halic. Aufonius, atque ex recentioribus, praeter Ios. Scaligerum, Petauium, Sethum Caluissium et Ger. Vossium, inprimis *Fraguier* in dissert. sur la Cyropédie de Xenophon, tom. II. pag. 63. Mem. de l'Acad. des I. et B. L. [*Leutwein*. Rector scholae Halae Sueu. in prol. de Paedeut. Xenophontis, Halae Sueu. 1779.] negant, Cyrum Xenophontem ad historiae fidem scriptum esse: sed fidem defendere conantur *Freret* in Obseruat. sur la Cyropédie de Xenophon, principalement par rapport à la Geographie, ibidem tom. VI. p. 340. tom. X. p. 678. *Banier* in Reflexions sur la Cyropédie et sur l'histoire de Cyrus ibid. tom. IX. p. 1. et inprimis *Hutchinsonus* in Dissert. prima de Vita et scriptis Xenophontis. Verum, quemadmodum tota operis descriptio et forma prodit, Xenophon summum suisque numeris absolutum regem et imperatorem

*Latine* [Paedia, de venatione, de republ. Lacedaem. de Agefil. pro Socrate, de tyrann. lat. Florent. 1504. 8. *Harl.*] interprete *Julio Gabriele Eugubino* cum eius calligationibus prodiit Cyropaedia, Venet. 1569. 8. Laudat hanc versionem *Thom. Crenius* parte XI. Animaduerrf. p. 214. Deinde cum aliis quibusdam per *Ioach. Camerarium*, Paris. 1572. 4. apud Wechelium. Et ante hos, *Francisto Philelpho* interprete, [Romae, 1474. 4. per Arnold. de Villa. vid. *Audiffredi* catal. rom. edit. saec. XV. p. 443 sq. *Morell.* ad Pinelli catal. nr. 2620. tom. II. p. 53 sq. *Harl.*] Bononiae, 1520. fol. \*) et in editionibus Xenophontis latinis ac graecolatinais Basileensibus, et H. Stephani. *Fabric.* Lib. I. lat. cum enarrationibus grammaticis Kauffm. Argentor. 1575. 8. *Harl.*

*Graece* excusa est Louan. 1527. 4. et ex parte Lugd. Bat. 1623. 8. 1627. 8. Integra Oxoniae e theatro Scheldoniano ann. 1679. 12. *Fabric.* Graece [libri IV. priores Paris. ex offic. Chr. Wechelii 1538. 4. — libr. IV. posterior. ibid. 1539. *Harl.*] — graece, ex recensione *Castalionis*, sed non sine multis vitiis, quatuor priores libri Argentorati apud Theodosium Rihelium 1565. 8. in vsum scholarum sunt recusi. — Libri I. II. VIII. in vsum scholarum graece Lugd. Bat. ex officina Bonauenturae et Abr. Elzeuir. prodierunt 1647. 8. textus est Stephanianae recensione. — Pari modo tota Cyropaedia edita est Amstelodami 1671. 8. [— *Xen. Cyrop.* orationes, gr. apud Iac. Bogardum. Paris. 1543. 12. — Ex *Xen.* de educatione liberor. apud Persas, gr. et lat. Paris. apud Guil. Morel. 1563. 8. *Harl.*] — Verum textu ad editiones, codicem Bodleianum et virorum doctorum, vt Mureti, Stephani et Leonclauui, coniecturas recensito, cum Leonclauiana, sed saepe reficta, versione latina, et suis animaduersionibus, quae fere ex Mureti, Stephani, Leonclauui et Raphelii notis sunt compilatae, splendide *Cyropaediam* edidit *Thomas Hutchinsonus* Oxonii 1727. 4. praemissis duabus dissertationibus de Xenophonte, eiusque scriptis, atque addito triplici indice, vt: vocabulorum orientalium, a Xenophonte memoratorum; vocabulorum, ad rem militarem spectantium, et rerum memorabilium. Etsi textus est purior, nec contemnendae sunt notae subiectae, non tamen semper diligens lectionum habitus est delectus, praetermissis saepe plane, aut in notas reiectis lectionibus optimis; atque notae interdum continent res alienas, quae ad Xenophontis orationem illustrandam minime faciunt. Eadem haec editio inde ab anno 1730. septies repetita est Londini 8. [Glasgae gr. lat. Foulis 1767. tom. IV. 8.] non nisi dissertationibus et indice vocabulorum orientalium praetermissis. [graece Oxon. 1772. mai. 8.] — Haec minor

A 3

*Hutchinsoni*

peratorem descripsit, Cyrumque adeo finxit, qualis quidem in omni genere esse debuerit, non qualis re fuerit. Ergo ex scriptoribus et inprimis Herodoto, quem ob oculos saepenumero habuisse facile animaduertitur, sumsit, quicquid ad rem causamque pertinere existimabat, praetermissis aut mutatis iis, quae a persona optimi regis, qui regnum recte et honeste partium vi, partim consilio et humanitate parit, partumque prudenter et tuto conseruat, abhorrrere videbantur. *Zeune.*

x) Eadem interpretatio edita est quoque octonis cum epistola *Phil. Beroaldi*, Bononiensis, incunte

seculo XVI. sine loc. et anno, vna cum *Xenophontis* libello de Venatione latino per *Leonicenum*, *Philelphi* versione lat. libelli de Rep. Laced. et Agefilai laudibus, et *Leon. Aretini* versione lat. Apologiae pro Socrate et libelli de tyrannide. [conf. *Solgeri* catal. tom. III. p. 285. et paullo infra, ad fest. de Lacedaem. rep. notata. Eadem e vers. *Beroaldi* f. l. 1511. 8. expensis Trot.] Haec et Bononiensis editio horum libellorum ob vsum criticum est praeferenda editioni, quam *Mich. Isingrinus* Basl. 1551. octonis curauit: haec enim castigata est ad textum graecum editionis *Castalionae*, quam idem *Isingrinus* ediderat. *Zeune.*

*Hutchinsoni* editio repetita est nuper Lipsiae 1774. et 1784. 8. sed tantum cum selectis Hutchinsoni notis, sine versione et indice rerum, pro quo indicem Graecitatis, breuem quidem, at elegantem, addidit *Morus* Cel. Professor Lipsiensis. — Mera Hutchinsoniana recensio sine vilis notis, sed cum indice graecitatis, qui fere ex *Mori* indice compilatus est, et cum indice rerum, repetita est Francof. et Lips. 1776. 8. — *Cyropaediam*, ad omnes libros editos, codicem Guelferbytanum, loca veterum Grammaticorum, versiones antiquas, e libris scriptis factas, Brodaei aliorumque lectiones et emendationes diligenter recensitam, edidi (*I. C. Zeunius*) Lipsiae 1780. 8. cum notis subiectis, quae vel lectionem diiudicant, vel illustrant historias, vel loca difficiliora explanant, vel orationis elegantiam ostendunt, addito indice triplici, graecitatis, qui est copiosissimus, nominum, qui loca et homines comprehendit et illustrat, atque syntactico et rhetorico: praeterea capitibus et minoribus sectionibus argumentum breue est praemissum. — Recensio Zeuniana, a qua in quibusdam locis maxime libri primi est recessum, cum indice graecitatis Germanico et pari modo argumento breui capitibus et sectionibus minoribus praemisso, repetita est Berolini 1784. 8. studio *Mart. Henr. Thiemii. Zeune*. — gr. ad Th. Hutchinsoni recensione, cum indice, Stutgard. 1789. 8. *Harl.*

*Graece et latine* [libri III. priores Ingolstadt. 1600. *Harl.*] Lond. 1648. 8. [ibid. 1660. 1674. 1698. 1713. 1720. Oxon. 1727. 8. Lond. 1729. 1736. *Harl.*] Librum I. II. et V. latine etiam transtulit et notis illustravit *Ioh. Caselius. Fabric.* gr. et lat. Lugd. 1612. 12. *Harl.*

*Gallice* vertit *Franciscus Carpentarius* Paris. 1659. Amst. 1661. 8. *Fabric.* Iam ante *Cyropaediam* Gallice interpretati esse dicuntur *De Vintemille* 1547. et *Goulart* 1613. atque nuper idem fecit *Dacier*, Parisiis 1777. 12. *Zeune*.

*Italice*, *Iacobus Poggius Bracciolini*, Florentinus, [Flor. apud her. Iunt. 1521. 8.] in Tusculano 1527. 8. *Fabric.* vide *Paitoni* Bibl. degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. IV. p. 40 sqq. vbi memorantur versio sine loc. et ann. in 4. — vers. *Dominici*, Venet. 1548. (in calce 1549.) 8. mutato tituli folio. 1558. etc. conf. *Freytag*. Adparat. litter. tom. II. pag. 1293 sqq. *Harl.*

*Anglice* libros quatuor priores *Franciscus Digby*, posteriores *Ioh. Norris*, Lond. 1685. 8. praemissa Xenophontis vita.

*Germanice* primus vertit *Hieron. Boner*, August. Vindel. 1540. fol. Idem fecit *Lasus* quidam, Rostochi et Wismar. 1761. 8. *Aug. Chr. Borhek*, Lemgouiae 1778. 8. et *Frid. Grillo* ipsiae 1785. 8. *Zeune*. In linguam *Bohemicam* nescio quis? vertit 1605. 4. *Harl.*

*Codices Cyropaediae*, qui quidem ad nostram peruenerunt notitiam, sunt: 1) *Budensis*, quem, ex bibliotheca Budensi allatum, Vincentius Obfopoeus communicauerat cum Ioach. Cameratio, qui interdum inde lectionem laudat in notis ad suam *Cyropaediam* Latinam. Vbi nunc hic codex lateat, nos fugit. 2) *Bodleianus* siue *Oxonienfis*, quo vsus est Hutchinsonus. 3) *Guelferbytanus*, quem excussit Zeunius. 4) *Leidensis*, nondum satis inspectus et vsurpatus. 5) *Parisenses regii duo* numero MDCXXXV. et MDCXLI. qui adhuc diligentem inspectorem religiosumque criticum desiderant. [De cod. *Vindobonensi* vid. Lambec. in *Schelhorni* Amoenit. litterar. tom. V. p. 103 sqq. *Harl.*] Idem dicendum est de codicibus, qui in Italia, et maxi-

me in regia bibliotheca *Taurinensi* [vid. Catal. MSS. illius bibl. p. 254. et 393. *Harl.*] latere dicuntur. *Zeune*. — *Matritensis*, teste Iriarto, pag. 369. *Harl.*

ΚΥΡΟΥ ἈΝΑΒΑΣΕΩΣ <sup>9)</sup> de Cyri minoris expeditione <sup>3)</sup> in Asiam, aduersus fratrem Artaxerxen Olymp. XCIV. 4. infeliciter suscepta, libri VII. a Xenophonte editi sub nomine *Themistogenis Syracusii* <sup>aa)</sup>, si credimus *Iohanni Tzetzae* Chil. IV. histor. 154. Sane Themistogenem de expeditione Cyri scripsisse, adfirmat Xenophon initio tertii libri de rebus Graecorum, cuius loci meminit etiam Suidas in *Θεμισσογ.* [et ex illo *Eudocia* in *Ἰωνιᾷ* p. 233.] addens, eundem et alia scripsisse de patria sua. Huic expeditioni Xenophon ipse interfuit praeclari ducis partibus functus, et in suo cornu victor <sup>bb)</sup>: licet Cyrus, [¶] cui opem ferebat, vinceretur. Confer, quae viri docti ad *Avlian.* III. 7. Var. et *M. Antonii Mureti* notas ad Xenophontis Cyropaediam et *Ἀναβάσιν*. Ingolstad. 1602. 8. *Fabric.* inprimis cel. *Morum* in Prolegg. ad Xenoph. Hist. gr. pag. XXXV sqq. cap. VI. vbi adferit librum Xenophonti, et diuersas variorum sententias adfert atque excutit vberius. adde cl. *Schneideri* not. ad Xenoph. hist. gr. III. 1, 2. p. 124 sq. *Harl.*

Ad imitationem huius operis Xenophontei *Arrianus*, Nicomediensis, *Xenophon iunior* dictus, scripsit libros VII. *ἀναβάσεως* Alexandri M. vt *Onesiritus παιδείαν Ἀλεξάνδρου* composuerat, Xenophontem imitatus, teste *Laertia* VI. 84. De eo, quod in hoc opere prooemium nullum praemittat Xenophon, vide *Lucianum*, quomodo scribenda historia sit, tom. I. p. 618. Latine vertit hos libros *Romulus Anasaeus*, ad Lud. Aulam, Caroli V. imp. cubicularium, Bonon. 1533. fol. <sup>cc)</sup> et *Ianus Lascaris*. Gallice *Claudius Seiffelius*, Paris. 1529. fol. e latino (vt ipse profitetur) Iani Lascaris. Nouissime *Nicolaus Perrotus Ablancurtius*, Paris. 1648. 8. quam versionem Menagius II. 57. p. 103. ad Laertium ita celebrat, vt Xenophontem ipsum, (cuius sermonem Gratiae finxisse dicuntur, teste *Quintiliano*, X. 1. Inst.) elegantia vicisse

y) Ἀναβάσιν vocat, i. e. Cyri adscensionem in Asiam. Initio libri secundi vocat *ἀροδον*. Ergo hic titulus conuenit soli libro primo. Ipse *Xenophon* initio libri quinti scribit, se primo libro descripsisse *ἀναβάσιν* Graecorum cum Cyro: item initio libri septimi. Ceteri libri nil habent de Cyro eiusque in fratrem *ἀναβάσιν*. Recte sex libros reliquos dixeris Itinerarium Xenophontis. Atqui sciendum est, a Xenophonte septem illos libros de expeditione Cyri non tam honori Cyri, quam suae ipsius memoriae dicatos esse. In solo enim primo libro historia Cyri minoris vsque ad mortem eius describitur: in ceteris sex libris memorantur fata exercitus Cyriani vsque ad eius in Graeciam reditum, et potissimum dicta factaque Xenophontis in illo temporis articulo, quae ita describuntur, vt vere dici possint vtramque facere paginam. Epitomen librorum septem de expeditione exhibet *Stanlei*. histor. philos. part. III. in vita Xenophontis cap. I. II. III. *Heumann*.

z) Profectionem e Graecia in Asiam Graeci vo-

cabant *ἀναβάσιν*, profectionem vero ex Asia in Graeciam *κατάβασιν*, idque nos docet Xenophon vltimis verbis lib. VII. de Expeditione Cyri. Sic nos, inferioris Saxoniae incolae, dicimus, in *Ober-Sachsen hinauf reisen*. En *ἀναβάσιν*. *Heumann*.

aa) Hinc forte dubitabant *Andreas Masius*, vir summus, Commentario in Iosuae cap. 2. an hoc opus genuinus sit foetus Xenophontis, quod ex *Laertii* II. 50. et 57. testimonio et ex stylo reuincit *Vossius* lib. I. cap. 2. de Hist. graecis. *Fabric.* Haud dubie probanda est eorum sententia, qui statuunt, librum *Themistogenis*, quem laudat Xenophon, dudum periisse, quemadmodum nonnullorum aliorum libri ad nos non peruenierunt, quos idem argumentum tractasse accepimus. *Zeune*.

bb) Perperam hoc dici, supra ostendimus. *Zeune*.

cc) Eadem versio, a Castalione recensita, reperitur in Collectione Xenophontis versionum latinarum, quae Basl. apud *Isingrinium* 1551. 8. est edita: item in editionibus *Brylangerianis*. *Zeune*.

cisse illi videatur Ablancurtius. *Fabric.* Sed hic magis peruertit, quam vertit Xenophontem. Ita omittendo, addendo, transponendo, perperam intelligendo grassatus est in suum auctorem, ut saepe, magis hominis temeritatem, an inscitiam admireris, sis incertus. Melius igitur rationibus suorum popularium, qui graeca ignorant, consuluerunt nuper duo viri docti, qui fideliter, et tamen eleganter, hos Xenophontis libros, Gallice sunt interpretati. Primus quidem nomen suum non professus est, sed aliunde satis constat, esse *Equitem de la Luzerne*, rei bellicae pariter atque politicae peritissimum, qui apud Americanos Legatus Regis Gallorum fuit: alter est *Larcherus* <sup>ad</sup>), vir doctissimus et scriptis aliis celeberrimus. Illius versio, quae aliquem usum praestat ad tacticen Xenophontis intelligendam, prodiit Parisiis 1777. 8. huius vero, quae notis criticis et historicis, haud contemnendis, est ornata, ibidem 1778. 8. II. voll. — *Italice* vertit *Ludovic. Dominicus*. Venet. 1547. 8. [et saepius. vid. *Paissoni* l. c. pag. 42. *Harl.*]

*Germanice* vertit *Hier. Boner* vna cum Cyropaedia, de qua supra. *Ablancurtii* versionem reddidit Germanice adolescens quidam cum Longolii praefatione, Curiae 1747. 8. e Graeco autem *Aug. Chr. Borhek*, Lemgouiae 1780. 8. et *Frid. Grillo*, Francof. ad Moen. 1781. 8.

*Anglice* vertit fideliter et eleganter *Eduardus Spelmanus*, Londini 1742. 8. cum notis criticis et historicis haud spernendis et dissertatione Forsteri geographica, quae viris, rei peritis, valde probatur.

Separatim hos libros *Xenophontis* splendide edidit *Thom. Hutchinsonus*, Oxonii 1735. 4. recensitos ad editiones et codicem Etonensem cum notis criticis et historicis, cum appendice varietatis lectionis ex eodem codice, quam nondum commemorauerat in notis, textui subiectis, et indice Geographico. Praemissa est primum Dissertatio de Cyri Expeditionis auctore et toto, quod Graeci confecerunt, itinere: deinde varietas lectionis e codice regio Parisiensi diligenter, ut videtur, a Fr. Bern. Montefalconio hausta, cuius usum vero Hutchinsonus fecerat plane nullum. Ceterum quod de Hutchinsoniana Cyropaediae ante diximus, idem valet et de hac editione. — Haec recusa est ibidem paullo post, et repetita 1745. [et 1772. gr.] octonis, sed sine dissertatione, varietate lectionis Montefalconiana et appendice varietatis lectionis Etonensis. — Haec minor editio Lipsiae 1775. 8. repetita est, sed tantum cum *Hutchinsoni* notis selectis, addito graecitatis indice a *cel. Moro*. Quemadmodum in edenda Cyropaedia versatus est *Zeunius*, sic quoque idem *Anabasi* edidit Lipsiae 1785. 8. recensitam ad codices Guelferbytanum, Parisienses, Etonensem, Brodaeum librosque editos et alios fontes.

*Codices* Anabaseos sunt: 1) *Etonensis*, ab Hutchinsono adhibitus: 2) *Regius Parisiensis* nr. MMDXXXV. a Montefalconio excussus: 3) *Guelferbytanus*, a Zeunio collatus: 4) *Regii Parisienses* tres nr. MDCXXXV. MDCXL. MDCXLI. a *Larchero* in paucis tantum locis inspecti. Ergo iterum et ex toto et diligenter sunt conferendi. *Zeune*. *Vindobon.* vid. in fine cap. *Taurinensis*. vid. catalog. pag. 229. *Harl.*

ἘΛΛΗΝΙΚΩΝ, de rebus Graecorum libri VII. historia annorum XLVIII. deducta ab Olymp. XCII. 2. ut notauit etiam *Diodorus Sic.* lib. XIII. p. 352. et lib. XV. p. 504. Primores quidem libri duo historiam belli Peloponnesiaci ab anno XXI. in cuius Augusto ineunte Thucydides



Thucydides definit, vsque ad finem perducunt, ad captas nempe a Lysandro Athenas, Olymp. XCIII. 4. Reliqui quinque libri complectuntur rerum Graecarum et Persicarum Historiam continuatam ad pugnam vsque Mantinensem, qua victi ab Epaminonda \*) sunt Spartani Olymp. CIV. 2. Hoc Xenophontis opus ἀκρόφαλον esse, ac praeter prooemium desiderari historiam biennii a fine aestatis anni XXI. belli Peloponnesiaci ad exitum aestatis anni XXIII. contendit *Vfserius* in Annalibus ad ann. Per. Iul. 4303. et ante *Vfserium Sam. Petitus* lib. I. Obsf. cap. 12. *Petauio* aliter visum, hic enim lib. X. de doctrina temporum cap. 29. Xenophonti parachronismum biennii impingit. Ab utraque sententia alienus est *H. Dodwellus*, cuius Annales Xenophontei cum Thucydideis Oxon. 1702. 4. excusi his libris nostri scriptoris eximiam lucem adferunt. In illis perinde, vt diff. VIII. de Cyclis p. 342. negat, hiatum inter Thucydidem ac Xenophontem intercedere, nec Xenophontem in annorum ratione hallucinatum, sed Olympiadum, tum Atheniensium Archontum et Ephorum Lacedaemoniorum notationem Xenophonti additam esse ab aliena manu, quod obseruatum etiam *Marshamo* Canonis Chronici Saec. XVI. capite de prima Olympiade p. 487. [P] *Fabric.* adde *Corssinum*, qui *Dodwelli* sententiam probauit, in fastis attic. tom. III. pag. 256. 261. Praeclare omnem controuersiam exposuit et composuit *cel. Morus* in cap. I. prolegom. ad suam hist. gr. Xenophontea editionem. adde *Schneideri* praef. ad suam editionem, qui iam *Koepfeni* progr. in quibus de locis quibusdam Xenoph. sententiam suam dixit, laudauit et consuluit. *Harl.*

Hos libros Xenophontis, sub titulo Paralipomenon, Thucydidi Graece subiecit Aldus, anno 1502. fol. prodierunt et Graece Louanii, libri IV. 1529. 4. *Fabric.* Editionem hanc dicitur curasse *Francisc. Craneveldius*, qui eosdem ibidem anno 1530. Latinos factos edidit. — Nuper *cel. Morus* Lipsiae 1778. octonis Historiam Graecam egregie edidit, ad libros editos plerosque recensitam, et animaduersionibus criticis, historicis, geographicis et grammaticis eximie illustratam, addito vberissimo graecitatis indice, atque calci adiuncta est Leonclauii versio Latina. *Zeune.* — *Xen. hist. gr.* — et *Agesslaus*, ex rec. Ed. Wells gr. et lat. Glasgae. Foulis. 1762. II. tom. 8. — *Zeunius* quoque editurus erat hos Xenophontis libros; sed morbo morteque impeditus tantum peruenerat ad libri II. cap. I. sect. 25. Successit igitur *cl. Schneiderus*, Prof. in vniuersitate litterar. Francof. ad Viadrum, qui contulit praeter edd. veteres tum a Moro iam comparatas, tum Iuntinam 1517. cuius V. L. *Zeunius* ad marginem libri sui adnotarat, alias ab illis non inspectas, Parisiensem, 1625. et edit. Castalionis, nec non *Fr. Porti* commentarios in Xenophontem, editos 1586. atque filii eius *Aemilii Porti* adnotationes, quas *Schn.* ex editione Leonclauii Paris. 1625. excerpfit. Textus est fere is, quem concinnauit *Morus* V. C. cuius etiam notae magnam partem sunt in hanc edit. translatae. Alia addidit, collatis veterum historiis, aut fragmentis, ad emendandum aut interpretandum Xenophontem, idemque praemisit *Dodwelli* Chronologiam Xenophonteam, tum curas suas secundas in hanc historiam et *cl. Fr. Aug. Wolf.* epistolam, in qua V. D. de multis locis critice et sagaciter differit. Huius vero editionis inscriptio haec est: *Ξενοφώντος — Xenophontis*

\*) Grauius errat vir doctus lib. I. cap. 5. de Hist. gr. qui, Cyripaciam in hoc tempore desinere, aliud agens scribit.

*Xenophontis historiae graecae libri VII. recensuit, notas Io. Car. Zeunii in librum primum et indices adiecit Io. Gottlob Schneider, Saxo. Lipsiae 1791. mai. 8. Harl.*

Compendio latine complexus est *Leonhardus Aretinus* in commentario rerum graecarum, ad equitem Angelum Acciarolum Lips. 1546. 8. et in Gronouii thesauro Antiq. Graecar. tom. IV.

Integros vertit *Bisibaldus Birchheimerus*, editos cum praefat. Thomae Venatorii <sup>ff</sup>). Prodiit et *Gallice*: Histoire de Thueydide et Xenophon par *Nic. Perrot d' Ablancourt*, Paris. 1671. 8. tribus Volum. *Italice*: Delle Guerre de Greci libri VII. tradotti dal idioma Greco nel Italiano da *Francisco di Soldo Strozzi*, con la correptione, alla traduttione di *Ludovico Domenichi*. Venet. 1550. 4. *Fabric.* Item anno 1562. in eadem forma. Vid. *Iac. Mar. Paitoni* Bibliotheca degli Autori antichi etc. Venet. 1766. quaternis.

*Germanice* vertit primum *Io. Eustach. Goldhagenius*, Berolini 1762. 8. quae versio valde laudatur. Deinde *Aug. Chr. Boyhek*, Frf. 1783. 8.

Ex codicibus, qui contineant hos Xenophontis libros non nisi vnus Venetus in bibliotheca Diui Marci nobis est notus, cuius specimen exhibitum est in Catalogo bibliothecae Diui Marci, qui Venetiis 1740. prodiit, pag. 173. *Zeune.* Parisiens. memorat *Schneider.* in praefat. *Harl.*

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ, *De Rep. Lacedaemoniorum*, quem librum Xenophonti nostro abiudicauit *Demetrius Magnes*, (qui de Homonymis scriptoribus librum composuit,) teste *Laetio* II. 57. *Graeco* lucem vidit cum Aristotelis Ethicis, Politicis et Oeconomicis, Basil. apud Ioh. Walderum. 8. *Fabric.* Praeter vtramque auctoris remp. continet quoque Oeconomicum, et exhibet merum textum Iuntinae, seruatis omnibus vitiis. Idem libellus cum Rep. Atheniensium graece editus est Argentorati 1555. 8. apud Wendelin. Rihelium, vbi textus editionis Castalionae est expressus; item e recensione Welfii cum Leonclauui versione et notulis aliquot edidit vna cum Agesilao aliisque libellis *Boltonus Simpson*, Oxonii 1754. 8. Libellos quoque de vtraque republica ad editiones nonnullas recensitos et animaduersionibus illustratos addidit suae lib. de Expeditione Cyri editioni cel. *Morus*. Eisdem vna cum libellis de Vestigalibus, de Re equestri, de Magistri equitum officio, de Venatione et Arriani libello de Venatione ad editiones et loca veterum recensitos et explicatos, ita, vt in Cyropaedia factum esse supra ostendimus, edidit *Zeunius*, Lipsiae 1778. 8. *Zeune.* Libellos de vtraque republ. graece edidit *M. Bergius*, Altorphii, typis Gerlachianis perquam nitidis, cum praefat. metrica, sed sine notis. 1583. 8. — de Rep. Lacedaem. gr. et lat. Glasgae, apud Foulis. 1756. 8. *Harl.* Prodiit et separatim [gr. Lugd. Bat. 1626. 4. II. plagg. *Harl.*] Amst. 1647. 8. *Latine* vertit *Franciscus Philelphus*, Bononiae 1502. fol. [vid. *Maittaire* A. T. indic. pag. 349 sq.] et in editionibus latinis ac graecolatinit Basileensibus, atque H. Stephani. Post Philelphum transtulit et notis illustravit *Ioach. Camerarius*, praemissa Xenophontis vita, Lips. 1543. 8. [1556. 8. vid. infra de re equestri libr.] Paris. 1572. 8. *Fabric.* Hic mentionem faciam libri rarissimi, qui est in bibliotheca publica Noribergensi, ab *Osmento* in Diction. typograph.

<sup>ff</sup>) Aliis scribitur *Pirkhemerus*. Ceterum haec versio non solum in editionibus Brylingerianis reperitur, sed et in Collectione versionum lat. quae apud Iingrinium Basil. 1551. 8. prodiit. *Zeune.*

typograph. tom. II. pag. 350. obiter, plenius in *Pinelli* Catalog. tom. III. nr. 7573. vbi vid. pag. 294. cel. Morelli notam, et in *Maittarii* Ann. typ. voc. *Xenophon* p. 348. memoratur: Plurium Xenophonteorum librorum versiones latinae continentur: — *Xenophontis opera*. De venatione, per Omnibonum Vincentin. in latinum traductus. Eiusdem liber de republica et de legibus Lacedaemoniorum. Franciscus Philelfus e graeco traduxit. Eiusd. oratio de regis Agesilai Lacedaemoniorum laudibus per Philelfum traducta. Eiusd. Apologia pro Socrate per Leonh. Aretinum in latinum conuersa. Eiusd. opusculum de tyrannide, per Leonh. Aretinum traductum. Eiusd. libellus de aequiuocis. Paedia Cyri Persarum regis. "In calce legitur: „Huic autem Cyripaediae idem Franc. Philelfus eques — extremam imposuit manum Mediolani ad XI. Cal. Oct. ann. 1467.“ Nec vero illo anno est typis excusus liber, sed intra ann. 1495 — 1500. fol. adde *Goetz*. Memorab. biblioth. Dresdens. tom. I. p. 475. et supra ad sect. de Cyropaedia adscripta. — *Xen. de rep. et legibus Lacedaemon.* interpr. Philelpho. (Venet.) f. l. et a. 4. vid. *Schnizer* von der Kirchenbibl. zu Neustadt an der Aisch. fasc. II. pag. 29 sq. — francice de vtraque republ. per G. P. apud Guil. Morel. Paris. 1563. 8. — cod. gr. mst. qui continet Xenoph. Cyropaediam, de Cyri min. expeditione ac de republ. et legibus Lacedaemoniorum cum inscriptione huius particulae, *νομοθεσία Λυκέργου πρὸς Λακεδαιμονίους*, est in biblioth. Taurinensi, teste Catalogo pag. 254. cod. CLXVII. *Hartl.*

ἈΘΗΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ, *De Rep. Atheniensium*. Graece hoc opusculum, non vt in editionibus Operum Xenophontis integrum, sed mutilum, nescio quomodo extrema parte libri Xenophontis *περὶ προσόδων* adtexta<sup>ss</sup>), excusum est post Aristotelis *Ethica*, *Politica* et *Oeconomica*, quae sine temporis nota prodierunt apud Ioh. Walderum, Basileae in 8. *Fabric.* Graece cum versione germanica et animaduersionibus edidit *I. H. Wacker*, Dresd. 1744. 8. De aliis huius libelli editionibus modo diximus. *Zeune.*

*Latine* vertit et notis illustravit *Ioach. Camerarius*, Lips. 1543. 8. translulit et *Seb. Castalio*, cuius versio in editionibus Xenophontis Basileensibus atque H. Stephani occurrit. Exstat et liber vterque Xenophontis, de Lacedaemoniorum et Atheniensium Rep. gallice, interpreté G. P. apud Federicum Morellum, Paris. 1579. 8.

ἈΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ<sup>hh</sup>), *Commentariorum de dictis et factis Socratis libri IV.* ad quorum imitationem *Xenophon iunior*, siue *Arrianus*, Nicomedienfis,

B 2

dientis,

gg) Causa est, quia sic est in Iuntina vtraque, Halensi et Brylingeriana prima. *Zeune.* At in Iuntina ex cod. quodam orta fuisse videtur illa confusio. In cod. enim XCVII. Matritensi nr. XXX. et XXXI. teste *Iriarti* catalogo p. 385. reperitur primum Xenophontis *πολιτεία Λακεδαιμονίων*, tum eiusdem *περὶ τῆς πολιτείας τῶν Ἀθηναίων*. Atque *Iriarte* notat, cum libellum longe aliter desinere, ac excusum, idemque, quod *Fabricius* obseruasset, commixtionis vitium accidisse msto, et incipere post verba (p. 694. versu 31. edit. *Wechelinae* 1596. fol.) οἷτινες φίλοι μάλιστα ἦσαν Ἀθηναίων, ad librum *de republ. Atheniensium* pertinentia ab hisce verbis. (p. 950. v. 20.) καὶ σοφιστῶν καὶ φιλοσό-

φωῖ libri *de prouentibus*: quaecumque igitur hinc ad finem huius libelli consequantur, ea omnino ad opusculum de prouentibus referenda. Causam commixtionis hanc fuisse putauit, quia citatum locum libri de Atheniensium republica, vbi de ipsorum pecuniis lucrisque sermo, cum altero libri *de prouentibus*, in quo de eorundem Atheniensium commercio, quaestu, pecunia etiam agitur, coniungere non alienum visum fuerit, neque enim adeo mirum, similia similibus consociari. Bene concludit, ex aliis exemplaribus in alia iam dudum propagatam fuisse illam confusionem. *Hartl.*

hh) Libri I. capitibus tredecim prioribus Socratem optima ratione defendit contra accusationes il-

dienſis, ſcripſit libros quatuor ἀπομνημονευμάτων magiſtri ſui Epicteti. Ita autem vocavit Xenophon, quae ex ſermonibus Socratis adnotavit. *Laertius* II. 48. Καὶ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν ἀπομνημονεύματα ἐπιγραψας. *Hephaestionis* librum περὶ τῆ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος, quem [¶] per plagium ille ſibi adtribuerat, memorat *Athenaeus* XV. p. 673. Etiam ſancta euangelia de dictis et factis Ieſu Chriſti, ſeruatoris noſtri, *Iuſtinus Martyr Xenophontis* vocabulo plus ſimplici vice adpellat ἀπομνημονεύματα, vt obſervavit *H. Dodwellus* diſſ. I. ad *Irenaeum* §. 40.

Hos libros ſeparatim graece [Louan. per Reſc. et Sturm. 1529. 4. — gr. et ſeorſim lat. Paris. apud Bogard. 1542. 8. *Harl.*] — gr. edidit *Petrus Viſtorius*, apud heredes Iuntae annis aliquot ante 1561. Hanc editionem, quae in his terris rariffima eſt, magno ſibi adiumento fuiſſe praedicat *Henr. Stephanus*. — Anno 1541. quaternis Pariſiſis apud Iac. Bogardum prodiit editio, inſcripta: Ξενοφῶντος Ἀπομνημονευμάτων βιβλία τέσσαρα: *Xenophontis Commentariorum libri quatuor, ad fidem vetuſti et manuſcripti codicis diligenter emendati.* Sed titulus librorum numerum mentitur, quoniam non niſi duo priores ſunt editi, quibus acceſſit Beſſarionis interpretatio latina in totidem libros. Ceterum hic reperiuntur lectiones nonnullae praefantiffimae. — Ibidem anno 1559. in eadem forma apud Martinum Iuuenem prodiit editio, cuius pars prior repetita eſt ex illa Pariſienſi, quam modo laudauimus, poſterior autem textum Iuntinum exhibere videtur. — Eiuſdem ſaeculi anno 85. etiam quaternis Roſtochii cum epiſtola *Io. Caſelii* ad Hermelingium editio graeca prodiit, repetita anno 89. ibidem. Expreſſus eſt textus Stephanianae; ſed non ſine multis vitiis operarum. [*Xen.* inſtitutio Herculis gr. Paris. apud Fed. Morel. 1579. 4. — gr. et lat. cum comm. per Mich. Neandrum, Lipſiae 1577. 4. *Harl.*] — Quinques hos libros edidit Lipſiae octonis *Io. Aug. Erneſti* recenſitos et notis illuſtratos, adiecto graecitatis indice. Prima editio prodiit 1737: altera 1742: tertia 1755: quarta 1763. in qua *Reiſkii* coniecturae acceſſerunt: et quinta 1772. quae ſuperioribus longe praeflat. Nam textum non modo plenius et diligentius ad fidem quatuor MSS. et nonnullarum veterum editionum, adiutus animaduerſionibus *Hindenburgii* praeclaris, recenſuit et emendauit, ſed et *Ruhnkenii* et *Valckenarii* obſeruaciones addidit, multa doctrina refertat. — Toties quoque *Oxonii* inde ab anno 1741. in eadem forma *Boltonus Simpson* edidit, hoc eſt, repetiit Erneſtinam editionem cum notis et indice, addita tantum verſione Leonclauiana, adſperſis notulis perpaucis Stephani, Leonclauii, Porti et ſuis leuiſſimi momenti. — In quinta, quae prodiit 1780. ſub calcem acceſſerunt paucae adnotationes anonymi et coniecturae, e quibus perpaucae ſunt alicuius pretii. — [— M. S. cum apologia Socr. cum not. varr. a *Io. Gillman.* gr. lat. Londini, Bowyer. 1720. 8. *Hurl.*] — Vt pauperes minore pretio hos libros emere poſſent, ſolum textum ex edit. Erneſtina quinta cum quibusdam lectionibus variantibus repetiit *Fr. Andr. Stroth.* Gothae 1780. octonis. [editio Str. emendata et aucta, Gothae 1788. 8.] — Eamdem

ſas, ob quas ad mortem fuerat damnatus. In reliquis capp. enarrat colloquia Socratis cum aliis habita de rebus vtiliſſimis. Sed vereor, ne pleaque debeantur ingenio Xenophontis. Quis enim credat, Xenophontem tam accurata fuiſſe memoria praeditum, vt et ſeriem ſermonum et verba Socra-

tis retineret. Vix dubito, idem de his libris, quod Cicero de eiuſdem ſcriptoris Cyropaedia tulit, ferre iudicium. Tamen *Laertius* l. c. nobis perſuadere conatur, hſtoriam Xenophontis de Socrate eſſe veriſſimam, quippe quum Xenophon dicta Socratis exceperit notis tachygraphicis. *Heumann.*

dem quoque ob causam eodem anno, Halae Saxonum octonis editionem, quam minimo pretio vendibilem, curavit *Chr. Godofr. Schütz*, Prof. Ienensis, ubi textum ad editiones diligentissime recensuit eumque a libroriorum et typographorum vitis liberavit, additis notis brevibus criticis. — Anno sequente Lipsiae in octonis *Zeunii* editio in lucem prodit, denuo recensita, et Ernesti, Ruhnkenii, Valckenarii, Hindenburgii suisque animaduersionibus illustrata, cum triplici indice, quemadmodum in Cyropaedia factum esse supra significauimus. *Zeune*. — *Xenophontis Memor. Socratis*. Recensuit, notis illustravit, variisque lectionibus auxit *Eduard. Edwards*, S. T. P. Oxonii. E typographeo Clarendon. Londini 1785. 8. Praefatus est *D. Owen* post Edwardi mortem. Lectiones variae, caeci libri adnexae, sunt excerptae ex XI. codd. mssis, nempe III. Vaticanis, V. Mediceis et III. Parisin. Textui subiecta est nova versio: atque adnotationes Ernesti, Ruhnkenii, Zeunii aliorumque sunt consultae. — Idem *Edwards* edidit: *The Socratic System of Morals, as delivered in Xenophon's Memorabilia*. 1773. opinatus, Xenophontem in M. S. philosophiae moralis ambitum disciplinamque complexum fuisse, prooemio sumto a Socratis defensione. De qua opiniuncula, et libro illo atque editione copiosius egit cl. *Schneider*. in praefatione ad suam editionem, inscriptam:

*Ξενοφώντος — Xenophontis Memorabilium Socratis distorum libri IV. recensuit, Ernesti, Zeunii et suas annotationes adiecit Io. Gottlob Schneider*. Lipsiae, sumtibus Caspari Fritsch. 1790. mai. 8. graece.

Quasdam virorum doctorum adnotationes, quae falsa, aut vulgaria, aut a Xenophonte plane aliena tradidisse sibi videbantur, resecurit, quasdam contraxit, multas Zeunii omisit, ipse vero multa ad emendandum aut interpretandum Xenophontis opusculum contulit. — Prodierunt quoque *Xenoph. M. S. libri IV. gr. et lat.* 1789. 8. Basileae, apud Schweighäuser. Basis est editio Ernestina: sed quibusdam locis aliae lectiones sunt receptae: versio latina, quae Leonclauiana esse videtur, non semper respondet graecis, admissis in textum, lectionibus. Additae sunt V. L. ut plurimum ex Ernestina editione sumtae. *Harl.*

*Latine vertit Bessario*, Cardinalis Nicaenus ad Iulianum, episcopum Cardinalem Tusculanum [Romae 1521. 4. *Harl.*] Louan. 1533. 8. quae translatio occurrit in editionibus Xenophontis Basileensibus et H. Stephani. *Ioh. Caselius*, Rostoch. 1576. 4.

*Gallice, Franciscus Carpentarius*, qui vitam quoque Socratis scripsit. Paris. 1657. et Amst. 1699. 12. <sup>ii)</sup> *Germanice* e Carpentarii liberiore versione *Christianus Thomafius*, Halae Sax. 1693. 8. *Fabric.* Eadem repetita est ibidem 1720. 1765. et Tiguri 1738. 8. — Ex graeco textu vertit et notis aliquot illustravit *Io. Mich. Heinze*, Vinar. 1777. 8. et eodem anno prodit versio *I. C. Künzeli*, Iuraniae octonis. *Zeune*. *Heinzii* versio germanica iterum prodit auctior et emendatior. Vinar. 1784. 8. *Neide*, Socrates aus dem Gr. des Xenoph. Lipsiae 1789. 8. *Harl.* *Jf. Faustii* dissertatio praeside *D. Iacobo Schallero* in IV. libros memorabilium Socratis lucem vidit Argentorati ann. 1650. *Fabric.* Animaduersiones in hos libros edidit cel. *Car. Fr. Hindenburgius*, Lipf. 1769. 8. quae merito ab omnibus laudantur. — In quaedam obscuriora loca obseruationes haud contemnendas edidit *Io. Melch. Faber*, Coburgi

ii) Vid. Bayle Epist. pag. 853. *Heumann*. Gallice, *Levesque*. Paris. 1782. 12. *Harl.*

burgi 1772. 4. *Zeune*. Nouas obſervationes in Xen. M. S. nuper ſcripſit idem cl. *Faber* in programmate peculiari, Onoldi. *W. Schœer* adnotatt. quaedam in M. S. in Magazin für öffentl. Schulen. Bremae, tom. II. part. 2. p. 392 ſqq. *Harl.* Herculis cum voluptatē et virtute colloquium ex libro ſecundo Xenophontis, latino carmine expreſſit *Ioh. Stigelius*, Roſtoch. 1591. 8. Graeco *Petrus Iuarus Borrichius*, Lugd. Bat. 1595. 8. *Fabric.* Eundem de Hercule locum ſaepe Germani verterunt. Antiquiſſima verſio videtur eſſe ea, quae eſt in libro, qui inſcribitur: *Historica commentatio de Hercule ex ſecundo libro Xenophontis per Lucam Mutzelowium*. ab eodem in gratiam iuuentutis in vernaculam linguam translata et praeterea germanicis rhythmis expreſſa. Barthae in Pomerania 1593. 8. [Nuper Reiskia hunc locum vertit in libro: *Zur Moral aus dem Gr. überſ. Deſſ.* et L. 1782. 8.]

*Codices*, qui nobis quidem innotuerunt, ſunt duo apud Batauos, Voſſianus et Meer-  
mannianus, et totidem in bibliotheca Vindobonenſi: quorum omnium excerptis iam uſus eſt  
Erneſti. Praeterea dicuntur Excerpta Manuſcripta e Xenoph. Memorabilibus latere in Biblio-  
theca Auguſtae Vindel. vid. Reiferi Index MSSorum pag. 90. *Zeune*.

ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ἈΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΔΙΚΑΣΤΑΣ, *Apologia So-*  
*cratis ad Iudices* <sup>kk</sup>). Auctor Socratem ita defendit, vt cauſas commemoret, cur Socrates  
reus factus iudicibus non ſupplex fuerit, ſed mori maluerit, quam viuere. Cum vero hic  
libellus neque in primis editionibus, Iuntina et Aldina exſtet, neque multa hic reperiantur,  
quae non tradantur in Memorabilibus Socratis, cum Xenophonte indignum eſſe ſtatuit *Val-*  
*ckenarius*. Verum huius opinionem nuper refutare ſtudit *Heinzius*, in Proluſione, quae in-  
ſcribitur: *Vindiciae Apologiae Socratis Xenophontae*. *Zeune*. [repet. et locupletauit in II. edit.  
verſionis ſuae M. S. Etiam Heumanno in n. mſta videtur liber eſſe ſuppoſitiuus. adde eius-  
dem Act. phil. III. p. 498. *Harl.*]

*Graece* primus edidit *Io. Reuchlinus*, Phorcenſis, vna cum Ageſilao et Hierone, Hage-  
noae ex officina Thomae Anſelmi 1520. in quaternis. — Hinc textus eius repetitus eſt in edd.  
Halenſi, Caſtalionea et Brylingerianis: atque ipſe Henr. Stephanus ſe huic editioni multum  
debere teſtatur. Separatim Lutetiae Pariſiorum ann. 1579. [apud Maitt. A. T. ind. ann. 1553.]  
edidit *Morellus*. Verum cum ipſi non potuerimus inſpicere, ſitne noua recensio facta, an  
Stephaniana repetita, dicere non poſſumus. Stephani recenſionem datam eſſe, ſuſpicamur.  
In Chreſtomathia Graeca Geſnerus ex editione Caſtalionis repetiit, perpaucis mutatis, et  
notis breuibus adſperſis. [Apol. Socr. gr. cum verſ. lat. interlineari et expoſitione grammati-  
ca. Pariſ. 1662. 8.] — Cum verſione latina et ex recenſione *Welfii*, adſperſis notis quibus-  
dam Stephani, Leonclauui, Porti et Raphelii, hunc libellum addidit calci ſuae editionis Me-  
morabilium Socratis *Boltonus Simpsonus*. — Anno 1749. vna cum Oeconomico, Sympoſio,  
Hierone et Ageſilao recenſuit et animaduerſionibus illuſtrauit *Io. Aug. Bachius*, Lipſiae octo-  
nis. — Eandem libellorum collectionem, fragmentis auctoris tantum auctam, more ſuo re-  
cenſuit et Bachii, Erneſti ſuiſque animaduerſionibus et indicibus illuſtrauit *I. C. Zeune*, Lip-  
ſiae 1782. 8. *Zeune*. Eadem, et M. S. cum n. varr. a *Io. Gillmann*. gr. et lat. London. 1720.  
8. apud Bowyer. *Harl.*

*Latine*

<sup>kk</sup>) Cl. Schneidero in praefat. ad Xenoph. M. S. in Addendis, Apologia videtur olim partem feciſſe  
extremam Memorabilium, caſu inde diuiſa et a

grammaticis multis in locis interpolata et mutilata.  
*Harl.*

*Latine* vertit *Leonh. Aretinus*. Bononiae 1502. fol. *Fabric.* Eadem versio reperitur in *Collectione Isingriniana* et editionibus *Brylangerianis*.

*Germanice* versam Apologiam edidit primum *Goldhagenius* in tomo III. *Anthologiae* germ. tum *I. M. Heinzius*, et addidit calci suae versionis *Memorabilium Socratis*. *Zeune.* [et *Aug. Guill. Pohlmann*, cum notis, praemissa comment. de Genio Socratis. Lipsiae 1790. 8. *Harl.*]

Codex MSSus latet in Bibliotheca Augustana. vid. *Reiseri* Ind. MSSorum p. 69. *Zeune.* *Georg. Henr. Martini*, in praef. Rector scholae Nicolait. Lipsiensis, adhuc Annabergae scripsit Coniecturas in *Apol. Socr.* §. 4. 1763. 4. *Harl.*

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ, *Conuiuium Philosophorum*<sup>1)</sup>. De iis, quae aduersus temporum rationem in hoc libro finxisse Xenophon arguitur, vide *Casaubonum* V. 17. ad *Athenaei* V. p. 16. Idem *Athenaeus* alia quaedam in Xenophontis conuiuiio reprehendit V. pag. 187 sq. Prodiit separatim

*Graece*, Louan. 1530. 4. Haganoae studio Vinc. Obsopoei, 1531. 8. *Fabric.* De collectionibus *Bachii* et *Zeunii*, vbi idem libellus reperitur, paullo ante dictum est. *Zeune.*

*Latine* vertit *Ianus Cornarius*, Basil. 1548. 8. [Reperitur haec versio in libro, qui inscribitur *de Conuiuiis*, vbi quoque *Platonis* aliquot scripta continentur. *Zeune.*] et *Ioh. Ribittus*, cuius versio exstat in editionibus Xenophontis *Basileensibus* et *H. Stephani*.

*Gallice*, *Tan. Faber*. Salmurii 1666. 12. *Fabric.* et 1670. ibidem. Sed nec versio, nec notae adiectae, sunt alicuius momenti.

*Germanice* interpretatus est *Seiboldus*, Lemgouiae 1773. 8. *Zeune.*

ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ, *Oeconomicus liber*, quem a iuvene se translatum testatur *Cicero* II. *Officior.* cap. 24. Ex versione illa, cuius meminit et *Hieronymus* II. in *Rufin.* seruauit quaedam *Cicero* ipse lib. de *senectute*, cap. 17. *Columella*, *Macrobius*, *Donatus* et *Priscianus*, quae cum graecis Xenophontis collata videre licet post *H. Stephani* *Lexicon* *Ciceronianum* pag. 44 — 49. *Fabric.* Xenophontem tanquam quintum *Memorabilium* *Socratis* librum scripsisse hunc *Oeconomicum*, est haud improbabilis *Galeni* sententia. Ceterum argumentum libri, quod suauius est, quam polliceri videtur, fere huc redit: praemissa disputatione de coercendis prauis cupiditatibus, et agriculturae honestate laudibusque, *Socrates* verbis *Ischomachi* primum copiose et luculenter disserit de officio *matrisfamilias*, *patrisfamilias* villicique; tum praecepta de agro recte colendo addit. *Zeune.*

Hic liber *graece* excusus est [apud *Theod. Martin.* Louan. 1527. 4. — *Parif.* in aedibus *Io. Lodoici Tiletani.* 1535. 8. — *ibid.* apud *Iac. Bogardum.* 1544. 4. *Harl.*] — cum

1) *Diogen. Laert.* VI. 14. *Plin.* lib. XXXIV. cap. 8. p. 518. In hoc conuiuiio sub *Critobuli* persona latere ipsum Xenophontem, docet *Aristippus* apud *Diogen.* II. 48. Verba enim, quae ibi *Laertius* profert, sunt *Critobuli* in *Symposio*. Ceterum *προς ον* apud *Laertium* malim sic vertere:

apud quem (*Cliniam*) ita fatus est Xenophon. Nam *Symposium* illud habitum esse fingitur apud *Cliniam*. An vero hic liber forte est supposititiuus? Vide quae adscripti ad *Acta* *philos.* part. I. pag. 129. *Heumann.*

cum Aristotelis Ethicis, Politicis et Oeconomicis, Basileae apud Ioh. Walderum. 8. *Fabric.* Textus est merus Iuntinus, omnibus vitiis repetitis. Emendatior vero textus reperitur in Collectione Bachiana, de qua ante dictum est. Denuo autem ad omnes editiones, versiones antiquas et codicem Guelferbytanum recensitus exstat in Collectione opusculorum Xenophonteorum Zeuniana, de qua supra. *Zeune.* gr. et latine. Oxon. 1693. vid. catal. Menken. pag. 150. *Harl.* Citat praeter alios Stobaeus ferm. 83. vbi et *Brissonis et Hieroclis* Oeconomicum laudat. [P] [adde infra de Aristotele §. 34.]

E recentioribus latinis vertit *Raphael Volaterranus*, dicauitque Titae Minutiae. Exstat ad calcem commentariorum vrbano-romani, Paris. 1515. fol. et in editionibus Xenophontis graeco-latinis, Basileensi et H. Stephani. *Fabric.* Latine quoque interpretatus est *Iac. Lodoicus Strebaeus*, quinque libris manuscriptis vsus. Haec versio est in Collectione *Isingriniana*, Basil. 1551. et in editione Xenophontis Brylingeriana posteriori. — Denuo ad latine reddendum hunc librum accessit *Ioach. Camerarius*, codice MSto vsus, additis notis haud contemnendis, vbi interdum lectio codicis commemoratur, et coniecturae proponuntur. Prodiit haec versio Lipsiae 1564. 8. [1580. 4. Francof. ap. her. Wechel.] vna cum Aristotelis Oeconomicis, latine redditus. *Zeune.*

*Gallice*, *Stephanus Boëtius*, Paris. 1572. 8. *Fabric.* Sub titulo: *La Menagerie de Xenophon.* [vid. Sammarthan. Elog. libr. II. cap. 5. nr. 4. *Heumann.*] Atque *Dumas* eundem et libellum de re ditibus transtulisse et notis illustrasse fertur, Paris. 1768. 12.

*Anglice*, *Richardus Bradleius*. — [per *Gentianum Hervet*, London 1534. 8. *Harl.*]

*Germanice* vertit, et cum textu graeco e recensione *Welfii* edidit *Bartholdus Henr. Brookes*, Hamburgi 1734. 4. Vertit nuper *Fr. Gu. Iosoth. Dillenius*, Tubingae 1778. 8. additis notis historicis. *Zeune.* *Io. Herold.* libros Oeconomicorum ex Aristotele et Xenophonte germanicos fecit teste *Mich. Neandro* Erot. ling. hebr. p. 562. *Heumann.*

Codices, qui in primis nobis innotuerunt, sunt 1) *Camerarianus*, qui vbi nunc lateat, ignoramus. 2) *Guelferbytanus*, quo vsus est *Zeunius*. 3) Excerpta ex hoc libro scripta latent adhuc in *Biblioth. Augustana*. vid. *Reiseri Ind.* pag. 90. *Zeune.*

ἈΓΗΣΙΛΑΟΣ, de Agesilai regis Lacedaemonior. laudibus, de quo *Thucydides*, *Nepos*, *Plutarchus*, *Iustinus* et alii. *Cicero* V. Epist. ad *Luceium* 12. *Nec minus est Spartiatis Agesilauus ille perhibendus, qui neque pictor neque scultor imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando fuisse omnes imagines omnium, statuasque superauit.* Confer *Plutarchum* in *Pompeio* f. 663. *Themistium Orat.* 2. p. 27. edit. *Harduini.* *Fabric.* Etsi hunc librum veteres multi laudant Xenophontemque faciunt auctorem, nuper tamen *Valckenarius* [in *Diatr. de fragm. Eurip.* post edit. *Hippolyti Eurip.* p. 266. A. B. et ad *Herodot.* III. 134. 9.] eum Xenophontis ingenio indignum esse pronunciauit, profectum a *Sophista* aliquo. Verum argumenta viri refutauit *Kühnius*, Lipsiae 1777. in *Fragmentis vindiciarum Agesilai Xenophontei*, [et *Reitz.* in *comm. de profodiae gr. accentus inclinatione*, p. 38 sq.] Conf. *Zeunius* ad initium Agesilai.

*Graece* primum ediderunt *Iuntini* cum *Plutarchi* operibus, quemadmodum testatur *Fr. Afulanus* in Praefatione ad edit. Aldinam Xenophontis. Postea vna cum *Apologia* et *Hierone*,



ne, vt supra significauimus, haud dubie e codice edidit *Reuchlinus*, certe haec editio nonnullas continet lectiones exquisitas. — [cum Hierone, gr. exc. Wendel. Rihelius. Argentor. 1553. 8. — gr. et lat. Lutet. Paris. ap. Seb. Cramoisy 1630. 8. vid. Maittaire A. T. ind. p. 349. *Harl.*] — Recensuit inprimis ad codicem Harleianum et animaduersionibus quibusdam illustrauit et calci suae editionis Anabaseos Xenophontae in quaternis adiunxit *Hutchinsonus*, addita Leonclauiana versione, interdum mutata. — Hutchinsoniam recensioem cum eiusdem notis selectis repetiit Oxonii 1754. octonis *Boltonus Simpsonus* vna cum Xenophontis Hierone, Republica vtraque et de Reditibus ex Welsii recensione, additis sub finem adnotationibus ex Leonclauio, Stephano, Porto, Cragio decerptis. Etsi vero in fronte libri est, *recensuit Bolton Simpson*: hic Artium Magister Coll. Reg. Oxon. Socius aut ignorauit, quid esset *recensuit*, aut vanus homo fuit. De Bachiana et Zeuniana libri recensione supra est dictum. *Zeune.*

*Latine* vertit *Franciscus Philelphus*, Bononiae 1502. fol.

*Gallice*, *Franciscus Carpentarius*, ad calcem Cyropaediae. Paris. 1659. Amst. 1661. 8. *Fabric.*

*Germanice*, *Lafius* vna cum Cyropaedia. Melius vero *Goldhagenius* cum Historia Graecorum Xenophontea.

Præter Harleianum, quò Hutchinsonus vsus est, alius codex non nobis est cognitus. *Zeune.* adde *Koepfen*. Direct. Gymnasii Hildeshem. progr. ad Xenoph. Agesilaum notae et emendationes. 1788. 8. *Harl.*

ἸΕΡΩΝ, ἢ Τυραννος, *Dialogus Simonidis cum Hierone* primo, (qui, fratri Geloni in tyrannide succedens, Syracusas in potestate habuit ab Olymp. LXXV. 2. ad LXXVIII. 2.) docens, miseram esse prae priuatis Tyrannorum conditionem; et quae facienda sint tyrannis, vt minus miseri sint, et a subiectis suis non diligantur, sed amentur. *Fabric.*

*Graece* cum Apolog. et Agesilao primus edidit *Reuchlinus*, vt supra dictum est. [— gr. apud Theod. Martin. Louan. 1528. 4. — Paris. exc. Christi. Wechel. 1547. 4. *Harl.*] — Cum versione Gallica textum graecum, vel ad Stephanianam vel Welsianam recensioem interdum mutatum, edidit *Petrus Coste* 1711. 8. Amstelodami, adpersis notis criticis. Hanc omnino editionem recudendam curauit 1736. 4. Noribergae, *Max. Rud. Heluetius*, versione Costiana et notis germanice redditis. Idem liber reperitur in Collectione *Bachii*, *Simpsonii* et *Zeunii*, qui ad textum emendandum praeter editiones omnes aliaque subsidia, etiam in locis, e Stobaeo excerptis; vsus est lectione MSSi. *Zeune.*

*Latine* vertit *Leonh. Aretinus*, Bononiae 1502. fol. [Eandem versionem non ita multo post recudendam curauit *Phil. Beroaldus*, s. l. et a. octonis. Hanc habere vsum criticum, facile ex eo patet, quod e libris scriptis est ducta. *Zeune.* — item vertit *Iac. Grifolus* in libro: *Demosth. oratt. III. Olynth. lat. et I. ac II. contra Philippum* latine, interprete *Iac. Grifolo*. item *Xenophontis Hieron* vel tyrannica, lat. per eundem. Florent. Laur. Torrentinus. 1550. 4. *Harl.*] et *Erasmus*, Basil. 1530. 8. et tomo IV. Opp. Erasmi, atque in editionibus Xenophontis Basileensi et H. Stephani. [Io. Fraxin. Paris. apud Wechel. 1550. 4. *Harl.*]

*Gallice*, *Iacobus Miffant*. Paris. 1550. 8. *Fabric.*

*Germanice* nuper vertit *Goldhagenius* in parte prima *Anthologiae*, pag. 235. [etiam *Io. Geo. Schloffer.*]

Codicem MStum reperiri in *Bibliotheca August. Vindel.* testatur *Reiferus Ind.* p. 90. *Zeune.*

ΠΟΡΟΙ ἢ περὶ προσόδων. *De pronentibus*, argentifodinis et vectigalibus terrae Atticae, commercisque promouendis et augendis reip. redditibusque atque ciuibus. Male περὶ πόρων interpres *Laertii* II. 5. 7. reddit de *feminibus*, quasi περὶ σπόρων legisset. [*Graeco* cum versione *Leonclauiana* edidit *Bolt. Simpsonus* vna cum *Agelao* aliisque opusculis, vt supra ostendimus. — Recensuit et animaduersionibus illustrauit *Zeunius* in *Xenophontis* Opusculis politicis, equestribus et venaticis, cum triplici indice, Lipsiae 1778. 8. *Zeune.*] Latine per *Ioach. Camerarium*, Paris. 1572. 4. Transtulit et *Ioh. Ribittus*, cuius versio in edit. *Xenophontis* Basil. et *H. Stephani. Fabric.* *Germanice* vertit et animaduersionibus historicis et politicis illustrauit *D. Georg. Heur. Zink*, Guelpherb. 1753. 8. *Zeune.*

ΠΕΡΙ ἸΠΠΙΚΗΣ, *de re equestri.* In hoc *Xenophon* testatur, se scribere, quae *Simon<sup>mm</sup>* (*Atheniensis* in suo *de equitatu* libro, quem laudant *Plinius* II. 4. *Hippiatica* et *Suidas*) minus perfecte tradiderant. *Fabric.* Graece ex *Welfii* recensione cum sua versione germanica et paucis notis edidit *I. C. Hagnisch*, Frf. 1743. 4. — Recensio *Zeunii* reperitur in *Xenophontis* opusculis politicis etc. de quibus modo diximus. *Zeune.*

Transtulit *Ioach. Camerarius*, [Tubingae 1539. 8.] Paris. 1572. 4. [Sed iam 1556. Lipsiae octonis eandem interpretationem ediderat, addita prolusione de nominibus equestribus. *Zeune.* Inscriptio libri haec est: *In hoc libro haec insunt. Hippocomicus*, quae disputatio de curandis equis. *Xenophontis* liber de re equestri latinus factus. Nomina equestria graeca et latina. *Xenophontis* libri de republica *Lacedaemoniorum* et *Atheniensium*. Itemque de praefectura equestri, conuersi in sermonem latinum. Historia rei numariae siue de nomismatis graecis et latinis. Autore *Ioachimo Camerario*, Paberg. Elaborabantur Lipsiae in officina *Valentini Papae*. 1556. 8. *Harl.*] *Ioh.* vero *Leonclauius* bis; prior versio *Taurini* edita, altera in editione *Sylburgiana* exstat, graecis ad latus adiuncta, priore reiecta ad libri calcem. [P].

ἸΠΠΑΡΙΚΟΣ, *de praefectura siue disciplina equestri*, ad filium, equitum *Athenis* praefectum. Latine vertit et notis illustrauit *Ioach. Camerarius*, Lips. 1543. 8. At *Ioh. Ribitti* versio occurrit in editionibus *Xenophontis* Basil. et *H. Stephani. Fabric.* de *Camerarii* versione modo dictum est. *Harl.* Graece recensuit et notis explicauit *Zeunius* in Opusculis politicis etc. quod idem valet de sequente auctoris libro de *Venatione*. Codex huius libri latet in *Bibliotheca August. Vindel.* vid. *Reiferi* Ind. MSSorum etc. p. 79. *Zeune.* Ἰππαρχικόν gallice vertit, et historice persequutus est fata atque conditionem rei equestris in Graecia per diuersas periodos, tum eius emendationem et rationem ad peditatum, *Ioly de Maiseroy* in *Tableau général de la Cavalerie grecque*, separatim Paris. 1780. et in *Mem. de Litterature — des Inscr.* ibid. eodem anno, tom. XLI. p. 295 sq. *Harl.*

ΚΤΗΝΗΓΕ-

<sup>mm</sup>) *Suidae Simon* in Ἄφροτος et Κίμων, male. Vide eundem *Suidam* in Τριλλη, et *Meursium* *Biblioth. Atticae* pag. 1461.

ΚΥΝΗΓΗΤΙΚΟΣ, de Venatione. Themistius orat. 19. nonnihil ex hoc Xenophon-  
tis maioris libro laudans, auctorem vocat τὸν πάντα σοφόν. Quae vero auctor praetermi-  
sit, suppleuit *Xenophon iunior*, siue *Arrianus*, Nicomedienfis, in libro eiusd. argumenti, de  
quo infra suo loco.

Latine vertit *Omnibonus Leonicens*, Bononiae 1502. fol. *Fabrie*. *Cynegetica*, or essays  
on Sporting; consisting of observat. on Hare-Hunting, containing an Account of the  
Hare-Hunting and Coursing of the Ancients from *Xenophon* and *Arrian*, etc. — by *Wil-*  
*liam Blane* etc. edit. noua Londini, 1788. 8. *Harl.*

Quaedam EPISTOLARVM Xenophontis fragmenta, a *Stobaeo* seruata, e *Conradi*  
*Gesneri* versione editioni suae adiunxit *H. Stephanus*. Illas ad *Aeschinem* et *Critonem* translu-  
lit etiam *Ioh. Caselius*. Locum ex Epistola ad *Aeschinem* profert *Eusebius* XV. 12. Praeparat.

De aliis EPISTOLIS, Xenophonti tributis et ab *Allatio* editis, dixi lib. II. cap. 10. §. 35.

*Thucydidis* quoque historiam a Xenophonte nostro in lucem prolatam dixi lib. II. cap.  
25. §. 5. (e *Laertii* II. 57.) et Scholia Graeca in *Thucydidem*, a nonnullis tribui nescio, cui  
Xenophonti. *Ibid.* §. 6.

### III. Supposita Xenophonti.

Praetereo libellum Xenophontis nostri nominis suppositum ab *Amio Viterbiensi*, qui in-  
scribitur ΑΕΚΒΙΒΟΑ, et latine prodit cum aliis eius furfuris scriptis, et *Anni* com-  
mentariis, Romae 1499. 4. [Basil. 1530. 4. — *Witteberg*. 1612. 8. etc. *Harl.*] Vide, si pla-  
cet, quae de his dicta sunt in *Bibliotheca latina*.

### Xenophontis scripta deperdita.

Βίος Φιλοσόφων. *Suid.* in *Ξενοφῶν*. nisi tamen falsus *Suidas*. Vide *Iousum* lib. I.  
cap. 7. <sup>nn)</sup> *Menagium* ad *Laert.* II. 48.

Περὶ ἀληθείας. *Pollux* VI. 33.

Τέχναι Ῥητορικαί. *Pollux* *ibid.*

Ἀναμετρήσεις vero τῶν ὄλων, *Stephano Byz.* in *Ἐρωπὸς* laudatae, sunt Xenophontis  
*Lampfaceni*, *Geographi*, *Plinio* plus simplici vice ac *Solino* memorati. *Periplum* vocat il-  
lud opus *Plinius* III. 48. *Hist.* et *Valerius Max.* VIII. 13.

### Interpretes Xenophontis deperditi.

*Longini* τὰ περὶ *Ξενοφῶντος*, et, quod *Suidas* memorat, *Zenonis* *Citiei* ὑπόμνημα εἰς  
*Ξενοφῶντος*, itidem intercidit, perinde vt *Heronis* ὑπόμνημα et *Aelii Harporationis* περὶ  
C 2 τῶν

nn) Qui p. 37. 38. dilucide probat, errasse *Sui-*  
*dam*, male capiendo verba *Laertii*, scribentis:  
*Ἰσορίαν Φιλοσόφων πρῶτος ἔγραψε*. quorum verbo-  
rum non est is sensus: *Xenophon* primus scripsit

historiam *Philosophorum*; sed iste: *Xenophon*  
*Philosophorum* primus est, qui scripsit historiam.  
*Heumann.*

τῶν παρὰ Ξενοφῶντι τάξεων, [vid. Fudoc. in Ἰωνιᾷ p. 66.] et *Hypaesthionis* liber de Antiphonte, cuius mentio apud Xenophontem in libris de dictis et factis Socratis. [P]

#### IV. *Editiones vniuersorum Xenophontis librorum.*

1) *Princeps editio* prodit Florentiae anno 1516. forma maiori, in aedibus *Phil. Iuntae*. Curauit eam *Euphrosynus Boninus*, qui dedicauit Laurentio Saluiato, Leonis X. Pontificis Romani nepoti. Continet vero tantum, et hoc ordine: Cyropaediam, Anabasin, Apomnemoneumata, Cynegeticum, Hipparchicum, Hippicen, Remp. Laced., Remp. Athen., Oeconomicum, Hieronem, Symposium et Historiam Graecorum. Desunt igitur libellus de Agesilao rege, Apologia, de Vectigalibus, atque pars posterior de Rep. Athen., cuius loco adiunctum est fragmentum libelli de Vectigalibus. Etsi vero hic vitiosae lectiones non abfunt, haud dubie haustae ex codice, vnde descripta est, et praeterea, inprimis in libris Memorabilium Socratis, nonnullae reperiuntur lacunae: cum tamen malis multae immixtae sint optimae lectiones, sitque fere omnium posteriorum facta basis editionum, facile intelligitur, vltimum criticum illius haud esse contemnendum. *Zeune.* conf. *Goesen.* Memorabilia biblioth. Dresdenf. tom. I. p. 476 sqq. vbi aliae quoque editiones ac versiones describuntur. *Harl.*

2) Anno 1525. sequuta est eiusdem formae *Aldina*, Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Afulani foceri, vbi plures libri et hoc ordine comprehenduntur: Xenophontis vita ex Laertio, Cyropaedia, Anabasis, Historia Graecorum, Agesilaus, Apomnemoneumata, Oeconomicus, Hiero, Resp. Laced., Resp. Athen., de Vectigalibus, Symposium, Hipparchicus, Hippice et Cynegeticus. Deest igitur et hic Apologia. Ceterum est integrior, lacunae sunt repletae, et interdum meliores lectiones restitutae. Afulanum igitur, qui editioni praefuit, codicibus vsus esse, a vero non abhorret. Veruntamen non pugnabo, si quis interdum ingenio suo eum indulgisse contenderit. Hoc certe non dubium est, eum Iuntinae, qua pro basi vsus est, multa vitia intacta reliquisse.

3) Anno 1527. iterum *Florentiae*, etiam folio, per heredes *Phil. Iuntae* sine vlla praefatione opera Xenophontis sunt recusa. In titulo quidem libri recensentur eo ordine, quo sunt in *Aldina*: verum, si recesseris ab Agesilao, de Vectigalibus et opusculis Dionis *περὶ βασιλείας καὶ τυραννίδος, περὶ πίστεως καὶ ἀπιστίας, περὶ τύχης, καὶ περὶ δόξης*, qui libelli hic denuo accesserunt, non modo librorum ordo, sed et cetera omnia omnino conueniunt Iuntinae primae. Quae vitia, quae lacunae, quae interpolationes, quae transpositiones sunt in prima, eadem plane omnia repetita sunt in hac altera. Igitur valde errant, qui opinantur, Iuntinam secundam esse meram Aldinae repetitionem.

4) Anno 1540. *Xenophontis* opera *Haiae Sueuorum* octonis, in tres tomos diuisa, sunt edita cum Melanthonis praefatione; in qua vero nihil nisi Xenophontis ingenium laudatur. Textus omnino repetitus est cum omnibus vitiis Iuntinae, quae tum multo parabilior erat, quam *Aldina*, quae, teste Henr. Stephano, quinque coronatis amplius vendi solebat. Ceterum huius *Halenfis* editionis titulus est duplex: verus enim locum annumque exhibet, fictus autem vtraque caret nota.

5) Anno 1545. in folio vniuersa opera prodierunt *Basileae* apud *Nic. Brylingerum*, cum praefatione *Albani Torini Vitodurani* et variorum interpretatione latina, vt *Fr. Philelphi* in  
Cyropaediam,

Cyropaediam, Agel. et Remp. Laced., Amasaci in Anabasi, *Pirkhemeri* in Hist. Gr., *Bessarionis* in Memorabilia, *Raph. Volaterrani* in Oecon., *Aretini* in Apolog., *Erasmi* in Hieron., *Ribitti* in de Vectigal., in Hipparchicum Symposiumque, *Camerarii* in Hippicen, *Leonici* in Cynegeticum, et *Castalionis* in Remp. Atheniensium. Textus est merus Halensis siue Iuntinus. *Zeune*. conf. *Goetz*. Memorabil. biblioth. Dresdens. tom. I. pag. 479 sq. *Harl.*

6) Non ita multo post, (nam annus non est notatus,) prodiit noua editio mere Graeca, *Basileae* octonis apud *Isingrinium*, in duo tomos diuisa, quorum prior continet Cyrop. cum Anabasi, posterior reliqua auctoris scripta cum indice rerum. Praemissa est praefatio duplex, altera *Isingrini*, qua declaratur, exemplar Xenophontis, multis in locis partim vetustate, partim librariorum incuria deprauatum, a *Seb. Castalione* inter semel atque iterum praelegendum discipulis suis et relegendum esse restitutum: altera *Phil. Melanthonis* ista, ex Halensi editione repetita. Textus quidem est Iuntinae, sed multis locis emendatus a Castalione siue coniectura, siue codicum auctoritate. Igitur haec est prima recensio textus Xenophontei, quae in Germania est facta. Ceterum haec editio a viris doctis modo vocatur *Basiliensis*, sed minus accurate, modo *Isingriniana*, modo *Castalionea*.

7) Anno 1555. iterum edidit vniuersum *Xenophontem* in folio *Nic. Brylingerus*, *Basileae*, curante *M. Ioanne Petri*; sed ita, vt textus Castalioneus repeteretur, et interpretatio variorum Latina quoque adderetur ex recensione Castalionis, quam *Isingrinus* 1551. *Basileae* octonis ediderat. Itaque in hac *Brylingeriana* secunda sunt quidem eadem versiones, quas diximus esse in prima, si recesseris ab *Oeconomico*, in quem loco *Volaterranae* hic substituta est *Iac. Lod. Straebei*, sed a Castalione ad textum suum Graecum mutatae; adeoque hae, quamquam ad intelligentiam sunt aptiores, ad vsum criticum tamen ineptiores. — Eadem haec *Brylingeriana* anno 1568. fraude heredum *Nic. Brylinger*, fucata est nouo titulo, atque, vt homines ad exemplaria in taberna libraria obsoleta allicerentur fortassis rei nouitate, ibidem iactatur, accessisse *Io. Brodae Turonensis* in omnia Xenophontis opera annotationes. Verum hoc ipsum ex parte est fictum et vanum. Nam illae annotationes praeclearae iam anno 1559. apud *Nic. Brylingerum* separatim prodierant. Ergo, si rem iudices ex titulis, videntur esse tres editiones *Brylingerianae*; sed re sunt duae tantum.

8) Sed noua *Xenophontis* recensio facta est ab *Henr. Stephano*, tum *Hulderici Fuggeri* typographo, qui anno 1561. graece forma maiori valde nitide edidit. Hic, *Aldina* basi facta, non modo meliorem interpretationem ex ingenio recte restituit, et verba conflatata et confusa distinxit; sed vsus est etiam a) codicibus; b) veteribus editionibus, in quibus inprimis laudat *Petri Victorii* editionem Iuntinam *Ἀπομνημονευμάτων*, et *Io. Reuchlini* editionem Agesilae, Apologiae et Hieronis: c) castigationibus, quas *Henr. Scrimgerus* ex codd. in itinere, per Italiam facto, collegerit: d) emendationibus ex codd. *περὶ ἰππικῆς*, in Hipparchico ac Cynegetico, quas ei Romae dederit *Guil. Sirletus*: e) coniecturis *Budaei* in Comment. L. gr. ait, se esse vsum tum, quum intellexerit, eas alicuius antiqui exemplaris testimonio comprobari: f) fatetur denique, ope *Plutarchi*, *Pollucis*, *Athenaei*, *Stobaei* aliorumque, Xenophontem laudantium, se plurima emendasse loca. *Zeune*. De hac editione, cuius secundam partem versio plurium interpretum latina constituit, et Xenophonte multus est *Freitag*. in Adparatu liter. tom. II. p. 1288 sqq. Exemplum membranaceum huius editionis splendidum adserua-

tur in biblioth. Elisabeth. Wratislau. teste *Kranzio* in Memorabil. illius bibliothecae, Wratislau. 1699. 4. pag. 75. *Harl.*

9) Anno 1569. cum versione latina, *Basileae* apud *Thom. Guarinum*, etiam in fol. edidit *Ioannes Leonclavius*, (Löwenklau,) calci adiectis annotationibus. Expressit textum Stephanianum, a quo interdum, inprimis in sua versione, recessit, sequutus lectionem marginis Stephanianae.

10) Eadem illa *Leonclauii* editio, sine vlla accessione et mutatione anno 1572. *Basileae* repetita est apud eundem Thomam Guarinum. Fabricius quidem ponit annum 1577. sed haud dubie a vero aberrauit. Nam nec ipse vnquam editionem de hoc anno vidi, nec ab alio vsquam commemorari memini.

11) Anno 1581. *Henricus Stephanus* iterum ad Xenophontem in fol. edendum accessit. Textum non modo retractauit, sed et annotationes suas locupletauit. Quare dubium non est, quin haec posterior superiori isti, si non splendore externo, certe bonitate interna, praestet longe. *Zeune*. Latina versio, quae seorsum excusa est, non adhaeret omnibus editionibus. vid. *Goetzii* Memorab. biblioth. Dresdens. tom. I. pag. 478 sq. *Harl.*

12) Anno 1594. [ann. 1595. apud *Goetz*. l. c. p. 481.] tertium coepit edere *Xenophontem* *Io. Leonclavius*, fol. Francof. apud *Wecheli* heredes. Perpauca sunt, quae in textu mutauit, adeo, vt vix recensio dici possit. Inprimis, sequente spiritu aspero, apostrophum sustulit. Verum versionem suam Latinam denuo expoliuit, et superiores animaduersiones novis auxit multis. In quibus vero saepe nimiam animi impotentiam prodit erga Stephanum, qui eius interpretationem Latinam nonnullorum Xenophontis libellorum per aliquot annos suppresserat. Ceterum prorsus Leonclavius morte impeditus hanc editionem absolueri non potuit. Ergo *Frid. Sylburgius* praefationem operi praemisit. *Zeune*. Inueni edit. citatam: *Xenoph. opera* ab *Io. Leonclauio* in latinum sermonem conuersa, cum argum. et notis ab *Aem. Porto* edita. Francof. 1595. 8. II, tom. *Harl.*

13) Anno 1596. eadem illa editio nouo ornata est titulo, atque calci *Aemilii Porti* et *Fr. Porti* notae sunt additae cum indice graeco verborum phrasiumque. [vid. *Goetz*. l. c.]

14) Haec ipsa anno 1625. fol. Paris. [typis regii per *Ant. Steph.*] sine vlla accessione repetita est, si exceperis operarum vitia, quae hic sunt commissa.

15) Anno 1703. edidit *Eduardus Welfius*, Oxonii, cum *Leonclauii* versione latina, voluminibus quinque, octonis. Recensuit quidem textum, sed fere temere.

16) Eadem haec *Welfiana* editio repetita est Lipsiae 1763. quatuor voluminibus, 8. cura *Car. Aug. Thiemii*. Sed non modo est correctior Oxoniensi, verum etiam ex *Hutchinsoni* editione maiori insertae sunt dissertationes. Quodsi tomus quintus, qui indices habuisset, accessisset, eius praestantia prae Oxoniensi valde aucta fuisset. [Eius editionem, opibus *Cl. Thiemii* adiutus in se suscepit *Cl. Sturz*, Prof. Gymn. Gerani.]

Qui vero separatim vel in omnia vel in nonnulla Xenophontis scripta scripserunt observationes, fere sunt hi:

*Io. Brodaci Turouensis* in omnia Xenophontis opera adnotationes. *Basileae*, apud *Nic. Brylingerum*, 1559. fol.

*M. Anton. Mureti* Notae in Xenophontis Cyropaediam et Anabasin; sub calcem Mureti Commentariorum in Aristotelis libros Ethicorum. Ingolstadii 1602. 8. [rec. tom. III. Mureti Opp. a Ruhnkenio editorum. Leidae 1789. 8. *Harl.*]

*Fr. Porti* Commentarius in varia Xenophontis opuscula. Morgiis, 1586. 4. [1594. Geneu. in fol.] *Zeune.*

*M. Io. Grammii*, Philos. et gr. linguae Prof. in vniuers. Haunienfi diss. Historia deorum ex Xenophonte, siue antiquitatum Xenophontearum prodromus. Cui accedit *Specimen Supplementi lexicorum ex Xenophonte.* Hauniae, 1715. 4.

*Freret* Remarques sur la Bataille, donnée a Thymbrée entre les Armées de Cyrus et de Croesus, (ad illustrand. Cyropaed. lib. VI. et VII.) in Mem. Paris. — des Inscr. vol. VI. pag. 532 sqq.

*Bejot* scripsit coniecturas in Xenophontis Cyropaediam, quinque codd. ex bibliotheca regia Paris. vsus, in vol. XXXIII. Historiae acad. Paris. Inscript. Paris. 1770. vbi pag. 11 sq. nominat codices illos.

*Pelloutier* commentatus est super Xenoph. lib. de expeditione Cyri iunioris, in vol. X. Mem. de l'Acad. de Berlin, et in tom. III. suae historiae Celtarum, gallice expositae, Paris. 1770. 12.

*Bernhard Georg Walch* de Cyri expeditione in Massagetas comment. Gottingae, 1767. 4.

De Xenophontis methodo Socratica agit *Graeffe* in libello: Die Sokratick nach ihrer ursprünglichen Beschaffenheit in katechetischer Rücksicht betrachtet, (quae est quoque pars altera libri, Katechetisches Magazin etc.) Gottingae, 1791. 8.

*Saxii* Onomast. litterar. tom. I. pag. 57 sq.

*Fragment de Xenophon*, nouvellement trouvé dans les Ruines de Palmyre, par un Anglois et déposé au Musaeum Britannicum, à Londres, traduit du Grec par un François et lu à l'Assemblée publique du Musée de Paris du Jeudi 6. Mars 1783. à Paris de l'Imprimerie de Pierres et se trouve chez Prault 1783. Est allegoria abbatis *Brizard* ingeniosa de conuersione rerum americanarum in America septentrionali. Conf. Journal Encyclopédique à Bouillon. 1783. tom. V. part. III. pag. 433 sqq.

De versionibus iam est passim dictum. Hic addam, *Xenoph. opera germanice* produisse Aug. Vindel. 1540. fol. conf. de version. germanicis: Schriften der Altdorf. deutschen Gesellschaft, pag. 177 — 185. [Nuperrimi interpretis, *Borheckii*, versionis vol. IV. et vltimum produit Lemgou. 1791. 4.] — *Hispanice*, interprete *Didaco Gratiano de Aldrete*, Salinae 1552. fol. De *Italicis* v. *Paitionium* l. mem. — *Latine* per diuerfos, Basil. apud Andr. Cratand. 1534. fol. — Lugd. 1551. 12. II. tom. — De libro rarissimo, *Petri Pauli Vergerii* ad Vbertinum Carariensem de ingenuis moribus librum e magno Basilio, *Leonardi Aretini* translationem ad Colucium eque *Xenophonte* Leon. Aretini traductionem de tyrannide, typis *Adami* (de Ambergau, qui Venetiis imprimebat 1471.) vid. *Schellhorn*. ad Angeli Mariae Card. Quirini libr. singularem de optimorum scriptorum editionibus etc. Lindau. 1761. 4. p. 83 sq. not. et *Audiffredum* in Catalog. histor. critico roman. editionum saec. XV. pag. 125. — et

pag. 363. de alia eorundem *Basilii et Xenophont.* libellorum eiusdemque interpretis editione apud Georg. Lauer. 4. sine a. et l. — *Xenoph. de vita tyrannica*, lat. ex vers. Leonard. Aretini, sine vlla nota, saec. XV. in 4. vid. cl. Morell. ad Pinelli Catalog. tom. I. pag. 199. — De *Candidi Decembrii*, siue potius *Lampugnini Biragi* versione Xenoph. de adscensu Cyri etc. vide *Saxii* histor. typographico-litterar. Mediolanensem, ad ann. MCCCCLXXXVIII. p. 295 sqq. (vbi *Candido Demetrio* tribuitur,) et eiusdem *Ios. Antonii Saxii* Epistol. ad Cardin. Quirinum p. 49. in calce tom. II. Argelati de scriptor. Mediolanens. vbi *Lampugnino Brago* adferitur, et tamen vna eademque epistola, 1460. scripta, in qua de hoc opere narratur, vtroque loco formulis descripta est typographicis. — Locum *Diogenis Laert.* II. 48. de Xenophonte, cui occurrenti Socrates baculum praetendit, explicat *Ignat. Rossius* in Commentationibus Laert. p. 34 sqq. — Multa *Xenophontis* loca passim emendant aut explicant *D' Orville* ad Chariton. *Valcken.* et *Wesseling.* ad Herodotum, *Frid. Ludou. Abresch.* in Dilucidationibus Thucydideis, *Io. Toup.* in Emendation. in Suidam et Hesychium, Oxon. 1790. per quatuor volumina, *Petrus Horreus* in Obseruat. criticis in scriptores quosdam graecos historicos, Leouardiae et Harlingae 1736. 8. p. 515 — 532. *Georg d' Arnaud* in Specimine animaduersionum criticarum ad aliquos scriptores graecos, Harlingae 1728. 8. vbi cap. 31. p. 171 — 177. loca quaedam in Xenoph. Anabaseos libris interpretatur aut corrigit; et ita alii critici in libris et editionibus suis, occasione oblata, multa Xenophontis loca illustrarunt aut tentarunt. — *Georg. Frid. Benecke* scripsit Animaduersiones, quibus Xenophontis Ἀπομνημονευμάτων libri I. caput illustrat, (atque in calce, germanice vertit,) Augustae Vindelicor. 1780. 4. vbi ex cod. August. quasdam profert lectiones varias et pag. 13. notat, Reiserum in Catalog. MSS. Aug. conficiendo negligentem fuisse et catalogum innumeris scaterere vitiiis: atque codicem Xenophonteum saec. XIII. aut XIIII. continere primum excerpta e Memor. I. cap. 1 — 5. II. cap. 1. IV. cap. 3. tum Hieronem integrum, dein ex Memor. lib. II. cap. 1. 3. 4. 6. 7. lib. III. cap. 13. 14. loca, denique fragmenta nonnulla Symposii cap. II. et cap. IV. Oeconomicon. Idem animaduertit, in Reiseri Catalog. pag. 85. nr. 56. lineam: *Narratio de Cyro forte Xenophontis* sic corrigendam esse: Cyropaediae exitus, inde a libro VIII. 7. vsque ad finem. — In *Schelhornii* Amoentatt. litter. tom. V. p. 106 sqq. e libro IX. Lambecii commentar. de bibliotheca Caesarea, recensetur cod. biblioth. Caesareae Vindobon. qui continet Xenophontis libr. VII. de Cyri iun. adscensu s. expeditione in Asiam cum annotationibus anonymi cuiusdam antiqui scholiastae graeci marginalibus; tum eiusdem libros de magisterio equitum, de re equestri, de republ. Lacedaemoniorum, Mem. Socratis, de administratione domestica, Symposium, denique Cynegeticon siue de Venatione.

Harangues tirées d'Herodote, de Thucydide, des *Histoires grecques du Xenophon*, de sa retraite des dix mille et de sa Cyropédie — traduites par Mr. l'Abbé *Auger.* Paris. 1788. mai. 8. II. voll.

Extraits de Lucien et de *Xenophon*, avec des notes par M. l'Abbé *Gail*, Docteur agrégé de l'Université. Paris. 1786. mai. 12. — — — Extraits — traduits par Mr. l'Abbé *Gail.* ibid. eod. anno. In priore tomo sunt graece exscripti *Xenophontis* libri de republ. Lacedaemoniorum et Atheniensium cum notis grammaticis puerilibus; in posteriore autem versio eorundem libellorum cum notis historicis.



In Excerptis Peirescianis fuerunt excerpta ex Xenophontis Cyropaedia et Anabasi. vid. infra, Fabric. lib. V. cap. 5. vol. VI. pag. 492.

In *Io. Patufae* Encyclopaedia philologica vol. I. et III. tum in *Neandri* Anthologico graeco-latino, et in *Camerarii* collectione sententiarum particulae integrae aut selectae sententiae sunt excerptae. *Harl.*

## C A P V T II (quondam VIII)

### DE ALEXANDRO MAGNO, REGE MACEDONVM.

I. *De scriptis Alexandri Magni.* II. *Catalogus Scriptorum, qui res gestas Alexandri tradiderunt.*  
III. *Varii Alexandri.* [P.]

[Cum supplementis G. C. Harles.]

#### I.

Non exigua Aristotelis gloria est, ALEXANDRVM, Macedonem, instituisse: igitur, cum hic et ipse aliqua, rex licet, scripserit, et plura ei, velut auctori, ab aliis tribuantur, longe plurimi autem res ab illo gestas siue vera narratione tradiderint, siue monstris implicuerint fabulisque, et ista et hos praesenti capite breuiter referre, aliosque iis, Alexandri nomine claros, siue reges, siue scriptores, subiungere constitui.

Natus Alexander Pellae, Macedoniae oppido, Olymp. CVI. 1. ante Christum CCCLVI. Hecatombaeonis mensis, qui Augusto vel Septembri respondet, die sexta, eadem, qua templum Dianae Ephesi conflagrauit <sup>a)</sup>. A prima aetate cupidissimus gloriae, siue inter pueros deberet

a) Locus classicus est apud *Plutarchum* in vita Alexandri pag. 7 sq. edit. Reisk. Is vero scripsit, herou illum fuisse natum sexto mensis Hecatombaeonis, quem *Loum* vocent Macedones, et quo die sanum Dianae Ephesiae conflagrasset etc. etc. Hic locus, praesertim quaestio, num mensis *Lous* respondeat Hecatombaeoni, mire torfit viros doctos. *Vfferius* in *Annal.* p. 144. et *Dodwell.* de *Cyclis Graecor.* diss. IX. sect. 3. et 5. et diss. III. sect. 150. contendunt, *Plutarchum* esse lapsum; adde *Vfferium* de *Macedonum et Asianorum anno solari* p. 4 sq. edit. cum *Io. Seldenii* lib. de anno ciuili veterum Iudaeorum, Lugd. Bat. 1683. 8. Sed secus sentit *Corfin.* *Fast. att. tom. I.* diss. 3. sect. 21 sqq. p. 143 sqq. in primis tom. II. diss. XIV. p. 459. Rem tamen omnem late docteq. exposuit et diuersas veterum sententias recensuit atque examinavit *St. Croix* in libro classico, ad quem lectores ablegare licebit, *Examen critique des Anciens Historiens d'Alexandre le Grand.* Paris. 1775. 4. in diss. vltima sur l'année de la Naissance d'Alexan-

dre, et sur les dernières époques de la Chronique de Paros, p. 325 — 348. et qui p. 324. eorum amplectitur narrationem, Alexandrum in lucem fuisse editum Olymp. CVI. 1. primo mense, et *Eusebium* in *Chronico*, ex *MSto* restituto, consentire animaduertit. *Harduin.* tamen ad *Plin.* H. N. libr. 34. sect. 19. p. 674 sqq. primum tredecim nummos, in honorem Alexandri M. cosos, adtulit explicuitque, tum geminam Alexandri chronologiam digessit, alteram vulgarem; alteram, quam habet veram, et putat cum sacris litteris, cum calculo Olympiadum *Pliniano*, nec non cum numismatibus veteribus siderumque obseruatione conspirare. Sed, quoniam vereor, ne iusto longior tiam excerptendis illius rationibus et opiniunculis, id indicasse sufficiat; et conf. *Gibert.* in recitat. de nonnullis *Babylon.* et *Perf. regibus*, germanice versa in *Abhandlungen und Auszüge der Kön. Akad. der Inschriften, alte Geschichte.* vol. I. Lips. 1782. pag. 441 sqq. et *Cuper.* in *Thef. epist. Lacroziano*, vol. III. pag. 267. Apud *Saxium* in *Onomast.* tom. I.

deberet concurrere, siue feras venaretur, siue sub Aristotele tractaret litteras, siue largiretur amicis, siue armis experiendum cum hoste esset, hoc vnum desideravit, vincere omnes, vinci

p. 79. annus imperii illius auspicalis est, a mundi, circ. 3669. Olymp. CXI. 1. ante C. N. 334. a. V. C. 418. (secundum *Harduinum* l. m. Olymp. CXIV. 1. ante C. N. 336.) Tanta vero antiquissimi generis fuit ipsi Alexandro aliisque persuasio, vt paternum genus ab Hercule, maternum ab Achille duceretur. vid. *Plutarch.* vita Alex. init. *Julian.* Caesar. (vbi cum Caesare comparatur et loquens inducitur,) ibique *Spanhem.* p. 116. 117. *Freinsheim.* in Supplem. ad *Curtium*, vbi vita Alexandri ex monumentis veteribus copiose exponitur, cap. 1. adde eundem *Freinsheim.* in prolegom. ad *Curtium*, cap. 5. vbi genealogiam Alexandri dedit. *Nummi*, qui Alexandri effigiem referunt, apud *Vrsinum*, *Patinum*, *Begerum* in thesauro numism. *Palat.* in Catalogue d'une collection de Medailles antiques, faite par la Cisse *Doutair. de Bentinck*, *Amsterd.* 1787. vol. I. p. 3 sqq. in editione *Curtii Snakenburgiana* ad p. 1. Supplement. apud *Spanhem.* et *Heusinger.* ad *Juliani* Caesares et alibi occurrunt. adde *Sigeberti Havercampi* diss. de Alexandri M. numismate, quo quatuor summa orbis terrarum imperia continentur, vt et de numis contorniatis. *Lugd. Bat.* 1722. 4. de numis Alexandri *Semler.* in *Additamentis ad catholicam historiam*, (*Allgemeine Welthistorie*, IV. 53 sqq.) *Spanhem.* de cornutis Alex. M. et successorum numis, in diss. de Pr. et V. Numism. I. 387 sqq. et, quem citat *Heumann.* in nota msta, de facie Alex. bicorni *Libetanarium* in disp. cap. 3. §. 2. fin. adde *Sponii* diss. de l'vtilité des Medailles pour l'Etude de la Physionomie, adiectam editioni *Juliani* Caesarum *Heusingerianae*, pag. 237 sq. quae diss. pluribus abhinc annis etiam conuersa est in linguam germanicam. De *Eurydice*, antea illyrico nomine *Audata* dicta, auia Alexandri M. vid. *Heumanni* et *Iac. Frid. Heusingeri* diss. de *Eurydice* *Plutarchi*, adiectas editioni *Plutarchi* de educat. liberorum *Heusingerianae*, p. 183 sqq. — Inter codd. biblioth. regiae *Matrit.* cod. LXXII. nr. 123. *negi* *Ἀλεξάνδρου* refert historiam regni *Macedonum* a *Carano*, primo *Macedonum* rege, ad *Perseum* vsque, a *Paullo Aemilio* victum captumque. Atque *Iriarte* in Catalogo p. 261 sq. observat, id opusculum exscriptum esse ex *Dexippi* de *Macedonum* regibus summario, quod in *Thesauro* temporum *Eusebii Caesariensis*, *Scaligeri* opera il-

lustrato, *Amsterd.* 1658. vol. I. prodiit inter graecas eiusdem *Eusebii* *Chronicorum* reliquias p. 57. ita tamen, vt nonnulla in codice msto et in edito exemplo vicissim vel abundarent, vel deficerent, vel discreparent. — De Expeditione Alexandri M. *Persica* *Secouffe* scripsit in *Mem. de l'Acad. des Inscrip.* vol. V. pag. 415. In *Hist. de l'Acad. des Sciences*, ann. 1731. pag. 157 sqq. sunt *Buache* *Recherches géogr.* sur l'etendue de l'Empire d'Alexandre et sur les routes parcourues par ce Prince dans les différentes expéditions. — Eos, qui se Alexandri M. similes dixerunt, recenset *Andr. Schottus* *Observat. hum.* lib. III. cap. 19. — At omnes, qui siue in compendiis, siue in maioribus operibus historiam vel omnis aetatis, vel antiquae Graeciae, vel hominum illustrium persecuti sunt, de Alexandro M. iam adeo fusa disputarunt, vt, vberiore illius vitae expositione instituenda, acta agerem. *Lepidi* tamen *Luciani* dialogi in dialogis mortuorum, XIII. in quo *Diogenes* et *Alexander* disserunt, et XIV. in quo *Philippus*, pater, cum Alexandro colloquens inducitur, digni sunt, qui legantur, et *Hemsterhus.* in notis, (tom. I. *Oper. Luciani*, p. 389 sqq.) multa adscripsit ad vitam moresque regis illustrandos. — De successoribus illius regis doctum librum, (*Geschichte der unmittelbaren Nachfolger Alexanders*), confecit *cl. Conrad. Mannert*, *Lipsiae* 1787. mai. 8. In *Thesauro Epistolico La Croziano* vol. I. quaedam reperiuntur, quae hic adnotabo. *Theoph. Sigefr. Bayerus* p. 25. refert *Palladium* de *Brachmanibus* p. 3. dicere, Alexandrum ad *Gangem* vsque non peruenisse, ἀλλ' ἄχρη τῆς Σηρικῆς (*Indiae Sericae*) *Φάσους ἴνδα τὴν μετὰ τὴν εἰ σῆρες* (h. e. *vermes ritares*, καὶ ἰνδὴν ἐρήνην etc. Idem p. 57. scribit, se in recitatione, de *Scytharum* origine et rebus gestis vsque ad *Herodoti* aetatem, ostendisse, vetusto errore traditum esse, Alexandrum res gefisse ad *Caucasum*; prodiit idem, eundem regem ad continendas ab excursionibus barbaras *Scythiae* nationes, a *Caspio* mari ad *Euxinum* vsque condidisse murum, a *Lucano*, *Claudiano*, *Hegefippo*, et in primis *Procopio* memoratum, et, quod quidem equites, qui imperatorem *Petrum M.* in expeditione *Caspia* sequuti, et ab illo missi eo vsque euecti sunt, retulerunt, existare adhuc integrum murum a *Derbento* triginta admodum leucas; denique

vinci a nemine. Sed laudem, quam magno haud dubie animo ac virtute, siue simillima virtuti, si fortuna adspiret, temeritate sibi parabat, vana diuinitatis etiam apud suos adfectione, iracundia, ac voluptatibus corrumpit, *tam hostium perniciēs* <sup>b)</sup> *quam amicorum, qui summum bonum duceret, terrori esse cunctis mortalibus.* Per paucum omnino tempus rebus praefuit; nam ab Olymp. CXI. i. quo pater eius Philippus fuit obtruncatus, vsque ad mortem Alexandri, Olymp. CXIV. i. ante Christum CCCXXIV. non plures ei effluerunt anni, quam duodecim, et octo menses <sup>c)</sup>, laboribus, bellis, periculis, vulneribus consumpti, dignum scilicet operae pretium tot excisarum ciuitatum, tot gentium vastatarum, tot millium interfectorum.

De *Epistolis* Alexandri ad matrem, ad Antipatrum aliosque, quae vel a veteribus et frequentissime a Plutarcho citantur, vel sub Alexandri nomine feruntur hodie, etiam de longiore illa ac supposititia, quae latine tantum exstat sub titulo *de situ et mirabilibus Indiae* ad Aristotelem, perinde vt de epistolis *Philippi*, Parentis, dixi supra lib. II. cap. X. §. 17. [vol. I. p. 683. Atque ea, quae ibi Fabricius de epistolis Alexandri M. scripserat, ego vero consulto omiseram, hoc commodiore loco restituam. Fabricius igitur haec, quae sequuntur, adnotarat:] *Plutarchus* in vita Alexandri p. 668. post adlatam Alexandri epistolam ad Aristotelem testatur, ex aliis etiam regis epistolis adparere, quod medicinae studio ab Aristotele fuerit imbutus, et amicos laborantes consilio iuuerit et victus rationem praescripserit. [De Alexandri peritia medicinae vid. infra in elencho vett. medicor. vol. XIII. p. 51. *Harl.*] Epistolas Alexandri iterum citat p. 674. 686. 698. Epistola ad *Antipatrum* p. 675. 688. 691. 696. 794. etc. ad *Philoxenum* p. 676. ad *Parmenionem* p. 677. ad *Agonem* Teium ibid. ad *Leonidem* p. 679. ad *Athenienses* de Samo p. 681. ad *Darium* p. 681. ad *Graecos* p. 685. ad *Phocionem* p. 687. ad *Peucestam* p. 688. ad *Hephaestionem* p. 689. ad *Pausaniam* medicum ibid. ad *Megabyzum* ibid. ad medicum *Alexippum* ibid. ad *Craterum*, *Aitalum* et *Alcetam* p. 696. ad *Cleomenem* de morte Hephaestionis, *Arrian.* VII. de Alexandro p. 164 sqq. Plures Alexandri M. epistolas laudat praeter *Hesychium* in Lexico tribus locis, idem *Plutarchus* de laude sui pag. 545. *Laertius* VI. 44. *Dio* Chrysof. XLVII. pag. 525. et *Plinius* lib. VI. hist. nat. cap. 17. *Curtius* lib. IV. cap. 1. etc. vide et *Eusebium* de praeparat. XV. 2. p. 792. A. 793. B. *Plutarchum* in Phocione p. 749. vbi e Duride et Charete narrat, Alexandrum post victum *Darium* in epistolis suis nemini scripsisse *Χαίρειν*, nisi Phocioni et Antipatro. Confer *Aelian.* lib. I. V. H. cap. 25. *Calani* epistolam ad Alexandrum, *Philo* *περὶ τῆ πάντα σπῆδαίων ἔννοιαν ἐλευθέρων* p. 680. Illas vero ad diuersos, quae Alexandri nomine leguntur in collectione la-

D 2

tina

nique adnotat, Samaritanos in chronico Iosuae res Alexandri istic gestas adtigisse: credit tamen, sub Seleucidis conditum esse murum, aut sub Ponticis regibus. (adde *Bayeri* *Memorias* *Seythicas* ad Alexandrum M. in *Opusculis*.) — *Bartholom. Ziegenbalg.* in epist. ad La Croze, ibidem pag. 383. scribit, se in libris praecipuorum Damulicorum auctorum, quorum amplum catalogum dedit in bibliotheca Malabarica, numquam inuenisse, mentionem fieri rerum belli ab Ebraeis, Aegyptiis, Graecis et *Alexandro M.* gestarum. *Harl.*

b) *Seneca* lib. I. de beneficiis cap. 13.

c) Praeter *Corfin.* in *F. Att. St. Croix* p. 159. *Gibertum*, *Freinshem.* et reliquos auctores citatos, vide *Eduardi Corfini* dissertationes agonisticas, Lipsiae 1752. mai. 8. diss. III. p. 85 sq. Historiam mortis Alexandri M. et eius colloquia cum sapientibus, arabice scripta, continet cod. in *Bibl. Lugdun.* nr. DCCCCXCIV. in *Catal. Libror.* illius bibliothecae p. 450. add. *M. Christ. Pylii* obseru. de eruditis, de quorum morte falsus rumor. in *Miscell. Lipsiens.* tom. IV. p. 92 sqq. *Harl.*

tina Epistolarum, [quae in cod. Paris. MMMMMMMMDCVII. nr. 3. teste Catalog. MSS. reg. Paris. vol. IV. p. 474. reperitur et] quae prodiit Argentor. ann. 1593. 8. sub titulo: *Epistolae Procerum muniti, regum, principum, rerumpubl. et sapientum virorum* pro supposititiis habet *Tnom. Reinesius* in Epistola 38. ad Christoph. Adamum Rupertum pag. 312. praesertim, quas Illyriis, Lacedaemoniis, Dario, Poro, (ita pag. 201. legendum pro Pyrrho,) et Didymo, (lege Dindimo,) Brachmannorum regi, qui apud Syncellum p. 261. male "Αβδαμυς, misisse dicitur. Idem dixeris de epistola Alexandri, quae *de situ et mirabilibus Indiae* <sup>d)</sup> ad Aristotelem, interprete, vt falso iactitant, *Cornelio Nepote*, fertur, editaque est latine, (non graece, vt adfirmat auctor Pandectarum Brandenburgensium,) a *Iacobo Cantalaunenfi* cum eius aenigmatibus in officina Io. Gormontii, sine nota loci, vel anni, quo impressa est, tum Venetiis 1499. 8. [vid. *Wolf.* biblioth. hebr. pag. 188.] Bononiae 1501. Paris. [1520. vid. Catalog. biblioth. Leidensis pag. 390. nr. 95.] 1537. 8. et ad calcem quarundam editionum Curtii, vt Basil. 1517. Recusa est curante *Andrea Paulino*, qui nec de auctore, neque de interprete dubitat, atque ideo in schola sua Darmstadiensi praelegendum discipulis suis instituit, Gieslæ 1706. 8. [Genuinas esse et Alexandro tribuendas epistolas, quarum Hefychius passum, cum primis in voc. Ἀπέθανοι et Σαΐδος meaninit, cum aliis viris doctis existimat *Val. Ern. Loescher.* in diss. de scriptis principum, praesertim Germanorum, Wittebergæ 1698. pag. 3.] Exstat et msta in membrana Hamburgi in bibliotheca Iohannea, et in aliis bibliothecis passum. [Epistola Alexandri de mirabilibus Indiae, et altera ad Dindimum, regem Brachmannorum, msta, custoditur Oxoniae in biblioth. collegii corporis Christi, teste *Iosio* in libro de scriptor. histor. philos. edit. Dornii, lib. I. cap. 13. §. 2. p. 81. vbi ille de epistolis Alexandri disserit. — *Alex. Epist.* de itinere suo et situ Indiae in catal. biblioth. regiae MSS. Paris. vol. III. et IV. in XII. codicibus, et responsio ad Dindimum in VIII. codd. seruatae dicuntur. — In biblioth. *Leidensi*, teste catalogo, p. 370. cod. XXXI. circ. med. sunt Epistolae mutuae *Alexandri* regis ad Dindimum regem: ibid. p. 378. cod. XX. et p. 379. cod. XXIX. *Alex.* epistola ad Aristotelem de itinere vel situ Indiae: quarum alteri cod. adhaerent *Gesta Alexandri*: ibid. pag. 494. cod. XI. *Historia Alex. M.* atque vita Alexandri narratur in tribus codicibus p. 325. 349. 378. et p. 460. cod. arab. CCCCXCIX. de re militari Alexandri M. ac dicitur Alexandriae inuentus et ex graeco in arabicum sermonem conuersus. Atqui ita passum occurrunt eiusmodi opuscula fabulosa atque supposititia, quorum inuestigatione atque enumeratione tempus perdere nolo.] Memoratur etiam a *Palladio* lib. de Brachmanibus p. 2. edit. Bisslei: *διόγμα δὲ*, inquit, *φέρεται Ἀλεξάνδρος τῷ τῶν Μακεδόνων βασιλέως, ἐξηγησαμένως πρὸς τὸν Βίον αὐτῶν (Ἰνδῶν).* Ad calcem eiusdem *Palladii* p. 85 sqq. latine subiiciuntur epistolae mutuae *Dindimi*, regis Brachmanorum et Alexandri. [Alexandri regis Macedonum et Dindimi Brachmanorum regis per litteras collatio e cod. MS. et ex edit. *Pallad.* cum animadu. Geo. Henr. Martini ad calcem Operum Alcuini a Frobenio Forstero editorum Tom. II. f. vol. III. Append. III. *Beck.*] De Alexandri epistola ad *matrem Olympiadem*, memorata *Plutarcho* in vita Alex. p. 680. *Athenagorae* p. 31. Apologiae, *Polluci* VI. sect. 87. *Tertulliano* cap. 3. de pallio, *Minucio Felici* cap. 21. qui insigne volumen adpellat, *Augustino* VIII. 5. et 27. ac XII. 10. de ciu. dei aliisque: vide notas episcopi Oxoniensis *Ioh. Felli* ad Cyprianum de idolorum vanitate p. 12. et *Georgium Gentium* ad canones ethicos Maimonidis p. 111. Fallitur itaque *Cellarius*, qui ex Alexandri Polyhistoris Aegyptiacis

d) Conf. *Fabricii* Biblioth. latin. tom. I. pag. 117. edit. *Ernesti. Harl.*

Aegyptiacis petita illa existimat pag. 70. ad Minucium. *Artemon* ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράφας ἐπιστολαῖς, qui *Aristotelis epistolarum recensuit*, memoratur a Demetrio libr. περὶ Ἐγμνησίας, [sect. 231. vbi vid. Gale, p. 124. edit. Fischeri, f. sect. 223. edit. Schneideri, cuius notam p. 173. consulens.] Ita enim locum intelligo, licet alii putent, eum Aristotelis epistolas *exscripsisse*, [vbi Gale vertit,] et *Menagius* p. 157. ad Laert. III. 27. et 50. vel *commentario illustrasse*, vt *Meursius* in biblioth. graeca, vel *collegisse*, vt *Bernardus Moneta* tom. III. Menag. p. 587. Sic *Laertius* in Democrito, IX. 45. τὰ δὲ βιβλία αὐτῆ καὶ Θεράσιλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν ἕτως. Praetereo epistolia quaedam Alexandri, e variis scriptoribus collecta a *Gilberto Cognato*, et latine edita in eius farragine epistolarum laconicarum pag. 441 sq. *Philippi* regis epistolae quaedam in Demosthenis orationibus scriptis memorantur et exhibentur, quibus adde sis epistolam eius ad *Aristotelem* apud *Gellium* IX. 3. et *Sarisber.* IV. 6. *Policrat.* Epistolarum scriptione σφόδρα εὐδοκιμῶν *Philippum*, eloquentiam edoctum *Thebis* apud *Epaminondam*, scribit *Dio* 2. de regno p. 23. Eius epistolam ad *Menecratem*, medicum, commemorat *Athenaeus* VII. p. 289. λόγος δεινότητι σοφιστικῶς καλλωπιζόμενος *Philippus* perstringitur a *Plutarcho* in vita Alex. p. 668. *Cicer.* II. 14. *Offic.* *Exstant epistolae et Philippi ad Alexandrum, et Antipatri ad Cassandrum et Antigoni ad Philippum filium, trium prudentissimorum, (sic enim accepimus,) quibus praecipiant, vt oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam adliciant, militesque blande adpellando deliniant.* — *Parmenionis* epistola ad Alexandr. memoratur ab *Athenaeo* XIII. pag. 607. *Theopompi* pag. 595. *Gorgi μεταλλευτῆ* Chalcidensis apud *Strabonem* IX. pag. 407. vbi confer *Casaubon.* commentar. *Olympiadis* ad eundem Alexandrum *Pollux* VII. sect. 28. et *Plutarch.* in vita Alex. pag. 688. *Antipatri* longa epistola, Olympiadem criminantis, *ibid.* et *Arrian.* VII. de Alexandro p. 155. *Antigoni* ad *Zenonem* Citieum epistola, *Laert.* VII. 7. etc.

*Strabo* lib. II. p. 69. [p. 102. B. edit. Almel.] ex *Patrocle* refert, Alexandrum ipsum accurate omnia in expeditione sua indagasse, curasseque sibi locorum descriptiones a peritissimis hominibus, (*Diogneto* puta et *Baetone*.) exhiberi. Hinc est, quod Alexandri Magni *hodeporicon*, a *Strabone* laudatum, viri docti memorant<sup>o</sup>). Ἐπιτολὰς eius ἐγγράπτως *Cratero* a rege traditas, et ὑπομνήματα τῆ βασιλείας siue commentarios post mortem Alexandri repositos, in quibus de variis sumtibus in memoriam *Hephaestionis* faciendis perscripserat, meminit *Diodorus Sic.* XVIII. p. 588. [¶] *Fabric.* De scriptis Alexandri M. agit *Sixtus Senensis* biblioth. S. lib. 2. p. 49. *Heumann.*

*Ephemerides* Alexandri siue *Diarium* citari a *Plutarcho* in eius vita pag. 706. notauit in indice auctorum, *Plinio* citatorum, *Harduinus*. At *epheMERIDES* sequutum se ait *Plutarchus*, tum hoc loco, tum pag. 677. ὡς ἐστὶ λαβεῖν ἐκ τῶν ἐφημερίδων. Sed et lib. I. *Sympos.* quaest. 6. ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐφημερίδων. Verum ab Alexandro ipso scriptas non addit: quin ab alio, (regis comitum aliquo.) compositis vsu se innuit, dum extrema eius, et mortem ipsam quum p. 706. retulisset, subiungit: τῆτων τὰ πλεῖστα κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἐφημερίσιν ἕτω γέγραπται. *Arrianus* lib. VII. p. 195. αἱ βασιλείαι ἐφημερίδες ὡς ἔχουσι. p. 166. ἕτως ἐν ταῖς ἐφημερίσιν ταῖς βασιλείαις ἀναγέγραπται. Ab *Eumene Cardiano*, (*Heliano* III. 23. Var.) et *Diodoto Erythraeo* scriptas esse Alexandri *epheMERIDES*, testatur *Athenaeus* X. pag. 434. et *Strattidem* *Olynthium* *Suidas* [atque *Eudocia* in Ἰωνίᾳ p. 381.] referunt, compo-

fuisse libros quinque *περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἑφημερίδων*. Confer *H. Dodwellum* diss. IX. de Cyclis sect. V. qui iunioris aevi illas ephemerides esse putat; in eo tamen certe fallitur, quod pag. 372. negat illas vir doctissimus unquam mentione dignatum Arrianum. [conf. *St. Croix Examen* etc. pag. 20.]

Idem *Plutarchus* in Alexandri vita p. 677 refert, quod, ubi fuisset otium, tempus insumferit rex ἢ κυνηγῶν, ἢ συντάττων, ἢ δικάζων τι τῶν πολεμικῶν, ἢ ἀνάγνωσκῶν. Verba ἢ συντάττων *Cruferius* reddit: *vel commentando*, *Amiotus*: *il composoit quelque chose*. Sed *Guarinus Veronensis*: *aut componendis rebus impertiebat*. Et rectissime, ni fallor, συντάττων non minus quam δικάζων participium referri potest et debet ad id, quod sequitur τι τῶν πολεμικῶν, ut sensus sit, quem *Xylandri* etiam versio admittit, eum in rebus militaribus vel constituisse aliquid ac composuisse, vel ius dixisse.

*Testamentum* Alexandri, quo singulis satrapis suis prouincias, quibus praeerant, regendas legauerit, memorat *Anianus Marcellianus* XXIII. 6. *ut bella praetereamus Alexandri, et testamento nationem omnem in successoris unius iura translata*. Coram hoc constituisse regem, conuocatis ante lectum suum ducibus, tradit scriptor libri I. *Maccabaeorum* cap. 1. v. 7. [cuius auctoritatem *Tellier* ad *Curtii* locum memorandum, aliique vindicare studuerunt.] Sed si auctorem excerptorum chronologicorum, a *Scaligero* editorum, p. 72. audimus, veniens ad mortem Alexander, *testamentum scripsit, ut unusquisque Principum regerent singuli in proprias eorum prouincias, sic, Macedonia quidem Arideum* etc. *Diodorus* quoque *Siculus* XX. p. 809. auctor est, testamentum, (τὴν ὑπὲρ ὅλης βασιλείας διαθήκην,) ab Alexandro depositum fuisse apud *Rhodium* f). Sed famam eius rei vanam se comperisse scribit *Q. Curtius* X. 10. 6. [ubi vid. interpr. in edit. *Snakenb.* p. 809.] et apud *Lucianum* in dialogis [P] mortuorum tom. I. p. 290. negat Alexander, sibi per inopinam mortem integrum fuisse de regni successoribus quicquam statuere.

Vetus interpres latinus *Kyranidum* in prooemio: *Volo et scire*, inquit, *quod est apud Graecos quidam liber Alexandri Magni de VII. herbis VII. planetarum et alter qui dicitur Thessali Mysterium ad Hermem de XII. herbis XII. signis attributis, et de VII. aliis herbis per VII. alias stellas*. Sed hoc non maioris fidei est, quam quae de lapide philosophorum epistola sub Alexandri nomine fertur a chemicis inter scriptores artis auriferae, *Basil.* 1593. et 1610. tomo I. vel quae hebraice exstare testatur *Bartoloccus* I. *Biblioth. Rabbin.* p. 482. *diffa memorabilia Alexandri Macedonis Cornuti*. Et epistola Alexandri ad matrem tempore mortis missa, et de verbis a matre prolatis dum illam legeret, et de morte Alexandri g). *Fabulis*

f) Conf. *St. Croix* in *Exam.* p. 159 sqq. qui locum lib. I. *Maccab.* ita explicat, Alexandrum diuisisse regna sua et prouincias inter suos duces, non ut hi tamquam reges, sed tamquam satrapae possideant. (quod Alexandre partagea son royaume aux Grands de sa cour, pour le posséder, non pas en toute souveraineté, mais seulement en qualité de Satrapes.) Idem p. 165 sqq. alios excitat, qui diuisionem illam imperii, ab Alexandro mandatam testentur, et, quod Alexander mores Persarum

imitatus est, eos quoque regem in ordinandis prouinciis sequutum esse contendit; idem vaticinium *Daniel.* XI. 4. de diuisione imperii post mortem Alexandri esse intelligendum existimat pag. 167 sq. *Hart.*

g) De Alexandri scriptis nullius fidei apud Iudaeos vid. *Wolf.* in *biblioth. hebraea* tom. I. pag. 185 sq. de dramate quodam graeco supra, in vol. II. cap. 22. pag. 406. *Hart.*

lis etiam adscribas licet, quae de Alexandri codice hebraico legis Mosaeicae, in quo nomen Dei aureis vbique scriptum fuerit litteris, garriunt Talmudici <sup>h)</sup> in tractatu Sopherim. Quae vero de Alexandri veneratione aduersus nomen Dei et Pontificem Iudaeorum Iadduam tradit *Iosephus* XI. 8. Antiq. consentientibus Talmudicis in Ioma f. 59. 1. et auctore commentarii maioris in Leuiticum (*Vajikra Rabba*) sect. 13. his utpote a Curtio, Diodoro, Arriano, Plutarcho non modo praeteritis, sed etiam cum istorum narratione <sup>i)</sup> aegre conciliandis, ita quisque, ut voluerit, addet vel demet fidem. Vti nec Chrysofostomo <sup>k)</sup> facile accredas, Alexandrum Senatus Romani decreto Deum habitum decimum tertium fuisse. *Fabric.* Mahumedani falsa quoque de Alexandro tradere solent. Huc pertinet *Ibrahim Ben Marigi* Historia Alex. M. in cod. Leidensi MCLXXXVII. teste catalogo, pag. 484. *Harl.* — Bohemi hodiernum ostentant priuilegiū ab Alexandro M. sibi datum: quod exstat et *vešéas* conuincitur in Rengerischen Staat von Boehmen, pag. 113 sqq. *Heumann.*

Vir, munerum amplitudine illustris, sed ingenio et humanitate nobilior *Gisbertus Cuperus* in commentario ad *ἀποθέωσις* Homeri pag. 162. iam pridem spem fecit suarum *dissertationum de Alexandro vero ac falso*: quae vbi lucem viderint, nihil non veri atque certi in hoc genere illustratum confirmatumque, quicquid contra est falsi ac commentitii, argumentis haud inficiandis reiectum atque conuictum exhibebunt. [P] *Fabric.*

Iis, qui iam laudati sunt, addi possunt:

*Io. Wagneri* disp. praef. M. *Theodoro Kirchmaiero*, de virtutibus Alexandri potioribus, Wittenbergae, 1670. 4.

*Fr. Vincentii Fassinii* de Alexandro M. ingresso Hierosolyma, antequam se ad Hammonis oraculum conferret, Exercitatio, in qua Flauii Iosephi narratio defenditur. *Accedit altera de eiusdem regis imperii diuisione*, ad lib. I. *Macc. cap. I.* Florent. 1780. 8.

*I. C. de Berger.* diss. de meritis Alexandri M. in diuinam humanamque sapientiam. Witteberg. 1739. 4.

*I. B. A. V. A. M.* (h. e. *Iac. Bruckeri*, Aug. Vindel. Art. Mag.) meditationes philosophicae de falsa virtute, exemplo Alexandri M. Ienae. 1720. 4.

Idem *Iac. Brucker.* in histor. critica philos. tom. I. pag. 1349 — 1355.

Batailles d'Alexandre le Grand. — peintes par *C. le Brun* et gravées par *Seb. le Clerc*, avec le texte. Paris. 1784. 4.

Historiam Alexandri persequitur et multos tam veteres, quam recentiores scriptores de illo rege, eius bellis aliisque rebus, quae ad nostrum institutum non pertinent, excitat *cel. Beck* in Anleitung zur Kenntniss der allgemeinen — Geschichte, tom. II. Lips. 1788. pag. 2 sqq. *Harl.*

## II. Catalogus

h) Locum profert *Guil. Schickardus* de Iure Regio Hebr. pag. 96. edit. Carpzouianae.

i) Vide *Anton. van Dalen* in diss. de Hist. Aritaeae cap. 10. pag. 75 sq.

k) Homil. 26. in 2. ad Corinth. Confer *Petauium* dogm. Theol. de incarnatione lib. XIV. pag. 509 sq. et *Steph. le Moyne* not. ad Varia sacra pag. 150 sq.

II. *Catalogus scriptorum de rebus gestis Alexandri M.*

e Matthaei Raderi proluf. et Ioh. Freinsheimii Prolegomenis ad Curtium, et Tho. Reinesii Epistola ad Hofmannum XXXVIII. quorum obseruatis mea adiunxi.

[*St. Croix* in Examen etc. sect. I. pag. 7 — 42. multos veteres, qui vitam gestaque Alexandri varia fortuna exposuerunt, recenset, et de singulorum fide atque auctoritate iudicat, quod semel adnotasse sufficiat. *Harl.*]

*Abrahamus Aben Phareg Msuli*, arabice MS. in biblioth. Bauarica, extrema parte inutilis.

*Ado*, Archi-Ep. Viennensis, saeculi IX. scriptor latinus in Chronico, et *Chronicorum universalium scriptores* ad vnum omnes, *graeci*, Eusebius, Syncellus, Malalas, Glycas, Cedrenus, Zonaras, Constantinus Manasses, Chron. Paschale siue Alexandrinum etc. *latini* Freulfus, Marianus Scotus, Otto Frisingensis, Abbas Urspergensis etc.

*Aesopus*, latinus interpret historiae graecae fabulosae de Alexandro, quam ad *Callisthenem* auctorem referunt codices MSS. Vide *Cangii* glossarium graecum in Ἑβέλλινος, *Iuratum* ad Symmachi IV. 33. edit. primae et *Barthium* II. 10. Aduersar. Versionem suam Aesopus iste dicat Constantini M. filio. [vid. paullo post ad *Callisthenem* et *Iulium Valerium*.]

*Agatharchides* siue *Agatharchus Cnidius*, Grammaticus et rhetor, anagnostes Heraclidae Lembi, Cinnai alumnus, Peripateticus, quem sub Ptolemaeo Philometore<sup>1)</sup> ac deinceps vixisse obseruant Vossius de Hist. Gr. et Reinesius p. 311. ad Hofmannum. De eius aetate adeundus est *Henr. Dodwell*. in diss. de aetate scripti de mare rubro, quae praefixa est tom. I. Geographorum minorum Hudsoni. Agatharchidae nomen non modo apud Rufinum et Freulfum corruptum est, vt obseruat praeter Vossium *Meursus* pag. 1200. Biblioth. Graecae, sed et apud *Theophylactum Simocattam* VII. 17. Hist. pag. 190. edit. Regiae pro Ἀγαρχίδης legendum Ἀγαθαρχίδης ὁ Γνίδιος. Attice scripsit, non Cretensum dialecto, vt ex male intellectis Photii verbis tradit A. Schottus atque inde Freinsheimius. Alexandri M. res attigit in libris περὶ Ἀσίας, quos laudant Diodorus Sic. Phlegon, Lucianus et Athenaeus, a quo decimus liber laudatur. Hunc [P] vltimum fuisse illius operis constat e Photii cod. CCXIII. In eodem forte successorum quoque Alexandri res fuit persecutus, vnde Iosepho XII. 1. laudatur ὁ τὰς τῶν διαδόχων (Ἀλεξάνδρου) πράξεις συγγραψάμενος, ex quo habet quae retulit lib. I. contra Apionem pag. 1050. Eiusdem forte operis pars fuere Φρυγιακά, quae laudat Plutarchus de Fluminibus. Scripsit praeterea historiam τῶν εἰς τὴν εὐρώπην libris XLIX. teste Photio,

1) Vide H. Dodwelli diss. de aetate scripti de mari rubro, quae praefixa est tomo I. Geographorum minor. Hudsoni. Peripateticus dicitur Straboni libr. XIV. Ἀγαθαρχίδης ὁ ἐξ περιπάτων, συγγραφεύς. Attice scripsisse notat Photius cod. CCL. ὅτι κέχρηται ὁ συγγραφεύς, ἀττικιστὴς καίτοι ὢν, τῇ τῆς καμάρου λέξει, scriptor, licet atticae

ditionis obseruans, tamen καμάρου vocabulo (minus attico) utitur; ita enim vertendus ille locus, non, vt Schottus, Camarae tamen, (urbis in Creta,) dialecto utitur. Conf. *Ex. Spanhem.* diss. IV. de vsu numism. p. 309. edit. Amstel. [conf. *infra*, libr. V. cap. 38. tom. IX. pag. 449. libr. VI. cap. 8. §. 1. fin. vol. XII. pag. 749.]



Photio, et de mari Erythraeo siue Arabico sinu libros V. quod opus Strabo XVI. pag. 779. et Plutarchus VIII. 9. Sympos. legillē se testantur. Excerpta a Photio cod. CCL. feruata Graece primus edidit H. Stephanus ann. 1557. 8. cum Ctesiae et Memnonis quibusdam et Appiani: latine vertit *Laur. Rhodomannus* ann. 1594. 8. [conf. supra ad Ctesiam in vol. II. p. 741. not. tt] et *R. Brettus* Anglus Oxon. 1597. 8. praeter *A. Schottum* in sua Photii editione. Hinc recudi curauit cum interpretatione Rhodomanni *Ioh. Hudson.* tom. I. Geographor. minorum, Oxon. 1698. 8. adspersis notis. Scripsisse praeterea Agatharchidem refert *Photius*, sed quae ipse non viderit, ἐπιτομὴν τῶν περὶ τῆς ἐρυθραῆς θαλάσσης ἀναγεγραμμένων libro vno. Περί τρωγλοδυτῶν libros V. et Epitomen Λύδης <sup>m)</sup> Antimachi. Epitomen τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασιῶν, eorum, qui de mirabilibus ante eum scripserant, vt titulum illum exponit *Ionsius* II. 12. <sup>n)</sup> Περὶ ἀνέμων, (vt eidem Ionsio visum,) Ἐκλογὰς ἰσοριῶν, et περὶ τῆς πρὸς Φίλες ὀμιλίας. Incertum, idem ne sit Agatharchides, quem Samium adpellat *Plutarchus* in Parallelis minoribus p. 305. vbi librum secundum eius *περσιῶν*, et libro de Fluminibus, vbi librum quartum eius laudat *περὶ λίθων*. Nisi pro Agatharchide legendum ibi *Agathyrfides*. Certe *Agathyrfides* Samius quarto *Περσικῶν* memoratur a *Stobaeo* Serm. 7. de Fortitudine.

*Agis*, Argius pessimorum carminum post Choerilum conditor, quibus Alexandro adulatum refert *Curtius* VIII. 5. 8. Meminit et *Arrianus* IV. p. 262. de Expeditione Alexandri.

*Amyntianus*, qui ad Marcum Antoninum imp. scripsit librum de Alexandro M. illaudatum *Photio* cod. CXXXI. Praeterea librum de Olympiade Alexandri matre, tum vitas parallelas Philippi Macedonis et Augusti imp. Dionysii, Siciliae tyranni ac Domitiani. Dubitat *Freinshemius*, idem ne sit Amyntianus, cuius *περὶ ἐλεφάντων* laudat *Schol. Pindari* pag. 33.

*Anaximenes Lampfacenus*, rhetor, qui *Φιλιππικῶν*, quorum septimum citat [P] *Suidas* in *Μάσειρα*, et τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις, teste *Laertio* II. 3. scripsit. Vide, quos citavi lib. II. cap. XXIV. §. 9. [T. II. p. 652.] Vfus hoc Anaximene etiam *Plinius* lib. XII. Hist. quo describit arbores, quas in orbe Indico mirata est Alexandri victoria. Meminit et *Valerius Max.* VII. 3.

*Andronicus*, qui res Alexandri scripsit, memoratur in Volaterani Anthropologia. *Freinshemius* ait, cum citari a Plutarcho in Aristide. Sed frustra hoc in vita illa quaesieris. Respiciturne *Andronicus Aippius*, quem inter Graecorum Historicos ad extrema Danielis intelligenda necessarios laudat Hieronymus praef. ad illum prophetam? [diuersus ab *Andronico*, peripatetico, aliisque, de quibus vid. Catalogum Peripateticorum.]

*Androstenem*, Thasium, qui cum Nearcho nauigauit, citat *Strabo* XVI. p. 766. Periplum Indiae *Athenaeus* III. p. 393. et *Marcianus Heracleota* in Periplo p. 63. Plura *Vossius* de Hist. Graecis pag. 463. Mentio et apud *Arrianum* VII. pag. 162.

*Angelus*

m) Mentio huius libri Antimachi apud *Suidam* in Ὀργεῶνες.

n) Pag. 206 sq. edit. Dorn. vbi explicat, quis

sit θαυμασιός, et qui fuerint scriptores θαυμασιῶν, negatque, Agatharchidem illis esse adnumerandum. *Hart.*

- Angelus Cospas*, Bononiensis, vitam Alexandri M. a Iohanne Monacho scriptam, latine verit. [Subnectitur editioni Curtii, Lugduni 1584. 12. *Heumann.*] Praefigitur editioni Diodori Siculi, quae prodit Basileae apud H. Petri, ann. 1545. et e Iohanne Zonara est excerpta.
- [*Anonymi* cuiusdam auctoris historia graeco-barbara de vita et rebus gestis Alexandri M. in biblioth. Caesareo-Vindobonensi, teste *Lambecio* vol. V. cod. CCXCVII. nr. V. p. 547. Atque eiusmodi historiae Alex. in biblioth. Leideni aliisque seruantur instae. *Harl.*]
- Anticlidus*, citatur a *Plutarcho* in Alex. pag. 691. et *Laertio* VIII. II. Ἀντικλείδης ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀλεξάνδρου. Atheniensem fuisse, testatur Athenaeus. Laudat eum etiam Harpocration in Καλαύρεια, et Ἐξηγητικά ipsius tribus in locis, [in Ὄξυθύμια, Παλαμναίος, et Προκάνια] vbi quidam codices interdum habent Ἀυτοκλείδης, vti legitur etiam apud *Plutarchum* in Nicia p. 539. Hanc lectionem praefert in Biblioth. Attica Meursius, sed altera praeplacet Mauilaco, et apud *Athenaeum* quoque XI. pag. 473. est Ἀντικλείδης ἐν ἐξηγητικῶ. Atque ita scriptum est in Scholiis minoribus et apud Eustathium ad Homerum, [et in Schol. Marcianis p. 177. ad Iliad. VII. 44.] Scripsit et νότων libros, quorum octauum et septuagesimum citat idem IX. p. 384. Meminit eiusdem operis praeter Athenaeum, *Clemens Alex. Eusebius* IV. Praeparat. Scholiastes Aristoph. et Suidas. De illius Δηλιαποις, aliisque scriptis *Vossius* in Hist. Graecis pag. 322. *Anticlidem* in hymno solis laudat *Kircherus* tom. III. Oedipi p. 128. *Fabric.* conf. *Burette* in Mem. de l'Acad. Paris. des Inscr. vol. XIII. p. 215. et *St. Croix* Exam. p. 22. qui fidem tribuit eius narrationi. *Harl.*
- Antidamantis*, Heracleopolitae, historia Alexandri M. et libri morales citantur a Fulgentio in Vespillones, et fabre. Quod vero Freinshemius hinc eum latine scripsisse colligit, parum verisimile id Reinesio videtur, qui obseruat, eundem Fulgentium laudare et alios graecos scriptores, Stefimbrotum Thasium, Diophantum Lacedaemonium, [P] Socratem, Mnaseam (Callimachum, Demosthenem) ex latina interpretatione, perinde vti rhetores latini Aquila et Rutilius Lupus Demosthenis, Hyperidis, Aristotelis et aliorum Graecorum verba latine producunt. Notauit hoc de Fulgentio etiam *Vossius* erudito opere de Hist. Graecis.
- Antigenes*, citatur a *Plutarcho* in Alex. p. 691. incertum, an idem de quo p. 703 sq. et quem laudat *Plinius.* *Fabric.* Diuersus ab Antigenide, de quo *Burette* in Mem. de l'Acad. Paris. des Inscr. tom. XIII. pag. 297 sqq. adde *Villois.* prolegg. ad Apollonii Lex. Homer. pag. 20. *Harl.*
- Antisthenes*, qui a Phlegonte laudatur, est Rhodius, historicus, vt recte coniciebat *Vossius*, et constat ex *Polybio* Excerpt. Peiresc. p. 69. Ceterum narratio de Alexandro M. quae Volaterrano memoratur, et graece adhuc sub Antisthenis, vel Callisthenis nomine existat MS. in quibusdam Bibliothecis, commentitia videtur viris doctissimis. Vnde *Allatius* Pseud-Antisthenem vocat, locum ex ea adferens capite 2. de Engastrimytho.
- Antoninus*, Archi-Ep. Florentinus, in prima parte summae historialis, latine compositae, fabulas de Alexandro refert non paucas, quas depromsit e Iulio Valerio, siue Aesopo, de quibus suo loco.

- Appianus*, Alexandrinus, praecipue in Syriacis: quae, quisquis legerit, inquit Reinesius, videbit nugae, quas de Alexandro nugatus est Suidas.
- Appion Pliftonicus*, Alexandrinus, grammaticus, inter alia de Alexandri regis laudibus scripsit, teste *Gellio* VI. 8. Cetera eius scripta retuli infra in capite de Flauio Iosepho.
- Archelaus*, chorographus τῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ πατριδείσης γῆς. *Laert.* II. 17. Iubae et Archelai regis libros citat *Solinus*, ubi de rebus Indicis agit cap. 52. et *Plinius* XXXVII. 3. Archelai vel Aselepiadae, tum Parmenionis, Posidippi et aliorum in Alexandrum epigrammata leguntur lib. IV. Antholog. pag. 454. lib. III. pag. 347.
- Aretinus*. Vide infra in Qualchino.
- Aristobulus*, Aristobuli F. Cassandrus, s. Cassandrinus, Alexandri comes, eo superflite scripserat de singulari certamine Alexandri cum Poro, quem librum ob incredibilem adulationem in fluuium Hydaspin rex proiecit, teste *Luciano* de scribenda Historia cap. 12. tom. I. p. 610. [tom. II. pag. 16. ubi vide interpr. in edit. Reitzii; at conf. *Arrian.* in praef. et *St. Croix* in Exam. p. 19 sq.] Sed post regis mortem, (annos iam octoginta quatuor natus, ut idem *Lucianus* in Macrobiis [cap. 22. p. 224. tom. III. Reitz.] auctor est,) scripsit Historiam, quam ut fide digniorem prae ceteris sequi adfirmat et frequenter laudat *Arrianus* libris de Alexandro. Laudat et *Plutarchus* in Alexandro pag. 672. 673. 674. 676. 691. 706. Strabo, Athenaeus etc. vide *Vossium* de Hist. Gr. pag. 55. [P] De Aristobulo, Iudaeo, dixi infra in Catalogo Peripateticorum.
- Aristoxenus* in suis ὑπομνήμασι egit etiam de Alexandro, ut adparet ex *Plutarcho* Alex. pag. 666. forte etiam in Historiis, quas Suidas memorat. De scriptis eius dixi infra capite X.
- Aristus* et Aselepiades τῶν τὰ Ἀλεξάνδρῳ ἀναγεγραψάντων. *Arrian.* VII. p. 158. Vide quae de Aristo, Salaminio, *Vossius* in Hist. Graecis p. 62.
- Arriani*, Nicomediensis, libri VII. περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρῳ adhuc supersunt, qui prae ceteris sequi se ait auctores Ptolemaeum Lagi et Aristobulum. [conf. infra, libr. V. cap. 8.] Laudatur *Arrianus* Aeneae Gazaeo in Theophrasto p. 23. ὅτε Ἀρρίανος, ἐπὶ τὸ ἀληθέστερον μᾶλλον, ἢ μυθωδέστερον συγγράφων, μῆσοθη. Exstant etiam eiusdem Arriani Indica. *Fabric.* conf. *Guisthard* praef. ad eius versionem *Tactic.* Arriani: eundem in *Mém. milit.* tom. I. disc. prélim. p. 38. et *Mém. milit.* sur les Grecs et les Romains, tom. I. p. 280 sq. atque *St. Croix* in Exam. p. 23 sq. et p. 197. *Harl.*
- Alius *Arrianus*, poeta, qui carmine heroico graece Ἀλεξανδρειάδα condidit libris XXIV. et Virgilii Georgica reddidit graecis versibus et poemata in Attalum, Pergami regem, conscripsit, Suida teste. *Fabric.* adde Eudoc. in Ἰωνιᾷ pag. 67. *Harl.*
- Aselepiades*. Vide paullo ante *Aristus*.
- [*Athenaeus* multa profert excerpta ex scriptoribus de vita Alexandri M. add. *Bayle* Diction. crit. v. Macedoine, et pluribus articulis ibi citatis. *Heumann.*]
- Bacton* siue *Beton* ὁ τῷ Ἀλεξάνδρῳ βηματιστής, siue *itinerum eius mensor*, memo. s Polybio, *Plinio* VI. 17. et 19. VII. 2. et Indice libri VI. et XIII. *Solino* cap. 52. Scrip. σαθμὸς τῆς Ἀλεξάνδρῳ πορείας, teste Athenaeo lib. X. pag. 442. Hi sunt forte Ἀσιατικοὶ σαθμοί,

σαθμοί, Straboni laudati. De Bitone, qui iunior fuit, et ad regem Attalum scripsit, dixi infra inter scriptores rei militaris.

Βάρων ἰσορικός, (*Varro*) ἐπιτομὴν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. Suid.

*Petrus Bizarrus*, Sentinas, scriptor recens, in Persica Historia, latine edita et XII. libris persequente res Perfarum ab Assyriorum vsque imperio ad annum Christi 158r.

*Callinicus*, Sutorius Syrus, siue Arabs Sophista τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἰσορῶν libros X. scriperat, Suida teste. At Freinshemius *Calinium*, Syrum, scriptoribus de Alexandro accenset, memoratque Plutarchum in Aristide. Sed est haec citatio ad balistam, ut ait Reinesius. Nam a Plutarcho nusquam nominatur. At, Suida obiter inspecto, Callinicum de rebus gestis Alexandri scripsisse adfirmant Volaterranus, Carolus Stephanus in Elucidario et alii. Sed Alexandrinarum rerum, siue ciuitatis Alexandriae Historiam scriperat hic *Callinicus*, quam respicit et Hieron. praefat. in Daniele, ut Vossio probe animaduersum. Sed male idem Vossius, [¶] inemendato Suidae codice deceptus, ait, Callinicum hunc scripsisse ad medicum Galenum. Nam ad imp. Gallienum misit *προσφωνητικόν*. vide *Iousum* p. 284. et *Valesium* ad Ammiani XXIII. 3.

*Callisthenes*, Olynthius, propter condiscipulatum sub Aristotele, cuius consobrinus fuit, Alexandro primum percarus, et ab ipso rege ad prodenda memoriae acta eius accitus, teste *Iustino* XII. 6. deinde propter asperius ingenium inuisus, et ab eo interfectus condidit historiam Alexandri, quam praeter *Strabonem* XVII. pag. 813. respicit *Plutarchus* Alex. pag. 680. 684. 685. Quae vero hodie sub Callisthenis nomine de Alexandro supersunt MSta graece in quibusdam Bibliothecis, [e. gr. Parisina. vid. Catal. MSS. bibl. Paris. tom. IV. cod. MMMMDCCCLXXVII. et decies adhuc; item fragmentum, cod. MMMMMMXXLI.] ea ex Persico vertit *Simeon Sethus*, et nomen Callisthenis, (vel Antisthenis, de quo supra,) plane mentiuntur, cum inepta quaedam contineant commenta, destituta omni prorsus utilitate et amoenitate, ut iudicat *Is. Vossius* pag. 33. ad Melam °). Loca quaedam ex illo scriptore graece produxit *Iulius Caesar Buelengerus* de Circo cap. 13. 30. etc. Meminit et *Casaubonus* ad Polyb. *Salmasius* ad Solin. Idem *Casaubonus* Epist. ad Iosephum Scaligerum CCCCII. *Exstat in Bibliotheca* (Regis Galliae) *Pseudo-Callisthenis historia rerum Alexandri. Obseruavi hoc μύθευμα totidem fere verbis in Ebraeorum sermonem versum a Pseudo-Gorionide. Et sane cum voluptate quaedam contuli, multaue in textu etiam Italico emendaui, praesertim virorum et locorum nomina. Admiror vero imposturam. Scaliger* ad *Casaubon*. Epistola CXIII. *Pseudo-Callisthenes*, puto, idem est cum eo libro, quem in calce *Georgii Syncelli* habeo. Est opus fabulosum. Ab eo non potuit accipere *Pseudo-Gorionides*, sed a latino, quod *MStum* me aliquando vidisse memini, ubi multa quoque ineptissima erant. adde Epist. CXV. ad quem *Casaubonus* Epist. CCCCXIII. *Pseudo-Callisthenes non est ille scriptor, quem habes*

o) *Cic.* de Oratt. II. cap. 14. init. iudicat, Callisthenem scripsisse rhetorico paene more. add. *Cic.* ad Quint. frat. II. 13. coll. *Mureto* in Var. Lect. lib. II. cap. 5. *Longin.* de subl. sect. III. 6. ibique interpr. p. 19. edit. *Tollii*, *St. Croix* Exam. p. 12

fqq. in primis *Hemsterhus.* ad *Polluc.* IX. 93. pag. 1075. ubi is plures *Callisthenes* docte discernit, eorumque, praecipue *Olynthii*, opera, a veteribus memorata, recenset. *Hart.*

habes Codici Morachi adnexum, sed alius, haud paullo κομψότερος et qui decenter ἐπιεικῶς nimium agit. Demiror impostores illos; nam ante multa saecula prodidisse id fragmentum, satis constat. Esi autem libro, quem habes, idem μύθευμα continetur, Pseudo-Gorionidem tamen, qui non semel Callisthenem laudat, hunc potius, qui penes me est, transcripsisse καὶ μεταφράσαι non dubito, siue graece eum legerit, quod non puto, siue latine, aut gallice. De latina versione huius scripti dixi in *Aesopo*, infra de *Iulio Valerio* et *Qualinchino*: de germanica in *Ioanne Hartliebo Mollero*. [*Clement.* in *Bibl. curieuse hist. et critiq.* tom. I. p. 179 sqq. citat describitque latinas versiones: *Historia Alexandri magni — de preliis.* Argent. 1486. 1489. fol. 1490. 4. 1494. fol. — editionem antiquiorem, ante annum 1480. factam, memorat *Goetze* in *Memorabil. biblioth. Dresd.* vol. I. p. 259. et lepida barbari sermonis latini profert exempla. Fabulas quasdam absurdas ex illo libro iteravit cl. *Walch*, Rector Gymnasii Schleusingensis, in programme III. de quibusdam antiquis libris, germanice scriptis, Schleusingae 1773. p. 1 sqq. — Ex historia Alexandri — de proeliis orta fuerit versio germanica, in qua *Eusebius*, nescio qua de causa, auctor historiae nominatur, vel potius fingitur:

*Die Historie von dem grossen Alexander, wie die Eusebius beschrieben hat.* In calce: *Hie endet sich di Histori Eusebii von dem grossen König Alexander.* Als die der hochgelehrt doctor Iohann Hartlieb zu münchen durch lieb des durchleuchtigen fürsten etc. Herzog Albrechts seligen gedächtniss in teutsch transferirt vnd beschrieben hat, gedruckt vnt volendet durch Anthoni Sorgen in der keyserlichen stat Augspurg — Anno — Im LXXVIII. (1478.) fol. vid. cel. *Zapf.* Augsburg. Buchdrucker-Geschichte, tom. I. p. 46. de antiquiore edit. an. 1472. p. 23. et cel. *Panzer.* in *Annalen der ältern deutschen Litteratur* — Nürnberg 1788. 4. pag. 106 sq. qui plures antiquas edit. refert, Augustae Vindel. ann. 1472. p. 70. — ibid. ann. 1473. p. 74. — ibid. ann. 1480. p. 115. — ann. 1483. p. 144. — Argentor. 1488. p. 175. — ibid. ann. 1493. p. 206. — ibid. ann. 1503. p. 263. — ann. 1509. p. 313. et ann. 1513. p. 369. *Harl.*] De aliis Callisthenis genuini scriptis praeter *Vossium* in *Hist. Gr.* agit *Meursius* in *Biblioth. Graeca et ad Chalcidium* p. 33 sq. [P] conf. *Eliae Ehingeri* velitatio epistol. p. 260.

*Carystium Pergamenum* in *ισορικαῖς ὑπομνήμασι* res Alexandri attigisse, ex *Athenaeo* observat *Freinshemius*.

*Cephalion*, *Gergethius*, antiquus *Straboni*, *Dionysio Halic.* *Diodoro Sic.* aliisque laudatus scriptor, et a *Suida* [et *Eudocia* p. 268. a quibus *Cephalion* noster cum *Cephalaeone*, qui sub *Adriano* vixit, est confusus,] male ad *Adriani* tempora relatus, in *Erato*, siue libro sexto *Musarum Alexandri* res gestas complexus fuit, teste *Photio* cod. CLXI. pag. 177. Ceterum aduersus *Scaligerum* ad *Graeca Eusebii* pag. 415. *Meursium* in *Biblioth. Graeca Vossiumque* de *Hist. Gr.* II. cap. 12. qui plures *Cephaliones* faciunt, videndus *Allatius* libro de *Patria Homeri* cap. 1. Mentio huius *Cephalionis* apud *Syucellum* quoque in *Chronico* pag. 92. et 167. vbi ei dicitur ἐπίσημος εἰς ἄχ' ὁ τυχῶν, et pag. 192. Κεφαλίων Γεργησιᾶιος (leg. Γεργήθιος) συγγραφεὺς πάνυ παλαιός. [vid. *St. Croix Exam.* pag. 21 sq.]

*Chares* citatur a *Gellio* V. 2. *Plutarcho* in *Alex.* p. 675. 678. 703. ὁ εἰσαγγελεὺς p. 601 *Mytilenaeus* p. 696. ἐν πέμπτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἰσοριῶν. *Athen.* XII. p. 514. ἐν βδό-

μῆ XII. p. 493. ἐν τῇ δεκάτῃ XII. p. 538. et XIII. p. 575. Laudat iterum *Plutarchus* in Phocione p. 749. et II. de fortuna Alex. p. 341. At in indice *Plinii* lib. XII. Hist. male Characis nomen pro Charetis irrepsit, notante Harduino. Sed ipse vicissim de Charace adfirmat, quod de Charonte Lampfaceno apud Suidam legitur.

*Charon*, Lampfacenus, de Persarum quidem et Graecorum rebus commentatus est, sed ante Alexandrum scripsit, ut ex *Dionysii Halic.* et *Tertulliani* testimoniis iam notauit praefantissimus *Vossius*. [conf. *Eudoc.* p. 435.] At *Charon* alter, Carthaginiensis, Alexandrum non praeteriisse videtur in opere, quod memorat *Suidas* [et *Eudocia* p. 436.] de tyrannis, siue regibus Asiae et Europae. Videtur et Alexandri res gestas attigisse *Charon* [Χείρων scribitur ab *Eudocia* pag. 436.] tertius, Naucraticus, nisi fallit nos idem *Suidas*, qui ait, eum scripsisse βασιλεῖς τὰς ἐκ παλαιῶ γεγονότας ἐν ἐκάστῳ ἔθνεσιν.

*Choerilus*, de quo *Acro* ad *Horatii* artem v. 357. *Choerilus*, poeta, fuit, qui, Alexandrum M. sequutus, bella eiusdem descripsit: cui Alexander dixisse fertur, malle se *Thersitem* *Homeri* esse, quam huius *Achillem*. *Choerilus*, Alexandri poeta, depastus est cum eo, ut, si versum bonum faceret, aureo numismate donaretur: si malum, colaphis feriretur: persaepe male dicendo colaphis uestus est. Vide, quae *Meursius* ad *Hesychium* illustr. pag. 220 sq. et viri docti ad *Horat.* lib. II. Epist. I. v. 233 sq. et *Curtium* VIII. 5. 8. [St. Croix Exam. p. 114. et interpr. ad *Curtii* locum in edit. *Snakenb.* pag. 593 sq.] De antiquiore *Choerilo*, tragico, consules, ubi lubebit, quos laudauit lib. II. cap. 19. [P]

*Christophorus Rossinus*, scriptor recens, in senatu Burdegalensi praefes, in commentariis omnium ab orbe condito Historiarum ad *Albertum de Gondi*, latine editis Lutetiae ann. 1571. tit. *Macedonum origines*, res Alexandri M. accurate, iudice *Reinesio*, persequitur. Sed longum esset Historiae vniuersalis et Chronologiae scriptores recentes vniuersos recensere, *Ios. Scaligerum*, *Ed. Simfonem*, *Reinerum Reineccium*, *Sethum Caluissium*, *Iac. Vserium*, *Augustinum Tornium*, *Iac. Salianum*, *Henr. Spondanum*, *Dionys. Petauium*, *Ioh. Cluuerum*, *Matthaeum Dresserum* in millenar. M. *Zuer. Boxhornium*, *Ioh. Micraelium*, *Christianum Matthiae*, *Vlr. Huberum* etc. qui singuli res ac gesta Alexandri pro instituto suo adtulerunt: nec minus scriptores *Lexicorum Historicorum*, *Lud. Morerium*, *Ioh. Iacobum Hofmannum*, *Petrum Baelium* etc.

*Clearchus*, Solensis, discipulus *Aristotelis*, in libris vitarum etiam de *Dario* egit per Alexandrum euerso, ut testatur *Athenaeus* XII. pag. 539.

*Coruinus Celer Clemens*, *Apuleii* familiaris, eruditissimus, (ut ait idem lib. I. *Floridor.*) et suauissimus poetarum, omnia Alexandri facinora adgressus est pulcherrimo carmine (latino, ut opinor,) illustrare. [*Longinus* III. II. pag. 267. *Heumann.*]

*Cleo Siculus*, Alexandri adulator, de quo viri docti ad *Curt.* VIII. 5. 8.

*Clitarchus*, *Dionis*, historici, filius et Alexandri comes, in primo τῶν περὶ Ἀλέξανδρον citatur ab *Athenaeo* IV. pag. 148. in quarto XII. pag. 530. Ingenium eius probari, fidem infamari, tradit *Quintilianus* X. 1. *Inst. Or.* [adde *Cic.* in *Bruto* cap. 11. nr. 42. ad *Diu.* II. 11. de legib. I. 2. *Longin.* de sublim. III. 7. ibique interpr. p. 19. *Tollii.*] Plura de *Clitarcho* *Vossius* lib. I. cap. 10. de *Hist. graecis* et *Reinesius* *Epist.* ad *Hofm.* pag. 373. Coniecturam vero eorum, qui *Curtium* *Clitarchi* historias potissime sequutum,

ac veluti interpretatum latine suspicantur, destituit ratio: neque dubitat Curtius a Clitarcho nominati dissentire IX. 5. 21. [De loco quodam *Clitarchi* vid. not. Schneideri ad Demetrium de eloquit. pag. 249 sq. edit. Fischeri, et p. 187. edit. ipsius Schneideri. De Clitarcho ipso *St. Croix Exam.* pag. 17 sq.]

*Cornelius Nepos* in opere Chronicorum, quo omne aeuum tribus explicauerat libris, Alexandri quoque gesta persequutus fuit. Auctor historiae Miscellae XII. 19. *maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi magno sicut* (Trogus) *Pompeius Corneliusque testati sunt.* Dicitur etiam Nepos transfulisse epistolam, quae latine exstat sub Alexandri nomine de Indiae mirabilibus.

*Craterus*, Macedo, Alexandro carissimus, in epistola ad matrem Aristopatram varia miranda et incredibilia tradidit, quae in expeditione Asiatica obseruasset. Testis *Strabo* XV. pag. 702. Aiunt etiam, res gestas Alexandri scripsisse, quo auctore antiquo, nescio. Nam quae *Plutarchus* [P] in Aristide p. 355. e Cratero, Macedone, profert, videntur esse petita ex eius opere *περὶ Ψηφισμάτων*, de quo *Mauffacus* ad Harpocratonem in *Ἀνδρῶν* et *Νομφῶν*. [vid. *Bayle* Diction. voc. Craterus, not. B. et C. *Heumann.*]

*Q. Curtius Rufus*, scriptor latinus disertissimus, de quo in Biblioth. latina.

Videntur etiam huic Catalogo inferendi esse *Cyrillus*, siue *Cersylus*, Pharsalius, et *Medius*, Larislaeus, qui *συστρατευόμενος Ἀλεξάνδρῳ*, Alexandri castra sequuti, citantur a *Strabone* XI. pag. 530. vbi de Armenia agit.

*Demodamantem*, Seleuci et Antiochi, regum, ducem in itineribus Alexandri describendis maxime sequi se profitetur *Plinius* IV. Hist. 16. vbi male Demonactis nomen pro Demodamante habent priores editiones: quod ab Harduino recte emendatum ex indice Plinii et e Solini cap. 49. et pridem monitum *Salmasio* ad Solin. p. 985. *Stephanus Byz.* in *Ἀντισσα* notat *Demodamantem*, Milesium, et *Philonem*, (Thebanum, quem inter scriptores de rebus gestis Alexandri laudat *Plutarchus* Alex. p. 691.) meminisse *Antissae* Indicae. *Athenaeo* XV. pag. 682. *Δημοδάμας ὁ Ἀλικαρνασσεύς, ἢ Μιλήσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλικαρνασσῶν.*

*Daimachi* quoque, *Plataeensis*, Indica huc spectant, de quibus *Vossius*. [Meminit eius *Strabo* lib. I. pag. 121. *Almel.*] At huius *Daimachi* plagiarium fuisse *Ephorum*, historicum, idem vir doctus contra *Porphyrium* apud *Euseb.* X. 3. de Praeparat. pag. 464. audacter negat ex temporum, quam repugnare putat, ratione. Neque tamen adeo diuerso tempore ambo vixerunt, vt *Ephorus* *Daimachi* scripta legere et expilare non potuerit. Vide *Baelli* Lexicon in *Ephoro*, nota C. apud *Laertium* in *Thalete* libro I. lect. 30. pro *Δαίδακος Πλατωνικός* non dubito legendum cum *Is. Casaubono* *Δαίμαχος Πλατωνικός*, etsi hoc non probatur *Meursio* in Biblioth. Graeca.

*Dexippus Heremius*, Atheniensis, saeculo post Christum natum tertio clarus, non modo in *χρονικῇ ἱστορίᾳ* gesta Macedonum regum a Carano ad mortem vsque Alexandri adigit, ex quibus fragmentum legitur apud *Cedrenum*, atque inde a *Scaligero* descriptum lib. I. Chron. *Eusebii*. Sed et τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον composuit libris IV. teste *Photio* cod. LXXXII. *Fabric.* Idem *Fabric.* infra lib. IV. cap. 26. §. 7. haec, quae huc retraham, adnotauit, de *Dexippo*, *Iamblichi* discipulo, vol. IV. pag. 155. differens: „Constat ex *Simplicio*

Simplicio in Categor. p. 1. Dexippum (philosophum) Iamblichi fuisse discipulum, adeoque iuniorem Dexippo Herennio, Atheniensi, cuius *χρονικὴν ιστορίαν* continuavit, teste Photio cod. LXXVII. Eunapius, qui eum in Porphyrii vita testatur vixisse temporibus Gallieni, Flauii, Claudii, Taciti, Aureliani et Probi. Idem docet Suidas [et Eudocia pag. 130.] Neque exscribere placet, quae de istoc *Dexippo*, historico, erudite Vossius in hist. graecis et Meursius in biblioth. attica, atque *H. Valesius* ad Euagrii librum V. extremum, et ad excerpta e Dexippo, quae de legationibus inter historiae Byzantinae scriptores exstant. Recte autem *Ionsius* p. 299. reprehendit Vossium, quod, Tzetzam sequutus, Dexippum, qui in Categorias scripsit, cum eo, qui Scythica et Chronicorum libros, confundit eundemque putat, a quo certe non minus, quam a *Dexippo*, Coe, medico, discipulo Hippocratis, oportet distingui. Idem tamen Fabricius lib. IV. cap. 32. vol. III. pag. 482. sui forsitan oblitus, in Elencho rhetor. graecor. scribit: „Dexippus Herennius, Atheniensis, Suid. incertum, idemne sit, de cuius scriptis alterius argumenti dixi supra cap. 25. [26.]“ vide supra ad §. I. notata.

Hic quoque recentior quidam scriptor memorari potest: Précis des Histories d'Alexandre le Grand et de Jules-César, et de leurs faits militaires, soit comparés, soit opposés entre eux, suivis de differens points de comparaison ou d'opposition entre ces deux Generaux par Mr. *Deselaisons*, Brigadier. Paris. 1784. 12. II. voll. *Harl.*

*Dicacarchus* de Alexandro egisse videtur in libris de vita Graecorum, de quo opere, vt de aliis eius scriptis infra cap. XI.

*Dio*, Prusaeus, cognomento *Chrysofostomus*, in dissertationibus suis, quae exstant, varia de Alexandro iucunde et eleganter refert, vt in illis de regno Alexandri congressum cum Diogene, tum fabulam Libycam, [P] Alexandro a Diogene narratam: sed et a Suida ei tribuuntur *περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἀρετῶν λόγοι ἢ*.

*Diodorus Siculus* in Bibliothecae suae, siue historici operis libro integro XVII. res gestas Alexandri est persecutus. [de quo iudicium tulit *St. Croix* in Examen etc. p. 31 — 33. adde cl. *Mannert* l. c. pag. 363 sqq. *Harl.*]

*Diodotus Erythraeus* scripsit ephemerides Alexandri. Vide infra in Eumene.

*Diogenes Babylonius*, incertum est, vtrum singulare opus de Alexandro scripserit, licet haec ex eo Quinctilianus libro et capite primo Institut. Orator. *Siquidem Leonides, Alexandri paedagogus, vt a Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitii imbuat, quae robustum quoque et iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt profreuta. Fabric. vid. infra in catalogo Stoicorum, nec non in catal. Epicureorum h. v. Harl.*

*Diognetus*, itinerum mentor, quo Alexander vsus est. Vide supra in *Baeton*. Alius 2) *Diognetus*, Rhodius, architectus, cuius meminit *Vitruuius* X. 22. 3) *Diognetus*, Erythraeorum dux, de quo *Parthenius* Erotic. cap. 9. *Hyginus* pag. 275. *Polyaenus* VIII. 36. et *Plutarchus* de virtute mulierum pag. 254. 4) *Diognetus*, Carthaginiensis, Clitomachi pater. Steph. in *Καρχηδών*. 5) *Diognetus*, qui Antoninum imp. pingere docuit, teste Capitolino cap. 4. ad quem conferendae Casauboni et Salmastii notae: [cum Salmastio *Diognetum* pictorem a *Diogneto*, alio Stoico, eiusdem imperatoris magistro, distinguendum censet *Reimar.* ad Dion. Cassium libr. 71. cap. 1. §. 9. tom. II.



pag. 1177. vid. infra in Catal. Stoicor. h. v. *Harl.*] 6) *Diognetus*, Megarensium princeps *Polyaen.* I. 27.

*Dionysius*, a Ptolemaeo Philadelpho missus, et Megasthenes cum regibus Indicis morati, vires quoque gentium prodidere, teste *Plinio* VI. 17. Idem, ut videtur, *Dionysius*, in indice *Plinii* lib. IV.

*Diotimum Atheniensem* quoque de Alexandro scripsisse aliquid et Macedonica tractasse, conicit *Freinshemius* e loco *Athenaei* X. pag. 436. vbi cum *Aristo*, *Salaminio*, iungitur, et ex utroque refertur perquam bibacem fuisse *Alcetam*, Macedonem. [vid. infra in Catalog. Stoicorum.]

*Dorotheus* libro sexto τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν. *Athen.* VII. p. 276. incertum, num *Dorotheus*, *Afcalonita*, ut videtur *Freinshemio* et *Vossio*, an *Atheniensis*.

*Tves Duchat*, recens scriptor *Gallus*, hymnum graecum in Alexandrum Magnum composuit, ediditque cum gallica sua interpretatione. *Parisi.* 1624. 4.

*Duris*, *Samius*, citatur a *Plutarcho* in *Alex.* p. 672. 691. respiciente, ut videtur, eius Μακεδονικά quorum quintum citat *Athenaeus* VI. p. 249. septimum IV. p. 167. quintum decimum *Schol. Comici* ad *Nubes* v. 397. [P] *Fabric.* *Schol.* ad *Arist.* *Nub.* (vbi vid. quae adnotaui pag. 308.) sumtum est ex *Schol.* ad *Apollon.* *Rhod.* IV. 263. vbi *Duris* citatur ἐν πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Μακεδονικῶν. Plura dabit de *Duride*, eiusque scriptis, in primis *Macedonicis*, *Ionisus* de scriptor. *hist. philos.* II. 2, 3. pag. 145 sq. edit. *Dornii*. adde supra in *Notitia tragicorum deperditorum* h. v. vol. II. p. 297. citatur quoque ab *Eustathio* ad *Homerum*, ut ex indice, in vol. I. prolato, cognosci potest. *St. Croix* in *Exam.* p. 22. laudat eius fidem. *Harl.* Cf. *Heynius* in *Commentatt. Soc. Gott.* Vol. VII. pag. 112. *class. philol. Beck.*

*Ephemerides Alexandri* scripserunt *Aschirion Mytilenaeus*, ut colligo e *Tzetze* *Chiliad.* VIII. *hist.* 196. is ipse, quem *Alexandri* comitem fuisse *Suidas* adfirmat. Praeterea *Diodotus Erythraeus*, *Eumenes Samius* et *Strattis Olynthius*, de quibus suo loco.

*Ephippus Olynthius* περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαισίου μεταλλαγῆς καὶ ταφῆς, *Athen.* III. p. 120. IV. p. 146. et X. p. 434. et XII. p. 537. [alius historicus, *Cumanus*, apud *Eudoc.* p. 154. alius, comicus, vid. supra in *Notitia tragicorum et comicorum deperditorum* h. v.]

*Eratosthenes Cyrenaeus* citatur a *Plutarcho* in *Alex.* p. 665. 683. *Arriano* lib. V. de *Alexandro* p. 102. et 103. vbi ab eo dissentit, et p. 104. Μεγασθένης τε καὶ Ἐρατοσθένης δονίμῳ ἀνδρὶ *Fabric.* conf. *Eratosthenis* geographicorum fragm. edita a *Günth.* *Car. Fridr. Seidel.* *Gottingae* 1789. 8. p. XVII sqq. prolegom. infra lib. III. cap. 18. sect. 12. *Harl.*

*Eumenes*, *Cardianus*, e *Cardia*, *Thraciae Cherfonesi* oppido, inter duces *Alexandri* celebris, (de quo *Nepos* et *Plutarchus*) scripsit *ephemerides Alexandri*, e quibus nonnulla producit *Aelianus* III. 23. Var. Confer *Paulum Leopardum* lib. II. *Miscell.* cap. 12. *Athenaeus* quoque X. p. 434. *Ephemerides Alexandri* ab *Eumene*, *Cardiano*, et *Diodoto Erythraeo* scriptas esse testatur. Confer quae supra p. 205. *Fabric.* *Eumenes* non est fide dignus scriptor rerum *Alex. M.* iudice *Aeliano* V. H. lib. III. 3. *Heumann.*

Ingeniosissimus et elegantissimus scriptor recens Gallus *Euremonius*, (Charles de Saint Denis, Seigneur de Saint Euremond,) nonaginta annis maior in Anglia denatus IX. Sept. ann. 1703. binas dissertationes, dignas lectu, de Alexandro lingua patria composuit, quarum altera Caesarem cum Alexandro confert, tom. I. Opp. pag. 191. (edit. Amst. 1706. 12.) altera continet censuram tragoediae *Racini*, cuius sui, qua Alexandrum Poro inferiorem fecit et magno illo, quem in historia ubique habet atque imperterritio animo exiit, Porumque velut Gallici ingenii, non Indorum principem introduxit. tom. II. Opp. p. 300.

*Christianus Fridericus Franckensteinus*, qui Lipsiensem Academiam eruditione sua illustrabat, edidit anno 1674. exercitationem de Alexandro, virtutibus et vitiis magno, qua descriptionem Alexandri apud Q. Curtium X. 5. illustravit.

*Paganinus Gaudentius*, Rhaetus <sup>p)</sup>, Eloquentiae in Academia Pisana professor, ann. 1649. denatus, Hetrusco idiomate Alexandri M. gesta celebrasse dicitur, Pisis 1645. fol. quod opus haud vidi. [P]

*Philippi Gualteri*, de *Guastellione*, Insulensis, episcopi circa A. C. 1174. Magalonensis, *Alexandreis*, siue de rebus gestis Alexandri carmen heroicum latinum, libris decem constans, et inscriptum R. D. Guiliermo, antea Senonensi episc. tum archiepisc. Rhemenfi, prodit Argentinae ann. 1513. atque inde alibi, vt dixi in Bibliotheca latina. Hunc Gualterum, Virgilio et Lucano exfulare iussis, sua aetate per scholas receptum conquestus est Henricus Gandauensis: Alanus vero in Anticlaudio perstrinxit his verbis:

*Maenius in caelis audens os ponere mutum,  
Gesta ducis Macetum tenebrofi carminis umbra  
Pingere dum tentat — — — —*

Non contemnendus tamen pro illa aetate poeta videri potest, qui in plerisque Q. Curtii historiam expressit: nam Curtium e Gualtero hausisse sua absurdum est, et, ne alia iam adferam, a Ioh. Sarisbericensi, qui ante Gualterum scripsit, Curtius nominetenus citatur. vid. *Ehinger*. l. c. pag. 266.

*Harpocratio* a Radero inter scriptores de Alexandro relatus est propter pauca illa, quae de variis huius nominis in Lexico suo habet V. Ἀλέξανδρος.

*Ioh. Hartlieb Moller*, Monacensis Boius, medicinae Doctor, iussu ducis Bauariae Alberti, historiam Iulii Valerii de Alexandro M. e latina lingua in germanicam conuertit, Augustae Vindel. ann. 1478. fol. Vide Lambecium lib. II. de Biblioth. Vindobonensi pag. 949. [supra ad Callisthenem.]

*Hecataeus*, *Abderita*, Alexandri comes et σύντροφος, historias scripsit, *Flauio Iosepho* [libr. I. contra Apion. §. 22.] laudatas, in quibus Alexandri res quoque videtur adtigitse. Aliusne ab

p) Ipse hoc in se fecerat Epigramma:

*Rhaetia me genuit, docuitque Italia, Roma  
Detinuit, nunc audit Hetruria cuncta docentem.*

Sed heredes vocabulum nimis ambitiosum *cuncta* mutarunt in *culta*.

ab hoc *Hecataeus*, quem *Eretriensem* vocat *Plutarchus* laudatque in *Alexandro* p. 691? [conf. *Zorn*. prolegom. ad *Hecataei* eclogas et in notis ad illa fragm. *Altonae* 1730. 8.]

*Hegesander*, *Delphus*, in libris *ὑπομνημάτων* multa, ad *Alexandrum* pertinentia, tradidisse a *Freinshemio* obseruatur ex iis, quae ex hoc scriptore profert *Athenaeus*.

*Hegesias*, *Magnesius*, de rebus *Alexandri* scripsisse colligitur ex eius fragmentis apud *Dionysium* *Halic.* de nominum composit. p. 18. et *Agatharchidem* lib. V. de mari rubro apud *Photium* cod. CCL. vbi inepta eius dictio reprehenditur. Eundem ridet *Plutarchus* in *Alex.* p. 665. quia scripserat, *Dianam* templo suo, *Ephesi* conflagranti, opem ferre non potuisse, quoniam adfuisset *Olympiadi*, eodem [P] tempore parienti *Alexandrum* ☉. Hoc vsque adeo frigidum esse adfirmat *Plutarchus*, vt incendium illud potuisset exstinguere.

*Helymon*, poeta ineptus, quem, interpres *Ouidii* in *Ibin* et ex eo *Gyraldus* dial. 3. de *Poetis*, ait, ab *Alexandro* in cauea mori coactum, quod minus luculenter res ipsius gestas scriptis prodidisset. Sed ignotus antiquis ille *Helymon*. Itaque alii ad *Callisthenem* rectius haec *Ouidii* referunt v. 521. [vbi vid. *Salvagni*, et reliquos interpr. in ex. *Burmanni*, tom. IV. p. 130 sqq. vbi vero interpres, a *Fabricio* notatus, *Callisthenem* intellexit; *Domitius* autem de *Choerilo* narratam rem esse opinatus dicitur; de *Helymone* nullus interpres *Ouidii* l. c. cepit. *Harl.*]

Inclususque necem cauea patiaris, vt ille  
Non profecturae conditor historiae.

*Heraclides* memoratur a *Plutarcho* in *Alex.* p. 669. incertum, an *Cumanus*, qui *Persica* scripsit, an *Ponticus*, vt *Reinesio* visum, an alius. Nam *Freinshemio* quidem caue adfentiaris, qui *Heraclidem* a *Laertio* citatum putat scripsisse de successione regum, cum *Sotionem* de successione philosophorum in compendium miserit.

*Hermippus* citatur a *Plutarcho* in *Alex.* pag. 695.

*Hieronymus*, *Cardianus*, τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πεπραχθέντα scripsit. Ita enim apud *Suidam* legendum. Scripsit et de rebus gestis ἐπιγόνων et διαδόχων ☉ *Alexandri*.

F 2

*Wolfgangus*

q) *Timaeo* hanc sententiam frigidam tribuit, eamque concinne dictam iudicauit *Cicero* de *N. D.* lib. II. cap. 27. vbi vid. *Dauissii*, qui *Turnebum* *Aduers.* lib. XXVII. cap. 4. iam laudauit, notam. *Ciceronis* tamen iudicium probat *Rulnken.* ad *Rutilium* *Lupum* de figuris p. 25 sqq. vbi multus est de hoc *Hegesias*, (de quo iam vid. ad vol. II. pag. 873.) multaque veterum memorat loca atque iudicia, denique notat, *Hegesiam*, *Magnetem*, cum *Hegesias*, philosopho *Cyrenaico*, temere confusum esse a *P. Burmanno* ad *Quintilian.* XII. 10. pag. 1085. et *Io. Boherio* ad *Cicer.* *Tuscul.* disput. I. 34. a *Vossio* tamen de historicis gr. I. 12. iam discretum. adde de *Hegesias*, *Magn.* *St. Croix* in *Examen* etc. pag. 15 sq. *Harl.*

r) In historia *διαδόχων* nimis fauebat partibus *Antigoni* contra *Lyfimachum* aliosque, iudice *Pausan.* *Attic.* cap. IX. p. 23. 24. XIV. p. 33 sq. Mortuus est ann. 104. natus, teste *Luciano* de longaeuis cap. 22. *Plutarchus* in vitis *Eumenis*, *Demetrii*, *Pyrrhi* etc. et *Diodorus* *Sicul.* in tribus vltimis, quos habemus, libris, cum, *Eumenis* familiarissimum, valde laudarunt, et praecipue sequuti sunt. *Iosius* de histor. graecis lib. I. cap. 11. pauca de illo dat, idemque illum confundit cum *Hieronymo*, *Phoenic.* s. *Aegyptio*. *Meliora* pluraque de illo collegerunt *F. Sevin* in *Mem.* de l'acad. des *Inscript.* tom. XIX. p. 30 — 53. et cl. *Conr. Manner* in *Geschichte* der unmittelbaren *Nachfolger Alexanders*, pag. 352 — 357. *Harl.*

*Wolfgangus Hildebrand*, Germanus, patria lingua collectam a se ex variis monumentis Alexandri historiam edidit Erfurti ann. 1618. 4.

*Historia Miscella* de Alexandro M. agit lib. XII. cap. 19.

*Iohannes Antiochenus* in Chronico, e quo fragmentum de Alexandro legitur in excerptis Peirescianis, ab *H. Valesio* editis atque illustratis p. 786. Diuersus hic Iohannes Antiochenus a *Io. Malela*, in cuius Chronographiae libro octauo agitur de Alexandro.

*Ioannes Monachus*, cuius narrationi de Alexandro M. multum tribuit Coelius Rhodiginus, eamque per saepe laudat, III. 5. XVIII. 18. XXII. 20. XXIII. 4. Latine e *Ioh. Zonarae* Chronico excerpta subiungitur editioni Diodori Siculi Basileensi, quae prodiit anno 1545. interprete *Angelo Cospo*, Bononiensi. [vid. paullo ante, de Angelo Cospo.]

*Iosephus Gorionides*. Vide supra in Callisthene. *Flavius* quoque *Iosephus* huc spectat propter ea, quae de Alexandro M. scribit XI. 2. Antiq. et II. 21. de Bello Iud.

*Ister* (Callimachus, vt existimo, patria Paphius,) laudatur a *Plutarcho* in Alexandro p. 691. inter eos, qui res gestas huius regis tradiderunt. [P] *Fabric.* conf. de eo *Suidam* h. v. et *Eudociam* in *Ἰωνιᾷ* p. 246. infra lib. III. cap. 19. de Callimacho §. 1. Ex libro *Plutarchi* de Musica vol. X. pag. 665. patet, *Istrum* et Anticlem iam scripsisse ἐπιφανείας. vid. *Burette* in Mem. de l'Acad. des Inscript. tom. XIII. p. 216 sq. *Vossium* de histor. gr. IV. cap. 12. *Toup.* in Epist. critica, Opusc. edit. Lips. pag. 141 sq. siue vol. II. pag. 613 sqq. edit. Oxonii 1790. *Harl.*

*Julianus ὁ παραβάτης* in hoc Catalogo a viris doctis ponitur propter pauca illa, quae de Alexandro tangit in Caesaribus.

*Iulius Valerius* quibusdam vocatur latinus interpres fabulosae de Alexandro historiae, quem alii *Aesopum* vocant. Vide supra in Callisthene, *Barthium* II. 10. et V. 14. Aduerfar.

*Iustinus*, Trogi Pompeii Epitomator notissimus, res Philippi et Alexandri, successorumque eius non indiligenter, etsi strictim, aliquot libris persequitur. Philippum patrem cum Alexandro confert libro IX. cap. 8.

*Wolfgangus Lazius*, Ferdinandi I. imp. Historiographus ann. 1565. die 19. Iunii denatus, in commentariis rerum graecarum libro I. p. 22 sq. aliquot numos, Alexandri imagine insignes, exhibet et illustrat.

*Leo Byzantius*, Alexandri temporibus clarus, scripsit inter alia, *Suida* teste, τὰ κατὰ Φίλιππον καὶ τὸ Βυζάντιον, βιβλίοις ζ'. et τὰ κατ' Ἀλέξανδρον.

In *T. Liuii*, romanae historiae principis, Decad. I. libro IX. cap. 17. elegans disquisitio occurrit de Alexandro M. vtrum ille, si Romanos aggressus fuisset, aequae vt a tot aliis gentibus victor fuisset rediturus. Neque absurde hoc videtur negare, quamquam non dubito, Alexandrum, si, ita vt Hannibal, ante Romae portas terrorem armorum suorum proferre potuisset, victoria rectius vtique vsurum fuisse. In transcurso autem absolendus *Liuius* ab impacta ipsi ab ingeniosissimo viro ὃ nota est, quasi sibi manifesto contradixerit,

s) *P. Baelius* Lexico voc. *Macedoine* nota O. *son peu d'attention, sa contradiction en un mot, on ne peut disculper Tite Live; sa distraction, sautent aux yeux.*

tradixerit, iam negans, vel fama notum Romanis Alexandrum fuisse, iam iterum adfirmans, parem animis magno Alexandro ducem a populo romano destinatum Papi- rium Curforem. Miror enim, viro erudito non fuisse obseruatum, quod verbum *de- stinarat* hoc loco apud Liuium idem est ac *destinaturus fuerat*, si nempe Alexandrum Romanis bellum inferre contigisset. *Fabric.* conf. *M. Io. Frid. Erhardt*, Directoris Gymnasii Isenacensis, progr. de comparatione Alexandri M. cum imperatoribus rom. a Liuiio IX. 17. facta. Isenaci, 1760. 4. *Harl.*

*M. Annaeus Lucanus* libro X. Pharsal. Alexandri sepulcrum Alexandriae a Caesare visum referens, in immensam felicitis illius, vt vocat, praedonis ambitionem prolixè inuehitur. Conditorium et corpus Alexandri ab Augusto quoque subiectum oculis narrat *Suetonius* in Augusto cap. 18. [¶]

*Lyncæus Samius* in suis ἀπομνημονεύμασι de Alexandri dictis et factis scripsisse colligitur ex *Athenaci* X. p. 434.

*Manechmus* siue *Menaechmus Sicyonius*, sub Alexandri successoribus clarus historicus, scripsit, *Suida* [atque *Eudocia* p. 299.] testibus, historiam Alexandri, Macedonis.

*Marsyas Pellaeus*, Alexandri σύντροφος et Antigoni, regis, qui post Alexandrum regnavit, frater, scripsit μακεδονικῶν siue rerum Macedonicarum libros X. a Carano vsque ad Alexandri in Syriam ingressum: et librum de educatione Alexandri, Ἀλεξάνδρου ἀγωγὴν. Vide *Suidam*, [*Eudoc.* p. 298.] et *Voffium* lib. I. de Hist. graecis cap. 10.

*Megasthenis* libri Indicorum huc quoque pertinent, quorum *tertium* *Clemens I. Strom.* p. 305. *quartum* *Iosephus* laudat X. *Antiq.* II. pag. 350. et I. contra *Apion.* p. 1045. Inter alia ostendere voluit eo loco *Megasthenes*, maiora fuisse Alexandri quam *Herculis* gesta. Multa fabulatum esse adfirmat *Strabo* lib. II. pag. 70. [p. 119. 120. B.] Laudat praeter *Plinium* aliosque, *Vossio* iam notatos, *Aelianus* de *Animal.* VIII. 7. XVI. 41. et XVII. 39. [*Antigon. Caryst.* cap. 147. Mirabil. vbi vid. *Beckmann.*] *Phlegon* in extremo libr. de mirabilibus. [conf. *Meiners.* hist. doctrinarum etc. tom. I. pag. 383 sq. qui valde vituperat *Megasthenem.* *Robertson* tamen in historical disquisit. paullo post memoranda, laudat eius narrationes de India geographicas et inter absurdas fabulas multa vtilia reperit. *Harl.*] Sed inter fragmenta, a *Scaligero* ad calcem operis de emendatione temporum illustrata, nullum est *Megasthenis*, vti idem vir doctus memoria lapsus adfirmat. De *Metasthene* *Anni* conuenit inter eruditos, omnia eius, etiam ad nomen ipsum vsque, esse commentitia.

Μονόβιβλον, ὃ εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψαν οἱ Ἀλεξανδρεῖς. *Niceph.* X. 36. *Hist. Eccles.* vbi et oraculum *Pythium*, quo *Diis* *Alexander* adscribitur. Haussit haec *Nicephorus* e *Socrate*, apud quem III. 23. legitur τὸ μονόβιβλον ὃ Ἀδρίας εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψεν. *Valesius* in versione pro *Adρίας* habet *Arianus*; verum is non scripsit μονόβιβλον, sed libros septem de Alexandro, neque Alexandrum retulit inter *Deos*, quod libro illo factum esse tota *Socratis* oratio innuit. *Ioh. Langus* ad *Niceph.* legit Ἀδριανός. *H. Valesius*, vir eruditissimus, ad *Socratem* putat respici *ψευδόμαν- τιν* *Luciani*, qui Ἀλέξανδρος inscribitur. Verum et alius est iste *Alexander*, et tantum abest, vt hunc inter *Deos* referat *Lucianus*, vt pro impostore aperte traducat. Praeterea

nimis longe abit a Luciani nomine illud ὁ Ἀδρείας, pro quo Florentinus codex, Valesio teste, habet Ἀνδρείας. Forte per compendium scriptum erat Ἀλνδρεῖς pro Ἀλεξάνδρεῖς, vnde factum illud Ἀνδρείας ac demum Ἀδρείας. In Hist. tripartita VII. 2. hic locus plane omittitur. [P]

*Nearchus* aurea corona ab Alexandro donatus ἐπὶ τῷ περίπλω τῷ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς κατὰ τὴν μεγάλην θάλασσαν, teste *Arriano* VII. pag. 149. ἡγεμῶν vocatur a *Plutarcho* in *Alex.* p. 702. 706. *Nauarchus* τῆς Ἀλεξάνδρου ναυτικῆς, ἐκ ἀγύμναστος τῆς θαλαττικῆς πάξεως in oppido *Patala* prope *Indum* fluvium sepultus: *Philostr.* III. 15. [cap. 53. pag. 137. edit. *Olearii*, cuius notam consules. *Harl.*] de vita *Apollonii*. Periplum eius siue descriptionem navigationis, qua *Plinius* etiam vsus est et *Strabo*, *Arrianus* magnam partem in *Indica* sua transcripsit, ex quibus excerptam separatim graece et latine cum variis lectt. codicis *Bodleiani* edidit praestantissimus vir *Ioh. Hudsonus* tom. I. *Geographorum minorum*, *Oxon.* 1698. 8. Incertum est, num peculiari opere et a periplo illo diuerso res *Alexandri* tradiderit, etsi *Suidas* ei tribuit συγγραφήν ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου. [conf. *Fabric.* infra lib. IV. cap. 8. sect. 8. vol. III. pag. 275. edit. superioris.] Plurima mentitos, qui de *India* scripserunt, *Strabo* notat lib. II. p. 70. in quibus primas malae fidei partes tribuit *Daimacho* et *Megastheni*, secundas *Onesicrato* ac *Nearcho*. *Fabric.* conf. *Seidel.* proleg. ad *Eratosthenis* geographicorum fragmenta pag. XVIII. *Harl.*

*Nestor Larandensis*, e *Lycia*, sub imp. *Seuero* clarus *Suidae*que laudatus, scripsit Ἀλεξάνδρου ἠρώδεια, siue poema heroicum de *Alexandro*, cuius librum I. citat *Stephanus Byz.* in Ἰσάσπαι.

*Nicanor*, qui res gestas *Alexandri*, *Macedonis*, scripsisse traditur a *Varrone* apud *Lactantium* lib. I. cap. 6 et inde apud *Sabellicum* *Enneadis* secundae libro tertio, aliosque: *Reinesio* videtur idem cum *Seleuco* *Nicatore*, siue, *Macedonum* dialecto, *Nicanore*, nominatissimo inter duces *Alexandri*, cui *Spitamene* filiam, teste *Arriano*, rex iunxit. Sed hic si res *Alexandri* scripsisset, non omissuri eum fuerant nominare *Arrianus*, *Plutarchus* et alii. Fuit et *Saenius Nicanor*, cuius commentarios suo iam tempore deperditos testatus est *Suetonius* cap. 5. de *Grammaticis*. Mentio quoque *Nicanoris* cuiusdam (*Stagiritae*, *Diodor. Sic.* XVIII. p. 592. vbi epistola *Alexandri* per hunc *Nicanorem* ad *graecos* exfules missa: et *Harpocrat.* in *Νικάνωρε*.) in testamento *Aristotelis* apud *Laertium* V. 15. Idem forte de quo *Rhetor.* ad *Alex.* cap. 1. Alius, cuius caedem memorat *II. Rhetor.* cap. 23. *Nicanor*, *Parmenionis* F. praefectus scutorum, cuius subitae mortis mentio apud *Curium* VI. 6. qui alium *Nicanorem*, *Indorum* telis obrutum, memorat VIII. 13. *Nicanor*, *Cassandri* frater, iussu *Olympiadis* interfectus. *Diodor. Sic.* XVIII. p. 660. *Nicanor*, *Balacri* filius. *Harpocrat.* in *Νικάνωρε*. *Nicanor*, *Balacri* pater. *Arrian.* lib. II. *Nicanor*, nauarchus *Antigoni*, illaudatus *Polyaeno*, [P] et *Cassandri* dolo interemptus, *Diodor. Sic.* XVIII. p. 647. *Nicanor*, dux *Demetrii Soteris*, victus a *Iuda Maccabaeo*, 1 *Maccab.* VII. et lib. 2. cap. VIII. etc. *Nicanor*, *Cypriarches*. 2 *Maccab.* XII. 2. Etiam *Nicanorem* quemdam *Cyprium*, qui de diis scripsit, citat praeter *Arnobium Clemens* in *protreptico*. Sed et *Nicanor Samius* secundo de *Fluminibus* citatur a *Plutarcho* in lib. eiusdem argumenti. Praetereo *grammaticum Nicanorem*, *Varrone* iuniorem, siue *Alexandrinum*, siue *Hierapolitem*, *Phrygem*, de quo dixi lib. II.

lib. II. cap. 5. [adde *Eudociam* p. 311.] Tum *Leandrum Nicanorem*, Cyrenaeum, cuius *μετονομασία* Harpocrati laudatae in *Ἰωνία* et Stephano Byz. in *Ἰθάκη* et *Πάρος*, Athenaeo VII. p. 297. et Schol. Apollonii IV. 21. Pro *Nicanore*, medico, apud Hofmannum in Lexico, vel apud scriptorem, ex quo hoc hausit, Nicandri nomen reponendum existimo. Fuit et *Nicanor* quidam ex primis septem ecclesiae diaconis, teste Luca Act. VI. 5. de hoc martyrologia ad 10. Ianuar. et menologia 5. Cal. Aug. Celebratur et alius martyr *Nicanor*, in Aegypto passus sub Maximino. Sed institutum nostrum persequamur.

*Nicobules* nomine olim scripta ferebantur de Alexandro, de quibus dubitatum docet *Athenaeus* X. p. 434. *Νικοβέβλη δὲ ἢ ὁ ἀναθεὶς ταύτη τὰ συγγράμματα*. In Plinii codicibus adpellatur *Nicobulus*, et Harduino videtur Alexandri expeditionum comes fuisse cum Onescrito et Nearcho, vel cum Diogneto ac Baetone itinerum dimensor.

*Nymphis Heracleotes* libros XXIV. scripsit, teste Suida [et *Eudocia* pag. 309.] de Alexandro eiusque regni partiaris et successoribus vsque ad tertium Ptolemaeum.

*Olympiadum* descriptio, a Ios. Scaligero graece cum Eusebio edita, et ab ipso, ut videtur, e graecis scriptoribus collecta, Alexandri etiam res suo loco non negligit.

*Olympiodorus*, quo Plinius Hist. naturali vsus est, videtur Harduino Alexandri M. res gestas scripsisse, et cum Nearcho et Onescrito expeditionum eius comes fuisse.

*Onescritus*, (apud *Lucianum* \*) de scribenda hist. tom. I. p. 630. *Plutarchum* Alex. p. 668. et *Palladium* de Bragmanibus p. 21 et sq. *Ἐνησικρίτης*) Astypalacensis, (*Asian.* XVI. 39. de Animal.) [vid. *Diogen. Laert.* VI. 84. ibique Menag. p. 259 sq. edit. Meibom.] siue Aegineta, (*Laert.* VI. 75.) Diogenis Cynici discipulus, (*Plutarch.* Alex. p. 701.) Alexandri nauarchus (id. p. 702. praefectus classis Macedonicae, Solin. cap. 53. imo nauarchum siue praefectum classis, quod muneris [P] Nearchus gessit, se mentitus, cum tantum vnus naui regiae gubernator fuerit: *Arrian.* VI. p. 124. *κυβερνήτης τῆς νεῶς τῆς βασιλικῆς* *Arrian.* VII. p. 149.) [vid. *Iac. Gronou.* ad *Arrian.* VI. 2. pag. 237.] Calanum, Indorum philosophum, ad Alexandrum adduxit, quem sese comburentem videns in ignem ipse quoque insiliit, (si vera tradit *Lucianus* de morte Peregrini tom. II. p. 576. \*\*) *Strabo* enim, *Plutarchus* et *Arrianus*, mortem Calani narrantes, de Onescriti morte voluntaria tacent.) Scripsit, Xenophontem imitatus, *Ἀλεξάνδρου ἐγκώμιον* et *πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη*. *Laert.* VI. 85. *τὰ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου*, *Lucian.* Macrobiis tom. II. p. 470. *Ξυγγραφήν ἠντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραφε*, *Arrian.* VI. p. 124. Laudat *Plutarchus*

\*) Apud *Lucian.* Macrobi. cap. 14. tom. III. Reitz. p. 218. scribitur *Ἐνησικρίτης*, ὃ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράμματα, vbi Benner incertus est, num Onescr. Astypalacensis cum Aeginensi idem sit, nec ne, et locum Luciani in morte Peregr. male interpretatur Onescr. semet ipsum coniecisse in ignem ac periisse. Heumann. in nota mst. laudat Popmam ad Curt. X. 1. 10. *Harl.*

\*\*) Tom. III. pag. 348. edit. Reitz. vbi vide in-

terpr. Ibi dicitur ὃ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης. Quomodo *Lucianus* sit interpretandus, bene viderunt M. du Soul et Opsopocus, nam in gr. textu verbis ὡς Ἐνησικρίτης etc. vel addendum est *φασὶν*, vel subintelligendum; quare Gesner. bene vertit, ut *Onescritus* narrat; hic igitur ipse non insiliit, sed male narrasse arguitur, Brachmanes insilire in ignem. *Harl.*

*chus* in Alexandro p. 668. 672. 698. 699. et 691. vbi quartum librum Lysimacho, iam regi, praeligisse traditur: quod si verum est, fabulis illud de communi cum Calano morte fuerit haud dubie adscribendum. Multas historiis suis immiscuisse fabulas constat ex his Strabonis XV. p. 698. Ὀνησίκριτος ὃν ἐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν. Πάντες μὲν γὰρ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον τὸ θαυμαστὸν ἀντὶ τᾶληθῆς ἀποδέχονται μᾶλλον, ὑπερβάλλεσθαι δὲ δοκεῖ τέρας ἐκείνος τῇ τερατολογία. [adde Strabon. II. p. 121. B. edit. Amel.] Vitur Onesicrito etiam Plinius libro II. IV. VII. etc. *Fabrie.* conf. *St. Croix* l. c. pag. 14 sq. et *Seidel.* l. c. pag. XVIII. *Harl.*

*Orthogoras* cum Onesicrito de rebus Indicis citatur ab *Aeliano* XVII. 6. de Animal. qui Orthogoram iterum laudat XVI. 35. ἐν τοῖς Ἰνδοῖς λόγοις. Hinc cum Onesicrito eum nauigalle, atque adeo expeditionem Alexandri auspiciis susceptam descripsisse colligit Freinshemius. Confirmat eius coniecturam *Photius* cod. CXL. pag. 534. e *Philostrati* III. 53. vitae Apollon. [p. 137. edit. Olearii, cuius notam consules.] Orthogorae narrationes de mari rubro, statim post Nearchum commemorans. Alius *Orthogoras*, Sicyoniorum tyrannus. Aristot. V. 12. Politic. Alius item *Orthogoras*, Thebanus, musicus, cuius meminit Plato in Protagora. Alius denique *Orthogoras*, vates Corinthius, de quo *Plutarchus* in Timolonte pag. 237.

*Parmenionis* epistola ad Alexandrum Athen. XIII. p. 607. Epigramma in Alex. sub Parmenionis nomine legitur in Anthologia lib. III. p. 347. Praetereo alias, ad Alexandrum aliorum epistolas, memoratas supra lib. II. cap. 10.

*Patrocle*m, qui de rebus Indicis scripsit, et propter dignitatem, (nam sub Seleuco Nicatore Indicum mare classe lustravit ac praefectus illarum regionum fuit,) et quod geographiae fuerit peritus, fide cum [P] primis dignum ait *Strabo* II. p. 68. et p. 69. ex eo refert comites expeditionis Alexandri obiter tantum singula cognouisse, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι ἀναγραφῶν τῆν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροτάτων αὐτῶν, τὴν δὲ ἀναγραφὴν αὐτῶ δοθῆναι Φησὶν ὕπερον ὑπὸ Ξενοκλέους τῷ γαστροφύλακος. *Alexandrum vero ipsum accurate omnia rimatum, cum ei regionum descriptiones a peritissimis traderentur, atque hanc descriptionem sibi postea temporis exhibitam a Xenocle, gazae regiae praefecto.* Laudat hunc Patrocle etiam Plinius Hist. Alexandrum vero etiam Athenagoras, vel quisquis est auctor amoenissimae fabulae, gallice editae, de vero et perfecto amore lib. V. pag. 161. refert in templo Iouis Hammonis dedicasse tabulam auream longam octo pedes, largam quatuor, in qua esset descripta magnitudo et situs regionum orbis terrarum. [adde *St. Croix* l. m. pag. 21.]

*Phanias Eresus*, Aristotelis discipulus, scripsit praeter alia, Vossio memorata, etiam nonnihil de Alexandro, quoniam *Clemens* I. Strom. pag. 337. refert Phaniae, Ephori, Timaei, Clitarchi, Eratosthenis, et Duridis sententias de tempore, quo Alexander in Asiam traiecit.

*Philippus Chalcidensis*, itemque alter *Philippus Isangelus* laudantur a *Plutarcho* in Alex. pag. 691. [alius *Philippi* Amphipolit. historici, opera memorat *Eudocia* pag. 442.]



*Philonem* quoque, *Thebanum*, citat idem Plutarchus dicto loco; respicit forte Stephanus Byz. in Ἀντισσα, ubi *Philonem* cum *Demodamante* coniungit, de quo supra.

*Phylarchum* his scriptoribus sine magna causa accensuit Raderus, quum suos ille XXVIII. historiarum libros orsus sit ab expeditione Pyrrhi in Peloponnesum, et Philippi atque Alexandri obiter forte aliquando meminerit<sup>v)</sup>. At nulla plane ratione huc spectat *Pindarus*, qui diu obiit, antequam Alexander noster nasceretur. Et pauci eius versus, qui apud Dionysium Halic. leguntur lib. de vi dicendi in Demosthene pag. 179. ad seniorem Alexandrum, Macedonem, spectant cognomento Philellenem, ut e *Dionis Chryso-stomi* Diff. II. de Regno pag. 25. iam obseruauit Freinshemius.

*Plinius* vero latinorum doctissimus scriptorum non praetereundus, qui in Historia Nat. passim non modo Alexandri res tangit; sed etiam multa excerpfit, libro praesertim XII. et XIII. e scriptoribus, qui Alexandrum in Asiam et Indias sunt sequuti, et admiranda illarum regionum stilo signarunt, Callisthene, Isigono, Clitarcho, Anaximene, [P] Duride, Nearcho, Onesicrito, Polycrito, Olympiodoro, Diogneto, Nicobulo, Anticlido, Charete Mitylenaeo, Menaechmo, Dorotheo Atheniensi, Lyco, Antaeo, Ehippo, Chaerea, Democle, Ptolemaeo Lago, Marsya Macedone etc.

*Plutarchus* praeter vitam Alexandri, quem cum Iulio Caesare confert, scripsit libros duos de Alexandri fortuna et virtute, cui posteriori primas partes adsignare non veretur. Eiusdem Plutarchi altera dissertatio, vna vel plures, quibus fortunam Alexandri praetulit, aetatem non tulerunt. Sane non dubito subscribere Curtii iudicio X. 5. 35. *Alexandrum cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunae.* [conf. cl. *Mannert.* l. c. pag. 367 sqq.]

*Polyarnus*, Philippi et Alexandri M. strategemata bene multa adnotauit libro quarto. Idem sparsim fecit e latinis Iulius Frontinus. [conf. *Mannert.* l. c. pag. 377.]

*Polycletus Larissaeus*, quem Reinesius Alexandro in expeditione Indica comitem fuisse conicit, in libris historiarum res Alexandri persequutus videtur, quoniam ex octauo eius operis libro *Athenaeus* XII. p. 539. refert, Alexandrum in aureo cubili dormiuisse, tibicinasque et tibicines eum sequutos in exercitu, et ad auroram vsque illum potasse. Citat et *Strabo* XI. p. 509. et XVI. p. 728. *Aelianus* XVI. Animal. cap. 41. et *Plinius* XXXI. 2. 14. nisi ibi *Polycritus*<sup>w)</sup> legendum. Potuit tamen Polycletus etiam idem tradere, quod e *Polycrito* adfert *Antigonus Carustus* cap. 150. Mirabil. Alius antiquior fuit *Polycletus*, Sicularum rerum scriptor, qui circa Olymp. XCII. militauit, ut e *Diodori Siculi* lib. XIII. Reinesio obseruatum.

### *Polycritus*

v) *Phylarchi* narrationem de Baccho, ex India primum adducente duo boues, de nomine Sarapidos etc. absurdam esse, pronuntiat *Plutarchus* de Iside et Osiride, vol. VII. edit. Reiskii p. 429 sq. Idem in *Sympos.* lib. V. quaest. 7. vol. VIII. p. 708. aliam refert ex *Phylarcho* narrationem. Opera eius enumerat *Eudocia* p. 422. et memorat, eius historiam pertinere vsque ad mortem Ptolemaei

Vol. III.

*Euergetae* et *Berenices* atque *Cleonymi*, *Lacedaemonii*. adde *Vossium* de histor. gr. libr. I. cap. 17. pag. 111 sq. et de eius vita atque operibus *Sevin* in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* vol. VIII. pag. 118 sqq. *Harl.*

w) Atque *Harduin.* edidit *Polycritus* et sic quoque apud *Plinium* corrigere iubet *Meursius* ad *Antig. Caryst.* cap. 150. *Harl.*

G

*Polycritus* (Mendaeus Siculus) citatur a *Plutarcho* in Alex. p. 691. Eodem vsus *Plinius* lib. XII. et XIII. Confer *Vossium* de Hist. Graecis. *Fabric.* Plura de hoc historico atque poeta apud *Mongitor.* in Biblioth. Sicula, II. p. 189 sq. qui tamen suspicatur, Polycritum, poetam, diuersum esse ab eo, quem *Plutarchus* et *Plinius* citant, nec non ab eo, quem *Plinius* XXXI. 2. et *Antig. Carysius* cap. 150. mirab. memorant. *Harl.*

*Trogus Pompeius* in libris XLIV. Historiarum Philippicarum, quos contraxit *Iustinus*, latino stilo condidit res omnis aevi, et totius orbis historias, praecipue vero *Philippi*, *Alexandri*, et successorum gesta. Hic est *Pompeius* qui de *Alexandro* citatur in *Historia Miscella* XII. 19.

*Potaemon M. tylenaeus*, *Lesbonactis*, rhetoris, F. rhetor et ipse, scripsit praeter alia, *Suidae* laudata, de *Alexandro*, *Macedone*.

*Ptolemaeus Lagus*, *Aegypti* rex, qui promptissimus licet bellator esset, pacis tamen artibus, quam militiae maior fuit et clarior, vt ait *Curtius* IX. 8. Historiam rerum gestarum *Alexandri*, quibus ipse interfuerat, scripsit, quam respicit praeter *Plinium* lib. XII. XIII. *Plutarchus* Alex. [P] p. 691. *Curtius* IX. 5. *Arrianus* vt prae ceteris fide dignum est secutus. Ceterum his, quae de eo apud *Vossium* in Hist. Gr. et *Humfredum Hody* de textibus Biblior. Originalibus p. 44. bene notata sunt, in praesenti tantummodo addam, quod hebraice adhuc opus istud superesse traditur, edendique eius spem fecit *Seb. Godfridus Starckius*, *Orientalium* linguarum in academia regia *Gryphis-Waldensi* Professor dignissimus. Modo ne, vt in *Callisthene* vidimus, thesaurus, quod aiunt, carbones. [Atque ipse *Fabricius* in calce fere codicis pseudepigraphi deceptus erat. vid. *Wolf.* epist. in thesauro epistolico *La Croziano*, tom. II. p. 58. atque *Heumann.* in nota insta citat *Fabricium* in cod. pseudepigr. V. T. p. 1164. et *Wolfii* bibliothec. hebr. nr. 1821. *Harl.*] — *Geographia* *Ptolemaei*, quae a *Marciano Heracleota* p. 2. 6. et 35. citatur, non est *Ptolemaei* Lagi, vt *Harduino* visum: sed alterius, *Eratosthene* iunioris, vt idem *Marcianus* pag. 6. diferte testatur. [conf. *St. Croix* l. m. pag. 19.]

*Magistri Qualichini*, (*Aretini*), historia *Alexandri* multis millibus versusum latino elegiaco carminis genere circa A. C. 1236. scripta memoratur *Labbeo* Biblioth. nou. MSS. pag. 68. Incipit: *Stellarum curie Aegyptus dedita quondam etc.*

Desinit in hoc tetraistico:

*Historiam dictam distant carmine quidam  
Qui Qualichinus nomine dictus erat.  
Post natum Christum sunt anni mille ducenti  
Terque duodeni, quando fit istud opus.*

Videtur versibus reddidisse historiam *Alexandri*, nescio quo auctore, latina prosa conscriptam et editam *Argentorati* anno 1489. quae similiter incipit: *Sapientissimi Aegyptii scientes mensuram terrae.* Postremo agit de sepultura *Alexandri M.* quid diuersi philosophi de ea dixerint. Etiam auctor rhythmici germanici de *S. Annone* e comitibus de *Dassel* archiep. *Colon.* qui obiit A. C. 1064. eadem, quae nugator iste de *Alexandro* refert, quomodo inclusus dolio vitreo ad profunda maris, noscendis marinis belluis, se demiserit. *Martinus Opitius* editor versificis istius, vnus ex aulicis et familiaribus *S. Annonis*

Annonis Germani, in notis ad cap. 14. excerptum de vita Alexandri MS. in codice chartaceo habere se ait; sed quod in narratione, quomodo Alexander peruenerit ad arbores folis et lunae, ab edito Argentoratensi discrepat, et fortassis sic in aliis: etsi quomodo Alexander *se per grifones in aere leuari fecerit*, paene iisdem verbis repraesentet. Eiusdem generis, ex eodem fonte, ut notat Reinesius, [P] hausta Godfridus Viterbiensis in suorum Chronicorum partem XI. aliquam multa transfudit, relictis nimis fabulosis et incredibilibus. Unde cognoscas, quamuis futile scriptum habitum in pretio, in manibus omnium versatum, varie interpolatum, et in diuersa exemplaria propagatum fuisse, cum spretis frugibus mallent vesci glandibus: etsi vetustissimorum etiam scriptorum, Megasthenis, Onesicriti, Hegesiae, Daimachi et similium exemplo fecisse videri possint, quorum commentarii de Alexandro, rerum incredibilium et fabularum pleni, atque, ut Iuliani verbis utar Orat. I. ad Constantium p. 17. *ἐ πὸ ῥῶ τῆς πομπικῆς ἐξέσιος* fuerunt, ne dicam de fabulatoribus Aristeo Proconnesio, Iiigono Nicaeensi, Ctesia, Polystephano etc. Memorat et *Labbeus* Historiam Alexandri fabulis refertam, quae scripta est A. C. 1217. exscripta vero ann. 1465. antiquiore caractere in membrana, additis figuris.

[*William Robertſon* in: An historical disquisition concerning the Knowledge which the Ancients had of India etc. Londini et Edinburg. 1791. mai. 4. laudat et admiratur Alexandrum M. in toga saepe, et legibus ferendis excellentem, et inquit, quid ille, si diutius vixisset, adhuc facere potuisset et esset facturus. Versio illius libri germanica, a *Forstero* facta, prodiit Berolini, 1792. mai. 8. *Harl.* Ante eum *James Keane* in: Memoir of a Map of Hindostan, Lond. 1788. 4. diligenter expeditionem Alexandri Indicam illustrauerat. Add. Cl. *Heeren* Comm. I. de Graecorum de India notitia, in Commentat. Soc. Gott. Vol. X. p. 134 sq. class. phil. *Beck.*]

*M. Antonius Coccius Sabellius*, recens scriptor latinus, qui opus suum deduxit vsque ad A. C. 1510. triennio post defunctus, de Alexandro agit Enneade IV. libro IV sq.

*Satyrus, Peripateticus*, in vitis illustrium virorum \*) Philippi quoque Macedonis (et Alexandri forte) vitam scripsit. Certe Philippi vitam, ab eo scriptam, laudat Athenaeus. Confer de hoc Satyro *Iouſum* lib. II. de scriptor. Hist. Philos. cap. II.

*Seleucus Nicanor*. Vide supra in Nicanore. Quod hic Seleucus de rebus Alexandri scripserit, apud Diodorum Sic. legisse sibi visus est Freinshemius; qua in parte memoria eum videtur fefellisse.

*Carolus Sigonius*, recens, sed perquam eruditus scriptor, in libello de temporibus Atheniensium.

*C. Iulius Solinus*, Plinii vestigiis insistens, in Polyhistore suo hinc inde aliquid adspersit de Alexandro M.

*Sopater, Sophista*, libro decimo Eclogarum ex Cephalionis maxime Eratone siue libro sexto Musarum Alexandri M. gesta retulit, teste *Photio* cod. CLXI.

G 2

Soterichus

\*) Vid. Pseudo-Plutarch. in X. Orator. vitis  
pag. 367. vol. IX. edit. Reisk. *Satyrum* *iv τοῖς*

*Sotis* citat *Eudocia* p. 169. et p. 368. locum ex Sa-  
tyri historia profert. *Harl.*

*Soterichus Oasites*, (Steph. Byz. in Ἰασίς) sub Diocletiano clarus, (Suid. in Βασσαρικὰ) Poeta, scripsit epico carmine ut Suidas [et Eudocia p. 384.] in Σωτήριχος testatur, Πύθωνα ἢ Ἀλεξανδριακόν. ἔστι δὲ Ἀλεξάνδρου τῆ Μακεδόνος ἱστορία, ὅτε Θήβας παρέβαλε. De hoc *Sotericho* praeter Vossium videndus *Reinesius* pag. 316. Epist. ad Hofmannum et Rupertum. [P]

*Sotion* iunior, de quo *Vossius* lib. II. de Hist. Gr. cap. 7. p. 189. *Fabric.* Floruit Tiberii Augusti aeuo. vide infra, in Catalogo Peripatetic. h. v. et *Ionsium*, II. 10, 1. pag. 196 sqq. *Harl.*

*Strabo*, geographorum princeps, praeter ea, quae in opere suo Geographico superstite, passim de Alexandro retulit, peculiarem commentarium scripserat de rebus gestis Alexandri, ut ipse testatur lib. II. pag. 71. καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπὶ πλέον κατιδεῖν ταῦτα, ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις.

*Strattis Olynthius*, teste Suida, scripserat περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἐφημερίδων libros quinque. *Non videtur*, (inquit *Dodwellus* de Cyclis Graecorum p. 371.) vel ephemerides Alexandri scripsisse, vel ex *Ephemeridibus Alexandri*, (ab Aeschryone, Diodoto Erythraeo, et Eumene Cardiano scriptis,) tamquam e monumentis fide dignissimis, Alexandri historiam congeffisse; sed potius de illis, quid sentiendum esset, libris suis exposuisse. Seu illas defenderit, seu oppugnavit, innuit, ni fallor, fuisse tamen, qui de earum fide dubitarint.

*Suidas* in Lexico. Vide supra in *Appianus*.

*Taarich Mircond* siue Annales Mircondi, qui scripsit Persicum Chronicon praestantissimum pluribus voluminibus, cuius aliquot partes MSS. habuit Iacobus Golius. Confer fabulas de Alexandro, quas e Persarum historicis consignavit *Adamus Olearius* lib. V. Itinerarii Persici cap. 26. *Petrus Texeiram*, Lusitanum de regibus Persarum in suo Itinerario differentem, *Taarich* siue seriem regum Persiae a Guil. Schickardo editam Tubing. 1626. 4. *Herbelotum* in Bibliotheca Or. etc. Etiam *Turcam* <sup>9)</sup> quemdam res gestas Alexandri in suam linguam iussu Selimi I. transtulisse, testatur *Ioh. Boterus* in politia illustriam lib. II. cap. 2. et *Ludovicus Tubero* lib. X. in fine comment. de suis temporibus. Inter MStos codices arabicos ex Mauritania a Golio arcessitos video etiam *Ibn Mufrih*, Tyrium de vita Alexandri M. p. 21. Catalogi MSS. Jacobi Golii. *Euty chius*, Seith filius Patricii notione Aegyptius, religione Christianus Melchita, medicus insignis, et ab A. C. 933. usque ad 950. Patriarcha Alexandrinus in Annalibus, quos arabico idiomate contexuit et ab orbe condito ad sua usque tempora deduxit, Alexandri res strictim persequitur non sine fabulis quibusdam admixtis, tom. I. editionis, quam cum versione sua adornavit *Eduardus* ille *Pocockius* p. 267 sq. Inter alia exhibet commentitias Darii ad Alexandrum et huius ad illum litteras, [P] tum p. 283. morituri Alexandri epistolam ad

<sup>9)</sup> Videtur hic fuisse *Achmet Molla*, siue *Meulana Achmetes*, hoc est sapiens siue doctor *Achmetes*, qui teste *Leunclauio* lib. X. hist. Turc. rhythmicis versibus librum historiae Alexandri M.

composuit, et Emiris Suleimanni nomine publicatum edidit, ab eo vicissim liberalibus praemiis adfectus.

ad matrem, et philosophorum in Alexandrum iam defunctum dicta pag. 288 sq. Nomina illorum in Pocockii versione sunt Philemon, Plato, Aristoteles, Naren, Nilon, Lotas, Metron, Demetrius, Philocaton etc. In *Gregorii Abulpharagii*, itidem Medici christiani sectae Iacobitae, Compendio Dynastiarum per eundem Pocockium arabice et latine edito, quod in Anno Christi 1284. desinit, tribus vix verbis mentio fit Alexandri Magni propter potentiam Cornuti siue Dulcarnain dicti. Dynastia VI. pag. 96. [vberius de eo exponit in Chron. Syr. Dyn. VII. p. 39 sq. et vers. lat. p. 37 sq. ed. Kirschii.]

*Timagenes* citatus a *Curtio* IX. 5. 21. videtur de Alexandro egisse libris de regibus, quorum primum laudat *Stephanus Byz.* in *Μίλιαι*. Patria Alexandrinus fuit, rhetor et historicus Augusto imp. primum carus, mox ob maledicendi libertatem inuisus. De hoc *Quintilianus* X. 1. *Longo post interuallo natus Timagenes, vel hoc est ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam noua laude reparauit. Ammianus* XVI. 9. *Sed postea Timagenes et diligentia Graecus et lingua* (Syrum vocat *Plutarch.* de Flum.) haec, quae diu sunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris, (e *Callisthenis Sybaritae* libris *Γαλατικῶν*, teste *Plutarcho*) cuius fidem secuti obscuritate dimota etc. Confer *Valesii* notas et *Vossium* lib. I. de Hist. Gr. cap. 24. et lib. III. p. 420. *Muretum* XIII. 6. Var. et *Lipsium* ad *Senec.* III. 23. de Ira, et epist. XCI. Alius *Timagenes* vel *Timogenes*, *Milesius*, de quo *Suid.* 2) *Timagenis*, in Asia culti meminit *Epiphanius* in *Ancorato* nr. CVIII.

*M. Terentius Varro.* Vide supra in *Βαίρων Nicanor.*

*Vincentius Bellouacensis*, Ord. praedicatorum monachus <sup>aa)</sup>, saeculo post Christum natum decimo tertio clarus, de Alexandro agit libro quinto speculi historialis, nec pauca fabulosa repetit ex epistola de mirabilibus Indiae, *Pseudo-Callisthene* etc.

*Raphael Maffeus Volaterranus*, vir eximiae eruditionis anno 1521. in patria denatus, de Alexandro disserit libro XIII. commentariorum vrbano-  
rum.

*Ioh. Zonaras.* Vide supra *Iohannes Monachus.* [¶]

*Zofimus*, Graecus scriptor Historiae, a *Freinshemio* catalogo huic adiicitur propter illa, quae succincte de Alexandro tradit lib. I. Hist. cap. 4 sq.

### III. Reges ac Principes illustres, Alexandri nomine.

In historia *Troiana* decantatissimus *Alexander Paris.*

Apud *Macedonas* ante Alexandrum M. fuerunt *Alexander*, Magni proauus, *Amyntae I.* rex decimus a *Carano*, et *Alexander Amyntae II.* *F. Philippi* frater, cognomento *Philelen.* — Occurrit praeterea in *Alexandri M.* historia mentio *Alexandri*, *Lyncestae*, siue fratris

G 3

*Lyncestarum,*

2) *Timogenes* ἐν ταῖς παραφράσεσιν ad versum *Iliadis* citatur in *Apollonii Lexico* Hom. voc. Ἀρ-  
στιαί, pag. 206. tom. I. edit. *Villoison. Harl.*

aa) Falluntur, qui episcopum *Bellouacensem* esse adfirmant. Vide *Bollandum* praef. ad tom. I. *Act. Sanctor.* Ianuarii pag. 19. *Natalem Alexan-*

*drum* Hist. Eccles. tom. VII. pag. 138. edit. in fol. *Fabric.* conf. *Io. Frid. Eckhardi* Nachrichten von einigen seltenen Büchern der Bibl. — zu Eisenach. *Isenaci* 1775. p. 31 sqq. *Andr. Sam. Gesneri* selectas exercitatt. scholasticas varii argumenti, a me editas, *Noribergae* 1780. 8. p. 349 sqq. *Harl.*

Lyncestartum, tum ducis Alexandri. ex Lycia in subsidium regi venientis, alterius item ducis, quem rex nominis, quod sibi cum eo commune esset, admonuit, ut est apud Curtium VIII. II. 10. Memoratur et Alexandro cuidam, timide pugnanti; dixisse: *vel nomen vel mores muta.* Fuit et Alexander, Polysperchontis F. et Alexander, filius Lyfimachi. Alexandri Magni quoque filius e Cleofide, regina Indorum susceptus, qui in India regnavit, itemque alter postumus, e Roxane natus, Alexander dictus est, quem Cassander interfecit. Sed et filius Cassandri Alexander cum Antipatro fratre suo tenuit Macedoniae regnum, perinde ut Alexander, Pyrrhi F. Sed Alexander, Persei F. a Paulo Aemilio, Cos. romano, vna cum patre captus est. Vide Iustinum XXXIII. 2.

Apud *Syros* post Demetrium Soterem Olymp. CLVI. 4. regnare coepit Alexander, Bala; siue Βάλλης, Θεοπάτωρ, εὐεργέτης, quibusdam etiam Epiphanes dictus. Fuit et Alexander II. Zebina, ab Antiochenis Syriae rex aduersus Demetrium Nicatorem constitutus Olymp. CLXII. 4.

Apud *Iudaeos* Alexander Iannaeus, Aristobuli frater, a Demetrio III. Syriae rege, victus Olymp. CLXXII. 4. obiit Olymp. CLXXV. Alexander, Aristobuli F. Alexander Herodis M. filius, iussu patris strangulatus. Tiberius Alexander, procurator Iudaeae.

*Rex Aegypti*, (et Cypri Olymp. CLXVI. 4.) Alexander I. Lathuri frater, matrem Cleopatram interfecit Olymp. CLXXII. 2. inde ἐξοδῆς siue [P] pulsus. Alexander II. a Sylla in Aegypti regnum restitutus, et Alexander III. qui populum rom. regni sui instituit heredem.

*Epiri* rex Alexander, frater Olympiadis. Regnavit et postea in Epiro Alexander, Pyrrhi F. qui regnum quoque Macedoniae occupavit, ut ante dixi.

Alexander, *Pheraeus*, Pheraeorum in Thessalia tyrannus. Diuersus, ut videtur, ab Alexandro, Thessalo, apud *Polycen.* VI. 46. qui de Alexandro, Pheraeo, agit VI. 2. de quo vide sis etiam *Valesium* ad Harpocrat. pag. 7.

Omitto dicere de Alexandro, Molosso, Alexandro, Spartano, quem occiderunt Argiui, Alexandro, Phrurarcho Aeolidis, Alexandro M. Antonii filio, Tiberio Alexandro, Alabarcha Alexandriae, filioque cognomine, procuratore Iudaeae.

Inter *Imperatores Romanos* notus est Alexander Seuerus, Mammaeae F. conceptus in templo, Alexandri nomini dicato et natus eodem die, quo Alexander diem obiit: Nutrice Olympiade, nutritore vsu Philippo. Sed magni cognomen a senatu ingestum recusavit. Alexander, Phryx, praefectus Africae imperatorem se Carthagine venditavit; sed captus periit A. C. 306.

Inter Constantinopolitanos *Imperatores* Alexander, Basilii F. A. C. 912. denatus.

Inter pontifices romanos octo Alexandri haecenus occurrunt. Celebrantur et Alexandri plures, patriarchae et episcopi, nec minus reges, ut Scotiae, Poloniae etc. Principes (Hetruriae, Parmae etc.) sed iam dicta sufficiunt ad demonstrandum, quam late per omnes gentes nominis Alexandri celebritas et fauor patuerit. De singulis pleni sunt historiarum libri, et plerique omnes in Lexicis Historicis iam tum adnotati leguntur.

*Alexandri varii, qui graece scripserunt.*

[conf. *Iouſum* de ſcriptor. hiſt. philoſ. lib. II. cap. 16. §. 1. 2.]

*Alexander, Aegaeus*, de quo infra cap. XI. in Peripateticis. [Eudoc. pag. 56.]

*Alexander, Aetolus*, Pleuronius grammaticus et poeta, de quo in tragicis poet. dictum lib. II. cap. 19. Cic. ad Attic. II. 22. [infra, libr. III. 28. 7. ſupra, vol. I. pag. 503. vbi aliquot *Alexandri* Homeri commentatores nominantur, et alibi.]

*Alexander, Aphrodiſienſis*, de quo infra lib. IV. cap. 25.

*Alexander, Alexandrinus* episcopus, cuius tempore Arius haeresin suam sparsit, [P] [et quem in concilio Alexandrino, ann. 324. et Nicaeno ann. 325. damnauit. vid. infra, lib. V. cap. 24. vol. VIII. pag. 340 ſqq. et pag. 342. de altero *Alexandro*, qui Ambrosium habuit ſucceſſorem, atque de *Alexandro*, CPolitano. *Harl.*]

*Alexander, Caesarensis*, Cappadociae primum, deinde Hierosol. episcopus circa A. C. 212. de quo, vt de ſuperiore, vide, ſi placet, praestantissimum Eccleſiaſticae Antiquitatis vindex, Guil. Caueum in *Historia* Scriptor. Eccleſ. litteraria <sup>bb</sup>).

*Alexander, Cappadox*, Sophiſta, de quo Philoſtratus in Hippodromi vita pag. 613. [*Alex.* episcopus Cappadociae etc. infra lib. V. cap. I. vol. V. pag. 268.]

*Alexander, Chersonesus Car*, e Chersoneso Cariae, qui de Caria ſcripſit. Schol. Apollonii ad lib. I. v. 34. et 22. Stephanus Byz. etc.

*Alexander, Citicus*, Euſtath. ad Homer. [Fortaſſe leg. *Cotyaeus*, de quo ſtatim agit Fabric. *Heumann.*]

*Cornelius Alexander, Aſclepiadae*, Grammaticus ac Polyhiſtor, patria non Mileſius, (vt Suid. et Eudoc. p. 62.) ſed *Cotyaeus*, de quo [*Diogen. Laert.* VIII. 24. 36. *Meinerſ.* in hiſtor. doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 236. *Fabric.* infra, lib. IV. 30 p. 379. et copioſe] *Iouſius* lib. II. cap. 16. de ſcriptoribus Hiſtor. Philoſ. *Meurſius* ad Chalcidium pag. 7 ſq. et in *Biblioth. Graeca*, *Voffius* de Hiſt. Graecis et ad *Plinium Harduinus*.

*Alexander, Damascenus*, Ariſtotelis placita ſeclatus. Galen. περὶ τῆς περὶ γυνώσκου cap. 5.

*Alexander, Ephesus*, cognomento Lychnus, de quo *Voff.* Hiſt. Graec. pag. 318 ſq. et qui duos perperam facit, Ephesium ac Lychnum, *Meurſius* in *Biblioth. Gr.*

*Alexander, Epicureus*. Plutarch. II. 3. Sympoſ.

*Alexander, Epirotes*, Pyrrhi F. *Tactica* ſcripſerat, teſte *Aeliano*.

*Alexander, Grammaticus*, qui M. Antoninum inſtituit. Vide *Ariſtidae* Orat. XII. tom. I. p. 142 ſq. et *Gatackerum* ad M. Antonin. lib. I. §. 10.

*Alexander, Hierapolitanus*, de quo Suid.

*Alexander,*

<sup>bb</sup>) Alios *Alexandros*, n. Choniata; alium, Monachum Cyprium; Eremitam; Abbatem Coenobii Acoemetarum; fratrem Leonis, imperatoris, et alium veterem haeretisnm recenſet *Fabricius*

libr. V. 45. vol. X. p. 473 ſq. et multos alios paſſim in hoc opere, quos index facile ſuppeditabit; neque ego cuſctos hic enumerare volo. *Harl.*

*Alexander, Lychnus.* Supra in *Alex. Ephesus.*

*Alexander, Lycopolita,* cuius eximius libellus de dogmatis Manichaeorum editus est a Combesio.

*Alexander, Milesius.* Chalceid. pag. 155. versiculos adfert Alexandri, Milesii, qui apud Theonem Smyrnaeum MS. tribuuntur Alexandro, Aetolo. Vide et supra in Cornelio Alexandro, Polyhistoro.

*Alexander, Molossus,* citatus ab *Ammonio* in *Nñes.* Eustath. ad Homer.

*Alexander, Monachus,* de inuentione crucis a Gretsero editus. Confer *Hendreichii Pandectas* pag. 109. b.

*Alexander, Mynius,* de quo [Eudocia pag. 50.] praeter *Vossium Ionsius* pag. 199. et *Meurs.* Biblioth. Graeca. Citatur et ab Eustathio ad Homer.

*Alexander, Numenii F. Syrus,* rhetor, de quo idem *Meursius.* Huic *Laurentius* [P] *Normannus,* vir cum primis doctus, tribuit libros duos, qui exstant, de figuris sententiae atque elocutionis, [edit. ab Aldo Manutio inter rhetor. gr. p. 582 sq. gr. et lat. a Laur. Normanno, Vpsal. 1690. 8. cum Phaebammone et Minuciano,] vt infra in rhetoribus dicam, [lib. IV. cap. 32. vol. IV. ibid. cap. 25. p. 75 sq. ibid. cap. 31. p. 458.]

*Alexander, Paphius.* Eustath. ad Homer.

*Alexander, Philaethes,* Medicus Aesclepiadeus atque Herophileus, qui *de pulsibus* scripsit, Galeno teste: et *de semine,* teste Theodoro Prisciano. Meminit et Alexandri, philosophi, nescio cuius, *Artemidorus* IV. 31. Onirocrit. caput eius a Cynico percussum ligno testatus. [In elencho medicorum vet. vol. XIII. plures *Alexandri, medici,* occurrunt.]

*Alexander, Pleuronius,* supra in *Alex. Aetolo.*

*Alexander, Pyrrhi F.* supra in *Alex. Epirota.*

*Alexander, Seleuciensis,* Cilix Sophista, dictus Peloplaton, de quo *Philostratus,* [de vit. Sophist. V. pag. 570 sqq. edit. Olearii.] Incertum, idem ne sit Platonicus Alexander, a quo M. Antoninus lib. I. sect. 12. testatur se didicisse, ne crebro neque nisi necessitate adactus aut dicto aut scripto significaret cuiquam, non vacare se, neue hoc praetextu officiis vitae deesset. *Fabric.* copiose egit de illo *Eudocia* pag. 52 sq. *Harl.*

*Alexander, Syrus,* supra in *Alex. Numenii.*

[*Alexander (Tiber. Claud.)* philos. Stoicus in vet. inscript. apud Fulu. Vrsinum elog. p. 70.]

*Alexander, Thasius.* Etymolog. in *Διόνυσος.*

[*Alexander, Trallianus,* medicus, de quo lib. VI. 7. 5. vol. XII. pag. 593. ibid. p. 573. vol. XIII. pag. 52. et 618.]



## C A P V T III

## DE PLATONE ET EIVS SCRIPTIS ATQVE INTERPRETIBVS.

- I. *Platonis nomen, aetas et vita. Alii Platones, circiter viginti.* II. *De dictione ac philosophiâ Platonis, moreque tradendi per dialogos.* III. *Scripta Platonis genuina, recensita secundum ordinem Tetralogiarum Thrasylli, adiunctis variis observationibus et interpretum veterum recentiumque notitiâ.* IV. *Scripta Platonis dubia atque supposita.* V. *Deperdita Platonis scripta.* VI. *Index alphabeticus eorum, qui in dialogis Platonis colloquentes inducuntur.* VII. *De editionibus operum Platonis graecis, latinis, graecolatinis, et vernacularum linguarum aliqua vulgatis.* VIII. *Scripta varia de Platone et Platonica philosophia, in varias classes digesta et ordine recensita.* [r]

[Cum supplementis G. C. Harles.]

## I.

**PLATO**, non, *Platon*, (vid. Quinctil. I. cap. 5. pag. 67.) <sup>a)</sup> Aristonis et Periclyones

a) Platonis nomen accepit a Socrate, ut Tzetzes affirmat, siue, ut alii, ab Aristone, Argiuo, Palaestrata: vel 1) ob humerorum latitudinem, *Seru.* in 6. Aeneid. vel 2) ob latitudinem pectoris *Sen. Epist.* 58. *ὅτι πλατύσωμος, Τζέτζ.* Chil. 6. *Hist.* 51. Chil. 11. *Hist.* 390. *πλατὺς τὰ στήνα, Olympiodor. Hefych. illustris Suid. et Ioh. Sarisberienfis VII. 5. polieratici. Πλατὺς τὸν ὄμων σοφιστῆς, Asterio homilia V. ex Ducaei emendat. tom. II. auctarii, in notis p. 3. Εὐρέως, πλατὺς τὸ σῶμα καὶ εὐφθαλμος, Simplic.* IV. in *physic.* p. 183. *Πλάτος καρδίας* pro *sapientia* Naz. *orat.* XX. p. 368. *Platoniae*, latae laminae marmoreae, *Aringh.* tom. I. *Romae subterr.* p. 274. vel 3) ob latitudinem pectoris, *Neanthes Cyzic. apud Laertium III. 4.* [ubi vid. *interpr.*] *Hefych. illustris, Olympiodor. vel 4) διὰ τὴν εὐεξίαν* siue bonam *habitudinem corporis, Alexander Polyhist. apud Laertium, Apuleius de dogm. Platonis, vel 5) propter πλατὺ* siue copiosum atque apertum dicendi genus, (*πλάτος* *Aristot. in rhetor., latitudinem* vocat *Plinius* lib. I. *Epist.* 10.) *Laert. Hefychius illustris, Suid. Olympiodor. [vid. Duport. ad Theophrasti char. p. 179. Heum.]* Auctor incertus apud *Damascenum* in *parallelis* tom. II. p. 313. *τί ὠφέλησεν Πλάτων τὸ μὲν σῶμα πλατύναι, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ εὐεργετήσας;* 6) Denique *Timon* in *Sillis* nomen Platonis perstrinxit, tamquam dictum a verbo *πλάσσει*, quod est fingere ac comminisci: *ὡς ἀπέπλασε Πλάτων πεπλασμένα θεύματα ἰδῶς.* *Apud Laert. III. 26. Athenaeum XI. p. 505. et Hefychium illustrem.* Sed et *Antisthenes* per conuicium pro Platone dixit *Sathonem*, dialogum edens, ita inscriptum. *Laert. III. 35, et VI. 16. Athenaeus V. 20. pag. 220. XI. vlt. pag. 507.* Repetitum autem *Sathonis* nomen

Vol. III.

ab obsceno *σάθῃ* vnde *ἀνδροσαύθης* apud *Hefych. Platonica* pro ampla concameratione, *Sarazan. ad carmen XXX. 5. Damasi. Fabric.* Hae coniecturae omnes de causa, cur adpellatus sit *Plato*, ex eo refelli, et vno quasi ictu prosterni possunt, quod *Platonis* nomen in Graecia iam ante Platonem fuit vsitatum, quod colligere licet ex *Platonibus*, quos auctor ipse hac pagina producit nr. 1. 4. 5. 9. vide omnino *Aelian. var. hist. IV. cap. 9. Heum.* vid. hunc *Heum.* in *actis philos. tom. III. p. 675. Harl.*

Fuere et alii *Platones* in veteribus monumentis memorati; ac sedecim hoc nomine obseruasse se indicat *Ionius* pag. 12. de scriptoribus *Hist. Philosoph.* licet quos, quoue in loco, non addat: Ecce videro 1) *Plato*, praestae comediae poeta. 2) *Plato*, iunior, poeta nouae comediae, idem epigrammatum scriptor. De utroque dixi libro II. in notitia comicorum. 3) *Plato*, Thebanus, magister equitum, de quo *Plutarch. lib. de genio Socratis* f. 578. 4) *Plato*, Peripateticus, *Aristotelis* discipulus, *Laert. III. 109. Ioh. Philoponus* in I. prior. *Analyticor.* 5) *Plato*, Atheniensis, dux sub *Alexandro M. apud Curtium V. 7. 12.* 6) *Plato*, Cynicus, apud *Laertium* in *Diogene VI. 26.* neque enim probo coniecturam *Barthii XLII. 19.* [Sed ipse *Fabricius* suam sententiam retractat infra in catalogo *Cynicorum*: nec *Heumann.* in *Actis philos. tom. II. pag. 919* sqq. hunc agnoscit *Platonem Cynicum*, et corriggit in *Diogene Laert. τότε ἀπὸν Πλάτωνα αὐτὸν κίνα* n. a *Platone* illum fuisse canem adpellatum. *Harl.*] 7) *Plato*, *Praxiphani* discipulus, (eiusdem, ni fallor, de quo *Laert. III. 8.* et quem *Epicurus* auscultauit, teste apud eundem *X. 13. Apollodoro, Laert. III. 109.* 8) *Plato*, *Sardianus*, *Epicureus*, (diuersus a superiori

H

rc.)

re,) de quo Cicero lib. I. Epist. 2. ad Quintum fratrem. 9) *Plato*, ex Lycæonis, Arcadum regis, filius quinquaginta; apud *Apollodor.* lib. III. [cap. 8. §. I.] 10) *Plato*, νομικὸς Ἕλληνας, patria Gerafenus, Stephano Byzantino memoratus in Ἰερασσα. 11) *Plato*; Stoicus, Panaetii discipulus, Rhodius patria, teste Seleuco, grammatico, apud *Laert.* III. 109. 12) *Plato*, medicus, cuius catapotium refert *Galenus* lib. VII. de medicamentis κατὰ τόπους tom. II. edit. Basil. pag. 264. 13) *Plato*, de quo inscriptio vetus apud Gruterum: M. ELPIDIVS PAMPHILVS PLATONI TATAE SVO BENEMERENTI FECIT. *Tata* Varroni apud Nonium est *Pater*. Hoc loco videtur sonare Ienex, patris instar colendus, adde *Martial.* I. 201. et *Scaligeri* Lectio. Aufon. lib. I. cap. 29. 14) *Plato*, martyr, Ancyrae sub Maximiano, de quo *Martyrologia* ad 22. Iul. 15) *Plato*, praefectus urbi Constant. apud Victorem Tununensem et *Marcellinum* in *Chronico*, sub consulatu Probi A. C. 513. *Anastasi* imp. 13. *Vales.* ad *Euage.* p. 98. 16) *Plato*, pater Iohannis VII. Pontificis Maximi, natione Graecus, teste *Platina* in Iohannis vita et *Onufrio Panuino* in *Chronico Rom.* Pontificum ad ann. 705. 17) *Plato*, Abbas Monasterii Studitarum, cui sub Constantino Copronymo successit *Theodorus Studites*, qui eius vitam composuit, graece MS. in biblioth. regis Galliarum, teste *Combesfio* in biblioth. concionatoria patrum tom. I. p. 45. latine apud *Surium* 16. Dec. gr. et lat. *Papebroch.* e MS. Vatic. ad IV. April. Vide [*Anton. Pagi.* ad a. C. 812. §. 3. et 4. *Heum.* Aeta Sanctor. mens. Iun. tom. I. p. 229. nr. 23. 24. p. 230. nr. 30. *Lambecc.* in Comm. de biblioth. Vindob. VIII. p. 591 sq. 598. *Harl.*] Aeta Sanctor. tom. I. April. p. 364 sq. *Menologium* Canisianum 11. Nou. et 4. April. *Baronium* ad A. C. 795. tom. IX. *Annal.* 18) *Plato*, Orestidensis legatus, apud *Ciceron.* de arusp. responsis cap. 16. 19) *Plato* Saecudionis Σακεδωνίος monasterii Hegumenus s. Abbas. *Cangii* Glossar. in *Μοιχιανοί* et p. 73. ad *Zonaram*. Interfuit synodo VII. siue Nicaenae II. adde histor. misc. XXII. 36. 20) *S. Plato*, frater S. Antiochi, cui aedes sacra aedificata CPoli ab *Anastasio Dicro*, de quo *Codinus* *Orig.* CPolit. nr. 94. 21) *Plato*, Picturnensis episcopus in Gallia, quem laudat *Venantius Fortunatus* lib. X. carm. 17. tom. IV. Galliae christianae pag. 872. 22) *Ioannes Plato*, aliis *Platina*, exarchus Rauennae, ann. 687 — 702. 23) *Plato*, Edessenus rhetor, qui *Miesrobium* in litteris Armeniis inuenientis tempore *Theodosii* iniuriis adiunxit. vid. *Io. Ioach. Schroederi* diff. de

antiquitate linguae Armenicae pag. 33. 24) *Plato*, qui interfuit Synodo V. tom. II. *Binii* pag. 731. 25) *Plato*, cubicularius, eunuchus, qui in aula Zenonis a tyranno *Basilisco* viuus exustus fuit. vid. *Combesif.* p. 10 sq. fasciculi rerum CPolitan. *Codium* *Origin.* CPolit. nr. 35. [cuius statuum parentes, Zenone permittente, in aedibus *Procopii*, martyris, CPoli dedicarunt: postea in *Hippodromion* translata. vid. *Suidam* voc. Προκόπος. *Verpoorten.*] 26) *Alius Plato*, inclusus, ἔγκλητος, hist. miscell. XXIV. 10. et 31. 27) *Plato de Benedictis*, typographus Bononiae ann. 1488. 1493. filius; *Io. Antonius Platonides*. [Russia quoque et Germania nostra aetate habuerunt *Platones*, viros doctos.] *Πλατωνίς*, virgo, martyr, d. VI. April. Aet. Sanct. tom. I. p. 599. His si adnumeremus *Platonem* nostrum, iam habebis *Platones* non sedecim, sed ultra viginti. Praetereo recentiores, *Platonem*, *Tiburatinum*, qui *Albatognii* librum de scientiis stellarum et *Sphaerica* *Theodosii*, *Tripolitae*, ex arabico latine transtulit, [Venet. 1518. conf. *Casiri* *Biblioth. arabico-hispan.* I. p. 345. b.] *Matthiam Platonem*, gente Germanum, cuius meditationes de libro vitae prodierunt *Ambergae* 1619. 12. Sed si ad tam noua descendere volumus, nullus finis *Platonum* esset, vt recte *Marquardus Gudius* in *Epistola* ad *Menagium*, cuius vtriusque obseruationibus plerosque hosce *Platones* debere me libens profiteor. Nescio, sitne hoc loco etiam a me adferendum, quod *Eratosthenes* *Cyrenaeus* dictus est δεύτερος ἢ τρίτος Πλάτων, teste *Suida*: quod *Alexander Seleucensis*, *Cilix*, sub *Antonino Pio* clarus, (de quo *Philostratus* in *Sophistis*,) per ignominiam vocatus est Πηλοπλάτων, quasi *Plato* quidam ex *Iuto* conflatus ac compositus: quod *Philonem* vel alterum, vel secundum *Platonem* *Iudaeum* pronunciarunt *Critici*, vt tradit *Hieronimus* *Epist.* ad *Magnum* *Oratorem*, et tritum confirmat prouerbum ἢ Φίλων πλατωνίζε, ἢ Πλάτων φιλωνίζε, quemadmodum vicissim *Plato* *Numenio* apud *Clementem* I. *Strom.* pag. 342. et *Eusebium* XI. 10. Praeparat. audit Μωϋσῆς Ἀττικίζων: et quod *Georgius Gemistus* *Platonis* aemulatione se vocari amavit *Plethonem*, vt saltem quam proxime ad nomen accederet *Platonis*, quod ex *Manuele Peloponnesio* et *Georgio Chariandro* retulit *Allatius* de *Georgiis* p. 383. 384. quod denique *Prosper Mandosius* in theatro *Archiatrorum* *Pontificis Romani* pag. 70. narrat, *Franciscum Columbum*, medicae artis scientia clarum, tanto amore profecutum fuisse scripta ac philosophiam *Platonis*, vt eum semper in ore habuerit, et ipse *Platonis* cognomentum tulerit,

nes <sup>b)</sup> F. e Collytto <sup>c)</sup> pago, [P] Atheniensis <sup>d)</sup>: primum aui sui nomine dictus *Aristocles* <sup>e)</sup>. Natus est sex post Isocratem annis, die VII. Thargelionis, Olympiad. LXXXVII.

H 2

3. (ante

lerit, quo posteri eius per multum temporis fuerunt insigniti.

b) Quae a Solone genus ducebat. vid. *Harduin.* ad *Themistium* pag. 382. *Proclus* ad *Timaeum* lib. I. pag. 25 sq. *Harl.*

c) *Χολυδίαι* e tribu Leontide, secundum *Stephanum* e codice, fuisse *Platonem*, iudicat *Iónsius* de scriptor. hist. philos. III. cap. 12. 5. pag. 66. *Harl.*

d) An spurius fuerit, orta est quaestio. vid. *Hallische Biblioth.* tom. II. pag. 397. Praefat. ad *Stanleii* hist. philos. p. 9. edit. *Olearii*: *Heumann.* adfirmat in *Aët. philos.* part. XVII. tom. III. pag. 305. *Harl.*

e) Pro *Aristocle* vitiose legitur *Aristoteles* apud *Sarvisberiesem* VII. 5. *Policratici*, et *Boethium* in lib. *Aristotelis* de interpretatione p. 300. quod e *Laertio* III. 4. et 43. Sexto *Empirico*, *Ammonio* in libro *περί Ἐργονόμίας* f. 9. ex *Anthologia* et aliis obuium est emendare. Pro *Perictyone* *Platonis* matrem *Potonem* nonnulli vocarunt, teste *Laertio*, [et *Eudocia* p. 362.] quod sororis nomen esse testatur *Suidas* e *Laertii* III. 4. *Amphistyonem* vocat plus simplici vice *Origenes* contra *Celsum*, facili in praepositionibus *ἀμφί* et *περί*, ex quibus utrumque componitur, permutatione, qualem et in aliis nominibus propriis meminisse me obseruare. Quod vero ab *Apolline* compressam tradunt *Perictyonem*, *Aristone* interim per somnium iusso, illa per decem menses abstinere, indeque natum *Platonem*, vt narrant scriptores, a viris doctis laudati ad *Laertii* III. 2. perinde credat, qui volet, vt apes mel in eius admodum pueri os congestisse, quod scribit *Cicero* I. diuinat. [cap. 36. vbi vid. *Dausii*.] *Plinius* XI. 17. *Valerius Max.* I. 6. ext. 3. *Aelianus* X. 21. Var. [vbiq. interpr. *Diog.* III. 5. *Plutarch.* de plac. philos. I. cap. 7. *Laertius* *Platonem* *ἰσχυρόφωνον* dicit, quod de orationis dulcedine intelligit *Olearius* ad *Stanleii* hist. phil. p. 284. etc.] Quod similiter de *S. Ambrosio* etiam traditur in eius vita, a *Paulino* scripta. *Platoni* puero aurem perforatam, in qua *ἰλλόβιον* siue in aurem gestarit, narrat *Sextus* I. *Mathem.* pag. 51. Fuerunt, qui *Thebis* natum esse *Platonem* tradebant, in loco, cui nomen *Cynocephalos*. Vide *Tzetzae* *Chiliad.* XI. hist. 390. Sed scriptores praestantissimi conueniunt, patria *Atticum* fuisse. *Fabric.*

*Crollius*, qui in notitia de *Platone* litteraria, praemissa editioni *Bipontinae*, caput hoc *Fabricii* aliter digessit, emendauit, auxit et continuauit, et quem in subsidium vocauimus, pag. LXIII. verbis *Fabricianis* addidit: „Ceterum de genere *Platonis* et maioribus vide praeter *Laertium*, *Proclum* ad *Timaeum* *Plat.* p. 25. et quae fusc adfert *Th. Stanleius* part. IV. p. 279. quocum conf. *Io. Meursium* de regno *Athen.* lib. III. cap. 10 sq. pag. 204 sqq. vbi pluribus de *Melanthio* et *Codro* agit.“ — Vitam atque dogmata, aut peculiare opinioniones *Platonis* plures exposuerunt, et modo in maioribus, modo in minoribus libris, modo generatim, modo speciatim illustrarunt, aut examinarunt, aut compararunt. Atque cum passim in hoc capite, tum praecipue in fine illius haud spernenda colligam et iis, quae *Fabricius* congesterat, addicam supplementa: e quibus ea, quae de vita, ingenio atque philosophia *Platonis* dici possint, atque magna iudiciorum de placitis, virtutibus vitisque philosophi discidia facile cognoscentur. Mihi quidem, quamquam latissimus patet campus, expandiari non licet; hoc tamen loco, vt eos, qui historiam philosophiae concinnarunt, *Diogenem Laertium* III. 1. et commentatores ad eum, *Pseudo-Origenem* in *Philosophum*. cap. 19. *Graviium*, *Stanleium*, *Adelungium*, *Buddeum* aliosque in vol. II. cap. 24. p. 612 sq. laudatos praetermittam, tantum memorabo,

*Cudworth.* eiusque interpr. *Moshemium* in *Sytemate* intellectuali, tom. I. cap. IV. §. 36.

*I. Iac. Brucherum* in historia critica philosophiae vol. I. part. II. lib. II. cap. 6. p. 626 sqq. et in *Adpendice* s. vol. VI. p. 227 — 234.

*Remarks on the life and writings of Plato.* With answers to the principal Objections against him; and a general View of his Dialogues. *Edinburgh.* 1760. 8.

*Christo. Meinersium* in: *Geschichte des Ursprungs, — — der Wissenschaften in Griechenland und Rom*, tom. II. lib. VIII. cap. 3. qui, cum cum *Socrate* comparando, de ingenio, doctrina ac disciplina, de virtutibus vitisque orationis non minus quam philosophiae, cum primis de placitis illius de Deo, rerum ortu, animo humano, ideis etc. et de argumentandi ratione copiose acuteque differit. Natus tamen est doctum et sagacem aduersarium, cl. *Plesingium*, acrem *Platonis* patro-

3. <sup>D</sup>) (ante Christum CCCCXXX. V. C. 324.) Archonte Apollodoro. Anno aetatis [P] vice-  
fimo,

num et Aristotelis oppugnatorem, cuius libros indicauit vol. II. p. 613. Neque tamen viris doctis, qui in bibliotheca vniuersali Berolinensi et in actis litterariis Ienensibus et in aliis ephemeridibus litterariis eius libros atque iudicia examinarunt, et interdum in alia omnia abierunt, omnino satisfecit. Quod vero praecipue in Periculis ad illustrandam vltimae antiquitatis philosophiam, (*Versuche zur Aufklärung der Philosophie des ältesten Alterthums* etc. vol. I. et II. part. I. II.) placita Platonis atque Aristotelis exposuit et comparavit: censores librorum varias illius opiniones atque interpretationes impugnarunt. Eruditae igitur primi voluminis censurae cum examine nonnullorum, praecipue de ideis, prolatorum, legi possunt in Gottingensib. ephem. litt. ann. 1789. pag. 2. in Salisburgensibus actis litterar. (*Oberdeutsche allgemeine Litteraturzeitung*,) a. 1789. scida 18. pag. 274 sqq. vbi quoque de ingenio et meritis Platonis iudicatur, in biblioth. vniuersali Berolin. vol. 89. part. I. p. 220 sqq. in Ienensibus actis litt. eiusdem anni, mens. Mart. nr. 72. etc. Contra cl. *Plessingius* in parte II. vol. II. aduersariorum interpretationes atque censuras collegit, examinavit suasque sententias atque expositiones tuitus vberius corroborauit atque explicuit. Enimvero censores in ephem. Gotting. litt. ann. 1790. nr. 170. p. 1699 sqq. Ienensibus eiusdem anni mense Oct. nr. 309. Lipsiensibus ann. 1791. nr. 11. p. 18 sq. nondum acquieuerunt in sententia et defensione cl. *Plessingii*, et quaedam capita philosophiae Pythagoricae, Eleaticae et Platonicae breuiter persequuti sunt. Nouissimus liber, qui huc pertinet, est

*Dieterici Tiedemann Geist der spekulativen Philosophie* etc. pars II. Marburgi. 1791. 8.

Hos adeant, qui de Platone eiusque ingenio, argutis non magis quam sagacitate, ac philosophandi ratione plura scire cupiant. Ea tamen potissimum, quae *Meinersius* latius exposuerat, in compendium rededit *I. Gurlitt* in sciagraphia historiae philosophiae, Lipsiae, 1786. mai. 8. p. 62 — 69. *Ciceronis* et aliorum veterum testimonia de Platone collegit *Frid. Gedicke* in M. T. *Ciceronis* historia philosophiae antiquae, Berol. 1782. 8. pag. 125 sqq. *Harl.* [Nuperrime prodit: *System der Platonischen Philosophie von M. Wilhelm Gottlieb Tennemann. Erster Band.* Lipf. 1792. vbi in Introduct. p. XXVI sq. scripta plurima de Platone commemorantur. *Beck.*]

f) De die, quo in lucem editus fuit, constat testimonio tum aliorum, tum maxime *Plutarchi*, qui VIII. i. *Sympos.* testatur, die VII. Thargelionis genethlia Philosophi celebrata: quae Πλατωνία videntur adpellari *Porphyrio* in vita *Plotini*, vbi se carmen solenni illo die recitasse de sacro connubio memorat apud *Eusebium* X. 3. Praeparat. [adde *G. Horn.* hist. philos. III. cap. 14. p. 192. *Ionsium* de scriptor. hist. philos. p. 59.] A Longino quoque celebrata Πλατωνία referuntur, etsi codices quidam in eo loco male Πλωτωνα referunt. Eodem die natus *Carneades*, et, vt nonnullis traditum, *Delius* ipse *Apollo*, *Ἐβδομαγίτης* inde adpellatus: Pridie illius diei, vt supra obseruatum, *Socrates*, philosophus, lucem vidit. De anno pugnant veteres scriptores. Ego sequutus sum *Athenaeum*; cui *Plato* natus Archonte Apollodoro, qui post *Euthydemum* fuit. Vide lib. V. *Dipnosophist.* p. 217. De aliis sententiis consulendi *Chronologorum* filii, *Arnold.* *Pontacus* ad *Euseb.* *Chronol.* p. 418 sq. et quae notata *Aldou.* et rel. viris doctis ad *Laertii* III. 3. *Gudio*que in *Epist.* ad *Menagium*, [pag. 135. ad *Diog.* *Laert.* et comprobat *Crollius* p. 64. not. 1. qui memorat quoque *Lamium* de S. S. *Trinit.* lib. II. cap. 1. pag. 82. *Petau.* misc. exercit. cap. 7.] *Thema* natalitium Platonis e veterum scriptis proferat *Iulius Firmicus* lib. I. *Astrolog. horoscopante aquario, sole in piscibus, luna in geminis*: quinto circiter die à nouilunio. Falsum esse contendit *Scaliger.* Praefat. ad *Manilium*; sed ibidem annus natalis Platonis, (in editione saltem *Manilii*, qua vtor *Argentoratensi*,) vitiose editur annus primus Olymp. LXXXIII. Nam ex *Scaligeri* notis in *Chronicon Eusebianum* constat, eum scripsisse LXXXVIII. Vide etiam *Caro'i Patini* dissertationem de numo, cuius vna facie effigies *Augusti* imp. altera exstat *Platonis*, *recus.* tom. IX. thes. *Gronou.* p. 1589. *Platonis* effigies variae antiquae occurrunt in *Iac. Gronouii* thes. antiqq. graecarum, tom. II. tab. 83. *Spon.* Misc. pag. 140. *Falsium Ursinum* pag. 53. elog. in *Laertio Wetsteniano* et alibi. [Ad Olymp. LXXXVII. 4. refert *Platonis* annum natalem *Saxius* in *Onomast. litter.* tom. I. p. 61. Ad idem tempus, aut lubentius ad añ. primum Olymp. LXXXVIII. mox incepturae ortum confert *Dodwell.* de *Cyclis* diss. X. sect. 80. p. 609. Sed diuersas rationes variorum collegit, examinavit suamque sententiam, *Platonem* natum esse anno exeunte tertio Olymp. LXXXVII. sexto mensis Tharge-

fimo, Olymp. XCII. 3. valere iussa athletica <sup>8)</sup>, pictoria, et musices <sup>h)</sup> poeticesque studio <sup>i)</sup>, quibus haecenus operam dederat, atque, ut *Aelianus* III. 27. Var. tradit, etiam militia <sup>k)</sup>, [anno aet. XX. *Diog. Laert.* III. 6.] coepit audire Socratem, philosophum, qui nocte, priusquam ad se a patre deduceretur, vidit cygni pullum <sup>l)</sup> ex ara, quae in academia Cupidini consecrata fuit, volasse atque in greminio suo refedisse: et postea olorem illum pennis coelum petiisse, canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. Addit *Origenes* <sup>m)</sup>, Platonem ipsum tertio se oculo auctum sibi visum. Socrate circa Olymp. XCV. I. <sup>n)</sup> defuncto, cum interim Cratylum Heracliti discipulum et Hermogenem Parmenidium <sup>o)</sup>, philosophum, sectatus esset, annos natus duo de triginta varias regiones adiit, Euclidem, Megarensensem <sup>p)</sup>, Theodorum, mathematicum, tum Pythagoreos <sup>q)</sup>, Archytam, *Philolaum* <sup>r)</sup>,  
H 3  
Eurytum,

Thargelionis attici die, probatum iuit *Corsinus* in dissertatione de natali Platonis die, eiusque aetate ac itineribus in *Gorii Symbolis litterariis*, vol. VI. Florent. 1751. 8. p. 80 — 116. in qua permansit sententia in fastis attic. tom. III. p. 230. *Hart.*] Vt Plato *Philosophorum Homerus* vocatur a *Cicero* *Tusc.* I. 32. f. 79. ita *Virgilium Poetarum Platonem* dixit *Alexander Seuerus*, teste *Lampridio* cap. 31.

g) *Cyrell.* VI. in *Julian.* pag. 208. *Hart.*

h) In Muscis audiuit Draconem, Atheniensem, et Metellum, Agrigentinum, teste *Plutarcho* p. 1136. de Musica.

i) Vid. in vol. II. in notit. tragic. deperdit. pag. 317. *Hart.*

k) Quod quidam collegerunt ex Platonis responsione apud *Diog. Laert.* III. 24. sed reliqui vet. auctores tacent de Platonis militia: nec probabilis illa est. *Hart.*

l) *Apuleius* de dogmate Platon. p. 249. *Laertius* III. 5. ibique interpr. *Pausanias* in Atticis, [cap. 30. pag. 76.] *Origenes* VI. contra *Celsum*, *Olympiodorus* [et anonymus graecus scriptor ab *Heerenio* in diario litter. bonar. editus] in vita Platonis: *Tertull.* de Anima cap. 46. *Cygnus de sinu Socratis, demulcens homines, discipulus Plato est.*

m) *Origenes* VI. contra *Celsum* p. 280.

n) Supra lib. II. cap. 23. §. 30.

o) *Laert.* III. 6. *Fabric.* Sed Cratylum audiuerat iam ante Socratem, vid. *Aristot.* *Metaph.* I. cap. 6. *Brucker.* et *Croll.* *Hart.*

p) *Laert.* II. 106.

q) *Cicero* V. de Finibus, [cap. 29. vbi vid. *Davil.*] *Augustin.* IV. 8. de Civ. Dei et III. 15. contra *Academ.* et *Hieronimus* *Apologia* contra *Rubin.*

r) A Pythagoreis et ab Anaxagora, etiam ex Orphicis multum profecit Plato. vid. loca, quae larga manu congeffit *Wyttienbach.* ad *Plutarchum* de S. N. V. p. 27 sqq. p. 73 sq. 78. etc. adde supra, in vol. I. p. 864. Plura congeffit cl. *Plessing.* in: *Verfuch etc.* vol. II. tom. I. part. III. p. 81 — 137. Atqui iam *Proclus Lycius*, et *Syrianus Alexandrinus*, testibus *Suida* in vocc. Πρόκλος et Συριανός, atque *Eudocia* p. 366. et 389. scripserant *συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος.* adde *Valer. Max.* VIII. 7. ext. 3. et *Brucker.* in *Schelhornii* *Amoenitt.* litter. tom. VII. Pythagoreorum tamen neminem potius Plato sequitur videtur *Meinersio* l. c. tom. II. pag. 791. not. quam *Philolaum*, qui praeeexistentiam, quam vocant, animorum adseuerabat, et vitam, quam degerent homines in hac rerum vniuersitate, loco poenae, nec tamen sine dei voluntate deserendam putabat. vid. *Plat.* in *Phaed.* init. et *Clement.* *Alexandr.* lib. III. 518. *Fama* quoque erat, at propter varietatem et discrepantiam narrationum lubrica, nec forsan certa veraque, Platonem (secundum *A. Gellium* N. A. III. 17.) *Philolai* libros decem millibus denariorum fuisse mercatum; at narrante *Diog. Laert.* III. 9. et VIII. 15. *Dionem* Platonis rogatu hos libros emisse centum minis, sed nummis, quos Plato acceperat a *Dionysio*. Atqui id si verum fuerat, tamen inde effici non poterit, Platonem ex *Philolai* libris arcana philosophiae pythagoricae, iam antea euulgata, percepisse atque hausisse. Vide plura de *Philolao* in vol. I. p. 862 sq. adde *Valcken.* ad *Theocr.* *Adoniazuf.* p. 194 sq. Quare, num plagiariis ea de causa sit accensendus, et num iudicio *Tzetzae*, prodentis, *Chil.* X. hist. 355. et XI. 362. a Platone non *Timaeum* tantum, sed alios quoque dialogos fuisse scriptos, sit subscribendum, equidem dubito. *Hart.*

Eurytum, Timaeum Locrum, [vid. infra ad nr. XXXI.] Echecratem, Acrionem aliosque [primum Olymp. XCVIII. 1. *Corsini* l. c. p. 100 sqq. rationes subducente, et locum *Ciceronis* de senect. cap. 12. explicante, tum iterum, tertiumque Olymp. CIII. 2. vid. *Corsini*. pag. 112 sqq.] accessit, Perfarum magos et prophetas <sup>5)</sup> Aegypti frequentavit, nominatim [?] Sechnuphidem, Heliopolitam <sup>6)</sup>. Ex Aegypto reuersus Delis exposuit sensum oraculi <sup>7)</sup>, quod Graecos iussit aram, quae in Delo erat, cubica ratione duplicare. Inuentum aliud Platonis de agro metiendo refert Vitruuius XI. 1. Ter adiit Siciliam <sup>8)</sup> varia fortuna, et modo gra-

tia

5) *Cic.* V. 29. de Fin. *Lucan.* X. 181 sq. *Ambros.* in 118. Psalm. tom. I. p. 1195. *Eusebius* XI. 8. Praeparat. obseruat, Platonem tum in Aegypto versatum, cum Hebraei patria secundo pulsi Persis dominantibus in Aegypto degerent. *Fabric.* Sed Platonem a sacerdotibus Aegyptiacis ad arcana doctrinae Hermeticae fuisse admissum, quod quidem Platonici iuniores finxerunt, omnino non videtur probabile. vid. *Brucker.* de Platone sect. I. cap. 5. *Lenfant* in Bibl. German. tom. II. p. 124 — 146. et *Croll.* De praeceptoribus Platonis disseruit *L. Andreas Ritter*; respond. M. Brufewitz. Gryphiswaldiae, 1707. 4. de Institutione Platonis, *M. Iamus* in diss. Witteb. 1706. et de peregrinationibus Platonis auctor respondens *Ioachim. Norefsus*, praefide eodem *M. Io. Guil. Iano*, Wittebergae, 1706. 4. *Crollius* cum *Bruckero* aliter itinera Platonis describit p. 65 sq. Platonem post mortem Socratis, Atheniensium sacuitiam timentem, a. aetatis XXX. cum ceteris Socraticis Megaras ad Euclidem se contulisse, ab eoque humanissime exceptum, in dialectica profecisse, tum, teste Apuleio, cognoscendae pythagoricae disciplinae causa, primo Italiam petiisse; postea ad Theodorum, vt geometriam disceret, Cyrenas esse profectum: deinde ad Aegyptios accessisse. Ex Aegypto reuertentem in Italiam iterum ad Archytam et Eurytum venisse; Athenas denique reducem vixisse Musis et aperuisse scholam. Loca vett. quaedam vid. apud *Crollium. Harl.* Cf. de fontibus philosof. Plat. *Tenne-mann* l. I. T. I. p. 267 sq. *Beck.*

6) *Clemens* I. Strom. p. 303. Ieremiam quoque prophetam a Platone auditum scripserat *Augustinus* II. 28. de Doctrina Christiana. Sed praeter rem scripserat, vt ipse fatetur II. 4. retractationum. Ceterum futere, qui occasionem suscipiendi in Aegypto itineris Platoni fuisse scriberent, quod oleum ibi voluisset vendere, vt narrat *Plutarchus* in Solone p. 79. *Fabric.* Immo fuerunt, qui traderent, Platonem multa ex pandectis sacris hausisse. Sic *Numenius*, philosophus pythagoricus,

Apsmia oriundus, Platonis ingenium perstrinxit, quod veluti plagio subripuerit e iudaicis libris, quae de deo et mundo prodidit, (τὴν Πλάτωνος διὰ νοίαν ἤλεγξεν, ὡς ἐκ τῶν μωσαϊκῶν βιβλίων τὰ περὶ θεῶ καὶ κόσμου ἀποσυλήσαντες) ideo dixit: τί γὰρ εἰσι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀπικίζων, teste *Hesychio* illustr. pag. 36. ex biblioth. Ioannis Sambuci, Antwerp. 1572. 8. f. p. 29. edit. Io. Meursii. Eiusdem *Numenii* iudicium profert *Theodoret.* Ἑλλην. Παθημ. Θεραπ. II. pag. 37. nec non *Eusebius*, at dubius, libr. XI. praepar. Euangel. cap. X. p. 527. edit. Viger. (vid. *Iosium* de script. hist. phil. III. 16, 4. p. 58. vbi plura de Numenio reperies: *Gataask.* de stilo N. T. cap. 44. p. 155 sq. item *Clemens Alexandr.* (qui in suis libris Platonis eiusque dogmatum mentionem iniicit admodum frequentem,) Strom. lib. I. pag. 342. C. edit. Sylburg. praeter ea obseruat, Aristobulum quoque adfirmasse, Platonem sequuntur esse leges Hebraeorum, (καθηκολόγηκε — τῇ κατ' ἡμῶς νομοθεσίᾳ) et illum aequae ac Pythagoram multa ex sacris litteris transfussisse in suorum dogmatum traditionem, (εἰς τὴν ἑαυτῶ δογματοποιεῖν) adde eundem Strom. lib. V. pag. 560. A. et lib. I. p. 274. B. comparato Salomonis, Prou. cap. 5, praeepto cum lege Platonis, dicitur Plato εἰ εἰς Ἑβραίων φιλόσοφος. Idem *Clemens* in admon. ad gentes pag. 46. postquam contenderat, Platonem didicisse geometriam ab Aegyptiis, astronomiam a Babyloniis, rectas fanasque incantationes a Thracibus, ab Assyriis multa alia, concludit, leges, quaecumque verac essent, et de deo opinionem, illi suppeditatas esse ab Hebraeis. Locum *Ambros.* vid. infra ad nr. XLIX. not. Sed plura de hac re disputabimus infra ad §. VIII. *Harl.*

7) *Plutarchus* de genio Socratis f. 579.

8) Ad *Laert.* III. 18 sq. ibique vid. *Menag. Plutarchus* Dione. *Athen.* XI. p. 507. *Syncellus* p. 259. *Nonnus* hist. 22. ad Naz. *Aristides* or. Platon. III. pag. 111. 381. etc. *Fabric.* *Corn. Nep.* in Dione cap. 2, 4. vbi vid. interpr. in primis *Stau-*

tiam modo indignationem vtriusque Dionysii expertus. [Ab Archyta per litteras a supplicio mortis fuisse liberatum, tradit *Eudocia* in *Violario* p. 74. in *Archyta*. adde *Diog. Laert.* l. c. *Frid. Monz.* in *Aristippi* vita, *Halae Sax.* 1719. p. 25.] Rempublicam gerere noluit<sup>w)</sup>; consiliis tamen adfuit Dioni et multis viris principibus: Archelao etiam, Macedoniae regi, carissimus, licet de eo non aequè meritis praeclare<sup>x)</sup>: Philippum quoque, Macedonem, Perdiccae primum commendavit, qui provinciae ab hoc praefectus copiisque auctus regnum post eius obitum inuasit.

II. Dictione usus est peramoenus, ut non defuerint, qui dicerent Iovem<sup>y)</sup> ipsum, si Attice verba facere vellet, non aliter locuturum, et *Cicero* in *Oratore* cap. 3. Platonem appellet non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimum auctorem<sup>z)</sup>. Idea sermonis eius inter poema et prosam media est, ut notavit *Aristoteles* apud *Laertium* III. 37. et licet absit a versu, tamen, quod incitatius fertur et clarissimis verborum luminibus vitur, potius poema putandum aliquibus visum est, quam comicorum poetarum<sup>aa)</sup>, apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Apophthegmata quaedam eius refert *Laertius* III. 38 sq. prae ceteris narrans, rogatum, num et ipse instar ceterorum philosophorum memorabile aliquod dictum esset ad posteros transmissurus, respondisse, prius esse opus, ut nomen ac celebritatem sibi comparet; tunc enim futurum, ut facile quamplurima ipsius memorentur. Dicitur idem gratias egisse deo, quod homo non bestia<sup>bb)</sup>, quod Athenis, et quod tempore Socratis natus esset, cui etiam, non sibi scripta sua voluit tribui in *Epist.* 2. ad *Dionys.* *Fabric.*

## E P I M E T R O N.

Adde *Crollium* l. c. p. LXX sq. De Platonis stilo et huius vitis ac virtutibus iam veteres libere iudicarunt. Acutum est iudicium *Dionysii Halic.* in *epist.* ad *Cn. Pompeium* de Platone, p. 750 sqq. de admir. vi dicendi in *Demosth.* cap. 5. p. 964 sqq. cap. 23. p. 1024 sqq. vol. VI. *Opp.* edit. *Reiskii*, et multis aliis locis, quae index in edit. *Reiskiana* voc. *Plato* suppedabit. *Longinus* de *sublim.* passim laudat eius scribendi genus; sed culpatur quoque in eo frigidas sententias (IV. 7.) nimiam translationum multitudinem et allegoricum tumorem (XXII. 9.) putidas saepe et pueriles periphrases, (XXVIII. I. ad quae loca consules interpretes

ren in minore edit. *Meiners.* l. c. II. p. 688. not. *Harl.*

w) *Laert.* III. 23. [*Cicero* ad *diuers.* I. ep. 9. fecit. 45. qui causam illius consilii adfert.]

x) *Athenaeus* XI. pag. 506 sq.

y) *Amnianus* XXII. vlt. et ibi *Vales.* [*Cicero* in *Bruto* cap. 31. *Meiners.* l. c. p. 691 sqq.]

z) De stilo Platonis vid. *Vauassor.* pag. 8 sqq. *Heum.* *Blackwal* de praesentia classic. auctor. pag. 64 sqq. ibique *Ayrerum.* *Harl.*

aa) *Cicero* in *Oratore* cap. 20. adde *Themistii*

*Orationes* pag. 319. edit. *Harduini.* [*Quintil.* *Inst.* oratt. X. 1, 81.]

bb) *Baelii* *Resp.* ad quaestiones hominis e provincia tom. I. pag. 138. *Nov. Rep. lettr.* 1703. tom. II. pag. 565. Vide *Lippium* ad *Senec.* *epist.* 58. *Fabric.* — *Lactant.* *diuin. institt.* III. 19. §. 17. quod quum is male interpretatus, Platonem vituperasset, *M. Io. Ge. Geret* in disputat. praeside *Io. Guil. Bergero* ventilata, et inscripta: *Exercitatio anti-Lactantiana*, qua de mendosa eucharistiae Platonicae interpretatione agitur, *Witteberg.* 1722. 4. Platonis eucharistiam s. gratulationem fuisus exposuit et eum liberavit ab iniuria. *Harl.*

pretes in exemplo Tollii.) Neque tamen idem ille non celebrat Platonem. Sic cum IV. 11. (vbi vid. Langbaenium pag. 36.) nominat *Ἐξὸν διuinum*, vti Cicero, Platonis admirator atque imitator, de N. D. II. 12. (vbi vid. Dauif.) *quasi quemdam drum philosophorum*. Ita plures vet. modo iure laudarunt eum, modo vituperarunt: atque bene multas sententias et iudicia auctorum quorundam veterum vtriusque sermonis de Platone eiusque oratione et libris coaceruauit cl. *Fischerus* in edit. quorundam Platonis dialogorum, Lipsiæ, 1783. prolegom. p. 211 — 220. Methodi et ordinis defectum in Platone carpit *Huetius* in *Huetianis* pag. 218 sq. Quamquam Dionys. Halicarn. notat, Platonem ad octogesimum vsque ætatis annum non cessasse dialogos suos *κτενίζεν καὶ βοσφυρίζεν (calamistris inurere) καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκειν*, merito tamen Taurus, philosophus, apud *Gillum* N. A. lib. I. cap. 19. miratur eorum stultitiam, qui Platonem euoluant et legere postulent, *non vitæ ornandæ, sed linguæ et orationis comendæ gratia, nec vt modestior fiat, sed vt lepidior*. Atque *Mitrophanes*, Lebadiensis, sophista, scripserat *περὶ τῶν χαρακτήρων Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Νικοστράτου, Φιλοστράτου*, testibus *Suida* voc. *Μητροφάνης*, et *Eudocia* in *Violar.* p. 301. Alii eius stilum cum Homericâ dictione, tamquam fonte, ex quo multa illum hausisse, Longinus alique veteres iam animaduenterunt, in libris peculiaribus compararant. A Schol. Venet. a *Villoisfonio* edito, ad II. I. 536. citatur *Ammonius ἐν τῷ περὶ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος μετεγνηγμένων ἐξ Ὀμήρου*. *Aristocles Messenius* quaesiuerat, *πότερον σπουδαιότερος Ὀμηρος ἢ Πλάτων*, auctore *Eudocia* in *Viol.* p. 71. et *Telephus*, Pergamenus, grammaticus, scripserat *περὶ τῆς Ὀμήρου καὶ Πλάτωνος συμφωνίας*, vid. *Suidas* voc. *Τήλεφος*. adde infra, §. VIII. *Io. Frider. Hillerus*, Professor quondam Wittebergenfis, scripsit commentat. de dicendi genere Platonis, (quem *Themistius* orat. XV. p. 319. *Harduini* notauit *κερασάμενον ἐκ ποιήσεως καὶ ψιλομετρίας ex poetico ac numeris soluto temperantem*.) Wittebergæ, 1763. Nec mirum id videbitur. Plato, viuido feracique ingenio præditus, iuuenis poesi valde delectabatur, et constanter amabat Homerum, quamquam ab eius et tragicorum poetarum lectione ciues novæ, quam finxit reipublicæ arcere voluit (\*). Hinc colorem duxit poeticum, et ingenium formauit,

cc) Quantum Plato debuerit Homero, et in quibus uterque conspiret, docet *Massieu* in comparatione Homeri cum Platone, in *Actis* societ. reg. Paris. Inscr. secundum *Gottschediæ* versionem, tom. II. pag. 1 — 22. et ibid. pag. 158 — 175. ostendit *Fraguier*, quomodo Plato vsus sit poetis. Vtriusque sententiam impugnat et lib. X. de republ. potissimum persequitur *Garnier* in comparat. Homeri ac Platonis in *Hist. et Memoir. de l'acad.* Inscr. vol. 42. ann. 1786. De causis et sententia, cur Plato poetas a noua sua ciuitate abesse iusserit, alii aliter fenserunt. vid. *Maxim. Tyrium* diss. 23. (olim VII.) et ibi *Dauif.* *G. I. Vossium* de artis poet. natura et constit. cap. 3. §. 3. pag. 21. cap. 8. §. 1 — 6. p. 41 sqq. Amstel. 1647. 4. Locos, in quibus Plato inique statuit de poetarum scriptis, sedulo collegit, addito interdum iudicio, adpersisq. eruditis obseruationibus, cel. *Beck.* in diss.

f. examine caussarum, cur studia liberalium artium, imprimisque poeseos a philosophis veteribus nonnullis aut neglecta aut impugnata fuerint. Lipsiæ, 1785. 4. cap. 2. p. 37 sqq. *Ludou. Casalis* scripsit diss. apologeticam, quare Plato poetas reipublica sua eiecerit. Romæ, 1670. italice. vid. *Giornale di Roma*, 1670. p. 72. *Massieu* in *Vindiciis* poeseos; (in *Mem. de l'Acad. — des Inscr.* vol. II. p. 161 sqq. germanice versis a *Louisa Adalgunda Vittoria Gottschediæ* in eiusdem academiæ commentat. (ausführliche Schriften etc. part. II. Lipsiæ, 1754. p. 248 sqq.) leuibus ac ieiunis argumentis tam adcausauit Platonem, quam defendit poeseos vtilitatem ac præstantiam: nec satis exacte Platonem vindicauit eiusque explicauit sententiam *Fraguier* in eodem vol. (*Memoir.* p. 168 sqq. cum *Couturio*.) adde eundem *Fraguier* in *Hist. eiusdem acad.* tom. I. p. 168 sqq. aut in versione *Gottschediæ*



formauit, omnibusque phantasmatibus quasi apertum idoneumque reddidit poeseos illecebris. Hinc in dialogis ipse multa ornauit atque illuminauit, interdum obscurauit poetica imitatione, quam ideo *Athenae*. Dipnos. libr. XI. p. 505. B. in eo notat: atque *Timon* ibidem, Platonem, scribit, finxisse *πεπλασμένα δαύματα εἰδότες simulatorum verborum primum*. Quare vel grandaeuus studiose lectabat Aristophanis comedias ac *Sophronis* mimos et imitatione exprellit. vid. *Brunck.* ad Aristoph. Nubes p. 65. et 66. illustrat. *Comit de Finkenstein* in periculo de carmine bucolico, (praemisso illius libro, *Arathusa* oder die bukolischen Dichter des Alterthums. part. I. Berolini, 1789. 4.) pag. 19 sqq. pag. 26 sqq. *Walken.* ad Theocr. Adon. p. 194 sq. et quae ego de *Sophrone* atque Platone, sedulo illius lectore, scripsi supra in vol. II. p. 492 sq. atque ad *Aristot.* A. P. cap. I. p. 8 sq. Postquam ad amicitiam Socratis et interius philosophiae doctrinarumque reconditarum studium accessit, temperauit quidem scribendi genus; sed neque ingenium lectione poetarum et exercitio nutritum atque incitatum, neque orationem poeticam omnino mitigare et cohibere potuit. Hinc fluxerunt omnes illae ueneres gratia, ueritas et ornatus orationis Platonicae, ut *Fauor* nus apud *Gellium* N. A. II. 5. recte iudicaret; „Si ex Platonis oratione uerbum aliquod demas, mutescet, atque id commodissime facias, de elegantia tamen detraxeris.“ Hinc etiam ortum est perpetuum et anxium illud elegantiae et uenustatis studium, crebrior ille nouorum, obsoletorum, et obscurorum uocabulorum usus, illae imaginum, similitudinum, fictionum, allego-riarum ac descriptionum illecebrae. Haec omnia si quis ex Platonis scriptis colligeret, explicaret atque illustraret, is sane si praeter ea ex historia et antiquitate aut antiquiore philosophia lumen accenderet obscuris locis, et discrimen Socraticae atque Platonicae philosophiae paucis ostenderet; ille sane ad interpretandum et intelligendum Platonem plus conferret, quam colligendis omnibus apicibus litterarum atque congerenda cunctarum variarum lectionum silua. (vid. quoque *Meinersium* l. c. II. pag. 691 sqq.) Atque forsitan cl. *Fischerus*, qui iam pluribus abhinc annis clauem promissit Platoniam, saltem magnam partem satisfaciet piis hisce desiderijs. Eodem ingenio uiuaci et pristino poeseos amori ac studio ductus et deceptus Plato amabat mythos, (a quorum quidem usu Socrates, potissimum Sophistae non abstinuerunt.) et populares fabulas populari-que theologiam: nec tamen sollicitus uidebatur, num illi ueri essent, nec ne. Potius utebatur mythis, quorum fundus in Pythagoreorum opinionibus partim substructus erat, (vid. cel. *Heyne* ad Virgil. VI. 703. de mytho Platonis de reditu animorum in uitam.) ut per occasionem et ope eorum varias formas s. ideas explicaret, et modo ad ornandam atque illuminandam orationem, modo ut iis ueretur pro argumentis, modo forsitan ea quoque de causa; ut illis, sensui tantum adcommodatis, praeter expectationem puriores magisque idoneas et digniores subiiceret formas seu perceptiones, (*Begriffe*). Sed de mythis ueterum, praecipue Platonis uarii uaria diuersaque ratione iudicarunt et scripserunt. vid. cel. *Heyne* in commentatione: temporum mythicorum memoria a corruptelis nonnullis vindicata, tom. VIII. commentatt. Societ. Gotting. antiq. *Garnier* in Mem. de l'acad. — des Inscr. tom. 32. pag. 164 sqq. (germanice uers. in *Hissmanni* Magazin für die Philosophie, tom. III.

schediae germanica, tom. I. pag. 189 sqq. *Merian* von dem Einfluss der Wissenschaften auf die Dichtkunst, tom. I. p. 175 sqq. *Blackwall.* l. c. pag. 32 sqq. ibique *Ayrer*, cl. *Wiedeburg.* in program-

Vol. III.

mate, germanice scripto, de his, quae Plato poetis uitio vertit, Helmstadii, 1789. 4. etc. ut mittam eos, qui in historia philosophiae eandem materiam adtulerunt.

tom. III. p. 341 fqq.) qui mythos Platonis minus commode diuisit in theologicos, poeticos et politicos, cl. *Henke*, theologus Helmstadiensis, in *Obseruat. variis de philosophia mythica, Platonis praecipue*. Helmstad. 1776. 4. cl. *Eberhard*, Professor Halensis, de consilio philosophiae Platonis, in *Neuen vermischten Schriften*; idem in *Vermuthungen über den Ursprung der heutigen Magie*, in *mensuro* lib. Berolin. mens. Jul. 1787. cl. *Wolf*, de argumento Symposii, praef. eius editioni pag. 72 sq. *Io. Christian. Hüttner*, de mythis Platonis, Lipsiae, 1788. 4. qui in dialogis Platonis tredecim mythos notauit. De Platonis opinionibus et placitis theologice ac philosophice h. l. non est differendum. Eum tamen inconstantiae iam aduocauit *Cicero* de N. D. I. 12. qui etiam in acad. quaest. I. 13. (ubi tamen vide *Dauif.*) „Platonis in libris, ait, nihil adfirmatur, et in vtramque partem multa differuntur; de omnibus quaeritur, nihil certi dicitur.“

Nullum tamen Platonis placitum ab omni aetate magis decantatum est atque exagitatam, et nullum fere obscurius, cuius explicatio viros doctos mire torfit, quam illud de rerum formis, quas Plato vocabat *ideas*, *Cicero* autem acad. quaest. I. cap. 9. et *Tusc. disp.* I. 24. (ubi *Dauif.* copiose docteque de iis differit,) *species* recte se, putabat, dicere posse, et *Seneca* epist. 58. definit, eorum, quae natura fiunt, exemplaria aeterna. Duplex autem quaestio orta est, num illae habitae fuerint naturae (substantiae a nostris philosophis nominantur,) aeternae, aut ab aeterno intellectu separatae, extra diuinam intelligentiam separatim existerint, quae omnia rerum exemplaria in se continent, quae aeterna sunt, et per se, ac vere talia, et naturam in se habent persistentem, per quas rebus fluxis ac mutabilibus naturae s. formae (*essentiam* barbare dicunt,) imprimuntur; an notiones tantum mentis diuinae, ab aeterno positae in intellectu diuino. In quas diuersas partes omni tempore abierint V. D. latius exposuit et nubem tam veterum, quam recentiorum scriptorum excitauit *Brucker*, tum in historia philosophica de ideis, Augustae Vindel. 1723. 8. cum supplementis in *Schellhornii* Amoenitatibus litterariis, tom. VII. de conuenientia numerorum Pythagorae cum ideis Platonis harumque ex illis origine, p. 173 fqq. et tom. VIII. p. 299. ad histor. doctrinae de ideis, rec. in illius *Miscellaneis historiae philosophicae litterariae et criticae* etc. Augustae Vindel. 1748 mai. 8. nr. 3. et 4. tum in historia critica philosophiae vol. I. p. 695 fqq. E recentioribus priorem sententiam cum Eusebio et Augustino tuentur *Bruckerus*, II. citt. *Pezing.* et *Schulz.* posteriorem vero cum Clemente Alexandrino, Tertulliano, Ambrosio etc (vid. *Benedictinor.* notas ad *Ambros.* p. 530.) *Cudworthus*, *Moshemius*, *Meiners.* atque *Agotopist. Cromazion.* (h. e. *Appianus Buonafede*). *Pezingius* suam sententiam exposuit in *Periculis* etc. (*Verjuche* etc.) tom. II. part. II. pag. 117 fqq. p. 273 fqq. comparat atque examinat Aristotelis doctrinam, et pluribus locis tom. I. et tom. II. part. I. illius operis, tum *über die Platonischen Ideen, in wie fern sie sowohl immaterielle Substanzen, als auch reine Vernunftbegriffe vorstellen*, in *Caesar's Denkwürdigkeiten aus der philosophischen Welt*, vol. III. nr. 2. Lipsi. 1786. 8. coll. ephem. Göttingenf. litter. ann. 1787. plög. 43. p. 422 fqq. — *Scipionem Agnallum* de ideis Platonis, Venet. 1615. 4. vehementer laudat *Morhof.* lib. I. Polyh. philos. cap. 7. p. 39.

Cl. *Schulz*, Professor Helmstadiensis, quum adhuc Wittebergae doceret, scripsit dissertation. philosophico-historicam, de ideis Platonis, Wittebergae, 1786. 4. Ille contra *Moshemium* et *Meinersum* existimat, Platonem, ideas separatim exstitisse, ratum, pro naturis (substantiis) habuisse illas; (quod quidem e loco *Parmenidis* non tamquam certum demonstrari, multo

multo minus ex Aristotele effici posse, alii censent;) tum contendit, secundum Platonis genuinam opinionem, illum idearum complexum non diuersum fuisse a diuino, ( $\tau\tilde{\omega}$  Θεῶν,) sed id ipsum constituisse; (quod quidem cum claris in Timaeo locis pugnare, alius videtur.)

*Buonafidi* iudicium exstat in illius historia philosophiae, italice scripta, vol. III. edit. Venet. cap. 39. vbi de Platone agitur, pag. 151. cl. *Meiners.* sententia legi poterit in historia doctrinarum etc. part. II. pag. 729 sqq. et 800 sqq. — *Cuäwertii* autem et *Mosheimii* iudicia sunt exposita in libro: Systema intellectuale, tom. I. p. 661 sq. (aut p. 856 sq. edit. Lugdun. Batav. in 4.) adde cl. *Tiedemanni* Principes Graeciae philosophos, (*Griechenlands erste Philosophen.*) pag. 476 sq. in primis p. 480 sqq. et in Geist der spekulativen Philosophie, part. II. p. 89 sqq. qui vtramque sententiam atque interpretationem sagaciter consociat. — De *Taylori* conamine, doctrinae christianae destruendae, et ruinis illius superstruendi systematis platonici in comm. de doctrina idearum platonica, cui addita est historia theologiae platonicae per recentiores Platonis adsectas, et comm. de natura animi etc. praemissa versione eius angliae Procli dist. philosophicarum ac mathemat. vol. I. 1788. vol. II. 1789. 4. vide the monthly Review, mens. Octobr. 1789. et Allgem. Litteraturzeitung ann. 1789. mens. Nou. nr. 346. p. 332. inprimis nr. 48. ann. 1792. p. 377 sqq. vbi opinionum singularium errorumque specimina exponuntur. Librum ipsum non vidi.

Ex his iam perspicui potest, Platonem a magistro suo Socrate frequentem fecisse discessionem. Socrates omnia probabat ex experientia; Plato vero ex principiis, quae opinabatur esse prima et firmissima, nec adeo crebro adhibebat inductionem, anal. giam aliaque ad persuadendum facilia commodaque praesidia. Iucundus quidem erat Socrati, (vid. *Xenoph.* M. S. III. 6. 1. ibique *Ernestii*;) docebat more Socratico, et, vti Socrates, (quem suum illud, nihil v. adfirmaret, tenuisse ad extremum, *Cicero* Tuscul. disput. I. 42. scripsit,) de industria dubitabat aut dubitare videbatur vel de iis, quae certa esse sciuit, ad irridendos et contunden- dos sophistas, qui, quasi omnia cernere ac definire possent, de omnibus rebus cum intemperantia sermonis et fiducia impudenti, et vel in vtramque partem disputare solebant. Neque tamen acque incertus vagusque haesitabat in definiendo et decernendo, ac postea multi academici ipseque *Cicero* fecerant. At popularem theologiam, forsan cautior, ne, vti Socrates in reprehensionem crimenque impietatis, et vitae periculum incurreret, frequenter amplexus, alienarum praeterea, suarumque, quas sinxerat, doctrinarum connexionem atque commixtionem, et quod viuido ingenio abreptus, haud quiete omnia ponderauit, nec semper ideas inde confusas, rite discreuit, nec obscuras, quas habuit, formas clare explicuit, contra sermonis poetici veneribus, et lenociniis haud raro magis implicuit, disciplinam adulterauit Socraticam, et Socratem fecit multa dicentem, de quibus veracis *Xenophontis* Socrates se differuisse negaret. (vid. *A. Gellium* N. A. XIV. 3. et *Valcken.* ad Xen. M. S. IV. 7. 5. p. 251. edit. *Ernestii*.) Tum quia frequenter respexit immiscuitque opiniones factaeque suae aetatis nobis ignota, definitoque sermone philosophico, quem artis s. technicum vocamus, nondum, quod quidem cum superioribus philosophis habuit commune, vsus est in suis dialogis, et ipsa horum forma ac natura, (quamquam in illa arte ingenii eius felicitas atque vbertas maxime eminebat,) saepe impediunt, quo minus, quae propria eius fuerit sententia, recte perspiciamus. Quae quidem omnia interpretes Platonis, ne temere et quasi e tripode iudicent, cautos prudentesque et verecundos reddere debent. Multa enim diligentius inquisuisse, sagacius ex-

piſcatum eſſe, ſubtilius explicuiſſe, meliusque digeſſiſſe Platonem docilem atque ingenioſum, et magnam omnino fuiſſe ingenii vim in illo, multamque litterarum copiam, negari non poterit. Quare iniquum Buonafedii Storia etc. l. m. p. 137 ſqq. praecipue p. 165. *Heumannii* in Actis philoſoph. tom. I. p. 196. *Stollii* in kurz. Nachricht. von den Büchern in der Stollſch. Biblioth. vol. I. p. 62. (qui vol. II. p. 285. Platonem nugarum captatorem, garrulum, ineptum prudentiae magiſtrum, et paene deſipientem inſipienter vocat,) aliorumque iudicium mihi eſſe videtur, Platonis ingenium faiſſe mediocre. Iniquus quoque eſt *Bayle* in Reponſe aux Queſtions d'un Provincial. Rotterd. tom. I. 1706. m. 12. cap. 12. De philoſophia ac meritis Platonis et de diſcrimine philoſophiae ſocraticae et platonicae praeter VV. DD. ſupra memoratos nuper ſubtiliterque diſſeruit cl. *Guilm. Gottl. Tennemann* in libro erudito: Lehren und Meinungen der Sokratiker über die Unſterblichkeit. Ienae. 1791. 8. part. I. ſect. I. et II. p. 51 ſqq. inprimis pag. 224 ſqq. coll. cl. *Eberhardo* in neuen vermifchten Schriften. Halae Sax. 1788. pag. 354 ſqq. Systema philoſophiae Platonicae editurus eſt *Tennemann*, atque tomus primus nuper iam prodiit, Lipſiae, 1792. 8. De methodo Platonis Socratica egit *F. Ch. Gräſſe* in: *Die Sokratik nach ihrer urſprünglichen Beſchaffenheit*, in vol. II. des *neueſten katechet. Magazin*, ſect. IV. iuitque vindicatum Platonem a culpa, et probatum, illum omnes philoſophiae ſocraticae partes amplexum, methodum iſtam omnibus partibus ingenioſe adcommodaſſe cum copia et permutatione, omnes perplexas, et dogmaticas inquisitiones adplicuiſſe doctrinae de moribus, officiis et virtutibus. Quando apud eum Socrates ſpinas profert metaphyſicas, putat *Gräſſius*, eas pertinere ad diſciplinam Socratis, quam hic iuuenis ex Anaxagorae diſciplina ſuam feciſſet, et Platonem id vel ab ipſo Socrate conſtente vel a fama accepſiſſe. At multa in hac ſententia eſſe dubia incertaque, facile patet, et conſer cenſorem in Allgem. Litteraturzeitung anni 1791. nr. 136. quaedam praecclare diſſerentem. Contra fuerunt, (vt ait *Auguſtinus* de doctrina chriſtiana cap. 28.) quidam Platonis lectores et dilectores, qui dicere auderent, omnes *Ieſu Chriſti* ſententias, quas mirari et praedicare cogerentur, de *Platonis* libris eum didiciſſe: recte tamen adiecit *Auguſtinus*, id credere eſſe dementiſſimum. Pariter irridet ac refutat *Origenes* contra *Celſum*, lib. VI. p. 286. hoc adfirman- tem, *Chriſtum* ſententiarum ſuarum optimas e *Platonis* hauſiſſe ſbris. — Locum, vbi Plato docuit, fuiſſe locum amoenum, *Academiam* dictum, indeque ſectam illius *academicam* vocitam, eſt notiſſimum. vid. plura in *Hieron. Matranga* libro: de academia, in qua Plato docuit, ſyntagmata VII. Panormi, 1637. 4. — *Mewſii* *Ceramico* gemino cap. 19 — 27. et *Critic. Arnobian.* IV. cap. 1. apud *Brucker.* I. p. 642 ſqq. addeque *Diogen. Laert.* III. ſect. 20. et ad h. l. *Ignatii Roſſii* commentatt. *Laertianas*, Romae, 1788. p. 42 ſqq. *I. Petr. Ludewig* prima academia, villa Platonis, cum noua Halenſium collata. Halae, 1693. 4. et in *Opuſc.* 1720. tom. II. pag. 359. et *Strunii* *Biblioth. philoſ.* I. pag. 215 ſqq. *Harl.*

Diem coelebs obiit ſupremum praetore Theophilo, Olymp. CVIII. 1. [P] [vid. *Corſin.* l. c. pag. 106 ſq.] CCCXLVIII. ante Chriſtum, Philippi Maced. XIII. 1<sup>da</sup>), anno <sup>ee</sup>) aetat-  
tis 81.

dd) Hermippus apud *Laertium* III. 2. *Cenſo-*  
*rin.* cap. 15. *Pontac.* pag. 435. ad *Eusebii* *Chro-*  
*nic.*

ee) *Laertius* IV. 40. *Athenaeus* V. pag. 217.  
*Cic.* de *Senect.* cap. 5.

tis §1. ff) successore in academia relicto *Speusippo*, septem annis ante natum Olympiade CIX. 3. Epicurum, vt auctor Apollodorus apud Laertium X. 15. *Fabric.* Sepultus est non procul ab Academia, post mortem honoribus cumulatus. Statuam et in academia posuit Mithridates, Perfa, *Laert.* III. f. 25. §. 20. aram Aristoteles, vid. epigramma apud auctorem vitae Aristotelis, *Brucker.* otium Vindelicum melet. III. pag. 268 sq. *M. Io. Frider. Preuser.* comm. de ara, Platoni ab Aristotele posita. Wittebergae 1753. 4. infra ad §. VIII. *Harl.*

Primus *dialogos* et analyticam methodum philosophandi introduxisse quibusdam visus est, vt legas apud eundem *Laertium* III. 24. Sed dialogorum inuentorem negat *Athenaeus* XI. pag. 505. cum Alexamenes Teius ante eum Socraticos dialogos ediderit, teste *Aristotele* *περὶ ποιητῶν* <sup>83</sup>), et Zeno Eleates dialogos scripserit prior. (*Laert.* III. 48.) At ex-  
poliuisse hoc genus scribendi Platonem, nemo dubitat. [Auctor vitae Platonis a cl. Heeren ex cod. Vindobon. apud Lambec. in Catal. vol. VI. pag. 277. primum publicatae in *Bibl. der alten Litterat. und Kunst* part. V. inedit. p. 18. scripsit, etiamsi quis dicat, ante Platonem scripsisse dialogos Zenonem et Parmenidem, se adfirmare tamen. *ὅτι ἕτος μάλιστα αὐτῶ ἐχρήσατο.*] Conf. Basilium ep. 167. atque, si placet, *Caroli Sigonii* librum de dialogo ad Ioh. Moronum Cardinalem, Venet. 1562. et Lipsi. 1596. 8. *Georgii Pajchii*, Professoris Kiloniensis, diatribam de vilitate, veterum exemplo, ratione tradendi per dialogos. Kilon. 1700. *Barth.* ad Claudian. p. 100. et praef. libri gallici *Nouv. dialog. des Dieux.* Colon. 1713. 12.

In naturali philosophia Pythagoreos atque Heraclitum, in morali Socratem, in dialectica Zenonem ac Parmenidem Eleatas sequitur. Confer, quae viri docti ad *Laert.* III. 8. et quae notauimus supra lib. II. cap. 13. vbi inter Pythagoricos Platonem recensuebam <sup>hh</sup>).

## I 3

## III. Scripta

ff) Natali suo die VII. Thargelionis. Senec. *epist.* 58. Exempla eorum, quibus dies, quo nati fuerunt, fatalis siue emortalis contigit, notauerunt *Bonifacius* hist. ludicrae XIV. 15. *Theodor.* *Crasius* in schediasmate historico de die natali, viris insignibus et cruditis emortalibus. Vratislau. 1708. 4. *Io. Sam. Adami*, (sub Misandri nomine latens) in deliciis biblic. V. T. part. III. pag. 386 sq. *Christophi Andreas Brunnerus* in fato theolog. hist. part. II. pag. 650 sq. et auctor *der Vergnügung müßiger Stunden.* Lipsiae, 1731. 8. part. 2. pag. 25 sqq. — Laurentius Medices statuam Platonis ex ruderibus Academiae Atheniensis erutam et adlatam e Graecia, magno redemit ab Hieronymo Pistoriensi, vt traditur apud *Iac. Middelendorpium* lib. IV. de academiis. — De genesi siue themate natalitio, quod habet Firmicus, vide *Picinum* lib. IV. *Epist.* ad Franciscum Bandinum tom. I. p. 739. vbi de philosophi huius vita.

gg) Conf. *Valcken.* adnotatt. ad *Theocriti Adoniaz.* pag. 194. *Harl.*

hh) Eclecticam philosophandi rationem sequutus est Plato: qui tamen inuidiam hominum effugere non potuit. Hinc alii Aristotelem praetulerunt illi; alii imputarunt ei Platoniorum interpretamenta; alii aliorum criminum eum insimularunt. vid. *Stanlei.* hist. phil. IV. de Platone cap. 13. p. 313 sq. *Brucker.* l. c. §. 9. et 10. Alii eum atheis, alii Spinozae praecursoribus adnumerarunt. Vtriusque criminis reum eum fecit *Nic. Henr. Gundling.* parte II. Otiorum cap. 3. p. 86. et, vbi *I. Christ. Wolfius* causam Platonis susceperat in Manichaeismo ante Manichaeos §. 34. p. 142. et in diss. de Atheismo falso susceptis, Witteb. 1710. *Gundling.* in parte 31. nouae bibliothecae iterum inuectus est in Platonem. At alii bene defenderunt philosophum ab illo crimine. vide Reimmanni historiam atheismi, cap. 22. pag. 159 sqq. atque *Io. Iac. Zimmermann.* in Opusculis tom. I. p. 762 — 960. et in *Schelhornii* *Amoenitt.* litter. tom. IX. pag. 827 sqq. tom. XII. pag. 369 sqq. tom. XIII. pag. 48 sqq. adde infra §. VIII. *Harl.*

III. Scripta Platonis <sup>ii)</sup> persequar eo ordine <sup>kk)</sup>, quo secundum *Thrasylli tetralogias* (vid. *Laetium* III. 56 sq.) digesta leguntur in editione graeca *Aldina et Basiliensi*: neque alium

ii) Quo facilius possit notitia de singulis scriptis a lectore repeti, adposui catalogum illorum alphabeticum, subiuncto numero unicuique secundum ordinem suum adscripto: [et, notante Crollio, addidi romanum numerum, qui ordinem indicat ad Syzygiarum rationem, et vncis seclusi]

Acephalus 42. [vel Sisyphus VI. nothus.]  
 Alcibiades I. et II. 13. et 14. [III. 3. 4.]  
 Alcyon 41. [VI. nothus.]  
 Anterastae (Eraftae) 16. [II. 2.]  
 [Atlanticus, 32.]  
 Axiochus 43. [VI. est Aeschin.]  
 Charmides 18. [IV. 5.]  
 Clitopho 29. [VI. inter nothos.]  
 Cratylus 5. [III. 1.]  
 Critias 32. [V. 3.]  
 Crito 3. [I. 3.]  
 Definitiones 48. [VI.]  
 Demodocus 45. [VI. nothus.]  
 Epigrammata 37.  
 Epimenides 47. [VI. nothus.]  
 Epinomis 35. [IV. vltim.]  
 Epistolae 36. [VI. 1.]  
 Eryxias 40. [VI. Aeschin.]  
 Euthydemus 21. [II. 5.]  
 Euthyphron 1. [I. 1.]  
 Gorgias 23. [III. 2.]  
 Hipparchus 15. [IV. 8.]  
 Hippias maior et minor 25. et 26. [V. 7. II. 7.]  
 Hirundo 46. [VI. nothus.]  
 Ion 27. [III. 3.]  
 De Iusto 50. [VI. nothus.]  
 Laches 19. [IV. 6.]  
 De Legibus 34. [IV. pen.]  
 Lysis 20. [IV. 7.]  
 Magicarum institutionum lib. noth. 51.  
 Menexenus 28. [IV. 4.]  
 Meno 24. [IV. 2.]  
 Midon 39. [VI. nothus.]  
 Minos 33. [IV. 11.]  
 Parmenides 9. [V. 4.]  
 Phaeacis 44. [VI. nothus.]  
 Phaedo 4. [I. 4.]  
 Phaedrus 12. [V. 6.]  
 Philebus 10. [IV. 1.]  
 Philosophus 30.  
 Poemata varia 52.

[Politicus 8. IV. 10.]  
 Protagoras 22.  
 De Rep. 30. [IV. 12.]  
 Sisyphus 42. [Acephalus. VI. nothus.]  
 Socratis Apologia 2. [I. 2.]  
 Sophista 7. [II. 4.]  
 Symposium 11. [V. 4.]  
 Testamentum 38.  
 Theaetetus 6. [II. 3.]  
 Theages 17. [II. 1.]  
 Timaeus 51. [V. 1.]  
 De Vacca 51. [VI. nothus.]  
 De Virtute 49. [est Aeschinis.]

kk) Is ordo quoque indicatur in MS. Bauarico chart. n. 174. fol. quem in manibus habui, et vbi prolegomena in Platonem graece scripta supersunt. Hic codex, quantum memini, vt plurimum conspirat cum iis, quae cl. *Heeren* ex cod. Vindob. loco paullo ante memorato euulgauit. Ordo autem secundum Thrasylli et Dercyllidis, (quos auctores facit *Albinus* in introductione in Platonis dial. §. 6.) tetralogias haud commodus est neque connexioni sericique argumentorum aptus. Hinc *Albinus* l. c. §. 4. et 5. aliam instituit diuisionem. Alium seu nullum ordinem *Marsilius Ficinus* induxit in vertendis et sic edendis scriptis, et sequuta est Graeco-latina Lugdunensis 1590. Aptiorem *Heur. Stephanus* 1578. et *Wecheliani* heredes 1602. sequuti sunt partitionem in Syzyzias, quam instituit *Io. Serranus*, de qua vide infra in indice editionum, de edit. Serrani. Hunc ordinem receperunt editi. Bipontini. Quem systematis sui ordinem probabiliter tenuerit Plato, *Meiners* l. c. II. p. 706 sqq. definire studuit. adde eundem p. 703 sqq. et *Iac. Geddes* in: An Essay on the composition and Manner of Writing of the Antients particularly of Plato, Glasgae, 1748. 8. sect. VII — XV. de Platone p. 104 sq. (*Geddes* lib. germanice versus legitur in *Sammlung vermischter Schriften* etc.) *M. Dan. Christian Grimm*, Rector — de ordine et nexu dialogorum Platoniorum, an et quali statuendo? Epimetrum sapientiae platonicae florilegii II. et III. interponendum. *Annaemontani*: collata tamen censura in *Paulli Bibliothek von Anzeigen und Auszügen kleiner — Schriften*. tom. II. part. III. Ienae, 1791. p. 89 sqq. Ille vero doct. *Grimm*. in progr. Platonicae sapientiae flores

alium videtur amplexus fuisse *Varro*, qui *Thrasylum* aetate antecessit, et libro VIII. de lingua lat. non nihil e *Phaedone* *Platonis* proferens [P] citat *Platonem* in quarto. Confule *Petrum Victorium* XVIII. 2. Var. lect. Diverfum ordinem secuti sunt alii, quorum sententias vide apud *Laertium* III. 50. et 62. *Franciscum Patritium* de dialogorum *Platonis* ordine, et *Sam. Petitem* IV. 2. Misc. *Fabric.* De dialogis *Platonis* non magnifice iudicat *Bierling.* in methodo studiorum p. 25. Plane eos contemnit *Thomas.* oratt. p. 411 sqq. *Heum.*

## TETRALOGIA I.

I) ΕΥΘΥΦΡΩΝ ἢ περὶ ὀσις<sup>1)</sup>, πειρασμός. De vera et falsa pietate, siue de iustitia aduersus deos. Hic dialogus est inter decem illos, quos *Andreas Dacierius* eleganter gallice vertit, et praemissa *Platonis* vita atque in philosophiam eius introductione edidit *Paris.* 1699. 12. <sup>mm</sup>) hoc ordine: *Alcibiades* 1. et 2. *Theages*, *Euthyphron*, *Apologia Socratis*, *Criton*, *Phaedon*, *Laches*, *Protagoras*, et rituales siue ἀντεροασίαι. Ante *Dacierium* *Maucroix*<sup>nn</sup>) gallice reddidit *Euthyphronem*, *Hippiam* et *Euthydemum*. Latine vertit *Franc. Philelfus*, teste *Trithemio*. Italice *Euthyphronem*, *Apologiam Socratis*, *Critonem*, *Phaedonem*, ac *Timaeum* transtulit notisque illustravit *Sebastianus Ericius.* *Fabric.* conf. *Car. Nürnbergeri* disp. de consilio *Platonis* in scribendo *Euthyphrone*, me praefide ventilata, *Er-*  
*langae.*

flores legere instituit ex *Euthyphron.* a cap. I — XII. *Annaemontani* 1786. Contenta dialogorum *Platonis* breuiter enarrantur a *Io. Fabricio* in historia bibliothecae suae, tom. III. p. 189 sqq. [copiosius a *Diet. Tiedemanno* in lib. *Dialogorum Plat. argumenta exposita et illustrata.* Bip. 1786.] De methodo *Platonis* philosophiam tradendi dialogica diff. cl. *Io. Iac. Henr. Naß* in comment. peculiari, *Stuttgart.* 1787. 4. *Harl.*

ll) *Platonis* exemplo *Lucian.* duplices titulos praefigit dialogis suis, ut *Τόζαρις ἢ περὶ Φίλιπ.*

mm) Conf. Acta erudit. *Lips.* 1700. pag. 49. — repet. *Amstel.* 1700. 8. II. tom. Altera editio auctior prodit *Paris.* 1701. 8. II. tom. praemissae quoque sunt commentation. de *Platone*, (*Discours sur Platon*.) de silo *Platonis* et de interpretibus atque commentatoribus illius. — rev. *Amstelod.* 1708. 1745. 12. II. tom. Postea *Grou* e soc. *Iesu* gallice interpretatus est et edidit: *La Republique de Platon*, *Amstel.* 1763. et *Loix de Platon*, 1769: 8. II. voll. dialogues (VII.) de *Platon.* II. voll. Hanc editionem, quam eruditus placere vidissent bibliopae *Parisienses*, typis repetendam curarunt. Adiderunt *Dacierii* interpretationem dialogorum paulo ante laudatam opusque inscripserunt: *Bibliothèque des Anciens Philosophes*, voll. VI. in 12. 1771. praemisso *Fleury* *Discours sur Platon*, et fini subiuncta duorum dialogorum, *Hippias* et *Euthydem*, versione a *Maucroix* facta, et (tom. V.

pag. 519.) parte coniuuii a *Racino* translati. Horum omnium interpretatio tamquam continuatio superioris *Grouanae* venditur. Totum vero opus constat XI. voll. Initium versionis coniuuii, a *Racino* factae, praestat in *Oeuvres* de *Iean Racine*, avec des *Commentaires*, par *M. Luneau de Boisjerman*, *Paris.* 1768. 8. part. V. Gallice quoque vertit *Euthyphrona* *Anton. Martin. Delespelli* *Lugd.* 1579. 8. Germanice vertit *Euthyphronem* *I. F. Kleuker* 1778. *I. G. Schloffer* in *kleinen Schriften*, part. V. *Basileae*, 1787. adiecta vberiore illius quaestione: in praefatione agitur de methodo *Platonis* res philosophicas tractandi in dialogis. *Socratem*, existimat, acquiruisse in probabilibus; *Platonem* fuisse dogmaticum metaphysicum, vltius progressum. conf. censorem in *Allgem. Literaturzeitung* ann. 1788. n. 179. b. p. 249 sqq. Latine versum a *Petreio Tiara* in eius scriptis superfluisse, ex *Adami* vitis philof. p. 158. notat editor *Bipontinus*. Quaedam loca *Platonis* in *Euthyphrone*, *Phaedone* et *Apologia Socratis* illustravit *Io. Car. Zeune*, Prof. quondam *Witteb.* in *Animadu.* ad *Anacr. Platonem* et *Xenophontem*, *Lipsiae* 1775. 8. Editiones singulorum librorum notitiae editionum infra subiungam. *Harl.*

nn) *Franc. de Maucroix* dans ses *oeuvres* de *Prose* et de *Poësie* tom. I. [*Paris.* 1685. 12.] nouv. rep. *littr.* 1685. pag. 1010. addita *Fontani* obseru. avec quel esprit il faut lire les dial. de *Platon*.

langae, 1787. 4. *Lud. Castelnuetrii* animadu. in quaedam loca pag. 284 — 288. opusc. varr. critic. *Harl.*

II) ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ἈΠΟΛΟΓΙΑ, ἡθικός. *Socratis Apologia* ad iudices, contra accusationes Anyti, Melitique et Lyconis. Vide *Laetium* II. 39. Ex quo disces, falsos fuisse eos, qui cum Themistio Orat. XVIII. p. 29. accusationem Socratis, a Polycrate scriptam, putarunt eandem esse, qua Melitus et Anytus in iudicio aduersus Socratem vsi sunt. Polycratis enim oratio, (qua inprimis ille sibi placebat, teste Hæcrate in Orat. de laude Busridis,) scripta demum est pluribus post Socratis mortem annis, quia, vt probe obseruatum Fauorino, in illa mentionem fecit murorum, a Conone instauratorum, quod factum est Olymp. XCVI. 1. Confer *Iosium* de Scriptoribus hist. philosophicæ pag. 36. 7. Praeter Platonem pro Socrate scripserunt Demetrius Phalereus, Galenus, Libanius, Lysias<sup>oo</sup>), (qui viuo Socrati apologiam, pro eo scriptam, exhibuit, sed, vt illa vteretur, neuiquam potuit persuadere: vide *Menagium* ad Laetium II. 40.) Plutarchus, Theon Antiochenus Stoicus, Xenophon et Zeno. Horum omnium scripta, exceptis Libanii, Xenophontis et Platonis, perire. Contra Colotae, Epicurei, calumnias Socratem etiam tuetur Plutarchus p. 1117. Rectene Socrates se non defenderit in iudicio, disquirit *Maximus Tyrius* diss. XXXIX. [et ex recentioribus *Io. Clericus* in silu. philol. cap. 3. sect. 8. p. 217. Quum vterque probauerit intermissionem defensionis, *Iac. Zimmermanus* in apologia Socratis contra calumnias Aristophanis, simul aduersus Maximum Tyrium et Io. Clericum ostendere studuit, male egisse Socratem, quod causam suam coram iudice non perorauit, in Museo heluet. part. XXIII. Turici. 1752. diss. I. Ex *Crollii* additamentis.] De Platonis [P] apologia, diserta licet et eleganter scripta, *Cassius Seuerus* apud *Senecam*, patrem, praefat. libri 3. Controuers. (Epit. decl. praef.) *Eloquentissimi viri Platonis oratio, quae pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est.* Non patrono quidem, qui sciret, magistrum suum illa neuiquam indigere: nec reo, qui iniquitatem inimicorum suorum indignam responsione habebat. [Particulam huius apologiae *Cicero* Tusc. I. cap. 41. pulere expressit.] Initium huius apologiae illustrat *Iohannes Clericus* in arte Critica tom. I. p. 165. 196. Alium locum, ingeniose tentatum, vide si placet in *Ephemeridibus* litterariis Berolinensibus ann. 1698. p. 361. Gallice apologiam vertit post *Antonium Venderium*, qui versionem suam memorat p. 81. Bibl. Gallicae, *Francisc. Hottonmann.* Lugd. 1549. et *Ludou. Girium*, cumque notis edidit *Andreas Dacierius*, italice *Sebasl. Ericius*, vt paullo ante in *Euthyphrone* dixi. *Hieronymus* quoque *Cardanus* accusationem Socratis scripsit, idem, qui volumine singulari laudauit *Neronem*. *Cardano* pro Socrate respondit *Georgius Raphaelius*, Hamburg. 1696. 8.

III) ΚΡΙΤΩΝ ἢ περὶ πρακτῶν, ἡθικός. *De eo quid agendum*, Socratis, in carcere ex somno excitati, cum Critone, suadente, vt aufugeret, disputatio. Inscribitur etiam in editionibus, *περὶ δόξης ἀληθῆς καὶ δικαίας*, praecipue continet pulcram prosopopoeiam legum, in-

oo) De hac pro Socrate Apologia videtur accipiendus locus *Plutarchi* lib. de auditione pag. 40. vbi ait, Platonem reſcripſiſſe orationem Lysiae, siue argumentum, a Lysia in oratione tractatum, de nouo tractasse. Idem p. 45. *Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τῶν*

*Λυσία λόγον ἔτε κατὰ τὴν εὐρεσιν ἐπαινῶν καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος, ὅμως αὐτῶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ προγγύλιος ἕκαστου ἀποτετόρονται.* [adde supra de *Lysia* in vol. II. pag. 768. et in *Socrate* pag. 685.]



increpantium Socratem, si, licet iniuste damnatus, fugere vellet, et egregie docet vulgi opiniones contemnere, calamitates ferre patienter, inimicos non ulcisci, animo esse erecto ad sola honesta et aeterna. Laudatur a *Cicerone* de diuin. I. cap. 25. Est et hic dialogus inter eos, quos praeter *Girium* [cum apologia Platonis, Paris. 1643. 12.] gallice vertit et notis illustravit *Andreas Daccius*. Italice *Sebast. Ericius* [et *Molza*, vid. *Paitoni* etc. III. p. 113. etc.] Praeter ea gallice vertit *Simon de Vallembert*, Paris. 1542. *Philib. du Val*, Episcopus Sagien- sis, (vid. *Verdierii* bibl. gallicam pag. 723.) et *Petr. du Val* dicitur Crucimano bibl. gallicae pag. 118. 244. 459. etc. iussu regis Critonem vertisse, Paris. 1547. et cum notis Io. de Masse, (Masculi) Andegauensis, ibid. 1582. 4. *Fabric.* Dialogum, *Crito*, teutonice vertit, adspersis obseruationibus, *Heinze*, Director quondam Gymnasi Wimarientis, Weimar. 1781. 4. et vna cum tribus Aeschinis dialogis, Dessau. et Lipsi. 1783. 8. — Francogallice *Sallier* in Histor. acad. inscript. Paris. vol. XIV. pag. 38 sqq. cum notis critic. et philosophicis; cod. reg. MMLXXXIX. vsus est. — Illustratur in singulari programmate a *Rumpelio*, Erford. 1768. — *M. Abrah. Gottlieb Raabe* in Specimine interpretandi Platonis dialogi, qui *Crito* inscribitur, Lipsiae, 1791. de consilio, ordine, oeconomia etc. huius dialogi differit, et II. priora capita obseruationibus varii generis vberioribus illustrat, dialogos Platonis redigit in classes, et hunc dialogum ad classem philosophico-dramaticorum refert. *Harl.*

IV) ΦΑΪΔΩΝ ἢ περὶ Ψυχῆς, ἡθικός. *De animi immortalitate* <sup>pp)</sup>, quam variis argumentis confirmat, licet fateatur, plane certam demonstrationem asserri in praesenti vita vel plane non posse, vel difficillime posse, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέςτερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βεβαιότερα ἰσχυρίσασθαι ἢ λόγῳ θεῖα τινὸς διαπορευθῆναι, nisi detur firmitus securiusque niti diuino aliquo testimonio. Hunc dialogum Platoni frustra abiudicasse traditur *Panaetius*, Stoicus <sup>qq)</sup>, cuius sententiam eleganter refellit Epigramma <sup>rr)</sup> lib. I. Anthologiae cap. 44. p. 94. quod in MS. tribuitur Leonidae Alexandrino. Εἰς τὸν Φαῖδωνα διάλογον Πλάτωνος νεθευόμενον ὑπὸ Παναίτιος.

Εἴ με Πλάτων εἰ γράψε, δὴά ἐγένοντο Πλάτωνε  
 Σωκρατικῶν ὄρων ἄνθεα πάντα φέρω  
 Ἄλλὰ νόθον μ' ἐτέλεσσε Παναίτιος, ὅς ῥ' ἐτάλασσε  
 Καὶ ψυχὴν θνητὴν, καμὲ νόθον τελέσσει <sup>ss)</sup>

Nempe

pp) Conf. *Fabricius*, libr. de scriptor. de veritate religionis christianae p. 148 sq. *Heum.*

qq) Fallitur elegantissimus *Muretus* tom. II. orat. 8. p. 286. tradens, fuisse, qui Platonis Phaedrum Panaetio tribuerent.

rr) Latinam huius epigrammatis versionem metricam exhibet *Camerar.* in *Aphthonio* suo p. 224. *Heum.*

ss) Hoc epigramma *Wernsdorfus*, Prof. quondam *Dantiscanus* celeb. ita dupliciter vertit:

Vol. III.

*Si Plato non scripsit me, binos pone (finge)*  
 Platonos,

*Socratici foetus, cui decor omnis adest.*  
*Suppositum facit ille Panaetius, qui simul audet*  
*Mortales animas reddere meque nothum.*

vel sic:

*Si Plato me haud scripsit, duo forte fuere Pla-*  
 tones,

*Socraticae soboles, nam decus omne fero.*  
*Ass dubium facit ille Panaetius: sustinet idem*  
*Mortales animos reddere meque nothum.*

K

Nempe Panaetius a Platone de animae immortalitate dissentiebat, ut auctor [P] etiam Cicero I. Tusc. qu. [cap. 32. vbi vid. Dauif.] Ait igitur poeta, non mirum esse, si Phaedo Platonis in dubium vocetur ab eo, qui ipsam negauit animorum immortalitatem. Sed fortassis falsus est poeta, nec recte cepit, quod apud Laertium II. 64. legas a Panaetio solos, tamquam genuinos Socraticos, admissos dialogos, quos edidissent Plato, Xenophon, Antisthenes, Aeschines: de Phaedonis et Euclidis addubitatum, reliquos vniuersos reiectos. Ex quibus verbis perspicuum est, Panaetium non in dubium vocasse Phaedonem Platonis, sed dubitasse, an dialogi, a Phaedone et Euclide editi, vere Socraticorum nomen mererentur. Scripsit autem Phaedo, Eliensis, teste eodem Laertio II. 109. dialogos, Zopyrum, Simonem et forte alios; sed de quorum auctore ambigebatur, Niciam, Medum, Antimachum, siue Senes, et sermones Scythicos. Ceterum hunc, de quo in praesenti agimus, dialogum Platonis Phaedo ipse legit, teste Athenaeo lib. XI. p. 505. et negauit, se quicquam eiusmodi dixisse, qualia a Platone locutus fingatur. Idem Cicero, ne alios iam nomine, sine controuersia adscribit Platoni. *Platonis*, inquit, *liber, qui est de animo*, [Tuscul. quaest. I. cap. 11.] is alio nomine Phaedon dicitur, [adde eundem Tusc. I. 24. de N. D. III. 33. extr.] Librum *de bono mortis* vocat Aurel. Victor de viris illustr. cap. 80. Et licet inter *Aeschinis* Socratici dialogos quoque fuerit Phaedo, si Suidae credimus, falso saepe atque incerto testi: Platonis tamen nomine hunc omnes laudant, christiani praecipue scriptores, Tertullianus, Origenes, Eusebius et alii<sup>1)</sup>: sed ethnici quoque, graeci et latini. Notum praeterea vel ex *Flori* IV. 2. 71. quod *Cato*, antequam mortem sibi conscisceret, lecto noctu ad lucernam Platonis Phaedone paululum quieuit: tum circa primam vigiliam stricto gladio reuelatum manu pectus semel iterumque percussit. Idem refert *Dio* XLIII. p. 218. *Appian*. II. de B. Ciu. fol. 489 sq. Plures scriptores, eandem rem narrantes, in notis ad *Florum* laudarunt Iohannes Camers et Freinshemius. [conf. *Plutarch*. in vita Cat. min. cap. 89 sq. *Lactant*. III. 17. *Dauif*. ad Max. Tyr. pag. 10. edit. I.] Simile quid apud Ciceronem Tusc. I. cap. 34. Lactantium l. c. Hieronymum tom. V. p. 60. Augustinum, [Eudociam in *Violario* p. 272 sq.] Nonnum hist. 15. in Greg. Nazianz. epigr. pag. 275. Wechel. et alios legitur de *Cleombroto*<sup>2)</sup>, quem Ἀμβρακιωτικὸν μεζάρκιον vocat *Georgius Pachymeres* in Diatriba de sex philosophiae definitionibus. In eundem Cleombrotum exstat *Callimachi* Epigramma lib. III. Antholog. cap. 33. [et in edit. Ernestina *Callimachi* epigr. 24. pag. 292. vbi vid. Bentlei.] quod occurrit etiam apud *Sextum Empiricum* lib. I. cap. 2. p. 10. contra *Mathemat. Ammonium* *Hermeae* in *Porphyrii* *Isagogen* p. 6. alterum *Ammonium* in *Γράμματα* et *Theodosium Alex.* in scholiis ineditis ad *Dionysium Thracem*, vbi *Cleombroti* facti, qui post lectum Platonis librum de muro se praecipitauit, (siue ut *Callimachus* ait, ἤλατο εἰς αἶδην, *desiit in mortem*, *Sen. Epist.* 77.) oppositum legas iudicium *Olympiodori*, philosophi, qui adfirmavit, iam pridem se e vita excedere voluisse, nisi de statu animae ex Platonis Phaedone certior redditus fuisset: [P]

Εἰ μὴ γράμμα Πλάτωνος ἐμὴν ἐπέδησεν ἐρωήν,  
Ἴδῃ λυγρὸν ἔλυσαι βίη πολυκηδέα δεσμόν.

Paulino

1) Adde Iac. Pontani *Φιλοκαλία* VII. 13. pag. 235 sqq.

2) *Theobrodus* vitiose apud Petrum Abaelardum lib. II. theolog. christianae pag. 1224. vbi

magne id potius, quam bene factum ab illo, ex ipso ait eum Platone potuisse cognoscere, tom. V. thesauri anecdotor. Marteniani.

Paulino (Antonio) tamen iudice, carmine aduersus paganos v. 38. Platonis de anima liber *praeter titulum nil certi continet intus*. Certe ne Aristoteli quidem persuasit, si credimus Theodorito lib. V. *Θεραπειν*. Argumenta Platonis confutanda sibi sumsit Gomes. Pereira in margarita philosophica p. 619 — 632.

*Olympiodori* responſionem ad obiectiones varias, *Phaedoni* oppositas, vna cum commentario ad capita CLVII. habeo msst. Meminit in illa commentariorum *Iamblichi*, et *Plutarchi* et *Soriani*. *Olympiodori* commentarius in *Phaedonem* MS. exstat in variis bibliothecis. *Fabric.* In quibus lateat bibliothecis, cl. *Fischerus* in notitia codd. msst. Platonis ex *Montfauconio* aliisque indicat. — Laudantur particulae a *Wytenbarchio* ad *Plutarchum* de S. N. V. p. 80. 83. *Ruhnken.* ad Xen. M. S. p. 220. edit. *Ernesii* etc. atque *Fischerus* particulas, ab aliis viris doctis publicatas, in nouissima dialogorum IV. editione suo quamque loco posuit. *Democriti*, *Platonici*, *Longini* tempore viuentis, commentarios in *Phaedonem* et *Alcibiadem* laudat *Olympiodorus* in particulis, a *Ruhnkenio* in diss. philol. de *Longino* §. 4. editis. *Longini* comm. in *Phaedonem* laudat *Olympiodorus* in commentarii inediti particula, a *Ruhnkenio* I. mem. §. 6. p. 13 sq. vulgata. Est vero mst. in bibl. *Vindob.* vid. *Lambec.* comm. VII. cod. XX. p. 114 sq. edit. *Kollarii.* *Harl.*

*Procli* in *Phaedonem* intercidit, et latina *Apuleii* versio, [quae memoratur a *Sidonio Apollinari* lib. II. ep. 9. et *Prisciano* lib. X. Superest vero alia *Aristippi* latina in bibliotheca corporis Christi *Oxonii*, qua vsus est *Nathan. Forsterus.* *Crollius.* *Ficini* versio lat. separatim prodiit *Parisi.* apud *Caluarin.* 1536. ibid. apud *Morel.* 1554. 4. *Harl.*]

E recentioribus *Phaedonem* illustravit *Sebastianus Foxius*, cuius commentarius vulgatus est *Basileae*, 1566. fol. Anglice *Theobaldus*, (idem, qui vitam *Catonis* vulgavit.) *Londini*, 1716. Gallice cum notis edidit *Andreas Dacierus*. Italice *Sebast. Ericius*. [Germanice *Io. Bernhard Koehler*, *Lubecensis*, Prof. quondam *Gottingensis*, *Lubecae*, 1769. 8. et *Aug. Guil. Ortleb*, cum notis, *Francos.* et *Lipsiae*, 1771. 8. *Hofmannswaldau* in suis veris. etc. *Vratislau.* 1679. 8.] Nec praetereundum *Danielis Heinſii* Poema eximium de contemptu mortis, cuius argumentum magnam partem petatum e *Platone*: [*Lugd. Bat.* 1621. 12. ex offic. *Elzeu.* recusum in collectione poematum eius lat. et graec.] Dum autem *Plato* immortalē animam esse defendit, ex altera parte incidit non modo in falsum dogma de animabus, ante corpora praexistentibus, et de *μετεμψυχώσει*, quam recidiuatum et reciprocum discursum animarum appellat *Tertullianus*: sed et in alium incurrisse videtur errorem haud leuem, quod immortalitatem hanc, atque, vt ita dicam, indestructibilitatem superstruxit dogmati de *ἀυτοκινησία* animae, vnde sequatur, illam aeternum esse et increatum motus principium<sup>vv</sup>), quod soli deo proprium est. Vide *Ioñ. Baptistam Crispum* de Philosophis caute legendis distribut. I. lib. I. et *P. Baylii* librum, gallice editum, sub titulo responſionis ad quaestiones cuiusdam hominis e *Prouincia* tomo I. cap. 12. *Nicol. le Nourry* apparat. ad biblioth.

K 2

patrum

vv) Huc spectat illud *Arnobii* lib. II. pag. 47. *Animus, qui immortalis vobis* (necessitate nimirum essentiae, qua ratione solus deus habet immortalitatem 1 *Tim.* VI. 16. non Dei conditoris voluntate immortalē ipsi naturam tribuentis) et

*deus esse narratur*. Rectius idem *Plato* in *Ti. maco*: Θεοὶ Θεῶν, ἔν ἐγὼ δεικνύργός πατὴρ τε ἔργων, & δὲ ἐμῶ γενόμενα ἅλυστα ἐμῶγε θείλοντος. Conf. *Io. Turneri* epist. contra *Dodwell.* pag. 83.

patrum fol. 420. Vsque adeo abest Plato <sup>ww)</sup> et abfuit procul ab Epicuri opinione, animum nostrum natura mortalem [P] statuente, quam vtinam profanis hominibus incrustandam nuper reliquisset doctissimus et praestantissimus Dodwellus. *Fabric.* Praeter *Pseudo-Origenem* in philosophumenis, p. 118 sqq. edit. Wolfii, qui in notis plura de hoc argumento disserit pluresque citat viros doctos, tum praeter Cudworthum eiusque interpretem, Moshem. ac Bruckerum, Meinersium et Tiedemannum in variis libris illustrata est Platonis sententia de animo eiusque ortu et immortalitate:

*Marsilii Ficini Florentini theologia Platonica de animorum immortalitate ad Laurentium Medicen virum magnanimum.* In calce: *Impressum Florentiae per Anton. Miscominum, anno salutis MCCCCLXXXII.* fol. vid. de Bure Bibliographie instructive. vol. de la Jurispr. et des scienc. nr. 1266. p. 159 sq. rec. Paris. 1559. 8. et in eius Operibus, Basil. 1561. fol. II. voll. in vol. I. nr. 2.

De Platonica animorum immortalitate differit *Ioach. Sam. Weickhmann, Wittebergae, 1740. 4.*

*Christ. Ern. de Windheim* examen argumentorum Platonis pro immortalitate animae humanae, diss. Gottingae. 1749. 4.

*Georg. Henr. Ribou* in diss. de anima brutorum, adiecta *Hieronymi Rorarii* libro, quod animalia bruta saepe ratione vtantur melius homine, Helmstad. 1728. 8. cap. 19. p. 682 sqq.

*D. Michael Gottlieb Harfchius* in diatriba de enthusiasmo Platónico, sect. III. IV. etc. Lipsiae, 1716. 4. conf. *Acta Erud.* 1716. pag. 434. et *Heumann.* in *Actis philos.* tom. II. pag. 301 — 310.

*Andr. Chr. Cleemann* diss. de necessitate *Θεος τινος λογος*, ex sententia Socraticorum ad *Plat. Phaedonem* cap. VII. 50. Misena, 1746. 4.

Io:

*ww)* Platonem, veluti suae sententiae fauentem, citat *Dodwellus* in *Dissertat. Epistolica* anglice edita Lond. 1706. 8. de anima, per naturam mortali, p. 22. 59. 96. et in praemonit. p. 21. Sed aduersarium ipse agnoscit p. 33. 60. et 66. vt probe obseruauit *Sam. Clarke* Epist. ad *Dodwell.* pag. 25. [conf. *Mr. Dodwell's Hypothesis concerning the Immortality of the Soul, exacted from his Writings upon that Subject. By the Author of his Life, (Francis Brokesby,) London, 1714. 8.]* Sane in *Timaeo* etiam, vbi nihil non extra Deum, atque adeo animas quoque natura dissolubiles docet *Plato*, hoc neutiquam eo sensu intelligit, quasi a deo non ipsis data fuisset natura immortalis, quae viri clarissimi sententia est, opinantis in solis illis, quibuscum foedus iniit deus, animos ab ipso post facta conferuari, praeter naturam illarum, per ipsius omnipotentiam ad poenas infligendas, vel per spiritum Christi in baptismo impertitum et ab anima

hominis distinctum ad vitae sempiternae perfruitionem. *Platonis* contra *Timaeus* animas dissolubiles fuisse innuit, nisi deus, qui eas progenuit, vniuersas immortales esse iussisset. *Iustin Martyr.* dialog. cum *Tryphone* pag. 224. *Irenaeus* II. 64. *Fabric.* *Controuersia*, inter *Dodwellum* et *Clarkium* agitata, prelum mire exercuit, et vterque nactus est sectatores aut aduersarios. Plurium scripta recenset *Windheim* in *Bemühungen der Weltweisen* vol. II. part. V. p. 333 — 354. Atque alii, qui multi sunt, et de animo eiusque immortalitate scripserunt, modo breuiter, modo fusius *Platonis* sententiam argumentaque exposuerunt. Idem *Windheim* l. c. vol. V. p. 188 — 209. recenset *Coliber* libr. *Free Thoughts concerning Souls* etc. Londini, 1734. 8. vbi nr. III. et IV. *Platonis* sententiae examinantur, et p. 209 sqq. aliorum de hoc argumento scripta indicantur. *Harl.*

*Io. Christoph. Gottleber* animaduersiones ad Platonis Phaedonem et Alcibiadem II. in Actis erudit. Lipsienf. 1769 Febr. pag. 53 sq. April. pag. 187 sqq. Maio pag. 218 sqq. tum vno singularis libri fasciculo coniunctae, et adiuncto Excurfu in quaestiones Socraticas de animi immortalitate, Lipsiae, 1771. 8. conf. *Klotz* acta litter. vol. VI. part. III. nr. VIII. pag. 345 sqq.

*Io. Car. Zeunii* animaduersiones in Phaedonem, Lipsiae, 1773. 4. in Actis erudit. Lipsienf. 1772. April. pag. 169 sq. tum mutatae, castigatae, auctaeque in libro eiusdem: Animaduersiones ad Anacreontem, *Platonem* et *Xenophontem*. Lipsiae, 1775. mai. 8. p. 113 sqq.

*Caroli Frid. Guil. Schmidii* disp. praef. Godofredo Plouquet, super Phaedone Platonis. Tubingae. 1781. 4. Agit primum de Socraticis discipulis, a Platone memoratis. Tum persequitur placita et opiniones, de quibus in dialogo disputatur.

*Franc. Volt. Reinhardi* diss. ad Phaedon. 6. de morte voluntaria, quid et quam clare praecipiat philosophia. Witteberg. 1778. 4.

*Ern. Godofr. Lilie* disp. Platonis sententia de natura animi. Gottingae, 1790. 8. coll. ephem. Gotting. litter. 1790. plag. 176. et Paulli Biblioth. von Anzeigen — kleiner — Schriften. Ienae, 1791. vol. II. part. IV. p. 179 sqq. *Harl.*

*Samuel. Gottlieb Lunde* Commentatio de solatiis aduersus mortis horrores in *Platone* et Nouo Testamento obuuis. Lipsi. 1792. 4.

## TETRALOGIA II.

V) ΚΡΑΤΥΛΟΣ ἢ περὶ ὀνομάτων ὁρθότητος, λογικός. Librum de rectitudine nominum vocat Philoſofus XXXI. 9. Epist. Vterque titulus huius dialogi exstat etiam apud Suidam in ὑπὲρ τὰ ἐπικαμμένα. Agit de recta nominum ratione, vtrum φύσει an θέσει rebus imposita fuerint, et disputat quaedam ὑπὸ Θεοτέρους δυνάμειως εἶναι ἢ τῆς τῶν ἀνθρώπων. In Etymologiis non raro infeliciter versatus est Plato, vt obseruatum *Huetio* in *Huetianis* p. 222. et *Aegidio Menagio* ad *Laert.* III. 25. qui *Origines* linguae graecae edere voluit et cap. 76. *Anti-Bailleti* testatur, se vix sex bonas etymologias reperisse, cum simili studio *Platonicas* examinasset, quo *Iosephus Scaliger* *Varronianas*. Idem pag. 149. ad *Laertium*: *Platonis in Cratylo sunt fere omnia Pseudetyma, pace tanti viri liceat dixisse: sed de his alibi.* [Sed in alia omnia transit *Meiners.* in hist. doctrinar. apud Gr. etc. II. p. 762 sqq. ratus, *Platonis* consilium fuisse, contortas *Prodicti* et aliorum etymologias risui exponendi; tum *Cratylum* refutandi, omnia vocc. esse exemplaria, imitationes et quasi imagines rerum: quam sententiam vberius persequitur et probat exemplis. *Harl.*] Seorsim excusus *Philosophi Cratylus* graece et latine 1527. Argentorat. 1541. 4. Gallicae suae translationis meminit *Antonius Verderius* *Bibl. Gallicae* p. 81. [*Cratylus* illustratur a *Garnier.* in *Comm. acad. Paris.* Inscr. tom. XXXII. p. 190 — 211. ab *Hifsmanno* germanice vers. in *Magazin für die Philosophie*, tom. V. p. 319 sqq. et a *Ioh. Frid. Fischer.* *Rech. Schol. Thom. Lipsi.*, pluribus *Commentatt.*, quarum prima prodit Lipsi. 1791. extr. 4.]

*Procli* Commentarius siue scholia MSS. exstant in variis bibliothecis, [Barberina et aliis Italiae bibliothecis, et inter libros MSS. *Isaaci Vossii.* *Maximi Tyrii* scholia in *Cratylum* exstiterunt in *bibl. vet. Palat.* teste *Sylburgio* in *Cat. msst. graec.* nr. 386. in monument. pietat. et

litt. p. 723.] vt alibi dixi. [vol. VIII. p. 530. Excerpta in bibl. Bauar. Monac. cod. CLXII. teste Catal. pag. 62.]

VI) ΘΕΑΪΤΗΤΟΣ ἢ περὶ ἐπιτήμης, πειρατικός<sup>xx</sup>). De scientia, siue aduersus falso iactatam sophistarum scientiae comparandae rationem: et verae philosophiae studium propter ipsorum vanitatem, auaritiam, imperitiamque ac fraudes non esse negligendum. Inter alia in hoc dialogo perstringuntur obscura scripta Heracliti et Philosophi Heraclitei, vt in Phaedone scripta Anaxagorae.

*Procli* commentarius in Theaeteto intercudit, nec minus *Luperci Brytii* liber περὶ τῆ παραὶ Πλάτωνι ἀλεκτρυόνος, ad verba in Theaeteto pag. 77. edit. Basil. Φαινόμεθα μοι ἀλεκτρυόνος ἀγενῆς δίκην πρὶν νενικηθέναί, ἀποδύσαντες ἀπὸ τῆ λόγος ἄδειν.

Locum ex Theaeteto, quo Socrates confert Philosophum cum viro, ciuilibus adstricto negotiis, gallice transtulit *Claudius Florus (Fleury)* ad calcem libri de delectu ac methodo studiorum: [aliumque, qui ad doctrinam Protagorae pertinet, in tom. XVI. hist. acad. Inscr. Paris. 1752. *Sallier* in Mem. de l' acad. Par. des Inscr. vol. XIII. pag. 317 sqq. pars versionis in Hist. eiusdem acad. a Gottschedia in sermonem german. translata part. VIII. pag. 102 sqq.]

VII) ΣΟΦΙΣΤΗΣ ἢ περὶ τῆ ὄντος, λογικός. De *Sophista*, quod ita differat eius doctrina a vera sapientia, quemadmodum res falsa a vero ente. Conferenda elegans *Themistii* Oratio IV. (in *Harduini* edit. XXIII.) qua Platonica κριτήρια sophistae sibi non conuenire disputat. [P] Latine reddit *Petreius Tiaræ*. Louan. 1533.

*Porphyrus* commentarii<sup>yy</sup>) *Boethio* laudati interciderunt. Latina *Petreii Tiaræ* versio prodit Louanii 1552. 8.

VIII) ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ ἢ περὶ βασιλείας, λογικός. De prudentia politica, ac de regno, eiusque origine, fine, et quod rex debeat esse pater ac pastor populorum.

### TETRALOGIA III.

IX) ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ, ἢ περὶ ἰδεῶν, λογικός. *Aristides* tom. III. pag. 508. vocat τὸ γράμμα *Θεῖον*. Subtilis dissertatio de ideis et essentia rerum intelligibili. Fingit *Parmenidem* cum *Socrate* confabulantem, licet hoc temporum rationi aduersari notarit *Athenaeus* lib. XI. p. 505. F. et *Macrobius* lib. I. cap. 1. Saturnal. Similiter *Hieron.* Epist. ad *Nepotian.* tom. IV. p. 262. de alio quodam dialogorum scriptore, vnus quidam, inquit, poeta nominatus, homo perlitteratus, cuius sunt illa colloquia poetarum ac philosophorum, quum facit *Euripidem* et *Menandrum* inter se, et alio loco *Socratem* et *Epicurum* differentes, quorum aetates non annis, sed saeculis esse disiunctas, quantos is plausus et clamores mouet! Multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul litteras non didicerunt.

Exstat

xx) De *Theaeteto* hoc Atheniensi vide *Antholog.* epigrammat. pag. 137. edit. *Wechel.* Quinque corpora regularia, mundo et elementis aptasse et magnam in Astronomicis famam sibi conciliaffe notat *Ricciolus* in *Almagesto.* *Eusebius* in *Chron.*

*Olymp.* LXXXV. *Theaetetus Mathematicus cognoscitur.*

yy) Vide *Holstenium* in *Porphyrus* Vita pag. 54. cap. VI.

Exstat *Procli* <sup>zz)</sup> Commentarius MS. Aselepiodoto inscriptus, et *Damascii*, [in bibl. Vatic.] teste Gesnero in Bibl. p. 340. et Labbeo Bibl. noua MSS. <sup>aaa)</sup> *Marini Iamblichique*, quem laudat *Syrianus* in II. *Metaphys.* pag. 29. b. perit, et *Firmi Castircii* quoque ac *Galen*, vt e *Damascio* in vita *Isidori* apud *Photium* p. 571. edit. *Hoeschelii* colligo. Sane *Galenus* scripserat libros tres *πρὸς τὸς ἐπίτερας ἢ Πλάτωνος περὶ ἰδεῶν δόξαντας*, vt ipse testatur de libris propriis tom. IV. pag. 368. Ceterum fallitur *Menagius*, ad *Laert.* III. 58. adfirmans, *Marinum* putasse hunc dialogum inscribendum *περὶ Θεῶν*, non *περὶ εἰδῶν*. Potius sensus est, *Marinum* aduersus *Procli* sententiam contendisse, quod *Platonis Parmenides* non sit interpretandus *περὶ Θεῶν*, sed *περὶ εἰδῶν*. Ita *Suidas* et *Photius*. *Scipionis Agnellii* disceptationes de ideis, in tres libros distributae, viderunt lucem Venetiis 1615. 4. Consule etiam, si placet, quae de ideis ex *Platonis* mente disputat *Syrianus* ad *Metaph.* XII. *Seneca* *Epist.* 58. et 65. *Fabric.*

[*Parmenidem* *Platonis*. *italice* vertit et illustravit, praemisitque *diff. Antonius Contius*, abbas, *patricius Venetus*, 1743. 4. (conf. *Journ. des Sçavans* Jan. 1750. tom. 150. et *de Windheim* Göttingische philosoph. Bibliothek vol. III. part. VI. pag. 523 sqq.) Existimat *Contius*, *Parmenidem* aequalem fuisse *Socratis*, *Metaphysicam* *Platonis* a philosophia *pythagorica* non fuisse diuersam, agit de *stilo* *Platonis*, de sententia illius de deo et materia, *metaphysicam* *Platonis* ab *Aristotelica* verbis, non re, fuisse aliam, et persequitur argumentum dialogi etc. Sed eum aeque ac *Serranum*, quod ad intelligentiam *Procli* adinet, reprehendit et excerpta ex *Parmenide* dedit *Iac. Stellinus*, philosophus *Patauinus*, (mortuus 1770. aetat. 71.) in *Operibus* variis, *italice* scriptis et ab *Antonio Euangel.* curatis vol. V. *Patau.* 1783. Meliora tamen dedit *Tiedemannus* in noua bibl. philol. et critica *Gotting.* vol. I. fasc. II. p. 246 sqq. et in argumentis *Platonis* p. 339 — 356. Idem *Stellini* *ibid.* tom. IV. pag. 124 — 143. reliquerat lucubrationum *ethicarum* librum singularem de scopo et ordine dialogi *Platonici*, *Lyfis*, a *Serrano* male intellecti, et p. 193. dialogi, *Philebus.* *Hartl.*]

## X) ΦΙΛΗ-

<sup>zz)</sup> *Cl. M. Nürnberger* de cod. *Veneto* haec ad me fere scripsit: *Proclum* in hoc commentario eundem esse, qui est in reliquis suis in *Platonem* commentariis, i. e. parum respicere ad historiam philosophiae, et *Platonem*, vbi tantummodo fieri possit, *mystica* ratione explicare: dialogum hunc ab eo referri ad *dogmaticos* in eoque, illius mente, explicari *Platonis* sententiam de summo bono, de deo. Illum codicem iam adhibuit *Io. Gul. Thomson* in sua illius dialogi editione, *Oxon.* 1723. At, *indice* *Nürnbergero*, *Thomsonus* non obseruauit ex codice, alteram dialogorum inscriptionem non profectam esse a *Platone* ipso, quum *Proclus* discrete adnotasset, veteres quoque inscripsisse *περὶ ἰδῶν*, ex quo patere concludit *Nürnberger*, inscriptionem libri non habere ipsum *Platonem* auctorem. Aliquoties in codd. bibl. *Ambros.* *Mediolan.* teste *Montfaucon.* apud *Fischer.* pag. 181 sq. De cod. *Vindobon.* *Procli* et *Damascii* in *Parmenidem* et de versione *Procli* commentariorum lat. vel potius epitome illorum ab *Ant. Herm. Gogaua*, *Grauiensi*,

facta, vid. *Lambecium* et *Kollar.* *comm. de bibl.* *Vindob.* VII. cap. 18. pag. 88 sqq. *Fabric.* in vol. VIII. p. 530. *Hartl.*

<sup>aaa)</sup> Exstat *Procli* comment. scriptus in bibl. *Laur. Medic. Flor.* Cat. III. p. 251. *Ven. D. Marci* cod. CXCI. in biblioth. *Athenaci reg. Taurin.* cod. CXXXI. vid. *Catal. huius bibl.* tom. I. pag. 230. in bibl. *Scorialensi*, vid. *Plier* *itiner. hispan.* p. 187. in bibl. *Bodleiana* vid. *Catal. MSS.* codd. *Angliae*, tom. I. pag. 132. nr. MMDXXXIII. Particulas ex *Procli* comment. dedit *Ruhnken.* ad *Xen. M. Soc.* III. p. 220. et in *diff. de Longino* §. 6. p. 16. *Toupii* edit. *Longini* praefixa. *Damascii* comment. exstat mstus in biblioth. *Veneta D. Marci*, in codd. CCXLV. CCXLVI. teste *catal.* in bibl. *Bauarica* et *Matrit.* teste *Iriart.* in *catal.* p. 328 sq. vbi de *Damascii* libris agit: item in bibl. *Scorial.* olim in bibl. *Didaci Hurtadi Mendozae*, teste *Gesner.* in bibl. addé *I. M. Gesner.* inter *fragm. Orphei* pag. 406 sq. *Hartl.*

X) ΦΙΛΗΒΟΣ ἢ περὶ ἡδονῆς, ἡθικός. *De Voluptate*, quod nec in illa bonum hominis consistat, nec in φρονήσει, sed in utriusque communicatione cum summo bono, deo. Schol. ineditum gr. in Philebum laudat *Allatius* cap. 10. de mensura temporum p. 100.

*Galenus* liber περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων, tum *Eubuli* et *Procli* commentarius intercidit, nec minus *Marini* ab auctore ipso flammis traditus. Exstat *Olympiodori* commentarius MS. cat. MSS. graec. *Seguerii*, pag. 16. *Fabrie*. Vindobon. in bibl. Caesarea, teste *Lambecio* VII. cod. XX, 3. pag. 115. sunt eclogae scholorum in Philebum ex ore *Olympiodori* exceptorum. Bononiae in bibl. S. Saluatoris fuerunt *Olympiodori* comm. graeca in *Phaedonem* et *Philebum*, et *Theonis* mathematica *Platonis*. vid. *Conr. Gesneri* biblioth. v. *Olympiodor.* p. 641. 786. edit. *Frisii*. in bibl. *Scorial.* teste *Plüer* in itiner. Hispan. p. 187. *Saeptius* in bibl. regia *Parif.* secundum *Catalog.* cod. MDCCCXXII. MDCCCXXIII. MDCCCXXIV. MDCCCCLXXVIII. p. 407. et 428. cod. MMXV. p. 432. — in bibl. *August. Vindelic.* *Reifer* in catal. p. 82. p. 88. in quorum posteriore codice sunt breuia in plures dialogos scholia, quorum partem, editione dignam, vulgavit *Fischerus* in suis *Platonis* dialogis. — In *Platonis* *Alcibiadem*, *Phaedonem*, *Philebum* et *Gorgiam* comment. *Olympiodori* fuerunt in bibl. *Nesteri*, archiatri *Saxon.* vid. *Thom. Reinesii* Epp. ad *Nesteros*, patrem et fil. ep. 10. p. 19. fragmenta tria dedit *Gesnerus* inter fragmenta *Orphei* p. 410. *Serranum*, qui consilium dialogi haud recte percepit, *Stellini* in *Opp.* vol. V. correxit. *Harl.*

XI) ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ, ἢ περὶ ἔρωτος, ἡθικός. *Conuiuium* siue *de Amore*. Ita vulgo hic dialogus inscribitur, tum in editionibus, tum apud *Laertium*, licet verum titulum *Platonici* symposii esse περὶ ἀγαθῆς, *de bono*, contendat *Lambecius* lib. VII. de *Bibl.* *Vindob.* p. 2. Sane de *Amoris* laude tota est disputatio, qui p. 329. definitur ὁ ἔρως τῆ το ἀγαθὸν αὐτῷ εἶναι ἀεί· *adpetitio, qua bonum sibi semper esse cupit* <sup>uu</sup>). *Athenaeus* lib. I. *Dipnosophist.* obseruauit numerum conuiuiarum duodetriginta. Plures *Anachronismos* [P] in conuiuio *Platonis* notauit *Aristides* *Oratione* II. *Platonica* tom. III. p. 475. 476. or. III. pag. 551. et *Athenaeus* <sup>ccc</sup>) V. p. 187. 192. 216 sq. Confer *Casaubonum* ad *Athen.* V. 18. *Aristophanem* in eo comice suggillatum, atque adeo sui in *Comoedia* profectus specimen editum a *Platone*, tradit *Olympiodorus* in vita ipsius p. 585. *Diophanis* defensio pro *Alcibiade*, in *Platonis* *Symposio* pag. 333 sq. *Soerati* se proflituere volente, memoratur a *Porphyrio* in *Plotini* vita cap. 15. qui illam adplaudente *Plotino* confutauit. Ceterum apud antiquos vulgati moris fuisse, in conuiuio eruditas ventilare quaestiones, antequam psaltriarum, citharistriarum et saltatricum vsus in illis obtineret, notatum post alios *Apostolio* VIII. 3. *Prouerb.* *Platonis* symposium imitatus *Methodius* in *Conuiuio* virginum. *Platonico* *Xenophonteum* praefert *Philo* lib. de *Therapeutis* p. 694. de *Platonico* vide et *Origenem* praef. in *Canticum* *Canticor.* *Francisci Catanei Diacetti* senioris, qui ann. 1522. *Florentiae* in patria sua aetat. 55. obiit, enarratio in *Platonis* *Symposium* prodiit *Basil.* fol. cum libris III. de pulcro, libris III. de amore *platonico*, aliisque

bb) De argumento, consilio et ratione dialogi vid. censorem editionis *Fischerianae* in bibl. critica, vol. I. *Amstelod.* 1779. p. 34 sqq. *Meiners.* in *vermischten philosoph. Schriften* tom. I. pag. 90. *F. A. Wolf.* in *prolegom.* ad suam editionem, et

editorem *Bipontin.* *Opp.* *Plat.* vol. X. in notit. *litar.* pag. IV. *Harl.*

ccc) Quem *Platoni* infensorem esse, *Casaubon.* ibi pag. 187. adnotauit in margine. *Heum.*



aliisque scriptis, quibus Platonis Theagenem, Aristotelisque physica et politica illustrat. Latine vertit Symposium Platonis cum Symposio Xenophontis *Ianus Cornarius* Basil. 1543. 8. [Anno 1561. filius eius post obitum patris totum Platonem Cornarii cum eclogis euulgavit.] Gallice, additis etiam tribus libris commentariorum, *Lud. Regius* Paris. 1569. (1559.) 4. [conf. *Gedoyu* in Hist. acad. reg. Paris. Inscr. tom. II. vers. Gottsched. pag. 65 sqq. Priora capita Symposii pulcre vertit *Io. Racine*, quae in eius Operum Paris. 1768. 8. sub finem tom. V. leguntur. Racinius hanc opellam susceperat in gratiam feminae humanitatis antiquae studio aequae ut natalium splendore illustris, Mariae Magdalenae de Rochechouart, filiae Gabr. Rochechouartii, ducis de Mortemart; quae ipsa dein versionem, a Racinio inchoatam, ad finem cap. XXIX. vsque pari felicitate perduxit. Itaque *Racino-Rochechouartiana* haec versio inserta legitur in bibl. vett. philosoph. gallice scripta, Paris. 1771. 8. tom. V. p. 519. *Anglice* *Floyer Sydenhamus* cum textu gr. et notis vberioribus Londini 1761. et cum Synopsi Platonis, *Jone et Hippia* utroque 1767. I. vol. dial. Platonis. vid. infra de versionibus. *Germanice* *I. G. Schultheff.* Turici 1782. mai. 8. conf. editorum Bipontin. notitia, vol. X. Opp. pag. V. Huc quoque pertinent, a *Paiton.* in bibl. degli autori — vulgarizzati tom. III. p. 114 sqq. vberius descripti, addita antiquiorum edd. notitia, *Il Commento di Marsilio Ficino sopra il Convito di Platone. Et esso Convito. Tradotti in lingua Toscana per Hercole Barbarossa da Terni.* Venet. 1544. 8. et *Il Convito di Platone e Lezioni sopra la definizione d' Amore di Girolamo Sorboli da Bagnacavallo Teologo e Medico Fisico di Brescello.* Modenae 1590. 4. — *Mich. Angeli Andreoli,* medici, in Galleria di Minerua tom. VI. p. 217 sqq. — Gallice vertit *Mathur. Heretus,* medicus Parisiens. Paris 1556. 4. *Guido Fabric. Boderianus,* ibid. 1578. *Gandouin.* ibid. 1732. 12. *Harl.] Iohannis Pici* Mirandulani in Platonis Conuiuium, siue potius in *Hieronymi Beniuueni* carmen de amore, ad Platonis mentem compositum, libri III. hetrusca lingua scripti leguntur inter *Pici* opera. [quos a *Stanleio* anglice versos, *Olearius* latine reddidit in *Histor. philos.* p. 357 — 380.]

XII) ΦΑΙΔΡΟΣ, ἡ περὶ τῆς καλῆς, ἠθικῆς. *De pulcro falso ac vero,* eiusque amore, contra *Lysiam.* [*Cicero* eius meminit de Orat. I. 7. *Tuscul.* I. 22. vbi vid. *Dauis.* de diuinat. I. 37. cum nota *Dauis.* in Orat. cap. 4. 12. et 13. vbi extrema verba Socratis, in *Phaedro* loquentis, latine exprimit, et de optimo gen. or. cap. V. sect. 17.] Vide *Laertium* III. 25. qui sect. 38. ex *Aristoxeno* refert, hunc primum fuisse ex iis, quos *Plato* scripsit; habere enim quaestionem in illo propositam nonnihil *μεγαλειώδες*, siue iuuenile. Eodem in loco *Dicaearchus* dicitur scribendi characterem in praesenti dialogo ὡς φορτικὸν siue vehementiorem reprehendisse, siquidem, ut *Olympiodorus* auctor est, totus spirat dithyrambum. Ita enim in Platonis vita: Ὅτι τὸς Διδυράμβους ὁ Πλάτων ἠσκητο, δῆλον ἐκ τῆς Φαίδρου τῆς διαλόγου πᾶν πένοντος τῆς διδυραμβώδους χαρακτῆρος, ἅτε τῆς Πλάτωνος τῆτον πρώτον γράψαντος διάλογον, ὡς λέγεται. Nonnullas etiam descriptiones, *Ilissi,* viticisque et graminei strati, ut *alienas* et *superuacuas* culpat *Plutarchus* in *Erotico.* Vtrum *Dicaearchus* librum scripserit *Φαίδρου περιττὰ*, in quo superflua et *φορτικὰ* *Phaedri* notauerit *Platonici,* ut conieciat *Simeo Bosius* ad *Ciceronis* XIII. 39. ad *Atticum,* [vbi vero vid. notas varior.] et *Menaegius* p. 152. ad *Laertium,* valde incertum esse arbitror, et *Reinesius* III. 3. Var. Lect. putauit, a *Tullio* potius respici *Phaedri Epicurei* librum *περὶ Θεῶν,* qui *Phaedrus* memoratur apud eundem *Cic.* ad *Diu.* XIII. 3. *Philipp.* V. 5. de *Legib.* I. 20. de *Fin.* V. 1. Porro *Athenaeo* iudice lib. XI. p. 505. *Phaedrus* Socratis aetate viuus esse non potuit, ne dum ab illo amari; sed

eiusmodi anachronismos iam plures in Platone obseruatos annotauit. Alii quaedam in Phaedro minus caste ac pudice dicta carpere non dubitauerunt, e quibus illustris *Nicolsonus* in collatione cum Deifta, anglice edita, part. II. p. 44. *A man finds there* (in the Phaedrus of Platon) *so much of the ἐξῶν and the ἐξώμενος, with such odd allusions tho that execrable vice, that one had need of a very vertuous thoughts and a very charitable [P] mind to allegorize all the strange metaphors of that discourse into a chaste meaning.* Phaedri amores, Platoni obiectos, notat etiam *Laertius* III. 29. et 31. *Lud. Castelnetrii* animaduersion. in quaedam loca p. 307 — 314. in Opusculis variis criticis Lugduni 1724. 4. Phaedrum, tamquam exemplar dialecticae Platonicae nobilissimum edidit *David. Chytraeus* Rosloch. 1572. dicatumque Fabricio publicis lectionibus fuit interpretatus. vid. *Chytraei* Epistolas p. 138. — *Scipionis Maffei* 100 conclusionione amorose, *Torquati Tassi* 50 conclusionione amorose, cum Vitalis Zuccoli Commentar.

*Procli* commentarius in Phaedrum, cuius meminit V. in Timaeum p. 329. intercidit.

*Hermiae*, siue Hermeae Ammonii Commentariorum libri III. MSti exstant in variis Bibliothecis, [nempe in bibl. Vaticana et S. Augustini, *Romae*. vid. *Conr. Gesneri* Bibl. p. 183. 340. edit. *Frisii*. *Medic. Laurent.* vid. *Bandini* Catal. tom. III. plut. 86. cod. IV. pag. 290. — *Florent.* in bibl. *Benedictin.* *Montfauc.* Bibl. bibliothec. MSS. tom. I. p. 415. A. — in bibl. *Veneta* D. Marci, cum *Procli* comm. in *Parmenidem*, teste *catal.* p. 311. (ex hoc codice *Hermiae* commentarium doctum et ad cognoscendam Plat. philosophiam commentario *Procli* vtiliorem editurus est cl. *Siebenkees*, Prof. philof. *Aldorfinus*;) in bibl. S. Io. de Carbonaria Augustiniana. *Neapoli*, vid. *Montfaucon.* *Diar. ital.* pag. 310. Huius autem bibliothecae historiam, vt ait cl. *Villoison*. in *Anecd. gr.* tom. II. p. 251. not. eiusque codicum graec. recensitionem, *Hermiae in Platonis Phaedrum* commentario graeco a se cum sua versione et notis, cumque noua ipsiusmet Phaedri versione mox edendo praemittet *Bessius*, nouae neapolitanae academiae socius. — *Hermiae* Scholia in Phaedrum et *Procli* comm. in *Parmenidem* in bibl. athenaei *Taurinensis*, cod. CXXXI. vid. *Catal. codd.* tom. I. pag. 230. — In bibl. *Scorial.* vid. *Alex. Baruoetii* *catal. MSS.* illius bibl. apud *Maderum* de biblioth. pag. 143. edit. II. et *Pluer.* *itiner. hisp.* pag. 172. — In bibliotheca regia *Parisiina*, *Hermiae*, *Olympiodori*, *Porphyrii*, *Procli* *Diadochi*, (*Montfaucon.* *Bibl. bibl. msst.* tom. II. p. 955. D.) *Hermiae* comm. libri III. quater, in *Catal. MSS.* cod. MDCCCXXV. MDCCCXXVI. MDCCCXXVII. tom. II. p. 408. et cod. MDCCCCXLIII. pag. 423. — In bibl. *If. Vossii*, nunc publ. *Leidensi*, vid. *Catal. bibl. Lugd.* p. 391. nr. 7. *Ruhnken.* ad *Timaei* *Lex. Plat.* p. 108. edit. II. et alibi, *Goens.* ad *Porphyrii* *antr. nymph.* pag. 94. 101. 108. — In bibl. *Vindobon.* vid. *Lambecc.* *Comm. de bibl. illa lib. VII.* p. 122. p. 90. et *Nessl.* *Catal. part. IV.* p. 554. C. — In bibl. *August. Vindelic.* teste *Reisero*, in *catal.* pag. 82. et p. 88. Scholia breuia in hunc et alios dialogos, quae vulgare coepit cl. *Fischer.* in edit. suis: in bibl. *Hamburg.* vid. *Müller.* ad *Plat. Ion.* pag. 47. in bibl. *Bauar.* cod. CLXIV. *Harl.*] Locum ex illis profert *Allatius* cap. 8. vitae *Homeri*, et alibi: [it. *Ruhnken.* ad *Timaei* *Lex.* saepius: *Valcken.* *Diatr. de deperd. trag.* ad *Eurip. Hippol.* p. 157. B. C. *Müller.* ad *Plat. Ion.* p. 47 sq. qui locum ex cod. *Hamburg.* adfert, emendat et illustrat. *Harl.*] *Rhetorica* praecepta et de *Rhetoribus* antiquis iudicium ex *Phaedro* *Platonis* excerptis et latine retulit *Bessarion* lib. I. in calumniatorem *Platonis* cap. 4. *Platonicam* de amore honesto doctrinam illustrat praeter alios *Leo Hebraeus* tribus dialogis, [tom. I. script. art. *Cabbal.* ex bibl. Io. *Pistorii.* *Basil.* 1587. fol.] qui ex *Italico* in alias quoque linguas translati leguntur, vt latinam,

nam, tum gallicam a Dionysio Sylvestro. Lugd. 1551. 8. etc. [*Il Fedro* — tradotto in lingua Toscana per *Felice Figliucci Senese*. Rom. 1544. 8. vid. *Paitoni Bibliotheca* etc. tom. III. pag. 116.]

## TETRALOGIA IV.

XIII) ἈΛΚΙΒΙΑΔΗΣ ἢ siue Ἀλκιβιάδης ὁ μείζων, ἢ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, de *natura hominis*, *Μεμευτικός*. Non hunc, sed Timaeum respicit Meletius, quum in libro eiusdem argumenti Socratis librum περὶ φύσεως ἀνθρώπου videtur memorare: Σωκράτης δὲ ἐτυμολογίας μᾶλλον μορίων καὶ ὀνομάτων ἐν τῷ περὶ φύσεως συντάγματι αὐτῆ ὡς Γραμματικός, ἢ Φιλόσοφος συνετάξατο. In hoc autem dialogo Socrates Alcibiadi pudorem imponit, quod ignorans se ipsum, et a sapientia regendi homines alienus, audeat cupiatque rempubl. capessere; deinde docet, animum hominis esse hominem, corpus instrumentum animi. Conf. *Simplicium* praef. ad *Enchiridion* Epicteti p. 5. et *Iamblichi* protrepticum sect. 41 sqq. Ex hoc dialogo expressam *Persii* satir. IV. obseruat Politian. miscell. cap. 4.

Ex *Procli* commentario, qui desinit in verbis Platonis p. 219 sq. edit. Basil. εἰδὲν ἄρα τῶν καλῶν, καθόσον καλόν, κακόν, εἰδὲ τῶν αἰσχυρῶν καθόσον αἰσχυρόν, ἀγαθόν, et graece adhuc ineditus occurrit in variis bibliothecis, [quondam in bibl. Palatina, vid. Sylburg. catal. in monumentis piet. et litt. pag. 28. nr. 63. adhuc in bibl. Medic. *Flor. Veneta* D. Marci ter, *Eschor.* in Hispaniis: *Parisi.* biblioth. regia, ac bibl. Coislin. *Oxonii* in bibl. coll. corpor. Christi, in *Vindobon.* Caesar. *Monaco-Bauar.*, in *Bodleiana*, *Leidensi* etc. vid. *Fischer.*] fragmenta latine vulgavit Marsilius Ficinus.

*Olympiodori* commentarius MS. citatur non vno loco a *Rigaltio* ad Onofandrum et a *Sam. Petitto* IV. 2. Misc. vbi ex eo profert locum, quo Alcibiadem primum omnibus reliquis Platonis scriptis praemittendum contendit <sup>ddd</sup>). Vterque, Proclus et Olympiodorus, e legato Holsteniano exstat manu exaratus in Bibliotheca *Hamburg.* Iohannea. Vterque *Iamblichi* etiam commentarium laudat; Olympiodorus praeterea *Damascii* et *Harpocrationis*, [item *Democriti*; vid. locum in *Ruhnkenii* diss. de Longino §. 4. ac *Fabric.* infra, de Proclo, lib. V. cap. 26. §. 15. (vbi de Procli comment. est copiosior,) tom. VIII. p. 525. colligit, auctorem videri iuniorem quemdam, et diuersum ab Olympiodoro, Procli praeceptore, quod ipsi verisimilius est, quam quod *Lambec.* comm. lib. VII. p. 51 sq. (111. edit. Kollarii) comminiscitur, praefationes istas Olympiodori esse a iuniore quodam interpolatas. *Harl.*] At *Ioh. Baptistae Cantii* ineditum commentarium habuit *Naudaeus*, teste *Labbeo* *Bibl. nou.* MSS. pag. 233. Gallice Alcibiadem priorem vertit *Tan. Faber* <sup>eee</sup>) et notis illustravit ann. 1666. *Salmur.* et *Andreas Dacierius* ann. 1699. 12. *Parisi.* [P] *Fabric.* ex gallico interprete inepte transtulit in linguam german. anonymus quidam *Glogau.* et *Lips.* 1755. 8. melius *Gedicke.* conf. infra in notitia versionum. — *Proclus* in Platonis Alcibiadem, latine. *Venet.* 1503. fol. Particulas gr. Procli comment. euulgarunt *Rich. Bentlei* in ep. ad *Millium* pag. 3 sq. edit. *Oxon.* *Fabric.* ad *Sext. Empir.* p. 397. *Gesner.* in *Fragm. Orphei* p. 407 sq. Ex *Olympiodori* comm. dederunt excerpta *Ruhnken.* ad *Timaei* *Lex.* aliquoties et in disput. de Longino §. 4. *Fabric.* ad *Sext.*

L 2

Empir.

ddd) Conf. *Lambec.* de B. *Vindob.* VII. p. 111 sqq. *Harl.*

eee) Vid. *Journ. de Sav.* 1666. 4. pag. 83.

Empir. l. c. *Casubon.* ad Persium p. 429. *Hemst. rhusf.* ad Lucian. tom. I. p. 133. *Pierfon.* ad Moeriu pag. 60. *Keuchen.* ad Sammonic. p. 222. *Valcken.* not. ad Eurip. Hippolyt. v. 380. p. 205. C. cum correctione. — Germanice verterunt Müller ac Gedicke; anglice Sydenham in vol. II. *Harl.*

XIV) ἈΛΚΙΒΙΑΔΗΣ Β', ἢ περὶ προσευχῆς, μεμευστικός. *De voto* siue precibus ad Deum, quod plerique nesciant, quid orent<sup>fff)</sup>, atque imprecentur sibi mala imprudentes, vade vehementer probat versus poetae, qui exstant et in Anthologia lib. I. cap. 31.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἰσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις

Ἄμμι δίδς, τὰ δὲ δανά καὶ εὐχομένοις ἀπάλεξον.

*Da bona, siue rogere Deus, seu nulla rogere:*

*At mala, quantumuis poscentibus, usque negato.*

Non minus laudat Lacedaemoniorum formulam; τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τὸς Θεὸς δίδουα αὐτοῖς, ut honesta sibi ac bona largirentur Dii. Neque vero Deum in precibus respicere pompam et munera, sed animum iustum purumque sceleris. Sub extremum dialogi Socrates ait, exspectandum, donec mittatur a deo, qui recte ad deum et homines sese gerere doceat.

A nonnullis *Xenophonti* esse tributum hunc dialogum, ex *Athenaei* XI. p. 306. testatur *Muretus* Orat. 6. [vid. *Placcium* de Anonym. 511.] *Antistheni* quoque suppositus dialogus quidam Alcibiades fuit a *Posiphonte* Eretrico, ut est apud *Laertium* II. 61. vbi et inter *Aeschini* dialogos Alcibiades recensetur, ex quo locum adfert *Aristides* Orat. I. *Platonica* p. 35. Inter *Euclidis* quoque *Megarici* dialogos *Alcibiades* fuit, ut testatur *Laertius* II. 108. Ceterum utrumque Alcibiadem sine controuersia Platoni tribuit *Laertius* III. 51. et 59. e *Thra-syllo*. Gallice et hunc vertit *Andr. Dacierius. Fabric. Germanice* Müller et Gedicke; quaedam loca *Goldhagenius* in Anthol. vol. II. liberius anonymus quidam in Museo german. mens. Mart. 1778. Latine versum a *Petreio Tiara* in eius scriptis superuisse, prodit *Melch. Adami* in vitis philos. pag. 158. — *Plat.* dialogi duo Alcibiad. secundus et Axiochus. Interpretate *Ioan. Sambuco*. Viennae. 1558. 4. (conf. *Denis* Wiens Buchdruckergeschichte, pag. 554 sq.) *Io. Christoph. Gottleber* scripsit III. progr. f. Specimina obseruationum in Alcibiadem II. Annaemonti 1767. et 1768. et iunctim in: *Animaduersif.* ad Platonis *Phaedonem* et *Alcibiadem* secundum, cum excurs. in *Phaedonem*, Lipsiae 1771. 8. idem progr. de *Archelao*, *Macedonum* rege, e *Platonis Gorgia* et *Alcibiade* II. Annaemont. 1771. 4. *Harl.* Vernaculo sermone adnotationes in eum composuit et edidit cum dialogo *Io. Henr. Köppen*, Brunou. 1786. 8.

XV) ἸΠΠΑΡΧΟΣ ἢ Φιλοκερδῆς de lucri cupiditate ἠθικός. Male editiones quaedam περὶ Φιλοκερδῆς. Ex hoc dialogo quum nonnulla adtulisset *Aelianus* VIII. 2. Var. Hist. subiungit: λέγει δὲ Πλάτων ταῦτα, εἰ δὴ ὁ Ἰππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι. Ita legendum recte monuit *Gesnerus* et ad *Phaedrum* p. 10. *Tan. Faber*, adsentientibus *Schefero*, *Kuhnio*, et *Perizonio*, licet editi et manu exarati codices miro consensu addant, sed inepte profecto, vocabulum μαθητής. Docet in hoc dialogo Socrates lucripetam quemlibet lucro, velut bono alicui, inhiare; sed illud demum laudandum esse lucri studium, quod non falsam

fff) Conf. *Valer. Maxim.* VII. 2. extern. I. *nedisti Auerani* diss. XL. in anthol. pag. 105 sq. *Persium* sat. X. le Spectateur tom. II. diss. 70. *Be-* tom. I.

fam lucri speciem captet et adpetat; sed eiusmodi lucrum prosequatur, quod vere sit vile ad finem et summum boni consequendum. Hipparchus, iuuenis Atheniensis, qui cum Socrate colloquens hic inducitur, diuersus est ab Hipparcho, Pisistrati F. de cuius studiis literarum et caede per Harmodium et Aristogitonem, Olymp. LXVI. 4. perpetrata adsparguntur hic quaedam, alibi non obuia. Gallice Hipparchum Platonis et Axiochum vertit Steph. Doletus Lugd. 1544. 12. qui totum Platonem lingua illa reddere instituit, vt testatur Franc. a Cruce Cenomana pag. 77. Bibl. Gallicae.

XVI) ἈΝΤΕΡΑΣΤΑΪ (Ita Laert. III. 4. vbi vid. Menag. pro quo in vulgatis ἐρασά) et in ipso dialogo) ἡ περὶ φιλοσοφίας, ἡθικός<sup>833</sup>). De Philosophia, quod [P] non sit proletaria cognitio variarum artium, aduersus nescio quem, qui in hanc sententiam acceperat illud Solonis:

Γιγάντω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Commendat Socrates inter alia inscriptionem Delphicam, quae praecipiebat σωφροσύνην ἀσκέειν καὶ δικαιοσύνην.

Gallice vertit Andreas Dacierus. Fabric. Ficini versio latina huius dialogi seorsum recusa est Viennae per Hier. Victorem. s. a. in 4. v. Denis Wiens Buchdruckergeschichte pag. 321. Harl.

#### TETRALOGIA V.

XVII) ΘΕΑΓΓΗΣ<sup>hhh</sup>), ἡ περὶ σοφίας, μεινευτικός. De Sapia, cuius studiosus Theages, Demodici F. Socrati in disciplinam dari se cupit, et a Socrate conuincitur, quid sapientia sit, ignorare, neque sapientiam doceri a se, nisi daemone suffragante, posse. Inter Plutarchi scripta, n. 68. Lamprias refert, ὑπὲρ τῶ Πλάτωνος Θεάγους. ita enim legendum.

Gallice vertit Andreas Dacierus. Fabric. Theagen imitatus est I. Mart. Wieland vol. I. scriptorum profaicorum. Harl.

XVIII) ΧΑΡΜΙΔΗΣ, ἡ περὶ σωφροσύνης, πειραστικός. Peramoenus, qui post pugnam ad Potidaeam, quam Philippus cepit Olymp. CVI. 1. habitus fingitur cum Charmide adolescente et Critia, de temperantiae natura et definitione.

Latine vertit praeter Ficinum, Cornarium, Serranum, Angelus Politianus. [Basil. 1553. inter opera Politiani nr. 7.]

XIX) ΔΑΧΗΣ, ἡ περὶ ἀνδρείας, de Fortitudine, μεινευτικός. [Nomen habet a Lachete, Atheniensium praetore, quem memorat Cicero de diuinat. I. cap. 54.] Disputat, armorum disciplinam gladiatoriam iuuenibus honestis esse parum dignam, deinde disquirat de fortitudine, quid sit, vel potius, quid non sit, eamque a sapientia et virtute non esse aliam.

Gallice vertit Andreas Dacierus.

L 3

XX) ΔΥ'

ggg) Conf. doctam Aug. Magni Kraftii commentat. de notione philosophiae in Platonis Ἐρασά: obuia. Lipsiae, 1786. 8. Harl.

hhh) De Theage vid. Aelian. IV. 15. Heum.

XX) ΛΥΨΙΣ, ἡ περὶ Φιλίας. [περὶ Φιλοσοφίας in cod. Bavar.] *De Amicitia, μειευτικός.* Hunc dialogum quum recitari audisset Socrates, adeoque illo adhuc superflite (ante Olymp. XCV. 1.) editum, exclamasse fertur: pro Dii immortales! quam multa de me mentitur adolescens. *Laert.* III. 35. Hieronymus I. in Iouinianum: *tota amoris infidelitatio apud Platonem exposita est, et omnia eius incommoda Lysis, (male Lysias in edit. Francof. tom. II. pag. 38.) explicat, quod non iudicio, sed furore ducatur, et maxime virorum pulchritudini grauissimus custos accubet.* Hinc Iulius Caesar Scaliger pag. 13. Poem.

*Vix unum verbum multis ex millibus aiunt*

*Quae posuit (Plato) de Socraticis exisse fauissis.*

Ceterum in hoc dialogo docet Plato, Deum ipsum esse verae amicitiae conciliatorem, neque illam reperiri, nisi inter bonos, in quibus solis intercedit similitudo. *Gallice* Lysidem Platonis cum Ciceronis Laelio et Luciani Toxari edidit *Blaſus de Vigenere* Paris. 1579. 4. Ante Vigenerium verterat gallice *Bonauentura des Periers (Pererius)*, inter cuius opuscula legitur Lugd. 1544. 8. *Fabric.* Consilium huius dialogi melius, quam Serranus, perspexit atque exposuit *Iac. Stelinus* Opp. tom. IV. lucubratt. ethicar. Patauii 1779. 4. p. 124 — 143. *Harl.*

#### TETRALOGIA VI.

XXI) ἘΥΘΗΔΗΜΟΣ, ἡ ἐριστικός, contentiosus, ἀνατρεπτικός. In [P] hoc dialogo Socrates Euthydemum et fratrem huius, aetate prouectiorem, Dionysodorum, patria Chios, domicilio Thurios, pollicitos docere virtutem, tantummodo sophisticis interrogatiunculis auditores suos ludere ac suspendere notat. Docet idem, bonum esse non diuitias, libertatem, eruditionem, honores, potentiam, quin imo ne immortalitatem quidem, sed sapientiam recte his vtendi. Hanc esse τέχνην βασιλικήν. *Gallice* vertit Franc. Maucroix 1685.

XXII) ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ, ἡ Σοφισαί, ἐνδεικτικός. Laudatur *Gellio* V. 3. In hoc dialogo Paralus et Xanthippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora disserunt, secundo aduentu Athenis morante Olymp. XC. 1. quos multo ante infamis illa pestilentia Athenis absumferat, vt notatum *Macrobio* lib. I. Saturnal. cap. 1. et *Athenaeo* lib. XI. p. 505. vbi refert, Protagoram, lecto hoc dialogo, dixisse, Platonem optime nouisse *ιαμβίλεσιν*, h. e. *criminari*. Nimirum Plato Protagorae, Sophistae characterem perstringit τὴν ἰδέαν αὐτῆ μακροῦ μύθῳ *χαλακτησίας*, vt est apud *Philostrat.* VIII. 10. cuius verba recte interpretatur Petr. Wesseling. II. 25. var. obseruatt. p. 257. Aliis obiectionibus *Athenaei* lib. V. p. 218. quas probat *Casaubonus* V. 18. p. 386. respondere conatur *Andreas Dacierius*, qui Protagoram gallice transtulit. Inducitur autem Protagoras, Abderites, Sophista celebris, (de quo vid. *Gell.* V. 3.) promittens, Hippocratem, Apollodori F. qui ei se in disciplinam dare volebat, artem civilem docturum; sed Socrates negat, posse doceri virtutem, Θεόσδοτον boni ac verae voluptatis scientiam, cuius vnus defectu peccant, quique peccant. Eleganter quoque explicatur dictum Simonidis, ἀνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπὸν, minusque probabile dictum Pittaci, χαλεπὸν, ἐσθλὸν ἔμμεναι. *Fabric.* Conf. *Georgii Fried. Richteri* Prof. phil. progr. de loco Platonis in Protagora, cur voluptates quaedam malae sint. Lipsiae 1742. 4. *Harl.*

Latina *Ciceronis* versio, cuius saepe meminit *Priscianus* et *Hieronymus*, periit. Inter *Critonis* quoque Dialogos Protagoras fuit, teste *Laertio*, II. 121. et inter *Heraclidis Pontici* scripta

scripta *περὶ τῆς ῥητορεύειν ἢ Πρωταγόρας*. id. V. 88. Lamprias inter scripta Plutarchi refert nr. 128. *Πρωταγόρας περὶ τῶν πρώτων*. adde *Lud. Castelucrii animaduersif.* pag. 238 — 272. opusc. var. critic. Lugd. 1724. 4. italice.

XXIII) ΓΟΡΓΙΑΣ ἢ περὶ Ῥητορικῆς, *de Rhetorica, ἀνατρεπτικός*. In hoc dialogo Socrates cum Gorgia et Polo, rhetoribus, disputans, postquam contendisset, rhetoricam nihil aliud esse, quam artem persuadendi in foro, ceterisque coetibus, non docendo accurate rei naturam, sed fidem qualemcunque faciendo oratione, *δημιουργὸν πειστικῆς*, (ita pro *πιπτευτικῆς* legit *Sextius* 2. contra *Mathemat.* pag. 64.) ἀλλ' ἔ' διδασκαλικῆς, colligit, eam parum esse vtilem artem aut praeclaram, sed malam potius *κολακείαν*, corruptricem *Πολιτικῆς*, nisi ad iustum et bonum referatur: usum videlicet quemdam et peritiam venustatis in dicendo ad voluptatem audientium, et ornandas oratione causas iniustas; itaque pari passu ambulare cum *sophistica*, *ὄψοπικητικῆ* et *fucatoria*, siue *κομμητικῆ*, quae et ipsae voluptatem sectentur solam, corrumpantque *νομοθετικὴν* et medicam artem ac *gymnasticen*. Tum vero aduersus *Calliclem* probat, nihil vtilius esse studio philosophiae ac virtutis, et hanc veram artem civilem [P] a se exerceri solo, vel cum paucis aliis. Clauditur dialogus insigni descriptione diuini iudicii, cui post mortem anima cuiusque hominis, maxime principum, subiiciatur. Laudat *Gellius*, quem vide X. 22. et *Cicero* I. de Or. cap. 11. f. 47. adfirmans, *Platonem* in Oratoribus irridendis Oratorum summum videri. adde *Libanium*, qui eiusd. argumenti dialogum a se compositum innuit lib. I. ep. 64. ad *Aphemium*, *Cicer.* de Orat. III. cap. 32. sect. 129. *Tuscul.* V. cap. 12.

Agricola quidam *Corinthius* quum in *Gorgiam* *Platonis* incidisset, agrum vitesque deserens animum suum excolendum *Platoni* deinceps dedit, vt narrat *Themistius* Orat. XXIII. p. 295.

*Gorgias* ipse quidem, lecto hoc dialogo, dixit, se nihil eiusmodi vel audiuisse a *Socrate*, vel ad *Socratem* loquutum esse, teste *Athenaeo* lib. XI. pag. 505. Idem *Gorgias* *Platonem* vocauit νέον Ἀρχιλοχον, ac si dicas aliorum criminatorem. At *Athenaeum*, qui eodem loco chronologicam hallucinationem commissam *Platoni* obiicit, castigat *Petauius* IX. 39. doctrinae temporum. Confer *Casaubonum* V. 18. ad *Athenaeum* pag. 217. *Leonardi Aretini* versio MS. in membr. bibl. *Ehrencroniana* pag. 425 sq.

*Aristides*, rhetor, [vid. *Fabric.* infra, vol. IV. 30. pag. 386 sq.] huic dialogo opposuit orationes suas *Platonicas*, quibus *rhetoricae* pariter et quatuor virorum, quos in extrema parte *Plato* perstringit, *Cimonis*, *Miltiadis*, *Themistoclis* et *Periclis* apologiam est complexus. E recentioribus *Hieronymus Cardanus Anti-Gorgiam* scripsit. Exstat et in *Gorgiam* *Platonis Olympiodori* commentarius MS. ex quo nonnulla profert *Allatius* de scriptis *Socratis* p. 116. [Scholia ex ore *Olympiodori* excepta sunt in cod. *Vindobon.* vid. *Lambeo*. comm. VII. cod. XXI, 1. pag. 117 sqq. et ibi laudatum *Philipp. Labbeum* in *Synopsi graecorum Platonis* interpretum p. 18. *Lambeo*. ibid. p. 269 sqq. multus est de codice, qui continet *Praeae-notamenta miscellanea* in *Platonem*, auctore, vt opinatur, *Ioanne*, *Nicolai Mystici*, *patriarchae Cpolitani*, *grammatico* s. *notario*: ibid. pag. 271. excerpta ex *Olympiodori* commentario. item *Ruhnken.* ad *Timaei* Lex. *Platon.* p. 87. edit. II. et saepius, ad *Xenoph.* Mem. *Socr.* I. 2, 16. *Reinesius* Epp. ad *Nesteros* p. 19. et V. *Lectio.* II. 18. p. 298. *Salmas.* Exercitt. *Plin.* p. 74c. b. *Fabric.* ad *Sext.* *Empir.* p. 383. *Albert.* ad *Hefych.* tom. II. p. 1072. *Valcken.* *Diatr.* post *Euripidis Hippolyt.* p. 70. p. 84. not. p. 86. not. Ex scholiaste MS. ad *Platonis Gorgiam*

Gorgiam *Koen.* ad Gregor. Corinth. de dialectis pag. 155. quaedam praebet, additque, hunc quoque scholiasten a *Ruhnkenio* aliquando iri editum. *Harl.* Praefationem *Olympiodori* Scholiis in Gorgiam praemissam e Cod. MS. edidit *Mart. Ios. Routh* in ed. Platonis Gorgiae et Euthydemi, 1784. pag. 561 sq. *Beck.*] At *Hieroclis* duplex exegesis a Theoseb. bio excepta, cuius meminit Damascius apud *Photium* cod. CCXCI. pag. 555. cod. CCXLII. p. 551. edit. Hoefchel. numquam vidit lucem. Perit et *Tauri Berytii* commentarius, laudatus *Gellio* VI. 14. et *Eubuli*, memoratus a *Porphyrio* in Plotini vita cap. 20. [*Lud. Casteluetr.* anim. p. 288 sqq. — Ad Gorgiam spectant *Io. Christoph. Gottleberi* progr. 1) de Archelao, Macedonum rege, e Gorgia et Alcib. II. Annaberg. 1771. 2) de Periclis moribus etc. Misena. 1775. 4. Germanice vertit *I. G. Schultheff*, Tiguri 1775. 8. et particulam *Io. Eustach. Goldhagen*, in commentatt. hebdomadariis, der *Greis.* Magdeb. 1764. 8. vol. I. part. octaua.]

XXIV) ΜΕΝΩΝ<sup>iii)</sup>, ἡ περὶ ἀρετῆς, πειραστικός. de *Virtute*, an doceri possit, quod negat Socrates, diuino eam munere contingere concludens. Neque aliud esse scientiam, quam recordationem<sup>kkk)</sup> superioris vitae, quod confirmat aduocato pufione, e quo interrogat quaedam Geometrica de dimensione quadrati. Meminit *Cicero* 1. Tusc. cap. 24. notatque, eundem locum accuratius explicatum in *Phaedone*. adde *Boethium* lib. III. de Consolat. metro XI. et prosa 12. [conf. *Meinersf.* II. p. 702. not. contra *Geddesium* disputans. Anglice vertit *Sydenham* 1769. rec. in vol. II. Plat. Dialog. 1774. 4.] Latine subiicitur philosophiae morali *Guil. Adolph. Scribon.* Francof. 1666. 8.

#### TETRALOGIA VII.

XXV) ἸΠΠΙΑΣ, μείζων, [πρῶτος, in cod. Bavar.] ἡ περὶ τῆς καλῆς, de *Pulcro, ἀναπρεπτικός*. In hoc dialogo *Hippias*, [de quo vid. *Cicer.* de orat. III. cap. 32.] Elecorum ad Athenienses legatus, et sophista celebris post varia, de se arrogantius commemorata, refert, se [P] Lacedaemone cum incredibili adplausu dixisse de praeceptis *Nestoris*, quae dedit *Neoptolemo*, desideranti nosse pulcherrima vitae instituta, quibus iuuenis gloriam consequi possit. Hinc *Socrates* petit occasionem ex *Hippia* audiendi, quidnam sit, quo aliquid est pulcrum, ac variis, quae adferuntur *Sophistae*, descriptionibus, ostendit, rem acu, quod dicitur, neutiquam tangi, pulcrumque differre a decoro, ab utili, a bono, et ab eo, quod delectat, et a voluptate coniuncta cum utilitate. [Gallice vertit *Franc. de Maucroix* in *Opp. prof. et poet.* tom. I. Paris. 1685. 12. et *Amstel.* 1688. mai. 12. p. 164 sqq. *Io. P. Croufaz* subiicit edit. II. libri *Traité du beau*, *Amstel.* 1723. *Harl.*]

XXVI) ἸΠΠΙΑΣ ὁ ἐλάττων, [B. in cod. Bavar.] ἡ περὶ τῆς ψεύδους, de *Mendacio, ἀναπρεπτικός*. [*Diogen. Laert.* III. 60.] In hoc dialogo eundem *Hippiam* exagitat *Socrates*, et ostendit, ex eius doctrina sequi, quod inter mendacem et studiosum veri nullum sit discrimen, et minus peccet, qui mala faciat de industria, quam qui inuitus. [Vtrumque dialogum, *Hippias* inscriptum, indicat *Cic.* in *Bruto* cap. 8. et 85. *Lud. Casteluetrius* in *Opusc. var. criticis ital.* edit. *Lugd.* 1727. 4. dedit animadu. quasdam in vtrumque *Hippiam*, pag. 277 sqq.]

#### XXVII) ἸΩΝ,

iii) Hic *Meno* fuit *Thestalus*, eiusque mentionem facit *Plutarchus* libri, περὶ πολυφιλίας, initio, pag. 93. *Heum.*

kkk) Conf. *Phaedon.* pag. 382. edit. graecolat.



XXVII) ἼΩΝ, ἢ περὶ Ἰλιάδος, περατικὸς, de poetico characterē, siue de poetarum exponendorum ratione. Respicitur a Suida in Διδυραμβοδιδάσκαλος, vbi ait, existare Socratis λόγον εἰς τὸν Ἴωνα. Idem ne sit Ion, Ephesius, (cuius nomine dialogum inscripsit Plato) cum *Ionē, Chio*, de quo libro II. in Tragicis a me dictum, vide disputantem *Ionsum* lib. II. de Scriptoribus Hist. Philos. cap. 13.

Quod in hoc dialogo et poetis et aliis viris non paucis, per populi praecipue suffragia ad honores euectis, detrahat, tamquam *δυσμενής* et inuidus perstringitur Plato apud *Athena um* lib. XI. pag. 506.

Inter Aeschinis quoque dialogos *Ion* fuit. Ceterum *Laertius* IV. 31. vbi de Arcefila scribit: Ἴωνα δὲ καὶ ἐχαρακτήρισε γένος ὄν, non respexit hunc dialogum Platonis, sed scripta Ionis Chii, Tragicī. *Fabrit.*

Hunc Platonis dialogum adeo sine ratione scriptum esse, vt absurdius quidem a nemine philosophorum proditum sit, iudicat *Casaubon.* lib. de Enthusiasmo cap. V. pag. 136. *Heum.* Enimvero istud iudicium durum est ac temerarium. Atqui, de consilio Platonis in scribendo hoc dialogo non omnes consentiunt. *Sydenham*, qui anglice vertit hunc dialogum cum quibusdam aliis, vol. I. et *Arnaldus* (Arnaud) in Commentt. Acad. Paris. Inscriptionum tom. XXXVII. pag. 1 sqq. 1774. (qui Sydenhamum compilasse eiusque sententias ipsaque verba reddidisse, nec tamen Sydenhami nomen adpellasse arguitur a Müllero, editore dialogi, in praefat.) quid senserint, et, quae verior sit Mülleri explicatio, verbis editoris Bipontini vol. IV. in notitia p. 4. declarabo. „Platonem, ait, Sydenh. et Arnaldus arbitrantur, recte voluisse reprehendere poetas, qui diuino numine correpti canant sine ipsarum rerum intelligentia; sed, vt ne poetis bilem moueret, aut in Graecorum, illis fauentium, inuidiam incurreret. rhapsodos, qui illorum carmina recitabant, insipientiae arguere maluisse. Verius autem Müllero, nouo *Ionis* editori, videtur Plato rhapsodos, vanum hominum genus, simile sophistis, exagitare voluisse. Poetarum certe simiae erant rhapsodi illi, carminum recitatores, interpretes et cantores: atque suos quisque poeta inuenit rhapsodos, maxime Homerus homericos, qui aliorum poetarum carminibus, siue recitandis siue interpretandis inepti videbantur. Sumto igitur et concessio, poetas non scribere carmina, nisi furore diuino, qui poeticus dicitur, commotos; neque adeo arte propria pollere, aut ea, quae cecinerint, intelligere; sed ministros esse dei, carmina dicentis: rhapsodos colligit, poetarum ministros, poetarum adflatu, non sua arte, recitare vel interpretari carmina, et auditorum animos occupare. Pulcre satis deum, poetarum auctorem, confert cum magnete lapide, qui annulos ferreos concatenatos non solum adtrahit, sed iis etiam vim suam infundit; poetae animum, a deo occupatum, cum annulo, qui proxime trahitur a magnete, et ab eo similem vim suscipit; et spectatorem s. auditorem cum annulorum extremo; inter quos medius sit rhapsodus, poetae recitator, et animus. Hinc concludit, rhapsodos sua mente captos, nulla arte et scientia earum rerum, quas cecinerint poetae, instructos, in recitandis et interpretandis poetis versari; Ionemque tandem facetissime eludit.“ — *Platonis dialogus de furore poetico*, multo, quam antea, emendatius aeditus — —. Opera *Petri Raymundi Amadoni*, publici ac ordin. gr. linguae professoris. — — Viennae Austriae in coenobio praedicatorum Io. Carbo excudebat 1551. 8. Plura vide in *Denis Wiens* Buchdruckergeschichte, p. 464. sq. *Italica* versio est: Il Liside di Platone de l'amicitia, tradotto da Francesco Colombi: et *il Furore poetico*,

poetico, tradotto da *Nicolo Trivisani* in lingua Toscana. In Vinegia 1548. 8. vid. *Paitoni* Bibl. degli autori — volgarizzati, tom. III. pag. 113. *Harl.*

XXVIII) ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ, ἡ ἐπιτάφιος, ἡθικός <sup>III)</sup>. Exhibet orationem in defunctos pro patria in variis praeliis Athenienses, tanquam scriptam ab *Aspasia* <sup>mm)</sup>, Milesia, dictam a *Pericle*, quem perinde vt Socratem illa rhetoricam docuit <sup>nn)</sup>. Ex hac oratione *Cicero* locum adfert *Tusc.* V. cap. 12. ipsam vero idem *Cicero* in *Oratore* cap. 44. sic probatam testatur, vt quotannis Athenis in panegyri recitaretur: et *Synesius* *Dione* p. 37. vbi confert *Periclis* orationem ἐπιτάφιον eiusdem argumenti, quae occurrit apud *Thucydidem* lib. II. 35 — 46. Vide et *Lyfiae* ἐπιτάφιον, *Socratis* *Euagoram*, nec non *Dionysium Halicarn.* de *Demosthenis* vi in dicendo tom. II. pag. 178. *Casteluetrii* anim. l. c. p. 273. *Fabric.* adde *J. Christoph. Gottleber* animaduersionum historicarum ad *Platonis Menexenum* specim. I. et II. *Misena.* 1779. 4. *Meiners.* l. c. tom. II. p. 636. De versione italica vid. *Paitoni* bibl. etc. tom. III. p. 118. *Harl.* *Platons Menexenus* im Grundrifs. Nebst Untersuchungen über den Zweck und die Zeit des Dialogs, die Charaktere des Menexenus und der Aspasia etc. von *Joh. Heinr. Just Köppen*, Berl. 1790. 8. *Beck.*

#### TETRALOGIA VIII.

XXIX) ΚΛΕΙΤΟΦΩΝ, ἡ προτρεπτικός, ἡθικός. Inter dubios dialogos exstat in editionibus quibusdam *Platonis*, vt *Serraniana*, *Lugdunensi* ann. 1590. *Francofurt.* ann. 1602. sed agnoscitur a *Thrasyllo* apud *Laertium* III. 60. et a *Laertio* III. 50. testato, [[P] nonnullos *Clitophontem* primo loco posuisse inter *Platonis* scripta III. 62. In hoc dialogo *Clitopho*, *Aristonymi* filius, rogatus a *Socrate*, cur *Thrasymachum* praeferat, respondet, quod, quum praeclaras ab ipso (*Socrate*) exhortationes ad virtutem saepius audisset, non potuerit ab eodem haec percipere, qua in re virtus ipsa consistat, et quomodo feliciter in illius studio sit progrediendum; itaque si hoc vel ignoraret *Socrates*, vel docere se noller, merito se ad *Thrasymachum* vel alium quemcunque potius conferre se discendi causa. Quid vero *Socrates* *Clitophonti* responderit, non additur. Videndum igitur, an vere scripserit *Patricius* p. 338. *discuss.* *Peripatet.* solum *Philebum*, *Minoa* ac *Critiam* e *Platonis* scriptis truncos ad nostram aetatem peruenisse. *Fabr.* Latine vertit cum aliis, *Platoni* vulgo adscriptis, *Bilibaldus Pirckheimerus*, *Noribergae* 1523. 4. apud *Frider. Peypus.* *Harl.*

XXX) ΠΟΛΙΤΕΙΑ ἡ περὶ δυνάμεως, βιβλία δέκα, πολιτικός. De optimo statu *Reip.* *libri* X. <sup>ooo)</sup> Exordium huius operis, bis terque in ceris scriptum *Platonis* manu, post eius mortem inuentum est, teste *Euphorione* ac *Panaetio* apud *Laertium* III. 37. vnde *Dion. Halic.*

III) Inscriptio haec a Platone non profecta videtur: nam vario modo citatur a veteribus. vid. *Gottleberi* notam ad h. orationis initium pag. 15. *Harl.*

mm) De *Aspasia* dixi lib. II. cap. 23. §. 51. De *Pericle* lib. II. cap. 26. ad §. 2. [adde editor. *Platonis* *Bipont.* vol. V. in notitia pag. 6.]

nn) Exstitit olim etiam *Aristotelis* *Μενέξενος* α', teste *Diogene Laertio*, in vita *Aristotelis*. A *Platonis* *Menexeno* *Michael Apofolius* mutuum sum-

fit: *Μενέξενος ἢ περὶ Τριάδος*, dialogum de SS. trinitate, vtrum *Iudaei* et *Turcae* rectius simpliciter vnum credant deum, an *Christiani* deum trinum. vid. *Lambecii* comment. de biblioth. *Vindobon.* VII. cod. LXIX. pag. 245 sq. *Kollarii.* *Harl.*

ooo) Hos decem libros plane contemnit *C. Thomafius* *Orat.* pag. 412 sqq. *Heum.* et *Stolle* in *Histor.* eruditionis. edit. III. *Jenae* 1736. p. 730. qui hinc inde in illo libro *Platonem* valde spernit et obtrectat. vid. inprimis pag. 623 sq. *Harl.*

lic. *Quint.* VIII. 6. pag. 75. *Muret.* V. L. libr. XVIII. 8. et *Bellarmino* colligunt, quanto studio vsus fuerit in peſtenda ſua et ornanda oratione. Platonem a peritis politicis tantum non derideri, ait *Ioseph.* II. in *Apion.* cap. 31. p. 489. Idem *Laertius* ex *Aristoxeno* et *Fauorino* notat, totam ſere Politicam Platonis fuiſſe in *Protagorae ἀπολογίαις* I. a. 37. et 57. Apud *Minucium* cap. 22. ciuitas, quam in *sermone* inſtituit, *Rigaltius* interpretatus, in *dialogis.* Platonem ſuaxiſſe ciuitatem, *Liuius* XXVI. 22. *Cicero* de *Orat.* aliique et res ipſa declarant. Commemoratur et *Themistiſtus* *Oratione* XXIII. p. 295. *Axiotheam*, philoſopham, lecto quodam e Platonis de *Rep.* libro, tanto philoſophiae ſtudio inflammata fuiſſe, vt *Athenas* proficiſcetur, et virili vſa veſte Platonem auſcultaret <sup>ppp)</sup>.

Virum Plato recte *Homerum* e *Rep.* ſua ablegauerit, diſputauerat olim *Aelius Serapion*, rhetor *Alex.* teſte *Suida*, [et *Eudoc.* p. 381.] *Reineſ.* ep. ad *Daum.* p. 322. Confer, quae in hanc rem dixi lib. II. cap. 7. §. 10. [ſupra in *Epimetro*, et *Fraguier* in *hiſtor. ſoc. reg. Paris.* tom. I. verſ. *Gottſched.* p. 189 ſqq. *Socratis* lib. IX. in principio loquentis verba latine reddidit *Cicero* de *Diuin.* cap. 29. conf. *Ménerſ.* I. c. p. 696. not. et p. 784 ſq. *Harl.*]

Epitomen *Reip.* Platonis libris duobus ſcripſerat *Theophrastus* teſte *Laertio* V. 43. Ea non minus temporum iniuria amiſſa eſt, quam *Ciceronis* de *Rep.* ſex libri, e Platone magnam partem repetiti <sup>rrr)</sup>, et commentarii in *Reip.* Platonis graecorum ſcriptorum, *Μπασιμι* *Alopeconneſii*, *Onofandri* et *Potamonis* <sup>rrr)</sup>, *Alexandrini*, quorum meminit *Suidas.* *Zenonis*, *Stoici*, contra *Reip.* Platonis opus *Plutarcho* memoratur lib. de *Stoicis* contradicte. et *Numenio* apud *Euseb.* pag. 732 ſq. Praeparat. vbi *Zenonem* tanquam iniquum et imperitum Platonis oppugnatorem perſtringit. *Proclus* I. in *Tim.* pag. 24. refert, *Crantorem*, primum Platonis ἐξηγητήν, teſtatum, Platoni quosdam inſultaſſe, μεταγράφαντι τὰ *Αἰγυπτίων.* De nonnullis, in quibus Plato ab *Aristotele* reprehenditur, exſtat breuis diatriba *Vberti Folietae* ad *Antoninum Vaccam*, *ICtum*, edita *Romae* ann. 1574. 4. atque reſuſa in theſauro *Antiquitatum Italiae Graeciano* tom. I. p. 1237 ſq. <sup>sss)</sup> Iam pridem quoque ea, quae *Aristoteles* aduerſus *Reip.* Platonis ſcripſit, ad examen reuocauerat *Eubulus*, teſte *Porphyrio*, in *Plotini* vita cap. 20. p. 128. *Xenocratis* περὶ τῆς Πλάτωνος Πολιτείας [P] *Suid.* *Clearchi*, *Solenſis*, *Peripatetici* περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτεία μαθηματικῶς εἰρημένων. *Athen.* lib. 9. p. 393. *Dionysii Halicarnaeſiſis*, muſici, qui ſub *Adriano* Imp. vixit, libri quinque περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτεία μαθηματικῶς εἰρημένων *Suid.* Narrat etiam *Photius* cod. XXXVII. Platonis *reipubl.* reprehendam ab auctore dialogi περὶ πολιτικῆς inter *Men.* *Patricium* et *Thom.* *Referendarium.* Contra in *Epicteti* ſententiis, *LIH.* ἐν βάρμῃ dicuntur αἱ γυναῖκες μετὰ χεῖρας ἔχουσι τὴν Πλάτωνος πολιτείαν, ὅτι κοινὰς ἀξιοῦσιν εἶναι τὰς γυναῖκας. Τοῖς γὰρ ἕλλησιν προτέχεται τὸν νόον, ἐ τῇ διανοίᾳ τῶνδρός. E Platonis de *rep.* libro V. *Prudentius* I. contra

M 2

Symma-

ppp) An Plato lib. II. de *rep.* loquutus ſit de *Christo*, vid. *T. Eckhardus* in *Non-Christiano-*rum de *Christo* teſtimoniis, cap. 3. *Heum.* In *bibl. Vindobon.* eſt, indice *Neffelio*, in *catal. part.* III. p. 37. cod. XXVII. nr. 2. codex chartac. non adeo antiquus, in 4. qui praebet *Scriptorum* quorundam *Graecorum* veterum, in his *Platonis*, voces de *Christo* et religione *christiana.* *Harl.*

qqq) Sed v. *Io. Sarisber.* VI. *Policrat.* cap. 21.

rrr) Vid. *Eudociam* in *Viol.* p. 365. *Gloekner* diſp. de *Potamon.* philoſophia *ecclēſtica* etc. *Lipſ.* 1745. *Harl.*

sss) *Schwarzſch.* in *Epp. ſelect.* p. 276. putat, Platonem in libris ſuis de *Rep.* nil niſi ideas et nomen dei ingeminare, et *Foxium* vix bene operam poſuiſſe in eo adnotationibus illuſtrando. *Harl.*

Symmachum: *Nimirum pulcre quidam doctissimus, publica res, inquit, tunc fortunata satis, si vel reges saperent, vel regnarent sapientes.* In quatuor priores libros acutae quaedam notae et reprehensiones *Lud. Casteluëtrii* in eius Opusc. critic. p. 197 — 237.

*Ex Graecis* aetatem tulit *Procli* commentarius <sup>ttt</sup>, in quaedam Politicae Platonicae loca <sup>uuu</sup>). Nescio, an etiam alii, quoniam in libris de Rep. interpretandis *Theon* <sup>vvv</sup> vterque, *Plotinus*, *Proclus*, *Iamblichus*, *Marsilius Ficinus* hircum mulgere videntur Bodino in colloquio Heptaplómere MS. lib. III.

*Ex Arabibus*, *Averroës* Paraphrasin Reip. Platonis composuit, (Excerpta quaedam in bibl. Bodl. inter codd. Pocock. XVII.) quae edita est latine, Iacobo Mantino, medico Iudaeo, interprete, Venet. 1552. 4. et inter Auerrois Opera. [Platon. libr. de rep. cum comment. *Abu-Nassar Alpharabi* in bibl. Medic. cod. teste *Montfaucon*.]

E recentioribus nominare iuvat [*latinam Manuelis Chrysolorae* versionem, quae latet in bibl. Vaticana, teste *Montfaucon*. in Bibl. bibliothecarum codd. MSS. tom. I. p. 55. B. *Vberti Decembrii* et *P. Candidi* vers. latinas, quae sunt in bibl. Ambros. Mediolanensi, vid. Catal. MSS. Angliae II. p. 212. et *Montfauc.* l. c. tom. I. p. 522. A. B. *Ficini* vers. lat. additam graeco textui in cod. Vindobon. apud *Lambec.* in comment. bibl. Vindob. lib. VII. p. 15. et *Nessel.* in catal. part. IV. cod. I. p. 1. *Vberti Decembrii* mst. versio. lat. in bibl. Bernensi, teste *Sinero* in catal. codd. msst. bibl. Bernensis tom. I. p. 574 sq. (De versione *P. Candidi* latina vid. *Io. Leland* de scriptor. Britann. p. 443. et *Savii* historia typogr. literaria Mediolanensis, pag. 295. et 299.) *Harl.* tum] commentarium *Selast. Foxii*, Morizilli Hispalensis, Basil. 1556. fol. *Antonii Montecatini* Partitiones et Paraphrasin, Ferrar. 1594. fol. *M. Antonii Mureti* notas in librum I. et II. Ingolstadt. 1602. 8. *Ioh. Schleidani* summam doctrinae Platonis de Rep. et de legibus, Argentorat. 1548. 8. <sup>www</sup>) *Ioh. Sozomenus* libros X. de Rep. e graeco in latinum et e Dialogis

<sup>ttt</sup>) Cod. *Procli* in Politian cum scholiis margin. est in bibl. Medic. vid. *Bandini* catal. tom. III. pag. 195. *Procli Lycii* in Polit. in bibl. regia Paris. teste catal. tom. II. cod. MDCCCXXI. p. 408. *Procli Diadochi* in Polit. tres codd. ibidem, l. c. codd. MDCCCXXXII. MDCCCXXXIII. MDCCCXXXIV. p. 408. *Procli* in Polit. in bibl. Oxon. corp. Christi. vid. cat. codd. MSS. Angliae tom. I. nr. MDLXV. p. 51. *Procli Lycii* de cognitione reip. Platon. Cantabrigiae, vid. Catal. cit. tom. I. part. III. nr. MX. pag. 118. *Procli* in libros Platonis de rep. collectio variarum diss. sine praeflectionum edita est in vtraque graeca Platonis edit. ad calcem operis *Procli* in Timaeum. Ex iisdem commentariis demonstrationes *Procli* ex libro IV. de rep. quod tres sint animi humani partes, graece s. a. Basil. apud *Io. Valderum*, cum *Platonis*, *Aristotelis*, *Xenophontis*, *Pluc.* et *Alex. Aphrodisaei* scriptis quibusdam ethicis ac politicis p. 473 — 496. A *Suida* memorentur *Procli* in *Politian* Platonis libri IV. quod opus magis inte-

grum fuisse videtur, quam dissertationes editae. Ex iis in ora cod. Medic. sunt scholia quaedam inedita passim adtexta. *Harl.*

<sup>uuu</sup>) Vnicum diss. in lib. X. exemplar mst. restabat superiore saeculo Florentiae in biblioth. nobilium Saluatorum, (vid. *Sylog. epist. Burnian.* tom. V. p. 757.) ex eoque *Alex. Morus* annotationibus suis in N. T. quaedam inseruit; sed hodie nusquam potest reperiri. vide *Wytttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 89 sq. conf. *Fabric.* infra de *Proclo*, lib. V. cap. 26. §. 16. p. 526 sqq. vol. VIII. *Harl.*

<sup>vvv</sup>) Cod. *Theon.* in Plat. de materiis, in bibl. Vén. D. Marci laudatur a *Montfauc.* in Bibl. etc. tom. I. p. 476. *Harl.*

<sup>www</sup>) Non est liber peculiaris: sed addito libro *Sesellii*, a *Schleidano* latine verso, cuius scriptio est: *Claudii Sesellii*, viri Patricii, de re publica Galliae, et regum officiis libri II. *Io. Schleidano* interprete. *Adiecta est summa doctrinae Platonis de rep. et legibus.* Argentor. in aedib.

Dialogis in perpetuum sermonem redactum edidit Venet. 1626. 4. [vid. *Goetz.* Mem. biblioth. Dresd. II. p. 56. Politica Platonis et Aristotelis cum Phaedone, Phaedro et Gorgiae parte, additis notis et argumentis, gallice, interprete *Lud. Regio*, Paris. 1559. et 1600. fol. [La Republ. de Platon — traduit par *Ms. de la Pilloniere*, London. 1726. 4. vid. *de Windheim* Bemühungen der Weltweisen etc. tom. III. pag. 63. — it. 1731. — etiam interprete *P. Grou*, Amst. 1763. — italice vertit *Pamphil. Fierembene da Fassembrone*. Venet. 1554. 8. vid. *Goetz.* Mem. bibl. Dresd. tom. II. fascic. I. pag. 56. *Platoni* Bibl. degli Autori — vulgarizzati tom. III. p. 116 sq. vbi quoque versio ital. *reipubi.* et *legum* etc. Disciplina ciuile di Platone diuisa in quattro parti et riformata da *Troilo Lancetta Ben cause* etc. Venet. 1643. fol. recensetur. — Anglice vertit *Spence* cum diss. de philosophia veterum, 1764. 8. *Harl.*] Platonem de Rep. hebraice exstare MS. in Bibl. Vaticana, legas in Iulii Bartoloccii Bibliotheca magna rabbinica tom. IV. p. 353. <sup>xxx</sup>) [conf. *Arnoldii* bibliothec. politico-heraldicam p. 70 sqq. de commentatoribus Plat. Politic. et p. 72 sq. quae tulerunt iudicia V. D. de illis libris Plat.]

XXX!) ΤΙΜΑΙΟΣ ἢ περὶ φύσεως, φυσικός. De natura dialogus, qui *arx quaedam et vertex philosophiae* est, si *Cicutionum Mamertum* audimus lib. II. de statu animae cap. 7. p. 132. *Proclus* Theol. Platon. lib. I. cap. 7. Τὴν περὶ φύσεως ἐπισήμην σύμψασαν ὁ Τιμαίος περιέχειν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται τῶν καὶ μικρῶν σοινορῶν δυναμένων. Apuleius in Apologia: Plato, philosophus, in illo praeclearissimo Timaeo, cael-sti quadam facundia vniuersum mundum in *Itus* <sup>xxx</sup>). Fingit vero Socratem disputantem de rebus naturalibus et vniuersi constitutione cum *Timaeo*, *Loero*, *Pythagoreo*, quos constat eodem saeculo non fuisse, vt ait *Macrobius*, lib. I. Saturnal. cap. 7. Sed fallitur *Macrobius*, si verum est, quod *Cicero* V. de finibus cap. 29. et 1. *Tusc. Hieron.* in Apologia contra *Rufin.* non longe ab extremo, alique testantur, *Timaeum* hunc a Platone in Italia fuisse auditum <sup>xxx</sup>). De hoc *Timaeo*, quem e *Pythagorae* magisterio astronomiae disciplinae perfecte peritum vocat *Chalcidius* pag. 75. pauca quaedam dixi lib. 2. cap. XIII. [vol. II. pag. 877. vbi vid. additam.] quibus in praesenti addere iuuat, quod libellus illius, *Dorice* scriptus, περὶ ψυχῆς κόσμου καὶ φύσεως adhuc exstat seruatus a *Proclo* et commentariis suis in [P] Platonis *Timaeum* praemisissus, hinc cum Platone saepius editus graece et latine de anima mundi

## M 3

et

dib. *Wendelini Rihelii* 1548. 8. De *Sefellii* libro gallico et *Schleidani* versione copiosus est *Goetz.* in Mem. Bibl. Dresd. III. 3. p. 233 sqq. *Harl.*

xxx) Hebraice ex Arabico conuersa a *R. Samuel Ben Iehudah*, A. C. 1322. exstat MS. in bibl. *Caesarea.* — *Chrysofomi Iauelli* philosophia ciuilis ad mentem Platonis. Venet. 1536. — *Rudolphi Gochonii* politica Platonis. *Marpurgi* 1607. 8. — Politiam Platonis et Aristotelis contulit inter se *Dan. Heinsius* oratione XX. — *Marci Musuri* praef. in reipubl. Platonis citat *Nic. Comnenus* *Papedopoli* pag. 281. praenot. *mystagog.*

yyy) *S. Augustinus* sermone 241. tom. V. edit. *Amstel* p. 702. Plato in libro quodam suo, quem scripsit de constitutione mundi. — *Lactantius* VII. 1. vocat de mundi fabricatione. *Hierocli* in aurea carmina p. 5. ὁ Πλάτωνος Τιμαίος τῶν Πυθα-

γορίων δογματῶν ὁ ἀκριβὴς διδάσκαλος. — Quod vero Plato pridie disseruerat de republica, *Io. Potterus* ad *Clement. Alexandrinum* pag. 420. notat, *Timaeum* subiiciendum libris de republica, vt *Epinomidem* libris de legibus. — *Horatii Burgundi*, S. I. commentarius promittitur in Mem. de *Trevoux* ann. 1708. mens. Iul. pag. 1281.

xxx) Laudatur vero etiam a Platone tamquam ἀστρονομικώτατος, et naturae vniuersae diligentissimus inquisitor. [*Sebastianus Foxius Morzillus* in prolegom. comment. sui in *Timaeum* Platonis adseuerat quidem, *Timaeum* longe ante *Socratis* et Platonis aetatem fuisse: sed contrarium docet *Lambec.* in Comm. de bibl. *Vindob.* lib. VII. pag. 21 sq. edit. *Kollarii*, vbi codic. V. qui *Timaei Loeri* libr. de anima mundi et natura pluresque Platonis dialogos atque epistolas continet, yberius describit.]

et natura. [Prodiit primum latine cum aliis veterum libellis ex *Georgii Vallae* versione, Venet. per Anton. de Strata 1438. et per Sim. Papiensem, dictum Beuilaquam, ibid. 1498. fol. vid. Fabric. Bibl. lat. med. et inf. aetatis, edit. *Io. Dom. Mansi*, Patau. 1754. 4. tom. VI. pag. 281.] Transtulit post versionem primam *Ludovicus Nogarola*, cum cuius interpretatione et commentariis prodiit Venetiis 1555. 8. Recusus est eodem anno graece et latine Parisiis eadem forma octava, et a *Thoma Galeo* cum eadem Nogarolae versione et *Ioh. Serrani* argumento ac notulis editus iterum inter Opuscula Mythologica, Physica et Ethica. Cantabrigiae 1671. 8. et Amst. 1688. 8. In praefatione edit. Cantabrigienfis haec inter alia doctissimus Galeus: *Timaeus maior, occasione huius scriptus a Platone, potes dubitare, illustrioremne an obscuriorem reddiderit* <sup>aaaa</sup>). Certè dum dialogum suum κτηνίζων καὶ βοσχυρίζων huic Locro lucem dare studuit Plato, in nonnullis locis simplicem et rectum scriptorem a sili superstitione corrupit. Erat animus quaedam huc, quod facile fieri poterat, ex *Iamblichō* περὶ κωνῆς Μαθηματικῆς, *Proclo* *Syriano* et *Damascio* (qui quidem et ipsi in maiorem *Timaeum* commentati sunt, aliosque eiusdem commentatores, *Crantorem*, *Longinum*, *Numenium*, *Origenem*, *Porphyrinum*, *Seuerum*, *Taurum*, saepe multis verbis citant) sed in aliud tempus reieci. [gr. in editt. *Platonis* Ald. et *Basileensi*; gr. et lat. in edit. *Platonis* Bipontina vol. X. cum *Ocello* a *Batteusio*, Paris. 1768. III. tom. 8. gr. et lat. ibid. 1778. 8. vid. supra, in vol. I. pag. 859. gr. et gallice cum notis amplis d' *Argens*, Berol. 1763. 8.] Anglice versum *Timaei* *Locri* opusculum est a *Thoma Stanleio*, in cuius *Historia philosophica* iam saepius lucem vidit. Ex hoc porro *Timaei* <sup>bbbb</sup>) libello *Platonem* concinnasse dialogum praesentem, iam pridem notavit *Timon*, sillographus, apud *Gellium* III. 18. et *Iamblichum* ad *Nicomachi* *Arithmetica* p. 148. <sup>cccc</sup>). *Proclus* p. 3. ὁμολογεῖται παρὰ πάντων, ἔτι τῶ Πυθαγορικῆ Τιμαίῃ τὸ βιβλίον ὁ Πλάτων λαβὼν, ὃ περὶ τῶ παντὸς αὐτῷ σύγκειται, τὸν τῶν Πυθαγορείων τρόπον τιματογραφεῖν ἐπεχείρησεν. *Synepius* de dono *Astrolabii* p. 307. Ἰταλία μὲν γὰρ πάλαι τὰς αὐτὰς ἔχουσα Πυθαγορεῖ τε ἀκαστὰς καὶ τῶν πόλεων ἀρεστὰς, Ἑλλάδι ἡ μεγάλη προσαγορεύετο. Καὶ μάλα ἐν δίκῃ, παρ' οἷς Χαερῶνδας μὲν ἐνομοθέτης καὶ Ζάλευκος, ἐτρατῆγρον δὲ Ἀρχύται καὶ Φιλῶλαι, ὁ δ' ἀστρονομικατάτος Τιμαίος ἐπολιτάρχει τε καὶ ἐπρέσβευε καὶ τὰλλα ἐπελιτέυετο. Παρ' ἑ καὶ Πλάτων ἡμῖν περὶ κόσμου φύσεως διαλέγεται. Alii dicunt, *Platonem* instituisse *Philolai* vestigiis, cuius libros ab eius heredibus magno pretio redemerat. vid. ad *Laert.* VIII. 85. et *Gellium* III. 17. Citatur *Timaeus* a *Plinio* II. 8. *Hist. Nat.* (et in indice libri V. et lib. XVI. 22. *Timaeus*, mathematicus, nescio, an diuersus; plures enim fuere *Timaei* et praeter *Ionis* pag. 32. et 125. notatos, *Timaeus*, *Crotoniata* et *Timaeus*, *Pariis*, *Pythagorei*, *Iamblichō* memorati (in *vita* *Pythagorae* cap. vlt.) a *Clemente Alex.* V. *Strom.* pag. 604. *Theodorito* lib. II. *Therapevt.* p. 36. etc. *Suidas*, non satis accuratus scriptor, *Timaeo* *Locro* praeter libellum hunc περὶ φύσεως tribuit *Μαθηματικὰ* et librum de *Vita* *Pythagorae*. Sed de *vita* *Pythagorae* merito ambigunt viri docti. Vide *Ionisum* pag. 32. <sup>dddd</sup>) Porro librum περὶ φύσεως respicit *Syrianius*, in XIV. *Metaphys.* vbi docet,

aaaa) Adde *Meiners.* *hist. doctrin.* apud *Graecos* etc. I. pag. 225 sqq.

bbbb) Fallitur *Io. Meursius*, qui in spicilegio *Theocritico* scribit, quod *Timaeus* sequutus sit *Platonem*. — Iniquum *Timaei* *Locri* latine vertit *Philolai* *XXII.* 1. *Epist.* Ad *Timaei* *Platonici* prima verba respicit *Athenaeus* IX. p. 381. F.

cccc) Secus sentit *Bardili.* vid. vol. I. p. 877 sq. <sup>dddd</sup>) *Gyraldo* in libello aenigmatum pag. 25. edit. *Reusneri*, nil aliud esse totus *Platonis* *Timaeus* videtur, quam aenigmatum catenae quaedam. *Heum.* adde *Meiners.* *hist. doctrin.* apud *Graecos* etc. tom. II. pag. 707 sqq. *Cren. diss. II.* de furib. librar. §. 62. *Harl.*

docet, Peripateticam [P] Philosophiam Ocelli et Timaei vestigiis insistere. *Timaeus* Platonis, quem aetate prouectum scripsisse notat *Galenus* tom. I. p. 326. edit. Basil. plurimos nactus est interpretes, quia omnium dialogorum huius philosophi est obscurissimus. Cicero quidem II. de fin. cap. 5. quum dixisset, obscuram orationem duobus modis sine reprehensione fieri, si aut de industria facias, ut Heraclitus: aut cum rerum obscuritas, non verborum facit, ut non intelligatur oratio, *qualis*, inquit, *est in Timaeo Platonis*. Sic etiam IV. Acad. cap. 39. Confer *Orat. in* initio commentarii et p. 420. Praecipue numerorum harmonicorum, qui in hoc dialogo pag. 478. edit. gr. Basilicenf. tractantur, ratio plurimum caliginis habet, atque ab interpretibus Platonis intacta fere transmissa est, notante *Sexto Empirico* lib. I. contra Math. pag. 60. [Siue aduers. grammaticos I. cap. 13. sect. 301. vbi vid. notam Fabric.] Inde in proverbium abiit Platonis <sup>\*\*\*</sup> numeri. Idem *Cicero* VII. ad Attic. 13. *Aenigma Oppiorum ex Velia non plane intellexi, est enim numero Platonis obscurius*. *Hieronymus* lib. II. comment. in Amosum: *Obscurissimus Platonis liber, qui ne Ciceronis quidem aureo ore sit plauis*. Idem praefat. ad lib. XII. in Es. *Denique Timaeum de mundi harmonia astrorumque cursu et numeris disputantem ipse, qui interpretatus est Tullius, se non intelligere confitetur*. *Claudii Galeni* libri IV. de iis, quae in Timaeo medice dicta sunt, iam pridem interciderunt, exceptis fragmentis, quae lat. exstant e translatione *Augustini Gadaldini*, Mutinensis, tom. V. Paris. p. 275 — 284. Periere etiam commentaria in Timaeum Platonis, scripta ab *Adrasto*, Peripatetico, (Porphyr. p. 270. in Harmonica Ptolemaei) *Aeliano*, Platónico, (id. p. 216.) *Albino*, *Aristotele*, *Aselepiodoto*, (Olympiodor. in 4. Meteorolog.) <sup>ffff</sup> *Clearcho*, *Crantore*, *Damascio*, *Dercyllide*, *Iamblichio*, *Longino* <sup>gggg</sup>, *Numenio*, *Origene*, (diuerso ab Adamantio) *Plutarcho*, Atheniensi, *Porphyrio*, *Posidonio*, Stoico, (Sext. pag. 154. VII. contra Mathematic. [aduersus logic. I. 19. pag. 389. edit. Fabric.]) *Ptolemaeo*, Platónico, *Seuero*, *Syrano*, *Tauro* (Philopon. VI. 8. 21. 22. 27. XIII. 15. de mundi aeternitate) et *Theodoro*, *Asinaco*, quos propemodum omnes laudat et hinc inde expendit Proclus. Cuius et ipsius intercudit *ἐπισκεψίς τῶν πρὸς Πλάτωνος Τιμαίων ὑπ' Ἀριστοτέλους ἀντισημείων*, *Consideratio eorum, in quibus Platonis Timaeo contradixit Aristoteles*, quem librum saepius citat *Io. Philoponus* de mundi aeternitate contra Proclum II. 2. IV. 11. 14. VI. 7. 15. 27. 29. VIII. 1. IX. 2. XIII. 1. 15. XVI. 4. XVIII. 5. *Fabric.* adde infra, in vol. VIII. lib. V. cap. 26, vbi Fabric. de editis atque ineditis ac perditis *Procli* commentar. in aliquot Platonis libros fufius disputat, 14. p. 514. Latent, teste *Montfaucon*. in bibl. bibliothec. codd. mstorum, in bibl. *Vaticana* Platonis *Timaeus*, (tom. I. pag. 37. C.) *Timaeus*, de legibus vnus, (I. p. 89. B.) — *Chalcidius* in Timaeum, (I. p. 24. A.) et in bibl. *Florent. Dominic.* in qua etiam est *Timaeus Plat.* cum glossis interlinear. ac scholiis, idemque *Chalcidio* interprete (I. p. 424.) in bibl. *Ambros. Mediol.* (I. pag. 511. C.) *Proclus Diadochus* in Timaeum,

<sup>ccc</sup> Vide, quae his illustrandis praeter Chalcidium p. 99 sq. et Proclum p. 153 sq. Macrobius II. 2. in somnium Scipionis. [Fabric. in nota ad Sexti Empirici memoratum locum laudat: praeter ea *Theonem*, *Smyrnaeum*, de mathematicis in Platone p. 151 sq. *Io. Philoponum* XIII. 18. de mundi aeternitate, *Honorium*, *Augustodunensem*, lib. I. de imagine mundi cap. 81. et 83. (qui Honorius memo-

rat lib. I. cap. 15. de philosophia mundi glossulas suas super Platonem,) atque e recentioribus *Io. Replerum* de harmonia mundi, et *Io. Baptistam Ricciolum* lib. VI. *Almagesti* noui cap. 7. *Hart.* <sup>ffff</sup> Conf. *Lambecii* Comm. de bibl. Vindob. VII. cap. 18. p. 86. nota, edit. Kollarii. *Hart.* <sup>gggg</sup> Conf. *Ruhnken.* diff. de Longino §. 7. p. 14 199. in edit. Longini *Toupiana.* *Hart.*

maeum, (I. p. 28. C. et p. 89. B.) et in bibl. *Chiggiana* (tom. I. p. 175. A.) in aliaque romana biblioth. gr. (I. p. 158. B.) latine, (II. p. 1242.) — *Plat. Timaeus* cum aliis dialogis Platonis in bibl. *Medic. Laurent.* (Bandini catal. tom. III. pag. 273.) — *Timaeus* cum Platon. de republ. lib. X. (ibid. Bandin. pag. 208.) — *Proclus* in *Timaeum* ter, et *Platonis Timaeus*, tum bis *Procli* in Theol. Platonis libri VI. in bibl. Veneta D. Marci (Catal. p. 190 — 194.) — *Timaeus Plat. Patauii* in biblioth. Iac. Zaraballae (Tomasini bibl. Patau. MSS. etc. Vtini, 1639. 4.) — *Procli, Diadochi*, in Theol. Platonis libri 1. 2. 3. 4. 6 tum in *Timaeum* et Parmenidem libri VI. in bibl. *Scoriel.* (*Plüer* in Itiner. Hispan. p. 188) In bibl. regia *Parif.* sunt *Platonis Timaeus*, (qui etiam fuit in bibl. Baluziana, teste catal. illius bibl. part. III. p. 39. nr. 264.) *Timaeus Locrus, Chalcidii* comm. in *Tim. Platon.* latine, aliquoties, *Proclus Diadochus* in Plat. theologiam sexies, *idem* in *Timaeum Plat.* quater, (teste Catalogo passim,) *idem* in *Timaeum Platonis* in bibl. *Coislin.* (in Montfauc. catal. illius bibl. pag. 444.) — *Procli* Theologiae platonicae lib. VI. gr. *Oxonii* in bibl. Bodleiana, et *Timaeus* ibid. in bibl. coll. corporis Christi, (Catal. libr. MSS. Angliae, tom. I. part. I. pag. 55. nr. 704. tom. I. part. II. p. 169. nr. 3511. pag. 51. nr. 1563.) *idem* in bibl. acad. Cantabr. lat. MSS. Angl. I. part. III. p. 167. nr. 2273. (et in bibl. *Vindobon. Lambec.* comm. VII. pag. 91 sq. *Nessel* Cat. part. IV. pag. 160.) *Chalcid.* in Plat. *Tim.* in bibl. Cantabr. S. Trinit. *Timaeus Plat.* ibid. in bibl. aulae Pembroch. vid. cat. cit. tom. I. part. III. pag. 97. et p. 161. — *Chalcidius* in *Tim.* et Ciceronis disp. in *Timaeum*, in bibl. Vossii Lugdunensi, Montf. Bibl. tom. I. pag. 677. B. — *idem Chalcid.* in bibl. Ven. D. Marci. (catal. pag. 469.) — *Proclus* in *Timaeum* in bibl. *Vindob.* (*Lambec.* VII. p. 44 (76.) sqq. et *Nessel.* part. IV. p. 17.) — *Procli, Lycii*, lib. VI. de Theologia Platonis et institutiones Theolog. Platonicae, ibid. (*Nessel.* IV p. 27. adde codd. notatos p. 28. cod. XXXX. pag. 42. cod. LXXI. p. 97. cod. CLXXV.) et in bibl. *Monac.* Bau. (catal. p. 64.) — *Procli Diadochi* de Platonis Theol. lib. I. et princ. libri II. in biblioth. Augustana Vindel. al. libri VI. eiusdem comment. tom. II. eiusd. lib. V. *Timaeus Plat.* (*Reiser.* catal. p. 35. et 41. pag. 74. p. 82. p. 89.) — *Chalcidii* expositiones in libros Platonis, in bibl. monast. Elnonensis. (*Sanderi* bibl. Belgica MS. part. I. pag. 56. nr. 271. Insulis, 1641. 4.) — eiusdem *Timaeus* et in eum expositiones in bibl. monast. S. Martini Tornac. (*Sander.* l. c. p. 110. nr. 57) — *Platonis Timaeus, Meno, Phaedo*; item commentaria in *Timaeum Platonis*, incerti auctoris, in bibl. monast. Dunensis Cistert. in Flandria (*Sander.* l. c. pag. 201.) *Chalcidius* in *Timaeum Platonis*, in bibl. collegii Soc. Ies. Louan. (*Sander.* l. mem. pag. 329.) *Timaeus Locrus*, in bibl. templi Parcensis ord. Praemonstr. (*Sander.* l. c. part. II. pag. 166.) — *Platonis Timaeus* cum aliis dialogis Platon. in bibl. Tubingensi. vid. Fischeri praefat. tertiam ad nouissimam IV. dialogorum editionem p. VI — VIII. — *Plat. Timaeus*, interprete Chalcidio, in bibl. Bernensi, teste *Simero* in Catal. codd. msstor. bibl. Bernensis tom. I. p. 574. *Harl.*

In Bibliothecis latet *Mich. Pselli eis τὴν Πλάτωνος Ψυχογονίαν.* Vide Allatum de Pselli p. 87. et p. 91. [vid. *Bandini* catal. MSS. gr. bibl. Laurent. tom. II. p. 474. cod. XXIX. in bibl. Ambros. Mediolan. vid. *Montfauc.* Bibl. -MSS. I. pag. 502. A. in Bibl. Voss. Lugdun. vid. p. 61. nr. 2262. Cat. MSS. Angliae. *Pselli* expositio mathem. in *Timaeo*, cod. in bibl. Augustana Viadelic. vid. *Reiser.* catal. p. 82. eiusd. de *Psychogonia Plat.* ibid. *Harl.*

Ex editis graecis scriptoribus huc spectant *Plutarchi* liber περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ Ψυχογονίας et p. 1138. sq. lib. de Musica et *Procli* commentarius in *Timaeum*, in quatuor libros distributus,



tributus, sed vix tertiam partem Timaei persequens Platonici. Latinae versionis, a *Cicerone* factae, non nisi fragmentum ad nos peruenit, quod illustrare aggressus est *Georgius Valla* ad calcem commentarii in Ciceronem de fato, Venet. 1492. fol. et cum graecis Platonis confert *Ioach. Perizonius* ad calcem versionis Nicomacheorum Aristotelis Paris. 1540. 4. et Basil 1542. 8. atque *H. Stephani* in Lexico Ciceroniano. *Chalcidii* quoque versio integra non est, [¶] ac ne dimidium quidem dialogum refert, neque commentarius eiusdem Chalcidii, (de quo in Bibliotheca latina, quemque emendatiorem edere, si tempus ferat, animus est,) ulterius procedit, quam translatio. *Fabric.* Prodiit primum ex *Augustini Iustiniani*, episcopi Nebienfis recensione Paris. apud Iacob. Badium Ascensium 1520. fol. insertis passim figuris mathematicis et variis quibusdam lection. ex alio codice in margine notatis; deinde cum fragmentis Ciceronianae versionis Paris. 1563. 4. qua eadem forma ibidem *Timaeus* ipse Platonis graece excusus est 1579. apud Guil. Morelium. *Chalcidii Timaeus Platonis* translatus et comment. illustratus cum fragm. vers. Cicer. ex recensione Io. Meursii cum eiusdem notis. Lugd. Barau. 1617. 4. sed in utraque posteriore edit. et Morelliana et Meursii omisae sunt figurae mathem. quas Iustinianus e MS. Augustano ediderat: quare denuo scriptorem integrum cum graecis Platonis et versione Cicer. collatum recensuit, adnotationibusque illustratum, restitutis figg. geometricis et Meursii notis adauctum, edidit *Fabricius* noster ad calcem vol. II. operum S. Hippolyti etc. Hamburgi 1718. fol. \* Ex notitia Bipontin. edit. de Platone, vol. IX. pag. V sq. conf. *Jfr. Spachii* nomenclator. philosophic. p. 32 sqq. vbi esse dicitur catalogus commentatorum, tam veterum, quam recentiorum copiosus, *Morhof.* Polyhist. philos. lib. II. part. I. cap. XI. §. 3. pag. 207 sq. Vitam Fabricii, a Reimaro conscriptam, p. 146 sqq. p. 158. *Harl.*

E recentioribus Timaeum Platonis illustrarunt praeter ea, quae illustrandis numeris Platonici disputata sunt a *Ioh. Keplero* in Opere de Harmonia mundi, *Seb. Foxius Morzillus* Basil. 1554. fol. *Matthaeus Fragillanus*, Bellouacus. Paris. 1560. 4. *Paulus Beni* in Platonis Timaeum, decades III. Rom. 1594. 4. *Gallice* vertit illustravitque egregie *Lud. Reginus*, Paris. 1551. 4. cum nonnullis *Isocratis*, *Demosthenis* et *Xenophontis*, et 1581. 4. *Italice*, *Sebastianus Ericius*, patricius Venetus (<sup>libb</sup>), cum notis, in quibus subinde etiam obseruat, *Marsilium Ficinum* quaedam non satis recte interpretari. Venet. [Venet. 1558. 4. vid. *Patroni* biblioteca degli autori etc. tom. III. p. 112.] Idem similiter illustravit Platonis *Euthyphronem*, *Apologiam* *Socratis*, *Critonem* ac *Phaedonem*. [Venetiis. 1574. 8] Confer. *Lambecium* lib. VII. Commentar. de bibl. Vindob. pag. 37. [p. 76 sqq. edit. Kollarii, vbi plures codices Procli recensentur, et pag. 96 sqq. a Lambecio et Kollario de Proclo agitur.] Spectat et ad Timaei locum insignem illustrandum *Celsi Mancini*, Rauennatis, synaugia Platonica, siue tractatus de modo, quo sit visio. Ferrar. 1591. 4. *Fabric.* — *Iani Bircher dii* schediasma in Platonis Timaeum, Aldorf. 1683. 4. — Noua ingeniosaque explicatio loci in Timaeo de ortu animi humani exstat in *Abichts und B. vns* Neuem philosophischen Magazin, vol. II. part. I. et II. Lipsiae 1790. 8. pag. 1 — 70. — Var. lection. in Plat. Timaeum sunt in Miscell. obseruat. vol. II. tom. III. p. 410. — *Raymund de Puteo*, Messan. Circulo Tusculano, ove si trattano propositioni Platoniche del Timaeo, e si aggiunge la scola Aristotelica con le sette de' Filosofi. Messan. 1636. 12. *Patri Pauli Vergerii* allegabilia dicta ex Timaeo Platonis ann. 1388. vid.

libb) Vid. Nicol. Commenum tom. II. histor. gymnasii Patauini, pag. 82.

vid. Giornale d' Italia tom. IX. pag. 188. Horatii Burgiendi S. I. Obss. mathematicae in Timaeum ineditae, Journ. des Sav. 1708. II. pag. 209. — Latine se Timaeum Platonis fecisse eumque Marcello Ceruino, Cardinali, dicasse, testatur *Ludov. Nogarola* epist. de Italis, qui graecè scripserunt p. 215. not. Fabricii MSta. *Harl.*

XXXII) ΚΡΙΤΙΪΑΣ ἢ Ἀτλαντικός, ἡθικός. Adpendix veluti Timaei, diligentius persequens narrationem de *Atlantide insula*, cuius in Timaeo facta fuerat mentio. conf. *Plutarch.* quod non suauiter possit viui secundum Epicurum, pag. 1093. Per hanc Atlantidem *Olaus Rudbeckius* tom. I. Atlanticae cap. 7. Sueoniam intelligit, argumentis variis et nonnulla veri specie lectori blandientibus, auctorisque <sup>iiii</sup>) commendantibus ingenium. At plerique alii Americam innui a Platone existimant; quam sententiam propugnauit *Ianus Bircherodius* in *Schediasmate de Orbe nouo non nouo*, Altdorf. 1683. — [Neque, si fabulae, semper aliquid veri habentes, a fabulosis discernantur, (qualia illa de Meropide terra *Athano* H. V. III. 18. et ab Apollodoro apud *Strabonem* p. 207. edit. Casauboni videntur,) *Iac. Perizonius* ad *Aelianum*, et, qui ei adfurgit, *Christophor. Cellarius* in additamento ad vol. II. Notitiae O. A. valde ab ea opinione absunt, quod veteres quasi per nebulam de America partim ex antiqua traditione ab Aegyptiis vel Carthaginiensibus acceperint, partim ex ratiotinatione de forma et situ orbis terrarum aliquid collegerint, superesse in hac orbe etiam alias terras, praeter Asiam, Africam et Europam. conf. *Aristotel.* de Mundo cap. 3. Ex notitia Bipontin. edit. litter. de Platone vol. X. p. 1 sq. adde *Diodor. Sicul.* lib. III. capp. 60. et 61. p. 229. edit. Wesselingii in quo loco cum Platone comparando viri docti occupati fuerunt. *Harl.*] Exstat et *Georg. Casparis Kirchmaieri*, τῆ μακαρίτη, Exercitatio de Platonis Atlantide ad Timaeum et Critiam Platonis, Witteb. 1685. qui putat, a Platone respici tractus extremos Africae versus Austrum atque Occidentem. Submersam iam pridem terrae motu Atlantidem suam Plato haud vno loco diserte testatur: itaque operam et oleum forte perdunt, qui eam quaerunt in terris, hodie exstantibus, nisi tota sit fabulosa narratio, ac de industria conficta vel ab aegyptiis sacerdotibus, quod visum *Mallinero* p. 95. paralipom. de Hist. graecis: vel a Platone ipso, vel Solone <sup>kkkk</sup>), quod tamen non credo, etsi bella, quae ante nouies mille annos ab Atlanticis gesta Plato scribit, fabulis sine controuersia accensenda sunt. Non absolutum esse hunc dialogum, sed a Platone, morte praeuento, imperfectum relictum, dolet *Plutarchus* in vita Solonis, quem vide p. 96. et 92. [l. pag. 383. edit. Reisk. tom. I.] Similiter *Solon*, cum λόγον Ἀτλαντικόν carmine Graecis explicare constituisset, siue quod aliud deinde maluit agere, siue prae senio et operis magnitudine deterritus, id facere omisit. [P] vid. scholion graecum in *Harmonicordem Ptolemæi*, codice Coislin. p. 228. catalogi a Platone editi. Pauca quaedam *Lud. Castoluetrii* animaduers. p. 274 sqq. Opusc. var. criticor. *Fabric.* Hunc Platonis librum carmine graeco reddidit *Zolius*, teste *Porphyrio* in vita Plotini cap. 7. Quemadmodum vero

iiii) Obiit septuagenario maior Vpsalae, ann. 1702. *Fabric.* In Suecia Atlantidem Platonis vere existisse, sibi quoque persuasit *M. Iac. Wilde* in libro: *Sueciae historia pragmatica*, quae vulgo ius publicum dicitur etc. Holmiae 1731. p. 33. *Harl.*

kkkk) Solonem ex Pfenophe, Heliopolita, et Son-

chefsaita, sacerdotibus aegyptiacis, audiuisse ἀτλαντικὸν λόγον, aut ἀτλ. λόγον ἢ μῦθον, et Platonem τὴν ἀτλαντικὴν ὑπόθεσιν exornasse atque exposuuisse, tradit *Plutarch.* in vita Solonis, et plura de illa fictione disputat, tom. I. p. 369. et 382 sq. edit. Reisk. *Harl.*

vero ciuitas Platonica est non-ens et idea mera, ita et Atlantica platonica. *Heum.* Atqui ab omni tempore sententiae virorum doctorum de insula Atlantide, eius situ et de Platonis narratione mirum quantum fuerunt diuisae. Fuerunt enim, qui Atlanticam platoniam meris fictionibus, fabulis romanensibus, earumque politico generi adnumerarent, e. gr. praeter Fabricium nostrum, *Cellarius* in Notit. orbis antiqui libr. I. cap. II. §. I. tom. I. pag. 40. item *Tiedemannus* in argumento Critiae p. 339. edit. Bipontinae. Origenes, Proclus, Porphyrius, Cosmas libro XIII. descriptionis orbis illam allegorice interpretandam esse iudicarunt. In primis *Michael Hissmann.* in additamento ad versionem suam germanicam libri *Neue Welt- und Menschengeschichte, aus dem Französischen.* — *Alte Geschichte, erster Band.* Münster, 1781. 8. p. 173 — 186. copiose ostendit, omnem illam Platonis de ista insula narrationem esse fictionem. Alii vero, qui veram esse illam historiam, et existisse quondam istam insulam autumarunt, de situ illius in alia omnia transferunt. Rudbeckii opinio iam memorata est a Fabricio. Alii somniarunt, Palaestinam esse intelligendam. Iam *Io. Serranus* in argumento in Platonis Critiam, „ex Moësaicae, inquit, historiae regula omnis haec narratio de Atlantibus expendenda est.“ De *Oliuerii* opinione postea erit sermo. Hoc, quo viuimus, sacculo ex contortis praecipue etymologiis, aliisque vanis argumentis, probasse, Palaestinam, (quae tamen numquam a mari est absumta,) esse insulam atlanticam, sibi visi sunt *M. Io. Eurenus* et *Frid. Carol. Baër*, quorum prior edidit *Atlanticam orientalem*, primum in lingua Suecana conscriptam, ann. 1754. qui liber deinde in sermonem latinum translatus et inscriptus prodijt:

*Atlantica orientalis, sive Νησος Atlantis, a multis retro annis a M. Io. Eurenio Suecanae linguae idiomate descripta, iam autem latine versa.* Berolini 1764. 8.

Posterior autem illam sententiam proposuit et tuitus est in libro, posthaec etiam in linguam germanicam conuerso:

*Essay historique et critique sur les Atlantides, par Fred. Charles Baër, Paris 1762.*

Alii, qui haud pauci sunt, (vid. *Essay sur la population de l'Amérique*, tom. I. p. 23. 29 sqq. et *de la Borde* in discours préliminaire ad tom. I. illius Histoire abrégée de la Mer du Sud. Paris 1791. mai. 8. qui varias variorum suspiciones de America culta et fragmenta obscura de Atlantide etc. recoquit,) quaesuerunt illam insulam in America, atque *Hissmannus* l. c. in nota p. 177. memorat duas tabulas geographicas, in quibus illa orbis pars diuisa inter decem Atlantis reges cernitur: altera est: „Nouus orbis, potius altera Continens, sive Atlantis insula, a *Nic. Sanson* antiquitati restituta. Nunc demum maiori forma delineata et in decem regna iuxta decem Neptuni filios distributa. Praeter ea insulae nostraeque continentis regiones, quibus imperauere Atlantici reges, aut quas armis tentauere ex conatibus geographicis *Guil. Sanson*, *Nic.* filii. Paris. 1689.“ — — altera tabula est: „Orbis vetus, in vtraque continente iuxta mentem Sansonianam distinctus, nec non obseruationibus astronomicis redactus, accurante *Robert de Vaugondy*. 1762.“ — *Tournefort* in Relation d'un Voyage du Levant tom. II. p. 406. opinatus est, insulas, quae vocantur Canariae et Azores, atque Americam esse reliquias insulae Atlant. Platonicae. — adde *Huetii* demonstrat. euangel. propof. IV. cap. 7. 6. pag. m. 173. et de insulis Atlanticis *Plutarch.* in vita Sertorii cap. 8. p. 520. vol. III. Multa etiam, quae ad quaestionem de oceano marique atlantico et insulis in illo sitis ex antiquitate illustrandam pertineant, reperies in *I. M. Gesneri* praefect. de nauigationibus extra columnam Her-

culis, eius editioni Orphei subiunctis; vt mittam, qui de navigationibus populorum antiquissimorum scripserunt. — Quod Voltarius Indiam esse putavit primam artium et doctrinarum patriam et veluti genetricem, *Bailly* sententiam suam, quam protulerat in *Historia veteris astronomiae* tom. I. versionis german. de Atlante, inuentore astronomiae, et populo Atlantico, in Aegyptum, Aethiopiam et Phoeniciam migrante, pag. 22 sqq. tum, ex septentrione, in primis ex magna Tataria, non, quae aliorum est opinio, ex Aegypto, aut Persia, aut Chaldaea, aut India, doctrinarum ortum et initia esse repetenda, (p. 106. 114. ac tom. II. p. 8. 19 sqq.) vberius probatum iuit, et de insula Atlantica Platonica ingeniose subtiliusque disseruit in *Litteris de ortu doctrinarum et populorum asiaticorum*, ex versione germanica, Lipsiae 1778. 8. imprimis epist. VIII. p. 164 sqq. et *Lettres sur l'Atlantide de Platon et sur l'ancienne histoire de l'Asie*; pour servir de suite aux *Lettres sur l'origine des sciences* — . Londini et Parisi. 1779. 8. (coll. tamen censura in *Supplem. ad ephem. litter. Gotting.* ann. 1780. plag. 40. p. 632 sqq. vbi censor multa contra argutas *Bailly* opiniones acute monet, et *Magazin der neuern französischen Litteratur*, Lipsi. part. V. p. 426 sqq.) Ex *ephem. litterariis Gotting.* ann. 1792. nr. XX. p. 186. cognoui *Guil. Jones* in *Asiatick Researches*, Calcuttae, 1790. vol. II. nr. 2. vbi de Tataribus, horumque doctrinis, religione et moribus agit, reiecit *Bailly* opiniunculas, atque Tataros Indosque penitus discreuisse. *Bailly* sententiam et argumenta late recenset atque sub examen vocat auctor gallicus libri *mem. et ab Hissimanno versi, Neue Welt- und Menschengeschichte*, (qui in integro primo volumine originem, historiam et itinera Atlantum persequitur, et plurimum VV. DD. opiniones librosque, huc pertinentes, commemorat,) p. 201 sqq. Idem p. 162 sqq. p. 349 sqq. et p. 555 sqq. fragmentum Platonis versum refert; p. 247 sqq. inquit, num patria Atlantum in vicinia poli sit ponenda, num insula *Calypsus* sit habenda Platonis Atlantis; tum adseuerat, hanc reuera quondam fuisse, p. 276. et quidem coloniam antiquioris populi. Idem p. 234. censet, collata p. 454 sqq. in Tartaria exstitisse quidem populum Atlanticum: hunc vero non fuisse indigenas terrae, sed coloniam aliorum Atlantum; e contrario (p. 334 sqq.) sententiam copiosius explicat, Caucasum fuisse primam Atlantum sedem, ex qua coloniae reliquorum Atlantum in alias insulas, partem Africae (pag. 445. p. 504 sqq.) et Asiam Europamque, fuissent deductae (p. 403 sqq.); nomen maris Atlantici olim fuisse latius sumtum (pag. 340 sqq.); Platonis Tyrreniam esse nostram Etruriam, siue Toscanam illiusque Atlantem in vicinia Sardiniae, in mari mediterraneo intra Italianam et Carthaginem esse quaerendam, (p. 355 sqq. et, vbi ea, quae antea latius disputarat, in compendium quasi redigit, p. 364 sqq.) eamque postea vi maris absumtam. Quae omnia licet acute et ingeniose essent explicata, tamen quoniam per multa in coniecturis vagis, partim audacibus sunt posita, nondum valebunt ad fidem illi opinioni omnino adhibendam, et veritatem insulae Platonicae firmiter stabiliendam. — Veram esse narrationem Platonis, et insulam Atlanticam reuera quondam exstitisse, eamque ab Aristotele quoque, Eudoxo, Strabone, Philone aliisque in Oceano, eaque parte maris, quod a monte Atlante nomen accepit, esse collocatam, contendit *Baudelot* in recitatione de bello Atheniensium contra populos insulae atlanticae, in *historia societ. Parisi.* Inscr. part. III. p. 60 sqq. vers. german. Gottsched.

In *Continuatione relationum Sallengrianarum*, ad rem litterariam historiamque spectantium, (*Continuation des Memoires etc. auctore P. Desmolets.*) Parisi. tom. I. part. I. 1726. mai. 12. pag. 19 sqq. exhibetur *Claudii Matthaei Olierii*, apud Massilienses caesarum patroni, *diff. in Criticam Platonis*, qua auctor historiam insulae atlanticae, quae in hoc dialogo enarratur,

ratur, nihil aliud esse, quam rempublicam et historiam populi iudaici sub decem filiarum Neptuni nomine teste propositam, demonstratum iuit, quam Plato a Solone, Solon autem a sacerdotibus aegyptiacis acceperit. Non Americam, putat, sed Palaestinam, cui descriptio ipsius insulae atlanticae, fertilissimae atque amoenissimae valde conueniat, ficta illa narratione describi. conf. Acta erudit. Lips. ann. 1728. mense Aprili, pag. 166 sqq. Bibl. françoise ann. 1726. mens. Iul. p. 291. Journ. des Savans 1726. Oct. p. 232. Hist. litter. de l'Europe, ann. 1727. Septemb. p. 27 sqq. Cum scriptore illo facit *Heur. Scharbau* Obsl. Sacr. tom. II. pag. 381 sqq. — *Io. Harvini* Atlantica Platonis insula, cod. chart. in bibl. regia Paris. saec. 18. formae mai. cod. MMMMMMMMDCXCIX. teste Catal. pag. 494. adde Monatliche Unterredungen etc. mens. Martio, 1690. p. 226 sqq. mens. Maio eiusd. ann. p. 426 sqq. 448 sq. 454 sqq. *Harl.*

## TETRALOGIA IX.

XXXIII) ΜΙΝΩΣ ἢ περὶ νόμου, de lege, πολιτικός. In hoc dialogo, quem et ipsum volunt imperfectum ad nos peruenisse, praeter disputationem de eo, quid sit lex, continetur apologia pro Minoë legislatore Cretensium, quem alii describunt tanquam *Τυραννικόν, Βίαιον καὶ δασμολόγον, τραγωδῶντες τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον καὶ τὸν Λαβύρινθον, καὶ τὰ Θησῆ συμβάαντα καὶ Δαίδαίλω*, vt notat *Strabo* lib. X. p. 476. qui addit, difficile dictu esse, vtra sententia vera sit. *Fabric.* — [M. *Frig. Bellouaci* schol. in Platonem de legis perfectione. Paris. ap. Thom. Richard. 1561. 4.]

XXXIV) ΝΟΜΩΝ ἢ περὶ νομοθεσίας, βιβλία ἑβ, πολιτικός. De legibus opus. Scripsit Plato iam senex, teste *Plutarcho* pag. 370. de *Iside* et *Osiride*. Omnem Platonis orationem peroratam esse vno aestiuo die, obseruat *Cicero* II. vlt. de legibus. *Socrati* tribuit *Saluanus* lib. VII. de Dei prouidentia pag. 257. *Videamus ergo, quas Socrates de pudicitia leges sauxerit. Vxorem, inquit, propriam nullus habeat, matrimonia enim cunctis debent esse communia* — —. De hac re et libros condidit, (libr. V. de republ.) et memoriae haec *pudenda mandauit*. *Olympiodorus* in Platonis vita obseruat, Platonem a Solone genus ducere, huiusque aemulatione legum libros et de Republ. scripsisse. *Arcadibus, Cyrenaeis ac Thebanis*, quantumuis rogatus, leges ferre noluit, quia surdas eorum aures reperit ad aequabilem honorem et partitionem bonorum admittendam; vt referunt *Aelianus* II. 42. Var. *Laertius* III. 23. et *Plutarchus* ad principem ineruditum. *Athenaeus* vero Platonem reprehendit, quod leges scripserit non hominibus, quales sunt; sed quales ipse finxit imaginatione, lib. XI. pag. 508.

*Lu. Iulius Cestianus*, scriptor acutissimus, in commentario ad Aristotelis poeticam, *Hetrusca* lingua edito, p. 110. reprehendit Platonem, quod has de legibus dissertationes vno vespere factas dictasque singat, properanti lectori vix intra quatrimum absolueudas, et tamen easdem in tredecim libros <sup>III</sup>) diuidere non dubitauerit. Sed ad postremum hoc responderi potest, diuisionem librorum non esse a Platone ipso, verum a *Philippo Opuntio*. Vide

N 3

quae

III) Adnumerato *Epinomide*. *Fabric.* Errare videtur *Fabricius*. Nam de dialogo *Epinomis* hoc dici potest, qui inscribitur *νυκτερινός*. vid. nr. 35.

De hoc opere de legibus iudicium vid. in C. *Thomasi* oration. p. 414 sqq. *Heum.*

quae infra nr. XXXV. *Fabric.* [Sed et *Cicero*, qui Platonis ad exemplum, absolutis de Republica libris, illos de Legibus scripsit, haud dubitavit, etiam in eo suum sequi Platonem. Is quidem lib. II. de legg. l. 69. vlr. *et quoniam*, inquit, *libitum est vobis, me ad naec impellere, hodierno sermone conficiam, spero, hoc praesertim die; video enim, Platonem idem fecisse, omnemque orationem eius de Legibus peroratum esse vno aestivo die.* Scripserat autem *Cicero* libros quinque, quorum duo ultimi plane periere. Edit. Bipont. vol. VIII. p. 1 sq. *Harl.*]

Aliud in Platone reprehendit *Seneca* Epist. XCIV. *In hac re dissentio a Posidonio; non probo, quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim breuem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, ut velut emissa diminuta vox sit. Iubeat, non disputet. Nihil mihi videtur frigidius, nihil inptius, quam lex cum prologo.* Ad hoc quoque responderi potest, philosophi simul partibus fungi voluisse Platonem. *Fabric.* [*Cicero* quidem de Legg. lib. II. sect. 14. cap. 6. hanc in rem scribit: *sed ut vir doctissimus fecit Plato, idemque gravissimus philosophorum omnium, qui princeps de Republica conscripsit, idemque separatim de legibus eius, item mihi, credo, esse faciendum, ut, priusquam ipsam legem recitem, de eius legis laude dicam, quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse video; quum quidem non studii et delectationis, sed rei publicae causa leges civitatibus suis scripserunt. Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere.* Edit. Bipont. l. c. *Harl.*]

Contra Platonis leges *Perseus*, Stoicus, scripserat libros septem, teste *Laertio* VII. 36. Passim quoque in leges Platonicas invehuntur veteres scriptores Christiani <sup>mmmm</sup>, eorumque exemplo *Georgius Cretensis*, qui appellari maluit *Trapezuntius* [P] in comparatione *Aristotelis* et *Platonis* Venet. 1523. 8. contra quem operae pretium est videre, quae pro legibus *Platonis* vel excusandis, vel defendendis scripsit *Cardinalis Bessarion* ann. 1472. denatus <sup>nnnn</sup>, libro quarto operis, quod contra calumniatorem *Platonis*, (ita *Trapezuntium* vocat,) inscripsit, [quod *Romae* primum apud eosdem typographos excusum, dein cum aliis eiusdem *Bessarionis* scriptis, (librorum *Platonis* de Legibus correctio, *Georgio Tapezuntio* interprete, ac de natura et arte aduersus *Trapezuntium* et *Plethonem*) *Venetis* 1503. fol. ab *Aldo* recusum, itemque] Venet. 1516. fol. <sup>oooo</sup>) Idem *Bessarion* singulari libro reprehendit crassiores quosdam errores, ab eodem *Trapezuntio* admissos, in latina versione librorum *Platonis* de legibus, iussu *Nicolai V.* scripta, dicataque reipubl. *Venetae*, sed necdum edita. vid. *Allatium* p. 376. de *Georgiis*. *Giornale de' letterati d' Italia* tom. XVI. p. 415. 429. et tom. XVII. pag. 275. vbi *Hermolai Barbari* ad *Trapezuntium* epistola data 1452. qua interpretatio *Platonis* valde

<sup>mmmm</sup>) De bello philosophico, inter *Platonicos* et *Aristotelicos* orto, et de iis, qui in hac controversia in primis steterunt, et acriter pugnarunt, *Laur. Valla*, *Gemistio Plethone*, *Bessarione*, *Georgio Trapezuntio*, *Marco*, *Ephesino* episcopo, *M. Musuro*, *Marf. Ficino* aliisque vberius differit *Ionsius* de scriptor. histor. philos. III. cap. 21. sect. 9 sqq. p. 116 sqq. edit. *Dornii*. *Harl.*

<sup>nnnn</sup>) Qui iam antea defensionem diui *Platonis* *Romae* apud *Conr. Schweinheim* et *Pannarz* edi-

derat, f. a. probabiliter ann. 1469. fol. vid. *Quirinum* de optimorum scriptorum editionibus — p. 227. ibique not. *Schelhornii*, *Lindau*. 1761. 4. *Audifred.* catal. edit. rom. saec. XV. pag. 21 sq. Catal. *Ducis Vallieri* I. p. 369. *Harl.*

<sup>oooo</sup>) *Conf. Humphredi Hodii* lib. de graecis illustribus linguae graecae litterarumque human. instauratoribus, *Londini* 1742. 8. pag. 168 sqq. de *Bessarione*, et pag. 122. de *Georgio Trapezuntio*. *Harl.*

valde laudatur. Aldus editionis suae praestantiam in titulo commendat his verbis: *passim verba graeca ipsius Platonis recitantur et emendata et cum suis accentibus. Nam in libris, Romae olim impressis, desunt. Deinde a Bessarione saepe, argumento praemisso, in latinum vertuntur. Postremo Trapezuntii tralatio eorundem verborum Platonis subiungitur, quod est perquam utile iis, qui graecis literis instituuntur, atque ex graecis bonis bona latina facere volunt* <sup>FFFF</sup>). Trapezuntio, qui admodum senex obiit Romae ann. 1486. etiam in epitaphio exprobratum legitur, quod Platoni paulo acerbius insultauit, *Καινοτίμων*, siue nouus Timon et Erinnyis ideo dictus a Io. Alerienfi, narrante P. Crinito III. 1. de honesta disciplina.

*Hac urna Trapezuntii quiescunt  
Georgii ossa, parum Diis amici,  
Quod acri et nimium procace lingua  
Platonem superis parem petiuit.*

Confer *Allatium* de Georgiis pag. 378. [de versione italica, vid. *Paitoni* l. c. pag. 117.] Vt ad Platonem reuertar, eius legem de communione vxorum vide quomodo purget *Bessarion* lib. IV. cap. 3. cui adde, si lubet, *Epictet. Sentent. 53. Mosellanum* ad Gellii XVIII. 2. *Livium Galantem* in comparatione Theologiae Christianae cum Platonica lib. 1. p. 26 sq. [*Crenii Animadu.* IX. 227.] *Cotelerium* ad Patres Apostolicos tom. II. pag. 582. etc. Reprehendit *Chrysoſtomus* homil. II. in Ioan. et *Nicetas* IV. 10. thesauri. [Sed obscura ea de re videtur Platonis sententia. Vid. infra ad §. VIII.]

*Aristotelis τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος*, siue tribus, (vt *Laert.* V. 22.) siue duobus libris opus constitit, (vt Anonymus, a Menagio editus, in Aristotelis vita,) interciderunt, perinde vt epitomae legum, a *Theophrasto* concinnata.

 τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων, II, 630. A.
- Thespis  
 II, 321. A.
- Theuth  
 II, 18. B. III, 274. C. D. E.
- Thrasymachus, Glauci filius, Sophista.  
 II, 336. B. sqq. III, 261. C. 266. C.  
 269. D. 271. A. 406. C. 410. C.  
 ὁ Χαλκηδόνιος, II, 328. B. III, 267. C.
- Thucydides  
 II, 94. C. D. III, 376. C. 378. A. B.  
 ὁ Μελησίς, τῷ Θεκυδίδει I, 130. A. II,  
 179. A.
- Timaeus  
 III, 27. A.  
 ὁ Λοκρὸς, III, 93. A.  
 τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, III, 20. A.
- Q  
 Timarchus

Timarchus I, 129. A.	Xanthippe I, 60. A
Tiresias III, 311. A.	Xanthippus I, 328. C. II, 104. B. 235. E.
Tisander ὁ Ἀφιδναῖος, I, 487. C.	ὁ Παριλλέας, I, 315. A. II, 94. B. III, 377. D.
Tisias III, 267. A. 273. A. C. 349. C.	Xenophanes I, 242. D.
Tragici I, 425. D. II, 318. E. 320. E. 381. D. 522. D. 568. B. III, 309. D.	Zamolxis II, 156. D. 158. B. ὁ Θεῶζ, II, 175. E.
Trophonius (architectus) III, 367. C.	Zeno I, 216. A. II, 119. A. III, 126. B. 127. B. C. 128. A. B.
Tynnichus ὁ Χαλκιδεὺς Eius Παίων, I, 534. D.	Zeuxippus (pictor) ὁ Ἡρακλεώτης, I, 318. B.
Tyrtaeus II, 629. A. B. C. E. 630. B. C. 667. A. 858. E.	Zeuxis I, 453. C. D.
Xanthias II, 94. C. III, 378. A.	Zoroastres ὁ Ὠρομάζης, II, 122. A.
	Zotides, vid. Nicoftratus.

*Index eorum, qui a Platone loquentes in dialogis inducuntur, Fabriciano plenior.*

Dialogorum illorum nominibus, qui non genuini putantur, asteriscus praefixus est.

Adimantus <i>De republ. et in Parmenide</i>	Chaerephon <i>in Gorgia et Charmide</i>
Agatho <i>in Coniuiio</i>	Charmides <i>in Charmide</i>
Alcibiades <i>in Protagora, Alcibiade utroque, Coniuiio</i>	Clinias <i>in Euthydemo et *Axiocho</i>
Antiphō <i>in Parmenide</i>	Clinias, Cretensis, <i>De Legibus et in Epinomide</i>
Anytus, Menonis F. <i>in Menone</i>	Clitophon <i>in cognomine dialogo</i>
Apollodorus <i>in Phaedone et Coniuiio</i>	Cratylus <i>in Cratylo</i>
Aristodemus <i>in Coniuiio</i>	Critias <i>in Protagora, Charmide, Timaco, Critia, *Eryxia</i>
Aristophanes <i>in Coniuiio</i>	Crito <i>in Critone, Phaedone, Euthydemo</i>
Atheniensis hospes (Plato ipse, vt nonnullis visum, dissentiente Laertio III, 52.) <i>De legibus et in Epinomide</i>	Ctesippus <i>in Euthydemo et Lyfide</i>
*Axiochus <i>in dialogo cognomine</i>	Demodocus <i>in Theage et *Demodoto</i>
Callias <i>in Protagora</i>	Dionysodorus <i>in Euthydemo</i>
Callicles <i>in Gorgia</i>	Diotima <i>in Coniuiio</i>
Cebes <i>in Phaedone</i>	Echecrates <i>in Phaedone</i>
Cephalus <i>De republ. et in Parmenide</i>	Eleates, hospes, (Parmenides, vt visum quibusdam, dissentiente Laertio III, 52.) <i>in Sophista</i>

\*Erasistratus

\*Erasistratus in *Eryxia*  
 \*Eryxias in *Eryxia*  
 Eryximachus in *Conuiuio*  
 Euclides in *Theaeteto*  
 Eudicus in *Hippia*  
 Euthydemus in *Euthydemo*  
 Euthyphron in *Euthyphrone*  
 Familiaris in *Protagora*  
 Familiaris Apollodori in *Conuiuio*  
 Glaucon *De republ. in Parmenide et Conuiuio*  
 Gorgias in *Gorgia*  
 Hermocrates in *Timaeo et Critia*  
 Hermogenes in *Cratylo*  
 Hipparchus in *Hipparcho*  
 Hippias in *Protagora et Hippia utroque*  
 Hippocrates in *Protagora*  
 Hippothales in *Lyfide*  
 Hospes in *Politiso*  
 Ion in *Ione*  
 Laches in *Lachete*  
 Lyfimachus in *Lachete*  
 Lysis in *Lyfide*  
 Megillus, Lacedaemonius, *De Legibus et in Epinomide*  
 Meleffias in *Lachete*  
 Menexenus in *Lyfide et Menexeno*

Menon in *Menone*  
 Minos in *Minoe*  
 Nicias in *Lachete*  
 Parmenides in *Parmenide. Conf. Eleates.*  
 Pausanias in *Conuiuio*  
 Phaedo in *Phaedone*  
 Phaedrus in *Conuiuio et Phaedro*  
 Philebus in *Philebo*  
 Polemarchus *De republ.*  
 Polus in *Gorgia*  
 Prodicus in *Protagora*  
 Protagoras in *Protagora*  
 Protarchus in *Philebo*  
 Pythodorus in *Parmenide*  
 Simmias in *Phaedone*  
 \*Sisyphus in *Sisypho*  
 Socrates fere in omnibus, praeter libros de *Legibus et Epinomidem*  
 Socrates minor in *Politico*  
 Terpsion in *Theaeteto*  
 Theaetetus in *Theaeteto et Sophista*  
 Theages in *Theage*  
 Theodorus in *Theaeteto, Sophista, Politice*  
 Trasymachus *De re publica*  
 Timaeus in *Timaeo et Critia*  
 Zeno in *Parmenide.*

## VII. CODICES MSS. ET EDITIONES PLATONIS

[*Codices mssiti*, qui vel plura vel pauciora Platonis opuscula continent, et in diuersis custodiuntur bibliothecis, sunt haud pauci, quos quum fere omnes (paucorum notitiam addere mihi licuit,) cl. *Fischerus* in notitia codd. MSS. Platon. praemissa editioni Platonis Euthyphronis sqq. gr. Lips. 1783. 8. pag. 176 sqq. diligenter enumerasset, generatim tantum, vt chartae parcam, illos indicabo. Cuius interest, ille consulat Fischeri indicem. — Omnia aut plurima Platonis Opera continent codd. II. in bibl. *Vaticana*. — codd. II. cum scholiis antiquis, Alcinoi epitoma dogmatum Platonis, Albini Isagoga aliisque opusculis, et I. cod. duobus tomis comprehensa Marfilii Ficini interpretatio lat. in Bibl. *Laurent. medicae*. — 1) Opera quaedam, 2) Platonis dialogi, cum comment. Procli. 3) Dialogi XVIII. de legibus libri XII. *Ἐπινομίς*, epistolae III. 4) Dialogi XIV. 5) dialogi quidam cum commentariis Hermiae in Phaedrum, et Procli in Parmenidem, 6) dialogi et epistolae, in bibl. *Florent. Benedictinorum*. (vid. *Montfaucon* diar. ital. p. 367.) — 1) Opera omnia, 2) dialogi XXXVIII. 3) omnes dialogi, exceptis libris de rep. de legibus et epistolis, 4) dialogi XVIII. cum *Timaeo* Locro, in bibl. *Venetæ S. Marci*. — Plures dialogi in bibl. *Venetæ S. Michael*. vid. *Mittarelli* Catal. illius bibl. pag. 910. in illa quoque est, teste eodem, Phaedonis versio Leon. Aretini

latina et Galenus de Hippocratis et Platonis dogmatibus libri septem. — Dialogi in bibl. *Barberina*, Romae. — dialogi cum scholiis ineditis, in bibl. *Angelica*, ibid. — opp. cum scholiis, in bibl. Caesinat. — Platonis opp. in Bibl. *Mediol. Ambrosiana*. — dialogi quidam, Proclus et Hermias in Platonem, tres codd. in Bibl. *Neapolitana* S. Ioannis de Carbonaria Augustinian. (vid. *Villoisfon*. Anecd. gr. tom. II. pag. 251.) — dialogi fere omnes, praeter libros de legibus in Biblioth. *Scorialensi*. — 1) dialogi XXVII. 2) dial. XXXV. cum schol. margg. 3) dialog. XXXVII. 4) Opera latine, 5) dialogi quidam, 6) dialog. XII. 7) dial. XXVIII. 8) dial. XXI. 9) dial. VII. in bibl. *Parisiensis* regia et codicem nr. MDCXLII. illius bibl. qui continet Plat. de republ. lib. X. Symposium, de legibus et Definitiones, tum quaedam Xenophontea aliorumque auctorum opusc. describit editor Bipontin. vol. VII. p. 341 sq. — dial. XXVIII. in bibl. *Coislin.* nunc *Sangerman.* — Operum pars in bibl. templi cathedr. *Dunelm.* in Britannia. [De cod. Bodlei. bibl. qui Gorgiam continet, vid. Routh. praef. ad Euth. et Gorg. p. IX.] — 1) dialog. XXII. 2) dialog. VIII. et de republ. libri V. priores, 3) dialogi X. cum schol. margg. 4) dial. VIII. de rep. libri X. epistolae X. Definitiones, et *Timaeus* *Locrus*, in Bibl. *Vindobon.* vid. *Lambecii* Comment. de bibl. Vindob. VII. pag. 1—15. pag. 20—22. vbi plures codd. plurium dialogorum vberius recensentur, variis adnotationibus litterariis adspersis. — Plures dialogi in bibl. *Augustana Vindel.* et in bibl. academica *Tubingensi*, quos contulit Fischer. *Tubing.* codicis V.L. adtulit quasdam edit. Bipont. vid. vol. III. Oper. notit. p. 1. — 1) dialogi XIII. cum Albini *Isagoga*, 2) dial. de rep. epistolae, et excerpta ex plurimis dialogis, in bibl. *Matritensi* regia, teste Iriarto pag. 132. et pag. 138. — Publica *Erlangensis* Biblioth. seruat cod. mst. recentiore, quem Cyrillus Lucaris, patriarcha Constantinop. quondam Ludouico Camerario dono dederat, et in quo sunt Platonis dialogi, Gorgias, *Lyfis* et *Clitophon*. Singulorum et separatim scriptorum, tum dialogorum tum scholiastrarum, codd. numerus est insignis, quorum indicem, cui volupe et scitu necessarium erit, praebere notitia Fischeriana, cui addam, dialogum, *Ion*, reperiri mstum in bibl. *Matritensi* regia, cod. CXV. pag. 458, nr. 109 pag. 228 sq. *Definitiones* Plat. et pag. 459. collectionem sententiarum, quas quidam veteres philosophi, in his Plato, de deo habuerunt. *Leonardi Aretini* latina Gorgiae versio msta. in bibl. *Dresdensi*. vid. *Goetz*. memorab. illius bibl. vol. II. fasc. III. pag. 249 Platonis libr. notas criticas fuisse adpositas a criticis veteribus, constat ex *Dio-gene Laertio* III. 65 et 66. vbi vide *Casauboni* et *Menagii* notas.

Scholia graeca et commentarios ineditos gr. in opera Platonis, quos Arlenius Henrico Petri, Basileensi librario, vna cum Procli, Hermiae, Damascii, Olympiodori, Theonis Smyrnaei, commentariis commiserat, *Hopperus* erat editurus; (vid. praefat. ad gr. Platonis editionem a. 1556.) at spes illa evanuit. Nouam tamen spem fecit *Ruhnkenius*: is enim scholia gr. inedita in Platonem se editurum promisit; quo quidem labore sibi mire deuinctos reddet omnes Platonis ipsiusque antiquitatis amatores: etiam criticos iuuabit, veterumque commentatorum ope multa loca melius dilucidiusque illustrabit. Veterum gr. commentatorum et scholiastrarum multos codd. in bibl. *Vindobonensi* adseruatos recenset *Lambecius* in Comm. de bibl. Caesar. *Vindob.* lib. et vol. VII. a p. 75—123. Idem p. 91. nr. 2. citat *Phil. Labbei* breuem conspectum graecorum Platonis interpretum. Nondum enim omnes Platonis dialogi sunt aequae critice ac philologice pertractati, ac in quibusdam a Forstero, Fischero, Gottlebero paucisque aliis factum est. Multa loca lucem demum accipient a veteribus commentatoribus. Hinc dubito, num, nisi omnibus dialogis criticorum et philologorum studio legi-

tine emendatis et explicitis, et scholiis antiquis, saltem potioribus publicatis, de meliore, adcurata tutaque Platonici systematis intelligentia atque interpretatione cogitari possit. Praeter ea interpres, qui non tantum in apicibus vocabulorum et V. L. haerere cupit; sed sententias quoque omnimque Platonis doctrinam rite explicare sustinet; eum oportet nullis partibus addictum, neque Platoni neque Aristoteli vnice fauere; et philosophia antiquiore, praecipue pythagorica, qualis adhuc fuit Platonis aetate, esse probe imbutum.

At progrediar ad enumerationem editionum. Prius tamen latine versa, quam graece promulgata fuerunt *Opera Platonis*. Princeps igitur latine vertit ediditque *Marsilius Ficinus*, studiosissimus platonicae scholae ac philosophiae sectator atque instaurator. Fato quodam et siderum positione ad platoniam philosophiam restituendam esse adactum Ficinum, disputat *Janus Pannonius* lib. VIII. epist. Ficini, tom. I. Operum pag. 899. De institutionibus eius platoniceis, antequam Graeca nosset, compositis, p. 955. Is vero, effuso et immodico aduersus Platonem studio abreptus, non solum magnam in praecipuis Mosis ac Platonis eiusque sectatorum concordiam videre sibi visus est; sed etiam dialogum, Crito inscriptum, doctrinae christianae fundamentum continere, in praefamine, ipsi praemisso, adseueravit. Eo infaniae progressus est, vt philosophiam platoniam tamquam sacram legendam in sacris inque templis docendam adfirmare haud dubitaret, (vid. eius epist. lib. VIII. fol. 153.) et, quum nullam Christi aut beatae virginis aut alicuius sancti imaginem domi coleret, Platonis tamen simulacrum in cubiculo haberet, antequam illud dies noctesque ardentem perpetuo suspenderet lampadem. Idem eos, qui eodem secum in Platonem studio et amore ferebantur, suos in Platone fratres adpellauit. Socius erat academiae platonicae, a Magno Cosmo excitatae et a Laurentio Medice renouatae. Idem cum aliis viris doctis, Platonicae philosophiae admiratoribus ac sectatoribus, intererat Platonis anniuersariis, conuiuio Florentiae celebratis. Sermo-nes, in illis epulis habiti, late recensentur in prolegomenis, Platonis conuiuio a Marsilio Ficino praemissis. vide *Angeli Mariae Bandinii* specimen litteraturae Florentinae saeculi XV. etc. tom. II. Florentiae 1751. 8. §. 33. 34. 36. 38. 39. Fabric. tamen in nota ista notat: „Zen. Acciaiolus praef. ad Theodoretum libros de veritate euangelica ex gentium philosophia, *Ficinus*, inquit, saepius mihi dicere inter loquendum solebat, factum providentia Florentini praefulis Antonini, quominus e Platonis lectione, quam inde a pueris summo opere adamauit, in perniciosam haeresin prolapsus fuerit. Bonus enim pastor quum adolescentem clericum suum nimio plus captum Platonis eloquentia cerneret, non ante passus est in illius lectione frequentem esse, quam quum D. Thomae Aquinatis IV. libris, contra gentes conscriptis quasi quodam anti-pharmaco praemuniret.“ — Ficinus autem, Cosmi et Christophori Landini consilio potissimum motus, Platonis opera in linguam latinam conuertere sustinuit, et, antequam publicaret laborem, plures viros doctos adhibuit censores. vid. ipsius *Ficini* praefationem et *Bandinii* libr. laudat. tom. I. ann. 1748. pag. 150 sq. De Marsilio Ficino eiusque studio Platonis insigni et editionibus versionis latius disputatum est in pluribus libris; inprimis memorandi sunt:

*Commentarius de platonicae philosophiae post renatas litteras apud Italos instauratione, sive Marsilii Ficini vita, auctore Ioanne Corsio, Patricio Florent. eius familiari et discipulo: nunc primum in lucem eruit Ang. Mar. Bandinius, Laurent. bibl. reg. praefectus et moderator, qui adnotationes vberissimas ex ipsis Ficini epistolis desumas adiecit. Pisis, apud Augustin. Pizzorno. 1771. 8. vbi praecipue pag. 15 sq. 23 sqq. de eius in Platonem amore et meritis*

ac pag. 37. de codd. msstis versionis aliorumque Marsilii librorum, qui ad Platonem pertinent, agitur.

I. G. Schelhornii *Amoenitates literariae* etc. Francof. et Lips. 1730. 8. vol. I. inprimis pag. 81—96.

I. P. Nicéron in *Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften ber. Gelehrten*, ex versione Baumgartenii germanica, part. V. pag. 311. ex Schelhornio plurima hausit. Add. *Freytag*. in *Adpar. litterario* tom. I. pag. 408 sq. et *Fabricii bibl. lat. med. et infimae aetatis*, edit. Mansi, Patau. 1754. 4. tom. II. pag. 165 sq.

Quando autem prima interpretationis operum Platonis, fidae quidem, at molestae nec omnino perspicuae, editio lucem adspexerit, non liquet: Edita sunt caractere gothico minuto, multis vitiis deprauata primum; (vid. ipsum Ficinum querentem tom. I. Opp. p. 900.) *Platonis opera a Marsilio Ficino latine reddita, commentariisque illustrata*, Florentiae per Laurent. Venet. in fol. II. tom. sine anni nota. Schelhorn. l. c. p. 91. not. ex epistola libr. IX. f. 162. conicit, euulgatam esse illam edit. anno circiter 1482. vel 1483. nisi iam circ. ann. 1480. prelo illa exierit. Anno quidem 1479. praefatio exarata videtur. vid. locum apud Bandinium in *Specim. litt. Florent. I.* p. 151. not. 2. Elegantiorem editionem, magnifico sumtu formaque regia exprimere iussisse Laurent. Medicem, celebrat Marsil. Ficinus in litteris, ep. libr. XI. f. 178. lib. X. f. 171. ann. 1491. d. 24. Nou. exaratis. — Alius, quam bibliotheca nostra possidet, eodem anno (1491.) Venetiis in fol. curatae, idem meminit Epp. lib. XI. fol. 177. In aduersa primi folii parte incipit: *Naldus Nandius Florentin. in huius operis laudem* — (sequuntur 14. versus) *Diuus Plato*. In altera s. auersa statim pagina est *Prohemium Marsf. Fic. in libr. Platonis*, cum Platonis vita. etc. fol. 46. inserta est *Epitoma Marsfilii in Theetetum Platonis de scientia*. Libros de republ. excipiunt fol. 241. *Compendium Marsfilii Ficini in Timaeum et septimum de subiecto libri*. Epistolas denique sequitur fol. 338. fin. *Marsfilii Fic. Platonica theologia de immortalitate animorum*. in calce huius theologiae: *Impressum Venetiis per Simonem Richardum de Luero*. XIII. Aug. 1491. fol. conf. quoque *Goetz. Memor. bibl. Dresd. vol. II. fasc. I.* pag. 54. *Braun. notit.* — de libris — in *bibl. ad SS. Vdalr. et Afram August.* part. II. p. 21 sq. — Antea tamen iam dialogum, Axiochum de morte, quem Xenocrati ab illo perperam adscribi, adnotatum est, cum libro de religione christiana et fidei pietate, in 4. sine l. et anno edidit. Epistola quidem praefixa scripta est Florentiae XXV. Jul. 1477. in alio exemplari, quod custoditur in bibliotheca D. Marci Praedicatorum manu ipsius Ficini epistola legitur, exarata Kal. Nou. MCCCCLXXXVIII. Florentiae. vid. *Bandinii* not. ad *Corfi* commentar. l. mem. p. 32. et 33. atque *Mansium* ad *Fabricii bibl. lat. med. etc.* l. c. Libellus ille de relig. christiana cum dialogo, Xenocrati a Ficino male assignato, saepius recusus est, *Argentinae* per Io. Knoblauch. 1507. 4. (de qua rara edit. vid. *Freytag*. in *Adparatu litter.* tom. II. p. 1204 sq.) — *Parisi.* 1510. 4. (vid. *Maittaire A. T. II.* p. 207.) — *Florentiae* 1568. 8. *Parisi.* 1578. 8. — cum notis Ludouici Crocii. *Bremae* 1617. 12. (quae editio in *Catal. bibl. Salthen.* p. 517. nr. 2604. raris libris adnumeratur,) et saepius: tum inter opera Ficini iunctim edita *Venet.* 1516. *Basil.* 1561. et 1576. *Parisi.* 1641. fol. II. voll. etc. vide supra in vol. II. pag. 694. — In collectione Operum Ficini (exceptis versionibus Platonis et Plotini, quae in istis non continentur,) reperitur quoque illius *Theologia Platonica, de immortalitate videlicet animorum et aeternae salutis*, primum Florentiae typis Antonii Miscomi-

ni descripta 1482. fol. rec. Paris. 1559. 8. vid. *Bandin.* ad Corfi commentar. pag. 71. et 73. — Infunt praeter ea in primo volumine collectionis *Marsilii Ficini opuscula*, de philosophia platonica; vita Platonis, apologia de moribus Platonis; de Platoniorum contemplationibus; Excerpta ex Proclo in rempubl. Platonis; in II. vol. in Platonem epitome, seu argumenta, commentaria, collectanea et adnotationes; Alcinous de doctrina Platonis; Speusippus de Platonis definitionibus. — Ex latina Ficini versione prodierunt *Iamblichus* de Mysteriis, *Proclus* de anima et daemone etc. *Porphyrus* de diuinis atque daemonibus; *Theophrastus* de anima, phantasia, et intellectu cum Prisciani et Marsilii expositione, *Alcinous* — *Speusippus* — *Pythagorae* aurea verba — *Xenocrates* de morte etc. Venetiis apud Aldum, 1497. fol. et 1516. fol. vid. *Creuennae* Catal. vol. II. p. 23. et 24. in 4. Reliquit quoque commentarium in Philebum de summo bono, et versionem Hermiae in Phaedrum Platonis. vid. *Corfi* commentar. p. 43. *Bandinium* ad Corsum, p. 77. et *Schelhorn.* l. c. p. 107 sq.

De labore Ficini, aliis editionibus pretioque, quod versioni sit statuendum, ita differuit Fabricius, qui editionem Venetam 1491. a me paullo ante curatius descriptam, principem fuisse, male iudicarat; sed in nota msta primam laudat editionem, quam suspicatus est prodiisse in lucem circa ann. 1485:

Dicitur Ficinus versionis suae primum specimen ostendisse Marco Musuro, et eius censuram rogasse. At hic, inspecto Ficini labore, digitos atramento protinus immerisit, eisque prima Ficinianae versionis pagina oblitterata, demonstrauit, alia versione opus esse, hanc non nisi vna litura posse emendari, vt refert *Menagius* tom. II. Antibailleti pag. 157. <sup>zzzz</sup>) Itaque Ficinus, denuo rem maiori studio adorsus, illam, quae in omnium manibus versatur, composuit Platonis versionem, quae post primam, ac Venetam, et *Florentinam* <sup>aaaaa</sup>), Labbeo memoratam editionem, saepius lucem vidit cum eiusdem Ficini argumentis. *Bonon.* 1516. *Venet.* 1517. fol. apud Phil. Pincium, et *Parisis* in aedibus Ascensianis ann. 1518. 1522. 1533. fol. *Lugduni*, 1550. 12. V. voll. *Basileae* apud Froben. ex recognitione, [emendatione et ad graec. codicem collatione, aut potius contaminata correctionibus] *Sim. Grynaei* 1532. 1539. 1546. 1551. 1556. fol. *Venet.* 1556. 1571. *Geneu.* 1592. 12. tum *Lugduni* <sup>bbbbb</sup>) ann. [1548.] 1557. apud Antonium Vincentium, in qua editione accessere sex dubii Platonis dialogi e versione *Sebastiani Corradi*, quae separatim viderat lucem *Lugduni* apud Gryphium 1543. 4. Ab eo tempore iterum prodiit Plato, a Ficino versus, *Lugd.* 1567. [in bibl. Tigurina: Fischer l. c. edit. *Lugdun.* 1557. citat,

<sup>zzzz</sup>) Spongiam, atramento plenam primae, paginae induxisse, scribit *Theodorus Zwingerus* tom. I. theatri vitae humanae p. 136. Pro fabula tamen habet *Bernardus Moneta*, ratus, Musurum fortasse numquam visum a Ficino, certe hunc nondum venisse in Italiam.

<sup>aaaaa</sup>) Apud Fischer. praef. p. 204. ann. 1491. apud Maïttarium, (sed ex Orlandi Origine e Progressi della stampa etc. pag. 387.) ann. 1492. at *Engel.* in bibl. selectissima p. 127. refutat posteriorem et adnotat, in suo exemplo, inscripto: *Platonis opera*, latine per Marsilium Ficinum, *Florentiae*

*per Laurentium Venetum.* fol. nullam profus adesse notam anni, et impressionem videri longe antiquiorem. Est vero illa ed. prima, de qua paullo ante vberius disseruimus. Auctor catalogi bibl. Salthen. p. 304. confudit quoque duas principes edd. *Harl.*

<sup>bbbbb</sup>) Hanc editionem ann. 1557. multis recenset Abbas *Morlierius*, Doctor Sorbonicus, in libro, gallice ann. 1703. edito, *Essais de literature pour la connoissance des livres* tom. I. p. 348 sq. et tom. II. p. 3 sq. *Fabric.* *Stolle* in *Nachricht von den Büchern* — in seiner *Bibl.* vol. I. p. 57 sqq. copiosus de edit. *Lugdun.* 1548. fol. *Harl.*

rat, 1590. fol. in bibl. Vffenbach. I. pag. 637.] fol. et ex recensione *Stephani Tremulaci* 1592. 12. tribus voluminibus. In Ficinianis editionibus scripta Platonis exhibentur hoc ordine: Hipparchus, *Ἐγασαί*, Theages, Meno, Alcibiades uterque, Minos, Euthyphro, Parmenides, Philebus, Hippias maior, Lyfif, Theaetetus, Io, Sophifta, Politicus, [P] Protogoras, Euthydemus, Hippias minor, Charmides, Laches, Clitopho, Cratylus, Gorgias, Conuiuium, Phaedrus, Apologia Socratis, Crito, Phaedo, Menexenus, De Republica libri X, Timaeus, Critias, de legibus, Epinomis, Epiftolae XIII. dialogi nothi VI. Axiochus, de iufto, de virtute an doceri poffit, Demodocus, Sifyphus et Eryxias. His omnibus subiiciuntur *ὄροι* fiue definitiones. De Ficini versione ita *Ioh. Baptifta Crifpus* de ethnicis philofophis caute legendis pag. 307. *Iacobus Carpentarius* in *Platonis verbis exponendis negligenter vni Ficino fidem adhibet, qui potius, quid recte sentiendum, ex naturae, quam ex Platonis fundamentis ubique ostendit. Vnde faepenumero ab ipfo factum est, vt pueriliter admodum se ipsum primum, deinde cum plurimos in Platone interpretando deluferit, siue quod pudeat fui laboris in vno Ethnico interpretando, siue quod ita sentiat fortasse D. Thomam interpretatus, qui Aristotelis verba raro non ad Ecclesiam vel ad tolerabilem sensum trahit. Ludovicus Reginus, qui dialogos quosdam Platonis (Timaeum, Symposium etc.) gallice vertit et commentariis illustravit Parisi. 1559. 4. in praefat. de Ficino loquens, ce seroit temps perdu, inquit, de m' arester à reprendre ce personnage en tous les endroits, ou il a fallu traduisant Platon, mais plutot luy conuient rendre graces du labour, qu' il a pris volontairement. — Le bon Seigneur n' estoit gueres expert en grec ny en latin, et à failly insiniment traduisant cet auteur, memement en telles difficultez qui dependent de la connoissance de l' antiquité ou de naturel, j' en ay conferay avec Mr. G. Peliffier Eveque de Montpellier et à Mrs. Turnebus et Goupil Professeurs du Roy et m' a secouru chacun à son pouuoir. Ficini lapsus adnotauit etiam Hetruscus Timaei et aliorum quorundam dialogorum interpres, *Sebastianus Ericius*. Petri autem *Nannii* iudicio, e Ficini quidem traductione vtcunq; sentimus, quid Plato velit, sed ita, vt, si ipse Plato legeret, pro suis non agnosceret. Vbi enim in latinis Heroica illa vis et subtilitas grandiloqua, ubi illa brata nec tamen otiosa verborum luxuries? [P] *Fabric.* adde *Brucker.* in hist. doctrinae phil. de ideis p. 33 sq. *Harl.**

Princeps editio graeca est Aldina: *Omnia Platonis opera*, in calce: *Venetis in aedibus Aldi et Andreae Soceri*, mense Septembri. 1513. fol. I. II. tom.

Praefixa est Aldi ad Leonem X. supplicatio pro bonis litteris amplificandis. In hac, quantum ipse studium ad libros emendate excudendos posuerit, pluribus refert, atque inter alia de praesenti sua Platonis editione haec scribit: *Esti opere in magno fas est, obrepere somnum, (non enim vnus dici hic labor est nosler; sed multorum amorum, atque interim nec mora nec requies.) sic tamen doleo, vt, si possem, mutarem singula errata nummo aureo. Vfus est Manutius in edendo Platone opera et diligentia Musuri Cretensis* <sup>ddddd</sup>, qui Platonem lumina

cccc) Vide *Gaddium* tom. II. de scriptoribus non ecclesiasticis pag. 144.

ddddd) Conf. *Andreae Asulanii* praefat. ad *Pausaniam* edit. 1516. *Hodius* de graecis illustribus

L. Gr. litterarumque humaniorum instaurator. Londini 1742. 8. pag. 294 sqq. et de edit. Platonis p. 301. et *Boerner* de doct s hominibus graecis gr. litterarum in Italia instauratoribus p. 219 — 232.



summa cum cura fideque recognouit ad antiquissima scripta exemplaria. Παλαιὰ καὶ ἀξιόπιστα ἀντίγραφα vocat ea Manutius ad calcem ipsorum dialogorum. Horum corpori praemium est elegans Musuri carmen elegiacum in laudem Platonis, quod ita probatum est Leoni, pontifici, ut ab eo non aliam, ut creditur, ob causam archiepiscopus Epidaurensis crearetur. vid. *Don. Heinsii* praefat. ad peplum epigrammatum graecorum et *Vossium* de poetis graecis, pag. 84. *Musuri* carm. gr. in Platon. seorsim edidit gr. et lat. *Phil. Munkerus* cum versione sua profusa, calci subiecta, et metaphrasi latina Zenobii Acciajoli. Amstel. 1676. 4. (\*\*\*\*) Idem *Munkerus* in epist. ad Heinsium tom. V. Syllog. epist. Burmann. pag. 424 sq. de raritate exemplarium Platonis Aldinorum dislerit. — In bibl. Thom. Fritschii, librarii Lipsienf. fuit exemplar edit. Aldinae cum notis msst. Conr. Horneii. Comprehendit vero illa editio praeter dialogos secundum Thrasylli tetralogias, septem quoque spurios, in his Axiochum, item Definitiones, atque tredecim epistolas. conf. *Fischeri* praef. ad quatuor Platonis dialogos, edit. primae, repet. in edit. III. pag. 14 sqq. vbi de editionibus Plat. sobrie atque diligenter disputatur. add. *Gottzii* Memorab. bibl. Dresdensis, vol. II. fasc. I. pag. 49 sqq. vbi plures Platonis editiones recensentur, *Maittaire* A. T. II. pag. 245. In bibl. Medicea est exemplar in membrana impressum.

Ex Aldino exemplo fere dimanauit editio praestans et admodum rara nitidaque, inscripta:

Ἄπαντα Πλάτωνος — *Platonis omnia opera cum commentariis Procli in Timaeum et Politica, thesaurο veteris philosophiae maximo.* Προστέθειται — — *Adiectus etiam est in Platonis omnia, sententiarum et verborum memorabilium index.* Basileae apud Ioan. Valderum, mense Martio, ann. M. D. XXXIII. (1534.) fol. gr. II. tom. Alter tomus hanc peculiarem habet inscriptionem: Εἰς τὸν τῷ Πλάτωνος Τιμαῖον — — — *In Platonis Timaeon commentariorum Procli libri quinque, totius veteris philosophiae thesaurus, et in eiusdem Politicen difficultiorum quaestionum omnium enarratio, opus excellens.*

Haec editio, cui praefuit Io. Oporinus, (ut testatur Grynaeus in epistola ad Io. Morum nuncupatoria, et illum adhuc iuuenem impulit ad libros Platonis recognoscendos atque castigandos,) praestat Aldinae. Nam et textus verba sunt multis in locis egregie emendata, multaque, nec tamen omnia, Aldini exempli vitia sublata, (quamquam interdum etiam loci sani integrique sunt corrupti nimio corrigendi studio,) et noua accefferunt ornamenta. Praefixa enim sunt in meo quidem exemplo, Platonis vita ex Diogene Laertio, Musuri carmen gr. et duo indices graeci, alter verborum ac sententiarum, alter paroemiarum: subiecti autem Procli commentarii, quos Grynaeus in bibliothecis Oxoniensibus repererat, atque descripserat adiutus facilitate et humanitate Io. Claimundi, add. *Maittaire* A. T. indic. f. tom. V. part. II. pag. 150.

Ex hac ducta est editio III. cura potissimum Arnoldi Arlenii, qui codd. msst. in Italia contulit cum exemplo Valderiano, et *Marti Hopperi* multis quidem, immo, si verbis Hopperi

ecce) Egregium, publica omnium commendatione, cum antiquis elegantia, nitore, acumine, granitate comparandum dicitur a *Nic. Commeno* Papadopoli hist. gymnasii Patavini p. 297. vbi et epigrammata eius, et praefationem in Etymologi-

Vol. III.

cum M. celebrat. Obiit Romae 1517. tumuloque inscriptum hoc distichon:

*Musuri mansure parum, properata tulisti*

*Praemia: namque cito tradita, rapta cito.* Fabric. in nota msta.

R

peri in praefatione fides esset habenda, infinitis locis emendata, quae tamen magnum peccatorum numerum cum exemplo Valderiano habet communem, et caret Procli commentariis.

*Platonis omnia Opera, ex vetustissimorum exemplarium collatione, multo nunc quam antea emendatiora, (graece,) Praeter ea in Platonis omnia sententiarum et verborum memorabilium index. Basileae per Henricum Petri ann. 1556. fol.*

Vid. *Fischer*. l. c. qui Hopperi praefationem s. epistolam ad Basil. Amerbachium recudi fecit ad calcem Cornarii Eclogarum vna cum Aldi et Grynaci praefationibus ad Platonem, et *Goetz*. in Mem. Bibl. Dresd. l. m. pag. 51. Accesserunt tamen illi editioni Diuini Platonis elogium ex libro quinto C. Mylaei historiae de rerum vniuersitate, qui est de claris et eruditis viris, exemptum, et Marci Musuri carmen gr. cum latina Zenobii Acciaiolii interpretatione.

Nouum lumen adfuderunt Platonis libris *Ianus Cornarius*, medicus, graece doctissimus, defunctus 1558, et *Henricus Stephanus*. Prior latine vertit et illustrauit Platonis opera. Primum vero edidit librum

De conuiuio. item de amoris praeslantia et de Platonis et Xenophontis dissensione. *Platonis et Xenophontis Symposia*. Basil. apud Oporin. 1548. 8. tum

*Platonis dialogos IV. cum praefatione Iani Cornarii*, Basil. ex offic. Froben. 1549. 8. (teste catalogo bibliothecae Ludewigianae, part. IV. pag. 1306. nr. 10975.) — Post eius obitum comparauerunt:

*Platonis Atheniensis, philosophi summi ac penitus diuini, Opera per Ianum Cornarium, medicum physicum latina lingua conscripta. Eiusdem Eclogae decem, additis Ficini argumentis et commentariis.* Basil. ex typographia Froben. 1561. fol.

Cura et cum praefatione Achatii Cornarii, filii, medici quondam Crucenacensis. Versio illa ordinem tetralogiarum sequitur, at, quamuis ab Hieronymo Mercuriali de arte gymnast. IV. cap. 10. pag. 217. edit. Iuntae aliisque laudata sit, tamen Ficinianae haud derogauit: et hodie rarioribus libris adnumeratur. Seorsum vero editae sunt

*Iani Cornarii Eclogae in dialogos Platonis omnes, nunc primum separatim editae cura Io. Fr. d. Fischeri. Acc. sunt praefationes Alai Mantii, Simonis Grynaci Marique Hopperi, editioni dialogorum Platonis Venetae et Basileensi utriusque praemissae.* Lipsiae, apud Schwikert. 1771. 8.

Cornarius, et ingenii felicitate adiutus et codice Hassisteniano editionibusque, Aldina et vtraque Basileensi, vsus, permulta loca luxata corruptaque egregie sanauit, partim obscura perite illustrauit. De cod. Hassisten. vid. Fischeri praefat. ad Cornarii eclogas et in notitia codd. Plat. l. c. pag. 201 sq.

*Fabricius* memorarat *Pompeii Garigliani* versionem quorundam dialogorum Platon. sibi numquam visam. Enimvero, adnotante editore Platonis Bipontino, vol. I. pag. 88 sq. Gariglianus nullam confecit Platonis interpretationem latinam, sed, teste eius aequali, *Iano Nicio Erythraeo* Pinacoth. pag. 69. edit. Lips. 1712. librum edidit latine scriptum, quo aliquot Platonis dialogos interpretatione sua illustrare conatur; sed tanta rerum verborumque obscuritate, vt non tam lucem Platoni adferre, quam tenebras obducere voluisse videatur.

Novam textus recensionem, quam deinde omnes dialogorum Platonis editores sunt sequuti, constituit, Cornarii quidem opibus atque correctionibus fraudulentè usus, et nitidam, eamque hodie raram, et a mendis valde purgatam editionem summa diligentia curavit *Henricus Stephanus*.

*Platonis Opera, quae extant omnia. Ex noua Io. Serrani interpretatione, perpetuis eiusdem notis illustrata: quibus et methodus et doctrinae summa breuiter et perspicue indicatur. Eiusdem annotationes in quosdam suae illius interpretationis locos. Henr. Stephani de quorundam locorum interpretatione iudicium et multorum contextus graeci emendatio. gr. et lat. Excudebat H. Stephanus. 1578. III. vol. fol.*

Aldinum textum praetulit illi, quem Basileensium editionum curatores concinnarunt: praeterea contulit lectiones, quas vel Ficinus sequutus videtur, vel Arlenius reperit et Hopperius in edit. Basil. II. recepit, vel Cornarius in Eclogis protulit. Nam codd. ad quos prouocat Stephanus, non fuerunt manu exarati, sed ii, quos adhibuerant Arlenius atque Cornarius. Atque illis subsidiis suisque infinitis graecae linguae copiis ingeniique fertilitate instructus textum emendatum et editionem adhuc praestantem curauit. At plerasque, quas adtulit coniecturas, esse alienas, et e versione Ficini, aut Hopperii, Cornarii aliorumque penu depromptas, nomine auctoris celato, cl. *Fischerus* in praefatione pag. 18 sqq. vbi quoque praeclearas huius editionis dotes celebrat et alibi acriter lateque monstrauit; Stephanum tamen excusauit editor Bipontinus. conf. *Richard Simon* in *Nouvelle Bibl. choisie*, tom. I. pag. 360. Ceterum de hac editione *Fabricius* ea, quae sequuntur, scripserat:

Distribuit *Serranus* scripta Platonis in Syzygias sex, quarum primam, secundam et tertiam primum *Volumen* complectitur. In *prima Syzygia*, quae cum prima Thrasylli tetralogia conuenit, occurrunt, qui ad Socraticae doctrinae defensionem spectant, Euthyphro, Apologia Socratis, Crito et Phaedo. In *secunda Syzygia* dialogi Isagogici in vniuersam philosophiam, qui vel de vera philosophia agunt, Theages, Erastae, Theaetetus: vel oppugnant sophisticam, Sophista, Euthydemus, Protagoras et Hippias minor. In *tertia* dialogi *λογικὸς*, Cratylus, Gorgias, et Io. *Volumen secundum* complectitur *Syzygiam quartam*, siue Dialogos Platonis ethicos generales, Philebum, Menonem, Alcibiadem primum: ethicosque speciales, Alcibiadem secundum, Charmidem, Lyfidem et Hipparchum: tum politicos, Menexenum, Politicum, Minoem, libros de Rep. ac de legibus et Epinomidem. *Volumen tertium* complectitur *Syzygiam quintam*, in qua dialogi physici ac metaphysici siue theologici, Timaeus, Critias, Parmenides, Symposium, Phaedrus et Hippias maior. Denique *Syzygiam sextam*, in qua epistolae XIII. et dialogi nothi, (quibus immerito accensetur Clitipho,) et definitiones. *Leone Allatio* iudice p. 119. de scriptis Socratis, iure merito plerique hac nostra tempestate viri ingenui et docti ad Ficini interpretationem, tamquam fidelioram, ad Serrani, tamquam elegantioram confugiunt. De eadem Serrani versione, quam *H. Stephanus* in nonnullis castigauit, *Cesabonus* item suis ad Theophrastum notis, *Tanaquil Faber* lib. I. Epist. 40. ita illustris *Huetius* de claris interpretibus p. 280. *Sententiis contentus verba desepxit, fidelem absque eo et perspicuam, quam pollicetur, conuersionem praestiturus.*

R 2

*f* De hac *Serrano* videndae additiones ad de hac Platonis editione Serraniana Rich. Simon. Epistolas Petri Baclii, editas gallice ann. 1714. 8. et bibl. selecta tom. I. cap. vlt.

*turnus.* Claudius Fleurius diff. de Platone p. 289. *J'ay appris, non sans quelque surprise, que ce Jean Serranus dont le Platon est si estimé, (soit à cause de Henri Estienne, qui l'a imprimé, [P] soit par quelque autre raison.) est le meme Jean de Serres, qui à écrit l' Histoire de France sous le titre d'inventaire. Je ne connois point d'auteur, à qui il ait mieux veillé de deguïser son nom. — Sa traduction est plus latine, que celle de Ficin, mais elle n'est pas si fidelle. Il abandonne la plus part des allegories et des mysteres de Marsile, en retenant seulement quelques unes au besoin, pour expliquer ce qu'il n'entend pas. —* Reprehendit deinde Serranum Fleurius, quod ordinem librorum immutauerit, et analysi scholastica deformauerit scripta Platonis; hanc tamen ipse mox non dissimulatur vtilem lectoribus esse, quod facile per se quilibet aequus iudex aestimabit. *Fabric.*

Imperitia atque negligentia Serrani a multis aliis, quos Fischer. pag. 19. praefat. not. y. commemorat, est notata. Inprimis Küsserus in epistola ad Fabricium nostrum, (in huius vita, a Reimaro conscripta p. 284 — 291.) monet et multis exemplis, ex Phaedone tantum Platonis sumtis, ostendit, Serranum plures errores in versione sua commisisse, quam Ficinum; idemque ipse loca docte interpretatur atque illustrat. adde Jac. Brucker. in hist. philosophiae crit. tom. I. cap. XII. de Plat. edd. p. 659. qui, Serranus, inquit, quum Platonem non satis intelligeret, sententiam magis suam, quam Platonis expressit, eiusque verba contempsit, et analysi scholastica peregrinam Platoni faciem induxit: et Baillet Jugemens des Savans tom. II. nr. 868. p. 405. edit. Amsterd. 1725. 4. nec non Nicéron in vitis eruditorum, tom. V. pag. 65 sqq. vers. germanicae Baumgarten. Halae, 1751. 8.

Τῶ θεῶς Πλάτωνος ἅπαντα σωζόμενα. *Diuini Platonis opera omnia, quae exstant. Marcilio Ficino interprete. Graecus contextus quam diligentissime cum emendatioribus exemplaribus collatus est: latina interpretatio a quam plurimis superiorum editionum mendis expurgata. Argumentis perpetuis et commentariis quibusdam eiusdem Marsilii Ficini, hisque nunc multo emendatius, quam antehac, editis, totum opus explanatum est atque illustratum. Quae cur in caecem operis translata sint, et quid pro hac traiectione repositum sit, ex epistola ad lectorem patet. Vita Platonis a Diogene Laertio copiosissime descripta: item pereruditum Timaei L. cri opusculum, (quo latina exemplaria carebant.) aliaque plurima non contemnenda, huic editioni accesserunt. Adiectus est index rerum omnium locupletissimus. Lugduni apud Guillelmum Lacina- rium, 1590. fol. gr. et lat.*

Editor, qui, quae sint exemplaria illa emendatiora, aut quis editioni praefuerit, non memorat, sed consilio If. Casauboni vsus videtur, Stephanianam lectionem sequitur, ordinem vero scriptorum Ficinianum retinet. Versio spuriorum librorum latina habet auctores, anonymum quemdam, Rodolph. Agricolaem et Sebast. Corradum. Io. Fabricius in historia bibl. suae tom. III. pag. 189 — 200. copiosissime describit hanc editionem, quam (bonam, et praestantem hodieque raram.) nec non Wecheliam, male censet, longe praefereudas esse Stephanianae. (idem iudicat Montfaucon in anonymi Voyage littéraire p. 60.) Recenset Io. Fabric. singulorum dialogorum argumenta, Ficinum in summis et nostrum Fabricium sequutus: tum de Platone et Marcilio Ficino quaedam adnotat.

*Platonis Opera omnia* — (vti in priore editione,) Francof. apud Claudium Marnium et heredes Io. Aubrii. 1602. fol.

Ex Stephaniana aut Lugdunensi editione ducta est haec Francofurt.

Post longum temporis interuallum hoc, quo viuimus, demum saeculo exeunte, omnium Platonis operum editionem, addenda clauē Platonica, molitus est et pollicitus cel. *Fischerus*, Rector scholae Thomanae Lipsiensis et Professor vniuersitatis, (vid. praefat. eius ad editionem I. tetralogiae primam:) sed hucusque aliquot tantum dialogos, vt postea videbimus, cura sua politos atque illustratos, praeco exire iussit. Medio, quod degimus, saeculo, bis promissae fuerunt nouae Platonis Opp. editiones: 1) a typographis Glasgow. Robert et Andrea Foulis, 2) a *Thoma Blackwell*, qui in peculiari epistola Londini 1751. nouam recensionem et editionem, superioribus emendatiorem, pollicitus est, (vid. *Windheim* philosoph. Biblioth. vol. V. p. 469 — 473.) Sed neutra, quantum equidem scio, lucem adspexit. [A *Iac. Moore* nouam edit. Opp. Plat. esse promissam traditur in ephem. Götting. 1753. p. 103 sq. In iisdem 1771. p. 1164. memorantur Specimina editionis cum Scholiis graecis ed. *Ang. Mar. Bandini*.]

Tandem viri docti Bipontini *Croll* et *Exter* nouam omnium Platonis operum editionem eamque vtilem et accuratam, praemisissis vita et notitia illius scriptorum atque editionum litteraria, mihi quoque fructuosa, item subiunctis variis lectionibus et coniecturis virorum doctorum curarunt:

Πλάτων. *Platonis philosophi quae exstant. Graece ad editionem Henr. Stephani accurate expressa. cum Marfilii Ficini interpretatione. Accedit varietas lectionis studii societatis Bipontinae.* vol. I—XI. Biponti, ex typographia Societatis. 1781 — 1787. mai. 8. addito separato tomo: *Dialogorum Platonis argumenta exposita et illustrata a Diet. Tiedemann*, philosoph. Professore in academia Marburgensi. 1786.

*Dialogi Platonis* plures vel iunctim, vel separatim formulis typographicis sunt descripti: primum memorabo edd. in quibus *plures dialogi coniunctim* excusi reperiuntur.

*Plat. Minor, de legibus* libri 12. et *Epinomis*: ad calcem libri; venundantur *Louanii* a Barthol. Grauiō ex officina Rutgeri Rescii, prid. Cal. April. 1531. 4. vid. edit. Bipont. vol. I. p. 91. et vol. XI. p. 11. *Maittaire* A. T. II. p. 753. est quoque in bibl. cl. Schwarzii, Altorfini Professoris.

*Io. Sturmius* edidit primum separatim *Apologiam Socratis*, Argentor. 1540. 4. *Critonem*, 1540. 4. et *Gorgiam*, ita vt cum prioribus communi titulo iungeretur, 1541. 4. accessit *Cratylus* 1541. 4. apud Wendel. Ribelium.

*De moribus philosophorum ex Platone.* gr. et lat. Basil. 1552. 8.

*Hipparchus, Amatores et Theages*, gr. Paris per Christ. Wechel. 1549. 4.

Singuli peculiari inscriptione, Σωκράτης τῆ συμποσίῃ ἐρωτικὸς λόγος, τὸν Πολιτεῶν ἢ περὶ δικαιοῦ λόγος α', — λόγος ἕκτος, — λόγος ζ'. graece — apud Guil. Morel. Paris. 1551. 4. *Maittaire* A. T. indic. p. 153.

*Eutyphro, Amatores, Hipparchus*, gr. et lat. *Legum secundus*, gr. Paris. apud Guil. Morel. Paris. 1560. 4.

*Platonis de rebus diuinis dialogi selecti*, (n. Apologia Socratis, Crito, Phaedo, liber X legum, Alcibiades II.) gr. et cum versione Ficini latina: cura *Io. Northi*, Cantabrig. 1673. 8. (1683. in bibl. Burmanni II. p. 160.) Northus textum diuisit in sectiunculas, in quo eum sequuti sunt Forster et Fischerus: sed textus, ad exemplum Stephanianum descriptus, innumeris operarum vitis est deturpatus. vid. *Fr. Ben. Carpzou.* epist. ad Nic. Heinsium in Sylloge

err. Burmann. tom. V. p. 321. — Idem, teste quidem catal. bibl. Ernestinae, ibidem reperiuntur, 1687. 8.

Τῶν Θεῶν Πλάτωνος διάλογοι ἕξ. *Sechs auserlesene Gespräche Platons, griechisch und deutsch, nebst des Herrn Dacier Vorrede und Anmerkungen, herausgegeben durch Io. Samuel Müller, des Hamburgischen Johannei Rector. Hamburg. 1736. 4.*

Sunt Alcibiades I. Laches, Protagoras, Theages, Alcibiades II. Erastae f. Amatores.

Πλάτωνος — *Platonis dialogi V.* (n. Amatores, Euthyphron, Apologia Socratis, Criton et Phaedon.) *Recessit, notisque illustravit Nathan. Forster, A. M. C. C. C. socius. Oxonii ex typogr. Clarendoniano. gr. et lat. 1745. mai. 8: — repet. ibid. 1752. 8. et 1765. 8. [1772.]*

Ficinianam versionem latinam plurimis locis immutavit. Graecus textus est is, quem Stephanus constituit. In notis non solum Stephanianas et aliorum coniecturas ac lectiones, in his eas locorum, quos Eusebius, Stobaeus, Iamblichus, Theodoretus et Cyrillus Alexandrinus citarunt; sed et suas et Zachar. Mudge emendationes atque interpretationes, in quibus etiam Platonis sententias atque opiniones explicuit docte, tum e cod. Bodleiano quaedam Olympiodori scholia praebuit. In Actis erudit. Lips. ann. 1749. mens. Ian. pag. 20 sq. censor illius editionis emendationum suarum spicilegium dedit.

*Platonis dialogi tres,* (n. duo Alcibiades et Hipparchus,) opera et studio Guil. Ettwal. Oxon. 1771. 8. mai.

Cel. Fischerus de Platone bene mereri coepit prima quorundam dialogorum editione, inscripta:

*Platonis dialogi quatuor, Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedo, graece, e recensione Henr. Stephani, varietate lectionis, animadversionibusque criticis breuibus illustrati ab Io. Frid. Fischer. Lipsiae, 1760. 8.*

In praefatione intelligenter differuit de exemplaribus Platonis editis, quae follerter consultit eorumque V. L. enotavit. — Postea maiore studio curaque adhibita iterum accessit ad emendandos illustrandosque eosdem dialogos, pluribus collatis exemplaribus, ac libris veterum, qui excerpserant ex illis dialogis locos, et observationibus recentiorum criticorum, quae altera multo locupletior, variisque accessionibus auctior editio prodit Lipsiae, 1770. 8.

Tertium idem eosdem dialogos edidit, ad fidem codd. MSS. Tubing. August. aliorumque et librorum editorum veterum recensuit, emendavit, explicavit I. Fr. Fischerus, ibid. 1783. mai. 8.

Haec est editio, ad cuius opes collectas ornamentaque adiecta, saepe prouocauimus. Noua est recensio e codd. potissimum, in fronte libri nominatis, aliisque veteribus recentioribusque editionibus, e quibus omnes V. L. sunt excerptae, et ex recentiorum animadversionibus facta; notae doctae, quae sunt criticae et grammaticae, interdum antiquariae, incredibili sedulitate diligentiaque adhibita, nimium quantum auctae comparent. Praemissa sunt varii generis prolegomena: praefationes ad superiores Fischer. editiones, vita Socratis, et Platonis auctore Diogene Laertio cum notis criticis; Hesychii Milestii vita Platonis; Alcinoi isagoge in dogmata philosophi; Albini isagoge in dialogos; Excerpta ex Athenaeo XI. 15. Exc. ex Sam. Petiti miscellan. lib. III. cap. 2. de ordine librorum Platonis; de Platone caput e Fabricii

cii Bibl. Gr. nostrum; clenchus codd. msst. Platonis eiusque interpretum ex Montfaucon. bibl. codd. MSS. cum adnotatt. Fischeri, adiunctio auctario; supplementa clenchi Fabriciani editionum Platonis; denique sententiae et iudicia auctorum quorundam veterum de Platone eiusque oratione et libris. In calce sunt adiecta Olympiodori scholia in Phaedonem, scholia quaedam gr. in IV. dialogos e codd. bibliothecae Laurent. excerpta atque edita ab Ang. Maria Bandino, Küstleri litt. ad Fabricium, in huius vita pag. 284. Fischeri programma siue defensio locorum quorundam Platoniorum ab emendandi libidine Henr. Stephani aliorumque, denique tres indices. conf. ephemer. litter. Götting. ann. 1784. p. 962 sq.

Idem vir doctissimus, graecarumque litterarum callentissimus emisit separatim alios dialogos:

*Platonis dialogi duo, Cratylus et Theaetetus, graece e recensione H. Stephani, varietate lectionis, animaduersionibus criticis breuibus illustrati ab Io. Frid. Fishero.* Lipsiae, 1770. 8.

*Platonis dialogi tres, Sophista, Politicus, Parmenides. gr. e recensione H. Stephani, animaduers. crit. illustrati ab Io. Frid. Fishero.* Lipsiae, 1774. 8.

In praef. ad hanc edit. aequae ac superiores de suo consilio et ratione in edendis illustrandisque dialogis, de editoribus antecedentibus, praecipue Stephano, in quem fere iniquus videtur, et quem cum Valckenario (in diss. de scholiis in Homerum ineditis p. 17.) inuidum dixit alienae virtutis obtrectatorem, de subsidiis, quae habuit, aliisque rebus disseruit. Iam uti coepit excerptis codicis et scholiastae Augustani.

*Platonis drey Dialogen, Protagoras, Ion und Theages. Griechisch, mit kritischen und erklärenden Anmerkungen herausgegeben von Frid. Aug. Wolf, nebst einer Abhandlung des Abbt's Arnaud über den Ion.* Nordhusae, 1782. 8. [Haec ed. nunciata quidem est in Catal. nundin. Lips. eius anni, sed, quantum scimus, non prodiit. Beck.]

*Platonis Enthydemus et Gorgias. Recensuit, vertit, notasque suas adiecit Martinus Iosephus Routh, A. M. Collegii D. Mariae Magdal. socius.* Oxon. e prelo Clarendon. 1784. 8. mai.

In contextu retinuit Stephan. recensione, nec quid mutauit, nisi quod in superioribus edd. melius fuit animaduersum, et Stephanus perperam exfulare iussit. Vfus tamen est Routh codice Oxon. atque Parisiensi, et notis scriptis defuncti Thomae Waldgrauii. Olympiodori praefationem ad sua scholia [e cod. Paris.] tantum nancisci potuit, et typis exprimendam curauit: ipsa illius in Gorgiam scholia nusquam [in Anglia] licuit inuenire. In notis, sine adiectis, omnem dedit criticum apparatus, addito iudicio, verba et res philosophi explicuit, nouamque confecit versionem latinam. conf. ephemer. litter. Gotting. ann. 1786. part. 128. p. 1277 sq.

*Platonis dialogi III. Meno, Crito, Alibiades uterque. cum animaduersionibus Gedike, Gottliber, Schneider, priorumque editorum. Curauit B. Fischer.* Berol. 1780. m. 8. — rec. emendatius et auctius, textu quoque hinc inde immutato, accentibus graecis, qui in priore editione omittebantur, atque excursu quodam et indice additis, ibid. 1790. m. 8. — Eisdem quatuor dialogos germanice vertit Fried. Gedike, Berol. 1780. 8. Noua ratione dialogum Menonem explicuit cl. I. I. Engel in *Versuch einer Methode, die Vernunftlehre aus Platonischen Dialogen zu entwickeln.* Berol. 1780. 8.

Antequam editiones singulorum dialogorum enarrem, paucis commemorabo *versiones* omnium vel plurimum opusculorum Platonis. Num vero Platonis dialogi ita transferri possint in aliam linguam, ut Plato graecus in versione agnoscat, valde dubium videtur. Nam color ille poeticus umbraque, compositio illa vocabulorum rerumque et dictio venusta levisque, harmonia illa, musicam fere aequiparans, syllabarum et verborum exquisita, quae sensibus tantum capi potest, illa elegantia particularum ac tropica dicendi ratio, vberitas orationis sine loquacitate, et breuitas sine obscuritate, quae praecipuae sunt dialogorum platoniorum virtutes, pari ornatu, vi, dignitate sensuque vix in versione vlla exprimi, reddi atque compensari possunt. — De *latinis* Ficini et Cornarii, de *gallicis* Dacierii ac Grou supra iam disserui. — Platonis dialogos latine versos a *Pallante Strozzi*, Florentino, qui A. C. 1462. aet. 90. obiit, testatur *Iulius Negri* siue *Niger*, Ferrariensis, S. I. in historia scriptorum Florentinorum p. 443. — *Claud. Francisc. Fraguierius* latinam versionem elegantiorum Platonis meditatus, morbo interpellante consilium deseruit. vide *Ios. Oliuetum* in eius elogio, quod carminibus, Paris. 1729. 12. editis, praefixit, pag. II sqq. Bibl. françoise tom. 14. pag. 84.

*Ludou. Regius* quosdam dialogos, ut *Timaeum*, *Symposium* etc. gallice vertit, Paris. 1559. 4. *Phaedonem* — in calce, *Lutetiae Paris.* M. D. LII. (1552.) prid. Calend. Ianuar. (vid. *Maittaire* A. T. III. pag. 624.) tum de republ. *Phaedon.* et *Phaedrum* iunctim cuius libri haec est inscriptio:

*La Republique de Platon, Diuisee en dix liures, ou Dialogues, traduite de Grec en François, et enrichie de commentaires par Loys le Roy. Plus, quelques autres traittez Platoniques de la traduction du mesme interprete, touchant l'immortalité de l'Âme, pour l'esclaircissement du X liure de la dicte Rep. Le tout reueu et conferé avec l'original Grec par Fed. Morel, Lecteur et interprete du Roy etc. à Paris 1600. fol. — Totum Platonem *Stephanus Doletus*, (qui *Hipparch.* et *Axiochum* gallice edidit Lugd. 1544. 12.) pollicitus est. vid. *Bibl. Cruciman.* et *Annales Maittarii* typograph. tom. III. pag. 85 sq.*

*Anglica* quaedam ex versione Dacierii gallica profecta, et ad textum graecum exacta quorundam dialogorum interpretatio, *The works of Plato abridgd.*, prodiit Londini 1701. 4. et 1749. cum diss. de vita, dogmatibus et dialogis Platonis. — *Floyer. Sydenham.* promisit et suscepit Opp. Platonis versionem *anglicam*; sed ad exitum rem non perduxit. Edidit *A Synopsis, or a general view of the writings of Plato*, de ratione legendi scripta Platonis, primumque versionis publicauit specimen 1759. [1749. edd. Bip. auctoribus] alterum *Hippiam*, 1758. et 1761. tertium, *de poesi* 1759. II. edit. 1768. quartum, *Symposium* 1761. etc. conf. cl. *Wolf* de labore *Sydenham.* in praef. ad Platonis *Symposium*, ab illo editum, pag. XI sqq. Plures dein vertit dialogos, qui, communi titulo inscripti et in II. volumina collecti, prodierunt: *Dialogues of Plato*, vol. I. Lond. 1767. 4. — vol. II. 1773. 4. Sunt VII. dialogi. vid. plura apud edit. *Bipontin.* vol. III. praefat. pag. 4.

*Italice* verterunt Platonis opera *Dard. Bembo*, nobilis Venetus, partt. V. Venet. 1601—1607. 12. — rep. III. vol. 1742. et 1743. 4. de qua versione vid. *Wolf.* in praef. ad *Plat. Symposium* p. X sq. et *Psitoni* in *Bibliotheca* etc. III. pag. 109 sqq. — Obiit Bembo d. 27. Maii 1633. — *Euthyphrona*, *Apologiam Socratis*, *Critonem*, *Phaedonem*, *Timaeum*, *Sebastianus Ericius* (Erizzo) cum adnotatt. et comment. Venet. 1574. 8. *Ericii* versionem



sionem Timaei separatim euulgauit Ruscelli. Venet. 1758. 4. De Ericio eiusque versione vid. *Lambecii* comm. de bibl. Vindob. libr. VII. pag. 76 sq. — Lyfidem *Franciscus Columbus* et Ionem *Nic. Triuisanus*, iunctim Venet. 1548. 8. — Hipparchum et Amatores *Ostau. Meggi*, Venet. 1558. 4. Plura leges in *Paitoni* bibliotheca degli autori — volgarizzati, tom. III. pag. 109 sqq.

*Germanicas I. Sam. Mülleri* et *I. Fr. Gedikii* versiones iam laudauit. Omnia *Plat.* opera in germanicum sermonem transferre coepit cl. *Io. Frid. Kleucker*. Lemgou. 1778 sqq. de versione vero Menonis compara iudicium Gedikii in praefat. ad memoratam dialogorum IV. versionem, et de vol. IV. edit. 1786. *Algem. Litteraturz.* ann. 1787. nr. 114. Versiones singulorum dialogorum germanicas recenset auctor libri: *Vollständige Sammlung aller Vebersezungen der Griechen und Römer etc.* Francof. et Lips. 1785. p. 103 sqq.

*Arabice*: Platonis lib. de legibus, atque Aristotelis de oeconomicis in bibl. Scorialensi cod. vid. *Casiri* bibl. Arabico-Hispanam Escorial. tom. I. pag. 300. et pag. 301 sq. de Platonis vita et scriptis ex arabica philosophorum bibliotheca fol. 19—33. arab. et lat. in qua Platonis quoque scripta secundum ordinem *Theonis Alexandrini* enumerantur: insunt quaedam aliena. Ibidem adnotatur, arabice conuersos esse *Politicorum* librum ab Honaino et Isaaci filio, *de legibus* ab Honaino et Iahia Ben Adi, *Timaeum* esse castigatum ab Iahia Ben Adi. — In *Timaeum* scripsit commentarium arab. Mohamad Ben Zacharia Abubaker Razaeus, Persa, teste *Casirio* l. m. pag. 263. — Ex *Syriaco arabice* vertit *Schehabeddou*, vid. *Acta Erudit.* 1720. pag. 419. *Herbelot* Bibl. Oriental. in *Aflathoun*.

*Persice* translata esse Platonis scripta iussu Chosrois, Persarum regis, Iustiniano imper. aequalis, testatur *Agathias* lib. II.

*Hebraice* exstant quaedam excerpta ex eius libro de republ. in bibliotheca *Bodleiana*, inter codd. Pocockianos hodie nr. XVII. vide *Io. Christoph. Wolfii* bibl. hebr. vol. III. p. 938. Idem vol. I. pag. 983 sq. adnotat, libros Platonis decem de republ. MSS. reperiri *ebraice* in bibl. Vaticana et Medicea:

*Gregorius Bar-hebraeus* in Chronico citat Platonem, cuius scripta apud *Syros* exstare, tradit *Affemannus* in bibliotheca orientali Clementino-Vaticana tom. II. Romae, 1721. fol. pag. 315.

Denique singulorum opusculorum editiones, quae seorsim curatae sunt, in meamque venerunt notitiam, paucis persequar. Argumenta dialogorum et epistolarum Platonis in *Morlierii* *Essais de literature*, tom. I. et II. qui laudat etiam Abb. *Bellefortium* (*Beaufort*) dum tom. II. pag. 48. Nous avons, inquit, depuis quelques années un excellent extrait de Platon, fait par Mr. l'Abbé de *Beaufort*, Prieur de S. Eloy etc.

Εὐδύφρων πρὸς ὄσις, i. e. de sancto insignis Platonis dialogus — accurata fere ad verbum interpretatione et tribus analysibus, dialectica, rhetorica, et grammatica — [sterili et puerili —] nec non aliis quibusdam notis, publice explicatus a *M. Theodoro Vietore*, graec. litt. Profess. Marpurgi, 1596. 8. typis P. Egenolphi.

*Apologia Socratis*, graece Louan. apud Rescium 1529. 4. — cum praef. Sturmii, gr. per Vendel. Rihel. Argentorati 1540. 4. — Paris. apud Bogard. 1544. 4. graece. — gr. ex  
Vol. III. S edit.

edit. *Efromi Rudingeri*, Noribergae ex officina Luft. 1573. cum Serrani vers. ex rec. Mich. Boschii. (vid. *Menken. Catal.* p. 155.) Argentor. 1591. 8. — cum versione ac scholiis *Efromi Rudingeri*, Norimbergae apud Christoph. Lochnerum et Io. Hofmannum, 1591. 8. — gr. et cum vers. germanica *Io. Sam. Mülleri*, Rectoris scholae Hamburg. Hamburgi, 1739. 4. — Germanice vertit, addiditque criticas obs. *I. H. Voss*, in menstruo libello, german. Museo, Lips. 1776. part. X. et XI.

*Crito* gr. Louan. apud Rescium, 1529. 4. — gr. Argentor. 1540. 4. — gr. Lutetiae apud Valcofan. 1551. 4. — gr. et lat. ibid. apud Bene-nat. 1571. 4. — gr. et lat. (cum versione Serrani) in usum scholarum. cum praefat. *M. Michael. Boschii*, *Winffmii*, Prof. L. Gr. in acad. Argentoratensi. Argentorati exc. Anton. Bertramus, 1592. 8. — In *Patufae* Encyclop. philol. vol. I. p. 123 sqq. — germanice vertit *Heinze*, Weimar. 1781. — *I. Sam. Müller*, Hamburg. 1740. 4. — vertit addiditque obs. *G. C. Fr. Boeckh*, Nordlingensis, Augustae Vindel. 1785. 8.

*Phaedon* gr. Paris. apud Adr. Turneb. 1553. 4. — latine, Ficino interprete, Paris. ap. Caluarin. 1536. 8. et apud Guil. Morel. ibid. 1554. 4. — gr. et lat. cum commentat. *Io. Henr. Winkleri*. Lips. 1744. 8. — graece in usum scholarum, sine accentibus, (cura Wolfii, Prof. Halensis,) Halae, 1790. 8. — cum Critone in Eclogis gr. Halae, part. I. 1780. 8.

*Cratylus* gr. Louan. apud Theodor. Martin. 1523. 4. — Lutet. apud Aeg. Gormont. 1527. 8. — gr. et lat. 1527. et Argentorati, 1541. 4. — gr. Paris. apud Bene-nat. 1573. 4. — Germanic. vertit *Zierlein*, in Schirachs Magazin vol. I. part. II.

*Cratylus* gr. et lat. annot. crit. et gramm. illustratus, particula I. progr. Fischeri, Lips. 1791. 4. Continet introductionem. part. II. (s. caput I.) 1792.

*Theaetetus* s. de scientia. Argent. 1567. 8.

*Theaeteti* particulam contulit *Hier. Wolf*. in libellum, qui inscribitur *Doctrina recte vivendi et moriendi*. Basil. 1577. 8. p. 11 — 18. — *Garve* in diss. legendorum philosophorum veterum praecepta nonnulla et exemplum pag. 13 — 26. praeclarum excerpentorum vet. ex *Theaeteto* exemplum dedit. — De arte Socratis obstetricia ad hunc dial. exercitatio in: Teutschen Museum part. IX. ann. 1779. pag. 214.

*Parmenides* s. de ideis et vno rerum omnium principio, dialogus cum versione Ficini, studio *Io. Guil. Thomfon*. Oxonii. 1728. 8. conf. notam supra ad nr. IX.

*Convivium* graece Paris. apud Christii. Wechel. 1543. 4. ibid. 1551. 4. apud Guil. Morel.

*Convivium*, s. de amore — gr. Salmanticae, exc. Andreas a Portonariis, 1553. 4. (vid. *Maittaire* A. T. indic. pag. 152.)

Πλάτωνος συμπόσιον, *Platonis Gastmahl, ein Dialog, hin und wieder verbessert, und mit kritischen und erklärenden Anmerkungen herausgegeben von Frid. Aug. Wolf*. (in praesentia Professore Halensi.) Lipsiae, 1782. mai. 8. De subsidiis, quibus usus est, et de historia argumentoque dialogi docte disserit, et in notis res verbaque philosophi scite explicat editor eruditus. — Germanice vertit *J. G. Schultheß*. Tiguri. 1782. mai. 8.

*Phaedrus* graece. Lutetiae apud Fed. Morel. 1581. 4. — gr. cum praef. *Io. Posselii*. Rostoch. 1572. 8.

*Alcibiades primus*, graece. Lutet. apud Vascosan. 1551. 4. — Gallice versus, cum notis *Tanaq. Fabri*. Salinur. 1666. 12. — Germanice, Glogau. 1755. 8.

*Alcibiades posterior et Menexenus*. gr. apud Wendel. Rihelium. Argent. 1538. 4.

*Alcibiadem II. cum Menone* recepi in Antholog. graecam profaicam, Noribergae, 1781. 8. — germanice eum vertit V. D. in: Teutschen Museum, part. III. ann. 1778. pag. 213 sqq.

*Platons Alcibiades der zweyte*, — herausgegeben von Io. Henr. Koepfen — Brunsvici. 1786. 8. In prooemio summam dedit dialogi, quem propter memoratam regis Archelai mortem scriptum putat Olymp. XCV. Textus est secundum edit. Stephano-Bipontinam correcte descriptus, interdum tamen mutatus, cuius consilii rationem dedit in notis criticis, quibus quasdam adiecit exegeticas et indicem vocabulorum breuem. — adde *Sallier* in Hist. Soc. Par. Inscr. III. p. 160. vers. Gottsched.

*Ἐγῶσαί* gr. et lat. Paris. apud Bene-nat. 1573. et apud Guil. Morel. ibid. 1551. 4. — *Beniam. Coberi* exercitationum Platoniarum praeludium, s. *dialogus de philosophia*, interpretatione latina et perpetua, Analyfi logica et diiudicatione controuersiae Socraticae, et scholiis ita explanatus, vt scholasticae iuuentuti vtiliter proponi, et a studiosis philosophiae, qui Platonem cum Aristotele coniungere volunt, penitus cognosci possit. Spirae. 1605. 8. Textus gr. est in VII. capp. dissectus, et varia ratione, interdum bene intelligenterque, interdum subtilius copiosiusque explicitus.

*Theages* gr. Paris. apud Guil. Morel. 1551. 4. — gr. et lat. ibid. 1558. 4.

*Gorgias*, gr. curante I. Sturmio, Argentor. apud Wendel. Rihelium, 1541. 4. — *Vituperatio philosophiae ex Gorgia*, gr. 1587. 4.

*Platonis dialogus IO, sive de furore poetico, ad fidem cod. Venet. veterumque edd. revocatus, una cum interpr. lat. editus et animaduersif. illustratus a Marco Guil. Müller, Ill. Gymn. Alton. Subrectore*. Hamburgi apud Bohn. 1782. 8. sine accentibus; textus haud satis curate expressus. Alias commoda est et a variis, ex cod. Veneto, olim Bessarionis, a cl. Morelio excerptis atque communicatis, lectionibus aequae ac interpretatione commendabilis. — gallice per *Rich. le Blanc*. Paris. 1546. 8.

*Platonis, Thucydidis et Demosthenis oratt. funebres*. gr. apud Manut. 1549. 8.

Orationes duae funebres; altera *Platonis, dicta Menexenus*, altera *Lyssae*, e recensio-  
ne et cum notis *Mich. Buxted.* Cantabrig. 1696. 12.

*Thucydidis, PLATONIS et Lyssae orationes funebres*, cum notis et obseruationibus anglis. Oxon. 1746. 8. — *iidem* iunctim editi sunt ab *Edwardo Bentham*, additis obseruat. Oxon. e theatro Sheldon. 1753. mai. 8. — Sed multo praestat ab subtilitate critica et grammatica atque interpretatione historica bonoque indice commendabilis editio:

*Platonis Menexenus et Periclis Thucydidei oratio funebris. Recensuit et animaduersif. illustravit Io. Christoph. Gottleber.* coll. prouinc. Misnici Rector. gr. Lipsiae, 1782. 8.

*Nüscheleri* germanica versio legitur in Plutarchi opusc. select. germanice redditorum, vol. I.

*Platonis Menexenus im Grundrifs: Nebst Untersuchungen über den Zweck und die Zeit des Dialogs, die Charaktere des Menexenus und der Aspasia, und erklärenden und kritischen Anmerkungen von Io. Henr. Iust. Koepfen*, Director des Andr. zu Hildesheim (postea Hannoveram ad Gymnasium moderandum euocatus, sed haud multo post habitam orationem aditalem praematura morte anno 1791. iam absumtus est.) Berol. et Stettin. 1790. 8. conf. Allgem. Litteraturz. mens. Nou. 1791. nr. 327. pag. 824 sq.

*De republica, vel de Iusto*, gr. et lat. Marsilio Ficino interprete, Paris. apud Iacob. Bogardum. 1544. 4.

*De republica liber I.* gr. Lutet. apud Fed. Morel. 1587. 4.

*Sortitus animarum ex Eris Pamphylii narratione de sine πολιτειῶν I.* graece cum vers. lat. Ioach. Camerarii, in *Wolsti* edit. Epicteti et Cebetis. Colon. 1595. 8. tom. I. p. 68 sqq.

*Platonis de republ. sine iusto libri X. versionem emendauit notasque adiecit Edmundus Maffey*, Trinit. Collegii Cantabr. A. B. Cantabrigiae, 1713. 8. II. voll.

Nitida eruditaque, at mendis plurimis deformata editio. Textus est variis in locis, quamuis breuiter, vel ex coniectura, vel rationibus adductis emendatus: versio Ficini saepius correctâ. In notis non admodum multis loca ex Aristotele potissimum, quando hic vel a Platone discedit, vel cum eo conspirat, Cicerone, Seneca aliisque, quae vel ex Platone desumpta, vel ipsi parallela sunt, cum studio adnotata legimus. Quod opinatur, Platonem in Aegypto sacram scripturam euoluisse, loca ex hac protulit Maffey, quibus similia apud philosophum leguntur. conf. Acta erudit. mens. Oct. 1714. pag. 453 sqq. Journ. des Sav. mens. August. 1715. pag. 139. *Christ. Ern. de Windheim* Bemühungen der Weltweisen vom Jahr 1700 — 1750. vol. III. Noribergae, 1752. p. 58 sqq. Neuer Bücherfaal XXXIX. p. 153.

*Platonis Φιλόσοφος* excerpta ex V. et VI. de republ. diatriba, separatim edita gr. in 4.

Summa und Inhalt der Platonischen Lehre von der Regierung des gemeinen Nutzens. ins teutsch gebracht von *G. Lauterbecken*, Isleb. 1554. fol.

La Republ. de Platon. — premiere partie. Dresdae, 1787. 8. Continet V. priores libros, iusto liberalius versos, et Plato, quasi in Gallus natus, loquens inducitur. Est vero nonus tomus libri: Collection de moralistes anciens etc. — Anglice vertit *Spens*. Londini, 1766. et in praefatione tam historica, quam critica agit de conditione philosophiae, aeuo Platonis.

*Plato über den Grund der Sittlichkeit, aus seiner Republik von G. L. Spalding* in menstuo libello Berolin. mens. Iul. pag. 62 sqq. ann. 1791. Ostendit Spalding nexum orationis, cuius partem vertit atque explicat; in fineque ait, se dubitare, num ante Kantium, philosophum cel. aliquis de felicitate, more Kantiano, melius sit philosophatus, quam in hac dialogi parte Plato fecit: atque alia Kantiana dogmata, saltem illorum femina inuestigare atque reperire licet in Platonis Operibus.

*Averrois* paraphrasis super libros de republ. Platonis, interprete *Iac. Moutino*, Romae, 1539. 8. (in bibl. Marq. de S. Philippe, Haagae Com. 1726. 8. p. 114.) alias edd. vid. supra nr. XXX. circa fin.

*Timaeus* gr. Paris. apud Christian. Wechel. 1532. 4. — ibid. apud Io. Lodoic. Tiletan. 1542. 4. — ibid. apud Guil. Morel. 1551. 4. — gr. et lat. cum Chalcidii explanatione. Paris. apud

apud Bene-nat. 1579. 4. — latine. ibid. apud Caluarin. 1536. 8. — apud Bogard. ibid. 1544. 4. et ibid. apud Guil. Morel. 1563. 4. — lat. *Ficini* versio seorsim Paris. 1536. 8. — 1554. 4.

Ἐκ Πλάτωνος Τιμαεὺς τμήμα τὸ τῷ Κικέρωνος περὶ παντὸς βιβλίῳ συμφωνῶν. *Ex Platonis Timaeo particula, Ciceronis de vniuersitate libro respondens. Qui duo libri inter se coniuncti, et respondentes, nunc primum opera Ioachimi Perionii, Benedictini Cormoeriacini, proferuntur in lucem.* Paris. apud Io. Lodoicum Tiletanum, ex aduerso collegii Remensis. 1540. 4. In aduersa pagina versio Ciceronis est posita: quae Ciceronis perierunt, ea Perionius in obseruationibus vertit adnexis, in quibus et Ciceronis verba emendat saepe et vtrumque comparat.

*Timaeus*, lat. ex interpretatione et recensione *Io. Meursii*, Lugd. Batau. apud I. Costerum. 1617. 4.

*Minos*, gr. et lat. Ficino interprete. Paris. apud Guil. Morel. 1558. 4.

*Politicus*, gr. Paris. apud Wechel. 1548. 4.

*De legibus*, gr. Louanii, 1531. 4. — vid. ad nr. XXXIV.

Πλάτωνος νόμων προοίμιον — gr. cura *Io. Caselii*. Helmestadii. 1594. 4.

*Epinomis* s. philosophus, gr. Paris. apud Io. Bene-natum. 1573. 4.

Denique memorandae veniunt

(*Ferd. Christ. Müller*) *Chrestomathia Platonica*, gr. et lat. Turici, 1756. 8.

*Frid. Wilh. Ion. Dillenius* *Platonianische Chrestomathie*, Griechisch und Deutsch, mit critischen und philologischen Anmerkungen. Ein Lesebuch für 'Jünglinge, Winterthur, 1782. 8. Quae chrestomathia multo melior est, quam prior Mülleri, de qua vide *Gesner*. in *Isagoge* in erudit. vniuers. edit. Niclas tom. I. pag. 169.

*Diuini Platonis gemmae, s. illustriores sententiae*, lat. a *Nic. Liburnio collectae*: apud *Benedict. Preuost*. (sed priuilegium datur Martino Iuueni.) Paris. 1554. 12. *Maittaire* A. T. indic. p. 153. — *Platonis Gnomologia*, gr. lat. Lugd. 1555. 12. ibid. 1582. et Colon. Allobr. 1613. 12. *Harl.*

## VIII. SCRIPTA VARIA DE PLATONE ET PLATONICA PHILOSOPHIA.

VITAM PLATONIS scripserunt <sup>egregis</sup> e veteribus *Diogenes Laertius* libro III. [U]

S 3

[Secundum

ggggg) *Conf. Philippi Labbei* conspectus Aristotelis et Platonis interpretum, Paris. 1557. 4. [de quo libro vid. *Ioussium* de script. hist. phil. III. 31, II. p. 130 sq.] *Theopompus* librum olim scripsit contra Platonis scholam, in quo ait, multos eius dialogos esse superuacaneos, inutiles et falsos, eumque plures surripuisse ex dissertationibus *Aristippi*, *Antisthenis* et *Brysonis*, teste *Athenaeo* XI.

15. *Heum. Porphyrius*, teste *Suida*, scripsit libros VII. *περὶ τῆς μίαν ἂναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους ἀρίστην*, quod Platonis et Aristotelis secta una eademque sit. In *Ioussii* libro III. de scriptor. hist. philos. passim excitantur veteres, historiam Platonis aut eius librorum sectaeque illustrantes aut explicant. *Harl.*

[Secundum anonymum gr. in praeannotamentis miscellaneis in Platonem (cod. mst. in bibl. Vindobon. apud *Lambec.* in commentar. de illa VII. pag. 270.) *Aristoteles* scripserat integram orationem in Platonis defuncti laudem, in eaque eius vitam exposuit. Idem Aristoteles in elegiis suis laudauit Platonem; versus ipsos dedit ibidem anonymus (suspiciente *Lambecio*, Ioannes, Nicolai mystici, patriarchae CPolitani notarius,) et versionem illorum, a *Bessarione* factam, adposuit *Lambecius*. Conf. *Andr. Schottii* vitas comparatas Aristotelis et Demosthenis, Augustae Vindel. 1603. 4. pag. 79 sq. Ibidem a pag. 78. agit *Schottus* de Platone, et Aristotelis reuerentia erga illum.

*Lambecius* l. m. pag. 277 sqq. recenset codicem, qui continet *Olympiodori*, (vbi putat,) Alexandrini prolegomena generalia in vniuersam Platonis philosophiam, in capita XI. diuisa: cuius codicis editionem cum noua Alcinoi Epitomes dogmatum Platonis editione optat *Lambecius*, quoniam eius beneficio non solum vita Platonis apud *Diogenem Laertium* et vita eiusdem apud *Olympiodorum* in prolegomenis scholiorum in Alcibiadem primum, verum etiam ipsa Platonis opera non mediocriter possint illustrari atque suppleri. *Harl.*]

*Olympiodorus* in prima praxi, siue praelectione ad Alcibiadem I. [quam cum versione et notis *Iac. Windeti* suisque *Mericus Casaubon.* intulit edit. Lond. 1663. fol. *Meibom.* in edit. *Laertii* tom. II. Amstel. 1693. 4. et *Fischer.* edit. III. dialogorum, e sua recensione, gr. cum notis criticis. conf. *Fabr.* infra, lib. V. cap. 26. §. 15. vol. VIII. p. 525 sq. *Iouffum* de scriptor. hist. phil. III. 18, 2. p. 101 sq. *Harl.*]

[*Hesychius illustris*, *Milesius*, cuius compilatio primum prodiit gr. e bibl. *Sambuci* cum versione *Hadr. Iunii* fini subiuncta, Antwerp. Plantin. 1572. 8. tum a *H. Stephano* ad calcem *Diog. Laertii*, 1594. 8. et Geneu. ap. *Vignon.* 1615. in *Hesychii* ill. opusculis, a *Io. Meurfio* editis, Lugd. Bat. 1613. 8. et in opp. *Meursii*, a *Lamio* collectis, Florent. tom. VII. et ex eo vita Platonis praemissa edit. III. *Fischeri* cum notis criticis. adde *Iouffum* l. c. III. 19, 4. p. 105 sq. edit. *Dornii*.

Alii veteres, quos partim *Diogenes Laertius* libr. III. de Platone, sect. 2. etc. *Dionys. Halic.* in epist. ad Pompeium, vol. VI. Opp. edit. Reisk. pag. 757. et *Proclus* in *Timaeum* (vide *Fabric.* vol. VIII. pag. 524.) citarunt, modo vitam Platonis enarrarunt, modo illustrarunt atque exposuerunt illius scripta. Sed illorum commentarii partim interierunt, partim latent mssis in bibliothecis. Vitam philosophi composuerunt *Speusippus*, *Porphyrus*, (vid. catal. codd. gr. in bibl. *Scorialensi*, in *Plinii* Itinerar. Hispan. et *Reiser.* catal. bibl. *Augustanae* p. 73.) *Aristoxenus*, (*Laert.* V. 35.) *Phanorinus*, (*Suid.* voc. *Φαβωρηος.*) *Zosimus Alexandrinus*, (*Suidas* in *Ζώσιμος* et *Eudocia* in *Viol.* pag. 205.) *Clarchus*, *Hermodorus*, *Xenocrates* et alii. Commentatores et scholiastae, qui magnam partem adhuc latent in codd. mssis, *Demastius*, (vid. *Iouffum* l. c. III. 19, 4. pag. 105. *Eudoc.* l. c. p. 134.) *Dexippus*, *Archimedes Trallianus* (*Eudocia* pag. 74.) *Atticus*, (*Reiser* l. c. pag. 84.) *Hermias*, *Ammonius* (*schol. Venetus* edit. *Villoison.* ad *Homer.* l. 536.) *Olympiodorus*, *Proclus*, (*Fabric.* infra, lib. V. cap. 26. §. 14 sqq. *Pfärlus*, (vid. *Iouf.* III. 20, 2. pag. 107 sq.) *Theon Smyrnaeus* etc. iam supra in indice dialogorum memorati sunt, et *Fischerus* in notitia codd. MSS. Platonis indicauit bibliothecas, vbi latent; adde eundem ibid. pag. 207 sq. — *Didymus* Areius tempore forsan *M. T. Varonis* scripsit *περὶ τῶν ἀρεσκόντων Πλάτωνι σύνταγμα*, vid. *Iouffum* de scriptor. hist. philos. III. 1, 3. pag. 2. edit. *Dornii*. *Numenius*, *Apameusis*, (vid. infra in *Catal.*

Catal. Platonic. h. v.) scripsit libros de Platonis et Academicorum discrepantia, quos laudat *Euseb.* XIV. praep. euang. c. ἐκ δὲ δὴ Φορᾶς. *Galenus* pro Socrate et Epicteto scripsit contra *Fauorinum*, atque Hippocratis et *Platonis* decreta IX. libris prosequutus est. vid. *Ionsium* I. c. III. II, 3. p. 62. et supra in epimetro.

E recentioribus praeter interpretes *Diogenis Laertii*, utrumque *Casaubonum*, *Aldo-brandinum* ac *Menagium*, et praeter conditores historiae philosophiae aliosque, a me ad initium huius capituli iam laudatos, de Platone egerunt

*Leonh. Aretinus*, cuius opusculum nondum est editum.

*Guarinus*, Veronensis, cuius vita Platonis exstat ad calcem vet. editionum *Plutarchi* latinarum, Venet. per *Nic. Ienson*, 1478. fol. etc. et seorsim cum vita *Aristotelis*, *Euagorae* et *Homeri*. adde *Ionsium* I. c. III. 21, 8. p. 115.

*Marsilius Ficinus*, de quo supra in catalogo editionum iam disputatum est. Eius vita Platonis est in illius Operibus et praemissa illius Platoni latino, item in *Magni Dan. Omeisii* *Ethica Platonica*, Altdorf. 1696. 8.

*Petri Bambi* *Apologia* Platonis, et in eius opera dissertatio lucem publicam non videntur. vid. *Ionsium* III. 22, 13. pag. 128. sed praelo paratae ab eo sunt relictae. vid. *Elogia academiae incognitorum* p. 115.

*Com. Lagi* orat. de vita Platonis, in *Phil. Melanthonis* *Declamatt.* Argent. 1541. 4. pag. 263. ibid. 1558. 8. tom. II. pag. 347 sqq. *Serueflae* 1587. 8. tom. II. p. 347 sqq.

*Io. Mich. Boschius*, in edit. *Apologiae* *Socr.* Argentor. 1591. 8.

*Platonicus moriens*, praef. *Andr. Kunado*, resp. a. G. *Moehring*, *Serueflae* 1704. 4.

*Renatus Rapinus* in vitis parallelis Platonis atque *Aristotelis* cum aliorum excellentium eruditorum vitis, gallice, *Parisi*. 1684. 4. et in operibus (*Oeuvres du P. Rapin*) *Amstel.* 1709. 12. vol. I. *Hagae Comitum* 1725. 12. vol. I. cap. III. *Platonem* praefert *Aristoteli*: multa, ex *Ficino* maxime deprompta, notatu digna adtulit; sed paullo confuse scripsit. Plura de eo leges apud *Bayle* *diction.* voc. *Rapin*.

*Ioach. Langii* *medicina mentis* pag. 150 sqq. edit. IV. *Halae Magd.* 1718. 8.

*I. Buchhardi et Frid. Otton.* *Menkiorum* *biograph. virorum*, militiae atque ac scriptis illustrium. *Lipsiae*, 1734. 8. p. 350 sqq.

*Dacierii* et *Pillonierii* vitae iam supra commemoratae sunt.

*Leonardus Coccardus*, *Brixianus*, in lib. de magisterio antiquorum, *Genevae* 1684. 12. p. 37 sqq. 124 sq. 260. 303. 358 sq.

*Gentier* *La Bibl. des Philosophes et des Sçavans.* *Parisi*. 1723. 8. coll. *Hannami* *Actis phil.* tom. III. pag. 450 sqq. 463. et *Windheim* *Bemühungen der Weltweisen* etc. tom. V. pag. 300.

(*Deslandes*) *histoire critique de la philosophie* etc. III. partt. *Amsterd.* 1737. 8. vid. *Brucker*. *hist. crit. phil.* I. p. 25 et 27. *Windheim* I. c. p. 356—357. In vol. II. lib. IV. cap. 15—22. agitur de *Socrate* eiusque discipulis sectisque.

Abregé des Vies des anciens Philosophes, avec un recueil de leurs plus belles maximes, par *M. D. F.* Paris. 1726. 12. Inter XXVI. philosophos, quorum vitae exponuntur, est etiam Plato.

(*Gilbert le Gendre, Marquis de St. Aubin*) in *Traité de l'Opinion, ou Mémoires pour servir à l'Esprit humain.* Paris. VI. voll. 1733. 12. in tom. I. cap. 3. conf. *Windheim Bemühungen der Weltweisen etc.* vol. VI. sect. II. pag. 291 sqq. *Harl.*]

DISSENSVM AB ARISTOTELICA PHILOSOPHIA ostendere sunt conati, post deperdita scripta [*Numenii* de quo paullo ante egimus,] *Tauri Berytii et Aitici*, Platonici, e quo egregia fragmenta seruauit *Ensebius* lib. XV. Praeparat., *Georgius Gemistus Pletho* de Platonicae et Aristotelicae Philosophiae differentia, Basil. 1574. 8. [conf. *Iriartii* codd. gr. bibl. reg. Matrit. pag. 346. *Fabric.* vol. X. pag. 743. *Ionf.* l. c. III. 21. pag. 117 sq. *Morhof.* Polyhist. philos. lib. II. part. I. cap. XI. pag. 204 sqq. vbi haud pauci excitantur libri, huc pertinentes. *Harl.*]

*Georgius Trapezuntius* in comparatione Aristotelis et Platonis. Venet. 1523. 8. *Mich. Apostolius* Gemisti contra Gennadium et Gazam *ὑπερασπιστῆς* MS. in Bibl. Bodlei. Apostolium impugnauit *Andronicus Callisti*, *Andronicum Nic. Secundinus. Fabric.* [*Georgium*, quem *Cretensem* vocat *Philelfus* XXXI. Epist. 14. a *Barlaamo* effutita recoquere idem *Philelfus* ait XXXI. epist. 36. Conf. supra ad nr. XXXIV. *Allatium* libr. de *Georgiis*, *Jean. Boivin* le *Cadet* diss. historique sur la querelle des philosophes du quinzieme siecle, (vbi haec controversia vberius enarratur, et versio *Bessarionis* epistolae gallica addita est,) in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* tom. II. pag. 775 sqq. edit. Paris. aut tom. IV. pag. 481 sqq. edit. *Haganae*, quae recitatio germanice versa est a *C. A. Heumanno* cum adnotationibus litterariis, in *Actis* philos. tom. II. pag. 537 sqq. et ab *H. Smanno* in *Magazin für die Philosophie etc.* tom. I. p. 215 sqq. adde *Nouv. Rep. lettr.* 1707. I. pag. 248 sqq. — De *Theodori Gazae* lite et scriptis aduersus *Plethonem* vid. *Humphredi Hodii* lib. de graecis illustribus L. Gr. — in lauratoribus, *Londini* 1742. 8. p. 77 sqq.

*Bessarionis* Epistola ad *Mich. Apostolium*, (ad controuersiam de praestantia Platonis prae Aristotele spectans.) gr. cum versione lat. *Io. Boiuinii*, iunioris, in *hist. acad. Par. Inscript.* tom. II. pag. 456. edit. Hag. rec. in versione historiae etc. *Gottsched.* tom. II. pag. 377 sqq. *Harl.*]

*Bernardinus Donatus*, *Veronensis*, de Platonicae atque Aristotelicae Philosophiae differentia. Venet. 1540. 8. Paris. 1541. 8. [est *Plethonis* libellus in formam dialogi redactus. vid. *Heumanni* acta phil. II. p. 567.]

*Franciscus Patricius* discussionum *Peripateticarum* (Basil. 1581. fol.) Tomo III. *Fabric.* vid. *Ionsum* l. c. III. 25, 1. pag. 137 sq. *M. Anton. Murit.* in ethicam Aristotelis pag. 76 sqq. tom. II. orat. 22.

*Henr. Vffelmanni* exercit. de Platonis, Aristotelis, Stoicorum et Epicuri philosophia morum etc. *Helmstad.* 1668. 4. — *Io. Salenius* in diss. de differentia philosoph. Platonicae et Aristotelisae *Holm.* 1695. 8.



*Habertus Folieta* de nonnullis, in quibus Plato ab Aristotele reprehenditur. Romae 1574. 4. vid. supra nr. XXX.

Tum ii, qui Aristoteli nimis fauent, tum ii, qui Platonem, spreto illo, vnice amplectuntur, modum excedere nec tempora, ingenium consiliumque vtriusque rite discernere mihi videntur. Suus cuique honos tribuendus est: suos quisque habet naeuos suasque aetatis indolisque infirmitates. Aristoteles praestitisse videtur ingenio, (quod Genie hodie vocatur,) plura saltem inuenit, aut melius constituit et ordinauit, valuit ingenio philosophico et, quod hodie nuncupatur, systematico. Hinc omnes doctrinas in artis formam redigere studuit. Atque si breuitas est signum eximii ingenii, hoc in Aristotele, saepe nimis breui, conciso, ideoque obscuro aut difficili intellectu, splenduit quam maxime. Contra Plato, quem *Mericus Casaubon.* de enthusiasmo, cap. I. pag. 6. et cap. III. pag. 35. 36. et 78. Heumann passim in Actis philof. Stolle, Thomasius aliique superstitionum, enthusiastam et nescio quibus aliis conuitiis laceratum depexerunt, et iniquius vituperarunt, et quem *Gatacker.* in praef. ad M. Antonini lib. *εἰς ἑαυτὸν* male putat, nihil aliud egisse, quam vt sophistarum artes sub persona Socratis traduceret, floridiorē, amoeniorē magisque perspicuo et populari dicendi genere vitur, philosophiam calluit et popularem et subtiliorem reconditamque, secum rapit lectores et eloquentissimus est philosophorum. Hanc ob causam *Cicero* videtur Platoni primas tribuisse, Libro quidem V. Fin. cap. 3. *Aristoteles, excepto Platone, philosophorum princeps* dicitur, et lib. I. Tusc. quaest. cap. 10. *Aristoteles, ait, longe omnibus, Platonem semper excipio, praestans ingenio et diligentia* etc. At de singulorum vitii ac virtutibus, de placitis vtriusque diuersis, eorumque veritate aut falsitate, aliisque, quae V. D. in diuersas traxerunt sententias, rebus atque controuersis, disputare haud vacat, et de quibusdam rebus iam supra, quid equidem sentiam, aperte nec vllarum partium cupidus dixi. *Harl.*

CONSENSVM PLATONIS CVM PHILOSOPHIA ARISTOTELIS, iam tum professus est se agnoscere Antiochus, Academicus, eiusque auditor *Cicero* <sup>hhhhh</sup>, lib. V. de finibus §. 12. *Ammouius Θεοδίδακτος*, de quo Hierocles apud Phot. cod. CCXIV. p. 283. *Simpli.* in libro III. de coelo et alii passim: at singulari scripto docuerat

*Porphyrus* libris VII. sed qui pridem interciderunt. (confer *Holsten.* de Porphyrii vita cap. 8.) *Fabric.* Porphyrii aetate frequens, et vulgaris erat sententia, Platoniam, (n. veteris academiae, iudice iam *Cicerone* Academ. I. 4. de Offic. III. 4.) et Aristotelicam philosophiam esse vnā eandemque. conf. *Ionsium* l. c. III. 15, 4. pag. 84. *Harl.*

*Hierocles* in libris de fato ac prouidentia, ad Olympiodorum, philosophum, libro praecipue sexto. Vide *Photium* cod. CCXIV. *Fabric.* *Ionsium* l. c. III. 18, 2. pag. 99 sq. et III. 21, 9 sqq. de bello illo philosophico; supra ad sect. III. 12. 34. not. *Harl.*

De eadem re commentarium promisit e latinis veteribus *Boethius* lib. 2. de interpretatione, sed qui elaboratus ab eo non videtur, certe lucem non vidit. *Bernardi Carnotensis* similem conatum laudat *Sarisberiensis* II. 17. *Metalogici.* „Egerunt operosius *Bern. Carnotensis*

<sup>hhhhh</sup>) Idem *Cicero* Lucullo cap. 5. *Peripatetici, ait, et Academici, nominibus differentes, re congruentes, a quibus Stoici ipsi verbis magis, quam sententiis differunt.*

sis et eius sectatores, vt componerent inter Aristotelem et Platonem: sed eos tarde venisse arbitror, vt reconciliarent mortuos, qui, quamdiu in vita licuerit, dissenserint.“

E recentioribus consensum Platonis cum Aristotele probare conatus est *Ioh. Picus*. (adde Politiani Miscellanea cap. 1.) *Fabric. conf. Iouf. III. 21.* (vbi plures enumerantur.) *sect. 22. pag. 121. Harl.*

*Franciscus Patritius* discussionum Peripateticarum tomo II.

*Seb. Foxius* de naturae philosophia seu de Platonis et Aristotelis consensione, libris V. Louan. 1554. Paris. 1560. 8. Witteb. 1589. 8. Lugd. 1622. 8. Confer. *Observatt. Hallens. tom. III. p. 268 sq.* [P] [diff. 14. vbi Buddeus illud iuvenile opus minoris facit, quam *Boivin.* iun. qui illud tamquam optimum hac in re scriptum celebrat.]

[Vere' conclusioni di Platone conformi alla dottrina christiana et a quella d' Aristotele di *Franc. di Vieri.* Florent. 1590. 8. *Harl.*

*Iac. Carpentarius* Claromontanus Paris. 1573. 4.

*Gabriel Buratellus*, Anconitanus, in conciliatione praecipuarum controuersiarum Aristotelis et Platonis 8. Venet. 1573. *Fabric.* Buratelli chartas expertes esse eruditionis, nec illas scire tam platonicas, quam aristotelicas opiniones, iudicat *Gaudentius* de Romanorum philosophia cap. 166. vbi de iis agit, qui consensionem Aristotelis ac Platonis tentarunt. nr. IV. pag. 220. in noua variorum scriptorum conlectione, fascic. II. Halae Magdeb. 1727. 8. cum iis sentit, qui putant, conciliari cum Platone nequaquam posse Aristotelem, et cap. 18. p. 136. huic praefert Platonem.

*Iacobus Mazonius* Caesenas libris II. praeludiorum ad Comparationem Aristotelis et Platonis, Venet. 1597. fol. Eiusdem de triplici hominum vita libri III. etc. Caesena 1577. 4. de quo opere vid. *Rich. Simon* tom. I. bibl. selectae cap. 26.

*Franciscus Diacetius*, [vid. *Bayle* diction. voc. *Iacetius.*]

*Petrus Massolus*,

*Symphorianus Champerius*, (aut *Campegius*, Lugdun. medicus, sub Francisco, rege Galliarum. Libri inscriptio est: *D. Symphoriani Champerii* symphonia Platonis cum Aristotele et Galeni cum Hippocrate; Eiusd. Hippocratica philosophia; it. Platonica medicina de duplici mundo cum eiusdem scholiis: speculum Platicum etc. Paris. (1516.) 1518. 8. adde *Ioufium* III. 23, 1. p. 130. *Harl.*]

Addi his possunt *Paganinus Gaudentius* de dogmatum Aristotelis cum Platonis Philosophia comparatione Florent. 1639. 4. *Beniamin Coberus* in Exercitationum Platoniarum praeludio, siue dialogo de Philosophia, pro iis, qui Platonem cum Aristotele volunt coniungere. Spirae 1605. 8. *Andreae Riui*, alias *Bachmanni* aequilibrium de superpondio diuini Platonis cum Aristotele Parallelo, siue Aristoteles cum Platone comparatus. Northusae 1629. 12. *Iac. Furentius* in Synopsi vniuersae philosoph. Paris. 1655. 4. vid. *Richard Simon* tom. IV. bibl. critic. p. 104. Eiusd. *Lettres*, tom. IV. p. 86.

*D. Io. Phil. Treumerus* in diff. de Theologia Platonis et Aristotelis comparata, Ienae 1690. 4. [*Henr. Fergii* diff. de Theologia Platonis. Giessae, 1664. 4. *Heum.*

Confer

Confer, si placet, *Io. Bapt. Roscheii* disp. de philosophia conciliatrice, Witteb. 1693. 4. *Jacobum Thomafum* Oratione XV. de Syncretismo Peripatetico, et *Observationes Hallenses* III. 14. §. 3 — 7. vbi etiam de *Io. Bapt. Stae du Hamel* libris II. de consensu veteris ac nouae Philosophiae differitur.

PLATONEM CVM ARISTOTELE COMPARAVIT [*Iac. Carpentarius* in Platonis cum Aristotele in vniuersa philosophia comparatione. Paris. 1573. 4. etc.] singulari et erudita diatribe, gallice edita, Philosophiam vtriusque inter se contendens *Renatus Rapinus*. [conf. C. Thomaf. orat. pag. 462 sq. Act. erud. ann. 1686. pag. 195 sq. *Heum.* vid. ad initium huius paragraphi.]

HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETA libris nouem explicuit et inter se contulit, atque aduersus aliorum sententias defendit *Galenus*, qui exstant. *Proclus* συμφωνίαν Ὁρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος. Cum *Orpheo* consentire Platonem, observauit et *Hierocles* libro quarto de fato ac providentia, et *Olympiodorus* commentar. in Phaedonem, πανταχῶ γὰρ ὁ Πλάτων παραδέεται Ὁρφέως. [conf. epimetron ad §. II.]

DE PLATONIS THEOLOGIA <sup>iiii</sup>) *Zenodoti* liber πρὸς Πλάτωνα περὶ Θεῶν, *Suidae* memoratus, intercidit. Exstant *Procli* libri VI. de Theologia Platonis, et *σειχέωσις Θεολογική*, in quam *Nicolai Methonensis*, episcopi, animaduersiones et fratris *Berealdi* expositio MS. supersunt, illa graece, haec latine. [*Maximus Tyrius* in diss. XVII. pag. 188 sqq. edit. II. Dau. (diss. I. edit. prior.) quid sit deus secundum Platonem, vbi vid. *Dauisium*.] His addendus *Marsilius Ficinus*, cuius exstant Theologiae Platonicae libri XIX. de immortalitate animorum atque aeterna felicitate et Theologiae Platonicae Compendium tom. I. Opp. pag. 671. — 676. [P] [vid. supra in recensione edit. ab initio.]

*Paulus Benius* Eugubinus in Theologia Platonis atque Aristotelis. Patau. 1624. 4.

*Petrus Lescaloperius* ad Ciceronem de Natura Deorum lib. I. p. 49. sq.

*Esaias Pufendorfii* diss. a iuvene scripta de Theologia Platonis. *Fabric.* Lipsiae, 1653. 4. rec. in eius Opusculis, Halae, 1699. 8. pag. 70 sqq. *Stollberg* de λόγῳ et ἡ̄ Platónico, diss. Witteberg. 1676. 4. adnexa eius libro de Soloecismis N. T. pag. 194 sq. et de σοφία, ibid. pag. 348. — *G. Frid. Schroeveri* diss. de λόγῳ, idea dei, diss. Witteberg. 1715. — *Tob. Eckard* Non-Christianorum de Christo testimonia, edit. II. Quedlinburgi, 1736. cap. 3. de iusto platonico, e lib. II. de republ. p. 86 sqq.

*Ueber den Göttlichen Verstand*, (ἡ̄ς, λόγος,) aus der Platonischen Philosophie [von M. Tennemann] in *Heur. Eberh. Gottlob Paulli* Memorabilibus, einer philosophisch-theologischen Zeitschrift etc. part. I. Lipsiae, 1791. 8. nr. 3. Contra vulgarem opinionem de trinitate platonica ostenditur, λόγον et ἡ̄ν Platoni esse eadem, nec Platonem vtrique tribuisse hypostasim, aut tamquam naturas, s. vt barbare dicunt, substantias, extra deum habuisse.

*Io. Bodini* vniuersae naturae theatrum. Hanouiae 1605 8. libr. I. de Platonis et Aristotelis theologia.

Platonem incusarunt atheismi atque Spinozismi *Christ. Thomaf.* in summarischen Nachrichten von auserlesenen — in der Thomaf. Bibliothek vorhandenen Büchern, part. VI. pag. 546. *Nic. Hieronym. Gundling.* in noua biblioth. part. 31. pag. 1 sqq. atque inter eius Obff. selectas tom. III. p. 103. Halae 1737. 8. tum in Gundlingianis, part. 32. pag. 103 sq. et part. 43. ac 44. *Io. Bapt. Crispus,* (vid. Heumanni Acta philos. vol. II. pag. 932 sqq.) etc. Sed eum vindicarunt ab hoc crimine *Wolf* et *Schelhorn,* (vid. Relation. de nouis libris, vol. II. Götting. 1753. 8. pag. 34 sqq. notamque supra ad §. II. fin.) *Iac. Thomaf.* de exustione mundi stoica, diss. II. §. 25. pag. 29. *Brucker.* in histor. philos. doctrinae de ideis pag. 51. et *Io. Franc. Buddeus* in Compendio historiae philos. cap. IV. §. 25. (vbi praecipua theologiae et philosophiae Platonicae capita persequitur) pag. 166 sqq. Atque fuerunt, qui eum numero coelitum propter virtutum meritumque splendorem esse adscriptum, adfirmarent. vid. *Plato beatus,* siue de salute Platonis, pia contemplatio *F. Nicolai Securi,* Relig. Erem. Mag. Venetiis ap. Valu. 1666. 12. de quo libro copiose differit *Heumann.* in Actis philos. vol. III. pag. 244 sqq. adde *Iusti Siberi* Considerationes de salute philosophorum gentilium, Platonis, Aristotelis, Ciceronis et Senecae inprimis, Dresdae 1659. 12. *Harl.*

PLATONEM HEBRAEIS PHILOSOPHEMATA SVA NON DEBERE, ostendit *Io. Clericus* Epistola critica VII. Mosaicis quidem e scriptis qui suam credit hausisse philosophiam Platonem, idem fidem facile quoque habebit fabulae de cadauere Platonis, reperto tempore Constantini M. et Irenes cum tabella aurea in pectore, cui verba insculpta: *Christus ex virgine nascetur, in quem ego credo. At sol tu me iterum adspicies sub Constantini imperio et Irenes.* Vel quod a multis traditum est, primum fuisse Platonem, qui apud inferos Christo praedicanti fidem habuerit atque ab eo fuerit ex inferis liberatus. Vide *Anastaf. Sinaitam* quaest. CXI. *Barthium* ad Aeneam Gazaem pag. 153. et *Allatium* de libris Ecclesiasticis Graecorum pag. 259 sq. <sup>kkkkk)</sup> De Cabbalae ex Platonismo origine vid. *Wolf.* Bibl. hebr. p. 66.

CONSENSVM PLATONIS CVM CHRISTIANA RELIGIONE <sup>iiii)</sup> ostendere conantur praeter Christianos veteres, *Clementem Alex.* [*Iustin. Martyr.* in Apologia II. pro Christianis cap. 13. et in Cohortat. ad Graecos cap. 27. aliosque, (quorum loca collegit *Mericus Casaubonus* de credulitate et incredulitate, anglice, Londini 1670. 8. pag. 122 sq.) tum recentiores, *Augustinum Steuchum Eugubinum* in libris de perenni Philosophia <sup>mmmm)</sup>, *Bessarionem* contra calumniatorem Platonis, *Guil. Postellum* de orbis terrae concordia, *Theophilum Galeum* in Atrio Gentilium, anglice edito, [Oxon. 1672. coll. *Barnage* in hist. des Juifs, lib. III. cap. 17. §. 4—18. et cap. 18. §. 13. cap. 19. §. 4.] et in Philosophia Generali, [vid. *Heumanni* acta philos. tom. III. pag. 793 sqq.] *Marsilium Ficinum* in Variis scriptis, *Philippum Mornaeum* libro de veritate Religionis Christianae, atque *Andream Dacerium* in diss. de Platone, notisque ad gallicam dialogorum versionem passim, *Mutius Panfa,* Pinnenfis, in tractatu de osculo, seu consensu ethnicae et christianae philosophiae, Marpurg. 1605. 8. qui

<sup>kkkkk)</sup> Pro Platone et Plutarcho preces ad Christum fudit *Ioannes Metropolitanus* sub imperio *Alexii Comneni.* vid. *Epp. Bossi* et *Reinesii* p. 339. *Verpoortien.*

<sup>iiii)</sup> Conf. *Fabric.* de scriptorib. de veritate relig. christian. cap. 8. p. 304 sq. *Heum.*

<sup>mmmm)</sup> Vid. *Bruckeri* otium Vindelic. pag. 65 sq. *Harl.*

qui plures huius argumenti libros molitum se testatur pag. 115. 291. 485. *Linus Galantes*, Ordinis Minorum, libris XX. de Christianae Theologiae cum Platonica comparatione, Bononiae ann. 1627. fol. quo in opere *liber primus* continet Platonis vitam et encomia, quibus praecipue veteres ecclesiae doctores eum maclantur, tum quae iidem in ipso damnauerunt, et quibus argumentis defendi possit. Liber II. III. IV. considerant dogmata Platonica de Deo. Liber V. VI. VII. de Angelis. Liber VIII. IX. X. de Creatione. Liber XI. XII. XIII. de anima. Liber XIV. XV. XVI. de Daemonibus. Liber XVII. XVIII. XIX. de felicitate summa hominis. Liber denique vicesimus colligit dicta veterum poetarum, capitibus fidei christianae consentientia. *Petrus Calanna* in Philosophia Seniorum, sacerdotia et Platonica, Panormi 1599. 4. *Thom. Campanella* de gentilismo non retinendo; *Franciscus Patricius* in Aristotele exoterico, (in noua de vniuersis philosophia Venet. 1563. fol.) vbi ostendere conatur, Platonem cum doctrina christiana conspirare per capita XLIII. in quibus dissidet Aristoteles. Confer *Io. Launoium* de Varia Aristotelis fortuna cap. 17. <sup>nnnnn</sup>) *Franciscus de Vieri* in compendio doctrinae Platonicae, quatenus cum christiana fide conspirat. Italice ann. 1577. 8. His adde, quod Plato a Numenio <sup>ooooo</sup>) dictus est *Moyfes Atticissans*, et ab Hebraeis plurima repetiisse a multis creditur, qua de re prae ceteris consulendus *Huetius* demonstrat. Euangel. proposit. IV. cap. 2. §. 14. *Tob. Pfannerus* in Theologia gentili etc. *Fabric.*

Vide ad §. I. not. m. Scriptores quoque rabbin. Platonem sacrorum oraculorum lectorem habuerunt. vid. *Wolf.* in bibl. hebr. vol. I. p. 984. not. Quod in animis seriorum pythagorico-platoniorum et scriptorum ecclesiasticorum, quibus sacra cum profanis comparare sollemne fuit, ea opinio infederat; id haud adeo mirandum videtur. conf. *Menagius* ad *Diogen. Laert.* III. 6. p. 139. qui plura veterum loca in hanc sententiam collegit. At quando viri docti post renatas litteras in eadem haeresi versantur, Platonem legitisse Moyseos et reliquorum diuinorum legatorum libros sacros, atque multa ex illis sumxisse mutua; id omnino videtur temerarium. Et tamen eam fouerunt opinionem *Marsilius Ficinus* in Comm. ad Platonis libros, cap. 24. extr. *Heur. Morus* in Cabala philos. ad cap. I. Geneseos, Londini 1679. p. 553. *Huetius*, hac in causa nimis credulus, tum in demonstrat. euangelica, loco a Fabricio iam citato, tum ibid. cap. XII. 3. p. 280. Lipsiae, 1694. 4. et in Aenet. quaest. lib. II. cap. 1. p. 77. Francof. et Lips. 1719. 4. *Marshom* in Canone chronico, saec. XI. p. 151. Franekeruae, 1716. 4. *Franc. Turrianus* ad Constitut. apostolicas VII. 21. pag. 100. *Wissius* in Aegyptiacis p. 275 sqq. *Peter van Eys* in disp. de Platone Mosaizante, Franec. 1715. *Dacier* in comment. de doctrina Platonis, praemissa versione illius gallicae Platonis, edit. II. Paris. 1701. p. 95 sqq. p. 190 sqq. et alii. adde *Io. Guil. Iani* II. disp. de Platone iudaizante,

T 3

Wittebergae,

<sup>nnnnn</sup>) Scriptores ecclesiasticos doctrinam de λόγῳ a Platone eiusque adseculis sumxisse mutua, et Platonem ratiocinando ad cogitationem de mysterio trinitatis delabi potuisse, ostendere conatus est *Souuerain* in libro famoso: *le Platonisme dévoilé*, ou Essai touchant le verbe Platonicien, divisé en deux parties. à Cologne, (vel potius Amstelod.) 1700. 8. cuius vero opiniunculas multi oppugnarunt. vid. *Reimmanni* Catal. biblioth. suae

theol. p. 669. *Baldi* defensionem patrum etc. *Io. Lamii* libros IV. de recta Christianorum in eo, quod mysterium diuinæ Trinitatis adinet, sententia, Florent. 1733. 4. aliosque apud *Stolium* in Nachricht von den Büchern etc. vol. II. part. 13. pag. 459 sq. *Baumgarten* in Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. tom. III. pag. 533 — 544. *Harl.*

<sup>ooooo</sup>) Vid. *Eudoc.* in Viol. pag. 308. *Harl.*

Wittebergae, 1705. 4. *Christian Kortholt* in pagano obtreclatore, cap. II. §. 9. — *Jacq. Lenfant* diss. sur cette Question: si Pythagore et Platon ont eu connoissance des Livres de Moysè et de ceux des Prophetes, in *Bibl. germanique* tom. II. p. 124 sqq. *Brucker*. vol. I. p. 635 sq. et in *Otio Vindel.* p. 97 sq. *Ar.* (quod didici ex *Iac. Thomasi* diss. de plagio literario, edit. II. §. 22 et 23. vbi de Platone, furti insimulato, agitur.) *Paullus Benius*, qui, vt ait *Thomaf.* hanc de mosaica Platonis philosophia controuersiam adcurate tractat, libr. X. in *Tim. Platonis* p. 679. „nihil, inquit, vnquam inueni apud Platonem, quod deprehendere potuerim ex vna Mosis historia fuisse expressum: in multa vero incidi, ob quae existimem, eam legisse numquam.“ Praeter ea *Sam. Parkerus* in sua philosophiae platonicae censura, libro, anglice scripto, Oxoniae, 1667. negat consensum illum Platonis et Moyses. Nec *Georg. Horn.* in historia philos. libr. III. cap. 14. nec *Crispus* libro mox citando pag. 36. 39. *Hodius* lib. IV. de versionibus bibl. cap. 1. *Dale* diss. de Aristeia cap. 27. *Basnage* *Hist. Iud.* lib. 3. cap. 20. §. 18 — 24. nec *Buddeus* in historia eccles. V. T. tom. II. period. II. sect. VI. ad §. 13. p. 1066. et in *Compendio hist. philos.* p. 143. et *Fourmont* in *Hist. acad. Paris.* *Inscript.* germanice versa a *Gottschedia* part. III. pag. 101. probant ineptam istorum opinionem, Platonem Moyses scripta compilasse. Atque *Clericus* in *Epistolis criticis et ecclesiasticis* etc. *Amstelae*dam, 1700. 8. (de quo libro plura leges in *Stollii* *Nachr. von den Büchern — in der Stollischen Bibl.* tom. III. part. 17. pag. 3 — 6. quae epistolae quoque constituunt partem III. *Artis criticae* *Amstel.* 1712. 8. *Lipsiae*, 1713. 8. etc.) in epistola VII. vtriusque partis, tum eorum qui adfirmant, tum qui negant, profert sententias atque argumenta, ab eorumque stat partibus, qui consensum istum repudiant, et docet vberius, Platonem philosophemata sua non debuisse Iudaeis. Contra eum tamen disputat *Baltus* in *Vindiciis patrum ab imputatione Platonismi*, lib. IV. cap. 17. gallice editis *Paris.* 1711. 4. qui ostendit, Platonicos post Christum natum doctrinam de Trinitate demum e disciplina Christianorum sumsisse aut furatos esse, ad discipulos suos a professione doctrinae christianae retinendos, neque Platonem, neque Platonicum vllum ante Christi tempora illud Christianorum caput de Trinitate nouisse aut docuisse. Atqui, vt mittam Clerici, Buddei aliorumque argumenta, quantum differt distatque Plato a Mose! Et Plato, qui plurimam vitae partem in cognitione et perscrutatione rerum diuinarum humanarumque ponebat, multa ex Orphicis aliisque libris superiorum philosophorum, ex doctrinis et disciplina orientalium et Cosmogeniis fabulisque antiquissimis sumsisse, suo modo amplificasse atque exornasse, et nouum quoddam systema vi sui ingenii splendidissimi, feruidi ac phantasmatum capacis excogitasse videtur. Enimuero alii, ad quos haec pertinet controuersia, dirimant illam. adde *Guil. Ludou. Steinbrenneri* prolus. I. *Sententiae Mosis et Platonis de ortu mundi comparatae.* *Erlangae*, 1786. 4. *Harl.* et auctorem libri: *Histoire critique de l'ecclésiisme ou des nouveaux Platoniciens* (*Avignon* 1766.) tom. II. p. 75 sq.

DISSENSVM PLATONIS A RELIGIONE CHRISTIANA [P] multi etiam e veteribus ecclesiae doctoribus satis perspicue obseruarunt, qui Platonem habebant cum Tertulliano *condimentarium haereticorum* (ppppp). Vnde *Bernhardus* *Epist.* 19. cap. 4. de *Abaelardo*: *dum multum iudat, quomodo Platonem faciat Christianum, se probat Ethnicum.* Hanc in rein operae pretium est legere, quae scripsit

*Ioh.*

ppppp) Vid. *Struuii* *bibl. philosoph.* edit. *Kahlii*, *Gotting.* 1740. 8. tom. I. pag. 28 sqq. et pag. 220 sqq. *Harl.*

*Ioh. Baptista Crispius*, Gallipolitanus, in erudito Opere de Ethnicis Philosophis caute legendis, Rom. 1594. fol. <sup>qqqq</sup> quo praecipue Platonis doctrinam de Anima ad examen reuocauit, et pag. 235. monet, *Platonem tum praecipue cauendum esse, cum piis dogmatibus magis similis esse uideatur.* Idem uisum Cardinali Bellarmino, nam ut refert Malinkrotus de summo bono p. 4. *Platonicam Philosophiam Clemens VIII. Pontifex Max. in scholas, uti propositum habebat, reuocasset, nisi uisus Cardinalis Bellarmini dehortatione absentis fuisset, quae tamen repulsa si causam illius et rationes, quibus illa persuasa fuit, perpeniamus, plus gloriae, quam ignominiae Platonico dogmati conciliauit, uti apud Fuligatum et Syluestrum de Petra Sancta in uita praedicti Cardinalis uidere est.* Nec enim uel ipse Bellarminus prae Aristotelica ausus est *Platonicam Philos. contemnere, ideoque non alio argumento usus est, quam quod prae aliis Gentilium Philos. Sectis ad christianae religionis placita proxime accederet, ideoque ad seducendos homines et simplicitatem fidei corrumpendam maius ab illa periculum immineret.* Praeterea de dissensu Platonis a christianis dogmatibus egerunt *Ehregott Daniel Colberg*, Professor tum Gryphiswaldensis, in Christianismo Platonico Hermetico, edito germanica lingua, Lipsiae, 1690. et 1710. 8. *Frid. Christianus Bucher*, Ecclesiastes Gedanensis, in Platone Mystico in Pietista rediuiuo, itidem germanice, Gedani, 1699. 4. [*Jac. Thomaf. progr. mysterium S. S. Trinitatis — gentilibus ignotum fuisse, in eius Dissertatt. LXIII. Halae, 1693. 8. p. 30 sqq. Harl.*] *Albertus Christianus Rothe*, ecclesiastes Lipsiensis in Trinitate Platonica, Lips. 1693. 4. *Ioh. Henricus Feuskingius* de tribus Hypostasibus Plotini, Witteb. 1694. 4. <sup>rrrrr</sup> et *Ioh. Frid. Wucherer*, Meinungensis in diss. II. de defectibus Theologiae Platonicae. Ienae 1706. 1707. 4. *Fabric.*

*M. Io. Mich. Sonntag* disp. de similitudine nostri cum deo pythagorico-platonica, Ienae, 1699. 4.

*Io. Guil. Ianus* in diss. sub praesidio Georgii Neumanni habita, de Trinitate, Platonismi uere et falso suspecta. Witteb. 1708. 4.

*Ehregott*

<sup>qqqqq</sup> De Crispo eiusque libro, hodie rarissimo, atque argumento uultus est *Heumannus* in Actis philos. tom. II. p. 521—550. Quando uero Heum. eos arguit erroris, qui librum illum sub titulo: *de ethnicis philosophis caute legendis*, laudauerint, auctor catalogi Bunau. vol. II. tom. I. p. 1518. exempli sui testimonio ostendit, primam paginam omnino habere illam inscriptionem, alterum autem folium inscriptum esse *de Platone caute legendo*, (nam cum hoc tantum rem habet Crispus,) *disputationum libri XXIII.* etc. Nec Morhofio, uti putarat Heumannus, incognitum fuisse istum librum, patet ex eius Polyh. philos. II. part. I. cap. XI. 8. pag. 212. idque etiam monuit *Brucker*, in histor. phil. doct. de ideis, p. 34. *Harl.*

<sup>rrrrr</sup> Per traditionem notitiam hanc trinitatis ad Platonem aliosque peruenisse, sunt, qui credant, nec tamen dogma de mysterio trinitatis e

philosophia platonica in coetum Christianorum deriuatum. uid. *Basnage* hist. iud. lib. IV. f. tom. III. cap. 3. p. 10 sqq. *Buddens* in Comp. hist. phil. p. 159. Sed caute hac in re est uersandum et uerba sententiaeque Platonis legitime interpretanda. adde *I. Benedikt. Carxon.* disp. Trinitas platonica, Lipsiae, 1693. *Georg. Pofelii* lib. de variis modis moralia tradendi, pag. 538 sqq. *Io. Laur. Moshem.* commentat. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia, in eius diss. ad hist. ecclesiast. Altonae, 1733. 8. *Pagan. Gaudentium* de dogmatum Origenis comparatione. Florent. 1639. 4. Versuch über den Platonismus der Kirchenväter: oder Untersuchung über den Einfluss der platon. Philosophie auf die Dreyeinigkeits-Lehre in den ersten Jahrhunderten. Aus dem Franzöf. (des *Souuerain*) herausgegeben, und mit Vorrede und Anmerkungen begleitet von *J. F. C. Loeffler*; edit. II. Züllichau. 1792. mai. 8. *Harl.*

*Ehregott Daniel Colbergii* Specimen historicum de origine et progressu haeresium et errorum in ecclesia, in quo ostenditur, quod haereses in primitiva ecclesia, in primis saeculis prioribus natae, pleraque philosophiae platonicae originem debeant et cum modernorum fanaticorum deliriis in multis conspirent. 1694. 4. De quibusdam, non de omnibus haeresibus, ex philosophia platonica deriuandis, certum id esse, atque recte demonstratum, existimat *Buddeus* in Compendio hist. philos. pag. 162 sq. idem iam indicavit, *Heumannum* in actis phil. part. I. §. 28 sqq. pag. 51 sqq. (vti fecerant *Renat. Massuetus* in diss. I. ad Irenaeum, et *D. Hooper* in diss. Londini 1711. edita,) arcessere originem Valentinianae haereseos ex philosophia platonica: qua de re suam idem *Buddeus* exposuit sententiam in diss. de haeresi Valentiniana ad §. XV. p. 619.

De Platonis *Θεογνωσία*, diss. praef. *Io. Mich. Ellrodio*, resp. I. Georg. Frosch. Baruthi 1701. 4.

De purgatione Platonica egerunt *Iac. Thomafius* in praefationibus, iunctim editis 1681. praef. XX. et *Buddeus* in exercitat. de *Καθάρσεις* Pythagoraeo-Platonica, in Analectis historiae philosophicae pag. 363 sqq.

*Io. Dieter. Winckleri* diss. inauguralis, praef. *Io. Engelh. Steubero*, de philosophiae Platonico-pythagoraeae fraudibus seu placitis erroneis a Paulo atque Petro 1 Tim. I. 4. IV. 7. etc. improbat ac vitari iussis. Rintel. 1744. 4. *Harl.*

Consulendus et *Sam. Parkerus* in Philosophiae Platonicae Censura, anglice edita, an *account of the Platonik Philosophy*. Oxon. 1666. 4. [P]

DE PLATONIS PHILOSOPHIA <sup>sssss</sup>, (ne iam deperditos memorem, *Didymum*, *Dercyllidemque*) libros III. edidit *Georgius Acanthius*, a patria dictus *Kelhaimerus*. Basil. 8. 1554. 4. qui recensentur in Felleri Monumentis ineditis, p. 395 sq.

*Stephani Theupoli*, Patricii Veneti, academicarum contemplationum libri X, quibus Platonis dogmata ordine explicata aduersus Peripateticos vindicantur. Venet. 1516. f. l. [Basil. 1590. 8.] — *Io. Anton. de Saura* votum Platonis de iusto examine doctrinarum. Caesaraugustae 1639. 4. — Praeclarum est *Nizolii* de Platone iudicium lib. IV. Antibarb. philos. p. 344 sq.

Elegans de Platone eiusque Philosophia dissertatio, auctore *Claudio Fleurio* subiecta legitur huius tractatui de delectu ac methodo studiorum, qui gallice lucem vidit Bruxellis 1687. 12. recusus ibidem 1706. 12. Confer Acta erud. ann. 1688. pag. 370. *Fabric.*

*M. Io. Frid. Dammanni* dissertat. philosophico-historica, de humanae sentiendi et cogitandi facultatis natura ex mente Platonis, sectio prior, praeside *Fridrico Aug. Wideburg*, P. P. O. etc. habita, Helmstadii, 1792. 4. Doctissimo auctori, qui in hac disp. multa Platonis dogmata explicat et rem saepe habet cum recentioribus historiae philosophicae scriptoribus aut Platoniorum placitorum interpretibus atque ipsis philosophis „est in animo, vt verbis eius vtar, quidquid diuinum Platonis ingenium de ortu et ratione idearum in mente humana, et omnino de tota facultatis cogitandi et notiones formandi natura atque vi excogitauerit, id in quandam doctrinae formam redactum, sub oculos sistere, vt, quid intersit inter placita ingenio-

sssss) At probe discernendae sunt sententiae ipsius Platonis ab opinionibus Platoniorum. *Harl.*



ingeniosissimi Graeciae philosophi, et recentissima nostrorum philosophorum subtiliter inventa, facilius, qui volet, diiudicare queat." Hinc §. 2. breuem eorum, quae ante Platonem de ortu et formatione notionum tradita erant, exhibet descriptionem, §. 3. agit de Platonis psychologia rationali, §. 4. enumerat omnes facultates et actiones mentis, quae Platoni ad cogitandum videbantur necessariae, et §. 5. explicatur animae mundi creatio ex Timaeo.

*M. Io. Chilian. Sprembergeri* Oratio de praestantia et utilitate artis dialecticae, deque definitione eiusdem platonicae. Witteb. 1598. 4.

*Rodolphi Goelenii* idea philosophiae Platonicae, Marburg. 1612. 8.

*Martini Schoobii* oratio II. est de Platone et philosophiae platonicae laudibus.

Seminarium philos. Aristotelis et Platonis per *I. B. Bernardum*, Lugd. Iac. Stoeer et Franc. Faber. 1599 — 1605. III. tom. fol.

*Thom. Burnet* archaeologiae philosophicae, subiunctae eius sacrae telluris theologiae. Amstel. 1699. cap. 13.

*Theoph. Galei* philosophia generalis, in duas partes determinata, una de orta et progressu philosophiae, eiusque traductione e sacris fontibus, in qua fusius tractatur de philosophia Platonica etc. Londini 1676. 8. libro III. pag. 187 — 690. qui tamen iure culpatur praeposterum amorem eorum, qui omnia in Platone indifferenter ament, et talem reuerentiam vocat inhonestam et plane inofficiosam.

*Ant. Possenini* tractatio de philosophia Platonica, in Possenini bibliotheca selecta, tom. II. pag. 18 sqq. Omittam *Morhesii* in Polyh. philos. II. part. I. cap. II. §. 9 sq. *Bruckeri*, *Cudworthi* etc. cogitatae atque citationes librorum.

*Val. Ern. Loescheri* historia enthusiasmi philosophici, praesertim Platonici, Wittebergae, 1697. 4.

*Car. Ioach. Sibeth* de ideis platoniceis, diss. Rostoch. 1720. 4. conf. *Windheim* Bemühungen der Weltweisen etc. tom. V. pag. 240 — 243.

Historiae philosophicae synopsis s. de origine et progressu philosophiae, de vitis, sedis et systematibus omnium philosophorum, libri IV. — a *Io. Baptista Capasso*, philos. et medic. Doctore, Neapoli, 1728. 4. libro III. cap. 4 — 7. conf. Journ. litt. tom. XV. p. 156 sqq.

*J. Frid. Hilleri* disp. de campo veritatis Platonico, (h. e. loco, ubi animi, corporis vinculis soluti, vitae aeternae rationem reddunt, ut aut praemiis, aut poenis iustis adficiantur.) Witteberg. 1741. 4.

*M. Io. Ge. Arn. Oelrichs* comment. de doctrina Platonis de deo a Christianis et recentioribus Platoniceis varie explicita et corrupta. Marburgi 1788. 8.

Docti huius libelli censuram confer in Göttingens. ephem. litter. an. 1789. n. 123. p. 1235 sqq. Allgem. Litteraturz. an. 1788. nr. 292. b. p. 665. et in bibl. vniuersali Berolin. vol. 95. p. 273 sqq. Dissensum quoque suum declarauit *Plessing* in Versuchen zur Aufklärung der Philosophie des ältesten Alterthums, vol. II. part. II. p. 741 sq.

*Io. Sigism. Kripner*, Philos. P. P. O. respond. Io. Sam. Wiesner, diss. de anima mundi secundum Platonem ex essentiae diuinae particula et rerum elementis composita. Eilang. 1745. 4.

*Gedanken über die Weltseele des Plato*, in biblioth. philol. Gotting. vol. I. part. I. pag. 1 sq. ann. 1770.

*M. Gottlob Ernst Schulz*, Prof. Helmstad. progr. de summo philof. secundum Platonem fine. Helmstad. 1790. 4. conf. *Paullus* Bibliothek von Anzeigen kleiner Schriften vol. I. part. IV. pag. 411 sqq. Idem V. D. de ideis Platonis duas dissertatt. edidit Viteb. 1787. 4. — cl. *Meinersf.* philosophische Schriften part. I. pag. 40 sqq.

*Blanchard* Platonis et aliorum veterum sententiae de anima mundi, in Hist. acad. Paris. Inscr. tom. VI. verf. Gottsched. p. 147 sqq.

*Filosofia di Paolo Mattia Doria* con la quale si schiarisce quella di Platone etc. Amsterd. part. I. II. 1728. Prior pars continet introductionem in philosophiam, atque logicam ac metaphysicam, altera doctrinam de moribus Platoniceam illustrat examinatque. Plura vide in Mem. Trev. 1732. p. 657. et *Windheim* Bemühungen der Weltweisen, vol. V. p. 449 — 464.

Quod *Warburton* in Opere de diuina Mosis legatione negauit, Platonem potuisse statuere, post hanc vitam superesse aut poenis diuinis locum, aut praemiis, et quod idem duplicem Platonis philosophiam, esotericam atque exotericam, adsumsit, *Geddes* in libro, supra ad initium laudato, p. 128 sqq. oppugnauit eius opiniones. cf. Relation. de nou. libris Gotting. vol. II. fasc. VII. p. 8. D.

*Tiedemann* über Platons Begriff von der Gottheit, in Mem. de la Societé des Antiquités à Cassel, tom. I. Casellis 1780. Eius mente Plato deum et materiam duo naturarum habuit genera; sed emanationem posterioris ex priore non docuit; contra duae illae naturae, (substantias vocant nostri philosophi,) sunt simul aeternae et a se inuicem disiunctae. At deum Plato cogitauit subtilem, semper actiuum, aethereum lucis phaenomenon, (Lichtwesen.) — Eiusdem diss. de doctrina Platonis de materia in vol. I. nouae biblioth. Gotting. philol. fasc. I. nr. 1. ann. 1782.

Philosophia experimentalis praeside Platone in concilio veterum et neotericorum convocato, seu Physica reformata Platonis, auctore *Michaeli Angelo Andriolo*. Clagenfurti, typis Mathiae Kleinmayr. 1708. fol. Platonis physicam, qua nullam melius posse cum scriptura sacra comparari putat, praefert Aristotelicae, quippe quae ad atheismum ducat, istamque renouare studet. conf. Acta erudit. ann. 1708. p. 309. Neuer Bücheraal der gelehrten Welt, IV. Oefnung, Lipsf. 1710. p. 303 — 306. *Windheim* Bemühungen der Weltweisen etc. vol. II. p. 406 sqq. *Harl.*

System der Platon. Philosophie von *M. Willh. Gottlieb Tennemann*. Erster Band. Einleitung, Lipsf. 1792. 8.

In Prolegg. vniuerse de hac philosophia iudicat, p. XVII sq. vett. biographos Platonis, et p. XXVI sq. recentiores scriptt. de eo copiose recenset, p. 1 sq. vitam Platonis diligenter exponit, p. 87. sq. de scriptis P. quae genuina sint, eorum ordine chronol. interpretatione etc. disputat, tum p. 267. de fontibus philof. Platonicae. Partes eius singulas sequentibus Tomis persequetur. *Beck.*

ETHICAM Platoniceam conscripsit *Magnus Daniel Omeis*, Professor Altdorfinus, Altdorf. 1696. 8. et ante eum *Chrysofostomus Iauellus*, Canapicius, [in moralis philosoph. platonice dispositione, Venet. 1536. 4. coll. *Heumanno* in actis philof. tom. III. pag. 210 — 241.] cuius

cuius exstat quoque epitome CIVILIS Platonis PHILOSOPHIAE, tom. II. Operum. Lugd. 1580. fol. *Fabric.* Disciplina civile di Platone divise in quatre parti e riformata da *Troilo Lancetta*, Ven. 1687. fol.

La Morale de Platon par le *Comte*. Paris. 1643. 8. — *Sebast. Foxii* Ethices philosophiae compendium ex *Platone*, *Aristotele*, aliisque optimis quibusque auctoribus collectum. Heidelbergae excud. Lud. Lucius. 1555. 8. (*Christii* Catal. I. pag. 317.) — *Georg. Paschii* introductio in rem litterariam moralem veterum sapientiae antistitum, (adnexa eius libro, de variis modis moralia tradendi, *Kiloni* 1707. 4.) de *Socrate*, *Platone*, cuius praecipua placita in primis persequitur, et copiose recenset a §. VIII.) et academicis, p. 517 — 569. et in priore libro p. 20 — 26. p. 471 sqq. varia tradit iudicatum de *Platone*.

*Gottlieb Stolle* Historie der heidnischen Moral, (histor. doctrinae morum philosophicae gentilium,) Ienae 1714. 4. pag. 71 sqq. Eiusdem Historia eruditionis germanice scripta, edit. IV. pag. 623 sqq.

*Io. Ioach. Zentgravi* diss. Specimen doctrinae I. N. secundum disciplinam Platoniam, exhibens genuinam Platonis philosophiam de idea boni. Argentorati. 1679. 4.

Philosophorum sententiae de fato, et de eo, quod in nostra est potestate, collectae partim, partim de Graeco versae per *Hugon. Grotium*. Amstelod. apud Lud. Elzevir. 1648. 12. p. 36 sqq. (editus liber primum est Paris. 1648. 4. est quoque in *Opp. Grotii* tom. III. Amstel. 1679. fol. — *Rodolphi Goclenii* politica Platonis. Marpurg. 1607. 4. — *Petri Lindstorpii*, Smolandi, diss. de meo et tuo Platonico. Aboae. 1689. 4. *Harl.*

POETICAM Platoniam *Paulus Benius* Eugubinus, Venet. 1622. Eidem RHETORICAM quoque Platoniam debemus.

De locis apud Platonem MATHEMATICIS praeter deperditum *Philippi Mendaei* opus, scripsit *Theo Smyrnaeus. Fabric.* cuius liber in codd. frequenter occurrit. de edit. *Ism. Bullialdi* Iuliodunensis, Lutet. Paris. 1644. 4. vid. *Baumgarten*. Nachricht von merkwürdig. Büchern. tom. X. p. 309 sq. *Harl.*

Ὅ ἐς τὰς παρὰ Πλάτωνι παροιμίας γράψας laudatur ab Anonymo de incredibilibus cap. IX. vbi non spernendum occurrit ex illo scriptore fragmentum super sensu fabulae notissimae de *Narcisso*.

EXAMEN PHILOSOPHIAE PLATONICAE *Ludovicus de Morainvillier d'Orgueville*, presbyter Oratorii et doctor Sorbonicus, *Maclouii*, (S. Malo, ciuitate Galliae Celticae) 1650. 8. dialectica et tom. II. physica 1655. 8.

LEXICA PLATONICA scripserunt olim *Boëthus*, *Harpocration* Argius, et *Timaeus iunior*, Platonici. *Fabric.* *Timaei* lexicum partem edidit *Montfaucon* in catal. bibl. Coislin. pag. 477 sq. dein totum *Dau. Ruhnken*. Lugd. Bat. 1754. 8. repetit. cura *Fischeri* Lips. 1756. 8. edit. II. *Ruhnken*. auctior. Lugd. Bat. 1789. 8. *Harl.*

*Ioh. Baptistae Bernardi*, Patricii Veneti, Seminarium totius philosophiae Platonicae, siue Index copiosus materialium, in Platone et Platoniceis occurrentium, Venet. 1582. atque inde Lugduni [tom. I. II. 1599. tom. III. 1605.] et Geneuae plus simplici vice in fol. Non ex lectione ipsorum librorum, sed ex indicibus compaginatum hoc opus videtur *Morhofio* I. Polyhist. p. 244.

*Platonis Gemmae* siue sententiae collectae a *Nic. Liburnio*. Basil. 8. [P] Lugduni 1555.  
12. *Fabric.*

Quaedam alia maioris minorisque molis opuscula, in quibus de Platone varia ratione differitur, hic adiciam.

De illo. Platonis, philosophiam esse meditationem mortis, praeter alios, separatim egerat *Iac. Thomaf.* in progr. XIV. pag. 124 sqq. illius dissertationum LXIII. a filio, Christiano Thomasto, Halae 1693. 8. iunctim editarum.

*Franc. de la Mothe le Vayer* Discours de la Lecture de Platon et de son eloquence. in illius Opp. Paris. tom. II. 1656. fol. pag. 7 sqq.

Reflexions sur les Caracteres de *Platon*, de Ciceron et de Lucien, in *Archimbaud* Nouveau Recueil des pieces fugitives, tom. III. pag. 68. Paris. 1717. 12.

*Ioach. Oporini* epist. de vinculo, quod ex Platonis sententia deo cum materia intercedit, exstat in Nouis litterariis Lipsiensibus ann. 1719. p. 109 — 116.

*Barth. Bredelo* de numero, quem Plato rebus publicis fatalem statuit libr. VIII. de rep. diss. mathemat. Lips. 1668. 4.

In tom. II. V. VI. VII. VIII. X. histor. societ. Paris. Inscr. version. Gottsched. plures occurrunt animaduersiones et recitationes, quibus Platonis sententiae librique explicantur.

Sententiam Platonis in libro VI. de republ. (vid. supra nr. XXXIV. circa finem.) de *communi-  
one uxorum* alii aliter interpretati sunt. Alii enim putarunt, Platonem cum ratione insanire; alii non explicant de communione corporum, sed de concordia animorum: alii excusant philosophum, de republica, prouti sibi animo concepit, fere philosophica loquutum. vid. *Buddoum* in disp. de ἀνομήσει philosophica §. 19. *Schiliter*. in diss. de disciplina pythagorica §. 56. 57. Culpum, Omeis, Paschiumque II. citt. *Reinhard. Henr. Rollium*, Profess. Tremon. (Dortmund in Westphalia,) in progr. de bonorum communione platonica, Tremoniae 1715. aliosque apud *Heumannum*, qui in Actis philos. tom. I. pag. 809 — 848. copiose interpretatur reuicique argutam istam Platonis opinionem

De praeceptorum sapientum placitis ac optimo philosophandi genere. Sententiae et theorematum varia, ad ingenuas disciplinas pertinentia, ab *Aloyfio Pisaurio*, Marini filio, Patrio Veneto, proposita etc. Patauii 1567. 4. In §. 41. dispescit academicos philosophos in sex academias earumque tres priores in Graecia, et primam quidem sub Xenocrate, alteram sub Arcefila, tertiam sub Carneade, floruisse; tres fuisse peregrinas, n. Aegyptiam, sub Ammonio, Romanam sub Plotino, et Lyciam sub Proclo, contendit. Tum mire commendat philosophiam academiae veteris, et exponit, quae placita Plato ab Pythagora, quae a Socrate, et quae ab Heraclito mutua sumferit. vid. *Heumannii* acta philos. II. p. 635 sqq.

Platonis de deo et vniuersi origine placita explicantur quoque a *Meinersio* in historia doctrinae de vero deo, sect. VI. pag. 394 sqq. — in *Barthelemy* Itinere Anacharidis iunioris, tom. V. versionis german. pag. 35 sqq. — a *Batteux* in Historia opinionum philosophorum de principiis rerum, german. version. Lipsiae 1773. 8. p. 208 sqq. — De reminiscencia Platoniorum programma scripsit *Io. Andr. Butstädt.* Erlang. 1761. 4. — *Olai Petri Aschbom*, Smolandi, disp. de ἀνάμνησει Platonica, Aboae. 1695. 4.

*Mureti* Commentar. in I. et II. libr. Platonis de republ. est in tomo III. Opp. Mureti a *Ruhnkenio* editorum, Leidæ 1789. 8.

*Luxdorphiana e Platone* sumptibus Petri Frid. Suhmii cum adnotatt. edidit *Olaus Wormius*, Mag. et Rector scholæ Hethersnesf. part. I. Hauniae 1790. 4. In hac particula comparationem locorum V. et N. T. cum Platone, a Luxdorphio quondam exemplari Platonis ann. 1590. adscriptorum, secundum ordinem vtriusque foederis disposuit ediditque Wormius. In notis subiectis vberissimis doctisque, quæ librum maxime commendant, doctrina Platonica cum sacra frequenter a Wormio comparatur atque illustratur.

Originem notionis de immortalitate et transmigratione animorum atque opiniones iudiciaque Platonis inquiri et examinat *Bardili* in menstruo lib. Berolinensi, mensè Febr. 1792. pag. 106 sqq.

In Miscell. Obsf. Belgic. tom. II. pag. 271 — 283. leguntur *Antonii Mariae Saluini* in Platonem adnotata, insertis (Car. Andr. Duckeri) castigationibus, et tom. III. p. 410 — 418. eiusdem Duckeri varietas lectionis e codice Corronii in Platonis Timaeo. adde cl. *Saxii* Onom. liter. I. p. 62 sqq. et 545 sq.

Clar. *Schütz*, Prof. Ienensis, in pluribus prolusionibus academicis Philebi, Symposii etc. loca emendauit atque illustrauit, Ienæ 1784 sqq.

Cl. *Wolf*, Prof. Halensis obseru. in Platonis Apolog. Socrat. cap. IX. in Magazin für öffentl. Schulen etc. vol. II. part. II. Bremæ 1791. 8. p. 403 sqq.

Platonis opinionem de astris, et alia, ad illum pertinentia, quæ a Diogene Laertio narrantur, explicat illustratue aut emendat *Ignatius Rossius* in Comm. Laertianis, p. 42 — 51.

Denique adnotabo, Turcas adhuc habere et amare Euclidis elementa, Aristotelis philosophiam, et omnia opera *Platonis*, quem vocant *Filletum et Lillahi*, h. e. Platonem diuinum, obseruante *Peysfonelo* in: Des Herrn Baron von Totts Nachrichten von den Türken und Tataren, mit des Herrn von Peysfonels Verbesserungen und Zusätzen aus dem Französischen, part. I. Francof. et Lipsiæ 1787. 8. Arabibus dicitur *Aflathoun*, vid. *Herbelot*. in h. v. *Harl.* [de versionibus arab. librorum Platonis v. excerpta ap. *Sim. Affemannum* Catal. de' Codici Orientali della bibl. Naniana, p. 59 sq. Platonis Sententia de natura animi — Commentatio *Ern. Godofr. Lilie*, Gött. 1790. 8. *Nass* progr. de methodo Platonis philosophiam tradendi dialogica. Stuttg. 1787. 4. *Beck*.]

Hic inseruerat b. *Fabricius Albini* *Platonisi introductionem in Platonis dialogos*, ex codice *Holsteniano* descriptam, et primum in lucem editam cum versione latina *Io. Antonii Winkleri*, *Hamburgensis*, qui postea ab ann. 1712. reipubl. patriæ Syndicus fuit et defunctus est ann. 1728. d. IV. Dec. Quod vero cel. *Fischerus* in edit. III. Platonis IV. dialogorum Lips. 1783. 8. pag. 125 sqq. eam emendatiorem, (omissa tamen versione latina cum suis et *Fabricii* adnotationibus iterum excudendam curauit, et codices msstos, vbi illa exstat, enumerauit, hic illam *επιστολήν* repetere nolui. Retinui tamen *veterum de Albino Platonico testimonia*, a *Fabricio* collecta. *Heuman*. in not. msta citauit *Lilienthal*. select. hist. litt. pag. 105. *Harl.*

*Galenus de libris propriis, T. IV. edit. Basil. p. 372.*

Τρία δέ μοι βιβλία παρὰ τινων ἐδόθη γεγραμμένα πρὶν εἰς Σμύρναν ἐκ Περσῶν με-  
ταβῆναι Πέλοπός τε τῷ Ἰατρῷ καὶ Ἀλβίνῳ τῷ Πλατωνικῷ<sup>uuu</sup> χάριν.

*Tertullianus lib. de anima cap. XXVIII.*

Quis ille nunc vetus Sermo — — Pythagoricus, vt volunt, quin et diuinus, vt Al-  
binus existimat, aut Mercurii forsan Aegyptii.

*Cap. XXIX.*

Haec et Albinus, Platoni suo veritus, subtiliter quaerit contrarietatum genera distingue-  
re, quasi non et haec tam absolute in contrarietatibus posita sint, quam et illa, quae ad sen-  
tentiam magistri sui interpretatur, vitam dico et mortem.

*Proclus Lib. II. in Platonis Timaeum p. 67.*

Ὁ γε Πλατωνικὸς Ἀλβίνος ἀξιοῖ κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον ἀγένητον ὄντα γενέσεως  
ἔχειν ἀρχὴν, ὃ καὶ πλεονάζει τῷ ὄντος. [P]

*Idem Proclus Lib. V. pag. 311.*

Μόνον τὸν νῦν ἀθάνατον διατηρῶντες, ὡς μόνον καὶ μένοντα καὶ ὁμοίῳ μενον τοῖς θεοῖς,  
καὶ μὴ φθειρόμενον, ὥσπερ οἱ παλαιότεροι, καὶ ἐπεσθαι τῇ λέξει, κρινάντες δὲ ἥς ὁ Πλά-  
των φθεῖρει τὸν ἄλογον, θνητὴν αὐτὸν καλῶν, τὰς Ἀττικὰς λέγω καὶ Ἀλβίνους, καὶ τοιού-  
τους τινάς.

Etiam inter philosophos, quibus vsus est Stobaeus in florilegio suo, mentio fit apud  
*Photium* cod. CLXVII. In bibl. quoque Coislina p. 598. inter nobiles Platonicos *Albinus*  
memoratur. Τὸν μὲν Πλάτωνα ὑπομνηματίζουσι πλείοι. Χρησιμώτεροι δὲ Γάϊος, Ἀλβί-  
νος, Περικκιανὸς, Ταῦρος, Πρόκλος, Δαμάσκιος, Ἰωάννης ὁ Φιλόπνοος, ὅσις καὶ κατὰ  
Περικκιανὸν ἠγωνίσαστο, πολλὰς δὲ καὶ κατὰ Ἀριστοτέλους.

*Isagogen hanc Albini in Dialogos Platonis laudat etiam Petrus Alecyonius in praefatione*  
*ad libros de exilio, Gerhardus Langbaenius in Academia, sive notitia scriptorum Platonicae Phi-*  
*losophiae, et Nic. Rigaltius ad Tertullianum pag. 87. qui cum hoc Albino confundit alterum,*  
*longe diuersum hoc nomine scriptorem latinum, cuius meminit Boethius lib. 2. de Musica cap. 12. et*  
*Cassiodorus cap. 5. de Musica: Apud Latinos autem vir magnificus Albinus<sup>uuuu</sup> librum de hac*  
*re compendiosa breuitate conscripsit, quem in bibliotheca Romae nos habuisse, atque studiose*  
*legisse*

*ttttt*) Fuit igitur Albinus aequalis Galeni, certe  
scripsit post Thrasyllum ac Dercyllidem, quorum  
meminit cap. VI.

*uuuuu*) Idem forte, qui praefectus Vrbi fuit  
A. C. 414. et 426. cuius facundae commissa pa-  
latia linguae. Vide *Labbeum* ad excerpta Pho-  
tii ex Olympodoro tom. I. Hist. Byz. p. 67. Fue-  
re et alii hoc nomine, vt *Ceionius Rufus Albi-*  
*nius*, philosophus, consul, an. V. C. 1087. a. Chr.  
335. in vetere inscriptione apud H. Norisium in  
aduent. adu. Mal. tom. 2. Opp. Augustini p. 316.  
edit. Amstelod. *Albinus*, ad quem scribit Luci-  
lius, poeta, apud *Lactantium* VI. 5. A. *Posthumus*

*Albinus*, de quo *Vossius* in Hist. Graecis et Latini-  
nis, *Albinus iunior*, qui res Romanas carmine  
latino scripsit, e quo versus nonnulli afferuntur a  
*Prisciano* VII. p. 741. *Albinus Eremita*, de quo  
S. Nili narrationem edidit *Possinus*, quem vide, si  
placet, in notis p. 183. *Albinus*, cuius librum de  
metris citat *Maximus Victorinus* de carmine he-  
roico p. 1959. *Alcuinus* quoque alio nomine ad-  
pellatur *Albinus*. Praetereo *L. Albinum*, de quo  
*Plutarch.* *Camill.* p. 139. et alios *Albinos*, in hist.  
romana obuios, de quibus *Glandorpheus* in Ono-  
mastico, qui tamen *Albinos*, plebeiam gentem, cum  
*Albinis* confundit. [De alio *Albino* vid. *Fabricii*  
*Bibl. lat. lib. IV. cap. 7. p. 789. not. Heumann.*]

legisse retinemus. Fallitur quoque auctor *Pandectarum Brandenburgicarum*, qui *Alcinoum esse suspicatur Isagoges*, quam hic edo, auctorem, cum verisimilius sit, ἐπιτομὴν τῶν Πλάτωνος δογματικῶν, quae sub *Alcinoi nomine ambulat*, esse huius *Albini*. Verum de *Alcinoi scripto infra libro IV. cap. 23. Fabric. adde Fischer. prol. ad edit. III. Platonis IV. dial. pag. 86. Iriart. in Catal. MSS. gr. bibl. reg. Matrit. p. 229. Fabric. in nota msta putat, idem esse scriptum, quod Alphons. Ciacconius in bibl. MSt. memorat huius Albini de ordine librorum Platonis, aitque haberi gr. MS. Venetiis apud S. Antonium. Harl. De alia Isagoga cf. p. 161.*

## C A P V T IV

NOTITIA PLATONICORVM ET ACADEMICORVM (QVORVM NOMINIBVS DISCRIMINIS CAVSSA HEVMANNVS PRAEFIXIT ASTERISCVM,) DIGESTA ORDINE ALPHABETI <sup>a</sup>).

[*Adelandus*, Plotini condiscipulus. Illius scriptum quoddam se possidere, scribit *Io. Picus Mirandula. epist. 20. pag. 66. Heum. not. inst.*]

*Adimantas,*

<sup>a</sup>) Περὶ σοφιστικῶν aduersus Academicos scripsit *Hermogenes*, Stoicus, teste *Suida*. Mr. *Foucher Histoire des Academiens. 1690. 12. vid. Hist. Ouvrag. 1692. mens. Aug. p. 533. Fabric. Quosdam Platoniorum libros latine vertit Victorinus, rhetor, teste Augustino libr. VIII. Confess. cap. 2. Platoniorum Alexandrinorum seriem repraesentat Ionisius III. 16. p. 88. edit. Dornii, et III. 18. pag. 96 sqq. exhibet idem seriem Platoniorum Atheniensium. Heum. Idem Ionisius I. 10, 5. p. 60 sqq. integram Platoniorum successionem in classes digessit. — De libello, litteris gothicis *Erphordie per Wolfgangum Schencken* s. a. impresso et raro: *Catalogus Platonius Io. Iocarii Antropolensis*, in 4. folior. 6. vid. *Freitagii adparat. literar. tom. I. p. 361 sqq.* — *Leonardus Cozzandus* de magisterio antiquorum philosophorum, Geneuae 1684. 12. lib. I. cap. 4 — 8. de magisterio Platonis, Atheniensis, p. 42 sqq. persequitur historiam scholae platonicae secundum illius aetates et vicissitudines, atque cap. IX. (ex quo nostrum caput augebimus,) alios Platonicos et Academicos enumerat. At quae ille p. 42. animaduertit, ea facio mea: quis post tot saecula omnes, (Platonis discipulos et adsecras) dare, vel spondere audebit? Neque ego spondeo. Atqui nescio, quid damni adferat vnus alteriusque aut plurium, praecipue ignobilium aut obscurorum, omisio. Quis hodie enumerare potest omnes Cartesianos, Leibnitianos, Wolfianos, Kantianos et aliarum sectarum*

studiosos? Tum non omnes, qui in quibusdam dogmatibus Platonem sequuti sunt, in aliis autem in alia omnia transferunt; aut qui fata atque historiam tantum philosophiae ac philosophorum, siue plurium, siue Platonicae scholae, exposuerunt, iure possunt haberi Platonici. Quare ex schola Plotini, Porphyrii, Iamblichi, Aedesii, in genere ex secta eclectica apud *Brucker. in hist. crit. phil. vol. II. period. II. part. I. lib. I. sect. III.* numerus Platoniorum, cui volupe est et necessarium videtur, egregie potest augeri. At num omnes recte vocari possint Platonici, equidem dubito, nec tamen cum vlllo litigabo. Catalogum tamen vere Platoniorum Fabricianum locupletavit *Heumannus* in actis philos. tom. III. pag. 904 sqq. atque suo quemque loco ego inferam. *Io. quidem Langbaenius* subiunxit *Alcinoo*, ex *Heinsii* editione Oxon. 1667. 8. separatim emulgato, Catalogum Platoniorum; sed doleo, illum librum ad manum mihi non esse. Recentiorum academicorum historiam, in primis quibus in placitis illi discefferint a doctrina et sententia Platonis, et qui factum sit, vt illi post Christum natum ad ineptias absurdasque opiniones et ad artes Neo-Pythagoricorum delaberentur, erudite exposuit *cel. C. Meiners.* in: *Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhunderte nach Christi Geburt, in einigen Betrachtungen über die Neu-Platonische Philosophie. Lipsiae, 1782. 8. adde Gedickium in M. T. Ciceronis historia philos. antiquae p. 193 sqq. Mosheim.*

*Adimantus*, Platonis frater: Laert. III. 4.

Eius Filius ibid. III. 41.

[*Aedesius*, Cappadox, Iamblichi discipulus atque familiaris. vid. *Cosmadium* cap. VII. de magisterio Ammonii Alexandrini, p. 88 sqq. *Eunapium* in Iamblichio p. 21. et in Aedesio p. 33 sqq. edit. Antwerp. 1568. 8. *Brucker*. hist. crit. phil. vol. II. pag. 270 sqq. vbi quoque historia illius discipulorum, adeoque academicorum, explicatur. *Harl.*]

*Aelianus*. Platonicus, cuius commentarios in Timacum Platonis laudat Porphyrius in Harmonica Ptolemaei p. 216. Proclus etc.

*Aeneas Gazaenus*, Platonicus christianus, scripsit dialogum de immortalitate animi et resurrectione: latine versus ab Ambrosio, Camaldulensi, Basil. 1516. 4. [*Aeneas Gazaenus* et *Zacharias Mityleneus* de immortal. animae et mortalitate vniuersi ex rec. et cum. animadu. *Casp. Barthii*, gr. et lat. Lipsiae, 1655. 4.] Dixi de hoc Aenea in libro de veritate religionis p. 107. [Nouam edit. cum Comment. Gottl. Wernsdorfii parat *Io. Christii Wernsdorf*, V. C.]

\* *Aeschines*, Neapolitanus, academicus, Melanthii, Rhodii, discipulus, Clitomachi condiscipulus. *Laertius* in Aeschine II. 64. *Plutarch.* an seni gerenda Respubl. p. 791. *Eudocia* in Violar. pag. 51. vbi octo *Aeschines* enarrantur: a Carneade institutus, vid. *Plutarch.* l. c. et *Cic.* de Orat. I. 11. E vestigiis codd. apud *Cic.* quaest. acad. IV. 6. *Dauif.* p. 88. legere malit in *Aeschine.*]

*Agapestor* siue *Agamestor*, de quo vide *Plutarchum* lib. I. sympof. quaest. 4. p. 621.

*Agnon*, academicus, Athen. XIII. pag. 602. *Fabric.* More plurium academicorum rhetoricen adcausauit teste *Quintil.* l. O. II. 17. vbi vid. *Burmann.* pag. 193 sq. *Harl.*

*Albinus*, de quo dixi capite superiore.

*Alcinous*, de quo infra lib. IV. [vid. *Lambecii* comment. de bibl. Vindobon. VII. pag. 267. *Brucker.* hist. crit. II. p. 165 sq. *Harl.* Columen philosophiae platonicae vocatur ab *Huetio*, *Quaest. Alnet.* II. 8. 3. p. 125. *Heum.*

*Alexander*, Seleuciensis, Cilix, Peloplaton dictus, discipulus Faurini ac Dionysii Milefii. *Philostr.* 2. de Sophist. p. 568. Apollon. Tyan. epist. 13.

[*Alypius*, Alexandrinus, aequalis Iamblichi, qui vitam eius descripsit. Multa inde producit *Eunapius* in vita Iamblichi et ex *Eunapio Baelius* in *Diction. Heumann.* in act. phil.]

*Amelius*, Tuscus, proprio nomine Gentilianus. Vide *Syrian.* XII. *Metaphys.* p. 47. a. 61. b. 69. a. 88. a. *Amelius*, Plotini discipulus, ab Eusebio et aliis Christianis laudatus. vid. *Frid. Adolph. Lampe* in Ioannem tom. I. p. 239 sq. et *Lexic. Baelii. Fabric.* vide multa apud Porphyrium in vita Plotini, et apud *Hollsenium* in vita Porphyrii, cap. VI. pag. 240 sq.

*Moshem.* diss. de turbata per Platonicos ecclesia, quem tamen in multis fingenti, quam docenti similiorem esse, pronuntiat *Ruhinken.* in diss. de vita — Longini §. V. p. 10. praefixa editioni II. *Toupii.* *Moshemii* diss. auctoz addita est *Cudworthi* Systemati intellectuali, ab illo latine verso, tom. II. pag. 747 sqq. edit. II. Lugdun. in 4. Huc quoque referri potest *Heur. Ledermülleri* diss. de Theurgia et virtutibus Theurgicis, praeside *Ge. Andrea Willio*, Altdorf. 1763. 4. habita. *Harl.*



240 sq. *Heumann.* — *Eusebium* praep. pag. 540. Longini de eo iudicium adfert *Porphyrus* in vita Plotini cap. 20. p. 130. in vol. IX. Fabr. Bibl. Gr. — adde *Phileleutherum* Lipsiens. h. e. *Bentlei.* in Remarks upon a late Discourse of Free - Thinking. part. II. London. 1713. 8. p. 36. *Harl.*

*Ammonius*, Alexandrinus, Plotini et Origenis praeceptor. *Porphyr.* vita Plotini. *Fabric.* vide *Fabric.* infra, lib. IV. cap. 26. §. vol. IV. pag. 172. *Olear.* bibl. script. eccl. p. 42 sq. *Heumann.* adde *Cosсанд.* I. cap. 7. pag. 75 sqq. *Ionsium* de scriptor. hist. philos. III. 18. 1. pag. 97. et III. 13. 3. pag. 76. qui tamen confundit *Ammonium Platonicum* cum *Ammonio Peripatetico*: quod etiam fecerat *Olearius* ad *Philosrat.* vit. *Sophist.* II. 27. pag. 618. notante *Ruhker.* in diss. de Longino p. 8. §. IV. edit. Toup. Longin. *Harl.*

*Ammonius*, iunior, Hermeae F. Proeli discipulus, de quo infra lib. IV. cap. 26. §. 12. *Fabric.* Hieroclem apud *Phorium*, bibl. cod. CCXIV. pag. 550. *Moshem.* diss. de turbata per Platonicos ecclesia §. VII sqq. etc. *Harl.*

*Amyclus* siue *Amyclas* potius, Heracleotes, Platonis discipulus, *Laert.* III. 46. *Aelian.* III. 19. Var.

[*Anatolius.* vid. infra, in Catalogo Peripateticor. h. v. *Heum.*]

*Annicerius*, Aegineta, qui Platonem, a Dionysio eiecum, emit, atque hoc facto nomen sibi comparavit, obsecurus alioqui futurus, ut ait *Syncellus* pag. 259. *Laert.* [III. 20. quem locum explicat et *Meibomii* lectionem castigat *Roffus* in commentatt. *Laertianis* pag. 42 sq. *Harl.*] *Aristides* orat. II. *Platonic.* Ab hoc diuersus est iunior *Annicerius*, sectae *Anniceriae* conditor. vid. *Küster.* ad *Suidam* in *Ἀερίππιος.*

[*Anonymus* scripsit Introductionem in Platonis philosophiam, quae est in cod. bibl. Vindob. vide vitam Platonis edidit *Heerenius* *Bibl. d. alt. Litter. und Kunst*, vol. V. inter *Inedita* pag. 3 sq. *Beck.*]

*Antiochus*, Philonis auditor, Aescalonita. Vide *Augustinum* II. 6. contra Academicos et III. 18. ubi foeneum Platonicum vocat, et *Maezarchum* quoque, Stoicum, ab eo auditum refert, quod testatur etiam *Eusebius* XV. 9. praeparat. e *Numenio.* Claruit circa Olyn. p. CLXXV. Hunc admiratus *M. Brutus*, teste *Plutarcho* in illius vita pag. 984. etiam *Cicero* ¶ audiisse se eum refert, quintae auctorem Academiae, in quam Stoicorum seita transtulit. (*Sextus* I. *Pyrrhon.* Hypotyp. cap. 33.) ἐν δευτέρῳ τῶν *Κατωκινῶν*, *Sextus* VII. contra *Math.* p. 175. Eum secum habuit *L. Lucullus*, quum in Asia quaefflorem et post aliquot annos imperatorem ageret. Confer [¶] *Ciceronem* *Lucull.* siue IV. *Acad. quaeff.* cap. 2 et 4. *Plutarchum* in *Cicerone* p. 852. *Aelian* V. H. lib. XII. 25. et *Augustinum* XVIII. 3. de *Ciu. Dei.* [et infra, in voc. *Philo.*] Scripsit volumen

contra

b) *Aurelius Victor* de viris illustribus cap. 81. de *Cicerone*: *Athenas studiorum gratia petiuit, ubi Antiochum, philosophum, studiose audiuit.* *Fabric.* vid. *Fabricii* *Histor. Ciceron.* XXVIII. 11 sqq. *Heum.* vid. infra, in Catalogo Stoicorum h. v. *Antiocho Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare,* *Cicero* ait de *N. D.* I. 7. qui vero illam sententiam impugnat. *Cicer.* IV. *acad. quaeff.* 43. eum vocat germanissimum Stoicum. Ideam sentit *Sext. Emp.* I. cit.

ubi vide *Fabric.* p. 62. adde *Cosсанд.* p. 70 sqq. *Brucker.* *hist. crit. philos.* vol. I. pag. 727 sq. et 775 sqq. *M. Io. Iac. Hoefler* in *disp. Conciliatorum et eclecticorum diuersa philosophandi ratio,* *Altdorf.* 1742. agit de *Antiocho*, et docet, hunc fuisse conciliationis auctorem, contra *Buddeum*, qui in *Obff. Halens.* tom. III. *obff. XIV.* §. III. *Hieronimum, Rhodium*, auctorem fuisse putauit, disputans. *Harl.*

contra Platonis, doctoris sui, libros II. cui titulus fuit *Sofus*, et de academica secta acutissime, vt est apud eundem Ciceronem l. c.

[*Antonius*, Eustathii, Cappadocis, filius. *Eunap.* in Aedesio, et *Brucker.* vol. II. pag. 276 sq. *Harl.*]

*Antonius*, Rhodius, Porphyrii et Amelii sub Plotino *συμφοιτητής.* *Fabric.* Proclus lib. III, ad Timaeum Platonis, pag. 187. *Heum.*

*Apolloniades*, Platonis seruus, *Laert.* III. 42.

*Apollonius*, Syrus, Platonicus. *Spartian.* in Hadriano cap. 2.

*Mich. Apostolius*, de quo lib. V.

[*L. Apuleius*, siue *Appuleius*, Maudaurae natus, Africae ciuitate, philosophus platonicus, de quo in Bibl. lat. Fabriciana et a me in Notitia breuiore litteraturae rom. pag. 498 sqq. et a *Coxzando* p. 101 sq. agitur. adde *Brucker.* hist. crit. philos. II. p. 171 sqq. *Harl.*]

*Arcefilaus*, siue *Arcefilas*, Pitanaeus, ex Pitane aeolica. vid. *Georgii Arnaudi* lect. gr. p. 115. Physicus, Crantoris discipulus <sup>9</sup>, clarus circa Olymp. CXX. auctor mediae academiae, et Epicuri aetate ad inuidiam illius philosophi peramatus magnique habitus, vt notat *Plutarchus* contra Colotem p. 1121. Vide et *Solin.* cap. 15. *Augustinum* II. 6. contra Academicos et III. 17. vbi Zenonis, Stoicorum principis, sub Polemone condiscipulum et postea aduersarium fuisse Arcefilam, refert. Conf. *Ciceron.* II. Acad. quaest. cap. 5. [in primis I cap. 13. ibique *Dauif.* II. cap. 20. et 21. et cap. 24.] Audiuit et Theophrastum, Diodorum (Cronum) et Pyrrhonem, vt notat *Numenius* apud Euseb. XIV. Praepar. p. 279 sq. vbi plura de Arcefila, lectu digna. [adde Timonis versus apud *Diog. Laert.* III. 33. et *Rossium* in comm. *Laert.* p. 68 sq.] Verisimile aliquid, (cum Carneade,) posuit, sed nihil esse certum, vt notat *Hieronymus* II. in *Rufin.* adde *Ciceron.* III. de orat. 18. de N. D. I. cap. 5. *Sext. Empir.* adu. Logic. I. sect. 150. ibique *Fabric.* pag. 402] *Lactantium* III. 4 sq. et 6. et quae ad Hesychium illustrem *Meursius*, ad *Laertium* IV. 28 sq. viri docti, et *Hugon. Grotium* ad *Capellae* p. 46. Ex eodem *Laertio* IV. 29. et *Plutarcho* de fortuna Alex. pag. 328. cognoscimus, nullum librum ab Arcefila scriptum esse, licet *epigrammata* eiusdem quaedam referat, IV. 30 sq. <sup>a</sup>) et *testamenta tria* memoret IV 43. et *Epistolam ad Thaumastiam*, necessarium suum, exhibeat, 44. Hinc patet, illud *προσφερόμεν* IV. 38. non posse accipi de librorum inscriptionibus, vt facit interpret <sup>9</sup>); sed quod solum e regibus Eumenem accesserit et cum eo locutus fuerit Arcefilas. Cleanthis ad eum dicta, apud *Diog. Laert.* VII. 171. *Φιλόβοτην* fuisse, notauit *Phanocritus* apud *Athenaeum* VII. p. 276. Discipuli eius, Lacydes, Damophanes, Ecdemus. *Fabric.* Infra in catalogo peripateticorum quoque memoratur. De eius epistolis vid. supra lib. II. cap. 10. §. 36. vol. I. pag. 694. — Adde *Sextum Empir.* *Pyrrhon.* hypotyp. I. cap. 32. sect. 232. p. 61. *Eudociam* in *Viol.* p. 70. *Foucherum* in *diff. de philosophia academica*, Paris.

1692.

c) Polemonis fuisse dicitur a *Cicer.* de *Fin.* V. 32. *Harl.*

d) Vid. *Rossii* comment. *Laert.* pag. 63 sqq. vbi *Diog. Laert.* emendatur atque illustratur, et *Al-dobr.* cum *Meibomio* corrigitur. *Harl.*

e) Conf. *Rossium* l. c. p. 75 sqq. qui *προσφερόμεν* intelligit, ad Eumenem solum ex omnibus regibus *Arcefilam literas dedisse.* *Harl.*

1692. 12. qui lib. I. cap. 5. pag. 36. eum ab Aristonis, Chionis et Hieronymi accusatione impudicitiae infamisque lasciviae et, quod iuvenum corruptor fuisset, liberare studuit; item *P. trum. Don. Huettium*, scepticissimi patronum, in libro, de imbecillitate intellectus humani, Amstel. 1723. 12. *Bayle*, cuius ipsius animus ad dubitandum erat proclivis, in Diction. voc. *Arcefilas*, vol. I. pag. 284 sqq. qui tamen, versione Diogenis latina deceptus, perperam p. 286. affirmavit, Arcefilaum libros scripsisse et Eumeni dedicasse. *Brucker*. hist. crit. philos. vol. I. p. 746 sqq. *Cossand.* pag. 53 sqq. *Buddei* compend. histor. philos. pag. 147 sqq. *M. Io. Jac. Hojjer* in diss. ad Antiochum Afcalon. citata, §. VIII. qui putat, *Huettium* quidem de imbecillitate intellectus humani lib. I. cap. 14. §. 31 sq. acu rem tetigisse videri, quum duas tantum academias, alteram Platonis, alteram Arcefilae vindicaret academicis; tamen opinatur et probatum it, omnes academias in unam, cuius Plato auctor fuit, posse reduci, et Arcefilam, notante Sexto Empirico, dissimulandi animo tantum dubitasse, vt auditores exploraret, num ad percipienda Platonis dogmata essent idonei. — *Tiedemann* Geist der spekulative Philosphie, tom. II. cap. 13. p. 566 sqq.

Alius *Arceflaus*, de quo Plutarchus in Agide p. 303. alius, Mesopotamiae princeps, post Alexandrum M. *Cedrenus* tom. I. p. 155. *Harl.*

Pro *Archeleo* in latina versione Philopoemenis Plutarchi p. 366. reponendum nomen *Arcefilai*, vbi legitur, Demophanem et Eudemum, Megapolitanos, ipsius in Academia familiares fuisse.

*Archestratus*, Phrearius, *Laert.* III. 41.

*Aridelus*, Arcefilae aequalis, cuius mentio *Laert.* IV. 41.

*Aristander*. Proclus III. in Timaeum pag. 186.

*Aristides*, Locrus, Platonis discipulus. *Plutarch.* Timoleonte pag. 238.

*Aristides Quintilianus*, de quo infra in Musicis cap. IX.

*Aristippus*, Cyrenaetus, Lacydae auditor. [*Eudocia* p. 71. quae quatuor *Aristippos* recenset,] *Numenius* apud Euseb. XVI. Praeparat. p. 736. diuersus ab *Aristippo* antiquiore, Socratico, itidem Cyrenaeo, de quo dixi lib. II. cap. 23. §. 33. [et ab *Aristippo*, qui de Arcadia scripsit.]

*Aristo*, Platonis pater. [Quo iure hic refertur inter Platonicos? Tamen Lutheri pater etiam fuit Lutheranus. *Heumann.*]

*Aristo*, Afcalonita, frater Antiochi, de quo supra. vid. *Plutarchum* in Bruto, p. 984. [Sed *Dauis.* ad *Cic.* quaest. Tusc. V. 8. animaduertit, fratrem Antiochi a Cicerone semper nominari *Aristum*, non *Aristotem*, et *Agrippa* quoque in Plutarchi loco esse referendum; tum illum *Aristum* fuisse Ciceronis (in Bruto cap. 97.) hospitem et familiarem. Denique notat, *Aristonem*, in insula Oeo natum, fuisse peripateticum. Ipse Fabricius in sequentibus verbis et paullo post in nota msta vel semet ipse corrigere, vel secum pugnare videtur. *Harl.*] *Aristum*, Antiochi fratrem, et praeter ea familiares, *Aristonem* et *Dionem*, memorat *Cicero* Acad. quaest. I. 3. II. 4. *Fabric.* Diuersus fuit *Aristo* *Chius*,

- Chius*, Stoicus, de quo infra: item *Aristo*, Massiliensis, a Sulla ciuitate donatus, *Cicer.* or. p. Balb. 22. addé infra in Catal. Peripatetic. voc. *Aristo. Harl.*
- Aristocles*, Messeniensis, (licet Peripateticus secta,) scripserat *πότερον σπευδαίτερος* [P] "Ὀμη-  
ρος. ἢ Πλάτων, teste Suida, [et Eudocia p. 71.] Plato quoque, an eam t. Platonis no-  
men adscisceret, dictus fuit Aristocles [vid. infra in Catal. Peripateticorum.]
- Aristodemus*, Aegienensis, Plurarchi aequalis. qui in limine libri aduersus Colotem vocat illum  
τὸν ἐξ Ἀκαδημαίως ἔναρθηκοφόνον, ἀλλ' ἐμμοιβάτατον ἐργιαστὴν Πλάτανος. [Differt  
ab aliis Aristodemis. vid. V. 7, 15. vol. VII. pag. 53.]
- Aristonymus*, ad Arcades, reipubl. constituendae causa, a Platone missus. *Plutarchus* aduersus  
Colotem pag. 1126. [Huius multa mentio in Stobaeo. *Heumann.*]
- Aristoteles*, Stagiritas, Platonis discipulus fuit, sed propriam deinde condidit sectam, de quo  
infra cap. seq. Quare a Platone factus fuerit alienior, dicit *Aelianus* III. 19. Var.
- Aristus*, Antiochi frater, quem Athenis Eurtus audivit, teste *Cicer.* I. Acad. quaest. cap. 3.  
et de Finibus V. 3. *Fabric.* in nota inst. vid. Dauid. et Boherium ad *ic. Turc.* V. 8. et  
quae paullo ante ad voc. *Aristo* notauimus. — *Aristus* supra p. 35. inter scriptores de  
Alexandro M. *Harl.*
- Asclepiodotus*, Alexandrinus, Proti discipulorum optimus, Damascii magister. Vide Ion-  
sium III. 18. *Commentarius in P. ois Timaeum* citatur ab Olym. iodoro in IV. Meteor-  
olog. [conf. infra vol. VIII. p. 514.] Multa de hoc Asclepiodoro et diligenti eius na-  
turae inquisitione Suidas, qui *Asclepiodoti* quoque, medici, meminit in *Σωφιστός*. [Multa  
etiam apud *Plotinum* in Excerptis ex Damascii opere de vita Iuliorum, phisicis, cod.  
CCXLII. Scripsit autus fors in *artem tabularum*; vid. *Lamirelli* comment. de bibl. Vin-  
dob. tom. VII. pag. 85. edit. Kollarii. *Harl.*] Sed alius, qui sub Diocletiano vixit, et  
eius res congnasse videtur, vt coniecte licet e *Vossio* in Aureliano cap. XLIV.  
[*Asclepiod.* Stoicus. vid. catal. Stoicor. -h. v.]
- Asclepius*, Trailianus, Ammonii Hermiae discipulus. [infra, de Aristotelis scriptis. n. 26.  
et in catal. Peripateticorum etc.]
- Aspasii* commentaria in Platonem memorat *Porphyr.* in vita Plotini.
- Athenagoras*, cui Boethus inscripsit librum *περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρημένων λέξεων.*  
*Plotius* cod. CLV.
- Atticus*, Platonici philof. sub M. Aurelio Antonino claruit, teste *Syncllo* p. 253. Ex eius-  
dem aduersus Aristotelem disputationibus loca praeclara seruaui *Eusebius* XV. 4 — 9.  
Praeparat. et 12. et 13. Non diuersum esse puto, quod in cod. Buarico CLVII. extiat,  
*Attici adu. Aristotelem a Boetho et Platone dissentientem.* Attici, Platonici, *ὑπομνήματα*  
memorat *Porphyr.* in vita Plotini, cap. 14. *Fabric.* Videtur esse Herodes Atticus, cuius  
crebra mentio fit ab A. Gellio. *Heumann.* conf. *Brucker.* hist. crit. philof. vol. II. pag.  
175 sq. *Harl.*
- [*Augustinus*, episcopus Hipponensis: quem *Cosmod.* p. 108. obseruat, platonicae doctrinae  
addictum fuisse, eumque dixisse lib. VII. confessionum cap. 18. et lib. III. contra acad-  
emicos cap. 20. lib. de vera religione cap. 4. doctrinam illam quam proxime accedere ad  
christianam

christianam veritatem. Immo contendit, eo Latinorum nullum platoniam maiestatem tum sapientia, cum eloquentia exactius expressisse: quod, num vere dictum sit, alii dubitant. conf. *I. G. Arn. Odricis* commentar. de scriptoribus ecclesiae latinae priorum VI. saeculor. Lipsiae, 1791. p. 202 sqq. *Harl.*

*Ican. Baduarius*, Venetus, aequalis *Bembi*, viri purpurati, quos duo Cozzandus p. 121 sq. academicis accenset. *Harl.*]

*Bernardus*, Carnotensis, quem perfectissimum inter Platonicos saeculi sui vocat *Ioan. Sarisberiensis* libr. IV. *metalog.* cap. 35.

Cardinalis *Bessarion*, de quo libro V.

*Bisius*, Platonis feruus, *Laert.* III. 42. —

\* *Bionis*, Boryllhenusae, vita inter academicos recensetur a *Laertio* IV. 46 sq. licet sect. 51. adfirmet, eum τὴν ἀρχὴν, h. e. omnino, τὰ Ἀκαδημαϊκὰ παρητήσασθαι, Cratetis, Academici, factum primum auditorem IV. 22. tum Theodori, atque Theophrasti, Peripatetici. [ad *Eudociam* pag. 94. ex *Diog. Laert.* IV. 58. decem *Biones* excitantur.] De hoc Bione fuse *Baylius* in *Lexico*. Xenocrates eum responso indignum habuit, teste *Laertio* IV. 10. Vide et *Numenium* apud *Eusebium* XIV. *Praeparat.* pag. 731. *Fabric.* Apud *Cic.* acad. quaest. IV. cap. 6. vulgo legitur: *ingenii non minus in hoc, quam in Chironada eloquentiae*, ubi *Lambin.* pro *in hoc* malit a *Bione*; sed refellitur ad Ciceronis locum a *Petro Fabro* et a *Dausio* pag. 88. et 250. ubi *Faber* monet, eum factum fuisse translugam. adue catalogum Peripateticorum h. v. et Cynicorum h. v. *Harl.*

*Boethius*, cuius λέξιων Πλατωνικῶν συναγωγὴν et περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνα ἀπερσεμένων λέξεων refert *Plinius* cod. CLIV. [laudatur a *Gemino* cap. 14. add. infra vol. IV. pag. 512.] Nescio, idemne *Boethius*, ad quem de anima descripsit *Porphyrius*, teste *Eusebio* XIV. 10. V. 11. et 16. *Praeparat.* Evangelicae. [Difert a *Boethio*, stoico, de quo infra. Difert quoque *Boethius*, Carthaginiensis, *Pausan.* V. cap. 17. caelator et statuarius, *Cic.* in *Verrem* IV. 14. *Plin.* H. N. XXXIII. 55. XXXIV. 8. *Harl.*]

[*Boethius*, quem *Fabricius* infra inter Peripateticos refert, iure etiam adscribitur Platonici. Nam ipse *Fabricius* p. 287. et 28. (edit. veteris,) docet, omnes Platonis dialogos ab eo latinam tractos in linguam suile, iterum eum ingressum esse Platonem et Aristotelem redigere in concordiam. Ac *Laurent Valla* praef. in libros suos dialecticos: *Megis*, inquit, *mihi Platonius videtur Boethius, quae Aristotelicus*. Certe *Boethius* lib. I. de consol. philos. profa 3. Platonem vocat *ustrum*, et profa 4. scribit, *Platonis ore loquentem esse philosophum hanc*. Imo imaginem philosophiae profa I. describens, eius tunicae inscribit litteras Π et Θ, quibus significari puto *Platonem τὸν Θεόν*. *Heumann.* in act. philos. III. 904.]

*Byssion*, Academicus, Platonis auditor, quem perstringit *Ephippus*, Comicus, apud *Alcianum* XI. p. 509. Alii *Byssion*, sive *Byssion* Pythagoricus, de quo supra lib. I. cap. 13.

Alius *Origenes Adamantius*, Christianus, sed in multis et ipse Platonissans, de quo infra lib. IV. [qui ab ipsis ethnicis philosophis habitus est pro summo philosopho, teste Eusebio, H. E. lib. VI. cap. 18. et 19. *Heumann.*]

[*Olympius.* Porphyrius in vita Plotini cap. 10. *Sozomenus* VII. 15. *Heumann.*]

[*Orontius.* vid. Marcellus. *Heumann.*]

*Pamphilus*, Platonis auditor, quem Sami audiuit Epicurus, teste *Cicerone* de nat. deor. I. cap. 26. cum *Pamphilo*, grammatico Alexandrino, ut fecit *Suidas* [tom. III. vbi vid. *Küsterum* contra *Lambec.* qui lib. II. de bibl. Vindob. cap. 7. pag. 535. 536. de utroque Pamphilo eorumque scriptis agit, docte disputantem,] non confundendus. conf. *Burmann.* ad Quintil. I. O. tom. I. pag. 246 sq.

*Panaretus*, Arcesilai auditor, corporis habitu perquam gracilis. Mentio apud *Athenaeum*, lib. XII. p. 552. et *Aelian.* H. V. libr. X. 6.

[*Paulinus.* Porphyr. in vita Plotini, cap. 7. *Heumann.*]

*Philippus Opuntius.* Vide quae supra cap. I. inter scripta Platonis nr. XXXV. Alius *Philippus Chollideus.* Laert. III. 41.

*Philo*, quartae Academiae auctor, non magister Carneadis, ut Hieronymo dicitur, sed Clitomachi, qui Carneadi successit, per multos annos discipulus, de quo *Numenius* apud *Ensebium* XIV. 9. Praeparat. Larissacum patria fuisse, docet *Stobaeus* p. 160. Eclog. Cicero eum audiuit XIII. I. ad diuers. Itaque Philonis partes sibi sumpsit in libris academi-

- cis, vt testatur IX. ad Diuers. epist. 8. Audiuit eum Heraclitus, Tyrius, (*Cic. acad. quaest. II. 4.*) et Antiochus. [*Cic. ibid. I. 4. vbi Philo dicitur magnus vir; idem de Oratore III. 28. Philonem in academia maxime viguisse scribit, atque in Bruto 89. eum vocat principem academiae. Cum Antiocho tamen Philo habuit litem. Nam Philo in II. libris negauit, duas esse academias, erroremque eorum, qui ita putarunt, coarguit; et Antiochus contra suum doctorem edidit librum qui *Sofus* inscribitur. vid. *Cicer. quaest. acad. I. cap. 4. et II. cap. 4. Philo autem artem bene dicendi non minus quam acute philosophandi exercuit. Cicero quidem Tuscul. quaest. II. 3. circa finem; nostra, ait, memoria Philo, quem nos frequenter audiuimus, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum. Harl.*] *Plutarchus* in *Cicerone* pag. 861. ἀπαλλαγὴς δὲ τῶν ἐν πεισὶ διατριβῶν Φίλωνος ἤρθε τῆ ἐξ Ἀκαδημίας, ὃν μάλιστα Ῥωμαῖοι τῶν Κλιτομάχου συνήθων καὶ διὰ τὸν λόγον ἐθαύμασαν, καὶ διὰ τὸν τρόπον ἠγάπησαν. adde *Ciceron. de N. D. lib. I. cap. 3. et 7. Augustinus*, qui eum fuisse Antiochi magistrum quoque tradit, eum vocat *hominem circumspectissimum, qui ad Platonis auctoritatem, Academicam, legesque reuocare aduersarios cedentes iam coeperit. III. 18. contra Academicos. adde Brucker. hist. crit. phil. vol. I. pag. 773 sq. vol. II. p. 35. Alius Philo, dialecticus et longe antiquior, quocum familiariter versatus est Zenonis Citieus, Laert. VII. 16. Itaque fallitur Aldrobandinus, qui confundit. Fabric. confundit quoque Stanlei. hist. phil. part. IV. p. 409. De *Philone*, stoico, vid. infra in catalogo Stoicorum. Alius *Philo Byblius*, de quo *Brucker. l. c. I. p. 238 sq. Philo*, architectus, *Cicer. Orat. I. 14. et Iunius de Pictura*, in catal. artificum. *L. Philo*, Romanus, *Cicer. in Caecil. 19. Alios Philones enumerant Ionsus lib. III. cap. 4, 4. p. 17 sq. et Fabric. infra in lib. IV. cap. 4. vol. IV. pag. 118 sqq. Harl.***
- Philo*, Iudaeus, de quo libro IV. cap. IV. §. 1. [*Ionsus II. 4. p. 14 sqq. Buddei hist. phil. pag. 661 sqq. Clerici epist. 8. tom. III. artis crit. p. 209. Cozzand. p. 100. Buddeus in introd. in hist. philos. Hebraeorum p. 215 sqq. edit. II. Harl.*]
- [*Philopoemen*, Achaeorum magister equitum et demum praetor, Ecdemum et Demophanem, Arcefilai, philosophi, convictu vtentes, est secutatus. *Polybius* in collectaneis Constantini Porphyrog. a *Valesio* editis p. 41. 42. et ex eo *Suidas* in *Φιλοποίμην*, tom. III. p. 607. edit. *Küsteri*, cuius notam consules. *Harl.*]
- Phocion*, Atheniensium imperator, Platonis auditor et Xenocratis, teste *Plutarcho* tom. IV. edit. Oxon. p. 179. Vide supra in *Chabria* et *Cleone*. [P]
- Phormio*, ad Eleos a Platone missus, reipublicae constituendae causa. *Plutarch. p. 1126. contra Colotem.*
- Pithon*, Aenius, qui cum fratre Heraclide Thraciam, Coty interfecto, tyrannide liberauit, Platonis discipulus fuit, teste *Laert. III. 46. et Plutarcho* contra Colotem p. 1126. Aliis *Python*, vt *Philostrato* VII. 2. at apud *Aristotelum* V. 10. *Politic. male Paron.* Vide *Magnii* notas ad laudatum Laertii locum, [et *Boyle* *Diction. voc. Cotys. not. C et D. Heumann.*]
- Gemistus Pletho*, de quo libro V.
- Plotinus*, de quo, vt de *Plutarcho* *Chaeronensi*, dixi libro IV.

*Plutarchus*, Atheniensis, Syriani praeceptor, de quo libro V. *Fabric.* Conf. *Lilienthal* select. hist. lit. p. 111. *Heumann.* *Cozzand.* p. 91 sq. fuit Nestorii filius, quem, scholae atheniensis regimen obtinentem, per integrum fere biennium audiuit Proclus. vid. *Lambec.* comm. de bibl. Vindobon. VII. p. 93 sqq. vbi notatu digna leguntur, et p. 101. adde *Moshem.* de turbata per Platonicos ecclesia, §. 12. pag. 762. *Harl.*

[*Plutarchus*, Chaeronensis. In plerisque eum sequi Platonem, ipse observavit Fabricius bibl. gr. lib. IV. cap. 11. §. 1. p. 331. Posse eum iure et Platonicum et Peripateticum appellari, iudicat *Huetius* Quaest. Alnet. lib. III. cap. 2. p. 253. qui etiam videndus lib. II. cap. 2. §. 13. *Heumann.* adde *Brucker.* hist. crit. phil. vol. II. pag. 178 sqq. at cum aliis contaminavit philosophiam platoniam. vid. *Munersf.* Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhunderte nach Christi Geburt etc. p. 35 sq. p. 61. p. 73. etc. in primis *Cudworth.* in system. intellectuali, cap. IV. §. 13. in diss. num Plutarchus duplicis dei patronus fuerit, tom. I. p. 298—305. et in sequenti comm. num Plato una nunquam crediderit, vbi multa Plutarchi loca examinantur atque illustrantur, pag. 306—313. cum doctis Moshemii adnotationibus. *Harl.*]

*Polemarchus*, Eudoxi familiaris. *Simplicius* ad II. de coelo.

*Polemo*, Atheniensis, Xenocratis auditor <sup>o)</sup>, quo viso et audito ad frugem rediit, et qui luxuria antea disfluxerat, philosophiae operam dedit <sup>o)</sup>, vt praeter Plutarchum et alios, *Plutarchus* ad *Laert.* IV. 16. laudatos, tradidit *Cicero* IV. Acad. quaest. [cap. 42. lib. I. 10. vbi Academiae veteri ad istas pertinetur.] *Abrilius* III. 1. et IV. 11. Epictetearum, *Tunista* pag. 30. *Craes.* *Origenes* III. contra Cels. pag. 152. *Choricius* in laudatione Procopii Gazae in Italia, Nazianzenus aliique, laudati a *Bisfiola* tom. II. hor. subseciu. lib. V. cap. 9. Xenocrati successit in Academia Olymp. CXVI. §. 7<sup>o)</sup>, ante Christum CCCXV. Multa scripsisse *Laertius* IV. 20. et *Suidas* testantur, sed nullo eius monumento ingenii nomine tenus laudato, et suo iam tempore nullum amplius existisse *Suidas*, [qui plures recenset *Polemones*.] adfirmat. *Polemo* ἐν τοῖς περὶ τὴν νοστὰ φῶσιν βίη citatur a *Clemente* VII. Strom. p. 117. et forte ex eodem libro petitum, quod de beatitudine ex *Polemonis* sententia refert II. Strom. p. 410. et quod *Cicero* IV. de finibus, cap. 7. *Polemonem*, ait, planissime summum bonum dixisse secundum naturam viuere. adde eundem quaest. acad. IV. cap. 42. Physiognomica, quae exstant, alterius *Polemonis* esse videntur, vt dixi infra cap. IV. de Aristotele nr. XXXVIII. not. f. cap. 10. Discipuli *Polemonis*, Atheniensis, fuere praeter Zenonem et Arcefilam (*Cic.* I. Academ. quaest. *Eusib.* praeparat. XIV. pag. 729.) *Craes* (cui scholam transmisit, et de quo *Deusa* ad fragm. Lucilii p. 135. et *Petr. Victor.* VI. 2. variar. lectio.) et *Crantor*, in quibus desit vetus Academia, teste *Clemente* I. Strom. pag. 301. [Sed *Cicero* I. c. disertè, post hos, n. Speusippum et Xenocratem, *Polemo*, ait, et *Craes* vnaque *Crantor*, in academia congregati, diligenter eis, quae a superioribus acceperant, vtebantur. Iam *Polemonem* audiuerant adsidue *Zeno* et *Arcefilas*.]

<sup>o)</sup> *Cic.* de Orat. III. 18. vbi dicitur non magno opere dissentisse ab Aristotele. *Harl.*

<sup>o)</sup> *Plinius* XX. 3. narrans, Athenis conuocandos iuuenes ante meridiem conuen-

tus sapientium doctrinae cum corona in capite frequentasse.

<sup>o)</sup> Conf. *Corfini* F. A. III. p. 61. et *Eudoc.* pag. 364. *Cozzand.* p. 50. *Brucker.* vol. I. p. 740 sqq. *Harl.*

*cefflas.*] Alius *Polemo*, Plotini discipulus, de quo Porphyrius in Plotini vita. *Fabric.* — Alius *Polemon*, Euegeti filius, aequalis Aristophanis, Byzantii, Aristarcho, qui Olymp. CLVI. floruit, paullo senior, et circa illam Olymp. viuis excedens, fuit Atheniensis ciuis, (de patria ipsa non convenit inter veteres,) rerum atticarum scriptor, et aliorum operum, quae perierunt, auctor: Panaetii, Stoici, auditor, secundum *Suidam*, tom. III. pag. 139. quocum tamen conferes, quae *Ionsus* II. 13. I. pag. 212. regessit, et infra ad *Polemonem* in catalogo Stoicorum notata. De eo, illius aetate scriptisque vid. quoque *Vossium* de histor. graecis lib. I. cap. 18. p. 119 sq. edit. III. et *Corfsm.* F. A. tom. IV. p. 106 sq. — Alius *Polemon* sophista, ex consulari familia, patria Laodiceus, de quo copiosus est *Philosfratus* de vit. Sophist. I. cap. 25. (vbi pag. 530 sqq. Olearius plura adnotauit,) et *Fabricius* infra in libro IV. cap. 30. nr. 2. vol. IV. p. 368 sqq. qui in not. b. septem diuersos *Polemones* recenset. *Harl.*

*Polis*, Spartanus, cui, Siciliam adnauiganti, Plato exportandus a Dionysio traditus fertur. *SynceLL.* pag. 258. *Aristides* tom. III. pag. 381 sq.

*Porphyrius*, de quo dixi libr. IV.

*Potamo*, Alexandrinus, Plotini discipulus, teste Porphyrio, in vita eius cap. 9. *Fabric.*

[De *Potamone* magna est antiquitatis obscuritas, nec minor iudiciorum, a viris doctis latorum, diuersitas. A Potamone, de quo Fabricius laudauit Porphyrium, diuersum fuisse alium, sensisse videtur Heumannus. Namque cum in nota msta ad Fabricii B. Gr. lib. I. tum in Actis philos. vol. III. pag. 908. locupletando hoc Fabricii caput, adscripsit: „*Potamo, Alexandrinus*, qui postea condidit sectam eclecticam. vide *G. Olearii* diss. de eclecticis cap. 1. et 2.“ quae diss. adnexa est latinae versioni historiae Stanleianae philos. Atque hunc a Porphyrio memoratum Potamonem confundi non decere cum alio, a Diogene Laertio et Suida excitato, monuerunt *Fabric.* B. Gr. lib. IV. cap. 26. pag. 109. et *Olearius* in diss. laudata cap. I. fin. Antea secus sensisse videtur Heumannus in iisdem actis philos. vnde liticula quaedam orta est. Res sic se habet. Tria tantum de Potamone, philosopho, nota sunt clara antiquitatis testimonia, Diogenis Laertii, Porphyrii et Suidae, qui quidem de vno eodemque homine egisse viui sunt viris doctis; at de aetate illius valde discrepant: Eudeciae, quae Suidae verba repetit, locus pag. 365. nihil decernit. *Diogenes* igitur in prooemio segm. 14. scribit, *περὸ ἀλγύξ paullo ante sua tempora*, ortam esse sectam eclecticam, auctore Potamone, Alexandrino, eiusque formam atque philosophandi rationem describit. Hoc ergo duce Potamonis aetas saeculo secundo siue medio siue vergenti adliganda est. Secundum *Porphyrium* (in *Fabric.* B. Gr. lib. IV. cap. 26. pag. 109.) Potamo, siue praceptor siue discipulus fuerit, saeculo tertio in viuis fuit. *Suidas* denique sub voc. *Ἀίγεσις*, tom. I. pag. 656. repetit tantum Diogenis Laertii verba; at tomo III. pag. 161. sub voc. *Ποτάμων* tradit, hunc fuisse philosophum Alexandrinum, qui vixit *περὸ ἀλγύξ καὶ μετ' αὐτὸν ἔζη αὐτὸς εἰς τὰς Πλάτωνος πολιτείας ὑπόμνημα*. Haec loca, quomodo intelligenda et comparanda sint, valde exercuerunt ingenium et diligentiam viro- rum doctorum, aliis aliter iudicantibus, aut modo Laertium, modo Suidam corrigentibus. Qui Laertii narrationem amplectuntur, *Lipsius* in inuaductione ad philosophiam stoicam lib. I. diss. V. pag. 12. edit. Antwerp. 4. *Gotfr. Olearius* in diss. de philo-  
los.



Ios. eccl. cap. I. §. 1. et *Iac. Brucker.* in hist. crit. phil. qui tom. II. pag. 193 sqq. de Potamone copiosus est, et diuersas variorum sententias recenset atque examinat, illi ipsi de aetate Potamonis valde dissentiunt. Lipsius quidem contendit, a Potamone paullo ante M. Antonini imper. aeuum institutum ecclēticae s. electiuae philosophiae esse inuentum. Olearius putat, philosophi aetatem a Suida indicatam, ex Laertio quidem emendandam, neque tamen ita coarctandam esse, vt ille Dione, philosopho, aut Traiano imperatore iunior statuatur. Brucker. denique misso ambiguo Porphyrii loco, quod schola ecclētica, saeculo III. ineunte, auctore Ammonio enata, antea a Potamone conciliatio reliquarum sectarum cum Platone tentata est, in ea versatur sententia, Potamonem non quidem ante saeculi II. finem quaerendum, nec tamen diu post ea tempora inclaruisse videri. Ex Porphyrio veram Potamonis aetatem, sub Alexandro Seuro, imperatore, esse cognoscendam, indeque Laetium atque Suidam emendandos, iudicant *Heumannus* et *I. Matth. Gesner.* in Heum. Actis philos. vol. I. pag. 330 sqq. et p. 851 sqq. et p. 859. qui tamen in diuersas abierunt sententias in Porphyrio emendando explicandoque; Heumannus demum in responsione ad Gesnerum ibid. pag. 868. concludit, Potamonem Alexandriae docuisse philosophiam, quum Plotinus coepisset eam discere. Suidae auctoritatem sequuntur *Ger. Io. Vossius* de sectis philos. cap. 21. et *Menagius* ad *Diog. Laert.* pag. 1. atque, quoniam Heumannus Suidae fidem labefactauerat, hanc *Iac. Haseus* in diss. de aetate Potamonis, Alexandrini, ecclēticorum philosophorum principis, Actis phil. Heumannianis, vol. III. pag. 711 sqq. inserta, omni eruditione adhibita, studuit stabilire, μετ' Ἀβύρῳ, imperante Augusto apud Suidam interpretatus. Atque Hasei interpretationem probauit *Moshem.* in diss. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia §. 2. quae et subiuncta est Cudworthi systemati, ab illo latine verso, et recusa in vol. I. illius dissertationum ad histor. ecclēsiast. pertinentium. Iam Fabric. infra de philosophia ecclētica, Potamonem Augusto imperat. supparem fuisse, haud negat. Quod Heumannus litem dirimere noluit, *Bruckerus* l. c. pag. 196 sqq. Hasei sententiam argumentaque sub examen vocauit et refutauit. At enim omnis controuersiae cardo in quaellione potius vertitur, num Porphyrius, Diogenes et Suidas de vno eodemque, an, quod equidem arbitror, de pluribus iisque diuersis Potamonibus loquuti sint. Plures quondam eiusdem nominis exstitisse, vel inde patet, quod *Suidas* alium quoque memorat *Potamonem*, Mitylenaeum, filium Lesbonactis, oratorem, qui, Romae sub imperatore Tiberio eloquentiam professus, scripsisse dicitur de Alexandro Macedone, Fines Samiorum, Bruti encomium, Caesaris encomium, et de perfecto oratore. Idem ex Suida tradidit *Eudocia* pag. 355. quae tamen in fine addidit vocc. πάνυ θαυμασῶς. quae illa forsitan in Suidae codice etiam repererat. Quare si tres illi Potamones, de quibus Diogenes, Porphyrius et Suidas disserunt, probabiliter fuerunt diuersi et diuersis temporibus vixerunt, Diogenis Laertii narrationem de Potamone, ecclēticam philosophandi rationem coram discipulis intra saeculum medium II. et medium saeculum tertium profitente, esse intelligendam, sit credibile: id quod etiam *M. Hieronymus Georgius Gloeckner* in disput. docta de Potamonis Alexandrini philosophia ecclētica, recentiorum Platoniorum disciplinae admodum dissimili, Lipsiae 1745. 4. vidit, et vberius exposuit. Idem a paragrapho XI. singula Potamonis philosophumena, a Stoicis plurima quidem sumpta, ita tamen, vt nulli sectae vnice adhaereret, sed, quae sibi veriora viderentur,

tur, eligeret, mutaret, aut nouis augeter inuentis, duce Laertio perfequitur illustratque, Bruckeri aliorumque sententias examinat, et multa alia fufe docteeque disputat de eclectica Potamonis secta, eius fatis, quid eruditi de ea indicauerunt, de origine sectae recentiorum Platoniorum, num hi a Potamone originem traxerint, quomodo comparari possint, de insigni inter Potamonem atque iuniores Platonicos dissimilitudine, et num Ammonius condendae sectae occasione a Potamonis instituto arripuerit, quod Gloeckner negat. Diu igitur iam ante *Meinerfium*, qui paucis tantum tetigit Potamonis nomen, aetatem, (ab Ammonii tempore parum remotam,) et philosophiam in *Beytrag zur Geschichte der Denkart* etc. pag. 15. Gloeckner. philosophum illum a neoplatonicis esse distinguendum, vidit et demonstrauit. Pauca etiam sunt vagaque quae *Hoesler* in disp. supra memorata, §. 13. Buddeus in *histor. philos.* p. 535 sq. aliique de eo litteris mandarunt. *Harl.*]

*Prifianus*, Lydus, Simplicii aequalis, teste Suida in *Πρόβερς*. Dixi de eo infra cap. IX. vbi de Theophrasto. [?] Inter nobiles Platonicos refertur in *bibl. Coislin.* p. 598. vbi Philoponus aduersus eum scripsisse traditur.

*Procles*, Xenocratis discipulus, cuius *librum de Isthmiis* citat *Plutarchus* V. 3. *Sympos.*

*Proclius*, qui in Troade versatus est. *Porphyr.* in *vita Plotini*, [cap. 20. p. 128. vol. IX. B. Gr. et lib. V. cap. 16. p. 692. vol. VII.]

*Proclus*, Syriani discipulus, de quo infra lib. V. cap. 26. et ad vitam eius, a Marino scriptam. *Fabric.* conf. *Lambec.* comment. de *bibl. Vindob.* VII. pag. 98 sqq. *Cossand.* pag. 93. *Ionfus* III. 18. p. 96. *Harl.*

*Mich. Psellus*, de quo itidem lib. V.

*Ptolemaeus*, Platonicus, qui scripsit in *Timaeum*, teste *Proclo*.

*Pyrrallianus*, Aristidis, rhetoris, amicus, ἐκ τῶ ἱερῶ ἀκτῆς καὶ περὶ τὰς Πλάτωνος λόγους εὖ γενομασμένος, vir, de fauo et in platonica philosophia egregie exercitatus, vt ait *Aristides* orat. IV. sacra, tom. I. pag. 593. 594. *Fabric.* [edit. Steph. 1654. 8. vbi lepidae quaedam historiologiae narrantur.]

*Pythocles*, Arcefilae familiaris. *Laert.* IV. 4.

*Nicolaus Rhetor*, Plutarchi, Atheniensis, et Procli discipulus, de quo Suidas et Marinus in Procli vita.

[*Rogatianus*, *Porphyr.* in *vita Plotini* cap. 7. *Heumann.*]

[*Sabinillus*, *Porphyr.* in *vita Plotini* cap. 7. *Heumann.*]

[*Sallustius*, vid. infra in *catal. Cynicorum*, h. v. *Heumann.*]

*Serapio*, Alexandrinus, rhetor, qui deinde philosophiae operam dedit sub Plotino, vt refert *Porphyrus* in huius vita, cap. 7. *Suidas* voc. *Σαραπίων*.

*Seuerus*, Platonicus, cuius συγγράμματα memorat *Porphyrus* *vita Plotini* cap. 14. Scripsit in *Timaeum* Platonis, teste *Proclo*, et *librum περὶ ψυχῆς*, e quo fragmentum apud *Eusebium* XIII. 17. Praeparat. Mentio *Seueri*, Platonici, apud *Serapionem* in XII. *Metaphys.* pag. 44. et saepius in *Damascio* de *vita Iliodori* apud *Photium* cod. CCXLII.

Eum cum Seuero imp. perperam confundit Photii interpres, A. Schottus. *Fabric.* *Seuerus* tamen, imperator, perfectus fuit Platonicus, teste *Eutropio* in breuiar. hist. rom. VIII. 10, 10. cuius et vxor *Iulia Donna* fuit philosopha. vide *Bayle* diction. voc. *Iulie. Heumann.* At *Eutropius* cap. 19. edit. Verheyk. tantum scribit, Seuerum philosophiae scientiam ad plenum adeptum esse. *Aelius Lamprid.* in vita Alexandri Seueri cap. 3. inter illius praeceptores nominat philosophum *Stilionem*, qui, si *Stilpo* est, vti suspicatur *Casaubonus* ad h. l. p. 884. edit. Hackian. hic alius ac philosophus Megarensis fuerit necesse est. Apud *Aelium Spartianum* in vita Seueri cap. 18. dicitur philosophiae ac dicendi studiis satis deditus, doctrinae quoque nimis cupidus, vbi vid. p. 625 sqq. *Salmasium*, de Septimio Seuero, philosophiae laudem adfectante, imprimis de eius vxore, *Iulia*, quae philosopha audiebat, et totos dies philosophando disputandoque terebat cum philosophis et sophistis, copiose disputantem. De *Iulia*, rhetoricae et philosophiae studiosa, vid. quoque *Philostr.* vit. Apollon. I. 3. p. 5. edit. Olearii, eiusdem epist. ad Iuliam Augustam p. 919 sq. vbi illa laudatur pro Aeschine, Socratico, erudite disseruisse, et *Menag.* de mulieribus philosoph. cap. 16. *Harl.*

*Seuerianus*, Procli discipulus. Suid. Σεβηρ. e Damascio in vita Isidori.

[*Sextus*, Platonicus, Plutarchi ex sorore nepos. vid. infra, in libr. VI. cap. 7. vol. XII. pag. 613. sq. et in elencho medicorum, vol. XIII. p. 394 sqq. *Heumann.*]

*Simplicius*, Cilix Ammonii Hermeae et Damascii discipulus, de quo infra lib. V.

*Sosthenes*, Platonis amicus. Laert. III. 43.

[*Sopater. Sazonen.* lib. I. cap. 5. *Gaudent.* de philos. rom. cap. 171. et add. cap. 31. *Fabric.* B. Gr. IV. 26. p. 148. not. vol. IV. *Heumann.* conf. *Eunap.* in Aedesio pag. 39. *Lambec.* de bibl. Vindob. vol. VII. pag. 18 sq. ibique Kollar. *Brucker.* hist. crit. phil. vol. II. p. 262. not. 1. *Fabric.* V. 38. vol. IX. p. 423. *Harl.*]

**SPEVSIPPVS**, Atheniensis ὁ, Potonae, Platonis sororis, filius, *Laert.* III. 4. et testamenti eius vna cum *Sosthene* et aliis curator. id. III. 43. discipulus, 46. Platoni successit Olymp. CVIII. 1. ante Christum CCCXLVIII. et academiae praefuit per annos octo, idem IV. 1. successore relicto *Xenocrate*, idem 2. et *Suidas*. Scripta eius refert *Laertius* IV. 4 sq. versuum 34075. ὁ fuisse testatus, quae *Aristoteles* post *Speusippi* mortem tribus talentis siue 2250. thaleris emit, vt praeter *Laertium* narrat *Gellius* III. 17. In his fuerunt praeter alia *Λυσίας*, *Κέφαλος*, *Κλεονόμοιχος*, *Ἀρίστιππος*, *Μανδρέβελος πρὸς Γεώλλων* et Ὀροί siue *definitiones*, quas viri docti easdem esse putant cum iis, quae inter *Platonis* scripta leguntur, vt supra cap. 1. [in h. edit. cap. III.] nr. XLVIII. dixi ὁ. De-

Αα 2

finitionem

s) Soleus dicitur apud *Probum* in VI. Eclog. *Virgilii*.

t) Non 43475. vt legas in praeclara *Wetsteniana* edit. Nam *εἴχοι μ, γ'* explicandum *myriades γ'* porro δ quatuor chiliades denotat.

u) Sic in editione: *Alcinoi*, Platonici, de Platonis doctrina liber, et liber de Platonis definitionibus, ab eius nepote, *Speusippo*, compositus, et

*Xenocratis*, Platonici, de morte, graece et lat. *Marsilio Ficino* interprete, Paris. apud *Michael. Vascosanum.* 1533. et 1550. 8. — *Alcinoi*, philosophi *Platon.* de doctrina Platonis liber. *Speusippi*, *Platonis discipuli*, liber de Platonis definitionibus: *Xenocratis*, philosophi Platonici, liber de morte. Totius diuinæ Platonis philosophiae breuissimum iuxta ac pulcherrimum compendium, *Basilae* per *Michael. Isingrimium.* 1532. 8. *Harl.*

fnitionem beatitudinis ex Speusippi mente dat *Clemens II. Strom.* pag. 418. Speusippi librum, cui titulus [P] Πλάτωνος περί δείπνου siue Περὶ δεῖπνον, vt *Meursius* legit p. 1610. *Bibl. Atticae*, laudat *Laertius III. 2.* [vbi vid. *Menag.* pag. 134.] nec absurde tum idem *Meursius*, tum *Ionsius* lib. I. cap. 10, 1. suspicatur, non aliud fuisse scriptum, quam *Laertio IV. 5.* memoratum Πλάτωνος ἐγκώμιον, quod videtur etiam citare *Hieronymus I.* contra Iouinian. *Epistolam ad Philippum*, Macedoniae regem, *Athenaeus XI.* p. 506. *Epistolam ad Dionem Plutarchus* de amico ab adulatore discernendo p. 70. Speusippum ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων *Laertius* in Parmenide IX. 29. Idem liber fuit, si *Meursium* audimus, qui *Laertio IV. 4.* vocatur φιλόσοφος, siue, vt scribendum coniecit, φιλόσοφοι. Ibidem *Laertius* inter Speusippi scripta etiam memorat librum περὶ φιλοσοφίας. Sed et μαθηματικόν, e quo petita videntur, quae Speusippum laudans refert *Proclus 3.* in *Euclidem* pag. 50. Vide eundem lib. II. p. 22. Libellum de numeris pythagoricis auctor *Theologumenon Arithmeticae* p. 61. Καὶ Σπεύσιππος ὁ Ποτώνης μὲν υἱὸς τῆς τᾶ Πλάτωνος, διάδοχος δὲ Ἀκαδημίας παρὰ Ξενοκράτους ἐκ τῶν Ἐξαιρέτως σπευσιππειῶν αἰεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιστα δὲ τῶν Φιλολαΐς συγγραμμάτων βιβλίδιον τι συντάξας γλαφυρὸν, ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν. Etiam in aliis dogmatibus vestigia Pythagoricorum pressisse Speusippum, constat ex *Aristotele* lib. I. *Ethic. Nicomach.* cap. 6. ad quem locum *Eustratius* vocat Speusippum Θεόλογον, siue, vt interpret, qui de diuinis apud Graecos scripsit. [vid. supra in catalogo Pythagor. vol. I. pag. 875.] Speusippum ἐν δευτέρῳ ὁμιλίῳ *Athenaeus II.* pag. 61. III. pag. 86. et 105. VII. 303. 308. 313. 319. 327. 329. IX. 369. 391. ἐν τετάρτῳ IV. p. 133. Idem opus respicitur IV. pag. 301. (neque vllum fuit eius de pistibus scriptum, vt ex interprete, male intellecto, auctor indicis,) II. pag. 68. VII. pag. 324. vbi Speusippus citatur. Speusippum ἐν τῷ πρὸς Κλεοφῶντα πρώτῳ *Clemens Alex. I. Strom.* pag. 267. Laudatur etiam Speusippus a *Theophrasto* in *Metaphysic.* *Dionysii*, tyranni, literas ad Speusippum, quibus auaritiam et voluptates ipsi exprobrat, profert *Athenaeus VII.* pag. 279. Plato apud *Plutarchum* pag. 71. de dignoscendo adulate, dixit, vitae se suae exemplo maxime emendasse Speusippum. *Fulvius Ursinus* p. 54. elog. exhibet veterem statuam; sed capite truncam, cum inscriptione Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος Ἀθηναῖος. *Fabric.* Nihil magnopere ab *Aristotele* dissensisse dicitur apud *Cicero*n. de Orat. III. cap. 18. Plura de eo vide apud *Bayle* *Dict. voc. Aristotele*, not. E. vol. I. pag. 324 sq. *Cossand.* p. 45. *Brucker.* *hist. crit. phil.* vol. I. pag. 728 sqq. vt *Stanleium* reliquosque historiae philof. auctores mittam. De morte eius, nec eum obiisse phthiriasi, copiose disputat, verusque *Diogenes Laertii* de Speusippo paullo obscuriores lib. IV. sect. 3. illustrat *Ruffius* in commentatt. *Laert.* p. 53. sqq. *Harl.*

*Synefius*, de quo dixi libro V. cap. 22. §. XI.

*Syrianus*, quo de ipso etiam lib. V. cap. 26. *Fabric.* vid. *Lilienthal* *select. histor. lit.* pag. 112. *Olearius* *diss. de Eclecticis*, cap. 3. *Ionsius* III. 18. 1. *Heumann.* — *Lambec.* de *bibl. Vindob.* VII. pag. 93 sq. et pag. 456. vbi in nota cod. meta *Syrianus* inter rei militaris scriptores, quos adhibuit imperator *Leo*, nominatur. *Brucker.* *hist. crit. phil.* vol. II. pag. 315 sqq. de secta eclectica, vbi pag. 317. alius *Syrianus* ex hac secta, sed *Procli* praeeptore iunior, ex *Photio* p. 564. ac p. 339. memoratur; ibid. p. 464. *Syrianus* in sexta *Peripateticorum* aetate numeratur. *Harl.*

*Licinius Sura*, ad quem *Plin.* iunior. lib. IV. epist. 20. [vbi vid. Catanaeum et Cortium,] et libr. VII. epist. 27. qua ex eo quaerit, num sint aliquid phantasmata. *Fabric.* vid. *Neue biblioth.* tom. IV. p. 276 sqq. *Heumann.*

[*Tatianus*, Syrus, sub exitum saeculi II. qui multa scripserat. Platonicis accensetur a *Cozzando* p. 105. conf. *Tenzel* in exercitatiomm. selectis, part. I. exercit. V. §. 39. p. 218 sqq. et p. 455. in *Addendis Fabric.* B. Gr. lib. V. cap. 1. §. 19. vol. V. p. 81 sqq. *Harl.*]

*Taurus*, Berytius, sub Antonino Pio clarus. *Synecell.* p. 351. Scripsit *περὶ τῆς τῶν δογματῶν διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους*, Suid. item de dissensu Platonicorum a Stoicis *Gell.* XI. 5. Commentarium [P] in Gorgiam, idem VI. 14. in Platonem, Philopon. VI. 18. de mundi aeternitate. *Fabric.* conf. *Hafsaens* de acad. Beryt. cap. XI. §. 7. *Heumann.* adde *Cozzand.* p. 104. *Brucker.* I. c. vol. II. p. 169. *Harl.*

*Theaetetus*, Heracleotes Ponticus, Platonis discipulus. Suid. in *Θεαίτ.*

*Telecles*, Phocensis, cui et ciui eius *Euandro* viuis scholam tradidit Lacydes. *Laert.* IV. 60.

*Theo*, Smyrnaeus, de quo infra lib. III. cap. 5. §. 21. [*Brucker.* II. p. 165.]

*Theo*, item Alexandrinus, de quo infra lib. V. [*Brucker.* II. p. 351. not. u.]

*Theodahatus*, Gothorum rex. vid. *Procop.* lib. I. de bello Gothico, cap. 6. pag. 322. *Fabric.* *Dion. Sammarthanus* in vita Cassiodori lib. II. *Heum.ann.* — conf. *Leonard. Arctinius* lib. I. de bello italico contra Gothos, *F. D. de Sainte Marthe*, in vita Cassiodori, Theodorico Magno — olim a secretis — tandemque Abbat. Viuariensis, secundum exemplar Parisin. 1695. 12. (gallice scripta,) libr. II. Acta erudit. Lips. ann. 1695. mensis Octobr. p. 447 sq. *Harl.*

*Theodectes*, Platonis discipulus. Suidas in *Θεοδέκτης*.

*Theodorur*, Atheus, Cyrenaicus, Cratetis, Atheniensis, auditor, auctor postea sectae Theodorea. *Laert.* IV. 23. *Fabric.* Ab eodem *Diogene Laert.* II. 85. et 86. dicitur fuisse quoque discipulus *Aristippi*, Metrodidacti. adde *Suidam* h. v. vbi Zenonis auditor nominatur. Plurimum igitur sectarum doctores audiuit, et a Fabricio infra etiam recensetur inter Cyrenaicos. Athenis et Cyrenis eieclus est. *Diog. Laert.* II. 100 sqq. idem tradit sect. 97 sq. (vbi vid. interpr. inprimis Menagium,) Theodorum omnes de diis opiniones sustulisse et scripsisse librum *Περὶ Θεῶν*, ex quo Epicurus complura summisse arguitur. adde *Sextum Empir.* Pyrrhon. hypotyp. lib. III. cap. 24. sect. 218. et adu. *Mathem.* IX. cap. 49. sect. 51. ibique *Fabric.* pag. 561. *Corfinio* in syllab. philosoph. pag. XXXV. edit. Plutarchi lib. de placitis philos. floruisse videtur circa Olymp. 130. Apud *Ciceronem* eius sit mentio de N. D. I. cap. 2. et *Tuscul.* quaest. I. 43. vbi, quum rex *Lysimachus* propter libertatem linguae crucem minaretur, Theodorus respondit, *sua nihil interesse, humile en sublime pretrescat*: plurimum testimonia ad illum locum congestit *Davis.* Num iure, an iniuria adnumeratus sit atheis, tam antiquiores, quam recentiores valde dissentiunt, quorum magnam vim iam contulit *Reimmannus* in historia atheismi et atheorum pag. 174 sqq. Atque ego cum *Clemente Alexandrino* in admoitione ad gentes nr. 15. *Mureto*, in variis lection. libr. IX. cap. 17. *Bruckero* in

hist. crit. phil. vol. I. de secta Cyrenaica pag. 602 sqq. (vbi copiosus est de illo,) aliisque, qui mitius sentiant, lubentius facio: omnis vero quaestionis cardo vertitur in notione athei. — Diuersus est *Theodorus*, Cyrenaicus, geometra, quem audiuerunt Socrates et Plato. *Harl.*

*Theodorus Asinaeus*, quem *Proclus* se audisse testatur 4. in Timaeum p. 246. et alibi. *Fabric.* vid. indicem scriptorum in Procl. ad Timaeum, infra in vol. VIII. pag. 551. adde *Hofsenium* in vita Porphyrii cap. 6. pag. 242. *Fabric.* lib. IV. 26. §. I. vol. IV. pag. 148. et V. 33. §. 43. vol. IX. p. 184. vbi plures *Theodori* enumerantur. Fuit e Porphyrii schola, teste *Photio*, cod. CCXLII. p. 563. Platonicus *Nemesio* cap. 2. de anima vbi citatur eius liber, ὅτι ἡ ψυχή πάντα τὰ εἶδη. adde *Brucker.* II. p. 232. de successione scholae Plotinianae et Porphyrianae. *Harl.*

*Theodosius*, Ammonii, Platonici, auditor. *Porphyr.* in vita Plotini cap. 7.

*Theodotus*, Athenis διάδοχος. *Porphyr.* vita Plotini, cap. 20. vbi memorat eius in Philebum et Gorgiam, et de his, quae Aristoteles Platonis Reip. opposuit. *Fabric.* Sed errat, nam l. c. haec scripta tribuuntur *Eubulo*. *Heumann.* Alius *Theodotus*, Valentini discipulus. *Clemens Alexandrin.* in excerptis hypotyp. pag. 793. *Buddaeus* in diss. de haeresi Valentini. §. XVII. pag. 685 sqq. subiuncta eius Introd. ad hist. philos. Hebraeor. *Harl.*

*Theomedon*, cum Eudoxo Athenas venit, Platonem auditurus. *Laert.* VIII. 86.

*Theomnestus*, academicus, quem audiuit M. Brutus, Athenas delatus post Caesarem infectum. *Plutarch.* in Bruto p. 994.

[*Therapeutae*. *Heumanni* act. philos. tom. III. p. 526. adde *Cudworthum*, *Bruckerum* aliosque, quorum nubem h. l. colligere nolo.]

*Theophrastus*, qui Aristotelis postea successor fuit, Platonem prius audiuit. *Laert.* III. 46.

*Theopompus*, Chius, ἐν τῷ κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς. *Athen.* XI p. 508.

*Theosebius*, Hieroclis discipulus, praceptor Isidori Gazaei. *Damascius* apud *Phot.* cod. CCXLII. pag. 511. *Suidas* in *Ἐπικτητος*. Fallitur enim *Mericus Casaubonus*, qui per *Theosebium* ibi intelligit *Marcum Antoninum imp.* [conf. *Fabric.* B. Gr. lib. IV. cap. 23. §. 1. p. 22. vol. IV. *Heumann.*]

*Theudatus*, de quo *Procopius* lib. I. Gothicor. [vid. supra *Theodahatus*.]

*Thrasippus*, Platonis amicus. *Laert.* III. 43.

*Thrasyllos*. Schol. *Iuuenalis* VI. 576. et quae viri docti ad *Suetonii Tiberium*. *Ionsius* lib. III. cap. 3, 2. p. 13. de scriptoribus Hist. Philosoph. vbi et plures *Thrasyllos* recenset. Videtur autem hic ipse, qui Platonis libros, (vt *Democriti* quoque,) digessit in tetralogias. *Fabric.* vid. supra de Platone §. III. infra de Astrologis cap. 20. §. XI. pag. 518. et libr. IV. cap. 22. pag. 2, 3. not. c. vol. IV. *Porphyr.* vita Plotini cap. 20. *Gaudent.* de philos. Roman. addend. cap. 14. *Heumann.*

*Thrasymachus*, Platonis discipulus. *Suid.* in *Θρασύμ.*

*Timaeus*, Cyzicenus, Platonis discipulus. *Athen.* XI. pag. 509. Alius *Timaeus junior*, sophista, qui ad Gentianum scripsit Lexicon Platonicum, memoratum *Photio* cod. CLI. [De quo supra sub fin. capitis de Platone.] vid. *Ionf.* I. 6, 32.

*Timolaus*, Cyzicenus, Platonis discipulus. *Laert.* III. 46. Num idem cum Timaeo iam memorato?

[*Tryphon.* Porphyrius in vita Plotini cap. 17. *Fabric.* Bibl. Gr. IV. 36. pag. 179. vol. IV. *Heumann.*]

*Tychon*, Platonis seruus. *Laert.* III. 42.

*Valentinus*, haeresiarcha, platonicae phil. sectator. *Tertull.* de praescript. cap. 30. adde cap. 7. *Fabric.* adde supra ad cap. de Platone §. VIII. *Vossium* de histor. gr. lib. IV. cap. 17. *Cossand.* pag. 104. *Buadei* diss. de haeresi Valentin. §. XIV. contra Colbergium disputantis, pag. 615 sq. quae diss. subnexa est eius Introductioni ad historiam philosophiae Ebraeorum, edit. II. Halae 1720. 8. vbi §. 2. et 3. de patria et aetate Valentini agit; *Io. Christoph. Wolf.* de Manichaeismo ante Manichaeos. Hamburgi 1707. 8. pag. 194 sqq. qui quaedam contra Buddeum adnotat, aliosque, qui de secta Valentin. egerunt. *Harl.*

[*Varro.* *Huetius* quaest. Alnet. lib. II. cap. 2. §. 13. *Heumann.*]

XENOCRATES, Chalcedonius <sup>v)</sup>, Platonis discipulus, *Laert.* III. 46. Aeschini ab eo subtrahctus, *Athen.* XI. pag. 507. itineris in Siciliam comes, *Laert.* IV. 6 et 11. valdeque probatus Platoni, *Aelian.* III. 19. Var. post Speusippum academiae praefuit ab Olymp. CX. 2. per annos quinque et viginti, hoc est vsque ad Olymp. CXVI. <sup>z</sup>. (ante Christum CCCXV.) [P] relicto successore, Polemone, *Laert.* IV. 3 et 14. <sup>w)</sup> obiit anno aetatis LXXXII. vt idem Laertius; at *Lucianus* [in Macrobiis cap. 20. p. 222. tom. III. edit. Reitz.] LXXXIV. *Mercurius* CIII. quem vide IV. 12. de Archontibus Atheniensibus. Imaginem Xenocratis, asino <sup>v)</sup> vehentis, e Chifleti Socrate, itemque aliam in *Sponii* Misc. pag. 136.

v) Male interdum *Καρχηδόνιος* pro *Χαλχηδ.* vt apud *Clementem* V. *Stromat.* pag. 590. et in *Protreptico* pag. 44. *Fabric.* De hoc *Xenocrate* vid. *Ionsius* I. 10, 5. p. 38 sqq. vbi de eius aetate, mortis tempore, in quo non consentiunt veteres, scriptisque egit, et *Taylor.* in praef. ad *Lycurgum* p. 113 sqq. vol. IV. *Orator.* graecor. edit. Reiskii. Quaedam, quae ad Xenocratem pertinent, adnotat cl. *Buhle*, in vita *Aristotelis*, tom. I. *Operum* pag. 88. 92. et 95. edit. Bipontinae. Seuerissimus philosophorum fuit, ideoque magnus et clarus, atque ciues, quia ei, non iurato, crederent, cum iurare non permiserunt: ab *Aristotele* nihil magno opere dissensit; vide *Cicer.* acad. quaest. I. cap. 4. ad *Atticum* I. epist. 16. spreuit *Alexandri* dona magna, quinquaginta talenta, *Cic.* quaest. *Tufcul.* V. 22. vbi *Dauif.* not. 9. p. m. 413 sq. plura congestit testimonia, *Aelian.* V. H. lib. III. cap. 19. ibique *Perizon.* *Harl.*

w) *Conf. Corsini* F. A. tom. IV. pag. 61.

x) Ob tardius ingenium, quod in eo notauerat *Plato.* *Fabric.* Gemma cum figura *Sileni*, manu thyrium tenentis, asinoque vecti est nr. 320. in *Gortaci* dactyliotheca: repetita quoque a *Perizonio* ad *Aelianum* V. H. libr. III. cap. 18. pag. 245. edit. Abr. Gronou. nomen *Xenocratis* in ea exhibetur; atque *Perizon.* de philosopho etiam explicat, quia *Silenus* sit philosophus antiquissimus, tum quia *Xenocrates* inter bibendi cupidos referatur, et in certamine bibendi in festo *Bacchi*, quod *Congiorum* dicebatur, discessisse victor tradatur apud *Aelianum* V. H. lib. II. cap. 41. vbi vid. *Perizon.* pag. 173 sq. et *Plato* cum asino adsimulasset. At quid *Xenocrates* cum thyrso, qui proprius est *Baccho* atque *Sileno*? Quare *Menagius*, *Perizonius* iique, qui illos sequuntur, errasse iure visi sunt *Herrmanno Vhrico a Lingen* in minoribus opusculis, germanice scriptis, part. I. *Wittebergae*,

pag. 136. et in Laertio Wetsteniano etiam obuiam, habes tomo secundo Thesauri Antiquitatis Graecar. Gronouiani. tab. XCI. *Fulvius V. finis* p. 55. elog. exhibet vetus marmor, sed capite truncum, cum inscriptione *Ξενοκράτης Ἀγαθάνορος Καλλυχαδόνιος*. — De vita eius et dogmatis confer, si placet, *Lexicon Baylii*, voc. *Xenocrates*, et notas viror. doctor. ad Orat. *Cic.* pro Balbo cap. 5. tom. V. p. 528. [*Brucker.* vol. I. p. 732 sqq. et vol. VI. p. 235. it. vol. I. p. 781 et 1041. Platonis dogmata iam contaminauit sententia de daemonibus malis, secundum *Plutarch.* de Iside et Osiride Opp. tom. VII. pag. 425. edit. Reiskii. *Harl.*] Stoicam sectam condidisse, ait *Nomius* hist. 23. ad Nazianz. [Pythagoricam potius philosophandi rationem artius coniunxit cum Platonica, et, id, quod etiam fecit Aristoteles, omnem philosophiam distinxit in tres partes, logicam, naturalem et moralem. vide *Tiedemanni* Geist der Spekulativen Philosophie part. II. pag. 328 sqq. *Harl.*] Scripta eius bene multa refert *Laertius* IV. 11 — 14. in quibus *Καλλικλῆς, περὶ τὸν Παρμενίδα, Ἀρχέδημος, Κεφάλαιον* (pro quo forte legendum *Κέφαλος*, vt supra in *Speusippo*.) *Πυθαγόρεια, πρὸς Ἀρύβαν, πρὸς Ἡφαιτίωνα*, et *περὶ Θανάτου, de morte*: quod scriptum *Ficinus* existimauit esse dialogum huius argumenti *Axiochum*, qui inter Platonis scripta legitur et ab aliis tributus est *Aeschini Socratico* 9). Animam definiuit *ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινῶντα*, vt legitur in Scholiis ineditis ad *Dionysium Thracem*. In dialectica tractatione initium fecit a *Φωνῆς* siue vocis consideratione, quo nomine reprehensum narrat *Porphyrius* ad *Musica Ptolemaei*. pag. 193. Praecepta de regno a *Xenocrate* petiit *Alexander M.* teste *Plutarcho* contra *Colotem* p. 1126. et *Laertius* inter *Xenocratis* scripta refert *Στοιχεῖα πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ βασιλείας*. Vitam Platonis scripsisse, testatur *Simplicius*, vt *Laertius* libros duos composuisse *περὶ Μαθητῶν de discipulis*, tum *de Geometris, περὶ Γεωμετρῶν* libros quinque. *Συμποτικὰς νόμους* memorat *Athenaeus* V. pag. 186. Inter *Theophrasti* scripta etiam *τὴν τῶν Ξενοκράτους συναγωγὴν* memorat *Laertius* V. 47.

Diuersus ab hoc *Xenocrates* fuit 2), *Medicus*, qui de percipienda ex animalibus utilitate *περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζῴων ὠφελείας*, (*Clementi Alex.* I. Strom. pag. 717. *περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζῴων*

gae, 1730. pag. 94 sq. Nomen vero additum *ΞΕΝΟΚΡΑΤ* non designat philosophum, sed artificem illum celebrem, quem *Fabric.* ipse paullo post laudat, et qui, vt ait *Plinius* H. N. lib. 34. cap. 8. *Tificratis discipulus, aut, vt alii, Euthy-cratis, vicit utrosque copia signorum et de sua arte composuit volumina*. Hic nomen adiecit gemmae, cui *Silenus* inculpserat. Fabulam quamdam, quae num probabilitatis speciem habeat quamdam, subdubito, de *Xenocrate* narrat *Hübner*, in comment. de scholarum pestibus paedantismo et galantismo, in *Miscell.* Lipsiens. tom. IV. p. 75. laudatque *Richerii* obstetricem animorum c. 2. p. 22. nimirum, vt ostenderet, quosdam studiis inutilissimis operam suam addicere: fecit id, ait, *Xenocrates, Platonis discipulus, qui, vt nu-*

*merum syllabarum, quas elementa et litterae alphabeti, varie inter se collata, componerent, resciret, maximam vitae suae partem in computandis litteris et syllabis subducendis, impendisse legitur; neque tamen ex hoc labore aliud, quam centies millena et ducenta circiter syllabarum millia consequutus est. Harl.*

y) Vid. supra inter deperdita Platonis scripta, IV. nr. 43. et paullo ante, ad *Speusippum. Harl.*

z) Edidit lib. *Fabricius* infra in vol. IX. lib. V. cap. 38. pag. 453 sqq. separatim vero prodit: *Ξενοκράτης περὶ τῆς ἀπὸ ἐνυδρῶν τροφῆς*, cum latina interpretatione *Io. Bapt. Rasarii* et *Conrad. Gesneri* scholiis: nunc primum integritati restituit, varietate lectionis animaduersionibusque illustrauit atque glossarium adiecit *Io. Georg. Frid. Franzius.* Francof.



ζών τρεῖς) libros scripsit, quorum primum laudat *Galenus* N. de simplic. tom. II. p. 132. *Apiron* hinc fuit, teste *Galeno* prooem. lib. VI. de simplic. medic. tom. II. pag. 68. et *Antimod.* IV. 4. Onirocrit. ubi idem opus respicit, quod facit etiam *Actius* Tetrab. I. lib. II. cap. 83. Vixit sub Tiberio, imperatore, ut ex eodem *Galeno* colligo pag. 130. ὁ Ξενοκράτης ἄθροπος ἔπάλαυ γεγωνῶς, ἀλλὰ κατὰ τὰς πάππυς ἡμῶν, τῆς θρωμεινῆς βασιλείας ἀπηγορευτικῆς αἰθρώπυς ἐσθίειν. Ex hoc *Xenocratis* opere *Oribasius* II. 58. collectan. medic. (quae latine tantum exstant e versione *Ioh. Baptistae Rosarii*.) seruauit locum prolixum de alimento ex aquatilibus. Graece minus integrum edidit cum versione sua et scholiis *Conradus* [P] *Gernerus* iunctum *Iani* *Dubrauii*, *Olmocensis* episcopi, libris de piscinis et piscium, qui in eis aluntur, natura, Tiguri 1559. 8. Integrius exstat in codice MS. bibliothecae Iohanneae huius urbis *Hamburgensis*, ne de Vaticana et regis Galliae bibl. dicam, de quibus vide *Labbeum* *Bibl. Nou.* MSS. pag. 174. et 127. Nescio, an cum hoc confundendus sit *Xenocrates*, *Ephesius*, quem de gemmis egisse docet et nuperrime scripsisse adfirmat *Plinius* XXXVII. 2. Sane pro eodem habuit *Labbeus* pag. 174. *Xenocratis* librum περὶ λίθων in Vaticana adhuc superesse testatus. Ex hoc *S. Ambrosius* in *Psal.* 118. tom. I. p. 1182. nonnulla adfert de *Topazio* lapide. Fuit et *Xenocrates*, cuius πρῶτον χειρῶν citat *Etymol.* *Magnum* in *Ἀσσυρία*. Et *Philosophus* hoc nomine, cuius οἰκοσκοπικὸν διάνισμα de signis domi adparentibus, (confer. *Casaub.* cap. V. lection. *Theocrit.*) laudat *Suidas*. [Ex eius libro narrat pluscula *Eudocia* in *Violar.* p. 41. *Harl.*] — *Xenocratis* Ἐλεγεῶν siue Epigramma in *Imaginem Mercurii* exstat *IV. Antholog.* cap. 12. nescio, an illius philosophi hoc nomine, quem *Elegias* non satis feliciter scripsisse ait *Laertius* *IV. 15.* Idem memorat, *Xenocratem*, *Tacticum* perantiquum, tum *statuarium* huius nominis, discipulum *Tificratis*, ut e *Plinii* XXXIV. 8. constat, qui de *toreutice* scripsisse traditur in indice libri XXXIII. et de *pictura*, XXXV. 10. [conf. *Franc. Junii* catalogum architectorum, mechanicorum etc. additum eius libro de *pictura veterum.* *Roterod.* 1694. fol. p. 228.] — Praetereo *Xenocratem* iuniorem, *Chalcedonensem*, auctorem λέγῃς Ἀγριμεντικῆς. et alium, auctorem ἀσμάτων, *Aristoxeno* antiquiorem. His denique accedit *Xenocrates*, *Agrigentinus*, *Isthmionica*, quem celebrat *Pindarus* *Isthm. Od.* 2. [conf. *Corfui* *diff. agonisticas*, *Lips.* 1752. 8. p. 199. et 227.]

*Zenodotus*, *Procli* discipulus. *Damascius* apud *Photium* cod. CCXLII.

*Zethus*, *Theodosii*, philosophi, gener, *Plotino* familiaris. *Porphyr.* in *vita Plotini* cap. 7.

[*Zosimus*, chemicorum scriptor. vid. *Fabric.* *B. Gr.* lib. V. cap. 5. p. 613. *Heumann.*]

[*Zoticus*. *Porphyr.* l. cit. pag. 7. *Heumann.*]

PLATO.

*Francos.* et *Lipsiae*, 1774. et cum nouo forsitan tituli tantum folio, 1779. 8. cel. *Grunerus*, medicus *lenensis*, edidit varias lectiones *Xenocrateas*,

*lenae*, 1777. 8. adde *biblioth. philolog.* vol. IV. part. I. *Nouam* libelli editionem curabit *Joach. Celsianus Ancora*, *Neapolitanus.* *Harl.*

P L A T O N I C A E <sup>aa)</sup>

- Aedesia*, vxor Hermiae, de qua Suidas.
- Amphiclia*, Aristonis filia, filii Iamblichi vxor, quae Plotinum audiuit, teste *Porphyrio* in Plotini vita, cap. 9.
- Arria*. Galenus, siue quisquis auctor, cap. 2. de theriaca ad Pisonem, tom. II. edit. Basil. pag. 485.
- Agreus*, Platonis serua, testamento eius libera dimissa. *Laert.* III. 42.
- Axiothea*, Phliafia, *Laert.* IV. 2. et III. 46. *Clemens* IV. Strom. pag. 523. *Themistius* XXIII. pag. 295.
- Caerelia*, siue *Caerellia*, de qua *Corradus* ad *Cic.* XII. 51. ad Attic. [P]
- Gemina*, mater et filia, quae Plotinum auscultauerunt, teste *Porphyrio*.
- Hypatia*, Alexandrina, Isidori, philosophi, vxor, filia Theonis Alex. de qua *Socrates* VIII. 15. Hist. et *Menagius* in Hist. mulierum philosopharum, [p. 29 — 33.] qui tamen fallitur, quum Hypatiam a *Salmasio* Hippiam vocatam scribit: *Salmasio* enim sermo est de Hippia, sophista, cuius solertiam in omni genere opificii celebrat *Apuleius* in floridis. *Fabric.* De hac praestantissima femina, nata circiter ann. Chr. 350. imperante Constantio, et in seditione populari secundum *Pagii* rationes ann. Chr. 414. misere pereunte, infra in libro V. cap. 22. §. X. vol. VIII. p. 219. vberius disputabitur. Iis, quos iam laudauit cl. *Saxius* in *Onom. litterar.* vol. I. pag. 458 sq. addi possunt quatuor doctae disputationes cel. *Io. Christoph. Wernsdorfi* de Hypatia, philosopha Alexandrina. Wittebergae, 1747. et 1748. 4. *Heumann.* in actis philos. tom. II. p. 96. et *Coszaranius* p. 108. *Harl.*
- Lafthenia*, Mantinea ex Arcadia, *Laert.* IV. 2. et III. 46. *Clemens* IV. Strom. p. 523. *Athenaeus* VII. pag. 279. vbi male *Σαφδμῆς* pro *Ἀρκαδικῆς*, et XII. p. 546. vbi *Speusippo* peramatam notat e *Dionysii* tyranni ad *Speusippum* *Epistolis.* *Fabric.* adde in vol. I. catalog. Pythagoricarum, h. v. *Harl.*
- [*Sospatra*, *Eustathii*, Cappadocis, vxor et Antonini mater, de qua *Eumapius* p. 57 sqq. lepidas mirasque narrat historiolas, aut potius fabulas Milesias. *Harl.*]
- Hic adde foeminam, (nisi *Arria* est, de qua supra,) cui *Laertius* vitas Philosophorum inscripsit et *Φιλοπλάτωναι* vocat, III. 47. tum *Theodoram*, cui *Damascius* inscripsit vitas Isidori. *Phot.* cod. CLXXXI. [P]

<sup>aa)</sup> Conf. *Aegidii Menagii* Historia mulierum philosopharum. Amstelod. MDCCVIII. (1692.) 8. pag. 27 — 35. *Harl.*

## CAPUT V

## DE ARISTOTELE, STAGIRITA, EIVSQVE SCRIPTIS EDITIS.

I—V. De Aristotelis vita atque aetate. Scriptorum eius, vel ipsi tributorum, quae exstant, notitia critica, cum variis obseruationibus, et interpretum praecipuorum commemoratione. Scripta Logica. VI. VII. Rhetorica. VIII. Poetica. IX—XXIII. Physica. XXIV. Physioconomica. XXV. Problemata. XXVI. Metaphysica. XXVII. XXVIII. Mathematica. XXIX—XXXII. Ethica. XXXIII. Politica. XXXIV. Oeconomica. XXXV. Peplus et alia quaedam. XXXVI. Philosophia secundum Aegyptios, quae sub Aristotelis nomine exstat latine. XXXVII. Alia Aristoteli tributa, quae latine tantum leguntur. XXXVIII. Aristotelis Operum editiones. XXXIX. Varia scripta de Aristotele eiusque philosophia.

[Cum auctario G. C. Harles.]

Indicem scriptorum in Aristotelem eiusque interpretes dare animus est libro quinto, [cap. 29. de Simplicio vol. VIII. etc. At iam superiore saeculo edidit *Philippus Labbeus*, Bitoricensis, *Aristotelis et Platonis graecorum interpretum, typis haecenus editorum, synopsis*, Paris. 1657. 4. cui, (vti *Dornius* ad *Ionsium* de scriptoribus hist. phil. III. 31. II. p. 180. adnotauit,) adhaerit primo quadruplicem adpendicem de Aristotelis et Platonis praecipuis omnium operum editionibus; deinde syllabum librorum Aristotelis et Platonis, in quos exstant veterum Graecorum commentaria aut paraphrases; tertio indicem virorum eruditorum, quorum opera graeci Aristotelis et Platonis interpretes et philosophi in lucem prodierunt, aut latinitate donati fuerunt; quarto catalogum cognominum ad nomina sua seu praenomina reuocatorum. Quem librum oculis vsurpare mihi non licuisse, doleo; at *Fabricium* et *Buhlium* illo iam fuisse vfos, suspicor. Ego vero statim catalogum plurium, qui vitam et philosophiam Aristotelis vberius exposuerunt, ab initio praefigam.

Vitam igitur Aristotelis composuerunt eiusque philosophiam illustrarunt cum antiquiores, tum recentiores numero haud pauci. Primum memorabo antiquiores vitae Aristotelicae scriptores, quorum multi iniuria temporis perierunt; dein e recentioribus eos potissimum, ad quos postea erit interdum prouocandum, missis scriptoribus de sectis vitisque philosophorum, partim a *Ionsio* de scriptoribus hist. philosoph. libr. IV. p. 249 sqq. et alibi passim atque in dissertat. de historia peripatetica p. 387 sqq. laudatis, partim a me in tomo secundo nostrae bibliothecae p. 612 et 620. atque supra ad Platonem memoratis. Ea tamen, quae *Fabricius* infra initio sect. XXXIX. de scriptoribus vitae Aristotelicae congescit, huc referam, meisque inferam obseruationibus. Reliqua, quae de Aristotelis fati etc. ibi collecta referuntur, h. l. nondum attingam. *Cel. Buhle* in Aristotelis vita plurimos enumerauit. Ad eos igitur, quorum scripta perierunt, pertinent *Hermippus* et *Apellico Trius*, quorum libri de Aristotele apud *Eusebium* de Praeparat. euangel. XV. 2. *Athenaeum* Dipnos. XIII. p. 589. *C. Diogenem Laert.* V. 1. et alibi occurrunt, (de *Apellicone* vid. *Ionsius* II. 15, 3. p. 332 sq. infra in catalogo Peripateticorum, de *Hermippo* idem in diss. de historia peripat. pag. 394 sq.) *Apollodorus*, Atheniensis, cuius chronica *Laertius* in vita Aristotelis exscripsit, *Aristoxenus* in *Bleis ἀνδρῶν*, vide *Suidam* voc. Ἀριστοξένος, infra in capite de eo et vet. musicis, *Aristocles*, Messenius, qui in libris de philosophia Stagiritae inprimis vitam et placita exposuit, ex quo de Aristotele quaedam citat *Theodoretus* Θεραπειῶν. serm. IX. et XII, *Sotion ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων*, opere magni ambitus, postea ab *Heraclide Lembo* in epitomen redacto, (vid. infra ca-

tal. Peripateticorum,) *Demetrius Magnus*, de poetis ac scriptoribus aequiuocis, (*Diog. Laert. V. 3.*) *Timotheus*, Athenienſis, de vitis, (*Diog. III. 5.* ibique *Menag. V. 1.* etc.) *Ditaearchus*, peripateticus, probabiliter quoque de Aristotele, in opere *περὶ βίων*, (de quo *Menag. ad Diog. Laert. III. 4. ſc.*) *Damascium*, Iſidori et Simplicii diſcipulum, concinnaffe vitam Ariſtotelis, probabile videtur cl. Buhlio, p. 80. (conf. *Ionſi ſcript. hiſtor. phil. III. 19, 4.* et diſſ. de hiſtoria peripatet. p. 392.) De fide quorundam quid ſtatuendum ſit ex mente cl. *Meinerſii*, vid. in vol. I. de Pythagora p. 770 ſq. Aliorum vitae Ariſtotelis graecae, partim a librariis editae, latent adhuc in bibliothecis. *Nicander*, Alexandrinus, teſte *Suida* in *Διοχρόν*, librum ſcripſerat *περὶ τῶν Ἀριſτοτέλεος μαθητῶν*.

Quorum veterum vitae Ariſtotelis adhuc exſtant, eas iunctim edidit, recenſuit, notisque doctis varii generis, maxime criticis, illuſtravit cel. *Buhle* et vol. I. editionis ſuae Ariſtotelis praemiſit. Hoc autem ſequuntur ordine: 1) *Diogenes Laertius*, ex libr. V. (ad quod caput in primis conferendae ſunt animaduerſiones *Menagii*, in edit. Meibomiana, et *Reſſius* in *Commentatt. Laertianis* §. 38. p. 83 ſqq. de *Hermia*, apud *Diogenem Laertium*, loco *Diogenis*, a Meibomio male intellecto, et *Suidae* loco quodam agit. 2) *Ammonius* *Hermeae* vel *Io. Philoponus*. *Ἀριſτοτ. βίος κατ' Ἀμμώνιον*, in prolegomenis commentarii ad *Categorias*. Textus tamen graecus non integer ad nos peruenit. Ad *Ammonium* igitur plerique referunt hanc vitam, vt librarii quorundam codicum, *Fabricius* noſter, (qui in nota obſeruat, *Ammonio Saccae* hanc vitam perperam tribuiſſe *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. phil. III. 13, 3. pag. 86.) *Iriarte* in *Catal. codd. graec. Matrit.* vbi in cod. XV. varia Ariſtotelis ſcripta continentur, p. 54. nr. 46. aliique. At quoniam in nonnullis codd. vt *Matrit.* nullum auctoris nomen additur, tum in illa vita occurrunt minus graece dicta, denique abſurda, quae neque ab *Ammonio* potuerunt proficiſci, neque a *Philopono*, fuerunt, qui hanc vitam Ariſtotelis abiudicaret *Ammonio*, et librario potius cuidam imperito, aut ſeriori grammatico adſignandam cenſerent; inprimis id validis argumentis oſtenderunt *Fr. Patricius* in diſcuſſ. peripatet. tom. I. lib. I. pag. 7. et *Buhle* in notis ad illam vitam p. 51 ſq. graece exſtat praefixa *Opp. Ariſtotelis* edit. Aldinae 1495. fol. et *Ammonii* commentariis in *Categorias* Ariſtot. apud *Aldum* 1503. fol. gr. et lat. in edit. *Ariſt. Duvalliana*. — 3) *Vita ex vetere translatione*, horrido ſermone expreſſa. Facta eſt translatio maximam partem ex vita graeca, quam modo vidimus a nonnullis tribui *Ammonio*: at multa in ea inſunt, quae in graeco deſideramus; deſunt alia, aut aliter narrantur, quae in illo legimus: quare ſuſpicatur *Buhle*, vitam, quam nunc habemus, alius tantum antiquioris eſſe epitomen, a librariis paſſim denuo interpolatam. Praefixa eſt iſta vita latinae editioni *Operum Ariſtotelis Venetae*, 1496. fol. Hinc *Petr. Io. Nummeſius*, *Hiſpanus*, qui praeterea *Damaſcium* auctorem perperam habuit, iam refutatus a *Voffio* libro II. hiſtor. gr. cap. 22. fruſtra conatus eſt perſuadere vitis doctis, vitam illam primum a ſe in lucem eſſe protractam. *Nunneſius* autem edidit illam in libro inſcripto:

De recta atque utili ratione conſciendi curriculum philoſophici *P. Io. Nummeſii*, *Valentini*. — Accessit huic libro duplex ratio explandae *Ariſtotelis* breui indicata: vna ſolis methodis eiusdem contenta: altera, quae ſit praeluculentibus explanationibus, atque vtraque illuſtratur

\*) De quo vid. *Ionſi* libr. cit. III. 19, 4. pag. 104 ſq.

tur cap. I. lib. Perihermenias. *Vita Aristotelis ex veteri translatione cum eiusdem Petri Io. Nunnesii notis.* Barcinone ex typographia Seballiani a Cormellas, 1594. 8.

Vid. *Gregorii Maiansii Specimen bibliothecae hispano-Maianfianae — ex museo Davidis Clementis.* Hancueræ 1753. 4. pag. 84 sq. Vbi Maiansius, „hic libellus, ait, demonstrat, Nunneium fuisse peripateticum insignem, et inter eos eruditione nemini secundum. Utinam in lucem prodiret eius *liber de claris peripateticis*: quo in libro, ut ipse ait fol. 178. *quæ singularia in quoque fuisse potuimus obseruare, colligimus, ut paullo antea in Andronico fecimus.*“ Idem Nunnesius, teste Maiansio l. c. p. 80. edidit *de causis obscuritatis Aristoteleae, et de illarum remediis orationem; librum de constitutione artis dialecticæ, in quo exemplo Galeni docetur ex notione finis, cur singula præcepta artis tradantur.* etc. Valentiae, typis Io. Mey, Flandri. 1554. 8. Orationem, subtiliter et erudite scriptam, atque eloquentiam philosophicam esse, censet Maiansius. — Post hæc *vita Aristotelis*, (quam ab Ammonio aut Philopono scriptam plurimi crediderunt,) separatim gr. et lat. *vna cum veteri translatione et P. I. Nunnesii erudito commentario*, (in quo de moribus philosophi, de ratione philosophandi, de scriptis, auditoribus et successoribus egit,) item *eiusd. Nunnesii* institutione philosophiæ peripateticæ s. de recta atque utili ratione conficiendi curriculum philosophiæ peripateticæ atque memorata oratione, iterum typis descripta est, (cura *Lucae Holstenii*, ut ipse innuit in libello de vita et scriptis Porphyrii cap. 1.) Lugd. Bat. 1631. 8. et Helmstadii 1666. al. 1667. 4. (add. *Ionis* lib. de script. hist. phil. III. 26, 1. pag. 142 sq.) — Adnotante Buhlio, subiuncta quoque est vita illa cum *Nunnesii* notis libello *Sebastiani Foxii Morzilli* de ratione studii philosophici. Lugd. Bat. 1621. 12. — *Foxii* autem *Morzilli* libellum ita citat Maiansius: — *Seb. Foxii Morz.* de philosophiæ studii ratione *Epistola ad Franciscum fratrem*, eamque exstare scribit in libello, cui titulus est: *H. Grotii et aliorum diss. de studiis instituendis.* Amsterod. ap. Lud. Elzeuir. 1643. 12. in qua quidem collectione vitam illam Aristotelis deesse arbitror.

4) Sequitur in edit. Buhlii *anonymus* graecus de vita scriptisque Aristotelis. Copiosior est ceteris, quod ad successores eiusque libros adtinet. Innotuerat libellus ille mstus iam Octaviano Ferrario, (vid. lib. de sermon. exoter. pag. 16.) *Menagius* autem, nactus illum a Philippo Loialtaeo publici iuris fecit notisque illustravit ad Diogenem Laertium lib. V. sect. 35. tom. II. p. 201 sq.

5) *Dionysius Halicarn.* in Epistola ad Ammæum, tom. VI. p. 727 sqq. edit. Reisk.

6) *Hesychius illustris*, Milesius, *περὶ σοφῶν*, p. 9 sq. — 7) Suidas voc. *Ἀριστοτέλης*.

E recentioribus, ut ad hos veniam, præter *Nunnesium*, de quo paullo ante sermo fuit, et Lactii interpretes, Grauium, Stankeium, Adelungium aliosque historiae philos. conditores, saepe a me iam laudatos, memorandi sunt:

*Francisii Patrii discursuum peripateticarum tom. IV.* quibus aristotelicæ philosophiæ *uniuersa* historia atque *dogmata* cum *vetorum* placitis collata, *eleganter et erudite* declarantur. Operis, veteri re. um nouitate gratissimi, argumenta sequens docebit pagina. Basilæ ad Pernæam Lecythum. 1581. fol.

Quatuor tomi, qui antea separatim in lucem editi fuerunt Venetiis, (quando autem hic lucem viderint, nusquam, quamquam multos, postea partim nominatos, consului, reperire potui:)

potui:) in hac editione sanctim prodierunt. [Venetiis primum produsse 1571. 4. observat *Gerdes*. Floril. libr. rar. pag. 273. *Beck*.] Patricius, coeco Platonis amore abreptus, Aristotelem inique tractavit, adeo illi infensus, ut Ferrariae contra Stagiritam, doceret, immo vero in epistola ad Gregorium XIV. s. dedicatione, novae suae philosophiae praemissa, huic auctor esset, ut Aristotelis libri e manibus iuuenum excuterentur, ac Plato restitueretur. Quare in discussionibus peripateticis philosophiam Aristotelicam inprimis sumit sibi refutandam. At enim non sectatus est philosophiam platonice veterem, sed quae ab Alexandrinis academicis mutata erat et adulterata. Neque tamen laude sua defraudandus est liber; maxime tomus I. ad vitam sectamque Stagiritae cognoscendam multum confert. Tredecim enim libris differitur de Aristotelis vita, moribus, libris, (de quibus a cap. 2. fusius disputat, et, qui genuini aut spurii ipsi videantur, studiose inquiri,) auditoribus, sectatoribus, expositoribus, interpretibus, sectis, philosophandi ratione. De Patricio et hoc libro, haud admodum frequenti, plures viri docti diuersimode iudicarunt, aut notitiam illius dederunt *Morhof*. in polyhist. philosoph. lib. I. cap. 8. pag. 45 sq. et lib. II. part. I. cap. 12, 2. pag. 216 sq. *Lonfius* III. 15. 1. p. 137 sq. *Ian. Nicus*, Erythraeus, in Pinacotheca, part. I. p. 203. *Io. Launcius* de varia Aristotelis in academia Parisiensi fortuna, cap. 14. pag. 279 sqq. edit. Elswichii, *Papadopulus* in hist. gymna. Patau. tom. II. lib. II. cap. 35. nr. CCXII. *P. Bayle* in diction. voc. *Patrice*. vol. III. Auctor Thesauri bibliothecalis, tom. I. Noribergae 1738. 4. pag. 252 — 254. *Brucker*. hist. crit. phil. tom. IV. part. I. pag. 422 sqq. qui alios VV. DD. laudat. *Baumgarten* in Nachrichten von einer hallischen Bibliothek, vol. I. pag. 209 — 215. [*Niceron* T. XXXVI. p. 15.] — Defendit tamen Aristotelem *M. Melchior Weinrich* in orat. apologetica pro Aristotelis persona aduersus calumnias et criminationes Fr. Patricii, philosophi platonici, Lipsiae 1614. 4. — E contrario Patricium in aduersando Aristotele temere sequitur V. D. in *Obseruat.* Hal. tom. III. obs. X. — *Couring*. in epist. ad Racheium adfirmat, Patricium omnium Aristotelis hostium optime de aristotelicae philosophiae historia meritum esse. *Gasfendi* diss. aduersus Aristotelicos *Rich. Simon*. tom. IV. bibl. criticae p. 100. ait, esse epitomen operis Patriciani, de quo idem multa tom. I. bibl. selectae cap. 25. p. 166 sqq.

Aliquoties citatum legi opusculum *Patricii*, cui sit nomen *Aristoteles exotericus*; at enim pars est vltima, duobus foliis constans, operis, quod tantae est raritatis, ut, iudice *Sorrello* de perfect. hominis pag. 517. eius pretio bibliotheca quaedam parua possit coemi <sup>b)</sup>, et quod inscriptum est:

*Noua de vniuersis philosophia libris quinquaginta comprehensa: in qua aristotelica metho- do non per motum, sed per lucem, et lumina ad primam causam ascenditur. Deinde noua quadam, ac peculiari metho- do tota in contemplationem venit diuinitas. Postremo metho- do platonica rerum vniuersitas a conditore deo deducitur. — — Ferrariae apud Benedic. Mam- merellum, ann. MDXCI. (1591.) fol.*

Exemplar huius editionis fuit in bibl. Baumgartenii, et ab eo in Nachrichten von einer hallischen Bibl. tom. I. pag. 199 — 209. copiose descriptum, vbi pag. 200. Bayle emendatur. Nomen Patricii in fronte libri non indicatur. Altera autem editio quam in manibus habeo, repetita

<sup>b)</sup> Admodum parua sit bibliotheca necesse est: Noriberg. habeo, adscriptis const. ob summam raritatem 12 flor.

repetita tantum fuerit, sed in titulo ita differt, vt, iactationibus prioris ed. ommissis, reliqua, quae Patricius in priore editione iam euulgauerat, simul indicentur; quare post verba: *deo deducitur*, haec sequuntur: *Auctore Francisco Patritio, philosopho eminentissimo et in celeberrimo romano Gymnasio summa cum laude eandem philosophiam publice interpretante. Quibus postremo sunt adiecta Zoroastris oracula CCCXX. ex Platonicis collecta. Hermetis Trismegisti libelli, et fragmenta, quotcumque reperiuntur, ordine scientifico disposita. Asclepii discipuli tres libelli. Mystica Aegyptiorum, a Platone dictata, ab Aristotele excepta et per scripta philosophia. Platonicorum dialogorum nouus penitus a Francisco Patritio inuentus ordo scientificus. Capita demum multa in quibus Plato concors, Aristoteles vero catholicae fidei aduersarius ostenditur. Venetiis. Excud. Robertus Meietus. 1593. fol. — Capita repetit Launoius l. c. pag. 283 sqq.*

Quoniam Patricius Bernardino Telesio, adnotante *I. G. Lottero* in commentario de vita et philosophia Telesii, Lipsi. 1733. 4. pag. 56. 57. 61. multa debuit, per hanc occasionem memorabo opus, in quo Telesius multa contra Aristotelem disputat, et ab aliis argumenta aristotelica expendantur:

*Tractationum philosophicarum tomus unus, in quo continentur I. Philippi Mocenici, Veneti, vniuersalium institutionum ad hominum perfectionem, quatenus industria parari potest, contemplationes V. II. Andreae Caesalpini, Aretini, quaestionum peripateticarum libri V. c) III. Bernardini Telesii, Consentini, de rerum natura iuxta propria principia libri IX. — Excudeb. Eustathius Vignon Atrabat. 1588. fol.*

Adde, quae infra ad §. XXXII. adnotantur. Ad Aristotelem redeo.

*D. Io. Georgii Niemeieri* diss. resp. Chstii. Günth. Gödeke de Aristotele eiusque philosophia. Helmstadii 1703. 4. quae diss. exhibet breuem quidem, at plenam tamen historiam et veluti imaginem Aristotelis, eius philosophiae et huius factorum ad recentissima usque tempora. — *Ibidem* comparuerunt *Herm. Conringii Aristotelis laudatio. Orationes duae* (de Aristotele et eius philosophia,) 1633. 4. quae iure laudantur ab Hugone Grotio epist. 358. *Recusae* sunt illae *II. oratt. in tom. V. Operum Conringii, Brunsvig. 1730. fol. p. 726 sqq.*

*Rapinus* in: *Comparaison de Platon et d' Aristote*, Paris. 1671. 12. et in *Rapini Opp. tom. I. pag. 208 sqq.* sequutus est Schottum. conf. *Bayle diction. voc. Rapin.*

A Fabricio haec notantur: „*Hieronymus Gemuscaeus* de vita Aristotelis et eius operum censura <sup>d)</sup>, *Guarinus Veronenfis* et *Leonardus Aretinus* de vita Aristotelis, *Philipp. Melancthon* tom. II. *Declam. pag. 375 sqq.* et alia vita Aristotelis ab eodem scripta, tom. III. p. 679 sqq. cui denique *Io. Jac. Beurnus* Basil. 1587. 8. [a *Bruckero* l. pag. 777. not. o. edit. 1581. et ad *Lufi* lib. de script. list. philos. III. 15, 5. p. 139. edit. ann. 1589. 8. citatur <sup>e)</sup>.] Cum primis vero

c) Liber *Caesalpini*, Profess. academiae Pisanae, primum editus est Venetiis apud Iuntas, 1593. 4. adiectur libellus *Daemonum inuestigatio peripatetica*, vbi e principis aristotelicis de daemonibus superstitione agit, atque refutat Galenum.

d) Ex *Io. Philopono*, praefixa est Aristotelis *Opp. Lugd. 1578. fol.*

e) At *Leon. Aretini* vita Aristotelis non exstat: sed est eadem, quae auctorem habet *Guarium*, et adhaeret calci vitarnm parallel. *Plutarchi*, Venetiis per *Nic. Ienson*, 1478. fol. et praemissa *Aristot. Opp. Basil. 1531. fol.* reperitur autem in alia antiqua *Plutarchi* editione f. a. et l. in calce huius sententiae: *Plutarchi de vita atque gestis Aristotelis*

vero dolendum, non vidisse lucem *Io. Iouffii* dissertationes reliquas de historia peripatetica, quarum prima tantum edita est Hamb. 1652. 4. in qua plures Aristoteles recensentur, et *peripatetica* philosophia nomen accepisse docetur a *peripato*, in quo Aristoteles docuit. In reliquis voluit Aristotelis vitam, mortem, vitia, virtutes, diligentiam etc. tum antecessores eius, eorumque sententias ex ipso, successores item et aduersarios, denique libros eius, cum in genere, tum in specie genuinos, spurios, deperditos et mutilos persequi. Illam dissert. subiecit *Io. Hermannus ab Elswich* editioni suae *Io. Launonii* lib. de varia Aristotelis in academia Parisiensi fortuna, Vitembergae, 1720. 8. pag. 385 — 428.

In *Gronouii* thes. antiqq. graecar. edit. Venet. vol. X. varia sunt scripta, quae huc pertinent: n. 1) *Pseudo-Origenis*, philosoph. p. 283. (cap. XX. pag. 135 sqq. in editione illorum philosoph. curata a *I. Chrstoph. Wolfio*, qui in notis quaedam explicuit illustrauit.) 2) *Guil. Morellii*, Tiliiani, de veterum philosophorum origine, successione, aetate et doctrina cum *Hier. Wolfii* adnotationibus, p. 332 sq. de Aristotele, 3) *Desiderii Iacotii*, Vandoperani, de philosophorum doctrina, pag. 365 sqq.

La Vita de Aristoteles per *Estevan de Villa*, in: Las Vidas de doze Principes de la Medicina, per *Estev. de Villa*, en Burgos, 1647. 8.

*M. Io. Mich. Schwimmers* — academia prisca Graeciae, siue tractatus historicus de Graeciae prisca professoribus Socraticis, Platonis seu Academicis, Peripateticis et Stoicis aliisque, opusculum singulariter vtile. Ienae, 1674. 4. valde culpatur ab *Heumanno* in *Actis phil.* tom. I. p. 1070 sqq. et ex *Hornii Vossii*que libris compilatum esse arguitur.

*Morhof.* in Polyhistore philosophico libr. I. cap. VIII. copiosus est de Aristotele scriptoribusque de secta ac philosophia peripatetica isagogicis atque historicis; cap. IX. de interpretibus Aristotelis graecis; cap. X. de interpretibus Arist. arabicis; cap. XI. de interpret. Arist. latinis; cap. XII. de Aristotelis impugnatoribus.

*Heumannus* in *Actis philof.* vol. III. p. 345 sqq. praemissa notitia, ex editione perantiqua *Problemata Aristotelis*, sine l. et a. nota in 4. lat. recudi fecit et explicuit poema vetus scholasticum *de vita et morte Aristotelis*, idemque adnotauit, *Cornelium Agrippam* in libro, de vanitate scientiarum cap. 54. pag. 221. testatum esse, theologos Colonienfes, coeco Aristotelis amore impulsos, non solum librum de salute (aeterna) Aristotelis edidisse, sed et *aliud versu et metro de vita et morte Aristotelis; quem (librum) theologica insuper glossa illustrarunt, in cuius calce concludunt, Aristotelem sic fuisse Christi praecursorem in naturabilibus, quemadmodum Ioannes Baptista in gratuitis.*

III

*telis per Leonard. Aretinum, historia, in Latinum traducta linguagium.* Quae vita vna eademque est cum vita, a *Guarino* conscripta, quamvis inscriptiones tantum diuersae, id quod ex vtriusque collatione adparere, et *Fabricium* aliosque, vt duplicem esse *Guarini* atque *Aretini* vitam putarent, deceptos esse, monet auctor *catal. Bunsu.* tom. I. vol. II. pag. 1036 sq. *Mansius* quidem in edit. *Fabricii* bibl. lat. med. et infimae ae-

tatis tom. I. p. 293. scribit, *Leon. Aretini* vitam Aristotelis nondum prodidiisse. Curatius tamen rem expedit *Apostol. Zenus* in: *Dissertationi Vossiani*, tom. I. p. 88. *Aretinum* primum collegisse vitas *Plutarchi* a diuersis auctoribus latinitate donatas, Romae per *Vdair. Gallum*, 1470. fol. rep. saepius, et Venet. 1502. fol. vbi aliae vitae accesserunt, in his vita *Platonis atque Aristotelis, a Guarino confecta.*



In *bibliotheca philosophica Struuiana* — *curia a Lud. Mart. Kahio*, Gottingae, 1740. 8. tom. I. p. 40 sqq. 223 sqq. tom. II. p. 147 sqq. et p. 379 sqq. multi scriptores de Aristotele eiusque philosophia ac libris etc. citantur.

E recentioribus potissimum laudandi sunt *Bayle* in *Diction.* vol. I. voc. *Aristote.* 10. *Francisc. Buddeus* in compendio historiae philosophicae, Halae Saxon. 1731. 8. cap. IV. §. 27 — 33. p. 186 — 234. — *Io. Anton. Valpium* scholae duae, 1) de Aristotele eiusque laudatoribus et reprehensoribus; 2) quae praecipue ei vitio vertantur. Adiectum est syntagma de veteribus philosophis, libro I. Physicorum ab Aristotele memoratis. Patavii. excud. Ios. Cominus. 1728. 4. — *Brucker.* in historia critica philos. vol. I. pag. 775 sqq. et vol. VI. pag. 238 sqq. — *Meiners.* in historia doctrinarum apud Graecos et Romanos, (Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom,) tom. I. pag. 165 — 206. qui potissimum defendit Aristotelis fidem historicam in tradendis atque examinandis Pythagoreorum veterum placitis, eumque a calumniis aliorum vindicat; — *Gurlitt* in *Sciagraphia hist. philos.* (germanice scripta,) pag. 113 sqq. — *Duteroch Tiedemann* in: *Geist der spekulativen Philosophie*, Marburg. 1791. tom. I. cap. VII. pag. 212 sqq. — *Comenius* in introductione ad versionem gallicam librorum Aristotelis de historia animalium; *Buhle* in vita Aristotelis, per annos digesta, praemissa vol. I. Opp. Aristotelis pag. 80 sqq. — Ex his Fabricii narratio abunde poterit suppleri. In altera editione Introductionis in histor. L. Gr. tom. I. pag. 432 sqq. de Aristotele copiose disserui. — Bene multi alii qui vario modo variaque fortuna de scriptis, opinionibus Aristotelis aliisque rebus, ad eum pertinentibus scripserunt, passim in hoc capite memorabuntur. *Harl.*]

**A**RISTOTELES <sup>f)</sup> natus est Stagiris Macedoniae <sup>g)</sup>, in agro Olynthiaco, [vrbe Macedoniae, in sinus Strymoniaci litore sita.] Olymp. XCIX. i. <sup>h)</sup> praetore Diotrephe, ante Christum CCCLXXXIV. Patrem habuit Nicomachum, medicum Amyntae, regis <sup>i)</sup>, qui Alexandri M. auus fuit, matrem Phaestidem. Educationis illius curam post parentum

f) Fuere multi hoc nomine, nam duos et triginta recenset *Ioh. Ionsius* in diff. I. de Philosophia s. historia Peripatetica, et lib. I. de Scripto-ribus Hist. Philosoph. cap. 12. E Ionsio *Mena-gius* ad Laertii V. 35. *Fabric.* Margini exempli sui adscripsit Fabricius: „*Aristoteles*, Rhodius, Phocaeae princeps, Proclus pag. 27. in *Timaeum*, *Aristot.* lib. II. *Oeconom.* — *Aristoteles*, Echineaten-sis, episcopus, qui subscripsit concilio CPolita-no a. C. 459. *Lambec. comm. de bibl. Vindob.* VIII. p. 423. (p. 893. edit. Kollarii.) — *Aristote-les*, Argivus, Polyb. II. 53. *Plutarch.* Arato pag. 1028. 1047. et *Cleomene* pag. 814. — *A. Licinius Aristoteles*, quem commendat Cicero XIII. *epist.* ad *Diuerf.* 52. — *Aristoteles* aliquis, qui *Iustino* XIII. 7. *Aristaeus Battus*, Cyrenes conditor. — *Aristoteles*, Panormitanus, orator et philosophus, de quo *Philadelphus Mugnès* in suo *Laertio nouo*,

quem *Panormi* 1654. 4. euulgauit, est commentitius, vt iam notatum est a *Mongitore* in *Bibl. Si-cula* I. p. 84 sq. vbi quoque agit de *Aristotele Si-culo*, oratore.“ adde *Mollerii* *Homonymoscopiam* pag. 287 sqq. *Bayle* *Diction.* voc. *Aristote*, archi-ecte. *Harl.*

g) Alii ad Thraciam referunt, minus bene. Vide *Nunnesium* ad vit. Aristotelis, latine ab *Ano-nymo* scriptam. [et *Buhlium* pag. 82.]

h) *Dionysius Halicarn.* *Epistola* ad *Ammaeum* p. 121. *Apollodorus* apud *Laert.* V. 9. *Andreas Schottius* in vitis comparatis Aristotelis ac *Demo-sthenis.* *Augustae Vindel.* 1605. 4.

i) *Ammonius* siue *Philoponus* in vita *Aristote-lis*, quam latine vertit etiam *Petrus Aleyonius* ad calcem paruorum naturalium et aliorum artis scriptorum, Venet. 1521. [conf. *Fabric.* in *elencho medicorum* infra in vol. XIII. pag. 83.]

parentum obitum gessit Proxenus, Atarnensis <sup>k</sup>). Hinc literis humanioribus imbutus, ad philosophiam iussu Oraculi <sup>l</sup>) [[P]] se contulit. Athenis per aliquod tempus pharmacopolam et medicum egisse, tradunt *Athen.* VIII. pag. 354. aliique, [quos laudat Buhle pag. 84 sq.] Ab anno aetatis decimo septimo <sup>m</sup>) (Olymp. Cl. i.) frequentavit Platonem. Cui cum industriam singularem <sup>n</sup>), sed non item probasset praefidens <sup>o</sup>) ac liberius ingenium et declinationem corporis cultusque curam <sup>p</sup>), Aristoteles ab eo discessisse, atque ipse scholam Athenis condidisse, vel expulso Platone, in ipsa eius peripato <sup>q</sup>), vel saltem in Lyceo <sup>r</sup>) traditur <sup>s</sup>).

Alii,

<sup>k</sup>) Id. Philoponus. Alterius *Proxeni*, Boeoti, qui Xenophontem Cyro iuniori commendavit, mentio apud *Laert.* II. 49.

<sup>l</sup>) Idem Philoponus.

<sup>m</sup>) *Dionysius Halicarn.* *Laertius* V. 6. et *Syn-cellus* p. 258. *Prosper.* in Chron. p. 694. *Aristoteles XVIII.* aetatis suae anno *Platonis auditor est.* Apud Philoponum legas per triennium Aristotelem etiam fuisse discipulum Socratis; sed error est, cicutam enim biberat Socrates Olymp. XCV. i. duodecim annis ante Aristotelem natum. *Fabric.* *Leo Allatius* in dialogo de Socratis scriptis Paris. 1637. 4. quaestionem movit, vtrum Socrates Aristotelis discipulus esse possit, nec ne? quod iam adfirmarant, saltem prodiderant memoriae Ammonius in vita et Olympiodorus in *Gorgiam* Platonis prax. 42. Socrates, qui cicutam bibit, intelligi nequit, vt Niemeierus aliique, quos iam citat, in diss. mem. §. VII. animadverterunt. At *Ionisius* III. 29, 9. pag. 168. controuersiam ita componendam esse putat, vt ponatur, duos tum vixisse Socrates, quos in Platonis Politico obseruauit, et quorum ille; Platonis praeceptor, ante Aristotelem natum mortuus; hic vero, Platonis condiscipulus atque familiaris, Aristotelis praeceptor, sine vlla contradictione esse potuerit. *Socrates ó μαίετος* occurrit in *Metaph.* Aristot. VII. II. *Hart.*

<sup>n</sup>) Vnde Plato domum Aristotelis adpellabat domum Anagnostae, teste Philopono.

<sup>o</sup>) *Aelianus* III. 19. Var. adde IV. 9.

<sup>p</sup>) *Laert.* V. 1.

<sup>q</sup>) *Ensebius* Praeparat. p. 79t. *Aelianus* loco laudato.

<sup>r</sup>) Philoponus; qui tamen hoc refellit.

<sup>s</sup>) De illo inter Platonem et Aristotelem diffidio, quod alii nimis exaggerant, et de ingrato aduersus praeceptorem animo, cuius notam nonnulli Stagiritae philosophi nomini inurunt, abunde disputarunt, et Aristotelem bene purgarunt ab illo crimine *Perizonius* ad *Aelian.* H. V. lib. III.

19. init. Niemeierus, (in diss. cit. §. 34.) Bayle, Brucker atque Buhle. Cl. tamen *Io. Adam Emmrich*, Inspector Lycei Meiningensis, in progr. de ingrato *Aristotelis erga Platonem animo*, Meiningae 1786. contra Bayle et Brucker. disputans, renouat aduersionem, argumentis ab indole et charactere Aristotelis et testimonio *Diog. Laert.* atque *Aeliani* sumtis. Ammonius quidem in vita Aristotelis pag. 44 sqq. qui hunc defendit, diffensum inter vtrumque haud omnino negat; at, ingrati animi suspicionem ab Aristotele remoturus, prouocat ad aram, supra in cap. de Platone iam memoratam, quam ille dedicauerit Platoni cum inscriptione. Atque *M. Io. Frider. Preuser*, qui in comment. de ara, Platoni ab Aristotele posita, Wittebergae 1753. 4. de illa est copiosus, vel ope illius monumenti crimina mentis ingratae, Aristoteli facta, diluere adlaborat, idemque pag. II. prouocat ad testimonium Olympiodori in comm. in *Gorgiam* Platonis, Aristotelem scripsisse in laudem Platonis integram orationem, in qua vitam eius primo descripserit, postea eius celebrarit laudes. Argumenta, quibus vtitur ad Aristotelem defendendum, firma sunt, nec tamen noua: at quod ad inscriptionem, quae arae addita et ab Aristotele ipso composita putatur, adinet, cl. *Buhle* ad Ammonii vitam p. 53. ex Olympiodori commentario fragmentum illud integrum adfert; tum negat, istud pertinere ad Aristotelem, et illi potius esse videtur fragmentum carminis, quod ab alio in laudem Aristotelis confectum, atque Eudemo, huius discipulo et familiari, inscriptum, postea in numerum elegiarum Aristotelis ad Eudemum transiisset. Insuper, ara licet posita, tamen oriri potuerunt inter vtrumque altercationes et disputationes de rebus philosophicis acriores, et fieri potuit, vt Plato, dum viueret, eiusque familiares, inuiderent laudi Aristotelis: sed ab inuidis credulisque hominibus res est mire agitata et exaggerata. vid. *Buhle* pag. 86—90. De *Lyceo*, loco in suburbio Athenarum, et a templo, *Apolini*

Alii <sup>1)</sup>, Platone superstitē, negant, hoc accidisse; sed Aristotelem illius fuisse auditorem per annos viginti <sup>2)</sup> vsque ad defunctum scilicet Platonem Olymp. CVIII. 1. anno aetatis Aristotelis XXXVII. [Platone Olymp. CVIII. 1. mortuo, et Speusippo in academia locum illius occupante, Aristoteles ad Hermiam, eunuchum, Platonis discipulum, Atarnae, Assi, aliarumque vicinarum urbium tyrannum, se contulit, ab eoque per tres annos vna cum Xenocrate honorifice habitus est. Hermia, cuius virtutes scolio celebravit, (vid. supra in vol. II. pag.

Cc 2

III sq.

lini Lycio ibi dicato, nomen sortito, vid. *Suidas* tom. II. h. v. p. 467. *Meursii* Athenae atticae II. 3. *Phil. Iac. Crophii* diss. praefide *Io. Andr. Schmidio*, de gymnasiis litterariis Atheniensium, repetita a *Chr. Fr. Bruckero* adiectaque *Scip. Aquiliano* de placitis phil. ante Aristotelem, et *Franc. Dominici Haebelin* comm. Lycei Atheniensis cum Georgia Augusta comparatio, Gotingae 1741. 4. collata animaduersione *Bruckeri* l. c. vol. VI. p. 239. — Vnde secta eius nomen *Peripateticorum* acceperit, haec quaestio inultos exercuit. Alii, vt *Iosius*, cui accedere videtur *Meibom.* ad *Diog. Laert.* prooem. I, 17. et V, 2. plura colligens loca, deriuant a *peripato*, *ambulacro*, in Lyceo, (conf. *Perizon.* ad Aeliani H. V. lib. III. cap. 19. pag. 255 sq. de vi voc. Περὶπατος erudite differentem,) vbi docuit Aristoteles, alii, quae antiqua et vulgaris est expositio, a *περιπατῶν*, quod Aristoteles et cum maxime eius sectatores inambulantes disputabant in Lyceo, (vid. *Cicer.* I. academ. quaest. cap. 4. vbi *Dauisii*, illam sententiam probantis, notam conferes, *Diogen. Laert.* II. c. 1. *Ammon.* in comment. in Aristot. Categ. p. 4. et alibi apud *Fabric.* lib. IV. cap. 26. p. 169. vol. IV. alii) quae explicatio haud omnino spernenda esse videtur, si dixeris, id nomen de Aristotelis discipulis per eminentiam fuisse vsurpatum, deinde ad sectas dignoscendas in consuetudinem abiisse. *Heumannus* in actis philos. tom. II. pag. 876 sqq. sect. de nomine *peripateticorum* primum reiecit *Iosii* et alteram vulgatae explicationem, tum doctē recenset varias significationes voc. *περιπατος* et *περιπατῶν* atque concludit, Aristotelicos fere per ignominiam ideo vocatos fuisse *peripateticos*, quia 1) *περιπατῶν* et *disputare* in illorum schola fuissent synonyma, 2) Aristotelici in arte disputandi praecipue excellissent, 3) auditorium Aristotelis fuisset in peripato et *peripatum* Lycei κατ' ἔξοχὴν ita dictum, quique ibi docebant, οἱ ἐν περιπάτῳ adpellati, et 4) Aristoteles suas lectiones vocasset *περιπάτους*. Quae quamquam ingeniose excogitata et probabiliter exposita vi-

dentur, ac *Bruckeri* ad sensum promeruerunt, in hist. crit. philos. vol. I. pag. 788. (vbi de nomine isto fusius disputatur:) tamen nondum ad persuadendum et conuincendum vnice faciunt. Atqui *M. Christian Elieser Gensel*, in disput. *Peripateticorum nomen; libelli argumentum*, Lipsiae, 1760. 4. in eo potissimum versatus est, vt praecipue §. XII sqq. *Heumanni* interpretationem refutaret, argumentaque, quae firma putabat ille, funditus euerteret. Doctē sciteque id quidem fecit, nec tamen omnem ita diremit controuersiam, vt nullus locus relinquere dubitationi, et parum modeste verecundeque egit cum aduersario. Collegit primum aliorum cum veterum, tum recentiorum sententias, tum eas examinavit, atque loca antiquiorum, quae ab aliis male intellecta existimabat, aliter interpretatus est: denique illam ornat amplificatque sententiam, *περιπατος* quoque significare *disputationem*, et ab Aristotele suas ad auditores disputationes dictas fuisse *περιπάτους*, adeoque a ratione docendi ortum esse illud *Peripateticorum* nomen; compara tamen *Perizon.* ad Aeliani l. c. p. 255. — In fine explicat illustratque locum *Cebetis* in *Pinace*, vbi occurrunt *περιπατητικοί*, qui adnumerantur τῆς ψευδοκωιδίας amatoribus. *Harl.*

ε) *Philoponus* [f. *Ammon.* p. 45. *Buhl.*] in vita Aristot. quae praefigitur *Ammonii*, siue *Philoponi* commentariis in *Categorias*. Quae de Aristotelis schola *Alexandriae*, viginti auditoriis distincta, narrat *Beniamin Tudelenis*, fabulam olent, vt alia eius non pauca. *Fabric.* Secundum *Abdollariphi* in compendio memorabilem *Aegypti*, arabice, e cod. msto *Bodleiano* edito, a *D. Ios. White* — praefat. *H. E. G. Paulus*, *Tubingae* 1789. m. 8. p. 62 sq. vbi describitur columna *Pompeii* sic dicta, quam ille *Seueri* columnam dicit, et porticum, 400 columnis instructam, circa illam esse ductam narrat, quam ab *Alexandro M.* exstructam et Aristotelem in ea docuisse tradit. *Harl.*

υ) *Apollodorus* apud *Laert.* V. 9.

111 sq. Buhle in vita Aristot. pag. 91. et quae notauit ad alteram editionem meae anthologiae gr. poeticae pag. 87 sq.) crudeliter interfecto, Atarna Mitylenen profugit.] Vxorem duxit Pythiadem, Herimiae iam defuncti sororem, [secundum alios, fororis germanae filiam, aut pellicem Herimiae, vid. *Buhle* l. c. et *Brucker*. I. pag. 782 sq.] illaque exstincta, Herpyllidem, civem suam, e qua Nicomachum suscepit. Confer insignem locum Aristoclis apud *Eusebium* XV, 2. praepar. vbi calumniae, a sophistis, vel inuidis philosophis congestae, refel-  
luntur. Pythiadis, filiae Aristotelis, apophthegmata laudat *Petrus Aicyonius* II. de exilio p. 205. De eius tribus maritis liberisque vid. *Sextum Empir.* I. Mathem. sect. 258. [vbi vid. Fabricium nostrum pag. 271. add. *Buhle* pag. 103. de familia philosophi.] Ad Philippum, regem, venit relicta Academia <sup>v)</sup> anno aetatis suae XLII. atque ALEXANDRI Magni, quintum decimum annum agentis, studiis est praefectus Olymp. CIX. 2. <sup>u)</sup> eumque erudiuit per quinquennium <sup>z)</sup>, hoc est, vsque ad Olymp. CX. 3. aetatis XLVII. Philippus, Alexandri pater, interfectus fuit Olymp. CXI. 1. hinc Alexandro M. mouente in Persas, reuertit Athenas Aristoteles Olymp. CXI. 2. anno aetatis quinquagesimo, ibique per tredecim <sup>y)</sup> annos in Lyceo docuit. [Atque, si vera narrat *A. Gellius* N. A. XX, 5. ille horis matutinis paucos tantum eosque familiares interiorum remotioremque docuit philosophiam; vespertino autem tempore, omnibus, quotquot adesse vellent, sui fecit copiam, et coram iis, *exotericis* discipulis, de rebus leuioribus minusque grauibus disseruit.] Gratia regis vtriusque vsus est singulari, vt Philippus Stagiram, ipsius patriam, a se prius euersam, Aristotelis precibus instaurauerit <sup>z)</sup>, et Alexander incredibiles sumtus <sup>aa)</sup> impenderit, quo felicius naturae arcana scrutari philosophus posset: eumque habuerit parentis prope loco, donec adfectus hic sub extremum vitae <sup>bb)</sup> [P] per suspiciones de Callisthenis coniuratione refrixit. Denique post Alexandri mortem, quae accidit Olymp. CXIV. 1. et cuius auctorem Antipatro fuisse Aristotelem, venenumque <sup>cc)</sup>, quod illi daretur parasse, nescio, quam vere a nonnullis traditur, aliis de causis sycophantias Atheniensium <sup>dd)</sup>, quia illis impietatis suspectus fuit, pertinens exsulatum concessit Chalcidem <sup>ee)</sup>, Euboeae metropolin, nolens eodem modo in se peccari, vt in Socratem, (vid. *Origen.* in Cellum I. pag. 51.) ibique aconito hausto discessit e vita, eodem, quo Demosthenes, anno

v) *Plutarch.* de exilio pag. 603.

w) *Apollodorus* ibid.

x) *Iustinus* XII. 16. *Histor.* [alii septem, alii octo annos eum consumpsisse in rege instituendo tradunt. vid. *Schottum* p. 111. *Patricium* in discuss. peripat. p. 5. *Buhle* p. 94 sq. *Harl.*]

y) *Laertius* V. 4. et 5. et 10. Falluntur itaque, qui Aristotelem Alexandri comitem fuisse in expeditione Asiatica narrant.

z) *Plutarch.* in Alexandro pag. 668. et contra Colotem pag. 1126. *Dio* 2. de regno p. 36. et orat. 47. p. 525. *Ammonius*, siue *Philoponus* in vita, qui addit, Stagiritas in eius honorem *Ἀριστοτέλεια* quotannis celebrasse.

aa) *Plinius* VIII. 16. *Hist. nat.*

bb) *Plutarchus* Alexandro p. 668. 696. *Laert.*

V. 10. *Fabric.* Male audit apud *Lucian.* in dial. mort. XIII. 5. vbi Alexander Aristotelem propter turpes adulationes lucricae cupiditatem vehementer carpit: in nota pag. 393. tom. II. edit. *Reitzii*, *Hemsterhusius* comparat laudes, quibus Alexander quondam mactauit suum praeceptorem. *Harl.*

cc) *Plutarch.* Alexandro pag. 707. *Arrianus*, *Plinius* etc. Vide *Patricii* discuss. *Peripatet.* lib. I. qui est de vita Aristotelis p. 6. *Fabric.* *Cur.* X. 10, 14. ibique interpr. in edit. *Snakenb.* *Buhle* pag. 99 sq. *Harl.*

dd) *Aelian.* III. 36. *Var.*

ee) *Strabo* X. pag. 448. *Laertius* V. 5. *Anonymus* auctor vitae a Menagio editus, *Hesychius* illustri, et *Suid.* in *Ἀριστοτέλης.* *Fabric.* *Bayle*, *Brucker*, locis cit. *Buhle* p. 100 sq. *Harl.*

anno Olymp. CXIV. 3. aetatis LXIII. ante Christum CCCXXII. successore Athenis relicto<sup>f)</sup> *Theophrasto*. Quae alii de morte Aristotelis ex taedio, quod Euripi naturam non valuisset explicare, tradunt vel fabulantur, vide, si lubet, *Nonni* hist. 33. ad Nazianz. et hist. 12. et apud *Lilium Gyraldum* dialogismo 30 tom. II. Lamp. Gruteri pag. 451 sq. [edit. Venet. 1553. 8. pag. 157. et in eiusd. Opp. Lugd. Bat. 1696. fol. tom. II. pag. 912. et, vt multi putant, *Iustin. Martyr.* Paraenet. ad gentes pag. 34. *Gregor. Nazianz.* orat. III. p. 79. Ad fabulas milicias ablegat *Tan. Faber* Epistol. critic. part. I. epist. 14. pag. 49 sq. narratiunculam istam, Aristotelem se in Euripum misisse praecipitem: sed conf. *Bayle* Dict. voc. Aristote, not. z. p. 329. qui Iustinum ac Gregorium ab ista credulitatis nota liberat ope melioris interpretationis: adde *I. G. Walsh.* in *Parergis* academ. pag. 362 sqq.] Vtrumque in dubium vocat *Mich. Lilienthal* in Aristotele, a crimine autochiriae defenso, *Regiomont.* 1706. 4. et in selectis histor. et litterar. ibidem 1715. 8. pag. 113 sqq. obseru. V. vbi morbo eum obiisse, non aconito, neque in Euripum dedisse se praecipitem, contendit: ita etiam *Aueranius* diss. IV. in Euripidem. [Hodie res incerta manet, vtrum morbo quodam sit extinctus, an sibi ipse mortem consciverit. Certiora sciremus, si *Antipatri* de morte Aristotelis epistola ab interitu fuisset seruata. vid. *Ionsium* I. 13. 2. p. 81. et *Buhlium* p. 102.] Praeter alia *πιδανῶ* seu persuadendi vi eum valuisse, etiam post mortem Aristotelis professus est *Antipater* in epistola de philosophi obitu, teste *Plutarcho*, in *Catone* maiore pag. 335. et *Coriolano* pag. 234. Dictionem eius aureo flumini comparauit *Cicero*, vt notatum ab eodem *Plutarcho* pag. 872. In vetere marmore, quod Venetiis vidit *Fortun. Licetus*, *Ἀριστοτέλης Κάλλιςτος τῶν Φιλοσόφων*, legitur. vide *Reines.* Inscript. clas. XVII. 17. pag. 819. *Fabric.*

## E P I M E T R O N.

Si de quo philosopho in vtramque partem est disputatum, et a partium cupidis est peccatum, id Aristoteli euenisse constat. Nimii fuerunt alii in eo vituperando, alii in illo laudando; prouti vel auctoritas hominum, vel consuetudo temporis et scholae cuiusdam, vel maior siue Platonis siue Aristotelis amor aut maior cum alterutro vsus fere ac familiaritas ad iudicandum impulerunt homines. Infinitum foret, si, quae tum veteres tum recentiores diversimode senserint et pronuntiarint de nostro, eius ingenio moribusque, et philosophia, colligerem; atque plenae enumerationi me imparem esse, in tanta omnis aetatis iudiciorum copia, profiteor. Quaedam congescit *Thomas Pope Blount* in censura celebrium authorum pag. 32 sqq. edit. Geneu. et *Bayle* Dict. voc. Aristote not. H. pag. 326. Quae fata et vicissitudinem eius philosophia per omnia saecula sit experta, quot adsecras et quot oppugnatores illa habuerit, iam multi docuerunt. E multis h. l. nominare liceat *Patricium* in disc. peripat. I. lib. 10 — 12. pag. 127 — 197. *Lauencium* et *Elfschium* de varia Aristotelis — fortuna, (de quo libro infra pluribus disputabitur.) *Niemtsium* in disput. laud. in primis *Brucker.* in hist. crit. phil. vol. II. p. 463 sqq. vol. III. p. 534. etc. et vol. IV. part. I. p. 148 — 352. Quatenus Aristoteles cum Platone possit comparari, et alter alteri praestare mihi videatur, supra in capite de Platone meam qualemcumque sententiam dicere memini; de moribus eius et habitu corporis

Cc 3

quaedam

f) Conf. *Strabo* XIII. p. 906. edit. Almel. vbi biblioth. aristotelicae vid. infra in catal. editio-  
quoque de bibliotheca Aristot. agitur, et de fati- num. *Harl.*

quaedam post alios notauit cel. *Buhle* in vita Aristotelis pag. 103 sq. adde *Fr. Patricium* in discessu peripat. tom. I. lib. I. pag. 11 sqq. Fac vero, Aristotelem fuisse laudis gloriaeque cupidiorum, quod quidem proprium esse videtur summorum ingeniorum, hominumque, qui non semper habitant secum; fac, eum aliorum inuenta pro suis interdum vendidisse, aut, vt vnus quasi videretur, qui ceteris praestaret acumine, sagacitate et eruditione, aliorum veterum placita aliquoties peruertisse, et, vt facilius refutaret, obscurius exposuisse, aut omnes fere philosophos acriter et inique notasse, aliaque multa, quae philosophum dedecere, patrasse<sup>gg)</sup>; tamen fatendum est, multa ab inuidis et obrectatoribus, qui numquam deesse solent magnis ingeniis, fuisse excogitata, aut exaggerata et multo plures nituisse in eo ingenii animique virtutes. conf. *Brucker*. I. p. 793 sqq. Obscuritate illum saepius laborare, haud omnino quidem est inficiandum. Etenim, dum breuitati studuit, praecepta perspicui scribendi generis crebro migrasse videtur. At in summa verborum breuitate est maxima rerum vbertas; nec poterit negari, calumniam obscuritatis saepius ortam esse ab ignorantia linguae et philosophiae graecae et a fuga laboris<sup>hh)</sup>. De furto, cuius noster incusatur, litterario legi potest *M. Iac. Thomasi* diss. de plagio litterario, edit. II. Lipsiae 1679. 4. §. 364 sqq. p. 160 sqq. Splendidissimum in eo fuit ingenium, quod in nouis inueniendis studioque doctrinarum, quas sciuerat, in formam artis redigendarum maxime cernitur, summa acies iudicii atque sagacitas, ardentissimus amor litterarum earumque, licet diuersarum, et librorum amplissima cognitio. Indefessus erat naturae perscrutator, acutissimus philosophus, qui noluit in verba magistri iurare, nec vnice in philosophia habitare ac regnare, sed cum seuerioribus litteris etiam amoeniores atque historiam scite vtiliterque iunxit, et cuius sollertiam, subtilitatem, ordinem et *angl. Berxv* vel illius aduersarii atque calumniatores laudare solent. Urbanitas vero tanta erat in illo, vt a maledictis in eos, a quibus dissensit, et durioribus verbis perpetuo abstineret: quo nomine in exemplum modestiae proponitur a *Bessarione* in epistola ad Michael. Apostolium. Atqui, illam virtutem si omnes philosophi, qui vel ab eius steterunt partibus, vel eius oppugnarunt sententias vniuersamque philosophiam, omni aevo fuissent imitati, tot tragoedias, vel cum atrocitate et fauente interdum excitatas, non vidisset aut memoriae traditas accepisset orbis litterarius. Sed vela sunt contrahenda, quia in fine huius capitis de aliis, quae huc pertinent, quaestionibus atque controuersis, commodius disserere licebit. De eius philosophicis placitis veris falsisque aut incertis consulendi sunt *Buddeus*, *Brucker*, *Tiedemann*, *Cudworth* eiusque interpres atque commentator, *Moshemius*, atque alii, qui multi sunt, et de Aristotele, Platone aut philosophis graecis scripserunt. — Omni saltem aetate manebit illi laus et honor, licet iugo illius philosophiae excusso, et fordibus, quibus cum ab illo ipso, tum in primis ab eius adfectis

gg) Vid. quae congeffit et disputauit *Brucker*. in adnotatt. ad *Aquilianum* librum de placitis philosophorum ante Aristotelem p. 2. not. a. et in hist. crit. philos. vol. I. p. 803 sq. et vol. VI. pag. 240. vbi memorat, *Paganinum Gaudentium* in diss. de contemptu veterum Aristoteleo, (in coll. opusculorum Pag. Gaudent. Pisis 1641.) exemplis luculentis ostendisse, male in plerisque accusari veteres ab Aristotele, et hunc eius morem fuisse, vt in omnibus prorsus controuersis ar-

bitrum et censorem, etiam eorum, quae non nosset, aegeret.

hh) Conf. *Nunnesii* supra memoratam orat. de caussis obscuritatis Aristotelis earumque medela, quam vna cum *Bart. Ios. Paschalii* orat. de optimo genere explanandi Aristotelem, et *Io. Bapt. Montorii* orat. de vtilitate analyseos Aristoteleae recudit *Wechel*. Francof. 1591. 8. item *Brucker*. in *Otio Vindelico* p. 104 sq. et in hist. crit. philos. vol. I. pag. 801 sqq.

adfectis et scholasticis conspersa fuit sapientia, coeli filia, recentiore aetate absterfis. Viuo autem et mortuo summi honores illi sunt habiti. Statuam illius memorat *Pausanias* lib. VI. cap. 4. p. 462. Illius imagini diuinos honores exhibuisse dicuntur Carpocratiani, vid. *Bayle* dict. voc. Aristote, not. T. p. 328. Effigies illius barbata e tabella quadam marmorea apud *Fuluuium Vrsinum* pag. 56. elog. alia imberbis, quam T. Pomponius Atticus domi suae teste *Cicer.* ad Attic. IV. 9. habuisse dicitur, apud *Vrsinum* inter illustrium imagines nr. 35. et Schottum, nec non in *Wetsteniana Laertii* editione, tum in Museo Capitolino, tom. I. (ex *Fuluio* et *Bellorii* imagin. ill. vir. part. I. nr. 8.) Romae 1741. fol. nr. 8. pag. 12. de Aristotelis effigie differitur, et in Museo Florentino, tom. II. tab. 42. nr. 8. (vbi tamen *Gorius* pag. 93. putat, Senecae potius referri imaginem) de qua vid. *Io. Fabri* commentar. in *Vrsini* imagines illustrium pag. 20 sq. *Schottum* in vitis comparatis Aristotelis ac *Demosth.* p. 152 sq. ex *Vrsino*, *Brucker.* in hist. crit. phil. I. p. 793. not. z. et VI. p. 239. Vtraque, forsan commentitia, cum primis, vt Schotto p. 153 sq. videtur, barbata, apud *Gronou.* tom. II. thes. antiqq. gr. tab. 90. apud *Lambec.* de bibl. Vindob. tom. VII. p. 77. (p. 166. edit. *Kollarii*), et *Graeuium* ad *Hesiodum* pag. 90. edit. primae. — Aristotelis faciem *Michael Hospitalius*, (vt *Fabric.* in not. msta adseripit,) visus referre, vt *Beza* in epigramm. et *Sammarthanus* in elogiis p. 119. notarunt. adde *Bayle* dict. voc. Aristote N. Ita *Lutheri Muretus.* Pariter in margine *Fabricius* iam laudauit *Cornelii Dieterici Kochii* comm. de Aristotele in nummo aureo *Stagiritarum*, in cuius vna facie ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟΥ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ, in altera pietas, manibus expansis, *Helmslad.* 1703. 4. *Kochius* illum nummum habuit genuinum et probum; sed istum probabiliter aereum et commentitium spuriumque esse, ostendit *Heumann.* in act. phil. tom. III. pag. 70 sqq. Alium nummum aereum et adulterinum, in quo *Aristoteles* audit naturae miraculum, commemorat *Schottus* l. c. pag. 154. — Quanta auctoritate apud *Arabas* floruerit *Aristoteles*, infra ostendetur: sed incredibilem rem narrat *Philippus Cattierus* in exercitatione siue oratione III. an abolenda studia, *Parisi.* 1647. p. 39. Sunt et, qui arbitrentur, codicem graecum hodiernum ex arabico fuisse restitutum, quum ipsum *πρωτόγγραφον* perierit: quod adnotarat *Fabric.* qui etiam orae adseripserat: „Fallitur *Alexander de Rhodes*, S. I. qui lib. de regno *Tunchinensi* p. 43. Confusum, *Sinarum* philosophum, eodem tempore, quo apud *Graecos* *Aristotelem*, scribit vixisse. Nam *Sinensium* *Confusius* ex traditione natus est anno ante *Christum* 551. ducentis fere ante *Aristotelem* annis.“ — *Mahometani* adhuc valde amant magnique aestimant scripta aristotelica: vt supra ad *Platonem* iam animaduerti. — Sed haec sufficiant. *Hart.*

## SCRIPTA ARISTOTELIS, QVAE EXSTANT <sup>1)</sup>

### I) LOGICA <sup>26)</sup>

I. ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ, *Categoriae* siue *Praedicamenta*; hunc enim titulum fuisse, (non *περὶ κατηγοριῶν*, vel, vt *Laertius* V. 26. *κατηγοριῶν*.) testatur *Simplicius*. Confer *Isidorum*

ii) *Gassendus* Exercit. paradox. IV. §. 1. 2. 3. 4. contendit, incertum esse, an *Aristoteles* sit auctor librorum, sub ipsius nomine exstantium. Immo §. 13. plane negat, libros, qui in scholis tractan-

tur, (quos quidem §. 12. nominat,) ab *Aristotele* scriptos esse. *Heumann.* Inter *Caelii Secundi Curionis* *Epistolas* selectas, *Basil.* 1553. 8. est pag. 84 — 90. epistola, an libri, qui *Aristotelis* nomine

rum II. 26. Orig. Aphrodiseus tamen in I. Topic. pag. 35. *περὶ τῶν δέκα Κατηγοριῶν*. [Iudicium de hoc libro vid. in *Gassendi* Exercit. Parad. V. §. 2. VI. §. I. VII. §. I. VIII. §. I. *Heumann*.]

Dubitatum fuit a nonnullis, num Aristotelem auctorem agnoscat hic libellus, praecipue quum et alius exstaret liber *κατηγοριῶν*, ab isto diuersus, sub Aristotelis nomine, eodem numero *σὺγχων*, vt Adrastus apud Simplicium refert, et meminit Ammonius, Boethiusque. *Franciscus Patricius*, (qui exceptis Mechanicis et libro de dogmatibus Zenonis, Xenophanis et Gorgiae, omnia, quae hodie exstant, Aristoteli supposita esse suspicatur,) libro *Categoriarum* obiicit, tom. I. discuss. Peripatet. pag. 21. quod alibi in scriptis Aristotelicis, vbi *Categoriarum* mentio fit, non citetur, etiam vbi decem *κατηγορίας* memorat, vt I. Topic. cap. 7. Addit *Felix Accorombonius*, quod in eo multa reperiantur, quae non consonant iis, quae in *Metaphysica* Aristoteles confirmat. *Ludouicus Viues* lib. III. de causis corruptarum artium pag. 99. ait, Pythagorici illum, nescio cuius, vel Megarensis esse sibi videri. Viuem, ni fallor, sequutus *Ionfius* pag. 4. *Auctor libri de categoriis*, inquit, *quicumque Platoniorum vel Pythagoricorum is demum fuerit*. Ac verum quidem est, [P] Pythagoricos, et in his *Archytam* libro *περὶ παντός* scripsisse de decem praedicamentis, ante Aristotelem; sed ideo nolui Aristoteli librum hunc abiudicare contra disertam Ammonii in quinque voces p. 16. b. et aliorum veterum testimonia, quae produxit *Vossius* de *Natura Logicae* cap. 10. Maxime notandus locus Ammonii in *Categor.* pag. 13. *Ἐκείθη δ' ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν μὲν τέτο εἶναι γνήσιον τῷ Ἀριστοτέλει, ἀναλυτικῶν δὲ τέσσαρα. Ἐκείθη δὲ ἕκ τε τῶν νοημάτων καὶ τῆς φράσεως, καὶ τῷ αἰεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνησθαι τέτε τῷ βιβλίῳ τὸν φιλόσοφον*. Inter hos interpretes siue exegetas fuit etiam *Andronicus Rhodius*, qui tamen suspicatus est, partem tertiam, quae agit de postpraedicamentis, a capite 10. ad finem libri, ab alio esse adiectam. *Τινὲς μὲν γὰρ, inquit Simplicius, ἂν καὶ Ἀνδρονικός ἐστίν. παρὰ τὴν πρόθεσιν τῷ βιβλίῳ προσκείσθαι φασὶν ὑπὸ τινος ταῦτα*. Confer *Boethium* praef. libri IV. in *Categ.* Itaque et *Grotius* ad *Matthaei* XIV. 4. laudat scriptorem τῶν μετὰ τὰς κατηγορίας inter opera Aristotelis, et ad *Hebr.* V. vlt. *Κατηγοριῶν* scriptorem, Aristotele non nominato. Falsi tamen sunt, qui cum *Caelio Secundo Curione* libr. II. Epp. p. 350. *Andronici* paraphrasin, non Aristotelis ipsius scriptum habere nos opinantur. Scripsere *Κατηγορίας* et *περὶ ἐρμηνείας* et *ἀναλυτικῶν* etiam Aristotelis exemplo *Eudemus* et *Phainus* et *Theophrastus*, Peripatetici, teste Ammonio, *ibid.*

In Aristotelis *Κατηγορίας* commentati sunt e Graecis, qui exstant <sup>1)</sup> et editi leguntur, *Porphyrius*, *Ammonius*, *Hermeae F. Simplicius*, *Michael Psellus*, et cuius libri tres quaestionum in

ne circumferuntur, sint Aristotelis, nec ne? *Cl. Buhle* p. 104. promittit, se de libris, quos Aristoteles scripsit, vti de tempore, quo illi compositi sunt, acturum esse in commentatione, (quam nondum vidi,) de librorum serie et nexu. *Harl.*

kk) Quam disciplinam ab Aristotele et inuentam et perfectam fuisse, notat *Aphrodiseus* in extremo commentario ad *Sophisticos Elenchos*. *Fabr.*

— conf. *G. I. Vossium* de natura et constitut. logicae cap. 10 sqq. *I. G. Walchii* parerga academ. p. 521 sqq. *Brucker*. I. p. 805 sqq. *Harl.*

ll) Editiones indicaui, vbi de singulis egi, suo loco. De perditis dictum infra in notitia Peripateticorum. *Fabric.* Sollertiter egit de interpretibus librorum Arist. gr. et eorum editionibus *cl. Buhle* tom. I. Arist. prolegg. *Harl.*



in Categorias latine tantum editi sunt, *Daxipus*, in quibus respondit ad ea, quae aduersus categorias disputauit *Plotinus* Ennead. VI. lib. 1. 2. 3. *Iohannis* vero *Philoponi* commentarius Ammonii *ὑπερνήματα* in editis permixtus, ab eo distinctus legitur in MSto Codice eximio Bibl. Caesareae <sup>mm</sup>), qui etiam vitam Aristotelis, Ammonio tributam, ad Philoponum auctorem refert, et praeterea exhibet synopsis *Κατηγοριῶν* a *Photio* concinnatam <sup>nn</sup>). Eadem Photii Synopsis et Scholia *Ioh. Damasceni* MSta sunt in bibl. regis Galliae, teste Labbeo <sup>oo</sup>), qui etiam pag. 114. Bibl. nouae MSS. memorat *Georgii Scholarii* prolegomena in quinque Voces, Categorias, et de interpretatione, tum pag. 115. *Sophoniae*, monachi, in Aristotelis Categorias, tractationem de Homonymis, Synonymis, Paronymis, Heteronymis, Polynomis; et pag. 201. *Anonymi* graeci in categorias commentarium. *Davidis* cuiusdam commentarios graecos in Aristotelis praedicaamenta et quinque voces Porphyrii, Venetiis in Biblioth. Sanctorum Iohannis et Pauli Mstos indicauit Gesnerus. *Mich. Pselli* *ἐξήγησις* MS. *ἐς τὰς κατηγορίας*, quae incipit: τῶν πραγμάτων τὰ μὲν κοινῶν etc. *Allatius* de Psellis p. 85. [P] *Davidis*, philosophi, comment. in Isagogen Porphyrii et in Aristotelis praedicaamenta in cod. Bavar. CLXXII. *Fabric.* — Codices msst. enumerat cl. *Buhle* pag. 157 sqq. in primis pag. 164 sqq. commentarios graecos, quibus Aristotelis Organon, aut singuli libri, eo pertinentes, illustrantur, et qui necdum editi, nec ab aliis diligenter satis notati sunt. Hic commentatores, qui in bibliothecis latent, paucis referam. Variorum scriptorum *Aristotelis eiusque graecorum interpretum* codd. reperiuntur in bibliotheca Coisliniana, et enumerantur a *Montfaucon* in Catalogo biblioth. Coislin. part. I. cap. VI. pag. 218 sqq. Sic in cod. CLVII. *Organon Aristotelis* cum commentariis Magenteni etc. p. 219 sq. p. 227. cod. CLXX. fol. 164. *Porphyrii* isagoge cum interpretatione Magenteni, fol. 174. eiusdem *Magenteni* in decem Categorias. — In cod. Veneto S. Michaelis, teste *Mitarellio* in catal. MSS. pag. 73. *Logica* cum Isagoge Porphyrii, cod. gr. In codice *Mediceo* plut. LXXII. nr. 5. *Organo* praemissa est *Porphyrii* introductio vna cum *Davidis* prolegomenis philosophiae et commentario in illam ab ore *Heliae*, philosophi, excepto, (*Fabric.* B. gr. vol. IV. p. 187. *Bandini* catal. bibl. Laurent. tom. III. pag. 29.) *Davidis* commentar. in *Porphyrii* isagogen et in *Aristotelis*

<sup>mm</sup>) Tom. VII. pag. 143. vbi Lambec. est de eo multus. adde *Iriarte* de codd. Matrit. pag. 137. nr. CLXXXVIII. it. p. 54. vbi varia sunt Aristotelica nr. 46 sqq. *Harl.*

<sup>nn</sup>) *Io. Philoponum*, non, *Ammonium*, quamquam sub eius nomine in quibusdam codd. exhibeatur, commentarii esse auctorem, docet *Buhle* pag. 51. tom. I. Opp. Aristot. auctoritate cod. Vindobon. praecipue nixus. In tom. VII. Lambecii comment. de bibl. Vindob. pag. 123 sqq. multi libri Aristotelis eiusque interpretes copiose recensentur. *Harl.*

<sup>oo</sup>) Idem cod. continet organon Aristotelis, *Porphyrii* isagogen et *Mich. Pselli* comm. in libr. de interpret. vid. *Buhle* pag. 161. *Expositio totius Organi Aristotelis*, siue omnium eius librorum,

ad Logicam pertinentium, n. in Isagogen Porphyrii de quinque vocibus, et in ipsius Aristotelis Categorias, librum de interpretatione, analytica priora et posteriora, Topica et sophisticos elenchos, auctore *Georgio Pachymere*, Protecديو magna eccles. et dicacophylace aulae CPolitanae, (qui obiit circa a. Chr. 1340.) in cod. msto Vindobon. vid. Lambec. VII. p. 153 sqq. ibique Kollar. qui in nota pag. 156. alia refert. ib. cod. LXVII. p. 234. copiose describitur: *Pachymere*s epitome vniuersae Aristotelis philosophiae, ex quo latina *Bechii* versio, haud bona et ex II. codd. lacunosis et corruptis facta, Basil. 1560. fol. emendari et locupletari potest, teste Sambuco et Lambecio. add. *Buhle* pag. 156. de cod. Medic. II. plut. 86. *Harl.*

*telis* Categorias nondum editus in cod. Veneto D. Marci (catalog. pag. 117.) in cod. Bauar. CLXXII. in Mediceo I. plut. LXXII. et cum aliis in Mediceo (*Bandin.* tom. III. pag. 239.) nimirum in horum ultimo sunt praeterea *Anonymi* commentar. in quinque voces *Porphyrii*, initio mutilus, tum alius in eundem librum commentar. cui in margine adscriptum legitur τῷ Μαγεντήνῃ, (at Buhle p. 165. dubitat, num illud vere a Magentino scriptum sit.) Eiusdem *Magentini*, (cuius tamen nomen recentius adscriptum est,) commentar. in *Categorias*, atque *Io. Philoponi* comm. in eundem librum, diuersus ab eo, quem in bibl. Vindobon. esse testatur *Nesselius* catalog. part. IV. pag. 79. *Leonis Magentini* commentarii in *Categorias* nondum editi, cum *Aristotelis Organo* etc. in cod. Paris. CLVII. — Inter codd. *Nanianos*, (catalog. pag. 454.) cod. CCLXVI. nr. 2. est δαβίδ, τῷ φιλοσόφῃ, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῶν πέντε Φωνῶν, σχέλια. — et pag. 497. cod. CCXCVI. *Ammonii* ὑπόμνημα εἰς τὰς πέντε Φωνὰς ἀπὸ Φωνῆς ἀμμωνίῃς τῷ ἑρμείῃ. — In bibl. Escorial. sunt quinque codd. msst. gr. 1) *Categoriarum*. 2) *Categoriarum* cum expositione *Ammonii*, 3) in easdem incerti paraphrases, 4) tum *Dauidis* expositio, 5) denique *Porphyrii* comment. teste *Plier.* in itiner. hisp. *Ignatii*, philosophi, *Metropolitani Selybriae*, in scripta *Aristotelis logica* commentar. inedit. in cod. Medic. XVI. plut. LXX. In cod. Veneto D. Marci *Categoriarum* et libri de interpretatione primum est longa quinque vocum *Porphyrii* expositio, auctoris, vt e nota adparet, anonymi, in omnibus *Ammonium Hermeae* et *Ioannem Philoponum* sequuti. *Categoriis* praefixa sunt scholia sub nomine *Olympiodori Alexandrini* adhuc inedita — in cod. Mediceo 35. plut. 71. *Categoriarum* et lib. de interpretatione cum scholiis *Ammonii* et *Pfelli*. — et cod. 20. *Categoriarum* cum *Porphyrii* *Isagoge* et *Ammonii* in hanc et in illas commentario. — Inter codd. *Nanianos* gr. (catalog. pag. 451.) in cod. CCLIX. nr. 4. est *Georgii Scholarii* logica: titulus γεωργίῃς τῷ σχολαίῃς ἐπιτομή τῆς ἀριστοτέλους λογικῆς. — In cod. Mediceo II. plut. 86. *Georgii Pachymerae*, *Diaconi Protecedici* et *Dicaeophylacis* compendium philosophiae ex mente *Aristotelis*, libris constans XII. titulis XLVII. capp. CCXXXII. — in cod. Bauar. CLXX. (vid. Catalog. pag. 65 sq.) etiam *Georg. Pachymerae* libri XI. de philosophia: liber I. respondet *Organo* *Aristotelis*, II. libris *Physicorum*; III. libris de coelo; IV. de ortu et interitu; V. de meteoris; VI. libris de partibus animalium; VII. de motu et incessu animalium; VIII. de sensu et sensibili; IX. de generatione animalium; X. libris *Physicorum*; XI. *Ethicis* ad *Nicomachum*. — graece quoque exstat in cod. medic. XXII. eiusdem plutei tum in Vindobon. XXXIII. (vid. *Lambec.* tom. VII. pag. 150.) et in cod. Coislín. CLXIV. (vid. *Montfauc.* catalog. bibl. Coislín. part. I. pag. 221.) — *Latinam* eius versionem e duobus aliis codd. sed lacunosis et corruptis edidit *Philippus Bechius*. vid. *Bandini* catalog. gr. codd. tom. III. pag. 286. 366. — In cod. Bauar. CLX. (catalog. pag. 61 sq.) *Prolegomena* *Ioannis* cuiusdam in *Porphyrii Isagogen*: in eandem commentarius *Ammonii*: *Ammonii* prolegom. in categorias et scholia: *Aristotelis* libri de interpretatione cum scholiis. Eiusdem priora *analytica*. *Aphrodisiensis* in libros priorum et posteriorum. *Aristotelis topica*. *Porphyrius* in categorias, cuius tamen vna tantum pagella adest. — *Nicephori Blemmydae* commentar. in VI. posteriora praedicamenta, in cod. Bauar. CLI. (catalog. p. 60.) — In bibl. *Guelpherbytana* est *Organi* codex bonae notae; de quo Buhle in praef. ad vol. II. pag. XIII sq. intelligenter disseruit. Exstant quoque in codd. anonymorum plures singulorum *Organi* librorum paraphrases, et in eos commentarii atque scholia. *Harl.*

Perierunt *Andronici Rhodii* et *Themistii*, Euphradae, metaphrasis, tum et liber, a Suida laudatus, de scopo et inscriptione Categoriarum. Commentaria *Aleksi* (qui Categorias vocabat *Ante Topica*, testante et improbante Porphyrio,) *Alexandri Aphrodisiensis* et *Alexandri Aegaei*, *Aspasii*, [vid. ad section. 29. not. b.] — *Aristonis*, *Eudori*, *Boethii*, *Sidonii*, *Hermiini* <sup>rr</sup>, *Lucii*, *Maximi* <sup>qq</sup>, (qui Iamblichi discipulus fuit et Alexandrum Aphrod. in plerisque erat secutus, teste Simplicio,) *Nicostrati*, Macedonis, et *Pasiferatis*, Rhodii, et quae aduersus Categorias scripserant *Athenodorus* et *Cornutus*, Stoici. *Fabric.* — In ecclesia graeca magni fuit habita, et commentariis illustrata philosophia Aristotelis. Sic exstant *Theodori Metochitae* commentarii in libros philosophicos Aristotelis. vid. Fabricii *Bibl. Gr. V.* 33. p. 216. item *Olympiodori* comm. in Aristot. meteorol. vid. Fabric. libro cit. cap. 36. pag. 352. Sic *Io. Philoponus* fuit clarus in Graecia interpret Aristotelis. *Heumann.*

E latinis exstant *Seuerini Boethii* libri IV. quos consul scripsit, et praef. lib. I. adfirmat, se alium praeterea commentarium componere proposuisse de iisdem Categoriis ad doctiores, in quo ad scientiam Pythagoricam perfectamque doctrinam introducere illos voluit. Sed numquam lucem vidit alter ille commentarius. Sub *Augustini* quoque nomine ad Adeodatum legitur liber de decem Categoriis; sed quem inter spuria toni primi reiecerunt nuper editores Benedictini. [In cod. Vaticano apud Montfaucon *bibl. bibliothecar. tom. I. pag. 37.* sunt *Categoriae Aristotelis e graeco in latinam translatae a S. Augustino cum prologo Alcuini ad Carolum Magnum.*] — Auctor forte est *Vegetius Praetextatus*. Themistii quidem magisterio vsum se testatur, quem suae aetatis egregium atque eruditum philosophum vocat cap. 3. et 22. memorat et Augurium cap. 12. et inter doctissimos habere se ait, qui primus latine dixit praedicamentum *Stus*, quod auctor libri vocat *iazere*. *Io. Scoti Evigenae* commentarii memorantur a Baleo, Hugone et Petro de S. Victore, et mssti codd. superesse dicuntur in quibusdam bibliothecis.

*Auerrois* <sup>rr</sup>, Arabis (*Ebn Rhofid* s. *Rofchid*) qui saeculo XII. floruit, commentarius in Categorias latine versus a Iacobo Mantino, Iudaeo, exstat tomo primo eius operum. *Fabric.* Opera eius, in primis commentarios in libros Aristotelicos, arabice scripta, recenset *Casiri*, (tom. I. *bibl. Arabico-hispanae* pag. 304 sqq.) et illorum versiones hebraicas, *Wolf.* in libris infra ad notam rr memoratis, idem *Wolf.* in citata *bibl. hebraea*, vol. III. p. 12 sqq. quod semel notasse sufficiat: *Wolf.* quoque animaduertit, in quibus bibliothecis lateant codd. Insuper cl. *Buhle* p. 169 sq. indicat versiones Organi aut singulorum eius librorum *hebraicas, syriacas, arabicas* et *armenicis*, quae mstae exstant. In *bibl. Vffenbach.* (teste *Maio* in *Bibl.*

Dd 2

Vffenb.

pp) Apud *Boethium* II. in *Categor.* p. 151. pro *Hermia* suspicor reponendum nomen *Hermiini*. Hic est *Herminus*, ad quem *Demonax* apud *Lucianum* tom. I. p. 870. ἀληθῆς ἄλιος ἃ δίκην κατηγο-  
γιῶν. *Boethii* versionem laudat *Aretinus* IV. vlt. epist.

qq) Illum tamen exstare in *Parif. cod. reg. DCCCCLXVI.* cum *Gregorii Nazianzenii* synopsis, *Labbeus* apud *Buhlium* p. 167 sq. testatur. *Havl.*

rr) De *Auerroae* praeter *Hendreichium* in pan-

deſis *Brandenburgicis* consulendus *Nicolaus Antonius* tom. II. *bibl. veteris Hispanae* pag. 240 sq. [*Herbelot* in *bibl. orientale*, voc. *Rofchid* p. 719. *Casiri* in *bibl. arabico-hispan.* tom. I. pag. 184 sq. p. 298 sq. 446. 450. et 466. *Io. Christoph. Wolf.* in *bibl. hebr.* tom. I. p. 17 sqq.] Scripta eius ex arabico hebraice, atque inde demum latine versa esse, notat *Rich. Simon* supplemento ad *Leonem Mutinensem* p. 104. adde *Posseuinum* XII. 16 sq. *bibl.* qui, quam male versa sint et edita, adnotat.

Vffenb. MSS. I. p. 117. 118.) fuit cod. LXXXVI. continens 1) *Auerrois* commentar. in *Porphyrii* *Isagogen*, s. libellum *περὶ πέντε Φωνῶν*, de quinque praedicabilibus; 2) eiusdem commentat. in Aristotelis *κατηγορίας*, s. praedicamenta, ex arabica lingua in hebraeam conuersa a *Iacobo*, fil. *R. Aba Mori*, fil. *R. Simson Antoli*, p. m. vti quoque vocatur in cod. CXXV. biblioth. Caesareae in catal. Nessel. et a Maio copiose descriptus. *Harl.*

Latine verterunt *Categories* e recentioribus *Ianotius Manettus*, *Ioh. Argyropylus*, Byzantinus, *Iac. Ludouicus Strebauer*, aliique, infra in indice editionum laudandi, vbi et memoravi versiones, hebraicam, gallicas etc. commentarios item selectos virorum doctorum, *Iac. Scheghii* etc. *Pauli Rabi* commentarius in *Categories* separatim mihi laudandus est, qui lucem vidit Regiomonti, 1704. 8.

II. ΠΕΡΙ ἙΡΜΗΝΕΙΑΣ, de interpretatione nominum et verborum, atque adeo enunciationum vi ac significatione liber acroamaticus, grammatica veluti quaedam <sup>55)</sup> philosophica, quam quum scriberet Aristoteles, non in atramento <sup>56)</sup>, sed in mente calamum tinxisse [*Π*] (*τὸν κάλαμον ἀποβρέξαι εἰς νῆν*, Suid. in *Ἀριστοτ.*) ait *Isidorus* II. 27. Orig. <sup>57)</sup> Vt mirum sit iudicium *Francisci Sanctii*, qui lib. I. *Mineruae* cap. 5. librum hunc indignum profecto Aristotelis nomine esse adfirmat. Obscuritatem s. τὸ ἀσαφὲς τῆς λέξεως notat *Ammonius* comment. in *Porphyrii* quinque voces pag. 28. et in hunc ipsum *περὶ ἑρμηνείας* librum p. 92. ait, quosdam ob neglectum in eo ordinem habuisse illum pro scripto *υπομνηματικῶ-τέρῳ* siue commentario potius, memoriae causa in chartam coniecto, quam elaborato volumine. Sed et nonnulla huic libro obiicit *Patricius* discuss. *Peripatet.* tom. I. lib. 3. p. 21. Ac pridem eum Aristoteli abiudicauit vndecimus ab Aristotele in schola peripatetica successor, *Andronicus Rhodius*, (teste *Ammonio* et *Boethio*.) sed ab hoc dissentit *Alexander Aphrodisaeus*, qui inter alia hoc argumento confutauit *Andronicum*, quod *Theophrastus*, vt in aliis solet, quum de similibus rebus tractat, in libro de affirmatione et negatione iisdem aliquibus verbis fuerit vsus, quibus in hoc libro Aristoteles vsus est, et leuius ea tangit, quae ab illo dicta ante cognouit. *Alexandro* accedit *Ammonius*, ostendens vtique in libris Aristotelis de anima τὰ νοήματα, παθήματα τῆς ψυχῆς adpellari, quod *Andronicus* in memoriam sibi non reuocans, de alterutro istorum operum addubitauit, *Boethius*que et tota *Peripateticorum* schola, nisi quod partem quintam, siue postremam (cap. XIX sq.) a iunioribus quodam adiectam suspicati sunt *Porphyrius* et *Ammonius*, pag. 108. Meminit inter Aristotelis scripta etiam *Laertius* V. 26. *Fabric.* Iudicium de hoc libro vide in *Gassendi* exercitt. parad. V. §. 3. VI. §. 2. VII. §. 2. VIII. §. 1. *Heumannii*.

Exstant

55) Une espece de Grammaire raisonnée. *Rapini* reflex. sur la Logique pag. 735. *Fabric.* — *Heumannus* in *Poecile*, tom. II. lib. I. p. 6. primum contra *Piccarum* in *Isagoge* in lectionem Aristotelis cap. 14. §. 33. pag. 135 sqq. cum *Durrio* contendit, librum hunc *γνήσιον* esse Aristotelis foetum; tum docet, male verti titulum libri *περὶ ἑρμηνείας* ab interpretibus de interpretatione; sed oportere hanc latinam libri aristotelici esse inscriptionem de eloquutione logica; quia et *ἑρμηνεία* etiam significet eloquutionem, et ipse Aristoteles

in hoc libro, capite quarto §. 6. disertè scribat, se h. l. non agere de eloquutione oratoria aut poetica; superesse igitur, concludit *Heumannus*, vim et sensum eloquutionis logicae. *Harl.*

56) Sic *Basilium*, ait *Nazianzenus*, non atramento, sed in Spiritu S. calamum, quum scriberet, tinxisse.

57) Ex *Isidoro Sarisberiensis* III. 4. *Metal. Alcuin.* *Epist.* 62. p. 1578. Opp. Iudice scriptore barbaro vitae Aristotelis versibus Leoninis, qui licet obscurus, mentem solidat quasi murus.

Exstant in hunc librum e graecis editi *Ammonius* <sup>vv)</sup>, et huius vestigiis insistentes *Magentenus*, metropolita Mitylanaeus <sup>ww)</sup>, tum *Mich. Psellus*, cuius paraphrasis graecae et latinae lucem vidit. Alias eius ineditas *ἐξηγήσεις* in eundem librum memorat *Allatius* de *Psellis* pag. 86. [etiam in cod. Veneto D. Marci. vid. *Buhle* pag. 157 sq. adde pag. 164 sqq.] *Ioh. Philoponi*, (cuius etiam *Psellus* meminit,) scholia, manu exarata, habentur in *Bibl. Vindobonensi*, quemadmodum in *Bibl. Regis Christianissimi* commentarius *Photii*, teste *Colomesio* de *Photii* scriptis [cod. de interpretat. cum comment. *Hermiae*, et alius in *bibl. Escorial.*] itemque *Georgii Scholarii*, ut notavit *Labbeus* *Bibl. MSS.* pag. 316. qui et *Iohannis Itali* commentarium MS. in librum de interpretatione memorat pag. 113. [est cod. *Parisi. reg.* *MCCMXLIII.* adde notata ad nr. I. de codd. — *Arist. περὶ ἔργ.* cum *Mathusalae*, monachi, adnot. marginalibus et interlin. in cod. *Vindob. Lambec.* VII. p. 228, 6.]

Perierunt commentaria *Aspasi*, *Alexandri Aphrodisiensis*, *Galenii*, *Hermiini*, *Porphyrii*, quem excellentissimum expositorum *Boethius* vocat, seque sequutum prae ceteris testatur; *Syriani Philoxeni*, et *Procli* aliorumque: multos enim interpretes nactum esse hunc librum, testatur *Ammonius*. [Etiam *Euphrades Themistius* laudatur in cod. *CLVII. Coislin.* apud *Montfaucon* *bibl. Coislin.* pag. 219. itemque *ibid. ἐκ τῆ ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ αἰ εἰς τὰς κατηγορίας προσαρτάται.*]

E latinis veteribus huc spectat *Apuleii* liber, qui a *Coluio* editus est sub titulo *περὶ ἔγμηνείας* siue de *Syllogismo Categorico*, in quibusdam editionibus inscribitur: *De Philosophia rationali*. Inter *Seuerini Boethii* Opera duplices commentarii in hoc *Aristotelis* scriptum exstant. Minores siue primae editionis libris II, et maiores siue secundae editionis libris VI. quibus biennium fere commentando se infumississe testatur praefat. libri vlt. Addi quoque debet eiusdem *Boethii* introductio ad libros *Categoricos*, tamquam breuiarium, quod promisit praef. libri IV. et commentariis subiicitur. *Io. Sarisberiensis* in *Metalogico perierminiarum librum* vocat tum aliis locis, tum III. 6. *Sicut autem elementaris est praedicamentorum, perierminiarum vero syllabicus, ita et topicorum liber quodammodo dictionalis est. Licet enim in perierminiis agatur de simplici enuntiatione.* etc.

Ex arabibus *Auerroes*. [vid. ad *segm.* antecedens.]

E recentioribus praeter *Thomam Aquinatem*, *Iacobus Schegkius*, *Augustinus Niphus*, *Alfonfus Barocius*, *Venetis*, 1569. fol. alique, de quibus infra. [P]

Dd 3

Latina

vv) Qui e *Procli* scholis se profecisse testatur. *Ammonius* vero, *Magentenus* et *Psellus*, diuidunt in *Τμήματα* quinque I. cap. 1 — 6. II. cap. 7 — 11. III. cap. 12 — 15. IV. cap. 16 — 18. V. cap. 19. 20. *Fabric.* conf. omnino *Lambecii* comm. de *bibl. Caesarea Vindob.* VII. cod. *XXIX.* nr. 2. pag. 146 sqq. vbi is obseruat, illum comment. *Ammonii* editum quidem esse gr. ab *Aldo Manutio Venet.* 1503. fol. et a *Io. Bernardo Felicino*, *Venet.* typis *Nicolinianis*, 1545. 8. atque latine a *Bartholom. Syluano Salonensi*, *Venet.* apud *Io. Gryphium*, 1549. 8. sed omnes illas editiones beneficio cod.

msti *Caesarei* posse valde emendari. Ex *Veneto* fratrum *Nicolinorum* exemplari, sed eo ad amulsum msti *Bodleiani* recuso, et mendis, quae latebant, liberato, auctarii loco subiectus est libro *Alexandri Aphrodisiensis de fato et de eo, quod nostrae potestati sibiectum*, cum singulari epigrapha p. 179 sqq. *Ammonii Hermiae* in libri *Aristotelis* de interpretatione, sectionem secundam commentarius, gr. et lat. *Londini.* 1658. 8. *Hart.*

ww) In *bibl. Coislin. Montfauc.* p. 227. *Ammonii* comm. et *Magenteni* exposit. in *bibl. Vindobon.* vid. *Lambec.* tom. VII. p. 143. *Hart.*

Latina *Ioh. Argyropuli*, iunioris, vt notat Gesnerus, [conf. Humphr. Hodijs de Gr. illustribus L. Gr. instauratoribus, pag. 205.] versio in antiquis latinis Aristotelis editionibus occurrit: *Romuli Laurenzoni*, Florentini, libri IV. de eloquutione, in Aristot. Is 1544. obiit.

III. ἈΝΑΛΥΤΙΚΩΝ προτέρων βιβλία β', ὑτέρων βιβλία β'. *Analyticorum priorum libri duo, Analyticorum posteriorum libri totidem*, Acroamatici. Analytica citantur cap. 12. περὶ ἐξηγησίας. *Galenus* de libris propriis tom. IV. pag. 367. innuit veram et antiquam inscriptionem Analyticorum priorum fuisse περὶ συλλογισμῶν, quod confirmat et *Boethius* 2. de interpret. edit. primae pag. 253. *Scriptit autem duos resolutorios libros de Syllogismo*. Posteriorum Analyticorum antiquum titulum idem *Galenus* indicat fuisse περὶ ἀποδείξεως, de demonstratione. Ἐπιγράφει δ' αὐτὰ σχεδὸν ἅπαντες οἱ νῦν Ἀναλυτικῶν προτέρων, ὡς περὶ καὶ δευτέρων. Τὰ δὲ περὶ ἀποδείξεως αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης τῶν μὲν προτέρων ὡς περὶ συλλογισμῶν γεγραμμένων μέμνηται, τῶν δὲ δευτέρων ὡς περὶ ἀποδείξεως. *Suidas* in Ἐπισημῇ citat Aristotelem ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ. Analytica quidem, quorum meminit *Aristoteles* VI. 3. ad *Nicomachum*, diuersa fuisse ab iis, quae hodie habemus, contendit *Samuel Petitus* II. 2. Obseruat. pag. 175 sq. Et *Laertius* V. 23. memorat priorum Analyticorum libros octo: (vel nouem, vt *Patricius*, vel decem denique, vt *H. Stephanus* in codice suo reperit,) et Ἀναλυτικῶν ὑτέρων μεγάλων libros duos. Quid? quod *Ammonius* in *Categorias* pag. 13. testatur, *Ptolemaei Philadelphi* tempore repertos in bibliotheca Alexandrina quadraginta libros Analyticorum. Ἀμέλει Φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὐρέσθαι Ἀναλυτικῶν μὲν τεσσαράκοντα βιβλίας — ἐκρίθη δὲ ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, τέσσαρα εἶναι γνήσια τῷ Ἀριστοτέλει. *Philoponus* in I. *Analyt.* pag. 4. Φασὶ γὰρ ὡς τεσσαράκοντα εὐρέθη τῶν ἀναλυτικῶν βιβλία ἐν ταῖς παλαιαῖς βιβλιοθήκαις, καὶ τὰ τέσσαρα μόνα ταῦτα ἐκρίθησαν εἶναι Ἀριστοτέλει, καὶ πρὸς τὸτο εἰδὲς ἀμφέβαλλον. Rationem tituli Ἀναλυτικῶν reddit idem *Philoponus* dicto loco, et *Vossius* de natura *Logicae* cap. 12. <sup>xx</sup>) Videndus et *Iosephus Blancanus*, Iesu socius, in locorum Aristotelis, quae ad mathesin pertinent, expositione, quam cum dissertatione de Mathematicum natura et Chronologia clarorum Mathematicorum vulgavit Bononiae ann. 1615. 4. <sup>yy</sup>) Non incite de his libris, Aristotelem laudans, *Jacobus du Portus* p. 223. poematum.

Quando ergo in Logica primas tulit atque secundas,  
Rite priora ille et posteriora dedit.

Nec immerito *Vossius* reprehendit *Proclum*, qui scholis ad *Platonis Cratylum Aristoteli* vitio vertit rem inprimis dignam laude, quod analytice eius nimis sit perspicua et a quouis, non plane hebetate ac stupido, possit intelligi. Contra *Petrus Ramus*, acutus sane et disertus, [P] sed nimis acerbus Aristotelis insectator, libro septimo scholarum dialecticarum, in Analyticis hisce adfiduam obscuritatem queritur et reprehendit. Alia in eis carpit *Marius Nizolius* IV. 2 sq. Antibarbari philosophici.

Exstant

<sup>xx</sup>) Conf. cl. *Buhle* in notis ad *Analyt.* vol. II. Exercitt. paradox. V. §. 4. VI. §. 3. VII. §. 3. VIII. Opp. pag. 84 sqq. *Harl.*  
<sup>yy</sup>) Iudicium de hoc opere vide in *Gassendi* §. 2. *Heumann.*

Exstant e graecis commentatoribus editi quidem in primum *priorum* Analyticorum, *Alexander Aphrodisiensis* <sup>zz)</sup>: (qui vero in librum secundum circumfertur MS. <sup>aaa)</sup> non est Alexandri, iudice *Andrea Schotto* in vita Aristotelis pag. 155.) in utrumque *Leo* <sup>bbb)</sup> *Magentinus* (ex *Ammonio*,) et quem *Leo* fere sequitur *Ioh. Philoponus* <sup>ccc)</sup>, vt *Anonymi* <sup>ddd)</sup> de Syllogismis, et *Nili*, qui latine tantum exstat, de ratiocinationibus libellum praeteream.

In *posterorum* Analyticorum libros utrosque *Themistius* <sup>eee)</sup> et *Ioh. Philoponus*, [vid. *Lambec.* VII. pag. 149.] in librum secundum *Eustratius*, *Anonymus*, et, qui latine tantum editus est, *Mich. Psellus. Nicomedis*, (an Pergameni rhetoris, de quo *Philostratus* pag. 587.) scholia in priora Analytica fuisse in bibliotheca Strozzea, testatur *Frisius* in *Gesneri* supplemento <sup>fff)</sup>. *Theodori Prodrumi* <sup>sss)</sup> in posteriora, Romae in Vaticana exflare iam notavit *Conradus Gesnerus*. [adde *Buhle* pag. 158. *Montfaucon.* bibl. bibliothecar. tom. I. pag. 10.] *Iohannem Tzetzen* in Analytica priora inemorat *Index Interpretum*, Aristotelis operibus subiectus, in edit. *Du Valliana*.

Georgii

zz) Cod. Vindob. apud *Lambec.* VII. p. 127, 4. *Pselli* paraphrasis libri primi Analyticorum priorum mst. in cod. Medic. vid. *Bandini* catal. bibl. Laurent. III. p. 239. et *Buhle* p. 165. *Harl.*

aaa) Qui cod. Bau. CLX. habet in utrumque librum. *Harl.*

bbb) *Magentinus* adpellatur in commentario in Aristotelis analytica priora, cum *Io. Philopono* graece edito a *Victore Trincanello*, Venet. typis *Bartholom. Zanetti*. 1536. fol. v. *Lambec.* de bibl. Caes. VII. p. 147. *Harl.*

ccc) Cuius comm. in libros II. priorum analyticorum cum textu Aristotelis est in cod. Mediceo XX. plutei LXX. vid. *Buhle* pag. 160. *Arist.* lib. I. *Analyt. prior.* cum *Philoponi* comm. et *Philoponi* comm. in *Anal. prior.* libr. II. in cod. Vindobon. XXX. *Lambec.* VII. p. 148. et 149. *ibid.* p. 128 sq. in cod. *Coislin.* *Montfaucon.* p. 220. *Harl.*

ddd) Hic libellus de Syllogismis separatim editus est graece et latine cum notis et disputationibus *Mich. Wolffii*, professoris Ienensis. Ienae 1621. 8. Graece subiicitur *Philoponi* in priora Analytica Commentariis. *Fabric.* *Alexander Iustinianus*, genere Venetus, natu *Chius*, *Io. Philoponi* comm. in *Aristotelis* duo priores analyticos libros latine edidit, emendato mille locis exemplari graeco; msti codicis ope, Venet. 1560. vid. *Humphred. Hodium* de graecis illustribus L. Gr. — in restauratoribus, Londini 1742. 8. p. 325. *Harl.*

eee) In cod. Taurinensi, Veneto D. Marc. Vindob. *Lambec.* VII. p. 150, 7. et 151, 2. *Harl.*

fff) *Nicomedis* scholia exstare quoque in cod. regio DCCCCLXVI. notat *Labbeus*, teste *Buhlio* p. 167 sq. In cod. *Coisliniano* CCCXXIII. (*Montfaucon.* catal. illius bibl. part. II. p. 44.) sunt scholia in *analytica priora*, quae dicuntur esse τὴν ἐπάτην τῶν φιλοσόφων. Hoc loco non *Ioannem Italum*, *Michaelis Pselli* discipulum, sed, quia nomen *summi philosophi* pluribus Aristotelis interpretibus commune sit, haud dubie *Ioannem Pediasimum*, qui diu post *Io. Italum* floruit saeculo XIV, intelligendum esse, opinatur *cl. Buhle* p. 167. *Io.* vero *Itali* libri de interpretatione succinctam expositionem et libellos de syllogismorum figuris, et de eo, quod est in nostra potestate secundum *Aristotelem* e codice *Naudaeano* XVI. citavit *Labbeus* bibl. nou. MSS. p. 113. — In codicibus IV. *Escorial.* (teste *Plattero* in itinerario hisp. p. 158.) *Priorum analyticorum* lib. I. cum commentario *Alex. Aphrodisiaci*, 2) priora et posteriora analytica cum expositione *Philoponi*, 3) prior. lib. I. sine commentario, 4) priora et poster. analytica. In cod. Mediceo X. plutei LXX. est commentarius anonymi ineditus in libr. I. *Analyt. prior.* tum scholia anonymi in lib. I. *Analyt. poster.* et in cod. XV. eiusdem plutei anonymi expositio libri II. *Analyt. poster.* — Scholia anonymi ad *Analyt. poster.* in cod. XXXI. Vindob. apud *Lambec.* VII. p. 150 sq. et ad *analyt. priorum* librum II. in cod. XXX. Vindob. apud *Lambec.* l. c. pag. 149, 5. *Harl.*

ggg) Et *Leonis Magentini*, cuius comm. in priora et posteriora *Analyt. mst.* in bibl. *Coislin.* cum textu *Organi*. vid. *Buhle* pag. 162. *Harl.*

*Georgii Scholarii* ἔκγραψον MS. in Aristotelis Analytica laudat *Leo Allatius* de Georgiis p. 406. quem de *Georgii Pachymeris* paraphrasi et expositione in plerosque Aristotelis libros vide pag. 366 sq. Perierunt *Theophrasti* Analyticorum libri, et Ἀναλυτικῶν compendium, et περὶ συλλογισμῶν λύσεως, *Eudemi* et *Porphyrrii* scripta, quibus vsum se libro II. de syllogismo categorico testatur Boethius. *Galeni* libri VIII. in Analytica priora, et XI. in posteriora, *Themistii* in priora<sup>hhh</sup>), *Apollinaris* in primum posteriorum MS. dicitur exstitisse Venetiis, *Theodorus Prodromus* Romae, *Georgii Gemisti* paraphrasis apud Hurtadum Mendozam.

Interciderunt scripta *Albini*, latini scriptoris, et *Vegetii Praetextati*, qui, Themistium fere secutus, Analytica latinis auribus exposuerat teste Boethio.

E latinis exstat idem *Boethius*, qui quatuor Analyticorum libros latine vertit, et priores duos libris duobus de syllogismo categorico illustravit, in quorum calce promittit Analytica sua, quae lucem non viderunt. Subiecit et idem Boethius libros binos de Syllogismo Hypo-thetico ad Symmachum, librum item de diuisione, et alium de definitione. [P]

Auerrois commentarium, Arabis scriptoris, in Analytica priora habemus e latina versione *Iohannis Francisci Buranae*. [De versionibus syriacis et arabicis vid. *Casiri* tom. I. pag. 305.]

E recentioribus vtraque Analytica interpretatus est praeter *Iac. Ludouicum Strobacum*, *A. M. Torquatus* Colon. 1545. 8. *Iacobus Schegkius* Tubing. 1570. fol. priora *Augustinus Niphus*, *Ioh. Baptista Monlorius*, Francof. 1593. 4. posteriora *Iacobus Zabarella*<sup>iii</sup>), *Paulus Crellius* aliique, de quibus postea. In posteriora Analyt. et Topicorum libros comment. *Casp. Cardilli Villalpandei*, Compluti. 1558. 4. *Argyropuli* versio exstat in antiquis editionibus latinis. Vertit et priora *Simon Simonius* Lips. 1573. 4.

IV. ΤΟΠΙΚΩΝ βιβλία ἡ. *De locis*, vnde argumenta probabilia petuntur, libri VIII. Exoterici. Citantur ab *Aristotele* ipso lib. I. prior. Analyticor. cap. 1. καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς ἐσηται, cap. 15. περὶ ἔρμην. et lib. I. Rhetor. cap. 2. Φανερόν ἐκ τῶν τοπικῶν, licet *Patricius* tom. I. lib. III. discuss. Peripatet. pag. 22. neget, in libris, quos habemus, reperiri ea, quae ibi citantur, quod tamen accuratius inspicienti falsum videbitur. Obiicit ibidem, quod *Cicero* in Topicis ait, Trebatium obscuritate ab Aristotelis Topicis reiectum esse, cum *Simplicius* contra testetur, σαφέστατα, siue clarissime Aristotelem tradere *Meteora* et *Topica*.

hhh) De *Themistii* paraphrasi in Aristotelis posteriora et physica, in libros item de anima, memoria et reminiscencia, somno et vigilia, in somnis et diuinatione per somnum, interprete *Hermolao Barbaro*, vid. infra in vol. VIII. p. 28 sqq. et *Apostol. Zenum* in Dissertazioni Vossiana, tom. II. p. 377 sqq. Editionibus paraphraseos Themistii in Analytica posteriora, a *Buhlio* tom. I. Opp. Arist. p. 313. excitatis, adde edit. *Them.* commentar. in poster. Aristot. Venet. apud Anton. Iuntam, 1520. fol. *Harl.*

iii) *Zabarella*, (natus Patavii 1533. defunctus ibid. 1589.) edidit veterem II. analyticorum versionem latinam, cum graeco textu comparatam atque emendatam cum commentario in duo libros, primum 1582. postea rec. in *Zabarella* Operibus, cura Iul. Facii apud Io. Marefchallum, Lugdunensem, 1587. fol. tom. IV. conf. *Brucker*. hist. crit. phil. vol. IV. part. I. p. 200 sqq. et *Baumgarten* Nachrichten von einer hallischen Bibliothek, tom. I. pag. 216 sqq. *Harl.*



Topica. Sed Trebatio ob plures rationes obscurum esse potuit, quod Simplicio respectu aliorum obscuriorum fuit admodum perspicuum. Liberius quoque, ut solet, versatus est in interpretandis Aristotelis Topicis Cicero, perinde uti e graecis *Themistius*, ut operam mihi videatur lusisse *Antonius Quercingus*, qui (teste Allatio in apibus vrbanis pag. 45.) probare singulari libro conatus est, Topicorum libros, qui exstant, non eos videri, e quibus Cicero ac Themistius suam locorum enumerationem desumerunt. [Iudicium de hoc opere vid. in *Gassendi Exercitatt. parad. V. §. 5. VI. §. 4. VII. §. 4. VIII. §. 2. Heumann.*] Reprehenduntur Aristotelis Topica a *Mario Nizolio* IV. 1. Antibarbari. *Samuel Petitus*, Vir certe doctus, sed in coniecturis suis saepe praesidentior atque inde infelicio, II. 2. obseruationum p. 173 sq. contendit, libros nostros Topicos a Laertio memoratos esse sub aliis titulis, hac ratione:

Τὰ πρὸ τῶν Τόπων Topicorum quae exstant liber	1.
Ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν ζ' ab accidente, a genere, a proprio etc.	2. 3. 4. 5.
Τοπικῶν πρὸς τὰς ὄρας α', β'	6. 7.
Ἐρωτήσεως <sup>kkk</sup> ) καὶ ἀποκρίσεως α'	8.

Exstant e graecis comment. *Alexandri Aphrodisiei*; [cod. mst. scriptus 1486. inter codd. Nanianos, teste catalog. pag. 447.]<sup>lll)</sup> periit *Themistii* commentarius e quo nonnulla seruauit Auerroes. *Iohannis vero Itali*, qui *Mich. Pselli* discipulus fuit, in librum II. III. et IV. manu exaratus occurrit in bibliotheca Caesarea Vindobonensi, ut notatum Lambecio, quem vide lib. IV. p. 322 sq. et lib. VII. pag. 257. [Integer *Itali* comment. in omnes Topicorum libros in bibl. Vatic. *Montfauc.* bibl. bibliothecar. tom. I. p. 10.]

E latinis, *Ciceronis* Topica huc spectant, quae libris septem exposuit *Boethius*. Exstat et eiusdem *Boethii* latina Topicorum Aristotelis interpretatio, qui et commentariorum suorum, (sed quae lucem non [P] viderunt,) meminit in extremo libri quarti de differentiis Topicis. Idem libro II. pag. 871 sq. Themistii locorum partitionem confert cum Ciceroniana. Libros quatuor *Boethii* de differentiis Topicis recensuit ad vetustas membranas Iohannes Voegelinus, et ad tres priores metaphrasin graecam siue scholia graeca Anonymi adiecit, Augustae Vindel. 1608. 8.

Ex Arabibus *Auerroes*, e latina versione *Abrahami de Balmes et Iacobi Martini*. [ex versione hebraica *Theodori Thodrossi*. vid. *Labbei* bibl. nouam MSS. p. 306. nr. 2270. Wolf. bibl. Hebr. vol. I. pag. 18. *Logica et Topica* Aristot. hebraice transtulit a. C. 1314. *Clemens*, fil. *Clementis*, filii *Meir*, vid. *Wolf*. l. m. vol. IV. p. 963. De versf. arab. et syriacis, *Casfr.* bibl. arab. Hispana I. p. 305.]

E recentioribus *Antonii Demochari* siue *Democharis*, Theologi Sorbonici, Hypomnema. Paris. apud Simonem Colineum 1534. fol. 1535. 4. Eiusdem *Democharis* latina versio Topicorum exstat in editione latina Aristotelis. Basil. 1542. fol. — *Iosephi Saens de Aguirre* in Logicam

kkk) *Alexander Aphrodisiensis* ad lib. VIII. Topic. p. 249. ἀπὸ τῶν καὶ ἀξιοῖ τὰς ἐπιγέθεν τὸ βιβλίον τῶν περὶ ἰσότητος καὶ ἀποκρίσεως, ἀλλὰ δὲ περὶ τάξεως καὶ ἀποκρίσεως.

lll) *Anonymi* commentar. in *Topica* nondum

editus cum gr. Organo Aristot. in cod. Coisl. CLVII. et in alio cod. Coisl. CLXX. *Topica* cum scholiis *Magenteni*. Montfauc. bibl. Coisl. part. I. p. 227. *Buhle* p. 162. *Harl.*

Logicam et Metaphys. etc. Salmant. 1675. fol. *Iac. Scheuchii* Commentarius Lugd. 1584. 8. *Io. Eberhardi Busmanni* dialectica Regiomontana.

V. ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ ἘΛΕΓΧΩΝ βιβλία β'. *De Sophisticis Elenchis* siue argumentationibus libri II. <sup>mmmm</sup>) exoterici. Libris Topicis ab ipso, ut videtur, Aristotele subiecti, ut *Samuel Petitus* lib. II. cap. 2. Obseruat. pag. 173. colligit ex capite ultimo libri posterioris Elenchor. A *Laertio* non memorantur, vnde *Patricius* pag. 23. alia insuper causatus, Aristoteli eos abiudicat. Reprehenduntur a *Nizolio* IV. 4. Antibarbari philosophici. *Fabric.* Iudicium de hoc opere vid. in *Gassendi* Exercit. paradox. VI. §. 4. VII. §. 4. VIII. §. 2. *Heumann.*

E Graecis commentaria exstant edita quidem *Alexandri Aphrodisi*, quem *Pseud-Alexandrum* vocat *Andreas Schottus*, et inedita *Iohannis Philoponi*, quae fuerunt etiam apud *Thomam Reinesium*. Sed et *Mich. Pselli* prolegomena in Sophisticos Elenchos, quae Msta sunt in Bibl. Regis Christianissimi, *Allatus* memorat pag. 86. libri de Psellis, testatus ea in alio codice tribui *Michaeli Ephesio*, quem a Psello diuersum esse contendit pag. 40 sq. [etiam in cod. Medic. vid. *Bandin.* catal. tom. III. pag. 10.] Anonymi paraphrasis graeca msta in bibl. Bauar. pag. 8. — Elenchi sophistici cum scholiis *Magentini* in bibl. Segueriana, vid. *Catal. insst. graec.* pag. 23. et *Montfaucon.* cat. codd. bibl. Coislin. pag. 225. cod. CLXVII. et p. 219. fin. cod. CLVII. — [In bibl. Scorial. teste *Plüer.* Itinerar. Hisp. pag. 159. sunt codd. 1) reprehensiones Sophistarum. 2) eadem cum exposit. *Ephesii*. 3) eadem cum adnott. *Aphrodisiaci*.] In Bibliotheca *Hurtadi Mendozae* fuerunt *Mich. Ephesii* et *Stephani*, philosophi, in Elenchos commentarii.

Scriptit et *Galenus* librum περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων, qui occurrit tom. II. edit. *Charterii* pag. 73.

Latine vertit libros Aristotelis de Sophisticis Elenchis *Boethius*, cuius interpretatio inter eius scripta, saepius edita, legitur.

Arabis *Auerrois* commentarium latine vertit *Abraham de Balnes*, tom. I. Opp.

E recentioribus illustrarunt *Augustinus Niphus*, qui *Hermi* nonnulla, veteris commentatoris, *Boethio* laudati, legisse se testatur: tum *Ioach. Perionius*, *Ioh. Habichorstius* Colon. 1556. 8. alique mox memorandi. Transtulit et *Nic. Faentinus*, et *Simon Grynaeus*, cuius versio exstat in latina Aristotelis edit. Basil. 1542. fol. [Aristotelis librorum philosophicorum noua translatio *Io. Argyropoli*. Lipsiae 1503. fol.] *Analysis Griffingii Powellii* prodit Oxon. 1664. 8.

*Apharabii* commentarium Arabice MS. in Logicam Aristotelis memorat *Labbeus* Bibl. nou. MSS. pag. 255. [P] Aristotelis paruum logicum libellum, hebraice, *Riuae Tridenti* editum, commemorat *Io. Christoph. Wolf.* in accessionibus ad notitiam *Karaeorum* pag. 43.

ORGA-

<sup>mmmm</sup>) In indice *Ptolemaei* apud *Casirium* in bibl. arabico hispan. I. p. 307. liber vnus citatur. In

bibl. *Bernensi* est teste *Sinnero* in catal. pag. 283. cod. graecus de *Elenchis. Hart.*

## O R G A N U M.

Scripta Logica Aristotelis, haecenus recensita, iunctim excudi solent, (praefixa *Porphyrii* Isagoge in Categorias, de qua infra lib. IV. in Porphyrio dixi.) sub titulo ORGANI<sup>num</sup>, quia notum est, dialecticam a Philosopho adpellatam esse *ὄργανον ὀργανόν*, *instrumentum instrumentorum*: et in academiis quibusdam, vt in patria mea Lipsiensi, qui rationalem disciplinam profitentur, Professores Organi adpellari solent. Hoc quidem opere Aristotelem omnium mortalium ingenium longe superasse, scribit *Casaubon.* ad Persium pag. 115. [Superbo hoc iudicio num philosophi nostri subscribant, dubito. Iustam tamen laudem Aristoteli, cum antiquioribus comparato, tribuit *Themistius* orat. XXVI. pag. 329 sq. edit. *Harduini.* *Harl.*] *Io. Neldelii* institutio de vsu organi Aristotelici in disciplinis omnibus Francof. 1607. et Helmstad. 1666. 4. praefixa *Hermanni Conringii* epistola.

*Latine* prodit cum commentariis *Themistii*, *Ammonii*, et *Boethii* *Parif.* 1511. fol. [reliqua vide infra in indice editionum.]

Liber Categoriarum, de interpretatione, Analytica et Topica, *Hebraice* ex *Arabico* versa, exstant MSS. in bibl. Vaticana, teste *Bartoloccio* *Bibl. Rabbinaeae* tom. I. pag. 480. Ex Arabibus *R. Mose ben Maimon* et *Ebn Netzer Elpharati*, qui ebraice exstant in bibl. *Caesarea*, cui adde, quod *Labbeus* *Bibl. noua* MSS. pag. 202. testatur, in bibliotheca *Caroli de Montchal* fuisse Logica Aristotelis per *Abuchamad*, ebraice, et desuisse in tractatu de locis Topicis, similiter glossam *R. Moyfis* filii *Iosuae*, filii *Mar Dauid*, quae desuit in tractatu de demonstratione. *Syriace* vertit *Aristot.* dialecticam *Iacobus Edessenus*, clarus circa a. C. 650. vid. *Affemanni* *bibl. oriental.* pag. 475. 493. *Fabric.* [supra, vbi de codd. *Opp.* et *Organi* ipsius egi, quaedam iam notauim.]

Commentarios recentium scriptorum in Organon, et Logicae peripateticae scriptores enumerare difficile fuerit et plenum taedii, vt si quis telas araneorum percensere adgrediatur. Solent etiam in editionibus [P] quibusdam Aristotelis, *Du Valliana* praecipue et in *Possellini* *Bibl. selecta* XII. 4 sq. *Pauli Bolduani* *Bibl. Philosophica* pag. 440 sq. satis prolixi catalogi, vtinam perinde distincti et accurati, exhiberi eorum, qui in libros Aristotelis scripserunt. In praesenti itaque suffecerit laudasse Organi Aristotelici illustratores praecipuos, *Iacobum Fabrum*, *Franciscum Toletum*, *Collegium Conimbricense*, *Iacobum Schegkium*, *Ludou. Lucium*, (cum cuius commentario analytico et paraphrastico tabulisque synopticis prodit *gr.* et *lat.* *Basileae* 1619. 4.) *Iacobum Carpentarium* (*Parif.* 1564. 4.) *Petrum Ramum* (cuius libri *XX.* *Animaduersionum* in Organum Aristotelis emendatiores prodierunt *Francofurti* apud *Andream Wechelum* 1581. 8.) *Augustinum Niphum*, *Antonium Bernhardum Mirandulanum*, *Zachariam Vrsinum*, (*Iacobum Zabarellam*, de quo vid. *Baumgart.* *Nachrichten von einer*

E e 2

Hallischen

<sup>num</sup>) Iudicium de organo Aristotelis vid. in *Gessendi* exercitatt. *parad.* V. §. 1. *Heumann.* Editiones, versiones etc. infra simul indicabo. In cod. *gr.* MS. *bibl. Bodlei.* *Baroc.* LXXXVII. sunt *Porphyrii* Isagoge cum scholiis marginal. et *Aristotelis* Organon cum scholiis cum effigie *Argyro-*

*poli*, quem auctorem scholiorum in vtrumque librum fuisse, contendit *Humphred. Hodius* de graecis illustribus L. Gr. — in laudatoribus etc. p. 195. eumque multos Aristotelis libros interpretatum esse, idem *Hodius* pag. 202 sqq. significat. *Harl.*

Hallischen Bibliothek. tom. I. p. 216 sqq.) et, qui Aristotelem aduersus Ramum defensitarunt Iohannem Cafum et Balthasarem Keckermannum.

Epitome Organi Aristotelici graece et latine exstat auctore *Georgio Pachymere*, diacono, cum versione Phil. Bechii, Cantabrigiae 1666. 8. itemque altera *Nicephori Blemmydae*, cum versione Ioh. Voegelini, Augustae Vindellicor. 1605. 8. et tertia *Mich. Pselli* libris V. cum versione Eliae Ehingeri Witteb. 1597. 8. quarta *Ioh. Damasceni*, inter eius opera saepius excusa ex versione incerti: quinta *Gregorii Aneponymi* cum versione Ioh. Voegelini, Augustae Vindel. 1600. 8. et sexta denique *Gerardi Mathisii* Colon. 1569. 8.

E Latinis huc spectant *Marciani Capellae* Liber IV. *Cassiodori* de disciplinis caput III. *Isidorus* II. 22 sq. Orig. *Iohannis Sarisberiensis* Metalogicus, etc.

## II) RHETÓRICA.

VI. ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ βιβλία γ'. *Artis Rhetoricae libri* <sup>000)</sup> *III.* Acroamatici: in quibus dicendi artes omnium superiorum, a Tisia vsque, exposuissē Aristotelem, testatur *Cicero* II. de Orat. 39. et de Inuent. II. *Sextus Empiricus* II. contra Mathemat. p. 66. laudat Aristotelem ἐν τῷ πρώτῳ τεχνῶν ῥητορικῶν. *Dionysius Halic.* de nominum compositione p. 29. ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν ῥητορικῶν τεχνῶν. Et Epistola ad Ammaeum p. 122. [p. 733. tom. VI. Reisk.] ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν τεχνῶν. *Quintilianus* II. 17. *Aristoteles, ut solet, quaerendi gratia quaedam subtilitatis suae argumenta excogitauit in Gryllo, sed idem et de arte Rhetorica tres libros scripsit* etc. Post Topica et Analytica hoc opus composuisse observat idem *Dionysius* epist. ad Ammaeum pag. 121. [tom. VI. Reiskii pag. 729 — 733. Dionys. nempe, in tota illa epistola euicturus, Demosthenem artem rhetoricam non hausisse ex praeceptis Aristotelicis, inquit in vtriusque aetate, et docet, Aristotelem scripsisse libros rhetoricos (τὰς τέχνας) post bellum Olynthiacum, (cap. 9. pag. 734.) et post bellum, cum Philippo ab Atheniensibus gestum, (cap. 12. pag. 745. vbi vocantur illae αἱ ῥητορικαί.) contra Demosthenis aliorumque oratorum exemplis adiutum Aristotelem conscripsisse τὰς τέχνας (cap. ult. pag. 749.) Quare si libri rhetorici Aristotelis, quos habemus adhuc, iidem sunt, quos Dionysius nominat, illos circa Olymp. CXI. 2. ante C. N. 395. exaratos fuisse, suspicatur *Buhle* p. 95 sq. *Harl.*] De aliis eius Rhetoricis scriptis vide *Menagium* ad Laertii V. 24. Non enim adfentior Maioragio, qui alios rhetoricorum libros, a Quintiliano lectos, vel hos, quos habemus, mancos esse mutilosque contendit IV. 6. Antibarbari philosophici: neque plane certa mihi videtur *Iouji* coniectura, qui caput sextum et septimum libri primi Rhetoricorum putat respici ab eodem Laertio, cum inter Philosophi scripta refert librum περὶ συμβεβηλας. [Iudicia de his libris etc. collecta leges in: *Baillet Jugemens des Savans.* tom. VII. p. 12 — 23. edit. Amsterd. 1725. 4. *Harl.*]

Insignis

<sup>000)</sup> *Cardinalis de Bagni* librum omnium praestantissimum post sacras litteras duxit esse Rhetorica Aristotelis. Vide *Naudaeana* p. 3. *Iac. Burckhardi* libellus de summo eruditorum in rhetoricis Aristotel. magni aestimandis consensu.

— Aristotelis exemplo *Augustinus Valerius*, episcopus Veronensis, scripsit libros III. rhetoricae ecclesiasticae. — *Quintilianum* vero praeter rem saepius recedere ab Aristotele, notat *Vossius* de rhetoricae constitut. cap. VI. pag. 47.

Insignis horum librorum editio graeca Paris. 1559. 1562. 4. ex officina [P] Guil. Morelii, cum notis. Prodierunt et graece Basil. 1529. 4. et Paris. 1549. 8. apud Vascosanum. [de editionibus infra in recens. edit. singulorum librorum vberius disseritur.] Aristotelis Rhetorica cum scholiis Gregorii Nazianzeni manu exarata legisse se, testatur Erasmus Adagio: *fistina lente*. Paraphrasin graecam doctissimam et antiquissimam ineditam memorat Labbeus pag. 732. Bibl. nouae MSS. et p. 106. *Aspasi* commentarium. Sed et Stephani scholia graeca<sup>ppp)</sup> in Rhetoricam Aristotelis memorari video in Frid. Sylburgii catalogo MStorum Bibl. Palatinae p. 20. Eadem scholia graeca Stephani in librum I et II. memorans Labbeus p. 271. testatur praeterea in codice regis Galliae centesimo primo occurrere scholia MSS. graeca, editis ad extremum libri tertii, trium foliorum accessione auctiora<sup>qqq)</sup>. Nimirum Conradus Neobarus<sup>rrr)</sup>, typographus regius, graece edidit Paris. 1539. minoris folii forma, et Georgio Seluae, episcopo Vaurenfi, dicauit scholia succincta et erudita, nescio cuius, scriptoris sub titulo: *εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Ῥητορικὴν ὑπόμνημα Ἀνώνυμον*. Neque tantum extrema parte mutila sunt, vt iam dixi, sed initio quoque desideratur commentarius in caput primum et dimidium secundi. [In bibl. Paris. regia cod. MDCCCXVIII. continet rhetoricæ compendium, et habet scholia anonymi eadem, quae Conr. Neobarus edidit; reperiuntur tamen in eo sub finem nonnulla, quae in edit. Neobariana desiderantur.] Auctor autem minime est Alexander Aphrodisæus, vt ex eo, quod Daniel Barbarus Alexandrum subinde in commentariis suis laudat, coniciebat Gesnerus in partitionibus rhetoricis titulo 2. Nam certum est, auctorem, quisquis fuit, Constantino et Basilio Magno fuisse iuniorem et Christianum, atque, vt videtur, Constantinopoli scripsisse. p. 25. habet quaedam de more iudiciorum, Constantinopoli peregrinis iniquiore. p. 18. b. memoratur ipsi ὁ ἐν τῇ νέᾳ Ῥώμῃ περιώνυμος τῆς τῆ Θεῆ σοφίας ναός. p. 13. b. 50. 52. 60. citatur Hermogenes et p. 13. b. Minutianus. p. 32. b. mentio metropolitaram et ῥητορεῖς siue muneris docendae rhetoricæ. pag. 42. citat prouerbia Zenobii, e Tarrhaeo collecta pag. 50. Καὶ νῦν οἱ ἀναγινώσκοντες τὰ μαρτυρογραφία. pag. 70. b. Χρεῖα δὲ μᾶλλον Φωνῆς μεγάλης, ἵνα πῆ μὲν ὑποκρίνηται τὰς τυραννικὰς Φωνάς, πῆ δὲ τὰς γυναικείας, πῆ δὲ τὰς ἀνειμέναις, ὡς ἐστὶν ἰδεῖν ὑπεκρηνομένους ἐν τῇ αἰγίᾳ σοφῶ (intelligitur sepulchrum Constantini M. vide Camgii Constantinopolin Christianam p. 108.) ἀναγινώσκοντας. Magni Basilii meminit p. 60. b. et p. 57. εἰ μὲν εἶπης, ὅτι ἔμελλεν ἄρα πολλάς ἡμῖν ὑποθέσεις τῶν λόγων ἀεὶ προτιθεῖς ὁ μέγας Βασίλειος, ἐαυτὸν ἡμῖν νῦν προδήσειν ὑποθέσει. pag. 61. Χριστὸς γεννᾶται, δεξάσατε, χριστὸς ἐξ ἑρανῶ, ἀπαντήσατε. Alterius scholii, a se reperti, mentio in librum III. p. 64. c. εὐρον δὲ καὶ σχόλιον, λέγον, ὅτι ἐν τῇ Ἰσοκράτους ἐστὶ τῆτο. Similiter pag. 70. et p. 65. b. εὐρον σχόλιον τοῦτο etc. atque iterum eadem pagina: εὐρον σχόλιον, ὅτι αἱ ἐκκλησιαί ἰδιαιεῖσι τῆς [P] Δημοκρατίας. Vititur et quaedoque vocabulis graeco-barbaris, vt pag. 68. b. verbo *μεγαρίζεν* et *τζωντζιρίζεν* pro *ψευδίζεν*.

E c 3

νάξεν.

ppp) Sunt quoque in cod. Taurinensi CIII. vid. Catal. bibl. Taurinens. part. I. p. 213. Buble pag. 197. Harl.

qqq) Idem forte opus, quod in biblioth. Caesarea existare testatur Nesselius IV. p. 135. Incereti auctoris explicatio in rhetoricam Aristotelis ex-

stat quoque in cod. Bavarico CXXXIX. pag. 55. Catalogi.

rrr) Epistolam Neobarii exhibet Mich. Maittaire tom. III. Ann. typogr. p. 7. Diuersum hoc esse ὑπόμνημα a commentariis Nazianzeni, Erasmo inspectis, putabat Rogerus Aschamus epist. ad Io. Sturmium pag. 292.

κόζεν<sup>555</sup>). pag. 73. Δομῆσιμον ponit pro eo, qui in ecclesia psalmum praeit cantoribus, qui locus addendus *Cangio* in glossario graeco p. 321. *Fabric.*

Codd. rhetoricorum, et rhetoricae ad Alexandrum, (de qua in sectione sequenti sermo est,) reperiuntur in bibliothecis, Vaticana, Veneta, (in bibl. *Ven. S. Michaelis*, teste Mitarello in catal. codd. msst. p. 70. *Ars rhetorica* et *Topicorum* libri, cod. gr. saec. XV. in tabulis, codicem obtegentibus, adnotatur: *ista rhetorica Aristotelis est Francisci Patritii Venetiarum et amicorum suorum.*) Neapolitana, Florentina, Medicea, (in qua codex, *Aristot. de arte rhetorica libri IV.* sed primus liber in codice in duos diuiditur,) *Taurinensi*, (in qua etiam exstant Aristotelis rhetorica ex hebraica interpretatione Todros Todrosi cum commentario Ben Raschid.) *Matritensi*, (cod. LVIII. apud Iriarte p. 196 sq. initio occurrunt tres libri Aristotelis, tum aliis aliorum libris insertis fol. codicis CXXII. prolegomena in Hermogenis rhetoricam vitia, et in *Aristotelis rhetoricas*, opus anonymum, cuius auctorem Iriarte suspicatur eundem esse, cuius fragmenta vulgavit Aldus Manutius in Veneta rhetorum graecorum edit. 1509. pag. 196. 197. quod tamen, quia Aldinam non vidit editionem, pro certo dicere non conatur.) *Parisiensi regia*, in bibl. *Escorial.* Rhetorica ad Alexandrum, (vid. *Püer* in itinerario per Hispan. p. 159.) in bibl. *Bauar.* rhetor. Aristotelis ad Alexandrum, cod. CXLIII. (vid. *Catal.* p. 57.)

*Auerroes* scripsit commentarium in Aristotelis rhetoricam et poeticam Auenione anno Hegirae 570. Hunc ex lingua arabica translulit in hebraicam *R. Todros* a. 1337. et cod. mst. adferuatur in bibl. *Vindobonensi*. vid. *Lamberti* comm. tom. I. p. 292. — In bibl. regia *Paris.* (vid. *Catal.* tom. I. pag. 455.) sunt in cod. *Aristotelis Rhetoricorum* libri duo, ex Syriaca lingua in Arabicam ab anonymo conuersi, et ibid. (catal. I. p. 32.) rhetorica et poetica in duobus codicibus, hebraice, in vno, interprete anonymo, in altero, cum *Auerrhois* commentariis, hebraice a *Theodoro* s. *Theodorida* conuersis. *Harl.*

Versionem latinam MS. Rhetoricorum Aristotelis, auctore *Guilielmo* (Dorotheo, Veneto, ni fallor,) *Labbeus* testatur exstare in codice DCLX. regis Christianissimi. [In cod. *Bernensi*, teste *Sinnero* in *Catal. codd. etc.* p. 282. est latina versio rhetoric. Aristotel.] In antiquis Operum Aristotelis editionibus latinis, vt Veneta 1496. fol. rhetorici libri desiderantur, qui e veteri translatione prodire Lipf. 1504. fol. [P] *Fabric.* Apud *Leich.* de origine et incrementis typogr. Lipsiensis, in *Annalib. typogr. Lipsiens.* ad ann. 1504. hanc editionem non reperi indicatam; at ad ann. 1503. p. 81. *Aristotelis rhetorica per Franc. Philelphum traducta*, per Melch. Lotter. fol. 1503. Atque *Fabricius* in margine exempli sui notarat: „*Francisci Philelphi* versionem, qui admodum iuuenis, quum Florentiae doceret, hos libros translulit et Alphonso, regi, [vel potius patri purpurato,] dicauit, in antiquis Aristotelis recurrere, et ad calcem orationum Philelphi legi, notatur in *Diario Veneto, Giornale d' Italia* tom. XIV. p. 338. vid. *Apostoli Zenum*, (auctorem illius obseruationis in *Giorn. d' Italia.*) in *Dissertazioni Vossiani*, tom. I. pag. 295 sq. vbi vero disertè additur *Arist. rhet. ad Alexandrum.* adde ipsum *Fabricium* in fine sequentis segmenti. Atque huius versio deprehenditur in collectione rhetoricorum

<sup>555</sup>) Vnde nec Gregorii Nazianz. esse potest, cui comment. r. in rhetorica tribuitur ab Erasmo in *Adagiis, Alcinoi apologus et festina lente.*

torum latinorum apud Aldum et Andr. Asulanum, focerum. Venet. 1523. fol. — Veteres duo *latinos* interpretes, qui in membrana msst. in bibliotheca Helmstadiensi adseruantur, memorat *Christophor. Schraderus* ad libr. rhetor. I. pag. 4. — De *Hermolai Barbari* versione latina vid. *Zeni* dissertazioni Vossiane, tom. II. p. 381. et in diario eruditorum Italiae tom. 28. p. 201. 211. 212. 241. Omnia quidem Aristotelis Opera Hermolaus Barbarus latine vertere voluit, et bonam partem iam pridem peractam esse, professus est in praefatione ad Pomponium Melam. conf. *Zeni* diss. Vossiane II. p. 386. Ceterum plures codices latini librorum de arte dicendi et rhetoricorum ad Alexandrum exstant, notante cl. *Buhlio* p. 190. in bibliotheca Parisiensi, et variis quidem interpretibus, Guilelmo, Philolpho et aliis. Codici VIIMDCXCIV. additus est commentarius *Aegidii de Roma*, ordinis fratrum Eremitarum Sti Augustini. *Harl.*

Ceterum falluntur hi, qui libros istos tres inscribunt Aristotelis Rhetorica ad *Theodetem*. Nam illa in his libris citantur libro III. cap. 9. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδετείοις ἐξηριθμηται, quae verba in illa versione p. 188. male sunt omissa.

Praetereo *Alpharabii*, Arabis, declarationem in Rhetorica Aristotelis, latine editam cum *Aegidii Columnae, Romani*, in eadem commentario Venet. 1481. fol. *Auerrois* commentarium scriptum a. Ch. 1174. *Abrahamo de Balmes* interprete tom. II. Opp. [conf. *Buhle* p. 322 sqq. Opp. Aristot. tom. I.]

VII. ῬΗΤΟΡΙΚΗΨ ΠΡΟΣ ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΝ βιβλίον α'. *Rhetoricae ad Alexandrum* liber, Exotericus, quo continentur praecepta ciuilium et iudicialium orationum. Hunc Aristoteli abiudicant duplici nomine viri docti, quod *Προσφωνητικῶν* prooemio <sup>ttt)</sup> utatur, et quod *Laertius* eius non meminit. Itaque auctorem volunt *Anaximenem* Lampfaceum <sup>uuu)</sup>, rhetorem, Aristotelis aequalem. Ita *Petrus Victorius*, *Robortellus*, *Nunnesius*, *Muretus* pag. 286. Oratorum (edit. Jac. Thomassii.) *Aldobrandinus* in nota ad *Laertium* II. 3. aliique apud *Menagium* pag. 71. ad *Laertium*, qui his adsentitur: perinde vt *Andreas Schottus* in vita Aristotelis pag. 164. *Vossius* de Rhetoricae natura pag. 63. et de hist. graecis p. 57. Non videntur tamen plane explorata esse haec argumenta, et pro Aristotele auctore facit, quod liber de mundo itidem ipsius est <sup>vuu)</sup>, vt infra adparebit, qui habet *προοίμιον* eiusmodi: et *Laertius* alia etiam Aristotelis in Catalogo suo praetermisit, et in hoc libro cap. 1. auctor sibi tribuit τέχνας τῶ Θεοδετεῖ γραφείσας, quas Aristotelis fuisse, *Laertius* et multi alii testantur, et constat ex testimonio *Aristotelis* ipsius, paulo ante adducto lib. III. Rhetor. cap. 9. *Patricius* quidem praeterea obiebat doctrinae diuersitatem et stili, aliaque, vt ait, multa, [P] per quae a prioribus tribus hic discrepare liber ei videtur tom. I. discuss. peripatet. lib. III. pag. 25. Sed nec multa illa nominat, et doctrinae diuersitas aliqua intercedit

ttt) Dan. Heinsius p. 622. Oration. *Aristoteles* nunquam προσφωνητικῶν προοίμιος est usus, neque dedicare libros suos solet, unde liber Rhetoricorum quoque ad Alexandrum vt inter Aristotelica ἀπεδύται et reicitur. *Fabric.* Prius argumentum inuertit *Coelius Sec. Curio* lib. II. Epp. p. 348. prouocans simul ad *Ciceronem*. *Verpoorten.* — Dixerim, librum hunc ipsum esse genuinum

foetum Aristotelis: at epistolam dedicatoriam alium habere auctorem. *Heumann.*

uuu) Sub *Anaximenis* nomine videtur laudare *Quintilianus*. vide p. 151. edit. Capperoncrinae.

vuu) Id tamen ab aliis negari, suo loco videbitur: argumentum igitur inde peti non potest. *Harl.*

cedit fortassis, at contrarietas nulla, nec stili ita magnum est discrimen, ad regem praecipue scribentis, ut alium auctorem necessario arguat, vel audiendus sit *Dan. Heijsius*, qui p. 563. Orat. critica plane auctoritate, nemo iam est imperitus, inquit, qui *Alexandri Macedonis* aetate scriptum persuadere altisque aut sibi possit, multo minus γνήσιον τὸ πατρὸς ἔχει τὸ τεχνικόν.

Latine vertit, ne de *Ioh. Maximelli* expositione, Venet. 1573. 8. edita dicam, *Franciscus Philephus*, cuius versio occurrit in Graecolatinitis Operum Philosophi editionibus, etiam *Du Valliana* tomo III. [vid. ad antecedens segmentum notata.] Anglice prodit cum tribus libris Rhetoricorum, qui lucem viderunt Lond. 1686. 8.

### III) P O E T I C A.

VIII. ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ βιβλίον α'. Liber de arte Poetica, (primus fortasse ex tribus,) quo praestantissima epici carminis et tragoediae praecepta traduntur <sup>wiw</sup>). Sane *Laerius* II. 46. et *Plutarchus* libro de Homero laudant Aristotelem ἐν τρίτῳ περὶ ποιητικῆς, ubi male viri docti *Casteluetrius*, *Nunnesius* et *Vossius* [quos citavit *Menagius* ad locum *Dionigenis* pag. 98.] iubent reponere περὶ ποιητῶν. Nam et *Boethius* in limine libri primi maiorum commentariorum in librum de interpretatione pag. 290. citat Aristotelem in libris, quos de arte poetica scripsit <sup>xxx</sup>). Libro secundo videtur egisse de Comoedia, Dithyrambice, Nominorum

<sup>wiw</sup>) De hoc libro copiose agit *Morhof*. polyhist. litter. VII. 1, 2. et 3. *Heumann*.

<sup>xxx</sup>) Nolo ea repetere, quae in Introductione ad historiam L. Gr. edit. II. p. 444. in primis tum in praefatione ad editionem meam Aristotelici libelli egregii, ubi quoque *Vossii* iudicium ex §. 5. cap. V. de artis poeticae natura et constitutione recudendum curavi, atque editiones aliaque subsidia et interpretes recensui, tum passim in notis et in appendicibus, de hac lite et de ipso libelli argumento disserui, variorumque libellorum, in quibus capita poetices aut sententiae praeceptaque Aristotelis illustrantur, frequentem inieci mentionem. Scriptores de arte poetica et speciatim eos, qui in Aristotelis et Horatii artem poeticam sunt commentati, excitant *Io. Maria Crescimbenius* in historia poeseos italicae libro sexto, *Morhof*. polyhist. litterar. lib. VII. cap. 1. p. 1002 sqq. atque *Hadrianns Bailletus* in iudicii eruditorum, (Jugemens des Savans,) tom. III. pag. 44 sqq. quorum catalogus valde potest augeri. *Lessingius* enim in praeclearo libro: Hamburgische Dramaturgie, R. *Hurd* Anglus, eiusque interpres germanicus *Io. Ioach. Eschenburg* in Horazens Episteln an die Pisonen und an den Augustus mit Kommentar und Anmerkungen etc. Lipsiae, 1772. 8. *Laelius Bisciola* lib. I. cap. 12. horarum subseciu. *Cooke* Grundsatze der dram. Critick. *Franc. Hedelin*

*d' Aubignac* la pratique du Theatre, Amsterd. 1715. 8. etc. german. vers. a *Wolfg. Balth. Adolph von Steinwehr*, Hamburg. 1737. 8. *Bosii* Traité du poeme epique, Paris. 1675. 12. et *saepius*, *Isaac Casaubonus* de satyrica Graecorum poesi — — edit. *I. Jac. Rambach*. Halae 1774. 8. *Curtius* in versione artis poeticae Aristotel. germanica, Hannou. 1753. 8. [*Ath. Auger* de la Tragedie Grecque, et du nom qu'on devoit lui donner dans notre langue, Par. 1712. ubi sextum caput francog. versum et illustratum est.] etc. multa Aristotelis loca et praecepta erudite explicuerunt. Alios, qui de poesi scripserunt, praecepta dederunt, aut illustrarunt libellum Aristotelis, et quorum copia insignis est, enumerant *cel. D. Christian Heinr. Schmid* in Anweisung der vornehmsten Bücher in allen Theilen der Dichtkunst. Lipsiae 1781. 8. in specie de Aristotele p. 69 sqq. et *cel. de Blankenburg* ad *Sulzeri* Theorie der schönen Künste, tom. I. voc. Drama p. 711 sqq. voc. Dichtkunst pag. 629 — 683. edit. ann. 1752. mai. 8. et tom. II. voc. Heldengedicht p. 411 sqq. Multa Aristotelis iudicia aristotelicique libelli et poetices praecepta persequitur *Io. Georg. Müller* in Exercitatione de natura media poeseos inter philosophiam et historiam e fontibus graecis, maxime loci cardinalis cap. IX. poeticorum Aristotelis. Ienae apud *Io. Adolph. Müllerum*, 1707. 8. cuius libri summam et vberioream notitiam dedi in praefatione



morum poesi, Satyra, Auletica et Citharistica: tertio vero, vt nuperus editor coniicit, tractabat de animorum purgatione a prauis affectibus, deque emendatione morum, vt pote poeticae imitationis, recte institutae, praecipuo apud veteres ac proprio fine. Sane illud argumentum in Poeticis se tractasse inuinit *Aristoteles* VIII. 7. politic. vt de variis ridiculorum generibus in eodem opere egisse constat ex III. 26. Rhetor. Simplicius quoque in *Categorias* profert ex Aristotelis de poetica definitionem synonymorum, quae in edito libro non exstat<sup>yyy</sup>. Etiam alium quemdam *Aristotelem*, *Cyrenaicum*, *περὶ ποιητικῆς* scripsisse, testatur *Laertius* V. 35.<sup>zzz</sup> Sed nostro Stagiritae Aristoteli, quem et ipsum de poetica egisse idem *Laertius* notauit, liber praefens tribuitur ab Ammonio, Simplicio, Hermia, aliisque veteribus, vt notatum *Vossio* de artis poeticae natura cap. V. sect. 5. pag. 29. qui pag. 27 sq. agit etiam de [*P*] *Critone*, Socratis aequali, *Zenone*, Citieo, et *Democrito*, qui itidem de Poetica arte scripserunt, vt longo post tempore fecit *Proclus*, e quo Chrestomathiae seruatae a *Photio* cod. CCCXXXIX. [*P*] *Fabric.*

*Codices MSS*ti sunt in bibl. Veneta D. M. quatuor in bibl. Laurent. Medicea; in Taurinensi ex interpretatione *Todros Todrosi* ann. 1337. facta; duo in bibl. Matritensi, (de quibus vid. *Iriartum* catal. pag. 294. et 366 sqq.) sex in bibl. regia Paris.; in Vossiana; in Guelpherbytana, cuius V. L. excerpfit *Curtius* in commentario, versioni suae teutonicae subiecto. vid. *Buhle* de codd. Aristotel.

*Auerrhoes* scripsit in Aristotelis poeticam commentarium, quem ex arabico in hebraicum sermonem transfudit *R. Todros*, et cod. mstus exstat in bibl. Vindobonensi, teste *Lambecio* in commentar. tom. I. pag. 292. — Rhetor. et poetica hebraice in duobus codd. Paris. regis, in altero, interprete anonymo, in altero cum *Auerrhois* commentariis, hebraice a *Theodoro* siue *Theodorida* quodam versis. Arabica et poet. versio, interprete *Abou Bafchar*, inscribitur *aboutika* siue *abotika* poetica. vid. *Herbelot*. bibliothecam orientalem p. 40. et p. 78. b. in voc. *Aidi. Harl.*

#### IV) P H Y S I C A.

IX. ΦΥΣΙΚΗΨ 'ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ βιβλία ἦ. *Physicae auscultationis* siue *doctrinae Naturalis* libri VIII. Acroamatici, quorum primo agit *περὶ ἀρχῶν* siue de principiis, in secundo de natura, fortuna et casu, in reliquis libris de affectionibus generalibus corporum, praecipue de motu, cuius doctrinae compendium ex Aristotele persequutus est binis de motu libris *Proclus*. Ac libros tres postremos physicae auscultationis respicere videtur *Aristoteles*, quum lib. I. de coelo cap. 7. τὰ *περὶ κινήσεως* citat, quem titulum iisdem *Andronici* ac *Simplicii*

ad meam Aristotelis A. P. ed. p. XXXV sqq. vbi quoque p. LXII. iam commemoravi, summam nostri libelli, adspersis paucis animaduersionibus, exhibuisse *Buffier* in: Suite de la grammaire françoise sur un plan nouveau, ou traité philosophique et pratique de Poésie. Paris. 1728. p. 113 — 118. vt alia mittam scripta, quae numero permulta sunt. *Harl.*

Vol. III.

<sup>yyy</sup>) Hoc argumento, sane non grauissimo, librum hunc abiudicat *Aristoteli Caelius* lib. II. epist. pag. 349. *Verpoorten*.

<sup>zzz</sup>) Libri tres de poetis memorantur in indice apud *Casirium* biblioth. arabico-hispan. tom. I. pag. 306. et pag. 307. tamquam diuersi a superioribus, de arte poetica secundum *Pythagoram*, eiusque sectatores, libri duo. *Harl.*

F f

plicii auctoritate vindicare conatus est Iacobus Schegkiius. *Laertius* tamen V. 23. distinctum Aristotelis opus memorat libros duos de motu, et constat, Aristotelem perinde vt eius discipulum Theophrastum idem argumentum quandoque saepius tractasse. Libro sane quarto de coelo, locum de motu ex physica auscultatione citans non τὰ περὶ κινήσεως, sed πρώτους λόγους vocat, vt notavit *Simplicius* sect. 14. ad libr. IV. de coelo <sup>aaa)</sup>. *Nicomachus* quoque, Stagiritis, Aristotelis filius, teste *Suida*, [et *Eudocia* p. 308. περὶ Νικομάχου.] praeter Ethicorum libros sex, scripserat περὶ τῆς Φυσικῆς ἀρχαίας τῆ πατρὸς αὐτῆ, et *Xenocrates*, Aristotelis aequalis, [P] scripserat Φυσικῆς ἀρχαίας libros sex, teste *Laertio* IV. 13. *Iustinus Martyr* in dogmatum Aristotelicorum euerfione, qualis hodie liber ille exstet, impugnat libros octo Physicorum et libros quatuor <sup>bbb)</sup> de coelo, vt *Photium*, qui cod. CXXV. duos tantum primos Physicae auscultationis libros impugnatos a Iustino fuisse affirmat, codicem minus integrum habuisse notet *Ioh. Ernestus Grabe* tom. II. Spicilegii Patrum pag. 152. *Galenus* quoque in libris ἀποδείξεως, qui interciderunt, omnes Aristotelis demonstrationes, quae in libris physicis exstant, excusserat, vnde Aristotelis ἐξετάσις dicitur a *Themistio* in I. de anima, obseruante *Petro Petitio* apud Menagium p. 208. ad *Laertium*. *Fabric.* Iudicium de hoc opere vid. in *Gassendi* Exercit. parad. V. §. 6. VI. §. 5. VII. §. 5. et 6. VIII. §. 3. *Heumann.*

In libros octo physicae auscultationis exstant e graecis eruditissima commentaria *Simplicii*, et *Themistii* <sup>ccc)</sup> paraphrasis: et quae latine tantum e Camotii versione edita sunt *Mich. Pselli* <sup>ddd)</sup> commentaria, et paraphrasis *Theodori Metochitae* <sup>eee)</sup>, *Gentiano Herueto* interprete.

<sup>aaa)</sup> *Adrastus* apud *Simplicium* testatur, primos quinque libros a quibusdam inscriptos fuisse περὶ ἀρχῶν, de principiis, reliqua tria περὶ κινήσεως, de motu. Libros quinque primos plerique vocarunt τὰ Φυσικά, et tres posteriores περὶ κινήσεως. id. p. 216. Sed *Porphyrius* quatuor posteriores de motu inscripsit, teste *Simplicio* ad exordium libri V. *Franc. Caballus* scripsit de numero partium ac librorum physicae doctrinae Aristot. Venet. teste *catalog. biblioth. Barberinae* tom. I. pag. 203.

<sup>bbb)</sup> E quarto quidem nihil adfert *Iustinus* vel quisquis auctor, sed tantum e primoribus tribus. At p. 137. pro ἐκ τῆ ἐνάτης legendum ἐξ ὅσων. *Iustinus* enim scripserat ἐκ τῆ Θ. quod in his Aristotelis physicis perinde, vt in Homeri libris, non denotat numerum nonum, sed octauum. Confer quae infra post nr. 15.

<sup>ccc)</sup> Interpretes graeci haud raro textum Aristotelis pro lubitu mutare, interpolare, eique de suo aliquid addere ausi sunt: quae mutationes postea sine auctoris nomine in libros, ad eorum exempla scriptos, transferunt: „Ita, vt ait *cl. Buhle* in praef. p. XX sq. *Themistius* totum fere caput secundum libri sexti Auscultationum physicarum paullo liberius propter obscuritatem mutauit, pro ipsis Aristotelis verbis paraphrasi sua inserta.

Ex *Themistii* codice fluxere alii, ex quorum vno editio Veneta Camotii expressa est; sicut ex eadem codicum stirpe fuit is, quem *vetus interpret latinus* ante oculos habuit: nam et Camotius et *vetus interpret* non ipsa Aristotelis verba, sed *Themistii* expositionem in textum receperunt. *Conradus Gesnerus* autem et *Simon Grynaeus* in editione Basileensi alium codicem sequuti, ipsa Aristotelis verba restituerunt, paraphrasi huius loci *Themistiana*; cum ea in ipso *Themistii* commentario in Auscultationes physicae non reperiatur, ad calcem librorum physicorum reiecta, id quod etiam in editione *Moreliana* obseruatum est. Textum editionis Basileensis vere Aristotelicum esse, docet *Simplicius*, (ad Aristot. ausc. phys. fol. 245. a. ed. Ald.) qui *Themistii* fraudem simul aperuit, vt adeo huic rei fides derogari nequeat. \* *Themistii* paraphrasin latine verterat *Vettius Praetextatus*, quod opus periit; postea (a. 1480.) *Heimolaus Barbarus*. vid. *Zeni* dissertazione Vossiani, vol. II. pag. 378 sq. idem scripsit praeflectiones in illam paraphrasin. *Zen.* l. laud. p. 383. adde p. 367. et infra ad sect. XIV. notata. *Harl.*

<sup>ddd)</sup> *Pselli* scholia in VIII. libr. Physic. in cod. Bavarico CXLV.

<sup>eee)</sup> Conf. *Fabr. Bibl. Gr.* vol. IX. p. 216. Specimina operum *Theodori Metochitae* edidit *Ian. Bloch*

prete *fff*). In libros quatuor primos lucem vidit graece etiam *Iohannis Philoponi* expositio. [ad librum sextum vsque comment. gr. Philoponi est in cod. CLXVI. bibl. Coisliniana] *Anonymi* Synopsis Graecam MS. memorat *Labbeus* Bibliothecae novae MSS. p. 116. [*Georgii Pachymeris* expositio in Aristotelis naturalis auscultationis siue physicorum libros octo, in sta est in cod. *Vindobonensi*, teste *Lambecio*, tom. VII. pag. 181. et in cod. XLIV. nr. 2. *Lambec.* ibid. p. 132. et cod. XLII. p. 173. *Georgii Pachymeris* prolegom. in Aristotelis libros VII. physicorum, tum *Simplicii* Prolegom. in eosdem libros, *Themistii* paraphrasis in eosdem et eiusdem paraphrasis in libros III. de anima, librum de memoria et reminiscencia etc. *Harl.*] *Mich. Pselli* argumenta et considerationes siue ἐπιστάσεις in librum VI. et VII. MSS. graece in Bibl. Caesarea, teste *Nesselio* IV. p. 66. Confer *Allatium* de Pselli p. 66. Perierunt commentaria *Alexandri Aphrodisi*, saepe laudata, hinc inde reprehensa a *Simplicio*. *Fabric.*

Commentarius *Georgii Pachymerae*, adhuc ineditus, cum physicis Aristotelis exstat teste *Bandinio* tom. III. in bibliotheca medica, cod. V. plut. 87. — In bibl. regia Matritensi teste *Iriarto* pag. 52 sqq. cod. XV. varia Aristotelica comprehendit, epitomen dictorum ab Aristotele in physica auscultatione nondum editam, (conf. infra ad §. X.) prolegomena in physica auscultat. tum metaphrasin II. priorum libr. aufc. phys. cum scholiis, quae nondum edita et diversa a reliquorum paraphras. etc. sunt. — De codicibus gr. vide *Buhle* pag. 171 sqq. [Codex Lips. de quo infra pag. 247 sq. partem Phys. Aufcult. habet.] Biblioth. *Erlangens.* habet codic. qui continet textum latin. omnium libror. physicorum et recent. qui praeter alia continet Aristot. *auscultationes physicas* graece cum fragmento ex *Simplicii* in eas commentario. Alios quosdam codd. in quibus sunt physica, metaphysica, mechanica aliaque eius generis scripta Aristotelis, praecipue eos, qui exhibent commentatores veteres, pauca commemorabo. *Veneta* S. Michaelis bibl. docente *Mittarellio* cat. illius bibl. p. 70. habet cod. graec. ann. 1418. scriptum, qui complectitur Aristot. de naturali auscultatione, libr. VIII. de coelo lib. III. de generatione et corruptione libr. II. sed secundus est in fine aliquantulum mutilus. In eadem bibl. sunt MSS. (vid. *Mittarell.* pag. 73.) Excerpta ex Aristot. libris de problematibus *Alexandri Aphrodisi* et *Marci Antonii Zimarae*; tum excerpta ex libris *Physicorum* et *Meteororum*. — In bibl. *Veneta* D. *Marci* 1) auscultat. physicarum libri VIII. cum prolegomenis *Simplicii* et *Themistii* paraphrasi, *Metaphysicorum* libri XIV. 2) membran. continens auscultat. physicas et alia physica atque metaphysica Aristot. 3) duo codd. Auscultat. physicae, quorum posterior. praeter commentarium *Simplicii* adiunctam quoque habet particulam operis *Procli Diadochi*, inscripti: σοιχέσις φυσική. et alios novem codd. sine commentar. varia physica, logica et ethica Aristot. continentes, et a *Buhlio* distincte expositos. In cod. CCXVIII. est anonymi commentarius in Arist. auscultat. physicas, et

Ff 2

in

*Bloch* sub titulo: Specimina Operum Theodori Metochitae quae inscribuntur (Ἱστορηματικὴ καὶ σημασίας γλωσσική), e codd. msst. cum praefat. et adnotat. vulgata. Hauniae, 1790. 8. [vbi in praef. etiam de Th. M. paraphrasibus Opp. Arist. agitur.] *Theod. Metochitae* paraphrasis auscultationum physicarum, librorum de coelo, de generatione et corruptione, de meteoris, de anima et paruorum naturalium, (quae quidem latine tan-

tum prodit ex versione *Herueti*), paraphrasis de animalium partibus et libri de sensu et sensili, gr. in cod. Mediceo IV. plut. 85. (*Bandini* cat. MSS. bibl. Laurent. III. pag. 250.) item in cod. Veneto D. *Marci* (vid. *Catal.* pag. 121.) et cod. *Bavar.* CXL. et CXLII. (vid. *Catal.* pag. 56 sq.) *Harl.*

*fff*) *Georgii Metochitae* antiquioris expositio gr. inedita, in cod. *Medic.* *Bandin.* *Catal.* MSS. gr. III. pag. 250 sqq. *Harl.*

in cod. CXXIV. anonymi scholia in quatuor primores physicorum libros. — In bibl. *Medicea*, teste Bandinio in catal. et referente Buhlio sunt fere XXIX. codd. in quibus modo plures libri, modo pauciores, modo unus tantum physicorum et metaphys. etiam alius generis scripti exstant. Inter hos cod. VI. plut. LXXXVII. continet fragmentum libri quarti auscultationum physicarum cum *Ioan. Philoponi* commentariis. cod. XIX. plutei 86. praebet prolegomena et praemeditationes ex *Thomae Aquinatis* in Aristotelis physica commentario, haud dubie a *Georgio Scholario* e latino sermone in graecum conuersa: — anonymi prolegomena in eadem et excerpta ex *Simplicii* commentario, Thomae Aquin. librorum de anima in graecum sermonem translata a *Georgio Scholario*, patriarcha constantinopolitano, aliaque; in cod. XXVI. plut. 87. Meteorologicorum libri IV. cum scholiis partim graecis, partim latinis, quae videntur esse Francisci Philelphi. — in cod. XVII. aliis Aristotelicis additus est *Thomae Aquin.* in libros de anima commentarius e latino in graecum sermonem conuersus a *Georgio Scholario*, qui tamen Thomam sua a Io. Philopono furatum esse contendit. — in cod. XXVII. plut. 87. sunt de animalium historia libri X. Libri autem decimi paragraphus vltima, quae in editis latine tantum legitur, in hoc codice graeca habetur. Praeter ea libri in editionibus VII. VIII. IX. in codice sunt IX. VII. VIII. et libri octaui in codice, (in edd. noni.) caput vltimum desideratur. Pariter in cod. IV. eiusdem plutei, sunt praeter alia aristotelica, de historia animalium, diuisione et dispositione librorum ab editis diuersa. Ex secundo enim libro duo fiunt in codice, quorum prior desinit in verbis *σαρκὸς τὴν φύσιν* (lib. II. cap. XII. in fine,) alter incipit a verbis, *τῶν δ' ἐνδῶρον ζώων* — quae sunt prima capitis XIII. septimus vero liber est vltimus in codice, in quo etiam reperitur de animal. incessu lib. cum scholiis marginalibus: — cod. XX. plut. 87. continet praeter libros de coelo, libros III. de anima cum scholiis marginalibus interlinearibus et *Themistii* paraphrasin librorum de anima, quae in cod. in VII. libros distribuitur, quum in edit. sit tripartita. Codex facit ex primo loco duos, totidem ex secundo, ex tertio tres: quam librorum diuisionem etiam agnoscit Suidas voc. *Θεμιστιος*. — *Themistii* paraphrasis graece quoque exstat in II. codd. Mediceis, (*Bandini* cat. tom. III. pag. 278.) et in bibl. Vindobon. (*Nessel.* catal. part. IV. pag. 66.) — cod. Medic. 23. plut. 87. lib. III. de anima, cum anonymi prolegom. et cod. XXV. iidem cum breui librorum de anima summano. — cod. vetustus XII. plut. 87. Aristotelis metaphysicorum lib. XIV. cum *Alexandri Aphrodisi* commentario; quatuor postremi libri eodem ordine dispositi sunt, quo in edd. Duualliana antiquioribus. In eodem pluteo sunt duo codd. metaphysicorum et in pluteo 70. cod. XVI. duodecim tantum continet libros, in cod. XV. plut. 87. sunt *problematum naturalium* sectiones XXXVIII. et eorundem pars, sed diuerso ordine a recepto in edit. in cod. XX. eiusdem plutei.

In bibl. *Parisiensi* regia multi sunt variorum physicorum etc. codd. commentatoribus graecis destituti, a Buhlio pag. 179 sq. iterum enumerati. Contra in bibl. *Coisliniana* teste Montfaucon in cat. I. pag. 220 sqq. plures cum commentariis: Anonymi et *Mich. Pselli* schol. graeca in octo libros auscultat. physice. *Auscultationes physicae* cum commentario *Io. Philoponi* integro vsque ad librum sextum; inde a septimo incipit *Simplicii* expositio. — Libri de coelo I. et II. cum commentario amplissimo, libri autem III. et IV. cum commentario duplici, sine interpretum nomine. — Libri de generatione et corruptione cum comment. *Io. Philoponi*. — *Meteorologica* cum comm. eiusdem, *Alexandri Aphrodisi* hypomnematē, eiusdem scholiis in librum quartum, et *Olympiodori Alexandrini* in omnes libros. — Scho-

lia addita sunt libro de mundo ad Alexandrum de senectute et iuuentute, vita et morte, et de respiratione.

Bibliotheca *Vindobonensis* adseruat multos, antiquitate et bonitate praestantes codd. a *Lambecio* tom. VII. copiose recensitos. Memorabimus tantum cod. XXXVII. qui continet *auscultationes physicas* cum anonymi *διαίρεσις τῶν φυσικῶν πραγμάτων* praemissa et praefatione de variis philosophorum veterum opinionibus physicis sub titulo: *δέξαι παλαιῶν*, et alios libellos aristotelicos cum antiquis scholiis ac Guarini adnotationibus propriis, ipsius manu scriptis, partim graecis, partim latinis. — Codici XLII. *parua* quoque *naturalia* complectenti, adpersa sunt scho.ia *Mathusalae Machiris*, monachi S. montis Sinai, qui totum cod. XLII. (Lambec. VII. pag. 173 sqq.) plura scripta Aristotelis aliorumque manu sua descripsit. In codice XLIV. (Lambec. VII. p. 182 sqq.) sunt *Simplicii*, *Georgii Pachymeris* et *Themistii* paraphrases physicorum. — in cod. XXXVI. *Alexandri Aphrodisiensis* commentaria in Aristotelis libros quatuor Meteorologicorum. — cod. L. habet Aristot. de anima libros III. et librum de infecabilibus lineis: — cod. LII. (Lambec. VII. pag. 206 sq.) *Simplicii* comm. in Aristot. libros de anima, et cod. LIII. *Sophoniae* paraphrasis in eosdem, nondum edita. vid. ad nr. XIV. — cod. LIV. Aristoteles de partibus animalium lib. IV. cum *Michaelis Ephesii* scholiis, et Arist. lib. de animalium incessu cum eiusdem scholiis atque Aristot. de generatione animalium libri V. cum *Mathusalae Machiris* adnotationibus gr. sparsim in margine adiectis. — cod. LVI. praebet libr. de Physiognomonia, libelli partem de ventorum regionibus et nominibus, ex Aristotelis libro de signis, libr. de mirabilibus auscultationibus a superioribus edit. valde discrepantem et alia Aristot. — cod. LVIII. *Metaphysicorum* libri XIV. cum eclogis siue excerptis ex *Io. Philoponi* in eosdem expositione. adde notata ad §. XXVI. Versiones librorum Aristotelis argumenti physici hebraicas, arabicas, syriacas et armenicas in bibliothecis Parisiensi, Taurinensi, Scorialensi, Bodleiana, Vindobonensi et Leideni custoditas enumerat cl. *Buhle* p. 188 — 190. quibus addes cod. *Vffenbachianum*, qui continet commentarios *Auerrois* in Aristotelis octo libr. physicae auscultationis ex lingua arabica in hebraicam translatos. vid. *Maii* catal. MSS. bibl. Vffenbach. I. pag. 116. sqq. *Harl.*

Ex Arabibus *Auerrois* commentarius exstat, subinde laudantis praeceptorem suum *Auempace*, habetur autem ex latina versione *Iac. Martini* tom. IV. Opp. et cum *Tiberii Baccierii* lectura, Papiae 1507. fol. <sup>8888</sup> [P]

Memoro tantum adhuc commentarium *Comimbricensium* philosophorum, Colon. 1600. 4. — *Iosephi Saiz de Agur re* Salmantiae 1672. fol. II. voll. *Ioach. Perionii* vers. librorum VIII. physicorum per *Nic. Gruchium* emendata. Paris. 1577. 4. *Caesaris Crimonini* apologiae dictorum Aristotelis. Venet. 1613. 1616. 1627. 4. — In editione operum Aristotelis graecolatinae Du Valliana adiuncta occurrit *Iulii Patii* translatio: cum cuius versione prodierunt hi libri Hanou. 1629. 8.

X. ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΡΑΝΟΥ βιβλία δ. De coelo libri II. <sup>hhhh</sup> quorum primus agit de mundo et corporibus, circulariter mobilibus, quae incorruptibilia <sup>iiii</sup> esse existimat Aristoteles

Ff 3

teles

gggg) Bene est, quod Alfarabium, (vid. *Gratian. Afschan. de superstitione* erudita pag. 60.) aiunt, septuagies hoc Aristotelis opus perlegisse: sexcentos enim e philosophis videas nostrā aetate,

qui ne semel quidem illud euoluerint.

hhhh) In cod. arabico apud *Cajir.* l. m. I. pag. 307. citantur *de coelo et mundo libri decem.* *Harl.*

iiii) Aristotelis dogma de aeternitate mundi singulari

teles, *secundus* de sphaeris coelestibus ac stellis: *tertius* de simplicibus corporibus, quae sunt sub luna, siue de quatuor elementis, et *quartus* de grauitate ac lenitate<sup>kkkk</sup>). Hos libros non de coelo, sed de mundo potius inscribi debere, existimabat *Alexander Aphrodisaeus*<sup>llll</sup>, cuius commentarius, frequentissime laudatus a Simplicio, intercidit, non minus quam *Syriani* et *Ammonii*.

Exstat e graecis in hos libros eruditus *Simplicii* commentarius, et quae latine tantum prodiit metaphrasis *Theodori Metochitae*. [graec. in cod. Bauar. CXL. vid. catalog. p. 56 sq. et cod. CXXXIX. inest Arist. de coelo cum aliis.] *Damaſcii* parecholae in librum I. Labbeo pag. 112. Bibl. nou. MSS. memoratae, necdum viderunt lucem<sup>mmmm</sup>). Paraphrasis *Themistii*, quae latine prodiit Venet. 1474. fol. non e graeco translata est, sed ex hebraeo, per *Moyſen Alatinum*, Spoletinum. [Ex arabica lingua in hebraicam tranſtuleraſt *Serachia ben Iiſchak* et hebraicam verſionem editurus erat doctus Hebraeus, *Meier Benediſt. Compers*, cum verſione Arist. libelli ebraica. vid. *Baumgarten* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. tom. X. pag. 465 ſqq. Num vero praeco exierit illa verſio, equidem nescio.] — *Auerrois* paraphrasis et comment. latine, tom. V. Opp. Paulo Israelita interprete.

E recentioribus iuuat laudare editionem graecam Parisiensem *Guil. Morellii*, cum notis, tum *Thomae Aquinatis* commentarios, praeterea Commentaria Luc. Philelſi 1563. et *Conimbricentium* Philoſophorum, Colon. 1600. 4. et *Ioh. Lud. Hauentreuteri* Francof. 1605. 8. *Auguſtini Niphi* expoſitionem. Venet. 1525. fol.

In graecolatinois Operum Aristotelis editionibus ſeruatur latina verſio *Iohannis Argyropuli*, et *Ioach. Perionii* (Paris. 1577. 4.) verſio, ab Oporino excuſa. In Chinenſem ſiue Serum linguam tranſlatos hos libros a *Roderico de Fiquyredo* ann. 1625. legas in Bibliotheca Ieſuitica Nathanaelis Sotuelii. [adde infra in catal. editionum.]

XI. ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΚΑΙ ΦΘΟΡΑΣ βιβλία β. De generatione et corruptione libri II. <sup>nnnn</sup>)

E graec.

gulari opere oppugnatum se promiſit *Ioh. Philoponus* in libro erudito eiſdem argumenti aduerſus argumenta Procli VIII. 6. X. 5. et XIII. 1. [vid. infra in lib. V. cap. 26. §. 13. vol. VIII. pag. 522 ſq.] Confer XI. 9 ſq. vbi paucis et obiter contra Ariſtotelem diſputat. [conf. *Cudworth*. ſyſt. intell. cum notis Moſhem. I. pag. 166. 188. 274 ſq. 366. 370. 642.]

kkkk) Iudicium de hoc libro vid. in *Gaſſendi* exercit. paradox. V. §. 7. VI. §. 6. VII. §. 7. VIII. §. 4. *Heumann*.

llll) At veteres ἀρνῶν vocab. interdum pro mundo vtuntur, vid. *Proclum* in Timaeum pag. 83. *Fabric*. conf. *Gifanii* conleſtan. in Lucretium, v. mundus. *Macrobi*. in ſomn. Scip. I. cap. 20. et II. cap. 11. *Valer. Flacc*. I. Argon. 563. ibique *Carion*. *Bulaeum* et *Burm*. etc. *Harl*.

mmmm) In codice Matritenſi LXXXIII. apud Iriart. p. 321 ſqq. plura reperiuntur variorum auctorum opuſcula. In his problemata *Ariſtotelis*, multa medica et phyſica, eiſdem de animalium proprietate prooemium nondum editum, (de quo infra diſſeretur,) eiſdem problemata, tum (pag. 328 ſqq.) plura *Damaſcii opera*, et quidem ex *Damaſcio* in primum librum *de coelo* nonnulla, *Damaſcii epitome* in quatuor primos et octauum Phyſicorum Ariſtotelis. — In cod. *Scorialenſi*, teſte *Pliier* in Itinerar. Hiſp. p. 158. ſunt duo codd. *de coelo*. *Harl*.

nnnn) Iudicium de hoc libro vid. in *Gaſſendi* l. m. V. §. 8. VI. §. 7. VII. §. 8. VIII. §. 5. *Heum*. Codd. II. mſſi in biblioth. Scorialenſi, teſte *Pliier* Itiner. pag. 158. *Harl*.

E graecis exstant commentaria *Ioh. Philoponi*, et quae latine tantum vidit lucem, *Theodori Metochitae* <sup>0000</sup>) Paraphrasis. Spectat et huc *Alexandri Aphrodisei* de mixtione liber, qui cum eius commentariis in *Meteora* [P] prodiit. Epitomen *Michaelis Pselli* in Bibliotheca Caesarea exstare legas apud *Vossium* de Philosophia pag. 29. e *Verderio*, vt suspicor, vel *Israele Spachio* hoc scribentem. Sed in *Lambecii* et *Nesfelii* catalogis hoc non inuenio.

*Auerrois* commentar. ex arabico hebraice versus exstat in bibl. Vaticana et Caesarea nr. CXIX. Vertit R. Mofes Tabora, ben Samuel, ben Schudai. Latine legitur tom. V. Opp. Expositio Auerrois et paraphrasis, Vitali Nisso interprete.

In graecolatina editionibus Aristotelis habetur latina versio *Francisci Vatabli*. Paraphrasis *M. Antonii Maioragii* prodiit Basil. 1554. fol. Vertit praeterea *Petrus Alcyonius*, Venetiis 1521. Basil. 1546. 4. et *Ioach. Perionius*, cuius versio per Nic. Gruchium emendata 1577. 4. nec non *Georg. Trapezuntius*.

XII. ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ βιβλία δ'. *De meteoris* <sup>rrrr</sup>) libri IV. Horum primum nonnulli olim abiudicarunt Aristoteli, quorum argumenta adfert ac refellit *Olympiodorus* <sup>2129</sup>). Librum quartum *Aphrodiseus*, et, cuius perierunt commentaria, *Animomnius*, subiunxerunt, eodem *Olympiodoro* teste, libris duobus de generatione et corruptione, quibus etiam magis congruit, iudice *Aphrodiseo*. Idem *Aphrodiseus* lib. III. ἀποριῶν καὶ λύσεων cap. 14. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ μὲν τετάρτῳ μετεωρολογικῶν, ὄντι δὲ μᾶλλον οἰκείῳ τῇ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς πραγματείᾳ. Exstant e graecis *Alexandri Aphrodisei* <sup>rrrr</sup>), (sive alterius et vetustioris auctoris, vt videtur *A. Schotto* pag. 157. Vitae Aristotelis, et *Petro Victorio* XXV. 22. Var. lect.) commentaria, et *Olympiodori*, (sed libri secundi et quarti extrema

<sup>0000</sup>) Graece in cod. Bavar. CXL. (cat. pag. 56 sq.) Cl. *Buhle* I. p. 185. „Commentarius, ait, in libros de generat. et corrupt. in cod. Veneto D. Marci (vbi plures *Metochitae* comm. in multis Aristotelis libros iunctim exhibentur, p. 120. cat.) *Theodoro Metochitae* adscriptus a *Fabricio* Bibl. Gr. vol. IX. p. 365. tribuitur *Michaeli Ephesio*, in alio autem codice Veneto nr. CCXXXVII. cat. p. 117. et quidem in nota, a librario adiecta, *Iohanni Philopono*. Rectius tamen videtur ad *Michaelem Ephesium*, (diuersum a *Michaele Psello*, qui saec. XI. inclauit: etenim *Ephesium* *Alatius* coniecit fuisse *Ducam Parapinaceum*, *Pselli* discipulum. vid. *Alatii* distr. de *Psellis* edit. *Fabric.* ad calcem vol. V. pag. 21.) referri: ad stipulantibus huic sententiae duobus codd. medicis. Nam exstat primum in cod. medico, *Oceanus* inscripto, plut. 85. — deinde in cod. medic. IX. plut. 86. in utroque sub *Michaelis Ephesii* nomine. <sup>4</sup> *Harl.*

<sup>pppp</sup>) *Μετεωρολογική πραγματεία* a veteribus scriptoribus interdum accipitur pro parte Astrologiae, vt docet *Jf. Casaubonus* ad I. *Strabonis* p. 7. *Vos-*

*sius* III. i. theologiae gentilis. Sed *Aristoteles* in his libris agit de *Meteoris*, quae infra lunam gignuntur, quae μεταίρια vocat *Achilles Tatius* *Haage* in *Aratum* cap. 32. Perinde vt *Clemens Alex.* VI. *Stromat.* p. 549. distinguit τὴν μεταίριον τῶν κατὰ τὸν ἀέρα συμβαινόντων, καὶ τὴν μετέωρον τῶν κατὰ τὸν ἕρανόν κινεμένων *Φιλοσοφῶν*. De μεταίρις iisdem disputat et *Seneca* in quaestionibus naturalibus, qui *Aristotelem* plus simplici vice laudat. *Theophrasti* περὶ μεταίριων librum IV. citat *Plutarchus* in quaestionibus graecis. At *Laertius* et *Olympiodorus* περὶ μετέωρον.

<sup>qqqq</sup>) *Olympiodorus*, iuuenis forte, in *Arist.* meteorologias scripsit commentarios, quos cum *Io. Philoponi* scholiis in lib. I. edidit *Aldus Man.* Venet. 1551. fol. graece cum latina interpretatione, IV. libr. auctore *Io. Baptista Camotio*, prodiit ibidem 1555. et 1557. fol. secundum *Ioussium* de script. hist. philos. III. 18, 2. pag. 101. *Harl.*

<sup>rrrr</sup>) Huic assignantur in cod. Vindob. apud *Lambec.* VII. pag. 185 sq. editi sunt Venet. 1527. fol. *Harl.*

trema parte mutila,) et *Ioh. Philoponi*, qui Alexandrum laudat, in librum primum neque illum integrum<sup>ssss</sup>), tum paraphrasis *Theodori Metochitae* [graece in cod. Bauar. CXLII. Catal. pag. 57.] ex latina Gentiani Herueti interpretatione. *Pfelli* paraphr. mist. in *Sequier. bibl.* pag. 26.

Ex arabico hebraice vertit *R. Salmon Aben Tybbon*. Habuit mstum *Bartoloccus I.* pag. 481. *Fabric.* — Iudicium de hoc Aristotelis opere fert *Gassendus* in *Exercit. parad. V.* §. 9. VI. §. 8. VII. §. 9. VIII. §. 6. *Heumann.* — *Aristotelis metheororum* libri IV. cum commentario *Caietani de Tienis*. Venetiis per Ioan. et Gregorium fratres de Forliuio. 1491. fol. vid. infra in catal. editionum Operum. — rep. Venet. 1507. fol. — *Meteorologica* cum *Iac. Fabri Stapulensis* paraphrasi et commentario *Io. Coclaei Norici*, in officina *Frederici Peyrussi*. Norimberg. 1512. 4. *Harl.*

In graecolatini editionibus Operum Aristotelis occurrit versio latina *Francisci Vatabli*.

E. recentioribus post *Comimbricenses* non praetermittendus *Nic. Cabeii* commentarius Rom. 1646. fol. et *Francisci Vicomercati* Paris. 1556. 1565. fol. *Augustini Niphi* Venet. 1531. fol. Vertit et *Petrus Alcyonius*. Venetiis 1521. Basil. 1546. et *Ioh. Geneſius Sepulveda*, Paris. 1532. fol. [cum paraphrasi *Iac. Fabri Stapul.* Lips. 1515. fol.] *M. Anton. Laureius*. Neapoli 1605. 4. *Thomae Linacri* adfectam versionem laudat *Th. Morus* p. 298. *Opp.*

XIII. ΠΕΡΙ ΚΟΣΜΟΥ, *De mundo liber*, exotericus, siue epistola de vniuerso ad Alexandrum. In codice Dan. Heinſii inscribatur *περὶ κοσμοποιίας*. Sed verus est titulus ΠΡΟΣ ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ἘΠΙΣΤΟΛὴ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ, vt e *Stobaeo* notauit lib. II. cap. 10. §. 17. [in hac editione infra in sect. XXXV. de epistolis Aristotelis:] neque [P] dubito, hoc scriptum inter *γνήσια* Philosophi monumenta referre, tum ipsius *Stobaei* auctoritate, tum *Demetrii* lib. de elocutione cap. 253. et *Apuleii*<sup>tttt</sup>), qui, latine prope modum ad verbum conuertens, *Aristotelem prudentissimum et doctissimum Philosophorum*, et *Theophrastum* sequi se ait. Praeterea *Iustini Martyris* in Adhortatione ad Gentes pag. 6. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον, τὸν Μακεδόνα, λόγῳ σύντομόν τινα τῆς ἐαυτοῦ φιλοσοφίας ἐκτιθέμενός ὄρεν. *Ioh. Philoponi* de mundi aeternitate contra *Proclum* VI. 18. duobus in locis: ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ κόσμου λόγῳ, ὡς ἐκ θεῶ πάντων etc. Auctoris denique vitae Aristotelis, a *Menagio* editae, qui inter eius scripta refert librum *περὶ κόσμου γενέσεως*. Tum graecorum codicum msstorum fides, qui diserte Aristoteli tribuunt, vt *Caesarei* II. vel III. *Aldinus*, et is, quo *vetus interpres* vsus est, qui in latinis veteribus exstat editionibus. Praetereo tamquam non satis explorata nec diserta *Ciceronis*, *Origenis*, *Plutarchi* V. 20. de placit. philosoph. *Theodoriti*, et *Themistii* testimonia, (de quibus vide, si placet, *Naudaeum* diatriba de fato §. XVIII.) et recentiora suffragia *Thomae Bradwardini* lib. I. de causa Dei contra *Pelagium* cap. 29. *Bessarionis* III. 10. contra calumniatorem *Platonis*, et *Arsenii*

<sup>ssss</sup>) Cod. mst. meteorologicorum primus lib. cum expositione *Io. Philoponi* in bibl. Scorialensis, teste *Plüer* itiner. pag. 158. *Harl.*

<sup>tttt</sup>) Quum *Apuleius* libri sui *de mundo* initio non dicat, se versionem libri graeci scribere, sed

se satis clare conditorem illius libri profiteatur, hinc credo, *Apuleium* verum esse illius libri auctorem; graecum vero textum esse versionem. Sic habemus *Eutropii* historiam romanam, graece reditam, item *historicos* libros *Iulii Caesaris*, graece versos. *Heumann.*



*Arsenii Monembasias* Archi-Episc. in limine Apophthegmatum. [Aristoteli tribuit *Brissonus* lib. I. de regno persico §. 73. *Heumann.*] Fateor, addubitasse *Proclum* lib. V. in *Timaeum* pag. 322. ὡς πρὸς Φησι πάλιν Ἀριστοτέλης, ἔπερ ἐκένω τὸ περὶ κόσμου βιβλίον, et longe plurimos e recentibus abiudicasse audacter Aristoteli, vt faciunt *Muretus* II. 8. Var. Lect. diuersum dictionis genus obiciens, *Scaliger* vterque, *Isaacus Casaubonus*, *Salmasius* pag. 1247. ad *Solin.* *Dan. Heinsius* orat. V. pag. 75. edit. II. et pag. 25 sq. ad Maximum *Tyrium*, *Menagius* ad *Laert.* pag. 203. 323. *Vossius* de scientiis Math. pag. 272. et de Philosophia pag. 23. [*Vossius* de sect. philos. cap. 17. §. 13. *Huetius* in quaest. Alnet. lib. II. cap. 2. §. 13. et cap. 5. pag. 141. *Vives* ad Augustini libr. IV. de C. D. cap. 2. adde *Th. Crenii* animaduers. philol. part. XI. pag. 111. qui aliorum de hoc libro sententias collegit, et *I. A. Fabric.* Opusc. p. 68. *Heumann.*] *Naudarus* loco laudato, et *D. Philippus Iacobus Spenerus* <sup>uuuu</sup>), ὁ μακαρίτης: vel *Theophrasto* tribuisse, vt *Petrus Alcyonius* praef. et nonnulli apud *Coelium Rhodig.* VIII. 16, vel *Nicolao Damasceno*, vt *P. Victorius* XXV. 13. Var. Lect. refutatus a *Mureto*, et *Nic. Loensis* VI. 12. <sup>uuuu</sup>) Epiphyllidum, nec non *Simon Portius* apud *Iac. Thomassium* cap. XI. Physicae quaest. 15. et *Dan. Heinsius* in dissert. qua multis argumentis hoc scriptum Aristoteli eripere [P] summo studio conatur p. 563. Orat., vel *Anaximeni Lampfaceno*, eidem, cui *Rhetorica* ad *Alexandrum* adscribi supra dixi, vel denique *Pesidonio*, Stoico, [vid. infra in catal. Stoicorum, h. v.] vt *Thom. Gianninus*, *Ferratienf.* et *Thom. Aldobrandinus* et *Menag.* ad *Laertii* VII. 138. 152. Adde *Gassendum* tom. I. Opp. 145. *Gabr. Nauadaeum* de fato §. 18. 19. et *Iac. Thomaf.* de stoica mundi exustione pag. 179. Vicissim Aristoteli librum hunc vindicant praeter testimonia veterum, paulo ante laudata, veterumque codicum auctoritatem *Petrus Petitus* II. 19. Obs. (qui Aristotelem in exotericis scriptis vsu prooemio obseruat e *Ciceronis* IV. ad *Atticum* 16. et nihil in illo contineri, quod placitis Aristotelis non sit consentaneum, contendit:) [*Caelius Sec. Curio* lib. II. Epist. pag. 347. *Verpoorten;*] *Elmenhorstius* ad *Apuleium* de mundo, et *Fortunius Licetus* in Allegoria Peripatetica, *Ioh. Philippus Pfeifferus*

<sup>uuuu</sup>) Verba eius haec sunt praef. ad Tabulas in *Hodosophiam* *Dannhauerianam* D. 3. b. *Non uogo, ab illo tempore, quo iuuenis non indiligenti opera libros Philosophi euoluebam, non valde me ipso delectatum, quod male me haberet, dum minus in eo inuenirem, quod aliquam Theologiam naturalem saperet, quam in multis aliis antiquorum philosophis diuinitatis alicuius studio floribus, cuius tam rara in operibus satis diffusis vestigia conspiciuntur, si librum de mundo excipias, qui ob id prae aliis placuit, sed post alias ex hac etiam causa Aristoteli abiudicandus. Simile iudicium Iusti Lipsii lib. I. de constantia cap. 18. Et talis in diuinis vbique fere Aristoteles est: libellum illum de mundo excipio, qui, totus aureus, ab alia mihi videtur et celesti aura. Melius tandem consultum sub finem vitae hunc librum conscripisse Aristotelem existimat *Gassendus* de Physiologia *Epicuri* pag. 369. *Fabric.* Conf.*

*Gaudentius* de Rom. philosophia cap. 106. et 196. fin. *Heumann.*

<sup>uuuu</sup>) Horum sententiae fauet censor editionis libelli *Kappianae* in ephemerid. *Gottingensib.* ann. 1792. pag. 1286. qui praeter ea laudat *Simplicium* in comment. ad *Aristot.* de coelo, vbi is in prooemio: ἀλλ' ἄπερ, αἰτ, βαλοῖτο τις τὴν Ἀριστοτέλους περὶ κόσμου διατριβὴν ἰδῆν, ἐν πάσαις ἡμῶ ταῖς Φυσικαῖς αὐτῆ πραγματείαις περὶ κόσμου πραγματεύεσθαι ἤρτιον. Διὸ καὶ Νικόλαος ὁ περιπατητικὸς περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κατ' ἄδης ποιᾶται λόγον. Neque *Conringius* in *Conringianis* pag. 128. parum abest, quin illum librum a *Nic. Damasceno* scriptum esse, cum aliis iudicet. *Spurius* quidem illi omnino videtur, quia nec stilum habeat Aristotelis, nec vllius Peripatetici testimonium: praecipue quia Britanniae fiat mentio, quum tamen notum sit, eam *Iulii Caesaris* aeuo demum innotuisse Romanis ac Graecis. *Harl.*

*Pfeifferus* singulari dissent. Regiomonte ann. 1667. tum qui commentariis et notis librum illustrarunt, *Olaus Wormius*, pater, Rostoch. 1577. 8. *Ioh. Langius*, philosophus et medicus, Francof. 1601. 8. <sup>www</sup>) et *Bonau. Vulcanius*, qui graece cum veteri *Apuleii* et recentiore *Guil. Budaei* versione edidit, scholiisque et castigationibus in contextum graecum et interpretum utrumque illustravit, subiuncto Gregorii Cyprii encomio maris, et Pauli Silentiarrii Iambicis quibusdam, Lugd. Bat. 1591. 8. Budaei versio exstat in graeco-latini operum Aristotelis editionibus. *Petri Alcyonii*, qui librum Theophrasto tribuere mauult, interpretatio prodit in edit. lat. Opp. Aristotel. Basil. 1542. fol. Venet. 1521. atque Basil. 1546. 4. inter alia quaedam Aristotelis scripta, ab eodem translata. Transtulit et *Ioh. Genesius Sepulveda*. Paris. 1548. 4. *Fabric:*

[Hic liber inscribendus est *Cosmographia* siue Compendium cosmographiae. Liber vero de mundo, adnotante *Sebast. Basso* philos. natur. p. 191. siue sit Aristotelis, vt fect ipsius nomen, siue, vt quidam volunt, sit Aristoteli alienus, non tamen aliena est doctrina, quam ex libris eius aristotelicam esse, fatendum est. Ego vero sic argumentor: si Aristoteles auctor esset libri *de mundo*, ob nobilitatem argumenti id ignotum esse non potuisset Aristotelicis, Aristoteli aetate propioribus, nec aliis viris doctis. Atqui veterum nemo hunc librum tribuit Aristoteli. Ergo eius auctor non est Aristoteles. Aristotelicum vero quempiam esse auctorem, inde colligo, quia haec ipsa videtur fuisse occasio, librum hunc Aristoteli tribuendi. *Heumann*. Conf. *Budaei* Itagogen historico-theologicam, lib. I. cap. IV. ad §. XXX. pag. 289. Nec recentiore aetate defuerunt, qui in utramque partem disputarent. *Cudworth*. in system. intellect. cap. IV. §. 21. pag. 605. librum *de mundo* nomen Aristotelis falso gerere, sed eius antiquitatem non posse in dubium vocari, iudicat. Ex eodem *Empedoclis* versu, quem *Cudworth* adtulit, ab auctore libri citato, colligit *Brucker*. in hist. crit. phil. tom. I. pag. 1112. not. c. falso tribui libellum Aristoteli; idem alio argumento vtitur l. m. pag. 799. not. 9. Fusius autem *Brucker*. *voDéicy* libri demonstrare et *Fabricii* rationibus satisfacere studuit in *Otio Vindel. melet.* III. pag. 120 sqq. 174 sqq. Argumenta, quibus alii auctoritatem libri vindicatum ierunt, bene quoque diluit, et grauiora, quibus cum genuinis Aristotelis monumentis docuit abiudicandum, protulit *I. G. Walch*. in parergis academicis pag. 272—276. At tamen litem, quae paene consopita videbatur, resuscitarunt, et libellum esse adserendum Aristoteli duxerunt *St. Croix* in *Examen critique des Historiens d'Alexandre* p. 296 sq. ac *Batteux*, (qui librum hunc edidit cum *Ocello Lucano* ac *Timaeo Loer.* additis versione gallica et obseruationibus, Paris. 1768. 8.) in praefat. et in adnotationibus pag. 136 sqq. Hic arbitratur cum aliis, ab Aristotele iam sene confectum esse librum extremis imperii Alexandri M. annis. Secus tamen sensit illius censor *Gottingensis*, (forsan *cl. Meiners*.) in *bibliotheca philolog.* vol. I. p. 115 sqq. *Meinersus* quidem in historia doctrinae de vero deo, in sect. VII. in qua pag. 420—455. Aristotelis de deo sententiam persequitur, pag. 454 sq. argumenta, opinionibus Aristotelis aperte repugnantia, ex ipso libello colligit aut repetit, quibus fides libri impugnetur. Spurium quoque illum iudicat *cl. Buhle* in disputat. de distributione librorum Aristotelis in exotericos et acroamaticos eiusque rationibus et causis; Göttingae

<sup>www</sup>) Vid. *Lambec.* comment. VII. pag. 186 *tionem* lat. cum commentario editam esse a. 1606. sq. vbi cod. mst. recenset, et notat, *Langii* versio- typis Matth. Becker. *Harl.*

Göttingae 1786. 8. pag. 71 sq. — Inprimis diligenter versati sunt nouissimus huius libri editor cl. M. Io. Christianus Kappius et cl. M. Io. Augustus Goerenz. Prior, in excursu primo p. 335 sq. contra Batteusium docte disputans, ita fidem et auctoritatem libelli imminuit fragitque, ut ostendat, nostrum libellum praeceptis, sententiis et opinionibus Aristotelis non conuenire, et vero iis repugnare, tum, adcurate in scripturae genus, in nostro libello obuium, inquirendo, id, doceat, ab Aristotelis sermone esse diuersum. Pag. tamen 353 sq. concedit, nostrum libellum conscriptum esse haud longe post Aristotelis tempora ab homine, qui, scriptis Aristotelis perlectis, huic aristotelicae doctrinae nonnulla praecepta et placita Pythagorae, Platonis et Zenonis admisceret; vnde factum esse, bene conicit, ut multa Stagiritae praeceptis modo conuenientia, modo repugnantia in hoc opusculo offenderemus. Tum alia de ratione argumentandi, probandi dicendique erudite differit, denique summam libri praebet. — Posterior, M. Goerenz, in disp. de libri *περι κοσμου*, qui inter Aristotelis scripta reperitur, auctore, Wittebergae m. Aprili 1792. 4. illam sententiam, quae Aristotelem auctorem respuit, probabiliorem animaduertens, primum examinat dissentientium rationes, tum argumenta alia, ab aliis ommissa, a Kappio tamen partim adlata et exposita, cogit, et contra Petium ac Batteusium tela potissimum dirigit. Denique suspicatur, auctorem Aristotelis nomen libro suo quaestus causa supposuisse, qui eum regi Ptolemaeo Philadelpho pro Aristotelis libro venderet. Quidquid est, satis euictum esse puto a Kappio et Goerenzio, superiorum V. D. vestigia prementibus, Aristotelem non fuisse libelli parentem. — I. G. Schultheß, qui germanice vertit libellum secundum recensitionem Batteusii, inscripsit; *Aristoteles Brief an Alexander den Großen über die Welt* — Tiguri 1782. 8. et a pag. 38. subiunxit adnotationes, cum suas, tum Batteusii excerptas; a Batteusio tamen interdum discessit et p. 38 — 41. nominauit, qui diuersimode iudicant de auctore libri: inprimis Heinsii argumenta, (dissertatt. pag. 563 sqq.) quibus, libello Aristotelis nomen male praefixum esse, ostendit, paucis repetit. *Harl.*]

XIV. ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ βιβλία γ'. de anima libri III. quorum primo veterum Philosophorum hoc de argumento sententias ad examen reuocat, secundo agit de anima sensitua, tertio de rationali. *Fabric.* — De hoc opere iudicium fert *Gassendus* exercit. paradox. V. §. 10. VI. §. 9. VII. §. 10. VIII. §. 7. *Heumann.* — Aristotelis esse negat *Caelius Sec. Cur.* II. epp. p. 349. *Verpoorten.* Meminit tamen, ut Fabricius in nota nota notauit, huius *πραγματείας*. Aristoteles ipse libro *περι ερμηνείας*.

Inter codd. *Nanianus* est cod. CCLXIX. (catalog. pag. 456.) qui continet Aristotelis opus de anima et de sensibus. — in bibl. *Berouensi*, (teste *Sinero* Cat. 282 sq.) duo codd. sed mutili. — in bibl. *Scorialensi*, (auctore *Plüero* l. m. pag. 158.) est cod. de anima, et alius de eadem libri III. cum argumentis *Simplicii*, adhaeret fragmentum ex eadem. — De versionibus librorum et interpretum graecorum arabicis et syriacis vid. *Casir.* bibl. arab. hisp. I. pag. 305 sq. *Harl.*

Perierunt *Alexandri* Aphrodisei et *Plutarchi* Nestorii F. commentaria *Simplicio* laudata, et quae de anima scripserant *Theophrastus* a *Themistio* citatus, *Porphyrus* et *Iamblichus*.

Intercidit quoque Aristotelis ipsius dialogus *Eudemus*, qui de anima agebat, et ab eodem *Simplicio* plus *Simplici* vice in testimonium citatur.

Exstant e graecis commentaria erudita *Simplicii* (et *Joh. Philoponi*, tum *Themistii* paraphrasis, Lud. Nogarolae commentario illustrata<sup>xxxx</sup>), et cuius versio latina sola *Herueto* auctore prodiit, Metaphrasis *Theodori Metochitae*<sup>yyyy</sup>). In *Alexandri* quoque *Aphrodisiensis* libris quatuor ἀπορίων et λύσεων quaedam librorum de anima loca illustrantur. *Fabric.* — Inter codd. Vindobonenses apud Lambec. VII. pag. 199 sqq. sunt codd. XLVIII. et XLIX. continentes libr. III. de anima et reliqua paruorum naturalium Aristotelis; cod. L. de anima libri III. et liber de Infecabilibus lineis; cod. LI. lib. I. de anima, sed imperfectus; cod. LII. *Simplicii* commentaria in Aristot. libros III. de anima, quae etiam typographicis formulis descripta sunt Venetiis 1527. fol. latine vertit Euangelista *Langus Asulanus* et edidit Venet. 1554. — Eclogas siue Excerpta ex iisdem *Simplicii* commentariis, sub titulo βραχυχείας ἐξηγήσεως s. *breuis expositionis* graece edidit *Iacob. Schegkius*, Basil. typis Io. Herwagii, 1544. 8. vid. infra in Catal. edd. librorum de anima. — In cod. LIII. Vindob. est *Sophoniae* paraphrasis, nondum edita, in Aristot. libros tres de anima, in totidem libros diuisa. Idem *Sophoniae* opus exstat in cod. XXXII. bibl. Mediceae, plutei 71. (*Bandini* Catal. tom. III. pag. 21.) et in cod. Bauar. CXIX. vbi *Sophonius*, vitiose forsan, dicitur. Quis ille *Sophonias* et quando vixerit, non liquet; *Lambecius* tamen VII. pag. 209 sq. suspicatur, hunc esse eundem Monachum, cuius commentarium graecum instum in Aristotelis Categorias Philippus Labbeus in noua bibliotheca MSSorum p. 115. commemorat. adde *Buhle* I. Opp. Arist. pag. 187 sq. *Fabric.* in vol. X. lib. V. cap. 45. pag. 545. coniicit, eundem esse *Sophoniam*, ad quem Simon Constantinopolitanus

<sup>xxxx</sup>) *Themistii* paraphrasis trium librorum Aristot. de anima, cod. CXXVIII. in bibl. Taurinensi, (catal. codd. gr. pag. 229.) cum eiusdem paraphrasi librorum quorundam paruorum naturalium et librorum octauo et septimo naturalis aulsulationis. — conf. ad §. IX. adnotata. *Themistii*, Peripatetici lucidissimi, paraphrasis in Aristot. posteriora et physica, in libro item de anima, memoria ac reminiscencia; somno et vigilia, insomniis et diuinatione per somnum, interprete *Hermolao Barbaro*. Vir quidam doctus in Aetis eruditorum Lips. ann. 1685. mense Octobr. p. 460 sq. primum notat, *Antonio Zimarrae*, qui tabulas super Aristotelem edidit, Themistium falso creditum esse *Alexandri Aphrodisiaci* abbreviatorem, et *Hermolaum* obseruasse, Themistium haud timide dissensisse ab *Alex. Aphrodisiaco*, quum collibuisse, ordinemque ac seriem eius variasse, vestigiis tamen eius insistentem Aristotelis posteriora et reliquos memoratos libellos eleganter ac perspicue explanauisse, seque ipsum paraphrassen Aristotelis non obscure esse professum. Tum adnotat censor, hos libros Themistii paraphrasticos ab *Hermolao Barbaro* latinis redditos et Venetiis editos esse 1570. fol. vna cum Themistii eiusdem paraphrasi in libr. III. de anima a Comite Lu-

*douico Nogarola*, Veronensi, translata et subtilissimis scholiis illustrata; sed, iudice *Vossio* de philosophia p. 8. Themistium ab *Hermolao*, dum nimium studiuisset elegantiae, tanta conuersum esse libertate, vt saepissime longe aliud diceret, quam senserit Themistius, optandumque adeo esse, edi translationem veterem, quam apud *Carpetanos* alicubi delitescere aiunt. Eundem annum edit. 1570. designant *Bayle* et *Fabricius* infra de Themistio vol. VIII. lib. V. cap. 18. VI. p. 29. et p. 30. indicat editiones versionum *Hermolai Barbari*. At *Zenus* in Dissertazione *Vossiani* tom. II. p. 377 sqq. vbi de versione *Hermolai Barbari*, *Nogarolae* atque editionibus agit, errorem notat, et animaduertit, *Hermolaum* ann. 1580. conuertisse Themistium. Editioni Paris. 1528. fol. apud *Simonem Colineum* additus est *Alexander Aphrodisiacus* de anima ex *Hieron. Donati* versione. *Harl.* <sup>yyyy</sup>) In cod. Bauar. CXL. (Catal. p. 56 sq.) sunt *Theod. Metochitae*, magni *Logothetae*, commentaria in libr. Aristot. de physico auditu, de anima, de coelo, de ortu et interitu, tomus I. et in cod. CXLII. comment. in tertium de anima, in parua naturalia, in libros de incessu, partibus et generatione animalium, in meteora, in librum de sensu et sensili, tom. II. *Harl.*

tinopolitanus saeculo XIII. scripsit. — Inter codices *Nanianos* est cod. CCLXXIII. (teste Catalogo p. 458.) qui continet *Corydallei* commentarios in duos Aristot. de anima libros. — An idem fuit Theophilus Corydalleus, cuius logica in eodem codd. Nanianorum catalogo nr. CCLXXIV. exstat in ista, et qui praeterito vixit saeculo? — In cod. Veneto D. Marei est paraphrasis in libros Aristotelis de anima, cod. mst. DCXXXV. secundum *Villoison* in anecdot. graecis tom. II. pag. 248. — *Auerrois* comment. hebraice exstat MS. in bibl. Caesarea, (latine tom. VI. Opp.) commentar. *R. Schem Tob* ben R. Isaac Spret scriptus a. Chr. 1471. Lipsiae in bibl. Senatoria. Vetus latina versio in cod. *Gottingenfi*, circiter saec. XII. exarato. (*Buhle* p. 183 sq.) Editt. antiquissimas vid. infra in catal. editionum Opp. et editt. post saec. XV. in indice editionum librorum singulorum. *Hartl.*

In editione graeco-latina Casauboniana et aliis quibusdam occurrit [P] versio *Ioh. Argypopuli*, in Du Valliana tomo II. *Iulii Pacii. Bonaventurae Belluti*, Catanensis Siculi, ord. min. disputatt. in Aristotelis libros de anima. Venetiis 1643. 4. — [*Francisci a Vico Mercato* commentarii in libr. de anima. Venet. 1574. fol. *Benzel.*] Commentaria *Petri Martinensii*, Toletani, prodire Segunti 1575. fol.

#### XV. PARVA <sup>zzzz</sup>) NATURALIA, libelli XI.

a) ΠΕΡΙ 'ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ (siue potius 'ΑΙΣΘΗΤΗΡΙΩΝ) ΚΑΙ 'ΑΙΣΘΗΤΩΝ, de sensu, siue sensoris et rebus sensibilibus. Laudat hunc librum *Simplicius* p. 205. in *Phyl. Thmisliis* pag. 81. b. *Porphyrus* ad Ptolemaei Harmonica pag. 328. et respicit *Priestianus Lydus* in commentario ad Theophrastum de sensu.

Exstat e graecis commentarius *Alexandri Aphrod.* [graece in cod. Bavar. CL. catal. pag. 60.] et metaphrasis, quae latine duntaxat prodit *Theodori Metochitae. Aspasius*, ab Alexandro Aphrodis. laudatus, periit.

*Auerrois* paraphrasis huius et sequentium libellorum, tom. VI. Operum. — Hebraice excusus est Venetiis cum commentario R. Leui ben Gerson. — Plautautius [si nomen recte scriptum est,] habuit MS. cum commentario Raphaelis, insignis medici ac philosophi. *Fabric.* — [*Maynetti Maynetii* commentarius in librum Aristotelis de sensu et sensibilibus. Florent. 1555. fol. in bibl. Vpsaliensi. *Benzel.*]

Gg 3

In

<sup>zzzz</sup>) *Parua Naturalia* verterunt *Petrus Alcyonius* Venet. 1521. et Basil. 1546. 4. atque in ed. latina Opp. Aristotel. Basil. 1542. fol. *Ioh. Gene-fius Sepulveda* Paris. 1532. fol. qui etiam Bononiae edidit errata *Petri Alcyonii in interpretat. Aristotelis a I. G. Sepulveda collecta.* — Commentaria *Augustini Niphi* prodierunt Venet. et Rom. 1523. fol. cum praef. Franc. Palmerii, qua Alcyonius perstringitur. *Nic. Leon. Thomaei* explicat. [Venet. 1523. fol.] Paris. 1530. fol. ap. Sim. Colineum. *Petri Pomponatii* commentarium MS. habuit *Naudaeus*, teste *Labbeo* p. 234. Bibl. nou. MSS. *Fabric.* Variorum libellorum codd. mstos

atque commentarios graecos mst. iam passim commemoravi. De *Hermolai Barbari* versione quorundam libellorum latina et de cod. Bau. qui *Metochitae* commentaria continet, vid. ad sectionem antecedentem adnotata. In bibl. *Scorialensi* sunt, teste *Plüero*, itinerar. Hisp. p. 159. codd. III. 1) parua naturalia, cum expositione *Theod. Metochitae*; 2) de memoria et reminisc. liber vnus. 3) De sensu et sensibili, somno et vigilia, liber vnus. De insomniis, vnus. De diuinatione per somnum; de longitudine et breuitate vitae; de iuuentute et senectute; de vita et morte; et denique de coloribus. *Hartl.*

In graeco-latini editionibus Operum Aristotelis occurrit hic liber et quatuor proxime sequentes cum latina versione *Francisci Vatabli*.

b) ΠΕΡΙ ΜΝΗΜΗΣ ΚΑΙ ἈΝΑΜΝΗΣΕΩΣ, *de memoria et reminiscencia*, citatur a Stobaeo, *Suida* in *Μνήμη*. *Gellio* VII. 6. VIII. 7. *Nonio* in, *meminisse* etc.

Exstant e graecis Scholia *Mich. Ephesi*, et *Themistii* Paraphrasis, et latine tantummodo edita metaphrasis *Theodori Metochitae*. *Fabric.* cod. gr. *Bauar. Mich. Ephesi* comm. in libr. de memoria et reminisc. de somno et vigilia, de diuinat. per somnum, de motu animae, de breuitate vitae, de senect. iuuentute et respirat. in Cat. p. 60. de *Metochitae* com. vid. ad sect. praec. Hunc libellum esse Aristotelis negat *Coelius Sec. Curio* lib. II. *Epist.* p. 349. *Verpoorteno* notante. Editus autem est cum superiore, commentariis *Simonis Simonii*, *Lucensis*, illustratus, *Geneu.* 1566. fol. *Harl.*

c) ΠΕΡΙ ὙΠΝΟΥ ΚΑΙ ἘΓΡΗΓΟΡΣΕΩΣ, *de somno et vigilia*. Cum superiore libro tamquam vnum scriptum citatur a *Suida* in *Μνήμη*. Exstant e graecis *Themistii* Paraphrasis, Scholia *Mich. Ephesi*, et latine tantummodo edita *Metaphrasis Theodori Metochitae*. [In bibl. *Bernensi*, teste *Sinnero* in Cat. p. 283. cod. *Aristot.* de somno et vigilia, et de diuinat. per somnum, idem de memoria.]

Graece et latine prodiit hic libellus, et duo proxime sequentes, cum versione *Nicol. Leonici Thomaei*, subiuncto Hippocratis libro de infomniis, *Iul. Caes. Scaligeri* commentariis illustrato. *Giesl.* 1610. 8.

d) ΠΕΡΙ ἘΝΥΠΝΙΩΝ, *de insomniis*.

Exstant e graecis *Themistii* paraphrasis, et *Mich. Ephesi* scholia, et versio latina paraphraseos *Theodori Metochitae*.

e) ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΘ' ὙΠΝΟΝ ΜΑΝΤΙΚΗΣ, *de diuinatione per somnum*.

Exstant e graecis *Themistii* Paraphrasis, et Scholia *Mich. Ephesi*, et latina versio Paraphraseos *Theodori Metochitae*. — Prodiit separatim, graece, *Cracou.* 1529. 8. — gr. et lat. cum versione et scholiis *Christoph. Hegensörfini*, *Basil.* 1536.

f) ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΟΙΝΗΣ ΤῶΝ ΖΩΩΝ ΚΙΝΗΣΕΩΣ, *de communi motio- nis animalium causa*. Graeca emendatius edidit *Florentiae Thomaeus*, et *Parisiis Guil. Morellius*.

Exstant et e graecis Scholia *Mich. Ephesi*, et cuius latina versio duntaxat lucem vidit, *Theodori Metochitae* Paraphrasis.

In graecolatini operum Aristotelis editionibus habetur latina [P] versio *Nicolai Leonici Thomaei*. Transtulit et *Petrus Alcyonius*, cuius versio edita cum *Gazae* historia animalium. *Basil.* 1534. fol.

g) ΠΕΡΙ ΜΑΚΡΟΒΙΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΒΡΑΧΥΒΙΟΤΗΤΟΣ, *de longitudine et breuitate vitae*. [*Coelio Sec. Cur.* I. c. *epist.* non videntur esse Aristotelis. *Verpoorten.*]

Exstant e graecis Scholia *Mich. Ephesi*, et cuius latina tantum versio edita est, Paraphrasis *Theodori Metochitae*.

In graecolatinis Aristotelis operum editionibus hic et proxime qui sequuntur libelli duo occurrunt cum versione *Francisci Vatabli*. Cum versione et scholiis *Christoph. Hegendorffii*. Basil. 1536. *Auerrois* Paraphrasis tom. VI. Opp.

h) ΠΕΡΙ ΝΕΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΓΗΡΩΣ, ΠΕΡΙ ΖΩΗΣ ΚΑΙ ΘΑΝΑΤΟΥ, *de iuuentute et senectute, vita et morte*. [cod. gr. inter codd. Nanianos, teste Catal. p. 447.]

In hoc libro citantur libri de anima et de partibus animalium. Alium Aristotelis librum de vita et morte laudat *Apollonius* cap. 26. Hist. commentitiae. [at *Apollon.* non ex scripto libro, sed ex memoria locum citasse et sensum tantum expressisse videtur ita, vt, prouti verba sonant, ex illis nolim colligere, alium Aristotelis librum de vita etc. ab Apollonio esse laudatum. *Harl.*]

Exstant e graecis Scholia *Mich. Ephesi* et latina versio paraphraseos *Theodori Metochitae*.

i) ΠΕΡΙ ΨΑΛΠΝΗΣ, *de respiratione*.

Exstant e graecis scholia *Mich. Ephesi*, [vid. *Lambec.* de codd. bibl. Vindobon. VII. pag. 213 sq.] et cuius latina versio tantum prodiit, paraphrasis *Theodori Metochitae*.

Versus XXV. *Empedoclis*, qui cap. 7. adferuntur, latina metaphrasi praeter *Vatablum* donauit *Iosephus Scaliger*.

k) ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΠΟΡΕΙΑΣ, *de animalium incessu siue gressu communi* liber. Emendate edidit Guil. Morellius, Parisiis, et Florentiae *Nicolaus Leonicus Thomaeus*, [quem pessime de Aristotele meritum esse, iudicat *Casaubonus* cap. VI de entusiasmo p. 153. *Heumann.*]

Exstant e graecis scholia *Mich. Ephesi* <sup>aaaa)</sup>, et, cuius latina tantum versio edita est, Paraphrasis *Theodori Metochitae*. [in cod. Bauar. CXLII.]

In graecolatinis Operum Aristotelis editionibus occurrit latina interpretatio *Nic. Leonici Thomaei*, qui libros Aristot. omnes, paruorum naturalium nomine venientes, latine vertit, et commentario illustrauit Basil. 1566. fol.

l) ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, *de spirita animali* libellus, cum anonymi interpretis latina translatione legitur in editionibus graecolatinis Operum Aristotelis. Aristotelis esse negat *Hier. Mercurialis* II. 12. Var. lect. et *Sylburgio* sulus *Alexandrum* potius *Aphrodiseum*, aut alium, quam Aristotelem, refert. Videtur tamen ad eum prouocare Aristoteles ipse lib. I. de motu animalium, et *Galenus* V. de simpl. medic. facultate. Perplexissimum librum saepe vertisse se, saepe versionem conceperisse, tandem etiam commentariis illustrasse testatur *Iulius Caesar Scaliger* Exerc. CCLXXIII. Vertit et illustrauit *Daniel Furlanus* cum scriptis quibusdam *Theophrasti*. Hanou. 1605. fol. Ac *Meursius* existimat, hunc ipsum esse librum *περὶ πνευμάτων*, quem inter *Theophrasti* scripta memorat *Laertius*

V. 45.

aaaa) Textus Aristot. graecus cum scholiis *Michaelis Ephesi* in col. Vindobon. LIV. nr. 2. teste *Lambecio* VII. pag. 213 sq. Scholia gr. edidit *Franciscus Afulanus*, cum *Simplicii* commentariis

in III. libros Aristotelis de anima et *Alexandri Aphrodisiens.* commentariis in librum de sensu et sensilibus, typis Aldinis. 1527. fol. *Harl.*

V. 45. [P] *Stratoni Lampfaceno* tribuendum conicit *Patricius* discuss. peripatet. pag. 74. inter cuius scripta idem *Laert.* V. 5, 9. laudat. Latine primum prodiit in editione latina Aristotelis. *Basil.* 1542. fol. interprete, vt videtur, *Hieronymo Gemusaco.*

Quae haecenus recensui scripta Physica, (excepto libro de mundo,) apud *Laertium* V. 26. memorari videntur sub titulo *Φυσικῶν κατὰ σειρῆσιν* <sup>bbbb</sup>, βιβλία λη, qui numerus XXXVIII. confirmatur etiam ab Anonymo Menagii. Sed *Casaubonus* suspicatur legendum κατὰ *Rerum naturalium ordine literarum scripti libri XXIV.* Rationem inscriptionis illustrat *Coelius Rhodiginus* XVII. 17. *Iugenio illi inenarrabili Aristoteli, qui ex nobili lectiois multiugae variantisque cura est a Platone anagnesses nuncupatus, tria Philosophiae munia suscepta pertractataque sunt, Physicum, Metaphysicum, Morale: sed ita, vt Alphabetis tribus omnia sit complexus; nam Physicorum libri elementa implent omnia, siquidem octo leguntur de rerum naturalium principiis, de coelo ac mundo quatuor, de generatione ac corruptione duo, de meteoris quatuor: de animae historia tres, de animalium motu vnus, et duo, qui parua, vt modo dicitur, naturalia complectuntur. Huic vero sententiae vetus suffragatur attitlatio, in qua more Homericis ita enotabatur librorum ordo, vt Physicorum diceretur <sup>cccc</sup> alpha, qui primus; beta, qui secundus; et deinceps. Quam rationem in Moralibus item est secutus. Nam ni demutilati forent temporum incuria, ac praecurtati, plenum literarum numerum in Ethicis, Politicis, Oeconomicis agnosceremus. Id ipsum et in Metaphysicis consequeremur, ni pleraque deprauasset vetustas. Quae autem de plantis aut de animalibus tanto sunt concinnata Philosopho, iam elementa non sunt, sed velut ex elementis coaptatae syllabae, in quam seriem veniunt et magna moralia. Omnia vero haec, problemata et Physionomica addiuinatio consequerentur, quae ab elementis distita longe sunt. In omnia alia abijt *Samuel Petitus*, qui IV. 8. Miscell. per *Φυσικὰ κατὰ σειρῆσιν* putat a *Laertio* intelligi opus, quo veterum Physicorum ordine literarum digestorum opinioniones recensitae fuerunt et ad examen reuocatae et cuius fragmenta hodie superflint libelli de dogmatibus Xenophanis, Zenonis et Gorgiae. Merito non probatur et multis refellit haec Petiti suspicio a *Ionsio* p. 56. de scriptoribus Hist. Philos. nec *Menagio* ad *Laert.* p. 196.*

XVI. ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ βιβλία ι, *Historiae de animalibus libri X.* <sup>dddd</sup> quorum primi quatuor agunt de partibus, sensu, memoria et aliis affectionibus hominis et animalium omnis generis: tres proximi de eorum ortu, octauus et nonus de vita, et decimus <sup>eeee</sup> de causis sterilitatis. *Cic.* V. de finib. 4. *Persequutus est Aristoteles animantium*

<sup>bbbb</sup>) Nisi subintelligendum vocabulum *περοβλημάτων*. Vide, quae infra nr. XXV. [Sic *Procli* *σειρήσις Φυσική*, cuius cod. est in bibl. Monaco-bauarica. vid. *Catal.* p. 60. cod. CL.]

<sup>cccc</sup>) Sic *Theophrastus* scripserat *νόμων κατὰ σειρήσιν*, κατὰ. *Laert.* V. 44.

<sup>dddd</sup>) Conf. de inscriptione libri *Perizon.* ad *Aelian.* H. V. lib. IV. 19. p. 374. Is praeter ea *ισορ. π. ζ.* vertere iubet cum *Casaubono* ad *Diog. Laert.* III. 18. *scientiam s. cognitionem animalium.* Li-

bri XIX. syriace et arabice versi dicuntur apud *Casir.* I. pag. 306. *Havl.*

<sup>eeee</sup>) Decimum tamen operis librum Aristotelis non esse, contendit *Conringius* *Introduct.* in *artem medicam* cap. V. §. 14. pag. 192. At *Andreas Laurentius* *anatomiae* suae lib. VIII. quaest. 30. *Aristoteles*; inquit, omnia fere, quae de natura animalium scriptis mandauit, ab vno didicit *Hippocrate*: quum tamen ingrattissimus vir eius numquam meminisset. *Heumann.*



tium omnium ortus, a<sup>us</sup>, figuras etc. Plura volumina de animalibus scripserat Aristoteles, ad quinquaginta ferme, teste Plinio, vel, (vt *Antigonus* Hist. commentitiae cap. 66.) ad septuaginta. Plinii locum adscribam ex VIII. 17. Hist. *Aristoteles diuersa tradit*, [P] vir, quam in his magna secutus ex parte, praesandum reor, *Alexandro Magno, rege, inflammato cupidine animalium naturae noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni doctrina Virō, aliquot milia hominum in totius Asiae Graeciaeque tractu parere iussa, omnium, quae venatus, aucupia, piscatusque aiebant, quibusque viuaria, armenta, aluearia, piscinae, amantibus in cura erant, ne quid usquam gentium ignoraretur ab eo: quos percontando quinquaginta ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit: quae a me collecta in arctum, cum iis, quae ignorauerat, quaeso, vt legentes boni consulant, in vniuersis rerum naturae operibus medioque clarissimi omnium regum desiderio cura nostra breuiter peregrinantes.* *Athenaeus* IX. pag. 398. refert, Aristotelem in sumtus huic operi necessarios ab Alexandro accepisse talenta octingenta, hoc est summam, (non, 480000. vt est in *Chevraeanis* tom. I. pag. 214.) sed 600000. amplius thalerorum<sup>ffff</sup>), vnde *πολυτάλαντος πραγματεία* audit eidem *Athenaeo*. *Iohannes d'Espagne* error. popular. IV. II. iudicat, id opus omnino esse admiratione dignum, et multa, quae vera sint habenda, in illo reperiri; at putat, multa tamen inesse, quae, per famam tantum audita, fuissent recepta, quaedam repugnare sensibus atque experientiae, vt *Scaligerus* multique alii animaduertissent. Inde non sine causa miratur *Athenaeus* VIII. pag. 352 sq. vnde tam multa prodiderit Aristoteles, quae captum humanum excedere videantur. Pleraque tamen illorum, quae velut parum credibilia ab *Athenaeo* ibi notantur, constat esse certissima. *Olaus Borrichius* de Medic. Hermet. pag. 244 sq. et *Io. Listerus* in epist. ad *Io. Raium* notauit, Aristotelem, paucis contentum experimentis, obseruationes suas praecipitasse. vid. *Bibl. Angloise* tom. IV. pag. 7. et 10. atqui *Listerus* l. c. existimat, pro tantis ad hoc opus, quae habebat, subsidiis, expectationi non satisfecisse Aristotelem. Is tamen aequius forsan iudicasset, si Aristotelis temporibus vixisset, et si totum in nostras venisset manus. — [*Aelianus* H. V. lib. IV. cap. 19. (vbi vid. interpr. in exemplo *Abrah. Gronouii* pag. 373.) tribuit *Philippo*, patri *Alexandri*, istam liberalitatem ac munificentiam, atque *Kühn.* ita componit litem, vt suspicetur, *Philippo* operis incepti, filio vero, consummati impensas deberi. At enim, *Aelianum*, quia definite tradit, Aristoteli *Philippum* copiosas praebuisse diuitias, et philosophum per diuitias *Philippi* cognitionem ipsorum animalium consequutum esse, malim putare, id quod saepius ei accidit, in nomine regis errasse. Nam tantos sumtus *Philippus* nondum potuerat erogare, atque num ad consilia sua perficienda, reliquasque impensas, ad bella gerenda Graecosque, suis consiliis profuturos, corrumpendos maxime necessarias, faciendas, tantam vim nummorum perdere quasi potuerit, valde dubito. Quare, *Plinii* et *Athenaci* locis citatis et maiore probabilitatis specie motus, arbitror cum *Bruckero*, *Buhlio* etc. libros de animalibus esse ferius, quam volunt alii, immo vero post *Olymp. CXI. 2.* ante Chr. n. 336. (quae quorundam fuit sententia,) compositos, et tum demum, vbi *Alexander*, magna Asiae parte sibi iam subiecta, tantam nummorum copiam non tam profundere, quam praeceptori suo commode largiri potuerat. *Harl.*]

Quod

ffff) 1440000 *Carolin.* aequare talenta octingenta scribit *Perizon.* ad *Aeliani* l. c. *Harl.*

Quod vero ad numerum librorum adinet, praeter hos decem alii etiam ex editis ad hoc argumentum spectant, vel iam a me memorati, vel mox recensendi: de partibus animalium IV. de generatione V. de incessu I. de motu I. de spiritu I. Neque diuersa ab his contineri suspicor in libris XIX. de historia animalium, quos ex *Arabico* in latinum translatos a *Mich. Scoto* memorat *Labbeus* *Bibl. nou. MSS.* p. 201. vel in libro XII. XIII. XIV. et XV. quos arabice ex Oriente secum adtulit *Iacobus Golius*. [adde *Casir.* l. m. I. pag. 307. b.] Ceterum longe plures interciderunt, quorum sp̄ciales quosdam titulos notauimus infra, capite proximo, ut sunt, Ἀνατομῶν libri VIII. Ἐκλογαὶ ἀνατομῶν. I. περὶ τῶν ζῴων ἡθῶν. Περὶ τῶν μυθολογεμένων ζῴων, ὑπὲρ τῶν συνδέτων ζῴων, ζωικὰ περὶ ἰχθύων <sup>szsgg</sup>), περὶ θηρίων, περὶ ζωῆς καὶ θανάτου diuersus ab eo quem habemus, etc. *Laertius* nouem tantummodo libros περὶ ζῴων memorat V. 25. et nouem duntaxat libros vertit, qui post *Trapezuntium* <sup>hhhhh</sup>) hoc opus interpretatus est, *Theodorus Gaza*, Thessalonicensis. Confer *Vossii* lib. de Philosophia pag. 34. Decem libros agnoscit *Anonymus* vitae *Aristotelis* scriptor graecus, quem *Magnagius* edidit. De ordine iterum turbat nos *Samuel Petitus*, qui p. 145. commentarii ad *Leges Atticas* ita scribit: *Harpocratio* in ἐβδομευομένῃ laudat *Aristotelem* in nono historiae de animalibus, quod videri possit μνημονικὸν *Grammatici* fuisse ἀμάρτημα, nam ea habentur VII. 12. Verum nullus dubito, plures fuisse libros *Aristotelis* περὶ ζῴων ἰσορίας, quam graece hodie existunt, et certe apud *Arabes* supersunt ad nouendecim, (potius mihi persuadeo, illos XIX. ut iam innuebam, esse libros X. historiae, et libros IV. de partibus, ac libros V. de generatione animalium,) tum etiam in vnum coaluisse librum, qui olim apud veteres duo erant. Nam, ut [P] puto, primus liber generalia illa complectebatur tantum, quae sex primis capitibus ad haec usque verba: Ταῦτα μὲν ἔν τῶτον τὸν τρόπον εἰρηται νῦν ὡς ἐν τύπῳ, γεύματος χάριν. Hinc incipit liber secundus, cuius argumentum τὰ τῷ ἀνθρώπῳ μέση. Sequitur secundus, ut vulgo editur, qui veteribus tertius fuit. Tertius vulgati ordinis est quartus veterum, sed quartus, qui vulgo censetur, in duos rursus distribuendus est, quorum prior, qui quintus est, veteribus septem primis capitibus desinitur. Ab hac vero clausula alter, qui sextus est, incipit: τὰ μὲν ἔν μέση etc. — Libros duos de animalibus contra *Aristotelem* scripserat *Afinius Pollio Trallianus*, teste *Suida* in Πωλίῳν.

Cum

ggggg) Videant, quibus integrum est, vtrum ex *Aristotelis* ζωικῶς περὶ ἰχθύων aliquid existet in cod. hebraico biblioth. vaticanae, quem memorat *Bartoloccius* I. pag. 481. sub titulo: — — מאמר משבע בעלי חיים אשר ביבשה בים.

hhhhh) *G. Trapezuntii* vestigia passim legere, licet dissimulet, *Theodorum*, notat *Politianus* cap. XC. *Miscell. Fabric.* *Theod. Gaza* obtulerat *Sixto IV.* pontifici romano, libros de animalibus, latine a se versos, et exhibuerat codicem, sumtuosius ornatum, sperans, magnum se nacturum esse laboris praemium: sed pontifex, interrogans, quanti ornasset librum, nihil praemii praeter eos sumtus rependit; (n. quinquaginta aureos, teste *Pierio* lib. II. de infelicitate litteratorum,)

quam iniquitatem *Gaza* aegerrime tulit, et ob inopiam, Roma deserta, in Apuliam se contulit. Plura vid. apud *Humphr. Hodium* de graecis illustribus L. Gr. — instauratoribus etc. p. 62 sqq. De *Georgio Trapezuntio* vid. eundem lib. I. cap. 4. et de eius versionibus quorundam *Platonis* atque *Aristotelis* librorum latinis p. 112 sq. De editione *Gazae* versionis *Aldina* vid. infra in catalogo editionum. Versio autem illius, e codice gr. facta, plurimis in locis mire discrepat a vulgata lectione, adeoque aberrat a veritate naturae sensuque verborum graecorum: quo factum est, ut recentiores historiae naturalis scriptores, illa decepti, multos errores immerito imputarent *Aristoteli*. *Harl.*

Cum Aristotele *περὶ ζώων* Artemidorus coniungit *Aristophanis* in Aristotelem ὑπομνήματα II. 14. Onirocritic. respiciens haud dubie compendium, quod in Aristotelis libris de natura animalium composuisse Aristophanem Byzantium, testatur *Hierocles* in Hippiatricis pag. 4. Nec optima fide in hoc labore Aristophanem versatum esse, ex eo ipso Hieroclis loco obseruat *Mausiacus* ad Aristotelem pag. 1246. Citatur Aristotelis ἐν τῇ περὶ ζώων πραγματείᾳ ab *Eratosthene* cap. 34. Catasterism. aliisque innumeris, quemadmodum vestigia eius diligentissime legunt, qui de animalibus post ipsum scripsere, *Plinius* e Latinis et *Albertus Magnus*: ex Arabibus *Auicenna*<sup>iiii</sup>), e graecis *Aelianus*, *Oppianus*, *Emanuel Phile* etc. ne de perditis loquar, *Theophrasto*, *Eudemo* etc. et aliis infinitis, opportuniore fortassis loco a me recensendis. Tantum adscribam in praesenti verba *Artemidori* lib. IV. 24. Onirocrit. Πολλοὶ δὲ καὶ ἐν τῶν Ἀριστοτέλους περὶ ζώων, καὶ Ἀρχελάου, καὶ τῶν Ξενοκράτους Ἀφροδισίως παρακηκόοτες ὑφ' ἑκάστων τῶν ζώων θεραπεύεται, καὶ τί ἕκαστον φοβεῖται, ἢ μάλιστα χαιρει, εἰς συνταγὰς καὶ θεραπείας ἀναπεπλάκασι, ὃ μάλιστα κατακόρως ἐν τρίτῳ τῶ ἑαυτοῦ συντάξεως κέχρηται ἔτος, ἔ ἐγὼ καίπερ εὐεὶδὼς τὸ ὄνομα ἐκ ἐπιμνήσομαι. *Michaelis Ephesii* Scholia, (nec dum edita,) in hos Aristotelis libros memorat hinc inde *Augustinus Niphus* in suis commentariis. [P]

MS. codicem, e quo loca nonnulla, habita a plerisque pro sanis, emendare possit, possidere se testatus est *Reinesius* epist. 58. ad Hofmannum pag. 522.

*Hebraice* etiam lecti sunt Aristotelis libri de animalibus. vid. *Wolffi* bibl. hebraeam pag. 220 et 263.

In latinis antiquioribus Aristotelis editionibus hi libri de historia animalium plane desiderantur. In aliis *Gazae* interpretatio occurrit. In graecolatinitis libri nouem adiunctam habent *Gazae*, decimus *Scaligeri* translationem.

XVII. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΜΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ'. *De partibus animalium*, earumque causa ac ratione<sup>kkkkk</sup>), libri IV. citantur a *Syriano* pag. 25. b. in 2. *Metaph.*, ab *Athenaeo*, ad

<sup>iiii</sup>) *Auicennae* versionem arabicam ante ann. 1290. latine fecit *Michael Scotus*, (libri XIX. teste *Labbeo* bibl. nou. MSS. p. 203. adde *G. Mackenzie* de Scriptoribus Scotis, tom. I. p. 210 sq.) Illa *Albertus Magnus* vsus esse, *Scotus* vero a graeco textu saepius abiisse et a sensu verborum aberrasse dicitur. Alia praeter ea latina versio, saeculo XIII. facta, incerto auctore, adhuc manu exarata, frequenter in bibliothecis reperitur. Quae, quod textum graecum sequitur verbotenus, codicis graeci scripti vice fungitur. Vtramque versionem istam adhibuit *Camus* in editione et interpretatione sua librorum Aristotelis de animalibus, earumque lectionem cum codd. graecorum varietate adnotauit. At quia exspectationi ea comparatio non satisfacit, cel. *Schneider* in censura editionis *Camianae*, (in commentariis de rebus in scientia naturali et medicina gestis, vol. XXV.

part. I. Lipsiae, 1782. pag. 594.) optat, vt vtraque versio latina tandem in lucem proferatur, et diligenter vbique cum graeco textu et *Alberto M.* contendatur. — In codice *Matritensi* occurrit fragmentum libri, Aristoteli adscripti, de animalium proprietate, Ἀριστοτέλους περὶ ζώων ιδιότητος προοίμιον. Hoc vt ineditum, et quod *Constantinus Lascaris* manu adscripserat, εἰκεν γὰρ Ἀριστοτέλους, *Iriarte* in catal. gr. codd. Matrit. p. 322. publici iuris fecit; ipse tamen fassus est, ad rem potius medicam pertinere. Clar. vero *Buhle* I. pag. 178. suspicatur, illud prooemium potius esse initium commentarii siue in Hippocratis aphorismos, siue in alium Hippocratis aut Galeni librum *Harl.*

kkkkk) Lib. 2. cap. 1. ἐκ τίνων μὲν ἐν μορίων καὶ πόσων συνίστηεν ἕκαστον τῶν ζώων ἐν τοῖς περὶ αὐτῶν δηλωταῖς σαφέστερον. Δι' αὐτῶν δ' αἰτίας ἕκαστον τῶν ζῴων τὸν

ad quem vid. Casaubon. VI. 13. Emendatius graeca edidit Florentiae *Nic. Leonicus Thomaeus*.

Exstant e graecis scholia *Mich. Ephesi<sup>um</sup>*. Cui nonnulli addunt *Danielem Cretensem*, sed adhuc ineditum. Ex Arabibus *Auerroem*, qui inter alia Aristotelem aduersus Galeni obiectiones defendit, tom. VI. Opp. e versione Iac. Mantini, qui etiam *R. Leui* expositionem ex hebraico se vertisse testatur.

Latine vertit *Theodorus Gaza*, cuius versio occurrit in graecolatini Aristotelis Operum editionibus. Librum primum commentario illustravit *Leonicus Thomaeus*. [Venet. 1540. 8. adnexus est *Pfelli* versioni latinae.]

XVIII. ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΓΕΝΕΣΕΩΣ βιβλία ε'. *De generatione Animalium libri V.* quos et ipso *Nic. Leonicus Thomaeus* emendatius graece edidit.

E graecis exstant scholia *Ioh. Philoroni*. [*Mathusala*, monachi montis Sinai, adnotationes sparsim adiectae sunt codici Vindobon. LIV. scripto 1550. ex libro valde antiquo, teste *Lambec. VII. p. 214.*] Ex Arabibus *Auerroes*, qui Aristotelem suum itidem tuetur aduersus Galenum, tom. VI. Opp. *Iac. Mantino* interprete.

*Theodori Gazae* versio exstat in graecolatini Aristotelis editionibus:

XIX. ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ βιβλία β'. *De Plantis libri II.* memorantur a *Laertio V. 25.* et de Plantis scripsisse se testatur Aristoteles ipse sub extremum libri de breuitate vitae, et initio libri quinti Historiae de animalibus. Citat et *Athenaeus XIV. pag. 652.* et *Simplicius prolegom.* in libros physicos, ubi historiae et causas plantarum ab Aristotele scriptas perinde ut animalium docet. At qui hodie exstant libelli duo de plantis sub Aristotelis nomine, graece a recentiore quodam (*Musuro*, vel *Lasari*, vel, ut *Simoni Grynaeo* visum, *Theodoro Gaza*, vel potius *Maximo Planude*, ut suspicatur *Caesar Scaliger p. 26.* in lib. I.) translati [P] sunt e latino Galli, nescio cuius, qui ex Arabico illos translulerat, quae arabica versio ex altera priore latina fuerat concinnata, ut prooemium graecum, libris haece praefixum, perspicue docet. Ἀλλά τις Κελτὸς τὸ γένος ἐν τῶν Ἀραβικῶν λειμώνων εἰς ταῖς Ἰταλικὰς μετακηπέων Φυταλιὰς etc. Non mediocrem vero auctor graeae versionis fatetur corruptionem huic opusculo illatam, διὰ τὰς συχνὰς τῶν μεθερμηνύσεων μεταβολὰς ἐν τῆς ἑλληνικῆς εἰς τὴν τῶν Ἰταλῶν, εἰς τὰς Ἀραβίας ἐκείθεν, καὶ πάλιν ἐξ Ἀραβίων εἰς Ἰταλίας, καὶ εἰς ἡμᾶς (ἑλληνας) ἐκ τέτων ἐπ' ἔσχατον. Hinc latinismi frequenter in his libris obuii, et Romae mentio lib. I. cap. 7. Sed et res ipsas earumque tractationem non mediocriter ab Aristotelis rationibus dissidere contendit *Iulius Caesar Scaliger*, cuius eruditi in hos libros commentarii, siue accusationes potius (vti vocat *Mercurialis* var. lectio. III. 16.) lucem videntur

τὸν τρόπον, ἐπισκεπτόν τῶν, χειρίζοντες κατ' αὐτὰ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐξηγημάτων.

III) *Aristotelis* textus gr. de partibus animalium libri IV. cum *Michaelis Ephesi* scholiis, MS. exstat in bibl. caesarea Vindobon. teste *Lambecio* in comment. VII. pag. 213. quae a *Petro Victorio*

cum *Porphyrii* libri IV. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων de abstinentia ab esu animalium, s. ut ille vertit, de non necandis ad epulandum animantibus, Florentiae, 1548. typis Bern. Iunctae, graece in folio, latine autem *Dominico Mouthefauro*, Veronensi, interprete, Basileae, typis Petri Perna, 1559. 8. edita sunt. *Harl.*

runt Geneuae ann. 1566. fol. et Marpurgi 1598. 8. *Iubaene sunt*, inquit Sylburgius, *an multo recentioris Arabis, peritiores indicent.* Menagio iudice sunt centones, male assuti e locis variis Aristotelis, et libro primo historiae plantarum Theophrasti. [add. *Halleri* biblioth. botan. tom. I. pag. 29 sq. vbi de argumento et edit. illorum librorum agitur.] Memorantur hi libri ab *Auerro* lib. I. Physic. cap. 1. Sed *Alexander Aphrodisicus* in lib. de sensu et sensibili cap. 4. iam sua aetate negabat, exstare scriptum philosophi de Plantis. [graece exstat in cod. Scorialian. teste *Plüero* Itin. Hisp. pag. 159.]

In antiquis latinis editionibus exstat <sup>mmmmmm</sup>) vetus translatio anonymi, ex Arabico facta et Rogero cuidam, quem dilectissimum vocat, dicata, nec in duos libros distincta, sub titulo libri *de vegetabilibus*. Eandem versionem, sed quibusdam mutatis, video comparere in graecolatinis editionibus Operum Aristotelis. Interpres ait, se, Aristotelis librum ex arabico latine transferentem, nostri idiomatis angustias quantulacumque adiectione ampliassse.

Graece primum prodierunt Basileae 1539. 8. ad calcem Geoponicorum, ex officina Roberti Winter, cum praefatione *Simonis Grynaei*. Deinde cum operibus Theophrasti, ibid. 1541. fol. Hinc in graecis et graecolatinis Aristotelis editionibus. Iam enim comparent in Isingriniana Basil. 1539. fol. p. 435 sqq. [de natura stirpium, lat. interprete *Andrea a Lacina*: Colon. 1543. 8.]

XX. ΠΕΡΙ ΧΡΩΜΑΤΩΝ α', *de coloribus liber*, magna eruditione refertus, siue Aristotelis sit, siue *Theophrasti*, vt sentit *Mercurialis* III. 13. Var. lect. vel *Stratonis Lampfaceni*, vt visum *H. Conringio* in epistola ad Rachelium, et lib. de habitus corporum Germanorum caussis cap. vltimo, nec non *Patricio* pag. 44. discuss. Peripatet.

Exstant in hunc librum *Michaelis Ephesii*, graeci scriptoris, scholia; sed latine tantum edita. Meminit et *Pachymeres*, *Simone Portio* notante, et *Plutarchus*, qui bina de coloribus volumina ab Aristotele scripta [P] testatur. Latine vertit praeter antiquum interpretem (cuius versio in editione latina Veneta ann. 1496. male discerpta est in libros duos, quorum alter perperam inscribitur de plantis,) *Lud. Coelius Calcagninus*, cuius interpretatio occurrit in lat. et graecolatinis Aristotelis editionibus <sup>nnnnn</sup>), *Du Valliana* quidem tom. II. p. 793 sq.

XXI. α. ΠΕΡΙ ΑΚΟΥΣΤΩΝ, *de audibilibus*, siue *de his, quae sub auditum cadunt*, libellus, seruatus a *Porphyrio* in commentario ad *Harmonica* Ptolemaei p. 246—254. edito graece et latine tom. III. Opp. Ioh. Wallisii. Oxoniae 1699. fol. Idem *Porphyrius* p. 231. testatur, πᾶν τὸ σύγγραμμα, *totum librum* <sup>ooooo</sup>) se commentario suo inseruisse. Latine primus vertit *Antonius Gogavinus*, Grauiensis, ad calcem *Harmonicorum* Ptolemaei, a p. 151. Venet. 1562. 4. De *Abulpharao*, celebri philosopho ac medico, refert *Gabriel Sionita* cap. 2. de vrbibus et moribus Orientalium, quod librum Aristotelis de auditu, inuentum in *Harran*, Mesopotamiae vrbe, quadragies perlegit, et eidem libro superscripsit: *Vellem iterum legere.*

Hh 3

Fabric.

<sup>mmmmmm</sup>) In iisdem editionibus praecedit alius libellus, qui inscribitur *de Plantis*, sed male: est enim pars libri de coloribus. Incipit: *in omnibus autem plantis principium colorum herbium est.*

<sup>nnnnn</sup>) Calcagnini praefat. exstat XIV. 14. Epist.

<sup>ooooo</sup>) Sollemne fuit *Porphyrio*, integros aliorum tractatus suis inserere commentariis. Sic commentariis in *Platonis Sophista* inseruerat *Andronici Rhodii*, librum de diuisione, teste *Boethio* lib. de diuisione pag. 638.

*Fabric.* — Abu-Bacharis — commentarium super librum Aristot. de auditu citat *Maimonides*, More Nevochim 422. Buxt. *Benzel*.

b. ΠΕΡΙ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ἈΚΟΥΣΜΑΤΩΝ siue, (vt in alio, satis fideli magisque pleno exemplari, se reperisse testatur *Petru. Vossius* VII. 24. varr. lection.) ΠΑΡΑΔΟΞΩΝ. *Liber de admirandis narrationibus* <sup>ppppp</sup>). Graece post Thomaeum aliosque emendatus editus ab H. Stephano, cum libro superiore, Paris. 1557. 8. Multa ex hoc refert, Aristotele auctore laudato, *Antigonus Carystius* Histor. mirab. cap. XXXI—CXXVII. Sequutus etiam *Paullus Silentarius* in poematio in thermas Pythias, vt pulcre obseruatum est ab *Huetio*. Citat et *Athenaeus* XII. p. 541. [P] *Suidas* in Κοτιω. *Stephanus Byz.* in Τήνος et alibi. [in voc. Τήνος, ad quem locum iudicat *Holsten.* fragmentum illud, ab H. Stephano in MSto repertum, reuera esse Aristotelis. conf. *Beckmanni* notam ad Aristotelis librum p. 367. *Harl.*] Sed in Γελωνοὶ male quaedam editiones et in his Berkeliana habet, πέμπτω περί θαυμασιῶν ἀκυσμάτων, quum illud πέμπτω a *Xylandro* recte sit expunctum. Recurrit idem error in Berkelii versione, voc. Γέμαρα. Etiam *Laertius*, Patricio iudice, per συναγωγῆς α, β, V. 25. hoc scriptum intelligit. Meminit et θαυμασιῶν ἀκυσμάτων inter Aristotelis scripta *Anonymus Menagii*. Si qua coniecturas venia, inquit *H. Dodwellus* diss. de aetate peripli Hannonis cap. 21. crediderim, hoc opus e variis Aristotelis operibus collectum esse a discipulo et successore illius, *Theophrasto*, verbis nonnumquam suis, nonnumquam ipsius *Aristotelis*. Aristotelis esse negat praeter *Erasum* et *Lud. Viuem* ad Augustini lib. IV. de C. D. cap. 2. pag. 385. *Philander* ad *Vitruuium* VIII. 3. idque se multis posse demonstrare argumentis, *Ionsius* lib. II. cap. II. pag. 176. *Vossius* de Hist. graec. p. 514. *Ioh. Bodaeus a Stapel* ad *Theophrastum* pag. 214. [et *Moller.* in Homonymoscopia p. 288.] etc. Etiam *Theophrasti* esse, e *Plinio* obseruasse visus est sibi *Ioh. Camers* ad *Florum*, et *Harduin* ad *Plin.* H. N. IX. 57. tom. II. pag. 361. [Historiam, mures exedere ferrum, (cap. 24. vbi vid. *Beckman.* pag. 56.) *Plinius* tribuit *Theophrasto*, at *Aelian.* hist. anim. V. cap. 14. Aristoteli.] Contra tamen *Iulius Caesar Scaliger* ad eundem *Theophrastum* de causis plantarum pag. 325. *Commentarius de miraculis auditis, Aristotelis est, non Theophrasti. Est enim illius neclareus stylius.* Liber ipse genuinus Aristotelis, sed fragmentum, quod ad calcem huius libri legitur, ὑποβολιμαῖον est *Mauffaco* in limine notarum ad *Plutarchum* de fluminibus, ex quo multa in illud congesta et inde auulsa esse obseruat. Repetita etiam ex illo nonnulla a *Pfello* in διδασκαλία παντοδαπῆ, quam edidi vol. quinto huius bibliothecae. — Inscriptionem veterem siue hexastichon sub finem libelli, [cap. 145. pag. 295. edit. *Beckmanni.*] ab auctore adlatum erudite post *Salmasium* ac *Isaac. Vossium* [ad *Periplum Scylacis*, ann. 1639. pag. 4. et, mutata pristina sententia, viginti post annis, ad *Pompon. Melam.* III. 6. p. 309 sq. edit. *Abr. Gronou.* ann. 1748 8.] emendat et interpretatur *Io. Bouhierius* ad *Scipion. Maffesium* in huius antiquitatibus Galliae selectis. Paris. 1733. 4. pag. 161 sqq. adde *Bibl. raisonnée*, tom. XII. p. 350 sqq. *Fabric.* De libro περί θαυμασιῶν ἀκυσμάτων vid. *Sallier* in historia acad. Paris. regiae Inscript.

ppppp) De auctore libri, codicibus, versionibus atque editionibus diligenter egit *cel. Io. Beckmann* in praefat. ad suam huius libri editionem, de qua infra in catalogo editionum agetur. *Cassaubonus* in notis ad *Aeneae Poliorcet.* pag. 1808. verum libri indicem esse putat ἀκυσματα, (h. e.

auditiones vel historias auditas) θαυμάσια. Atque *Hemsterhus.* ad *Aristophanis* *Plutum* v. 586. pag. 181. a. citat opus *Admirandum*, idque corruptissimum vocat. Ipse *Fabricius* in vol. I. lib. I. cap. 6. §. 10. pag. 40. librum negauit esse Aristotelis. *Harl.*

script. tom. VII. pag. 273. adde cl. *Niclas* not. p. 297 sqq. et cel. *Hynii* correctiones p. 419. in Beckmanni editione libri Aristotelei; atque ipse doctiss. *Beckmannus* non solum *Bouhierii* dissertationem de illa inscriptione adiecit pag. 402 sqq. sed etiam praemisit iudicia virorum doctorum de libri auctore. Ipse vero pag. XIII sq. praefationis putat, aliquam saltem, etsi fortasse minimam, libelli, quem nunc habemus, partem conscriptam esse vere ab Aristotele. Hunc, suspicatur, multa notatu digna, sine ordine sibi ad subsidium memoriae adnotasse, et in aduersaria quasi coniecisse, quibus aliquando vti posset: multa suis exemplaribus adscripsisse subinde possessores, quae posthac in contextum recepta essent, vnde repetitiones eiusdem rei exstitisse sit credibile. Probabilior tamen videtur esse coniectura cl. *Buhl* in dissertat. de distributione librorum Aristotelis etc. p. 77. hunc librum ex aliis Stagiritae scriptis, in primis ex animalium historia et meteorologicis absque vilo consilio et delectu esse confarcinatum. adde cl. *Villoison*. anecdot. gr. tom. II. pag. 129. not. qui auctorem libri *περὶ θάουμ. ἀκροσμ.* incertum esse pronuntiat. Ex loco quodam, (cap. 179. p. 352. vbi vid. Beckmann.) colligit cl. *Schneider*. in periculo critico in Antholog. Constantini Cephalae pag. 152. auctorem nostri libelli esse recentiorem Nicandro, ex cuius verss. 128 sqq. illa, de nigra vipera, ab auctore libri *θάουμ. ἀκροσμ.* translata.

In editionibus graecolatinae Aristotelis occurrit incerti auctoris latina interpretatio. Vertit etiam *Dominicus Montefaurus*, Veronensis; cuius versio legitur inter opera Auerrois, Venet. 1552. fol. tom. VII. [et in edit. *Beckmanni*, pag. 372 sqq. qui in praef. pag. VI sq. de illa versione et editionibus agit.]

XXII. ΠΡΟΣ ΤΑ' <sup>qqqq</sup> ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ, ΠΡΟΣ ΤΑ' ΖΗΝΩΝΟΣ, ΠΡΟΣ ΤΑ' ΓΟΡΓΙΟΥ, *aduersus dogmata* quaedam physica ac metaphysica *Xenophanis, Zenonis Eleatae et Gorgiae*, libelli tres, graece tantum leguntur in editione graecolatina Aristotelis Lugdunensi Casauboniana; sed in ceteris exstant cum latina versione *Ioh. Bernardi Feliciani*, vt in Du Valliana tom. II. pag. 834 sq. Vertit etiam latine *Arnoldus Ferronus* Burdegalensis, qui Aristotelem aduersus Xenophanem ac Bessarionem defendit, Lugd. 1557. 8. *Franciscus* vero *Patricius* tom. II. discuss. Peripatet. pag. 26. et 34. hos solos libros et mechanica, quod Aristotelis sunt, omnem controuersiam effugere existimat <sup>rrrr</sup>): merito tamen

qqqq) Hanc inscriptionem probat librorum argumentum, et Laertii Anonymique Menagiani auctoritas, et quod similiter philosophus scripsit *πρὸς τὰ Μεγίστη, πρὸς τὰ Ἀλκυαίωνος* etc. Itaque omisi titulum, qui in editionibus et Codice Lipsiensi, *περὶ Ξενοφάνους, περὶ Ζήνωνος, περὶ Γοργίου*. *Fabric.* In vol. II. lib. II. cap. 34. 2. vbi de Xenophane disputatum est, p. 618. diuersis Fabricii eiorumque sententias iam memoravi et doctam *Fülleborni* laudavi dissertationem, in qua is non solum variorum de illo libello iudicia collegit atque partim diiudicauit; sed etiam totum fragmentum critice atque exegetice persequutus est: num vero Aristoteles certo dici possit huius libri auctor, dubitauit. — In bibl. *Vindobonensi* est, teste *Lambecio* comment. vol. VII. pag. 218. codex, qui praeter alios libros Aristotelicos continet li-

brum de Xenophane etc. Hunc codicem, censet *Kollar* in nota, futurae nouae editioni fore vtilem, praesertim, quum alias etiam siue lectiones, siue coniecturas, Politiani manu probabiliter, marginibus adscriptas, conferuet. Inter codd. *Vossianus* fuit quoque liber noster manu exaratus. *Hart.* Post *Fülleborni* libelli priorem partem nuper tractauit *Clar. G. L. Spalding*, Gymn. Berol. Prof. in Disput. inscripta: *Vindicatae philosophorum Megaricorum tentantur*; subiicitur *Commentarius in priorem partem libelli de Xenoph. Zen. et Gorgia* (Berol. et Hal. 1792. 8.) p. 25 sq. *Beck.*

rrrr) Eandem Patricii fuisse sententiam, putabant *Naudaeus* in Apolog. des grands hom. cap. VI. p. 101 sq. et *Brucker*. in histor. crit. phil. I. p. 799. not. p. sed Patricio fieri iniuriam, benemeruit *Fülleborn*, in diss. m. p. 10. not. II. Patricius

men dubitari ait *Iouffus* I. cap. II. §. 4. pag. 65. Meminit inter scripta Philosophi *Laertius* V. 25. et Anonymus Menagianus. In edibus graeca admodum sunt corrupta, et hinc inde etiam manca, quae suppleri et emendari possunt ex codice MS. eximio Bibliothecae Paulinae, quae est Lipsiae in patria mea: ex quo hoc facere pridem [P] instituit Ienenfis Academiae Iumen *Ioh. Andreas Bosius*; sed his eius conatibus, ut egregiae quam parabat, Iosephi editioni fata intercesserunt. Habeo et ipse lectiones eiusdem codicis, quas mecum olim pro sua in me voluntate communicauit ciuis meus carissimus idemque doctissimus *Godfridus Olearius*, atque hoc loco pace ipsius, in lectoris usum integra inserere non dubitauit.

*Variae lectiones Codicis Bibl. Paulinae Lipsiensis, cum I) Casauboni editione libri Aristotelis de Xenophane, Zenone et Gorgia collati.*

Primum partem huius libri non *περὶ Ξενοφάνους*, ut Casaub. editio habet, sed *περὶ Ζήνωνος* inscribit MS. secundam contra inscribit *περὶ Ξενοφάνους*, quae repudianda procul dubio est lectio <sup>sssss</sup>).

*Ed. Cas. pag. 752. col. 1.*

v. 3. πάντα δι' ἀμφοτέρω.] πάντα αἰδία ἀμφοτέρω.

ibid. lacuna suppletur verbo γενέσθαι.

5. προὔπαρχεν. εἰ τῶ τινῶν] προὔπαρχεν. εἰ τ' ὄντων τινῶν

6. ᾧ δὴ] εἰ δὴ

7. ἢ δ' ἐν] καὶ εἰ δ' ἐν

9. ἐν εἶναι] ὄν εἶναι

10. πλέον] πλεῶν

ibid. πέρατα] περ . . . λίαν

ibid. ὁμοιον] ὄν ὁμοιον

11. πάντα] πάντα

ibid. ἀνόμοια] ἀνόμοιον

ἔτι ἐν θεῖναι] ἔτι εἶναι f. ἐν τι εἶναι

12. μέτριον] ἀμετρον

13. ἔτι] εἰς τι

ibid. ὑποχωρήσαν δὲ, ἀνάγκη] ὑποχωρήσασθαι δὲ ἀνάγκη.

*pag. 752. col. 1.*

v. 14. δόξασθαι] δέξασθαι

15. τοῖστων δὲ ὄντων ἀνώδυνων τε καὶ ἀνάληγτων ὑπὲς . . . καὶ ἀνορθον εἶναι] τοῖστων δὲ ὄν τὸ ἐν ἀνώδυνόν τε καὶ ἀνάληγτων, ὑγιᾶς τε καὶ ἀνοσον εἶναι.

18. μὴ ἐν] ἐν

20. πολλά] πολλά τε καὶ

23. χωρίζοντων] χωρίζοντα

24. τὸ ὑπ' ἀλληλα] τὰ ὑπ' ἀλληλα

25. τέτον δὲ τὸν τρόπον] τέτων δὲ τῶν τρόπων

27. ταῦτα] ταῦτα

28. ἀπασαν] ἀπαταῖ

29. ἀναιρεῖ] ἀναιρεῖν

ibid. ἀλλ' αἰδιον] ἀλλὰ ἐν αἰδιον

30. αἰ] αἰ

ibid. ὄν βέβαιον] εἰσι βέβαιοι

31. εἰδέν] ὄδεν

pag.

cuius enim non dixit, eos esse spurios, qui non fiat a Diogene nominati, sed controuersos: atque ipse plures eorum vindicat Aristoteli, tom. I. libr. IV. *Harl.*

<sup>sssss</sup>) Enimvero *Fabricius* ipse hanc suam tractauit sententiam ad *Sextum Empir.* *Pyrrhon.* I. 225. pag. 59. not. N. atque in exemplo suo bibl. graecae manu ita nostrum locum correxit — *περὶ Ξενοφάνους*, quae haud repudianda est lectio: nam licet in priore *Xenophanis*, in posteriore *Zenonis* mentio: tamen dogmata vniuersa, quae in posteriore parte referuntur, magis in

*Xenophanem*, priora in *Zenonem Eleatem* conueniunt. Atque *Fülleborn.* in *Beyträgen zur Geschichte der Philosophie*, Züllichau et Freistadt, 1791. 8. part. I. nr. 3. vbi agit de systemate *Xenophanis*, ad hunc *Xenophanem* pertinere censet *Aristotelis* librum. *Harl.* Nec *Zenonis*, nec *Xenophanis* dogmata capite 2. exponi, sed *Melissi* discipuli *Parmenidis* efflicere, studuit *Spalding.* I. I. p. 57 sq. Caeterum lectiones cod. Paulini non diligenter ab *Oleario* enotatae sunt, dabiturque omnis lect. Cod. varietas ad *Arist.* scripta a me alio tempore, *Beck.*



pag. 752. col. 1.

- v. 34. ὄντες] πάντες  
 ibid. εἰ δὲ μὴ] εἰ δὲ μὴ ἦν  
 35. 36. ἐπιδείξαι τὰς τοιαύτας ποιότητας  
 μάλιζα] ἐπιδείξαντα τοιαύτην ποιότητα  
 ἢ τὰς μάλιζα, distinctio vero non post  
 ὄρθας sed post δοκῆσας ponitur  
 40. πολλά: γένοιτο γὰρ ἂν ὄν] πολλά γένη.  
 τὸ γὰρ ὄν  
 ibid. ὅτι ἐσὶν] ὅτι ἐσὶν, forte ὅτι ἐσὶ ἐν, simi-  
 li enim modo etiam supra ἦν pro ἐν scri-  
 ptum reperi.  
 43. ἔχοντος] ἔχοντες  
 44. post ὑπολήψεις ταύτας ista adduntur in  
 MS. καὶ ὡς ἂν ἐ γένοιτ' ἂν εὐδὲν ἐκ μηδενὸς  
 πολλά δὲ

pag. 752. col. 2.

- v. 2. συμβαίνειν ἂν τις εἶναι] συμβαίνει ἐναν-  
 τίας εἶναι  
 3. βέβαιον] βέβαια  
 ibid. λαμβάνεται] ὑπολαμβάνεται  
 18. post τὰ γινόμενα additur in MS. εὐδὲ γὰρ  
 ἂν ἔτι αὐτοῖς ἅπαντα γίγνοιτο.  
 20. ἐατέον] λευτέον  
 21. αὐτὸ] αὐτὰ  
 22. ἕτερά γε ἀντὶ τῶ τίς ὡς ἐκεῖν εἶη] ἕτε-  
 ρὸν γὰρ ἀντὶ τῶτ' ἴσως ἐκεῖν εἶη  
 23. ἀνακάμπει] ἀνακάμπτειν  
 28. κινεμένε] κειμένε  
 29. distinctio post ἐκεῖνον ponitur, post προσα-  
 γορεῦσαι omittitur: particula quoque ἐν  
 non comperet.  
 30. ἅπαντα] τὸ ἅπαν  
 32. ἔτι ἅπαντα] ἔτι εἰ ἅπαντα  
 ibid. πρὸς ἐν αἰδίον] πῶς ἐν αἰδία εἶη, prae-  
 terea adduntur ista: ἀλλὰ γὰρ τῶ μὲν εἶναι  
 τι, ὡς ὄντος καὶ κειμένε διαλέγεται. εἰ  
 γὰρ Φησι μὴ ἐγένετο. ἔσω δὲ αἰδίον εἶη  
 36. τ' αὐτὰ] ταῦτα  
 ibid. ἐκ τε] ἐκ τῶ  
 37. ἀρρηκτον] ἀπρηκτον  
 38. ὅπη καὶ τις αἰέν. ἐρεῖ δὲ ὅμως. τῶν ὄν-

Vol. III.

pag. 752. col. 2.

- των] ὅπη καὶ τις αἰέν ἐρεῖδῃ. ὅμως τῶν ὄν-  
 των  
 v. 41. διάλλαξις] καὶ διάλλαξις  
 ibid. ὀνομάζεται] ὀνομάζετ'  
 42. προσῖδσαν] εἰ πρὸς εἰσίαν  
 ibid. ὅτι] ἔντι  
 ibid. ἐπὶ] ἐπεὶ  
 43. ὡσε τοῦ πῶς γ' ἂν] ὡετο πῶς γὰρ  
 ibid. ἐπαρξίς ἔετο] ἐπαυξήσειετο. Versum  
 Empedoclis hic recitari patet, qui tamen  
 nec prout in editis, nec prout in MSto  
 legitur, commodum fundit sensum.  
 46. Φθίρεσθαι. πλὴν καὶ εἶναι] Φθίρεσθαι  
 πάλιν καὶ εἶναι.  
 47. ἢ ἐν. ἢ εἰ] ἢ ἐν εἶη  
 ibid. εἶη ταῦτα] ταῦτά Φησι.

pag. 753. col. 1.

- v. 10. ποτε] πολλὰ  
 ibid. post γίγνεσθαι adduntur ista: καὶ δια-  
 λύεσθαι εἰς σώματα, ἕτως δὲ ἀναλυόμε-  
 να καὶ ἴσα γίγνεσθαι  
 11. εἴ τι μᾶλλον] εἰ omittitur  
 15. γίγνοιτο] ἤρξατο  
 21. πᾶν ἐν εἶναι] πᾶν, ἐν ὄν [P]  
 24. in MS. post ἀγέννητον exigua quaedam  
 lacuna est, post illam autem sic legitur:  
 ποιῆ. καὶ ὡς αὐτὸς  
 25. εἰ τὰδε] εἰ omitt.  
 26. εἶναι εὐ . . . . . ἄλλω] in MS. ita:  
 εἶναι εὐ ὡς ἄλλ . . . . . τινί.  
 28. πρὸς αὐτὸ] πρὸς τὸ αὐτὸ  
 29. γῆν] γῆ  
 30. ἢ εἴ τι] εἰ omitt.  
 ibid. ἕτως] ἕτως  
 33. ἀνομοίαν ἀμερῶν] ἀνομοιομερῶν  
 ibid. ἕτω γε εἶναι] γίγνεσθαι  
 34. ἀπασαν γῆν] ἅπαν γῆ  
 38. ἔχον] ἔχοι  
 39. πολλά. omittitur et mox pro ἐνάριθμα  
 legitur ἐν ἀριθμῶ  
 42. ἀδύνατα] ἀδύνατον

li

pag.

pag. 753. col. 1.

- v. 43. ἀπίρονα] ἀπειρα  
 44. ἔδεν] ὀλίγον  
 46. εἰ δὴ δὴ] εἰ δὴ δεῖ  
 47. ὄντος τῶ] ὄντος ἐν  
 52. μηδὲ] μὴ  
 ibid. διὰ τῆτο καὶ ἐν τῆτω] διὰ τί καὶ ἐν τῆτο  
 53. πῶς γὰρ ἂν] πῶς γὰρ ἦν  
 ibid. ὅσαν; ἢ τί κενὸν μὴ ὅλον ἂν οἶόντε εἶναι]  
 ὅσον ἢ τὸ μὲν ὅλον ἂν οἶοντα εἶναι.  
 55. κινεῖται] κινεῖσθαι  
 56. τὸ γέ τι] τῆτό γε  
 59. ἴσως] ἦσπον  
 60. lacuna suppletur his verbis: πρὸ αὐτὸ  
 63. κινέμενα] κρινόμενα  
 65. ὡς ἐν] ὡσθεν  
 66. ἀτιῶν εἰς] ἄτις ἐν  
 67. καὶ εἰς τὸ πρ.] καὶ εἰ τὸ πρ.  
 68. ἢ ἀλλοίωσιν] ἦν ἀλλ.  
 69. ἔδεν omitt.  
 73. post ἀκίνητον additur ἔτ' εἰ ἐν  
 74. post ἑτεροῖσθαι additur τὰ ἔντα

pag. 753. col. 2.

- v. 6. Φέρεται] Φαίνεσθαι  
 7. μιγνυμένα] τῶ μιγνυμένω  
 9. ἅπαν τι] ἅπαντι  
 11. Ζήνωνος] Ξενοφάνους  
 14. ὁμοίων] ὁμοίω  
 15. ἀνομοίων] ἀνομοίω  
 19. ἢ ὁμοίω] ὁμοίω  
 20. ἔτ' ἀνόμοιον] τὸ ἀνόμοιον  
 31. τὸ ἐκ ἐκ ἄντος γενέσθαι] τὸ ἐκ ὅν ἐξ  
 ὄντος ἂν γενέσθαι  
 23. προσήκειν αὐτὸν] αὐτὸν φερσῆκεν εἶναι  
 24. αὐτὸν εἶναι] αὐτῶν εἶναι  
 26. κρεῖττον] κρεῖττων  
 29. θεῶν] τὸ θεῶν  
 32. ἕνα μόνον] ἕνα ἄρα εἶναι μόνον  
 37. ἀπειρον γὰρ τὸ μὴ εἶναι.] ἀπειρον μὲν ὁ  
 μὴ ὄν εἶναι  
 41. περὶ] περὶ ἀνθεῖ μοxque sequens ὄν  
 omittitur

pag. 573. col. 2.

- v. 46. ἤρεμειν γὰρ] ἤρεμει δὲ καὶ  
 52. καὶ ἔτος τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι ἐξ ὄν-  
 τος] τὸ γιγνόμενον καὶ ἔτος γίγνεσθαι ἐξ  
 ὄντος  
 54. εἰ καὶ] ἢ καὶ  
 55. ἢ ἀνομοίω] ἢ καὶ ἐξ ἀνομοίω  
 56. περὶ] παρὰ. In eodem versu εἶπερ  
 ἅπαντα MS. non agnoscit  
 57. ἐπικράτισον] ἔτι κράτισον  
 59. κατὰ omitt.  
 62. ἐπεὶ γὰρ τῶ] ἐπεὶ τοί γε  
 63. ἀλλὰ διὰ τὴν] ἀλλὰ τὴν διὰ  
 67. οἶοντα] οἶόν τε  
 69. 70. τῆτο δὲ τινι εἶναι ἀνάγκη ἕνα τὰ  
 πάντα] τῆτο δὲ τιν' εἶναι ἀνάγκη ἕνα τὸν  
 τὰ πάντα  
 70. ὅρᾳ ἴσως τῆτο βελ.] ὅρᾳ, ἀλλ' ἴσως τῆ-  
 το βελ.

pag. 754. col. 1.

- v. σῶμά γε καὶ ἔχων] σῶμά γε ὡν καὶ ἔχων  
 7. ἐν γίνεται] ἐγγίγνεται  
 8. ἂν μὴ] εἰ μὴ  
 ibid. ὅσον] ὄν  
 10. ἀπέχεον] ἀπέχει  
 ibid. post σφαιροειδὲς ὄν adduntur ista τῆτο  
 γὰρ ἐσι σφαιροειδὲς ὁ  
 ibid. pro πυρᾶς leg. πρὸς  
 11. διαφορᾶ] διαφέρει  
 ibid. ἀπλῶν] ἀπεσι  
 12. ταῦτα λεχθῆναι τῶ ὄντος] ταῦτα ἂν  
 λεχθῆναι κατὰ τῶ ὄντος  
 13. post τότε additur γὰρ ὄν  
 ibid. αἰσθάνοιτο. ἀ νῦν ἀμφῶ] αἰσθάνοιτο  
 νῦν. ἀμφῶ  
 14. ὅπη διανοητὰ] καὶ διαν.  
 15. ταῦτο omittitur  
 16. post ἔδεν additur αἶμα, contra μοx ὄν  
 omittitur  
 18. post ἔχον ἐστὶν additur ἅπαν  
 29. ἴσον omitt.  
 32. ἀχέειν] ἔχειν

pag. 754. col. 1.

- v. 32. post πεπεράνθαι additur προς τι συνάπτειν, τοῖς δὲ πεπεράνθαι μὲν, μὴ μὲν-τοι προς τι πεπεράνθαι.  
 35. κινεῖσθαι] τῷ κινεῖσθαι  
 ibid. μὴ τὸ ἴσον, ὥσπερ] τὸ μὴ ἴσον ὅπερ  
 37. τὸ ἡρεμεῖν] τῷ ἡρεμεῖν  
 38. ἔτι] ἐπὶ  
 40. ἐπὶ τῷ] ἐπὶ τὸ  
 41. ὅπερ καὶ] ὅπερ τε καὶ  
 lin. 43. ἀποφασίητ ἐλεχθέντων] ἀπόφασις ἢ τὸ λεχθέν  
 44. μεταλαμβάνει] μεταλαμβάνειν  
 45. μὴ ἐν] μὴ ἐνός  
 47. τσαυτάς ἀποφάσεις ὧν] ταῖς αὐτάς ἀποφάσεις ὧν.  
 ibid. πλήθος, ἢ καὶ μὴ, ὡς ἢ] πλήθος ἢ μὴ ὡς ἢ  
 49. σώμα, ἢ] σώμα ἢ  
 51. μόν] μόνον  
 ibid. αὐτὸς] ἕτος  
 52. τῷ κύκλωθεν ὧν] τῷ . . . . κύκλω φε . . . . θεῶν  
 53. φύσει] φύσι  
 54. εἰ τε δὲ] δὲ omitt.  
 56. μηδαμῆ τε] μηδαμῆ γε  
 61. ἄλλω] ἄλλοις  
 65. ἄν] ἔτι  
 68. γὰρ μὴ εἶη] μὴ omitt.  
 71. ἦν omitt. [P]

pag. 754. col. 2:

- v. 4. ἔστι δὲ ταῦτό] εἰ δὲ ταῦτό,  
 7. post γὰρ additur καὶ  
 8. εἰ τὸ] ἢ τὸ et mox ἔστιν omitt.  
 9. ὡς περὶ] ὥσπερ  
 10. ὄντος τῷ δ' ἐκ ὄντος] ὄντων τῷ μὲν ὄν-τος τῷ δὲ δοκῶντος  
 ibid. τὰ δ' ἐκ ἀλ.] τὸ δ' ἐκ ἀλ.  
 11. τὰ ἀμφω] τὸ δὲ ἀμφω  
 12. lacuna suppletur voce ὅτε  
 14. τῷ ὄντι] τῷ μὴ ὄντι  
 ibid. καὶ ἔστιν. ἔτι εἰ δὲ] καὶ ἔστιν ἔτι. εἰ δὲ

pag. 754. col. 2.

- v. 16. πρότερον] πρότερον  
 17. τότε μὴ ὄν ἔστι] τότε μὴ ὄν ἔστι  
 22. ταῦτόν μὴ ἐν] τ' αὐτὸ τὸ μὴ ὄν  
 25. ἢ μὴ γινόμενον εἶναι] ἢ γινόμενον εἶναι, omissa negatione.  
 29. μηδαμῆ, δέον εἶδ' ] μηδαμῆ ὄν εἶδεν  
 30. τὸν εἶδεν] γὰρ εἶδεν  
 33. εἶδεν ἄν ἐκ μηδενός ἄν γενέσθαι εἰ δ' ἔστι] τὸ μὴ ὄν haec MS. non agnoscit  
 ibid. ἐκ τῷ ὄντος] ἐκ τῷ μὴ ὄντος  
 34. διὰ ταῦτα εἶδ' ἐκ τῷ μὴ ὄντος haec MS. non agnoscit  
 36. ἐν ἢ] ἐν ἢ et paulo post pro εἴτε μὴ ἐν leg. εἰ δὲ μὴ τε ἐν  
 37. ἐν μὲν] ἐν μὲν  
 38. ἐν σχομεν] ἔχομεν. Post hanc vocem autem in MS. iterum lacuna, et postea sequitur: γε τῷ τῷ Ζήαντος etc.  
 38. inter ἄν et εἶναι vacuum denuo in MS. inuenio spatium quemadmodum et inter μὴ et μήτε.  
 40. εἶδ' ἄν] εἶδεν ἔστιν  
 41. ἐκ ἄν εἶη] ἐκ ὄν εἶη  
 ibid. κινεῖται, καὶ εἰ] κινεῖται καὶ ἐν  
 43. πάντα] πάντως  
 46. δεῖ] δεῖν  
 50. μᾶλλον ἐρωμεν] μᾶλλον ἂ ἐρωμεν  
 51. ἐκεῖτο] ἐκεῖ  
 54. ὥσε καὶ εἰ] ὥσε εἰ καὶ  
 ibid. ἡμῖν γνωσά εἶναι] ἡμῖν γε ἀγνωσ' αἰ  
 ibid. εἰ δὲ γνωσά] εἰ δὲ καὶ γνωσά  
 54. Φασί] Φησι  
 ibid. εἴποι] εἴπη  
 57. εἰ ἔν τις μετρωεῖ] ὃ ἔν τις μὴ ἐννοεῖ  
 59. posteriorem lacunam MS. non agnoscit, in quo sic legitur: εἰ λέγει δὲ χρωμα ἀλ-λά λόγον. ὥσε εἶδ' etc.  
 61. ἀλλ' ἀκέειν] εἶδ' ἀκέειν  
 65. εἴτι ἐν] εἴτι ἐν  
 68. σχολὴν ἄλλο] σχολή. ἄλλο  
 ibid. ἐν ἔστι] ἐνεστι  
 70. λεκτά] λόγους

XXIII. ἈΝΕΜῶΝ ΘΕΨΕΙΣ ΚΑΙ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΙ, *ventorum certis regionibus vel oppidis adtributorum loca et adpellationes*. Fragmentum ex opere Aristotelis περὶ σημείων χειμώνων, *de signis tempestatum*, quod memorat [P] *Laertius* V. 26. In editione graecolatina Aristotelis Casanboniana Lugdunensi tantum graece exstat. In ceteris legitur cum versione *Ioh. Bernardi Feliciani*, ut in *Du Valliana* nouissima tom. II. p. 848 sq. Pro genuino Aristotelis foetu habent viri docti, ex his *Christophorus Cellarius* in *Notitia orbis antiqui* lib. I p. 39. et *Salmafius* ad *Solinum*, vbi de ventis differit. Occurrit et inter *Theophrasti opera*, p. 244. editionis graecae Oporiniana.

### PHYSIOGNOMICON.

XXIV. ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΟΝ, *de Physiognomia liber*, cuius veluti compendium quoddam exstat lib. II. *Analyticor. prior. capite vlt.* Memoratur a *Laertio* V. 25. *Stobaeo*, etc. <sup>iiii</sup>) In editionibus graecolatinis, etiam nouissima *Du Valliana* tom. II. pag. 640. legitur cum versione *incerti*. Translulerunt praeterea latine *Andreas Lacuna* Parisi. 1535. 8. *Iodocus Willichius*, *Resellianus*. *Witteb.* 1538. 8. Illustrarunt *Franciscus Sanchez*, [in commentario, qui exstat inter opera medica, *Tolosae Tectosagum*, 1636. 4. et cum libr. quod nil scitur. *Rotterod.* 1649. 12.] *Camillus Baldus*, *Bononiae et Mantuae* 1621. fol. etc. *Polemonis* <sup>uuuu</sup>) et *Adamantii* libros eiusdem argumenti in graeca sua Aristotelis editione subiunxit *Sylburgius*. Tractarunt *Physiognomica* etiam *Auerroes* tom. VII. *Opp.* *Michael. Scotus*, de quo operae pretium fuerit consulere glossarium *Cangii in ceruellerium* [et *Bayle* diction. voc. *Scot.*, not. *D.*, atque] *Albertus Magnus* lib. I. de animalibus, ut recentiores praeteream, *Ioh. Baptistam Portam*, qui pag. 259. libr. Aristotelis de physiogn. arabice sibi monstratum testatur *Romae* ab *Antiocho*, patriarcha, [vid. *Franz.* l. c. pag. X sq. *Guil. Gratarolum*, (de quo *Baelius* tom. II. *Lexici* pag. 1380.) *Ioh. Euelinum* (*Act. Erud.* 1698. pag. 338. aliosque quos refert in *Bibl. Philosophica Martinus Lipenius* p. 1165 sq. In *hebraica* versione, quam *bibl. Caesarea* seruat, dicatus est hic liber *Alexandro M.* vid. *Nessellii* *catal. scriptor. orientaliu* nr. 96.

### PROBLEMAT A.

XXV. ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ Τμήματα λή <sup>vvvv</sup>) *Problematum*, siue quaestionum omnis generis, cum responsonibus non minus acute plerumque, quam modeste propositis, *Sectiones*

XXXVIII.

<sup>tttt</sup>) Si liber vere Aristoteli debetur, ad genus librorum exotericum referendus videtur cl. *Buhle* in *diff. de distributione librorum Aristotelis* etc. pag. 78. sed, quoniam fide tantummodo *Diogenis Laertii* et *Stobaei* liber de physiognomia tribuitur Aristoteli, nec apud antiquiores graecos interpretes eius sit mentio, praeter ea nimis ieiunus est, quam ut vere ab Aristotele profectus fuerit, et fragmentum potius est; idem cl. *Buhle* malit fere supposititium habere. *M. Io. Georg. Frid. Franz* in *praef. ad scriptores physiognomoniae veteres* p. VII sqq. (vbi de hoc libello, eius-

que interpretibus, commentatoribus et editionibus agit.) partem aliquam utique genuinam esse, alias vero partes mutilatas et philosopho suppositas esse cum *Auerro*, *Sanchezio* aliisque ceniet. conf. *Loffii*, *Prof. Erfurt.* commentat. de *physiognomonia Aristotelis*, in *Actis acad. elect. Mogunt. doctrinar. vtil.* ad ann. 1777. *Erfurti* 1778. 4. *Harl.*

<sup>uuuuu</sup>) De his infra, nr. 38.

<sup>vvvvv</sup>) Apud *Laertium* V. 26. vna serie memorantur: *Φυσικῶν κατὰ σοιχῶν λή, ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων α', β'*. Forte igitur et post *Φυσικῶν* subintel-

XXXVIII. maiorem partem physici argumenti, nonnullae etiam medici, vt sect. I. et mathematici, vt sect. XV. et musici sect. XIX. et philologici sect. XVIII. et ethici sect. XXVII—XXX. Scripserat Aristoteles *Problemata Physica*, quae laudantur ab *Apollonio* Hist. mirab. cap. 7. 9. 21. 22. 28. 37. et 51. *Gellio* XIX. 4. 5. 6. [P] *Plutarcho* VIII. 10. Sympos. *Athenaeo* lib. I. pag. 24. etc. horum plures fuere libri, nam septimum citat *Gellius* III. 6. Ex *Problematis* sect. 30. qu. 1. petitum quoque videtur, quod *Cicero* lib. I. Tuscul. cap. 33. et I. de diuinat. cap. 38. [ad vtrumque locum vid. *Dauis.* ac *Plutarch.* in *Lyfandro* p. 334.] ex Aristotele notant, melancholicos esse ingeniosos et habere aliquid diuini.

Scripserat et *Problemata Encyclia* (*quaestiones orbiculares*, siue ex orbe vniuerso liberalium disciplinarum petitas, vocat *Tiraquellus* de legibus connubial. pag. 338. *miscellaneas* *Salmas.* pag. 240. in *Simplicium*), quae ab eodem *Gellio* laudantur XX. 4. Horum duos libros fuisse, testatur *Loertius* V. 26. qui eodem loco addit, totidem libros *ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων*, totidemque *προβλημάτων ἐκ τῶν Δημοκρίτου* ab Aristotele scriptos fuisse.

Non peruenisse ad nos vniuersa haec problemata, certum est, quia Aristoteles ipse non vno in loco testatur, se in *problematis* quaedam tractasse, quorum in his, quae exstant, nulla sit mentio, vt ostendit *Sylburgius* in praefat. Deinde in illis frustra quaeras, quae ex Aristotelis *problematis* proferunt *Athenaeus*, et quae *Gellius* lib. I. cap. 11. lib. III. cap. 6. et XIX. cap. 5. et 6. *Alexander* lib. I. probl. 41. *Macrobius* VII. 12. e *problematis* physici, *Apuleius* in *Apologia*. Vicissim leguntur in nostris VII. 3. quae *Gellius* XIX. 4. profert e *problematis* physici, et quae idem XIX. 2. et quae *Macrob.* II. 8. Saturn. ex eodem, vt videtur, opere adferunt, exstant XXVIII. problem. 7. vnde notandus *Patricius* p. 79. discussion. peripatet.: exstant itidem in nostris XXX. 10. quae *Gellius* XX. 4. adducit e *Problematis ἐγκυκλίου*. Et quae e *Problematis* Aristotelis adducit *Galenus* 3. in VI. Epidem. tom. V. p. 478. occurrunt in nostris V. 31. Hinc colligo, non habere nos integra problemata vel *ἐγκυκλία* vel physica, vel denique *ἐπιτεθεαμένα* siue *penitus considerata* (*www*), neque rursus inte-

## Ii 3

gram

subintelligendum vocabulum *προβλημάτων*. Ita inanes fuerint coniecturae virorum doctorum super illo loco, quas adtuli s pra-post nr. XV. *Fabric.* Horum *Problematum* verum auctorem esse Aristotelem, statuit *Casaubon.* de entusiasmo cap. II pag. 28. — Aristotelis *problemata* vocat *ἁπλοῦς Athenaeus* lib. I. p. 19. *Heumann.* — In cod. regio *Matritensi* LXXXIV. teste *Iriarte* pag. 321 sqq. occurrunt praeter alia multa variorum auctorum scripta *Aristotelis problemata multa medica et physica*, eiusdem de animalium proprietate operis prooemium, *Alexandri Aphrodisi problemata physica*, ex *Cassii Iatrosophistae problematibus* etc. Quae Aristotelis *problemata* 57. *medica* fol. 4. cod. et probl. *physica* 14. fol. 18. cod. exstant, illa etiam in excusis prostant exemplaribus. At fol. cod. 23 sqq. reperitur sectio III. *problemata* 22. et fol. 27 sqq. probl. *medica et physica* 175. Horum singulorum inter-

rogationes graece subiecit *Iriarte* pag. 323—327. quia arduum ei videbatur vel ostendere, ex quibus *problematum* editorum sectionibus delecta sint, vel pronuntiare, an ex libris eorundem amissis excerpta fuerint. Enimvero graece edita sunt, sed valde mendosa, a Victore Trineauello, Venet. 1536. fol. vna cum Alexandri libro de fato: lat. *Hieronimo* et filio *Io. Baptista Bagolino* interpretibus, Venet. 1541. 1549. 1555. 1559. 1563. Quod Bagolinus vterque multa emendarunt, adhibitis etiam msstis illa versio futuro textus graeci editori diligenter erit consulenda. Alia exstat versio *Gentiani Herueti.* Basil. 1548. 8. apud *Io. Oporin.* Illi autem *scholorum, dubitationum et solutionum* libri V. ab *Iriarte* male relati sunt ad *problematum* physice collectionem, Alexandro tributam. vid. *Buhle* p. 289. *Opp. Harl.*

*www*) Eadem est sententia *Wouerii* de *Poly-math.* cap. 13. §. 3. *Heumann.*

grum ex his opus nos desiderare, ut opinabatur *Meursius* p. 1259. Bibl. Graccæ, [et *Coclius* lib. II. epp. pag. 350.] nec denique physica et ἐγκύκλια fuisse eadem, ut eidem Viro doctissimo visum fuit, neque auctorem *Problematum*, quæ hodie exstant, esse *Theophrastum*, quamquam et ipse *problematum συναγωγήν* scripsit pluribus libris, teste *Laertio* V. 45. et 48. et quæ de fenibus, difficulter sternutantibus, e *Theophrasto* refert *Plinius* XXVIII. 6. in *problematis* hodie leguntur XXXIII. 12. Præterea in libellis περὶ κόπων et περὶ ἰδρώτων, qui exstant inter *Theophrasti* opera, multa eadem leguntur, quæ in *problematis*, ut ex *Aristotelis* *problematis* conflatos dixerit *Mercurialis* lib. I. var. Lect. cap. 9. Verisimile itaque est, ex vniuersis *Aristotelis* pariter et *Theophrasti* et aliorum fortassis scriptorum (xxxx) *problematis* hoc, quale habemus, opus conflatum fuisse (yyyy), indeque fieri, quod notat *H. Stephanus* (zzzz), ut multa in eo sint repetita, quaedam etiam ter posita, mutatis tantum aliquot verbis: multa longe maximam styli differentiam inter se habeant, multa etiam ne mediocri quidem *Philosopho*, nedum ipso *Aristotele*, aut omnium eius discipulorum præstantissimo, *Theophrasto*, digna [P] inueniantur. Denique inde fieri, ut in *MStis* codicibus, iis quidem, qui antiquitatem præ se ferunt, multa eorum, quæ in vulgatis editionibus leguntur, desideremus, quæ autem illic exstant, alio plerumque ordine collocata reperiamus.

[Hinc etiam in cod. medico XX. plutei 87. continetur *problematum physicorum* pars, at diuerso ordine a recepto in editionibus, vid. *Bandini* catal. III. p. 405.]

*Suidas* in *Ματρίας*, ex *Athenæi* libro I. pag. 19. Ἐποίησε δὲ ἔτος καὶ περὶ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας. *Casaubonus* lib. I. cap. 16. ad *Athenæum* pro *περὶ* legit *παρὰ*, et interpretatur in hunc sensum, *Matriam* composuisse quaestiones ad *Aristotelicas*, hoc est, quæ cum *Aristotelis* *problematis* possint comparari. Alios *problematum* scriptores laudat *Theophrastus Simocatta* in extremo ἀποριῶν φυσικῶν. Οὐ γὰρ τὸς Δημοκρεῖτες σφετερίζομαι πρόως, ἐδὲ τὴν Ἀριστοτέλους εὐκλείαν ἐμαυτῷ περιγραψίμι, ἐδὲ τι λαποδυτήσω τὸ Πλάτωνος, ἐ τὸν Ἰαμβλίχον ἀσεφάνωτον καταλίπομι, ἐ Πρόκλον, ἐ Γαλήνῃν, τὸς ἐν ἐπισήμη κομψὲς, ἐ Πλωτίνον, ἐ Σωσίωνα (Σωτίωνα), ἐκ Ἀλέξανδρον, ἐ Θεόφραστον τῆς γνώσεως θάλασσαν, ἐκ Αἰλιανόν, ἐ τὸν τῆς ἐπισήμης πλεῖστον τὸν Πλέταρχον, ἐκ Ἀμβρονα, ἐκ Ἰμβρασίον ἢ Δαμάσκιον ἢ τὸν Τιμαγένης Ἰεροκλέα. Non meminit *Cassii*, de cuius *problematis* dixi infra nr. XXXVIII. nec *Matrææ*, de cuius *lepidis* et ad *risum* compositis *problematis* *Athenæus* et *Suidas*, qui *παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας* adpellantur. vid. *Casub.* ad *Athenæum* libr. I. cap. 16. *Dexippus* in *Aristotelis* *problemata*, mst. fuit in bibliotheca cancellarii *Seguerii*. vid. *Catalog.* eius MSS. græc. pag. 3. Vide etiam *Georgium Vallam* libro tricesimo expetendorum fugiendorumque *problemata* physica ex *Aristotele* et aliis suo tradentem *stilo*. — *Problemata* eiusmodi physica scripsit *Scipio*

(xxxx) A *Thoma Gatackero* cap. IX. p. 400. *Aduersar.* citatur *Aristoteles*, an *Alexander Trallianus* in *problematis*. Videtur viri docti cogitationibus sese obtulisse, quod aliqui tribuerunt *Alexandro* huic *Tralliano* *problemata*, quæ exstant sub nomine *Alexandri Aphrodisæi*. *Fabric.* — Opus *problematicum* est ex variis centonibus veterum *Peripateticorum* confutum. *Conring.* de

*German. corpor. habitu* p. 40. *Naudæus* lib. X. de *magiæ suspectis* cap. XII. §. 2. fin. *Jf. Vossius* ad *P. Melæ* III. 8. pag. 587. *Heumann.*

(yyyy) Hanc sententiam maxime probabilem adoptauit quoque *cl. Buhle* in *disp. de distributione* libr. *Aristot.* p. 86. *Harl.*

(xxxxx) In *praef. ad Aristotelis et Theophrasti* scripta quaedam, ann. 1557. 8.

*Scipio du Pleſſis* (Pleix) la curiosité naturelle redigée en questions selon l'ordre alphabetique; à Rouen 1648. 12. *Ioach. Camerarii* problematum *συμμικτων* decuriae XXI. ann. 1595. 8. et tomo IV. thesauri critici Iani Gruteri. — Appendix problematum, 1596. 8.

## M E T A P H Y S I C A.

XXVI. ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ βιβλία ιδ'. *Metaphysicorum libri XIV.* Acroamatici <sup>ααααα</sup>), quod opus ab Aristotele vulgatum indignatus fertur rex Alexander, sibi foli hanc sublimioris sapientiae partem seruatam [P] cupiens. Sed respondit Aristoteles ἐκδεδωκέναι καὶ μὴ ἐκδεδωκέναι, *vulgasse se, et non vulgasse*: quia nempe non satis plene ac perspicue singula tradiderit. Ἀληθῶς γὰρ, addit *Plutarchus*, haec narrans in Alexandro pag. 668. ἢ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματεία πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν ἔδεν ἔχαστα χερίσμων ὑπόδειγμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἀπ' ἀρχῆς γέγραπται. Quorum verborum hic est sensus: in metaphysicis non docere Aristotelem rudes, sed eruditos iam et philosophia imbutos monere, et hoc primum statim scribentis fuisse institutum. Anno 2. Olympiadis CXI. scriptum esse ab Aristotele hoc opus contendit *Sam. Petitus* ad *Leges Atticas* pag. 64. Idem diuersum quoque librorum ordinem probat, eo modo, quo vides in hac tabella, vbi varias editiones, inter se discrepantes, cum Petiti sententia contuli <sup>bbbbb</sup>).

Vetus

<sup>ααααα</sup>) Vide *Fastos Altdorſii*. 1719. pag. 67. Aristotelis metaphysicam sub censuram vocat *Syrbius* in disputatione quadam. Iudicium de Aristotelis libris metaphysicis fert *Gassendus* Exercitatt. parad. I. §. 10. p. 20. V. §. 11. VI. §. 20. VII. §. 11. et VIII. §. 8. *Heumann*. — De codd. msst. vide supra ad section. IX. in enumeratione codicum. *Metaphysicorum libri XIII.* numerantur in indice arabico apud *Casirium* bibl. arabico-hispan. pag. 307. b. Nomen inde ortum esse quidam putant, quod *Andronicus Rhodius*, quum scripta aristotelica, quae perturbata, nec naturali ordine collocata reperiebat, in nonnullas *πραγματείας*, quarum vltima fuit *φυσική*, diuideret, ea opuscula, quae in quamnam classem coniceret, nesciebat, post vltimam, n. post physicam posuit, et totam illorum opusculorum congeriem vocauit τὰ μετὰ τὰ φυσικά. — *Liebler* in praef. ad suam epitom. philof. naturalis Aristot. „non ita multis, ait, ante annis quidam Theologiae doctor Roma ad nos Tubingam venit, qui mirari se dicebat, quod studiosis theologiae sancta biblia proponerentur: potius enim metaphysicā Aristotelis docenda esse, in quibus recondita essent admiranda mysteria, quum in sacris libris vulgaria tantum traderentur, quae quiuvis e populo facile intelligere queat.“ *Harl.*

<sup>bbbbb</sup>) Peripatetici soliti erant libros Aristotelis litteris graecis ex ordine alphabeti designare, vt notat *Simplicius* ad initium 6. Physic. — *Nic. Damascenus* apud *Alexandrum* et *Auerroem* prooemio libri X. ait, Aristotelis libros interurbato, confusoque, saltem obscuro ordine congestos. *Patricius* a *Theophrasto* emendatos esse suspicatur. Contra *Franc. Patricii* obiectiones disputat, et metaphysica Aristotelem agnoscere auctorem contendit *Theodorus Angelutius*, [italice *Angelucci*, medicus, mortuus ann. 1600. Hic contra *Franc. Patricium*, qui *Platonem* extollere studuit, depresso Aristotele, scripsit *Sententiam, quod Metaphysica sint eadem, quae Physica*, Venet. 1584. 4. apud *Franciscum Zilettum*, (fol. 83. contendit, metaphysica Aristotelis ad physicam tractationem pertinere.) Quod *Patricius* in *Apolo-gia*, Ferrariae 1584. 4. suam tuebatur sententiam, *Angelutius* opposuit *Exercitationum cum Patricio librum, in quo de metaphysicae autore, adpellatione, dispositione etc.* Venetiis 1585. 4. (pag. 16 sqq. auctorem esse Aristotelem. efficere adlaborat.) Contra hunc librum *Franciscus Mati* scripsit *disceptationes contra calumnias Angelutii in Patricium*, Ferrariae 1588. 4. *Harl.*] Aristoteles in veteri metaphysica citatur a *Vincentio Bellouin* in specula doctrinali lib. I. cap. 22. 24. — *Alexandris*

Vetus et Argyro- pyli ver- sio	Bessarionis	Græc.	Du Vallii	Sam. Petiti IV. 9. Misc. cuius rationes pro- bantur Iac. Thomasio in Historia Metaphy- sicae cap. X. et Fabiano Torrero in diss. de fatis metaphysices, Vpsal. 1706. 8.
I.	I.	Α τὸ μείζον	I.	V. περὶ ἀρχῶν, α'. Laert. V. 23.
II.	II.	Α <sup>cccc</sup> τὸ ἕλατ- τον	II.	III. περὶ ἐπισημῶν, α'. Laert. V. 22.
III.	III.	Β'. 2.	III.	VI. περὶ ἀρχῶν, β'.
IV.	IV.	Γ'. 3.	IV.	IV. περὶ ἐπισημῶν, β'.
V.	V.	Δ'. 4.	V.	I. περὶ τῶν ποσάχως λεγομένων. Laert. V. 23.
VI.	VI.	Ε'. 5.	VI.	VII. } περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν, α'. Laert. V. 22.
VII.	VII.	Ζ'. 6.	VII.	VIII. }
VIII.	VIII.	Η'. 7.	VIII.	IX. περὶ ὕλης
IX.	IX.	Θ'. 8.	IX.	X. περὶ ἐνεργείας
X.	X.	Ι'. 9.	X.	II. ἡ ἐκλογή τῶν ἐναντιῶν. Laert. V. 22.
XI.	XI.	Κ'. <sup>ddddd</sup> ) 10.	XIII.	XIV. περὶ ἐπισημῆς. Laert. V. 23. [P]

XII.

*Alexander de Burgo*, Messanensis, metaphysicam Aristotelis tuetur in oratione pro studiis primæ philosophiæ, Patav. 1714. 4. — Hodierna, qualem a scholasticis accepimus, metaphysica, velut Lexicon vocum quarundam abstractarum philosophicorum vix ea attingit, quæ Aristoteles habet libro V. et X. ut notavit *Iacob. Thomasio* in historia metaphysices, quæ adiuncta existat Erote- matibus eius philosophicis, sæpius excusis Lipsiæ in 8. Vide sis etiam *Sam. Christian. Hollmann- num* tom. I. Introduct. in philosophiam, Acta erudit. Lips. ann. 1735. p. 189 sqq. *Fabric.* Cl. *Buhle* in disp. de distributione libror. Aristotel. p. 86. An libri omnes, ait, quos nunc in Metaphysicis numeramus, vere Aristotelem auctorem agnoscant, id nostro tempore vix cum certitudine adfirmari aut negari potest, quum iam veteres interpretes in varias opiniones de singulorum librorum sinceritate discesserint. *Hart.*

*cccccc*) Hunc librum primum minorem præponendum in fronte libri secundi physicorum putabat *Franciscus Beatus*, Venetus. confer *Nizolium* IV. Antibarbari philos. p. 339. Auctor eius quibusdam creditus *Pasicrates*, (Rhodius, Bonici F. Eudemi frater,) teste *Io. Philopono* in *Παραβολαῖς* pag. 7. At deridendos eos, qui hunc librum spurium existimant, non dubitat *Syrianus* ad lib. B. p. 17. quia Aristoteles ipse ad illum ibi respicit. *Alexander* quoque *Aphrodisæus* p. 55. et 82.

Aristotelis esse putat, sed mutilatum, et præfationem quamdam videri naturalis disciplinæ. Ab Aristotele etiam respici adnotat ad II. *Sophist. Elench.* pag. 62. edit. græcæ Venetæ 1529.

*ddddd*) In hoc libro cap. 3—9. multa repetuntur ex libro γ' et ε'. Quam *ἀνακεφαλαιώσιν* Aristotelis esse negat, vtilem interim fatetur *Vofsius* lib. de Philosophia p. 142. *Fabric.* Cl. *Buhle* in *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst*, part. IV. pag. 1 sqq. doctè disputavit de sinceritate Metaphysicæ Aristotelicæ, in variorum sententias, num? et quinam libri illius genuini habitus sint, collegit atque examinavit, suumque tulit iudicium. Nec *Cicero*, *Diogenes Laert.* alique antiquorum plurimi citant illos libros; nec ipse Aristoteles contra suam consuetudinem. Docet autem doct. *Buhle*, neque sub libris *περὶ φιλοσοφίας*, neque sub *ἑγκυκλίου φιλοσοφίᾶσι περὶ τὰ Θᾶα*, Aristot. metaphysicam posse intelligi: coniecit, Aristotelem respexisse ad metaphysicam suam ubi (*Auscult. phys.* I. 10. p. 462. A. etc.) *πρώτης φιλοσοφίας* mentionem facit, et ostendit, partem metaphys. quamdam esse genuinam, multa diuersa et aliena: *Buhlii* igitur mens est, tres priores libros esse separata et a metaphysica omnino diuersa fragmenta: genuinam Arist. metaph. incipere a libro quarto: librum quintum non pertinere ad metaphysicam; genuinum autem librum secundum esse eum, qui hodie sextum occupavit locum: dubium esse



XII.	XII.	Δ. <sup>cccc</sup> ) 11.	XIV.	XIII. <i>περὶ Φιλοσοφίας γ'.</i> Laert. V. 22.
deest	XIII.	Μ. <sup>fffff</sup> ) 12.	XI.	XI. <i>περὶ Φιλοσοφίας α'.</i>
deest	XIV.	Ν. 13.	XII.	XII. <i>περὶ Φιλοσοφίας β'.</i>

*Simplicius* in lib. I. de anima text. 26. meminit suorum in metaphysica commentariorum. Sed illa interciderunt. Perierunt ab Alexandro Aphrodis. laudati *Aspasus*, (pag. 19, 26. edit. lat. Paris. 1536. fol.) *Eudorus*, (ibid. pag. 26) *Harmostus*, [a cl. Buhle in catalogo interpretum graecorum omissus.] Exstant e graecis vniuersi latine tantum editi, in omnes hos libros quidem *Ioh. Philoponus* [graece in bibl. Vindobonensi.] ex versione Francisci Patricii, Ferrariae 1583. fol. In libros duodecim primores *Alexander Aphrodisaeus* ex Ioh. Genes. Sepuluedae, Cordubensis, versione: (in libros XIII. ac XIV. fuit MS. in bibliotheca *Ioh. Vincentii Pinelli*, teste *A. Schotto* in vita Aristotelis pag. 160. Meminit et *Possennius* XII. 25. et 29. Bibl. selectae). — In librum XII. (Graecis XI.) <sup>ssssss</sup> *Themistius*, ex interpretatione Mosis

esse decimum: vndecimum profectum esse a seriore compilatore, et duodecimum esse fragmentum alius operis: praeter IV. et VI. adhuc libr. VII. VIII. IX. XIII. XIV. secundum vet. editionum ordinem pertinere ad genuinam Aristot. metaphysicam: per Andronicum Rhodium ortam esse confusionem. *Harl.*

<sup>cccc</sup> Hic liber graece editus est emendatus Parisiis a Guil. Morello.

<sup>fffff</sup> Libri duo postremi, quamuis Thomae Aquinati haud lecti, et omissi in Argyropyli versione, tamen Aristoteli tribuuntur a Syriano et Philopono, tum ab Aphrodisaeo quoque. Aristotelis vero esse et ad hoc opus pertinere, probat Du Vallius etiam ex eo quod VIII. 1. Philosophus ipse promisit, se dicturum de entibus mathematicis atque ideis. Librum metaphys. nonnulli finiebant, teste *Syriano* in XII. p. 99. verbis fere postremis capitis penultimi: ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἀριθμῶν ἕκαστὰ τὰ διηρημένα καὶ διωρισμένα Sed vulgata librorum diuisio est ex mente Alexandri Aphrodisaei.

<sup>ggggg</sup> Aegaeo Alexandro tribuit Patricius, qui putat Genesium confudisse Alexandrum Aphrodisiensem cum Alexandro Aegaeo. Atqui Genesius Sepulueda praefixit nomen *Alex. Aphrodisaei*, nullo alio argumento nixus, quam quod dictio sit eadem fere, quae in ceteris Aphrodisaei libris obseruatur, et quod illi saepius a Syriano et Auerrhoë sub Alexandri Aphrodisaei nomine citentur. Varia contra Genesii opinionem monuit Patricius; quae partim graua sunt, partim leuia, et quae recenset atque, quae inania sunt, refutat cl. *Buhle* tom. I. Opp. Aristot. p. 292 sq. (vbi et ipse dubitat, an commentarii vere Alexandrum Aphrodisiensem auctorem agnoscant, et de Alexandro

utroque a p. 287. copiose agit.) Grauissimum est argumentum, quod auctor iterum prouocauerit ad *Sofigenem*, praceptorum, (in *Metaphys.* pag. 239. 362. 393.) et *Aspasum* (ibidem pag. 19. 26. edit. Paris. fol.), aequalem suum, cuius quidem vtriusque aetas cum aetate Alexandri Aegaei conveniat, minime vero Alexandri Aphrodisiensis. In codicibus quibusdam, nisi vel a librariis, vel ab confectoribus catalogorum nomen plenum additum fuerit, adsignantur commentarii Alexandri Aphrodisiensis. Sic in cod. Bauar. CXLIX. p. 60. catal. *commentarii Alexandri Aphrodisiensis in Aristotelis metaphysicam*: in cod. medico XII. plut. 87. (*Bandin.* catal. tom. III. p. 394.) *Aristotelis metaphysicorum libri XIV. cum Alexandri Aphrodisiensis commentario*, qui totum codicis marginem ambit: in cod. Taurinensi CX. *Alex. Aphrodisaei comm. in septem libros metaphysicorum Aristotelis*, scilicet a libro VI. vsque ad XII. et cod. CXXXIV. (catal. mst. graec. pag. 226. et 230.) qui continet commentaria *Alexandri Aphrodisaei* in vltimos nouem libros metaphysicorum Aristotelis: (editores catalogi adiecerunt hanc animaduersionem: „notatu digna sunt scholia in XIII. et XIV. librum, quae nec graece, nec latine adhuc prodierunt, quamuis nonnulli dubitauerint, vt obseruat Fabricius tom. IV. Bibl. Gr. (de Alexandro Aphrodisaeo,) num ea Alexandro Aphrodisaeo, an potius Alexandro Aegaeo, vel alii cui libet, aut etiam *Michaeli Ephegio* tribuenda sint.“ atque cl. Buhle p. 185. Opp. tom. I. Aristot. iudicat, ex tribus illis codicibus, n. medico et duobus Taurinensibus, posse integri commentarii graeci editionem adornari.) in cod. Coisliniano CCCXXI. (apud Montfaucon catal. p. 446.) fol. 1.

Mosis Finzii <sup>hhhh</sup>). — In librum III. XIII. et XIV. (Graecis II. XII. et XIII.) *Syriani Philoxeni* ex translatione *Hieronymi Bagolini* <sup>iiii</sup>). Graece supersunt in variis bibliothecis, vt suo loco dicam.

*Aselepi* (Tralliani) scholia in VI. primores libros ex ore *Ammonii Hermiae* excepta, MSS. occurrunt, [in bibl. reg. Paris. cod. MDCCCXI. et MDCCCIV. atque forte eadem sunt, quae in cod. MDCCCXLIX. Paris. regio sub nomine *Ammonii* exstant, manu eleganti Auverni Germani Romae ann. 1544. scripta, atque in cod. Bauar. CLVI. (catalog. pag. 61.) sunt *Ammonii* scholia, an eadem? in VI. priores libros non sine lacunis, *Metaph.* cum scholiis *Hermiae* in cod. Escorial. teste *Pluero* p. 159. *Harl.*] tum teste *Labbeo* p. 113. Bibliothecae nouae MSS. in codice scripto Venetiis ab Antonio Eparcho anno 1574. Idem testatur *Ioh. Baptistae Camotii* (qui medio saeculo post Christum natum XVI. Venetiis floruit,) scholia graeca inedita in librum XIII. *Metaphys.* fuisse in bibliotheca Renati Moreau. Habetur et *Georgii Pachymeris* Epitome, [in cod. Bauar. CLXXI. catalog. pag. 66.] et *Herennii Philonis* Commentarius MS. qui in Leidensem transiit ex bibliotheca Isaaci Vossii, et citatur a *Diomys. Petauio* dogm. theol. de deo III. 4. et *H. Doduvello* in diss. de Sanchoniathone pag. 16. *Fabric.* Est quoque *Herennii* explicatio in metaphysicam in cod. Bauar. CLXXIX. catalog. pag. 70. — In cod. Coisliniano CLXV. teste *Montfaucon.* pag. 222 sq. est *Theodori Metochitae Logothetae* opus de rebus philosophicis, politicis, ethicis etc. in eoque *περὶ τῶν Ἀριστοτελικῶν βιβλίων τῶν μετὰ Φυσικά*, item *περὶ τῆς Ἀριστοτέλους δοξασοφίας*, καὶ *περὶ τῶν μαθηματικῶν*, tum *περὶ Ἀριστοτέλους καὶ τῆς εἰς τὸ Φυσικὸν καὶ λογικὸν εὐδοκίμησεως τῆς ἀνδρῶς*, atque *ὅτι περὶ τῆς Ἀριστοτέλους καὶ περὶ τῆς Φυσικῆς κατ' αὐτὸν καὶ λογικῆς* etc. — In bibl. Escorialensi, teste

*Alexandri Aphrodisi* in 4. lib. Aristotelis metaphysicorum. — Sed in eodem cod. Coisliniano reperiuntur *Michaelis Ephesii* scholia in 5. libr. metaphys. Aristot. tum eiusdem *Michaelis Ephesii*, (vt putat *Montfaucon*, non enim scribitur nomen,) in lib. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. metaphysicorum: tum in cod. CLXI. Coisl. (p. 222. catalog.) sunt varii libri Aristot. ethici, politici, oeconomicus, in primis metaphysici XIII. cum commentariis, in his *Michaelis Ephesii* scholia in metaphysicam libr. quintum. Atqui *Anton. Scaymus* commentarios in metaph. malit vel *Alexandro Aegaeo*, vel alteri cuiusque, aut *Michaeli Ephesio* tribuere. *Harl.*

<sup>hhhhhh</sup> *Themistii*, Paphlagonis, paraphrasis in librum duodecimum metaphysicorum Aristot. latine tantum ex hebraico a *Mose Finzio*, Hebraeo, conuersa, edita est Venetiis, 1558. 1570. fol. vid. *Buhle* tom. I. Opp. Arist. p. 313 sq. *Harl.*

<sup>iiii</sup> Vide *Fabric.* infra in vol. VIII. pag. 451. Integra *Syriani* exhibentur in codd. Parisiensibus MDCCCXII. et MDCCCXIII. (ex cod. Paris. quodam desumptum esse videtur *Syriani* fragmen-

tum, quod adtulit *Ruhnken.* in disp. de Longino, §. IV.) tum in codd. Paris. MDCCCXCIV. leguntur in libros I. XII. et XIII. cum fragmento libri de *providentia*; in cod. MDCCCXCV. comment. in librum secundum; in cod. MCCXCVII. in libros III. XIII. XIV. (et hunc, putat *Buhle* V. C. p. 187. tom. I. Opp. ante oculos habuisse *Bagolinum*;) — in cod. medico XXV. plut. 85. et Hamburgensi, olim Holsteniano, comm. in libros III. XIII. XIV. metaphys. — in codd. Coislin. (*Montfaucon.* catalog. part. I. p. 220 sqq. et 446.) in quorum priore sunt praeter alia Aristotelica, anonymi prooemium et Aristotelis metaphysicorum I. cum amplissimis commentariis, tum alius I. liber et lib. II. item lib. III. cum commentariis ignoti, (cuius nomen deletum est,) nec non *Syriani Philoxeni*, lib. IV. metaphys. cum commentariis τῆς αὐτῆς, lib. V. postea liber VI. cum scholiis, initium librorum VII. VIII. VIII. X. XI. XII. XIII. posthaec *Syriani Philoxeni* in Aristotelis metaphysicorum librum II. eiusdem in Aristotelis dubia circa mathemata et numeros in XI. et XII. metaphysicorum. adde ad §. IX. *Harl.*

ste *Plitero* in itinerar. Hisp. pag. 159. sunt codd. 1) metaphysicorum a libro 1—13. cum glossematibus, et 2) metaphysicorum paraphrasis incerti. *Harl.*

*Hebraice* exstant metaphysica Aristotelis in codice DLXXXV. regis christianissimi, vt notat *Labbeus* p. 279. Et cum commentariis *Auerrois* ex Arabico hebraice versis, in bibl. Vaticana, teste *Bartoloccio* I. pag. 481. et *Colbertina*, vid. *Wolf.* bibl. hebr. tom. III. p. 816. [et *Leidenf.* vid. catal. bibl. Leid. p. 446. 405.] Commentarii *Auerrois* versio latina, Patau. 1474. 4. *Auerrois* commentarii et epitome leguntur latine, Opp. tom. VIII. Venetiis 1557. fol. — *Alexandri*, Arabis, commentarius, a *R. Mose ben Salomon* versus hebraice. vid. *Wolf.* bibl. hebr. pag. 187. — Arabice vertit *Auicenna* libro *Abi Nasri Alpharabii* de scopo metaphysicorum et ortu. vid. tom. I. thesauri diss. exegeticarum Ikeniani pag. 68. *Fabric.* — In *Casiri* bibliotheca arabico-hispana tom. I. pag. 304 sqq. recensentur Aristotelis scripta ex arabica philosophorum bibliotheca, vbi pag. 306. ex metaphysicorum libris litterarum graecarum serie digestis, atque inde sic dictis, *Isaacus*, dicitur, praeter *Abu Zacharia ben Adi* litteram A. minutam translulisse: exstare etiam apud Arabas graece litteram N. hasce litteras arabice reddidisse fertur *Statius Alehndus*; litteram Δ. *Abu Maschar Mata* arabice et *Honainus* syriace translulisse: *Themistii* commentarium vna cum textu *Abu Baschar Mata* et *Schamlaeus* in arabicam linguam conuertisse: ex iis libris metaphysicis non paucos arabice vertisse *Isaacum Honaini* filium; denique *Syriani* commentarius in litteram B. arabice exstare perhibetur, testante *Iahia Ben Adi*. *Harl.*

In editionibus graecolatina leguntur cum versione *Bessarionis* <sup>kkkkk</sup>), vt tomo IV. Du Vallii, qui notas et argumenta addidit. E recentioribus illustrarunt praeter *Thomam Aquinatem*, *Iohann. Scotum* [vid. *Buhle* de interpr. lat. Aristot. pag. 339. tom. I. Opp. Arist.] et *Alexandrum de Hales*, *Petrus Fonseca* <sup>lllll</sup>), (qui tamen fallitur, cum alios praeterea libros octo de philosophia prima ab Aristotele scriptos adfirmat ex deprauatis codicibus latinis *Eusebii* praeparat. XIV. 17 sq. vbi ex Aristotelis libro octauo de Philosophia magnam fragmentum a fertur; sed Aristotelis, non Aristotelis [¶] recte legitur in graecis editionibus). *Paulus Barbis*, [*Pricomercatus* vid. *Buhle*] de interpr. Arist. lat. I. Opp. pag. 347. vbi quoque de reliquis interpretibus lat. agitur.] *Franciscus Suarez*, *Iacobus Cheyneus*, *Scotus*, *Antonius Scagnus*, [cuius commentar. prodiit Romae 1587. fol.] *Petrus Ramus*, [cuius scholar. metaphysicar. libri XIV. excusi sunt Paris. 1566. conf. *Freigii* vita Rami, huius praelection. in Cicer. oratt. VIII. consulares praemissa, Basil. 1575. 4. Bayle Dict. artic. *Ramus*. *Brückner*. hist. crit. phil. tom. IV. pag. 540.] *Iac. Carpentarius*, [*Augustinus Niphus*, *Eutychnus*, dictus *Sueslanus*, qui vixit saec. XVI. ineunte, et cuius expositiones in Metaphysica prodierunt Venetiis 1547. fol. *Nicolaus Dorbellus*, *I. de Orbellis*, (mortuus ann. 1454.)

Kk 2

comment.

<sup>kkkkk</sup>) *Bessarionis*, (mortui Rauennae ann. 1472.) versio lat. *Metaph.* saepissime edita est. *Argyropyli* et *Bessarionis* versio cum metaphysicis *Theophrasti* lucem vidit Paris. 1516. fol. apud H. Stephan. aum. *Thomae Aquinatis* expositio in XII. libr. metaphysicorum cum versione antiqua et *Bessarionis*, Venet. 1560. fol. [conf. *Buhle* de interpr. lat. p. 332. 345.] cf. *Humphred. Ho-*

*dium* de graecis illustribus L. Gr. instauratoribus p. 167 sqq. *Fabric.* Bibl. Gr. vol. X. p. 405. etc. *Bessarionis* versio lat. exstat quoque inter *Bessarionis* opera. Venet. apud Aldum. 1516. adde infra in catal. edit. *Metaphys.* *Harl.*

<sup>lllll</sup>) Cuius versionem vt elegantem ac dilucidam commendat *Suarezius* apud *Sotwellum* pag. 672. biblioth. Iesuitar.

comment. in Aristotelis physica, metaphysica, ethica et libros de anima, Basil. 1503. M. Io. Versoris quaestiones super metaphysicam Aristot. cum textu eiusdem. Colon. s. a. (per Henr. Quantell.) fol. vid. *Braun.* notit. de libris — bibl. ad S. Vdalrici et Afram. II. pag. 16. *Harl.*] et *Christianus Dreierus*, Philosophus ac Theologus Regiomontanus, cuius Philosophia prima, ex Aristotele aliisque commentatoribus accurate conscripta, lucem vidit ann. 1644. 4. *Fransc. Vicomercatus* in partem libri XII. vbi de deo et mentibus diuinis. Paris. 1551. 4. — *Ioachimi Henrici Eicholzii* studium in metaphysicis Aristotelis explicandis laudat *Schurzfeisch.* 2. Epist. arcan. pag. 520 sqq. — *Iac. Chynaei* analysis et scholia. Hanou. 1616. 8. — *Ernesti Soneri*, Prof. Altdorf. commentarius postumus in libros XII. metaphysicos Aristotelis, editus a *I. P. Felwingero*, Ienae 1657. 4. *Fabric.* — Propter raritatem addam mentionem antiqui libri, a *Freitagio* in Adparatu litterario, tom. I. pag. 538. curatius descripti: *Duodecim libri Metaphysice ab Aristotele summo philozophorum principe pro consumacione totius philosophiae editi.* — In calce: — — *summo studio Magistri Ioannis Peylick de Czeytz*, (sunt n. Ciza in Saxonia ortus, Magister, Ictus, decretalium Professor et senator Lipsiensis,) vbi mendosum visum est, eliminatum. — — *Impressum Lyptzick per baccalarium Martinum Landspergk de Herbipoli.* ann. 1499. fol. — rec. 1503. et 1509. Huc quoque referri possunt *Exercitationes scholasticae* in varias partes philosophiae, praesertim in *Aristotelis metaphysicam*, siue series disputationum ontologicarum naturali ordine dispositarum; quibus praemissum est breue compendium philosophiae, opera et studio *Edm. Purchotti*, Lugd. 1711. 12. conf. *Acta erudit.* Lips. 1715. m. Aug. adde infra in catalogo editionum libror. metaphysicorum. *Harl.*

Praetereo alios, magno numero laudatos in bibliotheca philosophica τῆ μακαρίτησ Martini Lipenii, cui tamen caue credas memoranti, inter alios Olympiodorum in metaphysica Aristotelis Venetiis editum. Nam in meteora quidem, in Metaphysica vero nusquam exstat Olympiodori commentarius. [adde *Buhle* de latinis Aristotelis interpretibus tom. I. Opp. Aristot. pag. 327 sqq.]

## S C R I P T A   M A T H E M A T I C A mmmmmm)

XXVII. ΜΗΧΑΝΙΚΑ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ, *Quaestiones Mechanicae, Αἰτιολογία τῆσ τῶν Μηχανικῶν ἐνεργείασ* inscribitur apud Labbeum pag. 200. bibl. nouae MSS. Laertio *Μηχανικὸν α.* lib. V. sect. 26.

In

mmmmmm) Codd. MSSi sunt in bibl. *Veneta D. Marci*, codd. CCXIV. CCXV. qui praeter multos alios Aristotelis libros continent librum *de infecabilibus lineis* et *quaestionum mechanicarum lib. I.* — in bibl. *Medicea* cod. XXI. plut. 87. *de lineis infecabilibus*, cod. XLV. plut. 28. *quaestiones mathematicae*, cum mathematicis figuris, in margine minio expressis, (*Bandinii* catalog. tom. II. p. 68.) — in pluribus Vaticanis codd. *de infecabilibus lineis* et alii libri Aristot. (*Montfaucon* bibl. bibliothecar. part. I. pag. 8. 10. 11.) —

*mechanica* in bibl. monasterii S. Seuerini *Neapoli* (*Montfaucon* bibl. biblioth. I. pag. 237.) — In bibl. *Parisi*na regia duo codd. *mechanicorum* et libr. *de infecabilibus*, (catal. tom. III. p. 475.) — In bibl. *Vindobon.* cod. LVI. nr. 6. et 8. *Mechanicorum* liber et *de infecabilibus lineis.* (*Lambec.* commentar. tom. VII. p. 217 sq.) — Huc referri possunt, quae *Casiri* in bibl. arabico-hispan. I. p. 306 ex arabica philosophorum bibliotheca de Aristotelis scriptis notat, „in librum *de speculis* siue *de optica*, commentarium edidit *Alhagiag Ebn*

*Ebn*

In graecolatinis editionibus, etiam Du Valliana postrema tom. II. p. 759. leguntur cum versione *Nic. Leonici Thomaei*. [Separatim cum notis *Thomaei* et figg. Paris. 1530.] — Interpretatus praeterea est *Victor Faustus*, Venetus, et *Alexander Piccolomineus*, Romae 1547. 4. Venet. 1565. 8. eiusque versionem vertit italice *Orestes Vannocci* Romae 1582. 4. et illustravit *Iosephus Blancanus*, praecipue vero *Henricus Monantholius*, medicus ac mathematicus regius, qui graeca recensuit, nouamque versionem et doctum commentarium addidit Paris. 1599. 4. [et Lugd. Batau. typis Commelian. 1600. 4.] Idem Monantholius hunc librum Aristoteli vindicat aduersus obiectiones Francisci Patricii et Hieronymi Cardani lib. de Porportionibus. *Bernardini Baldi* commentarius lucem vidit ann. 1532. *Ioann. de Greuarra*, Romae 1627. 4. Ex Baldi comm. pleraque se excerptisse profitetur *Dan. Moegling*, medic. et mathem. in tomo I. operis, mechanische Kunsstkammer, p. 127 sqq. Francof. 1629. fol.

XXVIII. ΠΕΡΙ 'ΑΤΟΜΩΝ ΓΡΑΜΜΩΝ. *De lineis infecabilibus* liber Laertio V. 42. memoratus, ac graece primum editus inter nonnulla Aristotelis ac Theophrasti ab *H. Stephano* ann. 1557. 8. Itaque in editionibus scriptorum Aristotelis omnium vel quorundam, quae hunc annum antecesserunt, vt Florentina Leonici Thomaei, et Basileensibus legitur tantum graeca huius libri paraphrasis, quam *Camotius* in Veneta sua Aristotelis editione tribuit *Georgio* (<sup>nnnnnn</sup>) *Pachymerae* (<sup>oooooooo</sup>), sub cuius deinde nomine in Sylburgiana tom. IV. p. 26. et graecolatinis comparuit, atque in his quidem cum latina versione *Iacobi Schegkii*. Liber ipse Aristotelis graece tantum legitur in editione graecolatina Lugdunensi ann. 1590. fol. sed in ceteris infecutis, quemadmodum et in Duvalliana postrema tom. II. p. 809. latinam versionem *Iulii Martiani* (<sup>rrrrrr</sup>) *Rotae* adiunctam habet. *Theophrasto* a quibusdam fuisse tributum testatur *Simplicius* in III. de Coelo comment. 8. et [P] *Ioh. Philoponus* in lib. I. de generat. ac corruptione, quorum loca iam attulit *Menagius* ad Laertium pag. 205. *Conringius* orat. 2. de laudibus Aristotelis: *Superat hodieque de infecabilibus lineis libellus, Xenocrati oppositus, cuius acumen summi etiam geometrae admirantur. Fabric.*

[*Petrus Catena*, Venetus, Theol. D. et LL. AA. Professor in gymnasio Patavino, ea, quae in *Porph. ii* Isagoge et *Organo Aristotelis* e mathesi adducuntur, commentario seorsim illustravit,

Kk 3

stravit,

*Ebn Mathari*. \* Ὀπίον quidem, tamquam Aristotelis librum, a se lectum, indicat *Andreas* Bellunensis, Avicennae interpret. teste *Nunnesio* ad vitam Aristotelis. Apud *Hesychium* vero pro ὀπίον potius legendum esse τριπλόν, monuerunt *H. Stephanus* et *Casaubonus*. At ex *Andreae* aduerti testimonio liquet, eo in libro Aristotelem nouam adtulisse sententiam de cono visiuo, quem non, vt alii, vel rotundum putabat, vel quadratum; sed, quod inter ea medium est, hexagonum etc. quae vberius a *Ioanne Keplero* in Paralipom. ad Vitellionem explicata et correctata esse scribit *Io. Christoph. Heibronner* in historia mathematicos vniuersae etc. Lipsiae 1742. 4. p. 170. Idem a pag. 168. incipit de Aristotele, et de eius scriptis mathematicis, horumque editionibus agere, p. 171 —

236. recenset illustratque loca mathematica praecipua, quae in Aristotelis scriptis sparsim inueniuntur. *Harl.*

(nnnnnn) Conf. *Allatium* de Georgiis, pag. 366. (oooooooo) In cod. Vindobon. L. est liber de lineis infecabilibus; sed additam esse paraphrasin graecam *Georgii Pachymerae*, (vt cl. *Buhle* pag. 182. Opp. I. Arist. scribit,) e *Lambecii* narratione tom. VII. p. 209. et 210. non patet. *Harl.*

(rrrrrrr) Eadem *Rotae* versio legitur inter opera *Auerrois* tomo septimo, Venet. 1542. 1551. fol. At in antiqua editione latina operum Aristotelis, Venet. 1496. alia, nescio cuius, interpretatio legitur, quae incipit: *Utrum sunt indiuisibiles lineae, et totaliter in omnibus quantis est aliquid etc.*

stravit, Venet. 1556. — *Iosephi Blancani* loca mathematica Aristotelis, ex vniuersis ipsius operibus collecta atque explicata, Bonon. 1615. 4. — *Io. Borofchi* apologia pro Aristotele et Euclide contra Petrum Ramum et alios de numeris perfectis. Dantisci 1652. 4. — *Philippus Müllerus*, Profess. Lipsiens. ex operibus Aristotelis excerpfit *eclogas mathematicas*, (n. arithmetica tantum et geometrica capita, omissis astronomicis,) et *Vogelii Aristoteli resolutio* subiunxit. Lipsiae 1625. 8. — De Aristotelis scientia et dogmatibus astronomicis agit *Io. Frid. Weidler*. in historia astronomiae. Wittebergae 1741. 4. pag. 109 sqq. nec non *Io. Frid. Pfaff*. in commentat. de orbitis et occasibus siderum apud auctores classici commemoratis, Gottingae 1786. 4. p. 41 sqq. *Harl.*]

## S C R I P T A E T H I C A.

XXIX. ἩΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΪΩΝ *Ethicorum ad Nicomachum libri X.* <sup>999999</sup> Acroamatici, quos Nicomacho <sup>rrrrrr</sup> ipsi, (Aristotelis filio,) tamquam auctori, tribuit *Cicero* V. 5. de finibus, [vbi *Dauif.* tamen adseuerat probatque, Aristoteli libros illos esse tribuendos.] atque, vt videtur, *Laertius* VIII. §8. [ad quem locum confer *Menagium*.] *Compara Marii Nizolii* Antibarbarum philos. IV. 6. pag. 335. [Ciceroni adstipulatur *Caelius* lib. II. Epist. pag. 349.] At *Samuel Petitus* IV. 10. Misc. Nicomachum ne natum quidem fuisse contendit, quum hos libros scriberet Aristoteles, vt ipsi videtur circa Olymp. CXI. vnde consequitur, nec ipsi dicatos fuisse, quod tamen praeter Ammonium siue Philoponum in vita, adfirmat vno ore totus veterum chorus. Sed nec de dispositione librorum quisquam facile *Petito* adsenferit, qui, videns, a *Laertio* memorari ἠθικῶν libros V. et a *Suida* Nicomacho tribui ἠθικῶν libros VI. hoc vnum et idem opus putat, et ad hoc quoque referendos esse titulos apud eundem *Laertium* librorum περὶ τὰγαθῆ, περὶ ἡδονῆς et Φιλίας, hoc pacto:

ἠθικῶν α', β', γ', δ', ε', οἱ δὲ ἕξ.

Περὶ τὰγαθῆ α'.

Περὶ ἀρετῶν α'. οἱ δὲ δύο.

Περὶ Φιλίας α'.

Περὶ ἡδονῆς α'.

Περὶ τὰγαθῆ δεύτερον

Liber I. Ethic. Nicom.

II. III. IV. V. VI. VII.

VIII. IX.

Libri X. prior pars.

Libri X. pars posterior.

Idem

qqqqqq) Iudicium de hoc opere fert *Gassendus* Exercitt. paradox. V. §. 12. VI. §. 11. VII. §. 12. VIII. §. 9. *Heumann*. [Sed *Gassendi* criminatio- nes sunt falsae, aut iniquae.]

rrrrrr) Vide *Menagium* ad *Laert.* pag. 203. et 391. De *Nicomacho* haec habet *Aristocles* apud *Euseb.* XV. 2. Praeparat. Μετὰ δὲ τὴν Πυθαγόρα τῆς Ἑρμῆος τελευταίην Ἀριστοτέλης ἐγγυμειν Ἐρευλλίδα Στραγειρίτην, ἐξ ἧς υἱὸς αὐτῶ Νικόμαχος ἐγένετο. Τῶτον δὲ Φάσιον ἀρφανὸν τραφέντα παρὰ Θεοφράστῳ; καὶ δὴ μαρμαχίσπον ὄντα ἀποθανῶν ἐν πολέμῳ. Alius *Nicomachus*

apud *Plutarch.* in vita *Alexandri* p. 692. *Aristoteles* ipse citat suos libros I. *Metaphys.* *Fabric.* Si filius *Aristotelis* fuit moriente patre puer, sequitur, hos libros ei non fuisse dicatos ab *Aristotele*, quippe qui ne adulescentem quidem indicet lib. I. cap. 3. idoneum horum librorum lectorem. *Heumann*. Adde *Nunnesium* ad *Ammonii* vitam *Aristotelis* p. 30. *Cl. Buhle* in diff. de distributio- ne librorum *Aristot.* p. 79 sq. post alios viros doctos ostendit, ab *Aristotele* ipso, *Platone* probabiliter adhuc florente, conscriptos esse hos libros. *Harl.*

Idem Petitus conicit, Nicomachum nonnulla in opere parentis interpolasse. Capitulum distinctionem, vt in aliis sere Philosophi libris, veteres codices habent nullam; sed librorum distinctionem praeter MStos codices confirmant interpretes graeci, qui exstant<sup>ssssss</sup>). Exstat autem 1) *Paraphrasis*, quam sine nomine auctoris primum Lugd. Batau. 1607. 4. deinde sub *Andronici Rhodii* nomine edidit cum latina sua versione *Dan. Heinsius* <sup>(1617)</sup> 1617. 8. recusam Cantabrigiae 1679. 8. Quamquam antiquissimi illius *Andronici*, de quo infra in Peripateticis dicam, (et cui audacter tribuit *Reinesius* pag. 312. Epist. ad Hofmannum,) non esse, docet *Salmasius* <sup>(1688)</sup> ad Simplicium pag. 227 sq. 241. et *Olympiodoro* potiustribuendum [P] putabat *Naudaeus* in Bibliographia politica <sup>(1711)</sup>. Sed et in Bibliotheca Caesarea occurrit sine nomine auctoris, teste *Nesslio* parte IV. pag. 7. ac *Lambec.* VII. et *Heinsius* adfirmat, *Andronici*,

<sup>ssssss</sup>) Codd. msstos *ethicorum*, scholiis aut paraphrasi vett. partim stipatos, partim destitutos, enumerat cl. *Bulte* tom. I. Opp. Aristot. pag. 190 sqq. et p. 286 sqq. de interpretibus illorum agit. Hic scholia potissimum, commentarios etc. tantum paucis perfequitur. Primum laudandus est cod. elegantissimus LIX. decem librorum ethicorum sine vilo commentario, in bibl. *Vindobonensi* pulcherrimis miniaturis inauratis in frontispiciis singulorum librorum exornatus. vide *Lambec.* comment. tom. VII. p. 220 sqq. qui speciminis loco quatuor imagines, aeri incisae, exhibuit; idem pag. 224. docet, illos libros omnino conscriptos fuisse ab Aristotele, laudatque *Theophil. Golium*, vberius de hac re disputantem in Prolegomenis epitomes doctrinae moralis, ex decem libris ethicorum Aristotelis ad Nicomachum collectae, et per quaestiones atque responsiones dispositae. — In eadem bibl. (*Lambec.* pag. 224 sqq.) in codice LX. sunt *quinque priores Ethicorum* ad Nicomachum libri; in cod. LXI. *decem libri*, in cod. LXII. et LXIII. *idem* bis cum *anonymi* cuiusdam auctoris *scholiis graecis* marginalibus; in cod. LXIV. *idem* X. libri a Monacho *Mathusala* in Aegypto descripti: in cod. LXV. *anonymi* cuiusdam antiqui auctoris *paraphrasis* in Arist. ethicorum libros X. vbi *Kollarus* in nota pag. 229 sq. probat ea, quae *Fabricius* de cod. Vindobon. et auctore paraphraseos scripsit, additque, se ea, collato cum *Heinsii* editionibus codice Vindob. dare pro certo posse. — in cod. *Bauar.* CXLV. (p. 58. Catal.) est *paraphrasis* ethicorum ad Nicomachum, incerto auctore. — In bibl. *Veneta D. Marci* sunt tres codd. *Ethicorum*, (catal. pag. 114 sq.) — in bibl. regia *Parif.* exstant vndecim codd. illorum: codici MMDCCLIV. adscripta sunt scholia varia manu eaque recentiore, quae *Mi-*

*chael. Pselli* esse verosimile habetur. — in bibl. *Medicea* sunt nouem codd. ethicorum: in his cod. septimus plut. 81. cum vberissimis notis marginalibus et glossis interlinearibus, scriptus a *Io. Rhoso* ann. 1475. emendatus a *Fr. Zenobio Acciatolo*, alius, (*Bandini* catal. tom. III. p. 221.) cod. medicus XI. plutei eiusdem est membranac. in folio min. saeculo X. scriptus. omnium antiquissimus. — In bibl. *Scoriaensi* (teste *Plüero* in itinere hisp. pag. 159.) sunt in codd. 1) *Ethica* cum paraphrasi incerti, 2) eadem cum paraphrasi *Io. Cantacuzeni*, 3) eadem cum paraphrasi *Pachymeris*, 4) eadem sine commentario. 5) in decem eorumdem libros paraphrases Ioan. imperatoris, 6) ex iisdem libris fragmentum. In bibl. *Quedlinburgensi* est cod. qui continet Aristot. libros moralium, latine, cum suis capitulis. vid. *M. Tob. Eckhardum* de codicibus msst. *Quedlinburgensibus*. *Quedlinburg.* 1723. 4. p. 19. vbi quoque is memorat, in cod. XVI. nr. 9. reperiri spuriam *Alexandri M. epistolam* ad Aristotelem. *Harl.*

<sup>tltttt</sup>) Magnam huius paraphraseos editione gratiam apud *Casaubonum* iniit *Heinsius*, et *multum*, inquit is, *tibi grauiores illae litterae hoc nomine debebunt. Nam Eustratius meo iudicio persaepe friget. Scholastici, quos vocant, rem aperuisse contenti, de verbis auctoris parum sunt solliciti. Recentiores interpretes contrariam plane viam, ni fallor, insisterunt etc.* vide Epist. *Casauboni* 507. edit. *Graeu.*

<sup>uuuuuu</sup>) Conf *Pag. Gaudentius* lib. de philo. rom. cap. 21. *Heumann.*

<sup>vvvvvv</sup>) Confer *Placcii τῆ μὲν πρώτης* librum de Anonymis scriptoribus pag. 62. editionis primae; *Theatrum anonymorum* p. 341 sq. et *Baelii Lexicon* tom. I. pag. 252. editionis secundae.

Andronici Rhodii nomen in Codice suo adscriptum fuisse a manu recentiore atque indocta. Capitum distinctionem, (diuersam ab ea, quae est in editionibus Aristotelis,) hic sibi tribuit, quisquis fuit auctor paraphraseos VIII. 1. recentior fortassis etiam Olympiodoro. Nam fuit quoque *Andronicus* quidam *Callistus*, philosophus Peripateticus Thessalonicensis, tempore Gregorii Palaeologi, ad quem epistola eius exstat in codice regis Galliae 955. teste *Labbeo* Bibl. nou. MSS. pag. 98. Idem pag. 101. memorat *Nicolai Secundini* epistolam ad Andronicum Callistum, philosophum, et pag. 99. Cardinalis Bessarionis ad eundem, et pag. 112. *Andronici Callisti*, Peripatetici, de Physica scientia et fortuna, eiusdem diuisiones physicas, et librum *περὶ παθῶν*, de animi affectionibus (*wwwwww*), quem itidem sub *Andronici Rhodii* nomine edidit *David Hoeschelius* ann. 1593. 8. atque paraphrasi Nicomacheorum deinde *Heinsius* subiunxit, cuius latinam versionem elegantem, non tamen vbique fidelem, esse adfirmat *Samuel Rachelius* introductione ad Nicomachea pag. 136. Idem *Labbeus* pag. 114. memorat [et esse in cod. Scorial. paullo ante notauimus.] *Ioh. Cantacuzeni* paraphrasin librorum ad Nicomachum, scriptam sub nomine *Iosephi*, siue *Ioasaphi*, monachi. Eiusdem *Cantacuzeni* in libros quinque, et aliam *Georgii Pachymeris*, quae fuit in bibl. Hurtadi Mendozae, laudat etiam Gesnerus. Eadem *Pachymerae* paraphrasis exstat Mediolani in bibl. Ambrosiana. [in bibl. Veneta D. Marci, cod. CXXII. in cod. Buar. CLXX. (Catal. pag. 66.) vbi est vltimus librorum XI. *Georg. Pachymerae* de philosophia.] — 2) Exstant *Commentarii Graecorum* in Nicomachea, graece primum edita a *Paulo Manutio* <sup>xxxxxx</sup> Venet. 1536. fol. et latine versa a *Ioh. Bernardo Feliciano*, qui interpretationem suam Cardinali Alexandro Farnesio inscripsit, Venet. [ap. heredes Luc. Anton. Iuntae, Florentini,] 1541. Basil. 1542. Paris. 1543. Venet. 1589. fol. et *Sam. Rachelio* curante Helmst. 1662. 4. Felicianus alio codice vsus est, quam Manutii editione, et in libros 2. 3. 4. duplicibus commentariis mutilis et diuulsis, quae vtcunque composuit, vnde non mirum, eius versionem a graeco edito hinc inde dissidere, et quaedam interdum in illa addi, alios quoque subinde auctores commentariorum ad singulos libros denotari, vt ex hac tabella patebit:

*Manut.*  
In Lib. 1. Eustratius <sup>yyyyyy</sup>

*Felician.*  
Eustratius. [P]

In

*wwwwww*) *Andronici* liber *περὶ παθῶν* exstat in cod. Buar. CLXVIII. (catal. p. 64.) Separatim prodit graece et lat. ad disputandum propositus, praeside *Schallero*, et respondente ac interprete latino *Larizio*, Argentor. 1652. 8. *Couringius* tamen lib. de prudent. ciu. cap. IX. pag. 154 sq. existimat, libellum esse tribuendum cuidam Stoico. — *Fabricius* orae exempli sui adscripsit ea, quae sequuntur. „Laudat *Casaubonus* ad *Theophrastum* pag. 149. Exstant definitiones *νομοίωτες* et *εὐταξίας* in libello, qui est penes nos, *περὶ παθῶν* *Ἰωχῆς*, *Andronici* philosophi, quem de adfectionibus animi scripsisse accurate, ex *Galenii* aliquot locis satis constat. Laudat etiam *Turrianus* ad *Const. Apost. V. 12. pag. 67.*“ *Harl.*

*xxxxxx*) *Manutii* praefatio exstat in editione eius *Epistolar. Lips. 1720. 8. p. 942. Fabric.* Inscriptio libri est: *Euseparis — Eustratii et aliorum insignium peripateticorum commentaria in libros decem Aristotelis de moribus ad Nicomachum vna cum textu suis in locis adiecto*; in calce: *Venetii* in aedibus haeredum *Aldi Manutii* et *Andreae Asulani* foceri. M. D. XXXVI. *Harl.*

*yyyyyy*) [Inter codd. *Nanianos*, (catal. pag. 482.) est cod. CCLXII. qui continet *Eustratii* commentar. in tertium et quartum *Ethicor. Aristotelis.*] Fuit hic *Eustratius*, *Metropolita Nicaenus* sub *Imp. Alexio Comneno*, saeculo post natum *Christum XII.* circa ann. Chr. 1117. clarus, cuius etiam commentarius in librum secundum posteriorum

rum



## Manus.

In Lib. 2.	Anonymus vel Aspasius (zzzzzz)
3.	Anonymus
4.	Aspasius
5.	Mich. Ephesius *)
6.	Eustratius
7.	Aspasius b)

## Felician.

Eustratius.
Eustratius.
Eustratius.
Mich. Ephesius.
Eustratius.
Aspasius. [P]

In

rum Analyticorum exstat, et prodiit graece Venet. 1534. fol. et latine, Andrea Gratarolo interprete, ibid. 1542. 1568. fol. Scripsit eruditam hanc Ethicorum illustrationem senio iam confectus et morbis, in gratiam coniugis Imp. aut in gratiam cuiusdam reginae, Cypri forte, vel alterius. Praef. libri VI. εὖ σοι γίνωτο βασιλῆς θεοσεβῆς, βασιλῆς φιλόλογε, βασιλῆς φιλάγαθε καὶ φιλόκυλε, ὅτι ψυχὴν etc. Καίτοιγε ἡμᾶς ὀλιγομαθᾶς, καὶ γῆρα καὶ νέσις κατακαμπτόμενοι etc. *Eustathium* male adpellat Franciscus Patricius; et *Philelfus* XXVI. 1. Epist. fol. 178. b. perperam tribuit Eustathio Thessalonicensi [item *Leon. Aretinus* epist. I. libr. V. p. 188 sq. edit. Basil. 1535.] Eius ἐξομολόγησις, qua satisfacit pro erroribus, quos in libris duobus adversus Armenios admiserat, servatur manu exarata in Bibl. Caesarea, teste *Nesselio* part. I. pag. 422. Aliā *Eustratii* scripta memorat Allatius, quem, si placet, vide II. 10. de consensu p. 629. [conf. infra in vol. IX. pag. 512.] Laudat hunc *Anna Comuena* XIV. Alexiados pag. 453. συμπαραῆσαν δὲ τὰτα Εὐστράτιος ὁ τῆς Νικαίας πρόεδρος, ἀνὴρ τὰ τε θᾶα σοφῆς καὶ τὰ θύραθεν αὐτῶν ἐπὶ τοῖς διαλέξεσι μᾶλλον ἢ οἱ περὶ τὴν σοῶν καὶ Ἀκαδημαίαν ἐνδιετριβότες. Meminit etiam *Manuel Calocas* tom. 26. bibl. P.P. pag. 450. G. Alius fuit 1) *Eustratius* apud Agathiam lib. III. pag. 90. D. *Alius*, cuius mentio in Epistola XV. Aeneae Gazaei. 2) *Eustratius* Thaumaturgus saec. IX. de quo *Bollandus* IX. Januar. tom. I. pag. 598. 3) *Eustratius*, presbyter CPol. de quo *Photius* cod. CLXXI. et eruditissimus *Caveus*, qui cum circa ann. Chr. 578. floruisse observat. Licet ad saec. VII. vel VIII. respiciatur, in perpetuitate fidei catholicae circa eucharistiam tom. IV. 3. Vitam Eutychie ab illo scriptam citat *Allatius* lib. de interstitiis ordinum apud Graecos pag. 151. Edidit graece et latine *Papebrochius* ad calcem tomi I. Aprilis. Quemadmodum librum de vita functorum statu Photio lectum vulgavit idem *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae circa purgatorium p. 319 — 581. Rom.

1655. 8. latine ex Allatii versione tom. 27. bibl. PP. pag. 362. Male huic commentarios in Aristotelem tribuit *Oudinus* p. 174. 4) *Eustratius*, monachus, sacrorum praepositus, ad quem Theodori Studitae epistola. 5) *Eustratius*, ad quem epistola 39. Firmi, episcopi Caesariensis, qui a. Chr. 439. obiit. 6) *Eustratius*, Comes, idem epist. 3.

zzzzzz) *Aspasio* potius, quam Eustratio tribuendos ducit commentarios in lib. II. et IV. *H. Conringius* epistola ad Rachelium pag. 423. Hic est *Aspasius* celeberrimus Peripateticus, cuius commentarios in schola Plotini lectos testatur Porphyrius, et cuius discipulum audiisse se refert Galenus, (qui sub Antoninis floruit,) lib. de cognoscendis et curandis animi morbis, Opp. tom. VI. p. 532. edit. Paris. vnde de aetate Aspasi constare potest. Eius commentarios in plerosque Aristotelis libros, singulatim in lib. de interpretatione memorat *Boethius* pag. 290. *Aspasius* et *Alexander*, sicut in aliis Aristotelis libris, ita in hoc quoque commentarios ediderunt. Laudat deinde *Aspasium* pag. 252. 291. 303. 316. 321. 333. 347. 356. 394. In libros physicorum scripsisse constat e *Simplicio*, vt in metaphysicorum libros ex *Alexandro Aphrodisaeo*: in *Categoryis* et *Galenio* de libris propriis cap. 11. Scripsit et in *Platonem*, *Porphyrio* teste. Distinguuntur quoque in cod. *Coislin.* pag. 220. [conf. *Buhle* tom. I. Opp. Aristot. p. 296.]

a) *Michaelem Ephesium* multi eundem faciunt cum Mich. Psello, qui saeculo post Christum natus XI. claruit. Sed distinguendos monet *Allatius* libro de Psellis p. 40 sq. et *Michaelem* hunc Ducam Parapinaceum Pselli discipulum fuisse coniicit. [conf. *Buhle* l. c. p. 306.]

b) *Aspasi*, veteris Peripatetici, esse dubitat *Hermannus Conringius*, propter mentionem τῶν ἀγγύλων. Sed hoc argumentum non adeo firmum mihi esse videtur, quum apud plurimos τὰς ἰξω istud vocabulum pro bonis genis occurrat, vt notavi in bibl. antiquaria. *Aspasi* commentarios in ethi-

	Manut.
In Lib. 8.	Aspasius
9.	Eustratius <sup>c)</sup>
10.	Eustratius <sup>d)</sup>

	Felician.
	Aspasius.
	Eustratius } vel secun-
	Eustratius } dum alios

*Mich. Ephesius. Fabric.* In cod. Coisliniano (ap. Montfauc. cat. bibl. Coisl. p. 220 sq.) *Aristotelis ethica* cum commentariis veterum continentur, in eoque in libros IX. et decimum commentarii diserte adscribuntur *Michaeli Ephesio. Harl.*

Intercidit *Andranti* [qui vixit circa a. Chr. 204.] *περὶ τῆς τῶν ἐν τοῖς ἡθικαῖς Ἀριστοτέλους ἀμφιβόλων παρατιθεμένων ἐνοίας*, quem librum *Hephaestion* per plagium sibi tribuerat teste *Athenaeo* XV. p. 673.

Ex Arabibus exstant commentaria *Auerrois*, latine, *Iacobo Mantino* interprete, tom. III. Opp. [In bibl. Paris. (catalog. tom. I. p. 32.) *Auerrois* comment. in *Ethica* ex arabico hebraice vertit *R. Mosès fil. Iosuae* Narbonensis. ibid. sunt *ethica*, hebraice versa e graeco, auctore *R. Meir Alvarez. Taurinensis* cod. (catalog. part. I. pag. 12 sq.) continet *ethica* et libros de republica. *Auerrois* Epitomen Ethicorum, a. Chr. 1176. [De versf. arabic. vid. *Casiri* bibl. arab. hispan. tom. I. pag. 306.] arabice scriptam, in hebraicam linguam a. Chr. 1330. vertit *Ioseph ben Caspi*, quae versio MS. habetur in Bibl. Caesarea, [*Lambec. comin.* tom. I. pag. 292.] *Aristotelis Ethica* per *Don Meier*, medicum regis Castiliae a. Chr. 1405. Hebraice versa cum Commentariis *R. Schem Tob* [al. *Tob*,] fuit MS. apud Iulium Bartoloccium, [P] [et est in cod. Vaticano, item Bodleiano CCCXCIV. et cum aliis anonymor. comment. hebraice ex graeco cum scholiis *R. Don Meier Alguadeshi* in cod. Bodleiano CCCLXXXVII. et vid. *Wolf.* tom. III. bibl. hebr. pag. 666. adde *Buhle* tom. I. Opp. pag. 194 sq. de *R. Iosephi, filii Schem Tob.* comment. vid. *Wolfii* bibl. hebr. tom. IV. p. 860.]

Commentariis, infra memorandis, Thomae Aquinatis, Alberti M., Donati Acciaïoli, Melanchthonis, P. Victorii, Mureti, Lambini, Zwingeri, Gallutii, Gifanii et aliorum, addi possunt *Ioseph. Saer de Aguirre* Salamant. 1675. fol. II. voll. *Io. Magirus* in corona virtutum moralium.

ca MSS. habet *Ioseph. Voletta*, Neapoli, fol. *Iulius Niger* quid sibi vult, quando de *Cyriaco Strozza* disserens p. 124. historiae scriptorum Florentinorum ait? *a lui dobbiamo la traduzione che fece dal Greco in Latino de' libri XI. et XII. dell' Etica a' Aristotele, sino al suo tempo incogniti e tutti i secoli antichi.*

c) *Aspasio* tribuitur in catalogo MSS. Bibl. Mediceae, sed perperam, quum auctor fuerit ho-

mo Christianus. p. 150. *ὡςπερ καὶ ὁ μέγας ἐν Θεολογίᾳ ἄπε Γρηγόριος ἐν τῷ τῶ μεγάλῳ Βασιλεὺς ἐπιστοφῆν, μίαν ψυχὴν ἐν δύο σώμασιν.*

d) Rectius *Mich. Ephesius* habetur auctor Commentariorum in lib. IX. et X. nam Heraclitum ciuem suum vocat, et meminit commentariorum suorum in *Sophisticos Elenchos*, *Physica* ac *Meta-physica*.

moralium. Francof. 1604. 8. *Jac. Schegkius* Basil. 1550. fol. *Rob. Balforeus*, Lugd. 1652. 4. *Eduardus Brerewood*. Oxon. 1640. 4. etc.

Quanti fecerint iam pridem plerique hos Aristotelis libros, patet vel ex Apologia Augustanae Confessionis, quam composuit Melanchthon, pag. 62. *Audiimus quosdam pro concione* <sup>e)</sup>, *ablegato Evangelio, Aristotelis Ethica enarrare. Nec errabant isti, si vera sunt, quae defendunt aduersarii*, (scilicet, per opera rationis nos posse iustificari.) *Nam Aristoteles de moribus civilibus adeo scripsit erudite, nihil ut de his requirendum sit amplius.* Christianis tamen virtutibus, Christi doctrinae et gratiae diuinae male cum Ethicis Aristotelis convenire, itaque ex illis non instituendos esse Christianos <sup>f)</sup>, probe sensit *D. Lutherus* tom. I. Altenb. p. 178. [Iam ann. 1521. eo nomine a theologis Patiensibus notatus. Idem tamen postea in commentario in Genesim fol. 708. et 709. 2. laudat Aristotelis ethicam, praecipue librum quintum adpellat *praeclarissimum*. vid. *Heumannum* in act. phil. tom. II. a p. 579 — 615. de Lutheri ac Melanchthonis iudiciis de philosophia, praesertim aristotelica, adnexa *Io. Christoph. Coleri* epist. ad *Heumannum* de philosophia et thesibus Melanchthonis. *Heumann.* pag. 382 sqq. ex Lutheri scriptis loca eius et iudicia excitat, causasque iudicii inquit, et pag. 591 sq. adnotat, duo professores argentoratenses, *Laurentium Thomam Walliserum*, professorem philosophiae practicae, et *Ioannem Ludon. Hauenreuterum*, professorem physices, defendisse Lutherum in duabus disputationibus, in Actis academiae argentoratensis in iubilaeco lutherano ann. 1617. habitis editisque ann. 1618. 4. priorem vindicasse Ethicam Aristotelis atque exposuisse duo Lutheri loca, in quibus Aristoteli iniuriam fecisse videtur, et alia loca, in quibus ille sententiam mutauit; posteriorem considerasse Lutheri iudicium de scriptis Aristotelis. *Harl.*] *Ethica Aristotelis cum moribus Christianis contulit Andreas Hyperius*, Lichae, 1600. 4. cum lege Mosaica *R. Ioseph ben Schem Tov*, (Tob.) de quo vid. *Wolf.* bibl. hebr. pag. 571. [et *Ios. Rodriguez de Castro* Bibliotheca Española, T. I. Madr. 1781. pag. 346.] De Aristotelicae Ethices ab historica et poetica Ethice differentia liber *H. Stephani* prodit Basileae 1590. 8. in quo multorum Aristotelis locorum fidelior interpretatio quorundam et emendatio adfertur, ad calcem Musae, principum monitricis. — *Gebhardi Theodori Meieri* analysis et expositio Ethicorum Aristotelis. Helmstadii 1659. et 1670. 4. — *Christophori Landini*, Florentini, commentaria memorat *Iulius Negri* pag. 138. de scriptoribus Florentinis; *Guil. Bechii*, episcopi Fesulani, qui ann. 1480. obiit, ibidem p. 316. — *Virgilio Salzburgenis* Moralogium ex ethicorum Aristotelis libris. Lips. 1509. fol. — *Quaestiones M. Io. Versoris*, Colon. 1494. fol. [vid. infra in indice edit. Opp. ad ann. 1491.] — *Ciuitas veri siue morum Barthol. Delbene, Aristotelis* de moribus doctrinam carmine et pictura complexa et illustrata commentariis *Theodori Moniti*. Paris. 1609 fol. *Bruneti Latini*, Florentini, compendium, italice, et Lugduni 1568. latine, commentarius. *Fabric.* — *Leon. Aretinus* in longa Epist. I. libr. V. edit. Epistolarum illius Basil. 1535. 8. declarat contra calumniatores, se recte ex graeco τὸ ἀγαθὸν *summum bonum* translulisse, et multa docte profert

L1 2

ex

e) Vid. *Baelli* Lexic. in *Aristote* not. (V.) C. A. *Heumann* acta philos. tom. I. p. 712 sq. [vbi tria Melanchthonis loca lepidaque de infano Ethicorum Aristotel. amore historioli profert.] *Gottfr. Arnold. Kirchen- und Ketzlerhistorie* lib. XV. cap. 2.

§. 12. lib. XVI. cap. 10. §. 18 sqq. [coll. *Heumann* act. philos. tom. II. pag. 502 sq.] bibliothec. *Schradarianam* nr. 3223.

f) Confer *Ioh. Francisci Buadei* diatribam de *nacuis Ethicae Aristotelicae*.

ex graecis interpretibus ad suam sententiam atque interpretationem tuendam. — *Chrysoptom. Iauellus Canapicius* edidit Aristotelicae moralis philosophiae dispositionem, 1534. et moralis philosophiae platonicae dispositionem Venet. 1536. in quo libro comparat et defendit Platonem. conf. *Heumannii* acta philos. III. pag. 210 sqq. His addi possunt *Iac. Thomasi* breuiarium ethicorum Nicomach. Lipsiae 1638. 8. — *Aristotelis* ethica, ad sacrarum litterarum normam emendata, a *Io. Crellio*, eiusque ethica Christiana. Cosmopoli 1651. 4. et *Crellii* Opera, tom. IV. Irenopoli 1656. fol. — *Iac. Thomasi* oratio pro Aristotele, quod iure suo usus fuerit, negans, lib. I. Nicom. cap. 3. idoneum ethicae auditorem esse iuuenem, inter eius Orationes (Lipsiae 1683. 8.) pag. 162 sqq. — *Io. Burcard. Maius* in diss. an *Aristoteles* doctrinae moralis demonstrationem in incerto statuerit? resp. *Andr. Lud. Koenigsmanno*, Kilon. 1706. contra V. D. in Halens. Obs. 2. part. II. defendit Aristotelem, negatque, eum in incerto statuisset illam demonstrationem. conf. *v. Windheim* Bemühungen der Weltweisen vol. V. pag. 349 sq. — — *Io. Ioach. Zentgrau* disp. II. et III. de fine hominis — ad Aristot. I. Ethic. cap. 10. et cap. 3. in eius specimine antiquitatum moralium. Argentorati 1696. 4. — — Iniqua iudicia de Ethicis Aristotelis tulerunt *Gassendus* in Exercitatt. paradox. tom. III. opusc. philosophic. Lugd. Batau. 1638. et *Brucker*. in hist. crit. phil. tom. I. pag. 835 sq. sed plura defende- runt aut praecepta de moribus aristotelica illustrarunt atque interpretati sunt *Platnerus* V. C. multis in locis Aphorismorum, (vid. part. II. §. 21. 22. 23. 28. etc.) et *Io. Frid. Gottl. Delbrück* in docta disput. *Aristotelis ethicorum Nicomach. orationum adumbratio accommodata ad nostrae philosophiae rationem facta*, sub praesidio cl. *Frid. Aug. Wolfii* ventilata, Halae 1790. 8. coll. erudita censura in Bibliothek von Anzeigen und Auszügen kleiner — Schriften etc. vol. III. part. II. Ienae 1792. pag. 206 — 226. — Aristotelem eiusque praecepta morum iam iustus laudibus celebravit multaque exposuit deque Aristotele, eius vita librisque et sententiis vario modo disseruit et plures citauit libros, in quibus diuersimode iudicatur de ethicis illius, *Georg. Paschius* in libro: de variis modis moralia tradendi et introduct. in rem litterariam moralem veterum sapientiae antistitum, Kilon. 1707. 4. per caput dimidium VI. prioris libri pag. 469 sqq. §. 1—11. et in posteriore libro cap. II. de Aristotele et peripateticis p. 569 — 603. atque p. 593 sqq. enumerat multos, tam veteres, quam recentiores moralium Arist. commentatores. — Nec spreuit omnino, nec vnice laudauit Stagiritae opiniones decretaque, paucis comprehensa, *Gottl. Stolle* in der Historie der heidnischen Moral, Ienae 1714. 4. §. 65 sqq. pag. 79 — 93. *Harl.*

XXX. ἩΘΙΚΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ, *Magnorum Moralium libri II.* qui Aristoteli <sup>g)</sup> vindicantur a *Vossio* lib. de philosophia cap. XVIII. §. 8. et in graecolatinitis editionibus leguntur cum versione *Georgii Vallae*, Placentini <sup>h)</sup>. Ad patrem Nicomachum scriptos esse ab Aristotele, nescio quo argumento, adfirmant viri quidam docti. Requiro etiam rationem, cur magna

<sup>g)</sup> Dubitant de auctore *Hugo Grotius* ad Luc. VIII. 15. et *Jonsius* p. 4. de Scriptoribus Hist. Philos. [et *Caelius* lib. II. epp. p. 359. de codd. MSS. vid. *Buhle* tom. I. Opp. Arist. p. 190 sqq.]

<sup>h)</sup> Separatim edita est *magnorum ethicorum* versio lat. *Georgii Vallae* cum *Nicephori Blemmidiae* logica — *Timaeo* de mundo — *Cleone-*

de de mundo — *Aristot.* de mundo et poetica aliisque, e graeco latine versis, Venetiis, per *Ant. de Sirata* 1488. per *Sim. Papiensem*, dictum *Beuilaquam*, 1498. fol. — *Arist.* magna moralia, latine versa, a *G. Valla*. Paris. 1497. fol. et cum variis *Aristot.* operibus, Venetiis per *Bernardin. Venetum*, 1504. fol. conf. *Fabricium* in B. L. edit. *Mansi* vol. VI. pag. 281. *Harl.*

*magna moralia* auctor inscripserit, quum sint breuiora reliquis, et succinctius singula perfequantur. Meminit Simplicius in Categor. [P] [Magnarum ethicarum disputationum Aristotelis libri II. ex interpretatione *Viti Amerbachii* cum — explicatione quinti libri Ethicorum et disp. de vsuris. Basil. 1554. 8. *Vallae* versio est inter scripta varia, a *Georgio Valla* edita. Venetiis 1498. fol. eadem cum versione Arist. moralium VII. ad Eudemum, inter Aristot. opp. moralia et politica, Lugd. 1560. 12. *Harl.*]

XXXI. ἩΘΙΚΩΝ ἘΥΔΗΜΕΪΩΝ, *Moralium ad Eudemum* libri VII. <sup>i)</sup> ab aliis <sup>h)</sup> *Eudemo*, vel *Theophrasto*, tamquam auctori, tribuuntur; sed Aristoteli adscribunt codices antiqui, etiam *Simplicius* in Categor. et *Fauorinus* apud *Laertium* V. 21. (nam quod ibi ex septimo Ethicorum profertur, septimo Eudemiorum legitur,) *Gemistus Pletho*, qui post *Nicomachea* scriptos existimat, et velut in illorum supplementum atque emendationem. *Eudemus* vero, cui hos libros Aristoteles inscripsit, non fuit *Eudemus Cyprius*, *Ciceroni* I. de diuinatione memoratus, qui prius occisus esse videtur: neque *Eudemus*, qui *Archontis* munere functus est Athenis Olymp. CVI. 4. vt suspicatur *Sam. Petitus* IV. 10. Misc. sed *Eudemus Rhodius*, auditorum Aristotelis post *Theophrastum* praestantissimus. In graecolatina Aristotelis editionibus leguntur cum translatione *incerti*, Basileae pridem edita, quam *Leonhardo Aretino* <sup>l)</sup> perperam tribuunt *Sylburgius* et alii quidam. Prodierunt *Ethica ad Eudemum* et *Magna Moralia* cum *Nicomacheis Politicisque* et Aristotelis atque *Xenophontis Oeconomicis* graece itidem Basileae apud *Ioh. Walderum*, sine anni notatione, 8. Aristotelem in *Ethica noua* citat *Vincentius Bellou.* in speculo doctrinali IV. 4. 5.

XXXII. ΠΕΡΙ ἘΠΕΤΩΝ ΚΑΙ ΚΑΚΙΩΝ, *de virtutibus et vitiis* libellus, siue fragmentum seruatum a *Stobaeo* Serm. 4. <sup>m)</sup> in cuius prima editione graeca, Veneta 1536. 4. et prima graecolatina *Gesneriana* integrum vna ferie legitur; sed in posterioribus per diuersa loca distractum. Latine vertit *Ambrosius Lio* ad calcem dialogi sui de Nobilitate, Venet. 1531. 8. *Andreas a Lacuna*, qui scholia etiam et exempla addidit vocauitque librum aureum et adamantinum. Colou. 1543. 8. *Nicol. Perottus*, vid. *Giornale d'Italia* tom. XIII. pag. 455. [*s. Zeni* diss. *Vossiane* tom. I. pag. 265. qui edit. ann. 1504. 4. memorat,] et *Simon Grynaeus*

Ll 3

Basil.

<sup>i)</sup> In bibl. *Matrit.* (vid. *Iriart.* p. 278.) est cod. Ethicorum Eudemiorum libr. VIII. quod liber VII. in excusis exemplaribus, in cod. in duos est diuisus. — cod. *Mediceus* XII. plut. 81. optimae notae praeter *Ethica* continet *Eudemia*, in quo, vti in cod. IV. med. eiusdem plutei, et in cod. XV. et XX. septimus liber in duo est distinctus. (vid. *Buhle* Opp. tom. I. pag. 192. *Harl.*)

<sup>h)</sup> *Christianus Dreierus* p. 347. *Metaphyl. egregius auctor, siue Theophrastus, siue Eudemus fuit Moraliuum Eudemiorum.* *Franc. Patricius* discuss. *Peripatet.* p. 25. et 49. *Eudemi potius credendi sunt esse, cum praesertim stylo et rerum aliqua diuersitate sint ab Nicomachiis differentes a quibus videntur surpassasse quartum, quintum et sextum libros, qui iidem ipsi sunt et rebus et*

*verbis cum quinto, sexto et septimo Nicomachiis.* Sane *Εὐδήμια Ἠθικά* dici possunt, quae *Eudemum* habent auctorem. Sic *Alexander Aphrodisens* in II. *Topic.* laudat *Εὐδήμια ἀναλυτικά ἢ Εὐδήμια ὑπὲρ ἀναλυτικῶν*, vt iam *Nunnesio* annotatum. vide et *Ioussum* lib. I. cap. 15. qui *Eudemo* hos libros adiudicat.

<sup>l)</sup> Ab hac versione differt *Aretini* [cuius versionis ed. vet. vid. in indice edd. Opp. ad ann. 1475.] *liber de moribus ad Galcotum*, ex *Eudemis* excerptus, qui legitur in edit. latina Aristotelis. Venet. 1496. tom. II. p. 123. Etiam *liber de fortuna*, qui in eadem edit. pag. 348. exstat, decerptus est ex *Eudem.* II. 8. et VIII. 14 sq.

<sup>m)</sup> Vid. *Hamburg.* *Briefwechsel.* 1751. pag. 609 sqq. *Harl.*

Basil. 1539. 8. cum cuius versione etiam occurrit in graecolatina Aristotelis editionibus, etiam Du Valliana tom. III. pag. 387. [*Alex. Chamailardi* versio est inter Aristot. Opp. moralia et polit. Lugd. 1560. 12. et alibi, vti mox indicabitur.] Prodiit et additum *Gemisti Plethonis* libro de virtutibus, cum Iulii Velsii versione, *Platonis* Theaeteto cum versione Adolphi Oeconis, Nemesii de voluptate, cum versione Nicasii Ellebodii, *Platonis* Axiocho, cum interpretatione *H. Wolfii* et notis, *Demetrio* denique *Cydonio*, siue *Nemesio* *Eineseno* de contemptu mortis cum versione *Raph. Seileri* et *H. Wolfii* notis, Basil. 1577. et 1586. 8. [fasciculus illorum scriptorum inscriptus est *doctrina recte vivendi ac moriendi.*] cum versione *Georgii Hermonymii* Spartani MS. in biblioth. Alex. Petavii pag. 420. Exstat quoque separatim hic libellus [P] cum quadruplici versione, tetraplorum more exhibita, *Alexandri Chamailardi*, *Sim. Grynaei*, *Andreae de Lacuna* et *Iulii Velsii*, *Hugani*, Basil. 1552. 8. — *Alexandro Chamailardo* interprete, tom. III. Aristotelis et Averrois edit. latina, Venet. 1551. fol. Vtraque Grynaei et Chamailardi interpret. in edit. latina philosophi Basil. 1542. Seorsum quoque *Georgii Gemisti Plethonis* liber de virtutibus editus gr. et lat. ab *Adolpho Occo*, medico Augustano, vna cum *Aristotelis* libello de virtutibus et vitiis, Basil. 1552. 8. — tum lib. de virtut. et vitiis ab *Alexandro Chamailardo*, gr. et lat. Venetiis 1545. 8. — dein cum versione ac praefatione *Pauli Sperlingii*, Rectoris, in usum scholae Hamburgensis ann. 1603. 8. — cum commentario et isagoge *Francisci Tidicaei*, Colon. 1609. 8. — [cum *Gemistio Plethone* recensuit *Eduard Fawconer*, (qui quoque *Andronicum* peripateticum, iudicat esse auctorem,) Oxon. 1752. 8. adde infra notit. edit. Ethicorum etc.] Auctorem non esse Aristotelem, sed e conciliatoribus Platonicis aliquem, existimabat *Iac. Thomafius*, ὁ μακαρίτης, Exerc. 2. de virtutibus quatuor cardinalibus §. 4. *Alcibiadem* quemdam esse auctorem, ex *Arsenii*, *Monembasiae* archiep. collectaneis observavit *A. Schottus* in vita Aristotelis pag. 165. Equidem Aristotelis *πραγματείαν περὶ ἡθικῶν ἀρετῶν*, ab *Ammonio* explicatam, memorat *Zacharias*, *Mytilenes* episcopus, in dialogo de aeternitate mundi p. 207. sed videtur potius respicere librum secundum et sequentes *Nicomacheorum*, in quibus de virtutibus differit Philosophus. [Codd. MSSi sunt quinque in bibl. reg. *Par.* vnus in bibl. *Matrit.* 109. cum alius (*Christiani*) lib. de virtutibus. *Ivarte* p. 429.]

XXXIII. ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ, siue vt *Laertius* V. 24. vocat, ΠΟΛΙΤΙΚΗΣ ἈΚΡΟΑΣΕΩΣ, de Republica libri VIII. Acroamatici, *Nicomacheis* ab auctore subiuncti, quod illorum extremum caput cum Politicorum initio conferenti patebit. Opus haud dubie praeclarum \*); sed quod nec integrum, si viros quosdam doctos audimus, neque eo ordine, quo ab auctore scriptum est, ad nos peruenit. Nam quod ad ordinem adinet, *Antonius Stainus*, *Salodiensis* °), in quinque quaestionibus ad octo libros de rep. (quem librum, non  
vbiq̄ue

\*) Id eximie laudat *Aretinus*-lib. VIII. ep. 1. et vlt. Sed *Hobbesius* in *historia ecclesiastica, carmine elegiaco concinnata*, auctore *Thoma Hobbio*, *Malmesburiensi*, Augustae Trinobantum, 1683. 8. valde carpit politica Aristotelis praecepta. vid. *Baumgartenii* Nachrichten tom. X. pag. 229. de libro *Hobbesii* raro. *Harl.*

o) Hic *Stainus*, quem male Antonium Sere-num vocat *Bolduani* atque inde *Lipenii* bibl. phi-

losophica, Paraphrasin in Politica edidit *Hetrusca* lingua, cum adnotationibus quibusdam dubiisque, Romae 1578. 4. Eius quinque quaestiones vero prodierunt latine ibid. ann. 1577. 4. [Conf. *Clement.* bibl. II. p. 87. not. 67.] De prima et secunda iam dixi. Tertia disputat, ab Aristotele civilis facultatis doctrinam tradi potuisse, esse remp. ipse non administraverit. Quarta, contemplativi, non activi philosophi personam gerere Aristotelem.

vbique obuium, et Heinsio Conringioque incassum quaesitum, mecum olim communicauit Vincentius Placcius, ὁ μακαρίτης.) quaestione prima p. 7. et 16 sq. non dubitat libros VII. et VIII. quibus de optima Politia agitur, praemissos fuisse ab auctore libris IV. V. et VI. qui sunt de rebusp. a rectissimo statu aberrantibus. Idem fere in mentem venit *Angelo Segnio*, ut testatur *Petr. Victor.* ad lib. IV. cap. III. pag. 297. tum *Mureto* XIV. 14. Var. Lect. et *Hermannio Conringio* in Introductione lectu digna ad hos Aristotelis libros, editos Helmstadii 1656. 4. cap. V. Idem *Scainus* pag. 20. quum negasset, librorum distinctionem esse ab ipso Aristotele, sed ab Andronico, Rhodio, vel alio prisco philosopho profectam contendisset, obseruat, verba postrema libri tertii supplenda esse ex initio libri septimi hunc fere in modum: Ἀνάγκη δὲ τὸν μέλλοντα περὶ αὐτῆς (ἀρίστης πολιτείας) ποιήσασθαι τὴν προσημέσων σκέψιν, διαρίσασθαι πρῶτον etc. Porro integrum non peruenisse ad nos hoc opus, [P] sed libros quosdam postremos desiderari, *testes sunt*, (Gifanii verba agnoscis, Prolegom. in Aristotelis Politica pag. 9.) *et vetus interpres, qui eas partes diligenter conquisitas reperire se non potuisse ait, et Petrus Victorius, qui in lib. Rhetor. I. decem Politicorum libros* (e Laertio, πολιτικὰ α', β' <sup>p</sup>), praeter octo libros πολιτικῆς ἀκροάσεως memorante,) *adducit, et in notis ad hos libros ait, eorum optimam et perfectissimam partem desiderari. Tum quia et Aristoteles ipse lib. I. Polit. cap. vlt. ait se posterius de virtute mulierum, et VII. 10. de seruis explicaturum, quae tamen neutra in hoc opere reperisuntur. Praeterea, quod caput est et firmissimum argumentum, optimae Rip. institutionem ad adolescentes duntaxat perduxit, quam tamen per omnes aetates deducendam monuerat X. vlt. Nicomach. ut sua cuique officia et partes, suaque studia attribuerentur <sup>9</sup>*. Haec vero multis idem Scainus quaestione secunda refellit, et docet, nihil plane tamquam propriam ac legitimam partem acroasibus Aristotelis Politicis deesse, quod vel ex professo se tractaturum, vel incidenti sermone indicauerit. Itaque et *Cyriaci Strozzae <sup>10</sup>*, Patricii Florentini, conatum superuacaneum fuisse, qui duos libros ex ingenio

lem. Quinta denique, quod forma disciplinae facili ac populari visus sit Aristoteles in opere politico contexendo. Haec porro *Scaini* est italica illa politicorum versio, in qua aliam librorum distinctionem existare scripsit *Sylburgius* in praefat. et quam a se visam negat *Conringius* p. 613. Introductionis.

p) *Laert.* V. 24. atque iterum 22. πολιτικῶν α'. β'.

q) Multas lacunas in Aristotelis libris *Conringius* obseruauit, quas stellulis notauit in editione, Helmstad. 1655. 4. — *Hertius* in elementis prudentiae ciuilis part. II. sect. 1. §. 1. queritur, in Aristotelis politicis nihil tradi de religione, nihil de vniuersitatibus seu collegiis, nihil de importandis et exportandis, et singillatim de annonae, nihil de aerario, nihil de belli, pacis foederumque ratione, nihil de legationibus, pauca de nummo, de munimentis ciuitatum, de consultationibus, de legibus, de iudiciis omnibusque. — Aristoteles ἀριστοκρατίαν adfirmat meliorem esse

statum, quam regnum: vnde *Guil. Bigotius*, ut aristotelicus inductus, in contemtum venit apud Franciscum I. regem Galliarum. vid. *Baluzium* ad vitam Petri Castellani pag. 164.

r) Obiit Pisis ann. 1565. aetat. 63. vti leges in elogiis *Maffonii*, part. II. pag. 228. vbi vitam Strozzae describit, et in bibliotheca Kielmanniana tom. IV. p. 21. at 1569. si credimus *Julio Negri* pag. 124. hist. scriptor. Florentin. Vide eius vitam in tomo secundo Operum Aristotelis editionis postremae Du Vallianae p. 461. vbi libri duo *Strozzae*, Franciseo Medices dicati, leguntur graece cum latina ipsius auctoris versione. Prodicant etiam Colon. 1601. ad calcem VIII. librorum politicorum Aristotelis, qui cum *Genesii Sepulvedae* exhibentur, et separatim Florentiae 1562. 4. graece et ann. 1563. [1573.] 4. latine. Gallice interpretatus est *Frider. Morellus*, Paris. 1600. fol. [vid. bibl. philos. Strunianam, edit. Kahlii II. pag. 153.]

genio suo graeca oratione Politicis Aristotelis veluti in supplementum subtexit, quibus de bellica facultate, de principatu et de sacerdotio differit, ita, vt, quum non pauca cumulet poetarum loca, Aristoteli libenter concedat scientia et iudicandi ac dicendi facultate. [P] *Fabric.*

[Codd. mssti sunt V. in bibl. regia *Parif.* cum *Oeconomicis* vnus in bibl. *Maitrit.* (vid. *Iriart.* pag. 149.) in bibl. *Florentina* cod. medicei V. et XXI. plut. 81. cum *oeconomicis*, ibid. cod. VI. (vid. *Montfauc.* Palaeogr. graecam lib. I. p. 85. et *Bandinii* catal. tom. III. p. 225 sq.) — Anonymi graecus commentar. inst. in Politica Aristotelis memoratur cum insigni laude in catal. Io. Riolarii, medici parif. Londini 1655. 4. p. 65. — Versio *hebraica* in bibl. *Taurinensi*, (part. I. p. 12 sq. catal.) *arabica* e graeco facta a *Iahia*, in bibl. *Leidensi*, (catal. pag. 451.) et ex arabico in hebraicam linguam a Iehuda Chariffo translatus liber de administratione regni octopartitus, memoratus a *I. C. Wolfio* p. 221. bibl. hebr. quem aliud agentem scripsisse in graeco Aristotele frustra quaeri et procul dubio suppositum, Fabricius in nota insta obseruat. De alia versione arabica operis desiderati, in quo respublicae centum et duodecesaginta descriptae fuerant vid. *Herbelot.* et *Villoifon.* in Anecdot. graecis II. p. 157. not. *Simplicium* in Politica Aristotelis et versionem illius latinam *Nicolai Perotti* in cod. Vatic. nr. MDCCXCVII. memorat *Apostol. Zenus* in Dissertazioni Vossiane, vol. I. pag. 266. *Harl.*]

*Commentariis* illustrarunt, praeter alios infra laudandos

[Libri politicorum Arist. cum commento — *M. Io. Verforis* Colon. per Henr. Quentell. 1492. fol. vid. ad §. seq.]

*Ioh. Buridenus*, philosophus circa ann. Chr. 1340. celebr., in quaestionibus ad VIII. libros Politicorum, Oxon. 1640. 4.

*Donatus Acciaiolus*, qui ann. 1488. diem obiit. [MSt. in bibl. Bernensi. vide *Sinneri* Catal. pag. 286.] Venet. 1566. 8. 1569. edente commentarium *Io. Baptista Rasario.*

*Iac. Faber* Parif. 1516. fol.

*Franciscus Robortellus* Venet. 1552. 4.

*Ioachimus Camerarius* Francof. 1581. 4.

*Obertus Gifanius* Francof. 1608. 8. Huius versio, desinens in cap. 7. libri VII. seruata ab Hermanno Conringio in latina sua Politicorum Aristotelis editione, Helmstad. 1637. 4. sed in graeco-latina 1656. 4. praetulit P. Victorii versionem.

*Paulus Benius* Patau. 1613.

*Phil. Scherbius*, Professor Altdorfinus, Francof. 1610. 8.

*Mich. Piccartus*, in eadem Academia Professor, argumenta politicor. Aristotel. Lips. 1615. 8. Ienae 1659. 8. [Is multa, ab aliis omissa, suppleuit. Laudantur eiusdem observationum politicarum decades sex, priores atque posteriores. Noribergae 1651. 8. Eiusdem dissertatt. politicae Altdorfii 1661. 8. *Piccarti* argumenta, cum praef. de naeuis istius operis Aristot. etiam prodierunt Helmstadii 1715. 4.] vt omittam *Theoph. Golium*, cuius quaestiones in Politicam exstant, aliosque.

*Iohannis Feldeni* Analysis lucem vidit Helmst. ann. 1654.



*Gebh. Theodori Meieri* analysis politicorum Aristotelis, [in praefat. de variis interpretibus agit] *ibid.* 1669. 4. [potius per partes in diss. academicis ab ann. 1664 — 1667. 4. emittit.]

*Antonii Montecatini* interpretatio tabulae, et commentarius in libros 1. et 2. Ferrariae ann. 1594. fol. et in librum 3. *ibid.* 1598. fol.

Exstant et *Joh. Sturmii* scholia, *Martini Borrhui* siue *Cellarii* ac *Dionysii de Burgo* annotationes in librum primum.

*Chrysofostomi Iauelli* analysis politicorum Aristotelis. [Iauellus, cognominatus Canapicius, cuius opera iunctim edita prodierunt Lugduni 1580. II. voll. fol. edidit philosophiae moralis *Platonicae* dispositionem, Venetiis, in officina Aurelii Pincii, Veneti. 1536. 4. Dedicatio scripta est Placentiae 1535. die Nouembris primo: subiuncta est a fol. 74. usque 153. *civilis philosophiae ad mentem Platonis dispositio*, in quo libro comparantur dogmata Aristotelis et Platonis politica, et Plato in ciuilibus defenditur contra Aristotelem. conf. *Heumannii* acta philos. tom. III. pag. 210 sqq. in primis pag. 235 — 241. *Harl.*]

*Theodori Zwingeri* argumenta, scholia et tabulae in Aristotelis politica. *Fabric.*

[*Vberti Felictae* diatribe de illis, in quibus Plato ab Aristotele reprehenditur in republica, Romae, 1574. 4.

*Henningi Arnisaei*, Halberstadiensis, de republica, seu reflectionis politicae libri II. — Reuocantur hic non tantum omnium neotericorum scripta ad ordinem et principia Aristotelis ac Platonis, sed et hodiernae respublicae conferuntur cum praeteritis etc. Francof. 1615. 4.

*M. Dan. Wülferi* Synopsis philosophiae aristotelicae, recusa studio *Io. Mich. Dilheri* tom. II. disp. academ. nr. XXI. p. 588 sqq. vbi inuestigauit doctrinas Aristotelis politicas.

*Ferdinand. Rhoensis*, (*de Roa*), commentarii in politicorum Aristotelis libros. Accesserunt repetitiones tres de domino et seruo, de iustitia et iniustitia, de felicitate, edit. a *Martino de Frius*. Salmanticae. 1714. fol.

*Gottlob Sam. Treuer* de naeuis librorum politicorum Aristotelis. Helmstad. 1715. 4. — praefat. ad *Piccarti* argumenta politicorum Aristot. Helmst. 1715. adde *Chr. Thomasi* oratt. academ. pag. 437 sqq.)

*Hermann. Conringii* Introductio in politicam Aristotelis, Helmstadii, 1646. 4. vbi quoque de versionibus atque interpretibus agit. — Eiusdem liber de ciuili prudentia, *ibid.* 1662. 4. huc referri potest.

De Aristotele et reliquis prudentiae ciuilis scriptoribus praeter *Gabr. Naudacum*, cuius bibliographia politica Venetiis, 1633. 12. primum prodiit, deinde saepius recusa est et aliorum scriptis aucta cura *Herm. Conringii*, Francof. 1673. 12. et praeter *Conringium* in introductione etc. copiosius disputatur in *Memoires de Trevoux* ann. 1710. art. I. pag. 1 sqq. quam commentationem germanice vertit multisque obseruationibus, maxime litterariis, locupletavit *Gottl. Stolle* in: Kurze Nachricht von den Büchern — in der Stollischen Bibliothek parte XII. pag. 285 — 303. *Morhof.* in Polyhist. practico, pag. 489 sqq. *Struuius* in bibliotheca philos. tom. II. edit. Lud. Martin. Kahlil, cap. II. pag. 146 sqq. *Stolle* in Historie der Gelahrheit p. 732 sqq. etc. *Harl.*]

XXXIV. ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΩΝ, *de cura rei familiaris* librum vnum memorat Laertius V. 22. Hodie duo sub Aristotelis nomine leguntur. Priorem solum *Leonardus Aretinus* vertit et *Cosm. Mediceo* inscripsit <sup>s)</sup>, quae translatio exstat in editione latina Operum Aristotelis, Venet. 1496. fol. aliisque. Suppleuit vero ipse post caput sextum, siue addidit, quatuor capita de officio vxoris et mariti, quae ex latino Aretini graece postea vertit [P] *Iacobus Tusanus*, Aretinum in graeco illa codice reperisse ratus. Posterior, qui *Oeconomorum* publicorum liber a nonnullis inscribitur, licet eiusdem argumenti videatur esse, non est tamen eiusdem generis, iudice *A. Schotto* pag. 164. *Vitae Aristotelis*. Neque Aristotelem habere auctorem existimat *Vossius* pag. 155. de *Philosophia*. *Non possum*, inquit, *mihî persuadere, posteriorem ab eodem fonte esse. Neque enim verisimile sit, Aristotelem tot voluisse congerere exempla, quibus Tyranni possent ciues expilare. Respondent, adfirre ea, non ut imitentur principes viri, sed ut doceat alios, quid fieri soleat. Verum non est Aristotelici moris, in tam breui libello tot condensare exempla, praesertim tam rei foedae, quam, qui narrat, docet.* Partem priorem huius secundi libri non esse Aristotelis, disputat quoque *Samuel Pititus* IV. 12. *Misc.* sed posteriorem existimat esse siluam exemplorum ab Aristotele collectam illustrandae de diuitiis *πραγματεία*. Fragmentum strategematum vocat *Erasmus*. — Ex *Corydalei* commentario in *oeconomica* Aristotelis quaedam graece profert *Nic. Commenus* p. 237. praenot. *mystagog*.

*Latine* vertit utrumque librum *Ioachimus Camerarius*, *Francos.* 1583. cuius interpretatio in *graecolatinis* editionibus Aristotelis occurrit, vt *Duvaliana* postrema tomo III. *Translulit* et *Iacobus Ludouicus Strebaeus* vna cum *Oeconomico Xenophontis*, *Parif.* 1544. 4. non sine notis, et *Iacobus Faber*, *Stapulensis*. *Parif.* 1506. *Bernardinus* item *Donatus* *Venet.* 1540. et in edit. latina *Opp. Aristot. et Auerrois* *Venet.* 1551. fol. tom. III. [item *Gilbertus Cagnatus Nozeremus* in *Operibus*, *Basil.* 1562. fol. part. I. nr. 10. p. 223 sqq.] *Epitomen* concinnauit *Raphael Volaterranus*. *Commentarius Iohannis Casti*, (eiusdem qui *Sphaeram Civitatis* scripsit,) siue *thesaurus Oeconomiae* prodiit *Hanov.* 1598 et 1610. 8. cum vtriusque duplici notisque *I. Com. Dieterici*, *Francos.* 1587. 4. — *M. Antonii Mureti* notae cum eiusdem adnotationibus in *Nicomachea* et *Xenophontis* ac *Platonis* quaedam, *Ingolstadtii* 1602. 8. *Fabric*.

[De *codd.* vide ad *sect. antecedentem* et *Biblio* l. cit. *Arabice* fecisse dicitur, et *commentarium* in *oeconomica* *Aristot.* scripsit *Abdallah Abulpharagius Edn Althajeb*. vid. *Casiri* *bibl. arab. hispan.* tom. I. p. 300. et *Gregor. Abulpharag.* *hist. dynast.* p. 233. *hebraice* vertit *R. Abraham fil. Tibbon*, cuius *cod. mst.* est in *bibl. regia* *Parif.* — In *bibl. Vffenbach.* teste *catalog. biblioth.* tom. III. (pag. 119. in *cod. CLXX. nr. 15.*) *Arist.* libri *oecon.* *latine*, (p. 510 sq. in *cod. VI.*) *excerpta latina* ex *oeconomicis* et reliquis scriptis *Aristotelicis*. — In *bibl. Bernensi* teste *Sinnero* *Catal.* p. 285. *cod. versionis gallicae* a *Laurentio* ann. 1405. *confectae*. — *Io.*

s) *Erasmus*: „De *oeconomicis* *Laertius* non recenset, nisi vnum librum, quum *Leonardus Aretinus* verterit duos. Quoniam posterior non inuenitur, in huius locum *Aldus* iussit fragmentum *strategematam*, nihil faciens ad rem *oeconomicam*. Prior *γρηγοριανος* est *Aristotelis*; sed utramque absolutus! *Secundus*, quem vertit *Aretinus*,

nec cohaeret cum superiore, nec respicit ingenium *Aristotelis*.“ *Fabric*. In *bibliotheca Vffenbachiana* (vide *catalog. bibl. Vffenb.* tom. III. in 8. p. 549. nr. 8.) fuit *cod.* qui continet *Aristot. oeconomic.* libr. II. a *Leonardo Aretino* nouissime *translatos* cum *commentario* vberissimo. vid. *indic. edit.* *Harl.*

*Io. Herolius* libros economicorum ex Aristotele et Xenophonte germanicos fecit, teste *Mich. Neandro*, etótem. linguae ebr. p. 561. *Hartl.*]

XXXV. ΠΕΠΛΟΣ siue fragmentum *Pepli* Θ, epitaphia heroum Troianorum Graecorumque vltra quadraginta, distichis elegiacis composita, quae sine nomine auctoris graece primum ex codice Mediceo vulgavit ad calcem Anthologiae Epigrammatum graecorum *H. Stephanus* Parif. 1566. 4. Deinde Aristoteli vindicavit *Guil. Canterus* et latino versu reddidit anno eodem, Basileae 4. cum notis, et *Ausonii* heroum epitaphiis emendatioribus, qui *Pepli* auctorem in plerisque expressit. Recusa est *Canteri* editio Antwerpiae ann. 1571. 8. in eiusdem *Canteri* novis lectionibus p. 18. Hinc cum sua, (qui prior *Cantero* reddidisse versu *Peplum* se testatur,) et *Canteri* versione et *Musonii* epitaphiis edidit *H. Stephanus* ad calcem certaminis [P] Homeri et Hesiodi et fragmentorum ex *Matronis* aliorumque Parodiis Homericis, Genev. 1573. 8. Ab eo tempore et in editionibus Anthologiae, [*Brunkii* *Analectis* veterum poetarum graecor. tom. I. p. 178 — 183. coll. not. in tom. III. p. 32 sq.] et cum *Canteri* versione in graecolatina Aristotelis editionibus plus simplici vice prodiit, etiam in postrema *Du Valliana* tom. IV. pag. 677. Ceterum Aristoteli vindicatur ex hoc loco *Eustathii* in *Iliad.* β. p. 216 *ἰσορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος, καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος, ὅπερ ἐκλήθη Πέπλος, γενεαλογίας τε ἠγεμόνων ἐξέθετο καὶ νεῶν ἐκείων ἀριθμὸν, καὶ ἐπιγράμματα εἰς αὐτὰς, ἃ καὶ ἀναγράφεται ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὀμηρον, ἀπλᾶ ἄντα καὶ ἄδὲν τι παχὺ καὶ φλεγμᾶνον ἔχοντα. Δίτιχα δὲ τὰ ὅλα ἐπέεα δίχα τῷ ῥυθμῶντος εἰς τὸν Ἄϊαντα. Ἴσως γάρ ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐφιλοτιμήσατο ἀπειναντίας ἔλθων τῷ ποιητῇ ἐπὶ μὲν τῷ λαμπρῷ Ἄϊαντι πολυλογῆσαι, τὲς δὲ ἄλλες ἤπτον σεμνῶνα.* Latinae versionis instar adscribum haec *Don. Heinsii*, ex praefatione, *Peplum* Graecorum suorum Epigrammatum praefixa: *Summus vir omnisque vel scientiae vel eruditionis princeps, Aristoteles, cum Homerum assidue legiret, qui in eius scriptis exsarent, harum genealogiam conscripserat, singulisque singula epigrammata tribuerat, quae duobus non amplius versiculis, excepto uno, quod Aiaci dederat, constarent. In quibus mira erat simplicitas, nulla affectatio, didilio casta ac graeca, acumen rarum, non, quemadmodum Laertii, putidum plerumque et ineptum; nihil occurrebat denique, quod Critici de eo iudicant παχὺ τε καὶ φλεγμᾶνον. Quia autem in Panathenaeis Minervae circumferri peplus solebat, in quo pugna Titanum, Deae victoria, ac eximia virorum magnorum spectabantur opera, v. banitatis omnis ac amoenitatis parens, opus, in quo vniuersa pariter deorum ac heroum gesta persecutus erat, Peplum vocarat. E quo paucos*

Mm 2

illos

t) De velo Panathenaeae naus, quarto quoque anno instrui solitae, cui victoriae Palladis et heroum res gestae intextae erant, vide *Diodorum Siculum* XX. pag. 757. (783.) *Suidam* in Πέπλος, *Plutarch.* in *Demetrio* p. 893. et 894. *Schol. Euripidis* *Hecuba* v. 469. *Lutatium* ad X. *Thebaidos* *Statii* p. 342. *Proclum* I. in *Timaeum* p. 41. et e recentioribus *Loensem* VIII. 23. *Epiphylidum*, *Meursii* *Panathenaea* cap. VI. *Benedicti Auernanii* diss. 25. ad *Euripidem* tom. I. *Opp.* p. 466 sqq. etc. *Fabric.* — In arabica philosophorum biblio-

theca, vbi scripta aristotelica genuina, dubia spuriaque ac versiones syriacae arabicaeque enumerantur, in *Casiri* biblioth. arabico-hispana, tom. I. p. 303. citantur Aristotelis *Epitaphia heroum*, quae *Pepli* nomine censentur, libri sex. — De epigrammate quodam t. fragmento elegiae ad *Eudemum* vid. cl. *Buhle* ad *Ammonii* vitam *Aristotelis* tom. I. pag. 33. qui, id carmen, putat. ab alio in laudem *Arist.* confectum esse atque *Eudemo* inscriptum, postea in numerum elegiarum *Aristotelis* ad *Eudemum* transiisse. *Hartl.*

illos versus, qui nunc Pepli nomine censentur, excerpserat Porphyrius. Nam de tota scripti ratione ac instituto quaedam alibi, nondum forte satis intellecta, dicemus. Vide etiam Io. Meursii Panathenaea, cap. 18. tom. VII. Gronou. thes. pag. 98. Sam. Petitum ad leges Atticas p. 24 sq. Meminit et Pepli inter Aristotelis scripta auctor vitae Anonymus, a Menagio editus. *Aristotelis Pallium* vocat Tripartita VII. 2. quod apud *Socratem* III. 23. et *Nicephorum* X. 36. est πέπλος, Gellio etiam in praefat. et *Clementi Alexandrino* VI. Strom. pag. 617. sed sine Aristotelis nomine memoratus. Alteri tamen cuidam *Aristoteli* tribuit *Ioh. Tzetzēs* \*) ad Hesiodum pag. 3. Ἀριστοτέλης γὰρ, εἰ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ αἶμα ὁ τὸς πέπλος συντάξας ἐν τῇ Ὁρχομενίων πολιτείᾳ. *Fabric.* Atque alterius Aristotelis foetum esse contendunt *Patricius* tom. I. discuss. Peripat. p. 18. ac 49. et *Moller.* in Homonymoscopia p. 288 sq. qui etiam laudat *Fabric.* in Decade decadum nr. 58. litt. K. 4. b. *Harl.*

ΣΚΟΛΙΟΝ, *Carmen*, siue *Paeon in Hermian*, eunuchum, de quo vide si placet quae dixi lib. II. cap. XV. §. 18. [tom. II. p. 111 sq.] *Fabric.* adde cl. *Buhle* Opp. Aristot. tom. I. p. 90 sqq. vbi de Hermia late disserit, et pag. 32. ac 34 sq. in notis ad Diogenis Laertii vitam Aristotelis, vbi metricam versionem huius carminis latinam ex edd. Laertii Veneta 1497. fol. et Parisiensi recudi fecit. Ego id recepi in Anthologiam graecam poeticam, edit. Baruthinae, p. 87 sqq. De eius studio poeseos et Homeri obseruantia vid. supra in vol. I. p. 507. in notitia commentariorum deperditorum de Homero, voc. *Aristoteles*, et in libro ac vol. II. cap. 19. in notitia tragicorum deperditorum voc. *Aristoteles*. Num inter musicos quoque referri possit vid. infra, in catalogo scriptorum deperditorum de musica p. 267. veteris editionis. *Harl.*

ἘΠΙΣΤΟΛΑΙ, *Epistolae*, de quibus dictum est lib. II. cap. X. §. 17. [vol. I. p. 683. huc vero referam, quae ibi omiseram, quibusdam additis. *Fabricius* igitur haec scripsit: „Aliam Aristotelis ad Alexandrum epistolam, siue volumen potius (σύγγραμμα ἀντ' ἐπιστολῆς,) memorat *Demetrius* libro de eloquutione §. 253. cuius iudicio §. 239. Aristoteles ὡς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τῷ τύπῳ ἐπιστολικῷ. Ex illa longiore epistola, περὶ τῷ παντὸς, fragmenta exstant apud *Stobaeum* eclog. p. 7. 14. et 70 sqq. quae omnia ad verbum leguntur in libro, quem sub Aristotelis nomine habemus de mundo. Vnde perspicuum esse puto, et scriptum illud vere esse Aristotelis, et tamquam epistolam missum esse ad Alexandrum. [Sed vide, quae supra ad sectionem XIII. adnotata sunt.] De deperditis Aristotelis epistolis agit *Casaubonus* ad *Athenaeum* XIV. 22. *Ionsius* de scriptoribus historiae philos. I. 13. p. 83. et *Menagius* ad *Laertii* lib. V. sect. 27. quorum obseruationibus eruditae adde, epistolam Aristotelis de Alexandro ad *Antipatrum* memorari a *Plutarcho* de profectu virtutis sentiendo p. 78. et in Alexandri vita p. 675. 688. 691. 694. 697. 699. 705. Idem p. 668. post adlatam Alexandri epistolam ad Aristotelem, de qua iam dixi, testatur, ex aliis etiam regis epistolis adparere, quod medicinae studio ab Aristotele fuerit imbutus, et amicos laborantes iuuerit consilio et victus rationem praescripserit.“ De Epistolis *Alexandri* vide supra in hoc vol. p. 27 sq. Hic ad eam, *Aristotelis* epistolas ad Olympiadem, graece scriptas cum aliis aliorum epistolis exstare in bibliotheca Bernensi, teste *Sinnero*, pag. 276. Sex epistolae *Aristot.* sunt in cod. *Nauiano*, (vid. Catal. graecor. Nan. codd. p. 475. cod. CXII.) Maiorem quandam copiam epistolarum olim

\*) Cui adsentitur *Fabric.* in B. L. lib. III. cap. X. §. 2. nr. 5. p. 142. edit. *Ernesti* tom. III. *Harl.*

olim existisse, aut sub nomine Aristotelis fuisse circumlatam, cognoscimus ex arabica philosophorum bibliotheca in Casiri bibliotheca arabico-hispana tom. I. p. 308. vbi notantur *Aristotelis epistolae*, quas in VIII. libros contulit vir quidam nomine *Arcas*. — *Alias epistolae XX. libris Andronicus recensuit, praeter illas, quae in libro V. Andronici memorantur, vbi et Aristotelis librorum index occurrit.* Aristot. epistolae in corpus redegit, s. in plura exemplaria descripsit, (ἀνεύρεσε) *Artemon*, teste *Demetrio*, de eloquutione sect. 231. vbi vide notam in exemplo Fischeri pag. 125. siue sect. 223. edit. *Schneideri*, cuius notam consules. Hic vero V. D. p. 173. obseruat, *Simplicium*, qui epistolarum Aristotelis mentionem facit in prolegomenis ad Categorias p. 2. illas integras adhuc legisse videri. Ab auctore libri de eloquutione Aristotelis epistolae aliquoties memorantur. Adde infra in catalogo deperditorum Arist. scriptorum voc. Ἐπιτολάι. De epistolis Aristotelis, in codd. Paris. Matrit. et Mediceo obuiis, vid. *Buhle* I. Opp. Arist. p. 201. — De Platonis et Aristotelis epistolis de anima vid. in vol. I. lib. II. cap. 10. §. 39. p. 695. notata. ibid. §. 48. p. 701 sq. Photii iudicium de Aristot. epistolis. — *Aristotelis et Philippi, regis, epistolae* in *Io. Patysae* encyclopaedia philologica, vol. I. pag. 186. De editionibus epistolarum infra commodior erit differendi occasio. *Hartl.*]

ΔΙΑΘΗΚΑΙ, Testamentum, quod descripsit *Laertius* lib. V. sect. 11 sq. [¶] [Explicit quoque ἱερά ἀποφθέγματα, vid. supra libr. II. cap. 12. §. 5. vol. I. p. 788.]

Praetereo scripta, ex Aristotele collecta, quales sunt ὅσκι ἀπὸ τῶν ἡθικῶν καὶ πολιτικῶν, qui in thesauro librario Augustissimi Imperatoris MSti exstant teste *Nesselio* IV. pag. 149. [et *Lambecio* comment. vol. VII. cod. LXV. nr. 2. et 3. pag. 230 sq. vbi vid. not. *Kollarii*: adde *Casiri* bibl. mem. I. pag. 307. b.] tum manifeste supposita, vt quae in eadem bibliotheca seruantur προεβήσσεσσι siue praedictiones de Christi incarnatione, id. I. pag. 230. et III. p. 37. quales qui ab Aristotele profectas sibi persuadet, idem nullo quoque negotio fidem adhibuerit fabellis Iudaeorum, Aristotelem ὃ, Iudaeum Hierosolymitanum, e tribu Benjamin ortum fuisse garrigentium, vel adfirmantium ὠ, quod omnis sapientia Aristotelis furtim ablata sit e sapientia Salomonis. Nam cum Alexander Macedo Hierosolymas sibi subegisset, Aristotelem, (si Iudaeis placet,) praeficit thesauro librorum Salomonis. Ille vero, quicquid boni in illis inuenit, id omne suo ipsius nomine edidit, admixtis saltem quibusdam pessimis opinionibus, v. g. de Mundi aeternitate: aut denique nugantium, Aristotelem, in extremo vitae constitutum, retrahere vniuersam suam philosophiam, eoque nomine epistolam dedisse ad Alexandrum, quam hebraice et latine exhibet *Julius Bartoloccius* tom. I. Bibl. Rabbinicae pag. 475. e R. Gedaliae Scialfscleth hakkabbāa: latine *Iohannes a Lent* p. 6. Theologiae Iudaicae, et *Io. Iust. Lomm* 3

v) *Bartoloccius* I. p. 471 sq. et *Ioh. Franciscus Buddeus* de Philos. Hebraeorum pag. 165.

w) Vide *Iac. Thomasium* de plagio literar. §. 364. *Theod. Hackspani* dissertationem, Lipmano subiunctam p. 284. *W. E. Tentzelii* dialogos menstruos ann. 1689. p. 1216 sq. *Bartoloccium* p. 473. 480. *Bacli* Lex. in Aristotele, nota B. C. *Ionsium* de scriptor. Hist. Philos. lib. I. cap. 18.

*Wolffii* bibl. hebr. tom. I. pag. 218. *Ioh. Morini* Exerc. Biblic. p. 283. *Fabric.* *Io. Fridericum* de religione Aristotelis contra Iudaeos, Regiomont. 1705. *Brucker.* hist. crit. philos. I. p. 794. *Clearch.* in spurio libro apud *Iosephum* contra Apion. I. cap. 22. *Clementem* atque *Eusebium*, de consuetudine Aristotelis cum quodam Iudaeo; citatur a *Meinersio* in histor. dogmatum apud Graecos et Romanos, tom. I. pag. 212. *Hartl.*

sur ad librum, Aristoteli tributum, de pomo p. 48 sqq. aut persuaserit sibi, Aristotelem quotidie summo mane usum fuisse hac precum formula <sup>x)</sup>, quae ab eodem *Bartolaccio* profertur ex bibliothecae Vaticanae codice MS. cui titulus מוכרי הפילוסופים *Eruditiones Philosophorum*:

*Terribilis, cuius dominio me subiiciam,  
Et Aeterne, qui numquam (regnae) cessas,  
Et Auctor omnium rerum.  
Libera me ab igne tuo magno.*

In Brigittae reuelationibus leges, Salomonem et Aristotelem non sibi, sed aliis didicisse: quod repetit auctor fasciculi temporum.

XXXVI. Haud dubie quoque suppositi sunt Aristoteli, qui latine saepius prodierunt, *Theologiae* siue, vt lib. IV. cap. 5. ipse auctor adpellat, *Mysticae Aegyptiorum Philosophiae libri XIV.* <sup>y)</sup> quos ex graeco, vt aiunt, arabice ab Abenama, Saraceno, translatos reperit Damasci *Franciscus Roseus, Rauennas*, et medico ac physico Cyprio, Iudaeo, cui *M ses Rouas* nomen erat, transferendos tradidit, qui primus ex arabico vertit, non italice, vt plerique <sup>z)</sup> adfirmant, sed latine, verum incondito et semibarbaro [P] stilo, atque, vt ait Petrus Nicolaus, *iuxta arabicum indigesto, ac ob imperitiam latinitatis et dictionem compositam illiterato*. Haec interpretatio nunquam edita est, quod sciam. Sed mox rursus, fere eodem tempore, latinitate, atque, vt auctor ipse loquitur, *Romanae ephraeseos toga* donati sunt a *Petro Nicolao ex Castellanis*, medico ac philosopho Faentino, cuius versionem Romae ann. 1518. <sup>aa)</sup> 4. edidit et Leoni X. dicauit *Franciscus*, quem dixi, *Roseus*. At Leo, pontifex, in epistola, ad Roseum data, 30. Dec. ann. 1517. testatur, gratum hoc sibi munus fuisse, et editionem scripti huius, egregia doctrina referti, suo hortatu a Roseo susceptam. Quamquam vero latinam magis et compositam dictionem Petrus iste Nicolaus lectori pollicitus est, tamen huius quoque interpretatione nihil esse et in verbis et in orationis compositione insulsus, adfirmat *Iacobus Carpentarius* Claromontanus Bellouaeus, philosophus Parisiensis, qui novam interpretationem horum librorum, siue potius versionis, a Petro Nicolao olim compositae, metaphrasin, (ipse enim Arabismi penitus imperitus Carpentarius fuit, vid. Casauboniana pag. 18.) condidit, scholiisque illustratam edidit Parisiis 1571. 4. Quum vero Carpentarius iste,

x) *Io. Chr. Wolfii* bibl. hebr. p. 223. tom. I.

y) *Ioannes Dee*, Londinensis, praef. ad lib. Mahometi Bagdedini de superficialium diuisionibus, Pisauri 1570. 4. ait, se *Anaxagorae*, illius antiquissimi philosophi ac praestantissimi, libellum unum in philosophia occulta mysticaque incomparabilem, Aristotelis nomine per multa iam saecula insignitum, ipsi Anaxagorae restituisse, idque argumentis certissimis. *Fabric.* — Vide Casaubon. ad Laertii V. 27. in Casaubonianis pag. 18 et 225. *Fabric.* cod. apocryph. V. T. pag. 221. *Heumann.* Aristoteli tribuuntur libri de theologia, et *Alchindus* commentariis arabicis eos illustrasse dicitur in *Casiri* bibl. mem. pag. 305. b. *Harl.*

z) Italicam fuisse Rouae translationem existimauit praeter Carpentarium et Franciscum Patricium in praefat. ad mysticam hanc philosophiam, *Stephanus le Moyne* prolegomenis ad varia sacra, tum *Ioh. Gottlieb Hardt* in exercitatione de hoc opere, edita Lipsiae ann. 1688. §. VII. Verum rectius *Michael Neander* in erotematis linguae hebraeae pag. 538. et *Isaac Casaubonus* in Casaubonianis p. 18. versionem Rouae latinam inconditam adpellant. Sane Petri Nicolai verba, a me adducta, hoc perspicue videntur suadere.

aa) *Clement* in Biblioth. cur. histor. et critiq. tom. II. p. 109. adnotat: excus. esse Romae apud *Iac. Mazochium*, 1519. Kal. Iun. *Harl.*

iste, ut sermo tolerabilior foret, paraphrastes esse maluerit, *Franciscus Patricius*, qui libros de mystica Aristotelis philosophia recudi fecit in sua de vniuersis philosophia, Ferrariae 1591. et Venetiis 1593. fol. praetulit Petri Nicolai versionem licet barbariusculam, *quoniam non tam sumus*, inquit, *delicati, ut verba seuerius praefereamus*. Ex eadem versione legitur etiam in tomo antepenultimo edit. latinae Opp. Aristotelis Wechelinae, Francof. 1593. 8. *Carpentarii* vero interpretationem, at sine scholiis, in vtraque sua Aristotelis editione expressit *Gul. Du Valius* ann. 1629. tom. II. p. 1035. et ann. 1639. tom. IV. p. 603 sq.

In hoc opere, de deo, *λόγῳ*, anima, vniuerso, rerumque principiis non Aristotelico more, sed ita fere, ut in Hermetico Poemandro fit, disseritur, mundusque statuitur intelligibilis, in quo per sapientiam diuinam anima nostra ideas rerum contemplatur, ita fere, ut Malebranchius, (vid. Mem. Treuicinas ann. 1707. pag. 48) aetate recentiore sibi imaginatus est, ut Platonicum potius aliquem, quam Aristotelem auctorem esse res ipsa clamet, quamquam *Franciscus Patricius* <sup>bb)</sup> in prolegomenis [P] ad suam editionem, et *Athanasius Kircherus* in praefatione paraenetica ad Obeliscum Pamphilium illud audacter tribuunt Aristoteli. Ac *Thomas Aquinas* libro de vnitae intellectus apologetico aduersus Averroem (tom. 7. Opp. Opusculo XVI. pag. 99.) testatur, se Aristotelis libros XIV. de substantiis separatis vidisse *graece*, nee dum in linguam latinam translato, in quibus multarum quaestionum de deo et animo explicatio contineretur, quae in physicis et metaphysicis Philosophi scriptis non satis essent expositae: additos fuisse necessarios tamquam metaphysicae adpendices ipsoque ab Aristotele physices secundo, et metaphysices duodecimo promissos. Arabi cuidam philosopho tribuendum ratus est *Petrus Ramus*, (quem sub Thesiali methodici titulo perstringit Carpentarius,) praefat. ad scholas metaphysicas, et *Euaardus Sillingsfletus* responsione ad Cressyuum pag. 83. Et sane Arabum scriptorem sapit, quod XIV. 15. legitur: *Quare probatum,*

bb) Sententiam suam de his libris Patricius, qui eis plurimum tribuit, complexus est hoc titulo, quem operi praefixit: *Mystica Aegyptiorum et Chaldaeorum, a Platone voce tradita, ab Aristotele excepta et conscripta Philosophia: Ingens diuinae sapientiae thesaurus*. Putat enim, Aristotelem, qui ἀγχιῶν Platonis meminit IV. 2. Physic. ita hosce libros ex Platonis, qui per tredecim annos Aegyptiacae sapientiae studiosus fuerit, ore collegisse, prout indies ab eo sermo de eis haberetur, et ita eos vel tunc in aduersaria congestisse, et postea nulla habita ordinis ratione perscripsisse. Confusus igitur ob eam causam videri esse, et in meliorem ac scientificum ordinem haud multo labore posse digeri. *Quod et fecissemus*, inquit, *nisi mordacium hominum recensiones vereremur, idque non sine grauium veterumque auctorum exemplo fecissemus, qui Platonis dialogos in trilogias vel tetralogias, Plotini scripta in Enneades digesserunt*. Idem Patricius existimat, Ammonium Saccam his libris vsu fuisse, et Plotinum IV. 4. similitudinem duorum lapidum

ex libri IV. cap. 2. in librum suum de intelligibili pulchritudine deriuasse. Sane auctor vult videri Platonis fuisse auditor, ut lib. I. cap. 5. *Plato igitur olim dedit animae plura adtributa, quorum nos auriti fuimus testes, sed non scripsit vllum*. Praeter Platonem, qui Philosophi nomine etiam hinc inde inuuitur, citantur *Anticles* lib. I. cap. 4 et 5. Pythagoricae sectae adscelae, quorum opinio de anima, quod sit harmonia, refutatur III. 5. Attici quidam, qui animam entelechiam vocauerunt III. 6. Sapientes Aegyptii XIV. 14 et 15. Sapientes et Archisophi Babyloniae X. 17. XIV. 3. 14. Auctor ait, in metaphysicis se de substantiis, a materia abstractis, egisse, XII. 7. et Metaphysica sua, libros de anima, et de natura laudat lib. I. cap. 1. libros de anima iterum X. 10. Regis Babyloniae mentio XIV. 13. Aristotelem porro auctorem esse horum librorum, recte negat Patricius ipse in discuss. Peripateticis p. 26. qui nescio an acque feliciter coniecit, auctorem esse Palaephatum, licet ab hoc Aegyptiorum theologiam scriptam fuisse Suidas adnotarit.

probatum, quod Deus, cuius nomen exaltetur, creavit uniuersum absque consultatione seu cogitatione. Verum hoc et alia eiusmodi non minus ab interprete Arabe addi, quam ab auctore proficisci potuerunt. Itaque nihil defuit *Hessentius* in notis ad vitam Pythagorae, a Porphyrio scriptam, pag. 68. *Vetus et incognitus auctor admirandi operis de diuina sapientia secundum Aegyptios.* D. *Lutherus* in epistola, data 7. Dec. ann. 1519. [edit. Buddei pag. 10. nr. 14. *Heumann.*] *Adtulit Doctor Iohannes Hessus ex Italia Theologum Aristotelis mysticam, nuper in Syria, ut scribunt, repertam, hoc est per sycophantam aliquem seminatam, ut ego sentio, quo nobis hunc hostem Christi, illustriorem factum, specioso titulo aduersus Christum diutius alant.* Vide et *Obserrat. Hallens.* tom. VIII. pag. 232 *Fabric.* Conf. *Io. Laurent. Beckh* diss. de theologia Aristotelis, siue mystica philosophia secundum Aegyptios, libro, superiori saeculo Damasci reperto, praef. *Io. Gotil. Harát,* Lipsiae 1688. 4. *Harl.*

XXXVII. In antiquioribus latinis Aristotelis editionibus, ut Veneta ann. 1496. 1551. etc. occurrunt libelli quidam, in graecis et graecolatinitis editionibus haud obuii, quorum 1) est *De Nilo*, siue de causis incrementi [P] Nili, in quibus refertur inter alia, quid hac de re senserunt Thales, Examii F. Milesius, Diogenes, Nachythenus F. Apolloniates, Anaxagoras, Hegesibuli F. Clazomenius, Athenagoras, Arminisci F. et Nicagoras, Cyprius. Neque quicquam video <sup>cc)</sup>, cur hic liber non possit ad Aristotelem auctorem referri, praecipue quum inter Philosophi scripta Anonymus vitae auctor, a Menagio editus, referat *περὶ Νέλης ἀναβάσεως α'*, et idem scriptum laudet Alexander Aphrodiseus in Meteorolog. Sane dignus erat hic libellus, qui, emendatius descriptus, ederetur ad calcem Herodoti, ubi veterum de Nilo testimonia collegerunt viri docti. *Aristonis esse* <sup>ad)</sup>, quem de Nilo scripsisse testatur Strabo, vix crediderim, quoniam ille filius hoc argumentum fuit persequutus, neque Arabes Aristonis libros interpretatione dignos habuerunt. [In catalogo librorum Aristot. arabico, ubi tamen plures spurii quoque occurrunt, in *Casiri* bibl. I. p. 307. memorantur *de aegyptiaco Nilo libri III.* *Harl.*]

2) Liber *de proprietatibus elementorum*, qui, *Ioh. Pico* iudice <sup>cc)</sup>, cuiuscumque potius est, quam Aristotelis, varia enim continet, cum Philosophi dogmatibus pugnantia, v. g. de anno 36000. annorum, de diluuiis, pestilentia et ventis e coniunctione planetarum in piscibus, geminis et signo virginis orientibus. Memorat et Romam, et Arabum sectas, et ridiculam fabulam refert de Socrate in hanc sententiam: *Fuit in diebus Philippici, regis, via in monte Armeniae, inter duos montes, et superueniebat ei in quibusdam momentis hora, qua non transiret super illam viam aliquis equitum et peditum, qui non caderet mortuus, quando erat inter illos duos montes. Interrogauit ergo de illo rex, Philippus, quosdam sapientes suos, et nesciuerunt causam illius, donec praeceperit Socrates ei facere fabricam altam. Fecit ergo ei, et Socrates posuit*

cc) Non tamen ex hoc libro petitum, quod apud *Strabonem* lib. XVII. p. 790. legitur, Aristotelem imbres aestiuos habuisse pro causa incrementi Nili, idque didicisse eum a Thrasyalco Thasio.

ad) Ita sentit *Patricius* *discuss. peripatet.* lib. X. cap. 135.

cc) *Ioh. Pico* lib. I. contra Astrologos p. 284. cui praeter *Nunnesium* de causis obscuritatis Ari-

stotelis p. 47. adsentitur vtrumque laudans *Iacobus Thomas* de stoica mundi exustione p. 60 et 72. Eadem quoque sententia *Francisci Patricii* p. 26. lib. I. *discuss. Peripatet.* Occurrit hic liber etiam in editione Operum Aristotelis latina cum *Auerrois* commentariis, tom. VII. p. 110. Venet. 1551. fol.



posuit in ea speculum de chalybe. Apposuit ergo inspicere in speculo, quod praeparauerat oppositum duobus montibus. Vidit enim duos dracones magnos, unum ex hoc monte, et alium ex monte secundo, et unusquisque eorum aperuerat os suum aduersus socium suum, et egrediebatur ex orificiis eorum vapor, ut corrumpere illum aërem. Et dum iterum Socrates sedebat aspiciendo in speculo, et consideraret dracones, transibant super illam viam equites. Vidit ergo Socrates eos cadentes de bestiiis. Sciuit ergo, quod fuit illud propter vaporem, qui fuerat egressus de ventribus draconum, et quod ille corrumpere aërem illius loci. Festinauit ergo descendere ad regem [P] et narrauit ei, praecipitque exire in montem et videre, quare interfessi sunt, saluatusque est locus, et non accidit in eo quod acciderat. Miratus est ergo rex de sapientia Socratis, etc.

3) *Libri de Pomo*, quod Aristoteles, morti vicinus, manu tenere, (quod etiam de Homero narratur in eius vita,) eiusque odore se recreare fingitur, atque interim de morte contemnenda et animae immortalitate amicos docere. Hunc librum iam Erasmus in praef. ad Aristot. recte iudicauit christiani esse scriptoris; meminit quoque Abrahami et Noae, qui fuerint omnibus sapientiores<sup>d)</sup>. Equidem *Manfredus*<sup>83)</sup>, qui in praef. eum ex Arabico hebraice pridem ab Abrahamo Leuita ben Chasdai circa ann. Chr. 1200. (conf. *Io. Christoph. Wolfii* bibl. hebr. tom. I. pag. 57.) translatum latinam in linguam vertisse se ex Hebraeo testatur, ait, Aristotelem hunc in exitu vitae suae edidisse, quo probaret, sapientes de hospitii lutei exitu non dolere. Etiam loquens et ad scripta sua pronocans Aristoteles inducitur. Qui vult intelligere, inquit, philosophiam, et esse sapiens, legat et addiscat octo primos libros (Physicorum,) quos aggregaui, quousque peruenit ad librum de anima, et de ipso cognoscet — — — Et rationabiliter decet, philosophiam scire omnes huiusmodi rationes, ut sophistica non fallatur, nec verbis capiatur, et intelligat locos et propositiones, in quibus sit ei sophisma: et in his libris est veritas omnium scientiarum; sed non sunt particularia. Et aggregaui quemdam alium librum, qui dicitur *Metaphysica*, et declarauit in eo, quod firmiter superius et scilicet non sunt de naturis, quas videmus etc. M. minit pomi illius scriptor barbarus vitae Aristotelis, compositae versibus leoninis in *C. A. Heumannii* actis philos. XV. p. 366 sq. Sed  
nemo

f) Neque tamen est credibile, auctorem esse *Gottelm. de Campellis*, ut suspicatur *Nic. Staphorst* tom. 3. hist. eccles. Hamb. pag. 423.

gg) Verba eius haec sunt: Quapropter nos *Manfredus*, diui *Augusti* imperatoris *Friderici II.* filius, dei gratia princeps *Tarentinus* honoris montis sancti angeli dominus et illustris regis *Conradi* serui in regno *Siciliae* baiulus generalis — — cum corpus nostrum grauis infirmitatis adeo molestia maceraret, ut nulli de cetero posse corporaliter viuere crederemur — inter theologica et philosophica documenta nobis occurrit liber *Aristotelis*, principis philosophorum, qui de pomo dicitur, ab eo editus in exitu vitae suae, in quo probat, sapientes de hospitii lutei exitu non dolere — — quibus adstan-

tibus diximus, ut eum librum legerent — — quem librum cum non inueniretur inter Christianos, quoniam eum in hebraico legimus, translatum de arabico in hebraeum, sanitate rehabilitatum de arabico in hebraeum, sanitate rehabilitatum ad eruditionem multorum de hebraea lingua translulimus in latinam, in quo a compilatore quaedam recitabilia inseruntur. Nam dictum librum *Aristoteles* non vocauit (non titulum de pomo indidit libro) sed vocatus ab aliis extitit, qui causam hilaritatis mortis suae (*Aristotelis*) discere voluerunt, sicut in libri serie continetur. Occisus est *Manfredus* iste ann. Chr. 1266. *Siciliae* administrationem suscepit ann. 1251. Rex autem a *Siculis* saluatus, *Saracenorum* subnixus subsidio, 1250. conf. *I. C. Wolfii* bibl. hebraic. p. 57 et 222.

nemo facile erit haud obefae naris, qui lecto libro dubitabit, otiosi esse hominis commentum. Exstat et hebraice excusus Riuae Tridenti 1562. 4. sub titulo כפר התפוח vna cum libro R. Salomonis ben Gavirol virtutum animae, sed et Venetiis 1549. 4. et Francofurti ad Oderam 1693. 8. Etiam MStum occurrere in Vaticana, testatur Bartoloccus I. p. 482. Hebraicam versionem cum sua latina interpretatione notisque edidit *Io. Iustus Lofus* in diss. [inscripta: *I. I. L. biga dissertationum*, quarum prima exhibet librum de pomo Aristotelis, quod moribundus in manu gestauerit etc. ex arabica lingua olim in ebraeo-rabbinicam translatum a *R. Abr. Levita*, nunc latine versum et notis illustratum; altera ostendit consensum Kabbalisticorum cum philosophia academica et peripatetica dogmatum, cum praefat. *Io. Henr. Maii*. Gieslæ 1706. 4. vid. Catalog. Bunau. vol. I. tom. I. pag. 742. et tom. II. pag. 1040.] qui sola editione Francofurtensi vsum se testatur, et pag. 47 sq. obferuat, ab ipsis reici iudaeis, Maimonide et Gedaliah, tamquam librum supposititium, perinde vt alium *Beth Hassabath* et *librum mysteriorum*. (vid. Works of the learned, 1708. pag. 405. 443.) Ceterum veteris latinae versionis nullam facit mentionem, et male pag. 56. contra Buxtorfium (vid. eius biblioth. rabbin. pag. 427.) negat, Abrahamum Levitam vixisse circa ann. Chr. 1200. Nam valde iunior esse nequit, quum versione eius vsus fuerit Manfredus.

4) *Liber de Causis*, et doctrina philosophorum, diuisus in capita 32. Aristotelis non esse,prehenditur [P] ea ipsa ratione, quod multa, ab Aristotelis <sup>hh</sup>) dogmatibus diuersa, contineat, vt monuit Patricius pag. 26. discuss. Peripatet. vid. *Seldeni* Opp. tom. III. p. 1885.

5) *Libellus de intelligentia*, qui inscribitur, manifeste non est Aristotelis, sed cuiusdam, qui in Aristotelem est commentatus, et in librum de mundo praefatur.

6) *Liber de bona fortuna*, qui a Pomponatio de incantationibus pag. 209. citatur, et in iisdem antiquis latinis editionibus occurrit, nihil aliud est, quam cento confutus e locis quibusdam Eudemiorum Moralium, vt supra ad nr. XXXI. notare me memini.

7) Sunt et alia quaedam, non inter scripta Philosophi quidem edita, quod sciam; at quae tamen sub eius nomine feruntur. (*Librum de prudentia praefecti militaris post victoriam et cladem* sub Aristotelis nomine iactant Arabes. vid. Acta eruditor. tom. VIII. supplem. pag. 419. nec non *testamentum Aristotelis et Hippocratis*, ibid. pag. 422. [*Cyromancia Aristotelis*, Vlmae 1490. 4. vid. *Gemeiner* von den in der Regensburg. Stadt-Bibl. befindlichen — Büchern etc. pag. 201. (*Stravff*) Opera rariora bibl. Rebdorf. pag. 231. de *Platonis testamento libri VI*. secundum arabicam philosoph. biblioth. apud *Casirium* l. m. tom. I. pag. 307. vbi alia deperdita aut supposititia indicantur.] — Scriptum breue *de lapide philosophorum et de perfecto Magisterio*, (quod inscriptum, *Lapidarius Aristotelis de nouo e graeco translatus* prodit Merseburgi 1472. 4. cum Aristotelis, Polemonis et aliorum physiognomicis, et exstitit Mindae apud *Io. Lud. Bünnemannum*, rectorem Gymnasii.) occurrit latine inter scriptores verae Alchemiac, a *Guil. Gratarolo* collectos, Basil. 1561. fol. et inter scriptores artis auriferae ibid. 1593. 8. 1610. tom. I. pag. 232. in theatro chemico, Vrfellis 1602. 8. tomo III. pag. 56.

et

<sup>hh</sup>) In editione Venet. 1551. fol. inter Opera conuersus, et Auempaei ab aliis, vel Alpharabio Auerrois tomo VII. pag. 114. traditur ex Hebraeo vel Proclo adscriptus.

et Argentorati 1613. 1622. et 1659. 8. tomo III. et V. Incipit: *cum solerti indagine vniuersarum rerum* etc. [adde *Buhle* I. Opp. pag. 265. *Fabric.* infra in vol. XII. pag. 709 sq.] Aristotelis de *Gemmis et de Alchemia* Arabice MS. memorat *Labbeus* nouae Bibl. MSS. p. 255. [adde *Buhle* tom. I. Opp. p. 266.] Similiter sub Aristotelis nomine librum de *regiminibus coelestibus* (de Astrologia, arabice, *Hotting.* pag. 255. Bibl. Or.) iactarunt nugiuenduli: quos expuldit *Ioh. Picus Mirandulanus* lib. I. contra Astrolog. pag. 284. Idem reiecit librum de *secretis secretorum*, seu de *regimine regum*, ad Alexandrum M. qui MS. exstat in Bibl. Vaticana, vnde iconem ingentis cornu stentorei, quo per 100 stadia exercitum conuocare potuit rex, exhibet *Athanasius Kircherus* in lib. II. part. I. cap. 7. in arte magna lucis et umbrae pag. 159 sqq. et *Phonurgia* pag. 132. tom. II. pag. 274. Conf. *Georgii Paschii* inuenta nou-antiqua pag. 103 sqq. *Iourn. des Sauians* 1713. II. pag. 230. et *Morhofii* stentorem hyaloclasten cap. 7. et 14. Fuerunt et in bibliotheca Renati Moreau teste *Labbeo* pag. 215. Aristotelis secreta secretorum et *Epistola de conseruatione humani corporis*, versa per nescio quem *Nicolaum*, (eundem forte, qui mysticam philosophiam transtulit, de qua nr. XXXVI.) Platonis et Aristotelis *Epistolae de anima hominis, et quatuor temporibus*. [In bibliotheca *Erlangensi* Arist. epist. in secreta secretorum, s. de conseruatione sanitatis ad Alex. M. a Io. Hispano e graeco in latin. translata, (vid. *Hocker.* cat. pag. 81.) in bibl. *Bernensi*, teste *Sinnero* pag. 283. catalogi, est codex membranaceus, *Aristotelis liber secreti secretorum ad Alexandrum, quem transtulit Philippus Dom Guidoni, Tripolitano episcopo, ex arabico in latinum*, et *Sinnerus* ex libro exemplum subiecit. Exstat quoque mstus in bibliotheca monasterii S. Michaelis, *Venetis*, (vid. *Mittarelli* catal. pag. 894.) et in *medicea*, teste *Montfaucon.* bibl. bibliothecar. pag. 399. Editionem vetustam sine loci et anni et typographi nota, e versione Philippi, iussu Guidonis, habet bibliotheca *Rebdorfiana*, eamque describit cl. *Andr. Strauff* in Operibus rarioribus, quae latitant in biblioth. — in *Rebdorf, Eichstadii* 1790. 4. pag. 13. Cod. autem membran. *translatus integer Aristotel. de secretis secretorum s. de regimine principum, ex translatione Phil. ad Guidonem de Valentia* est in bibl. *Erlangensi*. vide *Hocker.* l. c. — Le Secret des secrets d'Aristote etc. litteris gothicis, sine l. et a. vid. *Denis* Suppl. Annal. *Maittair.* tom. II. pag. 494.] — In bibl. *Gust. Schroederi* pag. 328. in bibl. *Groningensi*, *Aristotelis secreta secretorum siue de regimine principum*, ex arabico versa latine a Magistro *Philippo, clerico in Valentia*, cum anonymo de Aristotelis vita et morte. [adde *Braun* in notitia — de libro — in bibl. — ad S. *Vdalricum et Afram*, part. II. pag. 58.] In catalogo MSS. Bibl. *Augustanae* pag. 51. inscribitur *Aristotelis liber de arte viuendi, qui etiam dicitur secretum et regimen principum. Est autem liber de seruanda sanitate per medicinam et dietam*. Exstat et hebraice ex Arabico translatus sub titulo סדר הטרדה סדר, cuius meminit *Hottingerus* p. 57. Bibl. Or. et *Bartoloccius* I. pag. 482. Sed et *Alexander Achillinus*, medicus ac philosophus, *Bononiae* ann. 1516. fol. post editionem ann. 1501. ibid. fol. impensis *Bened. Hectoris*, in lucem emisit opus *septisegmentatum*, in quo latine reperiuntur I. Aristotelis secretum "i) secretorum

N n 2

ad

ii) Librum de secretis secretorum sub Aristotelis nomine laudat *Thomas Bradwardinus* in causa dei contra Pelagium. — Ex graeco arabice, ex arabico latine versum reperit, et ex latino gallice vertit saeculo XIII. *Gotofridus de Waterfordia*,

ordin. praedicatorum. vid. *Iac. Echardum* tom. I. de scriptoribus ordin. praedicator. p. 467 sq. — In opere *septisegmentato* memorantur *Aesclepiades*, medicus, p. 10. liber *Aesculapiorum* pag. 5. (*Aesclepius*), *Hippocrates*, medicus, pag. 6. b. p. 8. *Sanayes*,

ad Alexandrum M. de Regum. regimine, de [P] Sanitatis conseruatione, de Physiognomia etc. cum prologo Iohannis <sup>kk</sup>), (qui transtulit librum) Hispanensis, filii Patricii <sup>ll</sup>). 2) Aristotelis (Theophrasti potius,) de signis aquarum, ventorum, tempestatum. 3) Aristotelis de mineralibus, lapidibus et metallis, ex arabico, vt videtur, translatus. 4) Alexandri Aphrodisiensis de intellectu. 5) Auerois de beatitudine animae. 6) Alexandri Achiilini Bononiensis de vniuersalibus. 7) Alexandri Macedonis in septentrionem monarchae de mirabilibus Indiae ad Aristotelem. Etiam Philippi secretum secretorum fuit in Bibl. Thuanca. Et Aristotelis *librum quaestionum babilonicarum* memorat Guevarra Horologii Principum II. 17. [Aristoteli falso tributus Zabaitarum liber *Hoislamchus*, item alius, de imaginibus loquentium. Maimonides More 427. Buxt. *Benzel*.] Parabolas, de cauenda mulierum consuetudine, hebraice a R. *Meir* versas, vid. *I. C. Wolfii* bibl. hebr. pag. 222. — Liber, cuius meminit *Albertus Magnus* in speculo astronomico *de libris licitis et illicitis* incipit: *Dixit Aristoteles Alexandro regi, si vis percipere* etc. addit *Albertus*: *Hic est liber, quem quidam vocant mortem animae*. At tempus est, vt, missis supposititiis Aristotelis scriptis, editiones germanorum eius operum recenscam. [P]

### XXXVIII. Editiones et versiones Operum Aristotelis.

*Index Scriptorum aliorumque virorum memorabilium, ab Aristotele laudatorum ad edit. Auel. Allobr. 1607. 8. confectus a M. Friderico Guilielmo Sturz<sup>mm</sup>).*

(Achilles, Anal. poster. II, 14. Rhet. I, 3. III, 16. Mirab. auscult. 114.

Aeschines, *περὶ Κρατύλου*, Rhet. III, 16. Aeschylus, Meteor. I, 6. bis. Hist. animm. IX, 49.

Sanayes, Graecus, p. 9. Plato, p. 6. Adam, inventor medicinae, p. 10. Enoch p. 10. b. sancti prophetae p. 6. 13. b. 17. b. Themistius, magni cornu stentorei repertor, p. 17. (conf. Abulpharagium p. 86 et 56.) Hermogenes, medicus, pag. 10. Hermes p. 15. Hermes triplex in philosophia pag. 12. b. eius tabula smaragdina, ibid. vbi bis pro *Hermete* male excusum *Hermogenes*, vti etiam p. 5. b. 3. b. in *praeceptis magni doctoris Hermogenis*, ibid. pro regno *calculatorum* legendum *Chaldaeorum*; liber cuiusdam Medorum pag. 15. quidam antiquorum philosophorum, (Salomo, ni fallor;) p. 15. Aristotelis liber de viribus lapidum, herbarum ac plantarum, p. 12. — Liber incipit: *Fili gloriosissime, iustitiae imperator*. — *Michael Neander* in Erotematis linguae hebraicae p. 558. eius libri meminit his verbis: *Aristotelis liber de secretis secretorum ad Alexandrum M. per Iohannem quendam, filium Patricii e graeca lingua in Chaldaeam* (in praefat. Iohannis legitur in *Romanam*;) translatus, ex chaldaea (fyriaca,) in arabicam, postea per Philippum quendam, clericum, (vocat se ipse minimum Clericorum Guidonis de Valentia Tripoli gloriosi pontificis, cuius

iussu opus illud vertisse se adfirmat,) ex arabica in latinam, impressus olim in Italia, quaternionibus 11. diuisus per capita 24. Tractat autem primo de moribus, officiis et virtutibus, quae regem decent: deinde de corporis custodia, de hora eligendi in astronomia: alchymistica quaedam, et copiosius de sanitate tuenda. [an hic est liber I. *de alimentorum regimine*? memoratus a Casirio l. c. tom. I. p. 308.] Postea de quatuor temporibus anni, de quatuor membris principalibus, de cognitione ciborum, aquarum et virorum, de balneis, de apertione venarum, de iustitia, de electione baiuli, siue ministri et consiliarii, notarii, nuntii, praepositi, de proceribus et eorum virtutibus; de forma praeliandi, de physiognomia.

<sup>kk</sup>) Baleus hanc versionem libri de regimine principum male tribuit Ioanni Scoto Erigenae.

<sup>ll</sup>) Scriptum manifeste supposititium, et Aristotele longe recentius, in quo Plinius citatur. confer *Petrum Petitem* de Nepente homericò, cap. 18. pag. 58 sq.

<sup>mm</sup>) In *Metaphysicis* sequutus sum rationem *Bessarionis*, quam cum reliquis contulit *Fabricius*.

- IX, 49. Ethic. Nicomach. III, 2. Poet. 4. 22.  
*Νιόβη*, Poet. 18.  
*Σίσυφος*, sine Aeschyli nomine, Poet. 18.  
*Φιλοκτήτης*, Poet. 22.  
*Χοηφόροι*, sine nomine, Poet. 16.  
Aeslion, Rhet. III, 10.  
Aesopus, Rhet. II, 20. bis.  
*οἱ Αἰσώπες μῦθοι* Meteor. II, 3. *οἱ Αἰσώπεις λόγοι* Rhet. II, 20. *ὁ Αἰσώπης Μῶμος*. De partib. animm. III, 2.  
Agathon, Ethic. Nicom. VI, 2. 4. Eudem. III, 1. 5. V, 2. 4. Rhet. II, 19. 24. Poet. 9. 15. 18. ter.  
(Ajax, Anal. poster. II, 14. problem. XXX. 1. et saepius.  
Alcaeus, Polit. III, 14. Rhet. I, 9.  
*ἐν τινὶ τῶν σχολίων μελῶν*, Polit. III, 14.  
(Alcibiades, Anal. poster. II, 14. Hist. animm. VI, 29. Rhet. II, 15. Poet. 9.  
Alcidamas, Rhet. II, 23. III, 3. quater.  
*ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ*, Rhet. I, 13.  
it. sine nomine, Rhet. II, 23.  
Alcmaeon, Hist. animm. I, 11. De anima I, 2. Problem. XVII, 3. Metaph. I, 5.  
*ὁ Κροτωνιάτης*, Hist. animm. VII, 1. De generat. animm. III, 2. Metaph. I, 5.  
Alcman, Hist. animm. V, 31.  
Amasis, Rhet. II, 8.  
*περὶ τῆς ποδανιπτῆρος*, Polit. I, 12.  
Anacharsis, Anal. poster. I, 10. Ethic. Nicom. X, 6.  
Anaxagoras, Phys. I, 4. bis. 6. III, 4. 5. IV, 6. VIII, 1. bis. 5. 9. De coelo I, 3. II, 12. III, 2. 3. bis. 4. IV, 2. De gener. et corrupt. I, 1. quater. Meteor. I, 3. 6. 8. 12. II, 7. 9. De partibus animm. IV, 2. 10. De generat. animm. I, 18. bis. III, 6. IV, 1. De anima I, 2. quater. III, 4. bis. De respiratione 2. bis. Ethic. Nicom. VI, 7. X, 9. Eudem. I, 5. V, 7. Rhet. II, 23. Problem. XI, 33. XVI, 8. De plantis I, 1. ter. 2. bis. De Xenophane, Zen. et Gorg. 2. bis. Metaph. I, 3. 4. 6. bis. 7. bis. IV, 4. 5. bis. 7. X, 6. XI, 6. XII, 2. 6. 10. XIII, 5. XIV, 4.  
*ὁ Κλαζομένιος*, Meteor. II, 7. Eudem. I, 4. Metaph. I, 3.  
Anaxandrides, Ethic. Nicom. VII, 11. Eudem. VI, 9. Rhet. III, 10. 11.  
*Γερντομανία*, Rhet. III, 12.  
*οἱ Εὐσεβεῖς*, Rhet. III, 12.  
Anaximander, Phys. I, 4. III, 4. De coelo II, 12. De Xenophane etc. 2. Metaph. XII, 2.  
Anaximenes, De coelo II, 12. Meteor. II, 7. De Xenophane etc. 2. bis. Metaph. I, 3.  
*ὁ Μιλήσιος*, Meteor. II, 7.  
Androcles, *ὁ Πιθεύς*, Rhet. II, 23.  
Androtion, *εἰς Ἰδριέα*, Rhet. III, 4.  
Anonymus, poeta, Ethic. Nicom. II, 5. V, 8. VII, 14. VIII, 1. IX, 11. 12. Magn. moral. II, 11. Eudem. I, 1. IV, 3. VI, 13. VII, 1. 2. 5. 10. Polit. I, 13. II, 7. Rhet. I, 6. 11. II, 9. 10. 21. 23. III, 6. 8. 9. 10. 11. 14. 17. Rhet. ad Alex. 26. Poet. 21. 22. Problem. XXV, 7. XXVI, 21. 43. 48. 59. De mundo 6. — In rhetoricis saepe quoque afferuntur loci ex oratoribus, quorum nomen non additum est. Conf. Epigramma, Oraculum, Prouerbiium.  
Antimachus, Rhet. III, 6.  
(Antipheron, *ὁ Ὀρέτης*, De memoria 1.  
Antiphon, Elench. I, 10. Phys. I, 2. II, 1.  
Nu 3 Eudem.

B. G. 3. 6. 26. Libri de mirabilibus auscultationibus editione usus sum Beckmanniana. Nomina eorum, qui non vulgo inter viros doctos numerantur, vncinis includenda putavi. *Sturz*. Hunc

indicem, multis vtilem, et diligenter confectum, beneuole mihi misit *Sturz*, professor eloquentiae in gymnasio Gerano celeb. quod grata mente profiteor. *Harl*.

- Eudem. III, 5. Rhet. II, 6. Quaest. mechan. prooem.  
 ἢ Ἀνδρομάχῃ, Eudem. VII, 4.  
 ὁ Μελέαγρος, Rhet. II, 23. conf. cap. 2.  
 Antisthenes, Topic. I, 9. Polit. III, 13. Rhet. III, 4. Metaph. IV, 29.  
 οἱ Ἀντισθένοι, Metaph. VIII, 3.  
 Apollodorus  
 ὁ Δήμιος, Polit. I, 11.  
 Ἀπόλλως, pars Odyssaeae, Poet. 23. vid. *Eustath.*  
 Archilochus, Polit. VII, 7. Rhet. II, 23. III, 17.  
 Archytas, Rhet. III, 11. Problem. XVI, 9. Metaph. VIII, 2.  
 Aripbrades, Poet. 22.  
 Aristides, Rhet. II, 23. III, 14.  
 Aristippus, Metaph. II, 2. Rhet. 2, 23.  
 Aristogenes, De spiritū 2.  
 Aristophanes, (apud Platonem) Polit. II, 4.  
 Aristophanes, Comicus, Poet. 3.  
 ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις, Rhet. III, 2.  
 Astydamas  
 ὁ Ἀλκμαίων ὁ Ἀστυδάμαντος, Poet. 14.  
 Autocles  
 εἰς Μιξιδημίδην, Rhet. II, 23.  
 Bias, Ethic. Nicom. V, 3. Eudem. IV, 1. Rhet. II, 13.  
 Bryson, Anal. poster. I, 7. Elench. I, 10. bis. Rhet. III, 2.  
 Herodoti filius, Hist. animm. VI, 5. Sed IX, 11. est Ἡρόδοτος ὁ τῆ Βρύσανος τῆ σοφιστῆ πατῆς.  
 Caeneus, Anal. poster. I, 9.  
 Callias, Elench. II, 2. 3. Rhet. II, 4. Metaph. I, 1. 7. VII, 5. 8. 10. 11. X, 9. XII, 3. XIII, 4. et saepius.  
 Callippides, Poet. 26. bis.  
 Callippus, Rhet. II, 23. bis. Metaph. XII, 8.  
 Callisthenes, Mirabil. auscult. 144.  
 Callistratus  
 ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ, Rhet. III, 17.  
 Carcinus, Poet. 17.  
 ἐν τῇ Ἀλόπῃ, Ethic. Nicom. VII, 8. Eudem. VI, 7.  
 ἐν τῷ Θυέσῃ, Poet. 16.  
 ἐν τῇ Μηδείᾳ, Rhet. II, 23.  
 ἐν τῷ Οιδίποδι, Rhet. III, 16.  
 ἐν τῇ Τυροῖ, Poet. 16.  
 Cephilodotus, Rhet. III, 10. ter.  
 Chaeremon, Rhet. II, 23. III, 12. Poet. 1. 24. Problem. III, 16.  
 Chares, Rhet. III, 10.  
 ὁ Πάριος, Polit. I, 11.  
 Charondas, Polit. I, 2. IV, 11. 13.  
 ὁ Καταναῖος, Polit. II, 12.  
 Chilon, Rhet. II, 12. 23.  
 Choerillus, Topic. VIII, 2. Rhet. III, 14.  
 Chonnidēs, Poet. 3.  
 Cleon, Metaph. VII, 15. X, 5.  
 Cleophon, Rhet. III, 7. Poet. 2. 22. κατὰ Κριτίς, Rhet. I, 15.  
 ἐν τῷ Μανδροβέλω, Elench. I, 14.  
 Clidemus, Meteor. II, 9.  
 Clisthenes, Polit. III, 2. V, 12. VI, 4.  
 Corax, Rhet. II, 24. Rhet. ad Alex. 1.  
 Corinthus  
 ὁ Λευκάδιος, De physiognomonía 3.  
 Corifeus, Anal. poster. I, 21. Elench. I, 13. II, 2. 3. 4. 5. 6. Phys. IV, 11. V, 4. De partib. animm. I, 4. De generat. animm. IV, 3. De memoria 1. De insomniis 3. Eudem. II, 1. Metaph. V, 6. VI, 2. VII, 11.  
 Crates  
 Λόγοι ἢ μῦθοι, Poet. 5.  
 Cratylus, Metaph. I, 6. III, 5.  
 Critias, De anima I, 2. Rhet. III, 16.  
 Ctesias, Hist. animm. II, 1. III, 22. VIII, 28.  
 ὁ Κνίδιος, De generat. animm. II, 2.  
 (Cydias, Rhet. II, 6.  
 Cypria s. Cypriaca, Poet. 23.  
 Deliacum, epigramma, Ethic. Nicom. I, 9.  
 Demades, Rhet. II, 24.  
 Demaratus, vid. Temaratus.  
 Democrates,

- Democrates, Rhet. III, 4.  
 Democritus, Physf. I, 2. 5. II, 2. III, 4. bis. IV, 6. VIII, 1. bis. De coelo I, 7. II, 12. III, 2. 7. bis. 8. IV, 6. De gener. et corrupt. I, 1. bis. 2. quinquies. 7. 8. bis. 9. Meteor. I, 6. bis. 8. - II, 3. 7. Hist. animm. IX, 39. De partib. animm. I, 1. bis. III, 4. De generat. animm. II, 4. bis. 7. in versione latina. 8. ter. IV, 1. ter. 3. 4. V, 8. bis. De anima I, 2. ter. 3. bis. 4. 5. bis. II, 7. De sensu 2. 4. bis. De divinatione per somnum 2. De respiratione 4. De plantis I, 1. De spiritu 3. De Xenophane etc. 2. Metaph. I, 4. IV, 5. ter. VII, 13. VIII, 2. XII, 2. XIII, 4.  
 ὁ Ἀβδηρίτης, De coelo III, 4. Meteor. II, 7. De generat. animm. II, 6. IV, 1. De respiratione 2.  
 ὁ Χῖος, Rhet. III, 9.  
 Demodocus, Ethic. Nicom. VII, 9. Eudem. VI, 8.  
 Demosthenes, Rhet. II, 23. 24. III, 4.  
 Dicaeogenes  
 ἐν Κυπρίοις, Poet. 16.  
 Diogenes, De gener. et corrupt. I, 6. Hist. animm. III, 2. De anima I, 2. De respiratione 2. bis. 3. Metaph. I, 3.  
 ὁ Ἀπολλωνιάτης, Hist. animm. III, 2.  
 Dionysius, Topic. VI, 6.  
 ὁ σοφιστής, De physiognomonia 3.  
 ὁ χαλκῆς ἐν τοῖς ἐλεγείοις, Rhet. III, 2.  
 Diophantus, Polit. II, 7.  
 Empedocles, Topic. I, 12. IV, 3. Physf. I, 4. bis. 6. II, 2. 8. VIII, 1. ter. De coelo II, 1. 12. ter. III, 2. ter. 3. 4. 6. 7. bis. IV, 2. De gener. et corrupt. I, 1. septies. 8. quinquies. II, 1. bis. 3. 6. ter. Meteor. II, 3. 9. IV, 9. De partib. animm. I, 1. bis. II, 2. De generat. animm. I, 18. ter. 23. II, 8. bis. IV, 1. quinquies. 3. 8. V, 1. De anima I, 2. 4. 5. ter. II, 4. 7. III, 3. 6. De sensu 2. bis. 4. bis. 6. De respiratione 7. 14. ter. Ethic. Nicom. VII, 5. VIII, 2. Magn. moral. II, 11. 12. bis. Eudem. VI, 3. VII, 1. Rhet. I, 13. III, 5. Poet. 1. 21. 25. Problem. XIV, 14. XXIV, 11. XXX, 1. De plantis I, 1. ter. 2. quater. De spiritu 3. 6. 9. De infecabilib. lineis, in fine. De Xenophane etc. 2. ter. Metaph. I, 3. 4. quater. 6. bis. 7. bis. III, 1. 3. 4. bis. IV, 5. bis. V, 4. XII, 2. 6. 10. XIV, 4.  
 ὁ Ἀκραγαντῖνος, De coelo I, 10.  
 ὁ Φυσικός, De mundo 6.  
 Φυσιολόγος, Poet. 1.  
 ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ, Physf. II, 4.  
 ἐν τοῖς Περσικοῖς, Problem. XXI, 22.  
 ἐν τοῖς Φυσικοῖς, Meteor. IV, 4.  
 ἀποδείξεις καὶ ἔπη, Ethic. Nicom. VII, 5. Eudem. VI, 3.  
 it. omisso nomine, Metaph. X, 2.  
 Epicharmus, De generat. animm. I, 18. Ethic. Nicom. IX, 7. Rhet. I, 7. III, 9. Poet. 3. Metaph. IV, 5. XIII, 9.  
 Μῦθοι, Poet. 5.  
 Epigramma, Rhet. I, 7. 9. Mirabil. aufcult. 145. Conf. Deliacum.  
 Epimenides, ὁ Κρής, Polit. I, 2. Rhet. III, 17.  
 Eubulus, (omisso nomine)  
 ἐν Μυσοῖς, Poet. 24.  
 Euclides  
 ὁ ἀρχαῖος, Poet. 22.  
 it. line nomine, in Commentario in librum περὶ ἀτόμων γραμμῶν 2.  
 Eudoxus, Ethic. Nicom. I, 12. X, 2. Metaph. I, 7. XII, 8. bis. XIII, 5. Mirabil. aufcult. 187.  
 Euenus, Ethic. Nicom. VII, 11. Eudem. II, 7. VI, 10. De virtutib. et vitiis. Metaph. IV, 5.  
 Euripides, De sensu 5. Ethic. Nicom. V, 11. VI, 9. VIII, 2. Magn. moral. II, 11. bis. Eudem. IV, 7. V, 8. VII, 10. Polit. III, 4. V, 9. 10. VIII, 5. Rhet. I, 11.

- I, II. II, 6. III, 2. 14. 15. Poet. 13. bis. 17. 18. 22. 25. bis.  
 Ἀλκμαίων eius, Ethic. Nicom. III, 1.  
 Ἐκάβη, Rhet. II, 23.  
 Μήδεα, Poet. 14. 18. et cap. 15. sine poe-  
 tae nomine.  
 Τήλεφος, Rhet. III, 2.  
 Φιλοκτήτης, Rhet. ad Alex. 19.  
 Φοίνισσα, Ethic. Nicom. IX, 6. non addi-  
 to Euripidis nomine, quod saepius  
 fit in poetica, vt Ἐλλη Poet. 14.  
 Ἰφιγένεια in Aulide Poet. 15. in  
 Tauris Poet. II. 14. 16. bis. Κρησ-  
 φόντης Poet. 14. Ὀρέτης Poet. 15.  
 Conf. 25.  
 Eurypylus, poema, Poet. 23.  
 Eurytus, Metaph. XIV, 5.  
 Geryones, poema, Problem. XIX, 48.  
 Glauco, Poet. 25.  
 ὁ Τήιος, Rhet. III, 1.  
 Gorgias, Elench. II, 9. Polit. I, 13. Rhet.  
 III, 1. 3. ter. 7. 17. 18.  
 ὁ Λεοντίνος, Polit. III, 2.  
 ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ λόγῳ, Rhet. III, 14.  
 Ἐγκώμιον εἰς Ἡλέως, Rhet. III, 14.  
 Hegemon, ὁ Θάσιος,  
 Παρωδία, Poet. 2.  
 Hegesippus, Rhet. II, 23.  
 Heraclitus, Topic. I, 9. VIII, 3. bis. Phys.  
 I, 2. bis. III, 5. Meteor. II, 2. De  
 partib. animm. I, 5. De anima I, 2.  
 De sensu 5. Ethic. Nicom. II, 2. VII,  
 5. VIII, 2. X, 5. Eudem. II, 7. VI,  
 3. VII, 1. Polit. V, 11. Rhet. III, 5.  
 bis. De mundo 6. Metaph. I, 6. IV,  
 3. 5. 7. 8. XI, 5. 6. 10. XIII, 4.  
 ὁ Ἐφέσιος, De coelo I, 10. III, 1. Magn.  
 moral. II, 6. Metaph. I, 3.  
 ὁ σκοτεινός, De mundo 5.  
 οἱ Ἡρακλειτίζοντες, Problem. XIII, 6.  
 XXIII, 30. Metaph. III, 5.  
 Ἡρακλήιδος auctor, Poet. 8.  
 Hermotimus, ὁ Κλαζομένιος, Metaph. I, 3.  
 (Herodicus, Rhet. I, 5. II, 23.  
 Herodorus, Brysonis pater, Hist. animm. IX,  
 11. Conf. VI, 5.  
 ὁ Ἡρακλεώτης, De generat. animm.  
 III, 6.  
 Herodotus, Hist. animm. III, 22. (VI, 5.)  
 VIII, 18. De generat. animm. II, 2.  
 Eudem. VII, 2. Rhet. III, 16. Poet. 9.  
 ὁ Θέριος, Rhet. III, 9.  
 ὁ μυθολόγος, De generat. animm. III, 5.  
 Heroica, Ethic. Nicom. I, 10.  
 Hesiodus, Phys. IV, 1. De coelo III, 1.  
 Ethic. Nicom. I, 2. Polit. I, 2. V, 10.  
 Oecon. I, 2. 4. De Xenophane etc. I,  
 2. Metaph. I, 4. bis. 7. II, 4.  
 it. omisso nomine Rhet. II, 4. 10. Pro-  
 blem. IV, 26.  
 Hippasus, ὁ Μεταποντίνος, Metaph. I, 3.  
 Hippias, Metaph. IV, 29.  
 ὁ Θάσιος, Poet. 25.  
 Hippocrates, Elench. I, 10. Meteor. I, 6. 7.  
 Eudem. VII, 14. Polit. VII, 4.  
 ὁ Χίος, Meteor. I, 6.  
 Hippodamus Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, Polit.  
 II, 8. bis.  
 Hippon, De anima I, 2. Metaph. I, 3.  
 Homerus, Topic. VIII, 2. Elench. I, 9.  
 Meteor. I, 14. Hist. animm. III, 3. 12.  
 VI, 20. 21. 28. VIII, 28. IX, 32. 44.  
 De partib. animm. III, 10. De generat.  
 animm. V, 5. De anima I, 2. III, 3.  
 De animalium motione 4. Ethic. Ni-  
 com. III, 5. 11. bis. 13. V, 11. VII, 1.  
 7. VIII, 12. 13. Magn. moral. I, 20.  
 (21.) Eudem. III, 1. 7. IV, 7. VI, 1.  
 6. Polit. I, 2. bis. 12. III, 5. 14. IV,  
 4. VIII, 3. Oecon. I. append. bis.  
 Rhet. I, 6. 11. 15. II, 3. 23. III, 11. 12.  
 16. Poet. 1. 2. 3. bis. 4. ter. 8. 15. 23. 24.  
 ter. Problem. X, 38. (29.) XXIII, 23.  
 XXVI, 33. XXX, 1. bis. De mundo 6.  
 Metaph. IV, 5.



- Ilias Anal. poster. II, 7. Elench. II, 4.  
 Hist. animm. IX, 12. Poet. 4. 8. 15.  
 18. 23. 24. 26. bis. Metaph. V, 24.  
 VII, 4. bis. VIII, 6.
- Margites, Ethic. Nicom. VI, 7. Eudem.  
 V, 7. Poet. 4. bis.
- Odyssæa, Poet. 4. 8. bis. 13. 17. 23. 24. bis.  
 26. Ἐκθεσις f. lib. IX. Poet. 24.  
 Νίπτρα f. lib. XIX. Poet. 16. Cf.  
 Ἀπόπλῆς.
- Versus, sine Homeri nomine, Elench. I, 3.  
 Ethic. Nicom. II, 9. Polit. III, 16.  
 Rhet. I, 7. bis. II, 2. quinquies. 3.  
 III, 4. 14. 15. 16. 17. Poet. 25. Pro-  
 blem. IX, 9. Metaph. XII, 10. Mi-  
 rabil. auscult. 113. 119. Conf. Ano-  
 nymus, it. Poeta.
- οἱ ἀρχαῖοι Ὀμηρικοί, Metaph. XIV, 6.
- (Iason, Polit. III, 4.  
 ὁ Θετταλός, Rhet. I, 12.
- Ileus, Magn. Moral. II, 7.
- Ilias parua, Poet. 23. bis.
- Iphicrates, Rhet. I, 9. II, 21. 23. bis. III, 2.  
 10. bis.  
 πρὸς Ἀριστοφῶντα, Rhet. II, 23.  
 ἐν τῇ πρὸς Ἀρμόδιον, Rhet. II, 23.
- Isocrates, Rhet. II, 19. III, 11. 14. 17.  
 Ἑλένη, Rhet. II, 23. III, 14.  
 ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, Rhet. III, 10.  
 Εὐαγόρας, Rhet. II, 23.  
 ἐν τῷ πανηγυρικῷ, Rhet. III, 7. (9.) 10. 17.  
 ἐν τῇ ἀντιδόσει, Rhet. III, 17.  
 ἐν τῷ συμμαχικῷ, Rhet. III, 17.  
 ἐν τῷ Φιλίππῳ, Rhet. III, 17.
- Italici, vid. Pythagorei.
- Λάκαινα, poema, Poet. 23.
- Lamprus, Magn. moral. II, 7.
- Leodamas, Rhet. I, 7.
- Leophanes, De generat. animm. IV, 1.
- Leptines, Rhet. III, 10.
- Leucippus, Phys. IV, 6. De coelo I. 7. III,  
 2. 4. De gener. et corrupt. I, 1. ter. 2.
- Vol. III.
- bis. 8. sexies. De animm. I. 2. Metaph.  
 I, 4. XII, 6. bis.  
 ἐν τοῖς καλεμένοις λόγοις, De Xenophane  
 etc. 6.
- Leuinus, Elench. I, 13.  
 Λιβυκοὶ λόγοι, Rhet. II, 20.
- Lycimnius, Rhet. III, 2. 12.  
 ἐν τῇ τέχνῃ, Rhet. III, 13.
- Lycoleon  
 ὑπὲρ Χαβρίδ, Rhet. III, 10.
- Lycophron, Elench. I, 14. Phys. I, 2. Rhet.  
 III, 3. bis. 9. Metaph. VIII, 6.  
 ὁ σοφιστής, Polit. III, 9.
- (Lyfander, Anal. poster. II, 14. Problem.  
 XXX, 1. et saepius.)  
 (Lyfithidas, Rhet. ad Alex. 2.)
- Magnes, Poet. 3.
- Maracus  
 ὁ Συρακῆσιος, Problem. XXX, 1.
- Megarici, Metaph. IX, 3.
- Melissus, Topic. I, 9. Elench. I, 4. 5. II,  
 5. Phys. I, 2. quinquies. 3. ter. III,  
 6. IV, 6. 7. De coelo III, 1. De  
 Xenophane etc. 4. 5. 6. Metaph. I, 5.  
 bis.
- Mnasitheus, Ὀπέντιος, Poet. 26.
- Moerocles, Rhet. III, 10.
- Musæus, Hist. animm. VI, 6. Polit. VIII, 5.
- Myniscus, Poet. 26.
- Neoptolemus, poema, Poet. 23.
- Nicanor, Rhet. ad Alex. 1.
- Nicocharis, ὁ τὴν Δηλιάδα ποιήσας, Poet. 2.  
 (Oeneus, Rhet. III, 16.)
- Onomacritus  
 ὁ Λοκρός, Polit. II, 12.
- Ὀπλων κρίσις, poema, Poet. 23.
- Oraculum, Rhet. III, 5.
- Orpheus, Oecon. I. append.  
 τὰ Ὀρφικά, De mundo 7.  
 τὰ Ὀρφικά καλεμένα ἔπη, De anima  
 I, 5.  
 τὰ καλεμένα Ὀρφέως ἔπη, De generat.  
 animm. II, 1.
- Oo (Oxylyus,

- (Oxylus, Polit. VI, 4.)  
 (Pamphila  
*Λατῶς θυγάτης*, Hist. animm. V, 19.)  
 Pamphilus, Rhet. II, 23.  
 Parmenides, Elench. II, 7. Phys. I, 2, ter. 3.  
 ter. 5. 9. III, 6. De coelo III, 1. De  
 gener. et corrupt. I, 3. II, 3. De par-  
 tib. animm. II, 2. Commentar. in li-  
 brum *περὶ ἀτόμ. γραμμῶν* 1. ter. 5. De  
 Xenophane etc. 2. 4. Metaph. I, 3. 4.  
 5. ter. II, 4. III, 5. XIV, 2.  
 Parmenon ὁ ὑποκριτής, Problem. XXVII, 3.  
 Paron Pythagoreus, Phys. IV, 13.  
 ὁ Ἀίγιος, Polit. V, 10.  
 (Passon, Metaph. IX, 8.)  
 Periander  
 ὁ Κορίνθιος, Rhet. I, 15.  
 Pericles Rhet. II, 15. III, 4. 10. bis. 18. et fae-  
 pius.  
*τὸν ἐπιτάφιον λέγων*, Rhet. I, 7.  
*Πέρσις Ἰλίου*, Poet. 18. 23.  
 Phaleas, ὁ Χαλκηδόνιος  
*ἐν πολιτείᾳ*, Polit. II, 7. ter.  
 (Phaylus, Rhet. III, 16.)  
 Pherecydes, Metaph. XIV, 4.  
 ὁ Σύριος, Hist. animm. V, 31.  
 Plaidon, Polit. V, 10.  
 ὁ Κορίνθιος, Polit. II, 6.  
 Philaegides, De diuinat. per somnum 2.  
 Philemon, ὁ ὑποκριτής, Rhet. III, 12.  
 Philippus, ὁ κωμωδιδάσκαλος, De anima  
 I, 3.  
 Philocrates, Rhet. II, 3.  
 Philoctetes, poema, Poet. 23.  
 Philolaus, Eudem. II, 8.  
 ὁ Κορίνθιος, Polit. II, 12.  
 Philoxenus, Polit. VIII, 7. Problem. XXVIII, 7.  
 ὁ ἐξ Ἰγείδος, Eudem. III, 2.  
*Μακεδῶν*, Oecon. II.  
*Eius κύκλωπες*, Poet. 2.  
 Phocylides, Polit. IV, 11.  
 Phormis, scripsit μύθους, Poet. 5.  
 Phrynichus, Problem. XIX, 31.  
 Phrynus, Metaph. II, 1.  
 Physiologi, Metaph. I, 7. IV. 23.  
 Pindarus, Oecon. I. append. Rhet. II, 24.  
 vid. Poet. 26. omisso nomine Rhet. I, 7.  
 Pitholaus, Rhet. III, 10.  
 Pittacus, Anal. prior. II, 27. Polit. II, 12. III,  
 14. Rhet. II, 12. 25.  
 Plato, Topic. IV, 1. VI, 2. bis. 5. Phys. I,  
 4. III, 4. ter. 6. VIII, 1. De gener.  
 et corrupt. I, 2. 8. II, 3. Ethic. Ni-  
 com. I, 2. II, 2. X, 2. Magn. mor-  
 al. I, 1. De virtutib. et vitiis, ab init.  
 Polit. II, 12. Rhet. I, 15. Problem.  
 XXX, 1. 6. De plantis I, 1. Commen-  
 tar. in lib. *περὶ ἀτόμ. γραμμ.* I. bis.  
 De mundo 7. Metaph. I, 6. quater. 7.  
 bis. III, 1. 4. IV, 5. V, 11. VI, 2.  
 VII, 2. X, 2. XI, 8. XII, 3. 6. bis.  
 XIII, 8. Conf. Aristophanes.  
*ἐν τῷ Φαίδωνι*, De gener. et corrupt. II, 9.  
 Meteor. II, 2. Metaph. I, 7. XIII, 5.  
*Εὐθυδήμης λόγος*, Elench. II, 3. Rhet. II,  
 24.  
*ἐν τῷ Γοργία*, Elench. I, 12.  
*ἐν τῷ Μένωνι*, Anal. prior. II, 21. Anal.  
 poster. I, 1.  
*ἐν τῷ ἐπιτάφιῳ*, f. Menexeno Rhet. III, 14.  
*ἐν τῇ πολιτείᾳ*, Magn. moral. I, 33. (all.  
 34.) Polit. II, 1. IV, 4. 7. V, 12. VIII,  
 7. Rhet. III, 4.  
*τὰς νόμους γράφων*, Polit. II, 7. ἐν τοῖς νό-  
 μοις, Polit. II, 9.  
*ἐν τῷ Τιμαίῳ*, Phys. IV, 2. bis. De coe-  
 lo I, 10. II, 12. III, 1. 2. 8. IV,  
 2. De gener. et corrupt. I, 2. 8. II,  
 1. 5. De anima I, 2. De sensu 2.  
 De respiratione 5. Conf. Timaeus.  
*ἐν τῷ Φαίδρω*, Rhet. III, 7.  
 Poeta, Phys. II, 2. De mundo 6. bis.  
 Polus, Metaph. I, 1.  
 Polybus, Hist. animm. III, 5.  
 Polycletus, Phys. II, 3. Ethic. Nicom. VI,  
 7. Eudem. V, 7.

- P Iycrates,  
*εις Θρασύβελον*, Rhet. II, 24.  
*εις τες μίς*, Rhet. II, 24.
- P Iycritus,  
*ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν*, Mirabil. aufcult. 122. Conf. cap. 142. ibique Beckmann.
- Polyuctus, Rhet. III, 10.
- Polyides, Poet. 17.  
*ὁ σοφιστὴς περὶ τῆς Ἰφιγενείας*, Poet. 16.
- Prodicus, Topic. II, 2. Rhet. III, 14.  
*ὁ ἰατρός*, Eudem. VII, 10.
- Protagoras, Elench. I, 13. Ethic. Nicom. IX, 1. Rhet. II, 24. III, 5. Poet. 19. Metaph. III, 2. IV, 4. 5. IX, 3. X, 1. XI, 6.
- Protarchus, Physf. II, 6.
- Prouerbiales versus, Ethic. Nicom. V, 3. IX, 10. Eudem. IV, 1. VI, 2. VII, 2. Polit. I, 7. VII, 7. Problem. XX, 2. XXVI, 28. 31. 47.
- Πτωχεία, poema, Poet. 23.
- Pythagoras, Magn. moral. I, 1. Rhet. II, 23. Metaph. I, 5.
- Pythagorci, f. Italici, Anal. poster. II, 11. Physf. III, 4. 5. IV, 6. De coelo I, 1. II, 2. ter. 9. 12. bis. III, 1. Meteor. I, 6. 8. De anima I, 2. De sensu 3. 5. Ethic. Nicom. I, 4. II, 5. V, 8. Magn. moral. I, 33. (34.) Eudem. IV, 3. Oecon. I, 4. Problem. XV, 3. Comment. in librum de infecabilib. lineis 2. Metaph. I, 5. quater. 6. sexies. 7. bis. III, 1, 4. VII, 11. X, 2. XII, 7. XIII, 4. 6. bis. 8. XIV, 3. ter.
- Πυθαγορικοί μῦθοι, De anima I, 3.
- Sappho, Rhet. I, 9. II, 23. bis.
- Sardo, poema, Physf. IV, 11.
- Satyrus, *ὁ Φιλοπάτωρ*, Ethic. Nicom. VII, 6. Eudem. VI, 4.  
*ὁ Κλαζομένιος*, Problem. III, 26.
- Scylax, Polit. VII, 14.
- Sibylla, Mirabil. aufcult. 97.
- Simonides, Hist. animm. V, 8. Ethic. Nicom. IV, 2. Rhet. I, 6. 9. II, 16. III, 2. Metaph. I, 2. XIV, 3.
- Sinon poema, Poet. 23.
- Socrates, Elench. II, 8. Physf. V, 4. De partib. animm. I, 1. 4. Ethic. Nicom. III, 11. IV, 13. VI, 13. bis. VII, 3. bis. 5. Magn. moral. I, 1. bis. 9. 20. (21) 34. (35.) II, 6. Eudem. I, 5. III, 1. bis. V, 13. bis. VI, 2. bis. 3. VII, 1. 14. Polit. I, 13. II, 1. 2. 3. bis. 4. bis. 5. quinquies. 6. ter. IV, 4. V, 12. VIII, 7. bis. Rhet. I, 2. 9. II, 4. 15. 20. 23. quater. III, 14. 18. Problem. XXX, 1. Metaph. I, 1. 3. 6. 7. III, 6. IV, 2. 4. V, 7. 9. 29. VII, 6. 8. 10. 11. 13. 15. X, 5. XII, 3. 8. XIII, 4. ter. 5. 9.
- Socratici, Rhet. III, 16.
- Σωκρατικοὶ λόγοι, Poet. 1.
- Socrates, *ὁ νεώτερος*, Metaph. VII, 11.
- Solon, Ethic. Nicom. I, 11. bis. X, 9. Eudem. II, 1. Polit. I, 8. II, 7. 12. III, 11. IV, 11. Rhet. I, 15. II, 23.  
*ἐν τοῖς ἐλεγείοις*, Rhet. I, 15.
- Sophocles, Rhet. I, 14. II, 23. III, 9. 14. 15. 16. 18. Poet. 3. 4. 18. 25. Metaph. V, 5.
- Ἀντιγόνη, Rhet. I, 13. 15. III, 16. 17. Cf. Poet. 14.
- Ἡλέκτρα, omisso poetae nomine, Poet. 24.
- Λυγκεύς, Poet. 11.
- Οἰδίπυς (τύραννος), Poet. 11. bis. 14. bis. 15. 16. 24. 26.
- ἐν τῷ Τηρεῖ*, Poet. 16.
- Φιλοκτήτης, Ethic. Nicom. VII, 3. 10. Eudem. VI, 2. 9.
- Sophron,  
 Μίμοι, Poet. 1.
- Sofistratus, Poet. 26.
- Speusippus, Ethic. Nicom. I, 4. VII, 14. Eudem. VI, 13. Metaph. VII, 2. XII, 7.

- Stesichorus, Hist. animm. V, 9. Rhet. II, 20. bis. 21. III, 11.
- Sthenelus, Poet. 22.
- Stratis, De sensu 5.
- Stratonicus, Eudem. III, 2.
- Syennesis, Hist. animm. III, 2.  
ὁ Κύπριος, Hist. animm. III, 2.
- Telecles, ὁ Μιλήσιος,  
ἐν τῇ πολιτείᾳ, Polit. IV, 14.
- Telegonus,  
ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεΐ, Poet. 14.
- Temaratus, s. Demaratus, Mirabil. auscult. 192.
- Terpander, Problem. XIX, 32.
- Thales, De anima I, 2. 5. Ethic. Nicom. VI, 7. Eudem. V, 7. Polit. I, 11. bis. II, 12. Metaph. I, 3. bis.  
ὁ Μιλήσιος, De coelo II, 12. Polit. I, 11.
- Themistocles, Elenchi. II, 2. et saepius.
- Theodamas, Rhet. III, 4.
- Theodectes, Rhet. II, 23. III, 9. Rhet. ad Alex. 1.  
ἐν τῷ Αἰάντι, Rhet. II, 23. bis.  
ἐν τῷ Ἀλκμαίονι, Rhet. II, 23.  
ἢ Ἐλένη, Polit. I, 6.  
ἐν τῷ Λυγκεΐ, Poet. 18.  
ἐν τῷ Ὀρέση, Rhet. II, 24.  
ὁ Σωκράτης, Rhet. II, 23.  
ἐν τῷ Τυδεΐ, Poet. 16.  
ὁ Φιλοκτήτης, Ethic. Nicom. VII, 8. Eudem. VI, 7.
- Theodorus, Elench. II, 9. Rhet. II, 23. III, 2. II. 13. Conf. Poet. 20.  
ὁ τῆς τραγωδίας ὑποκριτῆς, Polit. VII, 17.
- Theognis, Ethic. Nicom. IX, 9. X, 10. Eudem. III, 1. VII, 2. 10. Conf. Anonymus.
- Theopompus, Polit. V, 11.
- Thesēidis auctor, Poet. 8.
- Thibron,  
περὶ πολιτείας Λακωνῶν, Polit. VII, 14.
- Thrasymachus, Elench. II, 9. Rhet. III, 8. II.
- ἐν τοῖς ἐλέοις, Rhet. III, 1.
- Timaeus, De anima I, 3. De sensu 2. Cf. Plato.  
ὁ Λοκρῆς, Mirabil. auscult. 192.
- Timotheus, Metaph. II, 1. bis.  
Πέρσαι, Poet. 2.
- Tisias, Elench. II, 9.
- Troades poema, Poet. 23.
- Tyrtaeus,  
Εὐνομία, Polit. V, 7.
- Xenarchus,  
Μίμοι, Poet. 1.
- Xenocrates, Topic. II, 2. VI, 2. VII, 1. bis. Commentar. in librum de lineis infecabilib. 1. bis.
- Xenophanes, Rhet. I, 15. bis. II, 23. bis. Poet. 25. De Xenophane etc. 2. Metaph. I, 5. bis. III, 5. Mirabil. auscult. 37.  
ὁ Κολοφώνιος, De coelo II, 12.
- (Xenophantus, Ethic. Nicom. VII, 8. Eudem. VI, 7.)
- Xuthus, Phys. IV, 9.
- Zaleucus, Polit. II, 12.
- Zeno, Anal. prior. II, 19. Topic. VIII, 3. Elench. I, 9. 10. II, 4. 7. Phys. IV, 1. 3. VI, 2. 9. bis. VII, 5. VIII, 7. Rhet. I, 12. De infecabilib. lineis, ter. Commentar. ad hunc librum 1. bis. 5. 6. ter. De Xenophane etc. 2. 4. 5. 6. bis. Metaph. II, 4.

*Hactenus index.*

[Contextum graecum ad nos nec integrum nec incorruptum peruenisse, nec pristinae integritati suae omnino posse reddi, propter fata, quae Aristotelis manuscripta post eius mortem subierunt, veteres iam sunt conquesti, et hodie inter omnes constat. Codices enim, Aristotelis manu exarati, diu sub claustris serisque retenti, indeque humore corrupti blattis-

que

que arrosi tandem ab Apelicone Teio, magno pretio emti atque Athenas translati, et in nova exempla transcripti, sunt ex eius ingenio suppleti et emendati. Alia exempla ab ineptis librariis romanis et graecis sunt deformata, postquam Andronicus, Rhodius, cui libri Aristotelis per Tyrannionem innotuerunt tempore Sullae, illos in *πραγματείας* distribuerat, pluribusque bibliopolis describendos diuulgandosque dederat. conf. *Strabo* XIII. pag. 609. (s. pag. 906 sq. edit. Almelou.) ibique not. Casauboni. Denique interpretes graeci pro lubitu multa mutarunt, interpolauerunt et addiderunt: quae mutationes postea sine auctoris nomine in libros, ad eorum exempla scriptos, transferunt. Quod tamen interpretes graeci, de lectione aristotelica solliciti, ipsum nouum textus librorum Aristotelis quasi recensum fecerunt, et codices, qui vetustate omnes, qui adhuc supersunt, vicerunt, vtiliter vsurparunt, opera et vsus illorum ad innumera Aristotelis loca mendosa, quae ex codicibus librorum aristotelicorum superstitibus nihil auxilii et medelae accipere possunt, sananda mire facit. De fatis bibliothecae Aristotelicae causisque textus corrupti vid. *Bayle* Diction. artic. *Andronique*, praecipue *Tyrannion* not. *D. Francisc. Patricius* in discuss. peripatet. tom. I. lib. 4. p. 36. *Brucker*. in Otio Vindelico pag. 80 sqq. et in histor. crit. phil. vol. I. pag. 799 sq. *Villoison*. Anecd. graec. tom. II. p. 136 sq. not. 1. *Heyne* in Opuscul. acad. tom. I. p. 126 sq. in primis *Buhle* in praef. ad tom. I. Opp. Aristot. p. XVII sqq. qui in nota p. XIX. conciliat *Athen. Deipnos. I.* p. 3. B. cum *Strabone* et *Plutarcho*, qui repugnare isti videntur. adde infra §. XXXIX.

*Codices MSSti* singulorum librorum aristotelicorum, et interpretum graecorum non minus, quam arabicorum aliorumque multi supersunt, et passim latent in bibliothecis. Multos quoniam passim commemoravi, omnes autem fere enumeravit cel. *Buhle* in tom. I. Oper. Aristotelis, in elencho codicum Arist. p. 155 — 201. atque librorum philosophi interpretes graecos, arabicos, eorumque commentarios, atque latinos pag. 275 — 358. diligenter copioseque recensuit, nolo repetitione illorum chartam tempusque perdere. Id tantum adnotare iuuat, codices, qui *omnia Aristotelis opera* exhibeant, admodum raros esse, et tres tantum in bibliotheca Vaticana exstare, obseruante *Montfaucon* in bibl. bibliothec. tom. I. p. 33. Idem *Montfaucon* in diario italico prodit, reperiri in bibl. *ambrosiana Mediolanensi* (pag. 14.) multos *Aristotelis* operum codices, item *Simplicii*, *Syriani*, *Porphyrii*, *Heveronii*, *Ioannis*, grammatici, commentarios in Aristotelem manu exaratos, *Pfellum* in physica Arist. cod. membran. XII. saec. et *Hammonis* comment. in libros Aristot. *περὶ ἐμπνεύσεως*, in bibl. *Veneta* D. Marci codices bene multos Aristotelis (p. 64.), in bibl. *Neapolitanis* Stagiritae codd. bene multos cum variis interpretibus, (p. 306 et 310.) in bibl. B. Mariae *Florentina*, *Aristot. rhetor. Simplicii* in Arist. categorias et *Porphyrii* isagogen (pag. 367.) *Argyropyli* et *Leonardi Aretini* versiones latinas (pag. 375.) — In bibl. *Mutinesi*, *Alexandri Aphrodisisci*, *Simplicii*, *Aspasi*, *Blemmydae*, *Io. Philoponi* et aliorum paene innumerorum codd. in Aristotelem, (p. 33.) — In bibliotheca *Rehdigeriana* Wratislau. exstare multa Aristotelis msssa, nude notat *Krausz* in memorabilibus illius bibl. pag. 88.

Arabes, praecipue, quos illi potissimum sequuti sunt, Syros in vertendis atque interpretandis Aristotelis scriptis multum versatos esse, aliquoties iam notauimus. *Casiri* eos codd. qui in bibl. regia Escorialensi custodiuntur, in bibliotheca arabico-hispana Escorial. Matriti 1760. fol. II. voll. diligenter recensuit. *I. Petr. de Ludewig* in diss. siue historia philosophiae apud Turcas, (Halae 1691. rec. in *Chr. Ern. de Windeheim* fragmentis historiae phi-

lofophicae, Erlangae 1753. 8. p. 1 fqq.) §. 3 fqq. §. 10 fqq. fata philofophiae, dialectices imprimis aristotelicae, apud Turcas et Arabes, atque praecipuos fcriptores perfequitur. Curatius tamen verfatus eft in hoc argumento pertractando Io. Andr. Michael Nagel in diff. de ftudio philofophiae graecae inter Arabes, Aldorf. 1745. rec. in *Windhemii* farragine f. fragmentis mem. p. 56 fqq. Ille vir, poft fata quoque celeberrimus, §. 4. docet, Arabes praecipue philofophiae aristotelicae operam dediffe; §. 5. recenfet quosdam cultores philofophiae graecae apud Arabes; §. 7. interpretes quosdam arab. enumerat, et §. 8. ac 9. docet, interpretationes arabicas librorum graecorum non admodum magni effe aestimandas, ideoque miferas fuiffe primas Aristotelis verfiones latinas ex verfionibus arabicis factas, et cauffas aperit, quia ipfius linguae graecae flos illis temporibus periiffet, et Syri, quos Arabes faepe tamquam duces in verfionibus fuis fequebantur, vocabula graeca non intellexiffent, eamque ob cauffam Arabes, ea fi vertebant, plerumque male vertiffent; §. 11. epiftolam Aristotelis ad Alexandrum M. quae infpidam redolet fabulam, et in qua Ariftoteles fuos ipfius libros flammis tradendos cenfet, ex Gedaliae libro: *שאלה הקבלה* p. 83. col. 2 sq. repetit. — Docte etiam difputat cl. *Buhle* de ftudii graecarum litterarum inter Arabes initiis et rationibus, in *Commentatt. societ. reg. doctinarum Gotting.* ann. 1791. et de verfis praecipue aristotelicis fcriptis atque interpretibus arabicis, quos fecundum ordinem litterarum enumerat, eorumque libris atque editionibus, in vol. I. *Opp. Aristot.* p. 315 — 327. [Cf. *Herbelot. Bibl. Orient. Art. Ketab; Giamb. Toderini Letterature Turchesca T. I. p. 79. et in Catal. Bibl. Constant. T. II. p. 73. etc. Iof. Rodriguez de Castro Bibl. Efpañola T. I. paffim, v. c. p. 346.*] — Ad-dam, quae Fabric. orae adleuerat: „Arabice commentariis Ariftotelem illuftrauit *Abulpharaius*, monachus Nestorianus, qui a Chr. 1047. obiit, diuerfus a *Gregorio Abulpharao*, qui dynaftiarum fcripfit hiftoriam, et defunctus eft ann. 1286. vid. *Affemannum* tom. II. *bibl. orient.* p. 309.“ vide quoque infra de verfionibus. Idem in nota msta iuffit h. l. inferere *Eusebii Renaudoti* de barbaricis Ariftotelis librorum verfionibus difquiffionem, quam ab auctore Parisiis miffam acceperat, et in vol. XII. p. 246 fqq. primus dederat: eius confilio eo lubentius obtemperavi, quia faepius ad illam a viris doctis prouocatum effe cognoui.

EVSEBII RENAVDOTI de barbaricis Ariftotelis librorum verfionibus difquiffio, ad virum eruditiff. Antonium Mariam Saluinium, Gr. L. in academia Florentina Profefforem.

1) De barbaricis Ariftotelicorum librorum interpretationibus proluxa fane, fi quis omnia perfequi vellet, neque multum vtilis foret tractatio, quae, fi ad aliquot hiftoriae litterariae capita reducatur, praeter raritatem, (paucos enim de hoc argumento recte fcripiffie, manifeflum eft,) habet vtilitatis nonnihil: coenosos enim philofophiae fcholasticae, horridae illius, et ab ariftotelica mundicie alieniffimae, fontes aperit; in qua plus, quam oportebat fapere, neque faepe ad fobrietatem maiores noftri fibi vifi funt, dum philofophiam, multis modis contaminatam, ambitiofe profitebantur; neque tamen quicquam minus, quam Ariftotelem fcirent et docerent. Ex prauis enim interpretationibus ratas illas plerorumque magiftrorum fententias, feu *νομίας δόξας* eorum, qui Reales, Nominales, aut aliter quomodocumque adpellati funt, vaniffimas propemodum omnes, ortas fuiffe, certiffimum eft: quae quo magis laboratum fuit in illis recenfendis aut emendandis, tanto obfcurores illae factae fuerunt, adeo, vt nihil minus in fcholis, quam Ariftoteles praelegeretur; antequam illuftriffimae familiae medicae beneficio, comparatis ipfis Graecorum codicibus, graue illud virus verfionum barbararum

bararum pelleretur, et aristotelica philosophia ex ipsis fontibus serio a tot summis viris, quod Florentia produxit, illustraretur, non minus, quam platonica. Magna quippe et iam a primis post Christum saeculis fuit aristotelicae doctrinae obscuritas in occidente, cum etiam florente romana republica, Aristoteles non nisi Sullae, Dictatoris, tempore legi apud Romanos coeperit, cum eius ille libros, captis Athenis, Romam deportatos in bibliotheca sua collocauisset, transcriptique fuissent a Tyrannione, Grammatico, et quodammodo lucem aspicere ea ratione coepissent. Quamuis porro tunc Aristotelis acumen et eloquentiam, omnes prope, Cicero prae ceteris, admirati fuerint, Platone tamen semper excepto, cum tot essent nobiles Philosophorum familiae, Epicureos, Academicos, Stoicos, qui se professi fuerint, multos reperimus, Peripateticum inter Togatos ferme neminem.

2) Aduersus Aristotelem, et omnem eius philosophiam, praesertim dialecticam artificem, ut eam Tertullianus vocat, struendi et destruendi, S. S. ecclesiae doctores acriter inuesti sunt: cum Platoniam, ut religioni magis consentaneam, longe anteferrent. Itaque primis ecclesiae saeculis Platonici fuere prope christiani omnes, Aristotelici praeter haereticos paucissimi. Versiones porro latinas Aristotelis librorum antiquiores Boëthii aetate, si quae fuerint, satis obscurum est; atque illae folius prope dialecticae fuerunt, reliqui libri vix cognoscebantur. Multas S. S. PP. aduersus Aristotelem tetras sententias collegit *Ioannes Lau-noius* cap. 2. libri de varia Aristotelis fortuna.

3) Usque ad Caroli Magni et posterorum eius tempora, cum ingens totum occidentem barbaries occupasset, vix quidquam, quod ad ista philosophiae aristotelicae continuata studia pertineat, in historiae monumentis reperitur. Fuerunt autem Carolino saeculo viri graece docti, a quibus nouae versiones aliquot librorum factae sunt, nec aliis vsi videntur esse quicumque philosophiam, usque ad annum 1100 et serius adhuc tractauerunt. Talibus porro versionibus vsos fuisse Petrum Abaelardum, Roscelinum, eius magistrum, Petrum Lombardum, Petrum Pictauensem, Gilbertum Porretanum, et alios illius temporis philosophos verisimile omnino est, ut etiam, quod dialecticos solos libros haberent, reliquos ignorarent. Suadent id Abaelardi ipsius epistolae et apologia, tum Ioannes Sarisberienfis in *Metologo*: accesserunt, sed serius, nempe ante Concilium Senonense, Parisiis celebratum ann. 1209. libri metaphysici, qui eiusdem concilii sententia cum Almerico condemnati sunt.

4) Cum vero tricis illis dialecticis, occupata per multos annos fuissent omnium ferme, qui doctrinae opinione florebant ingenia, graecaeque linguae peritia omnis intercidisset, neque superesset, qui versiones veteres emendare posset, maxima ex describentium ignorantia, et exemplarium diuersitate, perturbatio codices illarum ferme omnes inuasit, ut ex contextu, quem antiqui Scholasticorum in Aristotelem commentarii repraesentant, satis adparet.

5) Emendatae tamen, aut magis corruptae versiones illae fuerunt, a nonnullis hominibus, qui circa annum 1200. *codices graecos* ex oriente in Europam adtulerunt, ex quibus primae tantum, ut in re obscurissima coniectando adsequi possumus, metaphysicorum, naturaliumque versiones prodierunt, quas tamen ab interpolatis, de quibus deinceps agendum erit, dignoscere impossibile omnino est: operae pretium omnino nullum. Nam licet ab anno 1099. quo Hierosolymitana vrbs in christianorum potestatem venit, multa essent Graecos inter atque Europaeos commercia, pauci tamen admodum ex istorum numero graece sciebant, et ex ipsa Graecia studiis humanioribus aut philosophicis, subsidium ex transmarina expeditione

peditione exiguum omnino comparatum est vel prope nullum. Verum plures europaei arabicam linguam ex commercio cum Syris Palaestinis, quam graecam ex beilis, in Graecia gestis, aut Constantinopolitano imperio latinorum didicerunt. Itaque nonnulli arabicos codices Aristotelis ex oriente ad nos detulerunt et latine sunt interpretati, atque aliquorum eius librorum, praesertim politicorum, et ethicorum versiones barbarae, et obscurissimae adhuc in bibliothecis reperiuntur. Quod, si quis arabicas versiones interpretari posset, eius opera tunc potissimum infumebatur in emendandis antiquioribus aliis, quae cum iam essent non bonae, ab illis hominibus, qui scientiarum expertes omnino erant, corruptiores exiuerunt.

6) Atque illud fatum vltimum fuit librorum Aristotelis, qui toties a sciolis emendati et recensiti iuxta veteres latinos interpretes, tum iuxta recentiores, tandem ex comparatione illorum cum versionibus, ex arabica lingua factis, quae et ipsae corruptissimae erant, tales tandem euaserunt, vt auctor ipse, si reuixisset, sua verba recognoscere non potuisset. Longe maior autem istarum vltimarum, ex Arabico exemplari versionum, copia in Galliam, et alias regiones, inuecta est ex Hispania et Africa, vbi florebat inprimis philosophiae aristotelicae studium. Nam qui Africam et Hispaniam tenebant Muhamedani principes, quum litteris et litteratis fauerent, magnam ex oriente librorum arabicorum multitudinem acquisuerunt, quorum exemplaria maiorem in modum multiplicata, totam deinceps Europam, nouis in Aristotelem commentariis repleuerunt. Accesserunt hebraicae versiones multorum de philosophia et medicina scientiisque mathematicis librorum, qui, a Iudaeis in alias linguas transfusi, nouam commentandi materiam dederunt, adeo, vt certatim Arabes, tum Africani, tum Hispani, Iudaei, et ipsi tandem Christiani, Aristotelis philosophiam, ab Auerroe, Cordubensi, prolixis commentariis explicatam, excolere tanto animi ardore coeperint, vt omnes eam quoque ad suarum religionum placita accommodauerint, et in fidei subsidium, non commode modo, sed vtiliter adhiberi posse, censuerint. Vnde autem haec studia apud Arabes inceperint, paucis est exponendum.

7) Initio Muhamedani imperii nulla Pseudoprophetae, aut inprimis eius discipulis scientia exulta est praeter gentilem illam, qua Arabes gloriabantur facundiam, et poeticam. Facundiam vocabant verbositatem, et eam praesertim, quae ex vocum obsoletarum et rarioris vsus copia constaret, adeo, vt qui pauca multis verbis, iisque non vulgaribus, modo per homoeoptota disposita forent, diceret, is eloquentissimus iudicaretur. Poeticae par apud eos ratio, quae syllabarum quidem certa mensura, eaque multiplici constaret, artem vero, plane nullam, adeo, vt neque poematis epici, neque dramatis, aut odes, aut alterius cuiuscumque poeseos formam vel somniando viderint, eodemque stylo decurrant hymni ad deum, historiae, tum ioculares, tum seriae, et quidquid tandem versu scribi potest, eodem modo ab illis scriptum reperiatur. Comparationes et si quae sunt orationis lumina ex tentoriis, camelis, venatu, vetustis arabum moribus translata sunt, magna copia, nullo delectu, nullo iudicio. Poemata eius generis, maxime ea, quae ad gentis suae laudem pertinerent, memoriae commendabant, qui plura memoriter sciret, is doctissimus habebatur: ingeniosissimus, qui, ad principes adiens, extemporaneo aliquo poemate eos salutaret; quo <sup>mn)</sup> in genere

Hali,

mn) Emir Cond in eius vita etc.



Hali, Muhamedis gener, maxime excelluisse dicitur. Haec erat omnis Arabum litteratura, Medicinae quidam studiosi sub primis Califis Ommiadis fuerunt; et primus inter eos memoratur Hareth f. Calda, qui initio rerum Muhamedanarum vixit. Sed omnes vsque ad Maserjowia, Christianum Nestorianum, qui sub Moruano fuit, sola experientia medicinam exercebant: scientiae ipsius plane expertes. Is autem graecos recentiores aliquot tractatus, atque inter alios Aaronis Alexandrini Pandectas arabice transfulisse dicitur<sup>oo)</sup>. Philosophiae vero naturalis, quae fundamenta artis explicaret, cura, apud primos illos arabes medicos nulla omnino fuit.

8) Itaque certior inchoatae apud eos philosophiae secundum Graecorum disciplinas epocha referri debet ad Abassidarum initia: post annum imperii Muhamedanorum CXXXII. I. C. DCCXLIX. Familia haec, ex Chorafana profecta, duce Abul Abbas Safah, Califas; Ommiae filios, extinxit, et imperio simul atque pontificatu in se translato diu regnavit. Ex ea familia secundus Abujafar Almanfor scientiarum graecarum studia ad Arabes transfulisse dicitur, conquisitis libris, et adhibitis doctissimis viris, qui eos arabice interpretari possent. Sed quamuis communiter ita statuunt arabes historici, cum tamen vix quidquam extet primarum illarum interpretationum, laus illa ad successorem eiusque pronepotem, Almamonem, septimum ex Abassidarum stemmate Califam, referri vulgo solet a melioribus autoribus. Vixerunt quidem sub Almanfore Syri non pauci, medicinae studio et professione clarissimi, atque inter alios Bochtiechua<sup>pp)</sup> et eius filii, qui non pauca medicorum veterum opera arabice verterunt, et nonnulla philosophica. Fuit etiam Theophilus, Syrus, Edessenus, quem Maronitam fuisse dicit Abulfaragius, quamuis alii Nestorianum dicant, a quo multa, ante Almamonis imperium ex graecis syriace versa sunt, atque inter alia Homeri libri, si quidem Abulfaragio credendum; neque enim quidquam in monumentis Syrorum occurrit, vnde eius testimonium confirmari queat, aut inter illos quisquam, eruditus licet, Homeri quidquam nisi nomen sciuisse videtur: vnde illum Emir Condus, et alii non inter poetas, sed inter sapientes, seu philosophos referunt.

9) Verteabant autem Graecorum libros in vernaculam suam linguam Syri, quia quotidie sub Arabum imperio graecae vsus obsolecebat, et cum neque iam ad academias christianas commeari liceret, quae in Graecia supererant, Alexandria quoque, olim philosophiae, medicinae, astronomiae et mathematicarum artium studiis florentissima, Muhamedana seruitute premeretur, graecique illi doctores omnino conticuissent, Syri docti, vt suis ciuibus, quae sola ratione licebat, auxilio forent, multos syriace libros interpretati sunt, vt, qui graecae nescirent, possent ex versionibus syriacis sanctorum patrum opera, canones conciliorum, omnia tandem, quae ad theologiam et ius ecclesiasticum spectabant, intelligere, philosophiae quoque et reliquis scientiis dare operam, ne, si barbaries, quam victores Arabes inuexerant, etiam aduersus liberalia studia inualesceret, facilius ex summa ignorantia ad impietatem Muhamedanam dilaberentur. Igitur versiones illae syriacae, quae omnium antiquissimae sunt, priuato primum consilio Christianorum institutae, arabicarum exemplar fuerunt. Fuisse autem multas, non modo discimus

oo) Dynast. pag. 127.

pp) Ita scribendum hoc nomen, non vt Pocockius Bachiu.

scimus ex catalogo syriacorum librorum Hebed Iesu, metropolitae Sobensis, quem Abraham Ecchellenfis edidit, sed ex multis aliis Syrorum et Arabum autoritatibus. Nam quod ad res sacras pertinet, praeter scripturae utriusque testamenti libros, quorum inter omnes syriacae versionis praecipua est antiquitas, SS. Patrum opera multa extant eadem lingua, tum philosophica, mathematica, et medica longe plurima, et ex illis libris, quorum multi iniuria temporum interciderunt, reperiuntur in glossariis excerptae voces graecae multae, quod syriacis reddi non facile potuerant. Plenum illarum est Lexicon Bar Hali.

10) Verum sub Almamone potissimum floruerunt celeberrimi omnium prope librorum interpretes, de quo referre libet verba Abulfaragii, quia solus ex arabicis autoribus, qui latine editi sunt, de hoc argumento scripsit; ita tamen, ut emendari et illustrari aliquibus in locis narrationem eius oporteat. Is porro historiae Dynastiarum p. 160. secundum Eduardi Pocockii versionem ita scribit: *Primus eorum (Arabum), qui scientiis operam dedit, fuit Califa secundus, (ex Abbassidarum numero) Abuiaafar Almanfur, qui praeterquam, quod legis peritia excelluit, philosophiae etiam studio incubuit, ac praecipue astronomiae. At ubi devolutum est inter ipsos imperium ad Califam septimum, Abdallam Amamunem, Aaronis Reschidi filium, perfecit ille, quod orsus fuit avus ipse, Almanfur, et scientiam locis suis quaerere aggressus, cum Graecorum regibus intercedens, petiit ab illis, ut, qui apud illos essent, libros philosophicos ad ipsum mitterent; qui, cum ad ipsum, quos haberent, misissent, conquestis ille interpretibus peritis, eos ipsis accurate vertendos imposuit.* Ita Arabes multi, tum Muhamedani, tum Christiani, qui hunc autorem secuti sunt: at antiquiores plerique et quorum iudicium reliquorum opinioni praefendum est, Emir Cond et eius epitomator, Cond Emir Schah, a quibus historia generalis accuratissime scripta est, tum autor Leb Tawavikh, et alii non pauci testantur, versiones arabicas, quae Almamonis auspiciis prodierunt, ex syriacis non minus quam ex graecis codicibus fuisse expressas, quod quidem praeter alia multa suadet vetus Dioscoridis interpretatio arabica, in qua syriacae multae voces ad marginem adiunctae reperiuntur, tanquam primaevis, quod illa versio repraesentabat, exemplaris.

11) Omnes tamen versiones illas arabicas veteres, nonnullae serius a Syris christianis elucubratae, prorsus aboleuerunt. Inter alios celeberrimi duo interpretes fuerunt Nestorianae sectae, Honain, filius Isaaci, et Isaac, eius filius, qui anno Hegirae 298. decessit, I. C. 910. octoginta circiter annis post Almamonem. Primi quippe interpretes, ut de illis autores varii obseruant, Syri quidem, graece sciebant, magis omnino, quam qui eos secuti sunt, sed arabicae linguae aut erant expertes penitus, ut illi, a quibus syriacae versiones factae sunt, aut non ita periti, ut arabice eleganter scribere facile possent. Qui primitus sub Almamone ex syriacis interpretationibus arabicas fecerunt, graece plerumque nesciebant, atque adeo primitivum exemplar consulere non poterant. Hinc saepissime ab illis peccatum in vertendo fuerat. Honain autem prae caeteris illud habuit, quod Hirae natus, et iuuenis Bagdadum profectus, arabicam linguam, cuius in ea vrbe summa puritas erat, accurate didicerat: postea, cum a Ioanne, filio Masowia, (quem vulgo Mesue appellant homines nostri) receptus in scholam ad medicinae studium non fuisset, in Graecorum ditiones se contulit, ubi biennium in graeca lingua addiscenda consumpsit: mox in patriam rediens Basorae aliquamdiu substitit, quo arabicae linguae maiorem facultatem consequeretur. sub celebri magistro, Chalilo, Ahmedis filio. Basorenses autem eximia prae caeteris linguae illius peritia commendabantur, ita, ut prouerbum

prouerbum iade natum fuerit. Is igitur, praesidiis instructus, qualibus ante eum nemo, ad interpretandos libros animum adiecit: feliciter omnino, cumque medicis interpretandis plus operis impendisset <sup>99)</sup>, filius eius, Isaac, Aristotelem et multos alios pari successu arabice reddidit. Ita de utroque scribit autor insignis, Ebn-Chalican, in vitis virorum illustrium, et alii ferme omnes. Quanta porro versionum illarum fama fuerit, vel eo solum constat, quod Aristotelis, et praecipuorum Galeni, Hippocratisque librorum arabica exemplaria antiquissima, quae in bibliothecis reperiuntur, Honaini, aut Isaaci, eius filii, nomen prae se ferant, reliquae vetustiores prorsus interciderint: illae scilicet, quibus antiquiores medici inter Syros et Arabes vsi fuerant, Georgius f. Boetiechuae, et alii eiusdem nominis et familiae celeberrimi: Iohannes f. Masowiah, seu Mesue: Zacharias Tifuriensis, Masewowiah, Iohannes f. Batrick, interpres, et multi alii.

12) Ita factum, ut ab eo tempore Honaini et Isaaci versiones librorum Aristotelis, de quibus potissimum quaerimus, apud Arabes inclaruerint, et passim lectae ab studiosis philosophiae fuerint. Iuxta illas Auicenna in oriente, Alfarabius, Elgazali, (quem Algazel uocant) Abenbeia, (vulgo Auenpace) omnes tandem Aristotelis interpretes eum legerunt, et explicare aggressi sunt, quorum in Europa celeberrimus Abenrached (vulgo nobis Auerroes) fuit, cuius tamen in oriente fama omnino mediocris olim erat, nunc ita obliuioni traditus est, ut rarissime opera eius arabice inueniantur. Floruerat autem ab Almamonis tempore philosophia inter Arabes, ita tamen, ut apud plebem, et omnes, qui traditionibus superstitiosis addictiores erant, quicumque philosophiae studium profitebantur, magna contemptae religionis suspicione, et Zindicaeismi, seu atheismi suspicione laborarent. Hinc saepe seditiones aduersus philosophos multae, maledicta aduersus Alfarabium, Auicennam et Auerroem frequentissima: sed tamen fauore principum, ex familia Bowiae, et Seljutkidarum, tum aliorum, cum iam Califae vix quidquam ex antiqua dignitate retinerent, auxerunt vehementer philosophandi libertatem. Christianis orientalibus philosophia maxime culta est, occasione controuersiarum de religione christiana aduersus Muhamedanos et Iudaeos, qui eam rationibus philosophicis impugnant: tum magis adhuc propter antiquas de incarnati uerbi mysterio disputationes inter Melchitas, seu orthodoxos concilii Chalcedonenfis defensores, et Iacobitas, Dioscori Monophysitarumque sectatores, et Nestorianos, utrisque infensissimos. Hinc multi et quidem subtilissimi in tribus illis partibus extiterunt dialectici et metaphysici, quorum extant in bibliothecis disputationes de propriis ecclesiae suae doctrinis circa incarnationis mysterium variae: de ueritate religionis christianae aduersus philosophos, Iudaeos et Muhamedanos, in quibus de deo vno et trino, de Christo, deo et homine, philosophice disputant, nam de reliquis theologiae christianaec capitibus numquam prope philosophati reperiuntur.

13) In Aegypto et Africa, quae proprios ab aliquot saeculis principes habebant, labente decimo saeculo, cum non modo nulla esset spiritualis Califarum autoritas, nam Fatimidac, qui primo Africae magnam partem occupauerunt, tum nouum in Aegypto regnum funderunt, quod Salaheddinus destruxit, et in suam, quae Yubidarum dicta est, familiam transtu-

99) Vid. Abulfarag. pag. 172.

lit, Califis Bagdadensibus anathema dicebant, eosque non modo vt imperii vsurpati per tyrannidem, sed vt occupati per vim, et caedem Hali pontificatus reos diris deuouebant. Ita maior omnino sub illis principibus philosophandi libertas, quia maior quam alibi traditio- num et historiarum, per manus acceptarum, in quibus fundata erat iurisperitia eorum, qui Califis adhaerebant, contemptus inter eos homines fuit. Neque minor in Hispania libertas tum sub illis principibus qui reiecta quoque Califae communione et autoritate Africam tenebant, et Maroci sedem regni constituerant, vbi non minus quam Fessae, Segelmessae et in aliis populosis vrbibus magnopere florebant liberalium artium studia. Ea igitur libertate vt complures tum Africani, tum Hispani Arabes totos se philosophiae aristotelicae tradiderunt, quorum celeberrimus Auerroes fuit et multi alii, quorum nomina occurrunt in appendice bibliothecae Hispanicae Nicolai Antonii, quamuis ex arabicae linguae ignorantia plerumque adeo corrupta sint, vt agnosci vix queant.

14) Ex Africa et Hispania idem philosophiae aristotelicae studium per Iudaeos in omnem prope Europam se diffudit, praesertim in Italia et Gallia, vbi tunc ingens erat eorum numerus, quantum ex historiis publicis, tum ex iudaicis intelligere facile est, quae latine editae sunt, et quas consulere quiuis per se poterit, qui hebraice nesciet, nempe *Tribus Iuda*, versa a Georgio Gentio, *Germen Davidis* a Vorflio praeter *Itinerarium Rabbi Beniamini*, et quidam alii de rebus iudaicis libri, a Christianis editi. Erant quippe tunc Iudaei in aulis omnium ferme principum, non modo Muhamedanorum, sed etiam romani pontificis, qui, dum Beniaminus scriberet, Iudaeum habebat Rabbi Iechielem nomine, qui domestica ipsius negotia administrabat. In principum vero ministerio maguam ex medicinae professione autoritatem acquisuerant. Eam vt magis excolerent, cum artis medicae principes tunc in Europa fere ignorarentur, vixque extaret Hippocratis, Galeni, aut aliorum latina versio, in euoluendis Arabum libris multum se exercuerunt, qui tunc erant in Iudaeorum manibus; nam in Africa et in Aegypto arabicam linguam vernaculam habebant, eaque erat Hispanis quoque Iudaeis notissima, cum Arabes maiorem adhuc Hispaniae partem tenerent. Igitur arabicorum librorum ope Iudaei quoque philosophari coeperunt, circa vndecimum saeculum, vt philosophiae medicina accederet, quod vix antea fecisse reperiuntur.

15) Quippe in oriente, praesertim vero in famosis scholis Sorae et Pumbeditae, ex quibus praecipui doctores, ob signato vtroque Talmude posteriores prodierunt, in vnico sacrae Scripturae suarumque traditionum studio occupabantur Iudaei omnes, vsque ad postrema tempora eorum, quos Gheonim appellabant. Vnde quantum ex autore Zemakh David, R. Abraham filio Dior, et aliis, qui de suae gentis viris illustribus memoriae aliquid prodiderunt, manifestum est, opera eruditorum omnia in colligendis explicandisque traditionibus iuridicis occupabatur; adeo, vt, cum vtrumque Talmud lingua corrupta, quam dialectum babylonicam aut Hierosolymitanam vocant, scriptum foret, eadem in commentatorum scriptis barbaries occurreret, qui purius hebraice scriberet, vix quisquam reperiebatur. Nam ipsa sacri bibliorum textus hebraici peritia rarissima erat: linguae scilicet aliquem vsu ex assidua illius in synagogis lectione, habebant, sed cum neque grammatica vlla extaret, neque Lexicon, pauci aut nulli commentarii, qui literam explicarent, sed antiqui tantummodo, allegorici praesertim, aut ex sola magistrorum traditione constantes, quales illi, quos *Rabbot* vocant, aut quorum

rum excerpta, vndique collecta, in vnum librum compegit autor Ialkuth, tunc ex ignorantia puri sermonis hebraici, pauci admodum Iudaei eo scribebant, sed arabico.

16) Coepit in Africa per Rabbi Iudam Chiug, R. Ionam, aut Giannai, et nonnullos alios excoli grammatica, et commentarii literales aliquot in lucem prodierunt, qui, a Iudaeis, Hispanis et Gallis auide excepti, eos ad maius linguae suae studium acuerunt. Itaque cum eodem ferme tempore haec studia grammaticalia, tum literalis sacrarum scripturarum interpretationis nata et propagata fuissent, maior omnino quam antea fuit librorum, in omni disceplina, a Iudaeis compositorum, copia. Africani quidem et Aegyptii, vt Orientales nonnulli, arabice scribebant, atque ita R. Saadias Gaon Mosis Pentateuchum, vel, vt aliis placet, totam scripturam sacram interpretatus fuerat, quod alii quoque fecerunt, vt interpres ille, quem Erpenianum vocant, quia eius versio a Thoma Erpenio edita fuit, et alii, qui in bibliothecis reperiuntur. R. Moses, filius Maiemonis, compendium Talmudicum eadem arabica lingua scripserat, quae etiam postea More Nebuchim, siue doctorem perplexorum ediderat: et multa alia. Haec vero scripta, quum Iudaeis, quibus arabica lingua familiaris erat, vsui esse possent, reliquis, qui in Gallia, Italia, Germania, Poloniaque erant maximo numero, inutilia plane fuissent, si in aliquam notam ipsis linguam non forent interpretata. Vulgares quidem, praeter quam minus erant commodae ad scientias tractandas, non adhibuerunt, idque duplici videntur ratione fecisse: nempe, ne simul, dum Iudaeis suis prodesse satagerent, Christianorum quoque studiis promouendis darent operam, quod fecissent, si vernaculis interpretationibus autores suos publicassent: Latine vertere non poterant, quum primis illis post annum millesimum saeculis nullius ferme, qui eam linguam sciret, Iudaei memoria sit: perpetua potius in eorum scriptis appareat illius non minus, quam graecae ignorantia. Vnde cum in aliqua voce abstrusiori explicanda, cuius synonymon non facile in hebraica lingua reperire licebat, laborant sacrae scripturae Iudaei commentatores, Aben Ezra, Salomon Iarchi, David Kimhi, vt solent non latinis, etsi tunc in Europa satis notis, sed Aben Ezra et Kimhi, vtpote Hispani, apud quos vernacula arabica tunc erat, arabicis, rarius aliquando vulgaribus hispanicis: Salomon, in Occitania natus, Iarchi enim ab oppido Lunel dicto vocabatur: quamuis alii Trecentem fuisse perhibeant, tamen in Gallia, proprie dicta, et Lutetiae etiam cum diu vixisset, vernaculas nostrates adhibet. Tales quoque Glossae in variis bibliothecis reperiuntur, antiquiores quidem, hispanicae, italicae, aut gallicae; recentiores, germanicae, latinae vix vquam, ita, vt etiam, si ea lingua scribere voluissent, vix potuissent.

17) Cum igitur, vt mox obseruatum fuit, hebraicam linguam, et eam Talmudica dialecto longe puriorem, iam in promptu haberent Iudaei prope omnes, eaque, vt latina in scholis apud nos, ita in synagogis publice inter eos doceretur, coeperunt ea, quae Christianis patere nollent, hebraice scribere; et post commentarios omnis sacrae litteraturae varios, tam in sacram scripturam, quam in Talmud vtrumque, cum Moses, Maiemonis filius, magna in Aegypto medicinae et philosophiae laude inclaruisset, coeperunt multi eius exemplo animum ad philosophos Arabes legendos adiungere, aut Graecos qui arabice extabant.

18) Ab ea circiter aetate repetenda initia sunt versionum illarum hebraicarum, quae postmodum Europam repleuerunt. Nam Moses et Iuda, filii Tybbon, omnia fere, quantum ex variis codicibus adipisci licet, Aristotelis opera, arabicis exemplaribus vsi, hebraice

transulerunt; nec enim extabant alia in hominum manibus. Versiones porro arabicae tum Aristotelis, tum Hippocratis et Galeni, ipsae erant quas Honain, aut Isaac, eius filius elaborauerant. Ab illis et aliorum autorum exemplaribus quibus Ebn Sina, Ebn Beia, Ebn Rached, Alfarabi, atque alii, tum philosophi, tum medici, in commentando vti fuerant, omnes prope Iudaeorum hebraicae versiones prodierunt; dici quippe vix potest, quanta philosophandi libido eos ceperit. Ex hebraicis postea versionibus, quae, ad exemplaria arabica comparatae, meliores omnino barbaris illis latinis multoties interpolatis videbantur, istae dum emendari coeperunt, factae sunt adhuc deteriores: cum non aliter recenferi, nisi electa inter diuersissimas lectiones, quae verisimilior videretur, ab imperitissimis emendatoribus possent. Calonymus etiam, vel ut hebraice vocabatur, *Chem tob*, et obscuriores alii multa similiter ex arabico conuerterunt; adeo, ut Hippocrates, Galenus, Aëtius, Oribasius, et nonnulli alii graeci medici tum demum hebraice loqui coeperint, quos consecuti sunt, qui maiori apud illos obesae naris homines in pretio erant, Razis, Serapion, Mesue, et multi alii, qui syriace vel arabice de medicina scripserunt: praesertim Auicenna, quem etiam ante annos centum octoginta aut circiter Iudaei hebraice integrum Neapoli typis ediderunt. Ita hebraice versa Mathematicorum insigniorum opera praecipua Euclidis, Ptolemaei, Theodosii, Archimedis, quae versiones in bibliothecis extant.

19) Sed nullus magis fuit in manibus, quam Abenrached, seu Auerroes Cordubensis, cuius cum exigua aut prope nulla in oriente apud nobiliores Arabum philosophos fama esset, at in Europa commentator per excellentiam appellatus, caeterisque omnino praelatus est. Ea vero, quae antiquissima fuit eius editio, simul cum Aristotelis contextu, cum primum ex arabicis codicibus facta fuisset, et ex collatione hebraicorum exemplarium mire interpolata, tandem obscurata maiorem in modum fuit per Iacobum Mantinum, et Abrahamum de Balmis, Iudaeos, qui, cum latine scirent, nouam, sed ex hebraica versionem dederunt. Itaque omnium deterrima illa vltima fuit, quamuis recusa multoties et magnifice Venetiis fuerit. De qua minutatim secundum diuersa vltimae editionis volumina egit diligenter Nicolaus Antonius in bibliotheca hispanica. Vbi illud tamen animaduertendum erit, laudari ab autore virum nostratem clarissimum, qui in dissertatione de optimo genere interpretandi scripsit, se versionem Auerrois quorundam librorum arabicam diligenter cum latina editione contulisse, reperisseque fideliter consentientem. Illud cum vir clarissimus scriberet, aretologo cuidam fortasse nimium detulit, nihil enim facilius ab linguarum peritis, quam summa arabici et latini Auerrois discrepantia agnoscitur; neque vir ille, quem intime nouimus, etsi summa conditione celebris, arabice tunc adeo sciebat, aut scit etiamnum, nam adhuc viuit, ut vel commata duo nisi alienis oculis conferre posset. Verum id certissime constare debet, veteres Auerrois et aristotelici textus versiones, quae coniunctim extant, factas fuisse ad arabica exemplaria: posteriores, Mantini, et Balmesti, ad hebraica. Vnde fraudi esse meminere debet, quod vir summus, Ioannes Viues, libro V. de causis corruptarum artium scripsit de Auerro: *Aristotelem vero, quomodo legit, non in sua origine purum et integrum, non in lacunam latinam deriuatum; non enim potuit, linguarum expertus, sed de latino in arabicum transuafatum.* Quidquid enim Aristotelis operum arabice versum fuit, in oriente, non in occidente, versum est, neque ex latino codice, sed primum, ut diximus, ex graeco, syriace; tum ex utroque arabice. Quidquid autem Abulfaragius et nonnulli alii dixerint de Honainorum, patris et filii,

in vertendis autoribus peritia et elegantia, quam parum potuerint Syri in Aristotelis libris interpretandis, satis quisque intelligit, cum difficultas eorum, siue materia spectetur, siue oratio, acutissimos quoque graecos et in philosophia consummatos tantopere exercuerit; et si linguam a pueritia familiarem haberent, essentque ab omni graecanica eruditione, quae Arabibus prorsus incognita est, paratissimi. Quanta vero sit versionis illius aristotelicae, quam Auerroes commentario suo explicare aggressus est, inconcinnitas et obscuritas, vere et eleganter allato exemplo demonstrat eo, quem indicauimus loco, Viues, quem consulere operae pretium erit.

20) Multa, si opus esset, eiusmodi specimina dari possent, ex quibus commentatoris illius, fama, quam vsque ad bonarum artium ex graecis fontibus instaurationem apud nostros obtinuit, parum digni, obscuritas et infantia deprehenduntur. Vnde, quod Scholastici nostri veteres, dum aristotelici videri volunt, nihil minus quam magistri sui doctrinam discipulis praelegerint, manifestum est: quamuis enim Themistii et Alexandri Aphrodisaei quaedam arabice et hebraice versa fuissent, maior adhuc exemplarium et ipsarum versionum corruptela erat. Neque mirari satis possumus, D. Thomae Aquinatis, qui Aristotelem talium interpretationum subsidio vnico legerat, acumen et industriam, cum saepe Aristotelem verius, saltem verisimilius non modo, quam illi, quos sequebatur, Auerroes, et Arabes reliqui, sed quam Graeci nonnulli, interpretatus agnoscat.

21) Longioris operae foret philosophicos omnium librorum, qui in Arabum manibus extiterunt iam ante annos octingentos, catalogum texere, nam fuerunt sane multi; quorum plurimi in hebraicam linguam eo, quo diximus, trium circiter saeculorum interuallo a Iudaeis translati fuerunt, eo successu, vt postea doctissimi quique inter Hebraeos ita philosophiam cum religione coniunxerint, vt, quod inter Christianos accidit, idem apud illos obseruetur. Scilicet sicut exorta theologia scholastica, quae dialecticae physicae et metaphysicae aristotelicae principiis, nouam res diuinas tractandi methodum in scholas induxit, ita Iudaei, qui omnia ex scripturis, et patria traditione probare contenti erant, nec progrediebantur vterius, ex eadem philosophia audacius et saepe non sine simpliciorum fratrum suorum scandalo, omnia explicare aggressi sunt.

22) Primus hoc fecit, aut saltem inter primos, R. Moses Maiemonides, edito libro *Mora Nebochim*, seu *Doctore dubitantium*; quo titulo citatur a D. Thoma: erat enim antiqua eiusdem versio, priusquam suam Buxtorfius ederet, quae inter eruditos notissima est. Liber ille, quia, praeter Hebraeorum consuetudinem, philosophiae placitis religionem explicat, omnibus ferme, qui tunc erant maiori apud suos autoritate, Iudaeis ita displicuit, vt facile aduersus eum Rabbi quidam, Salomon e Montepessulano, magnas turbas excitauerit, quae ad anathemata, inter varias synagogas, Narbonenses, Biterrenses, et Catalonicas vtrimque pronuntiata, exarserunt. Extant acta pleraque huius controuersiae, sed hebraice tantum, in collectione variarum epistolarum hebraicarum Ioannis Buxtorfii. Male quoque audiit autor libri *Bellorum Domini*. R. Leui fil. Gerson, et alii nonnulli, quamuis, vt apud nos factum fuerat erga primos theologos, qui philosophiam theologiae, aristotelicam praesertim, coniunxerant, vt initio tamquam parum orthodoxi exagitarentur, et tam ipsi, quam eorum discipuli, scholis postea regnarent, ita et Iudaeis illis contigerit. Nam Moses Maiemonides et alii philosophi  
superiores

superiores tandem euaserunt, uno quod haberent sua hebraica lingua autores multos, quorum versiones latinae intelligi vix poterant, quod saepius ex comparatione cum aliis, non melioribus, interpolatae fuissent, demum omnes fere autores Peripateticae doctrinae ex illorum libris aut commentariis publice praelegebantur. Auerois et Auicennae, Alfarabii, Algazelis, Auempace, et aliorum latinae editiones ab illis recognitae sunt, aut de nouo factae, sicut illae, quas vltima Aristotelis cum Auerro editio repraesentat; donec tandem editis in Italia graecis commentatoribus, Arabes et Hebraei ex scholis philosophiae et medicinae faceffere iussi sunt.

23) Vt vero paucis verbis intelligatur, quos potissimum autores haberent Iudaei illi philosophi in pretio, quosque arabice et hebraice legebant, referemus particulam epistolae Moses Maiemonidis ad Samuelem, filium Tybbon, quae hebraice extat in collectione Buxtorfiana. Duos quosdam libros, qui Aristoteli tribuebantur, et erant quoddam philosophiae compendium, reiecit vt spurios. Rasis metaphysica non probat, quia, inquit, medicus erat magis quam philosophus: nec aliter iudicat de Isaaco Israelita vulgo dicto, qui *fundamentorum et definitionum* libros ediderat. Concludit ex recentioribus, neminem in logicis Alfarabio praeferendum: mox Abubeker, filium Elfaieg, vulgo Auempace. Aristotelis libros legendos prae omnibus tamquam omnis philosophiae fundamenta, quidquid noui autores habeant, accepisse ex Alexandro, Themistio et Abenrached seu Auerro. Pythagorae, Hermetis, Procli et Porphyrii libros veteris philosophiae specimina continere, sed in quibus legendis tempus inaniter collocetur. Habent quippe tum Arabes tum Hebraei multa Pythagorae et Hermetis: de Porphyrio mirum quod ita iudicet, Isagoge quippe eius aequalem prope cum Aristotelis libris apud eos habet autoritatem. Platonis profunditatem laudat, sed parabolas scripsisse tantum ait, res scilicet abstrusas eleganter explicatas: nec mirum, nam vix quidquam Platonis transtulerunt, quod quam boni elegantiae et ingenii iudices forent Syri, Arabes et Hebraei, fatis ostendit. Verum Aristotelem sufficere, vt qui omnia ab aliis ante se tractata perfectius exposuerit, et ad eum scientiae gradum peruenerit, qui, quantum humani ingenii vires possunt, perfectissimus iudicandus sit, adeo, vt solo lumine, per prophetiam diuinitus infuso, superetur. Laudat Auicennam et Abulpharabio praefert. Ex ipsius opere *doctoris perplexorum seu dubitantium*, quo titulo laudatur a D. Thoma, intelligi potest acutissimi hominem ingenii fuisse, Peripateticum vero Graecorum aut recentiorum comparatione vix mediocre. Scholasticos vero doctores non minus quam Iudaeos philosophos diuinasse potius legendo Aristotelis libros quam eos ad litteram explicasse. Agnoscunt id, quam verum sit, qui vel pagellam graecam cum iis conferent interpretationibus, quas aut Auerois latina editio, aut commentarii S. Thomae repraesentant. Illarum, et aliarum quarumcumque omnium, nulla est, quae non insignes mutationes passa sit ex diuersorum exemplarium comparatione, quorum alia ad graecum codicem, alia ad arabicum vel syriacum, alia ad hebraicum reformata erant, ita tamen, vt censores versionum, quae vera esset lectio, discernere non possent, sed eligerent duntaxat, quae verisimilior illis videretur. Quod cum in ipsis arabicorum librorum interpretationibus adeo frequens est, vt, quae ante ducentos prope annos habebatur, et Venetiis edita est Auicennae philosophia, tantum abeat ab auctoris sensu, vt, qui eam legat, nihil minus quam Auicennam teneat, multo magis sane erga Aristotelem accidit, perplexum et obscurum autorem.



Quod latinae versiones prius sunt formulis typographicis descriptae, quam graeca editio parata esset: primum ea, quae Fabricius de *versionibus et editionibus latinis* scripserat, hic ponam:

*Latinae versiones antiquae operum Aristotelis praeter libros logicos, a Boethio conuersos et inter eius opera obuios* <sup>rr)</sup>, memorantur duae: prima, quae circa ann. Chr. 1220. iussu *Friderici II.* imp. <sup>ss)</sup> partim e graeco, partim ex arabico sermone composita est *per viros lectos et in vtriusque linguae prolatione peritos, ut est apud Petrum de Vineis III. epist. 67.* Huius versionis pars legitur in prima editione latina operum Aristotelis, sed valde imperfecta et inemendata, licet vicissim supposititia quaedam et in aliis plerisque editionibus haud obuia scripta complectente, Venetiis, non ex Aldi officina, ut habet Labbeus, sed per Gregorium de Gregoriis, expensis Benedicti Fontanae ann. 1496. fol.

Altera rogatu *Thomae Aquinatis* e graeco facta esse fertur (siue a *Guilielmo de Morbeke* in Brabantia, ordin. Praedicator. ann. Chr. 1273. vide Chronicon Slaucum in Erpoldi Lindebrogii scriptor. septentrion. p. 206. et *Iac. Echardum* de scriptoribus ord. Praedicator. p. 390. <sup>tt)</sup> siue a *Thoma* [P] [aliis *Ioann.* al. *Henrico*, aliis *Guilhelmo*] *Cantipratano* <sup>uu)</sup>, ut notat *Alfonso Fernandes.*) ann. Chr. 1271. quod ex Auentino lib. VII. Annalium pag. 566. obseruat *Iac. Thomastus* in diatriba, inserta obseruationibus *Hallensibus* tom. VI. p. 160. et in commonefactione de versionibus latinis *Nicomacheorum* p. 106 sq. Huius versionis mentio apud *Lelandum* de scriptoribus Britannicis p. 351. vbi de *Ioanne Baconthorpo*, qui omnia Aristotelis opera, latine sua aetate versa, commentariis illustrauit.

Saeculo decimo quinto *Nicolai V.* <sup>vv)</sup> pontificis, et *Petri Medices* auspiciis, tum priuato etiam motu, *Leonhardus Brunus Aretinus*, anno 1440. denatus, *Georgius Trapezuntius*, *Theoderus Gaza*, *Bessarion*, Cardinalis, *Ioh. Argyropulus*, *Georgius Valla* <sup>ww)</sup>, et alii vi-

ri

<sup>rr)</sup> Conf. *Buhle* de interpr. lat. Aristot. tom. I. Opp. pag. 333 sq. de edit. vet. Venetiis per Io. de Forliuio et Gregor. fratres. 1497. fol. vid. *Strauß* opera rariora bibl. Rebdorf. p. 241 sq. *Harl.*

<sup>ss)</sup> Confer *Leonhardum Aretinum* IV. vlt. et VII. 4. epist. *Auentin.* lib. VII. annal. Boior. *H. Conringii* Antiquitates Academicas p. 95 sq. et in Supplem. p. 343 sq. 349 sq. *Bulaei* hist. acad. Paris. tom. 3. pag. 102 sq. 711. *Vincentium Placcium* de Anonymis p. 53 sq. editionis primae. *Anton. Wood.* in antiquitat. Oxon. *Hottinger* hist. eccles. tom. III. p. 92. ex *Viue*, *Io. Georg. Schellhorn.* amoenitat. litterar. tom. XIII. pag. 203 sq. etc.

<sup>tt)</sup> Chronicon Slaucum ad ann. 1279. apud *Lindebrog.* l. c. „Anno domini 1279. *Wilhelmus de Brabantia* ord. Praedicator. transfulit omnes libros Aristotelis de Graeco in latinum, verbum e verbo, qua translatione Scholares adhuc hodierna die vtuntur in scholis, ad instantiam S. Thomae de Aquino doctoris.“

Vol. III.

<sup>uu)</sup> Vide *Natalem Alex.* Sec. XIII. et XIV. cap. IV. artic. 4. *H. Conringii* introduction. in Aristotelis Politica cap. 9. et *Valerii Andreae* Bibl. Belgicam in *Guil. Moerbecanus*, quem cum *Henrico Brabantino* et *Thoma Cantipratano* eundem facit. [*Fabricii* bibl. M. et I. aetatis lib. XIX. tom. VI. p. 247 sq. Sed, *Bulaeo* iudice, illa lat. versio est antiquior.]

<sup>vv)</sup> *Bessarion* praefat. ad versionem *Metaphysicorum.*

<sup>ww)</sup> De versionibus *Gazae* vid. *Humphr.* *Hodius* de graecis illustr. L. Gr. instauratoribus pag. 68 sqq. de *Georg. Trapezuntio* idem pag. 110 sqq. de *Bessarione* id. pag. 167 sqq. de *Argyropylo* id. pag. 202. 205 sqq. vbi de singulis aliorum iudicia adducuntur. Curatius tamen de versionibus quorundam, codicibus atque editionibus dissentit *Apost. Zenus* in disert. *Vossian.* de *G. Trapezuntio*, tom. II. p. 10 sq. atque in catalogo editionum de singulorum edd. disputabitur. *Harl.*

Qq

ri docti, elegantius et lucidius Aristotelis scripta e graeco in latinam linguam transferre coeperunt. Hinc e variorum interpretatione prodierunt [Venet. 1507. vid. in cat. edit. ad h. annum,] Basil. 1538. fol. 2. voll. quae editio a Simlero recensetur: [item a Buhlio pag. 218.] Saepius deinde recusa tum ibidem 1542. tribus voll. fol. <sup>xx)</sup> Hieronymo Gemusaeo curante, et 1563. fol. tum Lugduni 1542. <sup>yy)</sup> apud Iacobum Iuntam 8. et 1549. fol. ex officina Ioh. Frelonii, cum indice locupletissimo: tum ann. 1551. 12. decem voluminibus, et 1580. apud Ioh. Berion, 12. [VI. Tomis] nec minus [Lugd. 1578. fol. et] 1581. fol. apud Stephanum Michaelis, ex recognitione Iac. Martini, et Venetiis apud Octavianum Scotum 1538. 8. et apud Cominum de Tridino 1560. 8. et apud signum feminantis 1572. 12. et cum Auerrois <sup>zz)</sup> commentariis [labore I. Bapt. Bugolini. Venet.] 1550. et 1560. 1562. vndecim voluminibus, fol. [editio ap. Iuntas 1562. constat XI. voll. 8. Exemplum est in bibl. Vniu. Lips. Beck.] et 1575. 8. XII. voluminibus <sup>aaa)</sup>, et Geneuae 1608. Denique sine Auerrois commentariis Francofurti ann. 1593. 8. typis Wecheliani, paginis editioni graecae *Sylburgianae* respondentibus. Haec editio distincta novem voluminibus, in quorum antepenultimo leguntur etiam tria scripta supposititia: 1) de causis, 2) de proprietatibus elementorum, et 3) de mystica philosophia secundum Aegyptios. — Prodiit quoque *latine* Aristoteles Romae 1668. 4. cum paraphrasi et indice copioso *Sylvestri Mauri*, Iesuitae, sex voluminibus. [P] vid. Giornale di Roma 1669. pag. 1.

[Nunc in notitia editionum primo latinarum antiquiorum, in quas etiam editt. singulorum opusculorum vetustas recipere fas erit, vsque ad primam graecam Aldinam, et vero ad exitum saeculi XV. vsque, tum reliquarum secundum temporis ordinem pergamus. Quod cel.

Buhle

<sup>xx)</sup> Tomus I. inscriptus est: *Aristotelis* — Opera, quae in hunc vsque diem extant omnia, latinitate partim antea, partim nunc primum a viris doctiss. donata, et graecum ad exemplar diligenter recognita. Omnia in tres tomos digesta: acc. — supra censuram Io. Lud. Viues Valentini de libris Aristotel. et Phil. Melanchthonis commentationem doct. adiecta nunc primum fuit de ordine librorum Aristotelis, deque illius scriptis legendis dissertatio etc. Melanchth. comm. prae fixa est tomo III. *Harl.*

<sup>yy)</sup> *Lugdunensem* edit. ann. 1542. neque Buhle refert, neque *Angel. Maria Bandinius* de Florentina Iuntarum typographia etc. tom. I. vbi cap. IV. p. 36. de Lugdunensi Iunt. typographia agit; contra hic meminit editionis: *Aristot. Opp. VIII. voluminibus* in 12. comprehensa, in quorum postremo, quod indicem vberimum complectitur, tam in prima, quam vltima pagina legitur, *Lugduni apud heredes Iacobi Iuntae MDLXI (1561.)* — in fine tom. II. et IV. *Lugduni ex typographia Theobaldi Pagani:* — in calce tom. VI. part. II. legitur — *Excudebat Boquetus;* at in fronte tomi V. *Lugduni apud Ioannam Iacobi Iuntae F. MDLXXIX. (1579.)* vnde conicit Bandin. bis fortasse haec *Aristotelis Opera* in lucem

*Iuntinis* typis prodierunt, annis videlicet 1561. et 1579. — conf. infra, in catal. editionum *Opp. Aristot.* ad ann. 1580. aliam *Iuntinam* versionis *Aristotelicorum* latinae editionem *Venetis 1560.* 4. memorat *Znuz* I. in II. pag. 10. *Harl.*

<sup>zz)</sup> Circa A. C. 1198. vid. *Nic. Antonii* bibl. vet. hispan. adpend. pag. 240 sq. *Anton. Pagi* ad ann. Chr. 1197. nr. XI. *hebraice* pleraque vertit Rabbi Leui. vid. *Wolf.* tom. IV. pag. 1122. adde pag. 751 sq. 790 sq. 818. *Fabric.* Auerrhoes qui floruit circa ann. Chr. 1173. Aristotelis libros in arabicum sermonem, ex Syriaco, non e Graeco denuo transtulit, et plerosque triplici commentario instruxit: in quibus tamen fere semper Alexandri Aphrodisiensis interpretationem et sententiam sequutus est. Illam versionem arabicam vna cum commentariis postea *hebraice* reddiderunt docti Rabbini plures, et ex hac hebraica versione fluxerunt antiquissimae illae barbarae et incomtae *latinae*, quibus scholastici doctores vsi sunt, priusquam textus Aristot. graecus esset repertus, vt ait *Buhle* pag. 323. *Opp. I.* et probauit, qui quoque commentariorum Auerrh. interpretes quosdam nominat. *Harl.*

<sup>aaa)</sup> De qua edit. copiosus est *Buhle* pag. 324. *Opp. I. Harl.*

*Buhle* in enumerandis editionibus in tom. I. Opp. Aristotelis magnam adhibuit diligentiam, et potiores quasdam copiosius recensuit, nobis eo breuioribus de iis interdum esse et cupidos lectores ad illum abiegare licebit nec commemoratio Maittarii aliorumque, quando a Buhlio iam laudati sunt, necessaria videbitur. At tamen, quod in hac rerum imbecillitate et incredibili fere editionum copia fieri solet, nec vero vlla inde oriri potest criminatio, spicilegium relictum est. Quarum igitur adhuc editionum, praecipue antiquiorum, exempla, quae haud pauca sunt, adhuc vel vidimus, vel alibi notata deprehendimus, earum notitiam aliaque dicenda, aut a Fabricio olim iam obseruata, sine vlllo verborum strepitu et ambitione interspergemus.

*Auerrois* commentaria in libros Aristotel. *de anima* latine, (cum textu latino Aristotelis) in fine, „Nobilis Vicentini Ioannis Philippi Aureliani et fratrum impensa: opera vero atque ingenio *Laurentii Canozii*, Lendenariensis, impressæ *Pataui*. A. C. M. CCCC. II. et LXX.“ (1472.) fol.

Vid. *Seemilleri* bibl. acad. Ingolstadiens. incunab. typograph. tom. I. p. 44.

*Aristotelis* oeconomica, *Leonardo Aretino* interprete, cum eiusdem commentariis. 4. sine vlla loci, anni et typographi nota.

*Mazzuchelli* in gli scrittori d'Italia vol. II. part. IV. pag. 2207. coniicit, Taruisii, (Trivigi) per Gerard. Lisa, 1471. id. memorat alias edd. Venet. 1508. et 1550. Senis 1508. 4. Lipsiae ap. B. Mart. Herbipolensem 1510. fol. adde infra catal. edd. Politicor. atque oeconom. librorum.

*Lapidarius Aristot.* cum eius aliorumque physiognomic. Merseburg. 1472. 4. vid. ad §. XXXVII. nr. 7. init.

*Aristotelis ethicorum decem libri*, latine, *Leonardo Aretino* interprete per Conr. Sweynheim et Pannarz die lunae vndecima Ianuar. Romae. 1473. fol.

Vid. *Laire* specim. typograph. romanae, (Romae 1778.) pag. 193. et *Audiffredi* catal. roman. editionum saec. XV. p. 126.

*Aristotel.* libri metaphysicae cum commentariis *Auerrois*, Cordubensis: in calce, (vti in exemplo, primo loco notato,) — *Opera atque ingenio Laurentii Canozii*, Lendenariensis: Impressa *Pataui* A. C. MCCCCIII. et LXX. (1473.) fol.

Vid. praeter Buhlium, *Seemiller* l. c. I. p. 51.

*Aristotelis* parua Naturalia cum commentariis *Auerrois*, f. l. et a. fol. mai.

*Aristotel.* octo libri physicorum cum commentariis *Auerrois*, f. l. et a. et typographi nota. fol. mai.

Vtramque edit. propter characterum similitudinem ex officina *Laurentii Canozii* circ. ann. 1473. aut 1474. prodiisse suspicatur *Seemiller* l. m. tom. IV. p. 134.

*Arist.* de generatione et corruptione, cum commentario *Auerrois* per Laurent. Canozium. *Pataui* 1474. (quarto decimo Kalendas Iulii.) — et *Arist.* de meteoris libri IV. cum commentariis *Auerrois* in librum quartum. *Pataui* per *Laur. Canoz.* 1474. (octauo Kalend. Iulii.)

Vid. *Seemiller*. l. c. tom. I. p. 55. *Denis* supplem. Maitt. I. p. 34.

Transductio noua problematum *Aristotelis* ad Nicolaum Pont. M. per *Theodorum Gazes Grecum per particularum diuisionem*. In calce: *Mantuae* — per *Ioannem Vurster de Campidona* (Keimptem) et *Ioannem Baumeister socios*, volumen etc. fol. sine anni nota. 4. Referendam autem esse editionem saltem ad ann. 1474. docet *Buhle*: ante ann. 1478. editam quoque existimat *Denis* in supplem. Ann. Maitt. tom. II: circa ann. 1472. fuisse excusam, sentit *Bure* in Catalogo bibl. Vallier. I. p. 373.

*Aristotelis* problemata, ex interpretatione *Theodori Gazes*, cum praefat. *Nicolai Gupalatini*, Veneti physici. Romae per *Io. Reynhard. de Eyningen* M. CCCC. LXXV. (1475.) in 4. mai.

Vid. *Audiffredum* l. c. pag. 198. *Laire* l. m. pag. 222. Conf. *Mittarellium* in bibl. monast. S. Michaelis Venet. Adpend. p. 188 sq. (vbi de *Gupalatino* eiusque praefatione, quam typis curauit repetendam, agit) et ex illo *Buhle*. Eadem autem praefatio exstat quoque in edd. Venet. 1488. 1501. quae igitur merae sunt repetitiones.

Problematum *Aristotelis* sectiones duo de quadraginta *Theod. Gaza* interprete. Problematum *Alexandri Aphrodisi* libri II. eodem *Theodoro* interprete, f. l. et a. 8.

In bibl. regia Berolinensi. vid. *Wiedekind* — Verzeichniss von raren Büchern I. p. 203.

*Aristot.* de moribus ad Eudemum, latine, *Leonardo Aretino* interprete, per Io. de Westphalia — — Lovanii. d. X. Iun. 1475.

Vid. *Maittaire* A. T. IV. part. I. p. 113.

*Aristotelis* de animalibus libri latine, interprete *Theodoro Gaza*; in calce: quos *Ludovicus Podocatharus Cyprius* ex archetypo ipsius *Theodori* fideliter et diligenter auscultauit, et formulis inprimi curauit per Ioann. de Colonia, sociumque eius Ioannem Manthen de Gherretzen. Venetiis 1476. fol.

Vid. Catal. bibl. ducis de la Valliere tom. I. p. 470. Pars est editionis sequentis, apud *Braunium* in notitia histor. litterar. de libris — in biblioth. — ad S. S. Vdalricum et Afram existentibus part. I. p. 68 sq. ac Venetiis apud Io. de Colonia etc. 1476. typis descriptae:

*Aristotelis* de natura animalium: libri nouem. De partibus animalium libri quattuor. de generatione animalium: libri quinque. Interprete *Theodoro Gaza*. fol.

Conf. (Schwarz) de libris quibusdam, faec. XV. excusis in Actis eruditiss. et curiosiss. Franconicis, fasc. XIV. Noribergae 1728. 8. p. 115. vbi describit illam editionem elegantem ac nitidam. — Quod Georg. Trapezuntius libros de animalibus quoque latine verterat; odium inter illos ortum et diuersa de vtriusque interpretatione iudicia sunt lata. vid. *Politian.* Miscell. cap. 90. *Parrhasium* in Quaesit. per epist. pag. 131. ed. H. Steph. 1567. 8. *Allat.* diatr. de Georgiis p. 381. et *Zenon* in dissert. Vossian. tom. II. pag. 10 sq. ac 20 sq. vbi e cod. notatur *Georgii Trapez.* in peruersionem problematum *Aristotelis* a quodam *Theodoro Cage*, (ita enim per ignominiam nominabat *Gazam*.) editam, et problematum *Aristotelis* philosophiam protectio. adde infra in catal. editt. *Problematum*.

*Aristotel.* *Politicorum* libri VIII. *Leonardo Aretino* interprete. Florentiae 1478. fol.

Alias faec. XVI. edd. infra in cat. editt. politicorum indicabo. In variis bibliothecis, Vaticana, reginae Sueciae, Laurentiana, Brixienſi, Gaddiana et Riccardiana Florentiae, Veneta D. Marci, Patauina, Mediolanenſi etc. ſeruantur codd. verſionis Aretini. vid. *Mazzuchelli gli ſcrittori d'Italia*, vol. II. part. IV. p. 2207.

*Ariſtotelis* libri X. moralium, libri VIII. moralium, libri II. oeconomicorum a *Leonardo Bruno Aretino* latine verſi, fol. ſine vlla anni, loci, typographique nota et ſine reliquis ſignis.

Eſt exemplum in bibliotheca noſtra academica e bibliotheca Heilbronnenſi. Incipit ſtatim (A) *Riſtotelis ethicorum libros latinos facere nuper inſtitui* etc. ſed a manu vetuſta ſupraſcriptum eſt: *Liber ſanctae marie virginis im hailsbun. Leonardus aretini in libros ethicorum noue translationis prologus incipit feliciter.* — Initio politicorum praemiſſa eſt epiſtola ad Nicolaum poſt vacationem apoſtolicae ſedis in concilio conſtantienſi, quam ſequitur, vt manu ſupra ſcriptum legitur, *prologus in politica ariſt. ad Senenſes.* — Oeconomicorum verſioni praemiſſa eſt adnotatio iuſta: *Leonhardi Aretini in oeconomica ariſt. noue translationis incipit feliciter ad Cosmam de medicis prologus.* Denique in fine ſequuntur *Explicatio Aretini ad ſanctiſſ. Nicolaum*, epiſtola ad Senenſes, ſcripta Florentiae 8. Kal. Dec. 1438. et eorumdem reſponſio, data Senis d. 28. Dec. 1438. Cum hiſ conſpirant ea, quae *Seemiller* de exemplo in bibl. Ingolſtadienſi, l. c. tom. I. pag. 146. copioſius adnotauit, ſuſpicatus, hanc editionem eſſe forte omnium primam, ſaltem ante annum 1477. a *Io. Mentelin* excuſam. Omnium prima quoque videtur *Braunio*, l. m. tom. I. p. 14. illam deſcribenti. adde *Buhlium* pag. 209 ſq.

*Ariſtot.* ethicorum libri X. latine redditi a *Leonardo Aretino*, ſine vlla nota. faec. XV. 4.

Vid. cl. *Morellum* ad Pinelli catal. I. p. 216. nr. 1213. — Alia editio illius verſionis ſine anni nota *Coloniae*. vid. *Braun.* part. I. pag. 61. — Florent. 1478. fol. — Pariſ. apud Higman. et Hopyl. 1497. — Oxon. 1498. conf. *Mazzuchelli* ſcrittori d'Italia vol. II. part. II. pag. 2208. vbi quoque in nota III. codd. verſionis indicantur.

*Ariſtotelis Ethica* ad Nicomachum latine, interprete *Ioanne Argyropylo, Byzantio*. Finit per me *Nicolaum (de Lorenzo*, vt opinatur Maittaire IV. part. II. A. T. p. 756.) *Florentiae* ſ. a. (per Nicolaum Alemannum, circa ann. 1478. ſuſpicatur *Cruenna* in Catal. vol. II. p. 27. 28. edit. 4. et vol. II. p. 73. edit. in 8.) *Pinelli* Catal. I. p. 216.

*Ariſtot.* opera quaedam logica, latine per *Vdalric. Geringh.* Pariſ. 1478. fol.

*Ariſtot.* *Ethica* ex verſione *Leonardi Aretini*. Oxon. 1479. 8. vid. *Denis* Annalium ſupplement. etc. tom. I. pag. 102. nr. 699. ex *Meerm.* adpend. pag. 26. — Idem *Denis* tom. II. p. 493 ſq. aliquot peruetuſtas editiones ſine anni nota indicat: n. *Ariſtot. hiftoriam animalium*. Eiuſdem quaerſiones varias etc. — *Problemata* cum vita *Ariſtotelis*, 4. (niſi ea eſt edit. quam *Heumannus* memorauit, et eſſe quoque dicitur in bibl. Gothana.) — *Ethicorum* liber ex *Leonardo Aretino* traductus, (probabiliter *Io. Wurſler*, Mantuae 1477. fol. — *oconomica* cum comment. *Leonardi Aretini*, (intra 1470 — 1480.) — *Oeconomicorum* lib. *Leonard. Aretino* interprete, ſ. l. et a. in 4.

*Ariſt. rhetor.* lib. IV. ex interpr. *Georg. Trapezuntii*. Venet. 1478. fol.

*Aegidii Romani* commentarii in libros posteriorum *analyticorum* (sic) Aristot. Patau. 1478. fol. vid. ducis *de Valliere* Catal. tom. I. p. 370 sq.

Plura *Aristotelis* opuscula sunt eodem anno Augustae Vindelicorum seorsum et iunctim excusa: nimirum

*Aristotelis* physica s. physicorum libri VIII. Augustae Vindelic. per Ambrosium Keller. 1479. fol. min.

*Aristotelis* opuscula logicalia continentia 1) Porphyrii *Isagogen* in cathedrias Aristotelis. 2) Arist. cathedriar. librum. 3) eiusdem libros II. *Perihermeniarum*, 4) Gilberti Porretani libr. de sex principiis, 5) libr. diuisionum Boethii, 6) *Arist.* priorum *analyticorum* (sic) libr. I. et II. — in calce: Impr. per Ambrosium Keller — sub anno Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. (1479.) min. fol.

*Aristot.* analyticorum posteriorum liber primus et secundus, ibid. per eundem Keller 1479. min. fol.

*Arist.* Elenchorum libri II. ac Topicorum VIII. ibid. eod. anno apud eundem Keller.

*Isagoge Porphyrii* in cathedriemata separatim quoque ibid. apud eundem, 1470. min. fol.

De his omnibus Kellerianis exemplaribus vid. *Seemiller* part. II. pag. 43 sq. (*Strauff* monumenta typographica — bibl. Rebdorf. Eichstadii 1787. 4. pag. 143.) *Zapp* Augsburgs Buchdruckergeschichte part. I. Augustae Vindel. 1786. 4. pag. 49. 52. 53. qui etiam pag. 51. e *Maittario* refert edit.

*Aristotelis* ethica ad Nicomach. latine, Augustae Vindel. 1479. fol.

*Aristotelis* libri de generatione et corruptione cum expositionibus *Aegidii Romani*. Accedunt quaestiones *Marfilii Inguen* super iisdem libris Aristotelis. Patau. per Io. Herbolt de Seligenstadt. 1480. in fol. magno.

Vid. *Seemiller* l. m. II. pag. 62.

*Aristot.* poetica, ex arab. in latin. per *Henr. Alenannum*. Venetiis. 1481.

Vid. Catal. bibl. Bodleian. tom. I. p. 71. Pars esse videtur edit. eiusdem anni mox memorandae.

*Themistii* paraphrasis posteriorum analyticorum Aristot. octo physicorum, de anima, memoria et reminiscencia, de somno, et vigilia, de insomniis et de diuinatione per somnum. Omnia ex interpretatione *Hermolai Barbari*, Patricii Veneti. Taruisii per Bartholom. Confalonarium et Morellum Gerardinum. 1481. fol. min.

Vid. *Seemiller* tom. II. p. 70. *Zeni* dissert. Vossian. II. p. 377 sq. vbi plures enumerantur illius paraphraseos editiones saeculi sequentis.

*Rhetorica*, (a *Lanzelloto* e graeco translata,) et *Poetica*, (ab *Hermanno*, forsan Contracto, *Alemanno* ex arabica versione Auerrhois latine facta.) cum *conpendiosa declaratione Alpharabii*, ad formam clariorem *reducta* per *Lanzellotum de Zerlis*, *artium et medicinae doctorem et physicum Veronensem*. Venetiis per Mag. Philippum Venetum ann. 1481. fol. vid. infra, edd. *Rhetoricor.*

Eadem

Eadem esse videtur edit. de qua cl. Morellius ad Pinelli Catalog. III. pag. 3. differit vberriime.

*Porphyrii Isagoge, Aristotelis praedicamenta, Gilberti Porretani lib. sex principiorum, Arist. de interpretatione, topica, elenchi sophistici, analytica priora et posteriora. Ibid. per eundem Phil. Venetum, 1481. fol.*

De utroque libro vid. *Buhle* p. 205 sq.

*Aristotelis libri de anima, cum expositione Gaetani Thienensis fol. In calce: „ — Gaetani Tiennensis Vicent. commento in tria volumina Aristot. de anima — finis impositus est: Antonii de Strata de Cremona impensa ingenioque diligenter impresso: et per clarissimos artium doctores Mag. Casparem et Iohannem Antonium de Sicilia conterraneos follerti cura emendato. Venetiis. 1481. 2do Cal. Octobr.“ (rec. 1486. vide ad h. annum.)*

Exemplo, quod est in bibl. academ. Erlangensi, additus est liber, cuius initium est: *Incipit quaestio de sensu agente disputata per Gaetanum de Tiennis arcium et medic. doctorem famosissimum*, et in medio fere libro fol. D. *quaest. super textu Aristotelis de substantia orbis*, edit. a *Ioh. de landuno* philos. clariss. ibid. eod. anno, *undecimo Cal. nouembris*.

Liber praedicabilium *Porphyrii*. Liber praedicamentorum *Aristotelis*. Liber sex principiorum a *Gilberto Portitano* editus in supplementum breuitatis Aristotelis circa sex vltima praedicamenta. *Aristotelis* liber peri armenias. libri diuisionum et topicorum *Boethii*. libri analecticorum — topicorum — elenchorum. haec omnia e graeco in latinum translata. fol. sine l. et a.

*Bure* in Catal. bibl. Valler. tom. I. p. 375. circa ann. 1480. excusus liber esse videtur.

*Aristotelis* 1) libri octo Physicorum; 2) libri III. de coelo et mundo. 3) libri duo de generatione et corruptione. 4) libri IV. meteororum. 5) libri III. de anima; 6) liber de plantis. 7) liber de coloribus. 8) de morte. 9) de intelligentia. 10) de lineis indiuisibilibus. 11) de inundatione fluuii. 12) liber physiognomiae. 13) de causa motus animalium. 14) Epistola ad Alexandrum M. 15) Aristotelis vita. 6) liber de sensu et sensato. 17) de memoria et reminiscentia. 18) de somno et vigilia. 19) de causis. 20) de bona fortuna. 21) de longitudine et breuitate vitae. 22) de iuuentute et senectute. 23) de adspiratione et respiratione. 24) de morte et vita. 25) libri XII. metaphysices. — Accedit seorsim impressus Averrhois tractatus de substantia orbis. In calce libri duodecimi metaphysices legitur: „Expliciunt opera Arist. de naturali philosophia impressa Venetiis — per magistrum Philippum Venetum: eiusque impensis diligentissime emendata: anno domini Millesimo. CCCC. LXXXII. (1482.) pridie Nonas Aprilis.

Vid. *Seemiller* l. c. fascic. II. p. 97 sq.

*Problemata Aristotelis determinantia, multas quaestiones de variis corporum humanorum dispositionibus valde audientibus suauer, cum eiusdem Aristotelis vita et morte metrica descripta, suauissimis nutrorum cum interlineali glosa sententialibus expositionibus. sine l. et a. et typographi et paginarum nota. in 4. caractere gothico.*

In bibl. Erlangensi. Aristot. probl. sunt per quaestiones et responsiones in compendium redacta, et cum aliis, Hippocrate, Constantio, Auerrhoe, Auicenna etc. comparata.

Versus

Versus et expositiones hominis Christiani, qui in vltima pagina Aristotelem praecurforem Christi in naturalibus habet, scholasticorum sapiunt aetatem. vid. infra ad ann. 1488.

*Aristotelis problemata*, cum expositione — — *Petri de Ebano*, (ab Abano, Apono,) Patauini. — in fine: „Explicit expositio problematum Aristotelis, quam Petrus edidit Patauianus, ea nullo prius interpretante. — — impensa *Io. Herbert Alemanni*. — ann. 1482. d. XXV. Febr. fol.

Vid. de rarissima hac editione *Buhle* pag. 206. et infra in indice edd. *Problematum* ann. 1505.

In presenti volumine lector subscripta reperies opuscula philosophorum principis Aristotelis per diuini *Thomae Aquinatis* commentaria compendiose exposita: de sensu et sensato, de memoria — — de morte et vita, de bona fortuna. Vltimo altiss. proculi de causis cum eiusdem Thomae commentationibus. In calce: *Parua haec Aristotelis naturalia cum S. thomae aquinatis expositione diligentissime emendata fuere per clar. artium et medicine doctorem Magistrum Onofrium de Suntania Placentinum: ac impressa Padue per hieronimum de durantis. a. dom. MCCCCLXXXIII. (1483.) fol.*

In biblioth. regia Berolinensi. vid. *Widkind* ausführl. Verzeichniß von raren Büchern. part. I. pag. 207.

*Aristotelis tractatus varii*, de anima libri III. de sensu et sensato, de memoria et reminiscencia, de somno et vigilia, de longitudine et breuitate vitae, de structura orbis, (*Averrhois*;) meteorologicorum libri IV. metaphysicorum libri XII. de praedicabilibus (*Porphirii*); de praedicamentis, perihierminias; Analecticorum priorum libri II. Analecticorum posteriorum libri II. topicorum libri VIII. politicorum libri VIII. oeconomicorum libri II. physicorum libri VIII. de coelo et mundo libri VI. de generatione et corruptione libri II. Omnia latine, *Averrhoë* interprete. Venetiis per *Andream de Asula*. tomi III. 1483. fol.

Vid. *Pinelli* catal. tom. I. pag. 218. ibique cl. *Morellium*. *Buhle* l. c. pag. 206 sq. hanc latinam edit. principem omnium fere operum Aristotelis habet: sed antiquiorem collectionem atque editionem iam ad ann. 1473 sq. et 1482. notauimus.

*Liber Arist. de coelo et mundo* etc. In calce: *Gaietani Vincentini philos. praestantiss. in libros Arist. de coelo et mundo expositio cum ipso Aristotele diligenter Venetiis impressa* a. Ch. MCCCCLXXXIII. (1484.) fol.

In biblioth. academ. Erlang. et exemplo subiectus est commentarius recent. instus in *Physica* etc. Aristotelis, s. vberior logica operum diuisio.

*Aristotelis* liber, qui dicitur, *secretum secretorum*. Louanii, 1484. 4.

*Aristot.* libri III. de anima, cum commentariis *Gaietani Thionensis*. Vincentiae. impress. impensis *Henr. de Sancto Vrso*. 1486. fol.

Vid. *Seemiller* l. c. III. pag. 44. et supra ad ann. 1481.

*Autoritates Aristot. Seneca, Boetii Platonis Apuleij affricani, Porphirij et Gilberti porritani*. 4. sine a. et l.



Vid. *Strauff* in Opp. rarioribus bibl. Rebdorf. Eichstadii 1790. 4. pag. 229. qui coniecit, opusculum prodidisse ex offic. *Mich. Keyser* typographi Eichstett. intra ann. 1480 — 1492.

*Idem liber.* fol. in fine: finitum est et completum hoc opusculum. Per me Michael. *Gryffen.* Ciuem Rutlingensem — MCCCCLXXXVIII. (1488.)

Vid. *Strauff.* lib. m. p. 230. et p. 238. recenset aliam eiusdem libri editionem *Spirae* per *Conradum* hist. ann. 1496. fol.

*Questiones vener. domini Iohannis Versoris super veterem et nouam logicam Aristotelis* (sic). Coloniae per *Conradum* de Bopardia. 1486. fol. min.

Vid. *Seemiller* l. c. pag. 68 sq.

*Aristot. problematum particule viginti, Gaza interprete, per ultimam emendationem. Venetiis* per Antonium Cremonensem de Strata. ann. 1488. fol.

Est repetitio editionis ann. 1475.

*Alexandri Aphrodisi problemata, Georgio Valla Placentino interprete; Aristotelis problemata, Theodoro interprete, a Calphurnio emendata:* per Anton. de Strata Cremonensem, *Venetiis* 1488. fol.

*Georgio Valla* interprete. Nicephori Blemmidæ logica. — — — *Aristot. de mundo, magna ethica et poetica, etc. Venet.* per Anton. de Strata 1488. — per Sim. Papiensem dictum Beuilaquam. 1498. fol. vid. supra ad §. XXX.

*Aristot. de moribus, Io. Argyropulo* interprete. Paris. per Io. Higman. 1488. 4. adde supra edd. f. a. post a. 1478.

*Aristot. et aliorum propositiones vniuersales. Bononiae* per Vgonem Rugerium. 1488. 4. vid. Denis Supplem. Maittair. I. p. 239. vbi quoque occurrunt *Copulata* supra vet. artem *Arist.* cum textu, Colon. 1488. et *Auerrois in meteora Aristot.* Venet. per Andr. de Asula. 1488. fol.

### *Problemata aristotelis.*

In calce: „Finiunt problemata Aristotelis. Et sic est finis; sit laus et gloria trinis. Impressum *Magdeborch,* a. domini M. CCCC. LXXXVIII. (1488.) Finitum in vigilia Iohannis ante portam latinam.“ — Exemplum habet bibl. academ. Erlangensis. De ratione problematum idem tenendum est, quod supra ad a. 1482. notauimus de editione f. l. et a. quam quidem versibus de vita et morte Aristotelis auctam esse scripsimus. Num vero haec *Magdeburgensis,* an illa, (quod equidem opinor,) aetate sit superior, dicere nequeo, nec altioris inquisitionis studium in praesenti necessarium videtur.

*Aristotelis opera omnia cum commentariis Auerrois* — — — *Venetiis* studio et impensis *Bernardini de Tridino,* tom. II. fol. 1489. — it. *Venet.* expensis Octauiani Scoti per Bonetum Locatell. 1497. fol. vid. *Seemill.* IV. p. 84 sq.

*Questiones ven. magistri Iohannis Versoris super octo libros Phisicor.* — *Eiusdem questiones subtilissime in via S. Thome super libros de celo et mundo Aristotelis.* — *Item super libros de gener. et corruptione: super libros IV. meteororum: super III. libros de anima: super*  
Vol. III. Rr parua

*parua naturalia copulata iuxta doctrinam excell. doctoris S. Thome de Aquino.* — Impresse per me Henric. Quentel, incolam ciuitatis — Colonienf. ann. 1489.

In bibl. Neostad. ad Ailsum, teste *Schmizero* in III. Anzeige der Kirchenbibl. zu Neustadt an der Aisch. 1784. 4. pag. 43.

*Cyromantia Aristotelis: in calce: Vlme a. millesimo quadringentesimo nonagesimo.* (1490.) 4.

Vid. *Zapf* älteste Buchdruckergeschichte Schwabens pag. 105.

*Questiones mag. Io. Verforis super libros ethicorum Aristotelis et textus eiusdem.* — In calce: — — per Henric. Quentel. ciuem — Colonienf. 1491. fol. — rep. 1494. fol.

Vid. *Mylii* memor. bibl. Ienens. pag. 200. *Strauff* opp. rariora biblioth. Rebdorf. pag. 231 sq. *Helmshrott* part. I. pag. 148.

Repertorium autoritatum *Aristotelis* — per (Petr.) Wagner. Nuremb. 1490. 4.

*Aristot. Meteororum libri cum comment. Caietani de Tienis.* — omnia autem emendata per — *Franciscum de Macerata* et — *Angelum de Monte* — ulmi, ordin. Minor. *Ventis*, cura Ioann. de Foroliuio et Gregorii fratrum. 1491. fol.

Conf. *Braun* l. c. part. II. pag. 227 sq. *Seemiller* fascic. IV. pag. 17.

*Textus paruorum naturalium Aristotelis cum commentario clarissimo secundum doctrinam Alberti M.* — *De sensu et sensato. De memoria et reminiſcentia. De somno et vigilia. De longitudine et breuitate vitae.* Accedunt comn. ent. in *Aristot. De iuuentute et senectute. De inspiratione et respiratione. De vita et morte. De motu animalium. De motu corporis.* In calce legimus, haec commentaria esse *M. Ioannis de Mechilinea* — in acad. Colon. quondam Vicecancellarii — nunc primum emendata per eiusdem acad. Rectorem, *Iacobum Tymens de Amorsfordia.* — Impressa — per Ioan. Koellhoff de Lubeck Colonienf. ciuem a. 1491. fol.

Vid. *Seemiller* IV. pag. 19 sq. *Denis* supplem. p. 301. Posterior ibid. memorat quoque *Aristot.* textum III. libr. de anima cum commento — per *Ioh. de Mechlinia* — reuisa — per *Gerh. de Herderwick.* Colon. 1491. fol.

*Verſo librorum IX. Aristotelis de animalibus, ſue de natura animalium* (per Theodorum Gazam) — *de partibus animalium, librorum IV. de generatione animalium, lib. V.* Ioan. et Gregorius de Gregoriis opera et impensa *Ventis* impellerunt. *Sebastian. Marilius Romanus* recognouit, et per capita diſpoſuit. — a. 1492. fol.

Vid. *Buhle.* — rec. impensis Octaur. Scoti, Venet. 1494. et 1498. fol.

*Aristotel. politicorum libri VIII. latine, ex versione Leonardi Aretini, cum comment. D. Thomae Aquinatis, et conclusionibus Fr. Ludouici Valentiae Ferrariensis.* — Romae, per Mag. Eucharium Silber, alias Franck. a. 1492. fol. — ibid. 1495. fol. si vere existit editio posterior.

Vid. *Laine* pag. 274. 282. inprimis *Audiffredum* pag. 305 sq. et pag. 306.

*Ethica Aristotelica: Ioanne Argyropylo interprete.* Romae per Eucharium Silber, alias Franck. a. 1492. fol.

Vid.

Vid. *Laire* pag. 275. *Audiffredum* pag. 306. *Seemiller* IV. pag. 26.

*Aristotelis* libri politicorum cum commento *Ioh. Versoris*. — *Aristot. Economicorum* cum comm. *Versoris*. Colon. per *Henr. Quentell*. 1492. fol.

Vid. *Braun* part. II. pag. 233. et *Strauss* Opp. rar. bibl. Rebdorf. pag. 232 sq.

*Aristotelis* problemata; *Alexandri Aphrodisiensis* problemata; *Mechanica Aristotelis*; eiusdem metaphysicorum libri XIV. *Theophrasti* metaphysicorum liber vnus. *Venetis* apud *Aldum*. 1493. fol. [Non memorat Serie dell' Edizioni Aldine, ed. fec. Pad. 1790.]

*Aristot.* ethica, lat. interprete *Aegidio Delfo*. per *Georgium Wolf*. Paris. 1493. 4.

Sequentium librorum editiones sine l. a. et typogr. nota *Helmschrott*, *Coloniae* circa a. 1493. et 1494. typis *Henr. Quentell* excusas esse suspicatur; praecipue ob id, quod primo est additum.

*Copulata pulcherrima in nouam logicam Aristotelis, textum simul impressum*, luce clarius exponentia secundum viam — *Thomae Aquinatis*, quorum frequens exercitium est apud magistris in florentissimo studio *Coloniensi*, bursam montis regentes. fol.

*Liber Thopicorum Aristot.* fol.

*Questiones M. Io. Versoris super metaphisicam Aristotelis cum textu eiusdem.* fol. (conf. quoque *Braun*. II. pag. 16.)

*Copulata super libros de anima Aristotelis cum textu iuxta doctrinam Thome de Aquino hic continentur.* fol.

*Questiones subtilissime in via sancti Thome mag. Io. Versoris super libros de celo et mundo Aristotelis cum textu eiusdem etc.* fol.

*Question. Versoris super parua naturalia cum textu Aristotelis etc.* fol.

*Copulata totius noue logice Aristotelis.* fol.

*Aristotelis liber I. et II. Elenchorum* fol.

*Epitomata siue reperationes logice veteris et noue Aristotelis iuxta viam* — *Alberti doctoris magni* etc. 4. (it. Colon. per *Henr. Quentel* 1496. fol. vid. *Seemiller* IV. pag. 70.)

Plura de singulis adnotat *Ioseph Maria Helmschrott* in Verzeichniß alter Druckdenkmale der Bibliothek — zum h. Mang in Füessen. Vlm. 1790. 4. part. II. pag. 26—30. — Idem *Helmschrott*. pag. 135 sq. part. I. copiosior est de quatuor libris, huc pertinentibus, qui sequuntur:

*Copulata pulcherrima* — *super octo libros phisicor. Aristot. cum textu. iuxta doctrinam* — *Thome de Aquino*. Colon. per *Henr. Quentel*. 1493. fol. — it. 1494. ibid. (vid. *Helmschrott*. pag. 148.)

*Quaestiones mag. Io. Versoris super libros de generatione et corruptione cum textu Aristotelis.* (Coloniae per *Henr. Quentel*.) ann. 1493. fol.

*Io. Versoris* quaest. super IV. libros meteoror. *Arist.* (Coloniae per *Henr. Quentel*.) 1493. fol.

*Libri II. Elenchorum Aristot.* (Colon. per H. Quentel,) 1493. fol.

*Positiones circa libros physicorum et de anima Aristotelis iuxta ordinarium et disputatum processum magistrorum Coloniae in bursa montis regentium etc.* 1494. fol. (Colon. per Henr. Quentel.)

Vid. *Helmshrott.* l. m. part. I. p. 148 sq.

*Porphyrü Isagoge et Aristotelis Organon* lat. exaratum per mag. Vdalt. Geringh. Paris. sine anni nota fol.

*Lipsiae* sine anni et typographi nota formulis typographicis sunt descripti: *Aristotelis* libri IV. de coelo et mundo. — meteororum in latinum translati libri quatuor — liber de anima. (conf. *Seemiller*, IV. pag. 122.) — Paruorum naturalium libelli. — *Isagoge Perphyrü ad Categorias Aristotelis.* fol.

Vid. *Leich.* de origine et incrementis typographiae Lipsiensis, p. 104.

*Aristot. de celo et mundo* libri IV. cum *Auerrois* expositionibus. Venet. studio et impensa Octau. Scoti 1495. fol.

*Eiusdem* de generat. et corruptione libri II. cum *Auerrois* exposit. ibidem 1495. fol.

*Arist.* libri VIII. *Physicorum* cum commento *Auerrois*, Venet. 1495. fol.

Vid. *Denis* supplement. etc. II. pag. 385.

Tertius abbreviatus *Aristotelis* super octo libris *physicorum* et tota naturali philosophia: compilatus a magistro *Thoma Bricot* etc. Paris. ap. Wofg. Hopil. 1494. fol. vid. *Valliere* catal. I. pag. 371 sq.

Tot editionibus versionis latinae et commentariorum, hodie a raritate potius, quam ab utilitate commendabilium, factis, tandem cura *Aldi Manutii graecus* textus, typis excusus, lucem vidit.

*Aristotelis Opera*, graece, vna cum scriptis *Theophrasti* et *Philonis* libro de mundo atque historia philosophica *Galeno* adscripta. *Venetis* apud Aldum Pium Manutium, quinque voll. in fol. min. 1495. 1497. et 1498.

Aldus vsus est Alexandro Bondino, s. Agathemere, cuius epistola graeca praefigitur, correctore, et dicauit edit. Alberto Pio, principi carpenfi. De hac editione, quae iam Erasmi aetate fuit admodum rara, et caro pretio stetit, (conf. Erasmi praef. et *Antonii Vrcii Codri* epist. 4. *Memoires litteraires* pag. 296 sq.) docte copioseque egerunt et singula volumina, quae ab aliis quatuor, ab aliis rectius quinque numerantur, diligentius descripserunt *Clement* in *Bibliotheq. curieuse, histor. et critique* etc. tom. II. p. 91 sqq. not. 75. *Hamberger* in *zuverlässigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern* etc. tom. I. pag. 267 sqq. *Seemiller* IV. p. 61. nr. 32. pag. 80. nr. 11. pag. 87. nr. 51. 52. cl. *Morelli* in *Catalogo bibl. Pinnellian.* vol. I. pag. 212 sq. *Goetze* memorab. bibl. Dresd. III. p. 132 sqq. *Buhle* *Opp. Arist.* I. pag. 210 sqq. Iam *Fabricius*, quae alii quoque monuerunt, adnotauit haec manu in exempli sui ora: „Puto, falli *Andream Chevillerium*, de origine typographiae Paris. pag. 235. qui primum putat fuisse *Aristotelem* ex scriptoribus, quos graece Aldus excudit. Sane logica *Aristotelis* absoluit demum mense Nou. [Calendis Nov.] ann. 1495. Sed *Apollonii Syntaxis*, *Theodori*

Theodori grammaticam etc. iam edidit mense Decembri ann. 1494. Theocritum, Hesiodum aliaque ei adiuncta, mense Februar. 1495. fol. — adde Serie dell' edizioni Aldine etc. II. Patau. 1790. 12. pag. 3. 5 sq. 8. [Defunt ed. Ald. Rhetoricorum et Poëtices libri.]

*Diui Aquinatis — in libros Aristot. de celo et mundo preclariff. commentaria cum additionibus Petri de Aluernia. — Venetiis — per Gregorium et Io. de Gregoriis fratres. 1495. fol.*

Vid. *Seemiller* IV. pag. 64.

*Arist. Opp. omnia, latine, impensis Benedicti Fontanae per Gregorium de Gregoriis, Venetiis 1496. fol.*

Argyropylo, Aretino, Hermolaoque etc. interpretibus. Defunt tamen in hac collectio-  
ne plures libri, qui in ferioribus edd. demum accessere; contra alii, qui in illis omitti solent,  
sunt recepti. Praeter *Buhlium* pag. 214 sqq. confer *Braun.* de libris in bibl. Vdalrici et Afrae  
II. pag. 285. *Seemiller* IV. p. 73.

*Commentaria diui Thome Aquinatis — in libros perihermenias et posteriorum Aristotelis  
et eiusdem fallaciarum opus. Quaestiones magistri dominici de flandria — in libr. posteriorum  
Aristotelis et in fallacias S. Thome de Aquino. — Impr. per Otinum Papiensem. 1496. fol.*

Vid. *Seemiller* IV. pag. 71.

*Aristot. de anima lib. III. de sensu etc. impensa — Octau. Scoti. Venetiis. 1496. fol.*

*Aristot. lib. X. Ethic. Politicorum VIII. Econom. lib. et Phylionomia cum praefat. et  
com. Leonardi Aretini ibid. 1496. fol.*

*Arist. Ethica cum introduct. Paris. 1496. 4.*

*Quaestiones Versoris iuxta textum de anima Aristotelis. — — (Colon.) per Henric:  
Quentel. 1496. 4.*

Vid. *Seemiller* fasc. IV. pag. 65.

*Arist. de anima III. libr. cum comment. — Colon. impensis Henr. Quentell. 1497.*

*Arist. de natura animalium libri IX. de partibus animalium lib. IV. de generatione ani-  
malium lib. V. interprete Theod. Gaza. Venetiis per M. Otinum Papiensem de Luna 1497. vid.  
Denis suppl. A. Maitair. I. pag. 421.*

*Gaietani Vicentini in libros Aristot. de celo et mundo expositio; cum ipso textu; in fine  
— accuratissime emendata per eximium artium et medicine doctorem Mag. Io. Antonium  
Sicanium Veronensem; ac diligentissime impress. per Otinum Papiensem de Luna, ann.  
MCCCCXCVIII. (1498.) etc. fol.*

Vid. *Strass* opera rar. bibl. Rebdorf. pag. 242. vid. ad ann. 1481. et 1484.

*Aristoteles de mundo, magna ethica, poetica; lat. cum multis aliis variorum opusculis,  
Georgio Valla interprete. Venet. per Sim. Papiensem, dictum Beuilaquam. 1498. fol.*

*Aristotelis Posteriora analytica cum Io. Versoris quaestionibus explanatis, resolutis et  
recollectis per Io. Glogouiensem. — in opido Lipsensi per Baccolarium Wolfgangum (Stoe-  
kel) de Monaco. 1499. 4. vid. Denis Annual. supplem. tom. I. p. 459.*

Philosophiae naturalis compendium libris physicorum, de generat. et corruptione atque de anima *Aristotelis* correspondens, non sine accurata lucidissimaque textus eiusdem elucubratione. ex variis — *Thomas* — *Egidioque Rhomani* — voluminibus attente congestum. — In calce. „Impressum — in insigni oppido *Liptzensi* opera — *Melch. Lotter.* 1499. fol.

Vid. *Leich.* l. m. p. 65. *Strauff* Opp. rar. — *Rebdorf.* p. 243 sq.

*Aristotelis Opp.* latine, cum commentariis *Averrhois*, per *Ioan. Baptist. Bagolinum*, tomis X. Venet. apud Iuntas 1500 — 1502. fol. — curante Octauiano Scoto secundo. Venetiis. 1538. 8. — *Aristot.* Poetica, rhetorica, ethica *Nicomach.* oeconom. et politica, interpretibus variis. Venet. fol. per Bern. Venetum de Vitalibus 1504. vid. *Maittaire* A. T. tom. II. part. I. p. 167. [Vallae interpr. Poeticorum Philaelphi Rhetoricorum, Argyropyli Ethicorum, et alia insunt. Exemplar est in Bibl. Paullina Lips. *Beck.*]

*Aristot. Opp.* quae a Io. Argyropylo, Hermolao Barbaro, Leonardo Aretino, et G. Valla e graeco traducta sunt. Cum noua errorum castigatione, vt studenti patebit. Venet. sumt. heredum Octauiani Scoti. — Maxima diligentia Barthol. de Zanis de *Portefso.* 1507. fol. (vid. *Buhle* p. 216. et *Clement.* pag. 99.)

*Aristotelis* opera varia, latine, *Petro Alcyonio* interprete. Venetiis, 1521. fol.

Vid. *Clement.* l. c. p. 98. qui obseruat, *Io. Genes. Sepuluedam* edidisse *Errata* Petri Alcyonii in interpretat. Aristotelis a I. G. Sepulu. collecta; Alcyonium igitur omnia, quaecumque nancisci potuit, emisse exemplaria et flammis tradidisse: idque in causa insignis existisse raritatis. conf. *Bayle* Dict. artic. *Alcyonius.*

Τὰδε ἐνεσι ἐν τῇδε τῇ βιβλῳ. — In hoc libro haec sunt, *Porphyrii* introductio, *Aristotelis* praedicamentorum lib. I. perihierminias L. I. priora et posteriora resolutoria lib. IV. topicorum libri VIII. Elench. lib. I. Florentiae per heredes Philippi Iuntae 1521. 4. graece.

Textus edit. Aldinae mai. est repetitus. In auersa prima pagina, quae titulum praefert, legitur εἰς Ὀργανον Ἀριστοτέλους Ἀνώνομος. etc. vid. *Aug. Mar. Bandini* Iuntarum typographiae annales, part. II. Lucae 1791. 8. p. 164 sqq.

Τῶν ἐν τῇδε τῇ βιβλῳ περιεχομένων ὀνόματα καὶ τάξις. Ἀριστοτέλης περὶ ζῴων ἰσότητος. βιβλία θ'. — περὶ ζῴων μορίων — — περὶ ζῴων περὶείας. — περὶ ψυχῆς, (et reliqua opuscula graece designata, quae in indice scriptorum supra, nr. XV. XX. XXI. b. XXII. XXIII. XXVIII. nominata sunt, tum) Θεοφράστου περὶ ἰχθύων, — ἰλίγγων — κόπων — ὀσμῶν — ἰδρώτων. Omnia ex exemplaribus N. Leonici Thomaei diligenter emendata. Florentiae per heredes Phil. Iuntae. 1527. 4.

Vid. *Bandinium* l. mem. pag. 213 sq. Bernard. Iunta in epist. dedicat. gloriatur loca circiter duo millia, quae in illis mendose mutileque legebantur, sedulo restituisse.

Ἀριστοτέλης ἅπαντα, *Aristotelis* — — opera, quaecumque impressa hactenus extiterunt omnia, summa cum vigilantia excusa. Per Des. *Erasm.* Roterodamum. *Basl.* apud Io. Bebelium. 1531. fol. II. voll.

In plurimis scriptis κατὰ πρόδα sequutus est *Erasmus*, adiutus, vt ipse in praef. ad Io. Morum ait, studio, vigilantia, fideque Simonis Grynaci, Aldinam lectionem. In dialecticis tamen, vt ipse profitetur, adhibitus est emendatissimus codex, in quo vix vlla fuisset pagina, quae non aliquod operae pretium adtulisset: in physicis auscultationibus consulta sunt

Simplicii commentaria, ex iisque libro septimo, (fol. 106. b.) pro Themistiana paraphrasi reposita sunt ipsius Aristotelis verba: in libris de animalibus loca non pauca repurgata sunt praesidio translationis Theodoricae. In Topicis fol. 63. b. et 65. b. ex vetere exemplari sunt quaedam notata: et hinc inde V. L. adscriptae. In meo exemplo V. D. ad Problem. λζ. pauca adscripsit correctiones. — Praemissa est vita Aristotelis, a Guarino Veronensi composita. — Erasmi praefatio legitur quoque inter eius Epistolas XXVIII. 13. Adde *Buhle* p. 216. etc. — Ex hac prima Basileensi expressa est altera, cum praef. Erasmi, emendante *Simone Grynaeo*. Basil. per Io. Bebelium et Mich. Isingrinium. 1539. fol. II. voll. (De latinarum versionum edit. circa hoc tempus vid. ad initium huius sectionis; imprimis de edit. Basileensi, ann. 1542. *Stolle* in: Nachricht von den Büchern in der Stollischen Biblioth. tom. I. part. I. pag. 65 sqq. vbi singulorum voluminum contenta enumerantur, et de Aristotele atque Gemusaeo agitur.)

Nova lux orta est textui graeco et noua fere plurimorum scriptorum recensio facta est, adhibitis Iustii Velsii, Matthiae Flacci et Petri Victorii castigationibus, in tertia editione Basileensi:

Ἀριστοτέλης ἅπαντα. *Aristotelis Opera omnia*, graece, cum praefatione Erasmi (et vita Aristotelis ex Laertio,) per Io. Bebelium et Mich. Isingrinium. 1550. fol.

Plura scripsi de luculenta et praeclara hac editione in praef. ad Aristotelis A. P. p. XIX sqq. adde *Buhl*. pag. 219 sq.

*Aristotelis Opera*, (cum commentariis Georgii Pachymerae in textum Aristot. de lineis indiuiduis, Alexandri Aphrodis. problem. et Theophrasti historia plantarum,) studio Io. Baptistae Camotii. graece. Venetiis apud Aldum filium (hinc haec editio vulgo dicitur *Aldina minor*;) impensis Feder. Turrifani, 1551. 1552. 1553. min. 8. VI. voll. [Tertium volumen reliquis serius prodit, a. 1553. v. Serie dell' ed. Aldi p. 95.

Est critica editio, et probata lectio restituta, adhibitis nonnullis codd. MSS. ac veteribus interpretibus gr. atque editionibus: hinc Sylburgius in principio notarum ad vol. Aristot. de animalium historia iam animaduertit, illam a Florentina Thomaei, et Basileensi Isingrinii in multis discrepare. adde *Buhle* pag. 220 sqq. — De latina edit. Opp. *Aristot. et Auerrois*, Venetiis apud Iuntas XI. voll. 1552. fol. — ibid. 1562. XIV. voll. 8. et alia apud eosdem 1573 — 1575 vid. *Beckmanni* praefat. ad Aristotelem de mirabilibus auscultat. pag. VI sq. — *Buhle* autem cit. loco etiam copiosus est de editione *Arist. Opp. latina* cum commentariis *Auerrois Cordubensis Verita*, apud Cominum de Tridino 1560. et 1562. XI. voll. 8. — tum de edit. *latina Basileensi* cum praefat. C. Prosperi Cyriaci etc. 1563. fol. IV. voll. — nec non de edit. *Opp. fere omnium philosophicorum Aristot. ex duplici interpretatione, altera antiqua*, a Thoma Cantabrigiano, ut fertur, adornata, altera recentiorum vtorum, exstant cum commentariis S. Thomae Aquinatis. inter *Opp. omnia eiusdem Thomae*, Romae 1570. fol. tom. I — V. et Antwerpiae 1612. fol. tom. I — V. et aucta commentariis Caietani aliorumque. Paris. 1660. fol. vol. I — VI.

Octo libros *Physicorum*, poetica et oeconomica versibus exposita, Mediolani 1578. 4. a *Bened. duo Boldino*, Mediolanensi, memorat *Philippus Picinelli* p. 86. Athenaci eruditorum Mediolanensium, id quod adscripsit Fabric. orae exempli sui.

*Aristotelis Stagiritae Opera.* Post omnes, quae in hunc vsque diem prodierunt, editiones summo studio emaculata et ad graecum exemplar diligenter recognita. Ab *A. Iac. Martino* — Lugduni apud Stephan. Michaelis. 1578. voll. II. fol. (vid. *Buhle* p. 226 sqq.)

*Arist. Opp.* latine ex variorum interpretatione, cum indice. Lugduni apud Iacob. Berrion. 1580. 12. tom. VII. Sic *Buhle* citat ex catal. bibl. Casanat. at vereor, ne eadem sit, quam *Clement.* tom. II. pag. 99 sq. in not. copiose describit: eodem igitur adnotante, primus tom. *Organon*, Lugduni ap. Ioannam Iac. Iuntae F. 1579. 16. tom. II. Phys. apud eandem ex typogr. Theobaldi Pagani, 1579. tom. III. IV. V. et pars prior VI<sup>ti</sup> ap. eandem: pars posterior. exc. Bas. Bouquet. tom. VII. index apud eandem exc. Bas. Bouquet. 1579. 16. Eadem est, quam supra initio h. sectionis inter lat. edd. (p. 306.) nominavi.

Nouam lucem opemque graeci textus locis haud paucis adtulit *Sylburgius* <sup>bbb</sup> in praecleara raraque editione, de qua iam egi in praef. ad Aristot. A. P. pag. XX sqq. atque in Introductione ad histor. L. Gr. tom. I. pag. 437. et cuius singulos tomos diligenter describit *Clement* in Biblioth. curieuse etc. II. pag. 92 sqq. Basis tamen est editio III. Basileensis. Constat autem integra editio XI. tomis, non vno eodemque anno excusis, qui modo in plura, modo in pauciora volumina redigi et compingi solent. Hinc *Fabricius* *quinque* voluminibus illam constare scripserat. Singuli autem tomus peculiare habent inscriptiones: quo factum est, vt plena integraque exempla omnium partium s. tomorum raro inuenirentur. Sed antea *Wechelus* praelo suo exire iusserat editionem Aristotelis, multis ignotam, de qua in recensione Sylburgianae editionis plura differam: Tomi I. quem in manibus habui, inscriptio haec est:

*Aristotelis Organum, s. logicae tractationes omnes; — ad exemplaris fidem, quod postremum Lutetiae excusum est, diligenter emendatum et in capita distinctum, graece.* Francof. Excudebat *Andreas Wechelus* sibi et *Thomae Guarino* MDLXXVII. (1577.) 4.

Praefatus est *Simon Grynaeus*. Insunt *Porphyrus Isagoge* et reliquae *Organi* partes. Post decem fere annos apud *Wecheli* heredes comparuit editio *Sylburgiana*, cuius primus tomus habet generalem hanc inscriptionem:

*Ἀριστοτέλης τὰ ἐπισηκόμενα.* *Aristotelis opera quae exstant, Addita nonnumquam ob argumenti similitudinem quaedam Theophrasti, Alexandri, Cassii, Sotionis, Athenaei, Polemonis, Adamantii, Melampodis.* In tomis cuiusque sine adiecta varians locorum scriptura, et praecipuis editionibus, nonnumquam etiam e multis codd. Emendationes quoque non paucae ex interpretum

<sup>bbb</sup> Virum hunc, sine ostentatione atque alios exagitandi libidine doctissimum et praeclaris accuratisque veterum scriptorum editionibus immortaliter meritum, sustulit lues epidemica Heidelbergae die XVI. Februarii anno 1596. (aetatis 60.) vt refertur in *Abr. Sculteti* vita p. 34. conf. Epitaphium eius in monumentis Heidelberg. pag. 72. et *Adami Bernhardi* curiosa eruditorum historia, edita germanice pag. 757. *Io. Fabricii*, Helmstadiensis theologi, biblioth. tom. IV. p. 385.

Discipulus fuit *Laur. Rhodomanni*, et *Wecheliana* ac *Commeliniana* typographiae, quibus haud meliores Germania vidit, ἐργασίας. Vitam eius et scripta petes, vbi libebit, e *Melchioris Adami* *Vitis Philosophorum*, *Antonii Teisserii* *elogiis Thuaneis* parte 2. *Pauli Freheri* *theatro*, et *Rüdigeri* sive personati *Adolphi Clarmundi* *Vitis clarorum virorum*, germanice editis, parte 1. *Fabric.*



terpretum personibus, aliorumque doctorum virorum animaduersionibus praeter ea capitulum index, et duo rerum ac verborum, notatu digniorum inuentaria, latinum et graecum. Initio praemissa quaedam de Aristotelis vita et scriptis ex auctoribus tum veteribus tum recentioribus. Opera et studio Friderici Sylburgii Veterensis. Francofurti, apud Andr. Wecheli heredes, Claudium Marnium et Ioannem Aubrium. 1587. 4. graece.

Ex praefatione quaedam excerptit cl. Buhle pag. 227 sqq. Primo tomo nihil variarum lectionum atque adnotationum est adiunctum, nec indicem habet ille. Quibus vero tomis adhaerent obseruationes, ab initio illarum Sylburgius dedit notationem diuersae lectionis e praecipuis editionibus, et quae alia adhibuerit subsidia, indicauit. Libri autem *Ethicorum* prioris editionis statim in fronte dicuntur *opera doctissimi viri Petri Victorii emendati*. Francofurti 1577. Libri *Politicorum ex castigationibus P. Victorii emendatiores facti*, eodem anno: uterque tomus in priore editione caret notis et indicibus. Nam nisi omnium, uti reor, tamen plurimum tomorum duae, eaeque interdum diuersae, editiones, factae fuerunt. Exempli, cuius partes enumerat *Clement*, tomi signati sunt ann. 1584. aut 1585. aut 1587. Illius autem exempli, quod ego habeo, partes aliae ann. 1577. aliae ann. 1584. praelo exierunt. Duplex quoque exemplar habuit et recensuit *Freytag* in adparat. litterario tom. I. pag. 541 sqq. qui titulum primi voluminis L. 1577. etiam ponit, et diuersitatem indicat. Mei exempli tomus, qui continet Aristotelis *ethica*, in fronte tantum habet *opera doctiff. viri P. Victorii emendati*: apud *Clement* sequuntur adhuc: *additae in fine praeter V. L. a Victorio adnotatas, aliae quoque scripturae diuersitates e Basiliensi, Veneta et aliis editionibus: emendationes etiam nonnullae ex doctorum virorum obseruatt.* cum indicibus. 1584. Meum exemplum constat 192. pagg. id, quod *Clement* habuit, pagg. 232. Apud *Clem.* vltima pars inscripta est: *Aristotelis politicorum et oeconomicorum libri qui exstant. Addita in fine diuersa locorum lectio — emendationes — Indices.* 1587. in meo exemplo sunt duo seiuncti tomi: prioris inscriptio est, *Arist. oeconomica siue de rebus domesticis*, ex typographia Andreae Wechel. 1577. pagg. 33. posterioris sententia est, *Aristotelis Politicorum s. de optimo statu reipubl. libri octo* ex typogr. A. Wecheli 1577. pagg. 230. — Tertiae partis prior editio inscripta est *de physica auscultatione, de coelo — — de longitudine et breuitate vitae. I. Ad exemplaris fidem, quod postremum Lutetiae excusum est, emendati.* ex typogr. Andr. Wecheli 1577. sine notis et indicibus. posterior editio: *de physica auscult. — — et breuitate vitae. I. Addita in tractatus cuiusque sine varia locorum lectio, e libris tum impressis tum manuscriptis.* Ad haec index capitulum, et rerum ac verborum notatu digniorum bina inuentaria, alterum graecum alterum latinum. apud heredes Andr. Wecheli 1584. Quoniam vtriusque editionis huius tomi exempla habeo, praefationes atque interdum recensioem textus graeci esse diuersas, nouis subsidiis acquisitis, possum adfirmare. Hinc patet atque ex quibusdam locis fit manifestum, primum ann. 1577. Wechelium typis suis, meliores tantum editit, recusas dedisse; postea Sylburgium ann. 1584 sqq. nouam singulorum tomorum curasse editionem, plura exempla aliorumque virorum doctorum animaduersiones consuluisse, atque lectionis varietatem notasque adiecisse: toti veto operi generalem praefixisse inscriptionem; singula quoque huius editionis exempla, quod suum quodque inscriptionem habet peculiarem, seorsum occurrunt, atque in catalogis tamquam singulares editiones aliquoties designantur. Mei autem exempli partes non vnus, sed diuersae editionis sunt tomi. Hinc forsitan, prouti priorem aut posteriorem compares editionem, editio latina Francof. 1593. quemadmodum Fabricius adnotarat, potest paginis

edit. graecae Sylburgianae respondere, aut, id quod Clement contendit, difficultate quadam laborare. Sed ii, quibus potestas data est utriusque editionis curatius conferendae, certiora edicent. adde *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabricianae part. III. pag. 453 — 457. ubi quoque de his, quorum libri adiecti sunt in hac editione, agitur. Ceterum adiungam, quae Fabricius de hac editione et quibusdam, qui insunt, alienis libris obseruauit. *Harl.*]

Editio nitida, emendatissima, locupletissima, in qua praeter scripta Aristotelis graece usquam edita, (excepto Pello.) exhibentur *Theophrasti* <sup>ccc)</sup> *Metaphysica*, *Characteres Ethici*, et *ἐκλογὴ περὶ κόπων, περὶ ιδρώτων, περὶ παραλύσεως, περὶ λειποψυχίας, περὶ ἰλύγγων*, et quem sub incerti auctoris titulo publicauerat, Aldus, *περὶ σημείων ὑδαίων καὶ ἀνέμων*, tum *Alexandri* <sup>ddd)</sup> Aphrodisei, seu cuiuscumque alterius, *Problemata*, et libellus, quod virtus non sufficiat ad beatitudinem siue potius cap. 43. ex libro 2. de anima fol. 156 sqq. *Cassii* <sup>eee)</sup>, *Iatrosophistae*, *Problemata* LXXXIV. Excerpta e *Sotione* <sup>fff)</sup> [P] *περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν*

ccc) De Theophrasti scriptis vide cap. sequens.

ddd) De scriptis *Aphrodisiensis Alexandri* infra lib. IV. ubi et de *problematis*, quae nonnulli tribuunt *Alexandro Tralliano*.

eee) [In cod. Matrit. apud Iriart. pag. 328. sunt ex *Cassii*, *Iatrosophistae*, *problem.* sex *problemata*: quae in editis sunt 12. 20. 23. 35. 63. et 64. sequuntur ἀδέσποτα quinque *problemata*.] *Cassius Felix* vocatur in MSto codice, quem memorat *Labbeus* *Bibl. nou. MSS.* pag. 49. ubi testatur, in codice MCXXV. regis christianissimi existare latinam *problematum Cassii* versionem, adornatam *Ardabure* et *Aselepio* siue *Callepio* *Coss.* anno Christi 474. Et video, praeterea memorari *Cassii Felicis*, sub *Claudio* imper. medici, libros duos de curatione morborum <sup>\*)</sup>, (vide *Conringii* *Introduct.* in *Medic.* pag. 53. et *catalog. codd. mssor.* *Io. Mori*, *episcopi Noruicensis*, n. 53.) Graece prodierunt *Cassii* *problemata* *Κασσίου ἰατροσοφιστῆ ἰατρικῶν ἀποριῶν καὶ προβλήματα περὶ ζῶων καὶ τετραπόδων*, *Georgio* de *Sylua*, *episcopo*, curante, *Parisi* 1541. 8. et ibidem eodem anno latine in 4. interprete *Adriano Iunio*, cum graeci exemplaris castigationibus. *Quis hic scriptor fuerit*, inquit *Iunius praef.* ad *Cornelium Rhemium*, *quoue temporum tractu vixerit, nihil equidem, ut ingenue fatear, compertum habeo.* Memorat *Suidas* *Longinum* cognomento *Cassium* magni illius *Porphyrii* *praecceptorem*, qui *quaestiones et proble-*

*mata* *Homericam* scripserit. Citatur et quidam *medicinae* scriptor, *Cassius Calpitanus*; vter vero huius sit auctor libri, an alius quispiam et an is, quem *Galenus* *IV.* 7. et *IX.* 4. de *compositione medicamentorum* secundum locos citat; nec semel *Hippiatrica*, malim dubium silentio transire, quam temere assueverando ineptice notam incurvere. Certè quisquis tandem sit, ut non infimae in re medica classis, ita lectione non perfunctoria, sed saepius iterata dignissimus est; adde rem et aequali cum veterum multis nominis auctoritate, ni aliorum censurae praeiudicium dicere primus formidarem. [conf. infra, in *elencho medicorum* vol. XIII. p. 109. supra in hoc capite sect. XXIV. et XXV.] Plerique viri docti, ut *Hieron. Mercurialis* *III.* 11. *Var. lect.* et *IV.* 13. *Vossius* lib. de *Philosophia* p. 94. et *Daniel Clevicus* *Hist. Medicinae* tom. II. pag. 126. *Io. Conr. Barchusen* in *histor. medicinae* p. 522. *Io. Rhodius* ad *Scribonium* p. 263 non plane certa coniectura haec *problemata* tribuunt *Cassio*, medico, qui *Augusti* et *Tiberii* temporibus floruit, quem *ingeniosissimum saeculi sui Medicum* vocat *Celsus* *praef.* Idem *IV.* 14. et *V.* 25. *plasma Cassii colicum* refert, quod laudat praeter *Galenum* *IX.* 4. κατὰ τόπον *Scribonius Largus* *compositione* 120. vti *antidotum* *compos.* 176. et *collyrium Aetius* *tetrabibl.* 2. lib. 3. cap. 99. *Asclepiadis* *sectae* adiectum *problematum* scriptorem obseruatum est *Mercuriali*,

\*) *Cassii Felicis* *medicina* de Graeco in latinum translata, *Ardabure* et *Aselepio* seu *Callepio* *Coss.* h. e. anno Chr. 447. mst. rariss. *bibl. regiae* notante *Ge. Hier. Welfchia* in *Speci-*

*mine* *supplem.* ad *biblioth. Gesnero-Simlero-Frisian.* in *Schellhornii* *amoenitt. litterar.* tom. VI. pag. 496. *Harl.*

κρητῶν καὶ λιμνῶν πρᾶξειδοξολογημένων, et ex Athenaci<sup>885</sup>) libro II. similia excerpta de aquis quibusdam et fontibus mirificis: Polemonis<sup>886</sup>) et Adamantii<sup>887</sup>) Physiognomica, et Melampodii<sup>888</sup>) περὶ παλμῶν μαντικῆ et περὶ ἐλαίων τῆς σώματος. [P]

S 52

Haftenus

Mercūriali, et laudat nominatenus Aesclepiadem Cassius problemate statim primo, tum problemate 40. citans eius librum περὶ ἐλαίων. Andr. Junii versio latina et castigationes recusae sunt ab H. Stephano inter medicae artis principes tom. I. p. 752. ann. 1567. fol. Proderunt et graece emendatione cum noua *Conr. Gesneri* versione et scholiis et *Antonii Schnebergeri* catalogo medicamentorum simplicium ac parabilium; quae pestilentiae veneno aduersantur, Tiguri 1562. 8. Hinc graece cum *Theophylacti Simocattae*, (de quo infra lib. V.) ἀπορίας φυσικαῖς et epistolis e recensione *Boniani Vulcanii*, Lugd. Batav. 1596. 12. Denique graece et latine cum notis ab *Andrea Riuiuo*, Lipsi. 1653. 4. Gesnerus in *Bibl. notat*, vnum duntaxat problematum Cassii librum excusum esse, *Venetis*, inquit, alterum quoque haberi audio. In calce msti codicis, Iunio teste, legebatur aliquid de differentia αἵματος et φάματος, quod veluti alienum reiecit merito *Iac. Tusanus*. Alius fuit Γέσιος siue Γέσιος ἰατροσοφιστῆς, ad quem Procopii Gazaei existant epistolae, et cuius e Damascio meminit Suidas, tum Stephanus Byz. in *Γέν.* [vid. infra in volum. XIII. p. 170. *Eudoc.* in *Violar.* p. 99 sq.] Fuit et *L. Amnius Cassius*, Mithradorus medicus, cuius mentio in veteri inscriptione apud *Sponium* in *Misc. eruditae antiquitatis* pag. 142. ne dicam de *Dionysio Cassio*, Vticensi, qui de re rustica scripsit teste Varrone et Columella, et cuius *βιβλιομικτὰ* laudat Scholiastes Nicandri: tum de aliis *Cassii* compluribus, de quibus *Baelius* in *Lexico*, quibus addendus *Cassius Maximus*, cui Onirocritica sua inscribit *Artemidorus*, et *Cassius*, *Scepsius*, *Laert.* VII. 32. et 34.

fff) Ediderat *H. Stephanus* Paris. 1557. 8. Confer *Photium* cod. CLXXXIX. *Vossium* II. 7. hist. graec. et *Ionsium* p. 166: qui Sotionem hunc sub Tiberio claruisse notant.

ggg) Lib. 2. pag. 41 sq.

hhh) Polemon hic, quisquis fuit, (Xenocratis enim discipulum, Atheniensem, vix credo,) antiquior fuit Origene, qui eius meminit lib. I. contra Celsum p. 26. Ἐάν δὲ καὶ τῶν φυσιογνωμένων κρατῆ, ἢτε Ζαπάρα, ἢτε Λοξία, ἢτε ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ, ἢτε ἕ τινός ποτ' ἔν τοιαῦτα γράφαντος καὶ ἰκαργαλαμίνα εἰδῶν τι θαυμαστὸν εἶπεν τοῖς ἡδῆσι τῶν

ψυχῶν πάντ' ἔνοι τὰ σώματα. Albertus M. *Φυσιογνωμικόν* siue *Φυσιγνωμικῶν ἐγκυκλίων* tribuit Polemoni, rhetori, parum verisimiliter, libro 8. de animalibus: ut autem melius sciatur ea, quae dicenda sunt, ponemus singulorum membrorum per se significationes, sequentes auctores magnos huiusmodi artis, Aristotelem videlicet et Avicennam, Constantium ipsum, et ipsum, quem commendat Aristoteles, Philemonem, (Rhio quidam laudatur a Polemone) *Loxum* quoque et *Palaemonem*, (Polemonem,) *declamatorem*, qui *Physiognomica* perfectius ceteris tradiderunt. (Atqui *Philemonis*, *Physiognomi*, librum syriace versum memorat *Greg. Abulpharagius* histor. dynastiar. VI. pag. 86. et p. 56. ubi eum Hippocratis, medici, aequalem facit. Sed et in libro secreti secretorum, qui Aristotelis nomine fertur latine versus ex arabico; capite vltimo, quod tractat de Physiognomia fol. 18. *Philemon* summus laudatur doctor et magister physiognomiae, atque de Hippocratis formā refertur etc.) *Adamantius* (de quo paullo infra) similiter testatur, se Polemonis vestigiis insistere, sed quem existimauerit Polemonem, non addit. Διὸ παραφράσαι μὲν εἰλόμην τὰ Πολέμωνος καὶ κοινῶ τῆς λέξεως. In multis dictio adeo est impura, vt, iudice Sylburgio, non Polemonis, Atheniensis, sed hominis semibarbari esse videatur. Etiam ἀδωλοθύτε vocabulum, christianum magis, quam ethnicum Philosophum respicit, nisi a recentiore manu interpolatum Polemonis scriptum malis. [Polem. Adamanti ac Melampodis Physiogn. et de maculis schediasma Hermanni Venii, mst. fuit in bibl. Vffenbachiana.] Graece primum edidit *Camillus Peruscius* cum Aeliani Varii, Adamantio et Melampode [item ex Heraclide de reb. public. comment. et de *neuis* cum ep. gr. Perusci et indice vocc. in Aeliano.] Rom. 1545. 4. Latine vertit *Nic. Petreius*, Coreyraeus, cum Meletii et Hippocratis de structura hominis, Dioclis epistola de tuenda valetudine ad Antigonum, regem, et Melampodis de naeuis, Venet. 1552. 4. *Vigneul Marville* tom. 3. p. 258. miscell. hist. et litterat. „Nous avons,” ait, le livre de Polemon, traduit de Grec en Latin par le Comte *Charles de Montecuculli*, qui l'a illustré par des remarques savantes. Mais je n'y a trouvé, de quoi

pouvoir

pouvoir contenter un esprit raisonnable, touchant cette espeece de divination, qui se fait par la Physionomie." Prodiit edente *Francisco Montecucoli*. Mutinae 1612. 4. Idem Franciscus e Caroli, fratris sui, versione latina Polemonem vertit italicæ, quam editionem euolui, Venetiis 1612. 8. cum *Io. Baptistæ Portæ* physiognomia humana et diuina, itidem e latino italicæ translata. *Italice* cum Porta et aliis, Patav. 1626. 4. [Vener. 1668. 4. de his versionibus italicis, et alia a *Paullo Pintio* facta, ac studio M. *Anton. del Moulin* edita, Lugduni per Io. de Tourneis, 1590. 8. copiosius differuit *Paitoni* in biblioteca degli autori antichi — vulgarizzati, tom. III. p. 173 sq. *Harl.*] De *Polemone*, Atheniensis, dictum superius cap. 3. De *Polemone*, utroque rhetore, infra suo loco lib. IV. De *Polemone*, Periegete, Panaetii discipulo et Timæi, Historici, aduersario *Vossius* in *Hist. graecis*.

iii) *Adamantii*, sophistæ, libri duo *Φυσιογνωμικῶν* ex Aristotele et Polemone, vt ipse fatetur, magnam partem expressi (hinc Adamantium Polemonis metaphrasten vocat *Haar. Iunius* pag. 514. Epistol.) et Constantio, quem *Φίλατον* adpellat, (illo opinor, qui Placidiani Honorii vxorem duxit, de quo *Sozomenus* IX. 16.) inscripti viderunt lucem graecæ cum Polemone et aliis Rom. 1545. 4. separatim primo ex episcopi Vaurensis bibliotheca, Paris. 1540. 8. apud Conradum Neobarium et cum versione *Iani Cornarii* Basil. 1. 44. 8. Basil. 1556. 8. [Cornarii editio rara est inscriptaque: *Adamantii Sophistæ Physiognomonicon*, i. e. de naturæ indicibus cognoscendis libri II. per *Ianum Cornarium*, medicum physicum, latine conscripti. *Iani Cornarii*, medici physici, Professoris scholæ Marpurgensis, de vtriusque alimenti receptaculis, dissertatio, contra quam sentit *Plutarchus*. *Plutarchi*, Chaerontensis, philosophi, loci duo, ad idem argumentum pertinentes, sed reprobati. *Adamantii* etiam exemplar graecum est adiectum. Per Robertum Winter. Basileae anno M. D. XLIII. (1544) 8. Cornarius in epistola nuncupatoria, proderit, inquit, hoc scriptum (*Adamantii*) ad intelligendum multis in locis Aristotelem. Sicut Aristoteles adhibitus mihi profuit, ad multos corruptos in *Adamantio* locos restituendos. — Adiecti graecum exemplar, tum quod rara admodum est eius copia, tum, vt, si quis id malit, graecæ legere possit. Quin et vt conferri mea lectio ac versio possit ad eam graecam, quam sequutus sum. — Videtur fuisse *Adamantius* hic sophista, postior illis, quos *Philostratus* descripsit, homo, vt

adparet, multae doctrinae ac eloquentiae, quam cum philosophia coniunxit. Tales enim quendam sophistæ adpellabantur etc. *Harl.*] Gallice per *Ioh. Bonum*, medicum, Paris. 1556. 8. atque interprete puero duodecenni *Henrico de Boyvin du Vavrouy*, qui Adamantium et Melampodem e graeco gallice versum cardinali Richelieu dicauit Paris. ann. 1656. 8. [germanice in Trifolio physiognomico, edito cum Elsholzii lib. de symmetria corporis humani, Noribergae 1695. 8.]. Videtur hic fuisse *Adamantius* gente Iudaeus, *Ἰαργικῶν λόγων σοφιστῆς*, qui tempore Attici episcopi CPolitani christianam amplexus religionem, Alexandriam se contulit ibique sedem fixit teste *Socrate* VII. 13. *Hist.* Citatur *Adamantius*, (idem fortassis, confer *Marsilium Cognatum* IV. 17. *Variar.* Obseru.) ab *Actio* *Tetrabibl.* I. 3. 163. vbi de ventis, II. 4. 27. et 31. vbi de dentium curatione. Alia *Adamantii* medicamenta laudat *Oribasius* lib. 3. *Synopsi* *Adamantium ἐν τοῖς περὶ ἀνθρώπων* citat *Schol. Hesiodi* ad *Theogoniam*. *Adamantii liber de ventis* MS. in *Bibl. regis christianissimi* cod. MCCXIII. teste *Labbeo* p. 111. *Bibl. nou.* MSS. [in *catalogo mstorum bibl. Paris. nr. MMCCCLXXXI.* in *bibl. reg. Matrit.* apud *Iriart.* pag. 342. nr. CXIX.] *Adamantii* et aliorum de ponderibus et mensuris, maxime Medicorum, MS. id. p. 127. et *Cangius* in glossario graeco. *Fabric.* Nouissima Aristotelis, Polemonis, Adamantii et Melampodis physiogn editio est: *Scriptores Physiognomoniae veteres*, ex recensione Camilli Perusci et Frid. Sylburgii, graecæ et lat. recensuit, animaduersiones Sylburgii, et Dan Guil Trilleri in Melampodem emendationes addidit, suasque adpersit notas *Ioan. Georg. Frideric. Francus* Altenburg. 1780. 8. Idem Franz in praef. de illis auctoribus atque editionibus, *Fabrico* nostro maxime duce, fufe disserit. At multa corrigenda restant in illis scriptoribus physiognomicis, quos Auegae stabulum esse scribit *Schneider* in *Periculo critico* in *Anthologiam Constantini Cephalæ*, p. 141. idem a p. 136. quaedam Polemonis, atque Adamantii loca sagaciter emendat. — E codice *biblioth. regiae Matrit.* ab *Iriart.* pag. 268 sq. copiose descripto *Adamantii* opus multum lucis et medelae forsan petere poterit: saltem *Iriarte* prodit, opus instum frequentissime ab impresso (romano) exemplari cum capitum, vel segmentorum ordine, numero ac titulis, tum maxime ipso verborum contextu, qua pleniori, qua defectiori, (nonnumquam etiam prorsus alio,) dissidere. *Harl.*

kkk) De Melampode dixi lib. I. cap. 15. *Fabric.*

Hactenus *Fabricius*. A lectione Sylburgiana parum discessit *Casaubonus*, qui haud leuem quidem, ob penuriam temporis, tumultuariam tamen operam, rogatu aliorum, impendit Aristoteli, adnotandis (vt ipse ait in praefatione sub finem,) in ora libri, tum variantis scripturae diuersitatibus, quas vel editionum, vel aliquot veterum codicum collatio peperisset, tum ipsius locorum multorum emendationibus: ibidem profitetur: „*et si non plus temporis est impensum, quam, quantum partim operae vix aliquando interiungentes, partim aliae occupationes nobis concedebant, spero tamen, non defuturos gratos homines, qui nostro hoc labore se adiutum iri fatebuntur.* Quare cursim egisse *Casaubonum*, aperte scribit *Lipsius* in epistola, ad eum data tom. I. sylloges Burmannianae p. 368. — Inscriptio haec est:

Ἀριστοτέλης τὰ σωζόμενα. Operum Aristotelis Stagiritae — noua editio. Graece et latine. Graecus contextus, quam emendatissime praeter omnes omnium editionum est editus: adscriptis ad oram libri et interpretum veterum recentiorumque et aliorum doctorum virorum emendationibus: in quibus plurimae nunc primum in lucem prodeunt, ex bibliotheca *Isaaci Casauboni*. Latinae interpretationi adiectae sunt, quae graeco contextui melius responderent, partim recentiorum, partim veterum interpretum; in quibus et ipsis multa nunc emendatius, quam antehac, eduntur. Accesserunt ex libris Aristotelis, qui hodie desiderantur, fragmenta quaedam. Adiecti sunt etiam indices duo perutiliter etc. Lugduni apud Guil. Laemarium 1590 fol. typis minoribus satis elegantibus: II. tom. I. volum. — recuf. Geneuae 1596. — Lugduni 1597. ex A. Iac. Martini recognitione fol. — ex catal. bibl. Casanat. I. p. 206. ap. Buhl. Aureliae Allobrogum apud Petrum de la Roviére, 1605. II. voll. Eadem editio vero in (*Grafii*) memorabil. bibl. S. Augustini Neulstift in Tyrol. (germanice,) Brixiae 1790 4. p. 73. citatur an. 1606 — 1607. 4. II. voll. [Equidem vtor exempto, huius edit. Aureliae Allobrogum ap. Samuellem Crispinum, MDCV. II. voll. fol. *Beck.*] Labbeus memorat quoque editionem Geneu. 1646.

Praeterea in editione *Casauboniana* accesserunt *Kyriazi Strozae* Politicorum libri II. et de secretiori parte diuinae sapientiae secundum Aegyptios libri XIV. conf. *Io. Fabricii* Histor. biblioth. Fabricianae, part. III. p. 200.

*Aristotelis Opera omnia, graece et latine, (ex variorum interpretatione) Latinae interpretationes graeco contextui conuenientiores et emendatiores, quam antehac editae sunt (per Iulium Pacium,) Geneuae apud Guil. Laemarium, 1597. 8. II. voll. (litteris minutis. Pacius in praefat. significat, se ordinem librorum, praecipue physicorum atque eorum, qui ad civilem philosophiam pertinent, melius immurasse omniaque philosophi opera ad septem classes retulisse, sui que consilii rationem exponit. Exemplum huius editionis cum notis H. Grotii msstis seruat in bibl. Leidensi. vid. Catal. p. 153.) — rec. minutis atque inelegantibus typis Geneuae, (al. Aureliae Allobrogum,) apud Sam. Crispinum 1607. 8. — In Catal. Pinell. tom. I. pag. 214. *Pacii* editio gr. et lat. Aureliae Allobrogum, 1606. II. tom. 8.*

Collegii Conimbricensis in vniuersam Logicam, Physicam, libros de generatione et corruptione et parua naturalia Aristotelis commentarii cum textu graeco-latino. Coloniae et Moguntiae, 1600. 4. III. voll.

Multa iactitauit in fronte libri, parum praestitit *Du Val*, *Casaubonianum*que exemplar, venustioribus tamen typis, vt plurimum recudi fecit in editione, ita inscripta:

*Aristotelis Opera omnia, quae exstant. Graece et latine, veterum ac recentiorum interpretum, vt Adriani Turnebi, Isaaci Casauboni, Iulii Pacii studio emendatissima, cum*

*Kyriozii Strozæ*, patricii florentini, libris duobus graecolatini de republica, in supplementum Politicorum Aristotelis. Nouissimæ huic editioni, omnium, quæ hætenus prodierunt, ornatissimæ, accessit brevis ac perpetuus in omnes Aristotelis libros commentarius, siue *synopsis analytica doctrinae peripateticæ*, non antehac visa. — Auctore *Guilermo du Val*, Pontesiano, philof. gr. et lat. in academia Paris. Prof. et Doctore med. qui et præter operosam illam synopsis adiecit *Anthologiam anatomicam ex scriptis Hippocratis et Galeni*, ad libros Aristotelis de historia, generatione et partibus animalium, et præter ea libb. XIII. metaphysicorum notis et argumentis auxit ac illustrauit, quatuorque eorum postremos hætenus male collocatos in legitimum ordinem restituit. Adiecti sunt indices tres ex edit. Casauboniana. Lutetiae Paris. 1619. fol. II. voll. — ibid. 1629. II. voll. fol. — tertium, cum noua propædia ad philosophiam aliisque nonnullis ab eodem *du Val* additis, ibid. forma maxima 1639. — denique ibid. forma paullo minore, at vitiose excusa, IV. voll. fol. 1654. *Harl.*

*Franciscus* quoque *Ximenius*, Cardinalis post illustre Bibliorum Complutensium opus insignem Aristotelis editionem fuit molitus, de quo sic *Aluarus Gomæcius* libro secundo de rebus gestis Ximenii pag. 44. *Non satis animi sui magnitudini Ximenius ingens hæc Bibliorum edendorum opus esse arbitrabatur, adhuc alia secum voluebat, quæ, morte præuentus, absolueri non potuit. Nam ut Ioh. Vergaram, aliosque complures, qui eo tempore apud eum vixerunt, dicentes audiui, Aristotelicorum voluminum editionem parabat, ut singulæ paginarum facies ternis columnis distinguerentur, quarum primæ graeca Aristotelis verba emendatissime contineret, media vulgatarum translationem, extrema vero nouam quandam et meliorem versionem: ut eis veluti commentariis scriptoris alioqui difficilis sensus abditi illustrarentur. Nam et earum disciplinarum cognitionem, quas in schola sua tractandas proposuerat, eum quoque auctorem perneccessarium esse intelligebat. Atque ad nouam illam versionem faciendam viros aliquot, in graecis et philosophicis litteris doctiimos arcessendos undecumque curasse. Huic rei inter alios, qui adhuc conquirebantur, Iohannes Vergara designatus est, qui diligenter latinis fecit octo de physico auditu libros, tres de anima, Metaphysices vero quatuordecim. Hi Toleti in templi maximi Bibliotheca seruantur. At cum Bibliorum editioni Aristotelica esset successura, atque illa nondum absoluta Ximenius<sup>III)</sup> e viuus sublatus sit, mortis præoccupantis iniuria, quæ semper viris magnis periniqua et immatura accidit, præclari operis ingenti spe studiosos homines frustrauit. Fabric.*

[Ab eo tempore vsque ad nostram ætatem Aristotelis opera, a nonnullis libris si discefferis, paene abiecta iacuerunt. Nullus quidem omnium Operum vel typis repetendorum, vel castigatus edendorum curam suscepit. Nostra demum ætate felicitas contigit Aristoteli, ut doctum is idoneumque nancisceretur veluti patronum atque editorem, ab ingenio, litteris diligentiaque instructum *Buhlium*, Professore philosophiæ in vniuersitate Gottingensi cel. quem sæpius iam adpellauit. Is suafu cel. *Heynii* operam studiumque Aristoteli addicturus, primum in singulari commentatione consilium et rationem operis aperuit orbi litterario:

*Nouam omnium operum Aristotelis editionem impensis societatis Bipontinae propediem euulgandam indicit Ioannes Gottlieb Buhle. Gottingæ typis Io. Christ. Dieterich 1790. 4.*

Docte differit de hodierna textus graeci Aristotelici conditione, de studio superiorum editorum in edendis emendandisque libris aristotelicis laudabili quidem, at non satis cauto, constanti

III) Obiit ex præbito veneno die 8. Nouembris anni 1517. ætat. 80.

constanti et curato, de fatis librorum Aristot. atque editionum caussisque textus corrupti, interpolatiue, de commentariis graecis, ad pristinum et genuinum Aristotelis textum, quantum fieri potest, restituendum saltem ad vulgatae lectionis aristotelicae emendationem admodum vtilibus, et maiorem ferme opem ferentibus, quam quae e codicibus, hodie cognitis, peti poterit; denique de via et ratione, quam tenuit in edendis emendandisque Arist. operibus. Praeter codices, quos nactus est, atque editiones, praecipue veteres, consuluit graecos interpretes fere omnes, quotquot euulgati exstant, versiones latinas antiquissimas, quas e codicibus graecis factas esse constat, commentarios editorum et alias virorum doctorum hinc inde sparsas obseruationes. Basin suae editionis fecit Duuallianam, quam typis exscribendam operis daret, hac tamen lege, vt manifestos errores, qui e codicibus aut certa coniectura tolli possent, corrigeret, rectius, vbi sensus poposcit, interpungeret, manifestas interpolationes vncinis includeret, et vulgarem librorum Aristot. in capita et sectiones distinctionem mutaret, nouamque in plurimis libris adderet versionem latinam, aut saltem refingeret veteres. Insuper librorum argumenta elaborauit. Hanc comment. postea praefixit vol. primo praefationis loco.

Quae vero pollicitus est vir doctissimus in illa commentatione, ea quoque praestare studuit: anno enim sequenti lucem vidit volum. I. inscriptum:

Ἀριστοτέλης. *Aristotelis Opera omnia graece, ad optimorum exemplarium fidem recensuit, annotationem criticam, librorum argumenta, et nouam versionem latinam adiecit Io. Theophilus Buhle*, Prof. philos. — volumen primum. *Biponti*, ex typographia societatis. 1791: mai. 8. — Vol. II. ibid. 1792.

Primum volumen ornant varia praemissa, a quibus me quoque profecisse lubens merito fateor. Comprehendit autem id 1) Aristotelis vitam a) auctore Diogene Laertio, cum notis Buhlii, b) auctore Ammonio, c. not. c) ex vetere translatione, d) auct. anonymo, e) Dionysio Halic. f) Hesychio Milesio, g) Suida: 2) Arist. vitam, a Buhlio per annos digestam. 3) Buhlii commentat. de libris Aristotelis acroamaticis et exotericis. 4) Elenchum codicum et editionum librorum Aristotelis. 5) de librorum Arist. interpretibus graecis, arabicis et latinis secundum litterarum ordinem. Recensum commentatorum in Aristotelem secundum librorum eius ordinem, in quos illi commentati sunt, (ex quo vno obtutu in singulis libris interpretes graeci, arab. et latini possunt cognosci,) excipiunt Porphyrii *Ἰνναγογε περὶ τῶν πέντε Φωνῶν* atque Aristot. *Categoryae*, gr. et lat. cum notis criticis. Vol. II. continet libr. de interpretatione atque analyticorum priorum et posteriorum libros. — Reliqua volumina sequentur. *Harl.*

De Aristotelis libris *syriacae et arabicae* <sup>mmmm</sup> redditis consulendus *Hottingerus Biblioth. Oriental.* pag. 219 sq. *Herbelotus* in *bibl. oriental.* [etiam in linguam germanicam conuersus,] in *Aristoth. Lofus* ad libr. Aristoteli tributum de pomo p. 24 sqq. vbi et varia Aristoteli haud dubie

<sup>mmmm</sup>) Interpretes Arabes ab Auerroë nominantur Matthaeus quidam, tum Alkindus et Isaac et Albefagar atque Ioannes. vide Patricius *discuss. peripatet.* pag. 145. Ioannem Mefuem, Chaldaeam arabicam operum Aristotelis versionem concinnas-

se, refert Io. Leo Africanus, ab Hottingero editus. *Fabric.* — *Casirii*, *Wolffii*, atque *Buhlii* operam in recensendis versionibus Aristotelis orientalibus passim saepiusque laudauimus. *Harl.*

dubie ab Arabibus supposita. nec cuiquam veterum Graecorum vel Latinorum memorata sunt. De versionibus *hebraicis* ex [P] Arabico fere confectis, *Julius Bartoloccus* tom. I. bibl. Rabbinicae p. 480 sq. *Io. Christoph. Wolfius* biblioth. hebr. p. 217—223. qui epistolam Aristotelis moralem arabice et hebraice commemorat pag. 144. et 221. de commentariis hebraicis, vel hebraice ex arabico versis in Aristotelem. *Wolf.* ibid. de Auerroë, pag. 18 sqq. *Abu Chamed*, p. 7. *Abunasar Alpharabi*, p. 7 sq. *Judae Toletani*, p. 437. *Moses Maimonides* graecum Aristotelem euoluisse videtur, graecae etiam linguae gnarus, qua tot epistolas ad amicos exaravit, licet id. p. 835. malit arabice versum. Add. et *Ioh. Franciscus Buddens* introductione ad philosophiam ebraeorum p. 162 sq. In *Persicam* quoque, (de qua *Agathias* lib. 2. *Suidas* in *Χοσρόης*.) et *Turcicam* translatos linguam, et *Tartaricam*, testimoniis *Belonii*, *Adami Olearii* et *Bergeroni* notavit *Mottanus* <sup>ann</sup>) *Vayerus*. Libros de coelo in *Tschinensum* linguam translatos a *Roderico de Fiquyredo*, an. 1625. legas in bibl. Iesuitica *Nathan. Sotvelli. Fabric.*

[Nunc progrediar ad enumerationem editionum singulorum librorum, et quidem

1) ad *Organon* pertinentium. Editiones et versiones saec. XV. vide ad initium catalogi editionum Opp. Aristotelis, memoratas.

*Aristot. Praedicamenta* et alia opuscula, cum *Porphyrii* introductione, graece. Venet. apud *Aldum*. 1495. fol. vid. *Nicol. Rossii* catalog. Romae 1786. 8. pag. 60.

*Aristotelis Logicorum libri* recogniti *Boëtio Seuerino* interprete et paraphrases in eosdem, cum adiectis adnotatt. ordinatore *Iac. Fabro Stapulens.* Paris. ex offic. *Wolphgangiana* 1503. fol. — *secunda* recognitione ibid. ex offic. *H. Stephani*, 1510. fol. (cum singulari tituli forma typis expressa: in biblioth. *Erlangensi*.) — rec. ibid. apud *Sim. Colinaeum* 1520. 8. — apud eundem 1530. fol. — 1531. et 1537. — Venetiis 1588. 12. et inter *Boethii* Opp. *Basil.* 1546. fol. etc. — *Praedicabil. Porphyrii et Aristot. Categor.* interpr. *Boëtio Seuerino*. Paris. 1544. 8. — et *Topic.* cum *eleuchis* etc. — ibid. 1545. 8. apud *Colin*.

[*Organon*, lat. cum *Auerrois* Comment. Venet. ap. *Bon. Locatellum* 1508. fol.

Textus praedicamentorum. *Lipf.* 1509. fol. *Cour. Kachelofen*.

De interpretatione, lat. *Lipf.* fol. f. a. ap. *Mart. Herbipolit.* — ib. per eund. 1506. fol. — *Libri Topicorum*, lat. 1503. fol. *Lipf. Melch. Lotter.* — *L. Analyticorum priorum*, lat. ib. 1503. fol. *Melch. Lott.* — *L. Analyt. posteriorum*, lat. *Lipf.* 1502. fol. *Wolf. Monac.* 1505. fol. ap. eund. 1508. fol. ap. *Melch. Lotter.* — *L. Sophist. elenchorum*, lat. *Lipf.* 1503. *Mart. Herbipol.* 1508. *Wolfg. Monac.* fol. — *L. Categoriarum*, lat. *Lipf.* 1506. fol. *Mart. Herbipolit. Beck.*]

*Aristot. Organon*, latine, cum commentariis *Themistii, Ammonii et Boetii*. Paris. 1511. fol.

*Aristotelis pars logice* — *Analyt.* — *Topic.* et *elenchorum* libri. In calce: *August. Vindel.* in officina *Milleriana*. 1517. fol. vid. *Zapfs* *Augsburg. Buchdruckergeschichte* tom. II. p. 99. — *Perihermenias*, *Eutycho Aug. Nypho philotheo Suesl.* interpr. Venet. 1519. fol. sunt. *Octavianii Scoti*.

*Veteris artis*: id est *Porphyrii vniuersalium*: et *praedicamentorum Aristotelis*: *Perihermeniasque expositio* — — opus maius *Isenachcen.* — opere precium, cum *Materni Pistot.* hexasticho.

ann) Vide *Baelii Lex. in Aristote*, nota K.



hexasticho. 4. s. vlla nota. — — *Compendiaria et admodum brevis paruulorum logicorum explanatio* — cum eiusdem alio hexasticho. 4. — — *Analiticorum: Topicorum: et Elenchorum Aristotelis succinctum et breuiculum interpretamentum* — — cum *Materni Pistotienfis* alio hexasticho. sine vlla loci, anni, typographi nota. 4. litteris gothicis, faec. XVI. init. probabiliter: in bibl. acad. Erlangensi: in vno volumine.

*Aristot. Dialectica cum quinque vocibus Porphyrii* — *Argyrophilo* traductore: a *Io. Eckio* — declarata. — In calce: Excusa in officina Millerana, Augustae Vindelic. 1516. fol. (1517. in *Gras* memor. bibl. Neustift in Tyrol p. 13.) vid. *Zapfs* Augsburg. Buchdrucker- geschichte part. II. p. 95. et meam Introd. in hist. L. Gr. I. pag. 439.

De edit. *Organi Florentina*, curante Antonio Francino Varchiensi, 1521. vide supra in Catal. Operum Aristot. ad h. an.

*Aristot. Organon et Porphyrii Isagoge*, Louanii, apud Theodor. Martinum Alostersem. 1523. 4.

*Aristot. Organum et alia*. Gr. Venetiis apud Zanett. 1536. 8.

*Porphyrii Isagoge*, graece, cum *Petri Oliuarii Valentini* castigationibus ex graecis vetustis tum codicibus, tum interpretibus Aristotelicis. Paris. ex offic. Christiani Wecheli. 1537. 4. — *Aristotelis Praedicamentorum liber*. graece, permultis nitori pristino restitutis, cum ex vetustis codicibus, tum ex interpretibus graecis, per *Io. Oliuarium Valentinum*. ex offic. Ch. Wecheli. Paris. 1538. 4.

Conf. *Buhle* p. 232. vbi memorabilem locum ex Oliuarii praefatione excerpfit, de codd. et subsidiis, quibus Hermolaus, Leonicensus, Sepulueda, Faber, Augustin. Niphus, Dane- sius et Soarius vsi sunt.

*Exercitium veteris artis: super predicabilia Porphyrii: Kathogorias et peri armenias Aristotelis: sex principia Gilberti Poritani: ego magister Iohannes Glogowiensis* — — *per* *questiones in leuiorem modum institui*. Cracou. 1504. 4.

*Exercitium super omnes tractatus paruorum logicalium M. Petri hispani: per M. Iohan. Glogouiensem* — . Cracou. 1504. 4.

De vtroque opere, quod Ottomar Nachtigall Argentorati 1517. recudi fecit, vid. *I. Dan. Ianozki* in: *Nachricht von den in der Zaluskischen Biblioth. sich befindenden raren polnischen Büchern*. part. IV. p. 116 sqq. Ibidem pag. 118. memorantur:

*Questiones in libros priorum et elenchorum Aristotelis per M. Io. de Glogouia collecte im- pensisque Io. Halleri muniter recognite ac impressae*. Cracou. 1511. 4.

*Epitoma figurarum in libros phisicorum et de anima Aristotelis*. in fine: — *per M. Mi- chaelem de Vratislavia*. — *opera et impensis* — *Io. Haller*. Cracou. (ann. 1503. aut 1504.) 4. vid. *Ianozki* l. c. pag. 126 sqq. vbi multus est de Ioanne Vratislaviensi, et pag. 130. ra- rum librum indicat: *Libri de anima Aristotelis* — *sub gemina translatione*, (per Rudolph. Agricolam iuniorem.) *Florianus Vnglerius impressit*. Cracou. 1512. 4. Hos libros, vti mul- tos alios, non tam propter vtilitatem, quae hodie exigua aut nulla erit, quam ob rarita- tem excito.

*Aristot. analytica posteriora*, latine, ad graecam veritatem diligenter restituta. Paris. ap. Io. Lod. Tiletanum. 1540. 4. — praemissa est *Raphaelis Volaterani* Isagoge.

*Aristot. Elenchi sophistici*. latine, cum expositione *Aug. Niphi*, (qui vetustissimum Pontani codicem adhibuit,) ibid. apud Tiletan. 1540. fol.

*Aristot. Topica* inuentio in octo secta libros, latine ab *Augustino Nipho interpretata* atque exposita. ibid. apud eundem 1540. fol.

*Porphyrri* institutiones quinque vocum, ad Chrysaorium. *Aristotelis Categoriae*. eiusdem de interpretatione liber. *Ioachimo Perionio*, Cormoeriaceno interprete, vna cum eiusdem quoque annotationibus. His coniunximus in dialecticae studiosorum gratiam, *Michaelis Pselli*, Peripatetici, *Blemmidae*, *Georgii Pachymeri* in eisdem Porphyrii et Aristot. libros Epitomen atque paraphrasin, vna cum compendio de syllogismis, auctoris incerti. Omnia nuper (Parisiis) et e graeco sermone in latinum translata, et in lucem edita: adiecto — indice. Basileae. — in calce: *Basileae in offic. Roberti Winter*. ann. 1542. 8.

Non solum propter versionem atque adnotationes, in quibus sedulo comparantur Ciceronis loca formaeque loquendi, sed etiam propter castigationes graeci contextus atque coniecturas fini subiectas haec editio est notanda atque commendanda. — Idem dicere licet de sequenti libello:

*Aristotelis de arte inueniendi, sive Topicorum libri octo*, nuper<sup>ooo</sup> latinitate donati, *Ioachimo Perionio* Cormoeriaceno interprete. Eiusdem *I. Perioni* commentationes, in quibus *Topica Ciceronis* cum his Aristotelis coniungit, vt omnes, quid Cicero in suis ab Aristotele mutuatus sit, intelligant. Item, *Elenchorum* sive de reprehensionibus fallacibus et captiosis, eiusdem Aristotelis liber, eodem *Perionio* interprete. Adiectis quoque locorum aliquot primae editionis, ab ipso *Perionio* diligentissime recognitae, castigationibus. Basileae. — in calce: Excudi faciebat Ioannes Oporinus. a. M. D. XLIII. (1544.) mense Februario. 8.

*Aristotelis Praedicamenta* cum commentariis Ammonii Hermeae, a *Barthol. Sylvanio* Salonensi, nuper latine conuersis, et a *Gastone Sala* nuperrime recognitis. Imprim. Sim. Colinaeus pro se et Io. Roigny. 1542. fol.

*Aristot.* lib. de interpretatione, latine, cum *Ioannis Arborei Laudunensis* commentariis, apud Simon. Colin. Paris. 1542. 8.

*Aristot.* Topicorum libri VIII. latine, cum Alex. Aphrodisei commentario, *Guil. Dorotheo* interprete, apud Ioann. Roigny; excud. Io. Lodoic. Tiletan. Paris. 1542. fol.

Idem gr. et lat. cum magni *Augustini Niphi*, medici, philosophi Sueflani, comment. ibid. apud Iac. Kerver. 1542. fol.

*Aristot.* Elenchorum libr. II. cum adnott. *Alex. Aphrodisei*, latine, *Guil. Dorotheo* interprete; apud Sim. Colin. Paris. 1542. fol.

*Aristot.*

<sup>ooo</sup> Prima n. editio prodit Paris. 1541. certe scripsit Perionius in praef. Lutetiae Paris. XVII.

Cal. Iulii M. D. XLI. — *Elenchi* inscriptionem quoque habent peculiarem

*Aristot.* Analyt. posteriora, latine, cum *Io. Grammatici Philoponi* commentariis, e graeco sermone in latinum, iam ante aliquot annos conuersis, sed nuper cum graeco exemplari collatis, apud *Io. Roigny*, exc. *Io. Lod. Tiletanus*. Paris. 1543. fol.

Ἀριστοτ. περὶ ἐρμηνείας libri II. lat. apud *Sim. Colin*. Paris. 1544. 8.

*Aristot.* Analytic. priorum et posterior. libri, latine, seorsim excusi per *Sim. Colinacum*. Paris. 1545. 8.

*Aristot.* Dialectica, *Anitio Manlio Seuerino Boëtio* interprete, per *Martianum Rotam* restituta. Venetiis apud *Iuntas*. 1547. fol. Deest in Catal. apud *Bandinium de Florentina Iuntarum* typogr. part. I. pag. 19.

*Porphyrü* Institutio, (1550.) *Aristotelis* Categor. lib. de interpretatione: libri Analyt. priorum et posteriorum, *Iac. Lud. Strebaeo* interprete. apud *Vasfosanum*. Lutet. 1551. 4.

*Aristotelis* Categoriae, graece, cum graecis *Simplicii* in eisdem commentariis et latinis *Iusti Velfii*, *Hagani*, scholiis. apud *Mich. Igingrinium*. Basileae, 1551. fol.

*Aristot.* analyticorum posteriorum liber primus. graece. ap. *Guil. Morelium*. Paris. 1552. 4.

*Aristot.* Topicorum libri octo, cum *Alex. Aphrodis.* explicatione, latine; septimum *Muretus* nunc primum latine et eleganter interpretatus est; in ceteris libris vsitatam interpretationem sequuti sumus, sed multis partibus, quam antea, emendatiorem. *Io. Gryphius* excud. Venet. 1554. fol. [Liber septimus ex versione *Mureti* et cum eius *Comm.* legitur T. III. *Opp. Mureti* ed. *Ruhnk.* p. 487 sq.]

*Aristot.* Dialectica, *Boeth. Seu.* interpr. adiectis recens *Ang. Politiani* in singulos libros argg. Lugd. apud *Anton. Vincentium*, 1553. 8.

Organum *Aristotelis* vniuersum vna cum *Porphyrü* Eisagoge. — *Ioach. Perionio*, *Benedictino Cormoeriaceno* interprete. Adiectae sunt eiusdem — *Obseruatt.* Basileae per *Io. Oporinum*, 1554. 8. vid. ad edit. ann. 1542.

*Aristot.* de interpretatione, latine, *Ioach. Perionio* interprete, per *Nicol. Gruchium* correctus et emendatus. Lutetiae apud *Vasfosan.* 1555. 4.

*Aristot.* Logica, latine ab eruditissimis hominibus conuersa. ex officina *Mich. Vasfosani*, praefatus est *Guil. Guerentaeus*. pars I. Lutet. 1556. 4. pars II. 1557. 4.

*Aristot.* liber de interpretatione, *Boëtio* interprete, cum *Mich. Pselli* paraphrasi nunc primum latinitate donata. apud *Io. Lodoic. Tiletanum*. Paris. 1559. 4.

*Porphyrü* — Isagoge in dialecticam. — *Viennae Austriae* typis *Aegidii Aquilae*. impensis *Io. Lieb.* 1550. 4. — *Aristot.* lib. praedicamentorum. — *ibid.* 1550. 4. — *Aristot.* perihermenias libri II. — *ibid.* 1551. 4. — *Aristot.* prior. analyticorum libri II. *ibid.* 1551. 4. — posteriorum analytic. libri II. — *ibid.* 1552. 4. — Topicorum libri VIII. *ibid.* typis *Mich. Zimmermann.* 1553. 4. — Elenchorum libri II. *ibid.* 1553. 4. vid. *Denis Merkwürdigkeiten der Garellischen Biblioth.* pag. 275 — 284. Eiusdem *Wiens Buchdruckergeschichte*, pag. 483. 496. 507.

Organum *Aristotelis*, graece: *Porphyrü* Isagoge, *Aristotelis* Categoriae, de interpretatione; Analyticorum priorum et posteriorum libri, Topicorum libri VIII. Elenchor. so-

phist. libri II. Paris. apud Guil. Morel. 1562. 4. — rec. et in capita distinctum, Francofurti apud Andr. Wechel. 1577. 4. cum praef. Sim. Grynaci.

*Aristot. Organum* — *Ioach. Perionio, Nic. Gruchio, Firmino Durio interpretibus*, Basil. 1563. — id. partim interprete *Ioach. Perionio*, partim *Nic. Gruchio*, Rhotomagensi, cum adnotatt. *Gerardi Matthijfi*, Geldriensis. Colon. 1565.

Ἀριστοτέλης — — *Aristotelis Asclepiadae* — — *Organum* — — graece. cum praef. Grynaci. Basil. apud Thom. Guarinum. 1566. 8.

De hac vitiose excusa edit. vid. Buhle.

De organo tamen nemo lucusque melius meruerat, quam *Iul. Pacius a Beriga*, vir vtriusque linguae et philosophiae peripatet. peritissimus, et H. Casauboni praeceptor. Saepeius quidem prodiit ex eius noua recensione *Organum*: at probe dignoscendae sunt editiones. Prima editio, ad quam curandam praeter varias edd. et gr. comment. vno tantum codice msto vsus est *Pacius*, inscripta est:

Ἀριστοτέλης Ὀργανον. *Aristotelis* — *Organum* h. e. libri omnes ad logicam pertinentes, graece et lat. *Iulio Pacio* interprete, cum argumentis, notis et tabulis synopticis. *Morgiis*, ex officina Laimariana. 1584. 4.

Conf. *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabricianae, tom. III. p. 458 sq. vbi quoque de *Porphyrio* et *Pacio* differitur. — In *Pinelli* catal. tom. I. p. 217. nr. 1221 occurrit editio: *Aristot. Organ. cum aliis* a *Iul. Pacio*, graece, (Viennae) 1584. 4. Posthaec *Pacius* nouis subsidiis instructus, iterum ad emendandum contextum accessit in edit. inscripta:

Ἀριστοτέλης — *Organum*, — — gr. et lat. *Iul. Pacio a Beriga* interprete. *Cum triplici indice*. Editio secunda accurate recognita et emendata. Francofurti ap. heredes Andr. Wecheli, *Claudium Marnium* et *Ioan. Aubrium*. 1592. 8.

Est in bibl. publ. Erlang. Quare quum illam manibus verssem, adfirmare possum, eam editionem neque in forma quartam esse, neque prioris repetitionem. Nam typographus ad lectorem ipsam vtriusque editionis differentiam diserte indicat atque, *Pacium* in hac editione II. ad quinque exemplaria manu exarata Palatina contextum graecum diligenter recognouisse, multis locis emendasse, alia in multis locis suppleuisse, et coniecturas de quibusdam locis emendandis, in spatio prioris editionis adscriptas, nunc ferme omnes propter librorum mstorum auctoritatem recepisse in contextum; latinam recognouisse interpretationem, atque in distinctionibus capitum, diuisionibus signisque quaedam mutasse etc. Additi sunt III. indices; sed notae s. scholia omissa:

Haec melior editio repetita est; at in fronte auctior:

*Aristotelis* — *Organum* — graece et latine. *Iul. Pacius a Beriga* recensuit, atque ex libris tum mstis tum editis emendauit: e graeca in latinam linguam conuertit: tractatum, capitum et particularum distinctionibus ac perpetuis notis illustrauit. Additi sunt tres indices. — Francofurti apud heredes *Andreae Wecheli* etc. 1598. 8.

In hac editione, quam quoque in manibus habeo, vti in praecedenti, eadem est praefixa typographi ad Lectorem epistola, paullo contractior, iidemque indices additi, at marginem opplent scholia: quo factum est, vt illa pluribus constaret plagulis: at typi sunt mi-

nus luculenti atque venusti. Clar. *Buhlius*, qui ad manus tantum habuit edd. ann. 1598. 1606. 1682. scribit *Organon* nouis curis a *Pacio* castigatum, Francof. 1597. 4. mai. apud heredes A. Wecheli proditiſſe, (quod quidem de editione 1592. rectius dici, iam animaduertimus.) illique eodem anno comitem acceſſiſſe *commentarium analyticum in Iſagogen Porphyrii et Organon Ariſtotelis*, de eoque videndum eſſe *Casaubonum* in *Exercitatt.* pag. 81. editioni autem ann. 1598. *Pacium* vltimam manum impendiſſe videri<sup>ppp</sup>).

*Commentarium* tamen fuiſſe ſimul excuſum, patet ex longiore titulo in *Catalogo Bunaviano*, vbi praeterea additur: „acceſſit eiſdem *Pacii* in vniuerſum *Organum* *commentarius analyticus nunc primum* in lucem editus,“ tum ex *epiſtola* *dedicatoria* editioni *Geneuensi*, quam noſtra quoque *academica bibliotheca* poſidet, praemiſſa, illa vero editio hanc habet *epigraphen*:

*Ariſtotelis — Organum. — Iul. Pacius* recenſuit, atque ex libris cum manuſcriptis tum editis emendauit: e graeca in latinam linguam conuertit: tractatum, capitum et particularum diſtinctionibus, argumentisque, nec non perpetuis notis et tabulis ſynopticis illuſtrauit. Additi ſunt indices tres — — *Editio tertia. Tot locis emendata et auſta, vt noua editio videri poſſit. Acceſſit eiſdem Pacii in vniuerſum Organon commentarius analyticus nunc primum in lucem editus.* Geneuae. ex typis *Vignonianis*. ann. M. DC. V. (1605.) 4. typis luculentis.

Quatenus haec editio diſſerat a ſuperioribus, et num, quod *Hambergerus* in *zuverläſſ. Nachricht.* tom. I. pag. 275 ſq. obſeruat, textus graecus idem ſit, qui reperitur in edit. ann. 1598. an mera repetitio edit. ann. 1597. ii decernant, quibus otium eſt et potestas data ſingularum editionum curatius comparandarum. Praefixa quidem eſt eadem *typographi* ad lectorem *epiſtola*, quae praemiſſa eſt editioni ann. 1598. 8. At ſingulis capitibus praemititur argumentum, et notae ſunt multo ampliores, et ad intelligentiam auctoris multo efficaciores. His quidem haec edit. praestat ſuperioribus, quas in manibus habui. *Commentarius* peculiarem habet *inſcriptionem*: *Iulii Pacii a Beriga in Porphyrii Iſagogen et Ariſtotelis Organum commentarius analyticus. Auelinae Allobrogum ex typis (minuſis) Vignonianis.* 1605. *Epistoſa nuncupatoria* data eſt *Kat. Martii A. R. S. cl. LXXVII* (1597. Nulla vero additur praefatio de conſilio auctoris. Adnotat cl *Buhlius* edit. Francofurt. ann. 1598. ſaepius repetitam eſſe, tum eodem illo loco, tum *Hanouiae* 1606. 1611. 1617. 1623. tum *Helmſtadii* cura *Andreae Frolingii* 1682. 4. eiſque praefationem ſub finem eſſe videndam. — *Pacii* translationem in graeco-latina ſua *Operum Ariſtotelis* editione retinuit *Guil. Du Vall*. At in editionibus ceteris graecolatinaſ occurrat *Nicola Gruchii* interpretatio ſiue recognitio interpretationis *Ioachimi Perionii*.

*Graecolatini Ariſtotelis — Organi*, ſiue *inſtrumenti inſtrumentorum* aut *philoſophiae* manus, pars prior. In qua *Porphyrii Iſagoge, Categoriae, liber de interpretatione*, et *vtraque analytica* comprehenduntur. Omnia correctæ, in capita, praemiſſis argumentis, distincta,

T t 3

<sup>ppp</sup>) Rara eſſe videtur illa editio. In *bibliotheca* tamen *Pinelliana*, (vol. I. pag. 217.) exſtitit, ita autem indicata: *Ariſtot. Organum* et alia, a *Iulio Pacio*, gr. lat. Francof. hered. *Wecheli*

1597. 4. Sed plena *inſcriptio* eaque longa reperitur in *Catalogo Bunau.* I. pag. 120. vbi dicitur *Editio ſecunda, emendata et auſta.*

distincta, conuersaque a *Io. Hospiniano*, Steinano. Adiectus est — index. Basileae ex Officina Oporiniana 1573. 8.

In epistola dedicatoria scribit Hospinian. se nouem ante annis edidisse *Organum graecum*, partim diligenti variorum exemplarium, partim interpretum inspectione et collatione correctum, atque in capita, et partes capitum, in periodos item et articulos distinctum, et promunusculo chartaceo a scholarchis et Basiliensis academiae principibus accepisse donum argenteum; huic editioni post alios, quos enumerat, addito iudicio suam adiecisse versionem, de qua multus est, latinam. In praefatione promittit lectiones suas in Organum, et de suis in Organum meritis mendisque correctis modeste disputat. Ego vero priorem editionem non vidi.

*Organon Aristotelis*, gr. et latine studio *Io. Spondani*. Basil. 1583. apud Oporin.

*Quaestionum et commentariorum in Organon Aristotelis pars I. II. et III. in qu. et textus graecus integer quaestionibus accommodatus est, et tum verborum tum sententiae habita ratione in latinam linguam conuersus: praeceptorum vero artis differendi Aristotelicorum usus, exemplis philosophicis, oratoriis, et poeticis commonstratus. Industria et studio Guil. Hildenii.* Berolini, sumtibus ac typis auctoris ann. 1585. 8.

Versionem et commentarium laudat *Buhle*. adde *Stolle* Nachrichten von den Büchern — — in der Stoll. Bibl. tom. I. p. 345 sq. qui adnotat, *Nicol. Hieron. Gundlingium* in sua Logica lib. I. cap. 5. lib. II. cap. 9. lib. III. cap. 11. summam atque historiam logicae Aristot. dedisse.

*R. Balfourei* Scoti comment. in libros *Aristotelis* de philosophia vol. I. II. quibus illustrantur, quaecumque sunt difficulta in Organo et libris Logicae. *Editio secunda* auctior et correctior. Burdigalae 1620. 4.

Textum graecum esse vitiosissime impressum, et copiosum commentarium parum fructuosum, ait *Buhle* p. 238.

*Aristotelis Organon* cum explanatione *M. Io. de Lapide*, praemissa isagoge *Porphyrii*, fol. sine l. a. et typographi indicio.

*Mich. Pselli* Synopsis Organi Aristotelici graeco-latina, nunc primum edita ab *Elia Ehingero*. Witteberg. ex typograph. Zach. Lehmanni. 1597. 8.

Vid. Catal. Bunau. I. pag. 120. vbi et in Menkenii ac Rossii catal. plures interpretum graecorum et lat. editt. indicantur.

*Iosephi Rotellae* fructus honoris in *Porphyrii Isagogen* et *Aristotelis Logicam*. Caesena 1602. (Fabric. in nota msta.) — *Casi* summa veterum interpretum in Aristotelis dialecticam, Francofurti 1606. 8. — *Organum Aristoteleum* in quaestiones et responsiones redactum a *M. Michaele Piccarto* (Prof. Altdorffino,) Lipsiae 1613. 8. — *Eiusdem* Isagoge s. introductio ad organicam doctrinam *Aristotelis* per quaestiones et responsiones. Altdorf. 1614. 4. — *Philippi Zaphiri* in poster. analytic. Aristotelis explanatio. Venet. 1567. fol. vid. *Nic. Rossii* catal. bibl. pag. 135. vbi variae interpretum graecorum editt. occurrunt, quas hic repetere nolo.

*Bernartini Petrellae* in duos Aristotelis libros posteriorum analyticorum commentarii. Patau. 1595. fol. — adde supra in fine §. V. *Harl.*

*Editiones librorum rhetoricorum.*

*Aristotelis Rhetorica* ex arabico latine reddita interprete *Hermanno Alemanno*, praemissa *Alpharabii* declaratione super eadem rhetorica. Excerptum ex eiusdem *Aristotelis poetica* per eundem *Hermannum*, de Auerrois textu arabico latine redditum, ex recensione *Lancillotti de Zerlis* Veronenfis. Venetiis per Philippum Venetum. 1481. fol.

De hac editione admodum rara intelligenter fuseque disputat cl. *Morellius* in nota ad *Pinelli* Catal. part. III. pag. 3 sqq. atque suspicatur, sub nomine *Hermani Alemanni* latere de *Schildis*, Westphalum ordin. Herem. S. Augustini. vid. supra in catal. edd. Opp. ad ann. 1481.

*Aristotelis rhetorica et poetica, graece*, in rhetoribus antiquis graecis, (vol. I.) ap. *Aldum*. 1508. 1509. voll. II. fol. — ex officina Frobeniana per Hieron. Froben. et Io. Heruag. *Basil.* 1520. 4. — typis Froben. 1529. 4. — ex offic. *Gerardi Morhii* Campensis ap. collegium Sorbonae. *Parif.* 1530. 8.

*Aristotelis rhetorica*, lat. cum *Aegidii Romani* commentariis, Venet. 1515. fol. (vide supra in fine §. VI.) — rhetorica ad Theodecten, interprete *Georgio Trapezuntio*, conf. *Zeni* dissert. Vossian. tom. II. pag. 10. et supra ad §. VI. vbi quoque edit. Lipsiensem ann. 1503. memoravimus, adiuncta rhetorica ad Alexandrum, ex interpretatione *Fr. Philelphi*<sup>qqq</sup>: cum *G. Trapezuntii* rhetoricorum libris V. etc. Venet. apud Aldum 1523. — (vid. Serie dell' edizioni Aldine, edit. II. p. 57. ad h. a.) — Iisdem interpretibus iidem *Aristot.* libri, *Parif.* impensis Sim. Colinaei. 1530. fol. ibid. 1540. et *Basil.* 1534. 8. *G. Trapez.* versio est quoque in latinis Aristotelis editionibus, Veneta apud Iuntas, *Basil.* 1542. fol.

*Aristot.* Rhetorica, graec. *Basil.* apud Froben. 1529. 4. (*Pinelli* bibl. tom. III. pag. 2. nr. 5659.)

*Aristotelis de rhetorica* libri III. de eadem ad Alex. M. lib. I. de *poëtica*; graece, in aedibus Bartholomaei Zanetti; aere et diligentia Io. Franc. Trincauelli. Venet. 1536. 8. — Venetiis ap. Gryphium. 1546. 8. (*Pinelli* bibl. tom. III. p. 2. nr. 5657.)

*Aristot.* de arte rhetorica libri III. gr. cum commentariis anonymi. *Parif.* apud Contr. Neobarium. 1539. fol.

*Aristot.* rhetor. libri III. interpret. *Hermolao Barbaro*, cum commentario *Dan. Barbari* et *Hermolai Nopotis*. Lugd. apud Seb. Gryphium 1544. 8. (notante Buhlio sed animadvertente Fabricio) Venetiis 1544. 4. — *Basil.* 1545. 8. Lugd. 1545. *Parif.* 1549. 8. Lugd. 1558. 8. conf. *Zeni* diss. Voss. II. pag. 381. et supra ad §. VI.

*Aristot.* de arte rhetorica, libri III. graece, *Basil.* apud Isingrin. 1546. 8. — Argentor. apud Windel. Rihel. 1547. 8.

*Aristot.* de arte rhetor. libri III. ex versione latina et cum commentario *Petri Victorii* positus ante singulas declarationes graecis verbis auctoris. *Florent.* in offic. Bernardi Iuntae. 1548. fol. — reper. *Basil.* 1549. fol. — et *Florent.* ex Iuntarum typographia 1573. fol.

Vid.

<sup>qqq</sup> Antea excusa cum *Philelphi* orationibus et aliis opusculis. Venet. 1494. fol. fol. 45 sqq. — item latine Lipsiae 1503.

Vid. *Bandini* Annales Iuntar. typogr. part. II. pag. 248. Prima Victorii editio opido rara est, et apud Fabricium aliosque *Venetis* lucem adspexisse dicitur. Fabric. notam addidit istam; „Bina aureorum millia sibi a nobili quodam oblata presbytero, vt rhetoricae volumen recusum eius inscriberet nomini, constantissime reiecit. *Imperial.* p. 153 sq. *Musei.*“

*Aristot.* rhetorica, graece, ex recensione Petri Victorii, et seorsum latine, *Hermolao Barbaro* interprete. Paris. apud Vascosan. 1549. 8.

*Aristot.* rhetoricorum libri III. ex versione *Consulti Chirii Fortunatiani*, castigatiores iam redditi, opera *Petri Nannii Alcmariani*, Louanii 1550. 8.

*Aristot.* libri de arte diceudi, graece, cum versione latina *Hermolai Barbari*, et comment. *Mart. Borrhaci* Basil. 1551. fol. (vid. Menken. Catal. I. p. 68.) — rep. ib. 1555. fol. — et cum V. L. et obseruationibus, quibus in locis a graeca vulgata lectione Hermolaus variaverit. Paris. apud Thomam Brumenium, descriebat Guil. Morelius. Paris. 1559. 4.

*Aristot.* libri III. de arte rhetorica, latine, interprete *Carolo Sigonio*, Bononiae apud Alexandr. Benatium, 1565. 4. Venetiis apud Iordan Zilettum 1566. 8. — recuf. curante *Io. Caselio*, Rostoch. 1577. 8. et cura *Christoph. Schwaderi*, Helmstad. 1634. 8. — latine per *Iax. Carpentarium*. Paris. 1567. 4. — *ibid.* 1572. et 1578. 4.

*Aristotelis rhetoricorum libri III.* in latinum sermonem conuersi et scholiis breuioribus explicati a *Io. Sturmio*, nunc primum in gratiam et vsum studiosorum dicendi doctrinae editi: Argentinae. Excud. Theodos. Rihelius. in calce: Argentorati excud. Theod. Rih. M. D. LXX. (1570.) 8. graece et lat. Scholia nata sunt e scholis *I. Sturmii*, a discipulis excepta. Editionem curauit *Io. Cocinus*, Piseensis, Boiemus, qui in epistola nuncupatoria ad Consules et senatum reipubl. reginae Hradeczii in Boiemia id tradit; at ipse fatetur, non omnia esse exquisita et aequae polita, ac si a Sturmio fuissent retractata; at tamen Sturmii ingenio apta dignaque.

*Aristotel.* de arte rhetorica libri III. cum *M. Antonii Maioragii* commentariis. Additis nuper graeco textu ad ipsius *Maioragii* versionem et Petri Victorii sententiam emendato, noua capitum diuisione etc. — (*Maioragio* iam defuncto, primum in lucem prolati sunt commentarii ab eius amitino *Primo Comite*.) Venetiis 1572. fol. — dein cum duplici indice, per *Fabium Paulinum Vtinensem* philosophum et graecarum litterar. publ. Venetiis doctorem. *Venetis* gr. et lat. apud Franciscum de Franciscis, Senensem (1591.) fol. — rec. Patauii, (nitide quidem at vitiosissime,) ap. Ioan. Cagnolum 1689. 4.

A Natali Comite et Giberto plagii, omnia e commentariis Victorii surripuisse, adcuratur *Maioragius*; sed defenditur a *Kohlio* in praefatione de vita et scriptis *Maioragii*, *Deliciis* epistolice, Lipsiae 1731. 8. editis, praemissa p. 84 sqq. Plura de altera praesertim editione, et de *Maioragio* leges in *Freitagii* adparatu litterar. tom. I. pag. 544 — 548.

*Aristot.* de arte rhetorica libri III. graece. Paris. apud Benenatum. 1575. 8.

*Rhetoricae Aristotelis* ad Theodeclen libri III. quos *M. Anton. Maioragius* vertebat: eiusdem *Aristot.* lib. ad Alexandrum de rhetorica, *Fr. Philelpho* interprete, cum expositione *Io. Marinelli*. Venet. apud Io. Valgrisiuum. 1575. 8.



*Aristot.* rhetorica, interprete *Antonio Riccobono*, cum eiusdem explanationibus. Venet. apud Paul. Meietum. 1579. 8. Pars esse videtur sequentis editionis, peculiari titulo munita.

*Aristot. ars rhetorica*, graece ab *Ant. Riccobono*, *Rhodigino*, latine conuersa. Eiusdem *Riccoboni* explicationum liber, quo Aristotelis loca obscuriora declarantur. — — *Aristotelis ars poetica* ab eodem in latinam linguam versa, cum eiusdem de re comica disputatione. Venetiis apud Paul. Meietum. 1579. 8. — Editio *Rhetorices* libri III. ab *Anton. Riccobono* latine conuersi, separatim editi sunt cum paraphrasi, interiecta rerum explicatione et collata *Riccoboni* multis in locis conuersione cum Maioragii, Sigonii, Victorii et Mureti conuersionibus, et separatim edita Francofurti apud heredes Andreae Wecheli, Claudium Marnium et Ioan. Aubrium. 1588. 8. subiunctis XXV. de vsu artis rhetoricae Aristotelis commentariis, ibid. 1595. 8. Hanouiae 1606. 8. et 1630. 8. Sed in Italia separatim antea fuisse editam, conicio ex epistola Riccoboni dedicatoria ad Richardum Bar. a Staremberg, auditorem suum, praemissa paraphrasi et data *Patauii* ann. MDLXXXVII. (1587.) Ab initio paraphraseos agitur de autore, et inscriptione horum librorum rhetoricorum. Riccoboni versio retinetur in editionibus Opp. Aristotelis graeco-latinis, etiam Duvalliana tom. III.

*Aristot.* rhetorica ad Theodecten, cum commentariis *P. Victorii*, positis ante singulas declarationes graecis verbis auctoris, iisque fideliter latine expressis. Florentiae apud Iuntas. 1579. fol. Praeclara raraque est haec editio.

*Aristot.* libri III. de arte rhetorica. Brixiae, apud Petr. Mariam Marchettum. 1584. 16.

*Aristot.* artis rhetor. libri III. Duos priores vertit *M. Anton. Muretus*, Romae, 1585. 8. — 1598. 8.

Huetius de interpretat. lib. II. Stadae 1608. 8. p. 258 sq. laudat operam Mureti scientiamque bene interpretandi. adde *Clement* Bibl. II. pag. 106. Publicis illum praelectionibus quoque illustrasse hos libros, patet ex Mureti oratione VII. (edit. Thomassii VIII.) voluminis II. *Mureti* commentarius cum versione librorum II. rhetoricorum prodiit Ingolst. 1602. 8. [Repetita est versio cum Scholiis Mureti in eius Opp. omnibus a Dau. Ruhnkenio editis, T. III. pag. 615 sq.]

*Aristotelis* artis rhetoricae — libri III. *M. Aemilio Porto*, Francisci Porti F. — noua interpretatione illustrati et nunc primum in lucem emissi. — Item *Franc. Porti Cretenfis* in eisdem libris perpetui latini commentarii, ante non excusi. — Spirae ap. Bern. Albium c151511C. (1598.) 8. — Londini. 1619.

Conf. *Clement* Bibl. II. pag. 106 sq.

Ἀριστοτέλης — *Aristotelis de rhetorica* seu de arte dicendi libri III. graecolat. Contextu graeco, ad exemplaria selectiora emendato; latino, paraphrasi, ubi opus, intertexto; utroque etiam in particulas distincto. Margini interiori, adscriptis locis auctoris, ex ipso citatis vel ex παραλλήλῃς similibus; exteriori, adposita analytica methodo; cuius tabulae synopticae in sua loca distributae. Londini typis Eduardi Griffini. c1515CXIX. (1619.) 4. rec. ibid. 1696. 4. (editore *Theodoro Goulston*.)

Meo exemplo adscripsit vir doctus ad p. 27. lin. 20. (libr. I. cap. 5. sub finem): „Aristoteles quatuor tantum exercitia commemorat, neque eo minus cum, cui quatuor istae facultates insunt, vocat πενταθλον. Mendum igitur subesse videtur. *Clericus* in filuis philol.

lib. I. restituit: ὁ δυνάμειος τὰ σκέλη ῥιπτῆν πως ἄνω, ἄλτικός· ὁ δὲ κινῆν etc. adde de hac edit. Clement I. cit.

*Pauli Benii Eugubini, philosophiae et sacrae theologiae doctoris, qui quatuor ac viginti annos in Patauino Gymnasio professus est eloquentiam e prima sede, in Aristotelis libros rhetoricorum commentarii: in quibus Aristotelea de arte dicendi praecepta non solum copiose declarantur, verum etiam centum oratoriis controuersis interpositis illustrantur: cum Platone, etiam in decretis multis, cum M. Tullio in toto dicendi artificio conferuntur. Accessit Platonis rhetorica ex eius monumentis excerpta. Ad illustriss. et reuerendiss. Barbarinum Urbani VIII. nepotem. — Venetis apud Io. Guerilium c1612XXIV. fol.*

Hic quidem annus signatus est in meo exemplo, quod tantum continet primum Aristotelis librum, in particulas 332. dissectum. Cuilibet particulae graecae subiecta est Riccoboni et Maioragii versio latina cum commentario operoso et nimis verboso, sententias tantum auctoris praeceptaque illustrante. At pluribus partibus opus constituisse, certum est, atque in numero anni romano, quo editi dicuntur commentarii, C excidit, et scribendum erat c1615CXXIV. (1624.) Nam in praefatione iudicat *Ben.* de superioribus editoribus atque interpretibus, in his, de P. Victorio, M. Antonio Maioragio, (1514 nato,) Bernardo Mirandulano et Antonio Riccobono. Tum in grandi, quod habeo, volumine initium nescio cuius, an bibliopegae culpa, capessunt *Pauli Benii Eugubini — oratoriae disputationes, seu rhetoricae controuersiae, in quibus cum veterum multorum, tum maxime Aristotelis de ratione dicendi praeter ea explanantur et cum Platonis Ciceronisque decretis conferuntur. Hic praeter ea, quae in Aristoteleae rhetoricae commentariis et controuersis dubitantur, ut Aristotelica de arte dicendi praecepta declarentur, et cum Platone et M. Tullio conferantur, controuersiarum vela panduntur explicatius: et Platonis rhetorica subiicitur, ex variis eius locis excerpta, (eidem Barbarino sunt dicatae: et in fronte proditiisse rectius scribuntur,) Venetiis apud Io. Guerilium c1615DCXXV. (1625.) In calce vltimae partis, s. Platonis rhetoricae scriptum est: *Voluminis quinti finis.* — Cl. *Bullius* ex catalogo bibl. Casanat. tom. I. p. 269. pauca verbis illam citat edit. — 1624. tom. II. — Partes autem esse videntur editionis: *Benii Opera omnia.* Scilicet de historia libri IV. In *Sallustium* commentarii. In *Virgilium*, in *Aristotelis rhetoricam* commentarii. Oratoriae disputationes. In *Ciceronem* pro L. M. commentarii. Orat. 75. His accessere epistolae, praefationes, epitaphia, elogia. Item in *Aristotelis poeticam* commentarii. Venetiis, 1624. fol. V. voll.*

Multas singulorum librorum editt. vid. in Rob. Fysher. catal. bibl. Bodlei. tom. I. pag. 138. adde *Widokind* — Verzeichn. von raren Büchern. I. pag. 385 sq. Idem *Benius* edidit commentaries in *Virgilii* Mar. Aencidem. Venet. 1623. fol. Meum exemplar continet tantum textum librorum V. cum initio libri VI. et cum verboso commentario atque indice.

*Aristotelis* libri de rhetorica tres, de poetica vnus; graece et latine: *Dan. Heinsio* huius, *Antonio Riccobono* illorum interprete, collatis inter se excusis aliquot exemplaribus, recensiti et summa cura pristino nitore restituti. apud Io. Libert. Paris. 1629. 8.

*Aristot.* rhetorica, graec. et latine, *Antonio Riccobono* interprete, editio postrema, a mendis, quibus scatebat, expurgata. apud Sebast. et Gabr. Cramoisy Paris. 1648. 8. — — graece et lat. cura *Christophori Schraderi*. Helmstad. 1648. 4. — repet. ibid. 1661. 4. 1672. 4.

atque

atque cum commentario inscripto: *de rhetoricorum Aristotelis sententia et usu*, ibid. 1674. 4. Graecus textus est is, quem Victorius constituit; latina autem versio duorum priorum librorum est Antonii Mureti; tertii vero libri, Antonii Maioragii. Singula capita Schrader. in sectiones distinxit minutiores. — *Ars rhetor.* gr. et lat. Londin. 1696. 4. cum notis variorum Cantabr. 1628. 8. memoratur in *Nic. Rossii* catalogo biblioth. Romae, 1786. mai. 8. pag. 134. ubi multae librorum Aristotelis, eiusque interpretum graecorum editiones paucis indicantur.

*Aristotelis* de rhetorica — libri tres, graece et latine. Contextu graeco ad exemplaria selectiora emendato; latino paraphrasi, ubi opus, intertexto, utroque in sectiones distincto; appositis locis auctoris, ex ipso citatis vel ex παραλλήλας similibus, cum methodo analytica. Huic editioni accedere notae quaedam e *Victorii*, *Maioragii* ac *Fabii Paulini* commentariis selectae, (singulis libris subiectae,) variae lectiones (ex edit. Morel. et Basil.) indexque rerum memorabilium. Cantabrigiae typis academicis, sumt. Gul. Thurlbourn. 1728. 8. mai.

Conf. Acta eruditor. tom. X. Supplem. pag. 440.

Ἀριστοτέλους τέχνης ἑπτοεπιῶν βιβλία τρία. Ex theatro Oxon. (cum notis et V. L. ex edd. Camot. Basil. et P. Victorii). 1759. 8. (curante Olucll.) — — graece ex aliquot editionum collatione, (cura Garui et Reitzii,) Lipsiae sumtu Suikerti. 1772. 8. — Ex rhetor. II. 21. fabulas Stesichori et Aesopi recepit *Io. Vpton* in suam chrestomathiam, inscriptam: ποιητικὴν ἱστορίαν, siue nouus historiarum fabellarumque delectus cum notis et versione. Londini 1701. 8.

*Raph. Cyllenii Angeli* tabulae rhetoricae, quibus omnia, quae ab Aristotele tribus de arte dicendi libris, et a *Demetrio Phalereo* suo de eloquutione libro tradita sunt, praecepta explicantur. Venet. 1571. fol. — *Iac. Brocardi* partitiones oratoriae, quibus rhetorica Aristotelis praecepta explicantur. Venet. 1558. 8.

*Antonii Bernhardi Mirandulani* in librum III. Bononiae 1595. 4.

*Andreae Godfredi Ammonis* rhetorica Aristotelis in breues aphorismos contracta cum diss. de imitandi necessitate et Aristotelis rhetoricorum usu ac praestantia recudi curauit *Iac. Burkhard*, Coburgi 1715. 8. post edit. Gustrou. 1663. 8. et Hannouer. 1681. 8. — Fabricius dubitat, num *Io. Baptistae Pignae Ferrariensis commentarii*, in quibus, ut ille ipse ad Horatii A. P. scribit, ex scriptoribus optimis, graecis et latinis omnis generis, exempla adiunxerat lucem viderint. — *Ger. Io. Vossii* commentariorum rhetoricorum s. oratoriarum institutionum libri sex, (quarta edit. auctiores et emendatiores, Lugduni Batau. 1643. 4. etc.) sunt instar commentariorum in Aristotelis rhetoricam. Vid. supra ad sect. II. et §. VI. fin. notata. — *Gibert* in Jugemens des Savans sur les Auteurs qui ont traité de la Rhetorique — tom. I. Paris. 1713. mai. 12. de Platone et Aristotele huiusque commentatoribus est copiosus.

### *Editiones artis poeticae.*

Quae vna cum rhetoricis aliisque libris iunctim prodierunt editiones, et quae supra ad sectionem III. iam adnotauī, tum edd. saec. XV. supra in notitia Opp. Aristot. enumeratas, hic omitto.

*Aristotelis poetica* interprete *Georg. Valla* Placentino, *rhetorica* — *Ethica* — *oeconomica* et *politica*, — *moralia magna* etc. (variis interpretibus) per *Bernardin. Venetum* de *Vitalibus. Venetiis* 1504. fol. — *ars poetica*, latine, *Georgio Valla* interprete, cum *Auerrhois* summa, *Venet.* 1515. fol.

*Aristot. poetica*, gr. et lat. seorsim, *Alexandro Paccio*, (*de Pazzis*) *Patricio* Florentino interprete, (qui tribus admodum vetustis codd. msstis, vno praesertim Vaticano, vsus est,) *Venetiis* apud *Aldum* 1536. 8. (cuius editionis exemplar cum notis msstis fuit in biblioth. *Almeloueniana* p. 221.) — rec. graece, *Basil.* apud *Robert. Winter* 1537. 8. — gr. et lat. *Paris.* in offic. *Christ. Wecheli* 1538. 8. *Lugd.* 1549. *Venet.* 1572. et cum *Auerrhois* *Cordubensis* paraphrasi, *Venet.* 1600. 8.

Vid. *Buhle* p. 258. tom. I. *Opp.* et *Iulium Negri* p. 22. *histor. scriptor. Florentinor.* In edit. *Paris.* apud *Wechel.* p. 57 sq. sunt variae lectiones ex edd. excerptae, et *Paccii* versio lat. separatim posita peculiarem habet inscriptionem. *Paccii* versio est quoque in tomo II. *Opera* *Aristotelis* et *Auerrhois* latine editorum, *Venetiis* 1552. fol. et in editione *Aristotel.* latina. *Basil.* 1542. fol.

*Francisci Robortelli* in *librum Aristotelis de arte poetica* explanationes — qui ab eodem auctore ex msstis libris, (duobus n. *Mediceis*, perantiquo alio membran. et edit. *Aldina*,) multis in locis emendatus fuit, vt iam difficillimus atque obscurissimus liber a nullo ante declaratus facile ab omnibus possit intelligi. *Florentiae* in offic. *Laurentii Torrentini* 1548. fol. — commentarius est recusus *Basil.* 1555. fol.

Addito eiusdem commentario in *Horatium* de *A. P.* et dissertationibus de *satyra*, *epigrammate*, *comoedia*, *salibus* et *elegia*: vid. *Morhof.* *Polyhist.* *litt.* tom. I. pag. 1004. et *Buhle* pag. 259.

*Aristot.* de *poetica* liber, cum lat. versione *Alexandri Paccii*, *Vincentii Madii*, *Brixiani* et *Bartholomaei Lombardi* communibus explanationibus ac propriis eiusdem *Madii* annotatt. *Venetiis* apud *Vincent. Valgrisi*um. 1550. fol.

Addita est *Madii* de *ridiculis* et in *Horatii* *librum* de *arte poetica* interpretatio. *Robortellum* potissimum sequitur *Madius*. *Huius* et *Robortelli* edit. valde laudat, ac *Madium* quibusdam in locis praefert *Victorio Curtius* in praef. ad suam *Aristotelicae A. P.* versionem *germanicam*, et aliorum editiones atque interpretationes ibidem recenset.

*Aristotelis* de *arte poetica*. graece, apud *Guil. Morel.* *Paris.* 1555. 8. (cum variis editionum lectionibus.)

Est noua textus recensio ex vet. cod. msto.

*Petri Victorii* commentarii in *primum librum Aristotelis de arte poetarum*. Positis ante singulas declarationes graecis vocibus auctoris: iisdemque ad verbum latine expressis. acc. index. *Florentiae* in officina *Iantarum*, *Bernardi filiorum*. 1560. fol. — *ibid.* 1573. secunda editio, (quae fuit in *catal. Menken.* I. pag. 69 sq. alia ex ann. 1563. sunt signata.)

Vt rara, ita praestans est editio ex antiquis exemplaribus emendata aliisque litterarum, antiquitatis, ingenique praesidiis ornata.

*Aristot.* poetica, gr. et lat. interprete *Anton. Riccobono*, Venet. 1579. 8. — rep. cum partition. ac notationibus, Venet. apud Fel. Valgrifium. 1584. 4. — *Aristot. A. P.* ab eodem in L. L. versa, cum eiusdem de re comica disputat. Venetiis apud Paul. Meietum 1579. 8. (cum *Arist. rhet.* vide edd. *Rhetor. h. a.*)

Poetica *Antonii Riccoboni*, poeticam *Aristotelis* et nonnullas *Ludovici Costeluetrii* calumnias refellens: eiusdem ex *Aristotele* ars comica. Vicentiae 1585. 4. — repet. Patau 1591. 4. (Patau. 1587. 4. apud Fabric.) Illius versio servata est in edd. *Opp. Aristot. graeco-latinis*, etiam *Dualliana postrema*, tom. IV.

*Ludovicus enim Costeluetro*, Mutinensis, (quem ex hac vita migrasse a 1571. prodit *Morhof.* in *Polyhist. litter.* lib. VII. cap. 1. sect. 3. pag. 1004.) edidit gr. et italice *La Poetica d' Aristotele volgarizzata e sposta* — Viennae Austriae per Casp. Stainofer 1570. 4. — repet. Basil. per Pietro de Sedabuoni (Sedabonis) 1576. 4. 1582. Mire laudant operam *Casteluetri Jul. de la Mesnardiere* in sua poetica, Paris. 1640. 4. *Laur. Crassus* in Teatro d' Huomini letterati, tom. I. pag. 65. et alii. Sed praeter *Riccobonum* carpit eum *Dacier.* vid. quae notavi in praef. ad *Aristot. A. P.* p. XXXII. in primis *Chment* in *Biblioth.* II. p. 101 sq. de vtraque *Casteluetri* rara editione. *Fabric.* de *Casteluetro* eiusque commentario, quem eruditissimum dicit, haec notavit: „*Nic. Commenus* Papadop. *hist. Gymnasii Patau.* p. 224. laudat quidem *Casteluetrii* comment. at multa carpit. — Quum incendio correptas sensisset aedes suas *Castelu.* nihil prius exclamavit, quam *al Poetica, al Poetica*, vt hoc potissimum ingenii sui praestantissimum monumentum flammis eriperent. Refert *Menagius* in *Menagianis* tom. II. p. 82. conf. quae de *Casteluetrio*, acuto, sed paullo acerbior critico notata sunt a *Teiffario* in *elogiis Thuanis*, *Morerio*, *Baelioque* in *Lexicis*, *Gaddio* tom. I. de scriptoribus non ecclesiasticis pag. 122. et a *Bentivoglio* prolegom. ad apologiam dissertationis de epistolis *Phalaridis* pag. 102 sq. adde *Buhle* p. 272. et *Paitoni* in *Biblioteca degli autori antichi* — volgarizzati, tom. I. pag. 96 sq. — *Spositione della p-ëtica d' Aristotele con Ludi. Costeluetro*, del Sig. Horatio Marta: in *Rime et Prose del Sign. Horat. Marta.* Neapoli 1616. 4.

*Aristotelis de poetica liber.* *Daniel Heinsius* recensuit, ordini suo restituit, (n. capp. VII. et XIII. transpositis,) latine vertit, notas addidit. Accedit eiusdem de *tragica constitutione liber.* in quo praeter cetera, nota de hac *Aristotelis* sententia dilucide explicatur. Lugduni Batau. apud Ioan. Balduinum. Prostat in *bibliopol. Ludou. Elzevirii* 1611. 8.

Epistola dedicatoria scripta est 1610. at editionem huius anni exstare, dubito. Multis autem annis post secundis curis calligata prodiit editio paullum diuersa:

*Dan. Heinsii* de *tragodiae constitutione liber.* in quo inter cetera tota de hac *Aristotelis* sententia dilucide explicatur. Editio auctior multo. Cui et *Aristotelis* de poetica libellus cum eiusdem notis et interpretatione accedit. Lugd. Batau. ex offic. *Elseviriana.* 1643. 12.

De vtraque editione iam copiosus fui in praefatione ad *Aristot. poet.* p. XXIII sqq. et in *appendice I.* pag. 221 sqq. *Heinsii* cogitata de ordine *Aristotelis*, et causas, cur immutauerit vulgatum capitum ordinem, recudi feci. At *Curtius* et *Batteux* in praefat. ad suas versiones libelli et posterior quoque in *Mem. de Litterat.* — de l'Acad. des Inscrip. vol. 41. Paris. 1782. (vbi ille praeter ea quaedam libelli *aristotelici* loca corrigit, aut coniectando emendare admissus est,) *Heinsianam* camque audacem transpositionem improbarunt. Iudice *Rich. Simo-*

ne tom. I. bibl. select. cap. 24. Heinsius, si cum aliis poeticae aristotelicae interpretibus conferatur, *et cor solus habet, solus et ingenium.*

Q. Horatii Opp. cum notis *D. Heinsii*. aëc. Horatii ad Pisones epistola, et *Aristotelis* de poetica libellus, ex offic. Plantin. 8. (in Vffenbach. Catal. tom. I. pag. 684.)

*Aristotel.* de arte poetica, graece et lat. cum commentariis *Pauli Benii*, in quibus ad obscura quaeque decreta plenius dilucidanda, centum poeticae controversiae explicantur. Patauii, per Franciscum Bolzettum. 1613. fol. (vid. Catal. bibl. Menken. I. p. 68. *Royii* Catal. p. 134. — rep. Venetiis 1623. — Num, (quod equidem suspicor,) haec sit eadem editio, an ab illa diuersa aut repetita, quae dicitur *cum versionibus Paccii et Riccoboni, ac commentariis P. Benii* apud Io. Guerillum prodiisse, *Venetiis* 1624. fol. discernere non possum. Fabric. tamen in obseruatione ista notauit, editioni ann. 1613. additam esse duplicem Paccii et Riccoboni versionem. *Benius* vero etiam *Platonis* poeticam ex eius dialogis collectam adiecit. conf. de Benii Opp. paullo ante ad ann. 1624. editionum *rhetoric.* adnotata.

*Aristotelis* poetica analytica metodo illustrata: gr. et lat. ex versione *Theod. Goulstoni*, Londini 1623. 4. — haec editio, in qua textus graecus mera est Sylburgiani repetitio, est recusa, ita tamen, vt accederent *integræ notæ Sylburgii et Dan. Heinsii, nec non selectæ aliorum*, Cantabrigiae 1696. 8. Atque eandem esse suspicor, quam eodem anno eademque forma, teste auctore Catal. bibl. Bodleianae pag. 17. *Vptonus* curasse *suasque etiam tam impress. quam MSS. immiscuisse* dicitur.

Videsis, quae de vtraque editione et Goulstoni interpretatione scripsi in praef. ad *Aristot. A. P.* pag. XXVI sqq. et p. XXXIII sq. adde *L. Neocori* (Küsteri) bibliothecam librorum nouorum, Traiecti ad Rhen. 1697. 8. tom. I. pag. 92 sqq. *Acta erudit. Lips.* ann. 1697. pag. 377 sqq. et *Clement* Biblioth. II. pag. 101.

*Aristotelis* poetica, gr. et lat. Edinburg. 1731. 12. — gr. *cum versione Theod. Goulstoni et variantibus lectionibus*, (ex Sylburgio fere collectis,) Glasguae 1745. 12. — graece et lat. cum notis, (sine accentibus,) Oxoniae e typographia Clarendon. 1760. 8.

*Les quatre poetiques: D' Aristote, d' Horace, de Vida, de Despréaux, avec les Traductions et des Remarques par M. l'Abbé Batteux*, Professeur Royal, de l'Académie Française et de celle des I. et B. L. tom. II. à Paris. 1771. 8.

Elegans est editio, et quodammodo noua textus graeci Aristotelici recensio. *Batteux* vt plurimum quidem sequitur Sylburgium et Victorium; ex duobus tamen codd. Parisin. ex Casteluetro et Dacier. loca quaedam feliciter emendat. In paucis breuibisque notis, textui subiectis, de lectione, (quod tamen saepius et curatius fieri debuerat,) et sensu loci agit, in adiectis vero obseruationibus vberime explicat sensum rerum ac praeceptorum, comparat gallicos tragicos, et frequenter prouocat ad *Cornille* discours de la Tragédie.

Cl. Schütz (in praesenti Professor Ienensis,) *Aristotelis* librum primae parti *Chrestomathiae suae graecae*, Halae Saxon. 1772. 8. inseruit, additis quibusdam variis lectionibus.

*La Poetica de Aristoteles dada a nuestra lengua Castellana por Don Alonso Ordonez. — Amadese nueuamente el texto Griego, la Version Latina y Notas de Daniel Heinsio, y las del Abad Batteux, traducidas del Francés, y se ha suplido y corregido la traduccion Castellana por et Lic<sup>do</sup> Don Casimiro Florez Canseco, Cathedratico de Lengua Griega en los Reales Estudios de esta Corte. Madrid. 1778. 8. con el retrado de Aristoteles.*

Textus gr. est is, quem Heinsius constituerat. Animaduersiones esse dicuntur aestheticae, criticae atque antiquariae cum variis lectionibus ex codd. in bibl. Escorialensi. [Prima editio prodierat Madr. 1626. 8. La poetica de Aristoteles dada a nuestra lengua Castellana por D. Alonso Orpoñez das Seixas y Tobar, Señor de San Payo etc.

Diuersum est opus *Gonzalesii*, quod satis indicat titulus: *Nueva idea de la tragedia antigua o Instrucion ultima al libro singular de Poetica de Aristoteles Stagyrta*, por Don Iusepe Antonio Gonzalez de Salar. En Madr. 1633. 4. Recusum cum additamento: *Tragedia practica y Observaciones, que deben preceder a la tragedia Española intitulada las Troyertes*. 1778. 8. II. voll.]

*Aristotelis* de poetica liber: ex versione *Theod. Goulstoni*. Lectionis varietatem e codd. IV. bibliothecae medicae: verborum indicem et obseruatt. suas adiunxit *T. Wistanley* — Oxoniae ex offic. Clarend. 1780. 8.

Textus graec. est *Sylburgianus*: indicem nudum vocabulorum excipiunt Vallae lat. interpretat. cum Goulst. notis paraphrasticis et notae. Notae autem tam variorum, quam editoris sunt criticae.

Ego vero edidi *Aristotelis de poetica librum graece et latine* (n. cum versione latina Goulstoni,) cum *Frid. Sylburgii* meisque notis, (tam criticis quam grammaticis,) Lipsiae, impensis Crusii 1780. mai. 8.

*Aristotelis* de poetica liber — cum praelectione, versione et notis editoris *G. Cooke*. Cantabrig. 1785. 8. — graece recensuit *Frid. Volfgangus Reitzius* Lipsiae 1786. 8. est omnino noua recensio, multis immutatis, atque dolendum, *Reitzii* commentarium lucem non vidisse. [Ostendit tamen *Cel. Woljius*, Prof. Halensis, se eum editurum esse.]

Nuper adnunciata est noua editio, (sub praelo iam sulans,) et recensio cum notis copiosis criticis atque exegeticis *Tyrrhwitt*, (qui XVI. annos labori impenderat, et a cuius sagacitate atque eruditione multa praeclara possunt expectari,) cura *Buegeffii*, cum indice. Textus esse dicitur mutatus secundum crisin *Tyrrhwitti* additaque *Goulstoni* versio, sed correctae.

*Morhof.* in Polyhist. litter. VII. r. 3. pag. 1004 sq. memorat commentatores *Alexandrum Piccolominum*, qui italico sermone scripsit commentar. in Aristotelem, Venet 1575. 4. *Franciscum Patricium* in libro: Della poetica la deca historiale, et la Deca disputata Ferrariae, 1584. — *Anton. Sebast. Mintor um*, libris VI. de poeta, Venet. 1559. 4. — Alibi et supra ad p. VIII. atque in Introd. in hist. L. Gr. tom. I. p. 463 sq. plures maioris minorisque molis libellos, in quibus res verbaque Aristotelicae artis poeticae varia imparique ratione illustrantur, iam adduxi. Multae sunt commentatt. huc pertinentes in Actis societatis reg. Paris. Inscriptionis. Quare paucorum libellorum faciam mentionem. — *Ger. Io. Vossius* in poeticae institutionum libris III. multa Arist. praecepta illustrat, et est veluti commentator aut scholiastes Aristotelis.

Valde iniquus est auctor libelli: *Anmerkungen übers Theater*, Lipsiae, 1774. 8. et nimis alto supercilio contemnit Aristot.

Reflexions sur la poetique d' Aristote, de Mr. *Rene Rapin*. Paris. 1674. 12. qui de editoribus atque interpretibus A. P. aristotelicae graue tulit iudicium; sed castigatus esse dicitur in: *Remarques sur ces reflexions*, (per *Franc. Vauassorem*,) ibid. 1675. 12. — — *Frid. Rappolti* obseruationes. Lipsiae 1687. 12. — *Petri Lauribechii* commentarius, (per disputationes academi-

academicas.) Aboae 1675 sqq. 4. — Ad cap. IX. poet. quid sit *imitatio*, sensu Aristotelis, est erudita commentatio in noua bibliotheca artium bonarum Lips. vol. 42. part. II. 1791. pag. 1 sqq. Auctor intelligit fictionem. siue adsumat formam dramaticam, siue tamquam narratio a poeta ipso proponatur. — *Μίμησις* et *μιμῆσις* apud Aristotelem in A. P. esse, res non tam studio et voluntate, quam ex mero aliquo animi adfectu, imitando exprimere et quasi praesentes sistere probatum est, et quid sit *μιμῆσις πρόξενος*, explicat *Ilgen* in prolus. I. disquisitionis actionis principis in Iliade Homeri. Numburgi 1791. 4. — De vi vocabuli illius disputat quoque aliosque V. D. laudat cl. *Renat. Gotthelf Loebel* in docta I. commentat. in Aristotelis notionem tragoediae, Lipsiae 1786. 4. [Aristotele's Treatise on Poetry translated with Notes and two Dissertations on poetical and musical Imitation. By T. Twining. Lond. 1789. 4. The poetic of Aristotle translated with notes by Henry James Pye, Lond. 1888. 8. Sextum caput francog. vertit et notis illustrauit *Ath. Auger* in libello: De la Tragédie Grecque, Paris. 1792. 8. *Beck.*]

#### *Editiones Physicorum.*

*Latine*, *Aristot. libri VIII. de physico auditu physicorum appellati Nouiter correcti etc.* f. a. (vid. *Buhle* p. 239 sq. Lips. probabiliter ann. 1499.) et ibidem libri de coelo et mundo; tum libri meteororum, porro liber de anima, praenotata in fronte *Iac. Fabri*, Stapulensis, in libros de anima introductione fol. f. a. Libri metaphysicae per Mart. Landsberg de Herbi-poli. Lips. 1499. fol. rec. 1503. 1509. vid. *Leich.* p. 75. et 104. *Freitag.* adpar. litterar. I. pag. 538 sqq. *Physica Aristotelis* post *veterem interpretem* verbum verbo inepte quidem, vt ait *Vicomerasus*, fideliter tamen reddentem, vertit et Petro Mediceo dicauit *Io. Argyropylos*, Byzantius, (de quo vide supra in Catalogo editionum Operum latinarum, vbi quoque alias vetustas saeculi XV. edd. enumeravi,) cuius versio occurrit in editione latina Operum Aristotelis, Venet. 1496. fol. aliisque etiam in graeco-latiniis, excepta Duualliana. — Ex versione duplici, veteri vna, altera, quae priore semper loco ponitur, *Argyropuli*, et commentariis *Thomae Aquinatis*, Venet. 1501. fol.

*Aristot. physica et metaphysica*, cum commentario et dialogo *Iac. Fabri*, per Henr. Stephanum. Paris. 1504. 4. — *Arist. de anima*: in calce: *Liptsk impensis Iac. Thanners* 1502. fol. (vid. *Freitag.* adpar. litt. I. p. 540.)

*Samuel Cassinas*, f. de Cassinis edidit *Commentaria sub triplici modo expositionis in VIII. physicor. Aristotelis*: in calce: in oppido cunei in Pedemontium opera Sim. Beuilaqua 1510. vertit *Bilius*. vid. *Saxii* histor. typogr. litter. etc. p. 82. et respons. ad *Quirinum* etc. p. 50.

*Ex physiologia Aristotelis libri duodecimginta*, de auscultatione naturali, octo; de coelo, IV. de anima III. *Io. Argyropylo interprete*. de generatione et corruptione II. meteorologorum IV. de sensu et sensili I. de memoria et reminiscencia I. de somno et vigilia I. de infemais I. de diuinatione in somno I. de longitudine et breuitate vitae I. de iuuentute et senectute et vita et morte et respiratione. *Francisco Vatablo interprete*. Quibus omnibus, *anti-qua tralatio*, tricenos libros continens, ad Graecum per eundem *Vatablum* recognita; columnatim respondet. In calce: *Parisis in aedibus Henr. Stephani. Mense Augusto. M. D. XVIII. (1518.) fol.*

In bibl. acad. Erlangensi. — In eadem bibl. absque vetere translatione, eadem opuscula, *Lugduni ap. heredes Sim. Vincentii*, f. a. in 8. in calce: *Lugduni excudebat Mathias Bonhomme. Arist.*



*Arist. de generatione et corruptione. Augustino Nipho interprete et expositore. Venet. per Bonetum Locatell. 1506. fol. vid. Clement biblioth. II. pag. 88 sq.*

*Aristot. liber physicorum. Lipsiae 1503. fol. — de generat. et interitu II. Meteoror. IV. de mundo; ex opere de animalibus libri X. Petro Alcyonio interprete. Venet. ap. Bernard. de Vitalibus 1521. fol. — Basil. 1546. 4. — Aristotelis tota naturalis philosophia cum paraphrasi et adnotatt. Francisci Vatabli. Paris. apud Sim. Colinaeum 1531. fol. — Augustini Niphi expositio Venet. 1519. 1525. fol. — Gualteri Burlari 1589. fol. — Io. Baptistae Rubaci Venetiis 1598. 4. de natura libri VIII. interprete Ioachimo Perionio, cum eius obseruat. contra Iac. Lud. Strebacum et praefatione de ordine librorum de ratione naturae, Basil. 1552. 8. — rep. et per Nic. Grucchiu[m] correcti. Lutet. 1556. 4. — Paris. 1577. 4. — Physica de coelo et anima libri, Io. Argypopylo interprete etc. Lugduni 1546. 8. ibid. 1558. 8. — libri IV. physicorum cum commentariis Philoponi e graeco in lat. conuersi per Guil. Dorotheum, Theologum Venetum. Venetiis 1554. — naturalis philosophia latine, variis interpretibus. Coloniae 1568. 4. voll. II. vid. Clement II. p. 100. adde ad sect. XII.*

*Alberti M. — introductiones in lib. Arist. physicor. de coelo et mundo, de generat. meteororum, de anima etc. Cracou. 1516. 4.*

*Aristot. textus de generatione et corruptione cum expositione Aegidii Romani etc. Venet. 1520. fol. vid. Clement bibl. II. p. 89. et Buhle 241. ex Maittaire A. T. ind. part. I. p. 74.*

*Aristoteles de naturali auscultatione, cum paraphrasi Themistii, graece. Excud. Christian. Wechel. Paris. 1532. 4.*

*Aristot. de mundo, graece, cum Guil. Budaei versione latina et Simonis Grynaei scholiis; accesserunt Philonis et Cleomedis libri, graece et lat. Georgio Valla interprete, Basileae. apud Io. Walderum. 1533. 8. In lib. Aristotelis textus graec. ex edit. Erasiana Opp. sumtus et nouis mendis typographicis auctus est: ita, vt haec editio, quamquam rara, nullum probeat vsu[m] criticu[m].*

*Aristot. de anima libri III. graece, cum introductione latina Iac. Fabri Stapulensis, Basil. 1538. 8.*

*Iac. Stapulensis introductiones in libros physicorum et de anima Aristot. cum Todoci neoportuensis annotatt. declarantibus candide dicta singula obscuriora ipsius introductionis prodierunt quoque Cracou. curante Gregorio Sthavischyn, Prof. Cracou. impensis Io. Haller. 1510. 4. vid. Ianozki Nachricht von denen in der — Zaluskischen Bibl. sich befindenden raren polnischen Büchern. part. IV. pag. 154.*

*Questiones M. Ioan. Versoris super tres libros de anima Aristot. per M. Io. Glogowiensem — nouiter emendatae. — Cracou. arte et impensis Io. Haller. 1514. 4. vid. Ianozki l. c. part. IV. pag. 119.*

*Aristotelis et Philonis de mundo libri, graece, per Conrad. Neobarium, regium typographum. Paris. 1540. 12.*

*Aristot. de coelo libri IV. de generatione et corruptione libri II. Meteorologicorum lib. IV. latine, ex versione veteri recognita, cum argumentis Raph. Volaterrani, et digressionibus Auerrois. Venet. apud Hieron. Scotum. 1541. 8.*

*Aristot. et Philonis libri de mundo; Ocellus Lucanus de vniuersi natura*, latine. illi *Budaeo*, hic *Christiano Aurelio* interprete, et *Simonis Grynaei* annotatiunculae in *Aristot. de mundo*. Paris. apud Iac. Bogard. 1542. 12.

*Aristotelis de anima* libri tres, et e prolixis ac copiosis quidem illis *Simplicii* commentationibus breues excerptae interpretationes eorundem, *Iac. Schegkio* collectore. Basil. per Io. Heruagium. 1544. mense Martio. in 8. graece.

Epistola dedicatoria, in qua etiam differitur de Aristotelis libr. de anima et de *Simplicii* commentatt. scripta est Tubingae 1543. Cal. Aug.

Quartus liber *meteororum Aristotelis* omnibus naturae studiofis commodus: *Franc. Vatableo* interprete, Wittebergae per Ios. Klug. 1543. 8.

Editorem fuisse *Hermannum Tulichium*, cognoscimus ex carmine eius praemisso.

*Aristotelis de coelo* liber primus, graece, apud Christian. Wechel. Paris. 1544. 4.

*Aristot. de naturali auscultatione* libri VIII. graece, cum lat. versione et commentariis *Francisci Vicomercati*, Mediolanensis. Paris. apud Vascofan. 1550. fol. et Venetiis, 1564. fol.

*Aristot. de mundo* liber. item *Theophrastus* de ventis, gr. Lutetiae apud Vascofan. 1551. 4. — — de anima et parua naturalia lat. *Perionio* interprete. Basil. 1553. 8. — *M. Antonii Maioragii* commentarii in duos libros *Aristot. de generatione et interitu*: eiusdem paraphrasis in IV. *Aristot. libros de coelo*. Basil. 1554. fol. — Transsulit lib. *de mundo Petrus Alcyonius*. vid. paullo ante notata; item *Io. Genes. Sepulueda*. Paris. 1548. 4.

Ἀριστοτέλης — *Aristotelis de naturali auscultatione*, seu de principiis, cum praefatione *Doctoris Zanchi*, (*Bergomatis Theologiae in Gymnasio Argentoratensi Professoris*.) Argentorati excudeb. Vuendelinus Rihelius. 1554. 8. graece.

Praemisit *Zanchus* docta copiosaque prolegomena de Aristotelis philosophia et hoc libro eiusque inscriptione. Cum *Melanthone Aristotelem* in hoc genere praefert *Platoni*, et respondet argumentis secus sentientium. *Sturinius* in longa ad *Zanchum* epistola subiecta non omnino quidem dissentit; at tamen *Platonis* causam grauiter defendit. *Margini* textus graeci hinc inde adpersae sunt variae lectiones; fol. 111. in lib. VII. *Themistii* verba, quae pro aristotelicis, auctore *Simplicio*, legebantur, sunt eiecta, et fol. 151 — 155. separatim posita.

*Aristot. libri de coelo; de ortu et interitu, Meteorologica et de anima*, graece et lat. per *Ioachim. Perionium* et per *Nic. Gruchium* correcti. voll. II. Lutetiae Paris. 1554. 4. — de ortu et interitu libri II. *Ioach. Perionio* interprete, per *Nic. Gruchium* correcti Paris. 1560. 4. — Meteor. — de animo — parua naturalia, eodem *Per. interpr.* per *Nic. Gruch.* correcti ib. 1560. 4.

*Aristotel. lib. de mundo*, lat. *Gui. Budaeo* interprete apud Mich. Vascofan. Lutet. 1555. 4. Exstat quoque in *Budaei Opp.* Basil. 1557. a pag. 445.

*Io. Genes. Sepulueda* iussu pontificis rom. versionem aristotelicorum operum susceperat. *Latina libr. Arist. de ortu et interitu* versio lucem vidit 1526. — repet. cum aliis *Madrid*, 1775. ideo autem in *Operibus Sepuluedae* IV. voll. *Madrid* 1781. med. 4. versio latina librorum aristoteli-

aristotelicorum non iterata est: contra in vol. I. insertus index vitiorum typographicorum, atque emendationes Politic. Aristot. et scholiorum e misto Sepulcedae.

*Aristotelis* commentationum de natura libri VIII. de coelo IV. de ortu et interitu II. Meteorologizων IV. de anima III. et parua naturalia; graece: cum variis lectionibus, apud Guil. Morel. Paris. 1561. 4. et saepius.

Ἀριστοτέλης περὶ ψυχῆς βιβλία τρία. Praefixa est praefatio, in qua necessarius et legitimus philosophiae vltus indicatur, autore *Vulffgango Meurero*, medico, philosophiae aristotelicae in inclyta academia Lipsica P. P. Lipsiae in officina Ernesti Voegelini, Conflantienfis. 1564. 8. graece.

A pag. 113. adposuit Themistii locum de praeslantia librorum Aristot. de anima et Iac. Stapulensis breuem in illos libros introductionem.

*Aristotel.* libri de generatione et interitu, lat. per *Flaminium Nobilium*, Lucae. 1567. fol.

*Aristotelis de anima libri III.* cum Averrois commentariis ex antiqua tralatione suae integritati restituta. His accessit eorundem librorum noua tralatio, ad graeci exemplaris veritatem et scholarium vsum accommodata, *Michaele Sophiano* interprete, etc. Venetiis apud Iuntas 1574. 4.

*Aristoteles de Mundo*, graece: cum duplici interpretatione latina; priore quidem *L. Apuleii*; altera vero *Guil. Budaei*, cum scholiis et castigationibus *Bonauenturae Vulcanii* tam in Aristotelem, quam in vtrumque eius interpretem. Accessit seorsim *Gregorii Cyprii encomium maris*, graece, numquam antea excusum et *Pauli Silentiarii Iambica*. Lugd. Bat. ex offic. Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. 1591. 8.

In epistola nuncupatoria contendit Vulcan. plumbeis illos niti argumentis, qui hunc excellentem librum, qui non nisi a Naturae genio scriptus censeatur, Aristotelis esse negent. Apuleii versionem, quam e codd. potissimum emendat illustratque, mire laudat. Multa Aristotelis loca corrigit, comparat explanatque, vt haec editio critica bonaque iure habeatur. *Gregorii* encomium peculiarem habet inscriptionem, et nouam paginarum seriem. *Silentiarii* carmini pag. 13. praemisit epistolam ad Henr. Stephanum, in qua scribit, illud in Stephani Anthologia epigrammatum graecorum pessime esse habitum ab correctore, et a se restitutum et breuibus, vt putat, aliquot notis Emanuelis Chrysolonae, (sini subiunctis,) illustratum. — In bibl. Leidensi, (catal. pag. 136.) seruatnr exemplar cum adnotatt. H. Vossii.

*Aristot.* de generat. et interitu, lib. primus a *Flaminio Nobilio* in L. L. conuersus —. edit. II. Patauii apud Petr. Paull. Tozzium et Io. Speron. 1596. fol. vid. *Clement* bibliotheq. curieuse etc. tom. II. p. 89. nr. 69.

Textus est secundum edd. Florent. Victorii et Sylburg. emendatus. pag. 349 sq. adhaeret syllabus variarum lectionum et notarum maxime necessariorum, ad graeci contextus expeditam considerationem, partim ex P. Victorii, partim ex Fr. Sylburg. notis excerptarum: partim aliunde depromptarum opera *M. Bergii* collectus.

*Arist. ethica contradicta* gr. et lat. in *Huberi* specimine philosophiae ciuilib. Franequerae 1686. 8. — *Ethica ad Nicom.* Magna moralia et ad Eudemum, politica et oeconomica, cum paraphrasi *Syluestri Mauri* S. I. Venet. 1696. 1698. 4. Versionem vero non suam adiunxit, sed eam, quae in tomis Auerrois legitur.

*Aristot. Ethica ad Nicomachum*, *Io. Argyropylo* interprete, cum comment. *Io. de Aguirre*, Romae ap. Anton. de Rubeis. 1698. fol.

*Aristotelis Ethicorum Nicomacheorum* libri X. graece, cum lat. versione *Dionysii Lambini*, curante cum notis *Guil. Wilkinson*. Oxonii e theatro Sheldoniano. 1716. 4.

*Arist.* de virtutibus, gr. et lat. Oxon. 1752. 12.

*Io. Casellii* in librorum *Aristotelis* de vita et moribus interpretationem, prooemium. Rosch. 1569. 4.

*Eiusdem* in eorundem librorum interpretationem programma. Helmaeslad. 1593. 4.

*Ficetini* cuiusdam versionem vidisse se testatur *Obertus Gifanius*. *Vicentinum* vocat *Iac. Thomastus*, qui *Andreae* praeter ea *Trebatii* et *Andreae Billii* meminit in Commonefactione de versionibus latinis Nicomacheorum, quae subiicitur breuiario et analysi eorundem, editae Lipsiae 1658. 8.

*M. Antonii Mureti* notae in libros decem Nicomacheorum, oeconomicorum etc. prodierunt Ingolstadt. 1602. 8. — in *Mureti* Opp. Veronae 1727 sq. 8. tom. V. p. 1 sqq. — auctiores aut emendatiores cum aliis *Mureti* verss. et interpretationibus Aristotelicorum scriptorum, in tomo III. Opp. *Mureti*, edit. *Dau. Ruhnken*. Leidae 1789.

*Theatrum Aristotelicum*, pandens doctrinam librorum X. *Nicom.* a *Christoph. Prebiso* I. V. D. et P. P. quondam Lips. antehac apertum, nunc vero recognitum, notisque necessariis et perpetuis illustratum publiceque disceptatum a *M. Io. El. Reu*, cum auctario quaestionis de virtutum moral. *ἀντακολουθησες* etc. Altdorf. 1662. 4. — rec. 1665. 8.

*I. Crollii* ethica aristotelica. eiusd. ethica christiana. Selenoburgi. 4. vid. biblioth. Benteian. I. pag. 142.

Veterum scholiastarum graecorum, *Eustratii*, *Aspasia* aliorumque commentatt. in *Aristot.* opus ad *Nicomach.* cura *Sam. Rachelii*. Helmst. 1662. 4.

*Arist. Ethicor. ad Nicom.* lib. I. lat. cum explicat. *Audom. Talaei*, in huius Operibus. Basil. ex offic. *Petri Pernae* (cum praef. *Io. Thom. Freigii*, scripta *Friburgi* 1575. mense *Iulio*.) 1576. 4. p. 647 sqq. *Aristot.* placita late examinantur, et modo confirmantur, modo refelluntur.

*Caelii Calcagnini* paraphrasis in librum I. ethicorum *Aristot.* — in *Calcagnini* Opp. Basil. 1544. fol. pag. 453 sqq. — *Emanuelis Thesauri* — philosophia moralis, deriuata ex alto fonte magni *Aristotelis* etc. italice, Turin. 1671. Venet. 1674. 12. et 1728. latine versa a *Cyriaco Lentulo*, Noribergae 1692. (apud *Kahlum* in bibl. *Struuiana* part. II. p. 30.) 1699. 12. melius versa a *Philippo Adamo Vlrich*. Doct. et Prof. *Wirceburgensi*. *Wirceburgi* 1731. 8. vid. *Acta erudit.* 1731. p. 139. *von Windheim* *Bemühungen der Weltweisen* etc. vol. V. p. 520 sq. adde supra in §. XXVIII. [*Aristotelis Ethicorum Nicomacheorum* adumbratio ad nostrae philosophiae rationem facta, auctore *M. Io. Frid. Gottl. Delbrück*, Hal. 1790. 8. qui etiam *Specimen* vers. vernac. edidit, a *Garnio* factae, in libell. mensr. *Berol.* (*Berlin. Monatschr.*) 1791. mense *Nov.* pag. 459 sq. *Beck.*]

*Editiones librorum Politicorum et Oeconomicorum.*

Praetermitto editiones, supra in elencho edd. Operum Arist. et ad §. XXXIII. ac XXXIV. iam memoratas.

*Aristot. Politica et Oeconomia, Argyrop. interprete.* Venet. ap. Iac. Pencium. 1506. 8. — *Leonhardi Aretini* versio occurrit in antiquis latinis Aristotelis edit. vt Lipsiae 1502. fol. etc. et in graeco-latin. octaua forma editis.

*Politica Aristotelis, Leon. Aretino interprete; Oeconomica et Hecatonomiarum libri VII. Iac. Fabro Stapul. interprete, cum illius scholiis. Econom. publicorum lib. I. Leon. interprete, cum illius scholiis.* apud Petrum Portam et Beatum Rhenan. 1506. fol. Buhle citat hanc edit. ex catal. libr. bibl. reg. Paris. at vereor, ne eadem sit, quam actutum indicabo.

*Contenta. Politicorum libri Octo. commentarii. Oeconomicorum duo. commentarii. Hecatonomiarum septem. Oeconomiarum publ. vnus. Explanationis Leonardi in oeconomica Duo.* ex recognitione et cum praefatione Iac. Fabri, (scripta 1505.) *Ex officina H. Stephani* apud Parisios 1506. fol. — *Hec secundaria est castigatissima ex offic. H. Stephani* ib. 1511. fol. in calce: „Recognitoribus in officina quam accuratissime *Petro Porta* et *Beato Rhenano* ex offic. H. Steph. M. D. XI. Vltima Martii.“ (exemplum est in bibl. Erlangensi, etiam in Academ. Lips. bibl. vtriusque edit. 1506. et 1511. exempla.) — rec. ibid. 1516. et apud Sim. Colinaeum 1:26. — cum comment. ac annotatt. variorum. ibid. apud H. Steph. 1517. fol. citat hanc editionem *Buhle*. — *Oecologium ex Aristotelis oeconomicorum libellis*. — congestum — per *W. Stockel*, Monacens. — Lips. 1511. fol.

*Aristot. — Oeconomicorum libri duo translati e greco in latinum a Leonardo Arethino.* — in calce: „Impressum Liptzik per Baccalarium Martinum Herbipolentem. a. 1507.“ fol.

Exemplo, quod est in bibl. Erlangensi, multa manu V. D. sunt adscripta. conf. supra in cat. edd. Opp. ab initio. — Ead. edit. et versio Senis. 1508. 4.

*Oeconomicorum Aristot. libri, graecis et latinis annotatt. suis locis illustrati.* — in calce: Cracouiae per Matthiam Scharffenberg. M. D. X. X. VII. (1537.) 4.

Editor est *Georg. Libanius*, Ligniciensis. Textui graeco subiungitur *Leonardi Aretini* versio lat. ad marginem adiectae sunt pauculae adnotationes, textui vero litterae insertae, ad notas, fini adnexas, respicientes. De hac rarissima editione copiosus est *Io. Boguslaus Profschowski* (h. e. *Briefe*, Saxo, in notitia libri graeci, omnium primi, in Polonia typis excusi, in Miscell. Lips. nouis, tom. V. part. II. p. 367—374. add. *Io. Dan. Ianozki* in: Nachricht von den in der Zaluskischen Biblioth. sich befindenden raren polnischen Büchern. part. V. Breslau. 1753. 8. p. 194 sqq. qui vero monet, iam ante illam editionem Cracouiae typis fuisse excusa Sibyllae Erythr. et Phocylidis carmina.

*Aristot. Politicorum libri octo.* Argentor. cum praef. *Iac. Bedroti*, graece, per *Wendelin. Rihelium*, mens. Martio 1540. 8.

*Aristot. Politica*, graece, apud *Io. Lod. Tiletanum*. Paris. 1540. 4.

Insunt tantum liber primus, secundus et tertii pars, cum emendationibus et notis marginalibus.

*Aristot. et Xenophontis ethica, politica, oeconomica*, graece. Basil. 1540. 8. vid. paulo ante de editionibus ethicorum, ad h. a.

*Aristot. oeconomic.* libri II. graece. Paris. (apud Neobarium) 1541. 8. — lat. *Bernardino Donato Veronensi* interprete. apud Iac. Bogardum. Paris. 1541. 8. — gr. et lat. a *Bern. Donato*. Venetiis 1542. 8.

*Aristot. de republica*, qui *Politicorum*, libri VIII. *Iocchino Perionio*, *Benedictino Cor-moeriaceno*, interprete, accesserunt eius in eosdem libros obseruationes et argumentum. Paris. apud Tiletanum. 1543. 4. — recuf. Basileae sumt. Io. Oporini 1544. 8. cuius editionis indici subiunctum est in *Aristot. Politicorum* lib. I. argumentum per *Raph. Volaterranum*.

*Aristot. Politica*, a *Iac. Ludowico Strebano* e graeco conuersa, cum animaduersionibus ad versionis Perionianae libros III. primores. Paris. 1542. 4. apud Vascofan. — — ibid. ap. Io. Roigny; excud. Matth. Dauid 1549. 4. — rep. ibid. 1550. et addita Perionii versione ibid. 1553. 4. (1554.) — — I. II. III. IV. et V. libr. (eth.) enarratio per *Phil. Melanthon*. acc. orat. de *Arist.* collatio actionum forens. attic. et roman. in *Politicis* aliquot libros *Aristot.* comm. Lugd. Seb. Gryph. 1548. 8.

*Aristot. Politicorum* liber primus, *Leon.* interprete, cum *Raphaelis Volaterrani* argumentis. Venet. apud Hier. Scotum. 1543. 8.

*Aristot. Politica*, graece, apud Vascofan. Paris. 1548. 4. — lat. a *Cornelio Valerio ab Auuater*, *Ultraieclino*, apud Vascofan. ibid. 1548. 8. — — interprete et enarratore *Io. Genesio Sepulveda*, *Cordubensi*, Paris. apud Vascofan. 1548. 4. (cuius interpretatio omnium optima videtur *Gifanio*, proxima *Lambini*.) repet. adiectis *Cyriaci Strozae* de republica libris duobus, latine. Colon. in offic. *Birckmanica*, 1601.

*Aristot. Polit.* graece, cum praef. *Iac. Bedroti*. Argentor. 1549. 8.

*Aristot. Oeconom.* lat. *Gilberto Cognato*, *Nozereno*, interprete, apud *Guil. Morelium*. 1551. 4. — ibid. 1560. 4. (adde ad §. XXXIV.) — cum *Felicis Figliucci* expositione. Venet. 1583. 4.

*Aristot. Politicorum liber primus*, gr. et lat. cum commentario a *Michaeli Toxite* confecto, ex scholis *Io. Sturmii* matutinis. Tiguri, apud *Christ. Frofchouerum*. 8. sine anni nota.

*Aristotel. Politicor.* libri VIII. graece, ex *Petri Victorii* recognitione, apud *Guil. Morelium*. Paris. 1556. 4. <sup>555</sup>) acc. *Strozae Kyriaci* de republ. libri II. octo *Aristotelis* eadem de re additi. gr. et lat. Florent. apud *Iunt.* 1562. et 1563. 4.

*Aristot. Politica*, *Leonardo* interprete, cum *D. Thomae Aquinatis* explanatione; nec non *oconomica* ex antiqua interpretatione. Venetiis, apud *Iuntas*. 1558. (1568. fol. in cat. *Menken*. I. pag. 67.)

Zz 3

Oeconomica

<sup>555</sup>) Sed antecessit alia *Victorii* editio critica. Certe *Conringius* in introductione p. 647. „Hanc, ait, *Isingrinianam* edit. (1550.) biennio post excepit. *Florentina* editio, a *Petro Victorio*, magno talium rerum artifice, plurimis locis feliciter, collatorum multorum exemplarium et veteris interpretationis ope, emendata simulque illustrata

nonnullis adnotationibus.“ Atque in praefatione, *Sylburgium* maxime sequutum fuisse *Petri Victorii* illam editionem, quae *Florentiae* anno superioris saeculi quinquagesimo secundo (1552.) typis excusa est, disertis verbis declarat.

Oeconomica scripta, quae extant nomine *Aristotelis*, lat. cum interpretatione oeconomici libri *Xenophontis*, per *Ioach. Camerarium*. Lipsiae (1564.) 8. in Menken. Catalog. I. pag. 127.

*Aristot. de Politicis* libri VIII. latine, *Dion. Lambino* interprete, apud Io. Benenatum. Lutet. 1567. 4.

Lambini versio est quoque in tomo tertio *Ethic. Aristotelis*, Francof. apud Wecheli heredes 1593. 8. in graecolatiniis *Aristot.* editionibus *Casaubon.* et vtraque *Dualliana*, in posterioris quidem tomo III.

*Aristot. politicorum libri octo*, graece, apud Io. Benenatum. Paris. 1574. 4.

*Petri Victorii commentarii in VIII. libros Aristotelis de optimo statu ciuitatis*. Positis ante singulas declarationes graecis verbis auctoris: iisdemque ad verbum latine expressis. accessit — index. Florentiae apud Iuntas, 1576. fol.

Admodum rara sunt huius nitidae nec laude sua defraudandae editionis exempla. Textus graecus est, quod molestiam creat, in infinitas particulas dissectus, cui subdita est versio latina, et hanc statim excipit commentarius perpetuus isque mire copiosus, in quo vero verba nec grammaticae nec criticae perpenduntur aut explicantur, sed sensus particulae vberius explanatur aut cum aliis auctorum locis et ciuitatum consuetudinibus etc. neque tamen accurate pleneque comparatur. In longa praefatione neque de consilio, quod sequutus sit, neque de subsidiis, quae adhibuerit, aliisque, quae in praefatione dici solent, rebus agit *Victorius*. Equidem non sperno operam *Victorii* et vero bonitatem editionis praedico; at *Victorius* ille graecae latinaeque linguae, critices, historiae atque antiquitatis peritissimus, meliora et eruditiora in hac edit. praestare potuerat debueratque: at in antecedentibus, quas e *Buhlio* laudauit, neque vero ego ipse vidi nec tractauit, editionibus maius critices studium adhibuisse videtur. Alia ratione istam editionem, quam ipse habeo et inspexi, describit *Freytag.* in apparatus litterar. tom. I. pag. 548 sqq.

*Politicorum et oeconomicorum Aristotelis interpretationes et explicationes accuratae*, nunc primum a filiis in lucem editae, auctore *Ioach. Camerario*, Pabepergensi. Francof. ap. Andr. Wechel. 1581. 4.

*Aristotelis politicorum libri octo ex Dion. Lambini et P. Victorii interpretationib.* puriss. graecolatini, *Theod. Zuingeri* argumentis atque scholiis, tabulis quin etiam in tres priores libros illustrati: *Victorii* commentariis perpetuis declarati. *Pythagoreorum veterum fragmenta politica*, a *Io. Spondano conuersa* (gr. et lat.). Index rerum et verborum pleniss. *Basilaeae Eusebii Episcopii* opera ac impensa. cisloXXCII. (1582.) fol.

*Aristot.* libri *Politicorum* et *Oeconomicorum*, graece. Francof. ex offic. Wechel. 1587. 4.

*Aristotelis politica*, ab *Anton. Montecatino* lat. versa et commentariis illustrata. Ferrariae 1597. fol. vid. supra §. XXXIII. fin. — a *Petro Ramo* latine facta et dialecticis rerum summis breuiter exposita et illustrata. Francof. apud *Claud. Marnium* et heredes *Io. Aubrii*. 1601. 8. — latine, interprete *Io. Genesio Sepulueda*, Colon. Agrip. 1601. 4.

*Aristot.* *Politicorum* libri VIII. graec. et lat. cum perpetua *Dan. Heinsii* in omnes libros paraphrasi. accedit accuratus rerum index. Lugd. Bat. ex offic. Elzeuitiana, 1601. 8. mai.

Nitidae huic editioni a p. 971. accesserunt ex Heraclide de politiis, ex Nic. Damasceno de moribus gentium reliquiae, et Aristotelis, quae de variis rebus publicis citantur, fragmenta: denique p. 1041 sqq. *Andreae Schotti* animaduersiones criticae in priores Politicorum Aristotelis libros. Laudat operam *Heinsii Conringii* in introductione p. 648. edit. ann. 1656.

*Aristotelis Politicorum libri VIII.* graece, (vti scribit *Buhlius*.) *Oberto Gifanio*, Icto, interprete, cum prooemio *Hermani Conringii*, et in politica Aristot. introductione. *Helmstadii* apud *Iac. Lucium*. 1637. 12. At num graecus textus additus sit huic editioni, quam non vidi, propemodum dubito. Saltem ipse *Conringius* in praefat. ad editionem alteram, inscriptam:

Ἀριστοτέλης — *Aristotelis politicorum libri superstites. Editio noua. Cura Hermani Conringii. cum eiusdem Introductione et emendationibus.* *Helmstadii* typis et sumtibus *Henningi Mulleri*. 1656. 4.

In praefatione igitur scribit, se ante annos nouemdecim edidisse politicorum Aristotelis latinam versionem, quam *Obertus Giphanius* confecit; tum pergit de hac noua editione: „Iam voluo quasi — idem saxum, nouo tamen et insolito modo. — Edo videlicet politica eadem Aristotelis, sed graece latineque, idque ratione hactenus haud vsitata. edo introductorium libellum, sed plus quam altera parte auctiorem et quasi nouum; addo denique librum emendationum mearum, quo graecus textus infinitis locis corrigitur, atque integritati suae restituitur.“ Basis criticae huius editionis est quidem *Sylburgiano Victoriana*: at *Conring.* perpetuum sermonem, in suas periodos incisum, dedit: dein stellulis passim sparsis indicauit, vbi hiare orationem et lacunam subesse arbitratus est: fragmenta Aristot. de historiis rerumpubl. qualia collegit *Casaubonus*, et *Victori* versionem latinam reddidit. In introductione multa modo historice, modo critice, modo philosophice eruditeque de hoc opere, eius auctore, consilio, argumento etc. pertractantur, et cap. IX. de editoribus, interpretibus et commentatoribus huius operis intelligenter iudicatur. In emendationibus subiunctis varias easque potiores lectiones collegit *Conring.* quas interdum examinauit, saepius suas proposuit coniecturas ingeniosas, interdum locum obscurum lucida interpretatione illustrauit. — Illa editio recusa est gr. et lat. in tomo III. Operum *Conringii*. iunctim sex voluminibus in fol. excursorum, curante *D. Io. Gu'l. Goebelio*. *Brunsvic*. 1732. fol. pag. 491 sqq. et p. 422 sqq. sunt *Herm. Conringii* paratitla politicorum Aristotel. et p. 457 sqq. *Conringii* Introductio.

*Aristotelis Politica*, cum notis et paraphrasi perpetua *Dan. Heinsii* et *Seueri Christ. Olpii*. gr. et lat. *Ienae* 1660. 4.

Neque tamen omnino criticam et satis emendatam habemus editionem: atque quantum super sit ingenio ac diligentiae futuri editoris, patet ex particula operis, a *Fr. Wolfg. Reitzio*, Professore quondam *Lipsiensi*, graece doctissimo, edita:

Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν περὶ τῆς πόλεως μακαρίας. *Lipsiae* 1776. 8.

Multa etiam supersunt ex antiquitate et historia graecarum ciuitatum diligentius explicanda.

*Caesii Calcagnini* paraphrasis Politicorum Aristotelis exstat in illius Operibus, *Basil.* 1547. fol. pag. 457 sqq. — *Anton. Scacius* edidit *Quaestiones in octo libros Aristotelis, qui exstant, de republica.* *Romae* 1577. 4. (conf. *Clement* *Bibliothèque* etc. II, p. 87.) — De libris oeconomicis

oeconomicis conf. *D. Georg. Rudolph. Boehmeri* bibliothecam scriptorum historiae naturalis, oeconomiae etc. part. I. vol. II. Lipsiae 1786. mai. 8. sect. XI. p. 567 sq. — De versionum latinarum editionibus, vid. *Bunau. Catal. I. p. 126.*

### *Editiones epistolarum.*

*Aristotelis epistolae sex, tres ad Philippum, binae ad Alexandrum, et una ad Theophrastum:* Exstant in collectione epistolarum graecarum *Aldina*, Venetiis 1499. et *Cuicriana*, Aurel. Allobrog. 1606. p. 314. quaedam in *Ioach. Camerarii* collectione epistolarum. (*Ἐκλογὴ καὶ οἶον ἀπαύθισμα διαφόρων ἐπιστολῶν ἐλλήνων* etc.) Tubingae 1540. 8. — adde supra vol. I. pag. 683. et in hoc cap. §. XXXV. circa finem. — *Latine* cum apophthegmat. ex variis auctoribus decerptis, et *testamento* in *Th. Stanleii* hist. philos. p. 421. 424. 425. 440. edit. Lips. 1711. — *Tres epistolae Aristotelis graece* insertae sunt *Io. Patufae* encyclopaediae, Venetiis 1710. tom. I. pag. 186. — Insertae quoque sunt reliquis editionibus *Opp. Aristotelis graecolatinae*, vt *Casauboniana* et *Dualliana*.

*Aristotelis epistolae*, quae extant. cum duabus *Philippi Macedonis*, et una *Alexandri M. Philippi F. Lubecae.* ex officina typograph. *Io. Albini.* 1615. 4. curante *Ioach. Dreiero.*

Vid. *Clement* bibliothecae tom. II. p. 85 sq.

*Aristotelis* epistola ad Alexandrum M. qua vniuersam suam philosophiam retractat, (a nugacibus Rabbiniis conficta) *hebraice et lat.* exstat in bibliotheca Rabbinnica *Iulii Bartolocci.* Romae 1675. tom. I. p. 476. conf. §. XXXV. fin.

Dicta notabilia ex libris *Aristotelis* excerpta. Venetiis. apud *Io. Patauin.* 1537. 8. — *ibid.* in offic. *D. Bernardini* 1536. — Sententiae ex *Aristotele* aliisque collectae a *Ioach. Camerario* in libello *περὶ γνωμικῆς διδασκαλίας σύνεψις.* gr. et lat. Lips. fine anni nota. 8. — Sententiae *Aristotelis* nobiliores in libro: *Apophthegmata graeca regum ac ducum, philosophorum item aliorumque* — ex *Plutarcho* et *Diogene Laertio* cum lat. interpretat. Excud. *H. Stephan.* 1568. 12. pag. 594 sqq.

### VERSIONES.

De latinis iam fatis disputatum est in indice editionum: de reliquis vid. *Buhle* tom. I. *Opp. Aristotel.* pag. 268. Quare equidem ero breuior: ἀσύμβολος tamen non discedam.

*Hispanicae.* *Vincentii Marinerii Valentini* versio Operum *Aristotelis* latet adhuc msta in seriniis bibl. Madritensis. vid. *Iriarte* catal. MSSt. gr. vol. I. pag. 515 sq. *Sim. Aprilis* versio hispan. Ethicorum libr. X. Saragoſſae 1584. 4. quidem prodiisse dicebatur in catalogo quodam librorum venalium; at librarium, qui catalogum confecerat, fuisse deceptum, nec illam versionem exstare, monet *Maianſus* in specimine biblioth. Hispano-Maianſianae, e museo *Clementis* p. 112. — *Artem port.* hispanice vertit *Alonso Ordomez das Seyias y Tobar* Madrit. 1626. 8. — repet. cum textu graeco, (vti supra in catal. edd. A. P. iam scripsimus,) *ibid.* 1778. 8. — *Primera Parte de la Filosofia llamada la Logica, o Parte Racional* — —. *Colegida de la doctrina de los Filoſofos antiguos, i particularmente de Aristoteles* por *Petro Simon*



*Simon Abril, Dotor.* — Impressa en Alcalà de Henares. 1537. 4. Non tam versio Aristot. logicae est, quam potius compendium ex illa factum. vid. Specimen bibliothecae Hispano-Maianianae ex museo Dau. Clementis pag. 113. — *Nicomachea* hispanice vertit *Carol. Princeps de Viano.* vid. Journ. des Sav. 1726. p. 457.

*Gallicae.* *Organum* Aristotelis interpretatus est *Philippus Canaius de Fraxinis*, cuius paraphrasin commendat *Rolandus Marefius* pag. 46. epist. et *Possennus* XII. 4. bibl. selectae. — *De anima* libros III. gallice vertit *Ludou. Regius*, dein *Petrus Marcaffus*, Paris. 1641. 8. *Problem.* Lugdun. 1570. 8. — *Rhetorica* verterunt *I. du Sin.* Paris. 1608. *Rob. Stephan.* Paris. 1624. 8. repet. tertium librum vertit addiditque *Rob. Stephan.* nepos ibid. 1630. 8. (vid. Maittaire A. T. III. part. II. pag. 895. coll. tom. II. part. II. pag. 722. vbi in nota b. annus editionis scribitur M.D.XXX. — *Poetica* *Norouillio* interprete. Paris. 1671. 12.) — *Fran. Cassandre* Paris. 1654. 4. emend. 1675. 12. 1685. Amstel. 1698. 8. 1717. 12. <sup>ttt)</sup> — *Haagae* Com. 1718. 8. *Art. Poet.* cum notis elegantibus atque eruditis *Andr. Dacier* Paris. 1692. 12. (conf. acta eruditor. Lips. 1692. p. 560. Hist. des Ouvrag. 1692. Sept. p. 38. Journ. des Sav. 1692. p. 429.) Amsterdam 1733. 8. — *Nicolai Petr. Bassii* interpretatio, cuius mentionem fecit *Vignolius Morouillius*, personatus scriptor, tom. I. miscellan. historico-litterar. p. 211. num. lucem adspexerit, equidem nescio. — *Batteux* versionem cum textu graeco iam supra me laudare memini. — *Norouille* interpretatus est poeticam, Paris. 1671. 12. — *Fran. Carpentarii* versio rhetor. et commentarius ineditus memoratur in Journ. des Sav. 1675. pag. 134. in eius elogio, quod exhibent ephemerides Paris 1702. 31. Iul. et in memoriis acad. Inscript. tom. I. pag. 410. — *Rhetor. ad Alex.* gallice vertit *Balduinus s. Banduinus* Paris. 1669. 12. — Gallicam *ethicorum* versionem a *Cardin. Perron* compositam et III. tom. eius Opp. insertam, memorat *Du Pin* bibl. ecclesiast. tom. 17. pag. 37. — *Ethicorum* librum I. vertit *du Perron*: in eius Opp. Paris. 1622. fol. p. 805 sq. libror. X. versio gallica *Nicol. Orem*, (*Nicole Oresme*.) cum glossis. Paris. apud Ant. Verard. Paris. 1488. fol. de qua edit. et de Oremo copiosus est *Clement* in *Bibl. cuiueuse* etc. II. p. 88. adde *Labbe* bibl. nou. MSS. p. 349. — eosdem verterunt *P. L.* Paris. 1553. 4. — *P. de Tyard.* ibid. 1578. 4. — gallica paraphrasis *Beneuentani*, dicata reginae Galliarum *Margarethae*, lucem vidit (Paris.) *Rothomagi*, 1644. 8. — *La Morale d' Aristote*, traduction nouvelle, par *Catel.* Tolose. à Paris. 1644. 4. — *De mundo* libr. post *Oresmium* verterunt *Lud. Migret*, Paris. 1541. 8. et *P. Saliat*, Lugd. 1543. 8. — *Lauri Hayarti*, presbyteri, interpretationem *Ethicorum* memorat *Crucemannus* p. 496. bibl. gallicae. — *Politica* verterunt *Nicol. Oresme* Paris. 1486. 1489. fol. (vid. *Clement* *Biblioth.* II. p. 103.) et *Loys le Roy, dit Regius*, Paris. 1568. 4. 1576. fol. et 1600. in qua tertia editione accessit versio libri noni et decimi *Politieorum*, quos graece compositos a *Cyriaco Stroffa* in gallicum sermonem transtulit *Frider. Morelius*. — *Le gouvernement des princes* traduit du Grec d' Aristote en François, par le Docteur *Philippe*, f. l. et a. — *Trois traités, le Gouvernement* — par *Philippe*; *le tresor de noblesse* — et *les fleurs de Valere le Grand, qui parlent des faits des Romains*, trad. par *Simon de Hedin.* Paris. apud Ant. Verard. 1497. fol. —

*Oeconomica*

<sup>ttt)</sup> *Cassandri* versio in exemplum optimae versionis commendatur a *Boilauio Despraco*, 626. conf. vitam *Boilauii* pag. 109 sq.

*Oeconomica* vertit *Nic. Oresmius*, (vid. Journ. des Sav. 1732. pag. 453.) postea *Regius* Paris. 1566. 1600. fol. — *Gabr. Bounin*, Paris. 1544. — cum *Xenoph. oecon. Steph. de la Boetie*. Paris. 1600. 8. — *Physiognom* gallice vertit *Io. Bonus*, medicus, Paris. 1553. 8. — *de mundo* vertit, *Lud. Meigret*. Paris. 1541. 8. — Lettre d'Aristote en Grec sur le systeme du monde, cum obsl. *Battefili*. Paris. 1768. 8. — Varias *Politicorum* libr. versiones gallicas, hispanicas, italicas, germanicas et polonicas memorat *Hendreich*. in pandectis brandenburgic. pag. 280. — Le secret de secrets Aristote etc. in 4. sine l. et a. vid. Ducis de Valiere catal. I. pag. 574. vbi quoque de MSto quodam, origine et auctore huius libri agitur.

*Italicæ*. Qui pleniorum versionum italicarum, quae multae sunt, notitiam cupit, is adeat *Clement* biblioth. curieuse etc. tom. II. pag. 86 sqq. *Melchior. Lud. Widekind* ausführliches Verzeichniß von raren Büchern, part. I. pag. 196 sqq. in primis *Paitoni* Biblioteca degli autori — vulgarizzati tom. I. pag. 92 sqq. qui praeterea aliarum versionum breuem iniicit mentionem, ducibus aliis auctoribus. Illarum notitiam, ne nimis fiam verborosus, silentio hic transeo, atque eas, quarum certiorum aut ampliorum notitiam dedit *Paitoni* cum reliquis, h. l. paucis indicare sufficiat. — *Physica* Aristot. verterunt italice *Anton. Bruccioli*, Venet. per Bartholom. Imperatore, 1551. 8. 1558. — *Meteorol.* Sebast. Faustus da Longiano 1542. f. l. et typographo. 8. — eadem anonymus, cum comment. Venet. 1554. 8. — *Franciscus Vieri*, iunior, Florent. 1573. et 1582. 8. — *philosophiam naturalem* etc. Venet. 1554. 8. — *Mechanica* cum declaratione (*Anton. Quarimus*) Modenae 1573. fol. — *Alexandri Piccolomini* paraphrasin mechanicorum vertit *Orst. Vanocci*, Romae 1582. 4. — de coelo et mundo libr. *Anton. Bruccioli*, Venet. per Barthol. Imperator. et Franciscum, generum, Venet. 1552. et 1556. 8. — de *generatione et corruptione* libr. *Anton. Bruccioli*, Venet. per Barthol. Imperatore et Francisc. 1552. 8. 1556. <sup>uuu</sup> 8. et 1579. 4. eosdem *Francisc. Sansouinus*, Venet. per Barth. Imperatore 1551. 8. et *Franciscus Venier*. ibid. 1579. 4. — de *anima* libros *Franc. Sansouini*. Venet. per Barth. Imperatore 1551. 8. *Bern. Segni*. Florent. 1549. 1583. 4. — eosdem ibid. *Ant. Bruccioli* 1557. 8. paraphrasin eorundem librorum edidit *Angel. Buonviccius*, Venet. 1565. 8. Ex *Crescimbeno*, *Fontanino* etc. aliorum librorum Aristot. physicorum et philosoph. versiones obiter indicat *Paitoni* pag. 129. — — — *Rhetoricam* Brunettus Latinus Rom. 1541. de qua et alia *Bruccioli* 1545. 8. dubiis aut falsis vid. *Paitoni* pag. 92. Tradottione antica de la Rettorica d'Aristotele, nuovamente trovata. Patau. per M. Fabrian. 1548. 8. — *Phil. Avrighetti*, Florentini, versionem italicam et commentarios in A. P. et rhetoricam memorat *Iul. Niger* pag. 166. historiae scriptor. Florentinorum. — *Rhetor.* et *poetic.* in linguam vulgarem Florentinam vertit *Bern. Segni*, Florent. per Laur. Torrentinum, 1549. 4. 1551. 8. — *Rhetor.* Venet. 1551. 8. et 1561. — *Polit. rhetor. poet. et libr. de anima*, *Segni*, Florent. 1583. 4. 1594. 4. — *rhetor.* in linguam toscan. *Hannib. Carus*, Venet. 1570. 4. (1571.) II. *Franc. Petrarcae* epist. italice scripta ad auctorem praefationis, praemissae *Cari* versioni, prodit Venet. 1733. 8. — *Rhetor.* in tom. IV. part. 4. degli autori del ben parlare, Venet. 1643. 4. — *rhetor.* cum praef. *Biagio Schiavo*. Venet. 1732. 8. — eosdem *Alex. Piccolomini*.

<sup>uuu</sup>) Vid. D. *Io. Ge. Schellhorn's* Ergötzlichkeiten aus der Kircherhistorie und Litteratur, vbi tom. III. Vlmæ, 1762. 8. pag. 329 sqq. et tom.

IV. pag. 643 sqq. de vita et scriptis *Bruccioli* copiose agitur; pag. 33 sq. tom. IV. illius versiones librorum Aristot. italicæ enumerantur.

*colomini*. Venet. 1571. 4. (de edit. Venet. 1597. 4. vid. Paiton. p. 95) — *Poetic. vertit Alex. Piccolominus*, Sienae, 1572. 4. et edidit cum adnotatt. Venet. 1575. 4. — *Poetic. Ockavian. Castelli*, Spoletinus. Romae 1642. 12. fide aliorum alias versiones obiter indicat Paitoni pag. 100 sq. — — *Ethicorum* librorum versiones italicæ exstant numero plures. *Taddei* versio est in libro: *il Tesoro di Brunetto Latino* etc. Venet. 1528. 8. 1533. 8 — *Ethic.* cum rhetorica Cicer. etc. Florent. 1734. 4. — *Ethic.* e versione et cum comment. *Bern. Segni*, Florent. per Laur. Torrentinum 1530. 4. et Venet. 1551. 8. — *Felicis Figliucii*, Senensis, versionem paraphrasticam, Romae 1551. 4. et aliam Florentini cuiusdam, verbum verbo exprimentem, vidisse se testatur Gifanius. — De libro rarissimo: *L'Ethica d' Aristotele, ridotta in compendio da ser Brunetto Latini. Et altre Traduttioni et scritti di quei tempi. Con alcuni dotti avvertimenti intorno alla lingua.* In Lione per Giovanni di Tornes. 1568. 4. commentat. Paitoni scripsit et primum euulgavit in *Raccolta d' Opuscoli*, tom. XLVI. tum emendatius, et de Bruneti Latini Thesauri (Tesoro) eiusque editionibus raris accuratius egit in Biblioteca degli autori etc. p. 103 sqq. adde *Clement* biblioth. II. pag. 87. — *Ethica* more paraphræos cum notis, vertit *Ant. Scainus*, Romae 1574. 4. — libr. *de virtute et vitiis* vertit *Iul. Ballinus*, Venet. 1564. 8. vid. *Paitoni* pag. 123. (vbi versiones quorundam, nonnullas italicas libr. ethicorum in MSS. enumerat:) *Clement* p. 109. ex Haym noticia de' libri rari p. 252. citat an. 1565. — *Politicorum* libros italicæ vertit *Ant. Brucciolus*, Venet. 1542. 8. (1547.) — more paraphræos cum adnotationibus et sermonibus etc. auct. M. *Ant. Scaino da Salo*. Romae, 1578. 4. vid. *Clement* l. c. p. 103. et *Paitoni* l. m. 124. qui confectorem catal. bibl. Hulsianæ, citantem edit. Florent. 1546. 4. errorem commisisse monet, et arbitratur, fuisse *versionem Bern. Segni*, quæ prodiit Florent. 1549. 4. — Venet. 1551. 8. 1599. 4. — Fabric. in nota msta citat quoque edit. *Scaini* interpretat. Romae 1558. 4. — Dello stato delle repubbliche secondo la mente di Aristotele con essempi moderni Giornate otto e CCXXII. avvertimenti civili di *M. Nic. Vito di Gozzi*. Venet. Ald. 1591. 4. — *La Morale politica d' Aristotele, tradotta e dichiarata da Panfilo Persico*. Venet. s. a. — *Col nome de Dio Il Segreto de Segreti, le Moralita et la Phisonomia d' Aristotele, Dove si tratta è mirabili ammaestramenti ch' egli scriffe al Magno Alessandro si per il reggimento de l' Imperio, come per la conservazione de la sanità, et per conoscere le persone à che sian inclinate, ad esempio et giovamento d' ogn' uno accomodatissimi, Fatti nuovamente volgari per Giovanni Manente*. Stampata in Vinegia per Ioan Tacuino da Triano. 1538. 4. — Alia versionis eiusdem editio de conservatione valetudinis, Physionom. et secretorum, *Delle maravigliose occulte* etc. Venetiis 1669. 12. vid. *Paitoni* l. m. p. 121. et pag. 128. — *La morale d' Aristotele dal' Carolo Anton. Donadovi*, Venet. 1709. — Curiosi problemati filosofici, scelti da quelli, che Aristotele intitolo, delle cose naturali, da *Tommaso Vincenzo Falletti*. 1786. 8. Ex problematibus delegit atque explicuit XL, at vbi reperirentur apud Aristotelem, non indicavit.

*Anglicæ.* Meteorologica versa sunt anglice ab *Edmund Pargiter* — *poetica* a *Rimero*, et edita cum *Renati Rapin* obseruationibus poeticis, e gallico in anglicum sermonem translatis. Londin. 1674. 8. — *Aristotle's Poetic.* — Londin. 1775. 8. — *The Poetic of Aristotle*, translated from the Greek with notes. By *Henry James Pyc*. Londin. 1788. 8. auctor promittit commentarium in A. P. Aristot. vid. The monthly Review mens. Febr. et Nou. 1789. — *Aristot. Treatise on Poetry* translated; with Notes on the Translation and on the Original,

and two Dissertations on poetical and musical Imitation. By *Thom. Twining*. London. 1789. 4. Notae a p. 137 — 565. continent emendationes textus, illustrationes, confirmationes et interpretationes effatorum ac iudiciorum philosophi, et commentationes in plures libelli particulas. Laudatur in ephemerid. Gottingens. litterar. 1789. plag. 195. adde *L'Esprit des Journaux* m. Sept. 1790. tom. IX. Paris. p. 45 — 58. — *Rhetor.* anglie versa Londini 1686. 8. iisdem auctoribus, qui *artem cogitandi* gallice verterunt. — *The Problems of Arift* and other philosophers and Physicians. London. 1607. 12. 1680. 12. — Libri, *Secreta Secretorum*, versio anglica prodit Londini 1702. 8.

*Belgice* Rhetor. ad Alexandrum M. vertit *Guil. van Schaep*. Lugd. Batau. 1677. 12.

*Germanicae.* conf. *Schummels* Uebersetzer-Bibliothek p. 83 sq. et auctor libri: Vollständige Sammlung aller Uebersetzungen der Griechen und Römer, Francf. et Lips. 1785. p. 110 sq. (vbi vero eadem notitia eademque verba ex Schummelii libro translata sunt.) Memorantur igitur versiones 1) *Problematum* 1557. 8. Colon. 1608. 8. Argentor. 1631. 8. Sunt tamen antiquiores versiones germanicae: *Proplemata*. Titulum excipit effigies Aristotelis ligno incisa: Tum inscriptio: *Ein Tractat mancherley fräg menschlicher vnd thierlicher natur, vnd geschicklichkeit zu latein genant Proplemata Aristotelis vnd anderer natülich meyster, als ir hernach finden werdet.* Sub fin. *gedrückt vnd vollennt am Tag Seruacy a. dom. lxxxll.* (1482.) sine loci nota, typis gothicis. vid. Theophili Sinceri bibliotheca — oder analecta litteraria von lauter alten und raren Büchern, Nürnberg. 1736. 8. pag. 152 sq. Antiquae et rarae sunt edit. *Proplemata Aristotelis*, germanice, (probabiliter, Augustae Vindelicorum.) 1492. 4. est potius nonnullorum Aristotelis aliorumque problema um compilatio. vid. cel. *Panzer* in Annalen der ältern deutschen Litteratur, Norib. 1788. 4. pag. 197 sq. — recuf. Augustae Vindel. per *Hannsen Schawen* 1493. 4. vid. *Panzer* l. c. p. 206 qui alias editiones vetustas recenset, (p. 240.) *Vlmensem* per Io. Zainer 1499. 4. — (p. 312.) *Auguflanam* per Froschauer 1509. 4. — (p. 380.) *Argentorat.* per Mathiam Hupfluf. 1515. 4. adde supra in indice editionum *problematum*, et in indice editionum Opp. post ann. 1482. vnde forsitan versio prima confecta est. Aliam adde, a *Buhlio* indicatam: *Ein Büchlein, das durch die natürlchen mayster Aristotilem. Avicennam. Galienum. Albertum vnd andern von mancherley seltzamen wunderlichen Fragen beschriben — vnd hoyft Proplemata Aristotels.* Getrukt zu Augspurg von Froschauer 1512. 8. — *Problemata Arift.* germanice versa et explanata occurrunt in *M. Gottfried Voigts* neuvermehrten physikalischen Zeitvertreib etc. Rostock 1675. — 2) *Rhetorices* pars de motibus animi et moribus in libro, a Schirachio edito: Ueber die Harmonie des Stils aus dem Marmontel, Bremae et Lips. 1768. 8. — 3) *Oeconomicorum* libri secundi versio in: *C. F. Hugo* Abhandlungen aus dem Finanzwesen. Berol. 1774. 8. — 4) *Poeticae* versio auctore *Mich. Conrad. Curtio* cum doctis notis et commentationibus. Hannouer. 1733. 8. Loca quaedam vertit et exposuit *Lessingius* in der Hamburg. Dramaturgie. — 5) *Die Ethik des Aristoteles in X Büchern*, aus dem Griechischen, mit Anmerkungen und Abhandlungen von *Dan. Ienisch*, Prediger zu Berlin. Dantisci 1791. 8. cf. censuram in ephemerid. litterar. Erford. 1792. plag. 24. Super hac versione *Frid. Delbrück* scripsit, loca quaedam examinavit, suamque versionem, iudicio Garuii interdum addito, comparavit in mensruo Berolin. libro (Berlinische Monatschrift) mense Nou. 1791. 8. p. 459 sqq. Delbrück antea dederat versionem libri octavi Ethicorum germanicam, veluti specimen, in *Eberhardi* philosophischen Magazin vol. III.

vol III. Halae 1790. 8. — 6) Metaphysic. librum I. vertit *Fülleborn* in Beyträgen zur Geschichte der Philosophie, part. II. nr. II. 1792.

*Polonice* vertit *Politica* atque *Oeconomica* *Sebast. Petricegus*, teste Nicol. Comneno lib. 2. hist. gymnasii Patauni, p. 279. prodiit vero Cracou. 1605. fol. est quoque illa editio in bibl. Vpvalensi, notante Erico Benzelio. *Harl.*

### XXXIX. *Scripta de Aristotele et Aristotelica Philosophia.*

DE PHILOSOPHIAE ARISTOTELICAE CVM PLATONICA *consensu* vel *dissensu* consulendi scriptores quos retuli supra in cap. de Platone §. vlt. [Conf. *Dorn.* ad *Ionium* de scriptor. hist. philos. III. 21, 10. pag. 116 sqq. cap. 23. pag. 129 sqq. cap. 25. pag. 137 sqq. cap. 27. sect. 3. et 6. p. 151 sq. *Morhof.* in Polyhistore philosoph. lib. II. part. I. capp. XII sqq. pag. 214 sqq. *Iac. Carpentarii* Platonis cum Aristotele in vniuersa philosophia comparatio. II. partes. Paris. 1573. 4. — *Iac. Mazonii*, Caesenatis, comparatio Platonis et Aristotelis. Venet. 1597. — *Ayost. Zenus* in dissert. Vossianae tom. II. pag. 21 sqq. vbi citat raram librum: *Comparationes philosophorum Aristotelis et Platonis a Georgio Trapezuntio viro clarissimo. Venetiis per Iac. Pensum de Leuco a partu virgineo MDXXIII. non. Ianuarii* in 8. vt *Brucker.* aliosque, iam supra memoratos, praetermittam. *Harl.*] Rationem cur Plato *Diuius*, [vid. *Procl.* ad Euclidem 18. 22. 23. edit. Basil. gr.] Aristoteles dictus fuerit *Daemonius*, quod scilicet res naturales, orbi lunae subiectas, in quibus daemonum genus versari existimabant, diligentissime tractasset, exponit *Bessario* lib. I. contra calumniatorem Platonis cap. 3.

DE FORTVNA SCRIPTORVM ARISTOTELICORVM, quomodo in tenebris diu iacuerunt et in lucem denique fuerunt protracta, atque emendata a *Tyrannione*, grammatico, nota sunt, quae scribunt *Strabo* XIII. pag. 609. et *Plutarchus* in *Sylla* p. 468. *Athenaeus* pag. 3. *Ammonius* in vita *Arist.* et *Suidas* in *Τυραννίων*, quae loca illustrauit idem praestantiss. *Barhus*, vbi de *Tyrannione* agit. [Adde, quae supra ad initium huius capituli notata sunt.] *Rapinus* in comparatione Platonis et Aristotelis, [in: *Les Comparaisons des grands Hommes de l'antiquité.* tom. I. Paris. 1684. 4. vid. *Acta eruditor.* ann. 1686. mense April. pag. 195 sqq. mire laudat Aristotelem] atque auctor libri: *Les amonitez de Critique* Paris. 1717. 12. qui narrationi *Strabonis* detrahit fidem. vid. *Iourn. des Savans* 1717. pag. 655 sqq. *Moses du Sout* ad *Plutarchi Sullam*, tom. III. edit. Londin. pag. 548 qui apud *Plutarchum* legit *ἐπιδιασκευάσασθαι το ευσύσσει* pro *ἐνοσκευάσασθαι συμπλάσσει*. *biblioth. raisonnée* tom. VIII. pag. 31 sq. *Andr. kai Rhodii πίνακας*, qui Aristotelis ac *Theophrasti* scripta in *πραγματείαις* digessit, memorat praeter *Plutarchum* loco laudato, *Porphyrus* in vita *Plotini*. *Astrucum* vero *Ἀριστοδισσηνέμ* περὶ τῆς τάξεως τῆς Ἀριστοτέλους Φιλοσοφίας laudat *Simplicius* in *Categor.* Occasionem, varia Aristoteli scripta supponendi, narrat *Ammonius* in *Cat. gor.* his verbis: Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον πάντῃ ἐσπεδακίνας Φασὶ περὶ τὰ Ἀριστοτελικά συγγράμματα, ὡς καὶ περὶ τὰ λοιπὰ, καὶ χρήματα δίδοναι τοῖς προσθέραν αὐτῶ βίβλους τῆ Φιλοσοφίας, ἕθεν τινὲς χρηματίσασθαι βεβλέμενοι ἐπιγράφοντες συγγράμματα τῶ τῆ Φιλοσόφου ἀνόματι προσήγον. Ἄμελλοι, Φασὶν, ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὐρησθαι Ἀναλυτικῶν μὲν [P] τεσσαράκοντα βίβλους, κατηγοριῶν δὲ δύο εἰς. *Simplicius*: ἔγραψεν

ἐγράφη δὲ πολλὰ βιβλία κατ' ἐκείνον μάλιστα τὸν χρόνον, ὅτε πολλοὶ τῶν βασιλέων (Aegypti et Pergami) περὶ ταῖς βιβλιοθήκας σπαράζοντες πολλὰ χρυσίς τὰ ἀπεξενωμένα τῶν βιβλίων ὠνόητο.

De distinctione scriptorum Aristotelis in EXOTERICA, quae extrinsecus *auscultantibus*, Seneca epist. 34. populariter scripta Cicero V. 5. de fin. adpellat, et ACROAMATICA, limatioribus comprehensa commentariis, λόγοις, videndi e veteribus Plutarchus in Alex. pag. 668. Gellius XX. 5. Galenus initio libri de facultatibus naturalibus. Themistius Orat. pag. 319. edit. Harduini, etc. E recentioribus Olausianus Ferrarius in libris duobus de sermonibus exotericis et disciplina encyclo<sup>vvvv</sup>, qui post edit. Venet. 1575. 4. cura Goldalli cum huius epistola de Cryptica veterum philosophorum disciplina ad Rudolph. Goelenium, recusi sunt Francof. 1606. 8. Salmasius ad Simplicium in Epictet. pag. 228 sq. P. Victor. VII. 18. varr. lectio. D. Sid. Heraklus pag. 615. animaduers. in Salmas. Melchior Zeidler in tractatu de gemino veterum docendi modo exotérico et acroamático, dialectico et analytico, Regiomonte 1685. 4. Petrus Ioh. Perpinianus epistola ad Muretum, quae inter Mureti epistolas legitur lib. I. epist. XL. Andreas Christianus Eschenbachius lib. de Poesi Orphica pag. 4 sq. Ioh. Henr. Meibonius commentario ad Hippocratis iusiurandum pag. 95. Mich. Piccartus, Isagogae in Aristot. cap. 10. pag. 32 sqq. Fabric. — Io. Lomeier de bibliothecis cap. V. pap. 69 sqq. in libro: de bibliothecis accessio altera, collectioni Maderianae adiuncta, a I. A. S. D. (h. e. Io. Andrea Schmid, Doctore,) Helmstad. 1705. 4. qui putat, libros Aristotelis, quos hodie habemus, non exotericos, sed acroamaticos esse. In primis commendanda est docta cl. I. Gottlieb Buhle commentatio, (quam saepius laudauimus, et in qua de vi et origine vocabulorum, ac librorum exotericorum, acroamaticorum, ἐγκυκλίων etc. de eorum diuersitate atque signis, ipsisque Aristot. libris praeclare differit,) de distributione librorum Aristotelis in exotericos et acroamaticos eiusque rationibus et causis, Gottingae 1786. 8. maximam partem recusa in primo volumine Operum Aristotelis. Iure is existimat, plurimos librorum, quos adhuc ab interitu seruatos habemus, Aristot. ad classem acroamaticorum esse referendos. Consentit quoque eius censor in ephem. Gottingensib. ann. 1786. pag. 85. qui tamen monet quaedam, et censet, iudicia, quae passim Cicero tulit de egregio dicendi genere Aristotelico, probabiliter valere de exotericis scriptis deperditis.

DE ARISTOTELIS RELIGIONE praeclare sentiunt Iulius Caesar Scaliger, qui Platoni etiam anteferre eum in diuinis non dubitat Exerc. CCCLXV. Petrus Leschalooperius in Aristotelis theologia descripta, ad calcem commentariorum in lib. I. Ciceronis de natura deorum: Ioh. Ionsius de Scriptoribus Hist. philosophicae pag. 8. Fortunius Licetus in libris duobus de pietate Aristotelis erga deum et homines et de animarum rationalium immortalitate secundum opinionem Aristotelis, Patav. 1629. fol. [Vtini 1645. 4. idem de allegoria peripatetica Patav. 1630. 4.] Hieronymus Capraedonus <sup>wvvvv</sup>, Soncinas, Ord. Praedic. libris tribus de theologia Aristotelis. Venet. 1609. 4. Antonius Sirmundus, Augustinus Niphus [Venet. 1518.] et Casp. Contarenus in libris de immortalitate animae contra Pomponatium, Caspar

vvv) Ἐγκύκλια res obuiat et vulgares, Meur-  
fius II. 5. exercitatt. criticar.  
vviw) Huius opus inter libros atheos refertur

a Valentino Loeschero in relatt. nouantiquis ann.  
1705. pag. 548.

*Caspar Cardillus de Villalpando* in apologia Aristotelis aduersus eos, qui aiunt, sensisse, animum cum corpore extingui. Compluti 1560. 8. *Salomo Gesnerus* in XXX. testimoniis Aristotelis de dei prouidentia explicatis et vindicatis, ad calcem commentarii ad Ciceronem de fato. Wittebergae 1594. 8. *Seraphinus Piccinardus* in dogmatica philosophia peripatetica christiana. Patau. 1673. 4. (Giornale di Roma, 1694. p. 97 sq.) *Melchioris Cornaei*, S. I. Aristoteles re diuius romano-catholicus. Herbipoli 1652. 4. 1660. 4. partes III. Notandum est Cardinalis Pallavicini dictum: *Senza Aristotele noi mancavamo di molti articoli di fede.* [*Julius Caesar Vaninus* in Amphitheatro aeternae prouidentiae diuino — magico, christiano — physico — aduersus veteres philosophos, atheos, Epicureos, Peripateticos et Stoicos. etc. Lugduni 1615. mai. 8. in exercitat. 30. Aristotelem a Chalcidii calumnia vindicat, probans, illum optime de dei prouidentia sensisse: exercit. 32. disputat ex mente Aristotelis, an deus possit agere in his inferioribus sine medio instrumento coelestis corporis etc. conf. *Stolle* Nachricht von den Büchern — der Stollischen Bibl. tom. II. pag. 181 sqq. in primis pag. 185.] *Gerh. Joh. Vossius* de Idololatria lib. I. cap. 10. et lib. de philosophia pag. 143. *Christianus Dreierus* pag. 43. Metaphys. qui totam philosophiam peripateticam in deum reduci in eoque ultimo acquiescere adfirmat. Quid? quod Coloniae a *Lamberto* <sup>xxx</sup>) quodam de *Monte*, chartis decem in folio edita est *quaestio Magistralis, ostendens per auctoritates Scripturae diuinae, quid iuxta saniorum doctorum sententiam probabilius dici possit de saluatione Aristotelis Stagiritae.* Ana. 1487. Et notus est *Iohannis Zeifoldi* liber de Aristotelis in illis, quae [P] ex lumine naturae innotescunt, cum scriptura sacra consensu et ab ea adparente dissensu, Ienae 1661. [1664.] 4. at confer *Buddei* obseruat. de conciliatione philosophorum cum S. S. in Obseruat. Halens. tom. III. obs. XIII. §. V. et VI. p. 239 sqq. — [Num Aristoteles salutem fuerit adeptus sempiternam, *Mich. Walther* in miscellan. pag. 589. — Licet opinioni aduersatus est *Christianus Schotanus*, doctor et professor theol. Franequeranus, in libro de *ethnismo Aristotelis*, Franequerae 1664. 8. *Iusli Siberi* considerationes de salute philosophorum gentilium, Platonis, Aristotelis, Ciceronis et Senecae, Dresdae. 1659. 12. Lepidae sunt de Aristotele fabulae *P. Chrysostomi Harniquez* et *Iac. de Paradiso*. Prior narrat, deum adparuisse Bonifacio, episcopo Lausanensi, et dixisse: *Cessa, cessa iam et noli orare pro animi eius, quia non fundauit ecclesiam meam, sicut Petrus et Paullus, nec legem meam;* alter ex *Iac. de Voragine* refert, Aristotelem adparuisse post mortem cuidam discipulo suo, et respondisse, se modo nihil scire, nisi poenas, quas sentire cogetur. vid. Acta erudit. ann. 1713. p. 532 sq. etc. conf. *Dorn.* ad Ionsum de scriptor. hist. philos. III. cap. 24. pag. 135 cap. 29, 3. 4. p. 164 sq. cap. 30. 13. pag. 173. *Cudworth.* in system. intellectualem, cap. IV. §. 24. ibique Mosheim p. 628 — 643. ubi docetur, Arist. censuisse, plura esse numina, atque esse summum omnium rerum principium

<sup>xxx</sup>) *Gesneri* bibl pag. 475. *Poetii* diss. select. tom. II. pag. 602. *Buelii* Lex. in Aristot. nota R. conf. Nouantiquas relations, *Unschuldige Nachrichten*, ann 1726. p. 66 sqq. *Fabric.* De hoc libro rarissimo, quem alii ann. 1481. alii ann. 1487. alii vt *Marchand*, *Oppenheim.* ann. 1498. alii saec. XVI. editum esse scribunt, copiosus est *Clement* in bibliothéque etc. tom. II. pag. 110 sq. isque suspicatur, quoniam de illo libro nihil cer-

ti apud vllum reperit, forsán adnexum esse instar adpendicis libro aequè raro: *Expositio textualis probatissima in octo libros Physicorum Aristotelis, ex omni granario naturalis philosophiae, maxime tamen ex preclarissimis commentariis Sti Thom. Aquinatis per ven. Mag. Lambertum de Monte, S. Pagine Profess. Coloniaensem: — Coloniae a. M. CCCC XCVIII. (1498.) opera atque impensis Henr. Quentel. fol. Harl.*

principium et numen. Adde *I. A. Fabricium* in delectu argumentorum pro veritate religionis christianae cap. VIII. § 3. pag. 307. Hæc etiam referri potest liber, a magistratu Parisiensi suppressus, et cuius auctor fuisse dicitur *Faydit*: *Alteration du dogme theologique par la philosophie d'Aristote, ou fausses idées des scholastiques sur toutes les matieres de la Religion.* tom. I. traité de la Trinité. (1696.) in 12. Refutavit eum *Hugo*, Canonicus regularis ordin. Praemonstr. Luxemburg. 1699. et *Faydit* respondit 1704. vid. *Lud. El. du Pin* bibl. des auteurs ecclesiastiques, tom. XVIII. pag. 308 sqq. et *Clement* biblioth. curieuse etc. tom. II. pag. 111 sq. Journ. des Savans tom. 71. pag. 332 sq. Mox alios excitabimus. *Harl.*] De iis, qui Iudæorum sacra amplexum fuisse Aristotelem fabulantur, dixi supra §. XXXV.

Alii vicissim Atheis eum audacter adscribunt, vt *Lactantius* qui Aristotelem, scribit, nec deum coluisse nec curasse, *Valerianus Magnus* libro de Atheismo Aristotelis, ann. 1647. [conf. *Dorn.* ad Ionium de scriptor. hist. philos. III. 29, 4. pag. 165.] et Hallenses tom. VIII. Obs. 10. Auctor praefationis in *Wittichii* inuestigationem epistolæ ad Hebraeos, post fata viri illius acutissimi editam, qua Aristotelis et Spinosæ eandem de mundo Deo fuisse sententiam disputat, *Guil. Postellus* tom. 7. bibl. Bremens. pag. 726. Multa etiam de impietate Aristotelis et ad detrahendum eius famæ colligit *Olaus Borrichius* de medicina hermetica libr. II. cap. 10. p. 237 sqq. cui adde [*Mich. Mourgues* Plan theologique du Pythagorisme etc. tom. I. epist. II. pag. 75 sqq.] — *D. Io. Faustium*, theologum Argentorat. in examine theologiae gentilis, qualem docuit Aristoteles. — *Conringium* in *Conringianis* p. 124 sqq. edit. in 8. — *D. I. Conr. Danhaueri* dialogos de Aristotele rediuiuo ex orco, et in orcum recidiuo contra Melchior. Cornaeum, Argentor. 1654. 4. *Zachariae Grapii* diss. an Aristoteles fuerit atheus, Rostoch. 1703. Quin imo *Samuel Parkerus* diss. 1. de Deo p. 65. Aristotelem *Atheorum omnium Principem*, atque ipso Epicuro apertiores religionis hostem pronunciat. Animorum ab eo negatam fuisse immortalitatem, integris libris contenderunt *Petrus Pomponatius*, et *Simon Portius*. *Dei providentiam usque ad lunæ regionem ait progredi, infra vero neque providentiæ scitis regi, nec angelorum ope consultisque sustentari, nec vèro daemonum prospicientiam putat interuenire, proptereaque tollit omnem diuinationem, negatque praenosci futura*, obseruante *Chalcidio* pag. 345. Confer *Tho. Campanellam* de gentilismo non retinendo, *Gemistum* et *Patricium* in scriptis, quibus Platonis ab Aristotele dissentium demonstrare adgrediuntur. Quod providentiam circa res singulares atque infra lunam a deo negauerit, vide testimonia veterum apud *Franciscum Bantum*, S. I. p. 85 sqq. libri, qui inscribitur, *Iugemens des SS. Peres sur la Morale de la philosophie payenne.* *Fabric.* — Varia patrum aliorumque doctorum ecclesiae romanae sinistra de Aristotele iudicia cumulat *M. Philagrius le Roy* R. socii Sorbonici, (homo personatus,) in libro inscripto: *Philosophia radicalis eclectica inter Peripateticos et Antiperipateticos media ex selectissimis autoribus compilata et iuxta ordinem alphabeticum digesta in tractatus L.* — Antwerpiae apud *Io. Meursii* heredes. 1713. fol. Ipse vero pronuntiat, nullam esse prauam doctrinam, (haeresin vocant,) quae non in Aristotele fulciatur, et stultos sciolos putare ostendit, Aristotelem aut alium philosophum esse ab ecclesia tamquam principem et ducem constitutum. vid. *Acta erudit.* Lips. ann. 1713. mense Dec. pag. 531 sqq. *Io. Guil. Zieroldus*, quo fere nemo acrius scripsit contra Aristotelem, in introductione solida in historiam ecclesiasticam, et, mutato titulo, recusaque prima prioris partis plagula atque inscripta: *Philosophia Aristotelico-scholastica haereticum patrona et obstetric,*



*trix*, 1713. platonice philosophiam mire laudat, contra in Aristotelis systemate omnium haeresium vestigia, natales aut occasionem deprehendere sibi videtur. Plura de Platonis atque Aristotelis philosophia ac religione diuersisque variorum de illa iudiciis, collecta reperies in *Christ. Gottl. Jocheri* philosophia haeresium obice, Lipsiae 1732. 4. Actisque eruditor. Lips. ann. 1733. mens. Febr. p. 76 sqq. — Deum esse unicam motus causam aeternam, ab omni mortali concreione segregatam, eum esse ordinis ac pulchritudinis auctorem, beatissimum, et diuina prouida cura mundum gubernari, docuit Aristoteles. Eam quidem philosophi fuisse doctrinam, ostendere fatigit *Meinersf.* in historia doctrinae de vero deo, sectione VII. p. 420 — 455. nec reticet falsas opiniones. — *Richard. Blackmore*, Eques et medic. D. in: *Essays upon several subjects* etc. vol. II. Londin 1717. 8. Aristotelis et sequacium, ab vniuersi huius productione pariter deum remouentium, atheismum persequitur. vid. Acta eruditor. Lipsienf. ann. 1718. pag. 265. *Harl.*

Mihi quidem non videtur temere inter Atheos reiiciendus esse Aristoteles, etsi mundum aeternum a deo naturaliter emanasse sentit, et multos docuit graues atque maximos errores, quorum vim si omnem penetrasset, vel consequutiones vniuersas fuisset amplexus, in ἀθεότητι forte potuisset incidere; vel saltem perinde omni se exsoluere religione, vt Epicurus fecit. Neque disputo, quali ipse fuerit animo erga deum, vel num omnem eius conscientiam amore, neque mente eliminauerit, in cuius operibus contemplandis per omnem fere vitam tam assidue fuit versatus. Hoc saltem assermo, ex scriptis Aristotelis, qualia hodie exstant, hoc nequiquam constare, nec posse firmiter concludi, Aristotelem fuisse Atheum <sup>yyy</sup>, neque adeo Hippocratem, ex scriptis Hippocratis, quod conatus est demonstrare vir acuti et acris ingenii: [*Gundling.* in Otiis.] Nam, quod non plura de deo dixerit vterque, serendum in philosophis, qui rationes proximas rerum naturalium exponere volebant, non ad causam primam, quam praesupponcbant <sup>zzz</sup>, tamquam ad aram semper confugere, siue, vt Aristoteles Anaxagoram lib. I. *Metaphys.* cap. 4. eo nomine reprehendens loquitur, tragicorum more deum ex machina inducere ad explicandum argumentum. Ex eo autem, quod in idea dei, vel modi, quo ipse in creando aut operando vitur, peccauerunt, non magis licet eos adscribere Atheis, quam alios quoscumque, qui essentiam dei aut adtributa eius describere, et rem homini incomprehensibilem aequare conceptionibus humanis satagunt. Quam primum enim aliquis conabitur [P] exponere, quid sit deus, quomodo produxerit atque conseruet omnia, qua ratione intersit mundo, illico alius, qui aliter sentit, clamabit, ab hoc tolli deum. Neque vero Tertullianus erat Atheus, cui deus erat corpus in apologetica orat. neque Sabellius, qui Nazianzeno audit atheus; neque omnes athei, qui dei praescientiam vel

vel

<sup>yyy</sup>) Certe contrarium diserte voluit ipse in scriptis suis docere; vt quum lib. I. *Topic.* cap. XI. ait, nequiquam dubitandum de quibuslibet: sed tantum de iis, quae cum ratione possunt in dubium vocari: οἱ μὲν γὰρ ἀπορῶντες, πότερον θεὸς τὰς θεῶν τιμᾶν, καὶ τὰς γυναικῶν ἀγαπᾶν, ἢ ἄ, κολύσεως δέονται· οἱ δὲ, πότερον ἢ χιῶν λευκῆ, ἢ ἄ, αἰσθήσεως.

Nam qui ambigunt, vtrum oporteat deos colere et parentes diligere, nec ne, poena coercendi

Vol. III.

sunt: qui vero dubitant, vtrum nix sit alba, nec ne, sensu indigent. Conf. lib. X. *Nicom.* cap. 8. vbi videbis, prouidentiam quoque et curam rerum humanarum diis tribui. *Fabric.* adde *Tonsium* de script. histor. philos. I. 1. 5. pag. 2 sqq. *Harl.*

<sup>zzz</sup>) Conf. *Iac. Frid. Reimmanni* Iliadem post Homerum pag. 178. ex *Erhardi Weigellii* analysi aristotelica, ex Euclide restituta pag. 174.

Bbb

vel infinitatem, quia capere non possunt, negant: neque athei vniuersi illi, quibus persuasum est, a deo homines ferri ad malum, nec denique athei nos, licet Michaeli Serueto athei dicamur <sup>aaaa</sup>), qui deum vnum patrem, filium et spiritum S. credimus, et hominem *ὑποστατικῶς* vnitum deo. Omitto dicere, quod infelix fortassis, religioni certe et humano generi parum utilis, nec honorificus labor est, principes ingeniorum et praestantissimos totius antiquitatis viros, inuitos trahere in societatem atheorum, et vniuersum ethnicismum confundere cum Spinofismo atque Atheismo, quum Apostolus quoque in ethnicorum sapientibus non tam desideret cognitionem dei, quam, quod deum, quem ex operibus cognoscebant, non tamquam deum honore sunt super omnia prosequuti, Rom. I. 21. *Fabric.* Moderatum cautumque hoc iudicium equidem amplector: id laudat quoque *Io. Francisc. Buddeus* in thesibus theologiacis de atheismo et superstitione cap. I. §. 15. p. 38 sqq. vbi de Aristotelis atheismo vberius disputat, memoratque *Iouini Thomasi* historiam philosophicam de atheismo cap. II. pag. 48 sqq. aliorumque sententias. Idem tamen putat, ipsum philosophiae, quod Aristoteles constituit, systema, ita comparatum esse, vt quilibet atheus id admittere possit, immo vero doctrinam Aristotelis parum abesse ab atheismo; eos vero in magno versatos esse errore, qui Aristotelis cum scriptura sacra consensum demonstrare adgrederentur. adde eundem Buddeum ibidem pag. 258 sq. Contra Buddeum disputat *Reimmannus* in historia atheismi et atheorum cap. 27. pag. 182 sqq. et Aristotelem eximit turba atheorum: idem facit Agatopist. Cromazian. (h. e. *Buonafede*) in historia philosophiae, italice scripta, vol. III. p. 248 sqq. edit. Venet. 1782. 8. — Moderate etiam iudicat *Moshem*. ad Cudworthi systema intell. IV. §. 24. p. 642. propensior tamen est ad sentiendum, Aristotelem non posse omnino absolui ab crimine atheismi, atque fatetur, deum Aristotelis talem sibi videri, qualem nec amaret ipse, nec metueret, i. e. nomine potius, quam reapse deum; immo vero, inter deum Aristotelis et deos Epicuri parum esse discriminis arbitratur. Argumenta eius, quae multa sunt et graua, quibus ad id iudicium ferendum inductus est, repetere aut excutere hic non vacat. Id tamen monendum existimo, cauendum esse, quo minus ex locis librisque, quorum fides incerta est, aut qui interpolati habentur, rationes defumantur. — *Io. Christoph. Wolf.* in Manichaeismo ante Manichaeos etc. p. 147 sq. subscribit philosophi accusatoribus, quos ille adducit. — *Brucker.* in hist. crit. phil. I. p. 832 sqq. ostendit, prouti notio atheismi formetur, Aristotelem vel immunem esse ab illo impietatis crimine, vel ad classem atheorum esse referendum. — Vberime tamen explanauit controuersiam, permultorum, qui in vtramque partem disputant, sententias et rationes congescit atque partim examinauit, denique argumenta, quibus atheismi conuinceretur philosophus, in classes redegit *I. Georg. Walch.* in exercitatione historico-philosophica de atheismo Aristotelis, in Parergis academicis, Lipsiae 1721. 8. p. 197 — 366. Ita in his fuerunt, qui inter Spinozae praecursores Aristoteli principem locum adsignarent. *Harl.*

DE VARIA PHILOSOPHIAE ARISTOTELICAE FORTVNA <sup>bbbb</sup>)  
librum singularem *Parisiis* ad Henr. Ludouic. Monmorium 1653. 8. edidit *Ioh. Launoius*,  
Theologus

<sup>aaaa</sup>) Vide *Memoirs of literature*, tom. I. p. 372. b. 374. b. Londini 1712. fol. et tom. II. p. 75. b. 76. a. ibid. 1712. 4.

<sup>bbbb</sup>) Conf. *Romani Telleri* diss. de existimatione philosophorum gentilium, in primis Aristotelis apud Christianos, Lipsiae 1695. — *Duplef-  
fis*

Theologus Sorbonicus, recensum Hagae Comitum 1656. 4. et tertium 1662. 8. <sup>ccc)</sup> editio auctior et correctior, atque ex ista in tomo IV. Operum Launoii p. 173. Geneu. 1732. fol. cuius summa haec est: Capite I. ex Rigordo, S. Dionysii monacho, in vita Philippi Augusti refertur ann. 1209. <sup>dddd)</sup> Parisiis in concilio Senonensi Aristotelis libros flammis addictos fuisse, quod Almarico errorum ansam praeberint, et nouis erroribus dare impofterum queant. Capite II. profertur testimonia duorum et triginta veterum ecclesiae doctorum <sup>ccc)</sup>, quibus subtilitas Aristotelica, tamquam euangelicae ac piscatoriae simplicitati aduersa, improbatur ac reuocatur, n. Iuliani, Clementis Alex., Irenaei, Tertulliani, Origenis, Lactantii, Eusebii, Hieronimi, Basilii, Nazianzeni, Epiphani, Theodori presb., Faustini presb., Gregorii Baetici Eliberitani episcopi, Ambrosii <sup>fff)</sup>, Chrysostomi, Hieronymi, Simpliciani Mediolanensis episcopi, Augustini, Cyrilli, Socratis, Theodoret, Aeneae Gazae, Nemesii, Sidonii Apollinaris, Manlueti, episcopi Mediolanensis, Bedae, Rabani Mauri, Remigii Lugdunensis, Leonis IX., Ernulfi  
Bbb 2 . . . . . et

sis Argentorat. in collectione iudiciorum de nouis erroribus ab initio saeculi XII. ad ann. Chr. 1713. Paris. 1724. fol. tomo primo; Journ. des Savans 1725. pag. 678 sqq. — *Seraphinus Piccinardus* de imputato scholasticis studio effreni in Aristotelem ab effrenibus in philosophia recentioribus. Patau. 1676. 4. Eiusdem *Piccinardi* existat dogmatica philosophia peripatetica, christiana, ibid 1671. 4. Lipsiae a magistris olim in philosophiam aristotelicam iuratum: formulam vide in *Frid. Gentzkenii* historia philosophiae pag. 164. et in *C. A. Heumanni* Actis philof. XVI. pag. 627. *Fabric.* Quanta auctoritate floruerit Aristotelica philosophia in vniuersitate Oxoniensi, patet ex statutis illius ann. 1705. tit. ann. 1710. quo eundem exemplo (vtor,) 8. recuis, vbi tit. VI. sect. 2. § 9. p. 36. haec lex existat: *Aristotelis suprema sit autoritas*: et altera: *Aristotelem totamque Peripateticorum doctrinam defendere teneantur, sub poena, quod, si quis secus fecerit, eius responsio minime sibi cedat pro forma et insuper multetur quinque solidis*, vid. Acta erudit. Lips. a. 1720. mens. Febr. p. 76. vbi de libro: *Gulielmi Taswell, S. T. P. physica Aristotelica modernae accommodatior* in vsum iuuentutis academicae, Londini 1718. 8. agitur. Auctor illius libri est severus peripateticus: Aristotelis enim opinio, mundum creatum esse ab aeterno, et in aeternum duraturum, si non omni modo defendenda, saltem excusanda illi videtur, etc. Adde in *Bruckeri* histor. crit. philof. totum caput tertium periodi III. part. I. libr. I. de philosophiae aristotelicae genuinae restauratoribus, in tom. IV. part. I. p. 61 — 352. vbi simul nubes auctorum et librorum excitatur. *Harl.*

<sup>cccc)</sup> Haud erat, quod de secunda edit. dubitaret *Christ. August. Heumann.* in actis philof. tom. I. pag. 691 sq. [vbi *Heumann.* longam libri L'un. censuram, additis hinc inde animaduersionibus confecit]. Tertiam recenset auctor der summarischen Nachrichten von der Thomasischen Bibliothek, III. pag. 195 sqq. adde pag. 753 sqq. — Denuo recudi curauit *Io. Hermann.* ab *Elfwich.* [addita Ioan. Ionsii de historia peripatetica diff. et docto Elfwichii schediasmate de varia Aristotelis in scholis Protestantium fortuna praemisso, Wittembergae 1720. 8.] vid. Journ. des Sav. 1722. 8. Acta erudit. tom. VII. supplem. pag. 405. [et *Dorn.* ad Ionsium de scriptor. histor. philof. III. 3<sup>a</sup>, 11. pag. 181. *Harl.*]

<sup>dddd)</sup> Adde Bulaeum, tom. III. hist. acad. Paris. pag. 51.

<sup>eece)</sup> Confer Benedictionum notas ad Ambrosium tom. II. p. 450. *Casaubon.* ad Nysseni epist. p. 101 sq. 139. *H. Ernstium* in Sopho Asopho, et *Ludou. Thomasiini* de philosophia lib. I. cap. 17. Rectius tamen fortassis fecissent quandoque sancti patres, si, quod facere poterant, respondissent ad argumenta, quam vt, querentes de subtilitate, eamque euangelicae simplicitati etiam atque etiam opposcentes, speciem praebuissent detrectantium pugnam, aut logicam disciplinam omnino repudiantium: vt Nicephor. Gregor. X. 8. p. 313. negat, locum esse syllogismo, vbi de rebus diuinis disputatur.

<sup>ffff)</sup> Nic. Cruseus lib. de docta ignorantia, legitur, inquit, *beat. Ambrosius* titaniis addidisse, a dialectica Aristotelis libera nos, Domine!

et Bernardi, quibus addit coetum episcoporum Ponti, epistola ad Leonem [P] Thracem, et sextam Synodum. Capite III. Bernardum refert Abailardo dialectica Aristotelis exprobrantem, et Ottonem Frisingensem Trithemiumque eodem nomine illum arguentes, tum Galteri opus, Abailardo et Lombardo oppositum. Narrat praeterea, a Roberto Corceone, Parisiensi theologo, derideri eos, qui philosophicas, (hoc est Aristotelicas, nulla enim alia eo tempore philosophia vigeat,) propositiones in doctrina de sacramento Eucharistiae intrudunt.

Capite IV. profert constitutionem, qua idem Robertus, a papa Innocentio III. academiam Parisiensem reformare iussus A. C. 1215. Aristotelis metaphysicam et physicam legere vetuit, *Dialectica* eius recepta in locum Logicae S. Augustini, quam antea Lutetiae traditam observat cap. V. Capite VI. Gregorius IV. in concilio provinciali A. C. 1231. Aristotelis libros *physicos et metaphysicos* legi prohibet, *quosque examinati fuerint, et ab omni errorum suspitione purgati.* Quo ipso concilii Senonensis decretum emolliendo confirmasse videtur Launoio cap. VII. qui notat, Simonem Tornacensem sub idem tempus ob nimiam in Aristotele operam nauatam haereseos postulatum, alios itidem eodem nomine ab Odone reprehensos. Sanctum quoque Ludouicum, Odonis aequalem, magistrorum commentarios, quos cum non libenter legisse testatur Gaufridus Bellilocus (Beaulieu), sanctorum patrum libris postposuisse. Nihilominus Albertum M. et Thomam Aquinatem vetitos Aristotelis libros etiam illustrasse commentariis, forte quod decretum illud nescirent, vel potius, quod interpretatione sua malis, per Aristotelem, male intellectum, illatis, optarent occurrere, Pontificis ipsius, ut videtur, indultu. At capite VIII. adfertur Simonis, sedis apostol. legati, decretum, quo A. C. 1265. Aristotelis physicorum et metaphysicorum lectionem, non ut Gregorius IX. fecerat, addita clausula, sed simpliciter interdicat.

Vicissim capite IX. occurrit instrumentum duorum Cardinalium, Ioannis et Aegidii, commissariorum, ab Urbano V. ad academiam Parisiensem reformandam missorum A. C. 1366. quo praeter organum Aristotelis permittitur, imo iniungitur lectio *librorum de anima, de generatione et corruptione, de coelo et mundo, parvorum naturalium et metaphysicorum.* Capite X. A. C. 1387. a facultate theol. Parisiensi notatur Thomas Aquinas, quod in pluribus locis doctrinae suae ipse errarit ideo, quod principia philosophiae, siue potius verba quaedam Aristotelis, ad conclusiones theologicas nimis applicauit. Vti Clemens VII. tum Petrus [P] de Alliaco, Ioh. Gerson et Nic. de Clemangis, Parisiensibus theologis, philosophiam Aristotelis exprobrarunt, Vicentius etiam Ferrerius inter alia his verbis: *Praedicare verba damnatorum, damnatio est: Dicit enim Hieronymus, quod Plato et Aristoteles in inferno sunt.* Nicolaus tamen V. A. C. 1447. laudatur a Bessarione, quod *omnium Aristotelis scriptorum* lectionem non modo probauit, sed et iusserit, de integro latinitate donari. Orta et inter eundem Bessarionem ac Marcum Ephesium controuersia, quorum hic ex recentiorum academiarum sententia Aristotelem, ille ex veterum ecclesiae doctorum suffragio Platonem in christianis scholis praefendum esse contendebat. Capite XI. Guilelmus, Cardinalis Totauillaeus A. C. 1452. a rege Carolo VII. ad reformandam academiam Parisiensem missus, praeter libros, a commissariis Urbani V. concessos, etiam *Moralia* Aristotelis legenda studiosis praecipit. Antea quoque a Buridano et aliis lecta et illustrata fuerat philosophi ethica; sed primus, ut a Launoio cap. XII. obseruatum, auctoritatem publicam huic rei addidit Totauillaeus. Tunc publicus ethicae lector Parisiis fuit constitutus, quem singulis bienniis quaelibet natio

vice et ordine legebat. Subnectit hinc Launoius querelas de theologicis quaestionibus, per Aristotelica sophismata infuscatis, Hieronymi Hangeſii libro de academiis contra D. Lutherum, Ioh. Maioris, Iacobi Almains, Iodoci Chlichthouei, (qui primus theologorum Paris. contra Lutherum scripsit.) Alberti Pighii, Melchioris Cani, Ioh. Maldonati, Ioh. Trithemii, Francisci, Rothomagensis archiepiscopi, et Francisci Rogerii, archidiaconi Tullensis.

E contrario facultas Paris. Lutherum ann. 1521. inter alia notauit eo nomine, quod Aristotelis moralem philosophiam cum Christi doctrina conuenire negasset.

Capite XIII. de *Petro Ramo* <sup>8825</sup>) agitur, cui, Aristotelem oppugnanti, sese opposuit *Antonius Goueanus* <sup>hkkk</sup>), qui plures statim ex academiae magistris in suas partes traxit, ita, vt post multas altercationes ad arbitros demum deueniretur, quos Ramus optabat, Ioh. Quintinum in decretis doctorem, et Ioh. Bellomontanum, artis medicae magistrum: Goueanus Petrum Danesium et Franciscum Vicomercatensem, quibus Franciscus I. rex proprio motu Ioh. Salignacum, theologiae professorem adiunxit. Ramus vero ab iudicio arbitratorum prouocauit, donec, rege omnem prouocationem vltiorem prohibente, libros suos arbitrio censorum submittere est coactus. A quo tempore subtrahentibus sese [P] Quintino et Bellomontano, Ramus <sup>iiii</sup>) solus relictus, eiusque libri damnati sunt, hinc regis edictum, per

Bbb 3 quod

gggg) In *Theodori Zwingeri* theatro vitae humanae, tom. II. pag. 1177. traditur Ramus, quum Lutetiae, suscepturus titulum magisterii, pro more liberam disputandi copiam examinadoribus facere cogeretur, ostendendi ingenii causa, paradoxon illud suscepisse; *quaecumque ab Aristotele dicta essent, commentitia esse.* Attonitus nouitate et insolentia problematis magistros, quum auctoritatem Aristotelis, quo, tamquam scuto, sese ad omnes insultus munire consueuerant, sibi ereptam viderent, irrito conatu per diem integrum magistrandum oppugnasse. Ex hoc fortuito successu ansam deinde arreptam a Ramo animaduertendi et inquirendi et serio et libere in Aristotelis simias potius, quam in ipsum Aristotelem, cuius, inquit, *diuumum ingenium nemo sanus merito reprehenderit.* Fabric. — Add. *Petri Rami* vita per Thomam Freigium, praemissa *Rami* praelectionibus in Ciceronis orationes octo, Basileae per P. Pernam. 1575. 4. vbi pag. 9 sqq. eadem historia narratur. *Dorn.* ad Ionsii de script. hist. phil. III. 23, 3. 4. p. 130 sq. cap. 25, §. 4, 6 — 9. p. 138 sq. cap. 30, 16. p. 174. vbi plures plurium, in vtramque partem disputantium et Aristotelem defendentium, libri enumerantur. adde notam sequentem. *Harl.*

hhhh) De hoc vid. *Ioseph. Aurel. de Ianuario* in *Republ. Ictorum* pag. 190.

iiii) Quanti denique constiterit bono Ramo, Aristotelem oppugnasse, narrat *Thuanus* lib. 52. *Hist. ad ann. 1572. vbi de nuptiis Parisinis: Petrus Ramus, in Verumanduis natus, quum diu bonas litteras, philosophiam et postremo mathematicas scientias in Prelaea schola, cui praerarat, et postea in regio auditorio docuisset, postremo erroneam in philosophicis doctrinam iniecit, Aristotelem voce et scriptis importune oppugnans, qua de re cum Iacobo Carpentario, Claremontano, magnae controuersiae ei fuere, et ante maiores cum Antonio Goueano et Ioachimo Perionio. Tamen ex eo commendatione dignus fuit, quod ingenio, diligentia, assiduitate, et opibus etiam suis, quantum in ipso fuit, rem literariam inuit ac promouit, instituta mathematicae professione, cui annum vestigal Io. librarum e facultatibus suis adtribuit. Is a Carpentario aemulo et seditionem adiuvante inmissis sicariis e cella, in qua latebat, extractus, et post depensam pecuniam insiditis aliquot vulneribus per fenestras in aream praecipitatus est, effusis visceribus, quae pueri furentes, magistrorum, pari rabie incitatorum, impulsu, per vias sparserunt, et cadaver ipsum scuticis in professoris opprobrium diuerberantes, contumeliose et crudeliter raptauerunt.* Contra Petr. Ramum pro Aristotele duas orationes scripsit *Ioach. Perionius*, Paris. 1543. 8. cum libris III. dialecticae [conf. Casauboniana

quod Aristotelis scripta non dialectica tantum, de quibus praecipue cum Ramo lis erat, sed vniuersa adferuntur et commendantur. Ait igitur Launoius cap. XIV. primum fecisse Franciscum, regem, quod nulli ante eum reges vel imperatores fecerunt: nam Philippum quoque Augustum igni tradita Aristotelis scripta vidisse, ac tacuisse. Capite XV. in noua reformatione academiae Paris. ann. 1601. Aristotelis libri logici, ethici, physici ac metaphysici doceri praecipiuntur. Cap. XVI. Facultas theologica Paris. ann. 1624. theses Anti-Aristotelicas, a Ioh. Bitaudo, Antonio de Villon et Stephano de Claues vulgatas, notauit censura; Bitaudus vero cum reliquis duobus intra viginti quatuor horas Lutetia exire iubetur SCto, nec cuiquam, poena corporis proposita, permissum, theses illas vendere, vel in publicum protrahere, aut contra veteres et probatos auctores vlla dogmata tenere.

Capite XVII. leguntur loca veterum scriptorum ecclesiasticorum, qui fauent Aristoteli, vt Hieronymi et Lanfranci Cantuariensis. Et quod Anatolium, Laodicensem episcopum, Alexandriae philosophiam Aristotelis tradidisse scribit *Eusebius* VII. 26. Hist. Beda sententias, ex Aristotele excerptas, in vnum corpus compegit. Petro Cellesi mos disputandi Aristotelicus exprobratur a Nicolao, S. Albani monacho. Aristotelem laudauit et Rhodiensis episcopus sessione quarta concilii Florentini, et Pius II. papa, in bulla retractationum suarum. Iohannes Sarisberiensis Aristotelis libros descriptos mitti sibi flagitat a Richardo, archidiacono [P] Constantiensi Epist. 202. et e recentioribus Melchior Canus X. 5. Locor. theolog. Thomae Aquinatis sententiam praefert Augustinianae, quorum illa Aristotelis, haec Platonis philosophiam retinendam existimauit, ita tamen, vt ne per diuum Thomam, quod Audomarum quoque Talaeus iure reprehendit, ex Aristotele deus fieret. Aristotelis doctrinam retineri etiam voluit Antonius Bernardus Mirandulanus, Cafertae episcopus, libro XXVI. euerfionis singularis certaminis sect. 6. *Franciscus* vero *Patricius* <sup>kkkk</sup>), (post Guil. Postellum, qui in

niana, a Wolfio edita, pag. 18. vbi Carpentarius dicitur sceleratus non tam falsae Rami doctrinae oppugnator, quam caedis illius viri boni auctor.] In eundem Ramum hoc existat *Dauidis Parei* tētrafichon:

„*Quae mutas, perdis, dixit Democritus, et quae*

*Sernas in physicis, sunt, Epicure, mea.*  
Nonne idem Aristoteles in Ramum mastiga dicat?

*Quae mutas, perdis; quae retines, mea sunt.*“

Vide et bibliothecam gallicam Francisci Grudei Crucimani p. 410. Acta erudit. tom. V. supplement. p. 381. Bibl. Lubecens. VI. p. 219 sqq. *Christian. Frid. Lenz* historiam Petri Rami, Wittebergae 1713. *Fabric.* Multa diligenter congescit de philosophia Aristotelica eiusque fati, bene disposuit, doctaeque explicuit *I. G. Walch.* in comment. de progressu ac fati logicae, libr. II. cap. 1. sect. I. in parergis academic. pag. 521 sqq. et, postquam sta-

dium antiquioris aetatis emensus, ad tempus recentius litterasque renatas peruenerat, in sect. III. pag. 509. etc. *Rami* molimina fataque, eiusque addeclarum et propugnatorum non minus, quam aduersariorum conatus scriptaque indeque ortas controuersias, magno cum strepitu et acris atque crudelius, quam philosophos decuit, agitatae, ordine persequutus est. Multos alios, qui vitam et philosophiam Rami exposuerunt, excitat auctor *thesauri bibliothecalis* tom. I. Noribergae 1738. 4. pag. 254 sqq. vbi librum recensuit, inscriptum: *P. Rami professio regia, h. e. septem artes liberales in regia cathedra, per ipsum Parisiis apodictico docendi genere propositae, et per Io. Thomam Freytag in tabulas — relatae* etc. Basil. per Sebast. Henricpetri. 1576. fol. Vtilia scitu de Ramo; fati atque interitu etc. adnotavit *Freytag.* in apparatus litterario tom. I. pag. 505 — 511. vbi *Carpentarius* a culpa crimineque necis liberatur. *Harl.*

kkkk) De quo et *Telefio* vide ad initium huius capituli: et de *Telefio* eiusque addeclis atque oppugnato-

in praefat. ad Iustini Martyris euerfionem Aristotelicorum dogmatum, dicatam Carolo, Cardinali Lotharingo, bellum aduersus Aristotelem, velut haereticorum et atheorum parentem, suscepisse se Iustini lorica tectum ait.) acriter aduersus Aristotelicam philosophiam disputauit tomo quarto discussionum Peripateticarum ann. 1581. et ann. 1591. in noua de vniuersis philosophia, vt Gregorio XIV. suaderet, ablegandum esse Aristotelem, eum cum Platonis philosophia contendit, et in tribus et quadraginta capitibus hanc ei praefendam, christianaeque religioni propiorem esse contendit. Quae publicus censor Iacobus de Lugo eatenus probauit, vt *minime negetur, Aristotelis philosophiam esse ancillam theologiae.* Neque Patricius Gregorio, vt Aristotelem, Platone recepto, proferberet, persuadere potuit, neque illud facere ausus est Clemens VIII. a Bellarmino monitus, quod eo magis cauendus sit Plato, quo facilius possit, dum ad placita christiana propius videtur accedere, erroribus subtilioribus praebere ansam et decipere incautos. Concludit Launoius, neque Platonis, neque Aristotelis philosophia in religione esse opus, cui sufficere debet diuinorum scriptorum auctoritas, et, quam ex Vincentio Lirinensi et Theodorito addit, ecclesiae catholicae traditio.

Quamquam autem ab illo tempore etiam late imperium obtinuit Aristotelis philosophia, quae Graecis primum, hinc Arabibus atque inde scholasticis doctoribus per plurimum iam pridem saeculorum spatium probata fuit: tamen a uorum patrumque nostrorum memoria praecleari quidam viri pulchre ausi sunt imperium eius excutere, quod contra ipsius voluntatem, (neutiquam enim sibi potius, quam naturae rerum credi, aut nihil a posteris addi inuentis suis voluit Aristoteles,) plane in tyrannidem abierat. Prae ceteris *Petrus Gassendus* hoc egit in Exercitationibus paradoxis <sup>(iii)</sup> aduersus Aristotelicos, monens, hos ex germana philosophia fecisse sophisticam, et immerito philosophandi libertatem sibi ipsis ademisse, apud ipsum vero Aristotelem innumera deficere, superfluere, [P] fallere et contradicere. Tum *Sebastianus Basso* <sup>(iiii)</sup> in philosophiae naturalis aduersus Aristotelem libris XII. Paris. 1621. Amstel. 1694. 8. Inprimis vero *Renatus Cartesius* pmoeria sanioris philosophiae, quomodo pace Aristotelis feliciter proferenda essent, laudatissimo exemplo demonstrauit, qui de Aristotele <sup>(v)</sup>, *quum ille homo, inquit, tam felix exstiterit, vt, quaecumque olim siue cogitans siue incogitans scriptitauit, hodie a plerisque pro oraculis habeantur, nihil magis optarem, quam vt a veri-*

pugnatoribus *Lotter.* in comment. de Telefio §. 52. *Harl.*

<sup>(iii)</sup> Gratianopoli ann. 1624. 8. Hagae Comit. 1656. 8. et tomo III. Opp. Aduersus has exercitationes oratio exstat *Henr. Vffelmanni* Helmstad. 1665. 4. — *Le petit livre que Gassendi a publié aduersus Aristotelicos, pour auoir lieu de donner plus de cours à sa nouvelle philosophie, n'est qu'un tres petit abrégé d'un excellent ouvrage, composé par un Italien sur les ouvrages et la doctrine d'Aristote.* (Francisci Patricii discussion. peripateticarum, tomi IV.) Haec *Richard. Simon.* tom. IV. Bibl. critique chap. 12. pag. 100. *Fabric.* conf. de illo libro *Baumgarten.* in Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. vol. IV. pag. 515

sqq. adde *I. G. Walchii* parerga academ. p. 656 sqq. *Dorn.* ad Ionium de script. hist. phil. pag. 177 sq. *Morhof.* in polyhist. philos. lib. I. cap. 12. de Aristotelis impugnatoribus pag. 65 sqq. *Harl.*

<sup>(iiii)</sup> Hunc Bass. virum acerrimi iudicii et scientiae maximae vocat *Launoius* p. 200. de varia Aristot. fortuna, edit. 1662.

<sup>(v)</sup> *Cartesius* epist. de motu cordis ad medicum Louanicensem, quae exstat in Beueronicii quaest. epistol. p. 125. Philosophiam Cartesianam contulit cum Aristotelica *Renatus le Bossu* in libro, qui inscribitur: *Parallele de la Philosophie de Descartes et d'Aristote.* Paris. 1675. 12. vid. Journ. des Savans 1675. pag. 109.

a veritate non recedendo, eius vestigia in omnibus sequi possem. Tantum vicissim optandum erat, ut multi ex Cartesii adhaerentibus non pro libera et diligenti veritatis inquisitione, quam magister ipsorum praecivuit, novam sectariam et aequae ut Aristotelicorum servilem, nec minoribus adeo difficultatibus<sup>0000</sup> obnoxiam philosophiam, coepissent introducere. [At haec olim fuerat philosophiae facies, hodie valde immutata.]

COMMENTARIOS ET INTERPRETES in Aristotelem veteres graecos recensuit *Philippus Labbeus* in breui conspectu Aristotelis et Platonis Graecorum interpretum typis editorum. Paris. 1657. 4. [vid. ad initium h. capituli.] Catalogi eorum, qui in Aristotelem scripserunt, sed non satis distincti neque accurati, leguntur in editionibus graecolatinae Aristotelis, in Possseuini Bibl. selecta, in Bibl. Philosophica B. Alduani et Lipenii: in Hendorichii Pandectis Brandenburgicis etc. [Mothof. et Buhlium itidem recensuisse interpretes veteres, aliquoties iam adnotatum est.]

*Felice Accoromboni*, Nobilis Eugubini, civis Romani, commentarius obscuriorum locorum et sententiarum in omnibus Aristotelicis scriptis, et controuersiarum inter Platonicos, Galenum et Aristotelem examinatio lucem vidit Romae ann. 1590. fol.

DE

0000) Suite du voyage du Monde de Mr. des Cartes p. 105. Les Peripateticiens ont aussi leurs difficultez a résoudre, on n'en peut pas douter, mais fussent elles encore plus grandes de beaucoup, qu'elles ne sont, tandis que les Cartesiens n'auront rien de plus intelligible a nous dire, il faut s'en tenir là et raisonner sur ce point particulier, comme fut sur toute la Philosophie un grand Ministre d'Etat il y a vingt cinq ans. On luy conseilloit de ne point faire apprendre a son fils aisné l'ancienne Philosophie, par ce que luy disoit on, il n'y a dans cette Philosophie que des niaiseries et des folies. On m'a dit aussi, répondit-il, qu'il y a bien de fadaïses et des chimères dans la nouvelle: ainsi, continua-t-il, folie ancienne, folie nouvelle, je croy qu'ayant à choisir, il faut preferer l'ancienne à la nouvelle. Edicta regis Galliarum et decreta facultatis Paris. pro Aristotelica philosophia contra Cartesianam refert *Jo. Du Hamel* ad calcem philosophiae suae sine commentarii in vniuersam Aristotelis philosophiam, Paris. 1705. 12. conf. Acta erudit. ann. 1708 p. 518. Ad illa exhibenda compositum est a *Boilaeo Despræo* edictum ludicrum nomine magni senatus in Parnasso pro tuenda Aristotelis doctrina in regno chimærarum aduersus inimicam ei rationem pag. 264 sqq. Opp. edit. 1702. Causam Aristotelis tuendam susceperunt philoso-

phi summi nominis. *Leibnitius* in epistola ad *Boleuetum* ann. 1697. après avoir tout pensé, je trouve, que la philosophie des anciens est solide, et qu'il faut se servir de celle des modernes pour l'enrichir, et non pas pour la détruire. — *Huetius* lib. VI. commentar. de vita sua p. 385. quamvis, ait, suis quoque labore vitii aristotelica disciplina, quae excusare velle; hominis sit inuenerunt vel imperiti: multis tamen partibus eam quisquibus Cartesianis antecellere fatebitur, quisquis vtramque attente introspekerit. — *Hugo Grotius* praef. ad libros de iure belli et pacis, inter philosophos, inquit, merito principem locum obtinet Aristoteles, sine tractandi ordinem; sine distinguendi acumen, sine rationum pondera consideres. Utinam tantum principatus iste ab aliquot hinc saeculis non in tyrannidem abiisset, ita, ut veritas, cui Aristoteles fidelem nauauit operam, nulla iam re magis opprimatur, quam Aristotelis nomine. — Add. *Iosephi de Munnana* dignitas Aristotelis acclamata et vindicata. Hispali 1702. 4. *Fabric.* — adde *M. Sam. Mafecouii* exercitac. academic. Vter in scrutinio veritatis rectius dubitet, Aristoteles an Cartesius? *Regiomonti*, 1704. 4. Singula persequendo et comparando praefert ille Aristotelem, et concludit veritatis scrutatoribus, non Cartesii, sed omnino Aristotelis dubitandi vestigia sedulo legenda esse. *Hartl.*



DE LOCIS IN ARISTOTELE MATHEMATICIS, *Iosephus Blancanus* Mathematicum in Gymnasio Parmensi Professor librum vulgavit Bononiae 1615. 4. cum diss. de Mathematicarum rerum natura, et Chronologia illustrium Mathematicorum.

ISAGOGEN ad lectionem Aristotelis <sup>pppp</sup>, cum singulorum eius librorum scopo et partitione scripsit *Mch. Piccartus*, Norimb. 1605. 8. recusam, [P] *I. Com. Durrio* curante ann. 1660. [4. rec. 1665. 8. vid. *Will* Nürnbergisch. Gelehrten-Lexicon, part. III. pag. 171. adde *Dorn.* ad Ionium III. 27. 3. pag. 151.] cum epistola *H. Conringii*, qua non dubitat hoc scriptum praefere libris, si exstarent, *Andronici Rhodii* et *Adrasti*, quos de ordine scriptorum Aristotelis considerunt. *Analysin* et *Epitomen* scriptorum philosophi composuere *Carpentarius*, *Du Vallius* etc.

LEXICON Philosophiae Aristotelicae, ut Platonicae et Stoicae, sub titulo feminarii edidit [tom. II. editio altera Lugd. tom. I. II. 1599. tom. III. 1605. fol.] *Ioñ. Baptista Bernardus*, cuius viri mentionem feci supra in extremo capitis primi. *Petrus* quoque *Petitus*, medicus Parisiensis, Lexicon vocum philosophicarum Aristotelis concinnauerat; sed illud lucem non vidit. *Clitarchi* librum de interpretatione vocabulorum Aristotelis laudat *Eustratius* in IV. *Nicomacheorum*. [Index rerum omnium, quae in *Aristot. Opp.* continentur exc. *Bergon.* 1580. 12.]

DE ARISTOTELIS DISCIPVLIS scripserat *Nicanter*; *Alexandrinus*, teste *Suida* in *Ἀισχρίων*. *Maximi ὑπόμνημα πρὸς Ἀριστοτέλην* quale fuerit, non possum dicere. Memoratur a *Suida*.

ARISTOTELIS DETRACTORES e veteribus fuere *Cephisodorus*, *Isocrates* discipulus, de quo dixi lib. II. cap. 26. in *Isocrate*, [conf. *Ionium* I. 13. 1. pag. 79 sq.] *Timaeus* historicus, cuius inuectiuam in Aristotelem improbat *Polybius* Excerpt. Peiresc. p. 46. [conf. *Bullium* in vita Aristotelis pag. 103 sq.] *Eubulides*, *Laert.* II. 109. eiusque discipulus *Alexinus*, [vid. *Ionium* II. 2. 1. p. 145 sq.] contra quorum criminationes videndus *Aristocles* apud *Eusebium* XV. 2. praeparat. *Epicurus*, qui Aristotelem traduxit in epistola *περὶ ἐπιτηδεύματων* apud *Athenaeum* VIII. pag. 354. *Dicaearchum* quoque his adnumerat *Themistius* in *Sophista* p. 285. Singulare praeterea odium in Aristotelem fuit *Caracallae*, Imp. qui scripta eius comburi iussit, quum fidem haberet iis, qui *Alexandro M.* venenum Aristotelis consilio datum fuisse tradiderunt. Vide *Xiphilinum* pag. 329 sq. [*Ionium* III. de script. hist. philos. cap. 13. §. 1. pag. 73 sq.] Antiquioribus philosophis, quos sabinde impugnat Aristoteles, iniuriam facile, et vetustiores illos rectius pleraque tradidisse contendit *Paganinus Gouentius* in dissertatione exoterica de Aristotelico veterum contemptu, edita *Pisis* 1640. 4 *Fabric.* Recentiores passim nominauimus: adde *Morhof.* *Polyhist. philos. libr. I. cap. XII. pag. 65 sqq.* De *Thoma Campanellae*, Aristotelicae philosophandi rationi inimici, scriptis aliquot vid. *Baumgartenii* *Nachricht von einer Hallischen Bibl.* tom. I. pag. 110 sqq. eiusdem *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* tom. VIII. pag. 319 sqq. et 418 sqq. Iudicium de antiquis inuidis et aduersariis et de fide Aristotelis sobrium tulit *Meiners.* in *histor. doctrinarum* apud vet.

pppp) Similem Introductionem a Nunnesio scriptam esse, supra iam obseruatum est. *Hart.*

vett. tom. I. pag. 201 sqq. acrius vero iudicat de eo *Pleslingius*; de quo vide supra ad Platonem p. 59 sq. obseruata: inprimis in *Caesars Denkwürdigkeiten aus der philosophischen Welt*, tom. III. Lipsiae 1786. 8. Plesling. contra Meinersium disputans et grauius inuectus in Aristotelem, huius doctrinam, ingenium, fidemque in recensendis aliorum placitis atque opinionibus, culpat et uehementer impugnat. Idem aduersat eum arrogantiae, plagii atque contradictionum: tribuit praeter ea Aristoteli, uti Platoni, idearum innatarum doctrinam. Enimvero Pleslingii crimina diluerunt censores in ephemerid. litter. Gottingens. ann. 1787. plag. 43. pag. 422 sqq. et Lipsiensibus ann. 1786. plag. 118. pag. 1880 sqq. atque Lipsiensis censor non vult quidem Aristotelis superbiam, plagia, contemptum aliorum philosophorum et libidinem alienorum inuentorum sibi arrogandorum omnino defendere: at aegre fert, fidem atque auctoritatem philosophi adeo improbari atque frangi ac negat, quod libri Aristot. genuini diu delituerunt, a blattis vermibusque arrosi humoreque putridi facti sunt, et postea, reperi, ab aliis interpolati, corruptique; alia scripta philosophi nomine prauo consilio lucrique causa supposita fuerunt, ea, in quibus philosophus secum pugnare videatur, ipsi esse imputanda. Atque *imatas* ideas cum Platone credidisse Aristotelem, vix credibile videtur. vid. *Platneri* philos. Aphorism. II. pag. 78. et *Gurlitt*. sciagraphiam historiae philosoph. pag. 122. *Harl.*

EX ENCOMIIS, in philosophum collatis, iuuat vnicum, cui lubens adsentior, adscribere *Quintiliani* X. 1. Inlittut. Orat. *Quid Aristotelem, quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum clariorem putem.* Ceterum nimias et humanum captum superantes laudes, quibus eum oneravit praeter alios Auerroes, ut merito exhibat *Ma'branchius* lib. II. de inquirenda veritate, cap. 7. [P] ita illis subscribere non mirum est, auctorem ineptum vitae Aristotelis, scriptae versibus leoninis subiectaeque Problematis philosophi ante annos ducentos circiter latine in 4. sine anni nota, [supra ex *Heumannii* Actis philos. XV. pag. 350 sqq. iam memoratae.] quo iudice:

*Vnquam comperta, nec sunt sua verbula certa  
Errorem sapere, falsi quicquam vel habere.  
Quicquid contexit, rationis lumine rexit etc.*

[vid. vers. 62 sqq. apud Heumannum p. 353 sq.] — *Io. Sarisberiensis* II. 16. Metalogici, ait, Aristotelem commune omnium philosophorum nomen praeceminentia quadam sibi proprium fecisse. Idem *Quintiliani* locum laudat II. 2. Alia vide in *Heumannii* actis philos. IV. pag. 606. IX. pag. 595. 598 sqq. et XI. pag. 711 sq. — *M. Io. Bohemus* in progr. de vita Aristotelis edito ann. 1657.

*Summus, ait, Aristoteles rationis meta, theatrum  
Naturae, veri vis, sapientiae apex.*

— Aristotele fatto prigione per la lanterna proibita, Amsterd. 1698. 12. di Michiel Milano romano. Galleria di Minerua. tom. II. pag. 363. — *S. Augustinus theologorum Aristoteles* dictus est a Ludouico, Cardinali Arelatensi, in Concilio Basileensi: oratio hoc titulo edita a Stephano Dechames S. I. ann. 1656. — Notandum adhuc est, quod *Gayot de Pitaval* Bibl. des gens de Cour tom. III. pag. 470. narrat: Un Espagnol avoit mis tout Aristote en Sou-  
nets:

nets: il demanda au Roi d'Espagne la permission de faire imprimer son livre: le Roi au lieu de mettre sur le Placet que l'on lui presenta: *permis de l'imprimer*, mit: *permis de renfermer l'Auteur de cet Ouvrage. Fabric.*

Coronidis loco varia per lancem saturam quasi adponam. Aretinus in libro inscripto, et a *Stollio* in Nachricht von den Büchern — der Stollischen Bibliothek tom. I. pag. 375 — 380. copiose descripto:

*Andreae Caesalpini Aretini* quaestionum peripateticarum libri V. — Daemonum inuestigatio peripatetica — editio secunda. Quaestionum medicarum libri II. de medicamentorum facultatibus libri II. — nunc primum editi, Venetiis apud Iuntas 1593. 4.

multa Aristotelis loca citat atque interpretatur; atque sensum philos. optime perspexisse, at multos eosque periculosos admisisse errores, dicitur. In praefat. is mirifice laudat Aristotelem, cuius ingenio et studio philosophia summum honoris gradum consequuta sit: quamquam haud diffiteatur, Aristotelem philosophis, qui ante illum vixerunt, plurima debere. Contra illum scripsisse fertur *Nicolaus Taurellus* in libro: *Alpes caesae, h. e. Andreae Caesalpini monstrosa et superba dogmata discussa et excussa. scriptum acre* etc. Francof. 1597. 8. mai. vid. *Willii Nürnberg. Gelehrten-Lexicon*, tom. IV. p. 7. et 9.

*Sennert.* de chemicorum cum *Aristotele* et *Galena* consensu et dissensu. Wittebergae 1655. 4.

*Io. Frid. Kessleri* dissertatio isagogica in definitionem aristotelicam nominis Logici, respond. *Valentino Schmid*, Suinforto-Franco, Lipsiae. 1662. 4.

*M. Georgii Pauli Roetenbeccii* disp. respondente *Andr. Theoph. Ambergero*, Aristotelicae philosophiae diuisionem sub examen vocans. Altdorf. 1705. 4. — Idem edidit orationem de philosophiae aristotelicae per singulas aetates fortuna varia, Altdorfii 1668. — tum disput. de principio aristotelico et Cartesiano, ibid. 1685. — et disp. de Stoicorum et Peripateticorum circa gradum necessitatis bonorum externorum ad summam beatitatem disceptatione, ibid. 1709. Add. eiusdem Logica vetus et noua. Francof. et Lipsiae, 1703. 8.

*Erhardi Renschii* diss. historico-moralis, Vir prudens Aristotelicus cum sapiente Stoico collatus, praeside *Magno Dan. Omeisio* habita, Altdorf. 1704. 4.

Antiquae germanae ac solidae, i. e. aristotelicae philosophiae principia in academia Iulia tradita editaque a *Iena Conrado Schrammio*, Theol. D. et P. P. Helmstadii 1718. 4.

*Adami Tribbeckonii* de doctoribus scholasticis et corrupta per eos diuinarum humanarumque litterarum scientia, liber singularis. Editio secunda cui accessit *Christ. Augusti Heumannii* praefatio etc. Ienae 1719. 8.

In hoc libro et in praefatione de Aristotele, eiusque interpretibus, *Thoma Aquinate*, *Auerroe*, *Auicenna* et philosophis arabibus, de *Alberto M. Aristotelis* sumia, aliisque adfectis et fatis philosophiae Aristotelico-scholasticae multa bene disputantur.

*Iac. Carpentarii* vniuersae artis differendi descriptio, ex Aristotelis organo collecta, et in libros III. distincta. edit. II. Paris. 1564. 4.

*Io. Anton. Vulpii* scholae duae, altera de Aristotele, eiusque laudatoribus et reprehensoribus, altera, quae praecipue eidem philosopho vitio vertantur. Acc. eiusdem *Vulpii* syn-

tagma de veteribus philosophis libro I. physicorum, ab Aristotele memoratis. Patav. 1728. 4. 4. — *Saxius* in Onomastico litter. tom. I. p. 76 — 78. et 548.

*Discorso di Rinaldo Odoni*, per via peripatetica, ove si dimostra, si l'anima secundo Aristotele è mortale o immortale. Venet. apud Aldum 1557. 4.

*Io. Eriici Strengnensis*, (postea *Stiernstråle*) disputationes plusculae in libros VIII. physicorum Aristotelis, Dorpat. 1642. — Eiusdem disputation. in III. libros *περὶ τῆς ψυχῆς*, 1671. 4. etc.

*Martini Eriici Gestrini*, in Aristotelis mechanica, argumenta et notae, in quibus non solum summa eorum, quae in quolibet capite tractantur verum etiam problemata singula e fundamentis partim geometricis, partim physicis resoluuntur et explicantur. Vpsaliae 1627. 4.

Breuiarium politicorum Aristotelis, auct. *Io. Scheffero*, Stockholm apud Heinr. Kejser. 1684. 8.

Vid. *Fant* histor. litteraturae gr. in Suecia p. 69. p. 121. et 132.

*Sallier* in historia societ. Paris. Infer. tom. V. p. 57 sqq. version. germ. Gottsched. adfert *Meziriaci* scriptas adnotatt. ad libr. *περὶ θαιμασίων ἀιστημάτων*.

Sed vela contrahenda, ne lectoribus ipsis fiam molestus. Nec finem reperirem: nam intra ducentorum annorum spatium ad 12000. volumina de philosophia Aristotelis prodiiſſe, ait auctor libri: *Reflections upon learning*, Londini 1708. 8. *Harl.*

## C A P V T VI

### SCRIPTA ARISTOTELIS DEPERDITA, DIGESTA SECVNDVM ORDINEM LITTERARVM <sup>a)</sup>.

**Π**<sup>ερὶ τὰ γὰρ θῆ, γ'.</sup> *Laert.* V. 22. *Alex. Aphrodisius* in I. metaph. p. 26. in IV. p. 119. et in XII. p. 386. *Simplicius* in I. de anima text. 26. vbi testatur, Aristotelem in hoc opere Pythagorica Platonicaque *περὶ τῶν ὄντων* decreta, e Platonis sermonibus memoriae mandata, tradidisse. Idem respicit *Philoponus* in IV. Physic. comment. 28. ἀγράφεις τῆ Πλάτωνος συνθεσίας perscripsisse Aristotelem testatus. *Philoponus* in libr. I. de anima ad verba: ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις etc. τὰ περὶ τὰ γὰρ θῆ ἐπιγραφόμενα περὶ φιλοσοφίας λέγει· ἐν ἐκείνοις δὲ τὰς ἀγράφεις συνθεσίας Πλάτωνος ἰσχυρῶς ὁ Ἀριστοτέλης. ἔτι δὲ γνήσιον αὐτῆ τὸ βιβλίον. ἰσχυρῶς ἐν ἐκεί τὴν Πλάτωνος καὶ τῶν Πυθαγορείων περὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δόξαν. Meminit et *Suidas* in Ἄγαθῆ δαιμοίος. Vide infra, quae de libris *περὶ φιλοσοφίας*. Anonymus *Menagii* et *MStus Laertii* codex regius *Parisiensis*, *περὶ τῆ ἀγαθῆ ἀ.* male. Nec melius *Sam. Petitus*,

a) Commentat. de libris Aristotelis deperditis iam specimina quaedam emendationum dedit. adiecturus est cl. *Buhle* editioni suae Aristotel. *Harl.* vid. cum ad *Diogenis vitam philof.* pag. 36. vbi

titus, qui IV. 10. Misc. legit *α', β'*. *Fabric.* conf. *Dauif.* ad *Cicæ.* de N. D. I. cap. 13. pag. 39. *Harl.*

*Αἰτία ποιητικά*, siue *αἰτίαι ποιητικά*. Anonymus Menagii.

*Περὶ τῶ ἀρετῶ καὶ συμβεβηκότος*, *α'*. *Laert.* V. 23. et Anonymus Menagii.

*Περὶ Ἀλεξάνδρου* libros VIII. memorat Anonymus Menagii. Librum quintum, sed non visum libi, citat *Eusebii* ad Dionysii periegesin v. 1140. *Ἀριστοτέλης ὡς φασιν ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου*.

*Ἀλέξανδρος ἢ ἐπὶ ἀποικίων* *α'*. *Laert.* V. 22. *περὶ ἀποικίων*, Anonymus Menagii *ἀποικίων*. Idem Anonymus memorat librum, Aristoteli falso inscriptum, cui titulus *Ἀλεξάνδρου ἐγκλησίου*. *Fabric.* Alexandri laudes ab Aristotele scriptas fuisse, coniecere licet ex *Themistio* orat. III. p. 45. fin. edit. Harduin. vbi praeconium Xenophontis, quo celebratur Agefilaum, coniungit cum eo, quo Aristoteles ornauit Alexandrum. *Harl.*

*Πρὸς τὰ Ἀλκμαίονος* *α'*. *Laert.* V. 25. Anonymus Menagii.

*Ἀνατομῶν* libros quadraginta in bibliotheca Alexandrina sub Aristotelis nomine repertos esse, testatur Ammonius ad *Categor.* et *Philoponus* et *Magentenus* in I. *Analyt.*

*Ἀνατομῶν*, libri octo; *Laert.* V. 25. siue *libri sex*, vt Anonymus Menagii. Ex aliorum narrationibus pleraque scripsisse, contendit *Heronymus Mercurialis* 2. 10. Var. Lect. eorum nempe, quos per totius Asiae Graeciaeque regiones animalia alere et Aristoteli parere Alexander iusserat, quos *perambulando*, inquit *Plinius* VIII. 16. Hist. praeclara [¶] illa de animalibus volumina condidit. Anonymus Menagii inter *ψευδεπίγραφα* Aristotelis refert *Ἀνατομῶν ἀθρόα*. Menagius eandem esse putat succinctam et elegantem tractationem certe ex tessellis aristotelicis compactam, *περὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις μορίων* quam *Petrus Laurebergius* Hamb. 1616. 4. [Amstel. 1618. 4.] cum versione sua edidit sub titulo: Anonymi Philosophi antiquissimi *εἰσαγωγή ἀνατομική*. De hac videtur accipiendum illud Galeni, siue quisquis auctor, in *Isagoge* cap. X. tom. IV. pag. 375. *περὶ δὲ τῶν ἐκτὸς μερῶν τῆ σῶματος ἢ μορίων καὶ τίνες αἱ ὀνομασίαι αὐτῶν* πρώτος μὲν ὁ Ἀριστοτέλης ὑπελάβετο διδάσσει τε καὶ γράφει. add. *Vincentii Placcii* Anonymos n. 996. pag. 240. *Fabric.* In arabica philosophia de scriptis Aristot. apud *Casirium* biblioth. arabico-Hispan. tom. I. p. 307. citantur *de animalium motu atque eorum anatomicae libri septem*. — Laurebergii editio *εἰσαγωγῆς ἀνατομ.* recusa est cum notis *Trilletti* et *Bernardi*. Lugd. Batau. 1744. 8. *Harl.*

*Ἐκλογὴ ἀνατομῶν* *α'* *Laert.* V. 25. Anonymus Menagii, *Apollonius* hist. mirab. cap. 39. Respicit ipse Aristoteles, (iudice Menagio,) III. 2. hist. animal.

*Περὶ συμβιώσεως ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν*. Anonymus Menagii.

*Νόμοι ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν*. idem.

*Περὶ ἀνθρώπων φύσεως*. Idem Anonymus.

[*Sprengel* Versuch einer pragm. Gesch. der Arzneykunde I. pag. 350—362.] — *Meurfi* liber paullo post indicabitur. — *Hieron. Cardanus* in Operibus, (Jugduni 1663. fol. tom. X. nr. 15. de clarorum vita et libris,) pauca habet de Theophrasto, plura de Platone atque Aristotele. — *Aeneas Gazaeus* scripsit librum sub titulo, *Theophrastus*. vide *Olearii* bibl. eccles. tom. I. pag. 16.



Ego vero hoc loco, ne perpetuis notis et vncis molestus fiam lectori, ea pauca, quae Fabricius tum typis describi fecerat, tum adleuerat margini sui exempli, comprehendam, measque ita intexam adnotationes, vt nouus labor esse videatur.

*Theophrastus*, insignis philosophus, patriam habuit *Eresum*, siue, vt alii scribunt, *Eresum*, maritimam Lesbi vibem in colle positam; (vid. *Bayle* Dict. tom. II. art. *Erase*;) vnde *Eresius* cognominatus est. Male igitur ἐξ Ἐρέου pro ἐρέου, apud *Plutarch.* de exilio p. 605. emendante *Gesnero* ad *Stobacum*, serm. 38. pag. 230. vbi *Plutarchi* locus adfertur. Similiter *Phanias* apud *Erymologum* et *Suidam* in Κύρβειν perperam vocatur Ἐρέσιος pro Ἐρέσιος, quod a *Scalgero* *Vossioque* obseruatum est. Natus est probabiliter Olymp. CII. 2. nec *Corsinio* in fastis atticis, tom. IV. pag. 90. *Theophrasti* natiuitas Olymp. C. antiquior esse videtur. In *Eusebii* chronico, interprete *Hieronymo*, pag. 537. edit. *Vallarrii*, ad Olymp. CXV. 3. *Theophrastus philosophus agnoscitur, qui a diuinitate loquendi, vt ait Cicero, nomen accepit.* Qui quidem praefationem *Theophrasti* ad characteres genuinam nec lectionem de aetate mirandam censent, illi, (vt *Saxius* V. C. in *Onomast.* I. pag. 83. posuit,) eum scribunt in lucem editum fuisse Olymp. XCVII. 1. sed de numero annorum, quos vixisse fertur, paullo post dispiciemus. Primum vsus est in patria doctore *Leuippo*, aut, forsan rectius, *Alippo*. Postea pater *Meletas*, vitae genere fullo, qui opibus haud destitutus fuisse videtur, eum valde iuuenem, vt philosophia aliisque artibus imbueretur, Athenas misit. Num, quod plerique produunt, *Platonem* audiuerit, mihi haud liquere videtur. Id autem certum est, illum in primis sectatum esse *Aristotelem* et huius fauorem amoremque alacritate discendi ingeniique praestantia sibi conciliasse. Fabulam vero sapit, quod vel veteres de origine nominis tradunt. *Suidas* igitur in voc. Θεόφραστος prodit, nostrum vero nomine appellatum fuisse *Tyrtanum*, (vid. quoque *Ammon.* ad libr. III. περὶ ἐπιμηνείας fol. 19.) ab *Aristotele* autem propter eloquentiam esse dictum *Euphrastum*; ac deinde *Theophrastum*. De hoc posteriore nomine conspirant alii. *Strabo* quidem libr. XIII. pag. 918 sq. edit. *Almelou.* narrat, *Theophrasto* antea nomen fuisse *Tyrtami*; sed *Aristotelem* illud *Theophrasti* ei nomen fecisse, partim vt prioris (*Tyrtami*) asperitatem fugeret, partim vt dictionis *Theophrastae* praestantiam commendaret, tamquam diuinæ: omnes enim suos discipulos *facundos* (λογίους vid. *Almelou.* notam.) hunc facundissimum fecisse *Aristotelem*. Consentunt *Dio-geus Laertius* V. segm. 38. *Stephan. Byzantin.* voc. Ἐρέος et alii, laudati a *Colomeseo* pag. 249. *Opuscul.* et a *Menagio* ad *Laertium* V. 38. quibus adde *Boethium* in *Aristotelem* de interpretatione pag. 309. *Tzetsum* *Chiliad.* VI. hist. 51. et *Olympiodor.* in vita *Platonis* a). At *Heum* *anis* ac *Bucherus* satis ostendunt, vix esse verosimile, ab *Aristotele* ipso id nominis illi fuisse inditum. Neque *Theophrasti* nomen *Atheniensibus* fuit inauditum. Sic Olymp. CX. 1. in fastis atticis apud *Corsiu.* IV. pag. 37. et Olymp. CXVI. 4. ibid. pag. 61. occurrunt *Theophrasti* archontes, a nostro diuersi. Atqui, si philosopho nostro id nominis honoris et mirae eloquentiae causa fuerit inditum, illud probabilius esse videtur, a discipulis aut aliis eius eloquentiae admiratoribus fuisse inuentum. *Cicero* quidem in *Orat.* cap. XVIII. sect. 62.

*Theophrastus,*

a) *Hieronymus* autem lib. II. contra *Rufinum*, cuius balbum perstringit, per ironiam illum vocat *Theophrastum*. Vicissim *Tyrannion* dictus

est, qui antea vocabatur *Theophrastus*, ingentis bibliothecae possessor, temporibus *Luculli*, teste *Hesychio* illustri ac *Suida* in *Togavriar.*

*Theophrastus*, tantum ait, diuinitate loquendi nomen inuenit, et *Plinius* H. N. praef. lib. I. aduersus *Theophrastum*, inquit, hominem in eloquentia tantum, ut nomen diuinum inde inuenit. *Quintilianus* autem l. Orator. X. 1, 8: famae tantum id tribuit, dum in *Theophrasto* ait, tam est eloquendi nitor ille diuinus, ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur. Idem tamen libr. VIII. 1, 2. et *Cicero* in *Bruto* cap. 46. referunt, ab amicu la quadam *Theophrastum*, adnotata vnius verbi adfectione, hospitem fuisse dictum; quod quidem tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, quum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur <sup>b)</sup>). Ex his autem perspicere quoque poterimus, quanti eius eruditionem atque eloquentiam fecerint antiquiores. *Theophrastum* *τρυφὴν ἰδίαν*, siue delicias suas vocare *Cicero* solebat, teste *Plutarcho* in *Cicerone* pag. 872. amicum suum, qui τὸν Θεαρητικὸν βίβην longe omnibus anteponat, in *Epist. ad Atticum* II. 16. Ἀνὴρ Φιλήκοος καὶ ἰσορροῦς παρ' ὄντιν' ἂν τῶν Φιλοσόφων vocatur a *Plutarcho* in *Alcib.* p. 196. *Seneca* natur. quaestion. lib. VI. cap. 13. iudicat, *Theophrastum* esse non, ut *Graccis* visum est, diuini, tamen et dulcis eloquii virum, et nitidi sine labore. Recentiorum quorundam iudicia collegit *Thomas Pope-Blount* in censura celebr. authorum pag. 36 sq. edit. Geneu. — Quamuis autem *Aristoteli* perquam gratus iucundusque esset; tamen vix credibile est, eo superflite, *Theophrastum* Athenis docuisse, aut ab *Aristotele*, morti vicino, successorem iocoso modo fuisse designatum: quam quidem lepida fabulam a *Gellio* N. A. lib. XIII. cap. 5. enarratam ornatamque, *Henricus* I. c. pag. 675 sqq. exagitat. Eum tamen *Aristoteli* magistro suo in schola Atheniensi successisse *Olymp.* CXIV. 2. a. V. C. 431. ante Chr. nat. 321. ex *Laertio* V. 36. *Corfinus* fast. att. IV. pag. 53. et *Saxius* in *Onom.* pag. 83. aliique colligunt. Probabilius est, eum, magistro suo defuncto, Athenis scholam aperuisse. Ut autem litterarum, sic patriae fuit amantissimus. Hanc quidem ab eo bis liberatam fuisse a tyrannide, prodit *Plutarchus* aduersus *Colotem* p. 1127. siue tom. X. pag. 631. edit. Reisk. idem in libello, non posse suauiter viui sec. *Epic.* tom. X. pag. 513. tradit, illum patriae suae tyrannos excidisse (*ἐκκόψαι*); pag. autem 508. et 509. laudat, *Theophrastum* in conuiuio de concentibus vocum disseruisse, eumque delectatum esse disputationibus et doctrinis de choris et quaestionibus (*προβλήμασι*) de tibiis, numeris et concinnatione sonorum. Criticis eum adnumerat *Henr. V. Wolfius* de critica cap. VII. p. 155. librorum V. emendationum etc. a *Burmanno* editorum. Eloquentia, doctrina, suauitate et subtilitate dicendi effecit, ut magnus numerus, et secundum *Diogenem Laertium* bis mille discipuli, in his viri magni nominis, ad eum audiendum confluerent <sup>c)</sup>). Ut autem in doctrina scriptisque, ita quoque in vestitu fuit elegans. *Hermippus* quidem apud *Athenaeum* l. p. 211. narrat, eum statis horis venisse in scholam, veste splendida ornatum: Tales vero apud *Stobaeum* ferm. 95. prodit, *Theophrastum* usum esse calceis nitidissimis, veste mollissima, victuque laucissimo. Neque tamen effugere potuit inuidiam et obreclationes aliorum. Ab *Eumolpidarum* aliquo, *Agonide*, crimen impietatis s. atheismi illi obiectum est: at inani successu; vid. *Diogenem Laertium* l. cit. sect. 37. in primis *J. du Rondel* in: Reflexions sur un chapitre

<sup>b)</sup> Adde *Salmas.* funer. hellenist. p. 240. *Henr. Stephan.* pag. 40. paralipom. grammat. graecae, *Bernard. Monet.* tom. III. Menagianorum pag. 589 sq.

<sup>c)</sup> *Laert.* V. 57. *Hesychius illustris* et *Suidas.*

*Plutarchus* de profectu in virtute: Ζήταν ὄρων τὸν Θεόφραστον ἐπὶ τῷ πολλὰς ἔχον μαθητὰς θανυμίζουσι, ὃ ἐκείνῳ μὲν χορὸς μείζων, ἐμοὶ δὲ σημαντέρος. adde infra in catal. Peripateticorum, voc. *Theophrastus.*

chapitre de Theophraste, ou Discours de la superstition. Amstelod. 1686. 12. qui de cauta Theophrasti ratione de superstitione rebusque sacris differendi pluribus agit. Idem pag. 25. integrum ex Theophrasti fragmentis, apud Simplicium, locum, in quibusdam Philolphi litteris repertum, primus edidit: in quo ipso loco Theophrastus grauiter satis de innato nobis numinis sensu disputare deprehenditur. Idem Rondellus in extremis libelli paginis quaedam loca vulneraque in hoc Theophrasti capite a Casaubono praetermissa aut minus feliciter curata, sanare sustinet. conf. Acta erudit. Lips. ann. 1686. pag. 383 sqq. Tum, Sophocle, Amphiclidae filio, Olymp. CXVIII. 2. contra philosophos iniquam legem ferente, Athenis cedere cogebatur; sed anno sequenti, quum Athenienses legis latae puderet et hanc illi ita abrogarent, vt Sophocli quinque talentorum multam irrogarent, rediit et docendo disputandoque scholae suae famam atque auctoritatem comparauit. vid. *Diog. Laert. V. 38. Athenaeum XIII. pag. 610. Meursium de fortuna Athen. cap. 3. Sam. Petiti comment. in leges atticis, p. 39c sq. edit. Welesingii Aduersarios quoque nactus est Epicurum, et Leontium, meretriculam istam Epicuream. quae contra Theophrastum eleganter scripsisse dicitur. vid. Ciceron. de N. D. I. cap. 33. Bayle Diction. art. Leontium, Gessindum vit. Epicur. libr. VII. cap. 5. 6. Vtut diuissime vixisset, tamen moriens adculasse naturam dicitur, questus, sibi tunc egrediendum esse e vita, quando sapere coepisset. vid. Ciceron. Tuscul. III. 28. ibique Dauisii notam, *Diogen. Laert. V. 41. etc.* Obiit autem, viribus naturae exhaustis et decrepitis, Olymp. CXXIII. 3. Enimuero, quot annos natus vita decefferit, de ea re certant viri docti. Equidem malim sequi *Diogenem Laertium* qui lib. V. 4. ἐτελεύτα, ait, δὴ γηγεῖς, βίης ἔτη πε, annos quum v. xijisset LXXXV. at locus, qui est in praefatione ad characteres, et aduersatur Diogenis indicio, valde exercuit ininterpretes tum Diogenis tum Theophrasti aliosque viros doctos: aliis aliter interpretantibus aut emendaturis. Fabricius, Laertium errasse contendens, ita scripserat. „Hunc (Laertii) numerum corruptum esse constat ex praefatione Theophrasti ad characteres, in qua testatur, se, quum illos scriberet, annorum fuisse XCIX. quem numerum confirmat *Io. Tzetzes Chiliad. VIII. pag. 943.* Neque audiendus *Sam. Petitur*, qui lib. II. cap. 9. contra MSS. codicum consensum pro XCIX. legendum esse contendit LXXIX. c. 9. pro vi. 9. *Hieronymus* epist. 2. ad Nepotianum: *Vnde sapiens vir Graeciae Theophrastus, (ita legendum pro, Themistocles,) quum expletis CVII. annis se morti timeret, dixit fertur, se dolere, quod tum egrederetur e vita, quando sapere coepisset.* Confer *Menaem* p. 205. et 211.“ Haecenus *Fabricius*. Repetiit ille et ornauit suam sententiam sub sinu huius sequenti: annos natus, ait, XCIX. characteres scripsit, quemadmodum ipse cap. I. testatur, neque necesse est, illa, quae de Polysperchonte et Casandro memorat cap. 9. eodem accidisse anno, Olymp. CXV. 3. quo liber scriptus est, (qui longe post scriptus videtur;) sed exempli falsam loco adduxit rem, ante plures licet annos gestam; verum notissimam. Videtur sane Theophrastus, qui teste *Hermippo* apud *Athenaum I. pag. 21.* inter docendum, quum de moribus ageret, gulosum exserta lingua labra circumlingendo, alios mores aliis gestibus argumento congruentibus exprimebat, in singulis horum characterum capitibus non morum vitiosorum naturam perstringere vnuerse; sed notare ac describere certos quosdam homines suae aetatis; eorumque mores ridiculos, quos forte per vitam obseruauerat, ad viuum exprimere ac depingere. Haec *Fabricius*. Enimuero sagacissimi doctissimi que viri, *Palmerius* in Exercitatt. in optimos fere gr. auctores p. 616 sq. *Casaubonus* in priore characterum editione, (nam postea mutarat sententiam, existimans, mendum esse in*

libris Laertianis, et pro  $\theta\theta'$  emendari debere  $\rho\theta'$ , quam rationem probauit *Solanus* ad Luciani *Μακροβ.* p. 223. tom. III. edit. Reitzii,) *Corsini* in falsis attic. tom. IV. p. 89 sq. *Fischerus* in nota ad charact. pag. 6 sq. aliique arbitrantur, Theophrasti libros esse corrigendos e Laertio, et pro  $\epsilon\upsilon\nu\epsilon\nu\eta\kappa\omicron\nu\tau\alpha$   $\epsilon\upsilon\nu\epsilon\alpha$  rescribendum  $\epsilon\beta\delta\omicron\mu\eta\kappa\omicron\nu\tau\alpha$   $\epsilon\upsilon\nu\epsilon\alpha$ . *Heumann.* in actis philof. I. c. pag. 679 sq. et *Brucker.* I. m. pag. 842. censent, locum, in praef. charact. glossema, quod in textum irrepsisset, aperte prodere. At probabilior est sententia cl. *Car. Gottlob Sonntag*, qui in epist. gratulatoria in prooemium characterum Theophrasti, Lipsiae 17. 7. 4. ex tota orationis forma, tum quod auctor filios suos commemoret, quorum et ne matrimonii quidem in antiquis scriptoribus nulla omnino reperitur memoria, porro, quod ratio temporis cap. 8. et cap. 23. non constet, nec cap. 26. de laude oligarchiae recte intelligi possit, ex aliisque argumentis acute conuonstrat, totum illud prooemium esse spurium, neque ex eo argumentum contra Diogenis Laertii testimonium de aetate Theophrasti posse deduci. — Successit ei in Lyceo Strato: qui secundum *Diogenem Laertium* V. 58.  $\sigma\chi\omicron\lambda\alpha\rho\chi\epsilon\upsilon\delta\epsilon$   $\kappa\alpha\theta\acute{\alpha}$   $\Phi\theta\sigma\iota\nu$   $\text{\AA}\rho\omicron\lambda\lambda\omicron\delta\omicron\rho\varsigma$   $\epsilon\nu$   $\chi\rho\nu\nu\iota\kappa\omicron\iota\varsigma$ ,  $\eta\rho\zeta\alpha\tau\omicron$   $\tau\eta$   $\tau\rho\iota\tau\eta$   $\kappa\alpha\iota$   $\epsilon\iota\kappa\omicron\sigma\eta$   $\kappa\alpha\iota$   $\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\sigma\eta$   $\text{\AA}\lambda\upsilon\mu\pi\iota\alpha\delta\iota$ ,  $\tau\eta\varsigma$   $\sigma\chi\omicron\lambda\eta\varsigma$   $\alpha\Phi\eta\gamma\eta\sigma\acute{\alpha}\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma$   $\epsilon\tau\eta$   $\omicron\kappa\tau\omega\kappa\alpha\iota\delta\epsilon\kappa\alpha$ , scholis praefici coepit, ut *Apollodorus* in chronicis refert, Olympiade centesima vicesima tertia. Stratonem successit *Lycon*, Lyconi *Aristo* *Ceus*, Aristoni *Critolaus*, Critolao *Diodorus*. vid. *Ionsium* de scriptor. hist. philof. lib. I. cap. XI. pag. 68 sq. — *Theophrasti* effigies in veteri marmore apud *Fuluuium Ursinum* pag. 59. elog. atque inde in Laertio *Westleniano* atque apud *Gronou.* tom. II. thesauri tabula 92. in *Amadutii* II. charact. Theophrasti haecenus ineditis, ex ruderibus hortorum Tiburtinorum Pisonum apud equitem et Hispaniarum regis legatum *Azaram* cum subscriptione  $\square$   $\text{\AA}$   $\square$   $\Phi$   $\text{\AA}$   $\text{\AA}$   $\text{\AA}$   $\text{\AA}$   $\text{\AA}$   $\text{\AA}$   $\square$   $\text{\AA}$   $\square$ , item Romae quondam in aedibus *Marchionis* de *Maximis*, teste *Montfaucon.* in diario italico pag. 255. [vid. *Amadut.* praefat. ad characteres recens editos pag. 67.] — Quae eius in doctrinis physicis et philosophicis fuerunt sententiae, eas conditores historiae philosophiae referunt. Id quidem tenendum, neque vero mirandum est, eum a magistro suo interdum discessisse. Inconstantem eum fuisse in sententia de diis, et modo menti diuinum tribuisse principatum; modo coelo; tum autem signis sideribusque coelestibus, monet *Cicero* de N. D. I. cap. 13. Idem in *Academ.* I. cap. 10. et mire laudat *Theophrastum* et reprehendit: *Theophrastus*, ait, *vir et oratione suauis, et ita moratus, ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferat: vehementius etiam fregit quondam modo auctoritatem veteris disciplinae: spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit, in ea sola positum esse, beate viuere.* Quod *Aristotelis* bibliothecam habuerat, illius sententias placitaque multo melius scire et tractare potuit, quam, illa bibliotheca diu occultata, multisque postea partibus erosis, antiqui peripatetici. vid. *Strabon.* libr. XIII. pag. 906 sq. *Almelou.* *Theophrastus* autem magistri sui exemplo scripsit infinita; eiusque scripta in ordinem redacta fuisse ab *Andronico Rhodio*, testatur *Porphyrus* in vita *Plotini* cap. 24. ab initio. Primum, ducibus *Diogene Laertio* et *Fabricio*, recensebimus ea, quae vel integra vel ex parte saltem supersunt: et quidem nr. I—XII. pertractauit cel. *Achesmannus*; quibus et ea, quae *Fabricius* orae sui exempli adleuerat, et alia quaedam adspergam: reliquis segmentis ego adieci supplementa. *Harl.*

I.  $\text{\AA}\rho\epsilon\iota$   $\Phi\upsilon\tau\omega\acute{\nu}$   $\iota\sigma\omicron\rho\iota\alpha\varsigma$ , sub qua inscriptione hi libri a *Varrone* citantur libr. I. de re rustic. cap. 5. pag. 101. in vol. I. script. rei rustic. edit. *Bipont.* vnde etiam a *Galeno* aliisque Graecis simplici tantum  $\text{\AA}\rho\epsilon\iota$   $\Phi\upsilon\tau\omega\acute{\nu}$  titulo citantur, siue  $\text{\AA}\rho\epsilon\iota$   $\Phi\upsilon\tau\iota\kappa\omega\acute{\nu}$   $\iota\sigma\omicron\rho\iota\omega\acute{\nu}$   $\beta\iota\beta\lambda\iota\alpha$  I. *Historiae plantarum*

*plantarum libri X.* ex quibus priores nouem integri sunt; decimi vero fragmentum exiguum, siue initium tantummodo exstat, quod incipit: *περὶ δὲ τῶν ἑξῆων.* Scripsisse hoc opus Theophrastus fertur circa annum Romae conditae CCCCXL. dicatque Nicodoro, archonti, Olympiad. CXVI. 3. vti ex *Plinii* loco libr. III. hist. nat. cap. 5. probare voluit *Ioannes Meursius* in *Theophrasto, siue de illius libris, qui iniuria temporis interciderunt singulari libro*, edito primum *Lugd. Batavor. 1638. 12.* et recuso in *Iac. Gronouii thesaur. antiquitatum graecar.* tom. X. p. 604. A. et post eum Fabricius: sed ipsa dedicatio in Theophrasti de historia plantarum libris, vti nobis hodie restant, non legitur. Apud *Diog. Laertium* libr. V. iëgm. 46. pag. 294. edit. Menag. pro *Φυτικῶν ἰσοριῶν* legendum *Φυτικῶν*, vt notarunt Casaubonus et Menagius ad Laertium et *Io. Meursius* in *Theophrasto*, in tom. X. thesaur. antiq. graecar. Gronouian. p. 640. C.

Cum libri Aristotelis de plantis genuini interciderint, quique adhuc exstant, libri duo, sint spurii, *Theophrastus* <sup>d)</sup> princeps eorum auctorum omnium censendus est, qui de plantis scripserunt. Etsi quidem non medicis scripsit, sed ad physiologiam potius plantarum, et ad vsus earum oeconomicos respexit, mirum tamen fuisse in viro sagacitatem cum summa diligentia coniunctam, omnes reperient, vt quasque stirpium vel communitates, vel discrimina, propriamque in vitae duratione, modo proueniendi et germinandi indolem cognosceret. Ea fere omnia reperient non ex aliis scriptoribus compilata, sed in itineribus per vniuersam Graeciam in ipso natali solo adnotata <sup>e)</sup>, praeter ea, quae ab Alexandri comitibus de rebus Arabicis, Aegyptiacis et Indicis habuit. Palmarum cultum, sexus, species, foecundationem accurate exposuit, Gossypium arboream, papyrus, iuncos, harundines Aegypti, cedros Syriae, aromata Indiae, cinnamomum, myrrham, cognita habuit. Descriptiones multo meliores et ornatiores dedit, quam veterum quisquam: plantas plures, quam quingentas memorauit et descripsit, rariores potissimum. Hortum ipse possedit, vt hortensium plantarum indolem cominus speculari posset <sup>f)</sup>.

### Codices manuscripti.

1. *Graeci.* Duo codices graeci, alter saec. XIV. alter saec. XV. scriptus, qui valde, et varia fortuna a lectione vulgata recedunt, exstant in biblioth. Laurentiana Medicea. Exempla textus ex libri IX. cap. 8. et 11. edidit *Baudini* in catal. tom. III. pag. 431 sq. Theophrasti historia

F ff 3

d) *Cicero* de fin. B. et M. lib. V. cap. 4. vbi ornatum in Peripateticorum disciplina laudat, Aristotelem cum Theophrasto comparat, et quaedam eorum et aliorum Peripateticorum scripta atque scribendi rationem percontet, Theophrastus, ait, stirpium naturas, omniumque fere rerum, quae e terra gignerentur, causas et rationes persequutus est etc. *Havl.*

e) Non multum peregrinatum esse Theophrastum, adeoque pleraque omnia aliena fide referre, notat *Tournefortius* tom. I. itineris, gallice editi, pag. 19. edit. Amstelod. Idem monet, difficillimum saepe esse, definire, de quibus plan-

tis loquitur Theophrastus. — In *Thuanis* pag. 441. refertur. *Benedictum Manzuolum*, episcopum postea Regiensem, in Theophrasto de plantis, ope MSS. et industria sua restituendo, plurimum operae posuisse. Hic diu de loco aliquo corrupto sollicitus quum fuisset, cum aliquando, praesente Claudio Puteano, monstrauit Iul. Caes. Scaligero, qui protinus restituit, vt Manzuolus admiratus diceret, genium ipsi esse familiarem. *Fabric.* not. msta.

f) Vid. in primis de Theophrasto, botanico- rum principe, *Hallerum*, in bibliotheca botanica, libr. I. cap. XI. tom. I. pag. 31 sq.

historia plantarum exstat graece inter codices MSS. collegii corporis Christi Oxoniens. vid. catalogos codd. MS. Angliae et Hiberniae P. II. pag. 51. nr. 1580. 117. porro graece in bibl. S. Marci Venet. vid. Montfaucon. tom. I. pag. 476. et in museo Anronii Capelli. vid. Montfaucon. tom. I. p. 480. [De cod. Veneto D. Marci, qui continet historiae plantarum libr. IX. cum fragmento libri X, et de generatione plantarum, libr. V. ac iussu Bessarionis per Demetr. Sguropulum ann. 1443. scriptus est, vid. Catal. codd. illius bibl. gr. pag. 134. in primis *Vullosion*. in anecdot. gr. tom. II. p. 251. not. 2. *Harl.*] Librorum VIII. non integrorum, codex graecus extat in biblioth. reg. Parisin. (Fonteblandensi) nr. MDCCCXXIII. Heidelbergensi codice graeco, qui postea cum bibliotheca reliqua in Vaticanam transiit bibliothecam, vsus est in operum Theophrasti editione *Daniel Heinsius*, at parum, vt refert ipse, ab eo adiutus. (vid. praef. Heinsii edit. praefixam.) In bibliotheca Holstenii exemplar Theophrasti erat cum MSS. Romae collatum. vid. *Thom. Bartholin.* epist. med. Cent. IV. epist. 66. [In quinque codd. in regia bibl. Paris. varia ex Theophrasti historia reperiuntur, nr. MDCCCXXIII. MDCCCCLIII. MMLXIX. MMLXXX. MMCCCCVIII. teste Catalogo.]

Alio libro Dan. Heinsius vsus est, in quo doctus quidam vir lectionum varietatem partim e codicibus, partim ex Plinii et aliorum auctorum locis correxerat. Opera *Theophrasti* ab Isaaco Vossio cum codice MS. collata exstant in biblioth. Leideni, vid. catal. biblioth. Lugd. Batau. pag. 137. Exstant in eadem bibliotheca Theophrasti opera graece Basil. 1541. fol. in quibus adparet Ios. Scaligeri manus, sed et in fronte praefertur *Ioannis Kessows*, cuius siue alterius viri docti manus vehementer hunc librum correxit, ex collatione MS. siue ex meditatione. vid. catal. bibl. Lugd. Batau. pag. 335. Aduersaria in Theophrastum in biblioth. S. Germani. Excerpta ex Theophrasti historia plantarum exstant in biblioth. reg. Paris. nr. MMLXXXII. *Georgii Gemisti Plethonis* excerpta ex Theophrasto de plantis exstant in bibl. electoris Bavar. vid. Montfaucon tom. I. p. 590. Aldina prima graeca historiae plantarum et librorum de causis plantarum editio, variis lectionibus ex duobus codicibus aucta, quam I. Alb. Fabricius ex bibliotheca Marq. Gudii acceperat, cum MS. Fabricianis in bibliothecam vniuersitatis Hauniensis transiit. Inspexit cl. *Moldenhawer* (*sentam. in histor. plantar. Theophrasti, Hamburg. 1791. 8. p. 14.*) exemplar. Codices nec descripti, nec nominati sunt. Alterius codicis lectiones in ora libri adscripsit Hermolaus Barbarus, alterius ex Hermolai Barbari et Scipionis Carteromachi schedis excerptis Marq. Gudius. Quae horum codicum variae lectiones, illis, quas editio Heinsiana exprimit, omisiss, prodierunt in programme Abrah. Kallii: *nonnulla de Theophrasti historia plantarum bene merendi subsidia*. Hauniae, 1772. 8. Codicem, ex quo Hermolaus Barbarus varietatem lectionis exseripsit, praestantissimum fuisse, ab Herm. Barbaro accurate collatum, et corruptis inueteratis medelam inopinatam adferre: alterum minus veterem et minus praestantem fuisse et sparsim solummodo inspectum videri, cl. Moldenhawer refert in libr. cit. p. 14. Nomina plantarum ex Theophrasto magis obuia exstant graece in biblioth. reg. Paris. nr. MMCCCCVIII. [Parierunt *Andranti* libri V. *περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστου ἐν τοῖς περὶ φυτῶν καὶ ἰσoriῶν καὶ λέξιν ζητεμένων*, quos memorat Athenaeus XV. pag. 673. *Fabric.* not. insta.]

11. *Latini.* Libri de historia plantarum ex *Theod. Gaza* interpretatione exstant latine in biblioth. S. Marci Venet. et in biblioth. Laurentiana Medicea. vid. Montfaucon in biblioth. MSS. tom. I. pag. 400. et in biblioth. Fratrum Minorum Cesenae. Libri X. de plantis latine saeculo XV.

saeculo XV. scripti, historiam plantarum Theophrasti exhibentes, exstabant in biblioth. C. Christ. nr. MDLXXXVIII. *Theophrasti* de plantis libri sunt, vt puto, latine, in bibl. Guil. Pelliferii. vid. Montfaucon. tom. II. pag. 1199. *Theophrasti* opera et epistolae exstant in bibl. Ambrosiana Mediolan. an graece, an latine, dubium. Aliquid Theophrasti exstat latine in biblioth. Lugd. Batau. vid. catal. eius bibliothecae, pag. 342. Aduersaria in Theophrastum de plantis sunt in biblioth. Coislinian. San-Germanensi. vid. Montfaucon. tom. II. pag. 1114.

*Editiones.*

1. *Graecae.* Θεοφράστου περὶ Φυτῶν ἱστορίας βιβλία δέκα. — subiectis libris de caus. plantar. et metaphys. *Aristot. problem. mechon. metaphys. Alexandri Aphrodis. problem.* (omnia graece) — Ad calcem: *Exscriptum Venetiis, in domo Aldi Manutii, Calendis Iunii. MIIID. fol. vt quartum toinum editionis Aldinae primae Aristotelis constituat.* Sed hic tomus saepe in duo volumina diuisus, ita vt prior historiam plantarum et libros de causis plantarum contineat: inde quibus hoc solummodo volumen contigit, recensent Aldinam sine anno. Alii annum, quo incepta, (MCCCCXCV.) alii, quo finita est (MCCCXCVIII.) haec Aristotelis et Theophrasti editio, adseruat. Alii, Halleri exemplo, biblioth. botan. lib. I. cap. II. tom. I. p. 35. ex vna hac editione tres diuersas efficiunt, alteram sine anno, alteram 1495. tertiam 1498. editam. Accessisse huic editioni Theod. Gazae versionem latinam historiae plantarum ex Italico libro: Serie dell' edizioni Aldine. edit. II. Patav. 1790. pag. 5. et 8. memorat *Harles, in introduct. in histor. linguae graec.* tom. I. sect. III. §. 10. pag. 478. edit. Altenburg. ann. 1792. 8. [conf. supra in catal. editionum Aristotelis.]

Praefixa est Aldi Manutii ad Albertum Pium principem epistola, qua se exemplaribus vsu proficitur. Princeps haec editio et reliquarum omnium fundus, quam Oporinus variis lectionibus et coniecturis auxit, Heinsius correxit, Bodaeus suis et aliorum coniecturis cumulauit <sup>g)</sup>).

*Theophrasti opera, summo studio partim hinc inde conquisita, atque in unum veluti corpus redacta: partim a multis, quibus etiam haestenus scatebant mendis docto-um virorum industria ac meliorum exemplarium ope repurgata.* Per Io. Oporinum. Ro. l. 1541. fol. <sup>h)</sup>) Eius editionis exemplis quibusdam *Hier. Gemusaei*, aliis *Ioach. Camerarii* praefatio praemittitur, quorum neuter sibi arrogat notas marginales. Coniectura *Casp. Hofmanni* est, Oporinum illas collegisse, collatione facta cum Gazae versione. At quum raros emtores inueniret, praestrinxisse oculis lectorum nomine Camerarii. vid. epist. Hofmanni ad Reines. pap. 681. In textum paucae coniecturae receptae sunt, eaeque apertissimae. conf. de hac edit. cl. *Fischer.* in praefat. ad caractères Theophrasti fol. 5.

Θεοφράστου περὶ Φυτῶν ἱστορίαν, καὶ περὶ Φυτῶν αἰτιῶν, καὶ τινὰ ἄλλα αὐτῆ βιβλίᾳ περιέχων τόμος VI. *Theophrasti* historiam de plantis et de causis plantarum et quosdam alios  
*ipfius*

g) Theophrasti de historia plantarum. De causis plantar. caet. gr. fol. Venet. apud Aldum, 1503. recenset Quesnel, catal. bibl. Thuan part. II. p. 200. memorat etiam Hallerus. De ea, orta forsitan ex Aldina, errore facili, dubitat Cl. Moldenhawer. pag. 6.

h) Asterisco notatos libros coram habui. *Ackermann.*

ipſius libros continens tomus VI. Venetiis, apud Aldi filios, 1552. 8. \* Prioribus tomis opera Ariſtotelis contenta. Edidit hanc editionem, quae repetitio Aldinae primae fere eſt, et expenſas ad eam praebuit Federicus de Turrſanis, Aldi filiorum auunculus.

II. Graecolatinae. Θεοφράστῃ τῷ Ἐρεσίῳ ἅπαντα. Theoph. Eresii graece et latine opera omnia. Daniel Heinsius textum graecum locis inſinitis, et in ex ingenio, partim e locis emendauit: huius supplēsit, in le concepta reuocauit, interpretationem passim interpolauit. Cum indice locupletissimo. Lugd. B. t. uer. ex typographico Henr. ab Haefſens. Impensis Joh. Orlers, And. Clouq, et Joh. Maire, 1612. fol. \* Vfus est Heinsius cod. Heidelbergenti et Aldina editione prima, cui doctus quidam vir notas adſcripserat, correctiones textus ex manuscripto quodam exemplari et ex Plinii locis parallelis continentes. Vfus quoque est nonnullis, quae Isaacus Casaubonus ad eum transmiserat. Textum utique correxit: sed quum nusquam inueniat, manuscriptorum fide, an Plinium sequutus, an coniectura ductus, tenuis sane huius editionis est auctoritas. Gazae versionem textui oppositam passim correxit, meliorem lectionem, quam subinde Gaza obseruare non poterat, sequutus. Textum mendosissimum se deprehendisse et Gazae vitia minime emendata Hallerus refert, in biblioth. botan. lib. I. cap. II. p. 36. tom. I. conf. ceterum de hac edit. Ezech. Spanheim. obs. ad Aristoph. Plut. v. 1088. cl. Moldenhawer pag. 6.

Theophrasti Eresii de historia plantarum libri decem graece et latine. In quibus textum graecum variis lectionibus, emendationibus, huiusmodi supplementis: latinam Gazae versionem noua interpretatione ad margines: totum opus absolutissimis tum notis, tum commentariis: item rariorum plantarum iconibus illustrauit Ioannes Bodaeus a Stapel, Medicus Amstelodamensis. Accesserunt Iulii Caesaris Scaligeri in eisdem libros animaduersiones et Roberti Constantini annotationes, cum indice locupletissimo. Amstelodami, apud Henricum Laurentium, 1644. fol. \* Edidit hoc opus, octauo post obitum auctoris, filii sui, anno \*) Egbertus Bodaeus, pater, medicus practicus. Praefationem composuit et reliqua, quae ad editionem spectant, curauit Io. Arnoldus Cornutus, I. C. Textum graecum Heinſii recepit. Varias lectiones editionis Aldinae secundae, Basileensis, negligentius licet, tum suas, Scaligeri, Constantini, Salmasii coniecturas margini addidit. Gazae interpretationem adnotationibus copiosis in margine adpositis castigauit, ipse nouam auctoris versionem meditatus. Scaligeri ac Constantini animaduersiones suis praeposuit. Notas ipse copiosissimas addidit, imprimis ad plantas a Theophrasto descriptas facientes, et sane omnia effecit, quae eius aetate, qua herbarum scientia confusa iacuit, qua Graeciae finitimarumque regionum flora nondum culta erat, qua praesidia, ad botanicam praestantissima, quibus nos instructi sumus, desiderabantur, effici potuerunt. Vastam eruditionem in hoc opere effusam esse et omnia collecta, quae Aristoteles, Athenaeus, Plinius, Dioscorides, Bucolici, Geoponici, Nicander, Pollux et Suidas, nuperi denique Theophrasteis adſinia haberent: abundantia tamen et vbertate ipsa peccare hoc opus, et ad aliena nonnumquam sermonem abduci, vt etiam acceptarum a capite bonae spei plantarum icones adiecerit, monet Haller. in bibl. botan. lib. I. cap. II. pag. 36. tom. I. Icones ligno incisae et obscurae sunt. conf. Moldenhawer. pag. 8. Ackermann.

\*) Immortuus est nono libro Io. Bodaeus, Amstelodami, hieme anni 1636.



*A. Bernart.* In calce commentarii p. 1187. pater *Egbertus Bodaeus* notas filii ad *Libros etiam de causis plantarum*, de quibus saepius ad libros de plantis ille facit mentionem, absolutas esse, sicut testatus: *quis*, inquit, *speramus pridem etiam publici iuris facere, ut opus de plantis perfectum fiat.* Sed non viderunt lucem, ut nec commentarius siue notae in Theophrasti opera, quarum spem fecit *Dan. Ilei sius*. adde *L. Caes. Scaliger* de plantis. Paris. apud *Vascofan.* 1556. 4 *Fabric.* not. inst.

III. *Latinae.* Latine historiam plantarum post barbaram *Guilhelmi*, nescio cuius, (forte de *Morbeeka*) interpretationem iuili *Nicolai V.* Pontificis Romani vertit *Theodorus Gaza*, *Theflaticensis*, ipse Graecus ac graecarum aequae ac latinarum literarum peritissimus. Magnum huius viri acumen et linguae utriusque facultatem hanc versionem demonstrare recte monent *Holleru* biblioth. botan. lib. I. cap. II. tom. I. p. 35. et cl. *Moldenhaver*, l. c. p. 8. Quum vero omnes voces graecas vellet latinas reddere, et verborum adeo ordinem atque constructionem adsequi, factum est, ut latina minus intelligantur, quam ipsa graeca. In plantarum nominibus saepissime deliquit, quod in ea rei herbariae aetate non mirandum. Inconstanter etiam vocibus graecis latinas sibi posuisse iam dudum notatum est. Ἐλάτην modo abietem vertit, modo pinum: πεύκην modo pinum, modo piceam: omnes folani species, licet inter se differant, vesicarias vocat. In capi um quoque distinctione, quam primus instituit, interdum peccasse, cohaerentia discerpisse, distinguenda coniunxisse observat *Salmasius* in prolegom. ad Solin. et *Gonzalez de Sales* in mantissa ad libr. de duplici terra viventium sect. II. Vno codice solum, et eo corrupto, praestantiore tamen *Aldinis*, usus est, nisi omnia coniecturae tribuenda. Textus ex ea versione varie ab editoribus emendatus est. *Exempla* quaedam emendationum dedit cl. *Moldenhaver*, l. c. p. 8. <sup>b)</sup>

Eius versionis editiones haec prodierunt: *Habentur hoc volumine haec Theodoro Gaza interprete Theophrasti de hist. r. a. plantarum lib. IX. Et decimi principium duntaxat. Eiusdem de causis plantarum, lib. V.* (ex typographi errore: nam sex sunt.) \* sine vlla loci et anni mentione. Prima est pars operis, cuius altera pars problemata *Aristotelis* et *Alexandri Aphrodisi* complectitur, pariter sine loci et anni mentione vlla edita. Est editio, ut videtur, ineuntis saeculi XVI.

Porro prolixe cum libris de causis plantarum, *Tarvisi*, per *Bartholomaeum Confalonarium de Salisio* 1482. fol. *Maittaire.* Cl. *Braun.* notit. hist. litterar. part. II. pag. 101. [*Bure* bibliograph. instructive de la Jurisp. etc. nr. 1548: p. 315.]

Ven. iis, 1489. fol. cum *Aristotelis* et *Alexandri Aphrodisi* problematibus, *Aristotelis* mechanicis, metaphysicis et *Theophrasti* metaphysicis. vid. catal. biblioth. *Augustan.* p. 875. — *Pentilis* apud *Alam Manium*, cum libris VI. de causis plantarum et *Aristotelis* quibusdam libris, nec non *Alexa. dei Aphrodisi* problematibus, sine anni mentione fol. \*

*Aldus Manutius* vero hunc librum *Matthaeo Longio* dedicavit subscripto dedicationi anno 1524. Versio cum graecis exemplaribus collata et correctior est. Adiecti sunt quatuor graecarum vocum in *Aristotelis* et *Theophrasti* libris obviarum indices, a *Theodoro Gaza* compositi. Repetitam esse hanc editionem in actibus *Adi, Venetiis*, 1513. fol. Cl. *Moldenhaver* refert, l. c. pag. 9.

*Theophrasti*

k) Conf. *Matthiolus* lib. IV. epist. medicinal. fol. 147. *Fabric.*

*Theophrasti de historia et de causis plantarum libri quindecim. Theodoro Gaza interprete. Eiusdem Tabulas quas capita librorum complectentes: quarum unam libris de historia, alteram de causis plantarum, una cum vocabulis quibusdam Graecorum et Latinorum nominum, praefixas invenies lector. Theodoro Gaza interprete. Venit Parisiis, apud Christianum Wechel. — 1529. 8. \** Porro prodiit eadem Theodori Gazae versio cum libris de causis plantarum et Aristotelis historia animalium Basil. apud Andr. Cratandr. 1534. fol. vid. cl. Buhle de Aristot. edit. in Oper. edit. Bipont. tom. I. pag. 242. et 1550. fol.

*Aristotelis et Theophrasti historiae, Cum de natura animalium, tum de plantis et earum causis — Lugduni, apud Theobaldum Paganum, 1552. 8. \** Isque primus tomus est, qui Aristotelis de historia animalium, de partibus animalium et earum causis, de generatione animalium, de communi animalium gressu ac motu libros continet. Alter tomus hunc titulum habet: *Theophrasti philosophi clarissimi, de historia plantarum libri IX. cum Decimi principio: et de Causis, sive earum generatione libri VI. Theodoro Gaza interprete. Quantum diligentie huic editioni Ioannes Iordanus — adhibuerit in restituendis, quae corrupta erant, ex Graeco, docebit te sequens Epistola ad Lectorem. Lugd. apud Theob. Paganum. 1552. 8. \** Exstat eadem plane editio apud Guil. Rouillium, ibid. eod. ipseque Iordanus in epistola ad lectorem ait, Rouillium, typographum diligentissimum, hanc editionem parasse. Impresor fuit Nicolaus Bacquenoius. Gazae versionem, exemplari graeco Basileensi adhibito, multis in locis Iordanus correxit.

#### IV. Editiones horum librorum non omnium.

*Io. Iac. Pauli Moldenhaver testamentum in historiam plantarum Theophrasti. Hamburgi, 1791. 8. \** Edidit vir doctissimus capita quatuor priora libri primi de historia plantarum graece et latine. Adiutus omnibus, quae ad obscurum atque corruptum hunc auctorem illustrandum atque emendandum vilo modo pertinere possint, manu quoque scriptis praefidiis, supra memoratis, instructus, nec non linguae graecae, botanices insigni peritia, novam Theophrasti librorum de historia et de causis plantarum editionem meditatur, quam cupidi expectamus. Textum collatis editionibus omnibus et varietate lectionis in Hafniensi codice restituit, lectionis varietate subiecta. Versionem Theod. Gazae emendavit. Notas copiosissimas, etiam ad plantas Theophrasti illustrandas, addidit. Praemisit editorum Theophrasti librorum recensionem, summo studio factam, qua et nos potissimum hic usi sumus.

*Theophrasti de suffruticibus herbisque ac frugibus libri quatuor Theodoro Gaza interprete. acc. Plinii Natur. hist. lib. XX. capita tria. Ad calcem: Argentorat. per Henr. Sybold, mense Augusto. 8. \** Libri sunt Theophrasti de historia plantarum a sexto usque ad nonum, latina. Auctor editionis ipse Henr. Sybold est. Exemplari Trewiano, quod coram habeo, annus editionis adscriptus est 1528.

#### V. Versiones in alias linguas.

Libri de historia plantarum tres priores italice prodierunt titulo: *Istoria della Pianta di Teofrasto libri III. tradotti in Italiano da Michel Agnolo Biondo. In Venezia 1549. 8. vid. cl. Moldenhawer l. c. p. 10. et auctores, quos ibi citat.*

vi. *Commentarii.*

*Iulii Caesaris Scaligeri commentarii in Theophrasti libros de historia plantarum cum Rob. Conflutani adnotationibus prodire Lugduni, apud Ioannam, Jac. Iuntae f. 1584. 8. \* 1588. 8. vid. catal. biblioth. Lugd. Batav. pag. 133. et in Io. Bodaei a Stapel editione historiae plantarum graecolatina supra nr. II. dicta. Correxerit Scaliger, pro utriusque linguae cognitione, quae in eo summa erat, graecum Theophrasti textum et Gazae versionem infinitis in locis, nullis tamen, ut videtur, codd. MS. usus. Multa acute et subtiliter fecit: at quum herbarum cognitionem non haberet, quae subtilius obseruauerat auctor, perturbauit primum, tum confutauit atque castigauit.*

*Roberti Constantini adnotationes ad calcem additae paucae quidem sunt, at acutissimae. Icones ad Theophrastum sculpi curauerat, quae interciderunt. vid. Haller biblioth. botan. lib. I. cap. II. p. 56. cl. Moldenhäwer l. c. p. 10. II.*

*Felicit Accoromboni explanatio sententiarum difficilium in Theophrasti libris de plantis prodit in eiusdem interpretatione obscuriorum locorum et sententiarum omnium operum Aristotelis et Galeni de temperamentis. Romae, apud Sanctium et Soc. 1590. fol. p. 697—727. In salebrosis impeditisque locis sententiarum ordinem felici saepe successu indagat.*

*In libros V. priores Solenandrum commentatum esse, Hallerus memorat in biblioth. botan. lib. I. cap. II. tom. I. pag. 35.*

*Differentias plantarum Theophrasto obseruatas ordine systematico disponere conatus est Conr. Gesnerus in libro: de stirpibus et earum partibus tabulae, ex Theophrasti praecipue libris confectae. Cum eiusd. de stirpium collectione tabulis. Argent. 1553. 8. Rec. per Casp. Wolphium. Tiguri, 1587. 8. Pertinet huc quoque Caspari Bauhini πινάξ theatri botanici. sive index in Theophrasti, Dioscoridis, Plinei et botanicorum, qui a saeculo scripserunt, opera, plantarum circiter sex millium ab ipsis exhibitarum nomina cum earundem synonymiis et differentiis methodice secundum genera et species proponens. Opus XL. annorum. Basil. 1623. 4. \* et saepius. conf. de hoc libro Halleri biblioth. botan. lib. VI. cap. 385. tom. I. p. 385. 386. — Ildephonsi Sorellae epitome medica de differentiis herbarum ex historia plantarum Theophrasti Valentiae, 1627. et 1642. 8. — Domini Vignae animaduersiones sive obseruationes in libros de historia et de causis plantarum Theophrasti. Factae et obseruatae circa arbores, frutices, subfrutices, stirpes, plantas et herbas, quibus omnibus difficile nomen fit et ad nomen Italicum et vulgatum pro viribus redactae. Pisis, apud Sylu. Marchettum et Cor. Massimum, 1635. 4. \* Aliam editionem memorat Hallerus in biblioth. botan. lib. VII. §. 456. tom. I. p. 436. Pisis, 1628. 4. Compilauit auctor botanicorum sententias. — Porro huc pertinet: The Colenler of Flora by Theophrastus. At Athens. Latitude 27° 25'. By Benj. Stillingfleet. In eiusd. Miscellaneous traicts relating to natural history, husbandry and physik. The second edition Lond. 1762. 8. p. 319—327. Collegit plantas graecas, quarum efflorescentiam Theophrastus tradidit, maxima tamen longe parte omissa.*

*Pertinent porro ad Theophrasti de historia plantarum et de causis plantarum libros: Theophrasti sparsae de plantis sententiae in continuatam seriem ad propria capita reuocatae nominaque secundum litterarum ordinem disposita per Caesarem Odouum. Accesserunt disputationes duae — Bononiae, apud Alexandrum Benaccium, 1561. 4. \* Prior editio prodit Bo-*

noniae, 1556. 4. Instituti ratio iam ex titulo patet. — Eandem operam et Aristotelis de animalibus libris impendit *Odonus*. Deinde etiam *Georg. Wolfg. Wedelli exercitatio de corchoro Theophrasti*, in *exercit. medic. philolog. sacr. et profan. Cent. I. Dec. VIII. 6. pag. 41.* Eiusd. *exercit. de bulbo veterum*, in *exerc. med. philolog. Dec. X. exerc. 6. pag. 48.* Eiusd. *exerc. de Theophrasto Theophrasti Ereffi*, in *exerc. med. philolog. Cent. II. Dec. III. exerc. 2. pag. 13.* Eiusd. *de oenanthe Theophrasti Ereffi*, *ibid. exerc. 9. p. 83.*

Ad textum Theophrasti in libris de historia plantarum emendandum pertinent: *Ioannis Meursii lectiones Theophrastae*, in quibus eorum librorum, qui supersunt, loca aliquot emendantur. Adnexae sunt eiusdem clarissimi viri Theophrasto, sive de illius libris, qui iniuria temporis interciderunt, libro singulari *Lugd. Batav. ex offic. Elsevir. 1640. (1628.) 12.* Rec. in thesaur. antiq. Graec. Gronov. tom. X. pag. 647. \* et in operib. Meursii ex recens. Io. Lamii, vol. IV. pag. 122 — 131. Acutissimae in plura Theophrasti loca coniecturae et emendationes sunt.

Loca quaedam corrupta correxere, emendauere, obscura explicauere *Adrianus Turnebus*, in *aduersar. tomis III. Petr. Andr. Matthiolus*, in *comment. in VI. libros Dioscoridis. Venet. 1565. fol. \** *Marsilius Cognatus*, in *variarum obscurar. libr. II. Rom. 1587. 8.* *Heronym. Mercurialis*, in *varior. lect. lib. VI. Venet. apud Fontas, 1588. 4. \** *Iosephus Scaliger in animaduers. in Guilandini comm. in tria Plinii capita de popyro in opusc. Patif. 1610. 4.* *Salmasius in exercitat. Plinian. in Solini polyhistoro. Th. m. Reinesius*, in *var. lectionib. Casp. Hofmannus in variar. lectionum libris. Iacobus Pamerius*, in *exercitationibus in optimos auctores graecos. Lugd. Batav. 1668. 4. pag. 582 — 603.*

VI. *Doctorum virorum opera in Theophrasti de historia plantarum libros, quae non edita sunt.*

Nouam librorum de historia et de causis plantarum editionem, versione noua et tela animaduersionum tali, qualem in Athenaeum Casaubonus texuit, instructam, triginta annorum labore molitus est *Caspar Hofmannus*, Aristotelis, Galeni, Hippocratis, Athenaei, Dioscoridis accurato studio, linguae peritia, herbarum cognitione pro istis temporibus instructissimus; notis praeterea Dalechampii MS. a Iungermanno subministratis, adiutus. Quae anno demum 1643. ineunte absoluta et prelum expectans in bibliothecam Gothofredi Thomasi ex eaque ad incertum possessorem, Anglum forte, transit. vid. *Reinesii epist. XXXIII. pag. 188. XXXIX. p. 317. XLII. p. 360. XLIV. p. 376.* *Hofmanni epist. ad I. C. Bauhin. Richter mantiss. I. p. 320. cl. Moldenhauer pag. 15.* [vitas Altdorsinorum medicorum I. Iac. Baicri p. 65.]

*Scheferus* etiam, medicus Francofurtensis, emissurus erat vtrumque Theophrasti de plantis opus, notis illustratum. vid. *Reinesii epist. XXXIII. pag. 188.*

*Alophus Vorstius* in Theophrasto, cum commentariis notisque criticis edendo summo studio per plures annos elaborauit, et fere absoluit opus. vid. *Th. Bartholini epist. medicinal. Cent. IV. epist. 66. et 79.* qua Ioannem van Horne urget Bartholinus, vt heredibus Vorstii edendi Theophrasti auctor sit.

*Petri Bellonii* versionem gallicam ineditam refert la Croix du Maine, biblioth. Gallic. pag. 385.

*Benedictus Manzuelus*, episcopus postea Regienfis, in Theophrasti de plantis operibus MStorum ope et ingenio restituendis plurimum operae posuit.

Notas aut commentarios in Theophrastum editurus erat *Daniel Heinius*, in quibus quoque, quae ad eum miserat Isaac Casaubonus publicare volebat. vid. *Dan. Heinsii* praefat. ad lectorem, Theophrasti edit. graecolat. praemissam. Has Casauboni in Theophrastum castigaciones Heinius Casp. Hoffmanno per Richterum destinavit. vid. Richter. epist. p. 158.

*Renaldi Blasensis*, medici, emendationes ineditas in Theophrastum et Dioscoridem refert Renatus Moreau, in epist. ad Hofmannum, pag. 626.

II. Περὶ Φυτικῶν αἰτιῶν βιβλία ἡ. *De causis plantarum libri VIII.* Eum librorum numerum Diogenes Laertius discrete notat libr. V. 46. pag. 294. conf. *Io. Mursius* in Theophrasto, in thesaur. antiq. graecar. Gronou. tom. X. pag. 640. Ex his lex tantum primores ad nos peruenierunt, in quorum limine bis et lib. IV. cap. 10. et 12. suarum ἰσοριῶν, ut ante αἰτίας scriptarum, meminit. Apud Diogenem Laertium: l. c. idem pro Φυτικῶν αἰτιῶν male legitur Φυσικῶν. Veteres quidam utrumque Theophrasti scriptum de historia et de causis plantarum uno τῶν Φυτικῶν, aut etiam περὶ Φυτῶν designasse videntur et citasse indistincte. Itaque apud Scholiastam Nicandri ad Alex. homiaca, nisi numerus corruptus, citatur liber XIV. Θεοφράστου μὲν ἔστι ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδέκω τῶν Φυτικῶν κείμενον αὐτὸ προσηγέρουσα. Iste erit de causis plantarum liber quartus. Titulo περὶ Φυτῶν utrumque opus Galenus, Suidas, alii, citant. *Varro*, (de re rust. c. lib. I. cap. 5.) *Clemens Alexandrinus*, (Stromat. III. p. 436. edit. Sylburg.) *Apollonius Auxantrinus* (histor. mirab. cap. 46.) hos libros titulo: τῶν Φυτικῶν αἰτιῶν citauerunt.

Magis hi libri in generalibus versantur, ad plantarum Φυσιολογίαν pertinentibus, minus in descriptionibus: hinc quoque ad characteres plantarum cognoscendos minus conferunt.

### Codices manuscripti.

*Theophrastus* de causis plantarum exstat graece, et quidem bis, in bibliotheca Medicea. vid. Montfaucon. tom. I. pag. 404. et 405. Exstat quoque inter codd. MSS. collegii corporis Christi Oxoniens. et quidem graec. vid. catal. codd. MSS. Angliae et Hibern. part. II. pag. 51. nr. 1580. 113. in biblioth. S. Marci Venet. Montfaucon. tom. I. pag. 476. in Museo Ant. Capelli Venet. vid. Montfaucon. tom. I. pag. 480. *Theophrasti* de generatione plantarum libri V. iussu Bellarionis anno MCCCCXIII. descripti, exstant graece in biblioth. S. Marci Venet. *Theophrasti*. impressum exemplar de causis plantarum exstat cum emendationibus et notis inter codd. MSS. Haeci Vossii vid. catal. MSS. Angliae et Hibern. pag. 70. nr. 2696. Codex alius in biblioth. Corp. Christi. Codex latinus exstat in biblioth. reg. Parisin. nr. MMMMMMDCCCXCIV. Alius ex versione Theod. Gazae in biblioth. Medicea. vid. Montfaucon. tom. I. p. 400. Arabicam versionem huius operis memorat Abul-Pharagius in histor. dynast. pag. 94. [Gemilli Plethonis ex Theophrasti libris de Historia plantarum in cod. regio Matrit. teste Iriart. catal. pag. 28, 106.]

## Editiones.

Libri de causis plantarum seorsim raro prodierunt, et fere semper cum libris de historia plantarum. Graecam editionem in bibliotheca Lugd. Batau. adseruari, docet catal. biblioth. Lugd. Batau. p. 133. Titulus hic est: *Theophrastus de caeribus et de causis plantarum. graece.* sine loco et anno, vt ego quidem puto, in 4to. Multa huic exemplari adscripta esse, docet idem catalogus. Prodiere in editionibus historiae plantarum graecis, quas supra memorauimus, omnibus, et in graecolatina Dan. Heinsii operum Theophrasti editione.

Versio latina Theodori Gazae est. Ea cum libris de historia plantarum prodit, quarum editionum recensioem vide supra.

Liber I. prodit solus graece Paris. 1550. 4. vt ex biblioth. botanica Seguierii memorat Hallerus. Liber VI. de causis plantarum solus quoque graece et latine prodit Paris. 1558. 8. Maittaire. Idem liber prodit graece et lat. Paris. 1588. 8. *Haller.* bibl. botan. lib. I. cap. 11. tom. I. pag. 37.

## Commentarii.

*Iulii Caesaris Scaligeri, viri clariss. commentarii, et animaduersiones in sex libros de causis plantarum Theophrasti. Exquisitam verum ac dictionum punitus abstruserum Graecae Latinaeque linguae explicationem in his commentariis re ipsa comperient lectores: et in se index operi additus demonstrabit.* Lugduni, apud Gul. Rouillum, 1566. fol. [et Lugd. 1584. 8. *Fabric*] Auctor permultis in locis coniectura acutissima emendatus. Argumentum et ratio operis studiose enarrata. Quae intacta reliquerat in libris de causis plantarum Iulius Caesar Scaliger, illustrauit correxitque Isaacus Casaubonus scriptis animaduersionibus in libr. de causis plantarum, quae vero non editae sunt. vid. *Casauboni* epist. ad Thuanum, ann. 1598. epist. 158. p. 84. edit. *Almeloueen.*

Pertinent huc quoque *Felicis Accoromboni, Conradi Gesneri, Ildephonsi Scuellae, Dom. Vignae, Beni. Stillingfleet, Caesaris Odoni, Io. Meursii* labores supra memorati. Qui enim res in libris de historia plantarum obuias illustrarunt, simul ad librum de causis plantarum respexerunt.

Varia quoque in libros de causis plantarum meditata est Ioannes Bodaeus a Stapel, quae, quod vltimam auctoris manum desiderabant, non edita sunt. vid. *Io. Arnold. Coruini* praefat. ad libr. de histor. plantar. a Io. Bodaeo a Stapel. Monuit tamen Egbertus, Bodaei pater, in fine commentariorum in Theophrastum, pag. 1187. notas filii sui ad libros Theophrasti de causis plantarum absolutas esse, eumque sperare, fore, vt haec etiam publici iuris fiant.

III. Περὶ λίθων. *De lapidibus* liber, scriptus Olympiade CXVI. 2. Archonte Praxibulo <sup>1)</sup>, vt ex *Plinii* XXXIII. 7. colligit *Meursius*, in Theophrasto pag. 637. tom. X. thesaur. Gronouian. Memorat praeter *Diogenem Laertium* lib. V. 44. *Athenaeus* III. 13. [Multa ex eo ad verbum *Plinius* lib. 37. et lib. 33. cap. 7. 13. lib. 36. cap. 18. *Fabric.*]

Codicem

1) Meminit oius Theophrastus pag. 12. *Fabric.*

Codicem MS. graecum, quem Palatinum vocat, eundem forte, quo *Daniel Heinsius* vsus est, memorat et lectionis varietatem ex eo subinde notat *Io. de Laet*, in libris duobus de gemmis et lapidibus, mox enarrandis. Codex graecus eius libri exstat in biblioth. Lugd. Batav. vid. catal. pag. 396. et inter codd. MSS. Isaaci Vossii. vid. catal. libr. MSS. Angliae et Hibern. tom. II. pag. 60. nr. 2207. [cod. gr. Theophrasti de igne, Metaphys. lib. I. de lapidibus, de vertigine, de lassitudinibus, de piscibus, de ventis, de odoribus, in bibl. Veneta D. Marci. vid. catal. pag. 128.] Eius libri rarissimos codd. MS. esse questus est *Dan. Furlanus* in dedicatione libri de lapidibus ad *Io. Vincent. Pinellum* scripta et in scholiis et emendat. in Theophrasti librum de lapidibus, in Theophrasti operibus plerisque, p. 16.

*Editiones graecae.* Prodiit, ut puto, graece in prima Aldina editione graeca. Venet. MIIID. fol. deinde Basileae, 1541. fol. deinde Venetiis, apud Aldi filios, 1552. 8. vbi a pagina 569. vsque ad pag. 582. legitur. De his omnibus edit. vid. quae supra nr. I. diximus. Porro prodiit graece Parisiis, apud Morellum 1577. 4. vid. catal. biblioth. Pinelli tom. I. pag. 292.

*Editiones graecolatinae.* Theophrasti libri de igne, de odoribus et de lapidibus gr. et lat. studio *Adr. Turnebi.* Paris. 1566. 4. Textus ex Aristotele, Plinio emendatus.

Theophrasti Eresii, Peripateticorum post Aristotulem principis, pleraque antehac latine nunquam, nunc Graece et latine simul edita. Interpretibus *Daniele Furlano Cretenfi, Adriano Turnebo.* Accesserunt liber de innato spiritu, Aristoteli attributus et *Danielis Furlani* vberes ad omnia commentarii. Ex bibliotheca *Ioannis Vincentii Pinelli.* Hanoviae, typis *Wecheliani,* apud *Claudium Marinum* et haeredes *Ioannis Aubrii.* 1650. fol. \* Primum de lapidibus liber in hac collectione locum occupat. Textus secundum Aldinam editionem recusus est: eum tamen multis coniecturis, at nullo codice MS. adiutus, emendavit *Furlanus.* Commentarii *Furlani* in hunc librum amplissimi sunt, partim coniecturarum, quibus textum emendavit et hiulca supplevit, rationem, partim correctiones errorum, quos *Adr. Turnebus* in versione eius libri commisit, exhibentes. Conulit quoque *Furlanus* sententias *Aristotelis,* *Theophrasti,* cum recentiorum, inprimis *Georgii Agricolae* placitis.

Theophrasti Eresii opuscula graece et latine emendatiora. Lugdun. Batavor. 1613. fol. \* Haec alterum quasi totum editionis *Heinsianae* constituunt. Primum locum occupat *Theophrasti* liber de lapidibus graece et latine. et quidem secundum textum *Aldini* emendationem et interpretationem, a *Furlano* profectas.

Gemmarum et lapidum historia, quam olim edidit *Anselmus Boetius de B. ot,* — postea *Adr. Tollius* recensuit, figuris multis et commentariis pluribus illustravit. Tertia editio longe purgatissima. Cui accedunt *Ioannis de Laet* de gemmis et lapidibus libri II. et *Theophrasti* liber de lapidibus, gr. et lat. cum brevis notis. Lugd. Batavor. ex offic. *Io. Maire,* 1647. 8. \* Praemittit *Theophrasti* de lapidibus librum ori de gemmis *Io. de Laet.* Textus est *Furlani,* attamen ex codice *Palatino* aliquot locis restitutus, in aliis quibusdam coniectura editoris emendatus. Versio pariter *Furlani* est. Brevis in notis lectionis varietates, coniecturae ex *Plinio,* aliis, et *Plinii* loca parallela, emendationes plurimae continentur, subinde acutissimae. [Mei exempli orae permultae sunt adscriptae V. L. *Hart.*]

*Theophra-*

*Theophrastus's history of stones. With an English version and critical and phil. sophical notes, including the modern history of the gems described by that author, of many other of the native fossils. By John Hill. London, 1746. 8.* Quae Hillii editio graece et germanice prodit verfa ab *Albert. Heur. Baumgärtner: Theophrast von den Steinen, griechisch und deutsch, mit Hills physikalischen und kritischen Anmerkungen, Nürnbergae, 1770. 8.* \* Textum Hillius restituit, lacunas suppleuit, non tamen codicibus MS. sed coniectura et Plinio, quem Theophrastum exacte saepe transtulisse refert, et Salmasii emendationibus atque coniecturis vsus. Notae partim emendationum rationem, partim loca ex Plinio exhibent, nec non multa de his lapidibus, quos Theophrastum descripsisse verosimile est.

*Editiones Latinae.* Duplex huius libri versio in latinam linguam exstat; altera Adr. Turnebi, altera Dan. Furlani. Turnebi versio non inelegans est, sed cui tamen absolutae perfectionis manus deesse videatur. Fundamentum Furlano Turnebi versio praebuit, vt ipse fateatur in praefat. ad comm. in lib. de lapid. pag. 16. Libri de lapidibus et de odoribus latina Turnebi versio prodit Parisiis, apud Morellum 1578. 4. vid. catal. biblioth. Pinelli tom. I. p. 292. et cum Turnebi operibus.

Hillii editio gallice verfa prodit, at absque graeco textu: *Traité des pierres de Théophraste, traduit du Grec, avec des notes physiques et critiques, traduites de l'Anglois de M. Hill. a Paris. 1754. 8. min. \**

Multa ad hunc librum illustrandum et ad textus vitia, quae copiosissima sunt, delenda habet *Salmasius* in exercitat. Plinianis in Solini polyhistora. [Nonnulla eius illustrat et expendit *Georg. Agricola* libro IV. de ortu et causis subterraneorum.]

IV. Περὶ ἀνέμων, *Liber de ventis*, a *Diogene Laertio* V. 42. *Alexandro Aphrodisiensis* in II. metaphysicor. et *Olympiodoro Alexandrino*, in commentar. in meteor. memoratus. Continet de ventis particulares quaestiones, quas in meteoris non explicauit *Aristoteles*. Codex MS. exstat in biblioth. Lugd. Ba. au. vid. catal. pag. 396. et inter cod. MS. *Isaaci Vossii*. vid. catal. MSS. Angl. et Hibern. tom. II. pag. 60. 2207. Exstat graece in editione prima Aldina, in Basileensi, in altera Aldina, a pag. 512. vsque ad pag. 519. Exstat porro graece cum *Aristotelis* libro de mundo, Lutet. 1551. in 4to. vid. catal. bibl. Lugd. Ba. au. in qua exemplar est cum perpetuis anonymi notis et adnotationibus, pag. 156. Editiones graecolatinae sunt: in *Theophrasti* plerisque antehac latine numquam, nunc graece et latine simul editis interprete Dan. Furlano et Adr. Turnebo, Hanou. 1605 fol. a pag. 55 sq. Textum misere lacerum corruptumque restituit *Furlanus*, adiutus imprimis problematibus *Aristotelis*, in quibus saepe eae lem sententiae, eadem verba. Latina versio *Furlani* est. [Turnebi versio huius libri nec non lib. de lapidibus, de igne, de odoribus est in illius Opp. tom. II. pag. 27 sqq.] Commentarii in librum de ventis a pag. 72. adiecti sunt vberissimi, explicationem dictorum a *Theophrasto* ex *Aristotelis* libris continentes. Altera graecolatina editio est in *Theophrasti* opusculis emendationibus Dan. Heinsii, a pag. 402. qui *Furlani* textum et versionem repetiit. Exstat et latine, ex versione *Federici Bonauenturae*, cum eiusdem commentario atque anemologia. *Vrbini*, 1593. 4 [gallice vertit *Ludouic. Regius*.]

V. Περὶ σημείων ὕδατων καὶ πνευμάτων ἀνέμων, χειμῶνος καὶ εὐδίας, *De signis pluviarum, ventorum, tempestatis et serenitatis.* Male a librariis in frustra dissectum esse hunc librum



librum memorat Fabricius: attamen haec frustra antiquissimae editiones exhibent. Memorat *Diog. Laertius* V. 45. et *Proclus* IV. in Timaeum; cum tamen sub incerti auctoris titulo, aut potius Theophrasti nomine, in inscriptione non memorato, edidit Aldus. Codex MS. saec. XV. exstat cum *Aristotelis* quibusdam libris, ad physicen pertinentibus, in biblioth. S. Marci Venet. nr. CCXV. [de ventis, de odoribus, de piscibus, in sicco degentibus, cod. in biblioth. Paris. nr. MCCLXXVII. tom. II. catal. p. 475.] Prodiit graece in edit. vtraque Aldina et in Basileensi. gr. et lat. Dan. Furlano interprete, qui primus hunc librum interpretatus est, cum Theophrasti plerisque Hanou. 1605. fol. Annotationes, in commentariis additae, sunt doctissimae, coniecturae acutissimae. Furlanum in editione sua sequutus est Dan. Heinsius, quo fato vero factum sit, nescio, ut post alteram sectionem librum de igne poneret, post eumque sectiones de signis tempestatis et serenitatis. Latine exstat cum Aristotelis secreto secretorum ad Alexandrum Magnum et aliis, sub Aristotelis nomine editum ab Alexandro Achilino. Bonon. 1516. fol. [Latine sub Aristotelis nomine, in opere septifragmentato; item c. in notis Federici Bonaventurae; Urbini, 1594. 4.]

VI. Περὶ πυρὸς α' et β'. *De igne libri duo*, *Diog. Laertio* memorati, V. 45. ex quibus modo vnus lupereit. Codex graecus est inter codd. MSS. Isaaci Vossii. vid. catal. MSS. Angliae et Hibern. tom. II. p. 60. nr. MMCCVII. et nr. MMCCXXXII. MMCCXL. [in bibl. Venera D. Marci. vid. catal. p. 128.] in biblioth. reg. Paris. nr. MMCCCLXXVIII. in biblioth. Lugd. Batav. vid. catal. pag. 396. Theophrasti ἀπὸ τῆς πυρὸς exstant MS. in eadem pag. 397. Alius codex eius libri exstat in eadem p. 398. Excerpta ex Theophrasto de igne sunt in bibl. Laur. Medicea. vid. Montfaucon tom. I. p. 386. Theophrastus de sensu et igne exstat graece in biblioth. Alex. Parauii in Vaticana. vid. Montfaucon. tom. I. p. 90. Theophrastus de igne exstat in bibl. Laur. Medicea. Montfaucon tom. I. p. 410. Eiusdem libri codex, at principio mutilus, exstat in bibliotheca Caesar. Vindobonens. graece. vid. de Nessel in catalog. MSS. bibl. Vindob. part. IV. p. 117. cod. CCXVII. [cod. MDCCCCXXI. in bibl. Paris. de sensu et de igne, teste Catal. II. p. 418.] Prodiit graece in vtraque editione Aldina et in Basileensi, nec non Parisiis, 1552. 4. Porro graece, cum libro de odoribus et de lapidibus et latina Adr. Turnebi versione et notis, Paris. 1556. 1567. 4. in quo libro Turnebus textui quoque emendando operam dedit. Maximo vero studio in textu emendando laborauit Dan. Furlanus, auxilio imprimis problematum Aristotelis et Plinio vsus. Prodiit Furlani editio gr. et lat. cum Theophrasti plerisque Hanou. 1605. fol. Latinam Turnebi versionem retinent Furlanus, aliquot in locis correctam. Prodiit quoque gr. et lat. in Dan. Heinsii editione. Latina versio Adr. Turnebi prodiit cum notis Lutet. 1553. 4. et hoc titulo: *Theophrasti* libelli duo: vnus de igne, alter de odoribus, interprete Adriano Turnebo. (Harderouici) 1606. 12.\* [Gallice vertit Ludouicus Regius.]

VII. Περὶ ὀσμῶν, *De odoribus*. Memorat, praeter *Laertium*, V. 44. Athenaeus et Suidas in *Ἐσθητικῶν*. Codex graecus est in biblioth. Lugd. Batav. vid. catal. pag. 396 et inter codd. MSS. Isaaci Vossii. vid. catal. MSS. Angliae et Hiberniae tom. II. p. 60. nr. 2207. Impressum exemplar cum emendationibus et notis est inter eosdem nr. 2695. pag. 70. Continetur graece in vtraque Aldina et in Basileensi editione. Prodiit et graece cum libris de causis plantarum sine loco et anno. 4. (vid. supra nr. II.) deinde cum libro de ventis, Lutetiae, 1551. 4. Graece et latine prodiit interprete Adr. Turnebo, Paris. 1556. 1567. 4. quam editio-

nem repetiit, emendationibus tamen et textus, et interpretationis in adiectis commentariis traditis, Dan. Furlanus, in Theophrasti perisque, Hanou. 1605. fol. Eam editionem repetiit Dan. Heinsius. [*Gallice cum obseruat. Ioannis de l'Estrade. Paris. 1556. 8. Respicit Theophrasti librum Galen. II. 3. de simpl. medicam. fac. Fabric.*]

VIII. Περὶ ἰδρώτων, siue περὶ ἰδρώτος, vt *Diog. Laertius, V. 44. De sudoribus.* Codex graecus est in biblioth. Lugd. Batau. vid. catal. pag. 396. et inter codd. MSS. Isaaci Vossii. vid. catal. MSS. Angliae et Hiberniae tom. II. pag. 60. nr. 2207. Editiones graecae eadem sunt, quae librorum Theophrasti, haecenus memoratorum. Graece et latine prodiit cum libro de vertigine ex versione et cum animaduersionibus Bonauenturae Grangerii, Paris. 1576. 8. Eam editionem quidem non damnat aut improbat Furlanus; nouam tamen interpretationem composuit, quam cum textu graeco et commentariis edidit in Theophrasti perisque Hanou. 1605. fol. Excerpta quaedam ex his libris exhibet *Photius* in bibliothec. cod. CCLXXVIII. pag. 1576. edit. Hoeschelii, quae subiecta etiam a Sylburgio sunt problematibus Aristotelis, graece editis pag. 357. et ab Henrico Stephano graece vulgatae sunt in libro: *Aristotelis et Theophrasti scripta quaedam, quae vel numquam antea, vel minus emendata, quam nunc, edita fuerunt. Graece, cum Henr. Stephani ad calcem adnotationibus. Ex officina Henr. Stephani. Paris. 1557. 8.*

IX. Περὶ ἰλίγγων, *De vertigine fragmenta.* Meminit libri περὶ ἰλίγγων καὶ σκοτώσεων inter Theophrasti scripta *Diog. Laertius V. 44.* Leguntur apud *Photium*, cod. CCLXXVIII. pag. 1567. edit. citat. ex maiori libro sine dubio excerpta. Codex MS. graecus est in biblioth. reg. Paris. nr. MMCCCLXXVIII. et in biblioth. Lugd. Batau. vid. catal. pag. 396. et in Bibl. S. Marci Venet. Occurrunt graece in vtraque editione Aldina et Basileensi, nec non ad calcem problematum Aristotelis editionis graecae Sylburgianae p. 360 sq. et in editione Henrici Stephani, Paris. 1557. 8. Graece et latine cum libro de sudoribus edidit *Bonauentura Grangerius*, Paris. 1576. 8. et *Furlanus* cuius et versio textus noua et commentarii leguntur in Theophrasti perisque saepius citatis. Textum Furlanus exhibuit, penitus fere a Photii textu diuersum. Alia versio Andr. Schotti est, qui Photii bibliothecam, et in ea haec fragmenta in latinam linguam translulit.

X. Περὶ κέπων, *De lassitudinibus.* Eius, praeter *Diog. Laertium, V. 44. Galenus* meminit, libr. III. de sanitate tuenda, tom. IV. pag. 248. Fere totum ex Aristotelis problematibus conflatum esse, in quibus idem argumentum pertractatum legitur, notant *Hier. Mercurialis* libr. I. var. lect. cap. 9. et *Dan. Furlanus*, in delicat. commentarior. in hunc libr. in Theophrasti perisque pag. 272. Mutilus etiam in fine est. Codex MS. est in biblioth. Lugd. Batau. vid. catal. pag. 396. et in biblioth. S. Marci Venet. et in biblioth. reg. Paris. nr. MMCCCLXXVIII. Editus est hic liber graece in Aldinis et in Basileensi. Graecum textum cum latina versione et commentariis exhibuit *Dan. Furlanus*, quem in operum Theophrasti editione in textu et versione penitus sequutus est *Dan. Heinsius*. Excerpta paucula ex hoc libello habet *Photius*, cod. CCLXXVIII. pag. 1571. edit. Hoeschel. quae leguntur etiam post problemata Aristotelis edit. Sylburg. p. 356. et inter opuscula, vulgata ab Henr. Stephano.

XI. Περὶ τῆς τῶν ἰχθύων ἐν ζῆρῳ διαμοιῆς, *de piscibus in sicco degentibus.* Casaubonus putat esse ἀποσπασμάτιον scripti Theophrasti περὶ τῶν ἐν ζῆρῳ διατωμένων, quod praeter *Laertium*

*Laertium* V. 43. memorat *Athenaeus* VII. 18. et 19. quintum eius operis librum citans. [Seneca: *Theophrastus* affirmat, pisces quibusdam in locis irui. Multa hoc loco tibi in nos em venire, quae urbane in re incredibili modo auge dicat, non cum retibus aliquam aut cum hinc is, sed cum dolabris ire pise. tum. *Espeçda* ut aliquis in mari venetur. Conf. *Athen.* VIII. pag. 331. 332. et *Lesneri* Lithotholog. p. 93 sq. *Fabric.* Respicit etiam *Plinius* hist. nat. IX. 57. nec non *Athenaeus*, *Theophrastum* laudans libr. XIV. non procul ab initio, ἐν ἰνδοῖς δὲ Φησι Θεόφραστος τῆς ἰχθῆος ἐν τῶν ποταμῶν εἰς τὴν γῆν ἐξίοντας, etc. Auctor indicis scriptorum in editione Athenaei Basileensi perperam exillimavit, hoc loco citari *Theophrastum* in scripto, cui titulus fuisset Ἰσδοί. Codex MS. est in biblioth. Lugd. Batav. vid. catal. p. 396. et inter codd. MSS. Isaaci Voilii. vid. catal. MSS. Angliae et Hiberniae tom. II. pag. 60 nr. 2207. Exstat graece in Aldinis et in Basileensi. Prodiit etiam graece Parisiis, apud *Morellum*, 1578. 4. vid. catal. biblioth. Pinelli tom. I. pag. 292. graece et latine, interprete *Dan. Furlano*, in *Theophrasti* plerisque, Hanou. 1605. fol. pag. 283. et in editione Heinsiana. Latina versio, praeter *Dan. Furlani* interpretationem, exstat quoque *Conradi Gesneri*, non vero integri libri, sed posterioris partis, ex *Aristotele* et *Athenaeo* emendata, quae liberior est et minus verbis graecis respondet, quam *Dan. Furlani*. Ea *Gesneri* versio legitur in eius historiae animalium libr. IV. qui est de piscium et aquatilium animalium natura, in edit. Tiguri, apud *Froschoverum*, 1558. fol. pag. 442. Vtramque contulit in commentario in librum *Theophrasti* de piscibus, in sicco degentibus, *Marcus Aurelius Seuerinus*, quem mox dicam. Commentarii in hunc librum hi exstant: *Timotheus Camotii* (Io. Baptistae F.) *commentaria in librum Theophrasti de piscibus* MSta memorat *Labbeus*, in biblioth. noua MSS. pag. 213. Commentatus quoque est in hunc librum, ut in reliquos, *Dan. Furlanus*. Proprio commentario instruxit hunc librum *Marcus Aurelius Seuerinus*, in libro, cui titulus: *Antiperipatias, hoc est aduersus Aristoteles de respiratione piscium diatriba. De piscibus in sicco viuentibus commentarius in librum Theophrasti Eresii huius argumenti. Phoca illustratus, scilicet anatome spectatus, et philosophico criterio examinatus. De radio turturis marini eiusque vi, medicina, veneno Marci Aurelii Seuerini.* — Amstelod. apud *Ianisonium*, 1661 fol.\* Commentarius in *Theophrastum* de piscibus in sicco degentibus, *Fortunio Liceto* dicatus, qui in hac collectione continetur, prodiit primo Neapoli, typis *Camilli Caualli*, 1655. fol.\* Minus ad textus interpretationem, quam ad *Aristotelis* confutationem spectant. [*Cassp. Schotti* *Physic. curios.* lib. X. pag. 1340 sqq. *Claud. Dausqueius* de terris fluitantibus II. pag. 183 sqq. *Fabric.*]

XII. *Fragmenta* ex libris sex, seruata a *Photio* cod. CCLXXVIII. pag. 1566. et ante *Photii* editionem, ab *Hoeschelio* curatam, graece vulgata ab *Henrico Stephano*. Paris. 1557. 8. haec sunt:

1) Περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χροίας, de animalibus, quae colorem mutant. Meminit *Diog.* *Laertius* V. 44. *Athenaeus* VII. 15. Respicit *Plinius* X. 29. [De libro de coloribus, quem *Theophrasto* tribuit *Sim. Portius*, dixi supra in *Aristotele* §. 20. inter cuius scripta lucem saepius vidit. *Fabric.*]

2) Περὶ παραλύσεως, de neruorum resolutione.

- 3) Περὶ λεπτοψυχίας, de animi defectione, quod fragmentum cum superiore de paralyfi legitur etiam ad calcem problematum Aristotelis edit. graecae Sylburgianae, p. 359 sq. Meminit *Laertius* V. 44.
- 4) Περὶ τῶν ἀθρόως φαινόμενων ζώων, de animalibus, quae repente adparent. Meminit *Diog. Laertius* V. 44.
- 5) Περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν, de invidentibus bona sua animalibus. Meminit praeter *Laertium*, apud quem vitiose φθονεῖν legebatur pro φθονεῖν, *Apuleius* in apologia, respicit *Aelianus*, animal. III. 17. et *Plinius* VIII. 29. et 31. et 57. [Confer *Salmas.* ad *Solin.* pag. 221.] In bruta animantia invidiam cadere negat *Plutarchus* libr. de odio et invidia, p. 537.
- 6) Περὶ μελιττῶν, de apibus, siue vt rectius *Diog. Laertius*, V. 44. περὶ μέλιτος, de melle.

Latine vertit ediditque haec fragmenta graece et latine ac commentariis illustravit *Dan. Furlanus* in *Theophrasti* plerisque a pag. 290. Repetiit textum et *Furlani* versionem *Dan. Heinsius*.

Aliud fragmentum ex *Theophrasto*, de strangulatis, edidit *Oribasius*, in synops. libr. VIII. cap. 57.

Ad scriptos codices operum *Theophrasti* eos, quod adinet, quos in enarratione singulorum librorum memorare non licebat, monendum est, exstare *Theophrasti et Plutarchi* opuscula, cum cod. MS. collata, inter codd. MSS. *Isaaci Vossii*. vid. catal. MSS. Angliae et Hibern. tom. II. pag. 70. nr. MMDCXIII. *Theophrasti* quaedam erant in biblioth. cardinalis *Ottoboni*. vid. *Montfaucon*. tom. I. p. 186. *Theophrasti* codex membranaceus saec. XIV. exstat in biblioth. *Ambrosiana* *Mediolanens.* vid. *Montfaucon*. tom. I. p. 529. *Theophrastus* exstat in biblioth. *Augustan.* nr. CXVIII. vid. *Montfaucon*. tom. I. p. 594.

Editiones operum *Theophrasti* iam dixi, in singulorum librorum eius auctoris pertractatione. Eas tamen hic in vnum colligere ac repetere placet. Prima est *Aldina* princeps, quae annis 1495. 1497. 1498. quinque voluminibus in fol. minori, *Venetis*, apud *Aldum Pium Manutium* cum *Aristotelis* operibus omnibus graece prodit, de qua vid. *Baudouin* catal. biblioth. *Laurent.* tom. III. p. 380. *Orlandi* origin. e progress. della stampa. p. 57. *Maittaire* annal. typogr. tom. I. p. 1. p. 79. *Catalog.* de la bibliotheque de *Crevenna* tom. II. pag. 48. *Dom. Maria Monni* vita di *Aldo Pio Manuzio*, insigne restauratore delle lettere greche e latine in *Venezia* §. 29. 33. et in primis cl. *Buhle* in tractatione de *Aristotelis* editionibus in *Oper. Aristotelis* edit. *Bipont.* tom. I. p. 210 sq. [adde supra p. 316 sq.] Altera graeca est, quae *Basileae* apud *Io. Oporinum*, 1541. fol. prodit. Eam vid. supra, nr 1. Tertia est editio *Aldina* minor operum *Aristotelis*, cuius sextus tomus *Theophrasti* opera complectitur hoc titulo: Θεοφράστου περὶ φυτῶν ἰσχυρίων καὶ περὶ φυτῶν αἰτιῶν, καὶ τινὰ ἄλλα αὐτῆς βιβλία περιέχων tomus VI. *Theophrasti* historiam de plantis et de causis plantarum et quosdam alios ipsius libros continens tomus VI. *Venetis*, apud *Aldi filios*, 1552. 8. Curavit hanc *Aristotelis* et *Theophrasti* editionem *Ioannes Baptista Camotius*. conf. de ea *Maittaire* annal. typogr. tom. III. part. 2. pag. 624. cl. *Buhle* de *Aristotelis* editionibus, in *Oper. Aristot.* edit. *Bipont.* tom. I. pag. 220. 221. [et supra pag. 319.]

Graeca et latina vnica operum Theophrasti tantum exstat editio *Dan. Heinsii*, quam dixi supra sub nr. I. Duobus tomis composita est, quorum prior, praeter vitam Theophrasti ex Diogene Laertio libros de historia et de causis plantarum complectitur, alter vero, qui titulum habet *Theophrasti Ereffi opuscula graece et latine emendatiora*, a p. 389. incipit. In his Furlani editionem opusculorum Theophrasti expressit Heinsius, commentariis tamen Furlani omisis.

Quidam libri in his editis continentur: *Aristotelis de animalibus libri; parua naturalia; cum Theophrasti opusculis quibusdam; graece. Omnia ex exemplaribus Nic. Leonicensi Thomaei diligenter emendata. Florentiae, per heredes Phil. Iuntae, 1527. 4.* Quenam opuscula Theophrasti in hac editione expressa sint, nescio, eam enim non vidi. Exemplum edit. cum multis emendationibus adscriptis est in biblioth. Leidensi. vid. catal. biblioth. Lugd. Batau. pag. 146. Est et in biblioth. Gottingens. vid. cl. Buhle de Aristot. edit. onibus, in Oper. Aristot. tom. I. p. 242. [In hac Florentina edit. continentur Theophr. de piscibus, de vertigine, de lassitudinibus, de odoribus, de sudoribus. vid. *Bandini* anal. typographiae Iuntarum part. II. p. 213 sq. supra ad Aristotel. edit. ad a. 1527. p. 318.] — *Aristotelis et Theophrasti scripta quaelam, quae vel nunquam antea, vel minus emendata quam nunc, edita fuerunt, graece, cum Henrici Stephani ad eadem annotationibus. Ex officina Henrici Stephani, Parisiensis typographii. Paris. 1557. 8.* Continentur in hac editione liber Theophrasti de sensu, fragmenta libri de animalibus, quae colorem mutant, libri de neruorum resolutione, de animi defectione, de vertigine, de lassitudinibus, libri de animalibus, quae repente adparent, libri de invidentibus animalibus, de sudore, de apibus, et morales characteres, prout eo tempore esse potuere, integri. vid. de hac edit. *Maittaire* anal. tom. III. part. II. pag. 695. cl. *Buhle* de Aristotelis editionibus in Oper. Theophrast. Bipont. tom. I. pag. 245. 246.

*Adriani Turnebi* graecolatinae editionem libri de igne, de lapidibus et de odoribus editionem dixi nr. III. et nr. VII.

*Sylburgii* quoque editio opusculorum Theophrasti quorundam hic memoranda est, ob id etiam laudanda, quod hic vir, quem Aristotelis sospitorem recte dixerunt, in Theophrasti opusculorum, quae cum Aristotelis operibus edidit, emendatione acutissimus exstitit. Edita vero sunt in eius graeca operum Aristotelis editione. Francof. apud Andr. Wechelii haeredes. 1587. voll. V. in 4. [vid. p. 320 sq.] Continent metaphysica, characteres ethicos, fragmenta de lassitudinibus, de sudore, de neruorum resolutione, de animi defectione, de vertigine et librum de signis pluuiarum et ventorum. — Prodierunt iam anno 1585. *Aristotelis, Alexandri et Cassii problemata cum Theophrastorum quorundam collectione graece, cum variantibus lectionibus, emendationibus, adiectam in Frid. Sylburgii et ind. tripli. Francofurti, opud Andr. Wechelium.* vid. biblioth. Giuzian. pag. 14. — *Dan. Furlani* editionem graecolatinae plerorumque Theophrasti dixi quoque nr. III. Furlani exemplar, ad Ioannem Vincentium Pinellum delatum, ab illo ad Marcum Velferum, Duumuirum Augustanum, peruenit, isque illud Claudio Marnio et Io. Aubrii heredibus vulgandum tradidit. Continentur vero in hac editione hi Theophrasti libri: de lapidibus, Dan. Furlano interprete; de signis pluuiarum, eodem interpr. de signis ventorum, eodem interpr. de signis tempestatis, eodem interpr. de signis serenitatis, eodem interpr. de igne. Adriano Turnebo interpr. de odoribus, eodem interpr. de sudoribus, Dan. Furlano interpr. de vertigine, eodem interpr. de lassitudinibus, eod.

interpr. de piscibus, in sicco degentibus, eod. interpr. de animalibus, quae colorem mutant; de neruorum resolutione; de animi defectione; de animalibus quae repente adparent; de animalibus, quae dicuntur inuidere; de melle; notae morales, eodem interprete. Commentarios singulis libris addidit doctissimos, utilissimos. In textu vero, qui longissime ab Aldinis recedit, corrigendo nimis temerarius fuisse videtur: neque ad emendationes suas codice MS. sed coniectura tantum sua usus est.

Ad latinas operum et opusculorum, siue libellorum plurium Theophrasti editiones pertinent: *Aristotelis historia animalium et parua naturalia. Theophrasti opuscula. Venet. apud Aldum. 1493. fol.* Memorantur harum editionum exempla in membranis vitulinis a Labbeo, in biblioth. noua MSS. pag. 342.

Spurius libellus, qui sub *Theophrasti* nomine circumfertur, est: *Les travaux d' Aristote et d' Anacriote dans Salamine. Histoire de ce temps. Premièrement composée par Theophraste, et nouvellement traduite en françois par Melidor. A Paris, jouxte la copie imprimée a Rouen. Chez Corneille Pinterfon, 1619. 12.\** Citantur in eo Virgilius, Horatius, Ouidius. Sermo est de syllogismorum formis scholasticorum, cet. *Ackermann.*

XIII. Editionem *Theophrasti* Heinsianam, (Lugd. Bat. 1613. fol.) in qua exstant omnes libri, haecenus recensiti, graece et lat. sine notis, claudunt Ἠθικοὶ χαρακτήρες, *Characteres*, signa et notae, siue *notationes* atque imagines, descriptiones et εἰκασμοὶ morum vitiosorum ad *Polylem*. In hoc scribendi genere praeiuit iam Aristoteles. At Theophrasti characteres, quos habemus, num, et quinam sint genuini, num sint tantum fragmenta, aut pars maioris operis, nec ne, haec et aliae quaestiones valde exercuerunt ingenium et sollertiam virorum doctorum. Nolo ea hic repetere, quae scripsi in Introductione in historiam L. Gr. tom. I. pag. 458 sq. Petro Victorio in pluribus locis commentarii ad Rhetoricam Aristotelis visus est hic liber parum dignus Theophrasti eruditione atque ingenio, atque Var. lectt. XVII. 7. aperte adfirmat, falso illi adtribui: qua tamen in re virum praestantissimum fefellit iudicium ipsius alias acutum: nec vlla est ratio, iudice Fabricio, quare eius iudicio, cui res ipsa et veterum testimonia refragantur, subscribamus. Nec placet durum Stephani de illo libro iudicium. Hinc alii maiore iure, non cunctos quidem, plurimos tamen characteres vindicarunt Theophrasto. Recentissime optimeque de illis, eorum collectione, ortu, indole formaque et de consilio Theophrasti iudicauit egitque cl. *Nqst* in commentatione de scopo et ratione Theophrasti in effingendis characteribus, praemissa editioni. Atque illius sententia excitauit studium censorum in ephemeridibus litterariis Lipsiensibus vbi nr. 43. ann. 1791. pag. 337 sqq. copiose intelligenterque disseritur, Gottingensibus ac Tubingensibus. Censor Gotting. in plag. 36. ann. 1792. pag. 355 sqq. existimat, totum, quod habemus, esse fragmenta, forsitan minimam partem Theophrasteorum, admixtis multis peregrinis, partim in quibusdam locis, partim forsitan integris capitibus, aut, si praefatio minus sit genuina, inuenisse aliquem excerpta ex Theophrasti operibus, collegisse similia ex aliis et praefatum esse, etc. Censor in ephem. Tubingensibus ann. 1792. scid. 23. pag. 179 sqq. opinatur, characteres, sub nomine Theophrasti notos, esse anthologiam quandam minorum opusculorum similis argumenti, auctoribus diuersis: id illi probabile sit ex ratione, qua collectio, quam habemus, lucem subinde vidit, primum XV. characteres fuisse detectos, Camotium octo alios addidisse ex codice, Casaubonum sub exitum superioris saeculi characteres XXIV — XXVIII et Amaditium

dutium in cod. Vaticano duo adhuc reperisse. Tum id patet illi ex diuersitate interni argu-  
 menti; quibusdam putat praemissam esse definitionem minus logice veram, aut notationem  
 videri discipulo Aristotelis minus dignam; praefationem esse probabiliter supposititiam; quos-  
 dam tamen characteres habere Theophrastum auctorem; esse characteres, in quibus sint no-  
 tationes singulares admodum suetae, et cuiuscumque homini, qui id vitii aut idem ridiculum  
 prae se ferat, communes, vt cap. XVI. de superstitioso; alios esse adeo particulares et signa  
 habere propria, quae quidem ex indicatis erroribus soleant oriri; sed ab hominibus illis,  
 quos auctor ipse viderit et nouerit, sumta videantur, vt cap. III. de garrulo: Quae notatio-  
 nes ad priorem pertinent classem, eas censor habet imitationes rhetorum; quae autem ad  
 classem pertinent posteriorem, eas, censet, ex maiore Theophrasti opere ἰνδικὸὶ χαρακτή-  
 ρες fuisse seruatas. Atqui valde probabilis videtur illius sententia, ex aliis libris receptas fuis-  
 se quasdam notationes. Nam et forma atque ratio tum scribendi tum fingendi in quibusdam  
 characteribus est diuersa, et ex *Athenaeo* IV. pag. 168. C. notum est, a *Satyro*, peripatetico,  
 cuius ille characterem ἀσώτης adfert, librum eiusdem argumenti περὶ χαρακτήρων esse com-  
 positum. cl. *Fischerus* in praef. ad suam editionem acute suspicatur, omnes, qui supersunt,  
 codices, quoniam libri omnes non semel consentiant et conspirent in lectionem falsam, ex  
 vno fonte, certe in characteribus XV. prioribus, deriuatos esse et deductos, causam vero  
 multitudinis vitiorum, in capitibus maxime posterioribus, repetendam videri a paucitate co-  
 dicum msstorum.. *L' Evesque* ad versionem gallicam, Theophrastum, negat in his chara-  
 cteribus ingenium philosophi acuti; sed dotes tantum animi, (Talent) demonstrasse ait. A  
 Theophrasto sene scriptus est liber, et circa Olymp CXVI. exaratum suspicatur *Casaubon*.  
 ad cap. VIII. pag. 240. vbi de Polysperchonte. Quando vero *Fabricius* orae exempli sui ad-  
 scripsit, „tum certe nondum natus erat Theophrastus LXXXVIII annos,“ iam supra vi-  
 dimus, ex prooemio, probabiliter suppositio, argumentum tutum posse haud deduci. *Fi-*  
*scherus* V. C. loco cit. colligit ex charact. 23, 2. librum esse tum scriptum, quum Antipater  
 ab Atheniensibus coactus esset in Macedoniam fugere. Contra *Reisk.* in commentar. ad cae-  
 rium. aulae Byzantinae Constantini Porphyrogeniti p. 130. auctorem characterum Theophr.  
 fuisse e saeculo Iuliani apostatae opinatur: sed secus sentit *Amadutius* ad II. capp. Theophras-  
 ti inedita pag. 41 sq. Mature autem collectio characterum partim Theophrasteorum, ab  
 interitu seruatorum, partim alienorum, nomine Theophrasti praefixo, facta fuisse videtur.  
 At modo pauciores, modo plures recipiebantur: id quod auget suspicionem, non omnes,  
 qui in codd. et editionibus leguntur, eundem Theophrastum habuisse parentem; neque ta-  
 men omnes, qui latent in bibliothecis, codices mssti, sunt rite excussi et diligenter collati.  
 Memorantur vero

### C o d i c e s

in *Hispaniis*, in bibliotheca regia *Matritensi* cod. LVIII. pag. 196, 84. *Iriarti* catal. illius bi-  
 bliothecae. Insunt XV. priores characteres. — in bibl. *Escorialensi*, teste *Phiero* in itinera-  
 rit etc. pag. 193.

In *Italia*, Venetiis in bibl. D. Marci cod. DXIII. teste catal. pag. 277. — in bibl. *Flo-*  
*rent.* Medic. plut. 60. cod. XVIII. et cod. XXV. qui continent XV. charact. (*Bandini* catal.  
 tom. II. p. g. 609. et 614.) tum plut. 80. cod. XXIII. iidem characteres, (*Bandin.* tom. III.  
 pag. 212. et pag. 290.) iidem in plut. 85. cod. III. — ibidem in monasterio quodam, teste

*Montjaucon*

*Montfaucon* in diario italico p. 365. — in bibl. Ambros. *Mediolani*. — *Romae* in biblioth. Barberina, charact. XV. priores, et in bibl. Angelica, (vid. *Introduct. meam* in hist. L. Gr. I. pag. 65. et 66.) — *Ibidem* in bibl. *Vaticana* est codex bombycinus et omnium Theophrasteorum antiquissimus, tum alius, quondam Palatinus. De hoc codice intelligentia sunt, quae *Phil. Labbeus* in bibl. noua MSS. pag. 472. scripsit laudans characterum Theophrasti optimae notae codicem, quo vsus est *Casaubonus*; at, quod addit, *in quo habentur pleraque, quae in excusis desiderantur*, intelligendum est de editionibus, ante *Isaacum Casaubonum* vulgatis. Prior illorum codex continet XV. characteres morales, sed incipit a cap. XVI. et procedit vsque ad caput XXX. Ex hoc codice cl. *Amadutius* primus publici iuris fecit cap. XXIX. de malorum amicitia et cap. XXX. de turpi lucro: de qua editione infra in catalogo editionum agemus. De duobus auem illis codicibus copiosus est cl. *Amadutius* c. III. et IV. p. II sqq. editionis. Ille autem codex neque vnus est aetatis, neque eiusdem feri turrae, et aliorum praeter ea continet scripta, *Hermogenis* rhetoricam, bis, eiusdem de inentione prooemiorum, *Aristotelis* categorias, bis, *Ammonii* expositionem in quinque vices *Porphirii*, ipsius *Porphirii* Isagogen et alia. Codex palatino-vaticanus habet quoque post cap. XV. adnotationem, ab aliquo forte, amanuensi additam, quae etiam in cod. Florent. (*Bandin.* III. pag. 212.) exstat: sed quoniam hinc inde discrepat lectio, illam *Amadutius* pag. 16 sqq. graece et latine recudi fecit, notasque adpersit. Addidit quoque e codice p. 19 sqq. tetraastichon, a *Diogene Laertio* in *Theophrasti* vita adductum, cum variorum versione — *Patauii* in bibl. S. *Ioannis* exstant in cod. quodam tres characteres, teste *Tomafino* in *Bibl. Patau.* pag. 21. — Ex codice, diuerso ab iis, e quibus *Pirckhamer* et *Camotius* primi ediderunt characteres, *Politianum* confecisse suam XV. priorum charact. versionem cl. *Fischerus* in notis passim ostendit.

In *Galliis*. *Needham* e tribus codd. in biblioth. regia custoditis acceperat V. L. nimirum e codd. 1) membr. nr. MMCCCLXIV. scripto circa a. Ch. 900. 2) itidem membr. branaceo, nr. MMDCCLVIII. saec. X. 3) bombycino, nr. MMDCLX. saec. XV. Is tamen numerus variat in catal. bibl. regiae *Parisi.* tom. II. in quo XI. codd. characterum memorantur: multis infunt *Hermogenis* et *Aphthonii* libri; aliis alii: nr. MXLV. qui cod. praebet V. priora capita: nr. MCCCLXXXIII. in quo vltimum caput est de contumacia sine procacitate; nr. MCCCLXXXIX. nr. MDCXXXIX. in quo multa passim *Iani Lascaris* manu sunt suppleta; nr. MDCCXLIV. in quo exstant XV. priora capita; nr. MDCCCLXXXIII. saec. X. membr. nr. MMDCCLXXX. in quo dimidia fere pars characterum desideratur; nr. MMDCCLXXXVI. nr. MMDCCLXXXVIII. in quo ultra dimidiam partem desunt characteres; nr. MMDCCLXXXVII. priora capita XV. nr. MMDCCLXXXVI. in quo pariter dimidia fere pars characterum desideratur. — In biblioth. *Cosiliana* secundum *Montfaucon.* catalog. p. 584. cod. CCCLXXVII. et p. 588. cod. CCCLXXXIV. cuius L. V. vsus est *Needham*.

In bibliotheca *Leidensi* teste catalogo p. 376. nr. LIX. quindecim priora capp.

In *Britannia*. vsus est *Needham* codd. *Barocciano*, in bibl. *Oxonienfi*, SS. trinitatis collegii *Cantabrigiae*, (quem codicem antea quoque adhibuerat *Th. Gale*.) *Osbornienfi*, et variis lectionibus cod. msti olim *Bonauenturae Vulcanii*, depromtis ex volumine III. collectaneorum *Isaaci Casauboni*, in bibliotheca *Bodleiana Oxonii* repositorum: de quibus consules quoque cl. *Fischeri* praefationem.



In *Germania* quondam in bibl. Heidelbergensi siue Palatina fuerunt quatuor codices, e quibus lectiones dedit Casaubonus. Cod. *Vindobonensem* laudat variasque cap. XI. lectiones ex illo exhibet cl. *Amadutius* ad II. charact. ineditos p. 100 sqq. In bibliotheca *Guelpherbytana* sunt duo codices, quorum alter XV. priores, alter XXIII. characteres continet praeter alia opuscula: Illorum, posterioris maxime, lectiones ita conueniunt cum editionis *Comotianae* lectionibus, vt ex vno eodemque fonte fluxisse videantur, obseruante cl. *Fischerio* in praefatione.

### E d i t i o n e s.

De his intelligenter eruditeque egit illarumque contexuit historiam criticam cl. *Fischerus* in praefatione, quem sequutus est cl. *Amadutius* in prolegomenis §. II. p. 5 sqq.

Θεοφράστῃ Χαρακτῆρες cum interpretatione per *Bilibaldum Pirckeymerum*, iam recens edita. *Noribergae* per Io. Petreium 1527. et constat opusculum tribus plagulis. Exstat quoque in operibus eiusdem *Pirckheymeri*, *Francofurti* 1610. pag. 214.

Ducta est haec editio princeps, quae praeter prooemium continet XV. priores characteres, e cod. msto, cuius exemplar, negligentia et tarditate librarii contaminatum, *Pircamerus* acceperat a Io. Francisco Pico, comite *Mirandulano*. *Vita Bilib. Pirckeymeri* praefixa est *Theatro virtutis et honoris oder Tugendbüchlein — durch Wilibald Pirckheymer* etc. post eius mortem cum praef. *Hans im Hoff*, *Noribergae* 1606. 8. edito, pag. 1 — 100. p. 272 sqq. est versio germanica praefationis latinae ad primam characterum *Theophr.* editionem. Praeter *Fischerum* conf. *F. Eytog* in adparatu litterar. tom. III. p. 1326 sqq. vbi quoque de *Theophrasto*, et de aliquot editionibus ac versionibus characterum agitur. Illa mater facta est editionum *Cratandreae*, *Oporinianae*, *Gesnerianae* et *Furlanianae*. Sunt igitur:

Θεοφράστῃ Χαρακτῆρες, cum interpretatione latina. M. D. XXXI. ad calcem: *Basileae in officina And. Cratandri*, mense Septembri a. Ch. M. D. XXXI. (1531.) 8.

In quibusdam locis textus graecus non omnino feliciter immutatus est, iudice *Fischerio*. Versio latina, quae excipit textum graecum, a *Conrado Gesnero* (biblioth. pag. 614. b.) tribuitur *Angelo Politiano*, eamque conuenire cum versione, quae est in exemplo *Morelliano*, et quam *Morellus* ostendit profectam esse a *Politiano*, reperit *Fischerus*. Ex *Cratandreo* exemplo fluxit editio *Oporiniana*:

*Theophrasti vita et opera, graece. cum gr. metaphrasi Prisciani Lydi*, in tract. de sensu et phantasia. *Basil.* per Io. Oporinum, 1541. fol.

Iis inferuit *Oporin.* *Theophrasti* characteras quindecim. Aliis autem exemplis praemissa est epistola *Ioachimi Camerarii*, scripta *Tubingae* a. d. XI. Kal. Sept. 1541. alius praefixit *Hieronym. Gemusaeus* praefationem, scriptam *Basileae* prid. Kal. Sept. 1541. Curam vero editionis gessit *Oporinus*. Exemplum cum multis V. L. aut coniecturis est in bibl. *Leidensi*. vid. *Catalog.* pag. 337 nr. 26. At ex eiusdem *Oporini* exemplo totidem characteres, excepto prooemio, venerunt in secundam primo, deinde in reliquas eclogarum *Stobaei* editiones, a *Conr. Gesnero* curatas, quod *Gesnerus* ipse testatus est in praefat. ad secundam *Stobaei* editionem 1550. et ad tertiam edit. 1559. et *Fischerus* ostendit. Quare errarunt viri docti, *Casaubonus*, *Needham*, aliique, qui putarent, a *Stobaeo* ipso illos fuisse illatos. *Gesnerus*

vero non solum addidit versionem Politiani a se correctam, sed multa quoque peccata exempli Oporiniani emendauit.

Nova eaque altera libelli Theophrastei aetas enata est studio *Io. Baptistae Cammotii*, qui *tomò sexto Operum Aristotelis*, Venetiis apud Aldi filios sumtu Federici Turrifani, Venetiis 1552. 8. e codice non solum quindecim antea notos characteres, sed octo etiam alios primus summa cum fide inseruit: cuius editionis, quae mater facta est aliarum bonarum, praestantiam iustis laudibus exornauit Filcherus, qui etiam claris argumentis demonstrauit, Stephanum in editione, inscripta:

*Arist. t. 15 et Theophrasti scripta quaedam, quae vel nunquam antea, vel minus emendata edita fuerunt.* graece. Paris. ex officina Henr. Stephani, 1557. 8.

pag. 83 — 103. tres et viginti characteras Theophrasteos, et quidem octo posteriores non ex codice quodam, calamo scripto, vt in epistola ad Petrum Victorium gloriatus est et viris persuasit doctis, Morello, Casaubono, Fabricio aliisque, qui putabant, Stephanum primum vulgasse characteras illos octo; sed ex exemplo Camotiano ita depromisisse, vt quaedam omitteret consulto, alia corrigeret, alia deprauaret. Addidit tamen notas criticas; at breues et paucas.

Totum characterum libellum, nulla re immutata, repetiit, adiectis noua versione latina et animaduersionibus vel criticis vel historicis haud spernendis, *Leonh. Lycius*, Hilpoltsteino Francus, Lipsiae 1561. 8.

Ex Stephani exemplo ductus est textus graecus a *Claudio Auerio*, Triuncuriano, tunc vix annos XX. nato, qui nouam versionem lat. confecit, et adiecit notas criticas, sed audaces; notasque historicas, maxime morales; quae omnia cum *libris Aristotelis ethicis* edita sunt a *Zwingero*, Basil. 1582. fol. apud Episcopium.

Edit. Stephani basis quoque facta est edit. Morellianae:

Θεοφραστου — *Theophrasti de notis morum liber singularis — cum Angeli Politiani latina interpretatione, a Federico Morello, Parisensi, cum eruditis viris recognita, et octo posterioribus notis, quae antea desiderabantur, ab eodem in hac editione adiecta.* Lutetiae ap. F. Morellum typographum regium 1583. 4.

Morellus partim suas, partim Io. Aurati aliorumque coniecturas in margine posuit; nonnullas, haud pari semper felicitate, in contextum recepit. Versio quindecim priorum characterum latina habet Politianum, reliquorum autem Morellum auctorem. Raram hanc editionem laudarunt *Mittlere* in A. T. vol. III. part. II. pag. 787. *Fabricius* in margine sui exempli, cum primis *Fischerus* in praefatione.

*Theophrasti* characteres, ex Stephani exemplo repetitos, additis V. L. exempli Oporin. et Camot. suisque emendationibus, adiecit *Sylburgius Aristotelis* opusculis ethicis, Francof. apud Wechel. 1584. 4. pag. 228. — Inter scripta *Aristot. et Theophr.* Oliuae 1587. p. 83.

*Tertiam* classem duxit *Isaacus Casaubonus*, accuratissimus ille et doctissimus vt multorum auctorum, ita quoque characterum Theophrasteorum interpres: nouam quidem instituit recensionem, at prouidus et cautus fuit criticus, nec ausus est mutare quidquam sine auctoritate librorum veterum.

*Theophrasti notationes morum.* - *Isaacus Casaubonus recensuit, in latinum sermonem vertit, et libro commentario illustravit.* Lugd. 1592. 8. (Reperiuntur exempla, quae signata sunt ann. 1593. ut in bibl. Thottiana, tom. IV. p. 252. vid. *Amadutium* in epistola ad Bodonium, subiuncta eius editioni duorum anecdotorum capitum.)

De meritis Casauboni in hos characteres insignibus et de familia edd. Casaubon. doctè agit Fischerus. adde *Heumann* in actis philof. III. pag. 683 sqq. Commentarium egregium, thesaurum eruditionis atque linguae graecae et penu antiquitatis primum composuit Casaubonus in itinere, non per otium, (ut ipse ait in notis ad proemium p. 13. edit. Fischeri, coll. ad cap. XI. pag. 115) in museo, sed ὁδῷ πάρεργον ἐν ἀποδημίᾳ, omnibus studiorum praesidiis destitutus, solius memoriae, (quae in eo admirabilis vastissimaque fuisse videtur,) fide adiutus. At postea eum locupletavit, et expoliuit limavitque diligentius. Adhibuit quatuor codices msstos Palatinos, ex quorum vno Marquardus Freherus misit ei quinque characteres, nondum editos cap. 24. 25. 26. 27. 28. His ornauit editionem alteram Lugduui 1598. 8. Tum ibid. 1612. 8. (exemplar cum MSto collatum ab Isaaco Vossio, exstat in bibl. Leidensi. vid. Catalog. bibl. illius pag. 150. nr. 62. Fuerunt quoque exempla in bibl. Menkeniana et Pinelliana, vid. *Pinell* catal. tom. I. p. 242.) quartum ibidem 1617. 8. In his et textus graecus et commentarius non idem esse videtur. vid. ipsius Casauboni epistolam ad Rutgerium, paullo post memoratam: et comparata, quae de Kirchmanni edit. paullo post dicentur. Quarta aut tertia editio post Casauboni fata Lugd. 1638. 8. et aliquoties postea repetita est. In biblioth. Barberina reperitur exemplum edit. ann. 1617. cui in margine *Lucas Holstenius* multas graeci textus emendationes adscripsit et multas addidit varias lectiones, littera V. (probabiliter *Vaticani* cod.) adposita; adnotante *Amadutio* loc. cit. in fine. — Casauboniana autem recensio basis facta est plurimarum reliquarum. At editores posteritatis, siue a Casaubono per coniecturam in notis prolatae, siue ex ingenio aut e libris scriptis sumtas.

*Theophrasti characteres* sunt praeter ea in *Theophrasti operibus plerisque*: cum commentariis *Dan. Furlani*, Cretaensis, ex bibliotheca Io. Vincentii Pinelli. Hanouiae, typis Wechel. 1605. fol. gr. et lat. editis: Ex edit. Oporin. est textus quindecim priorum characterum, ex Canotiana autem reliquorum plane repetitus. De *Furlani* commentariis Casaubonus in literis ad Ianum Rutgerium, Paui. III. Nonis Ianuarii 1610. ita iudicat: *Characteres Lugduui breui, ut spero, edentur, non negligenter recogniti. Nam Furlanus, homo graecus, atque is doctissimus, qui in eandem arenam post nos descendit, stomachum mihi mouit, qui mihi ferme persuasit, etiam Graecos homines in sua lingua posse aliquid a nobis discere: Φρόνος δ' ἀπέσδα τῷ λόγῳ καὶ νέμεσις. Sed eius versionem et notas si vidisti, et expendisti aliquando, non claud, nisi fallor, semies.* Atque in epistola ad Heinsium pag. 93. edit. Hagae Comitum a. 1638. Is, (*Furlanus*;) ait, *nostra in libellum Χαράκτῆρων ἠθικῶν non vidit, et, nisi fallor, homo Graecus hominem Gallum non superauit.*

Casauboni contextum graecum ac versionem latinam recoxit quoque *Dan. Heinsius* in *Theophrasti Operibus*, Lugd. Batau. 1613. fol. in margine vero collocavit vel coniecturas vel lectiones diuersas.

Multas Casauboni coniecturas, ab ipso auctore postea repudiatas, ex prima illius editione, cum illius versione lat. recepit *Io. Kirchmannus* <sup>m)</sup> in edit. *Theophrast. characterum* (XXIII.) Rostochii 1604. 8. in praefatione tamen memorat priores verasque codd. lectiones.

*Theophr. charact.* cum Epicteto et Cebete, in thesauro philof. moral. Lugd. 1589. pag. 92. — Coloniae Allobrog. 1613. 12. — Bonon. 1707. typis P. M. Montii. — cum piis monitis *Io. Angel. Werdenhageni* Lugd. Batau. 1632. 12. 1653. 12. — a *Ioanne Meurfio* gr. et lat. Lugd. Batau. 1640. 8. apud Harwood.

*Theophr. notationes morum. Is. Casaubonus recensuit, in latinum sermonem vertit et libro commentario illustravit. Editio noua, prioribus quanto melior et auctior praefatio ad lectorem, dedicationi iuncta, declarabit, cum indicibus.* Brunsvigae typis hered. Andr. Dunckeri, impens. Christi, Gerlachii et Sim. Beckenstein. 1659. 8.

Haec editio vulgo habetur Casaubonianarum praestantissima. Atque eatenus verum id esse poterit, quod editor multos locos veterum scriptorum, a Casaubono nomine tenus tantum laudatos, curatius indicauit, libri, capituli aliusque distinctionis mentione adiecta, et graecorum verborum versionem latinam adiunxit. At enim textum graecum et coniecturis Casaubonianis et vitiis operarum contaminauit, atque Casauboni commentarium ipsum modo truncauit, modo interpolauit. — Idem prauum consilium sequutus est, at coniecturas Casaubonianas vncis seclulit ab oratione, *Melchior Schmid*, qui charact. Theophrasti, in particulas nimis minutas diuisos, gr. et lat. edidit Helmstad. 1686. 4. — Textum, a Casaubono refectum, at huius et alienis distinctum coniecturis, edidit, saltem praefatione ornauit, cum latina versione et prolegomenis Casauboni, *Io. Schaefferus*. Vpsaliae 1668. 8. *Fantius* in historia litteraturae gr. in Suecia, vbi pag. 123 sqq. de Scheffero agit, illam editionem non commemorat. — — Ex recens. et cum versione lat. Casauboni, sine illius commentario, cura *Adami Rechinbergii*, Lipsiae 1679. 8. — Budissae 1690. 8.

*Opuscula mythologica, physica, et ethica, graece et latine*, (cura *Thomae Gale*,) Cantabrig. 1671. 8. rec. ita tamen vt prius exemplum nonnumquam a posteriore distulideret. Amstelod. 1688. mai. 8.

Charact. Theophrasti in edit. Amstel. incipiunt a pag. 567. Gale, vsus cod. Cantabrig. et editionibus Camotiana. Casaub. Oporin. Oxoniensi, (quam tamen, in notis Galei citatam, non reperi; textus autem Casauboniani repetitio. ille videtur.) Stephan. et Sylburg. vt plurimum sequutus est Casaubonum, a quo tamen et superioribus editoribus interdum discessit, interdum suas immiscuit coniecturas.

*Theophr. charact.* cum notis *Car. Aldrich*. Oxon. gr. et lat. cum Epicteto, 1680. 1702. 1707. in 8.

Casaubonianum contextum et versionem latinam *Theophr. characterum*, emendate et nitide recudi fecit *Ericus Benzelius*, tum bibliothecae Vpsaliensi praefectus, postremum archiepiscopus

<sup>m)</sup> Ineditum *Io. Kirchmanni* commentarium seruatum fuisse a *Io. Melch. Krafft*, verbi diuini ministro apud Hufumenses in Holsatia, Fabric. in

marginem manu scripsit. adde Epistol. Iunianas pag. 276.

episcopus Vpsalensis. Is graecum textum in minores diuisit sectiones, et addidit vtilem plenumque, quamquam multis minutis refertum, indicem grammaticum siue philologicum *Petri Hedelmi*, in quo singulorum vocabulorum vis et vsus traditur, et a Benzelio forsitan ipso vel propriae vel alienae proferuntur coniecturae, Vpsaliae 1708. 8.

*Θεοφράστου* — *Theophrasti characteres ethici, graece et latine, cum notis ac emendationibus I. Casauboni et aliorum. Accedunt Iac. Duporti praelectiones iam pridem editae. Graeca cum vetustissimis MSS. collata recensuit et notas adiecit Petrus Needham, S. T. B. coll. diu. Ioan. Cantabrig. socius. Cantabrigiae 1712. mai. 8.*

Quos codd. msst. adhibuerit Needham, iam supra in catalogo codd. indicaui. Needham vero in hac praeslanti nitidaque editione textum Casaubonianum multis locis, nec tamen vbique pari felicitate immutauit, et in notis lectiones codicum, iudice Fischeri, saepe frustra adferuit et vindicauit: suis notis addidit Sylburgii, Salmasii, Palmerii et Clerici animaduersiones. Textum graecum, cui iuncta est e regione versio Casauboni, excipit commentarius Casauboni, et hunc sequuntur Duporti in characteras 1—4. 6. 9. 10—16. praelectiones, doctae quidem atque eruditae, at multis alienis repletae, nec raro e notis Casauboni et Salmasii libris exscriptae. Plura vide de illa editione, quae reliquarum fere omnium basis facta est, Acta erudit. Lips. 1713. pag. 394. Acta eruditorum germanice scripta, tom. II. pag. 304. in noua Halensi biblioth. (germanice) tom. III. pag. 819 sqq. vbi nouae quaedam emendationes profertur, Mem. of literature. tom. II. pag. 230. Journ. de savans 1713. II. p. 171 sq. Journ. de Trev. 1714. pag. 1208. *Hermann*, in actis philos. III. p. 684 sqq. et Fischerum in praefat. Duporti praelectiones iam Gale in praefatione sua memorarat, et eadem sunt, quae quondam falso credebantur fuisse Thomae Stanlei, sub cuius quidem nomine exstant msstae in bibl. Io. Mori, Elidensis episcopi, p. 669. et ei adferuntur ab auctore vitae Stanlei, quae ante historiam philosophicam, a Stanleo scriptam, praefixa est.

*Theophr.* descriptiones morum. graece. Hauniac 1725. 8.

*Theophrasti characteres ethici, graece, cum versione latina I. Casauboni, et notis Io. Corn. de Paw.* Ultraiecti Batau. 1737. 8. apud Evelt.

Casauboni textum immutatum reddidit, sed in notis et nubem coniecturarum protulit, de lectionibusque codicum et alienis coniecturis differuit, et multa loca interpretatus est. Postremi V. characteres illi non videntur eundem habuisse parentem, quem priores; dissentit vero ab iis, qui omnes abiudicant Theophrasto. Mirifice laudat Fischerus operam studiumque I. Corn. de Paw. conf. quoque Prosper. Petronii Baronsis censuram in notizie letterarie Ultramontane — Romae 1742. tom. II. part. II. art. 47. nr. 4. pag. 350. ephem Lipsiens. litter. ann. 1737. scid. 49. pag. 427 sq. in primis Hauptmanni censuram in actis erudit. Lips. ann. 1738. mens. Iun. p. 296 sq.

*Theophr. charact.* cum Epicteti enchiridio et Cebetis tabula, curante *Ios. Simpson*, gr. et lat. Oxon. 1739. — edit. tertia Londini 1744. — ibid. 1758. et 1762. 8.

*Θεοφράστου* — *Theophrasti characteres morum, cum noua versione latina, ineditis Aug. Bachneri notis, supplementis item varr. lectt. MS. et commentationibus suis edidit Io. Conr. Schwarz, Theol. Doct. et P. P. O. ac Gymnasii Casimiriani Director. Coburgi 1739. 4.*

Textum graecum iusto audacius concinnauit nec raro deprauauit e Casauboniano, Needhamiano, sui que ingenii commentis mixtom. At sagacitas ingenii et ampla adcurata-

que linguae graecae scientia in notis cernitur: Fischerus tamen in notis plurimas Schwarzii coniecturas et lectiones acrius refutauit et exagitauit.

Ex recensione Needhami aliquoties recusi sunt *Theophrasti characteres*: a *Frider. Gott-hilf Frytag*, praemissa dissert. de Theophrasto eiusque characteribus, gr. et lat. Lipsiae 126. et 1751. 8. — gr. et lat. Glasgae, apud Foulis 1743. 12. et 1758. 8. — Lipsiae et Hatae 1751. 8. quam vero ego non vidi. — a *Richardo Newton*, gr. et lat. cum notis anglicis, 1754. 8. — cum notis Needhami, at mutilatis et interpolatis in *Eclogis ex optimis graecis scriptoribus*, gr. Tiguri, 1749. 8. — Textum Casaubonianum *I. M. Gesnerus* in Chrestomathia graeca, Lipsiae 1753. pag. 124 — 144. maximam partem seruaui.

*Caratteri di Teofrasto greco-toscani*, colle loro illustrazioni, varie lezioni, e note del senatore *Leonardo del Riccio*. In Firenze, nella Stamperia Moukiana, 1761. et 1763. tom. IV. in 12. Fundus est edit. Casaub. Lugdun. 1598. collato tamen graeco textu cum quatuor codd. msstis Florentinis, quorum lectiones variae in extrema ora sunt adpositae. (in Piatoni bibl. etc. minus plene citatur et ann. 1760 — 1762. tribus tomis prodidisse dicitur illa editio.)

Vltima aetas habet *Fischerum* V. C. Professore in Vniuersitate Lipsica et Scholae Thomaec Rectorem, auctorem:

*Theophrasti characteres recensuit animaduersionibus illustrauit atque indicem verborum adiecit Io. Frider. Fischerus*. Accessit commentarius *Is. Casauboni*. Coburgi ex officina et sumtu Io. Car. Findeisen. 1763. mai. 8. graece.

Haec est, si criticam et interpretationem grammat. spectas, optima editio. Fischerus, criticus sobrius, idemque litterarum graecarum scientissimus, in textu graeco describendo operas sequi iussit exemplum editionis Casauboni tertiae, locis tamen nonnullis auctoritate et fide librorum veterum emendatum. In notis criticis et varias lectiones tum codicum msstorum Guelferbytan. et aliorum, a Casaubono, Galeo ac Needhamio adhibitorum, tum omnium fere editionum, certe meliorum, et coniecturas virorum doctorum diligenter enotauit, aperte examinauit, et suas interdum adtulit emendationes: Saepius adiecit interpretationem vocabulorum grammaticam. In indice locupletissimo plenissimoque docte explicantur vocabula formulaeque, et ex antiquitate et interiore linguae graecae scientia multa loca aptissime illustrantur, interdum obseruationes criticae adsparguntur. In Casauboni commentario, qui vltimum locum occupat, loca, ab illo laudata, diligentius, plene curateque citantur. In praefatione, vti iam adnotaui, historia editionum critica eaque egregia concinnata est, et Theophrasto libellus adseritur. Quod vero Fischerus Klotzii, vt aliorum criticorum, coniecturas cum acrimonia verborum saepius vituperauit, *Klotzius* in actis litterariis, vol. I. part. I. Altenburgi 1764. 8. pag. 78 — 93. lepide quidem. at acrius, quam par erat, Fischerum ipsum, et editionem exagitauit. Contra laudatur Fischerus in nouis actis litterariis ann. 1763. m. Sept. part. II. p. 465 sqq.

*Septem charact.* in *Franc. Fontanii* Florilegio ex graecis scriptoribus. Romae apud Bened. Frances. 1778. 8. — Quaedam capita recepit *Strothus* in suam Chrestomathiam graecam. — *Char.* gr. et hispanice a *D. Ignavo Lopez de Ayola*, Madrit. ap. Copin. 1787. 8. — In usum scholarum inferiorum editi sunt *Theophrasti characteres* Magdeburgi. [1773. cum *Ge. Cph. Brenneri* 8. cum indice Fischeri contracto] 1779. 8. — a *I. G. Chr. Nide*, graece, cum indice germanico, Magdeburgi 1781. 8. — graece, Dresdae, 1788. 8.

— cum

— cum adnotationibus, (ex Casauboni et Fischeri notis magnam partem hausitis,) et indice locupletissimo, (Fischeri contracto,) a *Io. Frid. Leonh. Menzel*, Baruthi, 1789. 8. Haud adeo spreunda est haec commoda editio, ut a nonnullis factum est. — Θεοφράστου — *Oder Theophrasts Abschiläerungen der menschlichen Sitten mit deutschen Anmerkungen, herausgegeben von Hehr. Wilhelm Rotermundt*, Rector an der Schule zu Buxtehude. Hamburgi 1791. 8. cum indice vocabulorum graeco-germanico. In graeco textu describendo sequutus est Needhamium: at Fischeri editio ad manum illi non videtur fuisse: alioqui ex praefatione illius meliorem, et pleniorum dedisset codicum et editionum historiam. — Inter ea lucem viderunt:

*Characterum ethicorum Theophrasti Erefti capita duo, haftenus anecdota*, quae ex cod. msto Vaticano saeculi XI. graece edidit, latine vertit, praefatione et adnotationibus illustravit *Io. Christophorus Amaditius*, Parmae apud Bodon. ex regio typographico. 1786. mai. 4.

In Prolegomenis multa ad illustrandam characterum historiam litterariam adtulit, pag. 27 sq. et pag. 60 sq. de pericope cap. XXX. cum charact. XI. iam edito, valde communi late differuit, pag. 44. et 67 sqq. de hermis Theophrasti quaedam notavit, ex quibus ea, quae de effigie illius obseruauimus, possunt augeri: et p. 69 sqq. capp. 29. et 30. graece et latine cum vberioribus doctisque adnotationibus euulgauit. Ex splendida hac editione duo illa anecdota, quae quidem num Theophrastum reuera habeant parentem, viri docti haud immerito dubitant, typis repetita sunt in Annalibus litterar. Helmstad. a. 1787. mense Aug. p. 140 in Continuatione delle Nouelle lett. di Firenze 1787. nr. 21. subiunxerunt illa quoque cel. *Beckius* institutionis philologicae monogrammatibus, Lipsiae 1787. 8. atque cel. *Nast* editioni suae praeclearae:

Θεοφράστου — *Theophrast's Sitten-Gemälde für höhere Lehranstalten aufs neue bearbeitet von Joh. Jac. Heinrich Nast* —. Stuttgart 1791. 8.

Est quodammodo noua recensio, ex editionibus melioribus facta. Hinc saepe discedit a Fischeri, et interdum Schwarzii emendationes adoptat. Criticis notis immiscuit obseruationes grammaticas et eas, quibus vis et virtutes notationum pulcre explicantur: addidit indicem graeco-grammaticum: praemisit autem commentationem de consilio ac ratione Theophrasti in moribus notandis: denique illi vindicat librum et adiecit nonnullas Graecorum ac Romanorum notationes ad illas cum Theophrasteis comparandas. — Idem V. D. scripsit progr. de consilio et methodo Theophrasti in suis notationibus pingendis. Stuttgart. 1791.

*Isaarus Vossius* in notis ad Ignatium p. 289. promiserat, se librum hunc Theophrasti pluribus locis meliorem daturum et illustraturum notis: tum Galeus ab eodem Vossio auctiorem et emendatiorem exspectare nos iussit. *Lambertus Bos* in epist. ad Fabricium, (in vita Fabricii, a Reimaro edita, p. 224.) scribit, se cogitasse aliquando de edendis Theophrasti characteribus cum animaduersionibus, et trium locorum emendationes proponit. — *Fonteyn*, (Fonteinium) characterum parasse editionem, cognouimus ex epistolis Bernardi ad Reiskium, (in huius vita, ab coniuge scripta, Lipsiae 1783. 8.) p. 348. 427. quo vero eius obseruat. schedaeque peruenerint, equidem nescio. [Seruat eas *Dan. Wyttenbachius* V. C. et editionem parat. v. Bibl. Crit. Amst. Vol. III. P. II. p. 104 sq. *Beck.*] — Latinis versibus reddidit *Jacobus Welton*, et cum textu graeco notisque parauerat edere Oxonii 1722. specimen metaphraseos; v. *Journal des*

des Savans 1726. mense Maio p. 135. et New memoirs of Litterature 1725. tom. I. p. 453 sq. notante Fabricio ad marginem exempli sui. — Prosper Petronius Barenfis, bibliothecae Alexandrinae in romano archigymnasio praefectus, (mortuus mense Febr. 1784.) promiserat in Notizie etc. (supra ad editionem Favianam laudatis.) novam characterum editionem triplo auctiorem ex cod. Vaticano, (atque in hoc codice plura extare, quam Amadutius notauerat, animaduertit vir quidam doctus, qui illum codicem tractavit, et nobis narrauit,) et contulerat cod. mst. Barberinum atque alterum Palatino-Vaticanum. Inceperat iam praelo subiicere graece cum noua versione latina: sed operae tantum procellerant ad tria folia in forma octaua, quae continent dumtaxat duodecim priora capita, decimo tertio paucis lineis ad calcem intercepto. At cur haec editio imperfecta manserit, incompertum est. vide cl. *Anadutium* in prolegomenis §. IV. et V. pag. 14 — 25. et in notis pag. 56 sqq. vbi de illo Prospero Petronio Barenfi eiusque inchoata edit. est copiosus.

Fuerunt etiam, qui *Theophrasti characteres de virtutibus* <sup>n)</sup> vidisse se adfirmarent; sed, *non ego credulus illis*, inquit Menagius ad Laetium pag. 211.

*Maximi Planudis* expositionem ineditam in Theophrasti characteres memorat *Gesnerus* in praef. ad Io. Stobaeum. Eam vero in Italiae bibliothecis diligenter inquisitam nancisci se potuisse negat *Leonhardus Lycius*.

### Versions.

*Latinae*: praeter memoratas, *Baluzius*, (notante Fabricio,) habuit versionem *Inpi Biragi*, Castellinuculi Florentini, qui Filelfi discipulus fuit, *Theophrasti liber de impressionibus*: incipit: *Esti verindignum ducere* etc. De *Weltoni* interpretatione metrica iam supra egimus. Latina *Casauboni* repetita est in libello:

*Ludovici M Vnaci* morum exemplar, seu characteres. *Accesserunt*, ob argumenti similitudinem *Theo h asti characteres ethici* et *Io. Ludou. Vinis* introductio ad sapientiam. Lugduni Batau. 1654. Haegae Comit. 1662. Hamburgi 1675. 12.

*Gallicae*, factae sunt ab *Hieronymo Beneuentano*, Paris. 1613. 12. inprimis a *Bruyero*, (defuncto d. X. Maii 1696.) qui et ipse Theophrastum imitatus, ex suo ingenio novos characteres addidit, minus quidem pressos nec a tanta naturali pulcritudine grataque breuitate et picturae veritate, quas virtutes in genuinis Theophrasteis amamus, commendabiles; at lectu tamen dignos, atque acumine, quidquid personato *Vignolio Merullio* <sup>o)</sup> videatur, neutiquam destitutos, Paris. 1688. 12. apud Steph. Michallet. vid. *Hilloire Ouvr.* 1702. Maii pag. 102. — *ibid.* 1692. 8. Illius characteres auide lectitati, et gallice Parisiis, Bruxellae, Amstelodami

n) Laetius dicitur in locis ἠδικῆς χαρακτήρας inter scripta Theophrasti memorat V. 47. et 48. Unde Menagius suspicatur, vno loco ab eo notari characteres virtutum; altero vitiorum. Adde *Casaubon.* in prolegom. ad Theophr. charact. et *Amadutium* l. cit. pag. 38 sqq.

o) *Vignolius Merullius* tom. I. Miscellaneor. historicorum, gallice editorum. Cui respondit

*Petrus Costeus* in libro: *Defense de Mr. de la Bruyere et des ses Caracteres contre les Accusations et les objections de Mr. de Vigneul Marville*, Amsterd. 1702. 12. adde *P. G. Pajerat* parallele de Theophraste et de la Bruyere, in *Mercur de France*, 1732. Ian. p. 78 sqq. *Menagiana* tom. II. p. 241. *Acta erudit. germ.* part. 240 p. 381 sqq.



Iodami alibique saepissime sunt typis excusi, ita, vt, auctore adhuc superstite, iam decima quarta prodire dicatur. E multis quasdam nominare licet editiones, Paris. 1696 post auctoris mortem, Paris. 1700. 8. Amstel. 1701. mai. 12. II. tom. Coloniae 1713. 8. II. tom. Amstel. 1720. III. voll. 12. apud Wettstein. (aucta est editio defensione Bruyerii eiusque characterum a Petro Costa facta, et laudatur in Journ. literaire tom. XI. pag. 26. Lips. ephem. litter. 1720. p. 199.) ibid. 1731. Paris. 1733. — auct. per Coste, Paris. 1739. II. tom. 8. Amstelod. 1743. II. tom. Paris. 1756. 8. — 1765. 4. — Dresdae 1755. 8. II. voll. 1769. 8. II. voll. In alias quoque linguas Bruyerii characteres cum Theophrasteis sunt translati. — Gallice sunt quoque versi Theophr. characteres a *Levesque* cum Menandri sententiis moralibus, Paris. 1782. 12. et in Collection des moralistes anciens, Paris. apud Didot 1783. 12. — cum notis vitaeque Theophrasti per M. B. de B. (probabiliter *Bélin de Ballu*) Paris. 1790. mai. 8.

*Germanicae*, in *Theatro virtutis et honoris oder Tugend Büchlein* aus etlichen fürtrefflichen Griechischen vnd Lateinischen Scribenten ins Teutsch gebracht durch Herrn *Wilibald Pirckheymern* — Auff desselben hinterlassenen Bibliothec durch einen vornehmen gelehrten Mann mit fleiß zusammen getragen, vnd ietzo erst an Tag geben. Mit vorgeetzten Leben des Auctoris. Nuremberg 1606 in 8. p. 257 sqq. ex edit. Noribergensi et Lugdunensi, cum vita Theophrasti, cuius XXVIII. char. germanice versi hic leguntur. Praef. est Hanns Imhof; tum a M. *Gottfr. Ephr. Müllero*, *Spiegel menschlicher Sitten*, aus dem Griechischen des Theophrast, Dresdae et Lipsiae 1737 mai. 8. — cum char. Bruyerii a *Io. Sigism. Kieselring*, Noribergae 1754. mai. 8. — Theophr. et Bruyerii char. ab anonymo, Ratisbonae et Viennae 1754. 8. II. part. — ab alio Francofurt. 1772. II. part. 8. — a *Schultesio*. — a *Vollbedingio*, Lipsiae 1783. (vid. *Roosii Bibl. für die Paedagogen und Erzieher*, tom. II. Gießae 1784.) — a *Io. Dan. Büchlug*, Halis Saxon. 1791. mai. 8. — a *K. G. Sonntag*, cum vita Theophrasti et animaduersion. philosophicis, Rigae, 1790. 8. [Einige Skizzen zu Sittengemälden, nach dem Griechischen des Theophrast von *K. G. Sonntag*. Riga 1792. 4.] — Versio metrica charact. Ildi in *Menkenii* Vermischten Gedichten pag. 200 sqq.

*Danicae* per *Io. Gottschalch*, Aalborg 1758. 8. — cum Ciceronis Laelio et Plutarcho de discrimine adulatoris etc. Hauniae s. a. in 8.

*Hispanicam* Lopezii laudauit.

*Anglicae* ab *Eustathio Buddell*, Londini 1715. elegantius quam fidelius, male vocatur *Dugdill*, in *Neuem Bücherlaal*, 46. Oefnung. Lips. 1715. pag. 753. — ab *Henr. Gally* cum notis et disquisitione critica de artis charact. scriptoribus, Londini 1725. mai. 8. vid. *Bibl. Angloisic* tom. XIII. p. 378. Probabiliter versioni Bruyerii charact. anglicae, Londini 1698. 8. a labicio laudatae, incrant characteres Theophrasti anglice conuersi.

*Italicae*. Riccianam iam supra in catal. edit. ann. 1760. laudauit. — *caratteri* (XVIII.) *morali di Teofrosio*, interpretati per *Ansaldo Ceba*. — In Geneua appresso Giuseppe Pauoni, 1620. 4. vid. *Iust. Fontanini* biblioth. italicae eloquentiae, Venet. 1753. tom. II. cap. II. pag. 247. *Paitoni* biblioth. etc. tom. IV. p. 104. praesertim *Amadutium* in edit. charact. Theophr. II. ineditorum pag. 36 sqq. 51 sq.

## I m i t a t i o n e s.

Scripserant quoque characteres morum e veteribus *Dio Chrysostomus* in orat. de regno, pingendo auarum, voluptuosum et ambitiosum, *Libanius* in Orat. a Fabricio in Bibl. Gr. lib. V. cap. 9. p. 179 sqq. vulgata; e recentioribus in *Caussini* libr. de eloquentia sacra et humana, *Bohorm* in poematibus pag. 67. 145. 148. *Ioach. Kühn* charact. mali debitoris in quaestion. philolog. pent. IV. cap. 3. *Ludowicus Mohlmaeus*, (cuius librum paullo ante commemoravi,) *Carolus Paschalius*, *Ioachimus Pastorius*, ne de aliis \*) recentioris aetatis in praesenti dicam. Sed plures Galli idem tentauerunt, ut tot libellorum gallicorum exempla testantur, qui in titulo characteres praefereunt, quales sunt, (indice Fabricio.) *Le Theophraste moderne*, (*Alvarus*) *Suite des Caractères de Theophraste et des pensées de Pascal*. Paris. 1700. 12. et belgice vers. (vid. Journal de Berlin 98. p. 53.) *Ouvrages dans le gout des Caractères. Les Caractères des vrais Chrétiens*, (vid. Journ. des Savans 1715. pag. 343.) *Caractère d'un honnête homme. Les differens Caractères des femmes du Siecle. Les hommes*, (vid. Mem. de Trevoux 1712. p. 1501.) *Les reflexions morales, satyriques, et comiques sur les moeurs de nostre siecle*. Amsterd. 1711. 8. (vid. Nouv. rep. Lettr. 1710. tom. II. p. 546. Mem. de Trevoux 1714. p. 2033.) *Caractères et portraits critiques sur les défauts ordinaires des hommes; Mr. Bordelon caractères naturels des hommes en cent dialogues*. Paris. 1692. 12. (vid. Journ. des Savans pag. 130.) *Portraits serieux et critiques. Caractère d'un véritable ami. Caractères tirez de l'Écriture sainte et appliquez aux Moeurs de ce siecle. Reflexions sur le Ridicule et sur les moyens de l'éviter*, ou sont representez les Moeurs et les differens Caractères des Personnes de ce Siecle, par Mr. l'Abbé de Bellegarde. Nouvelle Edit. Paris. 1698. 12. *Caractères des Auteurs anciens et modernes, avec les Jugemens de leurs Ouvrages, suivant la Copie de Paris*, à Amsterdam 1705. 12. pag. 52. imprimis pag. 117. iudicium fertur de Theophrasto et Bruyerio, de quorum posteriore ita iudicatur: „Cet Ecrivain, toujours de mauvaise humeur, ne trouva personne à son gré; et laissa trois places vacantes.“ — *Caractères des Vertus et des vices. Le Critique et l'Apologiste sans fard, ou caractères opposez dans 35. differens états et conditions* etc.

Ex Anglis memorandi sunt *Iosephus Hellus*, Decanus Worcesteriensis, cuius characteres virtutum et vitiorum recusi exstant in eius Operibus, anglice editis, Londini 1625. fol. pag. 161. (etiam italice versi ab Octavio Carducci, Florentino, Venet. 1628 et gallice lucem viderunt Genevae 1619. ac germanice, quantum memini.) atque *Boyerus: the English Theophrastus, or the manners of the age, being the modern character of the Court, the town, and the City* by M. Boyer, 1696 1702. 8 etc. Nec inter Germanos aliosque defuerunt, qui vel in libellis hebdomadariis aliisque eius generis, vel in peculiaribus scriptis characteres pingere; e. gr. *Portraits oder eine Character-Schilderung nach Theophrast u. d. Bruyere von Ehard W. Staphal*. Lipsiae vol. I. 1779. vol. II. 1782. Sed de his et characteribus, a poetis, oratoribus atque historicis passim confectis illorumque praeeptis hic multa disputare non vacat.

p) Vid. *Georgii Paschii*, Prof. Kiloniens. dia- trib. de philosophia characteristica et paraenetica, Kiloniae 1705. 4. et librum de variis modis moralia tradendi, cap. IV. Kilon. 1707. 4. *Andreae Lud. Koenigsmani* breuem historiam doctrinae

de characteribus morum adfectuumque humanorum, Osnabrug. 1714. 4. *Boetii* characteres Vel-lejanos, *Brochmanni* ethicam historicam, *Schafftesbury's* characteristicks etc.

cat. conf. *Sulzer* ibique cel. *de Blanckenburg*, Allgemeine Theorie der schönen Künste, tom. I. art. *Charaktere*, pag. 453 sqq.

Loca Theophrastorum characterum multi illustrarunt aut emendarunt. *Salmafus* in lib. de viciis, vbi pag. 365. codicem laudat antiquissimum, in commentario ad Solinum et in aliis scriptis, *Paimonius* in exercitationibus ad gr. auctores, pag. 582 — 621. *Io. Clericus* in arte critica.

*Io. Jac. Reiske* in animaduersion. ad graecos auctores vol. I. p. 96 sqq. cuius tamen plurimas opiniones *Fischerus* grauius culpat refellitque.

*Christi. Adol. h. Klotz*, (quem *Fischerus* nominat *Clotium*), in animadu. in Theophrasti characteres, Ienae 1761. 8.

*Christiani Friderici Schmidii* Specimen animaduersionum in Theophrasti charact. inorum. Lipsiae 1761. 4.

*Henr. Friesemann* in collectaneis criticis. Amstel. 1786. 4. pag. 168 sq.

P. B. A. A. H. (h. e. *Frid. Lud. Abresch.*) ἐξέτασις epistolica de verbo ὑπερτίθεσθαι. ad Theophr. proem. in Miscell. Obsl. Bat. in auct. vol. VIII. tom. III. pag. 347 — 352.

In vita *I. I. Reiskii*, ab eius vxore edita, *Bernard* in epist. ad Reiskium p. 223 sq. aliquot characterum loca tentat; sed pag. 225. reiecit coniecturas suas videtur. Idem *Bernard* ibidem pag. 266. 267 sq. 277. proposuit aliquot locorum emendationes. Ad Theophrastum quoque pertinent:

*Georg. Abrah. Pielhuber*, Altdorfini, disput. praeside *Georg. Casp. Kirchmaiero*, de tribulis potissimum aquaticis ad Theophrastum Eresium (Plantar. lib. IV. cap. 10.) *Dioscoridem* et *Plinium Sec.* Wittebergae 1692. 4.

*Christian Aug. Kriegel* epistola, de Theophrasto, optimo fidei coniugalis magistro. Lipsiae 1763. 4.

*Rondellii* comm. in cap. XVII. me iam laudare, memini. vid. bibl. raisonnée tom. X. pag. 357. — *Chr. Arnoldi* Eclogas Eresianas, s. praelectiones in Theophrasti characteres, manu exaratas habeo.

XIV. ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ ἀποσπασμάτων ἢ βιβλίον α'. *Metaphysicorum fragmentum, sive liber I.* [Codices. In bibl. *Veneta* D. Marci cum aliis opusculis Theophrasteis, cod. CCLX. teste catalogo pag. 128. — in bibl. *Parisiensi* regia cod. MDCCCLIII. nr. 11. vbi ad calcem *Theophrasti* metaphys. adnotatur, nullam illorum ab *Andronico* et *Hermippo* in operum Theophrasti catalogo mentionem fieri, ipsi tamen a *Nicolao Damasceno* tribui, secundum catal. MSS. tom. II. p. 411. fragmentum metaphysicorum cum aliis opusculis Theophrasteis, ibidem, cod. MMCCCLXXVII. nr. 7. catal. p. 475 sq. — in bibl. *Leidensi*, inter codd. *Vossianos*, inter varia Theophrasti et *Aristotelis* opuscula. vid. Catal. pag. 396. nr. 25. — in bibl. *Vindobonensi*, apud *Lambee*. commentar. de illa bibl. libr. et tomo VII. p. 157 sqq. etc. Editiones plures vide supra in catalogo editionum *Aristotelis* p. 322. 357. *Harl.*] In editione *Heinsiana* et *Hanouiensi* collectione desideratur. Sed exstat in tribus editionibus graecis operum Theophrasti: *Aldina*, vol. III. *Venet.* 1497. fol. *Oporiniana Basileenti*

cum praefat. Hieronymi Gemusaei edita ann. 1541. fol. et tertia Aldi filii, quae operibus Aristotelis in quinque tomos distribuitis, tamquam sextum volumen subiicitur, Venet. 1552. 8. ex recensione *Camotii*, edente *Turrifano*. Separatim hunc ipsum librum cum commentariis graecis, ad Aristotelis et Theophrasti metaphysica *Ioh. Baptistae Camotii* in tres libros distinctis, ediderat *Turrifanus* ibid. 1551. fol. <sup>o</sup> et absque iisdem, iidem graece, ad calcem Metaphysicorum Aristotelis, cum notis criticis *Frid. Sylburgii* excuderunt A. Wecheli heredes, Francof. 1597. 4. Latine vertit non *Grynaeus*, ut *Sylburgius* suspicabatur, sed cardinalis eruditissimus *Bessarion*, idem, qui Aristotelis [P] Metaphysica felicissime transtulit. Editi est *Bessarionis* interpretatio vtriusque operis Paris. apud H. Stephanum 1515. fol. rec. 1542. 4. et ad calcem librorum praeclarorum aduersus *Georgium Trapezuntium*, calumniatorem *Platonis*, Venet. in aedibus Aldi 1516. fol. et inter opera Aristotelis latine variis interpretibus vulgata Basileae 1538. fol. et tomo octauo operum *Auerrois* Venet. 1551. fol. 1575. 8. Ad calcem libri haec nota legitur adscripta: Τῆτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικος μὲν καὶ Γερμιππος ἀγνοῦσιν, ἔδδὲ γὰρ κνείαν αὐτῆ ὄλωσ πεποίηνται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν Θεοφράστου βιβλίων. Νικόλαος δὲ (intellige *Damascenum*) ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν Ἀριστοτέλους μετὰ τὰ φυσικὰ μνημονεύει αὐτῆ, λέγων εἶναι Θεοφράστου. Εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῷ προδιαπορήσεις τινὲς εἰλεγει τῆς εἰρηπραγματείας. *Laertius* quoque metaphysicorum mentionem inter scripta *Theophrasti* praetermissit.

XV. ΠΕΡΙ' Αἴσθησεως βιβλίον, *liber de sensu*. [Codices. In bibl. *Medicea Veneta* D. Marci, *Leidensi*, *Parisi*, et *Monacensi* in *Baustria*, (cat. pag. 60.) *Harl.*] *Laertio* V. 42. memoratus, *Ioh. Baptista Camotio* curante primum a *Frid. Turrifano* editus est in graeca editione Venet. ann. 1552. 8. in reliquis editionibus *Theophrasti* graecis et graecolatinitis defileratur, nisi quod graece vulgauerat *Viktor Trincavellus* vna cum *Alexandri Aphrodisiensis* quaestionibus, et *Prisciani Lydi* paraphrasi diuersi operis <sup>o</sup> *Theophrastei* de sensu, phantasia et intellectu. Venet. 1536. fol. et *Henricus Stephanus* vna cum characteribus siue notationibus morum et fragmentis ex nouem *Theophrasti* libris, Paris. 1557. 8. *Prisciani Lydi*, (qui *Simplicii* et *Damascii* aequalis memoratur ab *Agathia* lib. II. p. 65. et ex *Iamblichi* libro *περὶ ψυχῆς* prof. cisse se testatur p. 276. quem perinde, ut *Plutarchum Nestoris* *F. γνησίους* τῆ *Ἀριστοτέλους* ἐξηγητῶς adpellat pag. 289. Male *Patriſianus* philosophus dicitur in codice MS. *Caroli de Montchal* apud *Labrum* p. 194. Bibl. nou. MSS.) paraphrasis eorundem librorum exstat etiam graece in *Oporiniana* *Theophrasti* editione *Basil.* 1541. fol. ex recensione *Ioach. Camerarii*, latine vero translata est a *Marſilio Ficino*, cuius versio addito commen-

g) De *Camotio* vid *Nic. Comnenus Papadopolis*, in historia gymnasii *Patauni* pag. 241. Ego vero editionis illius in forma maxima apud *Alidum* mentionem nullibi inueni, quantum inuestigavi. Id quidem constat, ann. 1551. in 8. ex *Aldi* officina prodidisse tom. I. et II. *Aristotelis* et *Theophrasti* *Opp.* Alii forsitan erunt feliciores. *Harl.*

r) Puto, *Priscianum* interpretari locum ex quinto *Physicorum* *Theophrasti*, qui liber erat

secundus *περὶ ψυχῆς*. Nam tractationem de sensu *Priscianus* claudit his verbis: ἀλλὰ ἐπὶ τὰ ἐξῆς ἴωμεν, ἐπ' ἄλλης ἡμῶν ἀρχῆς τὰ λοιπὰ τῆ πῆμπτου βιβλίου ἐπιξεργασόμενοι. pag. 284. edit. *Basil.* Idem *Priscianus* passim notat *Theophrastum* in his ἐπιξεργασεθαι Ἀριστοτέλους, siue *Aristotelis* vestigiis insistere et ab eo dicta magis illustrare. *Fabric.* conf. ccl. *Wernsdorf.* *Poet. latin. minor. tom. V.* pag. 221 sq. *Harl.*

commentario saepius excusa cum aliis Iamblichi, Procli etc. Venet. 1497. (male 1597. in catalogo bibl. Bodleian.) et 1516. fol. et Basileae, Parisiis. tum inter Ficini opera junctum edita, tom. II. pag. 1801 sq. adde tom. I. pag. 924. vbi prooemium. [conf. *Io. Corsii* commentar. de platonicae philos. — instauratione siue Marf. Ficini vita, edita ab Ang. Mar. Bandinio, Pisis 1771. 8. pag. 76.] Idem *Ficinus* in Theophrastum commentarios promisit in suo ad Plotinum commentario. Metaphysica Theophrasti et librum de moribus memorat Abulpharagius pag. 94. inter scripta ex Syriaco arabice translata. [P]

XVI. ΔΙΑΘΗΚΑΙ, *Testamentum* Theophrasti exstat apud Laertium V. 51 sq. [et in *Stanleii* histor. philosoph. Lips. 1711. 4. pag. 494. sed supposititium declaratur ab *Heumanno* in actis philos. tom. III. p. 666. leve autem id est argumentum, quod sumit a Theophrasti prooemio ad characteres valde dubio.] Ad conuiuia philosophorum quotannis celebranda pecuniam legasse refert et *Athenaeus* V. pag. 186.

[Aristotelis librum *de coloribus* Portius malit adscribere Theophrasto. vid. supra in catal. edd. Aristotel. libr. de coloribus p. 353.]

XVII. Iam deperditos Theophrasti libros enumerare reliquum est, ordine digestos alphabetico, quem nec Laertius nec Meursius obseruarunt. Nam apud Laertium quidem triplex vel quadruplex scriptorum Theophrasti ad 230808. versuum numerum adfurgentium catalogus reperitur, vnusquisque litterarum ordinem quidem vtrunque, nec accurate tamen retinens, quorum primus incipit sect. 42. alter sect. 46. tertius sect. 49. quartus sect. 50. libri V. Verisimile est, in singulis alios auctores fuisse sequutum, quum nonnullos Theophrasti libros plane omittat, quosdam repetita vice nominet. De Theophrasti scriptis olim egerant *Andronicus*, qui in *πραγματείας* ea digessit, teste Porphyrio in vita Plotini, ac Plutarcho in Sylla: tum *Hermippus*, cuius, vt Andronici quoque meminit scholion Metaphysicis Theophrasti subiectum, et paullo ante a me descriptum. E recentioribus, quorum laboribus vsum me profiteor, *Iohannes Meursius* in notis ad Apollonium Dyscolum pag. 140 sq. [cap. 46. pag. 90 sqq. edit. Teucheri,] et in Theophrasto suo quem locupletare voluit *Ionius*, vt testatur I. 14. 72 sq. *Franciscus Patricius* in discussionibus Peripateticis pag. 128. et *Menagius* ad Laertium pag. 206 sq.

Ἀγωνιστικὸν τῆς περὶ τὰς ἐριστικὰς λόγους Θεωρίας. *Laertius* V. 42.

Περὶ τῶν ἀδικημάτων, α'. *Laert.* V. 46.

Περὶ τῶν αἰθεμένων, β'. Editio *Laertii* Aldobrandina, vbi alii λιθεμένων, V. 42.

Πρὸς Διοσχύλον, α'. *Laert.* V. 49.

Περὶ αἰτιῶν. *Laert.* V. 49.

Πρὸς τὰς ἐξ Ἀκαδημίας, α'. *Laert.* V. 49.

Ἀκίχαρες, α'. *Laert.* V. 50. Videtur fuisse liber ethici argumenti. Confer, quae de Acicari columna. *Clementi* I. Strom. pag. 303. memorata. *Reinesius* Var. lect. p. 97. et *Steph. Lemonius* notis ad varia sacra pag. 346 sq. Ἀχάικαρες vocatur *Straboni* lib. 16. pag. 762. qui inter viros sapientissimos cum laudat.

- Ἀκροάσεως, α', β'. *Laert.* V. 42. Galenus de substantia facultatum naturalium. Combustas a Metrocle refert *Laertius* VI. 95.
- Περὶ ἀλῶν, νίτρου, στυπτηρίας α'. *Laert.* V. 42.
- Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν α'. *Laert.* V. 42. *Alexander Aphrodis.* in I. *Analyt. prior.* *Suidas*, [P] [*Eudocia* pag. 229.]
- Ἀναλυτικῶν προτέρων, γ'. *Laert.* V. 42. *Suid.* Θεόφραστος. [et *Eudocia* l. c.] *Alexander Aphrodis.* in *Aristotelis priora Analyt. Simplicius* in II. de coelo et III. Videtur respicere *Boethius* II. de syllogismo categorico pag. 394 sqq. vbi notat, Theophrastum et Eudemum, suffragante Porphyrio, quatuor modis primae figurae syllogismorum, alios quinque adiunxisse, et modis sex tertiae figurae septimum. [Partitio in V. partes distributa ab Aristotele et Theophrast. inuenta, commodior videtur esse *Ciceroni* de Invent. I. 35. *Hartl.*]
- Ἀναλυτικῶν ὑτέρων ζ'. *Laert.* V. 42. *Galenus* II. de dogm. *Hippocr.* et *Platonis*, *Suidas*, [*Eudocia*,] *Eustratius* in II. poster. *Analyt.* *Alexander Aphrodis.* lib. I. ἀποριῶν καὶ λύσεων cap. 27.
- Ἀναλυτικῶν ἐπιτομῆ, *Laert.* V. 42. *Suid.* *Eudocia*.
- Πρὸς Ἀναξαγόρου α'. *Laert.* V. 42.
- Περὶ τῶν Ἀναξαγόρου α'. *Laert.* V. 42.
- Ἀνηγμένων τόπων β'. *Laert.* V. 42. *Suid.* *Alexander Aphrodis.* in priora *Analyt.* qui titulum refert paullo aliter: ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα.
- Περὶ ἀνθέων, de floribus. *Plin.* XXI. 3.
- Περὶ τῶν ἀνθρώπων, α'. *Laert.* V. 43.
- Περὶ τῶν ἀπλῶν διαφορημάτων. *Laert.* V. 46.
- Περὶ ἀπεφάσεως, α'. *Laert.* V. 46. Infra in *περὶ καταφάσεως*.
- Περὶ ἀρετῆς, α' *Laert.* V. 46. *περὶ ἀρετῶν*. V. 50. Videtur respicere *Cicero* I. *Acad. quaest.* cap. 10. et *V. de finibus*, [et reprehenditur a *Cicerone* *Tuscul.* V. 9.]
- Ἀρετῶν διαφορά. *Laert.* V. 42.
- Ἀριθμητικῶν ἰσοριῶν α'. *Laert.* V. 50.
- Περὶ ἀριθμῶν. *Laert.* V. 50. Nisi legendum ῥυθμῶν cum *Meurfio*. Sed de rhythmo et numero oratorio, de quo Theophrastum accuratius disputasse tradit *Cic.* in *Oratore*, potuit agere in *Τέχνη ῥητορικῇ*, de qua infra.
- Ἀρμονικῶν α'. *Laert.* V. 46.
- Περὶ τῶν Ἀρχελαΐα α'. *Laert.* V. 43.
- Ἀστρολογικῆς ἰσορίας ε'. *Laert.* V. 50. Respicere videtur *Simplicius* ad II. de coelo.
- Περὶ τῶν ἀτέχνων πίσεων, α'. *Laert.* V. 46.
- Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, *Laert.* V. 42. Idem liber esse videtur, qui etiamnum legitur hoc titulo inter scripta *Aristotelis*. Eum enim a quibusdam ad Theophrastum auctorem

rem relatum esse, testatur *Simplicius* in II. de coelo, et *Ioh. Philoponus* in I. de generat. et corruptione, [P] pag. 8. b.

Περὶ αὐξήσεως, α'. *Laert.* V. 50.

Περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων, α'. *Laert.* V. 46.

ἘΔοξμαὶ ἢ ἐναντιώσεις. *Laert.* V. 46.

Περὶ βασιλείας, α'. *Laert.* V. 42. Sed *Plutarchus* in *Themistocle* et *Dionysius Halic.* lib. V. cap. 73. laudant *Theophrastum* ἐν τοῖς περὶ βασιλείας, quibus suffragatur *Laertius* V. 49. vbi duo libri hoc argumento. Librum περὶ βασιλείας Κοπρίων memorat *Suidas* in *Τιάρρα*. Πρὸς Κάσσανδρον περὶ βασιλείας. *Laert.* V. 47. *Athenaeus* libro IV. pag. 144. vbi docet, ab aliis hoc scriptum tributum *Sasibio*, quem epinicio elegiaco *Callimachus* celebrauit.

Περὶ παιδείας βασιλέως α'. *Laert.* V. 42.

Περὶ βίων α', β'. *Laert.* V. 42. et respicit *Plutarchus* in *Pericle*, *Alcibiade*, *Aristide*, *Lysandro*, *Nicia*, *Agefilao* et *Demosthene*. *Fabric.* Ad hos libros respexisse *Porphyr.* de abstinentia cap. 4. videtur quibusdam: sed incertum est. vid. *Iac. de Rhoer* ad *Porphyr.* pag. 304. *Harl.*

Περὶ γάμου, de nuptiis aureolum *Theophrasti* librum laudat *Hieron.* I. contra *Iouinian.* pag. 36. sq. in quo quaerebat philosophus, an vir sapiens ducat uxorem. Bene longa ibi et insignia ex hoc libro excerpta, quae repetit *Petr. Blesensis* epist. 79. 10. *Sari brienf.* VIII. II. polieratici, *Hugo de Vidore* libr. de nuptiis carnalibus vitandis, tom. II. *Opp.* pag. 256 sq. [vid. *Cellario-Fabrinum Lexic.* pag. 239 *Balbus* libr. de ethnic. philos. morali pag. 428. *Heumann.*] Videtur respicere *Stobaeus* serm. 72. et 83.

Περὶ γελίαις, α'. *Laert.* V. 49. *Athen.* lib. VIII. p. 348.

Περὶ γενέσεως, α'. *Laert.* V. 46. *Simplicio* in IV. de coelo inscribitur περὶ γενέσεως σοιχείων. Videtur et respicere *Philo de mundo*. Etiam περὶ ζώων γενέσεως de genitu animalium scrip. hic testatur *Apuleius* in *Apologia*. Vide et *Censorinum* cap. 4.

Ἰσοριῶν, (male ἰσορικῶν in edit. castigatissima *Wetsten.*) γεωμετρικῶν δ'. *Laert.* V. 48.

Γεωργίας παραγγέλματα. *Julian.* Epist. 24. *Varro* et *Columnell.* *Geoponic.* III. 3. et 4.

Περὶ γήρας, α'. *Laert.* V. 42.

Περὶ γνώμης, *Laert.* V. 46.

Περὶ δακετῶν ζώων καὶ βληπτικῶν, α'. *Laert.* V. 43. *Apuleius* in *Apologia*.

Περὶ τῆς δεδόσθαι, α'. *Laert.* V. 49.

Περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀερολογίας α'. *Laert.* V. 43.

Περὶ Δημοκρίτου α'. *Laert.* V. 49.

Περὶ διαβολῆς, α'. *Laert.* V. 46. et 49. et 50.

Διαθήκαι τῶν ἐξ Ἐλευσίνος Ὀργεῶνων. *Suid.* in Ὀργεῶνες.

Διαρέσεις α', β'. *Laert.* V. 46.

Περὶ τῆ Διακόσμου. α. Laert. V. 43.

*Dialogos* Theophrasti memorat *Boslius* epist. 167. Nimirum ex scriptis eius nonnulla fuerunt composita more dialogorum, licet [P] res ipsas nude tractantia et Platonica suavitate, eiusdem Basilii iudicio, destituta, α τὲς διαλόγες συγγράψαντες Ἀριστέλης καὶ Θεόφραστος εὐθύς αὐτῶν ἤψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνεδέναί ἐαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδεαν.

Περὶ τῶν διαφορῶν, α. Laert. V. 46. siue vt *Athenaeus* lib. VII. pag. 317. περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν.

Περὶ Δικανικῶν λόγων α. Laert. V. 50.

Τῶν Διογένους συναγωγῆ, α. Laert. V. 43.

Διορισμῶν α, β, γ. Laert. V. 43.

Ἐγκώμια Θεῶν, α. Laert. V. 47.

Περὶ τῶν εἰδώλων α, β. Laert. V. 43.

Περὶ εἰδῶν α, β. Laert. ibid.

Περὶ ἐκκρίσεων α. Laert. V. 46.

Περὶ ἐκκρίσεως α. Laert. V. 43.

Περὶ Ἐμπεδοκλέους α. Laert. V. 43.

Περὶ ἐμπειρίας α. Laert. V. 46.

Περὶ ἐνθουσιασμῶ. Laert. V. 43. *Apollonius Dyscolus* cap. 49. hist. commentit. (cui inscribitur περὶ ἐνθουσιασμῶν. quod plura, vt verisimile est, enthusiasmi genera illo in opere fuisset persequutus. Conf. *Mericum Casanbonum* cap. 1. de enthusiasmo,) *Athen.* lib. XIV. pag. 624. *Plin.* XXVIII. 2. Locum Athenaei respicit *Caeser Scaliger*, *Theophrasti* librum laudans *Exercitt.* 348. Etenim non infrequens erat huic viro docto et praecceptorum ipsius, *Coelio Rhodigino*, atque *Alexandro Alexandrio* aliisque eruditibus illius aetatis, vt libros deperditos citarent ex fragmentis vel locis alicubi memoratis, quasi legissent eos ipsos, vnde reprehenduntur a *Iacobo Thomasio* de plagio litter. §. 531. 536.

Περὶ ἐνθυμημάτων. Laert. V. 47. Scholiastes *Hermogenis* prooem.

Ἐνστάσεων γ. Laert. V. 43.

Περὶ ἐορτῶν, α. Laert. V. 47.

Περὶ ἐπαινῶν, α. Laert. V. 46. Videtur respicere *Plutarchus* vita *Agidis* et *Cleomenis*.

Περὶ ἐπιλήψεως. Laert. V. 43. de *caducis* *Apuleius* in *Apologia*.

Τῆς οἱ τρέποι τῆ ἐπίκασθαι, α. Laert. V. 49.

Ἐπιστολῶν, α, β, γ, Laert. V. 46. ad *Astycreonem*, *Phaniam* et *Nicanorem* id. V. 50. *Epistolam* ad *Phaniam* laudat idem V. 37. et Scholiastes *Apollonii* lib. I. *Theophrastum* ἐν ἐπιστολαῖς *Ptolemaeus Hephaestion* lib. III. apud *Photium* cod. CXC.

Ἐπιτομὴ τῆς Πλάτωνος πολιτείας α, β. Laert. V. 43.



Ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους περὶ ζώων, ζ'. *Laert.* V. 49.

Ἐπιχειρημάτων, η̄. *Laert.* V. 43. et α', β'. *Laert.* V. 49.

Ἐρωτικός, α', siue περὶ ἔρωτος. *Laert.* V. 43. qui perperam pro diversis libris habet. Vide *Marquardi Gudi* Epit. 1. ad Menagium. Laudant *Strabo* lib. X. pag. 478. *Athenaeus* lib. XIII. pag. 562. 567. 606. Respiciunt *Gellius* VII. 8. *Plinius* IX. 8. hist. *Stobaeus* ferm. 62. Scholiastes *Theocriti* Idyll. 4.

Περὶ ἑτεροφωσίας ζώων τῶν ὁμογενῶν α'. *Laert.* V. 43. [P] *Athenaeus* VIII. p. 390.

Περὶ εὐδαιμονίας α'. de vita beata liber. *Laert.* V. 43. *Athen.* lib. 12. et 13. et *Cicero* V. Tusc. qua II. cap. 9. et V. de finibus, cap. 5. quo in loco testatur, se *Theophrastum* in plerisque sequi, nisi quod virtuti plus quam ille, fortunae minus tribuit. Respicit quoque capp. 26. 28. 29.

Εὐιάδος. *Laert.* V. 50.

Περὶ εὐσημάτων α', β'. *Laert.* V. 47. *Clemens* I. Strom. pag. 308. (et ex eo *Eusebius* X. 7. praeparat.) Scholiastes *Homeri* Iliad. α'. *Pindari* Olymp. XIII. Respicit *Plinius* VII. 59. Scholiastes *Apollonii* lib. II.

Περὶ εὐσεβείας α'. *Laert.* V. 50. Male *Theopompo* hunc librum tribuit *Vossius* de histor. graecis I. 7. ex schol. *Aristoph.* ad aues, vs. 1354. vt *Thom. Gale* obseruavit. Ex hoc *Theophrasti* opere plura referre videtur *Porphyrus* libr. II. de abstinentia ab esu animalium cap. 20—32. [p. 137 sqq. edit. *Iac. de Rhoer*, Traiecti ad Rhenum 1767. 4. qui ad cap. 21. pag. 129. notat, *Ruhnkenium* in litteris ipsi ostendisse, apud schol. ad *Aristoph.* loc. cit. *Theophrastum*, non, *Theopompon* legendum esse. (*Ruhnken.* sententiam suam atque emendationem vberius explicuit atque ornauit in historia critica oratorum graecorum, *Rutilio* praefixa, p. 87 sq. conf. supra in vol. II. p. 803.) Idem *Rhoer* obseruat, *Porphyrum* libro mem. cap. 5. II. 43. et 53. fin. de hominis mactatione respexisse illum *Theophrasti* librum; ad cap. 16. pag. 127. pro *Theopompo* malit Θεόφραστος, et *Ruhnken.* in hist. crit. laudata pag. 88. eundem animaduertit et correxit errorem. In omnibus enim illis locis de sacrificiis agitur. Idem *Rhoer* cap. 26. pag. 147 sq. sententiam *Theophrasti* de Iudaeorum vel potius *Esaeorum* victimis contra *Vigerum*, contendentem, ignota vel falsa *Theophrastum* loqui, vberius explicat. *Harl.*]

Περὶ εὐτυχίας α'. *Laert.* V. 47.

Περὶ δαιμονίων ζώων καὶ βλητικῶν α'. *Laert.* V. 43. *Apuleius* in *Apologia*, *Athenaeus* lib. VII. pag. 314.

Περὶ ζώων, βιβλίας ζ'. *Laertius* V. 44 et 50. Librum tertium laudat *Athenaeus* lib. 9. p. 387. Idem opus respiciunt *Atianus* X. 35. XI. 40. et alibi opere de animalibus; *Gellius* XVI. 15. [item *Porphyrus* de abst. ab esu animalium libro III. cap. 25. opinante *Iac. de Rhoer* ad illum locum p. 278. *Harl.*]

Περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἡθους, α'. *Laert.* V. 49. Tractatum de animalibus, qui pisce vescuntur, memorat *Plinius* XI. 53.

Περὶ ἑτεροφωσίας ζώων τῶν ὁμογενῶν α'. *Laert.* V. 43. *Athenaeus* lib. IX.

Περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων. *Laert.* V. 46.

Περὶ τῶν Φωλευόντων ζώων. *Laert.* V. 44. *Athen.* lib. II. et III.

Περὶ ἡδονῆς, ὡς Ἀριστοτέλης, α. [*Athen.* VI. p. 273. C. ubi tamen notatur, id opus ab aliis nomine Chamaeleontis circumferri; disertè vero tribuit Theophrasto *Ath. naeus* lib. XII. p. 511. C. et p. 526. E. conf. *Goens* disp. de Simonide Cæo; p. 5. *Harl.*]

Περὶ Ψευδᾶς ἡδονῆς, α. id. 46. *Athen.* libro VIII. pag. 347. Θεόφραστος ἢ Χαμαιλέον ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς, [ideo suppositivum librum habet Heumann. in nota.]

Ἠθικῶν σχολῶν. *Laert.* V. 47. Ἠθικὰ vocat *Plutarchus* in *Pericle* pag. 173. librum primum laudat *Michael Ephesus* in V. i. *Ethic.*

Περὶ ἡθῶν libros Theophrasti ab Ἠθικοῖς distinguit, et illorum quoque librum I. citat *Michael Ephesus* loco laudato. Meursius dubitat, num apud *Laertium* V. 43. pro περὶ εἰδῶν, α, β. sit legendum περὶ ἡθῶν. Theophrastum ἐν τῷ περὶ ἡθῶν laudat quoque *Aspasius* ad VI. i. *Ethic.* Nicomach. et *Andrantes* scripserat libros quinque περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ ἐν τοῖς περὶ ἡθῶν καθ' ἰστορίαν καὶ λέξιν ζῆτεμένων, quos per plagium sibi tribuerat *Hepharstion*, teste *Athenaco* lib. XV. pag. 673. Male ibi interpretis libros de plantis ingerit, pro libris de moribus. Theophrasti librum de moribus memorat et *Abulpharagius* pag. 94. inter scripta eius arabice e syriaco translata. [P]

Περὶ θαλάττης, α. *Laertius* V. 47. Videtur respicere *Alexander Aphrodis.* in I. et *Olympiodorus* in II. *Meteorolog.* *Antigonus Carystius* cap. 145.

Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, α. *Laert.* V. 49.

Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἰσοφίας, ε. *Laertius* V. 48. Videtur hoc opus respicere *Simplicius* ad *Epicetum* pag. 222. *Porphyrus* II. [cap. 20. pag. 137. edit. Rheer.] περὶ ἀποχῆς, et ex eo *Theodoritus* 7. et 10. *Θεραπευτ.* *Fabric.* At *Iac. de Rheer* in not. ad *Porphyrus* locum putat, *Porphyrus* ibi respexisse potius ad Theophrasti libros περὶ εὐσεβείας. Nam apud *Photium* in *Lex.* inedito dicitur *Theophrastus Κύρβεις* derivatè ἀπὸ τῶν κρητικῶν κορυβάντων, id autem dicitum esse a *Theophrasto* ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας ait *schol.* ad *Aristoph.* aues 1354. ex emendatione virorum doctorum. vid. paullo ante notata ad deperditum librum, περὶ εὐσεβείας. *Harl.*

Περὶ θερμῆ καὶ ψυχρῆ α. *Laertius* V. 44. *Galenus* in *Hippocr.* *Aphorism.* comment. I.

Θέσεις γ'. *Laertius* V. 49.

Θέσεις ηδ'. *Laertius* V. 44. quod opus ostreo scriptum (ἐπερώ γεγραμμένον) a Theophrasto tradit *Crantor* apud *Laertium* IV. 27. asperitatem, ni fallor, reprehendens. Laudat *Theo* in progymnasm. cap. 2. et *Athenaeus* lib. IV. *Suidas* in *Γυμνασία*, ex *Aphthonio*. Ceterum moralis argumenti fuisse, licet ad eloquentiam exercendam comparatum, colligas ex auctore altercationis *synagogae* cum ecclesia, siquidem de hoc *Θέσεως* opere eo loco sermo est et Theophrasti nomen ibidem recte est a Meursio supplementum: *Ethicae* inventor *Socrates* fuit, de quo *Theophrastus* XXIV. libros secundum *positivam* *Iustitiam* scripsit.

Περὶ Θεῶν γ'. *Laertius* V. 49. Videtur respicere *Cicero* I. cap. 13. de natura Deor. *Minutius Felix* in *Octauio*.

- Περὶ Θεοφύβου ἁ. *Laert.* V. 47.
- Περὶ ἰσορίας ἁ. *Laert.* V. 47. ἰσορικά ὑπομνήματα *Schol. Apollonii* lib. IV.
- Περὶ κειρῶν, ἁ, β'. *Laert.* V. 49. *Suid.* in Ἀρχῇ Σκυρίας et Κυψελιδῶν. Vide *Reinesii* Var. lect. pag. 385. *Lamprias* in scriptis *Plutarchi* nr. 51. in memorat περὶ Θεοφράτου πρὸς τὸς κειρῆς.
- Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους ἁ. *Laert.* V. 44. *Cicero* *Tusc.* quaest. III. 10. et V. 9. *Alexander Aphrodis.* extremo libro II. de anima, ubi docet, *Theophrastum* in *Callisthene* suo docuisse, idem esse fatum et natum. Ex hoc *Theophrasti* libro petitum dictum, quod refellit *Plutarchus* libello de fortuna f. 97. Τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, ἐν εὐβελία, Vitam regit fortuna, non sapientia. [Idem dictum exstat apud *Stobaeum* *Ecl. physic.* pag. 14. ubi *Chaeremoni* tribuitur. Vide *Dauis.* ad *Cic. Tusc.* quaest. V. cap. 9.]
- Περὶ καρπῶν. *Laert.* V. 50.
- Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἁ. *Laert.* V. 44. In hoc de affirmationibus et negationibus scriptum sex libros commentariorum confecerat *Galenus*, ut ipse testatur de scriptis propriis. Περὶ καταφάσεως subinde inscribitur ab *Alexandro Aphrodis.* in III. *Topic.* et *Metaphys.* IV. et prior. *Analyticor.* lib. I. Meminit et e latinis *Boethius* in [P] librum περὶ ἐρμηνείας lib. I. edit. secundae pag. 292. et lib. II. pag. 327. lib. V. 428. Nonnulla ex eo profert *Magentinus*, graecus scriptor, *Theophrastum* laudans in commentario ad eundem *Aristotelis* librum. *Porphyrus* commentarium in *Theophrasti* librum de affirmatione et negatione memorat idem *Boethius* lib. I. p. 294.
- Περὶ κινήσεως ἁ, β', γ'. *Laert.* V. 44. et 49. ubi tantum ἁ, β'. Sed decimum laudat *Simplicius* in I. *Phys.* pag. 24. primum *Themistius* in VI. *Phys.* pag. 54. b. σύνοψιν ἐκδεδωκῆς τῶν περὶ κινήσεως εἰρημένων Ἀριστοτέλει. idem in I. de anima pag. 68. si ibi non est de *Alexandro Aphrodis.* sed de *Theophrasto* sermo, quae *Hermolai Barbari* sententia est.
- Περὶ κολακείας ἁ. *Laert.* V. 47. *Athen.* lib. VI. p. 254.
- Περὶ κρίσεως συλλογισμῶν ἁ. *Laert.* V. 47.
- Περὶ βασιλείας Κύπριων. *Suid.* in Τιάραι.
- Περὶ Κωμωδίας. *Laert.* V. 47. *Athenaeus* lib. VI. pag. 261. *Dionysius Halic.* de compositione *Nom.* [conf. supra in notitia tragicorum deperditorum vol. II. p. 325. voc. *Theophrast.*]
- Περὶ λέξεως, ἁ. *Laert.* V. 47. atque *Dionysius Halicarnass.* in *Lysia* pag. 86. Vide et infra in Ὀρισμῶν, et *Thom. Galei* not. ad *Demetr. Phalereum* pag. 241. Eximium ex hoc libro ἀποσπασματικῶν videtur adferre *Ammonius* f. 28. ad lib. περὶ ἐρμηνείας, de duplici σχέσει dictionis, una, quae auditores, et altera, quae res respicit. Priorem a poetis et oratoribus, posteriorem a philosophis spectari.
- Περὶ τῶν λιθεμένων, ἁ, β'. *Laert.* V. 42. nisi legendum αἰθεμένων.
- Λόγων συναγωγῆ, ἁ. *Laert.* V. 47.
- Περὶ λόγων στοιχείων. de elementorum proprietate. *Simplicius* in IV. de coelo. Idem hic liber cum libro *Theophrasti* περὶ λέξεως.

Περὶ λειμῶν. *Laertius* V. 44.

Λύσεις, α'. *Laertius* V. 47.

Μεγακλῆς, α'. *Laert.* V. 47.

Μεγαρικός. *Laert.* V. 44. VI. 22. [*Eudocia* in *Viol.* p. 138. ex eo commemorat *Diogenis* Cynici consuetudinem.]

Περὶ μείζωνος καὶ ἐλάττωνος, α'. *Laert.* V. 49.

Περὶ μέθης, α'. *Laert.* V. 44. *Athen.* lib. X. et XI.

Περὶ μελαγχολίας α'. *Laert.* V. 44.

Περὶ μετάλλων. *Laert.* V. 44. et *Theophrastus* ipse in limine libri de lapidibus, unde non erat dubitandum *Polluxi* VII. 23. sect. 99. Aristotelis an *Theophrasti* esset. Laudant praeterea *Suidas* in *Θεόφραστος*, *Olympiodorus* in *Meteorolog.* et *Harpocration* in *Κεγχεσίων*. Μεταλλικὸν vocant *Pollux* X. segm. 144. et *Hesychius*. *Alexandro Ap'irodisiensi* inscribitur περὶ τῶν μεταλλευμένων in III. *Meteorolog.* pag. 126. quem titulum loco laudato confirmat ipse *Theophrastus*. [vid. supra ad *Aristotelis* libros deperditos voc. *Περὶ μετάλλων* pag. 397.]

Περὶ μεταρσιολοσχίας, α'. *Laert.* V. 43.

Μεταρσιολογικῶν, α', β'. *Laert.* V. 44.

Περὶ μεταρσιῶν librum quartum laudat *Plutarchus* quaest. gr. [vol. VII. p. 173. edit. Reisk.]

Περὶ μετεώρων, α'. *Laert.* V. 47. *Olympiodorus* in lib. I. *Meteor.* actione 15. *Abulpharagius* hist. Dynastiar. pag. 94.

Περὶ μέτρων. *Laert.* V. 46. *Vitforinus* IV. artis Grammat. [P]

Περὶ τῶν Μητροδώρε συναγωγῶν, α'. *Laert.* V. 44.

Περὶ Μουσικῶν, α'. *Laert.* V. 49.

Περὶ Μουσικῆς. *Laert.* V. 47. *Plutarchus* lib. I. *Sympos.* quaest. V. [pag. 464. vol. VIII. edit. Reisk. id. vol. X. pag. 509. opus de musica aut choris musicis innuit.] *Porphyrus* in *Harmonica* *Ptolemaei* pag. 241. Respicit idem opus *Censorinus* cap. 12. *Syrianus* in XIII. *Metaphys.* et *Capella* lib. IX.

Περὶ νόμων, α'. *Laert.* V. 47. *Pollux* VIII. 6. [segm. 52 et 53. *Schol.* ad *Luciani* *Timon.* cap. 29. vol. I. edit. Hemsterh.] *Iosephus* I. contra *Apion.* pag. 1046. (quem locum respicit *Grotius*, *Theophrastum* laudans ad *Matth.* XV. 5.) *Athenaeus.* *Zenobius* IV. 36.

Νόμων κατὰ σοιχεῖον, κδ'. *Laert.* V. 44. librum III. IV. XI. XVI. XVIII. XX. laudat *Harpocration*, X. *Pollux* [lib. X. cap. 2. segm. 19.] et *Athen.* XIII. *Suidas* in "Οτι οὐ αὐτόντες et Συσομώτερον, XV. idem in *Φαρμακός*, XVI. *Etymolog.* et *Suid.* in *Φρεάττις* et *Ἐμφρεατ*. De hoc opere *Cicero* V. cap. 4. de finibus: *Omniū fere civitatum non Graeciae tantum, sed etiam Barbariae ab Aristotele mores, instituta, disciplinas, a Theophrasto leges etiam cognovimus.* Citat et *Suidas* in *Ἀρδότης* et *Κατὰ τὴν ἀγορᾶν*, et respicere videtur *Stobaeus* serm. 37. et 42.

Νόμων ἐπιτομῆς i. *Laertius* V. 44.

- Περὶ Νομοθετῶν, γ'. *Laert.* V. 45. Videtur respicere *Porphyrus* IV. περὶ ἀποχῆς p. 354. \*) vbi de Lycurgo e Plutarcho, *Plutarchus* item in Solone. *Cicero* II. de Legg. et VI. ad Attie epist. 1. vbi de Zaleuco. *Paulus* Ictus lib. XVII. ad Plautium l. 3. D. si pars hereditatis petatur: τὸ γὰρ ἀπαξ ἢ δις, ut ait *Theophrastus*, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται.
<sup>bb)</sup> Graece extat in *biobth. Medicea*, (vid. *Holstein* in *Lilienthalii* *selectis* *historicis* et *literar.* pag. 109. et *Buhle* tom. I. *Aristotel.* *Opp.* pag. 166. adde *ibid.* pag. 298.) In *biobth. regia* *Matrit.* teste *Iriarte* *catalog.* p. 135. sunt 1) capita XL. in *Aristotelis categorias* *dubiorum* et *solutionum*, siue *index dialogi capitum*, cum *dialogo*, *Seleucus* et *Dexippus* *inscripto*; 2) *sermonis* II. *cap.* XLIII. *index*, cum *dialogo secundo*, 3) *Dexippi* de *quantitate*, *dialogus* III. At *Dexippus* hic minus recte dicitur *Piatonicus*, vid. *supra*, p. 170. In eadem *biobth.* apud *Iriarte*. pag. 274 sqq. *cod.* LXXVI. eosdem tres *Dexippi* *libros* *complectitur*, et *Iriarte* *indices capitum* *primi* et *secundi* *libri*

*excudi* *fecit*, *notauitque*, eosdem quoque *referri* ab *auctore* *catalogi* *MSS.* *codd.* *collegii* *Claromontano* *Parisiensis*, *cod.* *CCL.* *Harl.*

<sup>cc)</sup> *Vossius* duo *confundit* *Dexippos*, *notante* *Ionfio* III. 17. 4. pag. 96.

<sup>dd)</sup> *Hager* in *Palaestra geographica*, (*geographischer* *Bücherfaal*), tom. II. pag. 422. 434. *copiosus* *est* de *Dicaeargo*, *praecipue* *eius* *scriptis*. Is *vero* pag. 423 sq. *putat*, *Dicaearchi* *patriam* *fuisse* *Messeniam*, in *Peloponneso*, *quia* *Cicero* *ad* *Attic.* IV. ep. 2. *dixerit* *scripserit*, *illum* in *Peloponneso* *vixisse*. *Eius* *aetatem* *confert* *Hager* *ad* *A. M.* 3630. *ante* *Chr.* n. 318. et *Olymp.* CXV. *Harl.*

<sup>ee)</sup> *Conf.* *Suidas* tom. I. *voc.* *Dicaearchus*, pag. 585. *Eudocia* in *Violario* pag. 135. *Ger.* *Io.* *Vossius* de *histor.* *graecis* *lib.* I. pag. 46 sq. *Montgüor.* in *biobth.* *Sicula*, tom. I. pag. 152 sq. *vbi* *copiose* *de* *nostro* *agitur*, et *plures*, *qui* *de* *eo* *dixerunt*, *nominant* *VV.* *DD.* *Meiners.* *histor.* *de* *ortu* *et* *progressu* *doctrinarum* *apud* *Graecos* *et* *Romanos*, tom. I. pag. 223 sq. *de* *eius* *fide* *et* *diversis* *veterum* *de* *eo* *iudiciis*, *coll.* *illius* *cenfore* *in* *biob.* *critica* *Amstelod.* tom. II. *part.* 8. pag. 113. *not.* *b.*

Περὶ Ἀλκαίης, (nisi fuit pars librorum περὶ Βίων,) *Athen.* XI. pag. 461 sq. et XV. p. 666. 667. Schol. *Aristoph.* ad *Paccm.* v. 1243. περὶ Ἀλκαίης *Athen.* XV. 668. quo et ipso loco Casaubonus p. 943. Meursius et Ionius Ἀλκαίης nomen reponunt. [Hager. suspicatur, Dicaearchum de viroque, Alcaeo et Alcmane, seorsim scripsisse.]

Ἀναγραφή τῆς ἐλλάδος, πρὸς Θεόφραστον versibus iambicis, poema geographicum, quo illustrasse videtur Dicaearchus tabulas suas geographicas (πίνακας ἐν οἷς τῆς γῆς περιόδοι εἰσιν,) quas Theophrasto obtulit, et hic in testamento suo iussit in inferiore porticu reponi, apud *Laertium* V. 51. Est haec coniectura Clariss. *Dodwelli* in diss. de Dicaearcho §. VI. et VII. Reprehenditur hoc opus Dicaearchi a Polybio apud *Strabonem* lib. II. pag. 104. 105. Exstant adhuc fragmenta nonnulla, vt statim dicam.

Περὶ Βίων. *De Vitis virorum illustrium* libri, de quibus vide *Ionium* p. 90. [lib. I. 16, 4. pag. 105. edit. Dornii.] et *Menagium* ad *Laert.* III. 5. [P]

*Bios* <sup>h)</sup> Ἑλλάδος *de vita sine statu Graeciae libri III.* de quo opere consulendae praeter Meursium in *Bibl. Graeca* praeclarae Neocori siue *Küsteri* ad *Suidam* notae <sup>es</sup>). *Libros antiquitatum et descriptionum Graeciae* vocari ab *Heronymo* II. in *Iovinianum*, iam notatum *Vossio* lib. I. cap. 9. de *Hist. graecis.* Cui addes, quod eodem opere et *Dimensione montium*, (de qua infra,) vsus videtur *Plinius*, Dicaearchum laudans libro II. IV. V. VI. etc. *naturalis Historiae*, et *Porphyrius* lib. IV. <sup>h)</sup> de abstinento ab animatis pag. 443. vbi ait, Dicaearchum συντέμνω τε οὐκ καὶ ἀκριβῶς collegisse τὰ ἑλληνικά. [Schol. ad *Apollon.* *Rhod.* IV. 272. et 276.] Etiam *Ciceronem* XIII. 39. ad *Atticum*, vbi petit, sibi mitti Φαίδρος περισσῶν et Ἑλλάδος. Huius pariter operis, profa scripti et ἀναγραφῆς τῆς Ἑλλάδος compositae versibus iambicis, (quam a βίῳ Ἑλλάδος distinguendam docet *H. Steph.* et *H. Dodwellus* in erudita diss. de Dicaearcho.) fragmenta hodieque exstant, edita primum et illustrata ab *H. Stephano*, additis ad ἀναγραφῆς reliquias etiam *H. Casauboni* castigationibus. *Parisi.* 1590 8. quae editio recusa est tomo vndecimo thesauri *Antiquitatum Graecarum Gronouiani.* Deinde cum *Geographicis Marciiani*, *Seylacis*, *Artemidori Ephesi.* et *Isidori Characeni* vulgavit graece *David Hoefschelii* *Augustae Vindel.* 1600. 8. <sup>ii)</sup> Denique latine vertit ediditque cum breuib. notis

not. b. *Ionius* de script. hist. phil. I. 16, 1. pag. 99 sqq. *Bayle* *Dict.* tom. II. art. *Dicaearque* pag. 285 sqq. *Brucker* *hist. crit. philos.* tom. I. p. 854 sq. *Tiedemann* in: *Geist der speculat. Philos.* II. pag. 416. *Harl.*

ff) Sic *Varro* scripsit *de vita Pop. Romani.* *Iasonis* βίων Ἑλλάδος libr. IV. *Stephanus* in *Ἀλεξανδρεία*, et *Suidas* in *Ἰάσων.*

gg) Non significat *vitam*, sed *rationem viuendi.* In hoc igitur libro egisse Dicaearchus videtur de veterum Graecorum moribus omnis generis: [etiam de regionibus Graeciae earumque situ.] Citatur liber II. ab *Athenaeo* lib. XIII. pag. 557. *Heumann.* liber I. citatur a *Laertio* in *vita Plato-*

*nis*; et ab *Athenaeo* lib. XIII. pag. 636. *de Graeciae ritibus*: Ex *Lascare*, *Mores Graeciae.* vid. *Mongitor.* I. c. adde locum memorabilem apud *Varronem* de *R. R.* lib. II. 2. *Harl.*

hh) Lib. III. §. 2. pag. 294 sq. edit. *Iac. de Rhoer.* cuius notam conferes. *Rhoer* notat quoque *Menagium* ad *Diog. Laert.* III. 4. hoc opus forte confundentem cum ἀναγραφή τῆς Ἑλλάδος. *Porphyrius* autem Dicaearchi sententiam de aetatibus humani generis, praecipue sub Saturno, paucis indicat, ex quibus tamen argumentum operis quodammodo cognosci potest. *Harl.*

ii) Vid. *Hager.* *palaestr. geograph.* vol. I. pag. 676. et pag. 601 sqq. de *Hoefschelio.* *Harl.*

tis doctissimus et humanissimus bibliothecae Bodleianae praefectus *Ioh. Hudsonus*, tomo secundo Geographorum graecorum, Oxon. 1703. 8. addito, quod ad eum iulens miseram descriptum e codice Gudiano et latina versione a me donatum, *fragmento de monte Pelio* <sup>kk</sup>). Praemissa est eidem tomo disertatio eruditissimi Viri *H. Dodwelli*, qua de Dicaearchi aetate et fragmentis illis subtilius disquirat. Vide et *H. Stephani* schediasm. VI. 14. 15. 16. 17. *Rittershusium* VIII. 10. sacrar. lect. Non diversa fuisse videtur a fragmentis, per *H. Stephanum* editis, Dicaearchi Geographia, quam apud *Heinricum Scrimgerum*, bibliothecarium *Fuggerorum*, existisse legas in Catalogo MSS. *Scipionis Tertii*, apud *Labbeum* Bibl. nou. MSS. pag. 169. [Graece in bibl. Vaticana, teste *Draudio* in biblioth. classica pag. 1112. et bibl. exotica, pag. 788.]

*Corinthiacus*, [s. de animo.] *Cicero* Tusc. quaest. I. 10. *Dicaearchus in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit doctorum hominum disputantium: primo libro multos loquentes facit, duobus Phaeacratem quemdam Phthiotam senem, quem, a Demalione ortum, dissentientem inducit, nihil esse animum, [P] et hoc esse nomen totum inane etc* [adde cap. 22. *Academ.* lib. II. 39. vbi *Dauif.* plura collegit loca.] Perstringit *Tertull.* de anima cap. 15. *Lactantius* cap. 10. Epitomes. Respicit et *Sextus Empiricus* VII. contra *Math.* pag. 201. [s. sect. 349. pag. 438. edit. *Fabric.* id. *Pyrrhon.* hypotyp. II. cap. V. sect. 31. vbi vid. *Fabric.* *Dicaearch.* negauit esse animum. comp. *Bayle* l. c. not. c. et L.

*Περὶ Διοουσιακῶν ἀγῶνων.* Schol. *Comici* ad *Aues* v. 1403. vbi vitiose legitur *Δήμαρχος* pro *Δικαίαρχος*. Vide *Ionsum* pag. 88. *Fabric.* *Riske* ad *Plutarch.* vol. X. pag. 509. *Harl.*

*De diuinatione.* *Cicero* II. de diuinat. cap. 51. *Magnus Dicaearchi liber est, nescire, quae euentura sunt melius esse quam scire.* Idem lib. I. cap. 3. [vbi vid. *Dauif.*] *Dicaearchus, Peripateticus, cetera diuinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit.* adde cap. 50. et lib. II. cap. 48. [qui locus est notandus in *Monadologia* *Leibnitiana*, et cum doctrina *Christianorum* comparandus. Sed num *Dicaearchus* librum singularem de diuinatione scripserit, iure dubitare videtur *Bayle* voc. *Dicearque*, not. *H.* nam in aliis quoque libris id argumentum persequutus videtur, et numerum librorum, qui partes tantum aliorum fuerint, auctum esse opinor. *Harl.*

*Epistola ad Aristoxenum.* *Cic.* XIII. 32. ad *Attic.*

*Περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας,* De Sacrificio (*Alexandri M.* vt suspicor,) apud *Ilium.* *Athen.* XIII. pag. 603.

*Liber de interitu hominum.* *Cicero* II. 5. de officiis: *Est Dicaearchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi, qui collectis ceteris causis elutionis, pestilentiae, vastitatis, beluarum etiam repentinae multitudinis, quarum impetu docet quaedam hominum genera esse consumpta: deinde comparat, quanto plures delati sint homines hominum impera, id est bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate.* Forsan in hoc libro tradidit, humanum

kk) *Plinius* II. 65. *H. N.* *Dicaearchus, vir, in primis eruditus, regum cura peruenus montes, ex quibus altissimum prociidit Pelion MCCL. passuum etc, Fabric. conf. Mongitor. l. cit. Harl.*



humanum genus semper fuisse, quam ei sententiam tribuit *Censorinus* cap. 4. *Fabric.* vid. *Huetii* quaest. Alnet. cap. 7. §. 2. pag. 146. et 148. *Heumann.*

Καταβάσεως, (in quo libro Chaeron quidam inducitur, narrans, quae in Trophonio viderit.) *Cic.* XIII. 31. et 32. ad Atticum. Vide infra: *Trophoniaua Chaeronis narratio.*

Καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὄρεων. *dimensiones montium Peloponnesi.* *Suid.* Pro ὄρεων *Clariff.* *Dodwellus* legit ὄρων pag. 15. de Dicaearcho, et multos colligit scriptores, qui ὄρεος ediderunt. Sed de montium dimensione scripsisse Dicaearchum, constat e *Plinio* II. 65. *Hist.* et *Gemino* cap. 14. *element.* *Astronom.* vt ipse *Dodwellus* pag. 24. fatetur. [adde *Bayle* l. m. not. F.]

Lesbiaci libri. *Cicero* *Tusc.* quaest. lib. I. cap. 31. *Acerime autem deliciae meae, Dicaearchus contra hanc (animorum) immortalitatem differt. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habetur, in quibus vult efficere, animos esse mortales.* Confer *Euseb.* XV. 9. praeparat. ex Attico Platónico<sup>1)</sup>. Respicit *Plutarchus*, aduersus Colotem pag. 973. e quo loco constat, Platonem in illo opere a Dicaearcho fuisse oppugnatum. *Tertullianus* de anima cap. 15. *Lactantius* *Inst. diu.* VII. cap. 78. 13.

Περὶ Μυσικῆς. *Schol.* *Aristophanis* ad *Nubes* v. 1367. [P] *Fabric.* *Plutarch.* in lib. non posse suauiter viui sec. *Epic.* vol. X. edit. *Reisk.* pag. 509. vbi eius quaestiones, disputationes et doctrinae de tibiis, numeris et concinnatione sonorum memorantur. *Harl.*

Περὶ μυσικῶν ἀγώνων. *Suid.* in *Σκολιόν.* *Schol.* *Comici* ad *Vespas* v. 1231. et *Ranas* v. 1337. Confer *Ionsium* lib. I. cap. 16. [pag. 102.]

Ὀλυμπικός. *Athen.* XIV. pag. 630. Adde *Ionsium* pag. 89. [pag. 103.]

Παναθηναϊκός. *Schol.* *Comici* ad *Vespas* v. 542. *Meursius* *Dicaearchi* *παναθηναϊκόν*, Ὀλυμπικόν et *Τριπολιτικόν* habet pro tribus orationibus, vnde a *Suida* ipse dicatur *Orator.* Sed forte non magis fuere orationes, quam *Corinthiacus* et *Lesbiaci.*

Πολιτεία Σπαρτιατῶν, qui liber, *Suida* teste, diu quotannis lectus est *Lacaedaemone* in *Ephorum* praetorio, puberibus auscultantibus. *Fabric.* — *Bayle* in *Diction.* voc. *Dicaearque*, not. F. pag. 286. arguit *Meursium* erroris, quod in *Miscell.* *Lacon.* lib. IV. pag. 334. tribuerit illum librum *Dicaearcho Lacaedaemonio*; at *Brucker.* l. m. pag. 855. animaduertit, in indice fuisse erratum, at in ipso libro *Meursium* nihil habere de *Lacaedaemonio.* *Harl.*

Πολιτεία Πελληναίων, Κορινθίων, Ἀθηναίων. *Cicero* II. 2. ad Attic. *Πελληναίων* in manibus tenebam, et hercle magnum aceruum *Dicaearchi* mihi ante pedes exstruxeram. O magnum hominem, et a quo multo plura didiceris quam a *Proclio.* *Κορινθίων* et Ἀθηναίων puto me *Romae* habere. Mili credes, leges; haec doceo; mirabilis vir est. Haec scripta videtur respicere idem *Cicero* III. de legibus, vbi ait, *Dicaearchum* huic rationi studioque, quod est de ciuili prudentia, non defuisse. *Leges* etiam scripsisse illum, tradit

1) Errat *Huetius* quaest. Alnet. lib. II. cap. 8. §. 2. pag. 155. adscribens *Dicaearcho* doctrinam de animi immortalitate. *Heumann.*

dit *Mongitorius* tom. I. p. 153. ex Lascari, Fazello et aliis recentioribus. *Fabric.* Libros illius geographicos in multis reprehendit Polybius, auctore *Strabone* Geogr. II. p. 107. qui et ipse ei non semper fidendum monet, in primis in occidentalibus et septemtrionalibus Europae partibus, notante *Ernesti* in clau. *Cicer. Harl.*

*Τριπολιτικός.* *Cic.* XIII. 32. ad Attic. et *Athenaeus* IV. pag. 141. De Dor'ensium Tripoli egisse in hoc opere Dicaearchum, suspicatur *Dodwellus* diss. de Dicaearcho pag. 31 sq. [Trium ciuitatum mores et instituta narraſſe Dicaearchum, existimat Dalecamp. ad Athen. pag. 729. adde *Mongitor.*] Fuit et *τριπολιτικός*, incertum an idem, quem Theopompo a quibusdam, sed male tributum notat *Iosephus* I. contra Apionem pag. 1051. in quo Thebanorum politiam auctor perstrinxerat. [*Semler.* in Miscellan. lection. fascic. II. pag. 27 sq. *Dodwelli* suspicionem reiicit, et putat, Tripoliticos fuisse titulum breuiorem et politias Pellen. etc. fuisse partes.]

*Trophoniana Chaeronis narratio.* *Cic.* VI. 2. ad Atticum *Τὰ περὶ τῆς εἰς Τροφῶνις καταβάσεως*, ib. XIII. ep. 31. 32. *Athen.* XIII. p. 574. et XIV. p. 641. Supra in *Καταβάσεως*. Hoc opus puto respici a Phlegonte in mirabilibus cap. 4. *Fabric.* — *Hemsterhus.* ad Luciani dial. mortuorum III. vbi de Trophonio copiose docteque differit, tom. I. pag. 339. oraculum, ait, Trophonii, religiosa vaferrimarum praestigiarum pompa instruſtillimum, tanta celebritate floruit, vt *Dicaearchus*, peripateticus, *περὶ τῆς εἰς Τροφῶνις καταβάσεως* scribere non sit dedignatus, *ſingularine libro*, au, quod existimari non absurde potest, parte saltem maioris operis *περὶ τῆς βίης τῆς Ἑλλάδος*, haud temere decerno; idcirco miror equidem, in *ἀναγραφή τῆς Ἑλλάδος* ian. b. ca. quae huic philosopho tribui solet, post Lebadiam recenſeri — *ἰερὸν Τροφῶνις. ὅπερ τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι.* Hoc illum vt dixisse tibi persuadeas, qui descriptionem sacri totius accuratissimam ipse fuerat persequutus? Haecenus *Hemsterhus.* At *Ernesti* in clau. *Ciceroniana*, in indice histor. voc. *Dicaearchus*, non probabile videtur, partem fuisse libri maioris, quia e loco Ciceronis ad Atticum pateat, in dialogo scriptum fuisse illum libellum, quod *ἀναγραφή* Graeciae non conuenire videatur. *Harl.*

*ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων.* *Sextus Empiricus* III. contra Math. p. 84. [sect. 3. pag. 310. edit. *Fabric.* cuius not. *F.* conferes.] Adde *Ionsii* m. lib. I. de scriptoribus Hist. Philos. cap. 16. [*Casaubon.* ad Athen. lib. VI. cap. 7. quem fugit locus *Sexti Empir.* clarus.]

*Φαίδρος περισοά.* Libellus de iis, quae in Platonis Phaedro superflua et omittenda possunt videri. Ita enim cum viris doctis intelligo locum *Ciceronis* XIII. 39 ad Attic. neque adſentior *Corrado*, qui *καταμετρήσεις ὄρων* putat a Dicaearcho inscriptas *Φαίδρον*, quod *Reinesius* epist. 69. ad Rupertum pag. 603. non improbens, recte reiicit III. 3. Var. lect. pag. 377. [vbi quaedam de Dicaearcho adnotat,] sed nec maiori probabilitate nititur [P] quod ibi putat a Cicerone peti Phaedri, Epicurei, scriptum, nulli veterum memoratum, *περὶ θεῶν*. [confer supra, pag. 81. nr. XII. adnotata.]

*Περὶ ψυχῆς* duplex opus. *Cicer.* XIII. 32. ad Atticum. Vide paullo ante in *Corinthiaco* et *Lesbiano*, et *Plutarcho*. pag. 1215. contra Colotem, paullo inferius in voc. *Heraclitus*.

Fit et *Dicaearchus*, Tarentinus, Pythagoricus, memoratus Iamblichō, et, ne de *Dicaearcho*, Telestino, Helenae fratre, apud Ptolemaeum Hephaest. lib. IV. dicam, *Dicaearchus*, Aetolus, cuius meminit *Diodorus Sic.* in excerptis Peirescianis p. 290. tum *Dicaearchus*, Lacedaemonius, Aristarchi, Grammatici, discipulus, Suidae commemoratus, cui non ab re fortassis scripta quaedam grammatici argumenti ex iis, quae iam retuli, tribueris; [sed quatenam? difficulter id poterit decerni: hinc alii in eo errarunt, ut iam notauit Bayle.] *Dicaearchus*, atheus, qui impietati et iniustitiae aras excitauit, de quo Polybii excerpta e lib. XVII. 30. [conf. *Reimmanni* histor. atheismi pag. 233 et 237.] Colonia *Dicaearchia* Puteoli, Plin. III. 5. H. N.

*Didymus*, *Alexandrinus*, praeceptor S. Hieronymi, coecus licet, praeter sacras litteras et omne genus disciplinarum, non minus Aristotelis syllogismos quam Platonis facundiam tenuit, ut ait *Theodoritus* IV. 29. hist. hoc est, ut *Nicephorus* IX. 17. interpretatur, ἐπὶ τόσον τὰς διαφορὰς δόξας τῶν φιλοσόφων ἠκρίβωσεν, ὡς ἄλλο μὴδὲν εἰδέναι δοκεῖν.

[*Dinomachus*. *Cicero* de fin. V. 8. ubi in controuersia de summo bono cum *Calliphone* putasse dicitur, voluptatem adiungi posse ad honestatem. Idem de utroque tradit *Cicero* Tuscul. V. 30. quam sententiam damnat ille de Offic. III. 32, 16. A *Luciano* tamen in *Philopseud.* cap. 6. pag. 34. tom. III. edit. Reitz. diferte vocatur *Stoicus*. *Harl.*]

*Diocles*, medicus, Stratonis, physici, discipulus et testamenti curator. *Laert.* V. 62. Diuersus ab hoc, ut videtur, *Diocles*, Stratonis seruus, id. 63. Alios *Diocles* eorumque scripta refert *Meursius* in biblioth. graeca. [adde *Semleri* lectiones miscell. fascic. II. pag. 20. de alio *Diocle*.]

*Diodorus*, Peripateticus, Critolai auditor, teste *Cicerone* V. 5. de finibus et in schola successor, *Clem.* I. Strom. p. 301. Summum bonum statuit τὸ ἀνοχλήτως καὶ καλῶς, honeste et sine molestia viuere. id. II. pag. 415. Confer *Cic.* IV. Academ. quaest. cap. 42. [Doloris vacuitatem illi placuisse, scribit *Cic.* de Fin. V. 8. et cap. 5. tradit, illum ad honestatem adiunxisse vacuitatem doloris, in eoque summum bonum posuisse. *Academ.* IV. cap. 24. habebam, inquit, molestos vobis, sed minutos, *Stilponem*, *Diodorum*, *Aleximum*; quorum sunt contorta et aculeata quaedam sophismata: sic enim adpellantur fallaces conclusiuiculae. Adhaesit igitur etiam scholae stoicae? quod quidem multos, qui Peripatetici habentur, fecisse constat. *Harl.*] *Diodoro* fortassis successit *Erymnaeus*, de quo infra.

*Diodotus*, Boethii, Sidonii, frater. *Strab.* XVI. pag. 757. [Diuersus a *Diodoto*, Stoico, *Ciceronis* praeceptore.]

*Diogenes*, *Phoenicius*, *Simplicii* aequalis. Vide *Suidam* in Πρῶσβεσ, ex *Agathiae* libro II.

*Diophantus*, Stratonis, physici, seruus, testamento eius liber dimissus. *Laert.* V. 63. Idem forte, de quo in testamento *Lyconis*. *Laert.* V. 71.

*Dioscorides*, *Dionysii* F. testis testamenti *Theophrastei*. *Laert.* V. 57.

*Dioteles*, Aristotelis discipulus, cuius mentio in huius testamento apud *Laert.* V. 12.

*Dorus*, Arabs, a peripatetica schola, cuius dogmatis acriter inhaerebat, ad Platonis sacra

- sub prouectiorem aetatem deductus ab Isidoro, philosopho. Meminit huius *Dori* Photius et Suidas e Damascio. Alius *Dorus*, librarius. *Su.* VII. 6. de benefic. [P]
- Dromo*, Stratonis, physici, feruus, testamento eius liber dimissus. *Laert.* V. 63.
- Echecratides*, Methymnaeus, Aristotelis discipulus. *Steph. Byz.* in Μηθύμνα.
- Egidius*, quem inter Peripateticos refert *Ioufnus* pag. 340. est *Aegidius de Columna*, Romanus, Ord. Eremitar. S. Augustini et archiep. Bituricensis, doctoris fundatissimi cognomine celebris, qui varia Aristotelis scripta commentariis illustrauit, et scripsit aduersus corruptorem librorum praeceptoris sui, Thomae Aquinatis. Obiit Auenione A. C. 1316. sepultus Parisiis, ubi in epitaphio vocatur inter alia: *Archiphilosophiae Aristotelis perspicacissimus Commentator.*
- Elamites*, Phryx. infra in *Eulalius*.
- Ephorum*, Cumanum, Isocratis discipulum, atque adeo Aristotelis aequalem, liceatne Peripateticis accensere e loco Tatiani, quod facit *Patricius* pag. 134. discuss. Peripatetic. admodum incertum esse iudico. [vide supra in vol. II. pag. 800. scripta.]
- Epicrates*, curator testamenti Stratonis, physici. *Laert.* V. 62. 63.
- Erasistratus*, Iulietes Ceus, medicus Seleuci, regis, Theophrasti discipulus, praeceptor Stratonis, physici. *Laert.* V. 61. De hoc infra lib. VI. inter medicos. *Fabric.* Conf. *Ioufnus* de script. hist. phil. I. 15. 4. pag. 95. et doct. *Io. Frid. Henr. Hieronymi* diss. exhibentem Erasistrati Erasistrateorumque historiam, Ienae 1790. 8. ubi pag. 7 sq. plures, qui de eo egerunt, excitantur. *Harl.*
- Erymneus*, Athenionis praeceptor. *Athen.* V. pag. 211. successor fortasse Diodori, eius, quem Critolao successisse paullo ante dixi.
- Eucaerus*, *Εὐκαίρης*. Anonymus in vita Aristotelis, edita ab Aegidio Menagio, referens inter scripta philosophi libros LXXII. *συμμίκτων ζητημάτων*, subiungit: *ὡς Φησιν Εὐκαίρης ὁ ἀκέραιος αὐτῆ.*
- Eudemus Cyprius*, in quem, defunctum, Aristoteles dialogum de anima composuit. Vide supra cap. VI. inter scripta Aristot. deperdita voc. *Εὐδήμος*.
- Eudemus*, Rhodius, Aristotelis discipulus, cui *Ethica ad Eudemum* creditur inscripsisse, quae alii malunt *Εὐδήμεια* dici ab Eudemo, tanquam ab auctore, ut dixi cap. V. nr. XXXI. Scripsit et *Analytica*, de quibus ibidem, et forte *de Categoriis ac de interpretatione*, ut colligas e loco *Ammonii* ad Categor. pag. 13. *εἰ γὰρ μαθηταὶ αὐτῆ Εὐδήμος καὶ Φανίας καὶ Θεόφραστος κατὰ ζῆλον τῆ διδασκαλῆς γεγραφήκασιν κατηγορίας καὶ περὶ ἐρημείας καὶ Ἀναλυτικῶν.* In *Analyticis* suis egerat forte etiam de Syllogismo hypothetico, et quatuor modis syllogismorum primae figurae quinque alios modos, et sex modis tertiae figurae septimum addiderat, quod ab Eudemo factum notat Boethius: vid. in h. c. capite catalogum scriptorum, a Boethio citatorum, voc. *Eudemus*. Eiusdem *Φυσικῶ* laudantur a *Simplicio* in I. *Phys.* fol. II. a. 21. a. b. 29. a. ubi luculenta eorum fragmenta occurrunt, et liber *περὶ γωνίας* a *Proclo* [P] in *Euclid.* Scripsit et *Historiam Geometricam* et *Astrologicam*, quae scripta cum magno rei literariae detrimento interciderunt. E geometrica adferuntur quaedam praeclara a *Proclo* ad I. *Euclidis*.

dis. *Simplicio* in I. physic. p. 13. b. Ex astrologica a Laertio, Clemente Alex. Theone Smyrnaeo, *Simplicio* ad Aristotelem de coelo, et ab Anatolio in fragmentis, hoc capite a me editis. In Eudemum *περὶ λέξεως*, commentaria composuisse se testatur Galenus, qui idem *Eudemi* opus respicere quoque videtur libello de sophismatis *παρὰ τὴν λέξιν*, cap. 3. vbi Eudemum citat. Eudemi vitam scripserat *Damas* quidam, teste *Simplicio* in VI. Phys. Vide [*Ionfium* IV. 14. pag. 253. qui *Damascius* apud *Simplic.* legere malit,] et infra in Menedemo et *Meursium* II. 9. de Rhodo, insula. [conf. *Buhle* vol. I. Opp. Aristot. pag. 298 sq. *Ionfius* I. 15. pag. 92 sqq. vbi plures *Eudemi* recensentur.]

*Eudemus*, Peripateticus, *Galen*i aequalis, lib. *περὶ τῶν προγνωστικῶν*, tom. III. p. 452. 453. A tribus hifce Eudemis diuersus fuit *Eudemus*, Pergamenus, de quo *Plutarch.* in Gracchis pag. 830.

*Eudorus*, Peripateticus, cuius liber de Nilo ex *Aristonis*, an *Aristonis* ex *Eudori*, exscriptus sit, dubitat *Strabo* XVII. pag. 790. In metaphysica Aristotelis videtur commentatus: id quod colligo ex *Alexandro Aphrodisiensi* ad metaphysica pag. 26. edit. Lutet. Paris. 1536. fol. vbi mutasse dicitur loca quaedam in codicibus. *Fabric.* adde supra in vol. I. pag. 845. obseruata, vbi inter Pythagoricos *Eudorus*, (an noster?) quoque occurrit. *Hart.*

*Eulalius*, Phryx, (qui male in quibusdam Codd. scribitur Elamites) *Simplicii* condiscipulus. *Suid.* in *Δαμάσκιος* et *Πρόβειος*.

*Euphranor*, seruus *Lyconis*, testamento eius manumissus. *Laert.* V. 73.

*Euphronius*, Paeaniensis, testis testamenti *Lyconis*. *Laert.* V. 74.

*Eurytheum*, siue, vt in indice legitur, *Euxitheum*, vnde *Ionfius* inter Peripateticos p. 340 retulerit, non comperi. *Euxitheum* quidem, Pythagoricum, e *Clearcho*, Peripatetico, memorat *Athenaeus* IV. pag. 157. De alio *Euxitheo*, Eleorum proditore, e *Demosthene* mentionem faciunt *Harpocrat.* et *Suidas*.

*Eustratius*, Metropolita *Nicaenus*, de quo dixi supra cap. V. ad nr. XXIX. Commentario eius in secundum posteriorum Analyticorum hi praefiguntur versus:

Εὐστράτιο πόνοσ τὰδε πρωτόδροιο Νικαίης  
Κρέψιν Ἀριστέλους ἀσαφῆσ ἐξανελίσσωσ,  
Τὴν τεκτῆνατο κᾶνος Ἀναλυτικῶν ἐνὶ λούισθρ  
Ἔνθα κεν ἀμφὶ μέσθ τῶν καὶ ὄροιο πνυτὰ διδάσκα.  
Τόσσ κίχρη προήκων ὄφρ' ἀποδείξῃ ἐψῆκ.

[vid. *Buhle* de interpretib. gr. Aristot. pag. 299.]

*Euthademus*, *Luciani* aequalis, quem vide sis in *Hermotimo* tom. I. pag. 512. [cap. II. pag. 750. tom. I. edit. Reitzii.]

*Euxitheus*. Vide paullo ante in *Eurytheo*.

*Fauorinus*, Ἀριστοτέλῃς ἐρασῆς καὶ τῶ περιπάτῳ νέμων μερίδα τῆ πιθανῆ πλείστη. [P] *Plutarch*. VIII. 10. *Sympos. diuerſius*, vt videtur, ab altero Fauorino, Academico, de quo dixi supra cap. III. [pag. 173 sqq.]

*Flavius Boethus*, supra, in *Boetho*.

*Claudius Galenus*, libro de scriptis propriis tom. IV. pag. 368. haec se composuisse testatur ad philosophiam Aristotelis spectantia: Εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας ὑπομνήματα γ', Προτέρων ἀναλυτικῶν, τῆ πρότερον περὶ, ὑπομνήματα ε'. Τῆ δευτέρων ὑπομνήματα ε'. Εἰς τὰς ἰ κατηγορίας ὑπομνήματα δ'. Εἰς τὸ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως Θεοφράστῃ ὑπομνήματα ε'. Εἰς τὸ περὶ τῆ ποσαχῶς ὑπομνήματα γ'. Εἰς τὸ περὶ λέξεως Εὐδήμῃ ὑπομνήματα γ'. Περὶ τῶν κατὰ τὸ διότι ἀποδείξεων, ἐν. Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων καὶ συλλογισμῶν ἐν. Περὶ τῶν ἐκ μικτῶν προτάσεων συλλογισμῶν ἐν. περὶ τῶν κατὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων. Εἰς τὸ πρῶτον κινῆν ἀκίνητον. [conf. *Buhle* de interpretibus gr. librorum Aristot. tom. I. Opp. Arist. pag. 299.]

*Georgius*, sine *Gregorius Cyprius*.

*Georgius Pachymeres*.

*Georgius Scholarius*, aduersus cuius pro Aristotele ἀντιλήψεις scripsit *Georgius Gemistus*, Platonicus. Vide *Allatium* de *Georgiis*. *Fabric.* In bibl. Veneta D. Marci est in cod. DCXXXVIII. *Georgii Scholarii* (Gennadii Patr.) contra *Plethonem* pro Aristotele, et in cod. DCXXXIX. *Georgii Gemisti Plethonis* contra *Scholarium*, teste *Villoison*. in *Anecd.* gr. tom. II. p. 248. Plura vide de *Georgio Gemisto*, *Georgio Pachymere*, *Georgio Scholarii*, *Georgio Trapezuntio*, eorumque scriptis, codd. atque editionibus apud *Buhle* l. m. pag. 300 sqq. *Harl.*

*Georgius, Trapezuntias*, A. C. 1486. nonagesimo aetatis anno denatus, scripsit comparisonem Aristotelis et Platonis, qua Aristotelem longe praetulit, vt dixi supra cap. V. nr. XXXIV. Transtulit et latine Aristotelis *Rhetorica*. *Fabric.* conf. *Ioussum* III. 21, 10 sqq. de hoc et *Georgio Gemisto*. *Harl.*

*Georgius*, Aneponymus, cuius compendium philosophiae graece et latine edidit *Io. Voegelinus*, Augustae Vindel. ann. 1600. 8.

*Gerardus Mathisus*, cuius prolegomena et Epitome Logicae Aristotelis graece et lat. lucem viderunt, Coloniae 1569. 8.

*Glyco*. Vide infra, *Lycan*.

*Gorgylus*, *Stratonis* testamenti curator. *Laert.* V. 62.

[*Gregorius Nazianzenus*. Eius quidem Synopsis organi Aristotelis msta laudatur e cod. regio Paris. a *Labbeo* bibl. nou. MSS. pag. 113.]

*Harmostus*, quem in metaphysica Aristotelis commentatum, et *Aspasio* antiquiorem fuisse colligo ex *Alexandro Aphrodiseo*.

*Hegeſias*, *Hipparchi* F. *Theophrasti* discipulus. *Laert.* V. 57.

*Heliodorus*, *Alexandrinus*. *Porphyr.* in *Plotini* vita.

*Heraclides*,

*Heraclides*, Demetrii F. discipulus Lyconis. *Laert.* V. 71.

*Heraclides*, Ponticus, Heraclotes, de quo egerat Timagenes, cuius librum de claris Heraclenſibus memorat Suidas. Aristotelem audiuit teste *Laertio* V. 86. qui eius scripta recenset. Ad hunc praeter notas doctorum Virorum conferendus *Vossius*. pag. 45 sq. de Hist. graecis, et *Ionsus* lib. I. cap. 17. qui triginta diuersos Heraclidas refert lib. II. cap. 11. De allegoriis Homericis Heracliti, grammatici, quae Heraclidi, Pontico, male a quibusdam tribuuntur, dixi lib. I. cap. 22. [vol. I. pag. 192 sqq.]

*Heraclitus*, Peripateticus, cuius meminit *Plutarchus* aduersus Colotem pag. 1215. vbi refert, Ἀριστοτέλης τὰ περὶ θρανῶ καὶ τὰ περὶ ψυχῆς, Θεοφράστῃ [P] τὰ πρὸς τὰς φυσικὰς, Ἡρακλείτῃ δὲ Ζωροάστῃ, τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορεμένων, Δικαιάρχῃ δὲ τὰ περὶ ψυχῆς, ἐν οἷς πρὸς τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα τῶν φυσικῶν ὑπεναντιῶμενοι τῶ Ἰπλάτωνι καὶ μηχανῶμενοι διατελεῖσι.

*Heraclius*, discipulus Lyconis. *Laert.* V. 7c.

*Hermias*, Ammonii pater, Phoenicius, cuius meminit ex Agathia II. pag. 69 sq. *Suidas* in Πρέσβεις. De eo infra lib. V. *Fabric.* Vide supra, in Platone pag. 82. pag. 176. inter Academicos, ad quos ille, nisi diuersus fuerit, est ablegandus. *Harl.*

[*Hermias*, Eunuchus, Atarnensis, Atarnensium et Assiorum tyrannus, Platonis et Aristotelis discipulus atque amicus, scripsisse dicitur de animi immortalitate. vid. *Suidam* voc. Ἑρμίας, tom. II. pag. 859. *Eudocia* pag. 193. vbi Ἑρμίας exaratum est nomen: contra Ἑρμίας scribendum esse, contendit Suidas. Vtroque tamen modo nomen illud apud antiquos scribi, censet *Ignat. Rossius* in commentatt. *Laert.* pag. 84 sqq. et de loco Suidae atque lectione copiosus est. *Eudocia* autem addit: ἔγραψε Θαυμασίως περὶ ψυχῆς, ὅτι ἀθάνατος. adde supra de Aristotelis scolio in eum, vol. II. p. 111 sq. et quos ibi laudavi, tum in hoc vol. pag. 203 sq. atque cl. *Buhle* in vita Aristotelis, pag. 90 sqq. et pag. 34 sq. in notis ad Diogenem *Laertium*, vol. I. Opp. *Aristot.* *Harl.*

*Herminius*, Demonactis aequalis [Stoicus.]. Vide *Lucian.* in Demonacte tom. I. pag. 870. Praeceptor Alexandri Aphrodisei, teste *Simplicio* in II. de coelo commentar. 23. In librum Aristotelis de interpretatione frequenter citatur a *Boethio*. Videtur omnes, vel plerosque Aristotelis libros exposuisse, (inquit *Patrius* pag. 137. discuss. Peripatet.) ita vbique ab omnibus Graecis et *Boethio* citatur. Adpellatur etiam a *Proclo* in *Timaeum*, ut adpareat, illum quoque librum explanasse. [vid. *Buhle* I. Opp. *Aristot.* p. 302]

*Hermippus*, Peripateticus, de Phaenomenis caelestibus scripsit, et inter Arati interpretes recensetur. *Fabric.* Vid. *Hieronymus* in praef. ad catalog. scriptor. eccles. praecipue *Ionsus* de script. hist. phil. II. 9. §. 3. et 4 pag. 191—195. de libris eius. Scripsit enim vitam Aristotelis et de *Theophrasti* discipulis etc. adde *Menag.* ad *Diog.* *Laert.* II. sect. 55. pag. 102. supra in vol. II. pag. 808. in fin. §. V. *Harl.*

*Herodianus*, Apollonii Alex. frater.

*Hieronymus Rhodius*, ex Aristotelis schola, *Athen.* VI. pag. 424. Peripateticus inprimis nobilis dicitur a *Cic.* de Oratore cap. 56. *Laert.* IV. 41. et 42. VIII. 21. Cum Lycone odia gessit. *Laert.* V. 68. Eius scripta περὶ μέθης, περὶ ἐποχῆς, tum ὑπομνήματα ἰσορικὰ,

κα<sup>nm</sup>), et epistolae citantur a Laertio et Athenaeo lib. XIII. p. 602. Vide *Meursum* in Rhodo lib II. cap. 10. Summum bonum esse dixit vacuitatem doloris, teste *Cicer.* de finib. V. 5. et 7. *Fabr.c.* adde *Cicer.* Acad. quaest. IV. 42. Idem in Oratore cap. 56. animadvertit, Hieronymum ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus, plerosque senarios, sed etiam anapaesta elegisse. Similia fere cum Cicerone de eo narrat *Dionys. Halicarn.* in iudicio de Isocrate, tom. II. pag. 99. Secundum *Plutarchum* non posse suauiter viui sec. Epicur. pag. 509. vol. X. edit. Reiskii, lib. quoque confecit de choris musicis. Multa igitur varii generis scripsisse videtur. At partes libri cuiusdam tamquam peculiaria scripta, (id quod in aliis quoque saepe factum esse iam vidimus,) fuisse citatas, facile effici potest. Liber igitur, cuius meminit *Plutarchus*, pars fuit operis *περὶ ποιητῶν*, quod pluribus constitit libris. *Athenaeus* enim lib. XIV. cap. 9. *Ἰερώνυμος*, ait, ἐν τῷ Κιθαρωδῶν. ὅπερ ἐστὶ πέρμπτου περὶ ποιητῶν. In hoc igitur opere de variis mulices certaminum etc. generibus, forsitan etiam de mythis et fabulis poetarum egisse videtur. Pars illius quoque fuit *περὶ τραγωδοποιῶν*, quem tamquam librum, (ἐν τῷ π. τραγ.) citat *Apostol.* XI. 41. prouerb. *Κινῆς τὸν ἀνάγνωστον*, *Diogenian.* centur. III. adag. 31. *Suidas* in *Ἀναγνωσάσις*. vid. *Ionsum* II. 3, 6. pag. 154. *Menag.* ad *Diog. Laert.* I. 26. pag. 15. supra in vol. II. in nota tragicorum deperdit, pag. 306. *Almerf.* in historia de ortu et progressu doctrinarum apud Graecos et Rom. tom. I. pag. 294 sq. coll. censura in bibl. cur. annua. II. part. 8. pag. 115. *Brucker.* hist. crit. phil. vol. I. pag. 622. not. d. add. *Toussil* Emendat. in *Suidam* et *Hesych.* vol. III. pag. 62 sq. Vixit aetate *Arcefilai* et *Timonis*, sub *Ptolemaeo Philadelpho* et *Eumene Philetæri*, circ. Olymp. CXXVII. *Harl.*

*Hipparchus Stagirites*, Aristotelis discipulus, cuius mentio in eius testamento apud *Laert.* V. 12. De eo vide, si placet, *Suidam*. [et *Eudociam* pag. 244.] Mentio et *Hipparchi* cuiusdam in testamento *Theophrasti*, *Laert.* V. 62.

*Hippocrates*, Stratonis testamenti curator. *Laert.* V. 62.

[*Hippolochus*. *Athen.* IV. pag. 128. 130. *Heumann.*]

*Hyperochides*, a *Clearcho* inducitur Aristotelis familiaris, apud *Iosephum* I. contra *Apionem* pag. 1047. cuius locum transcripsit *Eusebius* IX. 5. praeparat.

*Iamblichus*, Platonicis licet addidior, quaedam Aristotelis scripta commentariis illustrauit, vt dixi infra libro V.

*Io. Argyropulus*, CPolitanus, patria a Turcis capta ad Cosmum Medicem se contulit, a quo liberaliter habitus filium nepotemque Petrum et Laurentium Medicem instituit, praeceptor etiam Angeli Politiani: obiit septuagenarius A. C. 1480. De eo videndus *Iouius* in elog. pag. 50. *Lambecius* VI. de Bibl. Vindob. pag. 278. *Bullartius* Academia scientiar. et artium tom. I. p. 269. *Varillafius* in *Anecdotis Florentinis* [P] etc. Inter primos fuit hic *Argyropulus*, qui renascentibus litteris scripta Aristotelis elegantius latine conuertit et commentariis interpretatus est. Praelectiones eius quasdam, Florentiae habitas,

nm) Vid. *Eudocia* pag. 395 vbi dicitur ὁ Ἰσοκρίδης, et ex eo fabula de *Tithono*: vnde intelligitur, cum ad *mythographos* quoque pertinuisse. *Harl.*



habitas *Donatus Acciaiolus* publici iuris fecit. *Fabric. Humphred. Hodius* de graecis illustribus L. Gr. litterarumque human. instauratoribus etc. Londini 1742. 8. pag. 187 sqq. qui ex cod. gr. Baroc. aeri incisam exhibuit *Argyropyli*, tamquam Constantinopoli discipulos quosdam logicam docentis, effigiem, *Angel. Mar. Bandinius* in Specimine litteraturae Florentinae saeculi XV. Florent. 1748. 8. part. I. pag. 64. inprimis p. 70 sqq. vbi de codice, qui illius expositiones in Aristotelis ethica, physica, in libros de anima et mechanica continet et seruat in bibl. Riccardiana: id. ib. part. II. pag. 49. et p. 108. interfuisse eum prodit conuiuio medico: *Ferdinandus Fossius* in Monumentis ad *Alamanni Rinuccini* vitam contexendam ex mstis codicibus erutis, Florentiae, 1791. 4. pag. 2 sqq. pag. 22. 35. 47. 58. vbi *Donatus Acciaiolus* *Iacobo Ammanato* commendat *Argyropolum*, omnibus bonis spoliatum, et in miseris calamitatibus versantem, item p. 61. 62. 113 quibus locis de eius ingenio, litteris meritisque multa, laude digna, dicuntur. *Harl.*

*Io. Beccus*, patriarcha CPol. ab A. C. 1274. inter Peripateticae fautores philosophiae recensetur a *Patricio* pag. 144. discuss. Peripatetic.

*Io. Damascenus*, saeculi octavi christiani scriptor celeberrimus, cuius operum editionem plenior et luculentam post *Allatii*, *Labbeique* promissa dedit eruditus Ord. Praed. monachus *Michael le Quien*, hoc loco a me refertur ob prolegomena<sup>90)</sup>, quae scripsit in *Isagogen Porphyrii*, et capita philosophica, siue dialectica atque physica, quibus *Aristotelis* philosophiam sibi cordi fuisse est testatus. [confer infra, in vol. VIII. p. 772.]

*Io. Glyces* siue *Glycas*. Meminit inter Peripateticos, saeculo tertio decimo claros, *Patricius* pag. 144.

[*Io. Italus*, *Mich. Pselli* discipulus, cuius comm. msst. in librum *Aristot.* de interpret. sunt in bibl. Paris. et Vindob. vid. *Buhle* l. c. pag. 305. *Harl.*]

*Iracus*, in *Stratonis* *Physici* testamento memoratus. *Laert.* V. 63.

*Isidorus Gazaeus*, *Simplicii* aequalis. *Suid.* in *Περὶ Ἰσίδωρου*.

*Lacydes*, Peripateticus, siue *Lycades*, cuius mentio apud *Aelian.* VII. 41. de animal. Sub Imp. *Adriano* vixisse suspicatur *Patricius* pag. 137. discuss. Peripatet. vbi pro: *narratque habuisse Aristonem*, lege: *habuisse anserem*. Sed *Lacydis* huius anserisque, illi familiaris, iam meminit *Plin.* X. 22. qui sub *Vespasiano* scripsit. De *Lacyde* altero, *Cyrenaeo*, dixi supra cap. III. in *Platonicis*, [pag. 177.] quem cum peripatetico confundit *Harduin.* ad *Plinium*.

*Lamprias*, *Plutarchi* frater. Vide II. 2. sympos.

*Lampyrion*, discipulus *Stratonis*, *Physici*, vt colligitur ex eius testamento apud *Laert.* V. 61. 63.

*Leo*, *Byzantius*, *Aristotelis* discipulus, cuius filii, *Melantes* et *Pancreon*, heredes a *Theophrasto* instituuntur. *Laert.* V. 51. 53. 54. 55. 56. [*Eudocia* pag. 283. *Allatius* lib. de *Psellis* §. 2 sqq.]

*Leo*

<sup>90)</sup> Graece edita in *Opp. Damasceni* vol. I. Paris. 1712. fol. *Harl.*

*Leo Magentenus*, metropolita Mytilenensis, cuius habemus graece Compendium ex Ammonio in Aristotelem de interpretatione, et commentarium in binos Analyticorum libros. [Saepius eius supra in narrat. de Aristotelis scriptis facta est mentio. Floruit circa a. Ch. 1340. vide infra in vol. VI. pag. 383. et *Buhle* l. c. pag. 305 sq. *Hartl.*]

*Lycades*. Supra in *Lacydes*.

*Lycifus*. Vide infra in *Praxitele*.

*Lycon*, Astyanactis F. Troadensis, successor Stratonis, Lampfaceni, Olymp. CXXVII. clarus, temporibus Antigoni Gonatae, Macedonis, et Antiochi, Syriae regis, (ad quem venire renuit,) et Pergami regum Attali atque Eumenis, qui eum gratia ac muneribus sunt prosequuti. Vide Athen. XII. pag. 547 sq. ad *Laert.* V. 65 sq. Scholae praefuit Athenis per [P] annos XLIV. id. nr. 68. Propter eloquentiam dictus est *Glycon*, quomodo et apud Plutarchum adpellatur. *Laert.* V. 66. [Scripsisse eum de finibus boni et mali, probabile fit ex *Cicer.* Tuscul. III. 32. et *Clemente Alex.* Strom. II. p. 497.] Pro *Lycone* male *Lysias* legitur in quibusdam *Ciceronis* editionibus, vt luculenta illa *Hamburgensi Frobeniana*, V. 5. de finibus, [vbi vid. *Dauil.*] Perperam quoque *Lycus*, Peripateticus, apud *Clementem* II. Strom. p. 416. <sup>71</sup>) *Atisso*, *Lyconis* successor, librum, fabulis plenum, *Lyconis* nomine inscripserat, cuius meminit *Plutarchus* initio libri de audiendis poetis.

*Lycones alii duo*, quorum vnus frater, alter fratris filius fuit, illius, de quo iam dixi. *Laert.* V. 69 sq. et 74.

*Lycus*. Vide paulo ante, in *Lycon*.

*Lyncceus, Samius*, Theophrasti γυνώσιμος, siue discipulus. *Athen.* III. pag. 100. et VIII. p. 337. [de eius scriptis deperditis egit *Ionsius* II. 2, 4. pag. 146. *Athenaeus* frequentem facit illius mentionem.]

*Lysander*, Hybaees, testis testamenti Theophrastei. *Laert.* V. 57.

*Lysimachus*. Infra in *Simachus*.

*Lysistratus*, Thasius, Phidonis F. *Laert.* V. 57.

*Magentenus*. Vide supra *Leo*.

*Marinus*, Neapolitanus, [Flauia Neapoli, oppi lo Samariae, prope montem Garizin,] Procli discipulus, videtur scripsisse in libros Aristotelis de anima, vt e *Philopono* colligit *Patriarius*

pp) A *Porphyrio* de vita Pythagorae sect. V. pag. 8. edit. Kuisteri citatur Λύκος ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἰσοσιῶν, qui vero est *Lycus*, Iasensis, diuersus ab *Lycone*, Troadensi: de priore vid. *Ionsium* IV. 33. pag. 288. et supra, vol. I. pag. 851. At *Fabricius*, *Ionsium* de script. hist. phil. IV. 38. vbi *Lycon* et *Lycus* tamquam duo diuersi homines nominantur, forsitan sequutus, perperam lectionem τῆς *Lycus* in *Clemente* sollicitat. Namque Λύκος,

Λύκος, Λύκος idem nomen est, nec nisi forma differt, vt bene monet *Ruhnken*. qui ad P. Rutil. Lupum pag. 99 sq. de *Lycone* erudite disserit. Negligentem eum fuisse historicum, iudicat *Meiners*. in hist. de ortu et progress. doct. apud Gr. et Rom. tom. I. p. 295 sq. at eius censor in bibl. crit. Amstel. II. part. 8. pag. 115. not. f. Lyci modestiam potius esse laudandam, quam ignorantiam illius vituperandam, existimat. *Hartl.*

*tricius* pag. 140. discuff. Peripatet. [fcripsit vitam Procli et alia. vid. *Eudoc.* pag. 300. *Ionfius* III. 18, 1. pag. 98. et III. 19, 1. pag. 103. Fabric. infra, vol. VIII. pag. 463.]

*Gerardus Mathifius.* Vide fupra in *Gerardus*.

*Maximus*, Epirota, fiue Byzantius, fcripsit Suida teffe *περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων*, et *ὑπέμνημα εἰς Ἀριστοτέλην*. Meminit et Simplicius in *Categor.* fol. 1. a. Idem Suidas [quem *Eudoria* pag. 300. exfcripsit,] hunc Maximum eundem facit cum Maximo, Iuliani, τῆ παραβάτῃ, magiftro. Sed hunc, quem Ephesium vocat, diftinguit *Socrates* III. 1. Hift. vt iam notatum praeclaro Suidae interpreti, Lud. Küftero. [adde *Buhle* l. c. pag. 306.]

Pro *Megaclide* apud Tatianum legendum *Metaclides*. [vid. *Ionfius* IV. 35. pag. 259. qui *Megaclidem* vocat: nec *Worth* ad Tatiani orat. ad Graec. cap. 48. pag. 106. de lectione dubitat.]

*Melantes.* Vide fupra in *Leo Byz.*

*Menander*, comicus, Theophrasti difcipulus. *Laert.* V. 36. amicus Demetrii Phalerei. *Laert.* V. 79. et Theophrasti atque Epicuri amicus. Alciphron. epift. vlt.

*Menedemus*, Rhodius, Peripateticus, fiftitur in codicibus *Gellii*, tam editis, quam MStis, XIII. 5. fed *Eudemi* nomen reponendum effe, contendit *Voffius* de Hift. Graecis pag. 350. Confer *Iac. Grononium* ad *Gellium* pag. 580. Aristotelis difcipulis, (e *Gellii*, vt opinor, loco,) accenfetur *Menedemus* a *Patricio* pag. 128. et 130. discuff. Peripateticarum, et *Ionfio* pag. 340. [I. 15, 2. pag. 94. IV. 38. pag. 261.]

*Menelaus Aenaeus.* *Steph. Byz.* in Ἀναίᾳ. [P] [in voc. *Εὐτρησις*. *G. I. Voffius* de hiftor. gr. lib. III. pag. 388. qui in posteriore Stephani loco et in voc. Ἀμφιγένεια Mienelaum Aenacum intelligendum fufpicatur: nam fuit quoque *Menelaus*, *Aegaeus* patria, poeta, qui Thebaidem libr. XII. fcripsit: at in loco *Steph. Εὐτρησις* poetam memorari, opinatur *Ruhnken*. in diff. de Longino §. 10. vbi pag. 27 fq. in *Toupii* editione II. Longini de Menelao, Aegaeo, quaedam collegit. *Harl.*

*Menephyllus*, Peripateticus, colloquens inducitur a *Plutarcho* IX. 6. *Sympos.* et 14.

*Menon*, Aristotelis difcipulus. Vide fupra cap. VII. in *Συναγωγῇ*.

*Metaclides*, Peripateticus, Tatiano laudatus et Suidae in *Μετακλείδης*.

*Metrocles*, Maronites, Hipparchiae frater; antequam ad Cynicos abiret, auditor Theophrasti, teffe *Laertio* VI. 49. et *Stobaeo* ferim. XCV.

*Metrodorus*, Theorematicus, Theophrasti primum, dein Stilponis auditor. *Laert.* II. 113.

*Michael*, Ephesius, et *Michael Pfellus*, de quibus infra libro V. [vid. *Allatius* lib. de *Pfellis* §. 31. 32. *Buhle* l. meyn. pag. 306 fq.]

*Midas* (*Mesias*), medicus, qui Lyconem curauit. *Laert.* V. 72.

*Mnafon*, Phocenfis, Aristotelis difcipulus. *Adrian.* III. 19. Var. *Athen.* VI. pag. 264.

*Mnefigenes*, Stratoni testamenti curator. *Laert.* V. 62.

*Neleus*, Corifci F. Scepius, Aristotelis et Theophrasti, qui ei libros omnes fuos legauit, (*Laert.*

(*Laert.* V. 52.) auditor. Illic reges Aegypti primus docuit bibliothecas condere. *Strab.* XIII. pag. 608. Ab eius posteris pretio deinceps redempta Aristotelis et Theophrasti scripta. *Strab.* XIII. pag. 608. et supra in *Apellicon Teius.* Mentio Nelei iterum apud *Laert.* V. 53. 55. 56. et *Athenaeum* lib. I. pag. 3. A. ubi male in Graeco Πηλέα: verba haec sunt: Ἀριστοτέλη τε τὸν Φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τέττε διατηρήσαντα βιβλία Πηλέα, [at in versione latina iam correctum legitur *Nileum*,] παρ' ἧ πάντα φησὶ περιέμενος ὁ ἡμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολεμαῖος Φιλάδελφος — — εἰς τὴν καλὴν Ἀλεξάνδρειαν μετέγαγε. *Fabric.* — conf. *Buhle* praefat. ad tom. I. *Opp. Aristot.* pag. XIX. not. de illo Athenaei loco. *Harl.*

[*Nemesius.* vid. *Fabric. Bibl. Gr.* V. 14, 6. vol. VII. pag. 549. *Heumann.*]

*Nicanor, Alexandrinus,* teste *Suida* in *Διοχηλων*, scripsit περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν, quo aegre carere se professus est iure merito *Ionsius* pag. 339.

*Nicanor,* quem generum sibi testamento instituit Aristoteles. *Laert.* V. 12 sq. *Theophrasti* ad hunc epistolas memorat *Laert.* V. 50.

*Nicephorus Blemmydes* et *Nicephorus Gregoras,* de quibus infra libro V. [*Buhle* l. c. p. 307.]

*Nicippus,* *Theophrasti* discipulus. *Laert.* V. 73.

**NICOLAUS, Damascenus,** Augusto perquam carus, (pater eius Antipater, frater *Ptolemaeus*, de quibus *Suidas* in Ἀντίπατρος,) εἰς ἐκ τῶ Περιπάτου, *Athen.* VI. pag. 249. confer *Ionsium* [lib. III. 2, 6. pag. 10. *Dorn.*] De eius πολυβιβλῶ ἰστορία καθολικῆ, libris CXLIV. constante, *Athen.* IV. p. 153. VI. p. 252. 652. et consulendi *Montacutius* Apparatu quinto ad *Origines Ecclesiasticas*, *Vossius* II. 4. de *Hist. graecis*, *Hugo Grotius* epistola CCLXIV. (ad Gallos 117.) et *H. Valesius* in excerptis *Peirescianis*, qui duumviri doctissimi fragmenta Damasceni collegerunt ac latine verterunt. [adde supra, inter *Platonicos* pag. 179. *Eudoc.* pag. 308.] *Iosephus* A. I. 4. adducit ex libro 96. *Nicolai* Damasceni fragmentum. Fragmenta quidem de moribus variarum gentium, quae a *Stobaeo* servata vna cum similibus *Heraclidis*, subiici solent *Aristotelis πολιτικῆς*, videntur petita fuisse e Damasceni συναγωγῇ παραδόξων ἠθῶν, quam auctor inscripserat *Herodi*, *Iudaeorum* regi, teste *Photio* cod. CLXXIX. In excerptis *Peirescianis* pag. 414. leguntur etiam praecelara ἀποσπασμάτια ex Damasceni [P] libro de vita sua, περὶ τῆ ἰδίας βίης καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς p. 414 sq. tum e libris de vita *Augusti* pag. 473. nisi haec fuit παρ καθολικῆς ἰστορίας perinde vt *Asiatica hist.* in πολυετιχῶν βιβλίων. *Photio* memoratum [cod. CLXXXIX. Breue huius *Nicolai* scriptum περὶ τῶν ἐν τοῖς πρακτικῆς καλῶν, de pulcro in moribus atque officiis *Simplicius* ad *Epictetum*, cap. 37. p. 194. praefert πολυετιχῶς aliorum hoc de argumento lucubrationibus. *Tragedias* quoque et *comoedias* cum laude scripsisse, et in omni genere doctrinae egregium fuisse, *Suidas* retulit. [vid. in catalog. tragicorum deperdit. vol. II. p. 312.] Ex his videtur fuisse Σωσάνης quam laudat *Eustathius* ad *Dionys.* v. 976. Eius opus de philosophia *Aristotelis* citat *Simplicius* in II. de coelo comment. 12. librum de *Diis* id. I. *Phys.* De philosophia prima id. *Paraphrasin in Aristotelis Metaphysica*, libros de coelo, de anima etc. Vide *Patrii* discuss. *Peripatet.* lib. X. p. 136. De palmulis, siue placentis e dactylis, quas a *Nicolao* Damasceno, inuentore, *Nicolaos* vocavit *Augustus* imp. agunt *Mesius* ad *Hesych.* illustrem

illustrem p. 168 sq. et lib. II. exercitt. crit. cap. 12. et illustris *Es. Spanhemius* diff. IV. de vsu ac praestantia numismatum. *Rosweid* ad vitas patrum p. 372. *Casaubon.* ad Athenaeum XIII. 18. *Adrian. Relandus* part. II. diff. miscell. p. 299 sq. Mentio etiam apud Talmudicos in tractatu Avodah Sarah. vid. tom. IV. legum Mishnicarum pag. 366. edit. Surinhufti, *Buxtorffii* lexicon talmud. in סדרן. *Fabric.* — Sententiae ex eius scriptis in collectione sententiarum Frobeniana. Drama τῆς Σωταλίδος *Vossius* de poetis gr. pag. 31. *Colomesf.* ad Gyrald. pag. 303. nostro tribuunt, *Fabric.* infra lib. III. cap. 19, 7. haesitat. *Harl.*

*Nicomachus*, Aristotelis F. *Laert.* V. 1. discipulus Theophrasti. *Laert.* V. 39. Vide, quae supra cap. VI. nr. XXIX. et *Marium Nizolinum* IV. 6. Antibarbari philosophici, qui Nicomachum contendit digessisse scripta pleraque, quae sub Aristotelis nomine hodie legimus.

*Nilus*, cuius libellus de ratiocinationibus latine prodiit, Io. Baptista Rafario interprete. Lugd. 1547. fol. ad calcem Ammonii, Magenteni et G. Pachymeris.

*Olympiodorus*, Theophrasti discipulus. *Laert.* V. 57.

*Olympiodorus*, quem Proclus anno Christi 484. denatus audiuit, teste *Marino* in huius vita cap. IX. [*Nesitham* praef. ad Hieroclem pag. 19.]

*Olympiodorus* iunior, cuius Commentarii in Aristotelis libros quatuor Meteoron exstant graece cum Ioh. Philopono Venet. 1551. fol. et latine Io. Baptista Camotio interprete ibid. 1551. 1567. fol. Alexandrinum se indicat in lib. II. p. 66. Aetatem docet lib. I. p. 20. testatur, cometen sua aetate conspectum anno CCLXXXI. Diocletiani, qui respondet anno Christi, DLXV. *Fabric.* De commentariis eius msstis etc. disputatum est in capite de Aristotelis libris. adde supra inter Platonicos pag. 180. *Buhle* l. m. pag. 309. *Harl.* vid. *Olearii* bibl. eccles. *Menag.* hist. philosopharum §. 65. et 66. *Heumann.*

*Olympius*, Aristotelis seruus. *Laert.* V. 15.

*Olympus*, discipulus Ammonii Saccae. *Porphyr.* vita Plotini.

*Ophelion*, Lyconis seruus. *Laert.* V. 73.

*Georgius Pachymeres*, de quo infra lib. V.

*Palasphurus*, Abydenus, historicus, Aristotelis discipulus, de quo Suid. [vid. supra in vol. I. pag. 184 sqq.]

*Peripateticus Palatinus*, (i. e. aulicus, a palatio,) in Io. Sarisberiensis Metalogico plus simpliciter vice memoratus est *Petrus Abailardus*, ut ipse docet lib. II. cap. 17. Confer *Iac. Thomasi* τὸ μακροπύξ diatribam de statu Academiarum [P] post receptum Aristotelem, quae inserta est observationibus selectis Hallensibus tom. VI. p. 156 sq.

*Pancrion*, supra in *Leo Byz.*

*Pascherates Rhodius*, Bonzei F. frater Eudemi, Rhodii, de quo suo loco. Aristotelis discipulus. Huic quidam tribuerunt A. τὸ ἐλαττον Metaphysicorum teste *Philopono* pag. 7. Sed deridendos eos, qui librum primum Aristoteli abiudicant, ducit *Syrianus* in lib. II.

pag. 17. vbi obseruat, Aristotelem ipsum eo remittere suos lectores. [vid. Buhle l. c. pag. 309.]

*Pasithemis*, medicus, qui Lyconem curauit. *Laert.* V. 72.

*Phaniades*, Phalannaeus Cretensis. *Steph. Byz.* in Φάλασσα.

*Phanias*, siue Phaenias, e Lesbo Eresius<sup>99)</sup>, discipulus Aristotelis, ad quem epistolam Theophrasti laudat Schol. *Apollonii* lib. I. v. 36. *Laert.* V. 38. 50. [Saepe eum citat variosque illius libros laudat *Athenaeus*, e. gr. lib. III. pag. 90. VI. 231. item pag. 232. 233. 352. 371. 406. 638.] Scripsit, magistri sui exemplo, *Categorias*, de Interpretatione et Analytica, vt colligas e loco Ammonii, quem supra in Eudemo produxi: Librum aduersus Diodorum, e quo Polyxeni sophisma profert Alex. Aphrodisaeus in I. *Metaph.* p. 36. [Scripsit quoque aliquot libros *περὶ ποιητῶν*, item de Alexandro M. vid. in hoc vol. pag. 48.] Tum librum *περὶ Σωκρατικῶν*, de quo confer, si placet, *Ionsum* I. 15. 4. pag. 97 sq. Alia eius scripta persequitur *Vossius* de Hist. Gr. i. 9. pag. 49. cauebis tamen ab errore, quo vir doctus *Phaniam* iuniorem, Posidonii, Stoici, discipulum, cum Phania, Eresio, confundit. Tertium quoque *Phaniam*, vtroque vetustiore, obseruauit *Ionsius*, pro quo *παράνομων* reo Lysias orationem scripsit, teste *Athenaeo* XII. pag. 551. Alius fuit *Phanias*, Appii Pulchri libertus, *Cic.* III. i. ad famil. *Fabric.* — *Phanias*, Siculus, de tyrannis Siculis, vid. *Dorville* in Siculis pag. 167. *Ath. n.* tamen libro VI. pag. 232. B. citat *Phaniam*, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυραννῶν, sed patriam eius non addit. Atque *Phaniae*, Eresio, illum tribuunt librum *Vossius* l. c. et *Moller.* in Homonymoscopia pag. 328. — *Toup.* in Emendatt. in Suidam et Hesychium varia *Phaniae* epigrammata emendat, vol. I. pag. 271. epigramma quoddam in Reiskii anthologia pag. 59. vol. II. p. 210. aliud *Phaniae* epigramma in tonforem. alia pag. 331. pag. 427. pag. 559 sqq. (apud Reiskium in Anthol. Cephalae pag. 59. et Oudendorp. ad Thom. Magistrum pag. 251.) et vol. III. pag. 119. aliud, (apud Reisk. l. m. pag. 58.) *Harl*

*Phasellus*, Aristotelis discipulus, cuius meminit *Athenaeus* XIII. pag. 566. videtur esse Theodectes.

*Philion*, Alopecensis, testis testamenti Theophrastei. *Laert.* V. 57.

*Philo*, Aristotelis seruus. *Laert.* V. 15. [*Ionsius* I. 17. 3. et 4. pag. 109 sq. *Athen.* XIII. pag. 610. F. *Fabric.* infra vol. III. pag. 119.]

*Philochorum*, Atheniensem, liceatne Peripateticis adnumerare e loco Tatiani, quod facit *Patrius* pag. 134. discuss. Peripatet. vehementer dubito.

*Philocrates*, Tifameni F. cuius mentio in testamento Stratonis apud *Laert.* V. 64.

*Philomelus*, Euonymeus, testis testamenti Theophrastei. *Laert.* V. 57.

*Io. Philoponus*, Ammonii Hermecae discipulus, de quo infra lib. V. [P] [vid. *Buhle* pag. 303 sq.]

*Philosfratus*,

<sup>99)</sup> Male Ephesus dicitur apud Suidam et Etymol. in Κεφβας. Perperam quoque Koenigius in Bibl. Phanium, Lesbium, ab Eresio distinguit. De

*Eresio*, Phaniae ac Theophrasti patria, vide, si placet, Baelium in Lexico.

- Philostratus*, Peripateticus. *Macrob.* I. Saturnal. cap. 11. At legendum *Theophrastus*. [vel *Polystratus*, Tyrrenus cognomine, Atheniensis, Theophrasti discipulus, cuius meminit *Athen.* XIII. pag. 607. F.]
- Phocio*, Peripateticus. Schol. Comici (legend. *Sotio*) ad Plutum v. 149. [ibique Hemsterhus. vid. *Wouwer.* Polymath. cap. 19. pag. 213.]
- Phormio*, Ephesus, Peripateticus, derisus ab Hannibale, quod homo de schola, ipso praesente, per aliquot horas de Imperatoris officio et de omni re militari dicere instituit. *Cic.* de Oratore II. 18.
- [*Photius*, patriarcha Constantinop. vid. infra vol. IX. pag. 369 sqq. *Buhle* pag. 309.]
- Phrasidemus*, Peripateticus, quem, naturalis disciplinae peritum, ex Aristotelis schola ad se attraxit Stilpo, Megarensis, teste *Laertio* II. 114.
- M. Pifo* apud *Ciceron.* de fin. V. 1 sqq.
- Plato* iunior, Aristotelis discipulus. *Laert.* III. 109. Alius item Plato, discipulus Praxiphani. ibid.
- Polyselus*, cuius σύγγραμμα περὶ εἰσμαρμένης laudat *Alexand. Aphrodis.* extremo libro II. de anima, testatus, eum in illo scripto docuisse, quod idem sit fatum et natura.
- Pompylus*, Theophrasti seruus, Philosophus. *Laert.* V. 36, 54, 55.
- Porphyrius*, de quo infra libro IV. scripsit praeter Isagogen de quinque vocibus in scholis peripateticis decantatissimam, expositionem in Aristotelis Categorias. [conf. *Buhle* pag. 310.]
- Posidonius*, Lyconis seruus, testamento eius manumissus. *Laert.* V. 73.
- Praxiphanes*, Rhodius. *Strab.* XIV. p. 655. Theophrasti discipulus, *Procl.* I. in Timaeum, praeceptor Platonis iunioris, peripatetici. *Laert.* III. 109. Scripsit diatribam de poetis, qua colloquentes induxit Platonem, veteris academiae principem, et Isocratem. id. III. 8. [*Tzetzes* ad Hesiod. Opp. et dies 1. notat, *Praxiphannem*, Theophrasti discipulum, testatum esse, (probabiliter in libro de poetis, se in peruetusto libro non reperisse decem versus priores Hesiodi carminis illius. adde *Groenii* lection. Hesiodaeas ad v. 9. pag. 4. edit. Clerici. *Harl.*] Videtur hic Praxiphanes laudari a *Demetrio* de eloquutione lect. 57 sq. *Praxiphanes* ἐν τῷ περὶ ἰσορίας, *Murellin.* in Thucydidis vita, [pag. 15. et ibi *Hudson.* pag. 49.] Alius *Praxiphanes*, Dionysiphani F. Mytilenaeus, qui primus grammaticus dictus est. *Clem.* I. Strom. pag. 309. [conf. *H. Vales.* de critica I. cap. 2. p. 148. ibique not. *Burmanni* II. subiunct. eius Emendationum libris V. *Harl.*] — *Praxiphanes*, Sophoclis scholiastes. Schol. ad Sophoclis Oedipum Colon. v. 894. *Praxiphanes*, quem audiuisse fertur Epicurus. *Laert.* X. 13.
- Praxiteles*, apud auctorem vitae Aristot. a Menagio editae: Διάδοχοι δὲ αὐτῆ τῆς σχολῆς κατὰ τάξιν ἐγένοντο οἷδε. Θεόφραστος, Στράτων, Πραξιτέλης, Λύκων, Ἀρίστων, Λύκισκος, Πραξιφάνης, Ἰερώνυμος, Πρύτανις, Φορμίων, Κριτόλαος.
- Premigenes*, Mytilenaeus. *Galn.* V. 11. de sanitate tuenda, tom. IV. pag. 274. κατὰ Θεωρίαν περιπατητικὴν ἄνεως δεύτερος.

*Priscianus, Lydus*, cuius exstat commentatio in Theophrastum de sensu. Vide supra cap. VII. nr. 15. de Theophrasto.

*Procles et Demarctus*, Aristotelis e filia, Pythiade, nepotes, discipuli Theophrasti. *Sextus I.* contra Math. pag. 51.

*Proclus*, Lycius, primum audiuit Olympiodorum, Peripateticum, et libris [?] duobus de motu aristotelicam doctrinam de hoc argumento in compendium redegit. Videtur etiam in libros de coelo et elementis scripsisse, ut e Philopono colligit *Patricius* p. 141. discuss. Peripatet. [infra in vol. VIII. pag. 455 sq. *Buhle* l. m. pag. 310 sq.]

*Profenus*, Longini aequalis. Vide Eusebium X. 3. praeparat.

*Prytanis*. Vide supra in Praxitele.

*Michael Psellus*, de quo libro V. [*Buhle* l. m. pag. 307.]

*Ptolemaeus*, Peripateticus, cuius meminit *Porphyrius* in Plotini vita p. 127. *Sextus Empir. I.* contra Math. pag. 13. et 15. *rr)* et Scholiastes ineditus ad Dionysium Thracem. Forte non diuersus a *Ptolemaeo, Afcalonita*, de quo dixi nonnihil lib. II. cap. V. [vol. I. p. 521.] atque infra lib. IV. vbi de Ammonii libello *περὶ ὁμοίων καὶ διαφορῶν λέξεων*. Ceterum a Simplicio in libros de coelo, vbi Ptolemaei *περὶ σοιχείων* et *Ὀπτικῶν* commemorat, non puto, notari *Ptolemaeum, Peripateticum*, ut in mentem venit *Patricio* p. 137. discuss. Peripatet., sed *Claudium Ptolemaum*, mathematicum celebrem, de quo suo loco.

E Regibus *Ptolemaeis* a peripatetica doctrina non alieni fuere *Ptolemaeus Lagi*, qui Theophrastum ad se arcessiuit, *Laert. V. 37.* et *Ptolemaeus Philadelphus*, Stratonis, Physici, quem LXX. talentis donauit, institutione vsus. id. V. 58.

*Python*, cuius mentio in testamento Lyconis. *Laert. V. 70.*

*Rufinus, Cyprius*. Lucian. Demonacte.

*Satyrus*, sub Ptolemaeo, Philometore, clarus, de quo *Ierfius* lib. II. cap. II. [3. p. 202. idem in diss. de historia peripatetica pag. 309. edit. a I. Herm. ab Elswich. cum Launoio de varia Aristotelis fortuna etc.] et *Vossius* de Hist. Gr. [lib. IV. p. 410 sq. Satyri librum *περὶ Χαρακτήρων* citat *Athenaeus* IV. pag. 168. C. adde eundem lib. VI. pag. 248. 250. XII. pag. 541. C. XIII. 556. A. *Hieronym.* praef. catal. scriptor. eccles. *Eudocia* pag. 366. pluscula ex *Satyri* opere de populis Alexandriae adfert ex *Theophili* libr. II. §. 7. ad Autolyceum. adde supra pag. 61. in hoc vol. *Harl.*]

[*Claudius Severus*, peripateticus, magister imperatoris Antonini. vid. *Capitolin.* in vita Antonini cap. 3. pag. 58. *Antonini* ad se ipsum lib. I. §. 14. pag. 3 sq. edit. Gatack. cuius not. pag. 22. edit. Stanhope, (Londin. 1707. 4.) conferes, et *Mesicem*, in bibl. Bremensi class. II. fasc. I. pag. 865. not. *Harl.*]

*Seueritanus*,

*rr)* Eadem fere scripsit *Fabricius* ad *Sext. Empir. adu. Grammat. I. cap. 3. sect. 60. pag. 229.* Sed *Ptolemaeus*, peripateticus, quem se vidisse ait Longinus in praefatione a Porphyrio seruata, per temporis rationes vix potuit a Sexto Empirico

commemorari. Tum Longinus disertè testatur, eum nihil, praeter carmina et declamationes, scriptum reliquisse, uti acute animaduertit *Ruhnken.* in disert. de vita et scriptis Longini §. IV. pag. 8. praef. edit. II. Longini *Toupianae. Harl.*



- Seueritanus*, graecus Aristotelis interpres, apud Io. Sarisberiensem III. 5. pag. 152. Metalogici, quis sit, adhuc quaero.
- Simachus*, inter Theophrasti discipulos refertur a Patricio ex latina versione *Athenaei* VI. pag. 252. sed in Graeco rectius est *Lysimachus*. Ἀττάλης δὲ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδασκαλὸς Λυσίμαχος, ἐν Καλλιμάχῳ μὲν <sup>55)</sup> Θεοδώριον ἀναγράφει, Φρμιππος δὲ ἐν τοῖς Θεοφράστῃ μαθηταῖς καταλέγει. Confer de hoc *Lysimacho Ionisium* lib. I. cap. 2.
- Simplicius*, Ammonii Hermeae et Damascii discipulus, natione Cilix, cuius eruditissima in varios Aristotelis libros commentaria graece exstant. De hoc dixi infra lib. V. [adde *Buhle* pag. 311 sq. *Ionisium* III. 19, 3.]
- Sisinnius*, episcopus Nouatianus, Peripateticis a quibusdam accensetur, quia apud *Sozomenum* VIII. 1. et *Socratem* VI. 22. dicitur fuisse [P] ἀνὴρ ἐλλόγιμος ὅτι μάλιστα καὶ φιλοσόφων δογματῶν καὶ τῶν ἱερῶν λόγων ἐπιστήμων, καὶ πρὸς δικαλίξαις ἔτοιμος.
- Socrates Bithynus*. *Laert.* II. 47. *Virginio Rufo* antiquior. *Alex. Aphrod.* II. de anima pag. 154. b. Fuit et Aristotelis quidam magister *Socrates*, diuersus a celebri illo, quem audiuit Plato. De eo *Menagius* ad laudatum *Laertii* locum.
- Sofigenes*, Alexandri Aegaei praeceptor, de quo dixi supra cap. V. §. 21. Andronici eum Rhodii discipulum fuisse, suspicatur *Patricius* pag. 134. discuff. Peripatet.
- Softratus*, Cleodemi peripatetici discipulus. *Lucian.* conuiu. tom. II. pag. 647. [cap. 32. pag. 440. tom. III. edit. Reitzii.]
- Sotion Alexandrinus*, Apollonii, Peripatetici, frater natu minor, *Plutarch.* περὶ φιλαδελφ. [pag. 487. vide infra in catal. Stoicorum h. v.]
- Sotion*, ex peripatetica disciplina haud sane ignobilis vir fuit. Is librum, multae variaeque historiae refertum, composuit eumque inscripsit Κέρως Ἀμαλθείας. *Gell.* lib. I. cap. 8. <sup>56)</sup> e cuius loco videtur et apud Scholiasten Aristoph. (*Plut.* v. 149. vbi *Hemsterh.* nihil discernit.) et *Parimum* in *Δαῖς* pro Phocionis, Peripatetici, nomine nomen *Sotionis* reponendum. Confer *Ionisium* II. 10, 1. *Sotionem* laudat *Simplic.* in *Categor.*
- Staseas*, Neapolitanus. *Ciceronis* familiaris. lib. I. de Oratore cap. 22 sq. V. 2. et 25. de finibus, *Censorinus*, cap. 14.
- [*Stephanus*, philosophus peripateticus, vulgo parum cognitus. Commentarius eius graecus in Aristotelis elenchos sophisticos fuit in bibliotheca Diege Hurtadi Mendozae, et eius scholia mssta in Aristotelis libros de anima et in rhetorica, teste *Labbeo*, adseruantur in bibl. Parisiensi. vid. *Buhle* l. c. pag. 313. *Harl.*]
- Strabo*, Geographorum princeps, Stoicis licet addictior, testatur, se cum Boetho, Sidonio, apud Andronicum Rhodium συμφιλοσοφῆσαι τὰ Ἀριστοτέλεια. XVI. pag. 757. *F. brie.* Strabonem

55) Callimachus in suis Πίνυξι φιλοσόφων hunc *Lysimachum* retulerat inter discipulos Theodori Athei.

56) Quidam *Gellii* codices habent *Focion* vel

*Phocion*. Itaque illud nomen potius in *Gellii* editionibus reponendum contendit *Christoph. Wasse* in animaduersionibus Nonianis.

Strabonem posse Peripateticis adnumerari, negat *Casaubon.* ad Strabon. I. pag. 11 sq. edit. Almelou. adde *Bayle* dict. voc. *Andronicus* not. F. et voc. *Tyrannion.* not. F. *Harl.*

*Strato, Alexandrinus.* *Laert.* V. 61. Nescio, aliumne, an hunc *Stratonem* innuat *Tertullianus* cap. 15. de anima, ubi eum a Stratone, Physico, distinguit.

*Strato Physicus*, patria *Lampfacenus*, Arcefilai F. Theophrasto successit Olymp. CXXIII. <sup>uu)</sup> et Ptolemaei Philadelphi praeceptor fuit. Vide, quae ad Laetium V. 58 sq. ubi et scriptor in catalogus, inter quae est epistola ad Arfinoen, coniugem Ptolemaei. In testamento, quod ibidem nr. 62 sq. legitur, scholae successor a Stratone Olymp. CXXVII. designatur Lycon, de quo supra suo loco <sup>vv)</sup>. In libro *περὶ τῶν ὄντων*, definiuit τὸ ὄν *διαμορῆν τῶν ὄντων*, quod reprehendit *Proclus* IV. in Timaeum pag. 242. 243. Materiae tribuit facultatem plasticam et spermaticam, in qualibet eius particula latentem, cuius, licet sensu atque intellectu destitutae, vi res omnis generis efformentur atque iterum in eam recidant et corrumpantur, ut vita quoque et sensus atque intellectus sint nihil aliud, quam formae, accidentia, *πάθη* et qualitates materiae. Confer *Rad. Cudworthi* systema *νοητὸν* vniuersi pag. 107 sq. Librum, quo probauit, sensum non esse sine intelligentia, memorat *Plutarchus* de sollertia [P] animal. pag. 719. Idem *Plutarchus* contra Colotem pag. 1215. [tom. X. p. 587. Reiskii, de cuius loci interpretatione vid. *Moshem.* ad Cudworth. pag. 158.] eum ab Aristotele in plerisque discedere obseruat, et casui plurimum tribuisse. Vide et quae de Stratone eiusque placitis collegit *Patricius* discuss. Peripatet. pag. 133. et 155 sq. *Fabric.* Quod de ortu rerum de diisque liberius sensit, in variorum reprehensionem et atheismi suspicionem incidit. Apud *Ciceronem* acad. quaest. IV. cap. 38. negat Strato, opera deorum se uti ad fabricandum mundum. Quaecumque sint, (pergit Cicero,) docet, omnia effecta esse natura, ubi *Dauisius* praeter *Plutarchum*, a *Fabricio* iam laudatum, etiam prouocat ad *Epiphanium* tom. I. pag. 1090 apud quem vulgo quidem legitur *Στρατωνίων ἐκ Λαμφάκων*, sed melius cum *Petauio* legit *Στρατῶν ἐκ Λαμφάκων*. Idem *Cicero* de N. D. lib. I. cap. 13. *nec audiendus*, ait, *Strato*, is, qui *physicus* adpellatur: qui omnem vim diuinam in natura sitam esse censet, quae causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu et figura: vide ad h. l. *Dauis.* qui quoque animaduertit, *Stratonis* sententiam, verbis ex hoc loco sumtis, referri a *Lactantio* de ira dei cap. X. Horum igitur potissimum locis atque auctoritate commoti multi viri docti *Stratonem* impietatis adcurant,

et

<sup>uu)</sup> *Schlosser* in disp. mox memoranda pag. 7. rationes ita subduxit, ut efficeret, *Stratonem* probabiliter praefectum fuisse scholae ann. circ. ante C. N. 281. et diem obiisse supremum ann. circ. ante C. N. 263. *Harl.*

<sup>vv)</sup> *Cicero* de Fin. V. 5. postquam scripserat, *Aristotelis* et *Theophrasti* posteros ita degenerasse, ut ipsi ex se nati esse viderentur, pergit, „primum *Theophrasti* *Strato* physicum se voluit: in quo et si est magnus, tamen noua pleraque et per pauca de moribus. Huius *Lyco* est oratione loquens, rebus ipsis ieiunior.“ Idem in academ.

quaest. I. 9. „*Strato*, ait, eius (*Theophrasti*) auditur, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab ea disciplina omnino semouendus est: qui quum maxime necessariam partem philosophiae, quae posita est in virtute et in moribus, reliquisset, totumque se ad inuestigationem naturae contulisset, in ea ipsa plurimum discedit a suis.“ Alia loca reperientur apud *Sextum Empir.* hypotyp. Pyrrh. III. 4. pag. 137. ubi vid. *Fabricii* notam, adu. math. VII. pag. 439. *Stob.* ecl. phys. pag. 27. *Simplic.* ad auct. phys. *Aristot.* IV. pag. 168. etc. *Harl.*

et inter eos, qui deo et religioni bellum indixerunt, atque praeierunt Spinozae, non ultimo loco fuisse iudicant, *Cudworth*. in *system. intell.* cap. III. §. IV sqq. pag. 137 sqq. edit. *Leidenfis*, *Bayle* in *Dict. hist. crit. art. Spinoza*, 10. *Franciscus Buddeus* in *diff. de Spinozismo ante Spinozam* §. 6. in *Analect. hist. philos.* pag. 316 sqq. et in *thesib. de atheismo*, cap. I. §. 16. cl. *Platner* in *aphorism. philos.* §. 1085. pag. 430. qui eum quidem adgregat atheisticis, (quos vocant,) at contra *Bayle* et *Buddeum* disputat, aliique. Contra alii eum vel defendere sustinuerunt, vel, quod, libris *Stratonis* amissis, prudentius erat, suspenderunt iudicium et id, *non liquet*, maluerunt pronuntiare. *Causam* igitur *Stratonis* acute defendit, ab adulatione *Lescalopierii*, *Baylii*, *Buddei*, *Ienkii* *Thomae Clerici*, *Leibnitii*que *Frid. Pul. Schloffer* in *spicilegio historico-philosophico de Stratone Lampfaceno*, cognomine physico, et atheismo vulgo ei tributo, *Vitembergae* 1728. 4. pag. 22 sqq. pag. 29. *Fabricium* nostrum, *Cudworthi* sententiam adoptantem, modeste culpat. — Vindicat, saltem explicat *Stratonem Waltherus* in *Eleatic. sepulchris referatis* cap. III. §. 2. pag. 14. arbitrans, illius mente naturam neque in atomos, uti apud *Democritum*, neque in monades, uti secundum *Leibnitii* philosophiam fuisse diuisam. *Schlosseri* sententiam amplectitur *Penzel* in *additamentis ad suam Strabonis versionem germanicam*, tom. I. pag. 407. *Eratosthenes* vero apud *Strabonem* *geogr.* I. pag. 85. edit. *Almel.* laudauit *Stratonem*, et fragmentum eius de terris, mari quondam tectis, seruauit. Sed *Schlosseri* vindicias *Moshemius* in *notis ad Cudworthi syst. intell.* I. pag. 139 sqq. docte acuteque adgressus pro *Cudwortho* verba fecit, et, amissis *Stratonis* libris, caute iudicat, praestare, ignorantiam fateri, quam incertis suspicionibus indulgere, praesertim, quum non vna ratione *Stratonis* opinionem explicari posse, satis videant, qui sapiunt. Suspicionem atheismi a *Stratonis* de deo doctrina amouere fluuit *Jacob. Bruckerus* in *epistolica dissertatione ad Iac. Zimmermannum, Tigurinum*, aduicatoribus illius subscribentem, de *Stratonis* atheismo, in *Schelhornii amoenitatibus litterariis* tomo XIII. p. 311 sqq. et in *Bruckeri* *miscellaneis historiae philosophicae litterariae criticae* etc. *Augustae Vindelicor.* 1748. mai. 8. nr. VI. pag. 154 sqq. *Variorum* ille iudicia collegit, examinauit argumenta, opinionem exposuit *Stratonis*, quantum tanta obscuritate et ractura librorum *Straton.* fieri potuit, ostendit, non minora suppetere ad excusandum et defendendum *Stratonem* argumenta, quam ad eum aduicandum possint adferri. Tandem, pensitatis utriusque partis argumentis probauit *Iac. Frider. Reimmanni* iudicium, *non liquere*. *Reimmannus* vero in *historia vniuersali atheismi et atheorum* p. 186 sqq. postquam nonnullorum argumenta excusserat, prudens illud tulit iudicium, cui equidem calculum quoque adiicio. A *Spinozismo* *Stratonis* sententiam remotam esse; sed illum deum s. deos extra mundum negasse, materiae tribuisse diuinitatem, quae ipsa originem et motum fortunae coecae debuerit etc. censet cl. *Buhle* in *comment. de ortu et progressu pantheismi* pag. 17. *Stratonis* sententias de ortu rerum, animo humano, sagaciter explicat et causas, cur illo tempore philosophi licentius senserint, intelligenter inquirat cl. *Tiedemann* in: *Geist der spekulativen Philosophie*, tom. II. pag. 418 sqq. Praeter ea consules *Bruckeri* *histor. crit. phil.* vol. I. pag. 845 sqq. *Conring.* de habitu corpor. *German.* pag. 148. *Ionsium* II. 2. 2. pag. 145. *Stanlei.* *histor. philos.* part. V. tom. II. pag. 94 sqq. edit. *Venetae*. — Decem *Stratonem*, in his *peripateticum* quemdam, *Alexandriae* olim degentem, enumerat *Schloffer.* in *disp. laudata* p. 3 sq. *Fabric.* in *nota msta*

addit, *Pyrrhum Mariam Gobrielium* inter academicos naturae curiosorum *Stratonis* nomine usum esse, laudatque *Giornale d'Italia* tom. VI. pag. 123. *Harl.*

*Syrianus Philoxenus*, in libros II. XIII. et XIV. *Metaphys.* Aristotelis scripsit, siue potius Platonem et Pythagoricos contra Aristotelis obiectiones defendit. De eo dixi infra lib. V. [adde *Buhle* l. c. pag. 313.]

*Tachon*, Aristotelis seruus. *Laert.* V. 15.

*Temagoras*, Gelous, Theophrasti discipulus. *Patric.* pag. 132. discuss. *Peripatet.*

*Themistogoras*, Alciphron. epist. pag. 405.

*Themisius*, cognomento Euphrades, de quo infra libro V. [*Buhle* l. c. p. 313. etc.]

*Theodectes*, Phaselites, auditor Aristotelis <sup>ww)</sup>, imprimis, ut hic ipse saepe significat, politus scriptor atque artifex: *Cic.* in *Oratore* cap. 51. Eius artem oratoriam respicit idem cap. 57. 64. Ad hunc *Rhetorica* scripsit Aristoteles. Vide supra cap. V. in *Τέχνη* <sup>xx)</sup>, et *Patricium* discuss. *Peripatetic.* pag. 129. qui ideo, quod nullius e discipulis in scriptis suis facere solet mentionem, Theodectis autem saepius meminit, negat, eum auditorem Aristotelis fuisse, licet hoc diserte testentur *Cicero*, *Athenaeus* XIII. pag. 566. *Suidas*, atque alii. Scripsit et *λόγος Πρωτομής* teste *Stephano Byz.* in *Φασηλίδι*, et inter eos, qui *Mausolum* pro funere laudarunt, primas hic tulit, si *Suidae* credimus. Accidit illud *Olymp.* CIII. viginti annis, antequam *Lyceum* aperiret Aristoteles. Nec maior quadragenario Theodectes fuit, quum obiret diem. Quae, fateor, difficulter conciliari possunt cum eorum sententia, qui Aristotelem ab eo auditum adfirmant. De Theodectis *Tragoediis* dixi lib. II. cap. XIX. [vol. II. pag. 323 sq.] Sed fuit et alter Theodectes, prioris F. de quo adeundus *Suidas*. [vbi vid. *Küster.* tom. II. pag. 173. et *Eudocia* pag. 230.]

*Theodorus Gaza*, *Thessalonicensis*, latina Aristotelis *Problematum*, *Historiae animalium* <sup>yy)</sup> librorumque de animalium partibus et generatione [P] et Theophrasti de stirpibus interpretatione

ww) Fuisse eum quoque auditorem Platonis atque Isocratis, tradunt *Suidas* et *Eudocia*. adde supra, inter Isocratis discipulos, vol. II. p. 801. de eo adnotata. *Harl.*

xx) Conf. *Diogen. Laert.* V. 24. ibique *Menag. Valer. Max.* VIII. 14, 3. vbi discipulus Aristotelis dicitur et *Torrenius* in nota p. 773. comparat *Sarisberiensis* locum lib. VII. cap. 6. adde *L. Beneditt. Carpzou.* disp. vita et placita *Critolai phaselitae* §. II. pag. 9 sq. — Theodectes seruum habuit, *Sibyrium*, qui orator fuit. vid. *Suidam* voc. *Σιβήριος.* *Harl.*

yy) [Conf. supra pag. 245. in h. vol. adscripta.] Apud *Pierium Valerianum* lib. II. de *literator.* infelicitate pag. 70. legas, Aristotelis *historiam animalium* a Gaza oblatam *Sixto IV. Pontifici Max.* a quo totum inauratum sc̄i iri sperans, aureos viz

quingenta retulerit: vnde studiis indignatus suis, numos primum in *T.berin* abiecerit, mox ipse huius indignitate rei exulceratus insolabili contabuerit aegritudine. *Iouius* quoque in *elogiis* pag. 94. *Novissime*, inquit, *quum* (Gaza) *nobilissimas lucubrations, in membranis accurate perscriptas. Sixto Pontifici detulisset, nec pecunia, vel ipsius librarii praemio digna, redderetur, indignatus subagresse iudicium*, effugere hinc libet, inquit, postquam optimae segetes in olfactu praepinguibus asinis sordescunt, atque ita in *Bri-tios ad sacerdotii sacram sedem contemnit.* Idem de *Sixto IV.* tradunt *Scaliger* in *Scaligeranis secundis* (vbi male, perinde vt in *theatro aulico Freheri* et *Eponymologico critico Magiro Eybeniano* editum est *Sixtus V.*) *Bullartius* tom. I. *Academiae scientiar.* et *Artium* p. 274. *Leonhardus Cozandus*

terpretatione celeberrimus, 'diem obiit supremum A. C. 1478. Dictionem graecam Aristotelis cum latina Gazae his verbis confert Iulius Caesar Scaliger ad lib. II. de plantis pag. 411. *Aristoteles non hominis potius, quam naturae videtur ore loqui. Tanta cum simplicitate tantum numerorum coniungit, ut venustas nativa, non ambitiose quaesitus cultus expleat animum paucorum, sed Atticum illum et Ἀυτόχθονα. Sic in hystoriis cum pleraque omnia scribat: Theodorus additis celanistris fusam, laxam atque etiam turgidam interdum trahat orationem, visus est barbaris quibusdam, qui temere tumultum verborum quaeritant, etiam, (si deo placeat.) Aristotelem ipsum dicendo superasse. Qui tamen hominibus Romanis haud parvis locis latinae dictionis puritatem aegre tueri posse videatur. Auxerit Gaza literas latinus, illuſrarit, denique genuerit: damus, cognoscimus, laudamus, admiramur optimi, atque innocentissimi viri studium, merita: non contrebamus; amamus, sequimur. At enimvero dicatur melius, quem sit Aristoteles locutus, loqui, suscitabitur animus eruditorum ad indicandum. Obseruabunt impuras loquutiones, anxias, peregrinas: καὶ ὡς καλλωπίξεν Atticam illam Pallodem ausus sit.* — — *Matrona est Aristotelis oratio, quae ad suum decorem nihil sibi petat praesidii.*

*Theodorus Metochita.* Nicephoro Gregorae disertissima in funus eius Monodia vocatur inter alia ὁ τῆς Ἀριστοτελικῆς γλώττης τὰς λαβυρίθους ἀπλώσας. [Mortuus est Constantinopoli 1332.] De commentariis eius in Aristotelem, quarum latina tantum versio haecenus edita est, dicam infra lib. V. [vol. IX. pag. 214. *Buhle* pag. 314]

[*Theodorus Prodrromus*, siue vt in mssis codd. frequenter adpellatur, *Protoprodrromus*, clarus circa initia saeculi duodecimi, praeter alia, (a Fabricio in vol. VI. Bibl. Gr. pag. 799 sqq. indicata,) scripsit in posteriora analytica Aristotelis. vid. supra pag. 215. huius vol. *Harl.*]

*Theodosius*, Ammonii discipulus, focer Zethi, qui Plotini discipulus fuit. *Porphyr.* in Plotini vita.

*Theogeton*, Tragaeates, Aristotelis discipulus. *Stephanus Byz.* in Τετραγία.

*Theon*, Lyconis seruus, testamento eius manumissus. *Laert.* V. 37.

*Theophrastus*, Ereusius, Alexandri discipulus ex primis, de quo supra cap. VIII. [P] In discipulorum eius numero alii deficiunt, alii excedunt. Excedit *Franciscus Patricius*, qui pag. 139. discuss. Peripatet. adfirmat, a Laertio tradi, Theophrastum plus quam quatuor millia auditorum habuisse. Deficiunt editiones et interpretes priores Suidae, in quibus ridicule legitur Theophrastus plures habuisse discipulos, quam duos. Verum πλάξες ἢ β', non erat apud Suidam interpretandum duo, sed bis mille, vt pridem ad Hesychium illustrem pag. 159. *Io. Myrsinus* adnotauit. Recte hoc, vt alia infinita, emendatum est in praecelara, qua eruditissimus Küsterus nos beauit, Suidae editione. *Laertius* V. 37. Ἀπὸ τῶν τε εἰς τὴν διατριβὴν αὐτῆ μαθηταὶ πρὸς δισχιλίαις. Hesych. illustris: λέγεται εἰς τὴν Θεοφράστου διατριβὴν φοιτᾶν μαθητὰς πρὸς δισχιλίαις.

Sss 3

zandus de magisterio antiquor. philosophor. p 119. Adol. hus Clarus in parte IV. vitarum, germanice editum pag 57. etc. Sed Nicolao V. qui ante Sixium fuit et iam A. C. 1455. diem obiit, Ga-

*Theophrasto* zam inscripsisse Aristotelis de animalibus historiam, epistola, libro praefixa, testatur. *Fabric* Hunc vide infra in vol. IX. pag. 192. item supra in elench editionum et *Buhle* l. c. pag. 345. *Harl.*

*Theophronius*, Cappadox, haeresi Eunomianus, qui in libro suo *περὶ γυμναστίας τῆς νῆς* testatus est, Aristotelis se scripta logica utcumque triuisse. Vide *Socratom* V. 24. *Sozom.* VII. 17. *Niceph.* XII. 30.

[*Theopompum* inter Peripateticos refert *Grotius* lib. II. de verit. rel. christianae §. 10. fin. ideo notatus a *Baelio* Diction. voc. *Theopompe*, not. 1. *Heumann.*]

*Thestippus*, Thestippi figuli F. testis Theophrastei testamenti. *Laert.* V. 57.

*Threpta*, Theophrasti feruus. *Laert.* V. 54.

*Timarchus*, Aristotelis discipulus, cuius mentio in eius testamento apud *Laert.* V. 12.

*Tribunus*, Τριβῦνος. Biblioth. Coislin. pag. 598.

*Tyrannio*, grammaticus Φιλαρισιτέλης, de quo supra in cap. de scriptis de Aristotele, sect. 39. etc. laudatus a *Cicerone* II. 6. IV. 4. et 6. ad Atticum; auditus a *Strabone* pag. 548. vid. *Bayle* h. v.

*Vegetius Praetextatus*, qui Themistium in utraque Aristotelis analytica latine conuertit, teste *Boethio*. *Fabric.* *Vettii Praetextati*, qui hic ipse esse videtur, meminit *Symmachus* lib. I. epist. 52. conf. *Sponii* miscell. pag. 149. et *Fabricii* Bibl. lat. lib. III. cap. 12. §. 7. *Heumann.*

*Victorinus Orator*, in cuius versionem latinam Isagoges Porphyrianae idem *Boethius* est commentatus. *Fabric.* Vide supra pag. 211. med. pag. 216. et in catal. Peripateticorum sub voc. *Boethius*, scriptores ab hoc citati voc. *Themistius*. *Harl.*

*Virginus Rufus*. Aphrodis. pag. 154. b. de anima lib. II.

*Vranus*, Syrus, Aristotelicae philosophiae iactator potius, quam mystes, de quo *Suidas* ex *Agatiae* libro II.

*Xenarchus*, Seleuciensis, cuius meminit *Strabo* XIV. p. 640. *Simplicius* in I. de coelo, *Alexander Aphrodis.* de anima fol. 154. etc.

*Zacharias*, Mitylenaeum puto intelligi. Biblioth. Coislin. pag. 598.

E feminis, Peripateticam philosophiam doctis, vnicam licet memorare *Olympiodori*, de quo supra, *filiam*, e *Marino* in vita *Procli* cap. IX. et *Suida* in *Ὀλυμπιόδωρος*. Nam *Theodoram*, cui *Damascius* vitam *Isidori* inscripsit, sororesque *Theodora*e, ab *Isidoro* et *Damascio* institutas, nescio an Platonicis rectius adscripseris, ut supra facere me memini, vel certe illis, quae variarum sunt sectarum dogmatis imbutae.

Inter hostes Aristotelis et Peripateticorum singulares nomen suum professus est *Antoninus* Caracalla, imp. qui *οὐσιπία* eorum *Alexandriae* [P] sustulit, atque immunitatibus eos priuauit teste *D. ne* libr. LXXVII. pag. 873. [tom. II. p. 1293. E. edit. Reimari, cuius notam conferes.] *Caracallae* addi potest *Leo Isaurus*, de quo *Zonaras* tom. III. Chron. pag. 85. refert, quod domum, in qua alebantur philosophi<sup>22</sup>), et ipsos, eorumque praefectum, siue doctorem oecumenicum et bibliothecam illorum exusserit, quia iconoclastarum sententiam probare noluerit. [Fabula falsa, iudice *Heumanno* in nota iusta.]

22) Sed an hi fuere peripatetici? *Heumann.*

## C A P V T I X

PHILOSOPHORVM CYNICORVM CATALOGVS, DIGESTVS  
ORDINE LITTERARVM.

[Cum auctario G. C. Harles.]

**A**uctor sectae *Cynicae* fuit ANTISTHENES, Atheniensis, de quo partim supra sunt plura adnotata in vol. II. libr. II. cap. 23. nr. XXXII. pag. 697 sqq. (vbi plures, qui de eo disputarunt, laudavi viros doctos,) partim paulo post quaedam a Fabricio addentur. *Cynici* autem dicti sunt a *Cynofarge* Gymnasio, in quo docuit Antisthenes. vid. *Meursium* ad Hesyechium illustrem pag. 115. et de populis Atticae, atque Athen. attic. II. 2. De *Cynofarge* vid. *Nonnus* hist. 38. ad Nazianz. *Eudocia* in Violario pag. 264. Ipse quidem Antisthenes feverus erat et austerus in vita et doctrina, spernebat diuitias, gloriam atque nobilitatem, aliorum vitia cum summa libertate dicendi, dicacitate et dictorum acumine perstringebat. Quod vero post ea multi *Cynicae* disciplinae adseclae ignavi, turpes, inuerecundi omne decorum neglexerunt, et canina impudentia improbaque dicacitate alios profciderunt: id et nomini et disciplinae *Cynicorum* odium, contemptum atque infamiam, tandem interitum conciliauit. Antisthenis igitur vita atque doctrina probe discernenda est ab impudentia et perversitate eorum, qui illius disciplinae adseclae postea videri voluerunt, sed ab instituto placitisque Antisthenis descuerunt. At obtrectatores multa quoque falsa et fabulas de hac secta finxerunt et narrarunt. Imaginem *Cynici* veri pinxit Epictetus in *Arriani* commentariis de Epicteti disputat. libr. III. cap. 22. *Maximus Tyrius* in diss. XXXVI. edit. II. Dauisii pag. 420 sqq. (vulgo, diss. XX.) an praeferenda sit *Cynica* vita, quaerit, eamque laudat. Sed de *Cynica* secta iam multi egerunt. Vt *Diogenem Laertium* libr. VI. et Menagii ad illum notas, *Luciani* Κοινὸν tom. III. pag. 539 sqq. Reitz. *Athenaeum* passim, *Iulianum* imperat. in orat. VI. et VII. mittam, laudandi sunt *Vossus* de sectis philosophicis cap. XVIII. *Paganin*. *Gaudentius* lib. de philosoph. rom. capp. 69. 70. et 72. *Stanlei*. hist. philos. parte VI. M. Io. *Georgius Meuschenius* in disp. de *Cynicis*, Kilon. 1703. Infra in fine huius capituli alii addentur. *Brucker* hist. crit. phil. vol. I. pag. 862 sqq. et tom. II. part. I. lib. I. cap. II. sect. VI. pag. 496 sqq. vbi sectam *cynicam* post C. N. fufe persequitur: *Gurlitt* in sciagraphia historiae philosophiae pag. 69 sqq. *Meiners*. in historia de ortu et progressu doctrin. apud Graecos et Rom. tom. II. pag. 666 sqq. *Cozzandus* de magisterio philos. vet. lib. III. cap. 2. Comes *Lynar* de *Cynicis* in: Neue Miscellaneen histor. und polit. Inhalts, part. III. Praeter ea *Heumannus* in actis philos. tom. II. nr. 3. pag. 899 sqq. confecit catalogum scriptorum de philosophia *Cynica*, et nr. 4. pag. 912. ex catalogo *Cynicorum* decem exemit, illis perperam adscriptos. — *Fabricius* in margine exempli sui haec adnotauit: „*Cynicorum* πλῆθος ἐκ ἐλίγην Alexandriae aetate *Dionis Chrysostomi* XXXII. p. 363. qui notat, eos plus nocere, quam prodesse, quoniam indecoro vitae generi et σπερμολογίαις adhaerent vulgus, vt philosophos contemptant rideantque. Canes non *Cynici*, ait *Martial*. IV. 53. τὰ κυνικά καθάραματα, qui Antiochia, quum periculum ab ira imperatoris instaret, omnes excellerunt: *Chrysostom*. homil. 17. in populum Antiochen. tom. II. p. 173. edit. Montfauc. Plura apud *Lucianum*. *Quintilian*. declam. 283. Vos *Cynici* nouo genere ambitus adorationem miseria captatis, inde illa impudentia, quod v'recundiam inter crimina ponitis et aspellationem quoque passim nuper (superbiae, malit. Burm. alii aliter,) dedistis. — *Augustinus* de ciuit. dei XIX. 1. Denique fuerunt,

ruat, qui, quum diuersa sequerentur bono finalia, alii virtutem, alii voluptatem, eundem tamen habitum, (de quo Paul. Voët. pag. 119. ad Herodian.) et consuetudinem tenebant, ex quo Cynici adpellabantur. Inde Simondus explicat haec *Sidonii*, caum. II. 167.

Quidquid erichtheis Cynicorum turba volutat  
Gymnasiis imitata tuos, Epicure, sodales.

Pietistarum cum Cynicis comparatio, apud *Cassii u. Fastorum* amoenitatt. philolog. parte III. cap. 31. pag. 193 sqq. "Haftenus Fabric. Illa vero Pietistarum, (vti vocantur,) comparatio cum Cynicis, pristinae disciplinae negligentibus, omniisque decori et verecundiae oforibus est calumnia, quamquam, si seuerum studium virtutis tantum species, aliquatenus iusta esse possit. *Harl.*

*Adamas.* In epigrammate Ammiani II. 51. Anthologiae pag. 273.

*Alcidamar.* *Lucian.* in *Conuiuio* tom. II. pag. 638. 642. [cap. 12. et 19. tom. III. p. 425. 432. edit. Reitz. vbi homo inducitur clamitans atque impudicus, tandem cum scurra quodam pugnans plagisque istius fatigatus.]

*Androstheneis*, Onesicriti filius, Philisci frater, Diogenis discipulus. *Laert.* VI. 75.

*Antiochus*, Aegeas, Cilix, Sophista. vid. *Dionem Cassium* lib. LXXVII. pag. 878. [cap. 19. pag. 1304. tom. II. edit. Reimari.] *Suidam* in *Ἀντίοχος*, *Olearium* ad *Philost.* II. 4. sophist. pag. 568. [*Eudociam* in violario pag. 58. Eius *βιβλίον*, ἀγορὰ ἐπιγραφομένη, citatur a *Phrynicho* pag. 32. vide infra, lib. V. 34. vol. IX. pag. 266.]

ANTISTHENEIS, discipulus Socratis, auctor sectae Cynicae, [de quo paullo ante iam plura sunt obseruata.] Oenomaus quidem, probante *Iuliano*, orat. VI. pag. 187. negabat, Cynicos vel in Antisthenis vel in Diogenis verba iurare, sed sapientissimos quosque ac fortissimos sibi imitandos [P] proponere, vt *Herculem*, *Socratem* etc. Ita enim intelligo eius dictum: ὁ κυνισμὸς ἐστὶ Ἀντισθενισμὸς ἐστὶ Διογενισμὸς. *Herculem* praecipue admirabantur, quem exemplum genuinae παιδείας *Alexandro* commendat *Diogenes* apud *Dion.* IV. de regno pag. 64. Vide et *Iulianum* Orat. 6. p. 187. Hinc Antisthenes Ἡρακλεωτικός τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα *Herculeo* vir animo apud *Eusebium* XV. 13. praeparat. quem locum non cepit eruditus interpres. Confer *Ausonii* Epigramma 27. et 28. Inde etiam cum claua *Diogenes* conspicitur in veteri imagine apud *Fulvium Vrsinum* et *Albertum Rubenium* lib. I. de re vestiaria cap. 7. et clauam Cynicis non magis, quam pallium tribuunt *Lucianus* et alii. vid. *Simondum* ad *Sidonium* IV. epist. II. tom. I. fol. 943. *Fabric.* De pallio Antisthenis aliorumque Cynicorum duplicato et monumentis, in quibus conspicitur, vid. *Fabric.* ad *Sext. Empir.* pag. 39. qui e *Rubenio* *Diogenis* cum claua imaginem reddidit, et *Christ. Guil. Franc. Walch.* in antiquitt. pallii philof. vett. Christianorum, Ienae 1746. 8. pag. 55—68. *Harl.* Antisthenes scripsit librum de virga Homericā. *Erasmus* Adag. pag. 53. Illum tamen *Ioufus* lib. IV. pag. 329. alii euidam tribuit Antistheni. *Heumann.*

*Aristogiton*, rhetor, ob impudentiam dictus *Canis*, teste *Suida*, Cynicis non magis ceteroquin adnumerandus, quam *Aristippus*, quem regium canem *Diogenes* adpellabat: vel *Thersites* Homericus, quem κυνικὸν δημηγόρον *Demonax* apud *Lucian.* tom. II. p. 871. vel



vel Nabal \*), qui homo *κυνικός* audit in versione graeca I. Sam. XXV. 3. et Iosepho *ἐκ κυνικῆς ἀσκήσεως πεποικημένος τὸν βίον*, vel *Auidianus*, cui, (vt ait Horat. II. Serm. 2. 55 sq.) *canis ex vno*, (h. e. ex malignitate victuque fordido,) *ductum cognomen adhaeret*, vel *Zolus*, qui dictus *κύων ἡπτορικὸς*, teste *Adiano* H. V. lib. XI. 10. vel *Eudoxus*, quod *canum dialogos* vel scripsit, vel ex aegyptio sermone graece edidit, *Laert.* VIII. 89. vel denique *palatini* (h. e. aulici) *canes* apud *Boethium* de consolat. philos. I. prosa 4. [conf. supra in vol. II. pag. 858. not. et *Eudoc.* in *Violar.* pag. 65.]

*Asclepiades.* *Tertull.* II. 14. contra nationes, *Laert.* VI. 91. Alius haud dubie *Asclepiades*, cuius cum *Seruiano* et *Chytrone*, *Cynicis*, meminit *Iulianus* Orat. VII. contra *Heraclium*, *Cynicum*, pag. 224. *Ammianus* XXII. 13.

*Athenagoras*, de quo *Cicero* pro *Flacco* cap. VII. *Caesus est virgis Cynicus ille, Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus.* Sed meliores codices pro *Cynico* habent *Cymaeum*, h. e. *Cumanum*. [adde *Heumann.* l. m. pag. 912 sq. Sic *Cymaeus* apud *Curium* V. 5, 9.]

*Betio*, *Βητίων*, *Bionis*, *Boryllhenitae*, familiaris. *Laert.* IV. 54.

*Bion*, *Boryllhenites*, *Cratetis*, *Cynici*, auditor. *Laert.* IV. 51. [De hoc vid. *Boyle* *Diction.* hoc voc.]

*Bryson*, *Achius*, cuius aliqui discipulum tradunt *Cratetem* fuisse. Vide *Suidam* in *Κρατ.* et *Ἰππαρχία* et *Laertium* VI. 85.

*Caracades*, *Cynicus*, cuius meminit *Eunapius* in prooemio.

*Carnaes*, *Cynulcus*, (veluti *Cynicorum coryphaeus*.) *Megarensis.* *Athenaeus* IV. pag. 156. *Διονυσίων γὰρ ἔντων Ἀθήνησι παρελήφθη πρὸς αὐτόν. Κατέλαβον δὲ Κυνικὸς μὲν ἀνακεκμημένος ἕξ. ἓνα δὲ Κύνελκον Καρνέων τὸν Μεγαρικόν.* *Fabric.* *Κύνελκος* significat canum ductorem, *einen Hundeführer*. Ita vocatur doctor *Cynicus*, cuius discipuli dicuntur *canes*. Sensus igitur *Athenaei* est hic: Adsumsi sex *cynicos* et vnum doctorem, siue professorem *cynicum*, *Carnaem*. Sic *Theodorus* vocatus est *Cynulcus*; vide infra in hoc capite voc. *Theodorus*: Sic *Barulcus* infra pag. 592. (veteris editionis) est nomen adpellatiuum. *Cynulcus* igitur significat *einen Hundsvogt*, siue *einen Hundsfott*, vid. ipse *Fabric.* B. Gr. lib. IV. cap. 20. pag. 631. lin. penult. *Ionsius* III. 7. p. 246. [sect. 8. p. 37. edit. *Dornii*, qui, praeeunte *Heumanno*, correxit *Ionsium*,] *Cynulcum* etiam habet pro nomine proprio. At *Κύνελκος*, proprie *canem trahens*, est nomen adpellatiuum, et opponitur τοῖς κυνικοῖς. vid. *Scapula* in *Lexico* pag. 477. *Heumann.* Hunc consules quoque in *Aëtis philosophorum* tom. I. pag. 13 sq. in primis tom. III. pag. 913 sq. vbi *Carnaem*, quia apud *Athenaeum* nomen sit fictum, e numero *Cynicorum* excludit. *Harl.*

[*Cercidas.* *Athenaeus* lib. VIII. pag. 347. et lib. XII. pag. 554. *Heumann.*]

*Chytron*, supra in *Asclepiade*.

*Cicero,*

a) Conf. de errore versionis graecae et *Iosephi* *Heumann.* in *act.* *philos.* tom. II. pag. 918. et 972. *Harl.*

*Cicero*, a Clodio ob iocos, nigri fati plenos, dictus *Cynicus consularis*. vid. notas ad lib. II. ad Attic. epist. 9. [Sed idem valet, quod Fabricius de Aristogitone modo obseruauit.]

De *Cleanthe*, quem Cynicum vocat *Nonnus* hist. 34. ad Nazianz. vide infra in Stoicis. *Fabric.* — *Eudocia* pag. 272. Κλεάνθης, αἰτ, εἰς ἣν καὶ αὐτὸς τῶν κυνικῶν φιλοσόφων, Κάσσιος μαθητὴς Κράτητος· εἶτα Ζήνωνος· ἔ καὶ διάδοχος γέγονε etc. *Alter Hercules* nominabatur. *ibid. Harl.*

*Cleomenes*, Metroclis discipulus. *Laert.* VI. 95. eius παιδαγωγικὸν laudat idem 75.

*Colotus*, Lampfacenus, Menedemi praeceptor. *Laert.* VI. 102.

*Crates*, Thebanus, Diogenis discipulus, clarus circa Olymp. CXIII. vxorem habuit Hipparchiam, de qua infra. De epistolis, quae sub huius Cratetis nomine feruntur, dixi lib. II. cap. 10. §. 21. [vol. I. p. 686.] De tragoediis, *Laertio* IV. 98. memoratis, vide lib. II. cap. 19. [vol. II. pag. 294.] Versiculi in Micylum tres leguntur apud *Plutarchum* libro de vitando aere alieno p. 830. [?] Ex eius hymno in Εὐτέλειαν, siue siugalitatem *Iulianus* Orat. VI. p. 199. Ex Cratetis *πειρωσίς* *ibid.* et VII. pag. 213. Alia eius *παίγνια* *Laertius* VI. 85. [Locum Diogenis *Laertii* VI. 91. de eo explicat *Roffus* in comment. *Laert.* pag. 99 sq.] Eius *Ephemeris* id. 86. \*) Xenocratem perstrinxit ille Crates, teste *M. Antonino* VI. 13. Demetrium Phalereum, Thebis exfulantem, solatus est. Vide *Plutarchum* pag. 69. de dignoscendo adulate. Alia de eo *Aelianus* III. 6. Var. *Nonnus* hist. 27. ad Naz. Prouerbiū Κράτητος ἀπλότης apud Naz. orat. X. pag. 166. Vita Cratetis huius, a Plutarcho scripta, periit. Laudat praeter Lampriam *Iulianus* Orat. VI. p. 200. Cratetis ἠθικά scripsit *Zeno*, Citieus. *Laert.* VII. 4. *Fabric.* — Hic in ora sui exempli addidit: „In *Begeri* thesauro Brandenburg. tom. III. pag. 447. legitur: *Simile exemplum memorat Crates, Thebanus, ex Tele, libro περὶ συγκρίσεως πλετῆ καὶ πειρίας.* Sed *Tales* apud *Stobaeum* pag. 542. de Cratete aliquid refert; non de hoc ille. De *Cratete*, philosopho, qui Demetrium ab Athenarum iterata obsidione auertit Olymp. CXXII. 4. a populo missus ἀνὴρ δυνατὸς καὶ ἔνδοξος, *Plutarch.* Demetrio pag. 911. F. de facilitate, qua liberum ab opibus suis, quibus renunciauit, se praestitit. vid. *Huetium* ad Origenem pag. 68. b.“ adde *Suidas* voc. Κράτης, tom. II. pag. 370. vbi conferes *Küsteri* notas, *Eudocia* p. 273. qui eam quoque recte distinxit a *Cratete*, Malote, Stoico; *Stolle* in hist. philos. moralis ethnic. p. 113 sqq. *Brucker.* hist. crit. philos. vol. I. pag. 888 sqq. et pag. 743. de alijs Cratetibus. Decem autem Cratetes enumerat *Laertius* IV. 21 sq. vbi vid. interpretes. *Harl.*

*Crato*, Cynicus. *Lucian.* de saltatione.

*Cresiens*, sub Antoninis vixit et ἐν τῇ μεγάλῃ πύλει, h. e. Romae, Iustinum detulit ad martyrium. Vide *Synellum* pag. 351. *Euseb.* IV. 16. Hist. Ecclef. *Hieron.* cap. 23. de S. E. *Suid.* Ἰεσῖνος et *Grabei* spicileg. Patrum tom. II. pag. 139 sq. [vid. *Fabric.* B. Gr. vol. V. pag. 51. not. d.]

[*Ctesibius*,

δ) Ex *Ephemeride* Cratetis duo iambi rotundissimi in excerptis Teletis apud *Stobaeum* pag. 524. descripti videntur *Hemsterhus.* ad *Luciani*

dial. mortuor. tom. I. pag. 424. not. 71. fin. alterum illorum iambum habet etiam *Diogen.* VI. 86. *Harl.*

[*Ctesibius*, Chalcidiensis, Cynicus, Menedemi familiaris, de quo vid. *Athenaeus* I. pag. 15. IV. pag. 162. ex quo discimus, eum vixisse sub Antigono, rege Macedoniae. Fuerunt et alii *Ctesibii*, vt 1) historicus ille, qui centenario maior in peripato obiit, vt notant ex Apollodori chronicis Phlegon et Lucianus in longaeuis. Citatur *Ctesibii* liber *περὶ Φιλοσοφίας* a *Plutarcho* in Demosthene ex Hermippo, Smyrnaeo, vnde sub Ptolemaeo Philadelpho vixisse eum colligit Voilius in historicis graecis. 2) *Ctesibius*, mechanicus, de quo infra in cap. XXIV. de Herone pag. 591. in not. veteris edit. Fabricius egit. *Harl.*]

*Cyniscus*, apud *Lucianum* in Cataplo tom. I. pag. 427. [cap. 7. tom. I. pag. 628. edit. Reitzii, videtur esse nomen fictitium atque adpellatum. vid. *Heumannii* acta philof. II. p. 914 sq. et paullo ante ad voc. *Cornelius* notata. Idem *Heumann.* in ora exempli Fabric. scripsit sic: *Cyniscus* nomen apud Theocr. Idyll. 14. Sic *Κερίσκη* significat puellam: sed nomen proprium *Coriscus* inde fingit Athenaei interpres lib. XIII. p. 570. fin. *Harl.*]

*Demetrius*, Alexandrinus, Theombroti discipulus. *Laert.* VI. 95.

Alius *Demetrius*, Cynicus, *vir*, Senecae VII. 1. de beneficiis iudicio, *magnus, etiamsi maximis comparatur*, et cap. 8. *quoniam mihi videtur rerum natura nostris tulisse temporibus, ut ostenderet, nec illum a nobis corrigi, nec nos ab illo corrigi posse, virum exactae, licet neget ipse, sapientiae, firmatae in his, quae proposuit, constantiae, eloquentiae vero eius, quae res fortissimas deceat* etc. 2) cuius apud *Eunapium*, in proem. vit. philof. *Philostratum* [in vita Apollonii Tyan. cap. 25. vbi vid. notam *God. Olearii* pag. 163 sq.] et alios mentio. Vide *Ionsum* pag. 248. et quae viri docti ad *Sueton.* in Flauio Vespasiano cap. 13. *Lucian.* de saltatione tom. I. pag. 806 sq. [cap. 63. tom. II. pag. 301. vbi vid. *Moyf. du Soul.*]

Alius *Demetrius*, Rhodii, celebris Cynici, discipulus, *Corinthius Suniensis*, cuius meminit *Lucianus* in Toxari. tom. II. pag. 51. [cap. 27. tom. II. pag. 536. ibique not. *M. du Soul.* et cap. 33. ac 34.] et aduersus indoctum pag. 388. [cap. 19. tom. II. p. 114. *Reitz.* Cum eo tamen, qui a Philostrato nominatur sub Vespasiano, hic Sunius s. Suniensis idem esse videtur *Oleario* ad locum Philostrati: adde *Moyf. du Soul.* ad *Lucian.* in Toxar. pag. 536. *Brucker.* hist. crit. phil. tom. II. p. 505 sq. qui tamen cum Menagio et Fabricio malit distinguere Demetrium, Cynicum, Suniensem, a Demetrio apud Philostratum et Senecam, ac posterioris Demetrii vitam vberius exponit. Idem post alios animadvertit, a *Menagio* ad *Laert.* VI. 95. V. 85. *Demetrium*, qui sub imperatoribus Caligula, Claudio, Nerone, Vespasiano et Domitiano floruit, confusum esse cum *Demetrio*, Alexandrino, Cynico, Theombroti discipulo, de quo *Brucker.* egit tomo I. lib. II. cap. 8. 852. *Dio Cassius* lib. LXVI. cap. 13. tom. II. pag. 1087. (vbi Remati notam leges.) tradit, Demetrium a Vespasiano in insulas esse relegatum. *Harl.*]

*Demetrius*, Alexandrinus, Cynicus philosophus, cui *Chytras* cognomen fuit. Hic vixit sub Constantio, et coniurationis in imperatorem suspectus, tormentisque exploratus suam

Ttt 2

probauit

c) Vide *Tacit.* Annal. XVI. 34, 2. *Lipsium* comment. in Tacitum pag. 445. *Tac. Hist.* IV. 40, 5. *Heumann.*

probauit innocentiam. vid. *Anmian. Marcell.* XIX. cap. 12. ibique *Vales. Iulian. orat.* VII. *Fabric.* B. Gr. vol. X. pag. 395. *Brucker.* vol. II. pag. 505. Quinquaginta vero duo Demetrius notant *Ioufus* II. 18. pag. 39. 210. et *Fabric.* supra in catal. peripateticorum, tum vol. IV. pag. 482. VI. pag. 350. X. pag. 390. *Harl.*

*Demonax*, Cyprius, Epicleti discipulus, Athenis vixit, Diogenem, Cynicum, prae ceteris admiratus, etsi non vnam philosophiae sectam coluit. Vide *Lucianum* in eius vita, tom. II. praecipue pag. 859. et 871. *Fabric.* tom. II. pag. 374 (vbi vid. *Moyf. du Soul.*, cui *Demonax* natus videtur circa a. Ch. XC.) sqq. fuit *Luciani* familiaris: cap. 3. pag. 376. de eius praeceptoribus; fuit eclecticus philosophus cap. 5. pag. 377. videbatur tamen, vt ait *Lucianus*, Socratis maxime ad familiam se adplicuisse, licet habitu et illa victus facilitate aemulari *Sinopensem* videretur, neque tamen illum omnino imitaretur, sed viueret liberalius. Ab Atheniensibus et vniuersa Graecia ita amatus erat, vt prodeunti in publicum adfurgerent principes, silentium autem ab omnibus illi praestaretur, et vixit annos non multos infra centum, sine morbo, sine dolore, nemini molestus, vt *Lucian.* l. c. cap. 63. pag. 394. prodidit memoriae, adde *Brucker.* hist. crit. phil. vol. II. pag. 511 sqq. *Harl.*

*Didymus*, *Planetiades*, *Plutarch.* de Oraculor. defectu.

[*Diodorus Aspendius*, *Pythagoreus*, cynicis moribus vixit, teste *Athenaeo* lib. IV. p. 163. *Heum.* At hac ratione si Cynicorum auxeris numerum, hic foret paene infinitus. *Harl.*]

*Diogenes Sinopenfis*, *Antisthenis* discipulus, de quo copiose *Laertius* VI. 20 sq. *Apophthegmata* eiusdem, et nr. 80. scripta recensens; in quibus et VII. *Tragoediae*, de quibus dixi lib. II. cap. 19. *Diogenem*, *Cynicum*, ἐν τῷ ποδάλῳ laudat idem *Laertius* VI. 20. Defendit eum *Io. Mart. Bachhusus* in *Apologetico*, quo a stultitia et impudentia *Diogenes* absoluitur. *Regiomont.* 1727. *Fabric.*

[Adde, quae scripsi in *Introd.* in hist. L. Gr. tom. I. pag. 469 sqq. *Harl.* — *Diogenis, Cynici*, *Epistolae*, *Franc. Aretino* interprete, *Basil.* 1554. apud *Oporin.* in 16. vide supra lib. II. cap. 10. §. 20. (vol. I. pag. 683 sq.) et lib. IV. cap. 16. pag. 497. nr. 42. Scripsit librum de optimo statu reipublicae, *Athenaeo* teste lib. IV. pag. 159. *Diogenis, Cynici*, epitaphium exstat apud *Ausonium* in epitaphiis nr. XXXI. et apud *Hoffmannswaldau* epigr. 24. *Heumann.* — Hic vir quondam doctissimus in actis philosoph. tom. I. et II. passim de *Diogene, Cynico*, egit: tom. II. p. 961. adfert graecum *Diogenis, Cynici*, epitaphium, quod *Iac. Sponius* suo quoque inseruit *itinerario* part. I. pag. 94. et pag. 16. atque part. II. pag. 57. genuinum habet, ac in *Miscell. erud. antiq.* pag. 898 sq. vol. IV. *Poleni* supplem. vtriusque thes. antiqq.: idem epitaphium reddiderunt *Tournefort* in *Voyages du Levant* epist. 17. tom. III. pag. 54. et *Georg. Wheeler* in *itinerario*, a. 1689. pag. 542. *Heumann.* tamen iudicat, illud confectum fuisse a graeco quodam senioris aetatis poeta, qui tamen vixerit ante *Ausonium*; cuius latinam et *Hoffmannswaldau* germanicam versionem adiecit. *Diogenes Laert.* VI. 78. (vbi vid. *Menagium* pag. 255.) tantum memorat, nulla istius inscriptionis mentione facta, populares eius erexisse super illius tumulum columnam, et canem ex lapide *Pario*, (ad denotandam eius sectam;) imposuisse: postea autem ciues ipsius aereis illum honorasse statuis, cum inscriptione, valde diuersa ab illa illepidia. Idem *Heumannus* tom. II. pag. 63 sq. epistolas, *Diogeni*,

geni, Cynico, tributas, censet esse supposititias. Atque apud *Laertium* VI. 80. vbi scripta Cynici nostri indicantur, *Socrates* in primo successioneum, (τῆς διαδοχῆς) et *Satyrus* in quarto de vitis, neque epistolas, neque reliqua, quae sub nomine Diogenis, Cynici, olim circumferebantur, scripta esse illius adfirmarunt; *Sotion* tamen epistolas et quaedam alia vindicauit Diogeni, Cynico. adde supra in vol. I. p. 685. nr. XX. obseruata. *Hafaeus*, in epistola ad Heumannum, in huius Poecile, tom. I. pag. 588. epistolas Cynici Diogenis, fictas quidem, nihilo tamen fecius Augusto saeculo certe antiquiores esse existimat. — Praeter ea *Heumannus* tom. I. pag. 17. cum primis tom. II. pag. 58 — 69. historiam de dolio, Diogenis domicilio, cuius figuram, marmori insculptam, videre licet in *Iacobi Sponii* miscellaneis eruditae antiquitatis sect. IV. p. 125. f. in *Poleni* supplement. vtriusque thesauri antiq. vol. IV. pag. 898. fabulam, quamquam antiquam, esse atque, Cicerone, Seneca, Valerio Maximo, Aeliano, Plutarcho aliisque veteribus auctoribus, qui multa de Diogene narrarunt, nullam illius iniicientibus mentionem, Iuuenali, Luciano, Laertio aliisque a *Menagio* ad *Laert.* VI. §. 23. et 78. excitatis, nullam fidem esse adhibendam demonstrat. Idem Heum. ibidem pag. 909. refert, *D. Iac. Hafaeum*, Professore Bremensem, in hist. crit. de la republ. des lettres tom. XV. pag. 267. promississe dissertat. de doliari Cynici Diogenis habitatione, ad vulgarem narrationem ab Heumanni dubitationibus vindicandam, additque breuem *Kelov*. In *Poecile* autem tom. I. pag. 586 sqq. exhibuit *Hafaei* disputationem, sane doctam, in qua Heumanni argumenta scite examinantur, et vulgaris historiae fides defenditur. *Senecae* testimonium, Diogenem se complicuisse in dolio et in eo cubituisse, ex lib. I. epist. 89. (al. 90.) adduxit *Hafaeus*, ex silentio antiquiorum, vel multis libris iniuria temporis absumtis, vel nulla commoda historiae illius referendae Ciceroni aliisque oblata, non posse contra Iuuenalis aliorumque fidem valida deduci argumenta: porro opinatur, Diogenem, Cynicum, se adcommodasse ad mores Atheniensium, aut Corinthiorum pauperrimorum, qui, teste *Aristophane* Equit. vers. 789. in doliis habitabant. Tum persequutus est et explicuit loca Iuuenalis, Luciani et Diogenis Laertii de doliari Cynici habitatione, et, quae contra illos dixerat Heumannus, ea diluere tentauit. At nondum deseruit Heumannus causam suam; sed ibidem 614 sqq. in epistola ad Theodorum Hafaeum, fratrem Iacobi, suam tuitus est sententiam, traditionis vanitatem vberius ostendendo. In loco autem Senecae, qui quidem non dixisset, Cynicum Diog. habitasse in dolio, sed tantum in dolium quodpiam vacuum irrepisse, ibique iacuisse siue vigilantem, siue dormientem, reperisse sibi videtur natales fabulae, a Iuuenale ornatæ atque amplificatae, et a reliquis temere repetitæ. Tum reliqua *Hafaei* argumenta et viudicias acute perlustrans suam causam ingeniose perorauit. Contra Heumanni diss. monuit quaedam *Koehler* in: Historischen Münz-Belustigung. part. IV. p. 150 — 152. Duumvirorum vero illorum sententias contrarias *Brucker* quoque in hist. crit. philos. vol. I. (vbi a p. 871. copiosus est de Diogene, Sinopeni, eius vita, fatis, scriptis, placitis et fabulis, de eo sparsis.) p. 870 sqq. in compendio proposuit, et istam narrationem ad fabulas referendam iure censet. Illam, conicit, ex eo ortam esse, quod Diogenes, Cynicus, vitam pauperrimam adsectans, nec hospitiiis, (vti tradit *Aelianus* III. H. V. cap. 21.) amplius exceptus, non in aedificiis tantum publicis, sed et in dolio, siue vase, quod erat in Metroo, commoratus sit. Firmum quoque robur addit argumentis ad

euertendam istam fabellam, quod *Epictetus* apud *Arrianum* lib. III. diff. 24. ubi multus est de Diogene, Sinopenfi, comoda de eius dolio dicendi facta potestate, nihil de hac doliari habitatione refert. — *Tomae Bartholini* orat. de dolio Diogenis inter eius orationes, Hafniae 1669. 8. pag. 584 sqq. Laudat eam *Moshof*. Polyhist. literor. lib. VI. cap. 3. §. 3. pag. 278. — Colloquium Diogenis cum Alexandro M. *Brucker* l. m. pag. 877 sqq. iure quoque ad fabularum regnum tenebrasue ablegat, et philosophum a canina impudentia morum bene absoluit: fastum tamen animi elatioris, arrogantiam, dicitatem et acerbiter reprehensionum, cynicae scholae propriam, contemptumque philosophorum aliorum et magistratum nemo probabit nec eum ab hoc crimine liberabit. At invidi homines famaeque Diogenis inimici, et vitae delicatiori mollique adfueti, aut etiam decori obseruantes, multa in eius contemptum finxerunt. Atque tot conuicia in eum coniecta sunt ab omni tempore, tot famque aniles absurdaeque fabulae de illo narratae, vt Diogenes vel sapienter desipere, vel insipienter sapere, vel omnino insanire videretur. Et tamen multa de eius virtutis studio egregia, multae eius sententiae, acute recteque dictae, referuntur ab antiquis, vt vel inde aduersariorum iniuria et maledicta patescant et cognosci possint. *Schappius* in orat. de dignosc. variet. ingen. pag. 19 sqq. fabulam quidem de dolio et colloquio cum Alexandro M. repetit; at eius mores et disciplinam a maledicentia aliorum et iniuria defendit. „Diogenem, Cynicum, ait, stultum diceretis, si hodie reuiuisceret, et iisdem moribus se commendaret. Sed tali sapientiae genere corrigenda erant tempora illa, quibus respublicae tyrannis implebantur et scholae sophistis, id est, hominibus disputacibus, qui sapientes videri volebant, et non erant. — malebat eos risu et ineptiis, quam spinosis argumentis refutare etc.“ Sed omnia, quae fere vnquam contra nostrum philosophum euomebantur, conuicia congestit et comprobauit *Gottlieb Stolle* in Historie der heydnischen Moral, Ienae 1714. pag. 102 sqq. et tamen pag. 107 sqq. ex Diogene Laertio et Stobaeo collegit eius sententias et dicta, quae sapientiam et virtutem spirant; sed acerbum addit iudicium, sicuti stulti homines saepe verum dicant, ita Diogenem quoque interdum se sapientem gessisse. Idem cum *Laſtatio* in institut. III. 15, 20. falso putat pag. 97. p. 102. et 106. Cynicos a *canibus*, (*κυνι*) quorum vitam imitati sint, etiam vocabulum nomenque traxisse. Idem iam laudauit secum sentientes *Rapin*. Comparais. de Plato et Aristote pag. 298. eiusque Reflexions sur la Morale pag. 389, *M. Frid. Menz* fastum philosophicum virtutis colore infucatum in imagine Diogenis, Cynici, Lipsiae 1712. 4. et alios. Idem *Frid. Menz* edidit II. programmata de Cynismo, nec philosopho, nec homine digno, Lipsiae 1744. 4. At *Heumannus* in actis phil. I. pag. 151 sq. iniuriam, Diogeni a Stollio illatam, paucis iam ostendit. Ita illum immerito atheis fuisse adnumeratum, adfirmavit *Iulianus*, imperator, orat. VII. p. 199. et abunde demonstrarunt *Bayle* in Dict. artic. Diogene p. 294 sq. tom. II. not. *N. Buddus* in thesib. de atheismo cap. I. §. 18. pag. 15. *Reinmannus* in historia atheismi p. 181 sq. et *Humannus* in act. philos. tom. II. p. 910. Durum quoque de illo fert iudicium, aut veterem crambem recoquit auctor libri: Exposition succinte et comparaison de la doctrine des Anciens et des nouveaux philosophes, Paris. 1787. 8. — De Diogene autem Cynico plures in vtramque partem disputarunt. Praeter eos, quos iam memorauimus, e veteribus huc pertinent *Eubulides* in libro de eo, *Olympiodorus*, *Sotion* in quarto libro successionum, *Eubulus* in libro, Diogenis πρῶ-

*σισ* siue *auſtio* inſcripto; aliique a *Diogene Laert.* in lib. VI. cap. 2. nominati. Veterum locos de illo collegit cl. *Gedicke* in M. T. Ciceronis historia philoſophiae antiquae, ſect. II. cap. III. nr. XIII. de Cynicis pag. 259—271. Recentiores quosdam adducit *Heumann.* in actis phil. II. pag. 907 ſqq. quibus addatur (*Marchio Grimaldi*) la vita di Diogene Cynico, Neapoli 1777. 8. de quo libro egi in introd. in hiſt. L. Gr. I. pag. 470. Diogenis Laertii quaedam de noſtro loca emendat illuſtratque *Ignatius Roſſius* in commentatt. Laertianis, pag. 90—99. *Harl.*

Effigies eius varias vide, ſi placet, apud *Sponium* IV. pag. 125. *Miſcell. Jac. Gronouium* tom. II. theſauri antiquitatum graecar. tabula LXXXVIII. [vid. paullo ante voc. *Antiſthenes.*] Claruit *Speuſippi* aequalis circa Olymp. CIX. *Laert.* IV. 3. Obiit fere nagenarius Corinthi, eodem, vt aiunt, die, quo Alexander Babylone Olymp. CXIV. id. VI. 79. [conf. *Brucker.* vol. I. pag. 882 ſq. *Saxius* in *Onomaſt.* I. pag. 80. ſcribit, natum eſſe Olymp. XCI. 3. den. Olymp. CXIV. 1.] *Philippum*, Macedoniae regem, paulo acerbius reprehendit, *Plutarcho* iudice pag. 70. de dignoſcendo adulatore. De Alexandri colloquio cum Diogene videliſ *Dionem* IV. de regno pag. 59 ſq. *Laert.* VI. 38. 68. *Plutarchum* Alex. pag. 671. *Nonnum* hiſt. 25. ad Naz. Plura *Baelius* in *Lexico.* voc. *Diogene le Cynique.*

*Diogenes iunior*, *Σοφιστὴς κόρυς*, ob petulantiam linguae in theatro exercitam [P] virgis caeſus iuſſu Flauii Veſpaſiani. *Xiphilin.* p. 322. vbi et de *Ero*, altero Cynico, Diogenis huius aequali, ob maiorem inſolentiam capite etiam truncato. Recentior *Diogenes*, philoſophus, *Iuliani* imperat. temporibus, a quo laudatur epiſt. 35. p. 410.

*Echeclus*, Epheliſus, Cleomenis et Theombroti diſcipulus. *Laert.* VI. 95.

*Eras* (Ἠράς) de quo dixi paullo ante in *Diogene iuniore.*

[*Effenii.* *Thomaſ.* phil. aulic. cap. I. §. 42. *Heumann.*]

*Eubulides*, cuius librum de Diogene citat *Laertius* VI. 20. *Eubulus ἐν τῷ ἐπιγρραφομένῳ Διογένης περᾶς.* *Laert.* VI. 30. [Sed hos fuiſſe Cynicos, inde colligi non poteſt.]

*Marcus Fauonius*, quem ἀπλόκωνα et ψευδόκωνα vocabat Brutus apud *Plutarch.* pag. 1000.

*Hogſaeus*, Sinopenſis, cognomento κλειδὸς, ſiue laqueus, diſcipulus Diogenis. *Laert.* VI. 84.

*Hegesanax*, infra in *Xanthippus.*

*Heraclius*, contra quem *Iulianus* Orat. VII. *Suidae* in Ἰελ. dicitur *Heraclitus.* [vid. infra, lib. V. cap. 8. §. VI. VII. vol. VII. pag. 79 ſq.]

*Hermippus* in auctione Diogenis citatur in latino interprete *Laertii*, *Ambroſio*, et in quibusdam graecis *Laertii* codicibus VI. 29. vt intelligatur *Hermippus*, Smyrnaeus, qui de vitis Philoſ. ſcripſit. Sed alii codices habent *Menippus ἐν τῇ Διογένης περᾶς.*

*Hermodotus* in epigramm. *Ammiani* II. 51. *Anthol.*

*Hero*, Alexandrinus. Infra in *Maximo*, *Coteler.* II. monument. pag. 640.

*Herophilus.* *Lucian.* in *Icaromenippo* tom. I. pag. 198.

*Hesperius.* *Ionſ.* p. 246. [III. 7, 8. p. 38. edit. *Dorn.* Sed ridiculus eſt error, et *Ionſus* deceptus eſt praua latina *Athen.* VII. p. 307. interpretat. Nam τῶν Κυνηῶν τις ἐσπέριος ἐλθὼν

ἐλθὼν ἔφη, verti debet, Cynicorum aliquis, *vesperi* accedens; dixit. cf. Heum. acta phil. II. pag. 415 sq.]

*Hipparchia*, Maronitis, soror Metroclis et Cratetis vxor, de qua *Laertius* VI. 96 sq. *Anthologia* pag. 339. e recentioribus *Menagius* de mulieribus philosophis p. 63 sq. *Baylius* in *Lexico*. *Carpenteriana* pag. 375 sq. *Iourn. litteraire* tom. XII. 2. pag. 326. *Surdas* ait, scripsisse φιλοσόφες ὑποθέσεις καὶ τινὰ ἐπιχειρήματα καὶ προτάσεις πρὸς Θεόδωρον Ἄθεον. Non puto autem, Suidam haec Hipparchiae scripta vidisse, sed coniectura e *Laertio* collegisse. Habet etiam ex *Laertio*, quae de Hipparchia scribit in Ἡρα. [*Eudoc.* pag. 244] [conf. *Heum.* l. c. pag. 911. *Stolle* l. c. pag. 115. *Brucker.* I. pag. 890.]

*Honoratus*, de quo *Lucianus* in *Demonacte*, tom. II. pag. 865.

*Horus*, Aegyptius, quem confabulantem inducit *Macrobius* in *Saturnal.* [vide supra lib. I. cap. 13. §. 8. pag. 105. vol. I.]

*Hofilius*, Cynicus, aut certe Stoicus, cum *Demetrio* a *Vespasiano* in insulas relegatus. *Dio Cassius* lib. LXVI. [cap. 13. tom. II. edit. *Reimari*, cuius notam pag. 1087. confules.]

*Iphicles*, de quo *Iulianus* orat. in *Cynicos* et *Ammian.* XXX. 5. vbi vid. *Valesium* pag. 599.

*Isidorus.* *Sueton.* *Nerone* cap. 39.

*Iulianus*, imp. Cynicorum philosophiam celebrat *Orat.* 6. et 7. quarum prior est πρὸς τὰς ἀπαιδέυτας κύναις, posterior πρὸς Ἡράκλειον Κυνικὸν πᾶς κυνιστέον. [Neque ex his sequitur, *Iulianum* fuisse Cynicum philosophum. vid. *Heum.* act. philof. tom. II. pag. 916 sqq.]

*Lucianus* in *Cynico* tom. II. pag. 717 sq. [*Lucianum* Cynicis adnumeravit *Isidorus Pelusiota* lib. IV. epist. 55. *Heumann.* Hic tamen illum classe Cynicorum iure eximit, in *Actis* philof. tom. II. pag. 917 sq. *Harl.*]

*Maximus*, Alexandrinus, ad quem *Basilii Magni* epistolae supersunt, et quem orat. 23. laudauit, sed carmine de vita sua, et oratione 27 et 28. sub *Heronis* nomine perstrinxit *Nazianzenus*; indignatus κύναις ποιμέναις εἶναι βιαζομένους p. 474. [*Isidor. Pelusiota* lib. I. epist. 96. vid. infra lib. V. 13. vol. VII. p. 517. nr. 23. et p. 518. nr. 28. p. 534. *Ionsius* III. 16. 4. p. 92. edit. *Dorn.* *Heumann.*] vid. etiam *Damascii* epist. ad *Ascolum*, *Theofalonicensem* et altera ad episcopos *Macedoniae*, quae exstat etiam in concilio III. romano ann. Chr. 531. *Athanasii* epist. ad *Maximum* tom. I. edit. *Benedictin.* pag. 918. Depositus hic *Maximus* episcopatu *CPol.* *Canone* IV. synodi primae *CPol.* Hic ipse est, de quo *Hieron.* in *Catalogo* S. E. cap. 127. *Maximus*, philosophus, natus *Alexandriae*, *CPoli* episcopus ordinatus est ann. 380. et pulsus, insignem de [*P*] fide aduersus *Arianos* scripsit librum, quem *Mediolani* *Gratiano*, principi, dedit. Vide et *Vales.* ad *Sozom.* VII. 9. et *Baronium*, *Basnagium* et *Pagi* ad A. C. 379. *Tillemont* tom. IX. pag. 443 sqq. 712 sqq. *Blondellum* de episcopis et presbyteris p. 330 — 340. notas *Benedictinorum* ad S. *Ambrosii* epist. 13. tom. II. pag. 815. *Fabric.* — *Iuliani*, imperatoris, epist. 38. *Spanhemii* praefat. ad *Opera* *Iuliani* pag. 10. *Heumann.* — *Ionsius* III. 16. 4. p. 92. *Harl.*

*Maximus,*



**Maximus**, Ephesius, qui Iulianum docuit idola colere, et ad quem epistola Iuliani 38. *Fabric.* — Ad cynicos eum refert quoque Heumannus in nota ista, laudatque *Morham*. disput. de tributa per Platonicos ecclesia §. 28. Sed ecclesiasticis eum adnumerat *Baucher.* in hist. critica philol. vol. II. vbi pag. 281—283. copiosus est de illo. Add. *Fabric.* vol. VIII. p. 770 in primis lib. III. cap. XX. vol. II. p. 511. ed. t. veteris de astrologis ineditis, vbi de eius carmine *περὶ καταρχῶν* agit, quod idem lib. V. cap. 25. vol. VIII. p. 414 sq. sub titulo *περὶ ἀπαρχῶν* e cod. Florent. medico cum versione Rensdorsii latina primus edidit. At *Ruhnken.* V. C. in cel. Heynii Add. ad Virgilium tom. IV. pag. 226. prioris editionis illud carmen, a Fabricio euulgatum, sentit a poeta Alexandrino, Callimachi et Apollonii, Rhodii, aequali, scriptum. *Harl.*

**Melaeger**, Gadareus, risus in scriptis captator, cuius libros II. *περὶ δοξῶν* *Laertius* II. 92. symposium et *χαρίτων* laudat Athenaeus lib. IV. pag. 157. et lib. XI. p. 502. [*Nonius* IV. 36. pag. 260. infra in catalogo poetar. epigramm. p. 720. vol. II. vet. edit. *Cren.* ad Casaub. de satyrica poesi pag. 203 sq. edit. Rambach. *Harl.*] Vide, quae viri docti ad *Laert.* VI. 100. De eius corona epigrammatum infra, cap. de epigramm. graecis.

**Mexander**, cognomento *δευμὸς*, Homeri admirator, Diogenis discipulus. *Laert.* VI. 84. Vide et infra in *Xanthippo*.

**Menedemus**, Lampfacenus, de quo *Laertius* VI. 102. Theombroti discipulus, *Laert.* VI. 95. diuersus a Menedemo, Eretrienſi, de quo II. 125. De *Menedemo*, Cynico, capiendus *Numenius* apud Euseb. XV. Praeparat. pag. 729.

**Mensetratus**, Cynicus. In anthologia graeca pag. 272. in epigrammate Lucilii II. 51.

**Menippus**, Sinopenſis patria, ortu Phoenicius Gadarensis fuit, conditione seruus, Diogenis, vt suspicor, discipulus. Eius scribendi genus *σπαρδογελασίον* multi notauerunt, [vid. Stephan. Byzant. voc. *Γάδαρα*.] imitatus est in Satyris suis Varro, quas Cynicas alii, ipse adpellauit Menippeas, teste *Gellio* II. 18. *Macrob.* Sat. I. 11. Menippeus hanc ipse adpellauit Athenaeo <sup>d)</sup>, et Tertulliano <sup>e)</sup> *Romanus Cynicus*. Exstat et Satira Menippea *Petri Cunaei*, viri doctissimi, et altera Lipsii, qua perstringit profanum vulgus criticorum <sup>f)</sup>. Scripsit et Varro Satiram, cui titulus *τῶν Μενίππευ*, teste Nonio in exodium et pluribus aliis locis. *Menippi Symposium* et *Arceſilaum* citat Athenaeus. [lib. XIV. cap. 7. conf. *Cren.* ad Casaubon. de satyr. poesi Graecor. p. 203. edit. Rambach.] Alia scripta Menippi, Cynici, refert *Laertius* VI. 101. Sunt autem haec: *Νεκύια* <sup>g)</sup>, *Διαθήκαι*,

d) Conf. *Casaubon.* lib. II. de satyrica poesi, cap. 2. libr. II.

e) Item ab Arnobio et Symmacho. vid. *Iosiae Merceri* not. ad Nonium p. 207. Probus in VI. ecl. Virgillii: „Varro Menippeus non a magistro, cuius aetas longe praecesserat, sed a societate ingenii, quod is quoque omnigeno carmine fatiras suas expoliuerit.“ Ibidem citat Varronem in cynico, quem inscripsit *dolium* etc. *Fabric.* — ad-

de, quae scripsi in Introductione in notitiam litteraturae rom. part. II. pag. 168 sq. *Harl.*

f) Iunctim editae sunt: *Tres satyrae Menippeae*, L. *Annaei Senecae ἀποδοκίμωσις*, I. *Lipsii Somnium*; P. *Cunaei Sardi venales, recensitae et notis perpetuis illustratae*. Lipsiae 1720. 8. *Harl.*

g) Conf. *Gatacker.* ad *M. Antonin.* lib. IX. §. 24. *Hemsterh.* ad *Luciani colloquia selecta*, minoris edit. Basil. 1771. 12. pag. 2. not. *Harl.*

καί, Ἐπιστολή κεκομψευμένα ἀπὸ τῶν Θεῶν προσώπων. Πρὸς τὰς Φυσικὰς καὶ Μαθηματικὰς καὶ Γραμματικὰς καὶ γένος (natalem) Ἐπικέρει, καὶ τὰς Δρησκευόμενας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας etc. <sup>h)</sup> Hunc porro ipsum Menippum non dubito induci a Luciano in dialogis mortuorum. et in Necyomantia, memorarique ab Eunapio in prooem. vbi celeberrimos Cynicos referre se scribit, non *Menippum*, iuuenem *Lycium*, de quo Philostratus IV. 25. de Apollonii vita <sup>l)</sup>. Fuit et *Menippus* quidam Magnes Pancretiafites, cuius meminit *Artemidorus* IV. 44. quemque addes aliis Menippis, collectis a Laertio et Menagio. *Fabric.* — De *Menippo*, Pergameno, vid. *Fabric. Bibl. Gr. IV. 2. tom. III. pag. 37 et 72. Heumann.*

*Menippus*, *Lycius*, Demetrii, Corinthii, auditor, de quo iam dixi.

*Metrocles*, Maronites, Hipparchiae frater, Theophrasti primum, postea Cratetis discipulus. Vide *Laertium* II. 102. VI. 94 sq. Eius *χρείας* citat VI. 33.

*Monimus*, Syracusanus, Diogenis et Cratetis discipulus, scripsit teste *Laertio* [P] VI. 83. *παίγνια*, quibus ludera feris sententis permiscuit; *περὶ ἑρμῶν* libros duos et protrepticum. Inter eos, qui *κρητήριον* veri sustulerunt refertur Monimus a Sexto VII. contra Math. p. 146 et 221, quod adfirmasset *τύφον εἶναι τὰ πάντα*. *Fabric.* Plura de hoc collegit, et quorundam de eo errores redarguit *Mongitor.* in bibl. Sicula tom. II. pag. 81 sq. adde *Ioussum* de script. hist. phil. II. 12. pag. 210. Dornii. *H. r. l.* — Alios *Monimos* et *Monimas* memorat *Freinshem.* ad Curtium III. 13. 15. *Heumann.*

*Musonius*, Babylonius, amicus Apollonii, Tyanensis, [de quo vid. *Brucker.* II. pag. 501 sq.] Alius *Musonius*, Tuscanus, de quo infra in Stoicis, [quem tamen cum Cynico eundem fuisse, contenderat *Olear.* ad Philostrat. p. 176. refutatus a *Brucker.* I. c.]

*Oenomaus*, Gadarenus, sub Adriano imp. floruit teste *Synkello* pag. 349. scripserat *πολιτεῖαν* et *περὶ τῆς καθ' Ὁμήρον φιλοσοφίας* (confer *Ioussum*, III. 7. pag. 37. edit. Dorn.) et *περὶ κωνισμῶν*, itemque *περὶ Κράτητος καὶ Διογένης καὶ τῶν λοιπῶν*, teste *Suida*. Quamquam Iulianus imp. ex alio potius, quam ex Oenomaio Cynismi rationes peti velit. Eius *κατὰ τῶν χρηστηρίων*, idem *Iulian.* Orat [VI. pag. 187 et 199.] VII. f. 209. <sup>h)</sup> Titulus libri fuit *Φωρὰ γοήτων, detectio praestigiatorum* <sup>l)</sup>, de Oraculorum falsitate.

h) *Marcus Antoninus* de rebus suis lib. VI. §. 47. Menippum inter generosos humanae vitae contentores et magna philosophiae liberioris lumina reponit vid. *Hemsterh.* loc. cit. *Harl.*

i) *Olearius* quidem ad *Philostrat.* Apollon. IV. 25. pag. 164. putat, *Menippi Lycii*, iunioris etiam apud Eunapium in prooemio mentionem fieri, et hunc Menippum iuniorem esse, qui passim perstringatur a Luciano in mortuorum dialogis. Sed *Olearium* errare, animaduertit docetque *Moysses du Soul* ad *Luciani* I. dial. mortuorum, tom. I. pag. 328 sq. edit. Reitzii, remque ipsam clamare, ait, *Menippum*, Gadarensem, apud *Lucianum*

fuisse Diogenis discipulum. add. *Brucker.* I. p. 593. *Harl.*

k) *Locus Iuliani* sic sonat: Ἐπιγνώση σαφῆς ἐν τῇ τῆ Κυνὸς αὐτονομία, καὶ τῇ κατὰ τῶν χρηστηρίων. *Petauius* male vertit *αὐτονομία* ex ipsis *Canis illius sermonibus*. at cl. *Wytttenbachio* in epist. critica super nonnullis locis Iuliani imper. etc. Gottingae 1769. 8. pag. 19. probabile est, librum contra oracula sic inscripsisse *Oenomaum*; cui coniecturae pulcre faueat *ἀπίστωνος χρισμῶν* apud *Lucianum* Pseudomant pag. 235. et Gall. p. 705. *Harl.*

l) Vide *Neue Biblioth.* tom. IV. pag. 466 sq. *Oenomaio* ipsissima verba contra oracula et fatum producit

salutate. Vide *Euseb.* V. cap. 19. Praeparat. et VI. 6. p. 254. et VI. 7. *Socratem* IV. 23. p. 165. *Niceph.* X. 36. *Theophrastum* Therapeut. lib. VI. p. 86. et X. p. 141. Δ. *Vandalen* de Oraculis p. 329 — 346. *Τραγωδία*. *Iulian.* orat. VII. f. 210. — De *Diogene Oenomaio*, tragico Atheniensi, dixi supra lib. II. cap. 19. e *Suida* in *Δίωγ.* epigramma alterius, ut videtur, *Oenomai eis ἔρωτα γεγλυμμένον ἐν καυκίῳ* Anthol. IV. 18.

*Onesiferus*, Aslypalensis, siue Aeginensis, qui cum Alexandro M. militauit et eius *παιδείαν* ac laudes Xenophonteo fere stilo composuit. Vide *Laert.* VI. 84. *Plutarchum* Alex. pag. 705. Pater Androsthenis et Philisci. *Laert.* VI. 75 sq. discipulus Diogenis. Vide de hoc *Onesferito* supra cap. III. pag. 47.

*Panocrates.* *Alciphron.* pag. 406. epistol.

*Pancratius.* *Philostat.* in Lolliano pag. 526.

*Pasicles*, Cratetis, Cynici, F. *Laertius* IV. 88. Fuit et *Pasicles*, Cratetis frater, discipulus Euclidis, Megarensis. *Laert.* IV. 89.

*Peregrinus*, [Pario, vrbe in Helleſponto, ortus. vid. *Lucian.* tom. III. p. 339. ibique M. du Soul.] qui sub Antonino Pio vanam gloriam captans se publice coniecit in flammis, [Olymp. CCXXXVI, I. ann. Chr. 166. f. 168.] derisus a *Luciano*, libro singulari de morte Peregrini. Confer *Synellum* pag. 351. 352. infra in *Proteus.* *Fabric.* — *Gellius* N. A. lib. VIII. 3. et lib. XII. cap. II. *Tertullian.* lib. ad martyres cap. 4. *Eusebius* chron. lib. II. ad ann. Chr. 167. *Ammianus Marcell.* hist. lib. 29. *Marcellus Ficinus* de religione christiana cap. 35. pag. 478. *Spanhem.* hist. eccles. pag. 70. *Moshem.* Obil. lib. I. p. 217. *Clericus* hist. eccles. saec. II. p. 696 sqq. et not. ad Rom. XVI. 17. ut mittam *Buddei* et *Boysen.* disp. *Heumann.* — Si opus fuisset, hic catalogus potuisset augeri. Sed, cui volupe erit, is iudicia atque testimonia apud *Bruckerum* eosque, quos laudauit *Heumannus*, bene multa inueniet. *Fabricius* quoque in vita *Luciani*, infra lib. IV. cap. 16. pag. 500. vol. III. vet. edit. quaedam adnotauit. *Athenagoras* legat. pro Christian. ad imperatores *Marc. Aurelium* et *Lucium Verum* cap. 22. meminit huius *Peregrini*, ho-

V v v 2

minis

producit *Eusebius* praepar. euang. lib. V. cap. 18. et sqq. vsque ad finem illius libri, lib. VI. cap. 6. fin. et cap. 7. toto. Eidem libro V. cap. 21. tribuit *dicacitatem cynicam.* *Heumann.* Et tamen hic in actis philof. tom. II. pag. 901 sq. omnem dat operam, ut *Oenomaum* numero Cynicorum eximat. Argumenta eius sunt, quia *Iulian.* orat. VI. pag. 199. et orat. VII. pag. 209. et 212. nos doceat, *Oenomaum* nigris coloribus depinxisse sectam cynicam; immo vero pag. 210. *Oenomaum* a Cynicis distinguat, et *Socrates* hist. eccl. IV. cap. 23. discernat illum a *Diogene*, *Διογένης ὁ κίων*, καὶ *Ὀνίμαχος ὁ φιλόσοφος*, nec *Eusebius* eum vquam adpellet cynicum. Quod *Eusebius* illi tribuit dicacitatem cynicam, id nihil valere censet, sed maledicentiam eius et calumniandi impuden-

tiam designari. Sic *Oenomaum*, contendit, vocari a *Iuliano* VII. pag. 209. *κύνια*, calumniatorem, uti *Zoilus* apud *Aelianum* H. V. lib. XI. cap. 10. dictus est *canis rhetoricus*. Immo malit eum accensere Epicureis. Sed videtur *Oenomaus* placita potius *Antisthenis* saniora sectatus, et flagitia vitamque pseudo-Cynicorum inhonestam turpemque irrississe et proscidisse. Atque *Brucker.* in hist. crit. phil. vol. II. pag. 509 sq. argumentis *Heumannianis* alia iam opposuit validiora; et *Wytttenbach.* loc. mem. existimat, *Heumannum* vix in illum errorem fuisse delapsum, si *Iuliani* loca attente considerasset. — *H. Valesius* Emen. datt. lib. I. cap. 3. pag. 6 sq. quaedam loca *Eusebii* praepar. euang. V. 20. ex *Oenomai* commentariis face critica illustrat. *Harl.*

minis diferti, phantasmatum mire capacis, qui, ingenio abundans portenta, miraque dictu factuque in omni vita amavit, et hanc insaniam morte comprobavit. Nam illis temporibus, finitis olympicis certaminibus, rogo ab omnibus praesentibus Cynicis accenso, in ignem sponte insiluit se ipse concrematurus. At num *Lucianus* de morte Peregrini tom. III. pag. 325 sqq. edit. Reitzii, vbi interpretes multa docte adnotarunt, verum omnino dixerit de illo philosopho, non conuenit inter viros doctos. *Stephano Je Moyne*, in prolegomenis ad varia sacra fol. 10. videtur *Lucianus* illudere voluisse martyrio Polycarpi, hoc ipso forte anno cremati etc. sed *Gesneri* ad *Lucian.* de morte Peregrini pag. 325. modesta animaduersione cautos iam auocat ab adfensu. At, aliis ommissis, *Brucker.* vol. II. pag. 518. vbi copiosus est de Peregrino et *Luciani* narratione, hanc suspectam redditurus putat, *Lucianum* istius potissimum viri, non tam vita, quam morte illustris, historiam ideo delegisse, vt haberet, quibus, si non omnibus, certe cynicis philosophis, grauem dicam scriberet, et in primis Cynicos more suo false irideret, ideo multa ornandae scenae causa confinxisse, et in multis ab aliorum, Peregrino aequalium, testimonio discessisse. Ita persequitur *Luciani* narrationem et cum aliis comparat. At *cel. Wielandus* in erudita diss. de fide *Luciani* in notitia quam dedit de Peregrino, adiuncta tom. III. versioni *Luciani* germanicae Lipsiae 1788. pag. 93 sqq. fidem *Luciani*, qui Peregrinum eiusque vltimum fatum stolidum bene nouerit, a crimine *Bruckeri* aliorumque docte ingenioseque vindicat, et rem ipsam vberius explanat; denique de eius aetate, (cuius ratio et inquisitio exercuit *Bruckeri* studium,) disserit. Coniicit igitur, Peregrinum, ann. Chr. 168. (*Fabric.* in vol. III. scripsit, ann. Chr. 169. die XVI. Iulii.) quum, teste *Philostrato*, iam senex esset, rogam conscendisse, tunc circ. ann. 60—70. natum et intra ann. 140—152. cum Christianis versatum, adeoque intra ann. 1—10. saeculi II. in lucem editum fuisse. In notis, versioni subiectis, multa *Luciani* et historiae illius temporis loca acute explicat illustratque, et contra interpretes ac *Bruckerum* disputat. Adde *Capperonii* recitationem academicam in Mem. de l'acad. Paris. des Inscript. vol. XXVIII. pag. 69 sqq. *Harl.*

*Philiscus*, Aeginensis, Onesicriti F. Diogenis discipulus, cui tragoedias, quae sub Diogenis nomine ferebantur, nonnulli tribuerunt. Vide *Laert.* VI. 84. et 73. 75. et 80. *Iulian.* Orat. VI. pag. 186. et VII. 210. vbi male *Philiscus*. [adde *Lambec.* comm. bibl. Vindobon. vol. VII. pag. 274. cum nota *Kollarii*, et quae supra in vol. II. pag. 314. contra *Lambecii* opinionem prolata sunt. *Harl.*]

*Photion*, cognomento *χρησός*, Diogenis, Cynici, auditor. *Laertius* VI. 76.

*Plato*, Cynicus. *Laert.* VI. 27. nisi probanda potius expositio *Casauboni*, [P] vt sane videtur, quoniam idem *Laertius* inter varios *Platonos* III. 103. nullam Cynici mentionem facit. [vid. supra in *Platone* §. 1. not. pag. 57.]

*Polyzelus*, infra in *Xanthippo*.

*Posocharis*. vid. epigramma apud *Küsterum* ad *Suidam* in *Κυῶχος*.

*Proteus*, Cynicus, apud *Philostratum* in vita *Herodis Attici* cap. 13. p. 563 sq. [vbi vid. *Olearium*.] Est *Peregrinus*, de quo modo disputatum est. *Fabric.* ad *Lucianum* de *Peregrini* morte, tom. III. pag. 325. edit. Reitz. *Menander* rhet. de encomiis pag. 61 sq. ed. Heeren.

Heeren. παράδοξα (scil. ἐγκώμια) — — τὸ τῆς πενίας Πρώτους τῶ Κυνός.  
Hart.]

*Salustius*, κωνίζων. Phot. cod. CCXLII. pag. 556. κωνικώτερον ἐφιλοσόφει. Suid. in Σαλυστ. Diuersus hic Procli discipulus fuit a *Salustio*, cui Orationem quartam inscribit Iulianus Imp. Huic potius Iuliani, Platonico, quam alteri Cynico Salustio tribuerim libellum elegantem, qui exstat περὶ Θεῶν καὶ κόσμου, de quo infra lib. V. [vol. VIII. pag. 651. imprimis lib. VI. cap. 10. vol. XIII. pag. 643. vbi plures *Sallustii* recensentur et Fabric. suam sententiam firmavit. Hoc autem loco margini adscripsit manu, „nescio, idemne sit, ad quem *Libanii* lib. I. epist. 66. exstat. — Copiose de illo agit *Brucker*. vol. II. pag. 527 sqq. Hart. — confer *Conring*. lib. I. de medicina Herm. et cap. 12. pag. 123. *Naudecium* epist. 71. pag. 531. Bibl. Bremensem tom. II. pag. 424. *Moller*. ad Morhof. Polyhist. tom. II. cap. 7. §. 10. pag. 521. Cynico tamen Salustio tribuit libell. περὶ Θεῶν καὶ κόσμου *Huetius* quaest. Alnet. lib. II. cap. 2. §. 1. 5. 7. 8. o. etc. et *R. nesius* inscription. class. I. nr. 2. pag. 4. vbi eum vocat *Cynicorum ultimum*. *Heumann*.]

*Serenianus*, supra in *Aselepiade*.

*Sotades*, Alexandrinus, de quo *Nonnus* hist. 25. ad Nazianz. [De aliis vid. supra in vol. I. pag. 627. et vol. II. pag. 495 sq.]

*Sphodrias*, cuius τέχνην ἐρωτικὴν citat *Athenaeus* IV. pag. 162.

*Stilpo*, Megarensis, auditor Diogenis, Cynici. *Laert*. VI. 76. [at postea nobilitauit sectam Megaricam s. Eristicam. vid. *Brucker*. I. pag. 617 sq.]

*Theagenes*. *Lucian*. lib. de morte Peregrini. [vol. III. ed. Reitz. p. 329. 351. (vbi aequalis Luciani et confirmasse dicitur, etiam Sibyllam de Proteo eiusque morte voluntaria aliquid praedixisse,) 353.] *Galenus* XIII. 15. method. medendi tom. IV. Basil. pag. 178. 179.

*Theodorus*, *Cynuleus*, siue pluribus canibus stipatus Cynicus, quem colloquentem inducit *Athenaeus* in dipnosophistis. [lib. XV. pag. 669. vbi aliquis Cynuleum ita adloquitur: O *Theodore*, hoc enim tuum nomen proprium est; item pag. 692. Ceterum nota, hunc *Theodorum* esse personam fictitiam quamdam, vti ceteri Athenaei conuiuiae. Quod *Cynuleus* non sit nomen proprium, sed adpellatiuum, significat Cynicum, plures discipulos, (caues dici solitos,) secum habentem: manifestum id erit ex argumento, Athenaei libris praefixo. Ibi enim dicitur: aderat etiam vnus Cynicorum, quem Κύβαλλον vocat, subaudi Athenaeus. *Heumann*. innot. insta et in *Actis philos.* tom. II. pag. 921.]

*Theombrotus*, Metroclis discipulus. *Laert*. VI. 95.

*Theomnestus*, infra in *Xanthippo*.

*Thrasylus*, Cynicus. *Seneca* II. 12. de benefic. et *Plutarch*. Apophthegm. *Fabric*. Diuersus est a *Thrasyllo*, Platonico, de quo supra, p. 190. *Menz*. ad Diogen. *Laert*. III. 1. pag. 133. infra de scriptoribus Musicis deperditis §. IX. fin. *Eudocia* pag. 143. in art. de Democrito, *Brucker*. vol. II. pag. 163 sq. Hart.

*Timarchus*, Alexandrinus, Cleomenis discipulus. *Laert*. VI. 95.

*Xanthippus*, Theomnestus, Polyzelus, Onesicritus, Monimus, Menander, Hegesianax, Diogenes, Crates et Antisthenes, Cynici, quorum scriptis vsus est Stobaeus. *Phot.* cod. CLXVII.

*Xeniades*, Corinthius, qui Diogenem, Cynicum, emisit eique filium instituendum et domum regendam dedit. *Laert.* VI. 74. 82. *Fabric.* conf. *Brucker.* I. pag. 883. inprimis p. 888. et quos ille laudat. *Harl.*

*Zeno*, Citieus, Cratetis discipulus. Vide Numenium apud *Euseb.* XIV. praep. pag. 729. et posthaec inter Stoicos. Verecundiam et decorum magis obseruare, quam Cynici, docuit; in reliquis eorum placita probauit, ipse auctor Stoicorum, quorum dogmata cum Cynicis conuenire, innuit etiam *Iuuenalis* XIII. 121.

*Et qui nec Cynicos nec Stoica dogmata legit,  
A Cynicis tunica distantia.*

Iungit etiam *Martial.* XI. 85.

*Tondeat hic inopes Cynicos et Stoica menta.*

Confer *Julianum* Orat. VI. p. 185. *Laert.* VI. 104. VII. 121. *Lipsium* lib. I. manu duct. diss. 13. Quod vero *Sidonius* Carm. II. v. 168. Cynicorum turbam Epicuri sodalium imitatricem appellat, de eo vide sis *Sirmondi* notas pag. 181. Augustini adhuc temporibus plures fuerunt Cynici, quam Stoici, ut testatur lib. III. contra Academicos cap. 18. *Itaque nunc Philosophos non fere videmus, nisi aut Cynicos, aut Peripateticos, aut Platonicos. Et Cynicos quidem, quia eos vitae quaedam delectat libertas atque licentia.* Adde, si placet, XIV. 20. de C. D. [P] *Fabric.* Augustinus tamen sub Cynicis complecti videtur Stoicos, Cynicorum progeniem. De Stoicorum multitudine vid. Catalogum Stoicorum. *Heumann.* — Supra memoratis scriptis addi possunt *Georg. Gottfr. Richteri* diss. de Cynicis, Lipsiae 1701. 4. *Chr. Gottl. Ioecher* progr. de Cynicis, nulla re teneri volentibus. Lipsiae 1743. 4. *Biblioth. philosophic.* Struuianam edit. *Kahlui*, I. pag. 216 sq. *Harl.*

## C A P V T X

### CATALOGVS PHILOSOPHORVM STOICORVM, DIGESTVS ORDINE ALPHABETI.

[Cum auctario G. C. Harles.]

**N**obilissima schola *Stoica*, Cynicae quasi propago, vid. *Ciceron.* de Or. III. 17. at emendata a flagitiis nequitiisque multis purgata, atque elegantius culta, auctorem habuit *Zenonem*, *Citieum*, (de quo paullo ante quaedam dedit *Fabricius*, at postea suo loco vberius disputabitur;) nomen autem adepta est a porticu celeberrima, et reliquas, quae multae fuerunt Athenis, antecellente, *Stoa*, etiam *Pocile*, sensu eminenti dicta, quam *Zeno* occupauerat et ubi copiam sui fecerat discipulis: qui quum prius *Zenonii* audirent, ab illo loco postea *Stoici* dicebantur. Stoici quidem iam antea vocitabantur poetae et alii, qui litterarum causa ibi conuenerant; sed postea nomen illud *Zenonis* adlectis vnice adhaesit. vid. *Diogen.* *Laert.* VII. cap. 1. de *Zenone*, sect. 5. ibique *Menagium*, *Groph.* diss. de gymn. litterariis

terariis Athen. p. 49 sqq. (quam diss. recusam dedit *Brucker.* ad calcem Scipion. Aquiliani de placitis philosoph. ante Aristotelem pag. 279 sqq.) Ingens olim fuit Stoicorum multitudo. Hinc *Sextus Empir.* libro I. (adnotante Heumanno,) scribit, in iis, qui in vnaquaque haeresi philosophantur, plures esse, qui in philosophia stoicam sectentur haeresin. vide paulo infra in hoc catalogo voc. *Antiochus Ascalonita.* Quare dolendum est, periurum *Apollonii Tyrii*, (de quo h. capite loco suo sermo erit,) *indicem philosophorum Zenoniorum eorundemque librorum.* At maior iactura facta est, libris integris Zenonis, Cleanthis, Chrysippi et aliorum genuinorum Stoicorum iniuria temporis absumtis. Nam quod in omnibus amplis sectarum familiis factum est, et adhuc, tanta ingeniorum diuersitate, euenire solet, posterius saepius desectunt desciscuntque a consuetudine placitisque maiorum. Quare qui, vt tamen permulti recentiores fecerunt scriptores, Zenonem et Chrysippum, valde iam dissentientem a magistro, aliosque antiquissimos ex recentioribus diiudicant, adeoque ex Senecae, Epicteti et Antonini imperatoris libris tamquam ex puris fontibus disciplinam doctrinamque Zenonis vnice hauriunt et, illis ducibus, in formam artis redigunt; ii, opinor, egregie falluntur aliosque fallunt. Illi enim et vel antiquiores ab archetypo lapsi sunt et deciderunt. Iam veteres senserunt, Stoicos neutiquam inter se concordem esse. *Galenus* de libris propriis cap. II. *μικρὰ μὲν δήπως ἐστὶν ἢ παρὰ τοῖς Περιπατητικοῖς διαφορὰ· μεγάλη δὲ παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς καὶ Πλατωνικοῖς.* add. *Plutarch.* de Stoicorum repugn. et *Eusebius* XI. 5. praepar. pag. 728 sqq. atque Cicero aliquoties id declarat — infra, voc. *Antipater Tarsensis.* Sic in doctrina de fato, Zeno et Chrysippus probabiliter liberalius et rectius, quam multi iique recentiores Stoicae disciplinae alumni, senserunt, nec virtutem ac libertatem illo plane tolli iudicarunt. Inter ea vel aliquot fragmenta veterum germanorum Stoicorum feruarunt, vel praecepta et dogmata quaedam passim collegerunt, et defenderunt aut examinarunt *Cicero*, (cuius loca, in quibus Stoicorum sententiae proferuntur, explicantur aut refutantur, congestit et aliquoties illustrauit cel. *Gedicke* in M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae, Berolini 1782. 8. pag. 271 — 324.) *Gellius* VI. noct. attic. cap. 1. et 2. *Dionysius Laertius*, libr. VII. *Sextus Empiricus*, *Plutarchus*, iudex saepe iniquus <sup>a)</sup>, *Eusebius* praep. euangel. XV. cap. 14 — 22. et *Stobaeus*. Stoicorum doctrinam, quae in emendandis moribus ponitur, maximam partem cognoscimus ex *Seneca*, *Epicteto*, *Antonino*, (in cuius opus egregie commentatus est, et multa, quae philosophiam Stoicam illustrant, ex veteribus auctoribus collegit *Gatackerus*,) ex *Simplicio*, (qui tamen ex Peripateticorum placitis Stoicorum decreta explicare solet,) in commentario in Epicteti enchiridium, *Arriano*, in dissertationibus Epicteteis. Hi sunt etiam fontes, ex quibus recentiorum doctorum virorum narrationes et libri maioris minorisque molis plerumque manarunt. Magnus autem est numerus eorum, qui post litteras renatas vario modo de Stoica philosophia differuerunt aut eam, impari quidem fortuna, explanare susceperunt. Alii autem versati sunt in explicanda vniuersa Stoicorum historia atque doctrina; alii peculiare tantum illius partes illustrandas sibi sumserunt. Catalogum Stoicorum dederunt quidem *Cozzandus* de magisterio antiq. philos. lib. III. cap. 4. et *Iouinus* de scriptor. hist. philos. II. 18. 1. pag. 251 sq. qui praeter ea lib. II. 3. 2. pag. 137. (vbi de Zenone quaedam adnotauit,) Stoicorum exhibuit successionem. Illum autem

a) Loca in Pseudo-Plutarcho de physicis philosophorum decretis, de Zenone aliisque Stoicis indicauit cel. *Beck.* in recensione scholarum etc. editioni praemissa pag. 53 sq.

autem catalogum auxit Fabricius noster addiditque citata; solo tantum Ionsii nomine posito, vbi non alium testem habuit in promptu. Catalogum autem scriptorum de philosophia Stoica concinnauit *Heumannus* in actis philos. tom. I. part. IV. nr. 7 pag. 730 sqq. praecipue pag. 745 sqq. vbi scriptores bene ordinat et ita dispeccit, vt primum recenteat scriptores, quorum habuit notitiam, qui 1) de philosophia Stoica generatim, 2) de Stoicorum logica, 3) de eorum philosophia morali, et 4) de physica eorum egerunt: nam tribus partibus, logica, ethica et physica Stoici cum Aristotele et Xenocrate comprehenderunt omnem philosophiam, ita tamen, vt multa melius definirent ac discernere, ab aliis philosophis quaedam sumerent mutua, aut alia modo bona, modo praua, adoptarent decreta suaque adderent paradoxa; tum idem *Heumannus* ibidem, tom. II. pag. 161 sqq. *Stollii* supplementa, et pag. 478 sqq. sua ipsius et *Lintrupii* proposuit additamenta. Idem tom. III. pag. 110. quaedam nomina expunxit ex Stoicorum catalogo. Et tamen postea alii accesserunt, qui de Stoicis eorumque disciplina disputarent. Ego vero aequae spondere possum plenum absolutumque catalogum, neque necessariam esse arbitror repetitam omnium et singulorum ab *Heumanno*, *Struui*, in bibliotheca philosoph. edit. *Kahlii* tom. I. pag. 209 sq. *Brucker*o aliisque, ad quos prouocabo, citatorum memoriam; multo minus eos, qui de *Epicet*o, *Antonino* et *Seneca* disputarunt, hic adpellabo. Quare potiores, aut ab aliis omissos, secundum *Heumanni* ordinem excitabo scriptores.

1) Generatim Stoicam persequuti sunt philosophiam omnes, qui historiam philosophiae condiderunt, et quos in hoc ac superiore volumine aliquoties laudavi. Praecipue tamen commendandus est *Brucker*us in historia critica philosophiae vol. I. pag. 893—967. de *Zenone* eiusque philosophia, huiusque vitis et virtutibus: tum pag. 968—981. de discipulis et successoribus *Zenonis* in schola Stoica; vol. II. pag. 50 sqq. de adfectis Stoicae disciplinae inter Romanos pag. 531—599. de secta Stoica sub imperatoribus romanis. vol. IV. part. I. p. 486—502. de restauratione philosophiae Stoicae recentiore. Ego vero non illico omnes, qui Stoicam laudarunt philosophiam aut de illa scripserunt, adnumerarem philosophis Stoicis. Ita quoque forsitan inter antiquiores plurimum nomina sunt expungenda aut aliis quoque sectis accensenda. Idem *analec*ta dedit in vol. VI. p. 249—256. et p. 344 sqq.

*Francisci de Quevedo* doctrina Estoica, (post *Epicet*i enchiridion, hispanicis versibus ab eo redditum) tom. III. *Opp. Bruxell.* 1671. 4.

*Thom. Gatacker*us praemisit editioni suae *Antonini* imperatoris de rebus suis, praeloquium, in quo de disciplina Stoica cum sectis aliis, peripatetica, et academica, epicurea vero praecipue collata, deque eorum, qui hanc sequuti sunt, quae supersunt, *Senecae*, cum primis *M. Antonini* scriptis disseritur.

*Io. Francisci Buddei* introductio ad philosophiam Stoicam ex mente *M. Antonini*, praemissa *Wollii* editioni *M. Antonini τὰν εἰς ἑαυτὸν βιβλίων*. Lipsiae 1729. 8.

Le Sage Stoique par *Anton. le Grand*, Hagae Com. 1662. 12.

Non admodum multa, nec tamen spernenda dedit *Morhof*. in polyhistore philosophico, lib. II. part. I. cap. 8. pag. 190 sqq.

*Petrum Gassendum* in explicanda *Epicuri* philosophia, de *Zenone* ac Stoica philosophia erudite fuisse disseruisse, iam monuit *Brucker*. vol. VI. pag. 249.



*Cu'worth.* in systemate intellectuali eiusque sagacior interpretres *Moshemius* passim, idque frequenter Stoicorum de genata varia ratione protulerunt, illustrarunt aut examinarunt.

*Georg. Paschius* in introductione in rem litterar. moralem vet. cap. III. de Stoicis.

*Cel. Dieter. Tiedemann* bis bene meruit de illa philosophia. Primum edidit *System der stoische Philosophie*, Lipsiae 1776. 8. III. part. in quo quidem libro non vbitis tempora et diuersitas ingeniorum ac placitorum in schola stoica discretata videntur: (conf. ephemerid. litterar. Erfurt. ann. 1776. plag. 99. et Gottingens. ann. 1777. plag. 7.) sagacius autem explanauit idem inle philosophiam stoicam, et, quid haec habuerit proprium aut quid cum aliis philosophis illius aut superioris aevi commune, curatius exposuit in: *Geist der speculativen Philosophie*, tom. II. cap. XII. pag. 427 — 566.

*Cel. Garus* in comment. ad Ciceronis libros de officiis, ab ipso germanice versos, (Breslau 1783. 8.) passim varia philosophiae stoicae capita illustrauit aut interpretatus est.

*Cl. Gurtt* in sciagraphia historiae philosophiae, (Abriss der Geschichte der Philosophie.) pag. 72 — 93. historiam et placita illius disciplinae scite intelligenterque persequutus est.

Stanleism, Adelungium, Buddeum aliosque et plurimos eorum, quos in Heumanni actis iam productos nouimus, vt praeternittam, quosdam primum nominabo qui de *Logica* illius scholae disputarunt.

*Adami Burssi*, Poloni, logicam Stoicorum laudarunt *Voffius* de nat. et constitutione logicae cap. VIII. pag. 40. aliique apud *Heumannum* in actis phil. tom. I. pag. 746.

*P. Gassendus* lib. de origine et varietate Logicae cap. VI. p. 49 sq.

*Samuel Parker.* de deo, disp. VI. sect. 9. p. 519 sq.

*Io. Andr. Schmidtii* diss. de Chrysippea brutorum logica, Ienae 1689.

*Io. Alb. Fabricii* disp. de cauillationibus Stoicorum, Lipsiae 1693. et in eiusdem opusculis, Hamburgi 1738. 4. pag. 133 sqq.

*Io. Georg. Walch.* in parergis academicis, de progressu ac fatis logicae, p. 533 — 543. adde *Brucker.* I. pag. 913 sqq.

*Garus* in dissertat. de ratione scribendi hist. philos. pag. 9 — 14. de Stoica definitione *visi* et *visi comprehensi*.

Disciplinam et doctrinam Stoicorum *moralem* multi illustrarunt varia ratione: Illam *Iust. Lipsius* in primis amauit, docte exposuit beneque digessit illius partes; sed nimis exornauit laudibus, eo potissimum consilio, vt iudice *Iac. Thomasto* in hist. phil. et eccles. p. 60. Stoicos suos maxime reduceret in gratiam cum doctrina Christianorum; Senecam autem et Epictetum maxime est sequutus in libro huius sententiae

*Iusti Lipsii* *manuductionis ad Stoicam philosophiam libri tres*; *L. Annaeo Senecae* aliisque scriptoribus illustrandis, Antwerpiae 1604. 4. Lugduni Batau. 1644. 12. et in eiusdem Opp. Antwerp. 1637. fol. tom. IV. pag. 421 sqq. Varia diuersaque fuerunt de hoc Lipsii libro iudicia. *Buddeus* in praef. ad selecta iuris naturae et gentium sentit, Lipsium ineptissimum potius fuisse Stoicorum adulatorem, quam disciplinae stoicae reslauratorem. Copiose recen-

fetur illud opus Lipsii, adspersis vtilibus animaduersionibus et notitiis aliorum scriptorum, in quibus examinantur Stoicorum placita, in *Christ. Thomassii* summarischen Nachrichten von auserlesenen — in der Thomassischen Biblioth. vorhandenen Büchern, part. XXII. pag. 825 sqq.

Quae Lipsius vberius exposuit, ea in compendium veluti redegerunt *Caspar Scioppius* in elementis philosophiae moralis Stoicae, Moguntiae, 1606. 8. et *Dan. Heinsius* in orat. de Stoica philosophia, inter eius orationes Lugd. Bat. 1627. 8. nr. 23. p. 326 sqq.

Idem *Lipsius* in libr. de Constantia. Francof. 1591. 8, etc. lib. I. cap. 17 — 22. doctrinam Stoicorum de fato illustravit atque ita interpretari studuit, vt minus falsa ac periculosa videretur.

Cf. *Meinersius* in philosophischen Schriften, part. II. pag. 130. de ἀπαθεία Stoicorum egit: haec ipsa fuit quasi pomum eridos; saltem illius quaestionis interpretatio, quae saepe prope abest a logomachia, valde torfit viros doctos. Sic existant

Io. *Buenii* ἀπάθεια sapientis stoici etc. disputatt. tres. Hauniae 1695.

Io. *Barthold. Niemeier* diss. de Stoicorum ἀπάθεια, exhibens eorum de adfectibus doctrinam, rationesque, quibus moti sapientem suum ἀπαθήν esse voluerunt. Helmst. 1679. 4.

Io. *Henr. Fischer* disp. de Stoicis, ἀπάθειας falso suspectis, Lipsiae 1716. 4.

*Th. Burnet*. in Archaeologia philof. lib. I. cap. 12.

*Mich. Frid. Quadrius* edidit disput. historico-philosophicam, tritum illud Stoicorum Παράδοξον περὶ τῆς ἀπάθειας expendentem, Sedini 1720. 4.

*Humphr. Ditton*, Anglus, in libr. germanice verso, de veritate religionis christianae, ex resurrectione soteris nostri probata, in adpendice sect. XV. suspicatur, nec tamen audacter pronuntiat quasi de tripode dictum, nullius sectae inter idolorum cultores disciplinam et placita, praecipue doctrinam de moribus, quam Stoicorum magis conuenire cum Christianorum doctrina disciplinaque. Ita alii, vt *Stenclus*, *Pfannerus*, *Huetius*, etc. quoque senserunt, aut nimis laudibus exornarunt Stoicorum vitam et doctrinam: atque *Anonymus* in: *Gesammlete Arbeiten zum Nutzen und Vergnügen*, 1. und 2. vierthel Jahr. Braemae, (coll. ophem. literar. Gotting. 1753. plag. 141. et Erlang. in supplem. eiusdem anni nr. 51.) cum nonnullis eruditis contendit, christianam religionem conspirare cum praeceptis veteris sectae Stoicorum, praesertim ratione horum ἀπάθειας. At illius argumenta refutauit

*Christian Bernhard Bücher* in commentat. de ἀπάθεια Stoica religioni christianae minime conueniente, Wittebergae 1754. 4.

*Henr.* tamen *Sheurlio* in bibliogr. moral. §. 105. Stoici reliquis philosophis moralibus tantum videntur excellere, quantum lenta solent inter vburna cupressi, aliaque ad illius sectae commendationem adfert. *Giosif. an. us* auren *Ioac. Frchs* in diss. praeside *Magno Dan. Omeiso*, vindicaturus Stoicorum philosophiam moralem sobriam, eorundemque placita cum christianismo conuenientia, Altdorfii 1699. 4. persequitur plura stoicae scholae dogmata. nec tamen scite semper comparat cum effatis sacrorum oraculorum, vt ostendat, placita Stoicorum moralia pleraque; si non semper et in omnibus, ratione doctrinae, certe ratione loquendi modi, cum sacris litteris conuenire, adeoque reliquis philosophorum dogmatibus tan-

to esse praestantiora, quanto ad fidei christianae sinceritatem accedere propius videntur. At primum Stoicorum recentiorum praecepta sunt ab antiquorum placitis discernenda. Tum vniuersum illorum, quod dicitur, systema, est perspicendum, non singula et peculiariter dissecanda, quae quasi totius corporis membra sunt seorsum comparanda, ad iustum de illa schola iudicium ferendum. In quam multis autem rebus et dogmatibus peccarint Stoici, iam superiore saeculo demonstrauit *Io. Iac. Hartmann*, in disp. praeside *Georgio Paulo Roetenbeccio*, de intemperantia philosophiae Stoicae, Altdorfii 1691. 4. — De misericordia, a contemptu Stoicorum vindicata, disput. scripsit *Io. Christoph. Sturm*, Altdorf. 1702. 4. — Atque *Buddeus* in *Stagoge historico-theologica* lib. I. cap. IV. § 22. pag. 200. prudenter, „in scriptis, ait, Stoicorum, quae supersunt, Senecae, Epicteti, M. Aurelii Antonini imperatoris et philosophi, multa egregie et splendide dicta occurrunt, quaeue singularem vim ad excitandam fouendamque virtutem habere videntur. Sed si principia simul considerentur, quibus superstructa sunt, aut ex quibus fluunt, pleraque non tantum lubrica, sed et plane impia deprehenduntur. Nocent itaque meritoque damnantur, in Systemate Stoicorum speculata, sed extra illud considerata profunt, recteque laudantur.“ Idem *Buddeus* conscripsit *quatuor diss.* de praecipuis Stoicorum in philosophia morali erroribus, Halae, 1696. 4. recusas in eiusdem *Analectis histor. philos.* Halae 1706. 8. — Atqui *Massot* in *Recueil de Discours et Pieces presentées à l'Acad. des Jeux Floraux de Toulouse* 1692. pag. 21 sqq. inquisiuit, num Stoici an Epicurei virtutem solidam potius professi sint et exercuerint, (quels Philosophes ont fait profession d'une vertu plus solide ou les Stoiciens, ou les Epicuriens.). — Est quoque peculiaris comment. de *apathia Stoicorum* in biblioth. philologica Gottingensi ann. 1770. vol. I. part. III. pag. 1 sqq.

Praeter ἀπάθειαν et αὐτάρχειαν iactitarunt etiam quidam sane Stoici, similitudinem cum deo ὁμοίωσιν τῷ θεῷ, quam quidem vanitatem et iactantiam testimoniis Senecae, Epicteti atque Antonini comprobant, et refutat, comparata theologia Christianorum ac Stoicorum, M. *Georg. Frideric. Zschu* in II. dissertat. excutiens ἀποδείξωσιν, a Stoicis adfectatam et adsertam, Witteberg. 1715. 4.

*Christ. Aug. Heumann* diss. de αὐτοχειρίᾳ philosophorum, maxime Stoicorum, Ienae 1703. 4.

*Io. Colmar*, praeside M. Georg Paul. Roetenbeccio, diss. de Stoicorum et Aristotelicorum circa gradum necessitatis bonorum aeternorum ad summam beatitatem disceptatione, Norbergae 1709. 4. Multas disceptationes, olim inter Stoicos et Peripateticos agitatae, in logomachias abiisse, in multis decretis illos quidem conspirare, et vtramque sectam nactam fuisse patronos, iudicat, stoicam tamen sententiam Aristotelicae praefendam esse censet auctor.

*Io. Iac. Donfeldii* disp. de fine hominis stoico, Lipsiae 1720. 4.

Finis Stoicorum, siue summum hominis bonum, positus est in ὁμολογία siue conuenientia, vt *Cicero* ait de finibus III. sect. 21. cap. 6. et *Stobaeus* Ecl. ethic. 1 b. II. pag. 171 sq. siue, vt alii Stoici dixerunt, in eo, vt naturae conuenienter viuamus, (vid. *Lipsum* in *manuductione* lib. I. diss. XV.) et *Cicero* de Finib. II. cap. XI. sect. 34. (vbi *Dauis*. plura collegit.) ita explicat, fines bonorum Stoicis, *consentire naturae, quod esse volunt e virtute, id est, honestate*

neſtate viuere; quod ita interpretantur, viuere cum intelligentia earum rerum, quae natura eueniunt, eligunt in ea, quae eſſent ſecundum naturam, relicentemque contraria. De hoc Stoicorum igitur ſine doctae copioſeque diſſerit Dornfeldius, oſtendit, quae falſa inſint ſecundum Stoicorum doctrinam, et qua meliore ratione cum ſobria veraque philoſophia et diſciplina Chriſtianorum, poſſint componi; idemque Lipſii errores patefacit.

*Baltus*, e ſocietate Ieſu, in libro: *Jugement des S. S. Peres ſur la morale de la Philoſophie payenne*, Argentorati 1719. 4. Stoicorum non minus quam reliquorum philoſophorum de moribus dogmata oppugnauit, impuſus potiſſimum Dacerii ſcriptis; quippe qui tum in diſſertatione de Platone, tum in praefationibus ad M. Antonini opera et ad ſymbola Pythagorae nimis magnifice de morali ethnicorum philoſophia ſentiret, aequiparare eam doctrinae chriſtianae haud veritus. conf. Acta eruditor. Lipſienſ. menſ. Febr. ann. 1720. pag. 60 ſqq.

Doctrinam Stoicorum, beatitatem hominum uice collocandam eſſe in uirtute, (quatenus tantum ad hanc, quam degimus, vitam reſpiciamus,) eſſe nimis ſeueram falſamque, eique, per ſe conſideratae, Epicuri principium eſſe praefarendum, (quamquam utraque doctrina a turioribus uerioribusque chriſtianae doctrinae placitis multum abhorreat,) demonſtratur in libello, (II. plagul. in 4.) inſcripto:

*Enarratio et comparatio doctrinarum moralium Epicuri et Stoicorum: diſſ. quae praemium — retulit. In ſcholis publicis recitata Kal. Iul. 1754. a Io. Foſter, A. M. Coll. reg. ſocio. Londini 1758. vid. Erlang. ephemer. litter. ann. 1758. ſupplement. pag. 605 ſq.*

*Io. Caſp. Kühnii*, reſpondente Io. Boeclero, diſſ. de ſocialitate, ſecundum Stoicorum diſciplinam expreſſa. Argentorati. 1700. 4.

*Gottlieb Stolle* in *Hiſtorie der heidniſchen Moral*, Ienae 1714. 4. pag. 124 — 145. late perſequitur Stoicorum de moribus placita et iudicia, ſaepe nimis ſeuera.

Huc quoque referri poſſunt:

*Seuer. Wintheri* *Stoa Epicurea*, ſeu de ſectae ſtoicae epicureiſmo, II. diſputatt. Hauſniae 1695. 1696.

*Franciſci Hedelini*, *Abbatis d'Aubignac* *Macaraiſe* ou *hiſtoire allegorique*, contenant la philoſophie morale des Stoiques ſous le voile de pluſieurs auantures agreables en forme de Roman, à Paris. 1664. 8. II. voll. — *Memoir. de Literature* ann. 1715. pag. 303 ſqq.

Cum chriſtiana doctrina et diſciplina dogmata Stoicorum interdum, aliis tamen diſſentientibus, eſſe collata, iam uidimus. Hinc multi, Stoicos recentiores poſt Chriſtum natum quasdam ſuae doctrinae partes adcommodaſſe eſſatis ſcriptorum diuinarum, arbitrati ſunt. Quod quidem ſeriuore praefertim tempore omnino negari non poteſt: at ſines in definiendis partibus, opinionibus controuerſis, temporeque nonnulli ſunt tranſgreſſi. *Io. Goſile Heineccius* in diſſ. de philoſophis ſemichriſtianis, Halae 1694. 4. cauſas inquiri, cur idolorum cultores philoſophiam doctrinis chriſtianis interpolari, et rationem, quam tenerint, ac uiam, qua ad notitiam diſciplinae chriſtianae peruenerint, inueſtigat, atque §. XV. probatum it. Epictetum paullo cautius et occultius *Χριſτιανιζεν*, multa in Chriſtianis laudanda obſeruauit multasque eorum adoptaſſe doctrinas.

*Io. Willh. de Neve* conscripsit dissertat. de Epicureorum et Stoicorum, celeberrimi inter philosophicas sectas parisi, Christianismo intentatis conuictis, occasione loci Actor. XVII. 18. Francof. ad Viadr. 1708. 4. — et *Iac. Brucker.* diss. de Stoicis, subdolis Christianorum imitatoribus inferuit Temp. Heluet. tom. III. pag. 208 sqq. rec. in illius Miscell. histor. philos. literar. criticis, Augustae Vindelicor. 1748. 8. part. I. pag. 225 — 257.

*Io. Nerb* in disp. Verhältniß der Stoischen Moral zur Religion. Mogunt. 1791. 8. primum artem philosophiae moralis stoicae proponit, dein de eius vi ad studium theologiae naturalis agit. Stoam putat in doctrina de moribus habuisse vera principia; falsa autem in theologia. conf. ephem. litter. Wirzburg. 1791. supplem. ad scidam 67.

At Stoici in *tertia* philosophiae parte, *physica*, siue *physiologia*, in qua de corporibus, de principiis, de elementis, de diis, de loco, de vacuo, vel generalius, de mundo, de elementis et de causis disputarunt (vid. *Diog. Laert.* VII. 132.) quas fouerint opiniones, et quos periculosos commiserint errores, itidem varia ratione a multis viris doctis, modo aequioribus, modo iniquis iudiciis, est demonstratum. At tamen in hac potissimum parte sciendum est, Stoicos frequenter inter se dissensisse, ideoque vel bonitatem vel prauitatem opinionum, a singulis paucisque Stoicis pronunciarum, non valere ad legitimum de vniuersa secta iudicium ferendum. In primis autem exposuerunt illorum systema inter recentiores Lipsius, Iac. Thomasius et Brucker, quos reliqui in exprimendis totius corporis particulis vt plurimum sequuti sunt; in quibusdam tamen capitibus sobrius iudicarunt.

*Iusti Lipsii* physiologiae Stoicorum libri tres: L. Annaeo Senecae aliisque scriptoribus illustrandis. Antwerp. 1604. 4. — Lugd. Batav. 1644. 12. — in eius Opp. tom. IV. pag. 529 sqq.

Lipsium cum primis sequuti sunt Burnetus, Morhofius in polyhist. philos. lib. II. part. I. 8. pag. 190 sqq. et Stanleius.

*Hieronym. Magius* de mundi exitio per exustionem, lib. V. Basil. 1562. fol.

Potiora tamen stoeae dogmata clariore et meliore luce collustrauit

*Iacobus Thomasius* in *dissertationibus, ad stoicae philosophiae et ceteram philosophicam historiam facientibus, argumenti varii, quibus praemittitur de exustione mundi stoica exercitatio.* Lipsiae 1682. 4.

Thomasi rationes potissimum amplexus est *Buddeus* et in pluribus capitibus *Brucker*, quorum posterior in vol. I. hist. crit. philos. pag. 920 sqq. physiologiae stoicae summam exhibuit multosque tam veteres, quam recentiores laudauit scriptores. — Idem in *Otio Vindelicico* passim doctrinas Stoicorum quasdam exponit illustratque, e. g. de natura dei, pag. 138 sqq. illorum sententiam de fato pag. 166 sq. et alibi. — Idem exarauit epistolam, (in *Schelhornii* amoenit. literar. tom. VIII. p. 443 sqq. rec. in *Bruckeri* Miscell. histor. philos. literar. pag. 147 sqq.) de prouidentia stoica, quam contra Lipsium aliosque negat piam fuisse et cum effatis diuinorum oraculorum conspirare.

*M. h. Hur. Reinhardi* comm. de mundo optimo, praesertim ex Stoicorum sententia. Torgaviae 1738. 4. — Idem scripsit progr. de Stoicorum verbo deo, Torgau. 1737. 4.

Ex augurio immortalitatis animi humani et ex opinione de magno anno platonica M. Io. Mich. Sonntag in disp. de palingenesia Stoicorum, Ienae 1700. 4. potissimum deriuat cum Pfannero istam doctrinam.

*Pfannerus* autem in systemate theologiae gentilis purioris, Basil. 1679. 4. passim fauet Stoeae et adfert ornatque Stoicorum de mundo et rebus diuinis sententias: pag. autem 36. ex Plutarcho et Minucio Felice obseruat, Zenonem, Chrysippum, Cleanthem censuisse, vnum duntaxat esse deum aeternum interitusque expertem. Illos tamen vera rectaque dei ortusque mundi notitia et cognitione caruisse, nemo ibit inficias. Enimvero de deo ipso, fato, mundoque non omnes Stoici eandem fouerunt sententiam, nec eruditi ad illam quaestionem dirimendam sunt eandem ingressi viam, prouti siue oppugnatores, siue patroni fuerunt stoicae philosophiae. Hinc alii Stoicos inculsarunt atheismi et, quem dicunt, Spinozismi; alii illos ab hoc crimine liberare sustinuerunt. *Iac. Thomasius* diss. XIV. de stoica mundi exustione pag. 177. *Heronym. Gundling* in noua bibl. part. 31. pag. 12. et 20. et in Otis part. II. cap. 3. §. 11. pag. 123. §. 15. pag. 133. *Buddeus* in diss. de Spinozismo ante Spinozam §. 18. pag. 22. tum in thesibus de atheismo cap. I. §. 18. pag. 50. et cap. 2. §. 9. p. 225. atque in compendio historiae philos. pag. 233 sqq. *Bayle*, aliique Stoicos ad classem atheorum et Spinozae praecursores referant. Contra, *Lipsius*, *Gatacker*, *Jacob. Syrbins* in diss. de origine atheismi §. 16. pag. 28. Ienae 1720. aliique vindicant illos. vid. *Reimmanni* historiam vniuersalem atheismi, cap. 28. pag. 190 sqq. — *Buddei* aduersionem oppugnavit *I. Iac. Zimmermann* in diss. de fato Stoicorum, in Museo Bremensi, vol. I. part. I. pag. 1 sqq. probaturus, Stoicos per fatum non intellexisse coecum atque immutabilem dei et naturae nexum etc. At *Buddeus* in additamentis Isagogae in vniuersam theologiam suam tuitus est sententiam. Harum vindiciarum singula momenta repetiit, examinavit, et primum caute esse versandum in definienda atque excutienda hac controuersia, tum Stoicos immerito postulari atheismi atque Spinozismi, vberius declaravit idem *Zimmermann* in examine argumentorum, quibus suam de fato Stoicorum sententiam eum impugnaverat *Buddeus*, theologus Ienensis clariss. in Museo heluetico, partic. VI. Turici 1747. 8. p. 175 sqq. — Plane absoluit illos *Io. Christian. Burgmann* in diss. respond. Franc. Iac. Helms et Andr. Holtermann, de Stoa, a Spinozismo et atheismo exculpanda, Witebergae 1721. 4. Contra *Baylium* maxime dimicat, nec leuibus vititur armis; argumenta autem *Burgmanni* recensuit, suamque dixit sententiam *Brucker*. I. pag. 937 sq. qui bene monet, Stoicae philosophiae corpus non ex abruptis particulis, sed ex connexionione omnium membrorum esse cognoscendum. Ipse *Brucker*. pag. 936. sententiam *Cudworthi*, ab eius interprete docto, *Moshemio* quoque, probatam, in system. intellectualem cap. IV. §. 25. pag. 502 sqq. siue tom. I. pag. 644 sqq. edit. Leidens. adoptat et amplificat, Stoicos quidem inter apertos numinis hostes non esse referendos, illos tamen ea docuisse, quae veram dei notionem euerterent, et facilem ad negandam omnem diuinitatem aperirent viam. *Cudworth*. igitur vberius ostendit, atque *Moshemius* sagacius inquirat et distinguit curatius, Stoicos duxisse, nihil esse nisi corpora, non fuisse atheos, vnum summum deum, vniuersitatis rectorem, admisisse et prae reliquis, quos plures deos crediderunt inferiores, coluisse, ad eumque rerum omnium retulisse creationem. — Meliorem tamen et tutiorem viam, ad indagandam inueniendamque disciplinae stoicae veritatem, munire, fontes ipsos diuerforum iudiciorum rimari, tempora sollertius distinguere atque ordinare, et genuinam Stoicorum de deo doctrinam euoluere coepit *M. Ioan. Michael Kern* in disp. Stoicorum dogmata de deo

partis prioris cap. I. Göttingae 1764. 4. Collegit itaque non confuse, sed secundum ordinem temporis, positas sententias et testimonia primum antiquiorum, postea recentiorum Stoicorum, horumque discipulorum, et aliorum, n. Ciceronis, Plutarchi, Sexti Empirici, Diogenis Laertii etc. qui quaedam ex illis retulerunt. In altera parte, quae, num publici iuris facta sit, nescio, demonstraturus erat, Stoicorum de deo doctrinam et a Christianorum et Spinosae atheorumque in vniuersum placitis diuersam esse. — Liberat eos quoque *Heumannus* in epistola ad Crozium in thesauro epistolico Lacroziano, tom. I. pag. 155 sq. de Bruno et Spinosae differens, „eadein, ait, fuit oratio Stoicorum, (deum omnia replere,) quos non ignoro ideo Spinozismi reos a quibusdam factos esse; verum adfentior non temere *Roellio*, viro subtilissimo, qui Stoicorum dicta de deo et natura, quae vel maxime Spinozismum redolere permultis visa sunt, bono sensu interpretanda censet in aureo *de religione rationali* libello § 62. cui iungendus *Vossius* de sectis philos. cap. XIX. §. 7. et *Lipsius* physiol. stoica lib. I. diff. 8. Scilicet Stoicorum natio sequitur in oratione meteorologiam, indeque multo plus, quam sentit, loquitur, et magis rhetorico, quam philosophico, dicendi genere vtitur.“ — *Cel. d' Anssè de Villoison* in commentat. de triplici theologia mysteriisque veterum, (inserta libro *de Sante-Croix* Memoires pour servir à l'Histoire de la Religion secrete des anciens Peuples etc. Paris. 1784. 8. pag. 221 iqq.) passim illustrat phyfologiam Stoicorum, censet pag. 231. cum *Bruckero* I. p. 367 sq. Stoicos mundi ortum atque generationem allegorico sensu obuelasse. adde pag. 277 sqq. 287 sqq.

Sententiae Stoicorum, *Chrysippi* et *Epicleti*, de fato, reperiuntur in libro: *Philosophorum sententiae de fato*, et de eo, quod in nostra est potestate, collectae partim, partim de graeco versae per *Hugon. Grotium*. Paris. 1648. 4. et Amstel. eod. anno. 12.

Homericas fabulas inepta ratione allegorice explanare conati sunt Stoici, quorum peruerfae allegoriae et argutiae in *Eustathii* et scholiastarum commentariis sparsim supersunt, et in *Pseudo-Heraclidis Pontici* allegoriis homericis expressae atque in vnum locum congestae. vid. cl. *Nic. Schow* eruditam commentat. critic. in Stoicorum et grammaticorum allegorias Homer cas, subiunctam illius edit. *Allegoriarum Homericarum*, quae sub *Heraclidis* nomine feruntur. Gotting. 1782. 8. pag. 217 sqq.

De Christianismo Stoico egit *Paul. Jaenichius* in disp. moderante D. Io. Georgio Neumanno habita, Wittebergae 1706. conf. *Heumanni* acta philos. tom. I. p. 736 sqq.

Omnes medici pneumatici Stoicorum decreta amplexabantur. *Ionf.* II. 1. p. 119. et II. 8. pag. 157. *Fabr. c. B. Gr.* IV. 17. pag. 584. notante *Heumanno* in margine sui exempli.

Stoicorum de animi natura et perennitate doctrinam minus quidem probat nec late explicat; sed adtigit tantum *Joach. Oporuus* in histor. critica doctrinae de immortalitate animi etc. Hamburgi 1735. 8. pag. 210. 226. 237. 283.

Stoicorum de anima brutorum sententias coegit *Georg. Henr. Ribou.* in historia de anima brutorum, subiuncta *Hieron. Rorarii* libro, quod animalia bruta saepe ratione vtantur melius homine, Helmstad. 1728. 8. cap. 21. p. 698 sqq.

Pluribus Romanis Ictis adeo placuit scueritas et dialectica scholae stoicae, vt multa praecepta atque principia, ex illa sumta, responsis, legibus omnique iuris prudentiae romanae immiscerent. Contrariam quidem sententiam *Gaudentius* de philosophia romana cap. 43. pag. 197.

pag. 197. fouebat, ratus, veteres Iureconsultos cum Platoniceis et Peripateticis potius, quam cum Stoicis fecisse. At illius error a pluribus eruditissimam patfactus atque reiectus est. E contrario ex Stoica disciplina multa varii generis maniff. praecepta in ius romanum, a multis fatis superque est demonstratum. vid. *Wessphal.* de stoia iureconsultorum rom. Rosloch 1727. — *Io. Schilteri* manuuct. philos. moralis ad Iurisprudenc. cap. I. §. 3. *Iust. Henning. Boehmeri* diss. de Stoica Ictorum philosophia; *Luc. Cuius* XXVI. obseru. 40. — *Me illi* lib. I. obsl. cap. 8 sq. 17. 8. — *Ian. Vincent. Grauius* originum iuris lib. I. §. 44 et 45. pag. 47 sqq. edit. Lipsi. — *Euerh. Ottonis* de Stoica veterum iuriconsultorum philosophia, oratio, Duisburgi, 1715. 4. et post eius dissertationes, *Vltraieci* 1723. 4. quam orationem copiose recensuit *Heumann.* in actis philos. tom. II. p. 164 — 171. addatur idem *Heumann.* ibid. tom. I. pag. 47 sqq. et *Euerh. Otto* in *Papiniano*, cap. IX. — *Menagius* in amoenitat. iuris ciu. cap. 1. — *Gotfrid. Mascou.* de sectis Sabinianorum et Proculian. in iure ciuili, Lipsiae 1728. 8. cap. VI. pag. 92 sqq. — *Ios. Aurcl. de Ianuario* in republ. Ictor. pag. 198. — *Anton. Schuling.* fil. in oratione de utilitate ex iurisprudencia romana ad alias artes et scientias redundante, Lugd. Bat. 1718. 4. pag. 14. et 19 sq. — *Brucker.* vol. II. de philosophia Rom. pag. 13 sqq. etc. *M. Aurelij Galuani* lib. de Stoica iuris prudentia vett. Romanorum lucem non vidit. vid. *Bibl. raisonnée*, tom. III. pag. 392. notante *Fabric.* in nota msta. Sed haec sufficiant, ne nimis extra oleas vagari videar. *Harl.*

*Achaicus*, Stoicus. Contra Aristotelis categorias scripsit, teste *Simplicio*. Eius ethica. *Laert.* VI. 99. [Hic pro Ἀχαικὸς lego Ἀχαιοὺς, ipso *Laertio* duce, II. 123 de aliis *Achaicis* vid. *Valf.* ad *Eusebii* hist. eccles. VII. 15. p. 134. *Heumann.*] *Theodorit.* VIII. Θεραπευτ. pag. 120. *Clement.* Alex. IV. Strom. pag. 496. *Fabric.* — *Achaicus* quidam memoratur I. *Coynth.* XVI. 17. *Heumann.*

*L. Aetius*, de quo *Cicero* in *Bruto* cap. 56.

[*Agathemerus.* *Reinesius* Inscript. lib. XI. nr. 6. *Heumann.*]

*Agathocles.* *Lucian.* in *Icaromenippo*, tom. II. pag. 198. *Fabric.* — cap. 16. p. 770. tom. II. edit. Reitz. vbi *M. du Soul* eum a peripatetico *Agathocle* in *Luciani* Δημων. cap. 29. memorato diuersum esse putat; at *Heumannus* in actis philos. tom. III. pag. 112. nomen a *Luciano* fictum habet. *Harl.*

[*Agrippinus*, Stoicus. *Lipsius* in comment. in *Tacitum* p. 443. *Heumann.*]

*Alcinous*, Stoicus. *Philostrat.* lib. I. de *Sophist.* pag. 528.

*Alcmanis*, philosophi Stoici mentio in vet. inscript. apud *Reines.* et *Caugium* pag. 25. ad *Zonaram*.

*Alcyoneus*, Antigoni Gonatae, Macedonum regis, filius, a *Perseo*, Stoico, institutus. *Laert.* VII. 36.

*Alexander*, Syriae rex, filius subditiui Antiochi Epiphaniis χαίρων τοῖς ἀπὸ τῆς σοῦς λόγους. *Athen.* V. pag. 211. — *Tiberius Claudius Alexander*, philosophus Stoicus, in vet. inscriptione apud *Fulu.* *Vrsinum* pag. 70. elog.

*M. Anniaeus Cornutus.* Infra in *Cornuto*.

*Annius*, Stoicus. *Porphy.* vita *Plotini*.



*Antibius*, Aſcalonita. *Stephanus Byz.* in Ἀσκαλών.

*Antigonus*, Gonata, Macedoniae rex, Zenonem, Citieum, audiuit coluitque, Cleanthem ter mille milia donauit, *Laert.* VII. 169. et Perſeum ſecum habuit. Vide ad *Laert.* IV. 47. VII. 6. 9. 13. 14 ſq. 36. Antigonū ad Zenonem epiſtola id. 7.

*Antiochus*, Aſcalonia, cognomento Cygnus. *Stephanus Byz.* in Ἀσκαλών. Πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῆς καὶ χρηματικάσι. Φιλόσοφοι μὲν Ἀντίοχος ὁ κύκνος, καὶ Σῶστος, καὶ Ἀντίβιος καὶ Ἐβείος ὁ Στωϊκὸς ἐπιφανέϊς. *Siſi* nomine, cuius hoc loco mentio, cuius ſui, librum a triplicat. Antiochus, quem compoſuit contra magiſtrum ſuum, Philonem Academicum, teſte *Cicero* IV. Academic. quaest. cap. 4. vnde recte colligo, hunc Antiochum, Aſcaloniam, eundem eſſe, quem Athenis audiuit Cicero, de quo ſupra in Platonicis dixi. Meminit et *Strabo* XIV. pag. 759. Diſputauerat autem ſingulari itidem libro hic Antiochus, *Stoicus cum Peripateticis re concinere, verbis diſcrepare*, quod impugnat *Cicero* I. de natura Deor. cap. 7. *Sextus Empiric.* lib. I. Pyrrhon. hypotyp. cap. 3. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀντίοχος τὴν σοφίαν μετέγαγεν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν. ὡς καὶ εἰρηάζει ἐπ' αὐτῷ ὅτι ἐν Ἀκαδημίᾳ φιλοσοφῆν τὰ Στωϊκὰ ἐπεδείκνυε γὰρ ὅτι παρὰ Πλάτωνος καὶ αἱ τὰ τῶν Στωϊκῶν δόγματα. [*Libri.* in nota ad illum locum pag. 62. varia adnotat; in his, Antiochum ſcholas Mneſarchi, Stoici, frequentalle et a Philone, praecipuore ſuo, in pluribus abſſe. notante etiam *Numenio* apud *Eusebium*, et *Augustino* III. 8. contra academicos.] Huius liber περὶ Θεῶν. *Plutarch.* Lucullo pag. 511. qui Aſcalonitam adpellat in *Bruto* pag. 984.

*Antiochus*, Seleuciensis. Vide infra in *Julio Cano*.

*Antiochus*, Cilix, de quo *Suidas*.

*Antipater*, Panaetii magiſter, praeter rem dicitur *Rhodius* fuiſſe a doctiſſimo Harduino ad *Plinium*. Fuit enim Tarſenſis. vid. paullo poſt. Quamquam Panaetius Rhodius fuit, et Antipatri librum tertium περὶ Πόδῶν laudat *Steph.* in Ἀρμενία.

*Antipater*, Sidonius. *Laert.* VII. 29. vbi verſus eius in Zenonem aſferuntur. Mentio Antipatri poſtae, apud *Cic.* de ſato cap. 3. Idem III. 50. de Oratore: *Quod ſi Antipater ille Stoicus, quem tu probe, Catule, meministi, ſolitus eſt verſus hexametros alioque varus nolis atque numeris fundere ex te utpote etc.* Varia Antipatri, Sidonii, Epigrammata leguntur in *Anthologia*. Fallantur viri eruditi, qui Antipatrum hanc cum Tarſenſi vel Tyriiſ, de quibus mox dicam, confundant. [*conf. Ionſius* I. 13, 3. pag. 81. edit. Dornii.]

*Antipater*, Tarſenſis, Stoicus, laudatur a *Strabone* XIV. pag. 674. *Plutarcho* in *Lyſandri* vita extrema pag. 433. et de animi tranquill. pag. 469. et in *Gracchis* pag. 827. Cum Carneade congredi coram reuſenſ, ſcriptis [P] contendere auſus eſt, vnde dicitur καλαμοβόας. Idem de garrulitate pag. 514. confer *Numenium* apud *Euseb.* XIV. praeparat. p. 738. Videtur reſpicere *Cicero* IV. Academic. 48. Antipatrum, Stoicum, laudans, eumque iungens cum Archidemo, quos duos opiniſſimos homines et principes dialecticorum

b) Lege δ καὶ Ἐβείος. *Heumann.*

lecticorum ait in plurimis capitibus tam inter se, quam a Chrysippo dissensisse, Vtrumque inter magnos sectae Stoicae auctores referunt Seneca et Arrianus. *Diogenis Babytonii* discipulus fuit, homo acutissimus. *Cic.* III. de Offic. cap. 12. quo in loco de officiis contra Diogenem nonnulla tradidisse docet, vt cap. 13. et 23. Praeceptor *Panaetii Rhodii* et Blossii Cumani, de quibus infra. Citatur ἐν τῷ περὶ τῆς Κλεάνδρου καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς. *Plutarch.* de Stoicor. repugnant. pag. 104. ἐν τῷ περὶ Θεῶν. id. pag. 1051. *Libri duo de diuinatione Cic.* lib. I. de diuin. cap. 3. 20. 39. 54. lib. II. cap. 15. et 48. *Ὀνειροκριτικά Artemidor.* IV. 67. quartus liber περὶ δεισιδαιμονίας. *Athen.* VII. pag. 346. primo περὶ ὄργης. XV. pag. 643. libri tres ὅτι κατὰ Πλάτωνα μόνον καλὸν ἀγαθόν. *Clemens V. Strom.* pag. 595. τὰ περὶ δυνατῶν et περὶ τῆς κυριεύοντος. *Arrian.* II. 19. diff. Epictet. qui cap. 17. etiam memorat συναγωγὰς et συντάξεις Chrysippi, Archedemi et Antipatri. *Antipatri περὶ ζώων* S. hol. Apollonii, II. 5. Vfus Antipatro etiam Plinius, vt adparet ex Indice libri VIII. ὑπομνήματα Antipatri. Schol. *Aristoph.* ad Aues v. 1403. Περὶ γάμου *Stob.* Serin. 65. et 68. Idem Antipater videtur citari a *Laertio* VII. 53. 55. 68. 84. 92. et ἐν τοῖς περὶ λέξεων καὶ τῶν λεγομένων. id. 57. πρῶτω περὶ ὄρων. 60. δευτέρω περὶ ἐσίας. 150. περὶ ψυχῆς. 157. Vide et infra in *Φιλοπάτωρ*, et *Mensium* in Bibl. Graeca, Ionsumque ac Vossium. Fallitur *Clemens* II. Strom. 46. quod Antipatrum Cleanthis γινώριμον vocat, nisi hoc generaliter sit accipiendum pro Stoico.

*Antipater Tyrius*, Panaetio iunior, quem Athenis nuper mortuum tradit *Cicero* II. 24. de Offic. Laudatur ἐν τῷ ὀγδόω περὶ κόσμου *Laert.* VII. 139. 140. 142. 148. De officiis scripsisse ex eodem Ciceronis loco colligas.

*Antipater* alius itidem *Tyrius*, et philosophus Stoicus, sed, vt videtur, antiquior, quem a Catone Uticensi adhuc viro iuvene adlectum in contubernium tradit *Plutarchus* in Catone minore pag. 761. Videtur hunc laudare *Strabo* XVI. pag. 757. Ἐκ Τύρου δὲ Ἀντίπατρος, καὶ μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος. De pluribus Antipatris vide, si placet, Vossium, Ionsumque, [P] pag. 81. *Brucker.* I. pag. 979 sq. II. pag. 52. not. z. et pag. 535.] Antipatri ἐταῖρος *Sofigenes* apud *Alex. Aphrodis.* libello de mixtione p. 142.

[*M. Antoninus*, imperator, cuius liber stoicus adhuc exstat. Diserte vocatur Stoicus a *Iuliano* imperatore in Caesaribus pag. 510. vide infra, *Marcus. Heumann.* adde *Dionem Cassium* lib. LXXI. init. ibique Reinari notam p. 1177. tom. II. *Harl.*]

[*Antoninus Aleman*, Stoicus apud *Reinf.* Inscript. libr. XI nr. 71. *Heumann.*]

*Aphanes*, Aristonis Chii discipulus, vide *Athenaeum* VII. p. 281. an Apollophanes? *Fabric.* Ita recte Reinseus. Ita quoque Athenaeum correxit *Ionsius* II. 6. 3. pag. 171. vbi plures recensentur Apolophanes: item *Heumann.* in act. philos. III. pag. 114. Patria illi fuit Antiochia, Mesopotamiae oppidum. vid. *Stephan. Byzant.* voc. Ἀντιόχεια. Scripsit lib. II. Ἄριστων inscriptum, in quo vitam magistri sui Aristonis voluptuariam exposuit, teste *Athenaeo* l. c. vid. infra, *Apollophanes. Harl.*

*Apollo,*

c) Diogenes, vt eius discipulus Antipater, et huius discipulus Panaetius nouarum sectarum auctores fuerunt. Vnde dicti *Diogenistae, Antipatristae et Panaetiaistae.* Athenaeus lib. V. pag. 186. *Heumann.*

- Apollo*, Nicaenus τῆ Ἀπυλλωνίης τῆ μετὰ Δαρδάνην γνάριμος. vid. ius graeco-roman. tom. I. pag. 62.
- Apollo dours*, *Athenienſis*, Stoicos audiuit, Panaetium ac Diogenem, vt infra ſingulari capite de Apollodotis notaui, [cap. 27. pag. 669. vet. editionis.]
- Apollodorus Ephellus*. *Laert.* VII. 39. 41. 54. 64. 82. 140. Suid. in Θεών. Eius ἱθική citatur a *Laertio* VII. 102. 118. 121. 129. Φυſική μετὰ τὴν ἀρχαίαν, id. 125. 125. Hae an hae partes εἰσαγωγῆς εἰς τὰ δόγματα ſi εἰς συναγωγῆς τῶν δόγμάτων, eidem *Laertio* lib. VII. in Chryſip. memoratae. Et Φυſιολογικὴν quidem εἰσαγωγὴν illuſtrauerat *Theo. Alexandria* ſic, Stoicus, ſub Auguſto clarus, vide *Suidem* in Θεών et *Iuſt. II.* 17. 1. pag. 245. — Idem forte Ἀπολλῶς, contra quem ſcripſit Chryſippus. Incertum. idem ne ſit. qui Ciceroni *Apo. l. vii. r. S. M.*; ſed diſtincte legendum videtur *Apollodorus, Syllius* [1e N. D. I. 34. vbi vid. Dauif. vid. infra, l. c. p. 670. et 671. et cl. *Heeren* ad *Stobaei* ecl. phyſ. part. I. pag. 257. a.]
- Apollonides*, quem moriturus ſecum habuit Cato, Vticenſis. *Plutarch.* Catone minore p. 79r. vbi in latina verſione male legitur *Apollonii* nomen. *Apollonidis* nomen ſaepe recurrit pag. 792. 793.
- Apollonius, Calchedonenſis, ſive Calchidenſis*, (vtrumque enim dixiſſe veteres, notatum *Sirmond.* pag. 175. ad Sidonium.) Bithynus, praeceptor Veriſſimi Imp. Marci Luciique Caefarum. Vide *Gatakerum* ad M. Antonini lib. I. ſect. 8. et *Synellum* pag. 351. *Meuſium* de Apolloniis pag. 63. *Ionſium* pag. 257. *Fabric.* libr. III. 9. 5. pag. 49 ſq. vbi multus eſt de noſtro. Num hic, vt Ionſius ſuſpicatur, an Apollonius, Tyrius, quae eſt Fabricii opinio, de mulieribus philoſophis egit? Ex hoc opere Sopater decimum librorum ſuorum confeſcit, teſte *Photio* ecl. cod. CLXI. add. *Eutrop.* breu. hiſt. VIII. 6. 5. aliis cap. 12. vbi vide iſterpr. in edit. Verheyk. pag. 287 ſq. *Capitolin.* in Marco, cap. 2. ibique *Salmaſ.* pag. 294 ſq. edit. Hack. tom. I. et in Pio cap. 10. *Menag.* hiſtor. mulier. philoſopharum §. 73. *Reimar.* ad Dion. Caſſium lib. LXXI. 1. tom. II. pag. 1177. ibid. cap. 35. pag. 1199. vocatur *Apollonius Nicomedes* et *Reimarus* inclinat ad *Salmaſii* opinionem, Nicomedem eſſe nomen viri huius, cognomento *Apollonii*. *Harl.*
- Apollonius Nyſaeus*, Νυſαεύς, Panaetii diſcipulorum praefantiffimus. *Strab.* XIV. p. 650.
- Apollonius, Tyrius*, Ptolemaei, Auletæ, temporibus clarus, de Zenone, Citico, ſcripſit. *Laert.* VII. 1. 2. 6. 24. 28. et composuit πίνακα τῶν ἀπὸ Ζήνωνος Φιλοſόφων καὶ τῶν βιβλίων, *Strab.* XVI. p. 757. Idem forte, qui de mulieribus philoſophis ſcripſit, teſte Sopatro eclog. apud *Ph. tium* cod. CLXI. p. 177. Licet *Mallincrotus* in paralipomenis de hiſtor. graecis malit *Nyſaeo* illum tribuere. Omnino autem fallit coniectura doctiffimi *Ionſii*, qui lib. II. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. cap. 18. huius Apollonii hiſtoriam in regia Pariſ. et Bodleiana Oxoniens ſi manu exaratam exſtare ſuſpicatur. Longe enim de altero *Apollonio, Tyrio*, cege, fabula erotica, neſcio quo auctore, ſcripta exſtat, e graeco, vt videtur, verſa, ab homine chriſtiano, a *Symphio*, vt *Barthius* LVIII. 1. Aduerſ. ſibi perſuaſit: (lib. XIX. cap. 20.) ante mille annos, quam pridem e cod. Auguſtano edidit latine *Marcus Velferus*, Auguſtae Vindel. 1595. 4. atque inter Velferi opera 1682. fol. iterum vulgavit *Chriſtophorus Arnoldus* pag. 681 — 704. graec. 1563. 4. gallice hoc titulo: *Les*

*auantures d' Apollonius le Tyr* par Mr. le Br. Roterodami 1710. 8. [conf. *Vossius* de histor. lat. lib. III. pag. 729. qui anñ. 1500. Constantinum quemdam gr. cum transulisse versibus politicis tradit.]

*Apollonius*, cum Diodoto, Stoico, diu versatus, P. Crassi libertus, quem C. Caesari commendat *Cicero* XIII. ad familiar. 16.

*Apollophanes*, Antiochenus. *Steph.* in Ἀντιόχεια. Discipulus Aristonis, Chii, de quo librum scripsit: *Athen.* VII. pag. 281. Citatur hic Apoliophanes a *Tertull.* cap. 14. de anima, a *Laertio* VII. 92. ἐν τῇ Φυσιῇ id. 140. Eundem hunc esse cum medico, Apolophane, qui in Antiochia, Seleuci F. aula clarus fuit, auctæter adfirmat *Reinesius*, pag. 335. Var. lect. ambigit *Iunius*, quem vide pag. 144. Fuit et *Comicus Apolophanes* et alter *Epius*, de quibus dixi lib. II cap. 22. Alius item Sophista, de quo *Suid.* in Διονύσιος Ἀρεσπᾶγ. [P] *Fabric.* — conf. de Apoloph. Antiocheno *Iunius* II. 6, 3. p. 171. qui II. 18. 1. pag. 251. vocat *Apoliophanem Aphanem*, *Vales.* ad Eusebii histor. eccles. libr. VI. pag. 108. *Heumann.* Supra ad *Aphanem*. *Harl.*

*Archedemus Atheniensis.* *Plutarch.* de exilio pag. 605. Ὁ δὲ Ἀθηναῖος Ἀρχέδημος εἰς τὴν Παρθῶν μετασῆς ἐν Βαβυλωνίᾳ τὴν Στασιὴν διαδοχὴν κατέλιπε. *Menag.* ad *Laert.* pag. 282. pro Ἀθηναῖος apud *Strabonem* legit *Θασηνός* siue *Τασηνός* vel *Ζηνώτειος*, ut idem sit cum *Tarsensi*, de quo mox.

*Archedamus*, Tarsensis. *Strab.* XIV. pag. 674. *Archedemus*, *Laert.* VII. 40. 68. 84. 88. eius liber περὶ Φωνῆς id. 55. περὶ σοφείων 134. 139. *Archidamus* Ciceroni [Acad. quaest. IV. 48.] et Senecæ. Conf. *Lippum* lib. I. manu duct. diss. 12. et quæ supra in *Antipatro*, Tarsensi. Citatur ab *Arriano* II. 17. et 19. diss. *Epicet.* et III. 2. [*Sexto Empir.* adu. math. XI. 73. ibique *Fabric.* pag. 705.] *Stobæo* Eclog. Phys. *Syriono* in XII. Metaphys. pag. 59. *Demetrio* de eloquutione cap. 34. *Plutarcho*, *Clemente Alex.* etc.

*Areus*, Alexandrinus philosophus, Augusti et Maecenati familiaris, *Sueton.* August. cap. 89. [eruditione, etiam varia, repletus est per *Arei*, (ita enim legendum esse cum *Salmasio*, doenerunt *Burmann.* et *Oudendorp.* ad h. l. quos cum reliquis interpretibus confules,) philosophi, sili rursusque ius. *Dionysii* et *Nicanonis*, contubernium.] *Plutarch.* in Antonio p. 952. *Alian.* V. H. lib. XII. 25. Propter eum Alexandrinis Augustus pepercit, teste *Dione Cassio* lib. 51. p. 454. E. [siue tom I. p. 647. *Reimari*, qui in nota 103. de *Areo*, quem alii scribunt *Arium*, plura dat it.] De eo vide *A. Schoetum* V. 14. obs. human. *Io. Conr. Dietric.* in vita Augusti pag. 221 sq. *Fabric.* — *Brucker.* II. pag. 536. vbi tamen falsam in *Suetonii* l. m. lectionem *Sphærii* retinuit, idem ibid. pag. 58. obseruat, *Aream* a nonnullis falso numeratum esse inter *Pythagoreos*. *Harl.* *Iongus* III. 1, 3. pag. 2. vbi et de aliis cognominibus, II. 17. 3. pag. 248. [vid. infra *Didymus*. *Baltus* lib. de philos. mor. ethnic. p. 102. not. *Heumann.*

*Aristo*, Chius, Zenonis, Citiei, discipulus. *Laert.* VII. 18. et 27. et *Cic.* IV. Acad. quaest. [cap. 47. de fin. II. 11. et 13. de N. D. I. 14.] Praceptor *Miltiadis*, *Eratosthenis*, *Apollophanis*, *Diphili*, et *Satyri*, tibicinis, quem sermonibus suis ita cepit, ut, tibia in ignem abiecta, ad philosophiam se conferret. *Alian.* III. 33. Var. *Perseo*, qui *Antigoni*, regis, gratia utebatur, adulatum notat *Athenæus* VI. pag. 251. et voluptati perquam dedi-

tum fuisse. VII. pag. 281. X. pag. 419. ex libris Apollophanis s. Aphanis et Eratosthenis, quibus titulum fecerant Ἀγρίων. Scripta eius memorat *Laert.* VII. 163. ex quibus solos ad Cleanthem epistolarum libros IV. Aristonis, Stoici, esse, reliqua *Aristoni, Ceo, Peripatetico*, [de quo supra inter peripateticos,] tribuenda contendebant Socrates ac Panaetius. De hoc aliisque *Aristonibus* videndi *Mursiu* in Bibl. Graeca, *Ionius* de scriptoribus hist. philosoph. [II. 3, 4. pag. 152 sq.] et Menagium ad Laetium. Chryssippi dictum ad Aristonem, discipulum suum: *Fortunae et contemnendae blanditiae et non curandae sunt minae, si omni virtutis clypeo protegere te possit*, refert *Libanius* II. 21. epist. ad Polemium. [pag. 759. edit. Wolfii, vbi vero eum Chryssippi discipulum nominat Libanius, magis lectam, quam magistrum iudicans, opinante *Wernsdorfio* ad *Himer.* orat. a me Erlangae 1785. editam p. 124 sq.] Physicam et logicam contempsit, *Sextus Empir.* I. adu. logicos pag. 140. *Fabric.* s. § 12. pag. 372. edit. *Fabric.* *Diogen. Laert.* VII. 160. ibique *Menag.* *Seneca* epist. 84. De eius parodia versus Homericæ II. 3. 181. πρόσθε λέων, ὅπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, in Arcesium, πρόσθε Πλάτων, ὅπιθεν Πύρρων, μέσσης Διδώρος, vide *Sext. Empir.* Pyrrhon. hypot. I. cap. 33. pag. 62. Aristonem autem per multa capita discessit a decretis Stoicis. Quod adfirmabat, neque formam dei posse intelligi, neque in diis sensum esse, et arguebatur omnino dubitare, deus animans sit, nec ne, (vid. *Cicer.* de N. D. lib. I. cap. 14.) gregi atheorum est adnumeratus. vid. *Boyle* Diction. tom. I. art. Aristle. not. C. *Le mmamum* in histor. atheismi pag. 194 sq. et *Brucker.* I. pag. 970. (vbi a pag. 969. de Aristone disferit,) eximendum eum ex numero atheorum et statuendum existimat, Aristonem dicendum esse, non negasse deum in genere; sed deum stoicum, qui contra fictoria quasi dogmata contineat. Scripsit etiam *Θέσεις* siue κτίσεις ἠθῶν καὶ πόλεων. Nam in schol. ad Aristoph. nub. 397. vbi legitur ἠθῆσις ὁ Χίος ἐν ταῖς θέσεσι, nauerunt *Rutgerfius* V. L. IV. 18. pag. 435. *Ionius* I. 12, s. pag. 76. *Menag.* ad *Diog.* VIII. 163. Ἀγρίων ἐν ταῖς κτίσεσι, vid. quae ibi notavi pag. 308. et cel. *Hugue* Oruse. II. pag. 339. not. k defendit *Θέσεις*, sius ac positus urbium. Id m, „non dicimus, at, an ἀπειρία Ἀθηναίων, quae inter Aristonis scripta fuit, pro particula usus operis habenda sit apud *Plutarchum* de Iside et Osiride pag. 265 E. Opp.“ Add. *Burmann.* ad *Doruillii* Sicula tom. II. pag. 550. in primis *M. Goufr. Buchneri* diss. Aristle Chius, vita et doctrina notus. Ienae 1725. 4. Contra doctam hanc, at aridam incultam que disput. scripsit *Lotterus* stricturas extemporales in dissertationem de Aristone Chio — a *M. Godfrido Buchnero* conscriptam, Lipsiae 1725. 4. in qua multa, a Buchnero omissa, suppletur aut minus recte prolata notantur, et historia Aristonis, quem Stoicum, i. e. Stoici qui lem discipulum, doctrinae vero porricus nequam simpliciter adhaerentem, adplare malit, eius schola peculiaris, quae per exiguum tempus duravit, et doctrina de rebus tam humanis quam diuinis bene explicatur, et aliorum VV. DD. tum recta tum prava iudicia adiuvantur atque examinantur. At tamen stricturae sunt fugitivae et nimiae in reprehendendo. Frustrate acceperit persequitur viriusque Aristonis, et Stoici et Peripatetici, vitam, doctrinas scriptaque anonymus in Bibliotheca philologica, tom. II. part. I. pag. 1 sqq. et part. II. pag. 1 sqq. Gottingae 1773. 8. Multa de Aristone diligenter collecta, et subtile, etudite, nec raro lepide disputata sunt in docto cel. *Io. Benedicli Carpzovii*, (nunc Abbatis et Theologi Helmstadiensis,) libro: *Paradoxon*

doxon Stoicum Aristonis, Chii, ἡμοῖον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑποκρίτη τὸν σφόδρα apud Diogenem Laertium lib. VII. segm. 160. iouis observationibus illustratum etc. Lipsiae 1743 8. sect. II. cap. 2. et 3. pag. 199 — 262. — *Titu Aristonis*, vita, non professione philosophi, meminit eiusque mores atque iuris scientiam mirè laudat *Plinius* I. epist. 22. vbi vid. *Catanaeum*. *Hartl.*

*Aristocles*, *Lampfacenus*, qui scripsit libros quatuor ἐξηγήσεως in Chrysippum περὶ τῆ πᾶς ἑκάστα λέγομεν καὶ διανομέμεθα. *Suid.*

*A. istocreon*, Chrysippi sororis filius. *Laert.* VII. 185. *Plutarch.* de Stoicor. repugnantibus pag. 1033.

*Aristodemus*, quem oppugnat *Plutarch.* libr. de nobilitate. [*Ions.* II. 18, I. p. 251.]

*Arrianius*, Nicomeliensis, Epicteti discipulus, de quo infra lib. IV.

[*Atemidorus*. *Fabric.* *Bibl. Gr.* IV. 13, 6. *Heumann.*]

*Afclepiades*, *Ions* [II. 18, I. pag. 251. II. 17, I. pag. 248. vbi plures Afclepiades enumerantur II. 10, 3. pag. 198. *Brucker.* II. p. 328. cum nota n. supra inter Cynicos.]

*Aflepodotus*, Posidonii auditor, teste *Seneca*, de quaestionum naturalium causis scripsit. VI. 17. [conf. supra pag. 164. *Brucker.* II. p. 326. not. h.]

*Athenaeus*, Stoicus, cuius meminit *Porphyrius* <sup>d)</sup> in vita Plotini cap. 20. Etiam Athenaei cuiusdam epigramma de Zenone, Citieo, adfert *Laertius* VII. 30.

*Athenodorus*, *Solenis*, Zenonis discipulus, *Laert.* VII. 38. idem, ut videtur, qui contra aliorum Stoicorum sententiam peccata negabat esse aequalia, id. 121. [P.]

*Athenodorus Cordylio*, Tarsensis, qui Pergamo accessit cum M. Catone, Uticensi vixit, et apud eum mortuus est, *Strabo* XIV. pag. 674. *Plutarch.* Catone Minore p. 763. [vol. IV. pag. 377 sq. edit. Reiske.] Custos bibliothecae Pergamenae, qui ausus fuit e libris Stoicorum exindere, quae ipsi secus scripsissent. *Laert.* VII. 34. Idem forte auctor operis contra Aristotelis categorias, quod memorant *Porphyrius*, *Simplicius* et *Stobaeus* et libri περὶ σπερδῆς καὶ παιδείας, qui laudatur ab Athenaeo XII. pag. 519. et περιπάτων, quorum octauus liber citatur a *Laertio* III. 4. <sup>e)</sup> V. 36. et IX. 42. pro quo male in *Athenii* Monembasiae archiepiscop. apophthegmatis, graece editis, vbi de Democrito agit, legitur περὶ πάντων pro περιπάτων. *Fabric.* Scriptorem περιπάτων fuisse *Athenodorum*, Augusti imp. praeceptorem, credit *Menagius* ad *Laert.* VI. 81. p. 258. *Heumann.* Confunditur cum altero *Athenodoro*, Tarsensi, de quo mox disputabitur, a *Scheffero* ad *Aelian.* XII. H. V. cap. 25. sed refutato ibidem a *Kuhnio* et *Perizonio*. adde *Brucker.* II. p. 53. not. 6. *M. I. Frid. Hoffmann.* in docta diss. de *Athenodoro* Tarsensi, philosopho Stoico, Lipsiae 1732. 4. §. 4. p. 6 sq. *Hartl.*

*Atheno-*

d) Crediderim, a *Porphyrio* innui *Athenaeum* illum, cuius Libri XV. de *Dipnosoph.* supersunt. Certe lib. VI. pag. 233. dicit *meus Posidonius*, et lib. XIII. v. 533. laudat *Zenonem*, Citieum. Item lib. VI. pag. 241. dicit, *Alexandria mea*. Vide tamen, an *Athenaeus* ibi loquatur ipse, an alius

loquens inducatur. Etiam lib. VII. p. 278. *Chrysippum* eximie laudat, et passim infensissimum se praebet, et lib. VIII. pag. 335. *Heumann.*

e) *Menagius* ad locum *Laertii* pag. 136. accipit de *Athenodoro*, Tarsensi, Cananite, Augusti praeceptore. *Hartl.*

*Athenodorus*, Tarsensis. [Glycae, Cedreno, Constantino Manassae etc. <sup>f</sup>) Alexandrinus,] *Sandovis* <sup>g</sup>) F. dictus etiam a pago quodam *Cananites*, praceptor Augusti, Caesaris <sup>h</sup>), de quo *Strabo* loco laudato et *Lucianus* in *Macrobiis* tom. II. pag. 473. vbi octoginta et duos annos vixisse testatur <sup>i</sup>). Laudat et *Zosimus* lib. I. cap. 6. testatus, Augusti mitius imperium fuisse, ex quo Athenodori maxime consiliis aures praebuisset. Idem, cui Claudius adolescens in contubernium datus est, vt ex Augusti literis refert *Suetonius* in Claudio cap. 4. <sup>k</sup>) De patria sua, Tarso, scripsit, teste Steph. in *Ἀρχιολογία*, et librum ad Octauiam, Augusti sororem, *Plutarch.* in Publicola. fol. 36. aut tom. I. fol. 106. conf. *Dio Chrysostom.* orat. 33. quae prima Tarsica est, pag. 408. *Dio Cassius* lib. LII. pag. 491. A. [tom. I. pag. 689. vbi vid. notam in exemplo Reimari, et lib. LVI. cap. 43. pag. 841. tom. II. vbi Reimarus ex *Zonara* p. 544. B. locum classicum eumque longum adducit de gratia, qua Athenodorus apud Augustum valuit, et de facto, fere audaci, quo libidinem imperatoris repressit. *Sponhem.* ad Iuliani Caesares pag. 52. At omnem historiam huius Athenodori docte exposuit, et quosdam aliorum errores notauit *I. Frid. Hoffmann.* in disput. paullo ante laudata; quam quoque recensuerunt auctores lib. *Auszüge aus Disputationen*, tom. I. pag. 276. Dixerit igitur primum de Tarso, eius academia et claris Tarsensibus, tum plures enumerat Athenodoros: postea Athenodori nostri vitam, peregrinationem, usum cum Augusto, et auctoritatem qua apud imperatorem polluit, reditum in patriam, quam a tyrannide Boethi, mali poetae malique ciuis, Antonii autem gratia florentis, liberat eique immunitatem impetrat, merita, praemia, honores scriptaque vberius doctaque persequitur. Praeter scripta, a Fabricio memorata, citant Athenodori *περὶ σπέρδης καὶ παιδείας*, *Athenarus* lib. XII. pag. 519. et opus incertum *πρὸς τοὺς Ἀριστοτέλους Κατηγορίας*, *Porphyr.* in *Categor.* pag. 21. a. *Simplius* *Categ.* pag. 15. b. *Stobaeus* serm. 33. quae tamen, vt alia nominata, ad *Athenodorum*, *Rhodium*, refert *Meursius* in bibl. graeca, tom. X. thes. Gronou. pag. 1271. Pauca habet *Brucker.* vol. II. pag. 536. adde *Isebr. Eilardi Harkni othii* comedianta de Athenodoro, Stoico, in nouis miscellan. obss. criticis ad ann. 1740. tom. I. pag. 49—62. qui vitam Athenod. per annos digestam, persequitur, et *Franc. Sevin* de vita et operibus Athenodori, in Mem. de l'acad. des Inscrip. tom. XIX. pag. 77. edit. An. stesod. *Harl.* Alius ab his tribus 1) Athenodorus, philosophus, spectra deridens, de quo *Plin.* VII. 27. Epist. <sup>l</sup>) 2) *Athenodorus*, *Rhodium*, rhetor. *Quintil.* II. 17. 3) *Athenodorus*, medicus, cuius primum *τῶν ἐπιδημείων* citat *Plutarchus* VIII. 9. *sympos.* 4) *Athenodorus*, *soprisilla*, qui tempore Pollucis docuit Athenis, Chrestii atque Aristoclis auditor. [*Eudocia* p. 51. vbi

f) Hos errasse in nomine *Alexandrini*, monet *Hoffmann.* diss. pag. 8. *Harl.*

g) De quo veteres tacent. vid. *Hoffmann* diss. pag. 8. *Harl.*

h) Vid. *I. M. Bruti Opera*, pag. 813. *Heum.*

i) Hic Ciceronis aetate vixit, qui cum laudat lib. III. ad diuers. epist. 7 eumque fuisse Paulli, apostoli, praepotorem, statuitur in *Obss. miscell. criticis* nouis tom. I. pag. 49 sqq. *Heumann.*

k) Idem quidem credidit *Vossius* de histor. gr. II. cap. 5. sed *Hoffmann* in diss. mem. 6. 10. pag. 26 sq. docet alium fuisse Athenodorum Claudii familiarem s. praepotorem, a nostro distinguendum, adde *Perizon.* ad *Aeliani H. V. lib. XII. 25. fin.* *Harl.*

l) *Hoffmann* in diss. mem. 6. 22. pag. 21. iudicium suspendit, neque malit Athenodoro Cananitae adtribuere, neque cum Fabricio prorsus denegare. *Harl.*

vbi dicitur ὁ ἡγήτωρ, τὸ γένος ἐπιφαιέστατος ἐκ πόλεως Αἰῆς τῆς Θρακικῆς.] *Philostrophat.* p. 591. 5) *Athenodorus*, Arati, poetae, pater. 6) *Athenodorus*, frater Arati. Suid. in Ἄρατος. 7) *Athenodorus*, qui in Baethis ab Alexandro M. deficit. *Curtius* IX. 7. *Fabrice*. — 8) *Athenodorus*, frater Gregorii Thaumaturgi, *Wusep.* hist. eccles. VI. 30. *Hieronym.* ca. a. scriptor. eccles. cap. 65. *Heimann.* Septuaginta dicitur εἶ γινώσκων τὰς ἱστορικὰς τῶν λόγων, καὶ πολυμαθὴς περὶ τὰ ἱστορικὰ μέτρα b *Uuaoia* pag. 51. — 9) *Athenodorus*, histrio, in certamine victor tenuitatus et ab Atheniensibus multatus, quod absanisset a ludis Bacchanalium, *Plutarchus* in vita Alexandri M. pag. 69 sq. vol. IV. edit. Reiskii. vid. inter Tragicos deperditos, supra, tom. II. p. 289. 10) *Athenodorus*, *Tabius*. *Plutarch.* in vita Phocionis ibid. pag. 315. coll. *Aelianus* II. H. V. lib. I. cap. 25. vbi eadem de mutuo nobili Alexandri M. ac Phocionis facta et magnificentia narratur historia, et Athenodorus cognominatur *Himeraeus*, a Scheffero autem et Perizonio ex Plutarcho bene correctus, quamuis Kuhnius putaret, Athenodorum illum potuisse dici Imbrium origine, Himeraeum beneficio. — 11) *Hoffmannus* addit *Athenodorum*, flaguarium, patria Teium, summum artificem, teste *Uuao* H. N. XXXVI cap. 5. — 12) *Athenodorum*, quemdam Isaurorum rebellantium aduersus imperatorem Athanasium, (vid. *Theodoret.* H. E. lib. II. fol. 559. edit. Vales. et *Theophanes* in Chronograph. fol. 118. et 120. edit. Paris. 1655.) — 13) *Athenodorum*, discipulum Dionysii, Arcopagitae, etc. (Suid. tom. I. pag. 72.) — 14) *Athenodorum*, Fretiensem, *Piotii* bbl. cod. CNIX. — Denique p. 8. et 9. addit *Hoffmannus* 15) *Athenodorum*, Sallustii et Procli aequalem, saec. post Ch. N. V. tempore Leonis Thracis florentem, et probabiliter adhaerentem philosophiae Platonico-pythagoricae. *Hartl.*

*Attalus*, sub Tiberio in p. clarus, cuius non infrequens apud Senecam mentio, qui eum audisse se testatur Epist. CVIII. Solum verit, a Seiano circumscriptus, vt leges in Senecae patris suaseria 2. Eius libri de fulminibus citantur a *Seneca* filio II. 48. Nat. quaest. Huius quoque Attali suspicor esse libros *παροιμιῶν* memoratos Hesychio in *Κορίνθιοι*. Alius *Attalus*, Philometor, qui de agricultura et re medica scripsit, de quo *Harduinus* ad Plin. [*Attalus*, *Sophista*, sub M. Aurelio, vid. *Spanhem.* de V. et Pr. Numism. dist. XI. vol. II. p. 310. *Hartl.*] Alius denique *Attalus*, Rhodius, Arati interpres, quem notat passim Hipparchus, vt dixi cap. de mathematicis, §. XIX. 8.

[*Augustus*, imperator, inter Stoicos refectur a *Juliano* imperat. in Caesaribus p. 485. et 506. vsus est praeceptoribus Athenodoro aliisque Stoicis, quod late demonstrauit *Hoffmannus* in d. II. lauda a de Athenodoro pag. 10 sqq. et pag. 21 — 26. nouem vsus est argumentis. ex philosophia Stoica et vita Augusti ductis, quibus probaret, illum imperatorem fuisse Stoicum. *Hartl.*]

Q. *Lucius Balbus*, quem loquentem inducit Cicero libris de Natura Deor. [et de quo lib. I. ita indicat. „Q. Lucius Balbus tantos progressus habebat in Stoicis, vt cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur.“ *Heimann.*] Hic ipse est, cuius ex *Augustini* IV. 30. de ciuitate dei meminit *Agobardus* lib. de imaginibus, tom. XIV. bibl. patrum pag. 293.

*Balabanus*, monachus Calaber, episcopus Hieracensis, qui saec. XIV. post C. N. floruit. E. h. ca. in duas distributa partes, secundum Stoicos, latine legitur, ab auctore gr. scripta, tom. 26.



- tom. 26. bibl. patrum tom. 26. edit. Lugd. pag. 28 — 38. ex edit. *H. Caniffi* tom. VI. antiq. lectionum pag. 4. ex bibl. Bauarica. *Fabric.* adde *Heumannii* acta philof. tom. I. pag. 739. *Harl.*
- Basilides*, Scythopolitanus, quem M. Antoninus audiuisse traditur [P] ab Hieronymo in Chron. et Syn ello pag. 351. *Fabric.* vid. *Burlaens* de viris philofophorum cap. 112. qui haec habet. *Basilides*, Socroconicanus philofophus, claruit Athenis tempore Antonini Pii, imperatoris, cujus et praeceptor fuit. vid. *Fabric.* Bibl. Gr. lib. IV. cap. 17. pag. 522. *Hoffmannus* in lexico vniuersali, *Morerius* diction. *Heumann.* qui Basilidem numero Stoicorum excludit, faltem dubitat, in actis philof. III. p. 115 sq. Sed *Fabric.* marg ni exempli adfcripfit, *idem Basilides Staius, quem Sextus II. contra logicos fecit.* 258. ait, *docuisse, nihil ἀσώματων incorporeum esse:* et in nota ad Sextum p. 507. stat in sua sententia, atque tredecim enumerat *Basilides.* *Harl.*
- Bassus*, Stoicus, Galeno memoratus, Coelio Aureliano est *Tullius Bassus*, de quo *Io. Rhodius* ad Scribonium Largum pag. 191.
- C. Blossius*, Cumanus, Anipatri, Tarfensis, auditor, Romae et ab dedicatione scriptorum quorundam philofophicorum honoratus. *Plutarch.* in vita Gracchorum p. 825 et 834. Male *Blaesius* p. 332. Meminit etiam Cicero in Laelio, et or. in Rullum. *Valerius Max.* IV. 7.
- Boethius*, Stoicus. *Philo* de mundo incorruptibili pag. 737. vide et *Laert.* VII. 142. (et ad segm. 143. Menagium.) et 54. e quo posteriore loco colligas, ante Chrysippum scripsisse. Liber de Natura citatur *Laert.* VII. 148. Liber XIII. de fato. *Laert.* VII. 149. [*Cic.* de diuin. I. 8. et II. 20. prognosticorum causas elicere conatus est. conf. *Cudworth.* Syst. intell. tom. I. ibique *Moshem.* pag. 190. supra pag. 165.]
- [*M. Iulius Brutus*, qui scripsit libros philofophicos. *Bayle* diction. voc. *Brutus* not. E. Bruti librum de virtute citat *Seneca* consol. Helu. cap. 9. Eiusdem librum de patientia memorat Diomedes, grammaticus. vide *Pagan Gaudentium* lib. de philof. rom. cap. 25. De misera Bruti philofophia vid. *Baltus* lib. de philof. mor. ethnic. pag. 293. conf. *Quintil.* dialog. XXI. 10. *Heumann.* Sed compara *Brucker.* hist. crit. phil. II. p. 28 sq. qui cum Gaudentio negat, Brutum fuisse Stoicum. — De eius epistolis vide supra in vol. I. pag. 678 sq. vbi addatur edit. Bruti epp. latina. Florent. 1487. 4. in biblioth. Noribergensi. adde *Ernesti* indicem histor. in clauae Cic. voc. *Brutus.* *Harl.*]
- Calictes*, Longini aequalis. Vide *Eusebium* X. 3. Praeparat.
- Callippus*, Corinthius, Zenonis, Citiei, discipulus. *Laert.* VII. 38.
- Cassius*, *Laert.* VII. 34.
- Cato*, *Vticensis*, siue minor, ab Antipatro, Tyrio, praeceptis ethicis ac politicis imbutus. *Cic.* ad Atticum II. 1. *Sallust.* Catil. cap. 5. *Plutarch.* in eius vita pag. 761. Perfectissimum Stoicum vocat *Cicero* in Bruto cap. 31. quem vide orat. pro Muraena cap. 29. Eius icon apud *Lucanum* II. 380 sqq. *Fabric.* Ad *Lucani* locum scripsit *Iac. Brummer* commentat. de philofophia Caronis Vticensis, Ienae 1735. 4. addantur *Cicero* praefat. ad paradox. *Florus* hist. rom. lib. IV. cap. 2. pag. 129. *Augustin.* lib. I. de ciu. dei cap. 23. V. 52. *Hornius* hist. philof. lib. IV. cap. 4. pag. 241. *Bayle* Diction. voc. *Hortensius* not. N.

not. N. *Gaudentius* de philof. rom. cap. 38 et 39. *Heumann.* — De eius vita, fatis, cum primis de eius philofophia copiofus est *Brucker.* vol. II. pag. 51 fqq. add. *Ernefti* in clauē Ciceron. ind. hiftor. voc. *Cato*, qui plures eiusdem nominis Romanos bene diftinguit. *Harl.*

*P. Egnatius CELER*, de quo *Tacitus* XVI. Annal. cap. 32.

*Chaeremon*, Alexandrinus, cui fuccellit Dionyfius Alexandrinus, qui vsque ad Traianum vixit, teſte *Suida* Διογοστ. De eo vide *Voff.* II. 1. de Hift. Gr. et *Valſ.* ad Eufebium VI. cap. 19. pug. 122. qui apud *Senecam* VII. 5. Nat. quaest. pro Charimandro <sup>m)</sup> iubent legere Chaeremonem, cuius librum de cometis laudat *Origenes* I. contra Celf. pag. 45. Inſignis Chaeremonis huius locus de ſacerdotibus Aegyptiis exſtat apud *Porphyrium* IV. de abſtinendo ab animatis pag. 360 ſq. quem reſpicit *Hieron.* II. contra Iouinian. Idem Chaeremon *ἱερογραμματεὺς* Porphyrio laudatus apud *Eufeb.* V. 10. de praeparat. *Ἱερογλυφικὰ* ſcripſit teſte *Suida* in *Ἱερογλ.* At Martialis XI. 57. *Chaeremonem* pro quouis paupere Stoico, mortis contemptore, ponere videtur. Alius Chaeremon, ni fallor, qui, Aſtronomiae peritus videri cupiens, cum Aelio Gallo Alexandria iter fecit, de quo *Strabo* XVII. pag. 806. — *Chaeremonis*, medici, mentio in narratione ſive fabula de Apollonio, Tyrio, pag. 691. Opp. Marci Velleſii. *Fabric.* — *Chaeremon*, tragicus, ſupra in vol. II. inter tragicos deperditos, voc. *Chaerephon.* *Harl.*

*Chaerephon.* *Lucian.* in Hermotimo tom. I. pag. 515. *Fabric.* — ſive cap. 15. tom. I. p. 754. Reitzii, vbi Pythius dicitur optimos omnium Stoicos praedicens ad horum rationem ablegauit Chaerephontem. Sed *Heumannus* in actis philof. tom. III. pag. 117 ſq. animaduertit, Chaerephontem apud Lucianum eſſe nomen fictum atque Lucianum adluſiſſe ad Chaerephontem, qui Socratis tempore vixit, et quem Apollo Delphicus ad Socratem, a quo diſceret ſapientiam, ablegauit. vid. *Suid.* in voc. Chaerephon. *Platon.* Apol. Socrat. pag. 21. *Heumann.* in actis philof. I. pag. 490 ſq. Senſum igitur Luciani eſſe *Heumann.* ait: Tene quoque oraculum Apollinis, quod olim Chaerephonti euenit, ad Stoicos miſit, teſtatum, hos eſſe omnium philoſophorum optimos? *Harl.*

*Charmippus*, Megarenſis, apud Stoicum in Amarantho pag. 430.

*Chremonides*, a Zenone, Citieo, adamatus. *Laert.* VII. 17.

*Chryſippus*, Apollonii F. Solenſis, (ob viciniam dictus quibusdam Tarſenſis,) ſuccellit Athenis Cleanthi, a quo <sup>n)</sup> vt et a Zenone in multis tamen diſſenſit. Vide *Laert.* VII. 178 ſq. Vt ad inuentionem ſufficeret, ter helleboro animum deterſiſſe ſcribit *Petronius* [cap. 88.

<sup>m)</sup> Charimandri tamen apud *Pappum* quoque ſentio lib. VII. pag. 247.

<sup>n)</sup> Antipatri librum *περὶ τῆς Κλεάνθου καὶ Χρυσιπποῦ διαφοράς* ſupra in voc. *Antipater Tarſenſis* e Plutarcho memorauit. *Fabric.* Cicero de fato multus eſt de Chryſippo, *περὶ δυνατῶν* argutato, eiusque lib. de fato refutat; cap. 4. *Chryſippi laqueos* nominat, cap. 6 et 7 (vbi vide *Dauif.*) et ſq. de graui eius *sectaminae* cum *Diodoro*, va-

lente dialectico agit, et cap. 7. fin. dicitur *Cleanthis* diſcipulus, dum, „omnia, inquit Cicero, vera in praeteritis neceſſaria ſunt, vt *Chryſippo* placet diſſentienti a magiſtro *Cleanthe*, quia ſunt immutabilia, nec in falſum e vero praeterita poſſunt conuertere.“ Et ſic in eodem libello perſequitur placita et argutias Chryſippi, adde *Cicer.* quaest. acad. IV. cap. 46 ſq. ad diuerſ. IX. ep. 4. ibique interpretes. *Harl.*

[cap. 88. Satyr. vbi Bosch et Erhard pag. 425. edit. I. Burmanni, plura de Chryssippo et de re ipsa collegerunt] Studium illius in tradendis ingenii sui monumentis tantum operae laborisque sustinuit, vt ad ea, quae scripsit, penitus cognoscenda, longa vita opus esse scibat *Valerius Maximus* VIII. 7. extern. 10. Acumen eius vsque adeo admirationi fuit, vt non deerent, qui dicerent, deos ipsos, si dialectica vterentur, vsuros haud alia esse, quam Chryssippea. [— Ab *Athenaeo* XIII. p. 565. laudatur. *Ci erio* de Orat. I. cap. 12. ait, Chryssippum acutissimum quidem fuisse, sed in dicendo ieiunum et exilem, neque ob eam rem philosophiae satisfecisse, quod non habuerit hanc dicendi in arte aliena facultatem. — De oraculis et diuinatione quid superstitioni Stoici, omnia fere diuinationis genera defendentes, iudicant, et quae diuersimode varii scripserint, paucis exponit *Cicero* de diuin. I. cap. 3. et inter alia, *accessit*, inquit, *aceritimo ingenio Chryssippus, qui totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam, vno praeterea de oraculis, vno de somniis.* Ibid. lib. II. cap. 56. dicitur Chryssippus Apollinis oraculis totum volumen impleuisse: ibid. lib. II. cap. 70. fertur Chryssippi liber plenus esse somniorum. *Cicero* lib. I. de N. D. cap. 15. vocat eum stoicorum somniorum vasserinum interpretem, qui magnam turbam congreget ignotorum deorum atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus, eiusque de deo mundoque et natura deorum etc. *libros II* vberius indicat. add. *Gedicke* in M. T. Ciceronis hist. philos. antiquae pag. 314 — 319. Sed de Chryssippi theologia ac philosophia praeter *Diogen. Laert.* VII. sect. 179 sqq. *Suidam* in voc. Chryssippus, tom. III. pag. 691. *Lipsium* in Manuductione lib. I p. 56. diss. XI. ac *Georg. Pasch* in introduct. ad rem litterariam moralem vet. etc. *Kilon.* 1707. 4. pag. 609 sqq. copiosius disseruerunt *Bayle* in Diction. art. *Chryssippe*, *Brucker.* hist. crit. phil. tom. I. pag. 974 sqq. qui eum quoque a crimine *Baylii*, inter numinis hostes illum referentis, pag. 976 sq. defendit, aliique, quos semper nominare longum et molestum foret, historiae philos. conditores, *Tiedemann* in: Geist der spekulativen Philosophie, tom. II. pag. 440. 462 sq. etc. — De moralibus Chryssippeis, e rerum natura petitis, disp. scripsit *Georg. Alb. Hagedorn*, Altdorf. 1685. eiusque Ethicae adiecit *Io. Conr. Hagedorn.* Norbergae 175. 8. conf. Acta erudit. Lips. ann. 1715. mense Iun. pag. 277 sq. Chryssippi doctrinam de moribus et iudicia partim exagitat *Gottl. Stolle* in: Historie der heidnischen Morale, p. 125 sqq. — Sarius tamen, dicebat Chryssippus, esse, nullos conparare amicos, quam comparatos amittere, vt legitur apud *Libanum* lib. I. epist. 5. — Chryssippum credidisse, non quidem omnia, tamen sapaciora, bruta, rationis adeoque dialectices, (vid. *Sext. Empir.* Pyrrh. I. cap. 14. sect. 69. ibique *Fabricii* notam, pag. 19.) non fuisse expertia, censet *Io. And. eos Schmid* in diss. Chryssippea brutorum logica, Ienae 1689. subdubitauit vero *Ribou.* in diss. de anima brutorum, Rorarii libro; animalia bruta etc. subiecta, pag. 969 sqq. — Poetarum, praecipue Euripidis, studiosissimus erat Chryssippus, ita, vt illorum sententiis, velut quibusdam testimoniis, quae proposuerat, confirmans, scripta quaedam oppleret, vt hoc ei etiam vitio verterent aduersarii. vid. *Diog. Laert.* VII. 18c. *Galenus* περί τῶν καθ' Ἰπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογματίων, (in quo opere Galenus e Chryssippi scriptis multa refutanda sibi exerpfit<sup>o</sup>) lib. III. pag. 265, 37. *Valckenacr* in

o) Vid. infra. indicem scriptorum, a Galeno citatorum, in vita Galeni, lib. IV. cap. 17. vol. III. pag. 567. edit. veteris.

diatriba Euripid. edit. Hippolyti Eur. adnexa, pag. 28 sq. vbi quoque ille obseruat, nos, si litteratissimi Stoici, Chryssippi, commentarii nobis superessent, intellecturos esse, ex illis quam multa Cicero deriuasset in opera sua philosophica. Idem *Valck.* in adnotatt. ad Euripidis Hippolytum v. 322. notat et corrigit verbum Euripidis, quem ex Chryssippo, Stoico, exhibuit *Galenus* lib. mem. III. tom. I. pag. 265, 38. conf. de arcana Chryssippi theologia cl. *Villoison.* de triplici theologia mysteriisque veterum, (in *St. Croix* Mem. — ou Recherches histor. et critiques sur les Mysteres du Paganisme) p. 276 sqq. — *De Chryssippo, Stoico fastuoso*, scripsit *Io. Frid. Richter*, Lipsiae 1738. 4. *Hartl.* Composuit volumina septingenta et quinque, saepius de eadem re scribens, [P] et multa longaque testimonia aliorum scriptorum suis inferens libris. id. 181 sq. Scripta Chryssippi ἐνδοξότατα quondam atque in plurimo honore fuisse, idem *Laertius* tradit, n. 189. Ex tanto numero tamen ne vnum quidem ad nos peruenit, siue hoc totum fortunae fuit, laboribus eius haud fauenti, siue multitudo ipsa vaegrandis, et in hac contorta non pauca et *Φορτικὰ*, subtilesque ineptiae lectores remouerunt, quo nomine spernuntur vel impugnantur Chryssippea quandoque non a Galeno tantum et Sexto ac Cicerone, sed ab Epicteto quoque et Seneca ac Plutarcho. Neque dubito subscribere *H. Stephani* iudicio in praefat. ad Xiphilinum ann. 1592. fol. qui non ita magnam iacturam putabat, quod Chryssippi voluminibus dialecticis CCCXI. atque tot eius libris nobis hodie sit carendum. Rhetoricam Chryssippi ita scriptam fuisse testatur Cicero, *ut, si quis obmutescere cupierit, nihil aliud legere debeat.* lib. 4. de fin. 3. [A discipulis accepit mercedem, *Quintil.* I. O. lib. XII. 7. 9] In Physicis, nescio an aliquid viderit: in Ethicis, licet illa *χρησιμα τῶ τῶν ἀνθρώπων βίῳ* pronunciet *Ann. Cornutus* apud Dionem in Nerone pag. 715. adparet vel e *Seneca*, lib. I. de beneficiis cap. 4. Chryssippum officia ita circumfessisse et interfecuisse subtilissimis disputatiunculis, vt praestet, vnas Arriani Epicteteas dissertationes tulisse aetatem, quam si omnia Chryssippi scripta moralia ad nos peruenissent. Historicos et grammaticos haud dubie multa docere potuissent Chryssippi, si exstarent, volumina, quorum catalogus in *Συντάξεις* digestorum apud Laertium, licet bene longus n. 189 — 202. mancus tamen est, vt praeter viros doctos ad illum scriptorem no arunt *Io. Meursius* ad Chalcidium pag. 31. et in biblioth. graeca et *Tho. Stanleyus* in hist. philosophica lib. VIII. pag. 486 et *Ioufus* lib II cap 8. a quibus plurima insuper Chryssippi scripta Laertio praeterita recensentur. *Chryssippi περὶ τῶν ἀρετῶν* citatur in libro Plutarchi (olim inedito) *περὶ εὐγενείας.* — *Περὶ νομῶν* in Digestis lib. I. — Liber, quo aequalitatem demonstrat virtutum, *Plutar h.* libr. de nobilitate pag. 29. liber primus de bonis; liber de arte dicendi; liber de iis, quae per se eligantur, *ibid.* pag. 41. — [*περὶ παρομιῶν* libr. II. ad Zenodorum, *Laert.* VII. 200. conf. *Fabric.* infra lib. IV. cap. 9. vol. III. pag. 281. edit. vet. — De liberorum educatione composuit praeccepta, in iisque etiam *chironomiam*, h. e. legem gestus, docuit, *vid. Quintil.* I. O. lib. I. cap. 11, 17. qui saepius laudat Chryssippum. Locum *Ciceron.* de diuin I 3. vbi nonnulla Chryssippi scripta memorantur, supra iam citavi. In catalogo apud *Laert.* VII. 198. pro vulgato, *περιέχοντα σποραδὴν καὶ ἑσωματικὰς ζητήσεις λογικὰς.* *R. Sfr.* in commentatt. Laertianis pag. 159 sq. corrigit *περ. σποραδὴν καὶ ἑσώματι τὰς ζ λ. quaeque sparsim traditas, non in corpus redactas quaestiones logicas continent.* Libros, *τὴν πολιτείαν, τὰς περὶ τῆ καθήκοντος, τὰ διαλεκτικὰ θεωρήματα, τὴν πρώτῃν περὶ συλλογισμῶν*

συλλεγισμῶν εἰσαγωγῆν, τὸν περὶ δικαιοσύνης passim laudat *Sextus Empiric.* aliaque *Galenus. Harl.*] — Nescio, quid tibi velit *Iulius Niger*, non vsquequaque adcuratus scriptor, quando in historia scriptorum Florentinorum de Lapo Birago differens pag. 343. *Chrysippum*, ait, *pariter philosophum graecum latinum dedit Italiae nostrae.* Obiit *Chrysippus* Olymp. CXLIII. aetatis 73. [aet. 81. secundum *Livianum* in *Macrobiis* cap. 20. tom. III. p. 222. Reitz. adde *Valer. Maxim.* VIII. 7. ext. 10. ibique interpr. in edit. *Torrenii*, pag. 738. sed *Laertio* potius adfentiendum, ideoque annum *Chrysippi* natalem Olymp. CXXIV. 4. adferendum putat *Corfin.* in fast. attic. IV. pag. 80. et pag. 99. *Harl.*] vt ex *Apollodoro* notauit *Laertius* VII. 184. Effigies *Chrysippi* antiquas tres exhibet *Iac. Gronovius* tomo tertio thesauri *Antiq. graecarum littera S.* Effigies in gemma apud *Begerum* pag. 67. thesauri *Palatini.* Caput eius in nummis *Pompeiopolitanis* apud *A. Morellum* in specimine rei numariae pag. 240. *Chrysippum* et *Zenonem* sibi manus intulisse, scribit *Vincent. Bellou.* XXIII. 69. *Speculi nat.* — [adde *Eudociam* pag. 437. de anno et genere mortis. *Athenis* in *Ceramico* statua fuit *Chrysippi* sedentis porrecta manu, quae manus quid significet, quaerit *Cicero* de *Finib.* I. 11. adde *Pausan.* in *Atticis* cap. 17. *Menysium* de *Ceramico* gemino cap. 15. pag. 46. *Brucker.* I. pag. 978 sq. — A *Zenone*, *Epicureo*, *Chrysippum* numquam, nisi *Chesippum* vocatum esse, tradit *Cicero* de *N. D.* I. 34. vbi vid. interpr. in edit. *Dauisii. Harl.*] Alio *Chrysippos* in veterum scriptis notarunt *Ionsius*, *Menysius*que locis laudatis, et *Menagius* ad *Laertii* VII. 186. Quibus adde *Chrysippum*, *Hierosolymitanum*, de quo *Allatius* ad *Eustratii* libell. tom. 27. *bioblioth. patrum*, edit. *Lugd.* pag. 363. [conf. *Bayle* *Diët.* voc *Chryssippe*, not. *C. D.* et *Fabricium* infra in elencho medicorum vol. XIII. pag. 115 sqq. vbi multos *Chrysippos*, medicos, recenset, *Ionsius*que notitiam auget.]

Catalogus eorum, ad quos siue aduersus quos *Chrysippus*, *Solensis*, scripsit, quorum plerique *Stoici* fuisse videntur.

|   |  |
|---|--|
| <i>Agatho.</i> <i>Laert.</i> VII. 194.  | <i>Diodorus.</i> 209. 202.                       |
| <i>Alexander.</i> 192. 196.   | <i>Dionysius.</i> 192. 200.                      |
| <i>Aminias.</i> 196.  | <i>Dioscorides.</i> 190. 193. 198. 200. 203.     |
| <i>Apollas.</i> 193. 197. [vid. supra in hoc catalog. voc. <i>Apollodorus Ephillus.</i> ] | <i>Epicrates.</i> 193. 198.                      |
| <i>Apollonides.</i> 191.  | <i>Gorgippides.</i> 190. 191. 198. 200.          |
| <i>Arcefilas.</i> 198. [P]  | <i>Hedyllus</i> (an <i>Heryllus</i> ?) 196. 197. |
| <i>Aristagoras.</i> 190. 194.   | <i>Heracides.</i> 198.                           |
| <i>Aristobulus.</i> 198.  | <i>Laodamas.</i> 196. 199. 201.                  |
| <i>Aristocles.</i> 199.   | <i>Leptinas.</i> 201.                            |
| <i>Aristocreon.</i> 196. 197. 202.  | <i>Meleager.</i> 196.                            |
| <i>Athenades.</i> 190. 195. 198.  | <i>Menecrates.</i> 198.                          |
| <i>Athenodorus.</i> 190.  | <i>Metrodorus.</i> 189. 191. 198. 199.           |
| <i>Cleon.</i> 202.  | <i>Nicias.</i> 193.                              |
| <i>Clitus.</i> 191.   | <i>Onetor.</i> 197.                              |
| <i>Dio.</i> 190. 192.   | <i>Panthoedes.</i> 193.                          |
| <i>Diocles.</i> 200.  | <i>Pasyllus.</i> 191. 195. 197. 198.             |
|   | <i>Philarchus.</i> 191.                          |

Philippus. 193.  
 Philo. 191.  
 Philomathes. 194. 195. 199. 200.  
 Pollis. 198. 202.  
 Pythonax. 201.  
 Soligenes. 192.  
 Sphaerus. 198.  
 Steflagoras. 192. 194. 197.

Thearus. 190.  
 Theoporus. 199.  
 Timocrates. 194.  
 Timonax. 201.  
 Timostratus. 194.  
 Zeno. 189. 195. 201.  
 Zenodotus. 200.

*S. Chrysoflomum*, propter dialogum, neminem laedi, nisi a se ipso, Opp. tom. VII. p. 36. edit. Saul. aut tom. IV. pag. 298. edit. Ducaei, Stoicis accenset Heumannus in actis philos. tom. I. pag. 737. Eiusdem argumenti liber auctore *Barthol. Fesfen*, S. I. Vicent. 1708. vid. noua litteraria Hamburg. pag. 267.

*M. T. Cicero*, in multis, [praecipue de officiis, et in paradoxis,] Stoicos sequutus est, de quibus et hoc eius dictum exstat: *licet infestemur Stoicos, vereor, ne soli philosophi sint.* [vid. *Cic.* de Officiis I. cap. 2, 10. *Heumannum* de Ciceronis paradoxis Stoicis, in actis philos. tom. III p. 694 — 711 *Brucker.* vol. II. p. 34 sqq. cum primis p. 45. *Harl.*]

[*Q. Cicero*, vide *M. T. Cic.* de diuin. II. 3. *Heumann.*]

*Cinna Catulus*, quem audiuit *M. Antoninus*, imperator. *Iulius Capitolin.* in Marci vita cap. 3. et *Antoninus* ipse lib. I. sect. 13.

*Claudius Maximus*, ab eodem *M. Antonino* frequentatus. *Iul. Capitolin.* loco laudato, et *Marcus Antonia* lib. I. sect. 17. (15.) et lib. VIII. sect. 25. Huic, ni fallor, Claudio Maximo. ad Praefensulatus Bithyniae dignitatem euecto, Apuleius in Apologia se purgat ab impacto Magiae crimine, fretus, vt ait, doctrina eius ac perfecta eruditione.

**CLEANTHES**, Aelius <sup>p)</sup>, ex Asso, Lyciae [Troadis,] vrbis, Steph. in Ἄσσοσ, Strabo lib. XIII. pag. 908. Zenonis, Citiei, quem per vndeiginti annos audiuerat, in porticu Atheniensi successor, magister Chryssippi: *Laert.* VII. 27 et 168 sq. Ingenio <sup>q)</sup> tardiore, sed pertinaci studio et animo constante solus est visus magistri sui [P] peram ferre posse. vid.

p) Male *Thysius* apud *Probum* in *Ecl.* VI. *Virgil. Fabric.* vid. *Plutarch.* de exilio, pag. 387. ibique *Xylandr.* vol. III. *Reisk. Harl.*

q) Vide *Barthium* ad *Claudian.* pag. 101 sq. *Fabric.* — conf. *Eudocia* in *Violar.* pag. 272. vbi Cynicis philosophis adnumeratur; at tamen dicitur discipulus primum *Cratetis*, dein *Zenonis*, huiusque successor: cognominatus *Φεάνθης*, quod in puteo, *Φεάνθι τινι*, stans, praetereuntibus hauriebat aquam, et pro potu dato accipiebat panem. Cleanthis sedulitatem, parsimoniam inediaque imitatus est quodammodo, sed necessitate coactus, *Franc. Iunius* in iuuentute. vid. *Bayle* *Dict.* voc.

*Iunius*, not. I. pag. 887. — Cleanthes propter indefessum laborem dicebatur *δευτερος Ἡρακλῆς*, adde *Suidam* voc. *Κλεάνθης*, tom. II. pag. 322. supra in comment. deperditis de Homero etc. vol. I. pag. 508 sq. nr. 34. iam adnotata, *Brucker.* vol. I. p. 972 sqq. *Tiedemann.* quem ad Chryssippi et initium huius capituli iam laudauit. — In collectione sententiarum *Frobeniana*, (in vol. I. pag. 726. recensita,) Cleanthis sunt sententiae. — Adagia nostrum scripsisse, quod putat *Schottus*, dubitat *Fabric.* infra vol. III. lib. IV. 9, 1. pag. 282. *Rossius* in comm. *Laertian.* p. 122. — *Gercke* in *M. T. Ciceronis* historia philos. antiq. p. 311 sqq. quaedam de eo collegit. *Harl.*

vid. *Plutarch.* de audit. p. 173. vol. VI. Opp. edit. Reisk. eundem de vitando aere alieno pag. 300 sq. vol. IX. Vitam finit inedia, annos octoginta natus. *Laert.* VII. 176. vel vndecentum, vt *Lucianus* et *Valerius Max.* Indulibile et ipsum argutioribus disputatiunculis, adparet e *Seneca*, aliisque, vnde *spiras Cleanthis et contoria Chryssipi* iungit *S. Hieronymus* I. in *Rufin.* Huius *Cleanthis* statuam insignem, magnificentiae *Senatus Romani* documentum, in ipsa *Atho* vidisse se testatur *Simplicius* ad *Epictet.* pag. 329. Scripta eius, veteribus memorata, et viris doctis ad *Laertium*, *Meursioque* in *Bibl. Graeca* maximam partem obseruata, ecce tibi faciliori ordine:

Περὶ ἀγωγῆς. *Laert.* VII. 175.

Περὶ αἰσθήσεως. *Laert.* VII. 174.

Περὶ τῶν ἀπόρων. *Laert.* VII. 175.

Περὶ ἀρετῶν. *Laert.* VII. 175.

\*Ὅτι ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνδρῶς καὶ γυναικός. *Laert.* VII. 175.

Πρὸς Ἀρισταρχον. *Laert.* VII. 175. Forte in hoc libro criticam *Aristarchi*, grammatici, in *Homerum* exercitam, castigauerat *Cleanthes*.

Ἀρχαιολογία. *Laert.* VII. 174. Dubitat *Menagius*, an diuersa haec fuerit a *μουθικαῖς*, de quibus infra.

Περὶ ἀτόμων. *Laert.* VII. 134.

Περὶ βασιλείας. *Laert.* VII. 175.

Περὶ βελῆς. *Laert.* VII. 175.

Περὶ Γηγάντων. *Laert.* VII. 175. Idem opus suspicatur *Meursius* esse *Cleanthis Θεομαχίας*, laudatam a *Plutarcho* de fluminibus.

Περὶ Γοργίππε. *Laert.* VII. 175.

Πρὸς Δημόκριτον. *Laert.* VII. 174.

Περὶ Διαλεκτικῆς. *Laert.* VII. 175.

Διατριβῶν β'. *Laert.* VII. 175.

Περὶ τῆ δικάζεν. *Laert.* VII. 175.

Περὶ δόξης. *Laert.* VII. 175.

Περὶ ἐλευθερίας. *Laert.* VII. 175.

Περὶ ἐπισήμης. *Laert.* VII. 175.

Περὶ ξρωτος. *Laert.* VII. 175.

Ἐρωτικὴ τέχνη. *Laert.* VII. 175.

Περὶ εὐβελίας. *Laert.* VII. 175.

Περὶ εὐφύας. *Laert.* VII. 175.

Περὶ τῆ Ζήνωνος Φυσιολογίας, (MS. Palatin. *Menagio* teste *Φυσιολόγῳ*.) *Laert.* VII. 174.

Περὶ

Περὶ ἠδονῆς. *Laert.* VII. 87. et 175. librum secundum *Clemens* II. Strom. pag. 417. [P] *Libros contra voluptatem* vocat *Cicero* I. de natura Deor. cap. 14. De tabula *Cleanthis*, qua ruborem incullurus Epicureis Voluptatem fecit throno insidentem et virtutes ipsi ministrantes vide *Cic.* II. de fin. cap. 21. *Augustinum* V. 20. de C. D. *Gassendum* de Philos. Epicuri pag. 1685 sq.

Τῶν Ἑρακλείδης ἐξηγήσεων δ'. *Laert.* VII. 174.

Πρὸς Ἑλλλον. *Laert.* VII. 174.

Θεομαχία. *Plutarch.* de flum. Vide supra περὶ Γυγάντων.

Περὶ Θεῶν. *Laert.* VII. 75. *Hypocreat.* in Λέσχαι. Respicit *Cicero* II. et III. de natura Deor. *Macrob.* lib. I. Sat. cap. 17. 18. *Plutarchus* de vitando aere alieno.

Ἰαμβεῖα. *Simplic.* in *Epiclet.* pag. 329. *Seneca* Epist. 1. 6. *Plutarch* *Clemens* *Alex.* *Galenus* et *Stobaeus.* Vide *H. S. ephani* Poesin philosph. p. 51 sq. et 124.

Περὶ ἰδίων. *Laert.* VII. 175.

Περὶ τῶ καθήκοντος. *Laert.* VII. 175.

Περὶ καλῶν. *Laert.* VII. 175. [*Athen.* lib. VIII. pag. 335.]

Περὶ κατηγορημάτων. *Laert.* VII. 175. λεκτὰ ἴλα vocasse testatur *Clemens* VIII. 784.

Περὶ κυριεύοντος, (Sophismatis genere,) *Arian.* II. 19. *Epiclet.*

Περὶ λόγου, γ'. *Laert.* VII. 175.

Περὶ μαντικῆς. *Cic.* I. de diuinat. [cap. 3. vbi dicitur *Cleanthes* femina a *Zenone* in commentariis quasi sparsa, fecisse vberiora.]

Περὶ μεταλήψεως. *Athen.* XI. pag. 467. 471.

Μυθικά. *Athen.* XIII. pag. 752. Librum V. *Porphyr.* in limine vitae *Pythag.* In hoc opere videtur commentitiarum fabularum reddere voluisse rationem, quod *Zenonem*, *Cleanthem* ac *Chrylippum* facere conatos tradit *Cicero* III. de Nat. Deor. Respicit *Cornutus* lib. de Diis cap. 31.

Περὶ νόμων. *Laert.* VII. 175.

Περὶ ὀσμῆς, β'. *Laert.* VII. 174.

Περὶ ὀρῶν libri, quorum primum citat *Plutarch.* de flum:

Περὶ τῶ ποιητῆ. *Laert.* VII. 175. quod bene potest exponi de *Homero.* Nam quod e *Clemente* V. Strom. pag. 534. Menagius obiicit, laudante *Cleanthis* ποιητικῆν, nihil huc facit; nihil enim isto loco aliud significat hoc vocabulum, quam poema, quia ex poemate quodam *Cleanthis* quatuor versiculi ibidem a *Clemente* adferuntur. *Fabric.* conf. supra; in vol. I. pag. 509. voc. *Cleanthes.* *Harl.*

Πολιτικός. *Laert.* VII. 175.

Περὶ πράξεων. *Laert.* VII. 175. [P]

Προτρεπτικός. *Laert.* VII. 175.



Περὶ τῆ τῶν σοφῶν σοφιστεύειν. *Laert.* VII. 175.

Περὶ συμποσίε. *Laert.* VII. 175.

Περὶ τέλσε. *Laert.* VII. 175.

Περὶ τέχνης. *Laert.* VII. 174. *Cic.* IV. de Fin. cap. 3. *Scriptit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Stoicorum principes de arte oratoria scripsisse, tradit etiam *Quintilianus* III. 1.

Περὶ τρόπων. *Laert.* VII. 175.

Περὶ ὕμεναίε. *Laert.* VII. 175.

Περὶ φθονερίε. *Laert.* VII. 175.

Περὶ φιλίε. *Laert.* VII. 175.

Φυσικὰ ὑπομνήματα. *Plutarch.* de Stoicor. contradict. Forte respicit *Stobaeus*, *Cleanthem* saepius laudans in *Eclogis Phys.* vt *Plutarchus* de placitis *Philos.* et *Galenus Hist. Philos.*

Περὶ χάριτε. *Laert.* VII. 175.

Περὶ χάλκε, nisi περὶ χρόνε legendum *Laert.* VII. 174.

Περὶ χρεῶν. *Laert.* VII. 175.

Περὶ χρόνε. *Laert.* VII. 174.

Apud *Ausonium* disputator ad *Cleanthem*, *Stoicum*.

Eximium *Cleanthis* Hymnum ad *Iouem* carmine hexametro, quod incipit Κύδιε ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατέε αἰεῖ, et legitur quoque in *Stobaei* eclogis, primus e *MSto Farnesiano* eclogarum *Stobaei* graece iuris publici fecit *Fulvius Vrsinus* post fragmenta nouem foeminarum et Lyricorum, *Antwerp.* 1568. 8. pag. 272. Deinde cum aliis quibusdam *Cleanthis* fragmentis, versu scriptis, recudi curauit *H. Stephanus* in *Poesi philosophica* ann. 1573. 8. pag. 49 sq. et 124. inter quae et versus hexametri quatuor seruati a *Clemente Alex.* V. *Sicrom.* pag. 554. [f. pag. 715. et in *Protreptico* cap. 6. pag. 61. coll. *Cudworth.* *syll. intell. vers. Moshem.* lar. tom. I. p. 649.] Eundem hymnum *Cleanthis* cum latina *Iacobi Duporti* viri doctissimi metaphrasi poetica integrum *Radolphus Cudworthus* inseruit incomparabili operi, anglice edito, cui titulus est *Intellectuale Systema* vniuersi pag. 432 sq. [f. tom. I. pag. 662. cum nota, edit. *Moshemii* *Leidenensis.* *Brunck.* recensuit et exhibuit illum hymnum primum in *Analect. poet. gr.* tom. III. pag. 224 sq. tum separatim, denique cum versionibus latina *Duporti*, gallica *Bougainville* et itali a *Pompeii*, in gnomicis poetis graecis pag. 141 sqq. — *Pompeii* versio metrica atque elegans exstat quoque in illius *Operibus*, italice scriptis, *Veronae*, tom. II. ann. 1790. — Germanice vertit, adiecto et breui commentario et dissertat. de *Stoicorum* theologia, cl. *Gedicke* in *Museo germanico*, mense *Iul.* 1778. Separatim ediderunt 1) cl. *Frid. Guil. Sturz*, in praesenti *Professor* gymnasii *Gerani*, cum notitia litteraria, tum interpretatione critica, grammatica et philosophica, subiuncta quoque *Gedickeii* versione germanica, *Lipshae* 1785. 4. 2) cl. *Hermann Heimart Cludius*, cum copioso doctoque commentario, *Gottinae* 1786. 8. Hymnum, e graeco conuersum numerisque adstrictum, dedit latin. et paucis illustrauit *Andr. Christoph. Henr. Wicisi*, (quum adhuc gymnasium

Windsheim. moderaretur,) in Progr. Rotenburgi ad Tubar. 1783. 4. Ego quoque gr. recepi illum hymnum in Anthologiam graecam poeticam, Baruthi 1792. pag. 84 199. *Harl.*] — Neque forte errauerit, qui dixerit, S. Paulum, apostolum, cum versiculum τὸ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν commendauit Atheniensibus Actor. XVII. 28. addiditque ὡς καὶ τινες τῶν κατ' ἑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν, non respexit ad solum popularem suum, Aratum, Cilicem; sed etiam ad Cleanthem, qui Athenis vixerat, et in cuius hymno iam laudato verso statim quarto diserte legitur: ἐκ σὲ γὰρ γένος ἐσμὲν, *omnes Tui namque proprogo* [P] *Nos sumus.* Euthalius, a Laur. Zaccagnio editus, p. 420. notat, dictum, a Paulo citatum, esse Ἀράτῃ, Ἀστρονόμῃ, καὶ Ὀμήρῃ ποιητῇ. Sane Homero quoque audit Iupiter πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. [In *Epidicti* manuali cap. 52. p. 206. edit. Heynii, et repetiti ab *Arriano* IV. 1. pag. 565. ac IV. pag. 594. leguntur quatuor Cleanthis iambi, a *Seneca* epist. 107. latine versi. *Harl.*] Fuit et *Cleanthes* quidam *Samius*, mathematicus, si credimus *Palmerio* *Grantesmenilio* in notis ad scriptores graecos pag. 457. Sed locus *Plutarchi* lib. de facie in orbe lunae p. 923. ita legendus videtur: ὡς περ Ἀρξισαρχὸν ᾤετο δεῖν Κλεάνθῃς τὸν Σάμιον ἀσεβείας προκαλεῖσθαι τὴν Ἑλλάδα, quo παῖτο *Cleanthes* *Aristarchum*, *Samium*, putauit violatae religionis a *Graecis* debuisset postulari, ὡς κινδύντα τὸν κόσμον τὴν ἐσίαν, utpote qui *Vestam* vniuersi, (terram enim moueri docuit *Aristarchus*.) mouisset loco. In editis *Plutarchi* libris male legitur: ὡς περ Ἀρξισαρχὸς ᾤετο Κλεάνθῃ τὴν Σάμιον etc. *Fabric.* *Cleanthes*, Ponticus, *Heracliti* scriptum illustrans, *Diogen. Laert.* IX. 15. *Harl.*

*Clearchus*, Solensis, *Suidae* memoratus, nescio, an *Stoicus*. [*Clearchi* locum apud *Athenarum* XII. pag. 540. corrigit *Toup.* in emendatt. in *Suidam* et *Hesychium* etc. vol. III. Oxon. 1790. 8. pag. 131.]

*Clemens Alexandrinus*, in *Stoicorum* disciplinam, propensior, vt notat *Guil. Caneus* epist. apo'oget. aduersus *Io. Clericum* pag. 60. Etiam a *Lipso* accensetur *Stoicis*, libr. X. manuuction. diss. 17. Sed ego assentior *Io. Hermanno ab Elswich*, qui *eclecticum* potius agnoscit, pag. 133. ad *Launoium* varia de *Aristotelis* fortuna.

[*Cleomedes*, *Stoicus*, de quo in capite de *Eudoxo* et aliis astronomis §. XXII. agitur.]

*Cleomenes*, a *Sphaero* institutus. vid. infra in *Sphaero*.

[*Coeranus*, *Stoicus*. vid. *Lipsum* comment. ad *Tacitum* pag. 399. *Heumann*]

**ANNAEVS CORNVTVS**, philosophus sectae *Stoicae*, praeceptor *Perfii* et *Annaei Lucani*, poetarum, a *Nerone* in insulam relegatus et prope occisus est, vt refert *Dio* lib. LXII. pag. 715. \*) quod, quum *Nero* plurimos iam libros versibus scripserat de rebus gestis

\*) Cap. 29. pag. 1025. vol. II. edit. *Reimar.* cuius doctrinam notam confules. Is iam laudauit, qui de *Cornuto* vberius disputarunt, *Valesium* ad *Eusebii* H. E. VI. 19. pag. 122. a. *Scaliger.* ad *Eusebii* *Chronicon* pag. 197. *Cajaubonum* ad *Perfii* satyram V. *Vossium* de hist. lat. I. 26. pag. 135. sq. *Suidae* locum de *Cornuto* bene distinguit, mo-

netque, ne quis cum *Vossio* ex *Dionis* loco historicum faciat *Cornutum*. Denique contra *Tillemontium*, qui pag. 523. tempus exilii siue potius deportationis refert ad ann. Chr. 67. h. e. V. C. 820. ostendit, *Cornutum* esse in insulam deportatum ante *Telcinum* consulem ann. V. C. 819. ann. Chr. 66. nempe post quinquennale *Neronis* ludicrum

gestis Romanorum, et adulatoribus suadentibus quadringentos esset compositurus, monitus est a Cornuto, nimios fore, neque a quoquam legendos: quumque, nescio quis, obiiceret, Chrysippum, quem ipse laudibus eueheret et cuius sectator esset Cornutus, etiam plura volumina scripsisse, tulit responsum, illa vtilia vitae hominum, haec vero, imperatoris scilicet, esse inutilia ac nullius pretii. Tragicus fuit et libros philosophiae reliquit, teste auctore vitae Persii, quam ad Suetonium auctorem plerique referunt <sup>5)</sup>. Suidas [et Eudocia, quae Suidam compilauit, pag. 273.] Leptitanum e Lepti, Africae, fuisse, refert et πολλά φιλοσόφά τε καὶ ῥητορικὰ scripsisse testatur. Et ῥητορικὰς Cornuti τέχνας et τὴν πρὸς Ἀθηνόδορον καὶ Ἀριστοτέλην γραφὴν citant Porphyrius et Simplicius in Categor. Ceterum ex scriptis huius philosophi nihil exstat, quam ΘΕΩΡΙΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΘΕΩΝ ΦΥΣΕΩΣ siue *liber de natura deorum*, saepius editus sub nomine *Phornuli* et ad physicas ac morales trahens allegorias, quae de diis apud Graecos tradebantur, curiosiusque inquirens nominum illorum etymologias, exemplo Zenonis, Cleanthis, Chrysippi et aliorum e Stoa philosophorum. At enim *Cornutum* esse auctorem, docent *Theodoritus* II. Therapeut. pag. 35. qui <sup>6)</sup> Ἑλληνικὴν Θεολογίαν a Cornuto, philosopho, scriptam tradit: *Eusebius* VI. 19. Hist. [P] qui Origenem e Cornuti scriptis allegoricum theologiam ethnicam interpretandi modum didicisse e Porphyrio scribit, et auctor Etymologici Magni, qui in *Zeus* profert quaedam e Cornuti Ἑλληνικῆ Θεολογία, quae in huius libri capite I. leguntur, et passim Etymologiis, in eodem libro obuiis, vitur: denique hoc comprobant Vaticanus, Rauii et alii codices duo Msti, a Galeo laudati, in quibus inscribitur, non *Φερνέτης*, sed *Κερνέτης. ἐπιδρομή τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν Θεολογίαν παραδιδόμενων*. Quae sententia placet etiam viris doctis Io. Meursio in Bibl. Graeca et praef. ad Apollonium Dyscolum, atque Henr. Valesio pag. 122. ad Euseb. Vossio, Galeo, Barthio [Huetio dem. euang. prop. IV. cap. 8. §. 5 pag. 185.] aliisque. In cod. Philelsi XVII. 23. Epist. inscribitur *Κερνέτης περὶ ἀλληγοριῶν*. — [In cod. Veneto D. Marci CCCCXC. reperit cl. *Villoison*. Cornuti opus de natura deorum, quod integrum in hoc codice huc vsque delituit. vid. eius anecdota graec. tom. II. pag. 243.] Graece primus edidit *Aldus* cum Aesopi fabulis, Pa-

A a a 2

laephato,

etum anni 218. Chr. 65. Adde de Cornuto *Hornium* hist. philos. lib. IV. cap. 6. pag. 254 sq. M. *Ge. Nicol. Kriegk* in diss. de A. Persio Flacco, poeta satirico, Iena 1701. 4. *Cren* ad Casaubon. de satyrica Graecorum poeti et Romanorum satira, edit. Rambachii pag. 232 sqq. *Vinetum* in praefat. ad Pseudo-Cornuti scholia, *Brucker*. in hist. crit. phil. vol. II. pag. 537 — 540. — *Cornuti historia*, quam *Lacharem*, sophistam, confecisse scribit Suidas in *Lachares*, tom. II. pag. 419. perit. — De opinionibus Cornuti physicis s. theologia physica quaedam obseruat cl. *Villoison*. in comm. de triplici theologia mysteriisque vet. pag. 231. pag. 324. pag. 326. refutat Moshemium ad Cudworth. I. pag. 625. etc. *Hart*.

5) Conf. doctam *Io. Iac. Breilingeri* exercita-

tion. criticam in vitam A. Persii Fl. in *Schelhornii* Amoenitate litterar. tom. X. pag. 1103 sqq. qui neque Suetonio, neque Cornuto, sed feriori cuidam exegetae tribuit illam vitam, ab aliis postea mutilatam corruptamque: ibid. sunt Remarques de Mr. *Bouhier* sur la diss. critique in vitam A. Persii Flacci, pag. 1133 sqq. pag. 1137. credit *Bouhier*, nomen scribendum esse, *Annetius Cornutus*. adde *Oudendorp*. ad illam vitam in editione Suetonii pag. 1001 sqq. qui defendit lectionem, *Annaeus Cornutus*. A *Dione Cassio* l. c. scribitur Ἀννῆος Κορνῦτος. *Hart*.

6) Non esse hanc inscriptionem ab auctore, probe animaduertit *Vossius* Arte Histor. pag. 36. et de Hist. Graecis pag. 228.

laephato, Heracliti allegoriis Homericis, hieroglyphicis Hori et prouerbiorum e Tarraeo ac Didymo collectione, Venet. 1505. fol. atque libro ipsi quidem praemisit nomen Φερύστε, sed in calce libri: τέλος τῆ περι τῆς θεῶν φύσεως Κερύστε, et in titulo totius voluminis: *Phorastus, seu, ut alii, Cornutus de natura deorum*. In Msto codice Bibl. Augustanae \*) inscribitur Πολυδαίκες Φερύστε, et Gesnerus pag. 567. Bibl. testatur, se inter codices Bibl. Vaticanae reperisse *Polydeucen Furnivum de fabulis Graecorum*. Filii quoque nomen, cuius studiis hunc librum auctor dicauit, in codice, quo Gyraldus est usus, et in Oxoniensi vno, quem Galeus inspexit, vocatur *Georgius: ὁ ἑρακλῆς, ὁ παιδῶν Γεώργι*. Sed et Pollucis illud praenomen et nomen Georgii subditium mihi et meliorum codicum auctoritate reiiciendum videtur. Post Aldinam editionem graecam, lucem vidit *latine* quidem *Idoco Velareo* interprete, Antwerp. 1528. 8. et cum Hygino, Palaephato, Fulgentii Mythol. et de voc. antiq. Arato cum Germanici Metaphras. et Proclo de Sphaera, Basil. 1549. 1570. fol. *Graece et latine cum versione Conradi Clauseri*, Tigurini, additus Palaephato cum versione Phasianini, et Iuliani Aurelii, Lessignientis, libris III. de cognominibus Deorum Gentilium. ibid. 1543. 8. In hac editione paginis versionis singulis inscribitur *Cornuti Liber de Natura Deorum*. Denique cum Conradi Clauseri versione et notulis suis atque castigationibus eruditus hunc Cornuti libellum edidit vir egregius *Tho. Galeus* inter scriptores Historiae Poeticae, Cantabrig. 1671. 8. et Amstelodami 1688. 8. qui in praefatione duplici [P] praef. ad edit. Cantabrig. *Cornutus*, inquit, *spissius nobis negotium facessibat πολλοῖς ἔλκεσι βεβύων. Suppetiar venere hic tres codd. Oxonienses, calamo exarati, quorum mihi copiam fecit eruditus et amicissimus vir Tho. Hyde, Bibliothecarius Bodleianus. Ex iis nonnullas ipse emendationes exceperam, alias, (partem longe maximam,) et capitis ultimi fragmentum, haecenus desideratum, idem semper mihi colendus Eduardus Bernhardus suppedavit. Liber Gyraldus in syntagmatibus (de Dis) infinitos locos in hoc scriptore ex vet. codice sanarat, eos quoque huc aduximus. Copei ut finem Clauseri vsingere, sed abstinui statim. Probat, inquit? Ita quidem, ut existimem, eam vix tantum litura opus habere. Velarius item se et Cornutum ea em opera traduxit. Aliam interpretationem concinnare non leuit per operas typographicas, quibus quotidianum pensum conscribendis istis annotationibus solaturum me receperam. Ante Velareum et Cornarium traussit lit. latine *Malarius*, nescio quis, cuius versionem ante sexcentos vel septingentos annos compositam vidisse se scripsit *harthius* ad Statium tom. II. pag. 401. [Novam editionem, insuavis in locis emendam, cl. *Villoison*, cod. Veneto usus, promisit in Anecdoris graecis, tom. II. pag. 243. et in commentar. de triplici theologia mysteriisque veterum pag. 324. *Hnl.*] Usus hoc Cornuti libro etiam Porphyrius est in scripto de antro Nympharum et altero deperdito *περι ἀγαλμάτων*, ut notatum Galeo, qui ad utramque editionem suam, Cantabrigientem praefertim, praefatus non pauca de Cornuto monuit. Hic capite XVII. cum fabulam Hesiodi de Chao eiusque generatione ἀλληγορικῶς explicasset, commentarium in illum poemam promittere videtur his verbis: ἀλλὰ τῆ μὲν Ἡσιόδου τελειότερόν ποτ' ἂν ἡ ἐξήγησις γένοιτο, τὰ μὲν τινὰ, ὡς οἶμαι, παρὰ τῶν ἀρχαιοτάτων*

\*) Vide eius Biblioth. Catalogum MSS. a Reifero editum pag. 80.

τάτων αὐτῆ παραληφῶτος, τὰ δὲ μυθικώτερα αὐτῆ προσθέντος, ὃ τρόπο καὶ πλεῖστα τῆς παλαιᾶς θεολογίας διεφθάρη. *Sed Hesiodi quidem perfectior interpretatio alio loco dari poterit, qui nonnulla, ut existimo, ab antiquissimis (Theologis) desumpsit, fabulosa vero addidit ipse, qua ratione plurima capita antiquae theologiae non mediocriter corrumpi contigit.* Ita vertendus ille locus, nec Clausero nec Velareo intellectus. Polydeucem vero sive Poliuem Phurnutum, qui de Hercule agit cap. 31. scripsisse etiam opusculum de aerumnis Herculis, quod exstet Venetiis in Bibliotheca SS. Iohannis et Pauli, iam pridem tradidit in Bibliotheca Gesnerus. Et sane in codice etiam Oxoniensi praefigitur Cornuto libellus de laboribus Herculis, is ipse, qui ab Allatio <sup>v)</sup> graece et latine editus est: sed is quemcumque potius habet auctorem, quam Cornutum, Allatio etiam iudice Iohanni Pediasimo rectius adscribendus. Vtique codici praemittuntur versus politici, [P] qui incipiunt: τὸν ἐν Νεμέᾳ λέοντα etc. Qui vero in noua Bibliotheca MSS. Labbei pag. 106. traditur exstare Phornutus in Codice XXIX. regis Christianissimi, cum Thom. Magistro de vocibus Atticis, is non alius est ab edito libro de Diis <sup>w)</sup>. Vbi sunt Cornuti scriptis philosophicis, ceteris deperditis, Origenes in Stromateon Opere, teste S. Hieron. epistola ad Magnum, Iamblichus apud Stobaeum, Syrianus, Proclus, Simplicius, Stobaeus etc. Cornutum vero, Historicum Romanum, de quo Suidas, alium a nostro putauerim, quamuis denique addit: ἕτος ἁ Κορινθῶτος Λεπτίτης Φιλόσοφος ἦν, ἣ δὲ Λεπτις πόλις Λιβύης etc. Casaubono quidem iudice ad Satiram quintam Persii Cornuto, philosopho, inscriptam, multa de hoc falsa <sup>x)</sup> et inepta Suidas, cui fidem habere cau. ant. tirones <sup>y)</sup>. Nescio, an idem M. Cornutus, e cuius satira, latine scripta, Fulgentius profert haec verba: *Titi-villes Florence do tibi, vel L. Annaeus Cornutus, qui in gran maicum vocat Gellus II. 6. hunc sane indoctum et ignobilem, et lib. IX. cap. 10. hominum sane pleraque alia non indoctum nec imprudentem, ubi commentarios eius in Virgilium, Italico cuidam in scriptos et Macrobio etiam Charisioque et Seruio laudatos, et libros de figuris sententiarum, citat.* Non male quidem haec elogia quadrant cum eo, quod Cornutum, philosophum, ἐπὶ παιδείᾳ εὐδοκίμησαι τότε Dio Cassius testatur, et notum est, multos illa aetate utroque stilo graeco et latino scripsisse: diuersos tamen facit *Bonhius* ad *Caudian.* p. 128. Sane diuersus esse videtur *Cuius Cornutus*, cuius de orthographia quaedam refert *Cassiodorus* cap. 1. Diuersus quoque auctor veterum scholorum in Persium, si modo illa Cornuti alicuius sint. [vid. Breting r. supra laudatum.] Diuersus et *Cornutus,*

Αααα 3

nutus,

v) Inter excerpta Rhetorum et Sophistarum, Romae 1641. 8. pag. 321.

w) Quod in cod. Veneto etiam adiectus est Thomas Magister, nec, uti in cod. regio etiam videtur, *Cornuti* opus de natura deorum disertè dicitur, sed tantum allegoriae et physiologiae de nominibus deorum inscribuntur; alteruter codex ex altero manasse et descriptus esse videtur. *Hari.*

x) Videtur falsum illud, quod a Nerone ocisum tradit Cornutum Suidas, cum in exsilium tantummodo missum narrent Dio et Eusebius, quam-

quam utramque esse posse verum, notet *Ioufius* p. 247. Sed fallitur vir doctus, cum ibidem scribit, a *Gellio* II. 6. Cornutum sub Nerone occisum referri. Nusquam enim hoc refert *Gellius*.

y) Locus *Suidae* est tarditate librorum corruptus et confusus, ita, ut ex duobus membris vnum constaretur. Nam de duobus *Cornutis*, altero Romano, historico, aequali *Iulii*, altero, Stoico, nostro, agit *Suidas*, ut bene a-notauit locumque illius distinxit *Reimarus* ad *Dionis Cassii* locum supra memoratum. *Hari.*

*nutus*, medicus, de quo *Reines.* epist. ad Hofmann. pag. 538. quamquam *Cornuti* quoque, philosophi, scholas cum Persio frequentarunt Claudius Agaternus, *Reinesius* ibid. et pag. 710. Inscription. legit Agathemer,) medicus Lacedaemonius et Petronius Aristocrates, Magnesium. Diuersus quoque *Cornutus Tertullus*, Plin. IV. 17. et V. 15. epist. *Verecundus Cornutus*, in vet. inscriptione apud Spon. pag. 62. miscell. Diuersus denique *Cornutus*, quem Pseudo-Catonem vocat Cicero I. ad Atticum epist. 9. [P]

*Crates Mallotes*, grammaticus, Pergamenus, ab Attalo Romam missus circa Olympiadem CLIII. Panaetii praeceptor fuit, teste Strabone XIV. pag. 676. quin et ipse Philosophus Stoicus a Suida adpellatur. De eo videndi viri docti ad Sueton. de Grammaticis cap. 2. et Meursius in Bibl. Attica. De eius *διορθώσεις* Homerica dixi lib. II. cap. 2 §. 20. *Fabric.* supra vol. I. pag. 509. Cratetem Mallotem diuersum esse a Cratete Pergameno, docuerunt *Vossius* de histor. graecis libr. III. pag. 347. et *Burman.* ad H. Valesium (qui cum Iouio II. II. init. confudit quoque vtrumque,) emendatt. libr. V. cap. 17. pag. 133. aliosque VV. DD. laudat de Cratete Mallote: quibus addes *I. E. I. Walch.* de arte critica vet. Romanorum Ienae 1757. 8. et *Diogen. Laert.* IV. 23. vbi plures enumerantur *Crates.* *Harl.*

*Crinis.* *Arrian.* III. 2. *Epistet.* *Laert.* VII. 62. 68. 76. ἐν τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ. id. 71. Fuit et *Crinis* quidam sacerdos Apollinis, de quo vide scholia graeca ad Iliad. α. v. 39. et Suid.

*Crispinus*, de quo *Acro* ad Horatii lib. I. sat. I. vers. penult. Crispini, „philosophi cuiusdam loquacissimi, qui Aretalogus dictus est. Hic *Crispinus* poeta fuit, qui sectam Stoicam versibus scripsit.“ Idem ad sat. 4. *Hic similiter, vt Lucilius multos, sed malos versus faciebat.* *Fabric.* Est autem apud Horatium nomen fictum. Sic alius *Crispinus*, sed aeque fictum nomen apud *Iuuenal.* sat. I. 28. sat. IV. *Heumann.* qui in actis philos. tom. I. pag. 165 sq. inprimis tom. III. pag. 118 sq. firmiter tuetur et amplificat suam sententiam. *Harl.*

*Crispus Passenus.* *Senec.* praef. libri IV. Nat. quaest. et lib. I. de benefic. cap. 15. Vide de eo Lipsium ad Epigramma Senecae VI. [Falsterum memor. obscur. p. 46. *Heumann.*]

[*Curtius*, historicus in doctrina de fato fuit Stoicus, vt ex multis eius locis patet. Ceterum super religionem publicam abiecit, irridens praedictiones sacerdotum ex inspectione extorum, et magiam omnem vocans ludibrium. *Heumann.*]

*Damascius, Damascenus*, qui Iustiniani temporibus claruit, Suidae [et Eudociae pag. 134.] Stoicus dicitur, etsi Platonicae et aliarum quoque scholarum philosophicarum dogmatis non leuiter tinctus fuit. De illo et opere eius quod exstat, MS. περὶ ἀρχῶν dicendi locus erit infra libro V. *Fabric.* vide supra in catalogo Platoniorum p. 170. et Peripateticorum h. v. tum infra vol. IX. p. 416. 437. 491. vol. XIII. p. 784. *Iriart.* catal. codd. reg. Matrit. p. 328 sq. *Harl.* — *Pearson.* prolegom. ad Hieroclem, p. 23. *Heumann.*

*Damascippus.* *Horat.* lib. II. sat. 3. vers. 16. 64. *Fabric.* Cognomen Licinorum. Meminit eius *Cicero* ad diuers. XVII. 23. ad Attic. XIII. 29. 33. Alius *L. Damascippus* praetor, occurrit apud *Ciceronem* IX. ad diuers. epist. 21. *Velleium Patere.* II. 26. vbi vid. Boecler. et *Heinsium* p. 797. edit. Ruhnken., et alios. *Heumann.* tamen in act. philos. tom. III. pag. 119 sqq.

pag. 119 sqq. Damascippum apud Horatium suspicatur, nomen esse fictum. Num autem Damascippus apud Ciceronem fuerit Stoicus, incertum esse putat. *Hart.*

*Dardanus* et *Menesarchus*, principes Stoicorum Athenis, tempore Antiochi Afcalonitae ac Philonis, Acadēmici. Vide *Ciceronis* IV. Acad. quaest. cap. 22.

*Demetrius*, Diphili F. Bithynus, Panaetii Stoici discipulus. *Laert.* V. 84. Eius Epigramma in Myronis bouem, *Antholog.* IV. 7.

*Demochares.* *Laert.* VII. 14. in Zenone.

[*Demonax.* vid. supra inter Cynicos philosophos. *Heumann.*]

[*Dio Chrysostomus.* vid. *Fabric.* B. Gr. IV. 10, 1. pag. 306. *Heumann.*]

Ex *Arei Didymi* epitome, et *Aristoclis* Peripatetici libro VII. de philosophia *Eusebius* XV. praeparat. cap. 14. 15. 18. 19. 20. compendio refert dogmata Physica Stoicorum. Similiter *Laertius* VII. 48 sq. epitomen placitorum Stoicorum exhibet e *Dioclis* Magnēsii ἐπιδρομῇ Φιλοσόφων. *Fabric.* De hoc, forsan academico, aliisque *Areis* docte egit *Ionsius* III. 13. p. 2 sq. *Suidas* in voc. Διδυμος habet Διδυμος Ἀτῆιος, (et sic quoque *Eudocia*, vid. supra inter Platonicos pag. 171.) pro quo *Ionsius* maluit Ἀγεῖος, fretus auctoritate *Eusebii* XV. praep. euang. cap. 15. qui Ἀγεῖος cuiusdam facit mentionem. Enimuero *Kiister.* ad *Suidae* locum I. pag. 574. quum non satis constet, vtrum *Didymus* apud *Eusebium* idem sit, quem *Suidas*, (quocum consentit *Eudocia*; at codicem corruptum forsan sequuta,) nominat, et quum sit incertum. num *Eusebius* ex *Suida*, an hic ex illo sit corrigendus, *Ionsii* coniecturam in medio relinquit. Quatuor alios *Didymos* *Suidas* ibidem profert. *Hart.*

*Dinomachus.* *Lucianus* philopseud. tom. II. p. 330. [nisi nomen fictum est ibi. Apud *Cicer.* aliquoties occurrit *Dinom.* de Officiis II. 33. ibique *Heusing.*]

*Dio, Stoicus.* *Cic.* III. de legib. cap. 5. [*Laert.* VII. 190. et 192.]

*Diodorus Cronus*, Dialecticus, Zenonis iunioris Stoici patria Sidoni magister. *Laert.* VII. 16. *Suid.* in Ζήνων Σιδ. Ceterum apud Ciceronem *Diodori* Stoici nomen hinc inde male 2) irrepfit pro *Diodoto*, a quo *M. Tullius* institutum se refert in prooem. lib. I. de N. D. et quo vsus est familiariter, eumque apud se habuit. XIII. 16. ad familiar. (vbi vid. *P. Victorii* not.) et in *Bruto* cap. 90. vbi domi suae nuper mortuum refert. *Diodori* Stoici meminit quoque *Achilles Tatius* I'agog. in *Araium*. *Sextus Empir.* p. 241. *Math.* [pag. 285. et 286. edit. *Fabric.* adde in *Pyrrhon.* hypot. I. cap. 33. pag. 60. *Plin.* H. N. VII. 53. *Dingen.* *Laert.* II. III. ibique interpretes. *Eudosiam* pag. 136. *Ciceron.* quaest. acad. IV. 47 vbi vid. *Dauisium*, qui adnotat, *Gruterum*, *Lambinum* et alios perperam intulisse *Diodotum*. — *Diodorus Cronus* valens fuit dialecticus, *Apollonii Croni*, dialectici, discipulus, a *Diodoro* peripatetico, de quo supra in catalogo Peripateticorum

2) Nempe lib. IX. ad diuers. epist. 4. [vbi vid. interpretes.] et lib. XIII. epist. 16. vide *Fianc. Fabricii* iustor. *Ciceronis* XXII. 3 sqq. ad A. V. 669. *Heumann.* *Cicer.* quaest. acad. IV. cap. 36.

vbi vid. *Camerarium.* *Cicero* *Diodotum* ibi discrete vocat *stoicum*, quem, inquit, a puero auditui, qui mecum vixit tot annos, qui habitat apud me; quem admiror et diligo. *Hart.*

pateticorum et aliis Diodoris, (vid. infra lib. III. cap. 31. p. 776. vbi de Diodoro Crono rursus agitur, vet. editionis,) probe distinguendus. adde *Brucker*. I. pag. 610. vbi eum adscribit philosophis sectae megaricae seu Eristicae,) in primis pag. 615. Sed quando p. 896. *Diodorum Cronum* scribit fuisse magistrum Zenonis, parentis sectae stoicae, qui apud illum se dialecticae studio dedisset, confundere videtur tum antiquiorem *Diodorum*, tum iuniorem *Zenonem* cum aliis eiusdem nominis, sed diuersae aetatis. Atqui *Diogenes Laert.* VII. 25. ex Hippoboto id tradens, simpliciter tantum vocat *Diodorum*, adeoque a Diodoro Crono diuersum. Neque ego, si Diogenes aut Hippobotus verum scripserunt, video, qua ratione Zenonis antiquioris praceptor commode possit adnumerari Zenonis discipulis et stoicae philosophiae adseclis. *Harl.*

*Diogenes*, e Ptolemaide. *Laert.* VII. 48. [conf. *Bayle* Dict. voc. Diog. Babyl. not. D. pag. 298]

*Diogenes*, Seleuciensis, trans Tigrim, *B. bylonius*, Apollodori, Atheniensis, teste Scymno, Chio, siue Marciano, Heracleota, praceptor <sup>aa</sup>). Cum [P] Carneade ac Critolao legationem obiit Romam anno V. C. 598. de qua dictum supra in Academicis et Peripateticis. Vide et *Plutarchum* Catone Maiore pag. 349. et quae viri docti ad *Laert.* VI. 81. [*Eudocia* pag. 137. *Bayle* in Dict. at. *Diogene* — surnommé Babylouien, tom. II. pag. 291 sq. et addit. vid. *Lascaris* ac voc. *Portius* not. *H. Brucker*. vol. I. pag. 979. *Rossius* in commentat. Laertianis emendat locum *Diogen.* *Laert.* VII. 94. λογικῆ ὡς λογικῆ pro vulgato λογ. ἢ ὡς λογ. et illustrat boni definitionem, quae Diogeni, Babylonio, tribuitur. Idem ibid. p. 143 sqq. multus est de Diogenis, Babylonii, opinione, mundum esse immortalem, et de loco *Philenis* in libro de mundi immortalitate p. 650. edit. Turnebi refutatque Mangeyem, qui ibi Diogenem, Apolloniatem, cuius tamen aetas Stoicorum tempora longe anteiuit, male intelligit. *Harl.*] Eius περὶ Φωνῶν τέχνη. *Laert.* VII. 55 sq. 57 sq. διαλεκτικὴ τέχνη. 71. Videtur hic Diogenes etiam citari 84. quemadmodum et 39. — [Eius liber *de Minerva*, quo partum Iouis ortumque virginis ad physiologiam traducens, deiungit a fabula, memoratur a *Cicerone* de N. D. I. cap. 15. fin.]

[*Diognetus*. Marc. Antonin. I. 6. praceptor Antonini: num vero ab eo Diogneto, qui artem pingendi docuerat Antoninum, diuersus fuerit Stoicus, nec ne? non omnes consentiunt. Vtrumque quidem discernunt *Salmaf.* ad Capitolin. cap. 4. et *Reimarus* ad Dion. Cassium lib. LXXI. t. p. 1177. §. 9. Contra *Gatackerus* ad locum Antonini et *Brucker*. vol. II. pag. 583. censent, vnum eundemque fuisse hominem, et potuisse Diognetum pictorem, imperatorem impellere ad philosophiae studium, monitaque eiusmodi illi suggerere, etiam qui philosophiam non esset professus, aut, (quod quidem est probabilius,) potuisse eundem esse pictorem et philosophum. adde supra in catal. scriptorum de Alexandro M. pag. 40. *Harl.*]

*Dionysius*,

<sup>aa</sup>) Fuit quoque praceptor Panaetii iunioris, (Sunt in Παναίτιος,) item Carneadis in dialectica; *Cic.* *de Academ.* IV. 30. ex quo loco praeter ea discimus, mercedem dialecticorum fuisse minam.

Laelius eum quoque audiuit, *Cic.* *de Finib.* II. 8. Chryssippi autem discipulus. vid. *Cic.* *de Diuin.* II. 43. vbi *vir optimus*, et de diuinatione scripserit dicitur. adde *Cic.* *de Fin.* I. 2. *Harl.*



*Dionysius*, Alexandrinus, Chaeremonis, philosophi, discipulus et successor. Suid. in Διονυσ.

[*Dionysius*, Halicarnassensis, fuit Stoicus. vid. *Vossium* de idololatr. I. cap. 10. infra cap. 32. lib. III. de Dionysio Hal. pag. 783. vol. III. edit. veteris et pag. 702. *Heumann*.]

*Sextus Herius.* *Iconf.* pag. 209. *Fabric.* *Fabric.* infra in vol. XII. pag. 615. vbi plures *Sexto* recenset, de *Herio* ita iudicat: „*Sextus Herius* inter Stoicos a *Ionio* memoratur: non memini, ex quo veteri scriptore. Alius *Herius*, *Asinii Pollionis* filius, de quo *Seneca*, pater, praefat. ad lib. V. excerptor. e controuersia.“ Idem tamen in *Addendis* ad hoc volumen adnotauit; *Sextus Herius Musolus, philosophus stoicus, in vet. inscript. apud Fuluium Ursinum* pag. 70. *elog. Heumannus* margini sui exempli adscripsit: pro *Herius* apud *Ionium* videtur legendum *Herennius* vel *Sextus Aetius.* *Harl.*

*Sextus Pompeius.* *Cicero* *Bruto* cap. 47. [P]

*Sofus, Aftalonita.* Supra in *Antiocho.*

*Sotion Alexandrinus,* (male *Σιτων* apud *Syncellum* pag. 318.) apud quem sedisse se puerum, testatur *Seneca.* Inde *Senecae* magistrum vocat *Lactantius* VI. 24. — [conf. *Meiners.* histor. dogmatum etc. apud Graecos et Roman. I. pag. 296. coll. biblioth. critica Amstel. tom. II. part. VIII. pag. 115. g. supra in vol. I. pag. 874 sq. in catal. *Pythagoreorum*; et alios eiusdem nominis in catalogo *Peripateticorum* h. v. *Harl.*] — Alius *Sotion* antiquior, qui de successione Philosophorum scripsit. Vide *Lipsii* *manuduct.* lib. I. diss. 12. et *Ionium* lib. II. cap. 10.

*Sphaerus,* *Borysthenites* sine *Bosporanus,* inter praecipuos *Zenonis, Citici,* et *Cleanthis* auditores, *Lacedaemone* docuit atque inter alios *Cleomenem* instituit ad virtutem. Vide *Plutarchum* *Cleomene* pag. 805. *Laert.* V. 37. et VII. 177. [*Ionium* III. 3, 2. pag. 171. *Brucker.* I. pag. 971 sq.] *Chryssippi* apud *Cleanthem* condiscipulus. *Athen.* VIII. pag. 354. Scripta eius refert *Laert.* VII. 178. inter quae, *περὶ Ἡρακλείτου ἑ διατριβῶν* (malim disiungere: *περὶ Ἡρακλείτου,* et libros quinque *διατριβῶν*) *περὶ Λακωνικῆς πολιτείας, περὶ Λυκῆρος, περὶ Σακράτους, περὶ μαντικῆς, περὶ ἑσπερικῶν φιλοσόφων.* Contra *Sphaerum* hunc scripsit *Chryssippus,* id. 198. *Cleanthes* vero eundem misit ad *Ptolemæum Philopatoram,* (qui regnauit ab *Olymp.* CXXXIX<sup>2</sup>. ad CXLIX<sup>4</sup>.) id. 185. Eius librum de rep. *Lacedaemoniorum* laudat et *Athenaeus,* et respicit *Plutarchus* in *Lycurgo.* *Hominem,* inprimis bene definitum, antiquis Stoicis habitum hunc *Sphaerum,* testatur *Cicero* IV. *Tusc.* quaest. 24. *Fabric.* — Alius *Sphaerus* olim habebatur *Augusti* praeceptor ex dubia lectione apud *Suetonium* in vita *Caesaris* *Octavianiani*



viani Augusti cap. 89. *repletus Sphaeri* etc. atque Graevius opinatus est, *repletus in Sphaeri, Arci* etc. Sed Salmasii correctionem *repletus est per Arci philosophi — contubernium* etc. adoptarunt Gronovius, Burmannus, et Oudendorp. quorum notas et coniecturas conferes. At *Ernesti* retinuit lectionem *repletus, Sphaeri, Arci — contubernium inuit*, et Sphaerum intelligit libertum ac paedagogum Octavii, quem ipse publico funere extulit, vt ex *Dione* colligit lib. XXXVII. cap. 33. tom. I. pag. 550. edit. Reimari, vbi in nota Fabricius in Suetonii loco cit. *Sphaeri* reddidit. In meo, olim Cortii, codice Suetonii membran. locus mutilus ita legitur: *deinde eruditione etiam varia repletus philosophi filiorumque eius dyonisi nicanoris contubernium inuit*, omillis vocc. *Sphaeri, Arci. Harl.*

*Spurjus Albinus. Cicero* Bruto, cap. 25.

*Stertinius*, philosophaster Stoicus, qui scribillando victum quaerebat, et quem perstringit *Horatius* II. Serm. 3. vers. 33. *si quid Stertinius veri crepat.* ibid. v. 296. *Haec mihi Stertinius sapientum oblaui amico Arma dedit.* Idem Epist. I. 12, 20. (vbi vid. Wielandii notam ad versionem germanicam,) *an Stertinium deliret acumen;* sic eius stoicismum adpellat propter paradoxa, et vet. schol. notat ad h. l. „*Stertinius iste ducentos viginti libros Stoicorum latine scripsit.*“ adde *Hornii* histor. philos. lib. IV. cap. 4. pag. 245 sq. *Harl.*

*Strabonem*, Amasenum, Geographorum principem, licet Peripatetica etiam dogmata edoctum, Stoicis tamen maioris fauissse eorumque placita sequutum esse, euincit aduersus *Xylandrum* I. *Casaubonus* praefat. ad Strabon. et in notis haud vno loco, [e. gr. lib. I. pag. 11.] tum *Vossius* II. 6. de Hist. Graecis. Stoicum philosophum vocat *Stephanus* in *επιστολας*. *Fabric.* vid. *Ionisus* II. 16. 3. pag. 242 sq. *Gaudentius* de philosophia Roman. cap. 20. pag. 166. et cap. 51. *Heumann.* *Fabric.* B. Gr. IV. cap. 1. §. I. pag. 3. vol. III. vet. edit. *Brucker.* vol. II. pag. 82. et pag. 468. §. V. *Harl.*

*Sura.* Reines. epist. ad Rupertum pag. 476.

[*Tacitum* fuisse Stoicum, statuitur in Gundlingianis tom. II. pag. 202 sq. *Heumann.*]

*Luc. Telephus*, consul a. Ch. 66. Philostrato in vita Apollonii laudatus. vid. Reinesium I. c. pag. 476. 492 sq.

*Themistocles*, cuius meminit *Longinus* p. 244. edit. Tollii e Porphyrio in vita Plotini cap. 20. *Synceillus* pag. 380.

Alius *Themistocles*, Stoicus antiquior, quem colloquentem inducit *Plutarchus* lib. I. Sympos. quaest. 9.

*Theo, Alexandrinus*, Arci, de quo infra inter geometras, et Augusti, imp. tempore clarus, quem Suidas ait scripsisse τῆς Ἀπολλοδώρου (Ephilli) φυσικολογικῆς εἰσαγωγῆς ὑπόμνημα et artis rhetoricae libros III. [adde *Eudociam* pag. 229.]

*Theo, Antiochenus*, qui scripsit Apologiam Socratis, eodem Suida teste.

*Theo, Tithoraeus*, Boeotus. *Laertius* IX. 82.

*Theodorum Chium* et *Milesum*, itemque tertium huius nominis Stoicos memorat *Laertius* II. 104. [P]

*Theſmopolis.* Lucian. de mercede conductis tom. I. pag. 472 ſqq. [Eſt nomen fictum, iudice *Heumanno* in act. philoſ. III. pag. 114.]

*Thraſea Paetus*, qui vitam Catonis, Vticenſis, ſcripſit, hinc mori iuſſus a Nerone. Vide *Ionſum* III. 5, 3. et *Voffium* de Hiſt. latinis pag. 135. Sub huius Thraſeae titulo librum in adfectis habuit Iuſtus Lipſius, quo diſquiſiuit, quatenus ſapienti viro <sup>uu</sup>) fas ſit vel ius, ſibi ipſi mortem conſciſcere. Vide *Centur.* 2. epiſt. miſcell. 22. et epiſtolam, quam Velleio ſuo praemiſit ad Theodorum Leevvium.

*Thraſonides.* *Laert.* VIII. 130. *Suid.* in *'Egws.*

*Timocles.* Lucian. Ioue tragœdo tom. II. pag. 129 ſqq. [Etiam nomen fictum habet *Heum.* I. c. pag. 114.] Fuit et vetuſtior quidam *Timocles*, Syracuſanus, cui Orphei ſcripta quaedam tributa fuiſſe teſtatur *Suid.* in *'OgQeús.* De *Timocle*, Athenienſi, dixi ſupra lib. II. cap. 22.

*Trypho*, Stoicus et Platonicus. *Porphyr.* vita Plotini cap. 17.

Q. *Aelius Tubero.* *Plutarch.* Lucullo f. 518. *Seneca* epiſt. 96. *Cic.* pro Muraena cap. 36. et in Bruto cap. 31. Panaetii auditor, Scipionis, Africani, ſororis filius, *Pompon.* I. 2. §. 40. de orig. iuris. *Reimſus* pag. 413. 414. epiſt. ad Hofmann. *Fabric.* — *Pag.* *Gaudentius* de philoſ. Roman. cap. 15. *Cuiacii* Obſ. pag. 1224. *Lipſi* comment. in Tacit. pag. 442. *Heumann.*

*Tullianus.* Firmicus VII. matheſ. pag. 106. qui ſtoicam ſectam vero ſequuntur adfectu. Tales fuerunt apud veteres Catones; talis noſtris temporibus Tullianus, qui ſeueritatis merito etiam ordinarii conſulatus inſignia conſequutus eſt. Tullianum in falſis fruſtra quaeres.

II. *Terentium Varronem*, Romanorum doctiſſimum, Stoicis accenſet *Leonardus Cozzandur*, quem vide ſis libro tertio de Magiſterio antiquorum Philoſophorum pag. 231 ſq. Prodiit liber Geneuae 1684. 12. *Fabric.* Vtrumque erraſſe et Varronem academiae veteris famam atque honorem inter Romanos optime vindicaſſe atque tutum eſſe, contendit *Brucker.* II. pag. 30 ſqq. conf. *Cic.* acad. quaest. I. 5 ſqq. 13. etc. *Harl.*

*Xenocrates*, Platonis diſcipulus, ſtoicam ſectam condidiſſe fertur a *Nonno* hiſt. 23. ad Nazianz.

*Zeno,*

uu) Eiuſdem argumenti librum paullo ante obitum composuit *Io. Vergerius*, Abbas Sancyranus, ſub inſcriptione *caſus Regii.* In hoc triginta et quatuor occaſiones notauerat, in quarum aliqua homo conſtitutus poſſet recte *εὐχραν εὐνοῦν.* Iohan- nis vero Donnei, Decani Londinenſis, *βιβλίον*, anglice poſt auctoris fata et contra ſpirantis deſiderium, (librum enim a ſe forte amiſſum volebat a recuperatore herede aeternis tenebris mandari,) in lucem editum et Londini recuſum, quo contendit, non omne propricidium ſua natura turpe atque iniuſtum eſſe; hunc, inquam librum argumentis non inſiciandis conſutauit *Io. Adamus*

in libro cui titulus: *Specimen diatribae de Autochiria ſive: An Eſſay concerning Selfmurther, where in is endeavoured to prove that it is unlawful according to Natural principles.* Londini 1700. 8. Idem Ienae quoque probandum in ſe ſuſcepit *Chriſtoph. Aug. Heumann.* in exercitatione de *αὐτοχειρίᾳ* philoſophorum, 1703. 4. conf. *Journ.* des Sav. 1705. pag. 867. In catalogo biblioth. Barberinae tom. I. p. 610. memoratur *Andreae Leonis caſus, an aliquis ſponte interficiens ſe ipſum, adſerens, licitum eſſe, interficere ſe ipſum, ob gloriam dei, ſit formaliter haereticus?*

Zeno, Citiens, quem Poenulum vocat Cicero (*Laert.* VII. 3. et *Suidas* Φωνυδίων,) quod Citienses e Phoenicia fuerint profecti. Xenocratis primum et Polemonis, (*Laert.* VII. 2. et 25. Stilponisque id. 2. et 25.) Platoniorum discipulus fuit: (*Euseb.* XIV. Praeparat. pag. 729.) a quibus exiguam, cur discederet, causam habuisse docet Cicero IV. de Finibus<sup>vv</sup>. Audiuit deinde Cratetem, Cynicum (*Laert.* VII. 3. 12. 24. 32.), et Heracliti<sup>vvv</sup> libros legit, unde austerus euasit [P] et Cynicus. Frequentauit etiam Didorum, dialecticum, cognomento Cronum, quem audiuit et alter Zeno, iunior, Sidonius, (id. 25. et 16. [adde *Eudociam* pag. 204.]) Hinc ipse nouam condidit sectam, licet non tam rerum inuentor, iudice Cicerone III. de fin. quam nouorum verborum, et qui decori magis ac verecundiae rationem haberet. Adseiuit plures discipulos, qui ab ipso primum Zenonii, deinde a poecile Stoa, siue porticu, in qua docebat, sunt adpellati Stoici. (id. 5.) Magna gratia valuit apud Antigonum Gonatam, Macedoniae regem, de quo supra dixi. Hic rebus praefuit ab Olymp. CXXV $\frac{2}{3}$ .<sup>xx</sup> ad CXXXV $\frac{1}{2}$ . et Zenoni diu superuixit. Zenonis amicitiae cum Antigono meminit *Aelianus* var. hist. VII. 14. IX. 26. XII. 25. [conf. *Brucker.* vol. I. p. 897.] Docuit Zeno per annos LVIII. (*Laert.* VII. 28.) Vixit annos saltem octoginta (176.) nisi supposititia sit *Epistola eius ad Antigonum*, quam dat *Laertius* VII. 8. At Perlaeus discipulus, duos tantum et septuaginta annos tribuit (id. 28.) alii longe pauciores, (*Suid.* in Άζεν) alii duodecentum<sup>xxv</sup>. (*Laert.* VII. 28.)<sup>xx</sup> Successorem reliquit *Cleanthem*: discipulos habuit *Perfaeum*, *Herillum*,

D d d d 2

rillum,

vv) Cic. acad. quaest. I. cap. 10 — fin. et multis aliis locis, quae Ernesti in indice historico clavis Ciceronis, Gedicke aliique collegerunt. Atque de Zenone eiusque disciplina a Bruckero et alii, supra in prolegomenis huius cap. laudatis, abunde disputatum est. Zenonis viam olim scripserat *Antigonus Caryssijs*. vid. *Athen.* VIII. 345. XIII. 565. *Harl.*

vvv) Ita intelligenda *Laertii* verba, quae Interpres male ita accepit, ac si Heraclitum, quo centum annis iunior fuit, audiuisset Zeno. De hoc Zenone, *Hemmingii Forellii* diatriba prodit *Vp-saliae* 1700. 8.

xx) Quo anno facile acciuit Zenonem iudice *Corsini*. pag. 91. *Harl.*

yy) Quorum rationes *Corsinio* videntur verisimiliores, atque *Kuster.* ad *Suid.* II. pag. 8. legendum ibi putat *ηνήκοντα ὀκτώ*, nonaginta octo annos. *Harl.*

xx) Vide *Brucker.* I. pag. 200 sq. Annum, quo vita defunctus est Zeno, *Eusebius* et *Hieronymus* in *Chronicis* conferunt ad Olymp. CXXVIII. 1. vid. *Valarsf.* not. d ad *Hieronymi* chronicon pag. 549. cl. *Saxius* in *Onomast.* I. pag. 94. natum eum, scribit, Olymp. CIV. 3. mortuum, Olymp. CXXVIII. vel CXXX. Anni claritatis, A. M. 3726. Olymp. CXXV. 2. ante C. N. 277. V. C. 475. fun-

us illi est apud *Suidam* in voc. Σακράτης, Σαφρο-νίας. conf. quoque *Simsonis* chron. ad A. M. 3643. 3708. et 371. cum annotatione *Wesselingiana.* *Corsini* F. A. tom. IV. pag. 87. qui Olymp. CXXVIII. 1. ex *Eusebio* ponit, et de diuersitate opinionum differit; ac pag. 91. Zenonis mortem Olymp. CXXX. incuntem adscribere malit, et de decreto Atheniensium, (*Laert.* VII. 10.) agit, quo Zenoni sepulturae locus in *Ceramico* et alii honores delati sunt, de quibus honoribus, Zenoni decretis, vid. quoque *Bruckeri* *Otium Vindelic.* met. III. pag. 26 sq. et in *hist. crit.* vol. II. p. 901. vbi tamen is veretur, ne rhetoris potius alicuius, quam Atheniensium opus sit illud decretum. — Zenonis eiusque adsecularum diuisionem philosophiae in physicam, ethicam et logicam, illorumque doctrinam de fato et peccatorum paritate reiecit, contra illorum sententiam de apathia cum *Peripateticorum* sobria de temperandis animi adfectibus disciplina conciliat *Aloysius Pisaurius* in libro: de praeceptorum sapientum placitis etc. Patau. 1567. 4. vid. *Heumann.* acta philos. II. p. 635 sq. — Nonnulla *Diogenis Laertii* loca de Zenone explicat *Rossius* in commentat. *Laertianis.* Sic pag. 137 sqq. quid sit apud *Diog.* *Laert.* VII. 98. secundum Stoicos *Περὶ ἀπάθειας*, nempe, sermones, praefertim dialecticos, i. c. λόγοι ἐν ἐρωτήσῃ καὶ ἀποκρίσῃ,

rillum, Aristonem, Athenodorum aliosque. Vide Lipsium lib. I. manuduct. cap. 12. Scriptorum catalogus e Laertio aliisque monumentis <sup>aaa</sup>, hic est:

Περὶ ἀνθρώπων φύσεως, Laert. VII. 4. 87.

Ἀπομνημονεύματα, Laert. VII. 4.

Διατριβαὶ Laert. VII. 34. Sextus Empir. X. contra Math. pag. 469. et Pyrrhon. Hypotypos. III. 25.

Ἐλεγχοί Laert. VII. 4. Nescio, an ex his petiti duo versiculi, quos sub Zenonis nomine adfert Ioannes Stobaeus ferm. 14. de adulatione:

Ἐλεγε σαυτὸν, ὅς τις εἶ, μὴ πρὸς χάριν

Ἄκε, ἢ φοιρᾷ δὲ καλάκων παρήσιαν.

Περὶ τῆς ἑλληνικῆς παιδείας, Laert. VII. 4.

Ἐρωτικὴ τέχνη. Laert. VII. 34.

Ἐπόμνημα εἰς τὴν Ἡσίοδος Θεογονίαν. Cicero I. nat. Deor. [cap. 14. ubi vid. Dauif. et reliquos interpretes.] Quum vero Hesiodi Theogoniam interpretatur (Zeno), tollit omnino praeceptas instasque cognitiones deorum: neque enim Iouem, neque Iunonem, neque Vestam, neque quemquam, qui ita adpellatur, in deorum habet numero; sed rebus inanimis atque mutis per quamdam significationem haec docet tributa nomina. [P] confer Phoenicem rediuiuum P. Penauierei. Berolini 1708. 4.

Περὶ τῆς καθήκοντος. Laert. VII. 4. 25. 108. 129. Sextus Empir. III. 25. Pyrrhon. Hypotyp.

Καθολικά. Laert. VII. 4. In MS. regis Christianiss. coniunctim legitur teste Menagio Πυθαγορικὰ καθολικά. [Id si ita est, eadem, quae infra sub titulo πυθαγορικὰ occurrunt, fuisse videntur.]

Κράτητος Ἠθικά. Laert. VII. 4.

Περὶ λέξεων. Laert. VII. 4.

Περὶ λόγων. Laert. VII. 39. 40.

Περὶ νόμων. Laert. VII. 4.

Περὶ

κρίσει, quos philosophi habebant, maxime Stoici, in porticu deambulantes, coll. Stobaeo in eclogis ethicis pag. 166. — pag. 140. explicatur definitio voluptatis, et pag. 141 — 159. varia Diog. Laertii de Zenone eiusque et Stoicorum philosophia loca explanantur, aut Diogenes emendatur illustraturque. add. pag. 102 sq. et 192 sqq. De Zenonis atque Stoicorum logica s. dialectica, ratione et generibus argumentationum, ac sophismatibus, quae usurparunt stoici philosophi et ἀπόρησ λόγους, inexplicabiles rationes adpellarunt, copiosus est I. G. Walchius in Parergis academicis,

pag. 533 — 543. — Stoicorum disciplinam illustit Amphicles in historiographo apud Athenaeum lib. III. pag. 100. add. Pseudo-Origenis philosophumena, cap. 21. pag. 142 — 148. ibique Wolfii adnotationes. Harl.

aaa) E recentioribus praeter viros doctos ad Laert. contuli Meursium in Cypro lib. II. p. 168 sq. — Zenonis et aliorum philosophorum compendium philosophiae moralis,ustum fuisse apud Lucam Holstenium, refert Morhof. Polyhist. philos. lib. I. cap. 4. Verum, non aliud fuit, quam quod exstat in Eclog. Stobaei p. 166 sqq.

Περὶ τῆ ὄλης. *Laert.* VII. 4. et 136. 142. 143. 145. 153. Videtur respicere *Sextus* VIII. contra *Math.* pag. 327.

Προβλημάτων Ὀμηρικῶν πέντε. *Laert.* VII. 4. Respicit *Dio Chrysoft.* diss. 53. [p. 275. *Reiske*] et *Strabo* lib. I. pag. 41. vbi Zenonem suum vocat, tamquam Stoicorum principem Stoicus. [vid. supra, vol. I. pag. 526. voc. *Zeno*.]

Περὶ ἐπίσεως. *Laert.* VII. 134.

Περὶ ὄψεως. *Laert.* VII. 4.

Περὶ ἐρμῆς ἢ de impetu (desiderii) libri VIII. ita lego apud *Laert.* VII. 4. pro περὶ ἐρμῆς ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως. Apud *Meursium* in *Cypro* pag. 168. male excusum περὶ ἐργῆς.

Περὶ παθῶν. *Laert.* VII. 4. et 110.

Περὶ ποιητικῆς ἀκροάσεως. *Laert.* VII. 4.

Πολιτεία. *Laert.* VII. 4. 32 sq. 121. 131. *Athen.* XIII. pag. 561. *Theodorit.* Therapeut. III. pag. 49. Platonis remp. hoc in opere oppugnauerat *Zeno*; sed hoc fecerat iniquius, et alia parum verecunde in eo, teste *Cicerone*, scripserat, vnde *Laertius* ait, fuisse, qui dicerent illud in cauda canis exaratum a *Zenone*. Vide *Plutarch.* de Stoicorum contradictionibus pag. 1034. et *Numenium* apud *Euseb.* praeparat. pag. 732 sq. Propter obscuritatem dictus est in canis postico de republica scripssisse.

Πυθαγορικά. *Laert.* VII. 4. [vid. supra, *Καθολικά*.]

Περὶ σημείων. *Laert.* VII. 4.

Τεχνικῆ λύσεις. *Laert.* VII. 4. [vel pars fuisse videtur τῶν προβλημάτων Ὀμηρικῶν, vel idem opus.]

Περὶ τῆ κατὰ φύσιν βίης. *Laert.* VII. 4.

Laudatur praeterea *Zeno* noster saepius a *Cicerone*, *Plutarcho*, *Clemente*, *Censorino*, *Sexto*, *Eusebio*, *Theodorito* et aliis.

*Zeno*, *Sidonius*, *Diodori Croni* et *Zenonis*, *Citiei*, discipulus. *Laert.* VII. 16. et 38. *Suid.* in *Ζήνων Σιδωνίου*. *Menag.* ad *Laert.* pag. 279. [Scripsit apologiam pro *Socrate* et *Sidoniaca*. *Eudoc.* pag. 204. et *Suidas*.]

*Zeno*, *Tarsensis*. *Laert.* VII. 41. et 84. *Fabric.* — *Ionfius* II. 1. 3. pag. 138 sqq. (vbi quindecim recenset *Zenones*), *Zenonem* *Tarsensem*, et *Zenonem*, *Chryssippi* filium, vnum eundemque esse statuit. — *Suidas*, qui tom. II. pag. 8 sqq. οὐτο vel potius nouem *Zenones* vberius enumerat, atque ex illo *Eudocia* p. 205. idem tradidisse videntur. Nam *Ζήνων*, aiunt, *Δισκοριδῆ*, *Ταρσεύς*· ὡς δὲ τινες. *Σιδωνίος*. *Φιλόσοφος*, *μαθητῆς* *Χρυσιππεως* τῆ *Ταρσεως*, *Φιλοσόφου* *Στωικῆ* καὶ *διαδόχου*.

*Suidas* et *Eudocia* *Zenonis* alius *Citiei* meminere, at ignotum esse pronuntiant, num rhetor fuerit an philosophus, eum autem scripsisse tradunt περὶ εἰσεως· περὶ σχημάτων· ἐπέμνημα εἰς *Ξενοφῶντα*, εἰς *Λυσίαν*, εἰς *Δημοσθένην*, περὶ ἐπιχειρημάτων. Hic illic esse videtur, quem enarrator *Demosthenis* orationum, (vulgo dicitur *Vlpianus*),

in prolegomenis perstringit arguitque stultitiae, quem *Eunapius* in vitis sophistarum vocat Cyprium, (inter oppida autem Cyprae numeratur quoque Citium,) et quem temporibus Iuliani, Sophistae ideoque circa annos Ch. 240. aut 350. vixisse, atque se in arte tam rhetorices, quam medicinae exercuisse, prodit, ut pluribus demonstrat *Chapmannus* in *Observat. in commentarios, vulgo Vlpianos, praemissis Ricardi Mountenay* editioni Demosthenis selectarum orationum, (edit. quartae Londini et Etonae 1763. 8.) §. 4. pag. XXI—XXIV. adde supra in vol. II. pag. 829. Eidem epistolam inscripsit Iulianus, imperator, atque is est, quem Fabricius in elencho medicorum, inter quos sex Zenones medicos refert, vol. XIII. pag. 454. Cyprium, Oribasii praeceptorem dicit, praeeunte *Ionfio* l. c. pag. 146. *Harl.*

*Zeno, Chryssippi* discipulus et successor, cuius meminit *Laertius* VII. 35. [P] testatus, pauca scripsisse, sed plures reliquisse discipulos. Vide et *Eusebium* XV. 13. praeparat. pag. 816. et cap. 18. pag. 820. ubi notat, eum de consilagracione vniuersi seorsim sensisse a reliquis Stoicis.

*Zeno, Diphili*, cognomento Labyrinthi, discipulus. *Lucian.* conuiuio. [Hunc numero Stoicorum excludendum esse, iudicat *Heumann.* in actis phil. III. pag. 113.]

*Zenodotus*, Diogenis, Babylonii, discipulus. *Laert.* VII. 29.

*Zenothemis.* *Lucian.* conuiuio. [Nomen a Luciano fictum esse putat *Heumann.* l. mem.]

Stoicis mulieribus *Porciae, Arriae* vtrique, *Fanniae et Theophylae*, de quibus *Menagius* in *Historia philosopharum*, adde *Heluam*, matrem Senecae, quam filius inter alia in consolatione ad eum scripta cap. 16. testatur sapientium praeceptis fuisse eruditam. [P]

## C A P V T XI (olim XXXIII) DE EPICVRO ET EPICVREIS, CYRENAICIS, SCEPTICIS ALIISQUE VARIARVM MINORVM SECTARVM PHILOSOPHIS.

I. De philosophia Epicurea, de aetate et vita Epicuri. II. Scripta. III. Catalogus Epicureorum. IV. Cyrenaicorum. V. Scepticorum. VI. De Megaricis, qui Dialectici quoque et Eristici dicti. VII. De aliis variis sectis minoribus. VIII. De Eclecticis.

[Cum supplementis G. C. Harles.]

### I.

**A**ntequam de ipso Epicuro sermo instituatur, quaedam de ipsa secta Epicurea praemittenda videntur. Si qua enim secta et aduersariorum iniuria atque conuiuis lacerata, et ipsorum adsectarum haud paucorum vita flagitiisque infamata est, ea certe fuit Epicurea. Hinc tot tantaque iudiciorum discidia omni tempore orta sunt. Fontes interdum turbidi vnde notitia de Epicuro, eius opinionibus et disciplina hauriatur, sunt *Lucretius, Cicero, Plutarchus, Diogenes Laertius, et Seneca.* Omnino vero dolendum est, quod et *Apollodori,*

dori, doctoris in illius horto celebris, liber de vita Epicuri, ad quem Diogenes Laertius saepe prouocauit, et *Neocles*, Epicuri fratris, liber de secta sua, (vide Suidam in Neocles, tom. II. pag. 608.) et ipsa *Epicuri* scripta perierunt. De *Seneca* autem, (qui tamen epist. XXI. et de vita beata cap. XIII. laudat illius egregia dicta,) et Lucretio, cuius carmen satis notum est, hic nihil dicam. *Cicero*, at partium cupidus, in libris philosophicis grauis est Epicuri eiusque philosophiae aduersarius. Loca autem Ciceronis indicarunt et collegerunt *Ernesii* in indice historico voc. *Epicurus* in clauae Ciceroniana, atque *Gedicke* in M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae pag. 324 — 346. At non omnem Epicuri philosophiam aut ipsum philosophum spreuisse videtur Cicero. Nam in quaest. Tuscul. II. 18. *uenit Epicurus*, ait, *homo minime malus, vel potius vir optimus; tantum monet, quantum intelligit: Negligens, inquit, dolorem etc.* Conf. Ionsium II. 15, 4. pag. 233. Atque ipsius Ciceronis aetate fuerunt nobiles et generosi inter Romanos homines, quibus Cicero familiariter utebatur, qui tamen Epicuri dogmata profitebantur. Sed varias causas fuisse arbitror, cur Cicero Epicuri disciplinam insectaretur. Primum illius tempore Epicuri de voluptate doctrina iam ita deprauata fuit, ut multi non illam animi voluptatem, placidam quietamque in mente constantiam, quam doloris priuatione terminari ratus Epicurus praecipit, sed voluptatem corporis, flagitia, luxuriam omnesque prauas cupiditates sectarentur, iureque audirent de grege Epicurei porci. Illius enim vocabuli, nempe voluptatis vis et potestas a sensu, quo Epicurus sumit, a multis Romanis et a Cicerone ipso, non vbiuis recte percepta aut explicita fuisse videtur. (conf. *Cic.* de fin. I. cap. 9 sqq. cap. 18 sqq. II. 2 sqq.) Accedit, quod Epicurus eruditionem, quam Cicero plurimi fecit et ornauit, parui aestimauit. Nam de Finib. I. 7. *uellem*, inquit, *aut ipse (Epicurus) doctrinis fuisset instructior, (est enim non satis politus his artibus, quas qui tenent, eruditi adpellantur,) aut ne deteruisset alios a studiis.* Porro Epicurus ab omnibus fere philosophis, praesertim a Stoicis, qui ideo eum male acceperunt, et (vide de diuinit. II. 50.) hebetem rudemque dicere solebant, mire dissensit, totam dialecticam irrisit, et in doctrina de ortu rerum ac de diis, et in ethicis totus fuit alienus. Hinc *Cicero* de Fin. I. 7. *in altera*, ait, *philosophiae parte, quae est quaerendi ac differendi, quae λογική dicitur, Epicurus plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac rudis est. Tollit definitiones, nihil de diuidendo ac partiendo docet etc.* Ibidem: *in tertia vero parte, quae est de vita et moribus, in constitutione finis, nil generosum sapit atque magnificum.* Nam Epicuri mente sapientem non πολιτεύεσθαι, multi produunt. vid. *Meuz.* ad Laert. X. 119. *Cicero*. quaest. Tuscul. V. 37. ibique *Dauis.* pag. 427. *Cicero*. ad diuersos VII. epist. 12. ibique *Cortii* notam. Haec etiam praecipua causa fuerit, cur Cicero adoriretur insectareturque Epicuream philosophandi rationem. Nam Cicero patriam vitamque actiuosam, laudesque amans et recte ratus, ad maiora quaedam nos genuisse naturam atque conformasse, et quemlibet ciuem debere pro patria et pro suis pericula, labores, dolorem etiam suscipere, nec voluptates captare: aegre tulit, quod multi nobiles Romani, praesertim turbulentis illis temporibus, quibus salus et libertas reipublicae in summo versabantur discrimine, voluptatem, hoc est. tranquillitatem Epicuream et vacationem a muneribus publicis atque oneribus omnibus praeferebant honoribus ac molestiis omnemque reipublicae iudicio fugiebant procurationem. Inter ea Cicero gratum hoc fecit posteritati, quod multa de philosophia Epicurea disputauit et aliquot fragmenta nobis seruauit. At tamen, num vbiuis peculiare et genuinas Epicuri sententias, quae quidem abruptae a tota orationis

connexione alienum praeberere possunt sensum, candide, saltem recte dilucideque reddiderit, equidem subdubito. Bene quoque meruit de Epicuro et verecundius senlit *Diogenes Laertius* libr. X. quem separatim ediderunt eruditeque illustrarunt *Petrus Gassendus* Lugduni 1649. fol. et in *Gassendi Opp.* tom. V. pag. 1 sqq. Lugd. 1658. fol. atque cl. *Nürnbergger* in libro:

*Diogenis Laertii de vitis, dogmatibus et apophthegmatibus liber decimus, graece et latine separatim editus, atque adnotationibus illustratus a Carolo Nurnbergero.* Noribergae 1791. mai. 8.

Primum locum occupat liber X. gr. et latine, e vulgata lectione; tum sequitur *Epicuri epistola ad Herodotum*, gr. et lat. ex recensione Nürnberggeri, duobus codd. Venetis vsi, et cum eiusdem doctis, tam criticis quam philosophicis, animaduersionibus et commentatione de finibus philosophiae Epicuri,

Iniquus autem plerumque fuit *Plutarchus*, Stoicorum et Epicureorum aduersarius, atque illorum sententias saepe peruertisse arguitur. Scripsit autem 1) ὅτι ἐδὲ ζῆν ἐστὶν ἠδέως κατ' Ἐπικῆρον· 2) πρὸς Κολώτην, siue aduersus Colotae Epicurei librum, Ptolemaeo dictum, quo contendebat, ὅτι κατὰ τῶν ἄλλων Φιλοσόφων δόγματα ἐδὲ ζῆν ἐστὶν· 3) εἰ καλῶς εἴρηται τὸ, λάθε βιώσας, contra dictum Epicuri, (vel auctoribus pluribus Neoclis potius, fratris illius,) qui bene latuit, bene vixit. Contra Plutarchi cauillationes Epicurum defendit *A. Gellius* noct. attic. lib. II. cap. 8. et 9. — *Pseudo-Plutarchi* de Epicuri opinionibus loca, in libris V. de physicis philosophorum decretis obuia collegit cl. *Beck*. in recensione scholarum etc. ipsius editioni praemissa pag. LV. — Neque aequi iudices fuerunt *Maximus Tyrius*, *Lactantius*, aliique, Epicuri dicta ac sententiam male intelligentes aut perperam interpretati. — Apud *Suidam* (voc. *Epicurus*, tom. I. pag. 812. ex deperdito Aeliani libro de providentia, vid. *Küster*. not.) apud *Pseudo-Origenem* in *Philosophum*. cap. 22. pag. 149 sqq. (vbi conf. doctas *Wolfii* notas,) et scriptores ecclesiasticos, saepe iniquos erga Epicurum, et huius vitam placitaque moribus opinionibusque contaminatorum abiectorumque Epicureorum metientes, haud pauca de Epicuro eiusque secta narrantur, quae caute provideque legenda sunt atque excutienda. *Eudocia* in *Violario* pag. 173—192. pauca dedit de eius vita et philosophandi ratione, sed epistolas ad *Pythoclem* atque *Herodotum*, quae sub Epicuri nomine circumferuntur, repetiit, in fine autem declarauit, se nolle dicere περὶ τῶν βιωτικῶν αὐτῆ, τατέσι τί χρεὶ ἡμῶς ἐκφεύγεσθαι, τί δ' αἰρεῖσθαι, — πῆ μὲν διὰ τὸ ἄθεον καὶ βλάσφημον αὐτῆ, πῆ δὲ καὶ διὰ τὴν ἀκαίρον περιτρολογίαν, etc.

A renatis litteris multi exsisterunt, qui in vtramque partem disputarent. Hinc alii oppugnarunt atque infamarunt doctrinam Epicuri eiusque sectae: alii defenderunt eum aut excusarunt, mitiusque interpretati sunt, si non omnia, tamen plura eius placita. Vberiorum vero scriptorum de philosophia epicurea catalogum quia iam contexuit *Heumannus* in actis philosophicis tom. II. part. X. nr. 9. pag. 637—650. equidem potiores paucis enumerabo addamque recentiores. Princeps, qui in historia Epicuri enarranda eiusque causa diligenter docteque defendenda versatus, plurimas aliorum calumnias bene refutauit, multas tenebras strenue dispulit, ac philosophiam democritico-epicuream, felici fidere resuscitatam, luce meliore illustrauit, nec tamen omnibus ex asse satis fecit, fuit *Petrus Gassendus*, cuius vitam, merita, scriptaque copiose enarrauit atque fusius egit de eius sectatoribus atque obtrectato-



ribus *Bruckerus* in hist. critica philos. tom. III. part. I. pag. 510 — 529. adde *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, tom. IV. pag. 516. Huc igitur pertinent:

*Petri Gassendi* de vita et moribus Epicuri commentarius, libris VIII. constans, Lugduni Gall. typis admodum luculentis formaque augusta, 1547. rcc. Hagae Comit. 1656. 4.

*Eiusdem* animaduersiones in Diog. Laert. lib. X. iam laudauit.

*Eiusdem* syntagma philosophiae Epicuri, Hagae Comitum 1659. 4. Londini 1668. 12. Amstel. 1684. *Gassendi* Opera iunctim sex tomis edita sunt Lugduni 1658. fol. et Florentiae 1729. curante *Nicol. Aueranio*. — Conf. *Thomaf.* bibliotheca tom. II. pag. 761 sqq. *Francisci Bernerii* anatomia ridiculi muris h. e. dissertatiunculæ I. B. Merini aduersus expositam a P. Gassendo Epicuri philosophiam Paris. 1651. 4. — *Franc. Bernier* Abrégé de la philosophie de Gassendi. Lugd. 1684. 12. VII. tom. — *Stolie* in Anleitung zur Historie der Gelehrtheit, part. II. cap. 1. §. 84. pag. 411 sqq. — *Ionfius*, III. 31. §. 6. et 7. ac §. 1. et 2. de Andrea Arnaudo, atque M. Antonio Bonciario, Epicuri defensoribus. — *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabricianæ, tom. V. pag. 263 sq. — Gassendo, quamquam ille non omnia Epicuri placita probauerat; contra reiecerat multa: tamen *Iac. Thomafius* in diss. de stoica mundi exustione §. 6. not. v. pag. 6. tribuit insanum in absurdissimam totius gentilismi hæresin amorem. *Conringius* in Conringianis pag. 65. et 79. eum habuit Epicuri potius, quam Christi sectatorem, atque *Meritus Casaubonus* apud Amelouen. in vita Isaaci Casauboni pag. 71. Gassendum arguit, quod vbique loca scriptorum pro Epicuro corruperit. *M. Henr. Afan. Engelseke* scripsit exercitationem anti-Gassendianam, ostendens, minus sufficientem esse illam, quam Gassendus in se suscepit, Epicuri defensionem. Rostochii 1697. 4. At tamen propter alios *Rondellus* et *Stanleius* a partibus Gassendi in maiore parte Epicureæ doctrinæ explicanda stare maluerunt. Prior etiam quasdam Epicuri opiniones mitius, quam Gassendus, exposuit et vindicauit. Sic philosophi causam in dogmate de prouida numinis supremi cura deseruerat, et vero impugnaverat Gassendus; contra *Rondellus* alios adducere studuit ad credendum, ab Epicuro prouidam dei curam haud fuisse negatam: sed conf. *Wils.* ad Pseudo-Origen. pag. 151. not. i. atque, uti postea videbimus, illa quaestio uariorum exercuit ingenium atque industriam. Scripsit uero *Iacobus Rondellus*

*La vie d' Epicure*. Paris. 1679. 12. Hagae Comit. 1686. 12. (de qua editione, aucta *Conturii* libello, *La morale d' Epicure* etc. vid. Acta erud. Lips. 1686. mense Octob. p. 483 sq.) Tum latine vertit illam ediditque auctiorem Amstel. 1693. 12. de qua edit. vid. Acta erud. Lips. 1694. pag. 121. — Liber *Rondelli*, una cum *Conturii* libro de philosophia morali Epicuri, (primum edit. Paris. 1685. 12.) anglice uersus a *Io. Digby* sub titulo: *Epicurus's Morals, translated from the Greek* Londin. 1712. Additum a *Iohnsonio* specimen, *Essay on Epicurus's Morals*, *Euremonio* praeter rem tribuitur. vid. Neuer Bücherfaal XXIX. pag. 365 — Adde Biblioth. philosoph. Struuianam edit. Kablii pag. 65 sqq. et 233 sq.

*Stanleius* autem in historia philosophiae, tomo tertio, parte XII. per plura capita, pag. 57 — 249. e uersione latina *Olearii*, atque edit. Veneta late persequitur vitam, fata, scholam et dogmata Epicuri.

Huc praeterea pertinent, qui de vita aut uniuersa disciplina illius copiosius egerunt *Ionfius* de scriptor. hist. philos. I. cap. 20. p. 123 sqq.

Bayle in Diction. tom. II. pag. 364 sqq. voc. *Epicure*. adde artic. *Epicurien*, *Lucretie*, *Sadduceus*, *Zenon*, *Sommonocodon*.

*Trogilli Arnkiel* de philosophia et schola Epicuri. Kilon. 1671. 4.

*Nic. Hilli* philosophia Epicurea. Geneuae 1619. 12.

*Sam. de Sorbiere* Lettres de la vie, des Moeurs et de la Reputation d'Epicure, avec des Reponses à ses Erreurs. — In eiusdem Lettres et Discours, p. 233 sqq. Paris. 1660. 4.

*Caroli Frid. Zander*, diss. historica de Epicuro. Wittebergae 1670. 4.

*Petri de Villemandy* manu ductio ad philosophiae Aristoteleae, Epicureae et Cartesianae parallelismum. Amstelod. 1685. 4.

*Gust. Peringer* disp. de Epicuro. Vpsal. 1685. 8.

*Georg. Paschius* de variis modis moralia tradendi. — acc. introduct. in rem litterariam moralem veterum sapientiae antistitum. Kilon. 1707. 4. pag. 673 — 700.

Vitam Epicuri, a *Maffono* scriptam, excudi legitur in Memor. Treuolt. 1708. p. 1093.

*Morhof*. in polyhistore philos. suae tom. II. libr. I. cap. 5. recenset aliquot philosophiae epicureae scriptores, et passim de placitis epicureis disserit.

*De Fenelon* in vitis et dogmatibus veterum philosophorum, (primum gallice editis, deinde in linguam germanicam translatis,) nr. 25. pag. 424 sqq. late disputat, lenius autem iudicat de Epicuri placitis atque opinionibus, quam interpres in notis subiectis: pag. 466. nr. 31. nominantur Epicuri defensores. — In diario litterario, *Neuer Bücherjaal der gelehrten Welt*, part. 49. Lipsiae 1715. pag. 1 sqq. in censura Lucretii edit. Iac. Tonson. Epicuri vita et disciplina exponitur et ab iniuria aliorum defenditur.

*Brucker*. in historia crit. philosophiae tom. I. pag. 1229 — 1317. — de Epicuri inter Romanos sectatoribus, *Pomponio Attico*, *Lucretio* aliisque, tom. II. pag. 64 sqq. — de restauratione philosophiae Democrito-Epicureae, per *Daniel. Sennertum*, *Chrysofomum Magnum*, *Gassendum* et alios, tom. IV. part. I. pag. 503 sqq. denique in Addendis suae tom. VI. pag. 331 sqq. qui multos quoque laudavit scriptores.

Vt reliquos historiae philos. conditores omittam, laude sua haud defraudandus est *Io. Franc. Buddeus*, qui in compendio historiae philos. cap. IV. §. 45 p. 281 sqq. et alibi multa collegit ad historiam Epicuri eiusque philosophiae illustrandam: qui, quamquam multa in eo culpat, tamen p. 288. recte sentit, eum fuisse ab aliis nimis vituperatum, ab aliis nimis laudatum. Commendandus est in primis cl. *Gurlitti* labor in doctrina ac disciplina Epicurea curate dextreque exponenda, in Sciagraphia hist. philos. (germanice scripta,) pag. 98 — 112.

Alii speciatim aut separatim vel oppugnarunt nec raro calumniati sunt, vel vitam aut opiniones quasdam Epicuri, purgarunt a vitis illi obiectis, vel partes quasdam philosophiae epicureae interpretati sunt. Quod multos quoque Heumannus memoravit, plures equidem praetermittam, et in quorundam maioris minorisue molis librorum enumeratione et exiguo spicilegio colligendo acquiescam. De arte dialectica suae canonica Epicuri egerunt *Gassendus* in libro de origine logicae, cap. VII. et in syntagmate philos. Epicur. part. I. cap. 2 sqq. nec non de vita et moribus Epicuri, lib. VII. cap. 4. *Thomasius* in philos. aulica, cap. V. 8. 17 — 23.

*Walch*,

*Walch.* in parergis academic. pag. 543—550. *Brucker.* in histor. philos. doctrinae de ide's, §. XI. pag. 158 sqq.

Doctrina eius de moribus ortuque rerum et diis multas excitavit tragoedias. Praeter Diotimum, acerrimum omnium Epicureorum infectatorem, (conf. *Ionsum* II. 15, 4. p. 233 sq.) Hegeſippum, comicum, Plutarchum et Augustinum aliosque Epicuri obtrectatores, ab Heumanno l. c. pag. 645 sqq. iam memoratos, tum praeter Gallendum, Bruckerum et reliquos, qui de tota Epicuri philosophia egerunt, paucos indicabo. Philosophiam moralem, quam Epicurus, (a libidinosis scabrique hominibus, illius sententiam male intelligentibus scelestisque sectantibus, probe distinguendus,) cum sobriis suis adſeculis docuit, alii suspectam reddiderunt, alii vindicarunt a contorta aut peruerſa interpretatione. Ad priorem classem pertinent

*Comr. Horneius* in philos. morali, lib. I. cap. 4. §. 4. *M. Dau. Ebersbach.* in disp. de Epicuro, foedae voluptatis reo. Lipsiae, 1701. — adde Discours de *M. de St. Evremont* sur la Morale d'Epicure, in eius Operibus gallice scriptis, tom. IV. pag. 387. Amſterd. 1726. 8. *Walch.* in parergis academ. pag. 330 sqq. Epicureum philosophiae moralis principium, quod voluptas animi tolleret dei providentiam, minus probavit. — *Buddeus* in exercit. de ſcepticismo morali, in Analectis historiae philosophicae, pag. 240 sqq. confutat Epicurum, quod utilitatem ab honestate separavit, eoque naturae legem fustulit. — *Gatacker.* in praeloquio ad suam Antonini imperat. de rebus suis editionem, grauter insurgens contra Epicurum, omnia, quae male de eo dicta sunt, congeſſit. — Plures tamen exſtiterunt, cauſſae ipsius patroni et calumniarum vindices. *Samuel Werenfelsius* in lib. de logomachiis, cap. IV. §. 21. et cap. VIII. §. 6. ostendit, ab Epicuro voluptatem animi virtutis studio comparandam, discipulis suis fuiſſe commendatam. — In *Memoires* de Litterature tom. I. pag. 442. est *Io. Franciſti Sarafini* Apologie de la Morale d'Epicure: cuius apologiae auctorem alii, (vt *Bayle* in Dict. voc. Epicure, not. L.) habuerunt St. Evremont.

*Magni Omeiſi* diſſ. Epicurus ab infami dogmate, quod ſummum bonum conſiſtat in obſcoena corporis voluptate, deſenſus. Altdorf. 1679. 4.

*Olai Verelii* exercitatiuncula declamatoria pro Epicuro habita, 1642. in illius variis Opusculis, Lincopiae 1730. 8. pag. 399—422.

*Guil. Henr. Beckher* diſſ. de praeiudiciis, quae Epicurum foedae voluptatis reum incruſtarunt. Regiomontii 1718. 4. et plures excitat in hac controuerſia et diſceptatione occupatos.

Vindicias Epicuri ſcripſit *Franciſcus de Quevedo* in Defenſa de Epicuro, Barcinone 1631. 8. etiam Matrini et inter eius opera, hispanice ſcripta, Bruxell. 1671. 4. tomo III. item *Guil. Temple* in Eſſay upon the Gardens of Epicurus, in Miscellaneis part. II. p. 73 sqq. Londini 1696. 8. et gallice verſis, part. II. pag. 95. Ultraieſt. 1693. 12.

Enarratio et comparatio doctrinarum moralium Epicuri et Stoicorum: diſſ. quae praemium — retulit. In ſcholis publicis recitata Kal. Iul. 1754. a *Io. Foſter*, A. M. coll. reg. ſocio. Londini 1758. 4. Foſter, quamquam vtriusque ſectae errores in deſiniendo ſummo bono repudiat, tamen doctrinam Epicuri ipsius moderatam praefendam eſſe iudicat Stoicorum ſeuertitati. vid. Erlang. ephem. litter. ann. 1758. ſupplement. plag. 43. pag. 605 ſq.

*Gottlieb Stolle*, alias *seuerus* neque raro partium cupidus censor veterum philosophorum Epicurum non infamauit nec damnauit, et vero doctrinam eius de moribus, cuius capita in ordinem quodammodo redegit in: *Historie der heydnischen Moral*, pag. 176 — 196. quantum fieri potuit, probauit, saltem leniorem mitioremque iudicem se praestitit, quam multi secus sentientes fecerant. Idem in *Historia eruditionis de Epicuro eiusque opinionibus*, passim disseruit. — In *Gundlingianis* part. II. pag. 181 sqq. exstat: *Schreiben betreffend die Indolenz des Epicurs, darinnen er die höchste Glückseligkeit gesetzt*.

La Morale d'Épicure, tirée de ses propres Ecrits, (aut potius ex Gassendi Opp. excerpta,) par Mr. l'Abbé *Batteux*. Paris. 1758. 8. — germanice versa, Mitau. 1774. — Atqui estne ille homo omnium flagitiorum, nequitiarum perditarumque voluptatum incusandus, qui existimat, non posse iucunde uiui, nisi sapienter, honeste, iusteque uiuatur; nec sapienter, honeste, iuste, nisi iucunde? vid. *Cic. de Fin. I. 18. Diog. X. 132. 140.*

Physiologia Epicuri plures nacta est aduersarios. Atque opinio illius de atomis, quam vel recentiori aetate haud omnino displicuit philosophis inagni nominis, item de vacuo, seu inani, de rerum ortu et de diis est quidem Platonicae, Aristotelicae, ac Stoicae doctrinae, ab intellectu siue a priori, ut aiunt, principia ducenti, opposita, ac phantasmatis, atque obseruationibus a sensibus, quos unicos veri nuntios habuit, vsuque sumtis, maxime nititur, aut, ut *Cicero* de *Fin. I. 7.* ait, iudicia rerum in sensibus ponit: at multas per se absurdas, inanes et periculosas opiniones ac positiones habet adiunctas. Neque tamen defuerunt, qui nimis exagitant illam atque plura, quam par erat, in ea quaerent aut animaduertere sibi viderentur, peccata, aut contortas peruersasque sententias. Contra alii vel excusarunt Epicurum vel, quamquam non ab omnibus, quae negari nequeunt, tamen a multis vitiis purgarunt. In doctrina de atomis, atque vniuersum in physicis Epicurus sequutus est Democritum, (qui eam accepit a Leucippo,) ita tamen, ut quaedam immutaret. vid. *Io. Stobaeum* in ecl. physic. lib. I. pag. 346 et 348. tom. I. edit. cl. Heeren, cuius notas conferes, eundem lib. I. cap. 11. sect. 14. pag. 304 sqq. ubi Epicuri et aliorum philosophorum dogmata de principiis rerum condensat Stobaeus, et lib. I. cap. 21. pag. 418. 497. *Cicero*. quaest. acad. I. 2. de *Fin. I. 6.* et *IV. 5.* in primis de *N. D. I. 26.* coll. *Bayle* Dict. voc. Epicure, not. *F.* qui quidem putat, Epicurum, quod atomos animi expertes statuerit, Democriti systema non emendasse, sed corrupisse. adde *Buddei* compendium hist. phil. pag. 285 sq. it. *M. Martini Gottlieb Pauli* disp. *Historia philosophiae corpuscularis veteris et recentioris*, Lipsiae 1745. 4. — Non ab omni impietatis suspitione libera est Epicuri sententia de ortu rerum et dii, quos finxit sibi opinionis errore, sunt fere ridiculi: Verum hoc loco non vacat, vera falsaque, quae insunt in doctrina Epicurea, latius persequi, aut examinare: sed sufficit, quorundam VV. DD. indicare scripta, quae, cui volupe erit, consulat et comparabit ad iudicium ab omnibus partibus alienum sobriumque ferendum, aut etiam quaedam Epicuri commenta cum recentiorum quorundam philosophorum opinionibus contendenda.

De epicureis principiis physicis vide *L'accord des sentimens d'Aristote et Epicure, sur la physiologie*, par Mr. *Restaurant*. Lugduni 1682. 12. *Morhof*. Polyhist. philos. II. part. I. cap. 7. §. 5 — 12. pag. 182 sqq. ubi etiam laudauit plures, in his triticis explicandis versatos, e. g. (lib. I. cap. 5. §. 5. pag. 28. et II. 1, 5. pag. 183.) *Gualter. Charleton*, qui anglica lingua edidit librum: *Physiologia Epicuro-Gassendo-Charltoniana, sive fabrica scientiae*

*riae naturalis, ex hypothese atomorum, fundata per Epicurum, reparata per Gassendum, aucta per Charletonum*, Londini 1654. fol. — *ibid.* pag. 27. inprimis pag. 185 sqq. oppug-natoris hypotheseos Epicureae docti, *Io. Francisci Grandis* dissertationes aliquot philosophi-cas et criticas, Paris. 1658. 4. nr. 1. pluribus verbis laudat, et pag. 186. adfert *Henrici Moh-ri*, qui medium quasi tenuit, nec Epicuri partes omnino deseruit, sententiam in diss. de re-bus incorporeis succincta, quae est in eius Enchiridio metaphysico, part. I. cap. 8. nr. 3. — Sollertissimus philosophiae epicureae adfectator et enarrator esse dicitur *Guil. Lamy* in lib. III. de principiis rerum, Paris. 1680. 12. conf. acta erudit. Lips. 1682. pag. 154 sq. — Contra sy-stema epicureum physicum dimicauerunt *Io. Bapt. Hamel* de consensu veteris et nouae philoso-phiae lib. II. cap. 3. 8. etc. *Isaacus Iaquelot* in diss. gallicis sur l'existence de Dieu, Hagae 1697. 4. *Georg. Chryse* in philosophical Principles of natural Religion, Londini, tom. I. 1705. tom. II. 1715. 8. cap. II. postea a *Tenkaten* in linguam Batau. vers. Amsterd. 1716. 8. vide *Clerici* Bibl. anc. et nou. tom. III. pag. 41 sqq. et 109. tom. IV. pag. 407. Acta erudit. 1710. pag. 454. *Windheim* Bemühungen der Weltweisen etc. tom. II. pag. 384 sqq. et pag. 409 sqq.

*Edm. Dickinson* in *Physica vet. et vera*, Oxon. 1702. 4. rec. Hamburgi 1705. 8. cap. IV. pag. 27 sqq. demonstraturus erat, illam particularum doctrinam inde a Noacho vsque ad Ari-stotelem ab omnium gentium philosophis fuisse cognitam et sub diuersis nominibus propa-gatam, atque a Leucippo eiusque adfectis primum nominatas ἀτόμους. Adde *Gassendum* tom. I. Opp. p. 257. *Boyle* l. c. et *Cudworth*. in *System*. etc. lib. I. cap. 1. §. 5 — 26. p. 10 sqq. sed confer *Moshemii* adnotationes, praecipue pag. 47 sqq.

*Petro Siluano Regio* in *Discursu philosophico*, in quo historia philosophiae antiquae et recentioris recensetur, (Allendorf.) 1705. 12. pag. 118. Epicurus praecipue eius doctrina de moribus haud omnino displicet, tamen atheis videtur adnumerandus: vid. *Windheim* Be-mühungen der Weltweisen tom. II. pag. 278 sq. *Heumannii* acta philos. I. pag. 1061.

*Physica Epicuri principia et dogmata exposuit atque examinavit cl. Tiedemann* in: *Geist der speculativen Philosophie*, tom. II. pag. 366 — 402. At praecipuam de moribus partem omisit. Quod vero Epicurus deum vniuersi auctorem negauit, atque, licet insulse, casu omnia esse facta, demonstrandum suscepit, et tamen deos, eo-que beatissimos, omni-que pietatis cultu prosequendos; at inertes et ab omni mundi administratione submotos esse contendit: fallacem atque repugnantiam iudiciorum multi agnouerunt et ostenderunt. *Ci-cero* in libr. I. de N. D. cap. 16. et pluribus iam totus in eo fuit, vt Epicurum secum pugnan-tem susteret atque refutaret. Neque omnino potuit *Gassendus* Epicurum ab omni incitiae atque crassorum errorum culpa liberare. Finimvero quaestio, num Epicurus cum suis se-ctatoribus prouidam deorum curam plane negarit, et atheorum turbae sit accensendus, nec ne? valde exercuit ingenium eruditorum hosque in diuersas traxit sententias, Epicurum fuisse numinis supremi hostem, contendit praeter multos scriptores ecclesiasticos, (a *Clemente Alexandr.* lib. I. Strom. pag. 269. dicitur κατὰρχὴν ἀθεοῦτος princeps atheismi, vid. *Bal-tum* iugemens de SS. Peres sur la morale des payens, cap. VI. pag. 38. aliosque antiquiores,) *Samuel. Parker.* disp. I. de deo, sect. 7. et sect. 12 — 24. qui pag. 30. adfirmat, neminem fuisse, qui tam apertum bellum omni religioni indiceret, aut qui maiori fastu et fidu-cia omnem aduersus numen pietatem aspernaretur, eumque, vtcumque simulauerit aut

potius luserit, soli atheismo studuisse, praeter Epicurum. Idem Parker. per totam tertiam disputationem pag. 221 sqq. id egit, ut Epicuri et Cartesii hypothese. de rerum omnium fabricatione euerteret. — Notam impietatis ei inusserunt quoque *Io. Franc. Buddeus* in libro s. thesibus de atheismo §. 19. pag. 66 sqq. in disp. de Spinozismo §. 9. et in compendio hist. philos. pag. 309 — 311. *Cudworth.* de intellectu humano eiusque interpret. latinus et commentator *Moshemius*, cap. II. §. 2. tom. I. pag. 94 sqq. *Io. Ahaius Felix Bielckius* in diss. qua sistitur Epicurus atheus, contra Gassendum, Rondellum, Baelium, Ienae 1741. 4. *Meinerf.* in bibl. philolog. tom. I. part. V. pag. 187 sqq. et part. VI. 389 sqq. über die Widersprüche des Epicurs in seiner Lehre von Gott, Ciceronis adusationes probans et Gassendi defensionem oppugnans; tum in Vermischten philosophischen Schriften vol. II. pag. 45 sqq. et in historia doctrinae de vero deo, tom. II. sect. 9. pag. 526 sqq. *Tiedemannus* et innumeri paene alii. Prouidam dei curam ab Epicuro fuisse negatam, *Walch.* in parergis academ. pag. 281 sq. cum perquam multis, etiam Epicuri patronis adseuerat, et *Io. Baptista du Hamel* lib. I. de consensu veteris et nouae philosophiae cap. IV. §. 6 — II. refutat Epicuri sententiam de prouidentia diuina. — Enimvero propemodum haud minor est numerus eorum, qui Epicurum, nisi absoluerent ab illo crimine, tamen excusarent. Gassendum, Rondellum, Baelium aliosque, quos nominat *Fabricius* in delectu argumentorum pro veritate religionis christianae cap. 14. pag. 373. ut omittam, *Reimannus*, I. C. Schwarz. inprimis *Brucker*. I. pag. 1237 sqq. et 1284 sqq. eius defensionem susceperunt. *Reimannus* in historia atheismi et atheorum pag. 195 sqq. quosdam, qui tum reum atheismi fecerunt Epicurum, tum defenderunt, excitat, et contra *Buddeum* quaedam monet *Io. Conr. Schwarz.* in iudicio de recondita theologia Epicuri, II. commentt. Coburg. 1718. 4. absoluit eum a crimine negatae diuinae prouidentiae et foedae voluptatis; at minus distincte pronuntiauit, atomos omnes, ex quibus constant omnia, ad diuinam naturam pertinere; contra quam interpretationem quaedam disputat *Brucker*. I. pag. 1290 sq. — *Io. Henr. Krommayerus* in diss. praeside *Gottlieb Stollio* Ienae 1713. habita, Epicurum creationis et prouidentiae diuinae adfertorem defendit.

Antiphon tamen Sophista iam negauit prouidam dei curam; vide supra in Antiphonte, vol. II. pag. 732. not. f. 3. et *Spaan* in diss. de Antiphonte etc. pag. 826 sq. vol. VII. oratorum graecorum a *Reiskio* editorum.

Contra *Parkerum*, inprimis *Meinerf.* Epicurum vindicare studuit a crimine Ciceronis ac *Plutarchi*, at nimiis propemodum cumulat eum laudibus *Franc. Anton. Zimmermann.* in disp. Vita et doctrina Epicuri examinata, Heidelbergae 1785. 4.

Atqui, si rem curatius consideramus, Epicurum neque ab omni animi iudiciiue vitio et crassis erroribus immunem omnique impietatis suspicione liberum esse, neque adeo atrociter inculpandum et condemnandum profitebimur. Omnis quidem controuersiae cardo vertitur in notione athei: qui si is censetur, qui deum mundi opificem plane negat, Epicurus cum insigni veterum numero omnino est impietatis reus atque opinio eius de atomis ortuque rerum temerario iam diu exhibita est. Qui vero inter idolorum cultores agnoscit deos eosque venerandos esse iudicat praecipitque, num is gregi atheorum sit adnumerandus, merito dubitamus. *Posidonii* quidem iudicium a *Cicerone* de N. D. I. 44. ex eius libro quinto de natura deorum, adductum, *nullos esse deos Epicuro videri, quaque is de diis immortalibus dixerit, inuidiae detestandae gratia dixisse, et illud Ciceronis* diu. II. 17. *deos iocandi causa induxisse*

*duxisse Epicurum perlucidos et perslabiles et habitanter, tamquam inter duo lucos, sic inter mundos, propter metum ruinarum, omnes Epicuri aduersarii oforesque valde vrguent. adde Dauis. ad Cicer. de N. D. I. 8. de loco, diis ab Epicuro assignato, ibique Velleium ipsum, contra reliquos philosophos disputantem. At enim lubricum hac in causa et ad inuidiam conflandam est Ciceronis iudicium. Tum quia Epicuri scripta aetatem non tulerunt, incertum est, quaenam integra fuerit illius disputatio atque conclusio. Porro certum est, multa eius placita fuisse ab eius sectatoribus prudentibus, et aetate proximis, praecipue ab eius obrectatoribus peruersa et corrupta. Tum omnis repugnantia non vera esse, et vero tolli posse videtur. Democriti fontibus Epicurus hortos suos irrigans, inde doctrinam quidem atomorum deduxit; sed cum illa coniunxit et retinuit Socraticae vel potius ionicae scholae opinionem de diis: hos, tamquam superiores atque eminentiores naturas sibi finxit, et, suo principio bonoque summo accommodata doctrina, eos ab mundi administratione remotos, summoque otio et tranquillitate felicitateque fruentes, at colendos sibi cogitauit. De forma deorum, humana quidem, sed ea, vt species nec corpus sit, sed quasi corpus, nec sanguinem habeat, sed quasi sanguinem, ex mente Epicuri, vide Cicer. de N. D. I. cap. 18. 19. 20. Ita quodammodo theologiam popularem docuisse videtur et tamen ab opinionibus vulgi et superiorum philosophorum valde discessit. — At ne loquacior videar, alia scripta, quae historiam Epicuri, eiusque disciplinae, aut capita quaedam illustrare possint, paucis commemorabo.*

*Gauges de Gozze la Discolpa di Epicuro. Roma. appr. Vitale Mascardi 1640. 4. vid. Rudolphi Antonii Fabricii trigam obseruationum litterariorum, Helmstad. 1731. 4.*

*Io. Fausti diss. de deo Epicuri, Argentorati. 1685. 4.*

*Gothofr. Plouquet de cosmogonia Epicuri, disp. Tubingae 1755. 4.*

*Batteux Geschichte der Meynungen der Philosophen von den ersten Grundursachen der Dinge, aus dem Französischen übersetzt. Lipsiae 1773. 8. cap. IV. sect. 1. pag. 276 sqq. De Epicuri et Leucippi atomis; at Batteux illorum et Democriti sententias minus recte separauit.*

*Garue in animaduersionibus ad Fergusonii doctrinam de moribus pag. 387 sqq. Epicuri mentem de voluptate scite explicuit, ac cel. Platnerus in aphorismis philosophicis, parte I. et II. placita Epicureorum passim adigit et persequutus est. — Quaedam notarunt M. Christian Frid. Bierur de disputatione Pauli cum Epicureis et Stoicis ad Act. XVII. 18. Ienae 1751. 4. pag. 12 sqq. et Io. Ernst. Imman. Walch, dissert. Stoicorum cum Paulo disputatio, Act. XVII. 18. Ienae 1759. 4.*

*Le Sage in Nouveaux mem. de l'acad. des Sc. et B. L. Berolini 1782. coll. censure in ephemerid. litter. Gotting. a. 1785. nr. 134.*

*Cudworth. in Systemate intellectualem et Mosheim. in adnotationibus pluribus locis de opinionibus aut erroribus Epicuri eiusque sectae disputant; atque Mosheim. in nota i. ad tom. II. cap. V. §. 41. locum Diog. Laert. X. §. 124. pag. 655. emendat et explicat.*

*Io. Stockhausen Epicur als ein Kenner und Freund der schönen Wissenschaften, wider seine Ankläger vertheidiget. Helmstad. 1751. 4. Eruditionem vero perperam abiudicarunt Epicuro Thomas Burnettius in archaeolog. philos. cap. XIII. pag. 246. et 252. Londini 1733. Broukhuis*

*Broukhufius* ad Propert. III. 20. 26. *Burmanni*. I. ad Petron. cap. 132. at *Burmanni*. II. ad Prop. locum iam adnotavit, *Gassendum* de vita et morib. Epic. lib. VIII. cap. 2. et 3. eius doctrinam defendisse. adde; ad Fabricii orationem postea notata.

Quam de animis sententiam fouerit Epicurus, et qui eum sectati sunt, commemorat *Ribou.* de anima brutorum, ad Hieronymi Rorarii libr. de animalibus brutis cap. 23. p. 739 sq. et *Salig.* in disp. philosophumena veterum ac recentiorum de anima et eius immortalitate, Halae Sax. 1714. 4. pag. 66 sq. adde *Tiedemann.* l. c. p. 390 sqq. Sed inquisitio, quid sit apud Epicurum *πρόληψις*, quam Cicero de N. D. I. 16 sqq. vocat *anticipationem*, et definit *anteceptam animo rei quamdam informationem*, planius autem *Diogenes Laertius* X. 33. explicat, ad cognoscendam Epicuri disciplinam necessaria est, et homines doctos vexauit. Cicero quidem intelligit anticipatas, h. e. infitas deorum vel potius innatas cognitiones. At quum innatas formas ac notiones negasset Epicurus, alii *πρόληψιν* intelligunt reminiscenciam eorum, quae quondam sensibus et ope experientiae fuerunt percepta, i. e. rerum notionem, sensuum auxilio mente acceptam, siue anticipatam ex descriptione rei alicuius *ἔννοισαν* ac notionem, vid. *Sext. Empiric.* adu. mathem. VIII. cap. 6. sect. 337 sqq. ibique Fabric. *Gassend.* ad Laert. l. X. in Opp. tom. V. pag. 67 sqq. *Brucker.* I. p. 1256 sqq. *Meiners.* in bibl. philol. l. m. pag. 400 sqq. in primis *M. Io. Michael. Kernii* diss.

Epicuri prolepsis siue anticipationes sensibus demum administris haustae, non vero menti innatae, in locum M. T. Ciceronis de Nat. deor. lib. I. cap. 16 sqq. respond. Io. Georgio Bienero, Gottingae 1756. 4.

*Ignatius Rossius* in Commentatt. Laertianis pag. 252 — 328. multa loca Laertii lib. X. aut explicat, aut a Gassendi aliorumque interpretum expositione et coniecturis vindicat, ipsaque multa Epicureae philosophiae capita et testamenti Epicuri loca illustrat.

Sed hactenus. *Harl.*

EPICVRVS, Neoclis <sup>a)</sup> F. e genere nobili Philaidarum, in Gargetto Atticae natus est Olymp. CIX <sup>3</sup>/<sub>4</sub>. <sup>b)</sup> archonte Sofigene, ante Christum 342. <sup>c)</sup> Anno aetatis decimo quarto vel duodecimo <sup>d)</sup> philosophiae operam dare coepit, cum Sophistas et Grammaticos incassum rogasset, vt Hesiodi sibi chaos interpretarentur. *Democriti* potissimum scriptis delectatum ferunt, e quibus infinitionem, atomos, inane, imagines, innumerabiles mundos, [vid. *Cic.* de fin. I. 6. fin.] vti ex scriptis *Aristippi* [vid. *Cic.* de Finib. I. 8.] dogma de voluptate hausisse et pro suo venditasse est insinulatus. Ita enim intelligo locum *Laertii* X. 4. *Cicerone* autem de finib. I. 6. iudice, *Democrito adicit*, [aut, Dauisio coniectante, se Democrito adicit,] *per pauca mutans; sed ita, vt ea, quae corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur*, et in fine capitis, quod totum cum sequentibus est legendum, *quae mutat*, ait, *ea corrumpit*:

a) De hoc *Menander* III. 5. Anthol. *Νεῶς Νεοκλέου, δίδουμον γένος, ἄνδρ' ἐμὴν ἑμῶν* (Neocles, Themistoclis pater), *πατρίδα δελεούνας ἔβουθ', ὁ δ' ἀφροσύνας*, (Neocles, pater Epicuri).

b) Siue  $\frac{2}{3}$ , secundum *Corfin.* in fast. attic. IV. pag. 35. add. *Stanlei.* pag. 59 sq. *Harl.*

c) *Laert.* X. 14. ex Apollodoro: *Andreas Schottus* in vitis comparatis Aristotelis et Demosthenis pag. 91.

d) *Laert.* X. 2 et 14.



corrumpit: et quae sequitur, sunt tota Democriti; — — Democritum laudatum a ceteris, ab hoc, qui eum unum sequutus est, nollem vituperatum. [In eodem capite Cicero, sol Democrito, ait, magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto: huius (Epicuri) bipedalis fortasse: tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paullo aut maiorem, aut minorem. Cum hac peruersa Epicuri, quae etiam fuit Heracliti, opiniuncula conf. *Ciceron.* quaest. acad. IV. 26. ibique *Dauif.* qui plura congeffit veterum loca. adde *Weidleri* histor. astronom. cap. V. §. 26. pag. 107. Epicuri illa sententia iure irridetur a *Cleomede* pag. 425. 467. 472. et tamen defenditur in *Aufgefangenen Briefen*, tom. II. pag. 1125 sqq. et pag. 1133.] — Praeceptorem nullum agnouit <sup>o</sup>; sed Pyrrhonis discipulum, Nauisphanem, qui Epicuri se doctorem ferebat, grauissimis proscidit probris. Sunt tamen, qui Xenocratem <sup>f</sup>), alii, qui Lysiphanem et Praxiphanem <sup>g</sup>) tradant audiisse, vel Pamphilum, Platonicum <sup>h</sup>), in Samo versatum. Ex antiquioribus philosophis [P] plurimum tribuit Anaxagorae et Archelao. Leucippi ne meminit quidem, nec ipse nec Hermachus <sup>i</sup>). Adolescentiam partim Sami, partim Tei exegit, mox versatus Colophone, Mytilenae <sup>k</sup>), Lampfaci: denique Athenas reuersus anno aetatis 36. cum ibi per aliquod tempus esset commoratus, hortum peramoenum in vrbe ipsa sibi comparauit, in eoque familiares, quos habuit plurimos, docuit. In dictione maxime studuit perspicuitati et proprietati verborum <sup>l</sup>): vitam sobriam egisse etiam ab aduersariis conceditur, neque *Cicero* dubitauit de Epicuri schola scribere II. 25. de fin. *ut ceteri existimantur dicere melius quam facere, sic hi mihi videntur facere melius, quam dicere.* Et dum finem bonorum docuit voluptatem, non adeo alienus fuit a sententia aliorum sapientium, quibus summum bonum est ex virtute proueniens tranquillitas gaudiumque animi. [vid. *Ciceron.* quaest. Tusc. III. 20 sq. vbi tamen acriter disputat contra Epicurum.] Vnde *Templeius* in diss. de horto Epicuri pag. 110. *Stoici virtutem collocabant in virtute, in voluptate Epicurus. Sed praestantissimis quibusque Stoicorum summum videbatur bonum esse voluptas, virtutem habens comitem, et praeclarissimi ex Epicuri schola non dubitabant, maximam et sanctissimam esse voluptatem, quae ex virtute proueniret.* Confer, quae

e) *Laert.* X. 8. 13. 14. *Sextus* initio libror. contra *Math.* *Cicero* de N. D. I. cap. 26. 33. 43. *Stanlei.* pag. 61 sq.

f) *Euseb.* XIV. Praeparat. pag. 768. *Laert.* X. 13. ex *Demetrio Magnifico.*

g) *Laert.* X. 13. ex *Apollodoro.*

h) *Laert.* X. 14. [Arrogantia et superbia Epicuri, se fere solum sapientem esse putantis, negari non possunt. Quare etiam se, nisi aduersarii aut etiam imperiti illius adflectae in vituperando aut laudando modum excefferunt, ἀντροδιδυκτον eo sensu forte poterat dicere, quod ex variorum quidem philosophorum scholis plura delibauit dogmata; haec autem ita immutauit, et partim coniunxit, partim seclufit, nouisque commentis auxit, vt nouum quoddam systema, quod a reliquorum, praecipue peripateticorum stoicorumque philosophorum disciplina valde differret, con-

didisse sibi videretur. Tum, quamquam omnem eruditionis speciem et opinionem a se amoliretur, vt ex suo ingenio omnia hausisse putaretur, cum tamen doctum fuisse, negari non potest. vid. *Petron.* cap. 132. fin. ibique interpr. in edit. *Burmanni* I. *Propert.* III. 20. 25. ibique *Burm.* II. et quae supra iam scripsit. *Harl.*

i) *Laert.* X. 12. 13.

k) Vbi *Olymp.* CXVII.  $\frac{2}{3}$ . primum instituit scholam. vid. *Corfin.* l. c. p. 63. Florem illius *Saxius* in *Onom.* I. p. 93. adsignauit A. M. 3708. *Olymp.* CXX. 4. ante C. N. 295. V. C. 457. *Harl.*

l) *Laert.* X. 13. *Gassend.* VIII. 7 de vita et moribus Epicuri. *Fabric.* Vitia tamen eius in dictione perstringit *Cleomedes*, et ridet illum cum *Pythagora*, *Socrate* atque *Heraclito* se conferentem pag. 474 sq. *Harl.*

quae *Laurentius Valla* p. 797. 798. Opp. *Bodin* in Colloquio Heptaplomere MS. lib. I. Multos deorum contentores, plures etiam, qui nihil a beluis nisi figura differrent, Epicureum tamen adhuc reperi neminem, i. e. qui eos nulla praeiorum spe religiose coleret, qui frugalissime ac temperatissime viveret, qui continentiam, iustitiam, fidem morum, integritatem, ut Epicurus, amplexaretur; mortales tamen animos crederet, nec ullum ab immortali deo negotium cuiquam impendere arbitraretur, qui denique summum hominis extremumque bonum non in corporeis voluptatibus, sed in animi excelsi tranquillitate serena collocaret. Inter dogmata ipsius fuere haud dubie non impia modo, ut qui praemia et poenas et omnem remoueret religionem Numinis <sup>m)</sup>, sed etiam absurda, ut, (praeter illa ipsa quae iam dixi,) quod negaret fines rerum intentos, oculum v. g. factum ad videndum, aurem ad audiendum; sed casu illa opinabatur, quia ad hoc apta coaluissent, videre et audire, cogitationesque nostras et ideas, et collectiones in animo nostro, adeoque animum ipsum constare agitatione atomorum, et tamen animo constare libertatem <sup>n)</sup>, quo nihil mihi videtur dici posse ineptius. Cineas apud *Plutarchum* in Pyrrh. tom. II. pag. 459. haec tria Epicureorum dogmata notat, quae C. Fabricius optabat, hostibus cordi esse, neutiquam vero Romanis; τέλος μὲν ἐν ἡδονῇ τιθέμενοι, πολιτείαν δὲ φεύγοντες ὡς βλάβην καὶ σύγχισιν τῆ μακαρίας· τὸ δὲ θεῶν ἀποτάτω χάριτος καὶ ὀργῆς καὶ τῆ μέλειν ἡμῶν ἐς ἀπράγμονα βίον καὶ μετὰ εὐπαθειῶν ἀποκίζοντες. Denique dogmata eius quoque fuere ita comparata, ut maxima voluptate homines probos priuaret conscientia ac providentia dei, et in rebus aduersis praesens atque maximum eriperet solatium, quod ex dei voluntate et auxilio percipitur, ut pulcre monuit *Plutarchus* libro, quod non possit suauiter viui secundum Epicurum. Alioqui non abnuerim, per inimicos multa ipsi fuisse et eius scholae impacta per calumniam, quae e veteribus *Laetius*, e recentioribus praecipue diligenter diluit *Gassendus*. Praeter eundem *Gassendum* tom. V. Opp. et reliquos eruditos *Laetii* ac *Lucretii* interpretes, de vita ac philosophia Epicuri consuli possunt *Jacobus Rondellus* inter providentiae assertores Epicurum referens, libro de vita et moribus Epicuri. Amst. 1693. 12. et *Baelius* [alique a me iam citati.]

Obiit Olymp. CXXVII. 2. ineunte anno aetatis 72. archonte Pitharato <sup>o)</sup>, statuis in patria [?] aeneis, sed multo magis decoratus longa <sup>r)</sup> discipulorum ac frequenti successione, qui memoriam eius, velut dei cuiusdam, colere, et natalem eius celebrare <sup>q)</sup> annua sollempni die decima vel septima Gamelionis, et vicesimo cuiusque mensis die in eius et *Metrodori* memoriam frequentarunt epulas, vnde dicti εἰμαδ. 504. Vultus Epicuri per cubacula gestant, ac circumferunt secum, inquit *Plinius* XXXV. 2. et apud *Ciceronem* V. 1. de Finib. Pomponius

m) Confer, quae *Himerius* in declamatione in Epicurum apud *Photium*, cod. CCXLIII. pag. 598 sq. [ed. III. pag. 66 sqq. *Himerii*, edit. *Wernsdorffii*.]

n) Quando nonnulli libertatem in systemate Epicuri superfluum fuisse contendunt, id non factis recte dictum videtur. Nam Epicurus praecepit delectum in voluptatibus, et ut considerarentur ea, quae actiones sequerentur, praecepit, ut voluptates animi voluptatibus et cupiditatibus sensuum anteferrentur: quod libertatem require-

re videtur. vid. *Cic. Tusc. quaeest. V. 33. de Fin. I. 14. etc. Harl.*

o) *Cic. de fato cap. 9. [conf. Corfu. I. mem. pag. 85.]*

p) *Laert. X. 9. Suid. in Ἐπίκουρος, Ionsius lib. I. cap. 20. Io. Gerson* tamen duos putauit fuisse Epicuros, alterum sobrium, alterum voluptatibus corruptum.

q) *Athen. VII. p. 298. Plin. XXXV. 2. Cic. II. de Fin. Laert. X. 18.*

ponius Epicureus; nec tamen Epicuri licet obliuisci, si cupiam; cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis et anulis habent. Effigiem eiusmodi e veteri Iosephi Scaligeri gemma post Ericium Puteanum in reliquiis epistolarum, et Gassendum exhibet Laertii praeclara editio Wetsteniana, et Gronouius tom. II. Antiq. Graec. tabula 96. De imagine marmorea Epicuri in hortis Ludouisianis vide *Gabrielis Naudaei* epistol. pag. 224. *Fabric.* — in gemma in thesauro Ebermayeriano: Capita deorum et illustrium hominum — in gemmis antiqua partim, partim recenti manu assabre incisa, quae collegit *Io. Martin. ab Ebermayer*, Noriberg. enarratit obseruationibusque historicis illustratit *Erhard. Reusch.* Francof. et Lipsiae 1731. fol. nr. 359. cum obseruatione Reuschii de Epicuro, pag. 172. — Inter rudera Tiburtini secessus Pisonum ann. 1778. effossi sunt hermae adfabre sculpti *Epicuri, Metrodori* et aliorum, graeco lemmate inscripti. vid. *Amadutium* ad Charact. Theophrasti capp. II. haecenus anecdota, pag. 44. *Harl.* — Quatuor alios Epicuros memorat *Diongenes Laertius* lib. X. nr. 26. Ad h. l. Menagius addit tres alios. His vnum addit Gassendus in praefat. de vita et moribus Epicuri. *Heumann.*

II. Successor Hermachus fuit [s. rectius *Hermarchus.*]. Scripta nostri philosophi exstiterunt olim ultra volumina trecenta teste *Laertio* X. 26. neque placuit Epicuro aliena testimonia libris suis inferere, vt contra frequentissime fecit aemulus *πολυγραφίας* eius Chrysippus: sed integra suis verbis ac sententiis impleuit. Nihil ex eius scriptis tulit aetatem, exceptis paucis, quae seruauit *Laertius*, et *Petrus* imprimis Gassendus illustratit, quem de scriptis Epicuri consulens in eius vita lib. I. cap. IX. X. Adiecit etiam pleraque graece *Lucretio* suo *Gissanus.* Quae breui editurum se Epicuri fragmenta ann. 1625. in notis ad *Theodori Prodromum* *Amarantum* pag. 559. scripsit *Gilbertus Gaulminus*, ea lucem non viderunt. *Fabric.* — Epicuro autem a prauis hominibus multa scripta sunt supposita. vid. *Ionsius* I. 20, 2. pag. 124 sqq. vbi defendit Epicurum contra obtrectatores. De *Diotimo*, qui Epicuro libros supposuit, vid. *Ionsum* l. c. pag. 125. et II. 15, 4. pag. 233 sq. vbi etiam veterum de probis Epicuri moribus testimonia adtulit. Adde supra, voc. *Diotimus* in catalogo Stoicorum. *Heumann.* — Les songes d'Epicure, traduits du Grec, par M. le Docteur *Vgtoogt*, Professeur en langues Orientales au College de Richel. et publiés par M. le Chevalier D . . . . Paris. 1755. 8. *Harl.*

1. Testamentum. *Laert.* X. 16. — 22. adde *Cic.* de Fin. II. 31. *Gassend.* lib. II. cap. 1.
2. Epistola ad *Herodotum*. X. 35. — 83. de principiis naturalibus.
3. Epistola ad *Pythoclem*. X. 84. — 116. de meteoris.
4. Epistola ad *Menoceum*. X. 123. — 135. de vita instituenda.
5. Epistola ad *Idomencum*. X. 22. quae latine etiam exstat apud *Cic.* II. de Fin. [30. vbi tamen ad *Hermachum* scripta dicitur. Hinc Gassendo ad vtrumque exarata videtur. conf. Menagium ad locum *Diog. Laertii.* *Harl.*]
6. Κύρια δόξα. *Laert.* X. 139. — 144.

Alia eius scripta non pauca memorantur praeter haec, quae exstant, et quibus asteriscum deinceps praefixi 7):

F f f f 2

Περί

7) Conf. *Stanleii* hist. philosophiae, de Epicuro cap. X. pag. 70. edit. Venetae lat. *Harl.*

Περὶ αἰρέσεων. *Laert.* X. 27. et 136. vbi est *περὶ αἰρέσεων καὶ Φυγῆς*. [vid. *Menag.* ad Laertii locum, *Stanlei.* l. m. pag. 71. et *Dornii* notam ad Ioncium l. 20, 1. pag. 123. qui non interpretantur *de sectis*, sed *de electionibus.* *Harl.*]

Ἀναξιμένης. *Laert.* X. 28.

Ἀντίδορος, β'. *Laert.* X. 28.

Ἀριστόβελος. *Laert.* X. 28.

Περὶ ἀτόμων καὶ κενῶ. *Laert.* X. 27. Cleomedes citat Epicurum ἐν ταῖς τῶν ὅλων ἀρχαῖς, quod *Gassendo* idem opus videtur.

Περὶ τῆς ἐν τῇ ἀτόμῳ γωνίας. *Laert.* X. 28. [P]

Περὶ ἀφῆς. *Laert.* X. 28. de atomorum tangibilitate corporumue: tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res, vt ex Epicuri mente scripsit Lucretius.

Περὶ βασιλείας. *Laert.* X. 28. *Plutarch.* quod non possit suauiter viui secundum Epicurum. pag. 1095. D.

Περὶ βίων siue βιωτικῶν, δ'. *Laert.* X. 27. et 119. 136.

Διαπορεία. *Laert.* X. 119. *Plutarch.* pag. 1095. C. πρὸς τὰς Μεγαρικὰς. *Laert.* X. 27.

Περὶ δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. *Laert.* X. 28.

Περὶ δικαιοπραγίας. *Laert.* X. 28.

Περὶ δώρων καὶ χάριτος. *Laert.* X. 28. in hoc libro docuit, teste Sexto Empirico I. contra *Math.* pag. 11. ὅτι ἀναγκασθὼν ἐστὶ τοῖς σοφοῖς μανθάνειν γράμματα.

Περὶ εἰδώλων. *Laert.* X. 28.

Περὶ εἰμαρμένης. *Laert.* X. 28.

Ἐπιστολαί. *Laert.* X. 28.

ad *Anaxarchum*, *Plutarch.* pag. 1117. contra *Colotem*.

ad *Aristobulum* (*Aristodemum*). *Laert.* VII. 9.

περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὁ), *Aristocles* apud *Euseb.* XV. 2. Praeparat. *Athenaeus* VIII. pag. 354. vbi Epicurum vocat τὸν Φιλαληδέατον. Respicit et *Laert.* in *Protag.* IX. 53.

ad *Eurydicum*. *Laert.* X. 13.

ad *Hermachum*. *Athen.* XIII. pag. 588. *Cic.* II. de fin. [cap. 30. VII. ad diu. epist. 26. *Sen.* epist. 92. vid. quae paullo ante, ad nr. V. scriptorum Epicuri notauim.]

\* ad *Herodotum*. *Laert.* X. 29. 30. 35. [Hanc a cl. *Nürnbergero* separatim et emendatius esse editam docteque illustratam, initio huius capituli iam adnotauim. *Eudocia* eam quoque reddidit.]

\* ad *Idomeneum*. *Laert.* X. 22. *Seneca* epist. 21 et 22. *Apostol.* XVI. 95. *Prouerb.* [ad *Hermachum* scriptam fuisse, *Cicero* l. c. testatus est.]

ad

s) Hanc epistolam esse supposititiam, contendit *Ioncius* I, 20, 2. pag. 126. *Harl.*

ad *Leontium*. *Laert.* X. 5. 6.

\* ad *Menoecium*. *Laert.* X. 29. 122. *Fabric.* — *Io. Frid. Behrendt*, Rector lycei Seruestani, in programme, *Aduersaria ad dubia auctorum* (graecorum et latinorum) loca, Seruestae 1755. 4. p. 1 sqq. locum epistolae ad Menoecium, et alium locum in epistola ad Pythoclem late explicat, ipsaque nonnulla Epicuri placita illustrat: nr. 3. refutat theologos, qui dictum Paulli 1 ad Timoth. VI. 6. comparant cum vltima Epicuri epistola. At enim epistolae, Epicuro tributae, ab aliis, sed antiquis, conscriptae atque adeo sublestae fidei esse videntur. *Harl.*

ad *Polyaenum*. *Seneca* epist. 18.

\* ad *Pythoclem*. *Laert.* X. 5. 6. 29. 84. [Eudocia eam quoque seruauit.] *Hesych.* illustr. in Ἐπιεικός.

ad philosophos *Mytilenaeos* πρὸς τὰς ἐν Μυτιλήνῃ Φιλοσόφους. *Laert.* X. 6. 136. *Sextus Empir.* pag. 2. aduersus Math.

Ἐπιεικὴ τῶν πρὸς τὰς Φυσικὰς. *Laert.* X. 27.

Ἐπιεικὴ μεγάλη. *Laert.* X. 39. 40. 73. μικρὰ ἐπιεικὴ. id. 85. 135. ad Herodotum. Haud diuersa, vt videitur, ab epistola, quae exstat.

Περὶ ἔρωτος. *Laert.* X. 27.

Εὐρύλοχος. *Laert.* X. 28.

Ἠγησιάνναξ. Infra Περὶ ἐσιότητος.

Περὶ ἡδονῆς de *Voluptate*. *Cic.* II. 3. *Tusc.* [P]

Πρὸς Θεόφραστον librum II. *Plutarch.* pag. 1110. contra Colotem.

Καλλιτόλας. *Laert.* X. 28.

Κανὼν ἢ περὶ κριτηρίῳ. *Laert.* X. 27. at 14. 30. 31. *Damoxenus*, Comicus, apud *Athenaeum* III. pag. 102. de *regula et iudicio* *Cic.* I. nat. deor. 16. vbi *coeleste volumen* dicitur.

Ἐν τῇ ιβ' περὶ κόσμου. *Laert.* X. 74. nisi intelligitur liber XII. περὶ φύσεως.

\* Κύρια δόξα. *Laert.* X. 27. et 29. maxime ratae. *Cic.* II. de fin. cap. 7. *selectae breuesque sententiae* id. 1. nat. Deor. 30. quae *Sexto Empirico* λέξεις ἦνται, vt obseruat *Gassendus*, quem vide tom. V. *Opp.* pag. 180. Τὸ κάλλιστον, ὡς οἶσθα. τῶν βιβλίων καὶ κεφαλαιῶδες, περιέχον τῆς τ' ἀνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα. *Lucian.* pseudomante, tom. II. pag. 774.

Πρὸς τὰς Μεγαρικὰς διαπορίαι. *Laert.* X. 27.

Πρὸς Μητροδώρον. *Laert.* X. 28.

Μητροδώρος, ἐ. *Laert.* X. 28. ἐν Πρώτῳ Μητροδώρῳ id. 23.

Πρὸς Μίθρην, *Laert.* X. 28. περὶ νόσων δόξα.

Περὶ Μεσικῆς. *Laert.* X. 28.

Νεοκλῆς πρὸς Θεμισαν. *Laert.* X. 28.

Περὶ νόσων δόξα. *Laert.* X. 28.

Περὶ τῆς ἐρεῖας. *Laert.* X. 28.

Περὶ ἐσιότητος ἢ Ἑγησιόωνος. *Laert.* X. 27. *Cic.* I. de nat. Deor. cap. 41. *At etiam de sanctitate et de pietate adversus deos, libros scripsit Epicurus. At quomodo in his loquitur? Ut Coruncanum, ut Scavolam pontifices maximos te audire dicas, non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem etc. adde cap. 44.*

Περὶ παθῶν δόξαι. *Laert.* X. 28.

Πολυμήδης. *Laert.* X. 28.

Προβλήματα φυσικά. Videtur memorare Laertius et Plutarch. Vtrum tamquam distinctum opus, dubito.

Προγνωστικόν. *Laert.* X. 28.

Προτρεπτικός. *Laert.* X. 28.

Περὶ Ῥητορικῆς. *Laert.* X. 13. et Schol. Hermogenis, p. 377. cuius locum produxit Meursius in *Bibl. Attica*. [Fabric. B. Gr. IV. 32. vol. IV. p. 483.]

Στοιχειώσεων lib. XII. *Laert.* X. 44.

Συμπόσιον. *Laert.* X. 28. et 119. perstringit *Athenaeus* IV. 177. 179. 182. V. pag. 186. 187. Meminit *Plutarch.* III. 5. sumpof. et lib. I. cap. I.

Περὶ τέλους de finibus bonorum ac malorum *Cic.* *Laert.* X. 6. 27. 130. *Athen.* VII. pag. 280. XII. 546. *Plutarch.* pag. 1091. *Hesych.* illustr. *Gaulminus* pag. 559. ad Theodor. Prodrorum.

De summo bono *Cic.* III. Tusc.

Πρὸς Τιμοκράτην. *Laert.* X. 28.

Τιμοκράτης γ'. *Laert.* X. 28. et 23. *Cicero* lib. I. de nat. deorum cap. 33. *Metrodori, sodalis sui, fratrem, Timocratem, quia, nescio quid, in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit.* adde cap. 40.

Περὶ Φαντασίας. *Laert.* X. 28.

Περὶ φύσεως λζ'. *Laert.* X. 27. et 7. et 30. 39. 40. 73. 74. 91. 96. 119. *Galen.* in I. Hippocr. de nat. hum. [P]

Περὶ φυτῶν. *Laert.* X. 27. licet *Gassendus* pro duobus librorum titulis περὶ αἰρέσεων et περὶ φυτῶν legat iunctim περὶ αἰρετῶν καὶ φυεκτῶν.

Χαιρέδημος ἢ περὶ τεῶν. *Laert.* X. 27.

### III. Catalogus \*) Epicureorum \*)

*Agathobulus.* Meminit *Plutarchus* lib. non suauiter viui sec. Epicurum pag. 1089. [pag. 483. vol. X. edit. Reiske, cuius tamen et *Xylandri* notas conferes.]

*T. Albu.*

\*) Plerosque horum notauerat *Gassendus* de vita et moribus Epicuri lib. I. cap. 8. lib. II. cap. 6. et lib. III. cap. 5. *Leonhardus Cozzaninus*, *Brixianus*, de Magisterio antiquor. philosophorum libro VI. Geneu. 1684. 12. *Lyttiorum* in Creta insula seuerum edictum aduersus Epicureos, quos nullo

*T. Albutius.* Cic. I. nat. Deor. cap. 33. et V. Tusc. [cap. 37. vbi, *quid T. Albutius? ait, nonne animo aequissimo Athenis exsul philosophabatur? cui tamen illud ipsum non accidisset, si, in republica quiescens, Epicuri legibus paruisset.* Lucilius apud Ciceron. de fin. I. 3. vbi Manutium et Dauil. consules. Idem Cicero in Bruto cap. 35. *Doctus etiam Graecis T. Albutius, vel potius paene Graecus. loquor, ut opinor: sed licet ex orationibus indicare. Fuit autem Athenis adolescens, perfectus Epicureus euaserat, minime aptum ad dicendi genus.* id. in oratione in Pisonem cap. 38. Et saepius eius meminit Cicero. adde *Doufam* ad fragmenta Lucilii pag. 59. *Bayle* Dict. voc. *Albutius Titus.* *Harl.*]

*Alcaeus,* qui Roma cum aliis Epicureis pulsus est anno V. C. 581. teste *Athenaeo* XII. p. 547. et *Aeliano* IX. 12. Var.

*Alexander,* Epicureus, a Plutarcho colloquens inducitur II. 3. *sympos. conf. Iac. Thomasi* diss. 14. §. 99. pag. 199.

*Aifenus,* Idus. vid. *Euerhard. Otton.* de Stoica veterum Ictorum philosophia pag. 24. [et in *Gottlieb Steuogtii* opusculis de sectis et philosophia Ictorum, Ienae 1724. 8. p. 229 not.]

*C. Amasianus* siue *Amasinius.* Cic. I. Acad. et IV. Tusc. cap. 3. *Cassius* Epist. ad Cic. XV. 19. *Fabric.* vide *Falster.* mem. obscur. pag. 13. Fortasse apud *Athenaeum* lib. XII. p. 511. pro *Ananius* legendum est *Amasinius.* *Heumann.*

*Amynomachus,* Philocratis F. *Laert.* X. 16. 17. Cicero II. de fin.

*Pompilius Andronicus,* Syrus. *Sueton.* de Grammaticis cap. 8. *Bayle* diction. p. 252 sq.

*Anniceris.* Suid.

*Antidorus.* Vide infra in *Autodoro.*

[*Antilochns,* idem forte, qui *Antilogus* dicitur ab *Dionysio Halicarn.* περί ουνο. όνομ. pag. 5. lin. 20. De viris eruditis et philosophis scripsit, et terminat in Epicuro, cuius adlecta, nec multo post eum vixisse, ac diuersus ab *Antiocho,* historico, et alio *Antiocho,* Syracusano, vetustissimo rerum Sicularum scriptore, (de quo disputat *Mongitor.* in bibl. Sicula I. pag. 41.) fuisse videtur *Dodwello* in exercitatione II. de Pythagorae aetate, pag. 173 sqq. adde pag. 161. *Harl.*]

*Antonius,*

nullo modo apud se versari volebant ex Athenaeo et Aeliano refert Suidas in *Έπιου.* Cic. de Finib. I. cap. 7. quod quaeritur saepe, cur tam multi sint Epicurei; sunt aliae quoque causae; sed multitudinem hoc maxime adlicit, quod ita putat dici ab illo, recta et honesta quae sint, ea facere per se laetitiam, id est, voluptatem. Homines optimi non intelligunt, totam rationem everti, si ita se res habeat: nam si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte et per se esse iucunda; per se esset et virtus et cognitio rerum, quod minime ille vult, expetenda.

ii) Ceteris sectis numerosiorem fuisse sectam

Epicureorum, adparet ex *Diogene Laert.* IV. 43. *Heumann.* — Multo maior, et fere infinita erit copia, si eos numeres, qui vita, flagitiis, dictisque fecerunt, ut *Άστροι* atque *Άστυγας* de grege Epicuri audirent porci. Neque tamen recentissima aetate defuerunt, qui quidem philosophi personam induentes, de deo eiusque prouida cura rerumque ortu aequae impie loquerentur atque disputarent: e. gr. *La Mettrie* in Oeuvres Berol. 1764. — *Robinet* de la nature, Amsterd. 1761 — 1766. 4. tom. 8. — *Mirabaud* in Systeme de la Nature, Londini 1771. II. tom. 8. et alii eiusdem generis ac furfuris. *Harl.*

- Antonius*, cuius librum περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἰδίῳις πράξεσιν ἐφεδρείας memorat *Galenus* tom. VI. edit. Paris. pag. 519. [conf. *Sander*. de claris Antoniiis pag. 139.]
- Apelles*, cuius meminit *Plutarchus* f. 1094. de non suauiter viuendo sec. Epicurum.
- Aphrodisius* philosophus Epicureus videtur, quem increpat *S. Nilus* II. epist. 264. Allat.
- Apollodorus*, Epicureus. *Laert.* X. 13. κηπεύρανος dictus, quadringentorum amplius voluminum scriptor. id. 25. Eius librum I. de vita Epicuri laudat *Laertius* X. 2. Successorem habuit Zenonem, Sidonium, Olymp. CLXXIV. [conf. *Ionsum* III. 13, 8. *Brucker*. I. pag. 1316 sq.]
- De *Apollonio*, Tyanensi, *Philostrat.* I. cap. 5. et *Suidas* in Ἀπεσπῆδαζεν.
- [*Archestratus*. *Athen.* VII. pag. 286. et 312. *Heumann*. plura vid. inter Pythagoricos, vol. I. pag. 831. *Harl.*]
- Aristion*, Atheniensis. *Appian*. Mithridatic. pag. 189. *Fabric.* — cap. 28. pag. 681. vol. I. edit. Schweighaefuseri, locus est memorabilis de nostro, nec Appiani iudicium de philosophis, tyrannidis potentia abufis, negligendum. adde *Fabricii* notam ad Dionem Cassium lib. XXXV. p. 50. *Pausan.* I. cap. 20. pag. 47. *Eutrop.* hist. V. 3, 12. al. cap. 6. ibique notas Cellarii ac Verheyk. pag. 229. Scribitur Ἀριστίων et Ἀρισίων. vid. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. pag. 71. *Toup.* emendat. in *Suidam* et *Hesych.* vol. I. pag. 104. etc. *Harl.*]
- Aristobulus*, Chaeredemus, et Neocles, tres Epicuri fratres, quos cum eo philosophatos refert *Laertius* X. 3. *Aristobuli* meminit *Plutarch.* pag. 1103.
- Artemidorum*, num Epicureis addat e *Senecae* VIII. 13. quæst. nat. dubitat *Gassendus* tom. V. pag. 190.
- Asclepiades*, Bithynus, medicus. *Galen.* de Theriaca ad Pison. cap. XI. tom. II. p. 462.
- Athenacus*, Epicuri discipulus. *Laert.* X. 22. eius in Epicurum epigramma *Laert.* X. 12. [P] [*Athenaeus* lib. XI. p. 507. fin. reicit et ridet doctrinam de immortalitate animi. Idem libr. XII. pag. 510 sqq. defendit studium voluptatis corporeae. *Heumann.*]
- Titum Pomponium Atticum*, tamquam deditum Epicuro insectari quidam solebant, ut ipse apud *Ciceronem* de fin. V. 1. Certe audiuit Zenonem ac Phaedrum, Epicureos. *Cicerone* ibidem teste. Idem tamen *Cicero* ad diuers. XIII. 1. videtur hoc diserte negare. vide etiam *Andr. Schottum* ad *Nepotis* Atticum cap. 12. *Victorii* castigationes ad *Ciceron.* p. 903. et *Abbatis de S. Real* Caesaronem et *Ionsum* III. 18. 4. p. 255. *Fabric.* — *Bayle* Diction. voc. *Atticus*, *Andr. Schottum* in quæst. Tullianis lib. IV. cap. 5. pag. 294. *Hornium* hist. philos. lib. IV. cap. 5. *Fabricii* bibl. lat. vol. II. ad pag. 62. *Heumann.* — adde *Reinmanni* histor. atheismi pag. 201. *Brucker.* vol. II. pag. 75 sq. ubi quosdam Epicuri inter Romanos recenset sectatores, ante Christum natum. *Harl.*
- Ausonius*, Burdegalensis, praeter rem, ut existimo, Epicureis adscribitur.
- Autodorus*, Epicureus. *Laert.* V. 92. forte leg. Antidorus, cuius nomine librum Epicurus inscripsit. id. X. 28.
- Basilides*, successor *Dionysii*. *Laert.* X. 25.



*L. Thorius Balbus*, Lanuuius. *Cic.* II. de fin. cap. 20. vide etiam *Thomae Bentleii* notas ad lib. I. cap. 7.

*Aufidius Bassus*. Vide *Senecam* *Epist.* XXX.

*Boethus*, geometra, Epicureus, a *Plutarcho* colloquens inducitur in *Symposiacis*. Mentio eiusdem lib. de *Pythiae Orac.* p. 396. οἶσθα γὰρ τὸν ἀνδρα μεταπαττόμενον ἤδη πρὸς Ἐπιήρητον. *Fabric.* adde *Brucker.* II. pag. 469. not. *Harl.*

[*Caecilius*. vid. *Minuc. Fel.* XL. 2. *Heumann.*]

[*C. Iulius Caesar*, tenuit characteristicum dogma Epicuri, quod nempe non sit alia vita post hanc. Mors, inquit apud *Sallustium* b. *Cat.* cap. 51. cuncta mortalium mala dissoluit; ultra neque curae, neque gaudio locus est, et cap. 52. Cato dicit, Caesarem falsa existimare, quae de inferis memorentur; vide tamen *Bayle* *Diction.* voc. *Caesar.* not. H. et *Bergerus* lib. de pulcrit. orat. pag. 521. 524 sq. 527. *Heumann.*]

*Callistolar*, cuius nomen libro praefixit Epicurus. *Laert.* X. 28. — *Canius*.

[*Carneades*, familiaris Epicuri, diuersus a Carneade academico. vid. *Plutarch.* non posse suau. viui sec. Epicur. pag. 481. vol. X. edit. Reiskii, qui in nota etiam laudauit *Menag.* ad *Diog. Laert.* X. 9. adde *Ionfium* II. 14. 1. pag. 219. supra pag. 166 sq. *Harl.*]

*C. Cassius*, Caesaris interfector, de quo *Cic.* et *Plutarch.* [vol. IV. pag. 286. edit. Reisk.] *Castli* ad *Cic. Epistolae* quaedam adhuc exstant, vt illa XV. 19. inter epp. ad diu. *Bayle* *Diction.*

*M. Catius Miltiades*, Insuber. *Cicer.* *epist.* ad diuers. XV. 16 et 19. *Horat.* II. sat. 4. vbi eius praecepta irridet. *Quintil.* X. 1. in epicureis leuis quidem, sed non iniuendus tamen auctor est *Catius*. Quatuor libros de rerum natura et summo bono scripsisse eum, et conuiuiarum praecepta digessisse, notat *schol. Horatii* pag. 46c. et 692. edit. *Cruquii. Fabric.* — vid. *Dau. Heinsius* lib. II. de satyr. *Horat.* pag. 98. *Bayle* *Diction.* voc. *Catius*, Bericht von neuen Büchern pag. 255. *Heumann.* *Maffon.* vita *Horatii* pag. 28. *Heyne* ad *Donati* vitam *Virgilii* pag. CLVI. edit. sec. *Harl.*

*Celsi*, duo Epicurei. *Origenes* lib. I. pag. 8. δύο δὲ παρελήφαμεν Κέλσους γεγονέναι ἐπιήρητας, τὸν μὲν πρότερον κατὰ Νέρωνα, τῆτον δὲ μετὰ Ἀδριανὸν καὶ κατωτέρω. idem lib. IV. pag. 186. et 200. Hic posterior, diu post *Adrianum* clarus, (confer *Dodwell.* ad *Irenaeum* pag. 32 sq. et 500 sq.) is ipse est, qui contra *Iudaeos* et *Christianos* scripsit librum sub titulo, quem ab *Antiphonte* mutuatus est, λόγος ἀληθῆς, quemque egregio opere, quod exstat, confutauit *Origenes*, testatus, eum in hoc Epicureismum dissimulasse pag. 141. 163. 200. Eidem *Celfo* *Lucianus* suum inscripsit *Pseudomantem*, in quo libros illius κατὰ Μάρων extollit, eosdem denotans, quos *Origenes* I. pag. 53. vocat βιβλία πλείονα κατὰ μαγείαν, vt obseruatum *Guil. Spencero* in notis ad *Orig.* quem, si placet, vide. Ad antiquiorem, vt existimo, *Celsum* *epistola Metrodori* memoratur *Galeno* de libris propr. tom. IV. pag. 368. edit. *Basil. Fabric.* vid. *Ionfium* lib. IV. 12. pag. 252. [it. I. 20, 4. vbi de *Celfo*, apud *Galenum* obuius, agit, at locum corrigit, ita, vt *epistola* ad *Metrodorum* haud intelligenda sit; nempe pro vulgato περὶ τῶν πρὸς τὴν Σοφιστῶν, ἔν. Μητροδώρη ἐπιστολή πρὸς Κέλσον ἐπικύρειον, ἐπιστολή

Πεδεντιόνος ἐπιμερείς legere et distinguere suadet, *περὶ τ. π. τ. Σοφισίας, ἐννέα Μητροδώρα. ἐπιστολή πρὸς Κέλσον* etc.] *Clericus* hist. eccl. saec. II. pag. 588. *Valesius* ad Eusebii hist. eccl. VI. 35. *Heumann*. — adde *Caueum* de scriptor. eccl. vol. I. p. 96. edit. Basil. *Fabric*. B. Gr. lib. V. cap. 1. de Origene p. 219. vol. V. *Wesslingii* Probabil. cap. 23. qui argumenta in vtraique partem, num Celsus, contra quem Origenes libros scripsit, ex Epicuri schola fuerit nec ne, erudite examinat. Epicureum fuisse eum, contendit *H. Valesius* Emendatt. lib. I. cap. 1. pag. 4. vbi in nota Burmannus II. incertus est. Pluribus argumentis euincere studuit *Bruckerus*, II. pag. 604 sqq. Celsum fuisse Epicureum: quem Cudworth. praecipue Moshemius, Platonicis, alii Stoicis adnumerare maluerunt. *Harl.*

*L. Cestius Pius*, rhetor, de quo multa apud *Senecam* in *Controuersiar.* libris.

*Chaerodemus*. Supra in *Aristobulo*. Huius nomine librum proseripsit Epicurus, quo disputabat de diis. vide *Laert.* X. 27.

*Cleon*, cuius meminit Epicurus Epist. ad Pythoclem. *Laert.* X. 84.

*Colotes*, cuius librum Ptolemaeo, regi, inscriptum *περὶ τῆ ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα ἐδὲ ζῆν*, duobus scriptis expulit et confutauit *Plutarchus*, quem vide pag. 1107. et 1086. Idem pag. 1117. refert, Colotem, [P] quum Epicurum, de natura rerum disserentem, audiuisset, ad genua eius protinus accidisse, atque in disciplinam ei se dedisse, quod Epicurus ipse in literas referre non dubitauit, qui hunc Colotem per ὑποκρησμόν vocauit *Κολωτάραν* vel *Κολωτάριον*. Adde pag. 1100. Eius librum, quo probare voluit, fabulis non esse vtendum philosopho, oppugnat *Macrobius* lib. I. in *Somn. Scipion.* cap. 2.

*L. Crassus*. *Cic.* I. de nat. deor. cap. 21.

*Damis*. *Lucian.* in Ioue Tragoedo. *Fabric.* cap. IV. pag. 645. tom. II. edit. Reitz. vbi *Damis* Epicureus cum *Timocle*, Stoico, de diis, quos negauit esse, differens, memoratur; ibid. cap. 16. pag. 660. dicitur *ἐπίτριπτος, perditus nebulo*, et cap. 17. p. 661. *κατάρατος saterrimus* negare, deos prouidere hominibus: cap. 35. pag. 683. *ἱεροσυλες sacrilegus*, et vsque ad cap. 52. cum *Timocle* colloquens inducitur. In dialogo mortuorum XXVII. cap. 7. *Diogenes*, cum *Cratete* differens, narrat, secum praeter alios *Damin* diuitem *Corintho*, per filium veneno sublatum, ad inferos descendisse: nisi *Damis* a *Luciano* plane fictus homo fuerit: quod quidem saepius ab eo factum fuisse, in superioribus capp. aliquoties notauimus. *Harl.*]

*Demarchus*. *Ambros.* X. Epist. 82. ad Vercellensem Eccles. (al. III. 25.) *Clamat ergo ille* (Epicurus in Epist. ad Menoecum) *sicut Demarchus asserit, quia non potationes neque comestationes nec filiorum soboles nec foeminarum copulae nec piscium copia aliorumque huiusmodi, quae splendido vsui parantur, suauem vitam faciunt, sed sobria disputatio*: tom. II. pag. 1027. edit. *Benedictinor.* qui *Demarchum* nomen corruptum esse, atque *Hermachum* sub eo latere existimant.

*Demetrius*, Laco, Epicureus, Protarchi discipulus. *Laert.* X. 26. *Strabo*, *Sextus Empir.* [lib. III. *Pyrrh.* hypot. §. 137. vbi vid. not. *Fabricii.*] *Erotianus* in *Κλαγγώδη*.

*Democrates*,

- Democrates*, Epicuri plagiarius. *Plutarch.* p. 1100. de non suauius viuendo sec. Epicurum.
- Demophilus*, ex *Plutarch.* Phocione pag. 759. quemadmodum et *Democritus*, nescio quis, iunior, male Epicureis adscribuntur.
- Diocles*, cuius tertium ἐπιδομοῖς laudat *Laertius* X. 11. citat et 12.
- Diodorus*, de quo legendus *Seneca* cap. 19. de vita beata: Hic est, qui quum sibi gulam praefecturus esset, exclamauit: *Vixi, et, quem dederas cursum fortuna, peregi.* Perinde ac si praescindere telam, idem esset absoluere.
- Diogenem Laertium* Epicureis passim accenseri video <sup>v)</sup>, adeo, vt *Sam. Parkerus*, vir egregius, sed in Epicureismo et Atheismo impingendo facilius, *Laertium* adpellet virum mediocris iudicii, et Epicureae sectae immodicè addictum, lib. de Deo pag. 39. Argumenta tamen, quibus permoti hoc faciunt viri docti, ni fallor, non sunt omni exceptione maiora, vt infra lib. IV. cap. 19. §. 1. not. b. et g. ostendo.
- Diogenes*, e Seleucia Babyloniae, vsus gratia Alexandri illius, qui Antiochi Epiphaniis filius subdititius <sup>v)</sup>. *Athen.* V. pag. 211. vbi plura de eo eiusque in Lysiodum foeminam amoribus, et quod ab Antiocho, Antiochi successore, sit ob linguae petulantiam interfectus. [vid. *Bayle* pag. 1057. not. c. supra in indice Stoicorum. *Heumann.*]
- Diogenes*, Tarsensis, ὁ τὰς ἐπιλέκτους σχολὰς συγγράψας. *Laert.* X. 26. dogmatum etiam moralium epitomen scripsit, id. 26. et 18. vbi et 97. 119. 138. duodecimum librum laudat, forte Demetrii, Laconis, discipulus, ex suspitione *Gassendi* II. 6. de vita Epicuri. *Fabric.* adde *Ionsum* IV. 18. pag. 254. *Brucker.* I. pag. 1315 sq. *Harl.*
- Dionysius*, (is forte, qui a Stoicis, facta decessione, μεταθέμενος dictus est, vt in Stoicis supra dixi;) *Polysirati* successor. *Laert.* X. 25. Ipsi successit *Basilides*.
- Dositheus*, ad quem scripsit Epicurus. *Plutarch.* f. 1101. de vita insuaui sec. Epicur. [P]
- [*Ennius.* vid. *Reinmanni* hist. atheismi p. 201.]
- Epicurus*, Metrodori F. *Laert.* X. 19. alter *Leontis* et *Themistae* F. id. 26. vbi et alii duo Epicuri, *Magnesium* et alter, pugil, memorantur.
- Eucratis*, *Pisidami* F. *Rhodium.* Vet. Inscriptio apud *Gruterum*, *Fulu. Vrsinum* pag. 72. e log. et *Meursium* in *Rhodo* lib. II. cap. 9. *Gassendum* II. 6. de vita Epicuri.
- G g g a *Eurydicus,*
- v) Id facit *Vossius* de sectis philos. cap. VIII. §. 21. *Bayle* epist. pag. 600. *Heumann.*
- v) *Photius* cod. CLXVI. pag. 355 sqq. edit. *Schotti*, excerpta dedit ex opere illius, λόγοι καὶ τὰς ὑπὲρ Θείων ἀπίστων, et putat, cum non diu post *Alexandrum M.* vixisse. Idem opus memorat *Porphy.* sect. 10. 32. de vita *Pythagorae.* *Meiners.* in historia doctrinarum apud Graecos et Romanos tom. I. 253 sqq. vbi copiosius de *Diogene* agit, eius aetatem, quod in fragmentis ex *Aristoxeno*, *Heraclide*, *Timaeo*, *Neanthe*, *Moderato* et *Nicomacho* quaedam adducantur, existimat, in priorem saeculi III. partem incidere: at censor in bibl. crit. *Amstelod.* vol. II. part. 8. pag. 123. not. q. subscribere malit testimonio *Photii*, cuius rationes ex iis, quae *Fabricius* h. l. notauit, forte confirmari posse iudicat, et coniecturam *Meinersii*, *Diogenem* apud *Iamblichum* multa e *Moderato* et *Nicomacho* sumnisse, leuem esse pronunciat. Adde *Dodwel.* exercitat. de *Pythagora* pag. 186. *Brucker.* I. pag. 1316. *Bayle* *Diction.* voc. *Diogene* — surnommé *Babylonien*, not. C. pag. 297. *Harl.*

*Eurydicus*, ad quem Epicuri epistolam memorat *Laert.* X. 13.

*Gabinus*, de quo *Gassendus* III. 5. de vita Epicuri accipit haec *Ciceronis* pro P. Sextio cap. 10. quae de Pisone videntur intelligenda: *Laudat homo doctus philosophos, nescio quos etc.*

*M. Fabius Gallus*, ad quem *Cicero* VII. 26. ad famil.

*A. Gellius*, N. A. libr. II. cap. 8. Epicurum a Plutarcho defendit, frigide et inepte, iudice *Mureto* XVI. 11. var. lectio. *Fabric.* — Sed ex eo, quod defendit Epicurum, nondum cum Heumanno in nota msta colligerem; Gellium fuisse philosophum epicureum. Ea enim ratione nomina multorum, qui in vita et doctrina abhorrent ab epicurea disciplina, et tamen vindicant philosophum ab aliorum conuitiis, perperam inferenda essent Epicureorum catalogo. *Harl.*

*Hegesianax*, cuius nomini librum *περὶ ἐσιότητος* inscripsit Epicurus *Laert.* X. 27. mortem luxit in Epistolis apud Plutarch. f. 1101. 2. aduersus Colot.

*Hermachus* <sup>α)</sup>, Agemarchi filius, Mytilenaeus, Epicuri successor, cum eodem *συγκαταγεγενηρακῶς ἐν Φιλοσοφίᾳ*, *Laert.* X. 10. et 15. vbi et epistolae eius memorantur. Epicuri epistola ad illum apud *Ciceronem* II. de fin. cap. 30. Praeter domum in Epicuri testamento et libros omnes, (id. 21.) hortus ei adsignatus Athenis, vt in eo ipse cum suis et post eum alii *διδάσχοι* philosophiae operam darent, id. 17. Vide et 24 sq. vbi haec ipsius scripta, quae vocat pulcherrima, referuntur: *Ἐπιστολικά, περὶ Ἐμπεδοκλέους κβ'. περὶ τῶν μαθημάτων. πρὸς Ἠλάτωνα, πρὸς Ἀριστοτέλην.* adde *Senec.* epist. 6. *Athen.* XIII. pag. 588. [*Ioussum* II. 1, 6.] Successor eius fuit Polystratus.

*Hermocles. Theodor.* Prodrromus in Amarantho.

*Hermodorus. Lucian.* Icaromenippo, [cap. 16. tom. II. pag. 770. ibique M. du Soul. edit. Reitz.]

*Hermon. Lucian.* Conuiuio seu Lapithis, [tom. III. p. 422. cap. 6. edit. Reitz.]

[*Hero*, mathematicus. vid. caput de Herone. *Heumann.*

*Herodotus*, inter primos, qui obscura adhuc Epicuri dogmata, ipso superflite, illustrarunt. *Laert.* X. 5. [*Ioussus* II. 1, 5. pag. 141.

*Heruacum* epicureum fuisse, sibi persuadebat Holstenius, quod initio Spirit. de vacuo disferit ad mentem Epicuri.

*Hippoclidus*, et Polystratus, philosophi, *eodem die nati, eiusdem praeceptoris, Epicuri, sectam sequuti, patrimonii etiam possidendi, alendaeque scholae communione coniuncti, eodemque momento temporis ultima senectute extincti.* Valer. Max. lib. I. cap. 8.

*Q. Horatius Flaccus*, romanae lyrae princeps, de se ipso ita lib. I. Epist. IV. ad Albium Tibullum:

α) Cl. *Filloison.* in anecdotis gr. tom. II. pag. 159. notat, in: *Antichità di Ercolano* tom. V. p. 71. tab. 17. aeneae *Hermarchi* statuæ subscriptum legi ΕΡΜΑΡΧΟΣ, et ita apud *Ciceronem* et reliquos nomen esse reponendum; accedit, quod

in inedito Philodemi *περὶ ξηγορικῆς* libro, cuius voluminis iam euoluti specimen proferunt Herculanensium antiquitatum editores tom. V. pag. 721. nomen quoque scriptum est *Ἐρμαρχος.* conf. in vol. I. pag. 726. not. bb. *Harl.*

Me

*Me pinguem et nitidum bene curata cute vifes  
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.*

Lib. I. sat. V. 101.

— — *namque deos didici securum agere aeuum;  
Nec, si quid miri faciat natura, deos id  
Tristes ex alto coeli demittere testo.*

libr. I. od. 35. 1 sqq.

*Parcus deorum cultor et infrequens,  
Insipientis dum sapientiae  
Consultus erro.*

*Fabric.* — Horatium fuisse Epicureum, ostenditur in: Neue Bibl. tom. II. pag. 789 sqq. adde *Andr. Schottum* in quaestione. Tullian. lib. IV. cap. V. pag. 296 sq. et *Fabricii* bibl. lat. lib. I. cap. 13. §. 1. *Heumann.* — Vitam Horatii moresque equidem non defendam, quamquam ad eius vindicias aut excusationem plura dici possint. At poetam eiusque ingenii lusus aut animi impetus a philosopho, de rebus abstrusis serio diuque cogitante ac loquente, bene distinguamus, nos oportet: uti iam pluribus monui in Introductione in notitiam litterat. rom. tom. II. pag. 394. et in notitia breuiore litteraturae rom. pag. 256 sq. *Harl.*

*Idomeneus*, Lampfacenus, ad quem scripsit Epicurus. *Laert.* X. 21. *Plutarch.* pag. 1127. contra Colotem. Eius adfentator Epicurus dicitur apud *Athenaeum* VII. pag. 279. adde *Laert.* X. 5. 25. et 23. vbi vxor eius traditur Batis, Epicuri soror. *Seneca* epist. XI. *quis Idomenea noisset, nisi Epicurus illum suis litteris incidisset?* [vid. *Ionsum* II. 1. 4.]

*Iouinianum* Epicurum Christianorum vocat *Hieronymus* in limine libri I. aduersus eum scripti.

*Leo* siue *Leonteus*, Lampfacenus, Themistae maritus, *Laert.* X. 5. et 25. pater [P] filii, cui et ipsi Epicuro nomen. id. 26. *εἰς τῶν ἐπ' αὐτὸν Ἐπιπέτρ μαθητῶν.* *Plutarch.* contra Colotem p. 1108. *Fabric.* Vocatur quoque *Leontius.* vid. *Fabricii* B. Gr. V. 11. p. 458. *Heumann.*

*Leo*, Epicureus, de cuius opere de diis Aegyptiorum viri docti ad Tatianum pag. 96. edit. Oxon. Ad Themistam, Leonis vxorem, epistola Epicuri apud *Laertium.*

*Lepidus*, Amastrianus. *Lucian.* in Pseudomante. tom. I. pag. 763.

[*Liuius* etiam fuisse videtur Epicureus. Videatur *Tolandii* *Liuius ἀθεοσιδαίμων* Hagae 1709. I. pag. 53. vbi is generatim dicit, *Liuium* philosophorum praecipis munitum fuisse. *Heumann.*]

*Lucianus*, τῆς Ἐπιπέτραι αἰδέσεως fuisse notatur a graeco scholiaste ad Pseudomantem, et ipse se talem passim prodit Samos tensis. *Fabric.* *Lucianum* pro Epicureo habet *Vossius* de sectis philos. cap. VIII. §. 24. *Clericus* histor. eccles. saec. II. pag. 695. 697. 699. 701. conf. *Fabric.* B. Gr. IV. 16. p. 486. not. g. vol. III. *Heum.* — Epicureis et Atheis olim adnumerabatur *Lucianus.* Sed rectius accensendus videtur philosophis scepticis

aut ecclēdicis, et a quibusdam, quamquam timide, eximitur atheorum grege. conf. *Reismanni* histor. atheismi pag. 224 sqq. *Brucker*. II. pag. 615 sqq. *Buddens* in thes. de atheismo et superst. cap. 1. §. 21. p. 92. Scepticis adnumeratur a *Morhofio* in Polyh. tom. II. lib. I. cap. 6. pag. 28. et a *P. Dan. Huetio* de imbecillitate intellectus humani, lib. I. cap. 14. pag. 160. Add. ea quae de aetate, vita scriptisque Luciani collegit *Reizsius* et praemisit I. volumini Opp. Luciani pag. XLIII. not. k. p. XXXVIII. p. L sqq. et LXIII. *Harl.*

*Lucilius*, ad quem Seneca epistolas scripsit, saepius eas ideo, quod ad Epicureum scriberet, Epicuri vocibus obsequans. [Ita et Lipsius iudicat ad Senecae epist. 23. vid. epist. 29. *Heumann.*]

*T. Lucretius Carus*, qui eleganti ac sublimes simplicitate dogmata Epicuri primus explicuit latino carmine, quod exstat, et post alios illustratum est egregie ab infelici Thoma Creech; qui in hoc non dissimilis fuit Lucretio, Diodoro et aliis huius sectae non paucis, quod sibi manus intulit.

*Lycan.* infra in *Mus.*

*Lycophron*, ad quem scripsit Leonteus, teste Plutarcho, nescio, an Epicureis accenseri debeat. [id argumentum minus validum mihi videtur.]

*Lyffias*, Tarfensis, *Athen.* V. pag. 215. apud quem obiit Hermachus. *Laert.* X. fuit et *Lyffades* Phaedri, Epicurei, filius.

*Maecenas*. vid. Meibomium in eius vita cap. V. §. 7. pag. 31. [Neue Biblioth. tom. IV. p. 797 sqq. *Heumann.*]

*Marcianus*, τοῖς Ἐπικουρείοις δόγμασιν αὐτὸν κακῶνα. *Suid.* h. v. tom. II. p. 499.

[*C. Matrinius Valens*, apud *Reinesf.* Inscript. class. XI. nr. 119. pag. 649. dicitur philosophus Epicur. vid. infra, *Valens.*]

*M. Valerius Martialis* Epicureis accensetur a Boxhornio in Plinii iun. vita, cui adsentitur Cozzandus [ipseque *Fabric.* bibl. lat. lib. II. cap. 20. §. 1.] et fidem faciunt multa epigrammatum eius loca.

*Memmius*, cui Lucretius libros suos dedicauit. [Vitam eius descripsit *Lambinus* in appendice Lucretii sui editionis III. *Heumann.*]

*Menander*, poeta, cuius hoc exstat epigramma libr. III. Anthol. cap. 5. in Themistoclem et Epicurum:

Καίρε Νεοκλήδα δίδυμον γένος ὧν ὁ μὲν ἑμῶν  
Πατρίδα δελοσύνας ἔρυσσ' ὁ δ' ἀφροσύνας.

*Metrodorus*, Lampfacenus, Epicuri discipulus, *Laert.* X. 22 sq. et paene alter Epicurus, ut ait Cicero, II. 28. de fin. Meminit praeter Strabonem et alios etiam *Athen.* VII. pag. 279 sq. Epicuro prior obiit: vide *Laert.* X. 18. 23. et *Gassendum* de vita Epicuri lib. I. cap. 8. *Fabric.* Fuit Atheniensis: vocabatur vero Lampfacenus, probabiliter ea de causa, quia Lampfaci diu commoratus fuerit. Ita sentit *Ionsius* I. 2. 6. pag. 18. sed compara *Menagium* ad *Laert.* X. 22. qui Gassendi explicationem iam adtulit, et *Brucker.* I. pag.

1248. vbi Metrodorus et alii Epicuri amici et sectatores enumerantur. Apud *Cicero*. de fin. II. 3. patitur, se ab Epicuro adpellari sapientem: in quaest. Tuscul. II. 3. Cicero, *Epicurum*, ait, et *Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit*. conf. Manutium ad Cicero. de fin. I. 7. pag. 25. edit. Davif. Diverfi ab illo apud Cicero. quoque occurrunt *Metrodorus Srepsius* Carneadis auditor et excellens pictor. *Cicer.* de Orat. I. 21. II. 88. Tuscul. quaest. I. 24. ac *Metrodorus, Chius*, Democriti discipulus, vide *Cic.* acad. quaest. IV. 23. *Stanlei.* part. X. cap. VIII. tom. III. p. 66. edit. Venetae, et plura supra in vol. II. pag. 660. §. XXII. b. vbi de iis et aliis Metrodoris fusius egi. *Harl.*

Laudat Metrodorum ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας, Plutarchus pag. 1127 sq. contra Colotem. ἐν τοῖς πρὸς τὰς σοφίας (libros nouem Laert.) Plutarchus pag. 1091. quod non suauiter possit viui secundum Epicurum. ἐν τοῖς περὶ ποιητῶν. id. pag. 1094.

Πρὸς Τιμαρχον. *Plutarch.* contra Colot. ἐν τῷ περὶ τῆς μέγιστα εἶναι τὴν παρ' ἡμῶν αἰτίαν [P] πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων. *Clemens Alex.* II. Strom. p. 417.

Alia eius scripta apud *Laert.* X. 24.

Περὶ αἰσθήσεων.

Πρὸς Δημόκριτον.

Πρὸς τὰς Διαλεκτικὰς.

Περὶ τῆς Ἐπικύρου ἀρρώστιας.

Περὶ εὐγενείας.

Πρὸς τὰς ἰατρούς.

Περὶ μεγαλοψυχίας.

Περὶ τῆς μεταβολῆς.

Περὶ πλάττει.

Περὶ τῆς ἐπὶ σοφίαν πορείας.

Πρὸς Τιμοκράτην.

*Metrodorus*, Stratonicensis, ab Epicuro ad Carneadem se contulit. *Laert.* X. 9. τάχα βαρυνθεὶς ταῖς ἀνυπερβλήτοις αὐτῷ χρηστότησι forte, quod innumeris beneficiis ab eo (Carneade) *cumulatus esset*. Vt Laertii locum explicat Monnoius apud *Baelium* in *Lexico* tom. II. pag. 1130. edit. secundae. [voc. *Metrodore*, tom. III. pag. 385. B. edit. recent.] De aliis Metrodoris *Ionius* lib. I. cap. 20. §. 3 et 4. et *Vossius* de *histor. graec.* lib. III. pag. 389. Obiter notandus *Ricciolus*, qui in *Almagesto* libros quinque de *Zonis* male refert ad Metrodorum, *Anaxarchi* praeceptorem. Nam Metrodorus, qui de *Zonis* scripsit, fuit iunior, non modo *Anaxarchi* praeceptore, sed etiam *Virgilio*, ut patet ex his *Seruii* ad I. *Georg.* p. 83. *Sequentem rationem Zonarum Metrodorus philosophus quinque expressit libris, insertis tam astronomiae quam geometriae partibus, sine cuius lineis haud facile Zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus adserit, frustra culpari a plerisque Virgilium, quasi ignarum astrologiae.* — Metrodorum laudat *Marbodeus* carmine de *geniis*, vbi de *corallo*: *Et sicut scribit Metrodorus, maximus autor, fulmina, typhonas, tempestatesque repellit.* etc.

- Mithras*, Syrus, cui auxilio occurrit Metrodorus. Vide *Plutarch.* pag. 1126. contra Colotem et pag. 1097. Ad hunc Epicurus *περὶ νόσων δόξας* scripsit. *Laert.* X. 28.
- Mus*, Epicuri seruus, cum eo philosophatus. *Laert.* X. 3. 10. *Gell.* lib. II. cap. 18. *Macrob.* I. Sat. cap. II. testamento eius dimissus liber cum Nicia et Lycone. id. 2.
- Neocles*, Epicuri frater. Meminit *Plutarchus*, non suauiter viui fec. Epicurum pag. 1089. [vol. X. pag. 483. Opp. ibique Reisk.] et 1097. 1100. Vide supra in Aristobulo. Scripsit de secta sua, (i. e. Epicurea,) teste Suida. Vide *Gassendum* de vita Epicuri lib. I. cap. 8. vbi obseruat, [vbi quoque *Eudocia* pag. 308.] huius quoque Neoclis esse illud *λάθε βιώσας*, quod singulari libro impugnat *Plutarchus*.
- Nicanor.* *Laert.* X. 20.
- [*Nicetas.* Voss. de sect. philos. cap. 20. §. 8. *Heumann.*]
- Nicias.* Supra in *Mus*.
- Aurelius Odilius*, Epicurei libertus. *Sueton.* de Grammaticis cap. 6. [*Falsterus* mem. obscur. pag. 27. *Heumann.*]
- C. Sergius *Orata.* Infra in *Postumius.* *Cic.* III. Offic. *Plin.* IX. 54. Hist. *Valerius Max.* IX. 1. *Macrob.* III. Sat.
- Orion.* *Laert.* X. 26.
- Pansa*, de quo *Cic.* in Epistolis VII. 12. ad diuers. et *Cassius* XV. 19. [P] inter Epp. ad diuersos.
- L. *Papirius Paetus*, de quo idem *Cic.* [lib. IX. epistolae; homo doctus et facetus.]
- Patro*, Phaedri successor, Epicureus, Ciceronis aequalis, qui eum Memmio commendat XIII. 1. ad famil. Meminit etiam ad Atticum V. 11. etc. confer *Petrum Victorium* IX. 3. variar. lection. et *Geuartum* elect. I. cap. 8.
- Sextus Peducaeus*, de quo *Cicero* II. de Finib. cap. 18. oratt. in Verrem I. 7. II. 56. etc.
- T. *Petronius Arbitrator*, de quo dixi in Biblioth. latina. [Act. erud. Lips. ann. 1695. pag. 440.]
- Phaedrus*, Zenonis, Sidonii, discipulus, pater Lyfiadis, Atheniensis, a Cicerone et Attico frequentatus. Mentio eius *Cic.* XIII. 1. ad famil. XIII. ad Attic. 38. in quinta Philippica cap. 5. et in libris de natura Deor. vbi I. 33. dicitur, Phaedro nihil elegantius, de fin. I. cap. 5. V. cap. 1. et apud *Phlegontem* in Photii cod. XCVII.
- Philiscus.* *Aelian.* IX. 12. Variar. ex *Athenaeo* XII. p. 547. [Roma expulsus est SCto A. V. C. 599. vid. *Gellium* XV. 11.]
- Philiscus* iunior ad censendum est Epicureis. Eius consolatoriam ad Ciceronem, exsulem, refert *Dio Cassius* lib. 38. pag. 70 sqq. <sup>y)</sup> et latine pridem vertit *Ioan. Aurispa*, Siculus, (qui obiit ann. 1459.) editam Parisiis 1510. 8. vna cum Probi libello de interpretandis Romanorum litteris. [conf. *Mongitor.* biblioth. Sicul. I. pag. 322 sq.]

*Philodemus,*

<sup>y)</sup> Cap. 18 sq. tom. I. pag. 164 sqq. edit. Reimari, vbi in not. 89. decem Philisci ex antiquitate citantur. *Hart.*



*Philodemus*, [minus recte a nonnullis vocatur *Philodamus*] Gadarenfis, (*Strabo* XVI. p. 759.) Epicureus Ciceronis aetate nobiliffimus, (*Asconius* ad Orat. in Pisonem cap. 28. vbi intelligendus est, licet nominatim non expreffus,) cuius poemata, elegantia et arguta, sed lasciuia, olim ferebantur, e quibus superfunt hodie epigrammata quaedam graeca in Anthologia. Aliud edidit *Heinfius* de Satira Horat. p. 136. emendauit *Sam. Petitus* lib. I. Obs. cap. 9. Eius librum decimum τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως citat *Laertius* X. 3. Meminit huius Philodemi idem 24. [*Cicero* II. 35. de finibus, vbi alii *Polydemonum*; vid. *Dauif.* not.] et *Horatius* I. Satir. 2. v. 121. vbi vide vet. commentatorem et *Menag.* pag. 446. ad *Laert.* Alius *Philodemus* siue *Philodamus*, Opuntius, de quo *Cic.* in *Verinis*, [I. 25.] *Fabric.* De *Philodemo*, Gadarenfi, vide *Turneb.* *Aduers.* XXI. 15. Scripsit περὶ ἠητορικῆς, cuius libri, ex ruderibus Herculanens. eruti, specimen iam editum est. vide paullo ante ad *Hermachum* s. *Hermarchum* notata. Inedita autem eius opuscula de *rhetorica*, librum *super virtutibus et vitiis*, atque librum de *Musica* cum inedita Peripatetici anonymi comm. de *Musica* ex Herculan. inuentis papyris editurus est *Carolus Rosinus*, Professor linguae graecae in seminario urbano, Neapoli. *Harl.*

*Philomarus*, (in quibusd. editt. *Philuminaris*.) Epicuri sectator in Epitomis laudatur ab *Ambrosio* lib. X. Epist. 82. ad Vercellensem ecclesiam (al. III. 25.) sed *Philodemi* nomen reponendum monent *Menagius* ad *Laertii* X. 3. et *Benedictini Ambrosii* tom. II. p. 1020.

*L. Pisonem*, virum consularem, barbarum Epicurum vocat *Cicero* Orat. in Pison. cap. 9. et cap. 24. 25. 27. 28. et 18. et cap. 16: *Confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola* etc. Iterum cap. 38. duos Epicureos vocat *T. Albutium* et *L. Pisonem*: et post reditum in Senat. cap. 6.

*Plato*, Sardinus. *Cic.* I. ad *Q. fratrem* Epist. 2. 4.

*Plinius maior*, naturalis historiae scriptor, qui libr. II. cap. 7. tot. de diis leuiter differit, et, *irridendum*, ait, *agere curam rerum humanarum illud, quidquid est summum. Fabric.* — Libr. VII. cap. 55. negat animi immortalitatem. Epicureis eum accenset *Parkerus* disp. I. de deo sect. 24. pag. 63. et ipse *Fabricius* biblioth. lat. lib. II. cap. 13. §. 1. Epicureum dogmate, non moribus eum nominat: *Tolandus* in *Liuiio Adeisidaemone* §. 3. *Iac. Thomaf.* de exustione mundi stoica th. 8. not. b. *Lipfius* in *physiologia Stoica* III. II. p. 169. *Pamelius* in nota ad *Tertulliani* libr. de praescript. aduersus haereticos cap. 7. *Reimmannus* in *hist. atheismi* pag. 201. Spinozistam facit eum *Spencerus* libr. I. 4. II. rit. *Hebraeor.* cap. 4. pag. 89. *Heumann.* Late disputat de eius philosophia *Brucker.* II. pag. 609 sqq. in primis pag. 613 sq. rectiusque existimat, eum nulli sectae adhaesisse, et historicum potius naturalem, quam philosophum se praestitisse. *Liberius* cogitabat, more eruditorum illius et superioris aevi hominum, de rebus diuinis. *Harl.*

[*Plinium Secundum*, s. iuniorem, fuisse Epicureum, patet ex eius *Paneg.* cap. 80. conf. *Clerici* *histor. eccles. saec. II.* pag. 549. §. 6. fin. et not. 7. *Heumann.*]

*Pollius Felix Surrentinus.* *Stattius* II. 2. *Siluar.* v. 113.

*Polyaenus*, Athenodori F. *Lampfacenus.* *Laert.* X. 24. quem secum in conuiuio disputantem induxit Epicurus, teste *Plutarcho* contra Colotem pag. 1109. [p. 483. vol. X. edit. *Reisk.* quem vide.] Meminit eiusdem pag. 1098. Obiit ante Epicurum. Vide *Laert.*

- X. 18. magnus mathematicus *Ciceroni* IV. acad. quaest. [cap. 33. vbi vid. *Dauif.* totam geometriam falsam esse credidit. adde *Cicer.* de fin. I. cap. 6. *Fabric.* Bibl. Gr. IV. 15. 6. pag. 482. not. a.]
- Polymedes*, sub cuius nomine librum scripsit Epicurus. *Laert.* X. 28.
- Polystratus*. Supra in Hippoclide. Hermachi successor. *Laert.* X. 25. Ipse successit Dionysius.
- Pompedius*, siue *Pompadius*, inter coniuratos aduersus Caium imper. *Ioseph.* XIX. 1. 5.
- T. Pomponius* apud *Ciceronem* lib. V. de fin. 1. vide supra, *Atticus*.
- Postunius*, quem Epicureis aliis iungit *Cicero* II. de fin. cap. 22. *quid offers cur Thorius, Postunius, cur Chius* 2), *cur omnium Magister Orata non iucundissime vixerit?* [P]
- Sext. Aurelius Propertius* sitne Epicureis accensendus, minime constat e III. 20. 26. vbi elegantissimus Broukhufius legit: *aut hortis, dux Epicure, tuis*: pro quo alii: *doctre Epicure*. [vid. ibid. not. Burmanni II. sed ne ex hoc quidem loco tutum ducerem argumentum: alioquin pari aut maiore iure Catullus aliique multi poetae, verecundiae et pudori in carminibus haud litantes, accensendi essent Epicuraeis. *Harl.* De loco Prop. disputant copiosius Fontein. et Huschke Epist. crit. pag. 63 sq.]
- Protarchus*. *Laert.* X. 26. Bargyleites, quem Basilidi successisse suspicatur *Gassendus* lib. II. de vita Epicuri cap. 6. Meminit *Strabo* XIV. pag. 658.
- Ptolemaei*, Alexandrini duo, vnus Melas, alter Leucus cognomento. *Laert.* X. 25.
- Pudentianus*. *Galen.* tom. IV. pag. 368.
- Pyrson*, ad quem scripsit Epicurus. *Plutarch.* pag. 1101.
- Pythocles*, cuius meminit *Plutarchus* pag. 1124. contra Colotem, et pag. 1094. quod non liceat suauiter viuere secundum Epicurum. *Laert.* X. 5. et 6. Epicuri ad eum epistolas commemorat.
- Sadducaei* Epicureae dementiae arguuntur a *Philastrio* haer. V. Iudaeorum Epicurei sunt Maimonidi Sadducaei *בשראם המפיקורוסות* *Epicureismus in Israel.* *Fabric.* — Referuntur isti inter Epicureos a *Thomasio* in philof. aulica cap. I. §. 4. et a *Buddeo* in introduct. ad philof. Ebraeorum §. 20. *Heumann.* Negat id *Brucker.* vol. II. pag. 726. praecipue pag. 729. adde *Reimanni* histor. atheismi pag. 39 sqq. *Harl.*
- Sander*, Lampfacenus. *Laert.* X. 22.
- L. Saufeius*, qui cum Attico, philosophiae studio ductus, per plures annos habitauit, teste *Nepote*, in vita Attici cap. 12. *Cic.* ad Attic. IV. 6. et VII. 1.
- Sextus* vid. in Peducaeo et Propertio.
- Siron*. *Seru.* ad Virg. Eclog. 6, 3. *Ciceroni* in Epistolis VI. 11. et 2. de fin. cap. 35. [vbi vid. *Dauif.*] *Syron*; Donato in Virgillii vita *Sciron*, [sed ibi cap. 19. §. 79. dedit cl. Heyne p. CLXXV. edit. 2. Virgillii, *audiuit* (Virgilius) a Syrone *praeccepta Epicuri*; cuius *doctrinae*

2) De varietate lectionis vid. interpretes. *Darius*, *cur C. Hirrius Postunius, cum omnium magister* etc. *Harl.*

*Scironae socium habuit Varium*, atque in nota de illo copiosius differuit,] et *Syron* apud *Ciceron.* quaest. acad. IV. cap. 33. [vbi quoque verior lectio *Syron* esse videtur. vid. *Burmann.* II. ad Virgilii vitam, a Foca versibus editam, in Anthologia vett. latinorum epigrammatum etc. tom. I. pag. 368. de illo homine, nominisque scriptura. Ita *Syronis* idem *Burmannus* scribendum putat nomen, ibidem pag. 677. in epigrammate Virgilii in villam *Scironis*, vt vulgo editur, in quo ei suos amicos, inprimis patrem commendauit, ex agro suo, veteranis assignato, Romam discedens:

*Villula quae Scironis*, (rectius cum Brouckhus. *Syronis*) *eras et pauper agelle* etc.

In eadem anthologia pag. 428. libro II. epigr. 243. vers. 7 sqq. canit Virgilius,

*Vale Sabine: iam valete formosi.*  
*Nos ad beatos vela mittimus portus*  
*Magni petentes docta dicta Scironis,*  
*Vitamque ab omni vindicabimus cura.*

vbi quoque legendum erit *Syronis*. codex enim Vossii habet *Sironis*. *Harl.*

*Statilius*, de quo *Plutarch.* in *Catone minore* et *Bruto* pag. 989. Dubitat *Gassendus* II. 6. de vita *Epicuri* idem ne sit cum *Statilio Flacco*, cuius epigrammata graeca leguntur in anthologia.

[*Strato*. vide catalogum poetarum epigrammatar. h. v. *Heumann.*]

[*Solon*. vide argumentum eclogae VI. Virgilii. *Heumann.*]

*Syllus*. *Cicero* de N. D. I. 34. vide *Reinesii* varias lectt. III. 2. pag. 324. *Fabric.* — Sed ibi sermo est de academicis, et magna tam codicum quam interpretum diuersitas. vide *Victorium* var. lectt. lib. 24. cap. 19. et *Boherium* ac *Dauisium* ad *Ciceronis* locum. *Harl.*

[*Tacitus*. vide, quae notauit ad eius vitam *Agricolae* pag. vlt. *Prodigia* false ridet lib. III. histor. cap. 56. *Kirchmaieri* epist. pag. 136. *Gaudentium* de philof. rom. cap. 85 sq. *Lipfii* comment. in *Tacitum* pag. 373. et 455. *Heumann.*]

[*Terpsion*. *Athen.* VIII. pag. 337. *Heumann.*]

*Themiste*, mulier, vna ex omni memoria philosophari docta. *Lactant.* III. 25. vid. paullo infra, in catal. feminarum *Epicurearum*.

*Thorius*. vid. *Balbus*. [vid. *Ernesti* indicem hist. in clau. *Ciceron.* voc. *Thorius*.]

*Tibullus*. vid. *Ayrmannus* in vita *Tibulli* §. CXI. *Heumann.*]

*Timagoras*. *Cicero* quaest. acad. IV. 25.

*Timarchus*, ad quem scripsit *Metrodorus* apud *Plutarchum* contra *Colotem* pag. 1117.

*Timocrates*, ad quem scribit *Metrodorus* apud eundem *Plutarch.* pag. 1125. *Metrodori* scilicet frater. id. pag. 1098. 1126. *Laert.* X. 6. Inter primos, qui obscura adhuc *Epicuri* dogmata illustrarunt. id. 4. *Epicuri* heres. id. 16 sq. *Cic.* de fin. [cap. 31. totis voluminibus ab *Epicuro* conciditur. *Cic.* de N. D. I. 33. conf. *Iouffus* I. 20, 3. *Menag.* ad *Laert.* X. 22.]

- L. Manlius Torquatus*, quem Cicero colloquutorem inducit libris de finibus I. cap. 5 sqq.
- Trebatius*, Ictus. Ei dissuadet sectam epicuream Cicero ad diuers. VII. epist. 12. [*Bayle* voc. *Trebatius*, not. F. *Menagii* amoenit. I. C. cap. 14.]
- C. Triarius* apud *Ciceronem* I. 5. 7. et 21. de finibus. [conf. *Ernesti* ind. histor. in clauē Cicer. h. v.]
- Caius Matrinius Valens*. Vet. inscript. apud *Sponium* pag. 128. Misc. [vid. supra *Matrinus*.]
- L. Varus*, Caesaris amicus, de quo e *Quinctiliano* V. 3. *Gassendus* II. 6. Mentio fit apud *Donatum* in vita *Virgilii* [cap. 19. sect. 79. pag. CLXXV. edit. 2. *Heynii*. *Maffon* in vita *Horatii* pag. 222. Sed vide cel. *Heyne* Exc. II. ad *Virg. Bucolica* Ecl. VI. 6. 7. pag. 166 sqq. vbi et de *Quinctilio Varo*, et *Vario*, poeta, *Virgilii* et *Horatii* amico, (quem *Fabricius* in nota msta *Epicureis* adnumerandum censet,) docte cauteque agitur. *Harl.*]
- Quinctilius Varus*, qui docente *Sirone* sectam *Epicuream* didicit teste *Seru.* in *Eclog.* 6. Necem eius luget *Horatius* I. od. 24.
- C. Velleius Senator*, ad quem *Epicurei* tunc primas deferebant, et cui *Cicero* colloquutoris partes tribuit in libris de natura deorum. [Fuisse hunc auum *Velleii Paterculi*, coniectura est *Fabricii* *Bibl. lat. lib. II. cap. 2. pag. 311. not. Heumann.*]
- Verrius*, *Paeti* et *Attici* familiaris. *Cic.* ad diuers. IX. 20. (vbi vid. *Manut.*) epist. 26. -
- P. Virgilius*, poetarum latinorum princeps, qui in *Epicuri* hortulo philosophiam doctum se innuit sub initium poematis, cui titulus *Ciris*. Cum [P] *Varo* edoctum a *Sirone*, notat *Seruius* ad *Eclog.* VI. atque *Virgilius* ipse in epigramm. *Magni petentes docta dicta Scironis*. [vide paullo ante ad voc. *Siron* notata.] *Seruius* pag. 619. et 620. in X. *Aeneidos*. Videant igitur, quo iure poetam hunc academicum fuisse scribat *Tiberius Donatus* in poetae vita <sup>aa</sup>) et *Platonis* sectatorem sapientissimum adpellet *Benedictus Auernanius* *diff. I. in Euripidem* tom. I. *Opp.* pag. 329. Certe negari nequit, in poematis suis eum interdum legisse *Platonis* vestigia, vt idem obseruat *diff. VII. pag. 409. diff. X. pag. 419. Fabric.* — *Virgilium* adfectari *Platonem*, scribit *Huetius* quaest. *Alnet. libr. II. cap. 23. pag. 295.* De eruditione *Virgilii* philosophica egit *Hornius* *hist. philos. lib. IV. cap. 4. pag. 243.* — *Virgilius* *Ecl. VI. 31 sq.* describit ortum rerum ex principiis *Democriti* atque *Epicuri*. [At *femina* ibi non sunt atomi *epicurei*; sed elementa per chaos sparsa. vid. *Heyne.*] In *Ciri* v. 3. 4. se diferte profitetur *Epicureum*. Conferantur ille *Georg. II. 490 sqq.* [vbi vide *Heyne.*] *Acta erud. Lips. tom. I. pag. 418 sq. Andreas Schottus* quaest. *Tullian. libr. IV. cap. 5. pag. 295. Heumann.*

X. noclem,

aa) Cap. 19. sect. 79. vbi conferes not. cel. *Heyne*, pag. CLXXV. eundemque ad *Virg. Ecl. VI.* Atqui, vt aliquoties iam declaravi, poeta, qui philosophum vel placitis opinionibusque philosophorum ad carmen ornandum vtitur, a philosopho proprie sumto aut etiam a poeta didactico, qui doctrinam quamdam versibus illuminat, vt *Lucretius* fecerat, probe est distinguendus. Si

igitur praeter loca quaedam, vbi adluditur tantum ad dogma quoddam philosophicum siue ornatus siue veteris cuiusdam imitandi poetae causa id factum sit siue alia de causa poetica, non clariora existant testimonia et documenta, ex singularibus illis paucisque locis non semper nec tuto colligi potest, poetam alicui sectae nomen dedisse et fuisse omnino addictum. *Harl.*

*Xenoclem*, Plutarchi fratrem, fuisse Epicureum, suspicor e lib. II. sympof. quaeft. 2.

*Zeno*, Sidonius, καὶ νοῆσαι καὶ ἐρμηνεύσαι σαφῆς. *Laert.* VII. 35. Apollodori auditor, πολὺ γραφῶς ἀνίη. id. X. 25. [vid. *Vossius* de feftis philof. cap. 8. §. 20. *Heumann.*] Illum Phaedri magiftrum Cicero Athenis docentem audiuit.

*Zeno*, Epicureus, a Cicerone et Attico frequentatus, quem principem Epicureorum (suae feil. aetatis) vocat *Tullius* I. de nat. Deor. [cap. 21. *Zenonem*, ait, quem *Philo* nofter *coryphaeum* adpellare *Epicureorum* solebat, quum *Athenis* effem, audiebam frequenter, et quidem ipfo auctore *Philone*. Mox eundem vocat principem Epicureorum: ibid. cap. 33. et 34. prodit, *Zenonem* litigasse et philofophos alios maledictis aut nominibus ignominiofis lacerasse: in quaeft. *Tuscul.* III. 17. *Zeno* dicitur senex acutissimus et eius opinio de vita beata profertur.] confer de fin. I. 5. V. II. ad Attic. <sup>bb</sup>) Diuerfus hic et iunior mihi videtur *Zenone* superiore, qui Apollodorum audiuit, Epicuro non multo iunior: licet eosdem faciat doctus. *Ionfius*, vbi quindecim *Zenones* recenset lib. II. cap. 1. *Fabric.* §. 3. pag. 138 sqq. adde eundem II. 14. 8. pag. 218. et 15. 4. pag. 233. supra in vol. II. pag. 672 sq. de pluribus *Zenonibus*. *Athenaeum* XIII. pag. 611. *Bayle* Diction. voc. *Zenon Epicurien.* *Heumann.* Non discernit vtrumque *Zenonem*, nec duo *Zenones* Sidonios distinguit *Menagius* ad *Diog.* *Laert.* VII. 35. atque *Brucker.* vol. I. pag. 1317. adfentiens, addit, etiamfi *Laertius* Apollodorum inter Epicuri discipulos referat, id tamen de feftatore quoque, sensu paulisper latiore, posse intelligi. *Harl.*

*Zenobius*, contra quem scripsit *Alex. Aphrodifeus*, teste *Simplicio* in III. *Phyf.* comm. 49.

*Zenocrates* in epistolis *Alciphronis* pag. 406. 410. etc.

*Zopyrus*, medicus, εὖ μάλα τοῖς Ἐπικύρεσ λόγοις ἐνομιληκῶς, *Plutarchi* aequalis III. 6. sympof. [conf. catal. epigrammatarior. poet. voc. *Nicarchus.*]

*Batis*, Epicuri foror, vxor *Idomenei.* *Laert.* X. 23.

*Leontium*, ab Epicuro et *Metrodoro* amata, *Laert.* X. 4. 5. 6. 23. perinde vt *Marmarium*, *Haia*, *Erotium* et *Nicidium.* (*Plutarcho* pag. 1097. de non fuauiter viuendo *Νικηδίων*, vbi et *Βοίδιον* nominat) id. 7. Contra *Theophrastum* scripsit *Leontium* sermone feito et Attico. *Cic.* I. de nat. Deor. cap. 33. et *Plin.* hist. nat. praef. Confer *Menagium* in mulierum philofopharum historia, et ad *Laert.* pag. 446 sq. [*Bayle* Diction. voc. *Epicure*, not. H. et voc. *Leontium.* *Leomia* haec dicitur apud *Petrum Blesensem*; sed minus recte, iudice *Fabricio* *Bibl. Gr.* V. II. pag. 458. *Heumann.* Plura collegit *Wolf.* in catalogo foeminarum, olim illustrium, subiuncto mulierum graecarum, quae oratione profa vsae sunt, fragmentis et elogiis, pag. 385 sq. *Harl.*] *Leontium* hanc *Metrodori* legitimam vxorem fuisse, et falsa, quae de illa, tamquam meretrice, feruntur, conten-

Hh h h 3

<sup>bb</sup>) Vbi scribitur *Xeno*, vti epist. 10. nec Er- histor. *Cic.* plures *Xenones*, ab illo et *Zenone* di-  
nesti notat lectiois varietatem; immo in indice versos, adducit. *Harl.*

dit *Gassendus* in Epist. tom. VI. Opp. p. 128. “) Filiam eius, *Danaen*, Sophronis, praefecti Ephesi, amasiam, memorat *Athenaeus*, lib. XIII. pag. 593.

*Phaedrium*, Epicuri serua, manumissa eius testamento. *Laert.* X. 21.

*Philaenis*, Samia, [Leucadia, incertae aetatis, *Athen.* V. pag. 220. F.] in quam Dioscoridis epigramma, qua famam de insana libidine propellere ab ipsa conatur, edidit *Spanhemius* de usu numismatum diss. IX. pag. 764. [tom. II. pag. 523. edit. II.] Confer etiam *Fleetwoodi* inscriptionum antiquarum syllogen pag. 338 sq. qui postremos binos versus ita interpretatur: *At illius quidem nomen expuet siue abolebit (ἀναπτύσει, apud Spanh. est ἀναπτύξει) tempus, mea autem ossa, postquam famam iniquam a me amolita sum, τερφθεῖν, placide quiescant.* [P] *Fabric.* — Plura de illa collegit *Olearius* in diss. de poetriis graecis, nr. LX. pag. 176 — 178. subiuncta editioni Sapphus, a lo. Christiano Wolfio curatae. *Harl.*

*Themista*, Zoili filia, Leontei, Lampfaceni, vxor. *Laert.* X. 5. *Cicero* in Pison. cap. 26. *Clemens Alex.* Lactant. III. 25. vid. *Thomae Bentleii* notas ad Ciceron. II. de fin. cap. 21. pag. 110. *Fabric.* Plura leges in *Wolfii* catalogo foemin. olim illustr. citato, pag. 450 sq. *Harl.*

*Tophila*, Martial. VII. 68.

#### IV. De Philosophis Cyrenaicis <sup>ad</sup>), qui et ἡδονολοί.

Epicureis merito a me subiunguntur CYRENAICI, ἐκ μιᾶς οἰνοχόης Ἐπικύρου πεπωκότες, ex eodem cum Epicuro poti poculo, vt loquitur *Plutarchus* pag. 1089. de non suau. viuendo sec. Epicurem. Passim quoque cum Epicureis videas coniungi, quia et ipsi in voluptate aiebant summum boni consistere. Hieron. in Ecclesiastae IX. *Et haec inquit, aliquis loquatur Epicurus, et Aristippus, et Cyrenaici, et ceterae pecudes philosophorum.* Naturalia cum rationalibus sustulisse, et contentos fuisse moralibus, notat *Seneca* ep. 89. Auctor huius sectae, Epicuro antiquior et ad aetiam proiectior, fuit *Aristippus*, Socratis discipulus, de quo vide si placet *Suidam* et *Eusebium* XIV. praeparat. pag. 763 sq. ac quae dixi lib. II. cap. 24. §. 33. *Aristippo* successit *Arete*, filia, de qua nescio vnde hauserit *Thomas Thomae* apud *Colomesium* pag. 590. Opp. [vide supra, in vol. II. pag. 702.] Huic filius μητροδιδάκτος *Aristippus*. In *Wibaldi*, Abbatis Corbeiensis, epist. 147. tom. II. monument. *Edmundi Martene* pag. 337. *Callipho* et *Inomachus Cyrenaici honestatem cum voluptate iunxerunt,*

cc) Vide tamen *Athenaeum* lib. XIII. pag. 585. 588. *Heumann.*

dd) De conditore huius sectae, *Aristippo*, eiusque disciplina, schola huiusque fatis vid. supra ad vol. II. p. 700 sqq. *Diogen.* *Laert.* II. 65 sqq. de *Aristippo*, et segm. 86 sqq. de *Cyrenaicis*, coll. *Roffio* in commentatt. *Laert.* §. 14. pag. 36 sqq. qui segm. 85. explicat, atque *Casauboni*, *Menagii* et *Aldobrandi* crisin atque interpretationem reiecit. *Strabo* XVII. pag. 837. *Sextus Empir.* adu. ma-

them. VII. sect. 191. Loca Ciceronis et aliorum con-  
gessit *Gedicke* in M. T. Ciceronis historiae philo-  
sophiae antiquae p. 103 — 112. Historiam et placita  
illius sectae persequuti sunt *Stanleius* in hist. philo-  
soph. part. III. *Brucker.* vol. I. pag. 584 — 609.  
*Meiners.* in historia dogmatum apud Gr. et Rom.  
tom. II. pag. 646 — 665. *Gurlitt* in sciagraphia  
hist. phil. p. 57 — 60. adde *Tiedemann* Geist der  
spekulativen Philosophie tom. II. pag. 403 sqq.  
*Harl.*

vunt, lege *Dinocræus* ex *Cicerone* lib. V. 8. de fin. Eodem loco *Wibaldi* male *Hebillus* nominatur pro *Herillo*.

Ex *Cyrenaica* secta deinceps prodire *Theodorii*, a *Theodoro*, atheo, qui *Aristippi* *μυροδιδάκτρς* discipulus fuit. *Laert.* II. 85. 86. *Suidas* in *Ἡγεα*. Licet audiuerit quoque alios, vt *Zenonem*, *Citium*, *Brysonem* et *Pyrrhonem*. *Suid.* in *Θεόδοτος*. *Fabric.* — De *Theodoro* plura scripsi supra, in catalogo *Platoniorum* pag. 189. adde *Parker.* de deo, disput. I. sect. 7. pag. 19, *Bayle* diction. tom. I. voc. *Bion*, *Ruddeum* thes. de atheismo cap. I. §. 17. et in compendio hist. philos. pag. 133 sqq. *Stolle* in historia phil. moral. gentil. §. LV. p. 65. qui eum atheismi reum fecerunt, praeunte *Cicerone* de N. D. lib. I. cap. I. et 23. *Sext. Empir.* adu. mathem. IX. sect. 51. (vbi vide *Fabricii* notam p. 561.) et 55. — Successionem scholae *Cyrenaicae* *Meiners.* l. c. pag. 653. not. hanc fuisse putat: *Aristippus*, *Arete*, *Aristippus* minor siue *Arete* filius, *Anniceris*, (contra *Menagium*, qui ad *Diogen.* *Laert.* II. 86. duos *Anniceridas*, vtrumque *Cyrenaicum* fuisse, amplis verbis euincere sustinuit,) *Theodorus*, *Hegesias*, *Euemerus* et *Bion Borysthenites*. Sed omissi sunt *Antipater* aliique a *Fabricio*, *Perizonio* ad *Ael.* II. 27. V. H. *Bruckero* I. p. 599 sq. etc. nominati. *Harl.*

Habuit praeterea et alios discipulos maior *Aristippus*, vt *Synallum* \*) (nisi pro *Σύναλλες* cum *Menagio*, vt sane videtur, legendum *σὺν ἄλλοις*.) cuius meminit *Eusebius* XIV. praeparat. pag. 764. et *Antipatrum*, *Cyrenaicum*, *Laert.* II. 86. quem oculis captum fuisse *Cicero* scribit *Tusc.* [cap. 38. libri V.] tum *Aethiopem* ex *Ptolemaide*, *Laert.* ibid. *Aristotelem* quoque, *Cyrenaicum*, qui de poetica scripserit, refert *Laert.* V. 35.

*Antipatri* discipulus fuit *Epitimedes*, *Cyrenaicus*, *Epitimedis* *Parabates*, *Parabatae* *Hegesias* *Pisithanatus*, a quo *Hegesias*, teste *Laertio* II. 85. dicti, et *Anniceris*, a quo *Annicerii*, vt eidem *Laertio* ac *Suidae* in *Ἀντικείρις* et *Ἀριστιππος* traditum. Confer, quae de *Anniceris* viri docti ad *Laertium* III. 19. et *Aelianum* II. 27. Var. ac de vniuersa *Cyrenaicorum* schola praeclarus *Vossius* libro de *Philosophorum* sectis cap. IX. *Annicerios* *Cicero* quoque memorat de *Offic.* III. 33. *Marsilium* vero *Cagnctum*, qui *Observatt.* III. 17. hunc *Annicerium*, *Cyrenaicum*, confundit cum *Anniceris*, *Aegineta*, qui redemit *Platonem*, reprehendit *Reinesius* *Epist.* ad *Rupertum* et ad *Daumium* pag. 121. 343. et 473. licet *Ioach. Kuhnii* ad *Aeliani* V. H. lib. II. 27. neget, duo statuendos esse *Anniceres*. *Fabric.*

[De *Hegesia*, *Cyrenaico*, qui, vt *Cicero* *Tuscul.* disput. I. 34. (vbi conf. *Dauil.*) *Valerius* *Max.* VII. cap. 9. ext. 3. aiunt, de morte, a malis nos abducente, tam grauitate disputare, aliisque mortem persuadere potuit, vt multi his auditis mortem sibi ipsi consciscerent, vide progr. *Rambachii* de *Hegesia* *περισπασμάτων*, in illius *Sylloge* dissertationum, ad rem litterariam pertinentium, *Hamburg.* 1790. nr. 4. — Hic *Hegesias* non est confundendus, quod fecerunt *P. Burmannus* ad *Quintil.* XII. 10. p. 1085. et *Boherius* ad *Ciceronis* *Tusc.* I. 34. cum *Hegesia* *Magnete*, oratore et historico, vti monuit *Ruhnkens.* ad *Rutilium* *Lupum* de figuris etc. pag. 27. vbi a pagina 25. doctae fuseque disputat de *Hegesia* *Magnete*. Discernit illos quoque post *Vossium* *Fabricius* infra in libro IV. cap. 32. vol. III. pag. 484. adde supra in hoc vol. pag. 43. voc. *Hegesias*.

*Euemeri*

\*) Fuit etiam *Metallus* quidam, pater *Ichthyae*, dialectici: de quo vid. paullo post, inter *Megaricos*.

*Euemeris* siue *Euhemeris* etiam mentio est iniicienda. Cuius fuerit, non satis comper-  
tum est: alii enim ex Peloponneso Messenium, (quod verum putant Cellar. et Bünemann.  
ad Lactant. I. II. 33.) alii Messanensem ex Sicilia, alii Agrigentinum, alii Tegeaten fecerunt  
eum. Messanensem, e Sicilia, eum fuisse, non dubitat *Mongitor* in biblioth. Sicula I. p. 189  
sq. vbi copiosus est de nostro eiusque aetate, opinionibus etc. ac nubem scriptorum anti-  
quiorum non minus quam recentiorum excitat. In patriam illius inquisiuit quoque *Iac. Nic.  
Loensis* in Miscell. Epiphyll. lib. X. cap. I. — Floruit tempore Cassandri F. Macedoniae regis  
cuius auspiciis longinqua suscepit itinera per oceanum meridianum. Eius aetatem *Mon-  
gitor* cum *Reina* in not. Messan. part. I. pag. 212. confert ad Olymp. CXVII. Vossius putat,  
eum floruisse Olymp. CXIV. *Ricciolus* autem in Chronol. reform. tom. IV. ind. I. pag. 117.  
Olymp. CXX. Quum insulam Panchaeam perlustrasset, (quod quidem Plutarchus aliique  
fabulosum esse contendunt,) inuenisse ibi dicitur Iouis Triphyliae columnam in eaque legisse  
inscriptas res illius gestas; ex qua aliisque inscriptionibus architectatus est, (multa enim fluxis-  
se eum, est credibile,) libros *ἱεραὶ ἀναρχαὶ φησὶ*, siue *historiae sacrae*. *Lactant.* de falsa  
relig. I. cap. II. sect. 33. pag. 73. edit. Bünen. *Antiquus*, ait, *auctor Euhemerus, qui fuit  
ex ciuitate Messene, res gestas Iouis et ceterorum, qui dii putantur, collegit historiamque con-  
texuit ex titulis et inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maxime-  
que in fano Iouis Triphyliae, vbi, auream coronam positam esse ab ipso Ioue, titulus indi-  
cabat, in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumentum esset posteris rerum suarum.*  
Initium operis fuisse videtur, quod seruauit *Sextus Empir.* adu. mathem. IX. sect. 17. pag. 552.  
edit. Fabric. cuius longam doctamque notam consules. Operis argumentum demonstrat  
*Cicero* de N. D. I. cap. 42. vbi confer *Dauisii* adnotationes. Illam historiam et interpretatus  
est *Ennius* et sequutus: sed vtriusque labor intercudit praeter fragmenta, (vid. *Diodor. Sic.*  
in excerpt. vol. II. p. 633. edit. Wesseling.) quae diligenter collegit *Hieron. Columna* in frag-  
menti *Ennii* pag. 312 sq. edit. Hessel. Quod autem originem deorum et superstitionum  
aperuit, a multis habitus est acerrimus pietatis hostis, et adpellatus *ἄθεος*; ab aliis autem  
maiore iure ab illo crimine vindicatur. Praeter *Columnam* l. cit. *Mongitor.* qui ei notam im-  
pietatis inurit, ac *Brucker.* vol. I. pag. 604 sqq. vide *Reimann.* in hist. atheismi pag. 176  
sqq. (qui quoque a pag. 172. de *Aristippo, Theodoro, et Bione, atheismi inculatis* ab aliis,  
ab aliis autem vindicatis, differit,) et pag. 246. *Meiners.* in hist. doctrinar. apud Graecos tom.  
II. pag. 664 sq. *Zimmermanni, Seuinii, Fourmontii et Foucheri* commentationes de *Eue-  
mero* iam laudauit in Introduct. in hist. L. Gr. tom. I. pag. 491 sq.

*Bion Boryllhenites, Antigono, Macedoniae regi, acceptus, circa Olymp. CXX. homo  
ingeniosus et acutus; sed dicax quoque; qui impietate et contumeliose in deos dictis supe-  
rauit praeceptorem Theodorum: sed morti quum vicinus esset, inconstantiam ac poeniten-  
tiam petulantiae ac procacitatis prodidisse fertur. Conf. Diogen. Laert. IV. 46 sqq. ibique  
interpret. Athen. XIII. cap. 6. pag. 591 sq. Senecam V. 7. Plutarch. de S. N. V. pag. 72. edit.  
Wytttenbachii. Brucker. I. pag. 607 sqq. Bayle Dict. art. Bion. I. p. 566. etc.*

*Apellas Cyrenaicus* apud *Marcian. Heracleot.* pag. 63. eius *δελαφικὰ* citat *Clemens Pro-  
trep.* pag. 31. vide infra de Apollodoro cap. 27. vet. edit. pag. 671.

*Aristoxenus* quoque nulla re nisi gula celebris et ventrosus dictus, fuit Cyrenaicus.  
*Athen.* I. pag. 7. diuersus ab Aristoxeno, de quo cap. seq. §. 2. fin. *Hartl.*]



*Carnades* etiam fuit Cyrenaicus, vnde *Clitomachus* eius in schola Cyrenaica successorem fuisse scribit *Stephan. Byzant.* in *Καρχηδών*. Sed academici hi fuerunt a Cyrenaicorum ceterorum dogmatis alieni.

*Mnesistratios* cum Cyrenaicis et Epicureis conspirare, notavit e *Posidonio Athenaeus* VII. pag. 279.

### V. De Pyrrhone et Scepticis.

#### EPIMETRON.

Fontes, e quibus notitia Pyrrhonis eiusque sectae hauriri potest, partim, vt ita dicam, sunt exsiccati, partim adhuc adiri possunt. *Aenesidemi* octo libri de Pyrrhonis praeter epitomen, a *Photio* cod. CCXXII. seruatam, perierunt. Pariter *Fauorini* tropi Pyrrhonii iniuria temporis absumti sunt, *Diogenes Laert.* IX. 61 sq. memorat *Ascanium Abderitem*, *Antigonum Carystium* in libro de Pyrrhone, tum (*segm.* 70.) *Theodosium* in scepticis capitulis. Quorum scripta, in quibus de Pyrrhone disseritur, aetatem tulerunt, ii sunt *Diogenes Laertius* lib. IX. 60 sqq. (vbi interpretes, praecipue Menagius, sunt consulendi: sed illi ipsi aliquoties corriguntur, et multa Diogenis loca emendantur aut explicantur ab *Ignatio Ruffio* in Commentatt. Laert. per multas paragraphos pag. 204—244.) — *Sextus Empiricus* in Pyrrhoniarum hypotyposeon libris tribus, quos Fabricius in praeclara sua Operum Sexti Empirici editione doctis observationibus criticis atque historicis illustravit ff). Pauca dedit, eaque fere omnia ex Diogene Laertio, *Suidas* tom. III. p. 245 sq. in Πύρρων et Πύρρωνεοι, et ἔδεν μάλλον. Vtiles quoque esse possunt, ad historiam placitaque illius sectae cognoscenda, ii, qui scepticismum oppugnarunt, *Claudius Ptolemaeus*, *Galenus*, *Sextus*, (cuius disputationes anti-scepticas post Stephanum gr. et lat. edidit *Fabric.* in B. Gr. vol. XII. pag. 617.) aliique, memorati a *Morhofio* Polyhist. tom. II. lib. I. cap. VI. pag. 30 sq. a *Fabricio* in Syllab. script. de V. R. C. cap. XXIII. §. 4. pag. 455. vbi quoque recentiores scepticismi aduersarii enumerantur. Loca *Ciceronis* et aliorum collegit *Gedicke* in M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae, pag. 351 sqq.

Inter recentiores doctissimus scepticisimi, quem tamen ultra philosophiae limites non extendit, defensor fuit *Petrus Dan. Huetius* in tractatu philosophico, (gallice scripto,) de inbecillitate intellectus humani, Amstel. 1723. 8. qui insignem quoque scepticorum, siue eorum, qui sensus atque intellectum falli posse, et veritatem esse absconditam existimarunt, numerum praebet. Tum *David. Hume*, Anglus, summis acutissimisque scepticis adnumerandus, multos nactus est tam adsecclas, quam aduersarios. Nuperrime eius opiniones adgressus, fundamentum totius quasi aedificii euertere studuit *Iacob*, philosophus aequo acutus, in *Kosmann.* Allgemeinen Magazin für kritische und populaire Philosophie, tom. I. part. I. Breslau. 1792. 8.

Iobum et Salomonem scepticos iam fuisse, contenderunt *Gassendus* in Opp. tom. III. exercitatt. paradox. lib. II. exerc. 6. et auctor Observationis XIII. tom. VIII. Obseruatt. selectar. Halens.

ff) Censor illius editionis in Actis eruditorum de Pyrrhonismo eiusque ortu pag. 388 sqq. quaedam germanice scriptis, vol. V. part. 54. pag. 381 sqq. dam monet.

Halenf. Enimuero Gassendum refutauit M. *Henr. Ascanius Engelken* in diff. de scepticismi ortu et progressu, Rostoch. 1702. et auctori obseruatt. se opposuit M. *Boemannus* in duabus de Salomone a scepticismo vindicato disputationibus, Wittebergae 1710. nec non auctores relationum innocentum (der unschuldigen Nachrichten,) ad ann. 1705. p. 181.

Contra scepticismum praeter Merfennium aliosque, armis validis dimicauit *Petrus de Villemandy* in *Scepticismo debellato*, seu humanae cognitionis ratione ab imis radicibus explicata, eiusdem certitudine aduersus scepticos quosque veteres ac nouos inuicte asserta; facili ac tuta certitudinis huius obtinendae methodo praemonstrata. Lugd. Bat. 1697. 4.

Σκέψις tamen siue dubitatio moderata, sapientiae verae propria et omnium sapientium character, probe discernenda est ab immoderato illo scepticismo, qui, nisi de apertissimis quibusue, tamen de rebus notis et principiis certis tam humanis quam diuinis dubitat. Praeuiisse quidem videntur academici; at eaim *differre*, ait *A. Gellius* N. A. lib. XI. cap. 5. (vbi de Pyrrhoniis philosophis quaedam deque academicis strictum notauit,) *inter sese et propter alia quaedam, et vel maxime propter ea existimati sunt, quod academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendendi, quasi comprehendunt, et nihil posse decerni, quasi decernunt: Pyrrhonii ne id quidem villo pacto videri verum dicunt, quod nihil esse verum videtur.* adde *Fabricii* notam ad Sexti Empirici Pyrrh. hypot. I. 1. pag. 1. ipsum *Sextum Empiricum* l. m. lib. I. cap. 33. pag. 56 sqq. ibique *Fabric. Huetium* de imbecillitate intellectus hum. lib. I. cap. 14. §. 32 sqq. pag. 139 sqq. qui simul demonstrare conatur, quo pacto Pyrrhonii cum philosophis academiae mediae siue secundae conciliari possint; *Vossium* de philosophorum sectis cap. 20. §. 7. et 8. cui tamen difficile esse videtur, discrimen vllum videre; *Buddeum* in compendio historiae philos. cap. IV. §. 28 sq. pag. 147 sqq. qui pag. 20. laudat *Abraham. Grauium*, eumque scribit, egregiam lucem historiae scepticismi adfundere in *specimine philosophiae veteris, in qua notae quaedam ostenduntur*, per integrum I. librum. *Tiedemann.* in Geist der spekulatiu. Philosophie tom. I. cap. 13. pag. 566 sqq. qui pag. 576 sqq. ea, in quibus differunt illi, persequitur.

Sed subiungam notitiam librorum aliorum, in quibus de Pyrrhone aut scepticismo vberius agitur, et alii quoque libri, huc pertinentes, memorantur.

*Hieronymus Hirnhaim.* de typho generis humani, siue scientiarum humanarum inani ac ventoso tumore, difficultate, fallitate, iactantia, praesumptione, incommodis et periculis. Pragae 1676. Is fundamenta philosophiae subuertere conatur, et oracula diuina vnicum tantum sapientiae fontem habet.

*Ios. Gl. mville* sceptis scientifica aduersus vanitates dogmaticorum, Londini 1665. Euincere studet, in natura esse permulta incognita, quae nulla arte possint indagari.

*Martini Schoockii* de scepticismo libri IV. Groningae 1652. 12.

*Franciscus Mothaeus Vayerius* (Franc. de la Mothe le Vayer) in libro: *de la Vertu des payens*. Paris. 1642. 4. rec. et auct. ib. 1647. 12. et *Discours pour montrer que les doutes de la philosophie sceptique sont de grand usage dans les sciences*. Paris. 1669. 12. atque in *Operibus* a filio illius editis, Paris. 1653. fol. — auct. ibid. 1656. II. tom. fol. — ib. 1662. fol. III. tom. — et auct. post auctoris obitum, Paris. 1684. 12. XV. tom. vid. *Nicron.* Memoires, ex versione Baumgartenii german. tom. XV. pag. 108 sqq. et 115. *Bayle* Dict. voc. *Pyrrhon*

in notis et voc. *Mayer*, atque *Thomasi* Gedanken über allerhand Bücher 1689. pag. 670 sqq. *Brucker*. loco infra citato.

*Georg. Pafinius* de variis modis moralia tradendi etc. Kilon. 1707. 4. pag. 700 sqq. vbi pag. 720 sqq. iam *Io. Francisc. Picum* Mirandulam, *Henr. Corn. Agrippam*, (de quo vid. *Stolle* Anleitung zur Hist. der Gelahrheit, edit. III. pag. 37 sq.) *Franc. Sanchez* (*Sanclium*) aliosque, in utramque partem disputantes, commemorat.

*Fabricius* in margine sui exempli manu notavit *S. Augustinum* libr. III. contra academicos, *Io. Franciscum Picum* lib. II. exam. virtutis gentium, *Marianum Merseumum* de virtute scientiarum aduersus scepticos<sup>85</sup>), *Samuel. Parkerum* diss. VI. de deo et prouidentia, *Iac. Arrhenii* diss. de Pyrrhoniam secta. Vpsal. 1708. 8. Accedunt

*Dan. Hartnaccii* historia breuiuscula scepticismi veteris et recentioris adiecta *Franc. Sanchez* libro, quod nihil scitur. Stetini 1665. 12.

*Io. Frid. Heunischii* diss. de philosophia aphilosophia, siue scepticismo, Lipsiae 1682. 4.

*Iac. Bruckeri*, Augustani epistola de Pyrrhone, a Scepticismi vniuersalis macula abfoluendo, in Miscellaneis Lipsientibus ad incrementum rei literariae, tom. V. Lipsiae 1717. 8. pag. 236 sqq. — rec. auctor cum adnotationibus, Pyrrhoniam historiam amplius illustrantibus, in eiusdem Miscellaneis historiae philosophicae, literariae, criticae etc. Augustiae Vindelic. 1748. mai. 8. nr. I. Contra *Antigoni Carystii* narrationem, a calumniis dogmaticorum sophistarum profectam, apud *Diog. Laert.* IX. 61. et 62. defendit Pyrrhonem, et primum ex iis, quae *Laertius* de eo eiusque dogmatibus prodidit memoriae, tum quod Pyrrhon dogmaticorum philosophorum siue sophistarum inuidiam sibi conllarat, quia illis eorum captiunculis simulata ignorantia eosque omnium exposuit risui, porro ex honore pontificatus, apud Eleos impetrato, ex auctoritate, qua valuit apud Epicurum, denique ex dignitate, qua floruit in patria et immunitate, philosophis illius gratia data, sat multa validaque ducit argumenta.

*Io. Franc. Buddei* exercitatio de Scepticismo morali, Halae Sax. 1699. rec. in eiusdem analectis hist. philosophicae, Halae. 1706. 8. pag. 203 sqq.

*Bayle* in Dict. voc. *Pyrrhon* vbi multa praeter ea *Moreri* peccata notat, tom. III. pag. 731 — 736. tum in vocc. *Arcefilas*, *Democrit*, aliisque, in quibus aliisque libris quum se ipse insignem praestitisset scepticum et multa praecipue in longioribus notis ad locum, Pyrrhon, in medium adtulisset, quae ab oraculis diuinis aliena viderentur, a multis notatus atque vel atheismi reus factus, certe arma suppeditasse atheis creditus est. vid. *Buddei* theses de atheismo, cap. I. §. 25. pag. 147 sqq. praecipue pag. 156 sqq. *Stolle* in Anleit. zur Historie der Gelahrheit, edit. III. pag. 416 sqq.

*Frid. Guilielmi Bierlingii* commentatio de Pyrrhonismo historico. Lipsiae 1724. 8. cap. 1. §. 1 — 6. atque pag. 11 sqq. ostendit, Pyrrhonem neque insipientem fuisse, neque sceleratum, multasque de eo sparsas reiecit fabulas.

gg) Inscriptio libri est: *La Verité des sciences, contre les Sceptiques ou Pyrrhoniens*, à Paris. 1625. 8. conf. *Perrault*, Hommes illustres tom. II. pag. 52 sqq.

*Chr. August. Hausen* progr. de contradictionibus scepticorum: Lipsi. 1733. 4.

*Jean. Pierre de Croufaz* Examen du Pyrrhonisme ancien et moderne. à la Haye 1733. f.

*Gottlieb, Stolle* in Anleitung zur Historie der Gelahrheit, edit. 4. pag. 383. de Pyrrhone, tum de variis scepticorum erroribus et placitis pag. 449 sq. 558. de scepticismo recentiorum morali pag. 642 sq. De scepticismi patronis, Sanctio, Vayero, Pico, Agrippa, Herueto, Sorbierio Huetioque pag. 413—416. — Idem in Historie der heydnischen Morale pag. 197 fqq. de Pyrrhone et scepticorum placitis, ad doctrinam morum pertinentibus, agit.

*Stanleii* hist. philos. part. XI. tom. III. pag. 51 fqq.

*François de Salignac de la Motte Fenelon* Abregé des Vies des anciens Philosophes, avec un Recueil de leurs plus belles maximes. Paris 1726. 8. rec. tom. III. des Nouveaux dialogues des morts de Mr. de Fenelon, Amsterd. 1727. 12. in quorum dialogo XXVII. Pyrrhon cum vicino suo colloquens inducitur (illorum tamen auctorem esse Fenelon, negat *Ramsay* in Journ. des Scavans, Mai 1727. p. 127. edit. Amstel.) — germanice vertit notasque adiecit *Io. Mich. von Loen: Fenelon Lebensbeschreibungen* etc. Francof. et Lipsiæ 1748. nr. 23. pag. 391 fqq. Fenelon multas repetit fabulas, quas Loen in notis iure proscribit, et de scepticismo probabili eiusque limitibus differit.

*Brucker.* in hist. critica philos. vol. I. pag. 1317—1349. — vol. II. de secta sceptica sub imperio romano, pag. 627—638. vol. IV. part. I. pag. 537—609. de scepticis recentioribus praecipue Francisco Sanchez, Hieron. Hirnhaym, Fr. Mottaéo Vayerio, Petro Dau. Huetio, Foucherio, canonico Diuionensi, et Petro Bayle, quorum vitam, scripta, opiniones et controuersias inde natas late persequitur. Denique in adpendice siue vol. VI. pag. 334—336.

Le Pyrrhonisme raisonnable par Mr. de *Beaufobre.* Berolin. 1755.

*Garlitt* Sciagraphia hist. philos. p. 138—144. qui laudat quoque loca *Platneri* aporismor. philosophic. tom. I. pag. 129. et 257—262. edit. sec. et tom. II. pag. 477—479. atque *Garuii* progr. legendorum philosophorum veterum praecepta nonnulla et exemplum pag. 26—38. laudat.

*Godofr. Ploucquet* diss. de epoche Pyrrhonis. Tübingae 1758. 4. Sexti Empirici et reliquorum scepticorum cuniculos et sophismata adoritur.

In libro: *Litteratur und Völkerkunde* a. 1784. part. IV. pag. 906—908. exstat quoque commentatio huc pertinens.

*M. Christ. Vich. Kinderuater* disp. adumbratio quaestionis, an Pyrrhonis doctrina omnis tollatur virtus? Lipsiæ 1789. 4. *Harl.*

*Pyrrho*, Eleus<sup>hi)</sup>, Anaxarchi discipulus, Epicurum aetate paullo antecessit, pictor primum, deinde in Democriti quum incidisset libros, philosophiae [P] operatus praecipit Dryfone, Stilponis F. siue, vt *Ionisus* pag. 191. II. 15. malit *Bryssone.* *Laert.* IX. 61 sq. [vbi Menagijs

hi) *Eudocia* in *Violario* p. 368. Πύρρων Πλατ. κεδόνος, κατὰ τὴν ἐκ τῶν Ὀλυμπίων, κατ' ἐπέκτα etc. ἄρχη, Ἑλλᾶος φιλόσοφος· ὃς ἦν ἐπὶ Φιλίππου τῷ Μα- *Harl.*

Menagius e Suida corrigit Βρύτῶνος et sic quoque *Eudocia* l. c. Varia deinde itinera adiit sapientiae causa, relictis vero praeceptoris et quorumcumque dogmaticorum placitis, nihil proflus certo sciri posse, in utramque partem de omnibus disputando contendit; neque tamen hoc docuit tamquam plane certissimum, neque in vita communi Scepticum se gessit, ut e variis Laertii Sextique locis constat. Nihil scriptum reliquit, teste rursus *Laertio* IX. 102. et *Aristocle* apud *Eusebium* XIV. cap. 18. praeparat. pag. 758. et 763. vbi emendandus eruditus interpres: nam verba *χρησὸν μὲν εἶδέν ἔτε εὐρεῖν ἔτε ἔγραψε*, non significant, Pyrrhonem in Democriti libris nihil boni reperisse; sed ipsum lectis Democriti libris per se nihil neque inuenisse neque scripsisse praeclari. Homeri studiosus lector poema in Alexandrum M. scripsisse et pro eo praemium decies millia aureorum tulisse fertur apud *Sextum Empir.* aduers. Grammat. I. cap. 13. sect. 272. p. 275. (coll. *Laert.* IX. 67.) et sect. 282. pag. 279. [vbi conf. Fabricii notam et *Menogium* ad *Laert.* IX. 102.]

E vita decessit propemodum nonagenarius, *Laert.* IX. 62. quo anno, vel qua Olympiade, non reperit adnotatum. Discipuli eius fuere Timon, Hecataeus, Eurylochus, Nau-siphanes aliique. Vitam Pyrrhonis Timonisque scripserat *Antigonus Carystius*, (in opere, quo et aliorum Philosophorum vitas fuit persequutus,) teste *Aristocle* apud *Eusebium* XIV. pag. 762 sq. Sectatores eius non modo Pyrrhonii, sed etiam a philosophandi ratione dicti *Aporetici*, *Sceptici*, *Ephēctici* ac *Zetēticī*. *Laert.* IX. 69. 70. *Suid.* voc. Ἐφῆκτικοί. Cui adde, si placet, *Iousum* [III. 6, 8. pag. 25. *Sext. Empir.* Pyrrhon. I. cap. 3. sect. 7.] Alios vero philosophos veluti certa tantum et explorata dogmata venditantes, quae Scepticis videbantur incertissima, adpellabant communi nomine *Dogmaticos*<sup>ii)</sup>, quos deinde iterum singulari nomine discriminabant, ut apud *Sextum* lib. I. Pyrrhon. Hypotypof. p. 14. κατὰ τὰς μά-  
λιζα ἡμῶν ἀντιδοξῶντας τῶν Δογματικῶς ἀπὸ τῆς σοφῆς. Sed post Pyrrhonem age Scepti-  
cos quosdam ordine litterarum in medium addueamus. Sunt igitur, qui calamo meo sese  
obtulere, hi<sup>kk)</sup>:

*Aenesidemus*, Gnosius, Heraclidis, Sceptici, auditor. *Laert.* IX. 116. non ita diu ante *Aristo-*  
clem floruit, ut constat ex *Eusebii* praeparat. pag. 763. itaque Pyrrhonis συνήθης dici-  
tur apud *Laert.* IX. 102. non quod Pyrrhonem ipsum auerit, sed eius dogmata fue-  
rit sectatus. Alexandriae docuisse ex eodem *Eusebio* constat. Hinc aliis dicitur *Aene-*  
*sidemus Alexandrinus*. [vid. *Brucker*, vol. I. p. 1328.]

Eius Πυρρονέων λόγων librum primum laudat *Laertius* IX. 106. quartum *Sextus* 7. contra  
*Math.* pag. 258. *Photius* cod. CCXII. singulorum octo librorum argumentum refert,  
testaturque, opus inscriptum *Lucio Neroni*, (al. *Tuberoni romano viro nobili*, τῶν  
ἐξ Ἀκαδημίας τῆς συναρρηστικῆς. Ex hoc opere quod in VIII. libros digestum fuisse  
idem *Laertius* IX. 116. docet, forte nouem [¶] modorum ὑποτίπωση, quibus incerta  
esse, omnia disputabat, refert *Aristoteles* apud *Eusebium* XIV. praeparat. p. 760. Vide  
et *Laert.* IX. 87. et quae de iisdem modis *Sextus Empiricus* lib. I. Pyrrhon. Hypotypof.  
*Fauorini Arelatensis, Academici*, libros X. *πυρρονέων τρέπων* laudat *Gellius* XI. 5. [vbi

ii) Vid. *Sext. Empir.* Pyrrhon. hyp. I. 1. p. 1.  
ibique Fabricii not. Hinc Sceptici vocantur *Δευ-*  
*ρητικοί* a *Iustino Martyre*, dial. p. 6. *Harl.*

kk) Catalogum praecipuorum Scepticorum ex-  
hibet *Fabricius* ad *Sexti Empiric.* hypotyp. Pyr-  
rhone. I. sect. 164. p. 41. *Harl.*

vide not. tom. II. pag. 72. edit. Lipsiensis.] confer Philostratum I. de Sophist. pag. 495 sq. Aenesidemi *σειχειώσεις*, *Eusib.* p. 761. *ὑποτύπωσιν εἰς τὰ Πυρρώνεια*, *Laert.* IX. 78. librum *κατὰ σοφίαν* (an *σοφιστής*?) et alium *περὶ ζητήσεως*, *Laert.* IX. 106. *πρῶτην εἰσαγωγὴν Sextus II.* contra *Physic.* pag. 417. [conf. *Rossii* comm. *Laert.* §. 81. pag. 222 sqq. §. 86. pag. 233 sqq. etc.]

E Scepticismo, non modo ἀφασίαν et ἀταραξίαν, vt Timon, sed plane ἡδονὴν consequi aiebat, vt est apud eundem *Eusebium* pag. 758.

[*Agrippa. Diogenes Laert.* IX. 88. οἱ περὶ Ἀγριππᾶν sunt *Agrippa* eiusque sectatores aut discipuli, et dicuntur quinque alios τρόπος inuexisse, et a *Sexto Empirico* Hypot. I. cap. 15. sect. 164. vbi vid. Fabricium, dicuntur νεώτεροι σκεπτικοί. Vixit ille post Antiochum Laodicenum, Zeuxidis discipulum et Apellam. Nam Antiochum atque Apellam ἐν τῷ Ἀγρίππᾳ, h. e. in *Agrippae* scriptis citatos laudat *Diog. Laert.* IX. 106. *Harl.*]

*Antiochus*, Laodicenus. *Laert.* IX. 106. ἀπὸ Λύκας, Zeuxidis discipulus. id. 116.

*Apellas* ἐν Ἀγρίππᾳ citatur a *Laertio* IX. 106.

[*Aquila.* Voslius de sect. philos. cap. 20. §. 10. *Heumann.*]

[*Aristo.* Chius. Stephan. in Diction. histor. conf. Fabric. supra in catal. Stoicor. h. v. *Bayle* diction. voc. *Ariston.* not. D. Scripsit librum de senectute, citatum a Cicerone de senect. cap. I. fin. *Heumann.*]

*Africanus Abderites.* *Laert.* IX. 61.

[*Caecilius* in Minut. Fel. Octauio V. 2 sqq. *Heumann.*]

*Cassius*, Pyrrhonis. *Laert.* in Zenone, *Galenus* in hypotyposi empirica cap. 3. [*Menag.* ad *Laertium* IX. 16. fin. pag. 444.]

*Cornelius Celsus*, de quo *Quintil.* X. 1. Scripsit non parum multa *Cornelius Celsus*, Scepticos sequutus, non sine cultu ac nitore.

*Dionysius Aegaeus*, de cuius *Δικτυακῆς Phot.* cod. CLXXXV. CCXI.

*Dioscorides*, Cyprius, Timonis discipulus. *Laert.* IX. 115.

*Eubulus*, Alexandrinus, Euphranoris discipulus. *Laert.* IX. 116.

*Euphranor*, Seleucius, Timonis discipulus. *Laert.* IX. 115.

*Eurylochus*, Pyrrhonis discipulus. *Laert.* IX. 68. idem forte, quem supra retuli in Epicureis.

De *Fauorino* et aliis Academicis, qui ad Scepticos accedebant, dixi supra cap. III. [vide pag. 173. de *Fauorino*.]

*Hecataeus Abderites.* *Laert.* IX. 69. ibique *Menagius*; Pyrrhonis discipulus. [*Ionisius* I. 19. 3. p. 122. *Hecataei, Abderitae*, philosophi et historici, eelogae etc. cum notis *Petri Zornii*, Altonae 1730. 8. pag. 5. prolegom. et pag. 1. notarum: *Biblioth. germaniq.* tom. 31. pag. 100. *Cumaeus* de republ. hebraeor. lib. I. cap. 2. pag. 9. *Harl.*]

*Heracledes*, Ptolemaei, Cyrenaei, auditor. *Laert.* IX. 116.

*Herodotus*,

*Herodotus*, Ariei F. praeceptor Sexti Empirici, Menodoti auditor. *Laert.* IX. 116. [medicus quoque. vid. *Brühauptii* diss. praef. Heumanno de claris Tarfenfibus, 1748. p. 13.]

[De *Iudaeis* Scepticis vide *Wolffii* biblioth. hebr. tom. II. p. 914. *Heumann.*]

*Menodotus*, Nicomediensis, Antiochi, Laodiceni, auditor. *Laert.* IX. 116. [*Galenus* εἰσαγωγή cap. 4. 7.]

*Mnaseas*, *Euseb.* XIV. praeparat. pag. 731.

*Nausiphanes*, Teius, quem ferunt auditum ab Epicuro. Vide, quae supra hoc ipso capite §. 1. [*Diog. Laert.* IX. 102.]

*Nicolochus*, Rhodius, Timonis discipulus. *Laert.* IX. 115.

*Numenius*, Pyrrhonis auditor. *Laert.* IX. 68. 102. 114. diuersus a Numenio Apameensi, vt notat *Ionfius* III. 10. 4. [*Roffius* comm. *Laert.* pag. 205. supra vol. II. p. 854 sq.]

[*Philinus. Galenus* εἰσαγωγή ἡ ἰατρὴς cap. 4.]

*Philo*, *Atheniensis. Laert.* IX. 67. et 69. [*Ionfius* II. 1: 4. pag. 142.]

*Philomelus*, cuius meminit *Eusebius* XIX. praep. pag. 731.

[*Pilatus*. conf. acta philos. tom. II. pag. 49. *Wollii* comment. *Heumann.*]

*Praylus*, Troadensis, Timonis discipulus. *Laert.* IX. 115.

*Ptolemaeus*, *Cyrenaeus*, qui Timonis haeresin restaurauit, auditor Eubuli. [*Laert.* IX. 115. et 116.]

*Pytho*, ad quem scripsit Timon. [¶ *Fabric.* an potius *Pyrrhon*, Πύρρων, iunior, qui, testibus *Suida* h. v. tom. III. pag. 246. et *Eudocia* pag. 358. fuit Philialis, Timarchi filius, discipulus Timonis philosophi? *Harl.*

*Sarpedon*, Ptolemaei, Cyrenaei, auditor. *Laert.* IX. 116.

*Saturninus*, ὁ Κυθηναῖος, Empiricus, Sexti auditor. *Laert.* IX. 116.

[*Serapion*, Alexandrinus. *Galenus* loco antea memorato.]

*Sextus Empiricus*, cuius scripta exstant. De eo dixi infra libro IV. cap. 18. *Fabric.* vol. III. pag. 590. in primis pag. 591. not. 6. vbi plures *Sexti* recensentur. adde catal. Stoicorum, voc. *Sextus* etc. *Ionfium* III. 12, 7. pag. 68 sq. *Fabric.* in Prolegom. ad Sextum Empiricum, *Menagium* ad *Diogen. Laertium* pag. 443 sq. edit. Meibomii.

*Sextus*, Libyeus, philosophus, cui *Suidas* et *Eudocia* pag. 387. tribuunt σκεπτικὰ ἐν Βιβλίαις εἰ et Πυρρώνεια. conf. vero *Fabric.* et *Menagium* II. cit. *Harl.*

*Theodas*, (Θεώδας) Laodicenus, Antiochi discip. *Laert.* ibid. [contra hunc scripsit *Theodosius*, Pyrrhoniensis, qui mox sequitur. vid. *Suidas* Θεόδωσ.]

*Theodosius*, σκεπτικῶν κεκαλειῶν scriptor. *Laert.* IX. 70. De hoc Theodosio dixi capite de astronomis, praesentis libri §. 16.

*Timon*, *Phliafius*, discipulus Pyrrhonis, cum antea in theatri saltatorem egisset, animum adpulit ad philosophiam et Stilponem primum, dein de Pyrrhonem audiuit, clarus sub Antigono, rege Macedoniae et Ptolemaeo Philadelpho. [Docuit circ. Olymp. CXXVII. vid.

vid. *Fabric.* ad *Sext. Empir.* Pyrrhon. hypot. I. cap. 33. sect. 223. pag. 58. vbi de Timone eiusque Sillis agit.] Summam eius philosophiae breuiter exponit Aristocles apud *Eusebium* XIV. praeparat. cap. 18. pag. 758.

[Idem fuit medicus, et filium, Xanthum, docuit artem medicam, teste *Laertio* IX. 109. vbi de Timone agitur fufius, et Menagius plura de illo eiusque scriptis adnotauit. Antigonus Carystius inter vitas eruditorum, etiam Timonis vitam conscripsit. vid. *Hieron.* in praef. de scriptor. eccles. qui, vti *Athenaeus* X. pag. 438. eum *Φιλοπότην* fuisse tradunt. Insuper de hoc *Timone* vide supra, in vol. II. inter Tragicos aequae ac Comicos h. v. tum pag. 616 sq. de Xenophane; nec non pag. 673 sq. de Timone Misanthropo, vbi plures Timones recensui. Iis, quae ibi scripta sunt, addantur de *Resnel* Recherches sur Timon le Misanthrope, in Mem. de l'acad. Par. des Inscr. vol. XIV. pag. 74 sqq. — supra vol. I. pag. 368. §. XIX. *Isaac. Casaubon.* de Satyrica Graecorum poesi etc. lib. II. cap. 3. pag. 220 sqq. ibique notas, edit. Rambachii, *Vossii* de poetis graecis cap. VIII. pag. 62. et de sectis philosoph. cap. 20. §. 9. *Stanleii* histor. philof. tom. III. part. XI. pag. 55 sqq. edit. Venetae. *Brucker.* I. pag. 1325 sqq. inprimis *M. Isaaci Friderici Langheiwich* III. diss. de Timone Sillographo, Lips. 1720. et 1721. qui de Timonis vita, dogmatibus scriptisque vberius disputauit eiusque collegit fragmenta. *Harl.*]

Timonis Πύθων [genere heroico.] *Euseb.* pag. 761. *Laert.* IX. 76. et 105. πρὸς Πύθωνα. *Laert.* IX. 67.

πρὸς τὸς Φουσιᾶς. *Sextus Empiricus* III. contra mathem. sect. 2. [ibique not. *Fabricii* pag. 310.]

Σίλλοις libris tribus, quibus philosophos dogmaticos praecipue derisit, etsi ἀκατὰ πάντων ἀνθρώπων βλασφημία dicuntur Aristocli apud *Eusebium* pag. 761. adde pag. 763. atque ad *Laert.* IX. III. et *Ionsium* II. 3. 5. pag. 153 sq. Fragmenta habes in *H. Stephani* Poesi Philof. 1574. 8. atque inde in *Horatio* *Dan. Heinsii* Lugd. Bat. 1612. 8. *Apolonidis*, *Nicaeni*, ὑπομνήματα in Timonis σίλλας, *Tiberio* *Caesari* inscripta, memorat *Laertius* IX. 109. Confer *Ionsium* [III. 3. 1. pag. 11 sq.] Sotionem περὶ Τιμόνος σίλλων *Athen.* VIII. pag. 336. *Fabric.* De originatione voc. Σίλλοι vid. *Hemsterhus.* ad *Pollucis* *Onomast.* lib. IX. segm. 148. *Langheiwich.* disp. I. p. 28 sqq. qui etiam docet, quomodo *Silli*, h. e. maledicta, irrisiones et mordaces sermones, heroico scripti genere, ex perpetuis fere compositi parodiis, ex *Homero* inprimis desumptis (conf. supra in vol. I. pag. 551. et indicem scriptorum, ab *Eustathio* citatorum, in vol. I. pag. 499. voc. *Timon.* *Athen.* XV. pag. 699. *Euseb.* praep. euang. XV. pag. 855.) a satyrica fabula differant. Conf. *Rossii* commentatt. *Laertian.* pag. 176. pag. 182. (vbi notat, *Aristoclem* apud *Eusebium* praep. euang. lib. XIV. cap. 18. Timonis ἀργαλέας παραδίνας dicere,) p. 244 sqq. vbi ostendere conatur aduersus *Stanleium*, *Fabricium*, *Menagium* aliosque verba *Diogenis Laertii* VIII. sect. 112. ὁ δὲ ἐν Φιλόσοφος etc. non de Timone, *Phlasiio*, sed de Timone Misanthropo esse intelligenda: denique pag. 27. 44. 68 — 70. et 193 — 195. Timonis versus profert eosque partim corrigit, partim interpretatur. *Toup.* in *Emendatt.* in *Suidam* et *Hesychium*, vol. IV. pag. 60. in *Hesychio* voc. Σίλλας corrigit ἔμμετρον σκάμμα pro vulgato ἔμμετρον, σκάμμα. *Harl.*



*Ἰθαλαίμει*. *Laert.* IX. 65. et 105. male apud *Sextum* pag. 442. contra *Math.* ἐν τοῖσι δήμοις pro Ἰθαλαίμοις, ut iam viuis doctis obseruatum. [genere elegiaco scripti.]

Tragoediae LX. et Dramata Satyrica ac Comica XXX. *Laert.* IX. 110. vbi praeterea eiusdem ἔπη et κιναιάδες, h. e. heroica et cinaedica carmina commemorat. Quae porro prosa scripserit, mox ex *Antigono Carystio*, qui eius vitam composuit, ait accessisse ad ἑπτὰν, (forte πέντων scripserat *Laertius*,) millia viginti. Ex his fuere, ni fallor:

Ἀρεσιπλάκος ἢ περὶ δείπνου. *Laert.* IX. 115. [vid. *Langheimr.* disp. I. pag. 27. et disp. II. pag. 15 sq.]

Περὶ αἰσθησέων. *Laert.* IX. 105. [et κατὰ σοφίας. vid. *Langheimrich.* disput. I. pag. 27.]

*Xanthus*, *Timonis* filius ac successor. *Laert.* IX. 109.

*Zeuxippus*, *Aenesidemi* discipulus et ciuis, h. e. patria *Gnosius*. *Laert.* IX. 116.

*Zeuxis*, *Aenesidemi* discipulus et ipse, *Laert.* IX. 106. vbi citatur eius liber περὶ διττῶν λόγων. Auditor itidem *Zeuxippi*, cognomento γωνιόπες. id. 116.

De recentioribus quibusdam Scepticis infra in *Sexto Empirico* dixi lib. IV.

#### VI. De Megaricis, qui et Dialectici postea, atque Eristici dicti.

##### [E P I M E T R O N.]

De hac secta eiusque auctore vid. *Diogen.* *Laert.* II. sect. 106 — 111. ibique interpretis, praecipue *Menagium*, *Vossium* de philosophorum sectis, cap. IX. §. 1. pag. 62. *Bayle* *Diction.* voc. *Euclide*, tom. II. pag. 414 — 416. qui quoque *Rapin.* iudicia in *Reflexions sur la philosophie* nr. 28. pag. 353 sq. et in *Reflexions sur la Logique* nr. 3. pag. 372. corrigi, idem in art. *Stilpon*, *Stanleii* *hist. phil.* part. III. I. *G. Walch.* *parerg. academ.* pag. 508 sq. *Brucker.* *histor. crit. philos.* vol. I. pag. 610 — 613. et vol. VI. pag. 225 sq. *Gedicke* in *M. T. Cic. historia philosoph. antiquae* pag. 113 — 124. *Gurlitt.* in *sciagraphia hist. philos.* pag. 60 sq.

*Meiners.* in *historia de ortu et progress. doctrinarum apud Graecos et Romanos* tom. II. pag. 636 sqq.

*M. Io. Caspar. Guntheri* *diff. de modo disputandi megarico.* Ienae 1707. 4.

*Io. Ern. Imman. Walchii* *comm. de philosophis veterum eristicis.* Ienae 1755. 4.

*G. L. Spalding.* *disp. vindiciae philosophorum megaricorum.* Subiicitur commentarius in priorem partem libelli de *Xenophane*, *Zenone* et *Gorgia.* Halis Sax. 1792. 8. *Harl.*]

*Euclides*, *Megareus*, (diuersus a geometra, cum quo passim confunditur vt [P] a praestantiss. *Sponio* p. 141. *Misc.*) discipulus *Socratis*, conditor *Megaricorum* disciplinae, quam nobilem nec multum a *Platone* dissensisse tradidit *Cicero* II. *Tusc.* *Euclides id esse summum bonum dixit, quod simile sit et idem semper*, vt notat *Lactantius* III. 12. ex *Cic.* IV. *Acad.* quaest. [cap. 42. vbi vid. *Dauis.*] *Parmenidis* scriptis cum primis delectatus est, teste *Laertio* II. 106. *Xenophanis* etiam ac *Zenonis Eleatae* sectator. *Cic.* II. *Tusc.* [Hinc

illorum sectam continuasse videtur *Gassendo* lib. I. cap. 3. pag. 40. logicae, Opp. tom. I. et *Bayle* l. c. voc. *Euclide*.] Qui et ipse *Zeno* a quibusdam auctor Eristicae disciplinae dicitur, τῆς ἐριστικῆς ἀρχηγός, vt ex auctore Historiae philosophicae, quae inter *Galen*i scripta legitur, iam notarunt viri docti. Vide *Vossium* de sectis cap. XI. Scripserat hic *Euclides* dialogos sex, quorum hi tituli apud *Laertium* II. 108. exstant; Δαμπερίας, Δισχίνης, Φοῖνιξ, Κρίτων, Ἀλκιβιάδης, Ἐρωτικός. [conf. supra, in vol. II. pag. 715 sq.] Reliquorum dialecticorum nomina haec sunt:

*Alcimus*, rhetor eximius, Stilponis auditor. *Laert.* II. 114. *Fabric.* Diuersus ab illo *Alcimus*, historicus, Sículus, incertae aetatis, forsan post Christi tempora. vid. schol. *Theocriti* I. 65. *Athenaeus* X. cap. 10. pag. 441. *Vossius* de histor. graecis lib. IV. part. III. pag. 501. *Doruillius* in Siculis pag. 246. *Mongitor.* bibl. Sicul. tom. I. pag. 13. *Meinersf.* hist. doctrinar. apud Gr. et Rom. tom. I. pag. 591. not. *Harl.*

*Alexinus*, Eliensis, discipulus *Ebulidis*, propter natum ad contentiones ingenium dictus Ἐλεγκτικός. *Olympiacam* sectam instituere quum vellet in Olympia, a discipulis desertus periiit. Scripsit aduersus *Zenonem*, Citieum, cuius professus aduersarius fuit, et contra *Ephorum*, historicum. *Laert.* II. 109 sq. Aduersus *Alexinum* scripsit *Aristo*, Chius. id. VII. 163. [*Cicero* acad. IV. 24. in eo, et *Stilpone* ac *Diodoro* notat contorta et aculeata sophismata. Contra sensus disputasse videtur. *Harl.*]

*Antipater*, *Cicero* *Lucullo*, Stoicum innuens, qui et ipsi plerique dialectici.

*Apollonius*, *Cronus*, *Ebulidis* auditor, *Laert.* II. 111. de quo in cap. de *Apollonio Rhodio*.

*Archidemus*, *Cicero* *Lucullo*, Stoicum innuens de quo supra cap. de Stoicis.

*Aristides*, *Laert.* II. 113.

*Aristoteles*, *Argiuus*, dialecticus. *Plutarch.* *Arato* pag. 1028. et p. 1047. *Laert.* II. 113. Hunc respici in dialogo *Stilponis*, cui titulus *Aristoteles*, *Ionsio* visum.

*Artemidorus*, cuius librum aduersus *Chrysippum* citat *Laert.* IX. in *Protagora* 53.

*Clinomachus*, *Thurius*. *Laert.* II. 122. *Clitomachus* eidem lib. I. sect. 19.

*Clitarchus*, *Aristotelis* primum *Cyrenaici*, tum *Stilponis* discipulus. *Laert.* II. 113.

*Crates*, *Stilponis* auditor. *Laert.* II. 114. et 117. vbi videtur a *Cynico* distingui.

*Dimias*, *Sicyonius*. *Plutarch.* *Arat.* pag. 1028.

*Diodorus*, *Cronus*, *Apollonii* discipulus, de quo dixi supra in catal. Stoicorum, et infra in cap. de *Diodoro* *Siculo*. [*Cicer.* acad. quaest. IV. 42. et 47. vbi vid. *Dauis.* qui ibi *Diodorum* pro *Diodoto* reposuit.]

*Dionysius*, *Bithynus*. *Strabo* XII. p. 566. quem *Theodorus*, atheus, audiuit. *Laert.* II. 98.

*Diphilus*, *Bosporianus*, *Euphanti* et *Stilponis* auditor. *Laert.* II. 113. [P]

*Ebulides*, *Milesius*, discipulus *Euclidis*, praeceptor *Alexini* et rhetoris *Demosthenis*, ἰβερικός in *Aristotelem* aliosque. Vide *Ionsium* [I. 13, 4. pag. 83. I. 20, 2. p. 126. Captiofa eius argumenta notant viri docti ad *Laert.* II. 108. VII. 187. [adde *Bayle* dict. voc. *Euclide* not. D. *Watch.* parerga acad. p. 509 sq. *Brucker.* I. 613 sq.]

*Euphantus*,

*Euphantus*, Olynthius, Ebulidis discipulus, scripserat librum insignem de regno ad Antigonom, regem, quem instituit, tum tragoedias et temporis sui historiam. *Laert.* II. 110.

*Heraclides*, Bargyleites, qui contra Epicurum scripsit. *Laert.* V. 64. Idem, ut videtur, Heraclides, contra quem scripsit Chrysippus. *Laert.* VII. 198.

*Ichthyas*, Metallii F. Euclidis discipulus, ad quem Diogenes, Cynicus, dialogum scripsit *Laert.* II. 112. praeceptor. Thrasymachi, Corinthii. id. 113. [*Athen.* VIII. pag. 335.]

*Metrodorus*, ὁ Θεωρηματικός, Theophrasti primum, tum Stilponis auditor. *Laert.* II. 113. Ita apud *Iustinum Martyr.* in dialogo cum Tryphone pag. 218. Θεωρηματικοὶ legendum pro Θεωρητικοί.

*Musonius*, Stoicus: etiam dialecticus Suidae dicitur in Μεσ.

*Myrmex*, Exaeneti F. discipulus ex aduersario Stilponis. *Laert.* II. 113. et Hesychius illustr. in Στ'λπωων, licet Steph. in Ἐνετοὶ male legat ἐξ ἐνετῶ, pro Ἐξαινέτε, ut H. Casaubono obseruatum.

*Panthoedus*, Lyconis, Peripatetici, praeceptor. *Laert.* V. 68. contra quem scripsit Chrysippus. VII. 193.

*Pasicles*, Euclidis discipulus, Cratetis, Cynici, frater. *Laert.* VI. 98.

*Philippus*, Megaricus. *Laert.* II. 113.

*Philo*, Diodori, Croni, discipulus. *Laert.* VII. 6. Hunc *Ionsus* [II. 1, 7. p. 142.] eundem putat cum Philone, Atheniensi, de quo paullo ante in Scepticis. Philonis, Dialectici, Menexenum citat *Clemens Alex.* IV. Strom. pag. 523. Eadem referens *Hieronymus* I. contra Iouinian. Philonem Carneadis magistrum appellat. [*Cicer.* quaest. acad. IV. 47. ibique Dauif. *Brucker.* I. pag. 616.]

*Philonicus*. *Dionysf. Halic.* in vita Isocratis tom. II. pag. 99.

*Phrasidemus*, e Peripatetico Stilponis auditor. *Laert.* II. 114.

*Simmias*, Syracusanus, Aristotelis primum Cyrenaici, tum Stilponis auditor. *Laert.* II. 113. et 114.

*Stilpo*, Megarensis, de quo dixi lib. II. cap. 24. §. 43. [vol. II. pag. 719 sq.] Fuit aequalis Theodori, athei, sub Demetrio Poliorcete, Antigoni filio, et Ptolemaeo, Sotere, qui ambo patriam ipsius quum cepissent, Stilponi propter sapientiam pepercerunt. *Fabric.* conf. *Ciceron.* de fato cap. 5. ibique Dauif. coll. *Plutarcho* aduersus Colotem pag. 119. C. — *Brucker.* I. pag. 617 sqq. *Bayle* dict. voc. *Stilpon.* vol. III. pag. 282 sqq. Num atheus fuerit, nec ne, dissentiant eruditi. vid. Bayle et quos memorauimus supra vol. II. pag. 720. adde *Meinersf.* I. c. pag. 640 sq. *Hart.*

*Thrasymachus*, Corinthius, Ichthyae discipulus. *Laert.* II. 113.

*Timagoras*, Gelous, Theophrasti primum, tum Stilponis auditor. *Laert.* II. 113.

*Zeno*, Phoenicius, Stilponis discipulus. *Laert.* II. 114. Sed et a Zenone, Citieo, [P] auditum Stilponem notat id. 120. quo minus mirum, quod inter Stoicos multi fuere, qui

dialecticis siue eristicis tricofarum et subtilium disputationum studio nequiquam cederent. Ita Chryſippus ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, *Laert.* VII. 180. et Stoicorum scitum, Διαλεκτικὸν μόνον εἶναι τὸν σοφόν. id. 83. confer doctissimi Menagii notas pag. 122. et 296.

Aduersus dialecticos libros III. scripserat Aristo, Chius, Stoicus. *Laert.*

Dialecticæ fuere filiae quinque Diodori, Croni, *Argea, Artemisia, Menexena, Pantaclea et Theognis*, vt e Philone, dialectico, refert *Clemens* IV. Strom. pag. 523. His addenda *Nicarete*, Megarica, Stilponis amalia et focus Simmiae, Syraculani. *Laert.* II. 114. *Athenaeus* XII. pag. 596. Νικαρέτη δὲ ἡ Μεγαρίτις ἐκ ἀγγείης ἦν ἐταίρα, ἀλλὰ καὶ γονέων καὶ κατὰ παιδείαν ἐπέρασος ἦν, ἠγεράτω δὲ Στίλπωνα τῷ φιλοσόφῳ.

VII. Superfunt aliae sectae quaedam, in veterum libris memoratae, quas paucis perstringere iuuat. Nam de *Eliaticis* quidem praecipuis, Parmenide, Zenone Eleate etc. qui etiam ἐλεγκτικοὶ videntur esse adpellati, (vide *Menag.* ad *Laert.* lib. I. 17.) dictum est supra libro II. cap. XXIV. vbi quoque de *Socraticis* et plerisque ante Socratem philosophis celebrioribus. De *Phaedone* item Eleo, a quo *Eliacorum* secta, et de *Menedemo* Eretrio, Plitiani, qui *Phaedonem* audiuit, et *Stilponis* discipulo, a quo *Eretriasi*. De *Pythagoricis* lib. II. cap. XIII. De *Academicis* hoc ipso libro cap. IV. de *Peripateticis* cap. VIII. de *Cynicis* cap. IX. de *Stoicis* cap. X. Praeter ea *Εὐδαιμονικῶν* mentionem *Laertius* facit in prooemio sect. 17. quos ait ἀπὸ διαθέσεων ita adpellatos. Mihi autem verba ἀπὸ διαθέσεων videntur explicanda, ab instituto, vt *εὐδαιμονικός* philosophus sit, cuius tota philosophia prae se ferebat disciplinam de felicitate comparanda. *Galenus* hist. philos. cap. 3. ἐκ τέλους καὶ δόγματος, (*Diogenes Laertius* in prooemio sect. 17. ἀπὸ διαθέσεως,) ὥσπερ ἡ εὐδαιμονική. Ὁ γὰρ Ἀνάξαρχος τέλος τῆς κατ' αὐτὸν εὐαιγωγῆς τὴν εὐδαιμονίαν ἐλεγεν. Ibidem *Galenus*, Scepticos, ait, dictos esse ἀπὸ διαθέσεως. [conf. tabula *Cebetis* cap. 17. vbi alterae mulieres hilares et ridentes, *Opiniones, δόξαι*, dicuntur perducere eos, qui ad virtutes sunt ingressi, ad cruditionem, et, dum redeunt, renuntiare, illos iam *εὐδαιμονοῦσας, beatos* esse factos.] Solum vero *Anaxarchum* <sup>1)</sup>, voluptuosum illum Alexandri adulatorem in veterum scriptis *εὐδαιμονικῶν* nomine venire memini, [apud *Diog. Laert.* IX. 60. vbi de *Anaxarcho* agitur: conf. *Menag.*] apud *Athenacum* VI. pag. 250. et XII. pag. 548. et XIII. pag. 567. atque ex *Athenaeo* apud *Eusebium* ad *Iliad.* χ'. pag. 1273. edit. Rom. [item apud *Aelian.* H. V. lib. IX. cap. 37. vbi *Kühn.* et *Perizon.* de *Anaxarcho* plura adnotarunt. adde ibidem cap. 30. ibique interpretes. Tum *Sextus Empiricus* adu. logicos I. cap. 46. pag. 379. ait, Ἀνάξαρχον τὸν εὐδαιμονιακὸν cum aliis sustulisse τὸ κριτήριον, id, quod iudicat, vbi quaedam notat *Fabric.* et obseruat, sectam philosophorum, quae cum *Anaxarcho* coeperit et perierit, sectatoribus suis polliceri felicitatem. Idem *Sextus* ibid. sect. 87. et 88. opiniones *Anaxarchi* refert, sed confer notas *Fabricii* pag. 387. *Eudocia* pag. 54. quaedam de eo prodit, et, ἐκαλεῖτο, ait, διὰ τὴν ἀπειθείαν (f. ἀπαθείαν) καὶ εὐκολίαν τῷ βίῳ, εὐδαιμονικὸς ὁ Ἀνάξαρχος διὸ καὶ ἐκ τῶν ζῆται δυνάτωσ ἦν σωφρονίζων. — De hoc philosopho, *Abderita*, qui floruit circ. Olymp. CX.

(*Diog.*

1) Alius *Anaxarchus*, de quo *Libanius* lib. I. epist. IX. De priore videndus *Nouarimus* tom. II. adag. sacror. 22. pag. 4.

(*Diog. Laert.* IX. 58.) et inter eos fuit philosophos, quos secum habuit Alexander M. et quem *Democriteum*, h. e. praeceptis Democriti imbutum, nominat *Cicero* Tuscul. quaest. II. cap. 21. (vbi conf. *Dauil.*) ac de nat. deor. III. 33. vide quoque *Instit.* XII. 13. 4. *Plin.* H. N. VII. 23. copiosius autem egerunt *Brucker.* I. pag. 1207 sq. imprimis *Io. Aug. Dathe* in prolusione de Anaxarcho, philosopho Eudaemonico, Lipsiae 1762. 4. contra *Bruckerum* potissimum dimicans. *Dathe* autem collegit studiose, quae de Anaxarcho memoriae prodita sunt, eique rationes et testimoniorum auctoritas, quibus Anaxarchus vel laudari possit vel defendi, grauiores videntur, quam ea, quae ad illum reprehendendum vel ad eundem adferuntur. Negat igitur contra *Bruckerum*, Anaxarcho illud *Eudaemonici* cognomen per irrisionem ab aliis philosophis fuisse impositum: et ἀπαθείαν καὶ εὐνολίαν τῆ βίῃ intelligit de tranquillitate animi atque constantia. Tum verba ἀπὸ διαδέσεων non cum *Fabricio* nostro vertit *ab institutis*; sed cum *Aldobrandino* ad *Laetium* *ab adfectionibus*, h. e. dispositione quadam animi siue corporis, seu qualitate quadam. (*Ab adfectionibus*, n. animi, interpretatur quoque *Cuperus*, ratus, Eudaemonicos vocari, quia disputabant de beata et felici vita, quam videantur constituisse in deliciis etiam, uti haud obscure pateat ex *Athenaeo* lib. XII. cap. 12. in epist. ad *Fabricium*, in huius vita a *Reimaro* edita, p. 234 sq.) Porro ostendit *Dathe*, Anaxarchum sectae Eudaemoniorum fuisse quidem addictum; sed non habendum esse illius, eo antiquioris, parentem; ac verbis tantum philosophiae, quam a *Democrito* etc. didicisset, paululum immutatis, conditorem nouae disciplinae voluisse videri. Denique crimen turpillimae adulationis, morum parasiticorum, vitaeque mollis ac voluptariae ad eundem, a scriptoribus satyricis factam, a nomine Anaxarchi auertere, et *Bruckeri* argumenta debilitare studet. *Harl.*]

Sic *Elpistici* philosophi dicebantur, teste *Plutarcho* IV. 4. sympos. qui nihil magis commendabant atque plenis laudibus efferebant, quam spem: haec enim nisi vitam suauitate sua perfunderet, illam prorsus aiebant intolerabilem fore. vid. *Lipsius* ad *Senecae* epist. 13. *Elpisticus* quidam memoratur apud *Reinesium* *Inscript.* lib. III. nr. 55. Christiani possunt vocari *Elpistici* ex *Actor.* XXIII. 6. Contra *ethnici* vocantur i *Thezial.* III. 13. non habentes spem, ex spes. *Heum.* — qui in actis philos. tom. III. pag. 911 sqq. de hac secta vberius disputat, eamque negat vniquam reuera exstitisse. Immo vero suspicatur, *Plutarchi* loco, a *Fabricio* memorato, illud nomen Christianis propter spem futurae vitae melioris per irrisionem fuisse inditum. Ingeniosam illam coniecturam atque interpretationem reiecit *Brucker.* in commentat. de secta *elpistica*, in *Miscellan.* *Berolinensib.* tom. V. p. 223. rec. in *Bruckeri* *miscellaneis* historiae, philosophiae litterariae criticae, *Augustae Vindel.* 1748. mai. 8. nr. VII. pag. 164. et notatos putat *Stoicos* in qua sententia permansit in *histor. crit. philos.* vol. I. lib. II. cap. 9. et vol. II. pag. 182. Quae *Chr. Gottl. Ioecheri* sit sententia, ab eo in programme, quo aegre careo, de philosophis *elpisticis* proposita, Lipsiae 1743. fol. equidem dicere nequeo. *Harl.*

Sic *Pythagoreorum* nonnullos vocabant σεβασικὸς, qui circa *θεωρίαν* rerum diuinarum et τῶν σεβασῶν erant occupati, ut refert scriptor vitae *Pythagorae* apud *Photium* codice CCXLIX. [*Metrodorum* etiam vocatum esse *θεωρηματικόν*, paullo ante notatum est.] Ceteri erant πολιτικοὶ vel μαθηματικοί. Ἀναλογιστικῶν, siue ut alii legunt Ἀπολογητικῶν, et qui se φιλαλήθεις profitebantur, (quo nomine *Antipho*, rhetor [P] et *Celsus*, *Episcureus*

cureus etiam libros ediderunt.) mentio existat apud eundem *Laertium* lib. I. sect. 16. Dolendum est, periisse *Συναγωγὴν Celsini Casabalenſis*, qua omnium sectarum dogmata recensuerat, teste *Suida Κελσίνος Εὐδάρε· Κασαβαλεὺς, Φιλόσοφος ἔγραψε συναγωγὴν δογματῶν πάσης αἰρέσεως Φιλοσόφων.* [adde *Eudociam* pag. 272.

[*D. Georg. Philipp. Olearius*, Professor quondam et Theologus Lipsiensis, scripsit prolusionem *de philosophis cyclopicis cathedraſis et aretalogis, ad nonnulla loca auctorum graecorum et latinorum*, Lipsiae 1739. 4. Sed noli peculiareſ intelligere philosophorum sectas. Nam *Cyclopici* illi sunt oſores hoſtesque verae philosophiae, virtutis iurisque diuini atque humani, ventri ac voluptatibus obediētes, qualis Cyclops fuit, ab *Euripide* in *Cyclope* v. 315 ſqq. productus, (a quo nomen is ſumſit,) et qualem fuiſſe putat *Epicurum*. *Cathedraſii* philosophi, quorum mentio fuit apud *Senecam* de breuitate vitae cap. X. sunt ii, qui in cathedra quidem bene docent; sed vitam viuunt, doctrinae haud congruentem, neque ad amuſſim virtutis, quam iactitant praedicantque, mores exigunt, verba ſcilicet tractantes, non opera philosophiae. Tales iam bene deſcripſit et ſignauit *Cicero* *Tuſcul. diſput. lib. II. cap. 4.* Atque omni aetate eiusmodi doctores inter oraculorum diuinorum interpretes non magis quam philosophos multi fuerunt, qui optima de moribus darent ac demonſtrarent praeccepta decretaque; sed illis ipſi minime parerent. Denique *Aretalogi*, (quod vocabulum Romae demum, neque ante Augusti tempora natum est, ſiue id deriuus ab *ἀρετῇ*, ſiue potius cum *Turnebo* *Aduerſ. lib. X. cap. 12.* ab adiectiuo, *ἀρετῶν*, grata, quae placent, et *λόγω*.) non veri fuerunt philosophi; sed qui in menſis apud Romanos de virtutibus diſputarent ad ſui oſtentationem et aliorum oblectationem Augustus apud *Suetonium* *vita Augusti cap. 74. §. 6.* dicitur in conuiuſis aut acriamata, et hiſtriones, aut etiam triuiales, ex circo, ludios interpoſuiſſe, ac frequentius *aretalogos*: vbi vid. *Casaubon.* et *Erneſti*, qui ad id vocabulum adnotat: „qualis ille apud *Plautum* miles *Pyrgopolinices*. Nonnulli philosophos interpretantur. Et sunt ſane philosophi et hodie fere *aretalogi*: ſoli ſapiunt, ſoli docti, ſoli demonſtrare ſciunt. Sed hic ita, vt dixi, accipiendum.“ *Salmaſius* in *Tertullian. de pallio* pag. 334. ſcurrarum quoddam genus nomine *Aretalogorum* inſignitum eſſe iudicat, quod multa falſa de ſuis virtutibus praedicarent, ad riſum tollendum. Hos *Seneca* *epiſt. XXVIII.* vocat *circulatores* philosophos: quorum quidem numerus omni aetate fuit ingens. *Harl.*

De Celtarum *Druidibus*, *Bardis*, *Eubagibus* et *Σεμνοθέοις*, *Indorum* *Brachmanibus* ac *Gymnoſophiſtis*, *Perſarum* *Magis*, de *Chaldaeis* denique et *Aegyptiorum* ſapientibus, diſferere non eſt huius loci, et multis hic *Hylas* iam dictus: pauca illa intelligo, quae de his ex veterum relatione ſciimus: nam pleraque de illorum dogmatis totaque diſciplinæ ratione nos etiamnum fugere, haud diffiteor.

VIII. Concludet hoc caput breuis ſectae ECLECTICAE commemoratio, quae a *Potamone*, *Alexandrino*, initium cepiſſe traditur. Non repetam in praesenti, quae de ea monuere viri docti ad *Laert.* lib. I. ſect. 21. et *Voffius* libro de ſectis cap. vlt. ac potiſſimum *Godfr. Olearius* in exercitat. ſingulari, quae latinae verſioni historiae philoſ. *Thomae Stanleii* inſerta eſt. Tantum notaſ, quod res ipſa eſt antiquiſſima, nec primo *Potamoni*, qui *Lesbonactis*, *Mytilenaei*, filius, (*Suidas* in *Λεσβώναξ*.) et Augusti, imperatoris, temporibus vixiſſe traditur, *Suid.* in *Αἰρέσις* ac *Ποτάμων*. [vid. ſupra in hoc volumine pag. 184 ſqq. notata;] sed pridem ante eum *Pythagorae* ac *Platoni* in mentem venit, et *Ariſtoteli* ac ſapientiſſimo

tissimo cuique philosophorum est probata. qui in vnius verba magistri iurare noluere, sed cum varia legissent vel audissent, aut meditati essent, ea quae sibi maxime probarentur, deligebant atque in vnum veluti aptabant corpus philosophiae, aliaque proprio Marte observata addebant <sup>mm</sup>). Potamon autem primus videtur hoc palam professus esse ac prae se tulisse ipso nomine, fauens alioqui Platoni, cuius etiam libros de rep. commentariis, teste Suida, illustravit. Quum vero edidisset *σειχέωσιν* suam, qua, ut est verisimile, ea, quae ex singulis philosophis sibi probarentur, succincte consignauerat, nemini tamen fere est probatus, quamquam Eclecticam philosophiam post eius tempora probarunt innumeri siue Christiani, siue alieni a Christi sacris: at nemo voluit dici Potamonius, siue, quod libris eius, uti Casaubonus <sup>nn</sup>) suspicatur, deesset genius, siue, quod non optimo esset iudicio vsus in deligendo, siue, quod, quum eclecticum profiteretur, gereret se miscellionem, *κλωθήσας ἀσύγκλωσας*, atque vnum quidem vultum philosophiae componens; sed eiusmodi, qualis apud Ouidium dicitur habuisse natura. antequam discordia rerum semina non bene iunctarum digereret in rectum ordinem Deus. [P]

Ceterum Eclecticum se profitetur *Io. Baptist. du Hamel* libris duobus de consensu veteris et nouae philosophiae. *Giornale di Roma* 1670. pag. 15. [Sic prudentiores adhuc philosophi, suo ipsorum ingenio vtentes, nec coeci aliorum adseclae atque imitatores, ex pluribus optima deligere et verum ipsamque naturam expiscari ac sequi solent. [De illo autem philosophandi genere plures egerunt: [vid. *Walchii* *parerga acad.* pag. 833 sq.]

*Io. Burchard* part. III. quaestionum de historia philosophica, germanice editarum, 12.

*Io. Christoph. Sturm* tom. I. *Exercitation. academicarum*: et de sectatoribus pag. 43 sqq.

*Petrus de Villemandy* manu duct. ad philosophiam pag. 76.

[*Arn. Wesenfeld* *diss.* IV. de natura philosophiae electivae. *Francfurti ad Viadrum* 1694. 4. *Bockfaat* 1695. pag. 220.]

*Io. Fridemann Schneideri* *diss.* de philosophia electica, ciuilem conuersationem adiuuante. *Halae* 1717. 4.

*Io. Henr. von Seelen* *epist.* de electico philosophandi studio. *Lipsiae* 1722. 4.

*Io. Alberti Spier* *orat.* de laudibus philosophiae electicae. *Aldorf.* 1732. [Haec oratio recitata quidem, at typis, quantum scio, excusa non est: sed Fabricius deceptus est inscriptione programmatis: ad audiendam orationem *soll. de laudibus philos. ecl. auspicandi causa habendam inuitat et hoc programme Vipiani placitum — de philosophis professorum numero non habendis breuiter illustrat I. A. Spier.* *Aldorf.* 1732. Argumentum igitur programmatis

<sup>mm</sup>) Όσα ἕρηται παρ' ἐκείνη τῶν αἰρέσεων καλῶς, ut ait *Clemens Alexandr.* I. *Strom.* pag. 288. edit. *Paris.* Τὸν γὰρ ἑαυτὸς ἀπὸ τινος αἰρέσεως ἀναγορευσάσθαι ἀγανίζεσθαι πρόκειται περὶ πάντων τῶν κατὰ τὴν αἴρεσιν, ἢ καὶ μηδενίαν ἀναγκαίαν ἀπολαδίαν ἔχει πρὸς τὴν *σειχέωσιν*, *Galen.* IX. 7. de *dogmat.* *Hippocrat.* et *Platonis* tom. I. pag. 338.

<sup>nn</sup>) *If. Casaubonus* *diss.* 1. ad *Dionem Chrysof.* vbi dicit, Potamonem, *Dionis* et paucorum similibus exemplo motum, eam philosophandi viam instituisse. At enim *Dionem* Potamon aetate antecessit.

grammatis fuit diuersum. Nec cl. *Willius* in Nürnberg. Gelehrten Lexicon tom. III. p. 744. inter scripta Spielsiana illam orationem formulis typographicis descriptam memorat.] — *Io. Henr. Zopf* comment. de origine philof. eclecticae.

Aphorismata philosophiae eclecticae. Nouv. rep. lettr. 1710. II. pag. 450. [M. I. *Iac. Hofer* disp. de conciliatorum et eclecticorum diuersa philosophandi ratione. Altdorf. 1742. 4. *Harl.*]

[De secta eclectica, *Brucker*. hist. crit. philof. vol. II. pag. 189—462. vbi multus est de illa, auctore Potamone, de sectae forma, systemate, virtutibus et vitiis, fraudibus, atque sectatoribus, *Anthonio*, *Longino*, *Herennio*, *Origene*, *Plotino* huiusque schola, de *Amelio*, *Porphyrio*, *Iamblichio*, *Aedesio*, *Eustathio*, *Sospatra*, *Antonino*, *Eusebio Myndio*, *Maximo Ephesio*, *Pristo*, *Chrysanthio*, *Iuliano* apostata, *Eunapio*, *Hierocle*, *Plutarcho* Nestorii, *Syriano*, *Proelo*, *Marino*, *Isidoro*, *Damascio*, *Hypatiaque*: idem *Brucker*. in adpendice, f. vol. VI. pag. 360—387. adde *Buddei* compend. hist. philof. pag. 534 sqq. ad *Cudworth*. syst. intellect. tom. II. pag. 753 sqq. *Moshemii* comm. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia etc. *Harl.* Histoire critique de l'Electisme, ou des nouveaux Platoniciens. T. I. II. MDCCLXVI. Auenione.]

## C A P V T XII (olim' 2)

### DE ARISTOXENO ET ALIIS MUSICIS.

I. De *Aristoxeno* et eius libris III. *Harmonicorum*. II. *Scripta Aristoxeni deperdita*. III. *Scripta musica Euclidis*, *Theonis Smyrnaei*, *Plutarchi*, *Ptolemaei*, *Nicomachi*, *Porphyrii*, et *Pselii*, de quibus alibi dictum. IV. De *Aristide Quintiliano*. V. De *Bacchio*, musico et aliis huius nominis, ac de hymnis tribus *Dionysii*, musici. VI. De *Alypio*, musico et *Alypiis* aliis. VII. De *Gaudentio*. VIII. De *Manuele Bryennio*. IX. *Scriptores veteres de Musica*, qui intercidunt. X. *Alii*, qui adhuc delitescere traduntur *MSti* in variis bibliothecis. XI. *Scriptores de Musicis deperditi*. XII. *Recentium scripta quaedam de antiqua musica*.

[Cum supplementis G. C. *Hartes*.]

#### [PROLEGOMENA.

**D**e musica veterum, inprimis apud Graecos, de eius historia, praeslantia, comparatione cum recentiore, indeque orta controuersia tot exstant scripta maioris minorisque pretii ac molis, vt vel eorum enumeratio plagulas aliquot impleret, atque molesta foret lectoribus. Neque vero opus est, vt omnium illorum commemoratione tempus et chartam perdam, quod iam plures VV. DD. vel historiam musices composuerunt, vel sat copiosos indices scriptorum de musica confecerunt. Talem igitur indicem dedit *Fabricius* in bibliographia antiquaria: quosdam, huc pertinentes, libros habuit bibliotheca Bünauiana, (vid. Catalog. illius, tom. I. p. 698—702.) Multo plures laudauit ill. *Blankenburg* ad Sulzeri Allgem. Theorie der schönen Künste, voc. *Musik*, tom. III. p. 365—384. (ed. primae) Sed omnium diligentiam superauit *Forkel*, qui, ipse artis musicae scientissimus, tum insigni illius peritia atque exercitio, tum libris, ad artem et historiam illius pertinentibus, a pluribus annis magnam famam comparauit sibi omniaque eruditionis et historiae musicae subsidia indefesso studio conquisiuit atque exposuit, in volumine sat grandi:

*Allgemeine*



*Allgemeine Litteratur der Musik, oder Anleitung zur Kenntniß musikalischer Bücher, welche von den ältesten bis auf die neuesten Zeiten bey den Griechen, Römern, und den meisten neuern europäischen Nationen sind geschrieben worden. Systematisch geordnet, und nach Veranlassung mit Anmerkungen und Urtheilen begleitet von I. Nic. Forkel. Lipsiae 1792. mai. 8. Pag. 44 — 100. per totum cap. quartum exhibet litteraturam graecae et romanae musices, et cap. secundo pag. 14 — 30. recenset eos, qui vniuersam musices historiam persequuti sunt.*

Idem *Forkel* historiam musices apud Graecos composuit in libro:

*Allgemeine Geschichte der Musik*, tom. I. Lipsiae 1788. mai. 4. cap. 4to.

*Ger. Io. Vossius* in variis libris, de quatuor artibus popularibus, grammaticis, gymnasticis, musice et graphice, cap. quarto; — de vniuersae matheos natura et constitutione, cap. 19. 20 — 22. 59. 60. — tum de artis poeticae natura et constitutione, per aliquot sectiones, denique, poeticarum institutionum libr. III. cap. II. et III. de musica antiquiorum, praecipue Graecorum agit.

Tanta librorum copia memorabo paucos eosque potiores aut recentiores.

*Antoine Yves Goguet* de l'origine, des Loix, des Sciences, des Arts, et de leurs progrès chez les anciens peuples. Paris. 1758. 4. III. tom. germanice vertit *Georg. Christ. Hamberger*, Lemgou. 1760 — 1762. III. tom. 4.

*Rouffier* Memoire sur la Musique des anciens, où l'on expose le principe des proportions authentiques, dites de Pythagore, et de divers Systemes de Musique chez les Grecs, les Chinois et les Egyptiens. — Paris. 1770. 4.

*Charles Burney*: a general History of Music from the earliest ages to the present Period. To which is prefixed a Dissertation on the Music of the Ancients vol. I. Londini 1776. 4. cum VI tabulis aeneis. (Dissertationem praefixam in germanicum sermonem transtulit et separatim edidit cl. *Eschenburg*, Lipsiae 1781. 4.) — vol. II. ibid. 1782. — vol. III. 1789. — vol. IV. 1789. 4. conf. *Forkelii* biblioth. criticam musice. (germanice scriptam,) tom. III. pag. 117 sqq.

*Dr. Brown's Betrachtungen über die Poesie und Musik, nach ihrem Ursprunge, ihrer Vereinigung, Gewalt, Wachsthum, Trennung und Verderbnis. Aus dem Englischen übersetzt, mit Anmerkungen und zween Anhängen begleitet von Io. Ioach. Eschenburg.* Lipsiae 1769. 8. In praef. cl. *Eschenb.* editiones, versiones et controuersias inde enatas memorat.

A general history of the science and practice of Music, by *I. Hawkins*. Londin. 1776. 4. V. voll.

*Io. Adams Scheibers* — Abhandlung vom Ursprung und Alter der Musik, insonderheit der Vocal-Musik. Altonae 1754. 8.

*Frid. Wilhelm Marpurg* kritische Einleitung in die Geschichte und Lehrsätze der alten und neuen Musik. Berol. 1759. 8.

*Claude-François Fraguier* Examen d'un Passage de Platon sur la Musique, in Memoir. de Litterature de l'acad. des Inscript. tom. III. pag. 118. ann. 1723. qui quum ex loco Platonis male intellecto, lib. VII. de Legg. p. 637 1qq. C. coll. Platonis Protagora pag. 189. edit.

Ficini veteribus harmoniae nostrae scientiam abnegasset, id *Petrum Ioan. Burette* commouit, ut non solum de harmonia veterum ageret, sed alias quoque musices antiquae partes pertractaret, et *Plutarchi* librum de Musica graece cum versione gallica publicaret eruditisque illustraret adnotationibus, ac de veteribus quibusdam poetis musicisque docte ageret, in *Hist. de l'academ. des Inscr.* tom. IV. pag. 116. et in *Mem. de Litterature — des Inscr.* tom. V. pag. 133 sqq. 152 sqq. 169 sqq. et 200 sqq. tum in tom. V. quinque dedit commentationes, quarum continuationes exstant in tom. X. XIII. XV. et XVII. — Contra *Burettei* recitationem de symphonia vett. *Guil. Hyacinth. Bougeant* scripsit *Nouvelles conjectures sur la Musique des Grecs et des Latins*, in *Memoir. pour l'histoire des Sciences et des beaux Arts*, — de *Trevoux* tom. XLIX. mens. Iul. 1725. et in *Bibl. françoise* tom. VII. Ei tamen respondit *Burette* in vol. VIII. *Mem. Paris.* pag. 5 sqq. et pag. 63 sqq. eidem, maxime dissertationi *du Cerceau*, S. I. qui in *Mem. de Trevoux* a. 1729. pag. 69 sqq. Ian. et pag. 234. Febr. *Buretteium* adgressus de musica veterum suam dixerat sententiam, plura regessit eorumque dubitationibus mederi studuit.

*Abbé de Chateauneuf* dialogue sur la Musique des Anciens. Paris 1725. 12 et in *Bibliothèque françoise ou Histoire littéraire de la France* tom. V. 1725. pag. 179 — 277. collatis observationibus de Musica, tibia et lyra veterum, *ibid.* pag. 107 sqq. Compara tamen *Burettei* *obss.* in vol. VIII. *Mem. Paris.* pag. 21 sqq.

De cantu et musica sacra a prima ecclesiae aetate vsque ad praesens tempus, auctore *Martino Gerbert*, *Monast. et congr. S. Blasii in silua nigra abbate*, S. Q. R. I. P. tom. I. II. typis San-Blasianis. 1774. 4. In quo praestanti opere auctor cel. historiam quidem cantus et musicae sacrae ab origine potissimum persequitur; at multa quoque alia capita musicae graecae, docte pertractat, multa e codd. mst. eruit, multos excitat viros doctos, de musica disputantes, et permulta instrumentorum ac notarum specimina passim curauit aeri incidenda.

*Barthélemy* Entretiens sur l'état de la Musique grecque, vers le milieu du quatrième Siecle avant l'ere vulgaire. Paris. 1777. 8.

*Io. Georg. Purmanni* prolusiones: antiquitates musicae, *Francof. ad Moenum*, 1776 sqq. 4.

Sed haecenus. Multo plures libros varii generis excitarunt laudati *Blankenburg*, atque *Forkel*. Quosdam *Fabricius* in vltima huius capituli paragrapho memorauit. Quare ad *Aristoxenium* ipsum progrediamur. *Harl.*]

I. Antiquissimus e scriptoribus Musicis, qui aetatem tulerunt, est ARISTOXENVS, *Tarentinus* <sup>a)</sup>, *Spinthari*, *Musici*, *F.* qui patris primum et *Lamprii*, *Erythraei*, discipulus, inde *Xenophili*,

a) *Cicero* de *Fin.* V. 19. quantum, ait, *Aristoxeni ingenium consumtum videmus in musicis?* Idem refert *Tusc. quaest. I. cap. 10.* *Aristoxeni*, quem musicum eundemque philosophum adpellat, sententiam de animo, ab harmonia musica sumtam: pariter *ibid. cap. 18.* vbi eum vocat *Dicaearchi* aequalem et condiscipulum, atque discipu-

lum *Aristotelis*. — *Plutarch.* de musica pag. 661. vol. X. edit. *Reiskii*, pag. 666. 667. atque ad primum locum *Burette* in *Mem. de litter. — des Inscr.* tom. X. pag. 309. vbi de *Aristoxeno* quaedam adnotat. add. *Ionisius* I. 14, 3. pag. 85 sqq. *Brucker.* I. pag. 1050 sq. *Harl.*

Xenophili, Pythagorici, denique [P] Aristotelis, a quo Theophrastum sibi in successione praelatum aegre tulit, et in Aristotelem defunctum maledicta congessit, si fides Suidae in Ἀριστέξ. [adde supra, in catal. Pythagoric. vol. I. pag. 837. *Eudoc.* pag. 72.] At Aristocles Peripateticus, apud *Eusebium* XV. 2. praeparat. contra diserte adfirmat, Aristoxenum διαπραγ- τὸς εὐφημεῖν Ἀριστοτέλην, nunquam non de Aristotele perhonorifice meminisse. Succellisse autem Aristoteli Theophrastum dixi Olymp. CXIV. 3. ante Christum CCCXXIV.

## [Codices MSTi.

Musicorum graecorum *cod. msti* passim custodiuntur in bibliothecis. Anglicos codd. quorum collationem acceperat Meibomius, hic ipse in praefationibus et notis laudavit. — In bibl. Ambrosiana Mediolan. *Aristides Quintil.* (vid. *Montfau. on.* diar. ital. p. 16.) *ibid.* *Claudii Ptolemaei* et *Man. Bryennii* harmonica, (pag. 15.) — In bibl. *Veronensi* (teste *Maffei* in Verona illustrata, part. II. pag. 244.) praeter alios de Musica libros exstat *Aristidis Quintilianii* Musica e graeco in latinum conuersa per *Io. Francisc. Buranum*, Veronensem, adhortatione Franchini Gaseri Laudensis expliciit XV. April. 1494. — In bibl. *Venetâ* D. Marci cod. CCCXVIII. (catalog. pag. 147 sqq.) sunt *Ptolemaei Harmonica*, cum Porphyrii commentariis: *Manuelis Bryennii Harmonicorum* libri III. *Nicomachi* Geraseni *Harmonices* enchiridion lib. I. *Bacchii* τῆς γέροντος Isagoge in musicam; adiecti sunt tres hymni (Dionysii) ad Musam (in Musicam) et in Apollinem, atque (Mefomedis) in Nemefin. — cod. CCCXXI. *Manuelis Bryennii* Harmonicorum libri III. *Ptolemaei* Harmonicorum libri III. *Porphyrrii* commentarii in quatuor priora capita Harmonicorum Ptolemaei. — cod. CCCXXII. *Aristidis Quintilianii* de musica libri III. *Manuelis Bryennii* Harmonicorum libri III. *Plutarchi* de Musica; *Euclidis* Isagoge harmonica et sectio canonis musici, *Aristoxeni* elementorum harmonicorum libri III. *Alypii* introductio musica; *Gaudentii* introductio harmonica; *Nicomachi* Geraseni harmonices enchiridion libris II. *Ptolemaei* harmonicorum libri III. *Porphyrrii* commentarii in Ptolemaei harmonicorum primum et partem secundi, vt in editione Wallisii, Oxoniae 1682. 4. — cod. DXCIII. *Alypii* introductio musica, (pag. 311.) at in catalogo nulla facta est mentio codicis saec. XII. Is codex continet Euclidis, Aristoxeni, Bacchii, et Alypii opera musica, extremis autem paginis Aristoxeni fragmentum e secundo Rhythmicorum elementorum libro fere totum habet, quod, vt postea videbimus, primus euulgauit cel. Morelli. — Idem fragmentum et adhuc aliud est in cod. *Vatic.* CXCI. saec. XIV. is continet multos Musicos auctores. adde *Villoison* anecdota gr. tom. II. pag. 248. qui omisso duo codd. memorat, quorum vnus est collectio musicorum, (idem probabiliter, quo vsus est cl. Morellius,) alter comprehendit Euclidis Harmonica. — In bibl. *Venetâ* S. Michaelis, (teste Mittarellio in catal. illius bibl.) pag. 70. 973. 982. *Aristid.* *Quintil.* et *Ptolemaei* harmon. pag. 90. *Bacchii* introd. *Porphyr.* — In bibl. regii *Taurinensis* athenaei est, teste catalogo codd. pag. 193. cod. CIII. *Manuelis Bryennii* Harmonica, vbi deest liber III. — In bibl. *Medic. Florentina*, (teste Bandinio,) tom. II. pag. 20 sq. *Manuelis Bryennii* harmonicorum libri III. (vbi vid. Bandinii notam;) iterum, *ibid.* pag. 472. — Idem *Bryennii* liber est in cod. Magdalen. collegii Oxoniensis praestanti, et duobus codd. bibl. Bodlei. e quibus edidit Wallisius vna cum Ptolemaei Harmonicis etc. tom. III. Oxon. 1699. fol. in bibl. Coll. Eman. *Cantabrig.* *Aristidae* musica. — in bibl. *Bodl.* Oxon. *Aristid.* *Quintilianus* et *Aristoxenus*. — In biblioth. *Escorialensi* (teste *Plüero* in Itinerario Hispan. pag. 157 sqq.) sunt

codd. *Aristidis* de musica libri III. *Aristoxeni* harmonicorum libri III. *Alysi* (et in Clarkii epistolis de hodierna Hisp. conditione, ex versione german. pag. 395. *Alysi*, probabiliter *Alypii*) *Isagoge* in musicam, *Gaudentii* harmonica introductio, *Theonis* de musica, bis. — In bibl. regia *Matrit.* teste Iriarto pag. 163 sq. *Euclidis* lib. de harmonica sub *Zosimi* cuiusdam nomine: ita ab initio cod. dicitur; sed Iriarte cum Meibomio adtribuit Euclidi: nam in fine cod. legitur: εἰσαγωγή ἀρμονικὴ εὐκλείδου. Atque *Zosimus* ille fuit librarius Constantinopolitanus saec. circiter XII. Ille enim cod. *Euclidis* sectioni canonis musici Veneto adscripsit: Ζώσιμος διώρθη ἐν Κωνσταντινῶπολει εὐτυχῆς *Zosimus* emendabat in Constantinopoli felici. vid. cl. *Morelli* praef. ad *Aristidis* orationem *Aristoxeni* rhythmicorum elem. fragm. p. XXXVII sq. — In bibl. *Lugdunensi* Bat. (teste catalogo pag. 341.) inter libros scriptos a Scaligero legatos, *Alypii* introduct. musica, *Nicomachi* enchir. harmoniae, *Aristoxeni* harmon. elementa lib. II. *Aristides* *Quintilianus* de musica, *Bacchii* introductio artis musicae, hymnus in Nemesin; p. 335. nr. 38. *Aristoxeni* libri III. elementorum harmonicorum; p. 391. nr. 9. inter *Vossianos* codd. gr. *Aristoxeni* elementorum harmonicorum lib. I. pars, it. p. 394. nr. 68. *Porphyrii* comment. in *Ptolemaei* harmonicorum lib. II. *Bacchii* introductio musica atque *Aristidis*. *Quintilianus* de musica libri III. et p. 395. nr. 96. *Aristoxeni* elem. harmon. libri II. — In Bibl. electorali *Bauarica*, teste catalogo, p. 60 sq. cod. CLIII. *Ptolemaei* libri III. de musica, cum *Porphyrii* introductione, musicum opus incerti auctoris, *Bacchii* senis introductio artis musicae; p. 68. cod. CLXXV. *Aristidae* *Quintiliani*, *Man. Bryennii*, *Euclidis* introductio harmonica cum eiusdem *Κατατομῇ Κανόνος*, *Aristoxeni*, *Alypii*, *Gaudentii*, *Nicomachi* *Geraseni* opp. musica; p. 69. cod. CLXXVIII. *Nicomachi* *Geraseni* enchiridion musicae cum aliis mathematicis libellis. — In bibl. *Augustana* Vindel. est *Plut.* VII. nr. 4. *Aristidae* Musica. nr. 7. *Ptolemaei* Harmon. cum enarr. *Porphyrii*. infer. bibl. armar. I. nr. 65. *Nicomachi* arithm. et musica. — In bibl. *Guelferbytana* *Aristidae* musica, eiusdem, et *Ptolemaei*, *Bryennii* et *Alypii* musica opp. — In bibl. *Hamburgensi* ex bibl. *Vffenbachiana*, *Nicomachi*, *Aristoxeni* et *Alypii* musica opp. *Io. Meursii* adnotatt. in hanc triadem: Excerpta et adnotata ad *Aristidis* music. et *Bryennii* harm. Excerpta ex *Gaudentii* introd. harm. *Variae* lectt. ex *Euclidis* harmon. codicis *Lugd. Bat.* — In bibl. caesarea *Vindobon.* teste *Nesseli* catal. *Aristidis* *Quintiliani* libri III. de Musica ad *Eusebium* et *Florentium*, (part. IV. pag. 9. nr. 1. coll. *Lambecii* comment. de bibl. *Vindob.* vol. VII. cod. CXVII. p. 458. vbi vid. *Kollarii* notam;) — *Gaudentii* et *Nicomachi* harmon. (ibid. pag. 137. nr. 1 et 2.) — *Man. Bryennii* harmonica, s. musices *Ptolemaei* libri III. cum expositione *Bryennii* et diagrammatibus musicis, (ibid. pag. 39. nr. 15.) — Eiusdem harmonicorum libri III. et *Porphyrii* expositio in harmonicorum *Ptolemaei* librum I. et II. (ibid. pag. 47. cod. LXXVI. it. cod. LXXXVIII. pag. 51. *Porphyrii* lib.) — secundum *Lambecii* commentar. tom. VII. pag. 463. *Porphyrii* expositio in cod. CXVIII. CXIX. et CXX. tum in cod. XXXVIII. nr. 15. pag. 168 fqq. vbi vid. *Kollarii* notam, et in cod. CXX. pag. 465. *Manuel. Bryennii* harmon. libri III. vbi *Lambecius* praeter ea obseruat, tres *Bryennii* libros etiam inistos latine interprete *Antonio de Albertis* in eadem bibl. *Caesarea* proflare, — pag. 466 sq. cod. CXXI. *Nicomachi* *Geraseni* enchiridion harmonices, II. libr. (vbi *Kollarius* de editione *Herm. Gogauae* s. *Gogauae* latina, quae lucem non vidit, et pag. 90. in nota de *Gogauae* huius versione, vti *Lambecio* visum est, *Procli* comm. in *Platonis* *Parmenidem* differit, atque *Gaudentii* introductio harmonica, vbi *Kollarius* ex *Meibomio* notat, *Mutiani* versionem, quae in deperditis iam numeratur, non magis repertum iri,

iri, quam *Albini* musicam cum a *Boethio*, tum etiam a *Cassiodoro* laudatam: pag. 469 sq. collato *Nesfilio* catal. MSS. I. p. 274. IV. p. 110. bis *Magistri Ioannis Cucuzelae* ars psalterica cum variis Canticorum exemplis et adiunctis antiquis notis musicis. — In bibl. *Parif.* teste *Catal.* tom. II. pag. 505 sqq. cod. MMCCCCLI. *Ptolemaei* harmonicorum libri III. *Porphyrii* comment. in illos, (qui seorsum quoque est in cod. MMCCCCLIV.) et *Plutarchi* liber de musica; — cod. MMCCCCLII. *Ptolemaei* et *Michaelis Bryennii* harmonica. — cod. MMCCCCLIII. *Ptolemaei* harm. libri III. cum scholiis marginalibus. — cod. MMCCCCLV. ex cod. Veneto D. Marci descriptus, *Aristidae Quintilianii* de re musica libri III. et totidem *Manuelis Bryennii* harmonicorum. — cod. MMCCCCLVI. *Aristidae, Man. Bryennii, Plutarchi, Euclidis, Aristoxeni, Alypii, Gaudentii, Nicomachi, Cl. Ptolemaei, Porphyrii* et *Bacchii* scripta musica. — cod. MMCCCCLVII. eadem, exceptis *Gaudentio* et *Bacchio*. — cod. MMCCCCLVIII. *Aristidis Quintilianii* libri III. de musica, anonymus de rhythmo, *Bacchii* sen. ad musicam introductio, et *Dionysii* hymni, editi Oxonii in notis ad *Aratum*. — cod. MMCCCCLIX. *Aristidis Quintilianii* de musica libri III. *Ptolemaei* harmonicorum lib. III. capita libri III. nonnulla desiderantur. — cod. MMCCCCLX. *Alypii, Gaudentii, Bacchii, Euclidis, Nicomachi, Aristidis Quintil. Man. Bryennii* scripta musica: item anonymi introduct. harm. liber ineditus, *Theonis* summa et conspectus totius musicae, et excerpta ex *Pappi* scriptis, ad rem musicam pertinentia; ad calcem accesserunt chartae minoris moduli adfatae, quibus continentur animaduersiones viri in musicis docti, manus latina et recens. Earum animaduersionum pars inscribitur, restitutio figurarum libri secundi apud *Man. Bryennium*; alteri parti inscriptum est, notata quaedam ad *Man. Bryennium*. — cod. MMCCCCLXI. *Man. Bryennii* harmon. libri III. *Ptolemaei* harmon. libri III. desiderantur capita duo. — cod. MMCCCCLXII, et MMCCCCLXIII, et MMCCCCLXIV. *Bryennii* harmon. libri III. — p. 517. cod. MMDXXXI. *Nicomachi* music. et alia mathematica. — cod. MMDXXXII. *Aristidis Quintil.* de musica, anonymi lib. de rhythmo, *Bacchii* sen. introd. ad artem musicam, hymni in *Calliopen, Apollinem* et *Nemefin*, editi Oxonii ad calcem *Arati*, ubi *Dionysio* cuidam tribuuntur. — cod. MMDXXXIII. Excerpta ex *Aristidis Quintil.* libris de musica etc. — cod. MMDXXXIV. continet eruditi cuiusdam Itali notas atque emendationes in *Aristidis Quintilianii, Man. Bryennii* et *Gaudentii* harmonica. — cod. MMDXLIX. *Man. Bryennii* harm. — cod. MMMXXVII. nr. 9. et 10. *Alypii* senioris introduct. ad musicam, et *Alypii* isagoge musica. — cod. MMMXXI. nr. 7. *Iosephi Racendytiae* lib. de musica etc. Occurrunt vero (vt paucis et generatim omnia comprehendam,) in biblioth. *Parif.* regia codd. tres *Alypii*; decem *Aristidis Quintil.* — tres *Aristoxeni*, — quinque *Bacchii*, — duo *Gaudentii*; — undecim *Manuelis Bryennii*; — quatuor *Nicomachi*; — octo *Ptolemaei* harmonicorum; — quatuor *Porphyrii* expos. *Ptolemaei* harm. — In bibl. *Argentoratensi* sunt *Aristoxenus, Alypius* et *Aristides Quintil.* manu exarati. — In bibl. *Bernenfi*, teste *Sinneri* catalogo pag. 528. cod. *Nicomachi* *Geraseni* harmonices manuale, cum notis marginalibus et figuris, ad musicam pertinentibus, et quaedam lectiones, a *Meibomiano* textu diuersae, sunt excerptae. adde excerpta ex *Salmasii* epist. paullo infra ad §. V. *Harl.*]

Exstant huius *Aristoxeni* Ἀρμονικῶν σοιχείων, quomodo vocant *Porphyrius, Manuel Bryennius* et alii, siue vt *Proclus* III. in *Timaeum* p. 193. ἀρμονικῆς σοιχειώσεως *Elementorum*

torum *Harmonicorum libri III.*<sup>b)</sup> cum Ptolemaei *Harmonicis latine* utcumque ex unico exemplari, eoque non satis integro versi et editi ab *Antonino Gogauino*, Grauiensi, Venet. 1562. 4. <sup>c)</sup> Graece primus vulgavit *Ioh. Meursius* e codice Iosephi Scaligeri, sed negligenter <sup>d)</sup> admodum descripto, in quo praeter Aristoxenum, Nicomachum et Alypium, a Meursio iunctim editos, Lugd. Bat. 1616. 4. <sup>e)</sup> continebantur Musica Bacchii et Aristidis Quintiliani, vulgata post hac a *M. Meibomio*, et fragmenta quaedam alia musica, adhuc inedita, quae citantur ab eodem viro docto pag. 300. ad Aristidem, pag. 74. ad Aristox. et alibi, quaeque graece et latine editurum se recepit. Addidit etiam notas Meursius, sed in emendationibus minus feliciter illi res cessit, propter musicae litteraturae ignorationem. Adcuratam itaque editionem Aristoxeni eruditiss. *Meibomio* debemus, qui cum noua versione sua et notis Harmonicae eius edidit e MSto codice, non paucis in locis emendatiora, vsus praeterea duobus Meursianae editionis exemplis, quae cum tribus codd. MSS. bibliothecarum Angliae collata acceperat a Ioh. Seldeno. Amstelodami 1652. 4. tomo primo *Antiquae Musicae auctorum septem*<sup>f)</sup>, quos a se restitutos notisque illustratos Christianae, Suecorum reginae, inscripsit.

[Aristoxenus quoque scripsit de rhythmo: fragmenta seruantur in codd. Vaticanis et Veneto D. Marci. *Io. Bapt. Doni*, qui scripsit de praeslantia musicae veteris, lib. III. Florent. 1647. 4. (repet. in collectione eius Operum musicorum a Gorio facta: *Lycia barbarina o seino trattato di Musica antica* etc. lat. et ital. Florent. 1763. fol. II. vol. conf. *Forkel* I. c. pag. 81. 85. 91. 96. et saepius,) inspexerat cod. Vatic. fragmentum venterat atque editurus erat. In fine quidem lib. III. de praesl. musicae vet. pag. 263. in indice operum ab illo inceptorum, at ad finem non perductorum, occurrit: *Versio latina Aristidis Quintiliani, Aristoxeni fragmenti de rhythmica, aliorumque similitum*. Promiserat ipse, (Oper. music. tom. I. pag. 196.)

b) Aristoxenus in fragm. a Morellio edito pag. 284. citat aut librum I. indicat: *περί τῶ ἡρμωσμένον προχυματιών*. *Hartl*.

c) *Aristoxeni*, Musici antiquissimi, *Harmonicorum elementorum libri III. Claudii Ptolemaei Harmonicorum libri III. Aristotelis* de obiecto auditus fragment. ex Porphyrii commentariis omnia nunc primum latine conscripta. Edita ab *Anton. Gogauino*. Venet. apud Valgris. 1562. 4. Hodie parum utilitatis adfert haec latina versio. *P. Martini* in *Storia della Musica*, Bononiae, I. tom. 1757. II. tom. 1770. III. tom. 1781. 4. (de quo praestanti opere vid. *Forkel* allgem. Litteratur der Musik, pag. 21 sq.) tomo III. pag. 249. citat editionem Gogauini 1572. 4. quam vero se oculis nondum vsurpasse, ait *Forkel* pag. 46. forsan est error typographicus. — Posthaec illustrata est pars libri Aristoxeni in: *Il Patrio, ovvero de' Tetracordi Armonici di Aristosseno, da Erc. Bottrigari*, Cav. Bol. Bol. 1593. 4. *Hartl*.

d) Vide *Meibomium* pag. 67. ad Alypium.

e) *Aristoxenus, Nicomachus, Alypius* auctores musices antiquissimi, haecenus non editi. *Io.*

*Meursius* nunc primus vulgavit et notas addidit. Lugd. Bat. L. Elzeuir. 1616. 4. *Hartl*.

f) Hi sunt praeter Aristoxenum *Euclides, Nicomachus, Alypius, Gaudentius, Bacchius* et *Aristides Quintilianus*, subiuncto *Marciani Capellae*, latini scriptoris, libro IX. [Singulis praemissa est praefatio, in quarum singulis *Meibomius* de codd. quorum auxilio emendauit auctores, de versionibus atque editionibus, si quae iam lucem adspexerant, suaeque opera differit; singulis subiectae sunt notae, singulique a nouo paginarum ordine incipiunt. Prius volumen continet sex priores scriptoris; volumen posterius *Aristidem Quintil.* cum lib. IX. *Marc. Capellae*. Toti operi praemissa est longa praef. in qua *Meibom.* de conamine *Kircheri*, quem valde culpat, aliorumque et de notis signisque musicis docte copioseque agit. *Hartl*.] Tertiae etiam partis *Musorum veterum*, a *Meibomio* edendae, mentionem facit *Nic. Heinsius* in epist. ad *Is. Vossium*, data 1651. tom. III. *Sylloges Burmannianae* pag. 600. Sed illa lucem numquam vidit.

pag. 196.) Quod igitur Donius inceperat, id meliore fortuna perfecit cel. *Morellius*. Hic enim vir eruditissimus, quum codices Marcianos excuteret, incidit in codicem bonum, qui Euclidis, Aristoxeni, Bacchii et Aiyptii opera musica iam edita continet, extremis autem paginis Aristoxeni fragmentum e secundo Rhythmicorum elementorum libro habet. Post-haec et illud et aliud adhuc fragmentum, quo caret cod. Venetus, accepit e codice Vaticano descriptum. Praeter ea reperit in cod. Marciano DXXIV. *Michaelis Pselli* iunioris opusculum ineditum huius sententiae *Ἡελαμβανόμενα εἰς τὴν ζυθμικὴν ἐπιπέμνη*, in quod ille nonnulla ex Aristoxeni opere ad verbum intulit. Hoc igitur opusculum et alios, qui de Aristoxeno bene multa in libros suos deriuarunt, atque praecepta quoque rhythmica ab eodem hauserunt, sedulo comparauit, atque vtrumque Aristoxeni fragmentum e codd. illis, graece cum versione sua lat. et lectionis varietate, immixtis coniecturis doctisque varii generis adnotationibus et pluribus Pselli locis cum aliis primus euulgauit atque librum inscripsit:

*Aristidis* oratio aduersus Leptinem, *Libanii* declamatio pro Socrate, *Aristoxeni Rhythmicorum elementorum fragmenta*, ex bibliotheca Veneta D. Marci nunc primum edit *Iacobus Morellius* eiusdem bibliothecae custos. Venetiis, typis Caroli Palestii, 1785. 8. a pag. 267. fragmentum prius; atque posterius a pag. 292. vsque ad fin.

In nota, pag. 267. suspicatur humanissimus *Morellius*, ex elementis Aristoxeni rhythmicis hausisse *Dionysium Halicarnassium* de admirab. vi dicendi in Demosthene, tom. VI. Opp. pag. 1101. Reisk. ac *Quintilian.* I. O. lib. I. cap. 10. *Harl.*]

Meminit operis Aristoxenii de musica praeter Euclidem, Ciceronem, Plutarchum, Athenaeum, aliosque *Vitruuius* V. 3. Aristides *Quintilianus*, et Ptolemaeus praecipue, qui in Harmonicis suis Aristoxenum subinde refellit, et e Ptolemaeo Boethius, libris de musica: quemadmodum a philosophis exploditur dogma eiusdem, Ciceroni, Lactantio VII. 13. et aliis memoratum, quo animam nihil aliud, quam harmoniam esse adfirmavit. Infinita alia scripserat Aristoxenus, quorum paucissimorum vel tituli exstant, [?] si verum est, quod *Suides* adfirmat, libros ab eo scriptos quadringentos quinquaginta et duos, (non 4052. vt typographi hallucinatione excusum in *Ionsii* pagina 73.)

II. Quae *Meursio* in notis ad Aristoxenum pag. 135 sq. et in bibliotheca graeca, tum *Ionsio* I. 14. *Ménagio* ad *Laertium*, mihiq; obseruata sunt, litterarum digesta ordine hic habes:

Ἀποφθέγματα Πυθαγορικά. *Stobaeus* ferm. 10. 41. 99. et 77. vbi liber quartus citatur pag. 457. [Apud *Iamblicum*. de vita pyth. 209 — 214. quod quidem fragmentum, cum eo apud *Stobaeum* ferm. 99. collatum, Aristoxeno adserit *Meiners.* in hist. dogmatum apud Gr. et Rom. I. pag. 457. not.]

Περὶ αὐλητῶν ἢ περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων. *Athen.* XIV. pag. 634. Respicit *Tationus* pag. 86. vbi de *Anagénida*, tibicine: Τί δέ μοι καὶ κατὰ Ἀριστοξένον, τὸν Θηβαῖον Ἀντιγενίδα πολυπραγμονεῖν;

Περὶ αὐλῶν τήσεως, cuius operis librum I. laudat idem *Athen.* pag. 634.

Βίαι ἀνδρῶν, in quibus vita Pythagorae, Archytæ, Hipponis, Xenophili et aliorum Pythagorisi-

thagoricorum, tum Socratis, [quem cauillatur, *Diogen. Laert.* II. 9. *Plutarch.* de Herodoti malignit. tom. II. pag. 836.] Platonis, Telestae Selinuntii, Dithyrambici, multorumque aliorum, forte etiam Heraclidis Pontici, Xenocratis ac Praxidamantis, Musicorum, tum Lycurgi etc. Vide *Vossium* lib. I. de Hist. Graecis cap. 9. atque in primis *Ionsium* de scriptoribus hist. philosophicae lib. I. cap. 14. [*Ionsii* histor. peripatet. ab Elswich. editam pag. 388 sq. *Buhle* in vita Aristot. pag. 80.] Non sine summa voluptate illud Aristoxeni opus legi potuisse, testatur *Plutarchus* lib. quod non suauiter viui possit secundum Epicurum pag. 1093. Vitam Socratis citat *Porphyrus* apud Cyrillum VI. in Iulianum pag. 184.

[*Ἐν τοῖς Διασηματικῶν σοιχείαις*, in *Elementis eorum, quae interuallis distinguuntur*, ipse Aristoxenus in fragmentis, a Morellio editis, p. 294. citat quoddam a se explicitum: nisi pars fuerit operis maioris de Musica. *Harl.*]

*Ἐπιμήθεα*. Ita enim legunt viri docti locum *Fulgentii* II. Mythol. cap. 9. vbi de Prometheo: *Nam et Aristoxenus in Epimetheiorum libro, quem scripsit, familia profert.* Alii corrupte in *Lindosecemiarum* [vbi typis expressum est in edit. Stauerem. pag. 681.] vel *lineoferemiarum*. Frigidum quoque est, quod in MS. Leidensi reperit Tho. Munckerus: *in liuido sententiarum libro*; et frigidior eiusdem libri veteris glossa: *in qua disputat de linore, id est inuidia.* *Fabric.* [*Senler* in Miscell. lecttionibus, fascic. II. pag. 28. acute suspicatur, graecum titulum in Fulgentii loco intercidisse, et tantum latinum haberi, ab imperitia ita peruersum. Fuisse, opinatur, haud dubie in (*latine*) *commixtorum* libro, ad quam lectionem illud *Lindosecemiarum* proxime accedere ipsi videtur, graecum autem titulum fuisse *συμμικτῶν*, qui passim laudantur. *Harl.*]

*Ἴσορίαι*. Suid. Vide infra *Ἐπομνήματα ἰσορικῶν*, et paullo ante in *Βίοι*.

*Περὶ Μουσικῆς*, *libri de Musica*, ab Harmonicis diuersi, in quibus alias partes musicae rhythmicam, metricam, organicam, poeticam et hypocritiam, tum et historiam musicam tradiderat. Vide *Meibomium* ad Aristox. pag. 78. *Ionsium* pag. 78. *Aristoxenus ἐν τετάρτῳ περὶ μουσικῆς.* *Athen.* XIV. pag. 616. in quarto *περὶ μελοποιίας* laudatur a *Porphyrus* ad Harmonica Ptolemaei p. 298. Respicit forte Suidas in *Σκολιόν*. [*Fabric.* — [*Plutarchus* de Musica pag. 666. vol. X. edit. Reiskii citat *Aristoxenum ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μουσικῆς* de Olympo, auctore lydii modi et de Sapphone inuentrice mixolydiae; ibidem eundem citat *ἐν τοῖς ἰσορικῶν τοῖς ἀρμονικῶν*. Ad idem opus pertinuisse videtur, quod ibidem pag. 667. *Aristoxenus ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν μουσικῶν*, in secundo *musicarum rerum libro* scripsisse, ibique perperam culpasse Platonem fertur, pag. 701. dicitur ὁ ἡμέτερος *Ἀριστόξενος.* *Harl.*]

[*Περὶ τῆς μουσικῆς ἀκροάσεως*, de *auditione musica*, scholiastes ad Platonis Phaedonem ineditus, cuius locum longiorem e codd. Marcianis posuit cl. *Morellius* in praefat. ad Aristidis orat. — Aristoxeni fragm. pag. XII sq. nisi quoque id fuerit peculiaris sectio maioris operis de Musica. Nam singulas partes capitaque peculiarem habuisse inscriptionem, est credibile. *Harl.*]

*Παιδευτικοὶ νόμοι*. Laudat *πρώτον νόμον παιδευτικῶν* *Ammonius* in *Αἰδᾶς*, [vbi vid. *Valckenar.*] respiciuntque scholia graeca ad Hesiodum pag. 54. a. 81. b. Librum decimum *Laertius* VIII. 15.



Πολιτικοὶ νόμοι. liber octauus citatur ab *Athenaeo* XV. pag. 649.

Πραξιδαμάντεια. *Harpocrat.* in *Μασσαῖος*. Confer *Reinesium* pag. 39. Var. lect. et *Ionisium* pag. 76.

[Περὶ ἔυθυμικῆς siue ἔυθυμικῶν σοιχείων tres libri, e quorum libro secundo duo fragmenta a cel. *Morellio* edita atque explicita esse, paullo ante est adnotatum. *Harl.*]

Τὰ σποράδην. *Laert.* I. 107 sq.

Συγκρίσεις. *Athen.* XIV. pag. 631.

Σύμμικτα συμποτικά. *Athen.* XIV. pag. 632.

Περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως librum primum citat *Etymol.* in *Σίκιννις*. Numerus libri excidisse videtur apud *Harpocrat.* in *Κορδακισμός*, et in scholio, quod dat *Montfaucon.* pag. 610. bibl. *Coislin.*

Περὶ τραγωδοποιῶν *Ammonius* librum primum laudat in *Ῥύεσθαι*.

Σύμμικτα ὑπομνήματα, e quorum libro decimo sexto varia παράδοξα et ἀπίθανα collegat *Sopater* libro quarto *Eclogarum* apud *Photium* cod. CLXI. pag. 176. Confer supra *Τὰ σποράδην*.

Τὰ κατὰ βραχὺ Ὑπομνήματα. *Athen.* XIV. pag. 619.

Ὑπομνήματα ἰσορικά. *Laertius* IX. 40. Hoc opus *Meursius* respici putat a *Plutarcho* in *Lycurgo* extremo, etsi *Ionisius* mauult petitum ex opere de vitis.

Diuerſi a nostro sunt, vt *Ionisio* pridem obseruatum, 1) *Aristoxenus*, *Selinuntius*, poeta, primus anapaestico vsus metro, *Epicharmo* antiquior [atque a scholiaste ad *Aristophanis* *Plutum* v. 487. vbi vide *Hemsterhufii* notam pag. 140. diserte dicitur *Epicharmo* πρεσβύτερος.] et ab *Eusebio* relatus ad *Olymp.* XXIX. *Hephaestion* *Enchiridio* pag. 25. Ἀριστόξενος ὁ Σελινούντιος Ἐπιχάρμης πρεσβύτερος ἐγένετο ποιητῆς ἔκει αὐτὸς Ἐπιχάρμος μνημονεύει ἐν λόγῳ, καὶ Λογγίνος etc. [conf. *Mongitor.* biblioth. *Siculam* I. pag. 85. ibique laudatos VV. DD.] 2) *Aristoxenus*, *Cyrenaeus*, philosophus, nulla re nisi gula celebrer, dictusque κωλῆν siue ventrosus, teste *Athenaeo* I. pag. 7. Confer *Suidam* in Ἀριστόξ. 3) *Aristoxenus*, medicus, *Herophileus*, *Alexandri Philalethis*, qui *Demosthenem Philalethem Ophthalmicum* audierat, discipulus, cuius librum XIII. περὶ Ἡροφίλου αἰρέσεως laudat *Galenus* IV. de diff. pulsuum tom. III. pag. 49.

III. De *EVCLIDIS* *Isagoge Harmonica*, a *Cleonide* et *Pappo* olim recensita, dictum est infra in scriptis geometrae huius celeberrimi; vti de *NICOMACHI*, *Geraseni*, *Isagoge Musica*, *CLAVDII PTOLEMAEI* *Harmonicis*, *PORPHYRII* QVE in ea commentariis, et *PLVTARCHI* dialogo de *Musica*, egi libro IV: atque de *PSELLI* synopsis, libro V. vbi scripta cuiusque horum sum persequutus. De *THEONE*, *Smyrnaeo*, hoc ipso libro cap. de astronomis, §. 21. [P] De *ARISTOTELIS* περὶ ἀκασῶν supra cap. V. §. 21. *CALLIMACHVM* inter scriptores de musica, quorum lucubrationes graece seruantur in bibliotheca collegii romani Iesuitarum, memorat *Athanas.* *Kircherus* lib. VII. *Musurgiae*, pag. 545. nescio, an *Bacchii* nomen pro *Callimacho* sit reponendum.

IV. ARISTIDES QVINCTILIANVS, non post Euclidem modo, cuius geometricam canonis sectionem sequitur pag. 116 sq. sed etiam post Ciceronem scripsit, ex cuius libris de Rep. quae aduersus musicam disputata erant, perstringit lib. II. pag. 70. opponens illa his, quae idem Cicero in Roscii, histrionis, laudem dixerat. Porro scripsisse videtur ante Ptolemaeum<sup>g)</sup>, cuius in tam longo opere non omisit mentionem, si eius Harmonicis uti potuisset: quamquam neque alios, excepto Aristoxeno lib. I. pag. 22. et 23. citat Musicos; sed tantummodo Homerum, Hesiodum, Platonem, et lib. II. p. 106. Heraclitum, tum vetus Oraculum de Medorum clade ad Plataeas lib. III. pag. 161. Per *παλαιότερες* vero, (quibus lib. I. pag. 21. *πάνν παλαιοτάτες*, et pag. 23. *νεωτέρες* opponit,) atque *ἀρχαίαις* subinde intelligit Pythagoricos, e quibus in prooemio adfert *Θεῶν*, ut ait, *λόγον ἀνδρῶν σοφῶν Πανάνκμω τῶν πυθαγορείων*, et illorum vestigiis passim insitit, quos lib. III. pag. 145. et 158. vocat *σοφῶν ἀνδρῶν καὶ ἀληθείας ἰχνευταῖς*, et Pythagoram laudat lib. I. pag. 28. lib. II. pag. 110. lib. III. pag. 116. 145. Praecipuum vero argumentum, quo M. Meibomius ante Ptolemaeum scripsisse Aristidem euincat, promit ex eo, quod lib. I. pag. 22. et 23. tantum meminit eorum, qui cum Aristoxeno tredecim, et cum aliis post Aristoxenum quindecim tonos admittebant; non eorum, qui cum Ptolemaeo septem solos recipiebant tonos. *Vossius*<sup>h)</sup> ait, Aristidem hunc memorari ab Athenaeo in *Dipnosophistis*. Sed Aristoclem de musica laudat Athenaeus, et Aristoxenum, Aristidem, quod sciam, nusquam, et in Indice scriptorum, ab Athenaeo citatorum, qui in editione Rhotomagensi exstat, pro *Aristide περὶ τῆς μουσικῆς* 462. 40. legendum *Aristocles* IV. *περὶ μουσικῆς*. 620. Ceterum Marcianus Cappella ex Aristide nostro multa ad verbum in librum suum nonum transtulit, ut Meibomio probe animaduersum, qui pag. 269. monet de hiatu et pag. 208. etiam docet, accessiones libello Euclidis de musica, in codice Fuluii Ursini insertas, quas edidit *Possuinus* libro XV. Bibl. selectae, ex Aristide descriptas esse. Idem praestantissimus *Meibomius*, *Ἀριστέδης Κοϊντιλιανῶν περὶ μουσικῆς βιβλία γ'*. *Aristidis Quinctiliani* libros III. de Musica, ad *τιμωτάτες ἐτάρες* suos *Eusebium* et *Florentium* scriptos, primus e codice Iosephi Scaligeri<sup>i)</sup>, qui exstat in Bibl. publica academiae Lugd. Bat. etsi lacero et sexcentis locis corrupto edidit et latine vertit, notisque illustravit, in quibus usus est apographo Seldeniano codicis Magdalenensis<sup>k)</sup> Bibl. Oxonii, et variis lectis codicis Bodleiani, tum [P] ex codice bibl. regis Galliae

et

g) Adde Meibomii notas pag. 235.

h) Voss. de scientiis Math. pag. 94.

i) Meibomius in notis ad Aristidem pag. 242 sq. „Ex Scaligeri, ait, Musicorum volumine Aristidem edimus. Postea loca quaedam corruptiora et omnia notarum diagrammata ex duobus reg. Parisiensibus descripta accepi: nec multo post eadem *diagrammata* et alia quaedam loca, ex codice Barberino exscripta a Leone Allatio. Quum autem ad finem prope huius auctoris peruenisset typographus, codicem ex Anglia accepi, Io. Seldeno curante, ex codice Oxoniensi descriptum, et cum eodem et altero diligenter collatum a Gerardo Langbainio.“ Tum adfirmat, se restituendis diagrammatis plus operis infumisse, quam toti

Aristidi interpretando. Insuper diagrammata illa, iis notis, eoque situ depicta, quo in Scaligeri libro reperiuntur, accuratissime, (ut contendit,) adposuit, ac deinde reliquorum codd. variantes figuras adnotauit. Idem p. 308. lacunam notans circa finem libri secundi, se sex codicum varias lectiones profiteretur adscribere, et fragmentum, quod ibi sequitur, nec Aristidis esse arbitratur, et praecedentibus minus bene connecti. *Harl.*

k) Magdalenensis codex est vetustior. Vide notas historicas ad Chron. marmoreum Arundelianum pag. 171. edit. Prideauxii. Exstat etiam MS. in biblioth. Caesarea, teste *Lambecio* VII. p. 219. [vid. supra, notitiam codd. MSS.]

et altero Barberino loca quaedam deprauatiora et diagrammata restituit, beneficio Salmasii, et Allatii, qui illa cum ipso communicauerunt. Lucem vidit *Aristides Meibomii* vna cum reliquis sex graecis Musicis, et Marciani Capellae, quem circa Apuleii tempora vixisse putat, libro nono, qui de musica tractat ad binos codices MSS. Leidenfes recensito Amst. 1652.

4. *Incomparabilem antiquae musicae auctorem et vere exemplar vnicum, nunc primum graece et latine damus. Quicquid olim Aristoxenii de Harmonica et reliquis artis partibus docuerunt: quicquid omnis antiquitas de moribus, musica formandis, de naturalibus rebus, musice ab omnipotenti deo constitutis, adeoque de vniuersi harmonia commentari potuit, vnus Aristides Quintilianus tam concinna breuitate tribus libris exposuit, vt omnium veterum musicorum disciplinam aequae ac gloriam in suum opus congestisse videatur.* Haec de Aristide suo Meibomius; notat tamen p. 311. plura ἀνακλόεθς orationis exempla in eo occurrere. — Intercidit eiusdem scriptoris *liber de Poetica*, in quo, vt lib. II. Harmonic. pag. 87. testatur, accurate egerat de duabus artis poeticae partibus, μιμήσεις et διηγήσεις.

V. BACCHIVS, Musicus Aristoxenius, (a nonnullis male adpellatus *Vaccus*, ex vsitata litterarum B. et V. permutatione,) <sup>1)</sup> scripsit εἰσαγωγὴν μουσικὴν siue harmonica et rhythmica elementa, quaestionibus et responsionibus. Hanc *graecae* e cod. biblioth. reg. Paris. primus vulgauit *Marius Merfennus* in commentario ad sex prima Geneseos capita. Paris. 1623. fol. pag. 1887 sq. *Gallice* idem Merfennus conuertit ibid. 8. <sup>m)</sup> in qua interpretatione nonnulla desiderat M. Meibomius in extremo prolegomenon ad Musicos Graecos. Prodiit et separatim graecae cum versione, seorsum typis expressa, *Federici Morelli*, Paris. 1623. 8. quam versionem, quum suam ederet, idem Meibomius non vidit. *Franciscus* quoque *Gaffur us* de harmonia musicorum instrumentorum, libro et capite primo, testatur, se *Manuelis Bryennii*, Bacchii, Aristidis Quintil. et Gaudentii commentarios musicos latine vertisse. Denique *Meibomius* e codice Scaligeri emendatiorem graecae edidit cum sua versione et notis. Amst. 1652. 4. testatus, in eodem Scaligeri MSto post hanc introductionem sequi alterum tractatum, qui similiter inscribitur εἰσαγωγή τέχνης μουσικῆς Βακχίης τῷ γέροντος <sup>n)</sup>. Initium est: Ἡ μουσικὴ τέχνη πᾶσαν τὴν δογματοποιῶσαν συντετάχθηται Φησὶ πρὸς τὴν ἀκούην: (quem principio leuiter immutato totum habet *Bryennius* lib. II. sect. VI. pag. 414 sq.) Deinde alia adhuc fragmenta, quorum prius sic incipit: ἔυθμός συνέζημεν ἐν τῷ ἀρσεως καὶ θέσεως καὶ χρέως τῷ καλεμένῳ παρὰ τισὶ κενῷ. Alterum post duas paginas quarta plicatura scriptas, ita: Μουσικὴ ἐστὶν ἐπισήμη περὶ μέλος τέλειον. Quae excerpta, inquit Meibomius, [P] quum multa in iis sint *Musicae antiquitatis vestigia*, graecae et latine ali- quando dabimus. [Sed a promissis non fletit.] Ultimo subiunguntur duo epigrammata et totidem hymni. Epigrammatum prius, in quo Bacchii mentio, ita emendatum ibidem Meibomius exhibet:

M m m m 2

T 75

1) Dicitur ante Aristidem vixisse. Meibomio videtur vetustior Man. Bryennio. *Harl.*

m) Vid. de la Borde Essai sur la Musique tom. III. pag. 140. et *Forkel Litteratur* etc. pag. 49 sq. *Harl.*

n) Ita quoque in MS. biblioth. Coislinae et cod. Cl. IV. Bauar. [aliisque vid. supra, in notitia codd. MSS.]

Ἦς μουσικῆς ἔλεξε ΒΑΚΧΕΓΟΣ γέρον  
 Τόνος, τρόπος, μέλη τε καὶ συμφωνίας.  
 Τάτω συντάξαι ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ γράφω  
 Τὸν καμμεύγισον δεσπότην Κωνσταντῖνον  
 Σοφὸν ἔρασῃν δάκνυσι τεχνημάτων.  
 Τὸν τῶν ἀπάντων γὰρ σοφῶν τεχνημάτων  
 Ἐφευρετὴν τε καὶ δότην πεφηνότα  
 Ταύτης προσηκεν ἑδαμῶς ἄναξ ζέιον.

Huius, vt suspicor, *DIONYSII*, Musici, sub Constantino M. clari, siue, vt aliis, [praecipue Burette] videtur, Dionysii Iambi, Plutarcho et aliis citati, [vid. infra in catal. Dionysiorum, in hoc libro,] hymnum ad Musam, notis antiquis musicis instructum, alterumque hymnum in Apollinem et Mefomedis hymnum primus cum scholiis graecis edidit *Vincentius Galileus* in dialogo: *Della musica antica e della moderna*, Florentiae 1581. fol. [exscriptor, vt prodit, ex vetusto quodam codice graeco qui contineret *Aristidis Quintilianii* libros *περὶ Μουσικῆς* et *Emanuelis Bryennii* libros tres *ἁρμονικῶν*, adseruareturque in biblioth. Cardinalis Angeli.] Ex eo reddidit partem *Hercules Bottrigarius* in diss. harmonica, italice edita, cui titulus *il Meloae*, Ferrariae 1602. 4. Tum ex schedis, a *Vincentio Galileo* ad se transmissis, graece edidit *Erycius Puteanus* in *Hermathena* (primae editionis Hanou. 1602. 8. cap. VIII. nam in editione Louaniensi ann. 1615. est omisus.) Eundem hymnum et maximam partem H. [Dionysii] in Apollinem, aliumque *Mefomedis* \*) in Nemesin \*\*) cum similibus musicis antiquis

o) De *Mefomede*, eius hymno et huius editt. plura sunt disputata supra in vol. II. pag. 130 sq. Illum Hymnum repetendum curauit in Anthol. graeca poet. edit. Baruth. pag. 83. Eum quoque dedit atque explicuit *Koepen*. in Anthol. gr. part. III. pag. 177 sq. *Harl.*

p) Eisdem tres hymnos memorat *Salmasius* Epist. 49. ad Peirescium: *P'ay si autre fois dessein de concilier la Musique ancienne avec le moderne, et voir, en quoy elle pouvoit differer d'avec la nostre. P'ay vu pour cet effet tout ce que j'ay pu rencontrer d'escrits en cette matiere par les Bibliothèques, ou j'ay si entrée, et principalement en la langue grecque. J'ay vu tous ceux que marque le Sr. Doni dans sa lettre, et le meilleur de tous, et le plus exact est le Ptolemée, qui est en la Bibliothèque du Roy. Pour l'Aristoxene, que nous a donné Meursius, comme il est le plus ancien, aussi est il le plus corrompu. Le Nicomache est dans la meme Bibliothèque, et quasi tous les autres. Quant à l'Aristides, il est écrit de main recente, et il y a à la fin ces 3. hymnes de Dionysius, que j'auais aussi transcrits autre fois. J'ay conféré encor les deux MSS. de Boèce, qui sont dans la dite Bi-*

*bliothèque, et fort anciens pour en tirer le decret des Ephores contre Timotheus, qui ne se trouue que là et que j'ay restitué en beaucoup d'endroits par le moien du MS. et de mes conjectures, l'ayant remis tout autrement qu'il n'est dans les animadversions de Casaubon sur l'Athenée ni dans les Notes de Scaliger sur le Manile. J'ay aussi un petit commentaire tout prest de Instrumentis Musicis veterum, ou j'ay taché de monstrer, quelle difference il y avoit inter citharam et lyram, que beaucoup confondent, et la quelle de deux approche le plus de nostre Lute, y traitant aussi de la Cynire et du Psalterion des Hebreux. Je pensois le donner incontinent après mes exercices sur Solin, mais d'autres pensées m'en ont divertit. Je me rejoyis fort, que Mr. Doni (Io. Baptiste Doni dont on a un livre de praestantia Musicae Veteris, à Florence A. 1647. 4. et un autre: Generi e modi della Musica Rom. 1633. 4. et annotazioni sopra questo libro. id. 1640. 4.) ait entrepris cette besogne, et espere d'y voir ce que je ne pourrois voir ailleurs. Pour le Pere (Merfenne, qui pourtant a donné Bacchius en Grec et François: et a bien fait dans son Harmonica en VIII. livres, et dans ses IV. livres*

antiquis notis vulgavit [¶] e msto cod. Viferiano et subiunxit *Ioh. Fellus* ad calcem Arati, cum scholiis graecis editi, Oxoniae 1672. 8. additis Edinundi Chilmeari notis et diatribis de musica antiqua graeca, et repetitis iisdem odis gr. cum notis musicis hodiernis, quas claudit specimen alio musicae veteris, fragmento viz. *Pindari*, ex prima oda Pythioniarum, quod notis veteribus musicis instructum in biblioth. Monasterii S. Saluatoris iuxta portum Messanensem in Sicilia reperit, ediditque *Kircherus* tom. I. Musurgiae p. 54r. et post eum *Burettus* loco mox laudando p. 317. Nam eosdem hymnos ex cod. msto regis Galliarum MMMCCXXI. *Burettus* euulgavit in erudita diss. de veteri musica, inserta commentariis academiae regiae Inscript. tom. V. pag. 185 sq. (tom. VII. pag. 287 sqq. edit. Amstel.) — [atque in vol. XIII. pag. 232. ad locum Plutarchi, ubi Dionysius Iambus citatur, de hoc agit eiusque aetatem confert ad Olymp. CXL. — Viferiani codicis, ex quo Fell. hymnos describendos curavit, textus omnino consentit cum contextu in opere Galilei: codex vero Parisinus, qui complectitur opus Aristidis Quinctiliani, atque Bacchii εἰσαγωγήν μουσικήν, in hymno ad Apollinem habet sex priores versus, et in hymno ad Nemesin quatuordecim ultimos, qui omisi erant in praecedentibus cod. et editionibus. Ex Burettii recensione reddiderunt tres hymnos *Brunck.* in analectis, tom. II. ac *Snedorf* de hymnis veterum Graecorum pag. 65 sqq. cum notis eruditis et pag. 61 sqq. quaedam de Dionysio et Mefomede eorumque hymnis adnotat: num vero Dionysio Iambo, an alii Dionysio poetae, (uec tamen, Dionysio Thebano, Epaminondae magistro, de quo supra in vol. II. pag. 120.) adscribendi sint duo hymni, haeret incertus. Ego autem H. in Apollinem recudendum curavi, et explicui aliosque, qui eum quoque receperunt aut illustrarunt, laudavi in Anthologia gr. poetica, edit. Baruth. pag. 81 sq. *Harl.*]

Conf. praeter ea *Wolfgang. Gundlingium* ad Zialowski delineationem ecclesiae gr. pag. 164. *Lambecii* commentar. VIII. pag. 453. *Bernardi de Montfaucon* palaeographiam graecam lib. V. f. 357. et lib. III. pag. 260. *Io. Nicolai* lib. de siglis veterum pag. 110 sq. *Io. Her-*  
M m m 3 *linium*

livres des Instruments Musiques, a Paris 1648. fol. et dans les autres IV. de la Harmonie id. 1644. 4. et en son savant Commentaire sur le six premiers chapitres de la Genese, je n'entend pas grand chose de luy: il est homme de grande lecture, mais il ne me semble pas escrire avec trop de jugement: et pour la piece Arabique, que vous luy avez envoyee, je ne vois non plus qu'il en puisse bien faire son profit, car il n'entend pas la langue et ne sçay personne à Paris, qui luy puisse beaucoup aider, si ce n'est Mr. Gabriel Sionita. Mr. Golius auroit fort envie de voir cette piece: il a l'Avicenne de la Musique, et encor un autre écrit Arabe. Outre cela il a encores un autre moderne latin de CCC ou CCCC ans, qui a écrit tres-exactement en cette matiere, et m'a dit n'avoir point vû aucun auteur, ni Grec ni Latin, ni Arabe, ancien ni moderne, qui l'aye mieux traité. En feuilletant les Ca-

talogues des livres, qui se trouvent es Bibliothéque d'Angleterre, j'y ay remarqué les livres de Musique qui suivent: Augustini de Musica Ecclesiastica, septem exemplaria in VII. diversis Bibliothecis. Boethii Musica in IV. Bibliothecis: in una adiunctum est opus Anonymi de Musica quod est etiam in MS. Bibliothecae Bodleianae. Emanuelis Bryennii ἀρμονικὴ βιβλία, in duabus Bibliothecis, Aristides Quinctilianus de Musica, Graece semel in Oxoniensi. Gualtherus Monachus de speculatione Musicae, semel in Cantabridgiensi. Hogeri, Abbatis, excerpta ex Auctoribus Musicae Artis, semel ibidem. Anonymi expositio Musicorum instrumentorum Veteris testamenti. Aristides Quinctilianus de Musica et Aristoxeni Harmonica exstant MSS. in Bodleiana. Cl. Ptolemaei Harmonica cum enarrationibus Porphyrii, Augustae Vindelicorum. Aristides Quinctilianus, ibidem.

*linium* de cryptis Kijouienſibus pag. 154. vbi notas muſicæ Ruthenorum, *Io. Andr. Schmi-*  
*dii* diſſ. de cantoribus eccleſiæ V. et N. teſtamenti, Helmſtadii 1708. 4. *Crufi* Turco-Grae-  
 ciam pag. 197. *Io. Henr. Maium*, fil. in Catalogo MSS. graecorum Vffenbachianorum pag.  
 491 ſqq. [*Buritte* Mem. — des Inſcr. vol. VIII. pag. 75. *Forkel* Litteratur etc. pag. 99 ſq.  
*Io. Ludolph. Walther* in Lexico diplomatico. Vlmae 1756. fol. reddidit varia notarum muſic.  
 genera, a medio æuo vsque ad noſtram ætatem vſitata. *Guys* litterariſche Reiſe nach Grie-  
 chenland etc. verſionis germanicæ; Lipſiæ 1772. 8. tom. II. epiſt. XXXVI. pag. 194 ſqq.]  
 Canticum latinum cum antiquis notis muſicis, in notis *Hug. Menardi* ad Sacramentarium  
 Gregorii M. pag. 78. *Febriæ*. — *Cel. Abbas Martin Gerbert* de cantu et muſica ſacra etc.  
 tom. II. lib. II. cap. II. p. 52 ſqq. multa notarum, tum graecarum, tum latinarum, ſpecimina  
 in tabb. æneis præbet docteq. de iis agit. *Harl.*

De cetero plures fuerunt *Bacchii*. Nam inter eos, quos audiuit M. Antoninus, imp.  
 primum ipſe memorat *Bacchium*, lib. I. ſect. 6. Alius *Bacchius*, Mileſius, quo *Plinius* in  
 Hiſt. nat. vſus eſt, quemque de re ruſtica ſcripſiſſe teſtantur Varro ac Columella. Alius  
*Bacchius*, medicus Herophileus et Empiricus, patria Tanagraeus, qui, Erotiano teſte, tribus  
 libris expoſuit voces difficiles Hippocratis, et in *Hippocratis libros Epidemiorum* ſcripſiſſe re-  
 fertur a *Galeno* lib. I. in VI. Epid. tom. V. pag. 442. et II. in III. Epid. pag. 413. vbi τὴν ὑπὸ  
*Βακχέως* γενομένην ἔκδοσιν memorat. In *Aphorismos* id. in VII. 64. pag. 328. Malagmate  
 eius vſus *Cæſar* (Auguſtus) id. tom. II. edit. gr. Baſil. pag. 412. Sententia eius de pulſibus [P]  
 tom. III. pag. 47. ὁ μὲν ἐν Βακχέως ἐν ταῖς ἀλλαῖς ἀκροάσεσι etc. Mentio et *Bacchii*  
 huius apud *Coelium Aurelian.* II. tardar. 10. Alius *Bacchius*, Iudæus, *Plautio*, *Pompeii* le-  
 gato, ſupplex, de quo vide *Laur. Begerum* theſauri Brandenb. tom. II. pag. 572. Alius *Bac-*  
*chius*, pro quo et *Pythagora* orationem *Lyſias* conſcripſit. Alius denique *Bacchius*, gladi-  
 ator, de quo *Horatius* lib. I. ſat. 7. v. 20.

— — — uti non

*Compoſitus melius cum Bitho Bacchius.* — — —

Mihi quam proxime a vero videntur aberrare illi, quibus auctor introductionis in Muſi-  
 cam videtur ipſe, qui M. Antoninum primus, et forte in muſicis inſtituit: nam ante omnia  
 pueros ingenuos muſicam edoctos et litteras, notum eſt vel ex *Terentii Eunuch*o:

— — — fac periculum in litteris,

*Fac in palaeſtra, in Muſicis: quæ liberum*

*ſcire æquum eſt adoleſcentem, ſollertem dabo.*

Neque Graecis alium fuiſſe morem, probat *Quintilianus* lib. I. Inſt. Or. cap. 17. Marco qui-  
 dem *Meibomio*, viro, de muſica veterum meritiffimo, *Bacchius* iſte recte videtur *Manuele*  
*Bryennio* antiquior: quo autem argumento eundem *Ptolemaeo* faciat iuniorem, qui ſub An-  
 tonino Pio, Marci parente, ſcripſit, haud comperi. *Morellus* in ſua editione vocat *Iatroſo-*  
*phiſtam*, eundem putans cum *Bacchio*, medico Herophileo.

VI. ALYPIVS a *Caffodoro* de Muſica pag. 588. praeponitur *Euclidi* ac *Ptolemaeo*:  
 ſaltem ante *Claudium Ptolemaeum* ſcripſiſſe M. *Meibomio* videtur, licet *Meurſius* exiſtinet,  
 eundem

eundem hunc esse Alypium, Alexandrinum, Iamblichi aequalem <sup>g)</sup>, de quo Eunapius in vitis Sophistar. *διαλεκτικώτατον* eum adpellans, et in patria senem obiisse testatus. Ad alium, vt videtur, *Alypius*, Caesarii fratrem, (licet et hunc cum superiori eundem Meursius putet,) binae exstant Iuliani epistolae XXIX. et XXX. quarum priore eum ad se inuitat imperator, posteriore gratias agit pro transmissa ad se Geographia, (non, Geometria, vt Meurs.) et tabula geographica, cui Iambos adposuerat, laudatque eius *δραστήριον* in rep. gerenda, quod philosopho Alexandrino, qualem describit Iamblichus, parum conuenire videtur; bene autem conuenit *Alypio*, Antiocheni, ex praefecto Britanniarum, cui Hierosolymitani templi instaurandi negotium commisit Iulianus, teste *Ammiano* XXIII. 1. et cuius mentio Alypii in Libanii Epistolis, et apud *Ammianum* XXIV. 1. [¶] vbi Hierocles, eius filius, memoratur, a quo distinguendus Hierocles, Alypii *ἀνεψιός*, eidem memoratus Libanio Epist. ad Basilium. Ceterum Geographiam, ab hoc Alypio ad Iulianum missam, plane diuersam esse a veteri orbis descriptione, nescio cuius scriptoris, cuius antiquam interpretationem edidit atque iterum graece vertit Iacobus Gothofredus, recte obseruatum Baelio in Lexico hist. qui videndus etiam de *Alypio*, episcopo Tagasteno, amico Augustini, eum loquentem inducentis in libris de ordine et aduersus Academicos: tum de *Faltonio Probo Alypio*, praefecto vrbis Romae, ad quem Symmachi Epistolae. Alius ab his videtur *Alypius*, quem Christianum Gregorius Naz. innuit et Epist. 147. *κοινὸν τῶν φιλοσόφων προσάτην καὶ τῶν ὀρθανῶν κηδεμόνα* vocat. Alius *Alypius*, monachus, ad quem Mich. Glycae epistola memoratur *Lambecio* comment. de bibl. Vindob. V. pag. 154. et p. 294. Alius *Alypius* Ariannus, ad quem *Isidorus Pelusiota* III. 112. Epist. cuius ad tres minimum diuersos Alypios, praeterea exstant literae. Ab his omnibus non minus, quam ab *Andronico Alypio*, quem inter Graecorum Historicos, ad extrema Danielis intelligenda necessarios, laudat Hieron. praef. ad Danielem, diuersus esse videtur *Alypius*, cuius *εἰσαγωγή μουσική* siue *Introductio Musica* graece primum edita est a *Meursio* ex codice Iosephi Scaligeri; sed non admodum diligenter descripta, Lugd. Bat. 1616. 4. Hinc excerpta ex Alypio dedit *Athanasius Kircherus* libro VII. Musurgiae editae Romae a. 1650. fol. testatus etiam, integrum latine se transfussisse pag. 540. Sed tabula veterum notarum musicarum, quam eodem loco ex Alypio Kircherus exhibet, tam vitiose expressa est, (ne omnia iam memorem,) vt ducentos amplius errores in illa exflare adfirmet *M. Meibomius* <sup>r)</sup>, qui non tantum graeca ex codice Scaligeri, (quem pag. 79. et Kircheri codicem ex eodem MSto profluxisse existimat,) adhibitis Bodleiani, Barocciani, Barberini et Seldeniani MSS. subsidiis, emendate edidit, notasque musicas veterum restituit primus, sed et latinam versionem ac notas adiunxit. Amst. 1652. 4. Exstat et MS. in Bibl. Vaticana. [conf. *Forkel*. Litteratur etc. pag. 48 sq. De codd. supra disputatum est. *Harl.*]

VII. GAUDENTIVS, philosophus, qui videtur et ipse ante Ptolemaeum scripsisse, Aristoxeni vestigiis insistens, composuit *ἀρμονικὴν εἰσαγωγὴν* siue *introductionem harmonicam*, in cuius limine iniquos et imperitos lectores arcet nota formula:

Ἄδω ξυνοῖσι, θυρᾶς δ' ἐπίσθε βίβηλοι.

Hunc

g) Iamblichi aequalem, circa ann. Chr. 360. Alexandria oriundum, et in patria grandaeum obuisse diem, existimat *de la Borde* in: *Essai sur*

la Musique ancienne et moderne, tom. III. p. 133. *Harl.*

r) Kircherum, virum bene meritum, actius habitum

Hunc elegantem libellum duobus locis commendat Cassiodorus Senator, licet Gaudentius ipse, quis qualisue fuerit, vel quando vixerit, non magis videatur illi, quam nobis perspectum fuisse<sup>u)</sup>. *Gaudentius quidam*, inquit, [P] *de musica scribens, Pythagoram dicit, huius rei inuenisse primordia ex malleorum sonitu<sup>v)</sup> et chordarum extensione percussa, quem amicus noster, vir disertissimus, Mutianus, transtulit in latinum, ut ingenium eius assuntis operis qualitas indagaret.* Mutianus iste, Gaudentii interpres, idem est Mutianus, Scholasticus, qui Chrysostomi homilias quasdam latine conuertit, ac vir disertissimus dicitur ab eodem Cassiodoro cap. 8. diuin. lect. cuius et alterum de Gaudentio locum adponam: *Gratissima ergo nimis utilisque cognitio, quae et sensum nostrum ad superna erigit, et aures modulatione permulcet; quam apud Graecos Alypius, Euclides, Ptolemaeus et ceteri probabili institutione docuerunt. Apud Latinos autem vir Magnus Albinus librum de hac re compendiosa breuitate conscripsit, quem in Bibliotheca Romae nos habuisse atque studiose legisse retinemus. Qui si forte gentili incurfione sublatus est, habetis hic Gaudentium Mutiani latinum; quem, si sollicita intentione legitis, huius scientiae volis atria patefacit. Fertur etiam latino sermone et Apuleium Madauensem<sup>w)</sup> instituta huius operis fecisse.* [De hoc Mutiano conf. Fabricii bibl. med. et infimae aetatis, tom. V. edit. Mansi, pag. 91 sq. Hermann. Crusenius latine quoque Gaudentium verterat medio saeculo XVI. cuius versionem latinam adhuc ineditam habuit Martini, Bononiae.] Istum Gaudentii librum primus e Patricii Iunii codice, per Seldenum transmissio, quem cum altero Sauiliano et tertio vetustiore Barocciano Langbainus contulerat, edidit laudatus Meibomius, et, perdita pridem Mutiani versione, nouam ipse interpretationem et notas adiunxit Amst. 1652. 4. Editurus eundem fuerat Edmundus Chitmeadus, vir doctus et illustrato Malalae Chronico celebris; sed postquam de Meibomiana Musicorum editione inaudierat, licenter illum istius curis expoliendum permisit. De aliis tribus Gaudentiis Christianis, Brixienti, Tamugadensi Donatista et Nouariensi, videndus Caueus ad a. C. 387. *M. T. Gaudentius* quidam memoratur in vet. inscript. apud *Fabretum* pag. 254.

VIII. MANVEL BRYENNIUS<sup>x)</sup>, idem forte, qui sub Palaeologo Seniore circa a. C. 1320. floruit, (vide Cangii familias Byzantinas pag. 177.) *libros tres* scripsit Ἀρμονικῶν, quorum

habitus a Meibomio, (Salmasio instante p. 467.) adeo graue fuit summo pontifici, (Vrbano VIII) ut, nisi deprecatus fuisset ipse Kircherus, in posterum ei vetitum fuisset aduenarum omne commercium. *Io. Rhodius* epist. ad Nic. Heinsium, in Sylloge Burmanniana, tom. V. pag. 466.

s) Aetas eius a multis confertur in priorem dimidiam saeculi secundi partem. vid. *Voffium* de scient. mathem. cap. 32. §. 4. pag. 94. *Saxii* Onomastic. I. pag. 299. *Forkel* Litteratur etc. p. 49 sq. *Harl.*

t) Experientiae hoc repugnare ait Angelus Bontempus. Vide interim *Gaudentium* pag. 13 sq. edit. Meibomii, et eadem narrantem *Nicomachum* lib. I. Enchirid. Harmonices pag. 10 sq. et ex hoc

*Boethium* lib. I. de Musica cap. 10. et *Iamblichum* in vita Pythagorae cap. 26.

u) i. e. institutiones musicas scripsisse, non vero, quod doctiss. Meibomius ex hoc loco colligere videtur praefat. ad Aristidem, Gaudentii Harmonica latine transtulisse: quod ex ipso Cassiodoro videtur posse refelli; neque enim Mutianus vertisset, si iam existissent translata ab Apuleio.

v) In MS. bibl. Coislinianae Βρυαννίς. in bibl. Caesariae. cod. [vol. VII. pag. 168. edit. Koll.] Βρυαννίς. In eadem bibl. teste Lambecio VII. pag. 218. habetur etiam versio latina antiqua librorum Bryennii, auctore Antonio de Albertis. *Fabric.* — conf. *Forkel* Litteratur etc. pag. 56 sq. *Kollaris* ad Lambecium VII. pag. 169. etc. de versione

Antonii



quorum primus instar commentarii est in Musicam Euclidis, quemadmodum etiam in MS. quibusdam codicibus inscribitur, [P] vt colligas ex Labbei Bibl. nou. MSS. pag. 118. Certe Euclidem fere *κατὰ πόδα* sequitur, nisi quod particulam postremam *περὶ μελοποιίας* tradit demum lib. III. sect. 10. et vbi Euclides *τὸ συνημμένον τετράχορδον* interpolauerat, Bryennius id refecuit. Liber secundus et tertius pro commentario in Harmonica Ptolemaei possit haberi, quem nominatenus laudat pag. 377. 387. 459. 476. 499. vt Aristoxenum pag. 396. 400. 476. 506. Nicomachum Gerasenum pag. 364. Pythagoram pag. 365. ac Terpandrum pag. 361. 484. Hermetem pag. 362. 410. antiquiores Harmonicos e Pythagoreorum secta pag. 499. Quamquam vero ex Euclide, Aristoxeno, Nicomacho aliisque nonnulla passim inferit, neque, vt in Euclide, ordinem Ptolemaei sequitur: tamen, quae Ptolemaeus toto libro secundo et libri primi binis vltimis capitibus tradit, imprimis recoquit prolixiusque edisserit Bryennius, pag. 410. testatus, diligenter se vitare *κενολογίαν*, et saepius professus, se in gratiam iuniorum perspicuitati studere. Hoc ipsius opus, vt reliquos haecenus dictos, edere et illustrare Meibomius promiserat: sed cum tardaret, laborem hunc, qui optime potuit, occupauit Anglus *πολυμαθέστατος Ioh. Wallisius* <sup>w)</sup>, a quo Bryennii Harmonica ex tribus codicibus MSS. praestantissimo vno Magdalenenfis collegii Oxoniae, et aliis duobus bibl. Bodleianae graece edita habemus, addita latina versione, in tomo tertio operum Wallisii Oxon. 1699. fol. in quo habentur etiam Ptolemaei Harmonica cum Porphyrii commentariis. — Marci Meibomii collectanea msta et notae mstae ad Musicos et speciatim Bryennium in bibl. Vissenbachiana pag. 572. Alius *Bryennius*, ad quem Theophylacti epistolae 31. 41. 50. exstant *συμπενθερὸς τῆ βασιλέως*. Alius *Iosephus Bryennius*, de quo vol. IX. pag. 525. [— *Γερόντικον S. Pambonis*, abbatis Nitriae, saec. IV. e cod. Vindob. euulgauit cel. *Gerbertus* in scriptoribus ecclesiasticis, de musica sacra potissimum, tom. I. pag. 1—5. est fragmentum. *Harl.*]

IX. De musica plurimi olim scripserunt, e philosophis, Pythagoricis praesertim, atque, vt Plutarchus auctor est, e Platonicis ac Peripateticis. [Incertorum opera et fragmenta de musica passim exstant: e. g. teste *Iriarto* in cod. Matrit. LXII. pag. 223. cod. LXX. p. 253. 255. In bibl. Coisliniana, teste Montfaucon. pag. 114. et 115. in tribus codd. liber choralis s. officium diuinum Graecorum cum notis musicis, pag. 274. bis cantus ecclesiast. Graecorum cum notis musicalibus, pag. 303. fragmentum cantus Graecorum etc.] Historiam musicorum, quam intercidiisse in primis dolemus, consignauit Dionysius iunior Halicarn. *Theodorum* *περὶ νομοποιῶν* a Terpandro vsque *Laertius* II. 104. Nonnullos, quorum scripta perire, adnotauit *Ioannes Meursius* in limine notarum ad Aristoxenum pag. 127 sq. quibus et ipse alios, et scriptorum loca quaedam adiunxi.

*Agenor*, Mytilenaeus. *Aristox.* lib. II. Music. pag. 36. a quo secta Musicorum *Agenoria*, vt ab Eratocele *Eratocele* et *Epigonia* ab Epigono Ambraciota, et a Damone, qui Socratem musicam

Antonii de Albertis latina, (conf. supra de codicibus notata,) et Lambecius ibidem discernit a nostro Bryennio, *Nicephorum Bryennium*, Annae Comnenae maritum, cuius libros IV. commentariorum de rebus Byzantinis edidit Petrus

Possinus, gr. et lat. in corpore histor. Byzantinae et ibid. Car. du Fresne notis illustrauit. *Harl.*

w) Obiit vir praestantissimus Oxoniae, mense Nouembri ann. 1704. nonagenario propior.

N n n n

musicam docuit, *Damonia*: ac post Aristoxenum Arcestratia, Agonia, Philiscia, Hermippia etc. Porphyr. in limine commentarii ad Harmonica Ptolemaei.

*Antisthenes*, περὶ μουσικῆς. *Laert.* lib. II. sect. 17.

*Archytas*, Tarentinus, de cuius ἀρμονικῶ dixi libro II. cap. 13.

*Aristocles* ἐν τῷ περὶ μουσικῆς. *Athen.* XIV. pag. 620. ἐν πρώτῳ περὶ χορῶν. ib. [P] [vide supra inter Peripateticos pag. 470 sq.]

*Aristoteles* de quo supra cap. V. Ceterum a *Kirchero* in Musurgia tom. I. pag. 545. quum inter veteres Musicos, quorum scripta seruantur in Bibl. collegii Iesuitarum Romani, Aristotelem nominat, puto, innui eius librum περὶ ἀκρῶν, non librum perditum περὶ μουσικῆς.

[*Clonas*, poeta et Musicus. vid. *Burette Mem.* — des Inscr. tom. X. p. 224 — 227. *Harl.*

*Democritus*. *Laert.* IX. 48.

*Dicaearchus* ἐν τῷ περὶ μουσικῆς. *Schol. Comici* ad Nubes v. 1367.

Ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγῶνων. id. ad Ranas v. 1335. et ad Vespas v. 1190.

*Didymus*, Pythagoricus, περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων τε καὶ Πυθαγορείων, de quo supra lib. II. cap. 13. *Didymus*, quoque Heraclidis F. grammaticum, qui apud Nerone fuit, Musicum valde insignem fuisse, Suidas testatur voc. Δίδυμος.

*Dionysius* Halicarnassensis iunior sub Adriano imp. clarus, teste Suida in Διονύσιος, scripsit μουσικῆς ἰσορίας libros XXVI. quibus tibicines, citharoedos et poetas omnis generis celebravit: tum μουσικῆς παιδείας ἢ διατριβῶν (μουσικῶν) libros quinque, et de iis, quae musice dicta sunt in Rep. Platonis. Alius *Dionysius*, Musicus, sub Constantino M. de quo epigramma graecum, quod paullo ante nr. V. in Bacchio adferebam. *Dionysius*, Musicus ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὁμοιοτήτων. *Porphyrus* ad Ptolemaei Harmonica pag. 219. Halicarnassem vocat pag. 267.

*Epicurus* περὶ μουσικῆς. *Laert.* lib. X. sect. 28.

*Eraetocles*, [f. Cratocles] quem refellit Aristoxenus pag. 6.

*Eratosthenes* laudatur in Harmonicis Ptolemaei et a Theone, Smyrnaeo, vbi de musica agit. Confer *Porphyrum* pag. 267. vbi laudat et Demetrium, mathematicum, et Diodorum.

*Heraclides*, Ponticus. *Laert.* lib. V. sect. 87. Plutarchus et Athenaeus, quorum loca iam adscripsit Menagius in notis. His adde, quod Heraclidem ἐν τῇ μουσικῇ εἰσαγωγῇ laudat *Porphyrus* ad Ptolemaei Harmonica pag. 213. [*Plutarch.* de Musica, init. Heraclidem ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν Μουσικῇ citat, quem librum diuersum esse ab illius Isagoge, putat *Burette* ad locum Plutarchi et copiosus est de Heraclide, in Mem. — des Inscr. tom. X. pag. 190 — 193. atque *Burette* plures vett. Musicos, a Plutarcho memoratos, vberius persequitur. *Harl.*]

*Iades*, Ἰάδης περὶ μουσικῆς. *Didymus* apud *Priscian.* de ponderibus pag. 1350.

*Lafus*, Hermionensis, qui primus de musica scripsit, aequalis Xenophanis, vt docet Plutarchus de vitioso pudore pag. 530. et Simonidis, teste Aristoph. in Vespis. Mentio eius apud

apud Herodotum, Aristoxenum et multos alios veteres, ut pridem notatum viris doctis, laudatis a me lib. I. cap. 16. §. 4. [Plura scripsi supra, vol. II. pag. 128.]

Λυσιώδοι et Σιμωδοί, musici scenici, a *Lyfide* et *Simo*. vid. *Steph. Bergler*. ad Alciphron. p. 67.

[*Theodorus Metochita*, Logotheta magnus Constantinopoli sub Andronico Palaeologo, circa a. Ch. 1314. mortuus. a. 1332. scripsit 122. capita philosophica et historica miscellanea cap. XIII. agitur *περὶ Πλάτωνος καὶ τῆ μαθηματικῆ τῆς σοφίας, καὶ μάλιστα περὶ τῆ ἀρμονικῆ, de Platone et mathematica philosophiae parte, et maxime de harmonica*. MSt. exstat in bibl. Caesar. Vindobon. vid. infra vol. IX. pag. 214. 217. 219. *Harl.* vid. *Bloch* Specimina Operum Theodori Metochitae pag. 51 sq.]

*Mintanor*, Musicus τῶν κρηματοποιῶν, libro artis musicae. *Fulgent.* lib. I. Mythol. cap. 1. et Schol. *Statii* ad Thebaid. III. 661.

*Nicostratus*, nescio an huic catalogo inferendus propter haec auctoris fragmenti Cenforino subiecti cap. 10. *Rhythmus creditur dictus a* [P] *Rhythmicio Orphei F. et Idomeneae Nymphae Maricae, ut tradit Nicostratus libro, quem composuit de Musico fratre Rhythmonii.*

*Panaetius iunior* ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ Γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν λόγων καὶ διασημάτων. *Porphyr.* pag. 244. ad Ptolemaei Harm.

*Philolauts*, Pythagoricus, plus simplici vice laudatur in Musicis a *Boethio* pag. 1342. 1422. 1423.

*Phrynis* et *Timotheus*, antiquissimi musici. *Alexand. Aphrodis.* pag. 58. ad Aristotel. metaphys. *Fabric.* De *Phryne* vid. supra, vol. II. pag. 134. De *Timotheo*, poeta et musico, Milesio, Olymp. LXXXIII. 3. ante C. N. 446. secundum Chronic. Par. copiosus est *Burette* in Mem. de litterature — des Inscr. tom. X. pag. 235 — 238. *Harl.*

*Phyllis*, Delius, libro secundo *περὶ μουσικῆς*. *Athen.* XIV. pag. 636. *περὶ αὐλητῶν* id. pag. 634. Meminit et *Suidas* in Σκολιὸν et Schol. Aristophanis ad Ranas v. 1337. et ad Vespas v. 1190.

*Ptolemais*, Cyrenaica, ἐν τῇ πυθαγορικῇ τῆς μουσικῆς χειρῶσει. *Porphyr.* ad Harmonica Ptolemaei pag. 207. 208. 209. [conf. *Menagii* histor. mulier. philosopharum, et *I. Christiani Wolfii* mulierum graec. fragmenta profaica pag. 204. sqq. et in catal. foeminar. etc. pag. 437.]

*Pythagoras*, Zacynthius. *Aristox.* lib. II. pag. 36. Confer, si placet, quae de hoc dixi lib. II. cap. 12. §. 2.

*Simmiar*, Thebanus. *Laert.* lib. II. sect. 124.

*Simon*, Socraticus. *Laert.* lib. II. sect. 122.

*Theophrastus*, de quo capite VII.

*Thrasyllus*, a Theone, Smyrnaeo, [mathem. cap. 33. p. 133. edit. Bulliald.] laudatus et a Porphyrio pag. 266. vbi lege *περὶ τῶν ἑπτὰ τόνων*. *Fabric.* conf. *Sevin* recitat. de vita et scriptis Thrasylli, in Mem. de Litterat. — des Inscr. tom. X. pag. 89 sqq. qui quidem potissimum agit de *Thrasyllo*, astrologo et musico, item philosopho pythagorico ac

Platonico, tempore Augusti et Tiberii, (vide supra in hoc volumine pag. 190.) Hunc tamen eundem fuisse cum *Thrasyllo Phliasio*, idem sibi persuadet. At *Burette* in Mem. de Litterat. — des Inscript. tom. XIII. ad Plutarch. de Musica pag. 287 sqq. dissentit: *Thrasyllus* quidem tempore Augusti fuit mathematicus et musicus, qui scripsisse dicitur secundum Nicomachum Gerasenum, Theonem et Porphyrium, de sectione canonis musici Pythagorici, tum *περὶ τῆς ἐν ὄργάνῳ αἰσθητῆς ἀρμονίας* et *περὶ τῶν ἑπτὰ τόνων*. Ad hunc quoque pertinent ea, quae *Eudocia* in Violar. pag. 134. de Democrito agens prodidit: *ὡς Θεόσυλλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων ἀναγράφει*. Enimvero *Burette* ostendit, illum pridem *Thrasyllo* fuisse principiorum musices mathematicorum peritissimum; at non solum a simplicitate antiquissima recessisse, sed etiam a consuetudine illa pristina, lyricae poeseos cum arte musica coniungendae: diuersum igitur fuisse a *Thrasyllo Phliasio*, multo antiquiore. Hunc enim, tradit *Plutarchus* de musica pag. 671. vol. X. edit. Reiskii, modum *Pindaricum* ac *Simonideum*, (*τρέπον τὸν ἀρχαῖον καλούμενον ὑπὸ τῶν νῦν*.) sectatum, et cum *Tyrtaeo Mantinese* atque *Andrea Corinthio*, quibuscum, tamquam eiusdem rationis modique tenacibus, *Plutarchus* coniungit *Thrasyllo Phliasio*, consulto abstinuisse chromate, mutatione, fidium multitudine, aliisque multis in medio sitis rhythmorum, harmoniarum, vocabulorum, modulationum et interpretationum generibus. Eadem autem ratio non valet de *Thrasyllo*, tempore Augusti florente; quem artem poeticam exercuisse, silent veteres. Distinguendi quoque sunt, *Thrasyllus*, Cynicus, de quo supra in capite de illis philosophis, et *Thrasyllus*, Mendesium, qui scripsit 1) *περὶ λιβῶν*, 2) Aegyptiaca, et 3) tragica; quamquam *Burette* opinatur, duo posteriora opuscula haud fuisse diuersa; sed vnum idemque opus, in quo historiae, eaeque tragicae, h. e. ea, quae in Aegypto infeliciter acta fuerint, enarrata fuissent, (histoires d'évenements tragiques et merveilleux, qu'on supposoit arrivez en Egypte.) Hunc *Harduin*. ad *Plin.* H. N. tom. I. pag. 67. col. I. edit. Paris. in fol. confundit cum *Thrasyllo* sub Augusto. Atque *Thrasyllo* apud *Plinium* H. N. XXXII. cap. 5. *Fabricius* inter medicos veteres refert in elencho medie. vet. vol. XIII. pag. 437. *Harl.*

*Tribonianus Sidetes*, sub *Iustiniano* imper. clarus, scripserat inter alia *συμφωνίαν τῆ κοσμικῆ καὶ ἀρμονιακῆ διαθέματος*. *Suidas*.

E latinis perierunt *Varro* \*), *Albinus*, *Apuleius*, et *Mucianus*, *Gaudentii* interpres. Exstant *Marcianus Capella*, *Augustinus*, *Boethius*, *Cassiodorus*, *Beda*, vt *Bernardum*, *Hermannum Contractum*, *Guidonem Aretinum*, *Albertum M.* et iuniores omittam, e quibus tamen haud praetereundus *Georgius Valla*, qui ex veteribus Graecis, tum adhuc ineditis, *Euclide*, *Aristide* ac *Bryennio*, pleraque congescit in opus suum de rebus expetendis et fugiendis, lib. V — IX. Venetiis apud Aldum 1497. 1501. fol. *Fabric.* Plura vide in *Forkel.* Litteratur etc. pag. 57 sqq. et de Vallae opere pag. 509 sq. in primis apud *Reuerendiss. abbatem Gerbert.* de cantu et musica sacra, tom. II. pag. 1 sqq. vbi nubes celeberrimum medii aevi in cantu et musica ecclesiastica auctorum instauratorumque excitatur, praesertim ex codd. duobus *Vindobonensibus*, duobus *Monacensibus*, et *Blasiano*, qui praeter instructionem musicam

\*) Meminit *Claudianus Mamertus* II. 8. de statu animae.

cam et ἐξήγησεν τῆς παραλλαγίας, nec non totam liturgiam, pauca alia continet, eosque fere auctores, quos antea recensiti habent codices. Indicem *melodorum* graecorum pleniorum dedit *I. A. Fabricius* in vol. X. B. Gr. pag. 130 — 139. Ex hoc igitur indice et Gerberti opere supplementa ad h. l. facile colliget, cui volupe erit plura de hac re cognoscere. Atque laudatus Abbas *Martin Gerbert* multos antea ineditos libros musicos, saeculis medii aevi potissimum scriptos, primus in lucem protraxit in opere: *Scriptores ecclesiastici de Musica sacra potissimum. Ex variis Italiae, Galliae et Germaniae codd. MSSis collecti et nunc primum publica luce donati.* Typis San Blasianis. tom. III. 1784. 4. Qui in hoc opere praeslanti continentur scriptores, secundum ordinem eos indicat *Forkel* in *Litteratur etc.* pag. 101 sqq. *Harl.*

X. Latent insuper, vel feruntur latere etiamnum, in variis Europae bibliothecis scriptores quidam graeci musici, vt:

*Adraști, Peripatetici*, (Theoni Smyrnaeo et Porphyrio plus semel laudati,) *Harmonicorum* libri tres, quos in bibliotheca Vaticana Alphonfus Ciacconius, et in bibl. Cardinalis a S. Angelo, quae deinde fuit Cardinalis Farnesii, fratris, seruos testatus est Scipio Tettus, Neapolitanus indice librorum, nondum editorum, quem bibliothecae MS. librorum pag. 167. inseruit Labbeus. De hoc Adrašto Marcus Meibomius praef. libri de proportionibus: *auctorem ex quibusdam locis notum auro redimere vellem.* *Fabric.* *Duval* reperit MS. Ἀδράστου περιπατητικῆς ἀρμονιῶν βιβλίων libri III. cum figuris. in bibl. regia Neapolitana: vertetur et cum inedita *Philodemi* de vitiis et virtutibus formulis describetur typographicis. vid. supra inter Peripateticos pag. 458 sq. *Harl.*

[E codd. Vindob. Monac. et Blasiano *Gerbert.* de cantu etc. tom. I. p. 13 sqq. producit

*Agallienum, Agathonem*, monachum, fratrem Coronae, ex Rhodo, (vide paullo post de hoc ipsum Fabricium,) *Ampelocetum, Argyropulum* seniore, *Campanam Celadinum, Chaliburen, Manuelem Chrysaphen*, auctorem ποιήματος, (h. l. melodiae seu cantus textus ἀλληλεῖα) et libri de arte psallendi, cuius codex cum ipsius et aliorum poematibus ecclesiasticis adseruatur in bibl. Scorialensi, *Cucumam* et multos alios senioris aetatis.

*Cucuzeles.* Huius nominis frequens mentio fit in codicibus. Distinguendi autem sunt *Ioannes* et *Iosaphatus*. Prior *Ioannes Cucuzeles* fuit Euchaitarum episcopus, natione Graecus, inter hymnographos Menaeorum insignis: de cuius aetate et scriptis egit *Simon Wagnereck* in *Pietate Mariana Graecorum*, part. I. in prolegom. nr. 25. Plerumque occurrit sub solo nomine τῷ μαΐστορος seu *magistri*, aliquando τῷ μαΐστορος Κύριε Ἰωάννη. Codices in bibl. Vindobon. supra iam memoravi. Sunt in cod. CCCXCIII. τῷ μαΐστορος Κύριε Ἰωάννη τῷ Κωνσταντίνου τέχνη ψαλλικὴ καὶ σημάδια ψαλλικὰ μετὰ πάσης χειρονομίας καὶ συνδέσεως, et apud Lambec. IV. pag. 273. Eiusdem ἀκλεθία τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως. — In cod. CCLIII. illius bibl. reperiuntur *Ioannis*, *geometrae*, hymni quatuor, versibus heroicis et elegiacis in B. V. deiparam: in cod. CCCVIII. continetur *series ordinationis uniuersi officii ecclesiastici constructa et antiquis notis musicis adornata*. Eiusmodi generis duo codd. sunt in bibliotheca Monacensi: quorum prioris initium aeri incisum dedit *Gerbert.* lib. mem. tom. I. pag. 588. — In bibl. Vatic.

latent MSS. eius oratio in dormitionem sanctiss. deiparae, et canones octo deprecator. ad S. deiparam secundum octoechochos Graecorum: in cod. Vindobon. philos. CXCIV. eius μέλος seu moduli: in cod. Monacensi CCXXV. eius *contacia* totius anni, composita quidem a *Mich. Aneoto*, in meliorem dein et concinniore formam redacta a *Io. Glyceo*, denique a *Io. Cucuzele* contracta et edita. vid. *Gerbert* l. c. tom. II. pag. 7 sq. et 15. — Alter fuit *Iosaphatus Cucuzeles*, iunior monachus, in monte Atho, auctor *hirmologii* cum notis musicis; cod. exstat in bibl. Barberina. vid. *Gerbert* l. m. I. pag. 587 sq. vbi late disputat de *hirmis*, et II. pag. 7. et p. 17. *Allatius* de libris eccles. Graecor. pag. 99. *Harl.*

*Dioclis* quoque Harmonica aiunt latere in Italiae bibliothecis. Et *Diocles*, *Elaita*, *Gorgiae* *Leontini* discipulus *μουσικὰ γεγραφὸς* memoratur *Suidae* in *Ἀλκιδάμας*. Memoratur et eidem *Suidae* suo loco *Diocles*, Atheniensis, siue *Phliafius*, comicus, quem dicit auctorem fuisse [P] singularis harmoniae in theatro adhiberi solitae, de quo consule, vbi lubet, *Casaubonum* IV. 4. ad *Athenaeum*.

*Georgii Pachymerae*, Harmonica, graece MSS. in bibl. Caroli de Montchal teste *Labbeo* pag. 191. et 181. In codice Colberteo MMMDCCCCXLVI. hoc titulo: *περὶ ἀρμονικῆς ἤγυν μουσικῆς, ἣν σοφώτατός τε καὶ λογιώτατος Γεώργιος ὁ Παχυμέρης ἐκ πολλῶν παλαιῶν τε καὶ νέων διδασκάλων ἐν ἀκριβεῖα πολλῇ ἐκλεξάμενος ζυετᾶξάτο κάλλιστα· τοῖς τὰ μουσικὰ ἐξασκῶσιν ἔτως χαριζόμενος*. Citat *Cangius* in Glossario in *Ἦχος* et alibi.

*Ioh. Pediasimi*, de Symphoniis musicis id. pag. 118. [vid. *Voss*. de scientiis mathematicis, cap. 22. §. 4.]

*Nicephori Gregorae*, in Harmonica Ptolemaei.

[*Michaelis Pselli*, iunioris, opusculum: *προλαμβάνόμενα εἰς τὴν ῥυθμικὴν ἐπιστήμην* latet in cod. Marciano Veneto DXXIV. vid. cel. *Morellium* in praef. ad *Aristid. or.* — *Aristoxeni* fragm. pag. 39. et in notis pag. 266. *Harl.*]

*Theodorum Sophianum* memorat *Gesnerus*, et de musica graece scripsisse testatur in *Pandectis* siue partitionibus vniuersalibus pag. 82. *Callimachum* quoque nominat *Kircherus* in *Musurgia* lib. VII. tom. I. pag. 546. referens monumenta musicorum veterum, quae graece msta vno ingenti tomo possidet collegium Iesuitarum romanum. Magis etiam mirandum est, quod pag. 139. lib. III. cap. 13. *Non dicam hoc loco*, inquit, *de variis ac diuersis antiquis, Aristoxeno, Archyta, Didymo, Eratosthene, aliisque, quorum omnium manuscripta penes me habeo, factis diuisionibus tonorum* etc. Equidem non praeter rem hac in parte de fide *Kircheri* addubitauit *Marcus Meibomius* prolegom. ad *musicos antiquos* \*\*\*

*Hagipolites* siue liber MS. de musica ecclesiastica recentium graecorum, (*Andreae* forte *Cretensis*,) quem citat *Cangius* glossario graeco in *Ἦχοι, Φωνή, πλάγιοι ἦχοι, πνεῦμα, πτερον* et alibi.

In Alex. Barvoetii catalogo MSS. biblioth. Scorialensis memorantur *Io. Glycaei* siue *Dulcis, Lampadarii* <sup>2)</sup>, *Moschiani* et aliorum chironomia musicae artis. *Leonis* sapientis matutina poemata XI. cum notis musicis. Psalmodia, qua vrbs Thessalonicensis et ecclesiae catholicae magnae vtuntur, composita a Domestico magistro *Cucuma*. [vid. *Gerbert* II. pag. 15.]

*Ioh. Glycaei* siue *Glyce* Protopsaltae Rhodi liber musicus, siue opera, ad notas musicae artis accommodata: [vid. *Gerbert* I. c. II. pag. 16.]

*Constantini Moschiani* et *Gerasmi*, monachi, poemata diuersa ecclesiastica cum notis musicis: Stichologia et Cantica et Psalmodiae variae ecclesiasticae variorum cum tropariis, hymnis et exapostiliariis etc.

*Agathonis, Anthemii*, monachi et *Argyropuli* poemata ecclesiastica cum notis musicis recentioribus Graecorum, [vid. *Gerbert* II. pag. 14.] cuiusmodi volumen est etiam in bibl. Iesuitarum Louanii, caractere recentiore, forma enchiridii, cum titulo: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῆ μεγάλῃ ἑσπερινῆ ποιήματα διάφορα ποιητῶν παλαιῶν τε καὶ νέων. Ψάλλεται δὲ τῷτο διχορον [P] καὶ ἀρχεται ὁ Δομῆσικος τῆ δεξιῆ χορῆ. Sub initium est explicatio notarum <sup>2)</sup> musicarum ac vocum, postmodum citantur Chrysostomus in Liturgia, Manuel Chrysaphe, Ioannes Lampadarius, Panaretus, Palladas, Georgius, Agathon etc. in fine mutilus. Eiusdem farinae fuerunt in Scorialensi bibl. sub titulis Manuelis Lampadarii, Chrysaphe de psallendi arte, et ipsius et aliorum poemata ecclesiastica ad notas musicas accommodata. *Fabric.* Simile opusculum, constans 184. foliis, in min. 8. manu scriptum: ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν σημαδιῶν τῆς ψαλτικῆς τέχνης, τῶν τε ἀνιόντων καὶ κατιόντων φωνῶν; Incipiunt bono cum deo artis psalticae signa, tam quae eleuare, quam demittere iubent vocem, fuit in bibl. Vffenbach. MS. part. II. pag. 491. Eiusmodi generis collectiones variae cantusque graeci et latini hinc inde reperiuntur in bibliothecis. *Gerberti* V. V. laborem et diligentiam in colligendis et adnotandis musicorum, praecipue latinorum, libris iam laudauit. *Forkel* in Litteratur etc. pag. 483 — 504. largum exhibet indicem MSS. librorum musicorum, praecipue medii aevi, qui in bibliothecis tam publicis quam priuatis adhuc adseruantur. Quorum vero maxima pars, quoniam ad historiam mediae et recentioris lat. aetatis pertinet, illorum enarrationem in bibliotheca graeca molestam, minus certe necessariam fore arbitror. Atque quosdam ipse *Fabricius* paullo post enotaterat, aliorumque, quorum nomina adieci, mentionem in nota marginali fecerat. Qui igitur plurimum notitiam sibi acquirere

y) *Lampadarius*, (cuius nomen frequens inter melodos est in codd.) non fuit nomen proprium, sed officium eo designabatur ecclesiasticum; atque Ioannes quidam ac Manuel, monachi, κατ' ἔξοχὴν dicti sunt *Lampadarii*. *Codinus* cap. 10. prior ergo in ambulacrum venit *Lampadarius*, lampadem ferens, totumque festi proprium cantum, (ἰδίμελον) decantans. vid. *Gerbert* I. m. tom. II. pag. 8. In templo Constantinopolitano steterunt ad vtramque chori partem quatuor can-

tores; bini ad dextram, quorum prior nominabatur *πρωψάλτης*; et bini ad sinistram partem, quorum prior dicebatur *λαμπάδριος*. conf. *Burney* vol. II. pag. 49. n. qui excerpta ex codice *λαμπάδ. τεχνολογία τῆς μουσικῆς τέχνης* a Martino, abbate Veneto et possessore codicis acceperat. *Hartl.*

2) Vide *Crusum* Turco-Graeciae pag. 197. *Rutgersii* Var. lect. II. 11. pag. 132.

acquirere et bibliothecas, vbi latent, resciscere cupit, eum ad Gerbertum et Forkelium ablegamus. Burney quoque nonnullos codd. mstos indicauit. *Harl.*

Fragmentum cantici ecclesiastici cum antiquis notis musicis, in latina ecclesia vsitatis MS. in biblioth. Vindobonensi, vide *Lambecium* lib. II. pag. 763. 783. lib. III. pag. 138. 201. 207. Aliud apud *Hug. Menardum* in notis ad S. Gregorii M. librum sacramentorum pag. 78.

Latini inferioris aetatis qui de musica scripserunt plures in bibliothecis feruntur, vt Aurelianus eccles. Rhemensis clericus, Anonymus, Guidone Aretino aliquot saeculis antiquior, quem laudat *Jf. Vossius* de viribus rhythmici pag. 91. Berno, Abbas Augiensis, Conradus, monachus Hirsaugiensis, Guido, abbas S. Leufredi, Guilelmus, abbas Hirsaugiensis, Helpericus, monachus S. Galli, Hugbaldus, monachus Eluonenfis, Notkerus, episcopus Leodiensis, Osbertus, monachus Cantuariensis, Theogerus, episcopus, [de quibus vid. *Forkel* Litteratur der Musik. Fabric. quaedam ad oram exempli sui adscriptit —] *Guido, Aretinus*, scriptor micrologi musici, de quo *Oudin* tom. II. pag. 600 sq. [micrologus et alia Guidonis opuscula de musica edita sunt a *Gerberto* in scriptoribus eccles. etc. tom. I. plura vide in *Forkel* Litteratur p. 105 sq.] De *Guidonis Vt re mi fa sol la* vid. *Io. Weitz* heortolog. in hymnum Paulli Diaconi *vt queant laxis* etc. p. 264 sq. [item *Trihemium* de scriptor. eccles. cap. 318. *Sigeb. Gemblac.* ad ann. 1028. *Oudin.* tom. II. pag. 871. *Boyle* Dict. voc. *Gui Aretin.* — *Seelen* in Athen. Lubec. part. IV. cap. XI. enarrat litem antistitis sacri Lubec. Pouchenii cum rectore scholae Crugerio, qui abrogato *Vt re mi fa sol* pueros canere iusserat a, b, c, d, e, f, g.] *Sigbertus Gemblacensis* de se ipso cap. 172. *arte musica, antiphona et responsoria de sanctis Macario et Guiberto melificauit.* — Quintini et *Petrus*, Canonicus S. Auberti, Cameracensis, de quibus *Henricus de Gandau.* cap. 52. de S. E. — -- *Regino*, Prumiensis, [ab ann. 891 — 899. abbas Prumiensis, postea inuidia aliorum hoc gradu deiectus, in coenobio S. Maximini seueram priuatamque vitam egit, et mortuus est ann. 908.] *Reginonis* epistolam de harmonica institutione ad Rhabdodum, archiepisc. Treuirensis possedit instam *Gerardus van Mastricht*, vt ipse testatur in litteris ad *Burch. Gothelf Struuium*, infertis huius introductioni ad notitiam rei litterariae edit. II. pag. 166. Epistolae *Reginonis* in illo codice subiectum *Lectionarium* totius anni cum superscriptis notis musicis, illa aetate vsitatis. *Oudin* tom. II. pag. 408. Biblioth. Kryfiana, Iac. Kryfii, Hagae 1728. 8. pag. 95. Schellhornii Amoenitt. litter. tom. X. pag. 1168. [Ex biblioth. Mastricht. venerat in biblioth. Io. Lud. Bunemannii: et ex hac transit in biblioth. Paullinam Lipsiensem. Ex hoc Lipsiensi codice *Martini*, Bonon. et *Marpurg*, Berolini, exempla describenda sibi curarunt. Alius cod. fuit quondam in biblioth. Kraffiana, Vlmae; vid. *Beyschlagii* Syllogem var. opusc. tom. I. pag. 216. In lucem prodire iussit *Gerbert* in *Scriptoribus ecclesiasticis de musica sacra* potissimum etc. tom. I. *Harl.*] — *Gregoriana* Psalmodiae enchiridion, editum ante annos CC. de quo *Cangius* in adpndice ad glossarium gr. pag. 80. vide etiam *Baluzium* ad capitularia tom. II. p. 1134. et de *Guidone Otkero* (lege, *Notkero*.) *Aribone*, *Micrologo* etc. vid. *Bernhad. Pex* tom. III. thesauri anecdotorum pag. 618. part. 3. [*Balbuli Notkeri*, monachi saec. X. explanatio, quid singulae litterae in superscriptione significant cantilenae, typis promulgata est in *Canisii* lection. antiq. tom. II. part. III. pag. 198. edit. Basnage, et in *Gerberti* scriptoribus ecclesiast. tom. I. pag. 95. *Labe mis Notkeri*, monachi saec. X. opusculum theoticum de musica, ex cod. coenobii S. Galli edidit *Gerbert* lib. mem. tom. I.



pag. 96—102. — *ibid.* pag. 197—229. *Aribonis*, scholastici, qui circa finem saeculi XI. vixit, musica, ex cod. Admontensi, saec. XII. *Micrologus*, i. e. brevis sermo in musica, et alia opuscula musica, in MSS. sunt Ratisbonnae in biblioth. coenobii S. Emmeran. teste catalogo illius bibliothecae, tom. II. pag. 132. — Apud eundem Pezium tom. IV. pag. 600. part. II. pag. 69. *Bernonis*, Augiensis, tonarius, de quo Oudinus tom. II. pag. 600. [e codd. Bernonis opuscula reperiuntur in *Gerberti* scriptor. eccles. tom. I.] *W. Ciani* pag. 500. *Hugbaldi* pag. 417. De *Simone Taillero*, Dominicano Scoto, circa ann. Chr. 1240. *Iac. Echardus* tom. I. de scriptor. ord. Praedic. pag. CXI. — *Hieronymus de Moravia* circa ann. 1260. *idem* pag. 159 sq. adde Anonymi Benedictini librum, la science et la pratique du plain Chant. Paris. 1677. 4. Journ. des Sav. pag. 209. Scriptor saec. XIII. et XIV. de statuum ac ventorum operatione musicae, Guelferbyti editus traditur in Mem. Treuoltinis 1725. p. 2281. [de *Ioannis de Muris* speculo musicae, libr. VII. MSS. vid. *Forkel* Litteratur etc. p. 497 sq.] — De Antiphonario *Gregoriano* vatic. biblioth. msto membran. cum notis antiquis musicis, mentio in diario Veneto Giornale d'Italia tom. XIX. pag. 7. de alio codice *Nic. Staphorst* tom. III. histor. ecclesiast. Hamburg. pag. 337. — Plura de notis musicis in Chronico Gottwicensi, pag. 52 sqq. conf. Acta eruditor. Lips. 1734. pag. 103. Sed haec sufficiant, et pluribus de illis, qui de musica scripserunt aetate inferiore, agere non est praesentis loci.

XI. De musicis scripserant olim *Dionysius* Halicarnassaeus iunior, teste *Suida*, tum *Glaucus*, Rheginus Italus, laudatus *Plutarcho*: et *Theophrastus*, *Praxidamas* ac *Rufus*, de quibus *Ionisus* pag. 76 sq. et 346. Ex eodem pag. 77. adderem *Demetrium Phalereum*; sed eum non de musica, neque de musicis, verum de poetis scripsisse, inuenio apud *Laertium* V. 80. Inter recentiores quoque, musicorum notitiam, sed leuiter admodum tradidere: *Iosephus Blancanus* in: Chronologia celebrium mathematicorum, Bonon. 1615. 4. *Hugo Sempilius*, *Craigbaitaeus* Scotus ad calcem librorum XII. de mathematicis disciplinis, Antwerp. 1635. *Io. Georgius Ebeling* in *Archaeologiis* Orphicis siue Antiquitatibus musicis libro exiguae rei, neque ultra A. M. 3920. deducto, Stetin. 1675. 4. *Antonius Possennus* biol. selectae XV. 6. *Wolfgang Cospas Princeps* in historica descriptione Musicae, quam germanice edidit Dresdae 1690. 4. Prae ceteris consulere operae pretium est, quae notauerunt tum editores musicorum veterum *Meursius*, *Meibomius*, *Wallisus*, tum *G. I. Vossius* libro de scientiis mathematicis cap. XXII. [*Burney*, *Gerbert*, *Forkel* aliique supra memorati.]

XII. Musicae veteris instrumentorumque musicorum accuratior [P] pleniorque historia adhuc ab eruditis expectatur, etsi nonnulla huius argumenti attigerunt *Athanasius Kircherus* in *Musurgia* sua, libro praesertim septimo, Rom. 1650. et Amst. 1662. fol. *Erycius Puteanus* in *Musathena*, Mediolani 1599. 8. et itinere Noniano: *Io. Guil. Stukius* *Antiquitatt.* Connial. III. 20. *Guil. Alardus* libello de Musica veterum, cui coronidis loco *Mich. Pselli* *Synopsis* *Musices*, graece cum versione sua subiunxit: *Schleusingae* ann. 1636. 12. *Marius* praecipue *Mersemus* et *Ioh. Baptista Donius* in scriptis variis, supra ad §. V. memoratis, tum *Vincentius Galilaeus* in dialogis quinque de Musica antiqua et noua, hetrusco idiomate vulgatis, et *Ioh. Andreas Angelus Bontempus*, Perusinus, in *Historia musica*, quam eadem lingua Perusiae ann. 1695. fol. edidit *Is. Vossius* libello erudito de poematum cantu ac viribus rhythmi: *Petrus Gassendus* libro de Musica, *Io. Keplerus* libris de Harmonia mundi.

*Claudii Nicasii*, quam parauit dissertatio de veterum musica, non vidit lucem: neque *Salmasii*, de qua supra ad §. V. Neque *Iacobi Gaffarelli* liber de Musica Hebraeorum, memoratus Allatio pag. 140. Apum Vrbanarum: neque *Ouvrardi* denique historia musicae veteris ac recentis, de qua vide, si placet, acutissimi et elegantissimi *Iacobi Bernardi* Nouellas relationes reip. litterariae ann. 1703. mense Octobri p. 370 sq. [P] [At vide, quos ab initio huius capitis et passim laudauit, qui pleniorum musicae veteris et instrumentorum musicorum concinnarunt historiam.]

## C A P V T XIII (olim XII)

### DE VERSIONIBVS GRAECIS LIBRORVM VETERIS TESTAMENTI.

I. *Ante LXX. Interpretes de nulla graeca versione certo constat.* II. *De LXX. Interpretibus, Aristotae liber, dubiae fidei. Eius editiones et versiones.* III. *Historia LXX. Interpretum pluribus obiecta fabulis, et veterum scriptorum ἀντιλογίας.* IV. *Num quinque tantum fuerint interpretes, et num Pentateuchum duntaxat, et e qua lingua, an omnes V. T. libros, atque etiam LXXII. Apocryphos verterint.* V. *Utrum hodie supersit LXX. Interpretum translatio, ac de versione, quam sub Herode concinnatam suspicari sunt viri quidam docti.* VI. *Versionis graecae, quae LXX. Interpretibus hodie tribuitur, editiones.* VII. *De versionis illius fide et auctoritate.* VIII. *De versione graeca Aquilae, quam veteres intelligunt, quandoque ad hebraicum pronocantes.* IX. *De versione Theodotionis.* X. *De versione Symmachi, quam videntur veteres intellegere, cum pronocant ad codicem Samaritanum.* XI. *De quinta, sexta et septima versione auctorum sine nomine. Locus ex inedito Iosephi Hypomnestico.* XII. *De Origenis editione in Hexaplis instructa Obelis et Asterijsis.* XIII. *De Tetraplis, Hexaplis et Octaplis Origenis. Specimen Hexaplorum, caput I. Genesios.* XIV. *De editionibus graecae versionis, quas laudant veteres sub nomine Luciani, Hesychii, Eusebii.* XV. *De Hieronymi versione latina translationis graecae LXX. Interpretum, ac de graeca versione latinae Hieronymi interpretationis.* [P]

[Cum supplementis *Io. Gottf. Scharfenbergii* <sup>a)</sup> et *Aug. Frid. Pfeifferi*.]

#### I.

**P**ost tot viros eruditos, laudatos a *Carpouio* in Crit. S. pag. 481. <sup>b)</sup> dicendum etiam nonnihil mihi est de graecis diuinarum litterarum interpretibus, vt lectori graecorum omnis generis scriptorum veterum notitiam in hoc volumine inquirenti, etiam de sacris hisce, quae scitu digna sunt, compendio saltem offerantur. Initio quidem admodum incerta esse existimo,

<sup>a)</sup> Quod *Scharfenberg*, Prof. quondam Lipsiensis cel. iam sub exitum anni 1784. sua conscripserat supplementa, atque inter ea ad sedes beatas transit; cel. *Pfeifferus*, collega mihi amicissimus, ea, quae addenda viderentur, me rogante, adiecit. *Harl.*

<sup>b)</sup> Adde, qui largam scriptorum de LXX. et graecis interpretibus notitiam litterariam exhibent, *Buddeum*, in Isagoge hist. theol. in vniuers. Theol. pag. 1516 sqq. *Wolfium* in Biblioth.

Hebr. vol. II. pag. 440 sq. vol. IV. pag. 166. *Herm. Fr. Koecheri* analecta litteraria ad Wolfii biblioth. hebr. part. II. pag. 96 sqq. qui pag. 108. omnes fere de hisce versionibus scriptores enumerat. *Hagemann* von den furnehmsten Uebersetzungen der heil. Schrift pag. 12. *Simonis* introductio in L. Graecam pag. 356. *Hartjesii* Introductio in hist. Ling. graecae p. 591. *I. C. Pfeiffer* instit. Hermeneuticae Sacrae §. 32. *Maschium* in Bibliotheca S. post *I. Le Long*, part. II. vol. 2. in praefatione. *Pfeiff.*

sumo, quae de versione graeca librorum antiqui foederis diu ante LXX. Interpretes, a nescio quo, composita, et Pythagorae, Platoni, aliisque graecis lecta tradit Aristobulus apud Clementem Alex. I. Strom. pag. 342. et Eusebium XIII. 12. Praeparat. Euangel. pag. 663. licet huic testimonio plurimum tribuant tum alii<sup>c)</sup>, tum *R. Azarias* apud Buxtorf. lib. de puncto- rum antiquitate, pag. 131. et *G. Vockerodt* in Exercitatione de Notitia diuinarum scriptura- rum apud Gentiles<sup>d)</sup>. Manifestus quoque error est Rufini, qui in epistola Demetrii apud *Iosephum* XII. 2. verba<sup>e)</sup>: *συμβέβηκε δ' αὐτὰ καὶ ἀμελέσειον, ἢ ἔχει, σεσημαίνου* inter- pretatur

O o o o 2

c) Vt *Ioh. Wowerus* Syntagm. de graeca et latina bibliorum interpretatione cap. 9. et *J. Vos- sius* diss. de septuaginta interpretibus p. 14. *Scip. Sgambatus* Archiu. Vet. Test. lib. III. pag. 482. quibus nuper accessit *Sim. de Magistris* in Apologia sententiae patrum de septuaginta viri versionem, de qua vide infra §. II. Hic autem non solum Aristobuli auctoritatem oppugnatam ab *Humfr. Hodio* et *Ant. Dalio* defendit diss. I. pag. 314 sqq. verum etiam Homerum aliosque scriptores graecos vetustos ex hebraicis fontibus sua hausisse, barbaricam philosophiam non aliunde quam ex Hebraeorum dispersione ortam esse, et alia, similia his, admodum copiose docere conatus est diss. V. pag. 573 — 629. Sed non dubito, quin periti harum rerum aestimatores malint adferri *Ant. Dalio*, qui dissert. super Aristeae de LXX. Interpretibus cap. 25 — 27. nullam versionem graecam librorum Vet. Testamenti antiquiorem septuaginta viri existisse ostendit, et cap. 28. Aristobuli de hac versione narrationem, iisdem fere verbis expressam apud *Clementem Alexandrinum* et *Eusebium*, ita examinat, vt eam fide dignam esse neget. De Aristobulo eiusque commentariis in libros Mosaicos, haud dubie suppositiis, vide *Hodium* de bibliorum textibus originalibus p. 49 sqq. et *Ioh. Chr. Wolfium* bibl. hebr. part. I. p. 215 sq. conf. *Io. Clerici* epist. crit. adiectas arti critic. pag. 189. edit. Lips. *Scharf.* Adde *Waltonium* in Prolegomenis ad *Bibl. Polygl.* prol. 9. §. 6. *Buddeum* in *Isagoge* pag. 1516. et *G. I. Engelbach* diss. de versione graeca Pentateuchi septuaginta viri antiquiore. *Witt.* 1706. *Reinmannus* hist. theol. Iud. cap. 7. pag. 110. dubius haeret. *Petr. Dan. Huetius*, in demonstrat. Euang. Prop. 4. cap. 12. §. 3 sq. mediam viam ingressus, pronunciat non totum Pentateuchum, (de hisce enim Mosis tantum libris agitur, quando de versione, LXX. viris antiquiore, quaerimus;) sed partes tantum quasdam ante Alexandri tempora graecas redditas fuisse; id quod ex Aristobulo apud *Eusebium*, *Demetrio*

apud *Iosephum* et ex historia Aristeae probare studet. Sic fere etiam *Sabaterius* praef. in bibl. p. 1. Eandem sententiam fouet *Sam. Traug. Mücke* in exercitatione histor. de Origine versionis septuaginta interpretum. *Züllich.* 1789. 8. Neque incredibile esse videtur, plures prius priuatas existisse versiones, quae, collectae tandem publiceque adprobatae, nostram constituerent graecam LXX. viralem interpretationem. Conf. *Eichhorn* Einleitung in das A. T. tom. I. §. 62. Omnium tamen, quae super sunt, versionum antiquissima ea est, quae *Alexandrina* vel septuaginta viri dicitur. — Iis, qui partim Aristobuli ceterorumque, ab eo pendentium, fidem plane nullam; partim inanem iactantiam de Pythagora, Platone aliisque iudaizantibus euicerunt, addendus est post *Clericum*, *Iac. Bruckerus* in hist. philol. part. II. pag. 687 sqq. *Clericum* refutare contendit *Frauc. Baltus* in *Defense des SS. Peres accusez de Platonisme* pag. 615 sqq. Pari fere modo *Mich. Waltherus* in *Officina* bibl. p. 125 sq. quatuor versiones graecas ante Christum natum distinguit, primam, antequam rebus potiretur *Alexander M.* secundam *Ptolemaei Lagi* tempore; tertiam *των ὁ*; quartam tempore *Herodis*, quam *novum* habet. *Pfeiff.*

d) Ienae ann. 1689. 4. p. 249. Confer, si placet, *bibl. vniuersal.* tom. XVII. p. 440. et doctiss. *Hodium* de bibliorum textibus originalibus pag. 570.

e) Haeserunt in his verbis *Demetrii* apud *Iosephum* et *Aristeam* etiam alii viri docti, quorum interpretationes et coniecturas de emendanda lectione vulgata congesserunt *Sig. Hauercampus* ad *Iosephi Antiq. Iud.* lib. I. p. 588. tom. I. Op. p. et *Ol. Gerh. Tychsenius* *Append. Vindictiarum tentaminis de variis codd. hebr. V. T. MSS. generibus* pag. 22 sq. Nuper quidem *Sim. de Magistris* *Apolog. sententiae patrum de septuaginta viri versione* pag. 537. repudiata *Fabricii* sententia, sequutus est interpretationem *Rufini*, ratus, hinc duci posse argumentum pro versione ante-septuaginta viri

pretatur sic: *contigit etiam minus diligenter eam, quam habent, transferri.* In libro Aristeae [pag. 107. Adpend. Opp. Iosephi, edit. Haverkamp.] hic locus ita legitur: *το γράμματα γὰρ ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ Φωνῇ λεγόμενα ἀμελέστερον δὲ, καὶ ἔχ' ὡς ὑπάρχει, σείσημανται,* quorum sententia est: constat enim literis linguaque hebraica, sed negligentius, neque ita, ut (ab auctoribus) se habent, scripta interpunctaque sunt. Nec minus aperta *Serarii* hallucinatio, qui in Prolegom. biblioth. cap. 16. quaest. 1. graecam versionem sacrorum librorum, quam sub Ptolemaeo Lagi compositam tradunt Irenaeus et Theodoretus, a translatione LXX. Interpretum, quam sub Philadelpho concinnatam reliqui omnes adfirmant, distinguit. Apud Iosephum quoque incausum quaeras, quod ex libris contra Appion. proferre se ait *Anselmus Disinguis*, Benedictinus, in cogitationibus de vita bene degenda, Aristotelem sacros libros ab Hebraeo quodam graece sibi vertendos curasse. *Henr. Dodwellus* ex Eupolemo apud Clementem Alex. et aliis testimoniis atque argumentis conatus est euincere, versionem LXX. interpretum compositam tempore Demetrii Phalerei grammatici et Ptolemaei Philopatoris, vid. vitam Dodwelli tom. II. pag. 504. Admodum lubrica itidem videtur coniectura viri praeclearissimi *Ioh. Henrici Holtingeri*, qui in thesauro philologico pag. 282. et in fasciculo diss. theolog. philolog. pag. 146. et in Exercitationibus Anni-Morinianis pag. 28. graecam Samaritanorum versionem septuaginta-virali graeca antiquiorem olim existisse, graecisque ecclesiae doctoribus sub *Σαμαρειτικῆ* nomine laudatam opinatur. Verum, quae ratio nos quaeso moveat, ut tam antiquam illam esse arbitremur, quam praecipue, ut infra declarabo, credibile sit, per Samariticum veteres intellexisse versionem graecam Symmachi. [Holtingero in eo quidem, quod iam Alexandri Magni temporibus graecam Samaritanorum versionem existisse conicit, assentiri nolim. Nam post Origenem demum doctores veteris ecclesiae commemorant lectiones τῆ *Σαμαρειτικῆ*: unde eas ex Hexaplis Origenianis ductas esse credunt *Jf. Vossius* disert. de septuaginta interpretibus pag. 96. et *Bern. Montefalconius* prolegom. hexapl. cap. 1. §. 8 sq. Sed ut Fabricius, qui τὸ *Σαμαρειτικόν* Symmachi Samaritae versionem graecam esse opinabatur, longius a vero aberraverit, quam Holtingerus, non temere vereor, ut infra dicam ad §. X. *Scharf*. Porro scripturas in graecam linguam ante Ptolemaeum translatas negat Augustinus VIII. II. de civ. dei. [P]

II. Vetusissima igitur, de qua certius paulo constat, est versio graeca librorum antiqui foederis, quae per annos amplius mille et septingentos celebris fuit sub nomine LXX. *Interpretum*. Antiquissimus omnium, qui historiam huius interpretationis scripto consignarunt, haud dubie est auctor, notus sub nomine *Αριστάρι* siue *Αρίστει*, genere Cyprio, virtute bellica claro <sup>f)</sup>, qui se Ptolemaei Philadelphi regis Aegypti ministrum et cum Andrea regis eiusdem *ἀρχισαμαροφύλακ*, ad Eleazarum pontificem librorum sacrorum interpretumque impetrandorum causa, a rege missum refert. Huius liber ad *Philocratem* fratrem etiam-

num

gintavirali minus accurata, e qua tamen, ut ipse dicit p. 353. LXX. interpretes plurimum lucis hauserint. Sed hanc potius repudiandam esse, recte monet *F. V. Reinhardus* diss. I. de versionis Alexandrinae auctoritate et usu in constituenda librorum hebraicorum lectione genuina p. 19. *Scharf*.

f) De Aristeae vid. *Hambergers* zuverlässige Nachrichten, Th. I. S. 323. *And. Gotl. Masch* praef. ad biblioth. le Long part. II. vol. 2. pag. 5. qui Aristeae nomen non personae, sed dignitatis esse contendit. *Iosephus* lib. XII Antiq. cap. 2. *Φίλον ἐν τοῖς μάλιστα τῷ βασιλεῖ* cum appellat. *Pseiff*.

num exstat, (memoratus Theonae, epistola ad Licinium, in Dacherii Spicilegio tom. III. pag. 237.) quo tota res fuse exponitur, nomina LXX. Interpretum, regis in illos munificentia, quaestiones, a rege eisdem in conuiuio propositae, ipsorumque responsiones prolixè referuntur. Hunc Eusebius IX. 38. Praeparat. Euangel. vocat *περὶ τῆς ἐρμηνείας τῶν τῶν Ἰσραηλίων νόμων*. Primus latine vertit Pauloque II. pontifici, dicauit *Matthias Palmerius* Pisanus, cuius versio Mattheo Palmerio Florentino perperam tributa a Poccianto, Gaddio aliisque, et ab aliis Palmerio Vincentino, quibusdam antiquioribus latinis bibliorum editionibus praefigitur, vt Romanae a. 1471. <sup>g)</sup> fol. et Norimbergensi anno 1475. Prodiit deinde saepius tum Leorim, [Erfordiae ann. 1483. <sup>h)</sup> Parisiis cum Damasceno de orthodoxa fide, et Olympiodoro in eccles. in typographeo H. Stephani ann. 1512. 4. <sup>i)</sup> qui iam ann. 1510. et 1511. prelo eam subiecisse dicitur; deinde *Pfeiff.*] Colon. 1578. 8. cum commentario qualicunque *Iacobi Middendorpii*: tum vna cum aliis scriptis, vt Basileae ann. 1536. 8. cum Olympiodoro et Gregorio Neocaezar. in ecclesiastem: atque etiam in Micropresbytico Basil. 1550. fol. sed et in bibliotheca patrum Parisiis edita, tomo VII. atque Coloniae, tomo I. et Lugduni, tomo II.

*Grace* <sup>k)</sup> primus ex codice, quem in Italia acceperat, edidit et Huldrico Fuggero dicauit *Simon Schardius*, adiuncta separatim versione latina meliori *Matthiae Garbitii*, Professoris graecarum literarum in academia Tubingensi paullo ante defuncti, et variis lectionibus, e codice Vaticano collectis, Basil. 1561. apud Oporinum 8. <sup>l)</sup> Hanc editionem [exprefere Fronto Ducaeus tom. II. auctarii bibl. patr. p. 856. ann. 1624. et Parisienses in edit. bibl. patr. ann. 1654. tom. XIII. p. 756. *Pfeiff.*] sequutus sum, cum Aristaeae librum graece et latine subiungerem editioni Iosephi Lipsiensi, quae titulum praefert Coloniae ann. 1601. fol. vbi et notas meas breues ad compendium Aristaeae in Iosephi historia lib. XII. cap. 2. obuium reperies. Aristaeam graecolatinaum *Eldani de Parchun* Obotritae Francof. 1610. 8. memoratum Inbonato in bibliotheca Latino-Hebraica pag. 347. et Hendreichio in Pandectis Brandenburgicis pag. 271. necdum vidi <sup>m)</sup>. Nouam editionem huius scripti receperat vir doctiss. *Jf. Vos-*

O o o o 3

fius,

g) Iam circa annum 1469. in fol. Romae excusa traditur, in catalog. Paris. quam tamen editionem Clement. in bibl. curios. partem bibliorum de anno 1471. fuisse iudicat. *Pfeiff.*

h) Titulus est: *Aristaeae tractatulus de LXX. interpretibus et de eorumdem maxima sapientia, ac nominibus* etc. — In praecleara Erfordensi achademia opere peruigili anno LXXXIII. impressus. 31. fol. 4. Conf. *Pray* bibl. vniuers. Budensis, part. I. pag. 72. *Denis* ad Maitairium tom. I. pag. 163. *Clement.* bibl. curieus. *Pfeiff.*

i) Hanc sequuta est editio *Io. Bebelii*, Basil. 1536. et reliquae a Fabricio laudatae. Ea, quae cum notulis, s. commentario, Middendorpii, Colon. 1578. prodiit, non Palmerii, sed Matth. Garbitii versionem, teste *Adelung* in continuat. Lexici Ioecheriani continet. *Maschius* l. c. pag. 7. eam plane singularem et a iam recensitis diuersam

nominat. In titulo, restitutionis ex MSS. graecis atque latinis codicibus et SS. patrum libris, mentio fit. Versio Palmerii incipit: *Cum permagni semper feceris Philocrates* etc. Garbitii vero: *Cum, o Philocrates, nostra ad Eleazarum* etc. *Pfeiff.*

k) Quae hic de libelli Aristaeani editionibus et versionibus latinis leguntur, Fabricius magna ex parte hausit e praefatione operis Hodiiani de bibliorum textibus originalibus. Editionem, quam deinceps narrat a se curatam esse, repetiit Sig. Hauercampus in appendice operum Iosephi tom. II. pag. 97—136. *Scharf.* In editione Oberthurii vero, quod miror, deest. *Pfeiff.*

l) (Conf. *Clement.* bibl. curieus.) Prodiit iterum cura Theoph. Glaseri. Dresdae. 1601. 8. *Pfeiff.*

m) Recenset eam catalog. biblioth. Reimmann. *Clement.* biblioth. curieus. et *Maschius* l. c. p. 7. *Inferta*

*sus*, quo, antequam promissa exsoluisset, defuncto, *Oxonienfes* ann. 1692. 8. edidere Aristeae librum, seruata Garbitii versione locis quibusdam emendata, et praemissis veterum testimoniiis de septuaginta interpretibus cura Eduardi potissimum Bernardi. Hanc editionem secuti sunt, operibusque [P] suis scriptum integrum graece et latine inseruere viri duo praestantissimi, qui in Belgio et Anglia Aristeam, scriptorem supposititium, et vniuersam eius narrationem confictam ac commentitiam esse nuper ostenderunt<sup>n)</sup>, *Humfredus Hody*, linguae graecae professor regius et archidiaconus Oxoniensis in libris IV. de Bibliorum Textibus Originalibus, versionibus graecis et latina vulgata, Oxonii e theatro Sheldoniano 1705. fol. et *Antonius van Dale*, musicus ac philologus Harlemensis in dissertatione super Aristeae de LXX. Interpretibus, Amstelod. 1705. 4. Ad damne his, quod *Iohannes Druhus* LXXII. Interpretum responsa regi Ptolemaeo reddita ex Aristeae, Garbitii versione seruata, latine edidit libro secundo Apophthegmatum Hebraeorum, Franekeruae ann. 1591. 4. [Iterum prodierunt haec *Apophthegmata Ebraeorum ac Arabum* ibidem ann. 1612. 4. Adde editionem, quam Fabricius curauit Hamb. 1714. 8. ad calcem lib. III. de vita et morte Mosis pag. 293. *Scharf.*] In bibliotheca Bazarariae MSS. exstat *Aristeas* de LXX. Interpretibus. Eiusdem capita 72. de regno, vsque ad finem incolumi seruando. *Pfeiff.*

Compendio historiam de LXX. Interpretibus ex Aristeae refert Rabbi *Gedalias* in *Catena Cabbalistica* fol. 23. 24. Versione liberiori Hebraica<sup>o)</sup> Aristeam interpretatus est *R. Azarias de Rossi* siue *de Rubis* Ferrariensis sub titulo הררר וקנים *Decor semum*, Mantuae 1574. in opere, cui titulus סאר עינים *Lumen oculorum*. Conf. *Ioh. Morini* Exercitat. Biblicas pag. 181. et *Iulium Bartoloccium* bibl. Rabbinicae tom. I. pag. 437. *Hottingerum* bibl. Or. pag. 49. *Fabric.* Adde *Io. Christ. Wolfsum* bibliothec. Hebr. part. I. pag. 214 sq. et part. II. pag. 444. *Scharf.*

*Germanice* vertit *Iustinus Goblerus* de Sanct. Guere V. I. D. A. dicauitque Philippo, Hassiae Landgraui ann. 1561. (vel potius 1562. 8.) Recusa est haec versio Amstelodami ann. 1631. 12. D. *Simonis Schardii* versio germanica edita ann. 1619. *Mühlhufae* 8.

*Gallice* lucem vidit per *Guil. Paradin*, Lugd. 1552. 12. [iterumque ibid. 1564. 4. conf. *Clement. l. c. Pfeiff.*

#### Italica

Inserta etiam est bibliothecae patrum. Paris. ann. 1614. *Pfeiff.*

n) Hodius hoc ostendit in *dissertatione contra historiam Aristeae de LXX. interpretibus*, quam primo separatim edidit Oxonii ann. 1685. 8. deinde vero auctam vindiciis aduersus *I. Vossium* operi de bibliorum textibus originalibus inseruit; ita, vt locum primi libri occuparet. At secundus liber docet, quo tempore, a quibus, et quo modo confecta sit versio septuagintauralis: tertius ostendit, quanta fuerit inde a Christo ad nostra vsque tempora cum textuum originalium, tum versionis graecae septuagintauralis et latinae vul-

gatae auctoritas: quartus denique de reliquis versionibus graecis et Origenis hexaplis exponit. Dissertationis illius *Hodiana* supplementum est liber *Dalii*, deinceps a *Fabricio* laudatus, qui se magis popularitate, quam subtilitate et diligentia commendat. *Scharf.*

o) Ex latino Garbitii, non graeco facta. Idem *Azarias* lib. III. sui operis Meor Enajim cap. 7. denuo de versione תרגום dissevit et quae a Iudaeis, patribus et aliis scriptoribus notata inuenit, adfert. Vberius de hac hebraica versione egit *Io. Esbergius* diss. de LXX. interpr. Vpial. 1703. 8. *Pfeiff.*

*Italica* subiectus libris V. T. in versione bibliorum italica, quam ann. 1471. edidit Nicolaus Malermus, Venetus, abbas Benedictinus Ord. Camaldulensis monasterii S. Michaelis de Lemo [interprete credito Hier. Squarzacico. Sequitur in fine tomī primi librum Psalmorum et ex latina Palmerii versione traducta videtur Mitarellio in bibliotheca Monasterii S. Michaelis Venetiarum. append. pag. 85. *Pfeiff.*] Eadem biblia recusa ann. 1477. 1541. [et 1567. Le Long Bibl. S. tom. I. pag. 354. *Pfeiff.*] Prodiit et Aristeas Hetrusca lingua, nescio quo interprete, Florentiae 1550. 8. [interprete Lud. Domenichi. Denique italice reddidit Leon. Cernotti, Treuigiis 1593. 8. conf. *Clement.* l. cit. et *Paitoni* in bibl. degli auctori volgariz. *Pfeiff.*]

[*Anglicae* versiones duae exstant, quarum altera ann. 1633. altera ann. 1715. prodiit Londini 12. Vide Andr. Gottl. Maschii Praefat ad biblioth. sacr. — part. II. vol. II. pag. 6—8. (De vtraque vide Sig. Jac. Baumgarten. Nachrichten von merkwürdigen Büchern tom. X. part. 53. pag. 29 sqq. *Scharf.*) Tertiam edidit versionem anglicam, *Wilh. Whiston* in: *a Collection of authentick records, belonging thro the old and new Testament, translated in to English.* 1727. part. 2. pag. 493. qui et genuinum hoc esse Aristeae scriptum contendit probare adpendice ad librum: *the literal accomplishment of Scriptures prophecies* etc. Lond. 1724. pag. 117 sqq. vid. Acta Erud. ann. 1728. pag. 116. et ann. 1729. mens. Sept. pag. 101. *Pfeiff.*]

Hunc ipsum esse librum, quem legit olim et sub Aristeae nomine laudat Iosephus, et ex quo nominatim compellato historiam de LXX. Interpretibus referunt vel perstringunt Ierullianus cap. 18. Apologet. Eusebius VIII. 2 sq. Praeparat. Euangel. Georgius Synceillus pag. 272 sq. auctor Chronici Paschalis pag. 173. Ioh. Zonaras aliique nonnulli, vel collatio sola lectori perspicue demonstrabit.

At ab Aristeae, qualis hodie exstat, non minus quam a Iosepho antiq. lib. XXII. cap. 2. Philone LII. de vita Mosis edit. Mang. tom. II. pag. 140 sqq. Iustino martyre admonit. ad graecos nr. 13. et Eusebio Praepar. Euangel. lib. VIII. cap. 2 sqq. ne quid dicam de Irenaeo, Clemente Alex. Tertulliano, Cyrillo Hierosol. immane quantum discrepant<sup>p)</sup>, quae ex Aristeae refert Epiphanius lib. de ponderibus et mensuris sect. IX sq. Diuersa quoque sunt, quae habet pseudo-Iosephus Gorionides III. 2. <sup>q)</sup> Diuersa insuper nomina [P] LXX. Interpretum occurrunt in epistola VII. pseudo-Damasi ad Hieron. *Cogitau frater amantiſſime, et in Christo semper sacerdos, vt secundum septuaginta Interpretes, id est, Matthiam et Ptolemaeum, Muchium, Sacreum, Hydronium, Pamphilum, Zoastirem, Didymum, Sanium, Epiphanium,*

p) Conf. *B. Montefalconii* prolegom. hexapl. cap. III. §. 5. et 7. vbi Aristeae exemplaria, quae nunc exstant, genuina, ceterorum autem additamenta, velut illa, quae Epiphanius e fabulosis narrationibus hausit, vel e codice lacunoso potiusque interpolato quo vsus sit, spuria esse docet. Aliam coniecturam de codice Aristeae, quo vsus est Epiphanius, proposuit *Sim. de Magistris* Apolog. sententiae patrum de septuaginta virali versione pag. 549 sq. *Scharf.*

q) Diuersa *Abulfetachi* narratio in chronico, cuius specimen Schnurrer in neuem Repertorium für bibl. und morgenl. Literatur, quod edidit *Paullus*, tom. I. nr. 2. dedit. Illa in eo maximo diuersa est, quod Ptolemaeus Philadelphus certamen Iudaeorum et Samaritanorum Alexandrinorum in vertendis bibliis instituisse dicitur, p. 124. *Pfeiff.*

nium, Ciatrem, Simonem et ceteros, in quantum nostra recurrit conscientia, de septuaginta inuenire vestigia. Diuersum quoque narrationis filum et diuersas Ptolemaei et Hebraeorum epistolas exhiberi a Matthaeo Cigala Cyprio in noua Synopsi variarum historiarum sermone graeco-barbaro conscripta, iterumque alias epistolas extare in Petri Comestoris historia scholastica, notauit Humfredus Hodius libro et capite primo operis paullo ante laudati. Vtrum vero hi vel ingenio tantum indulerint suo, vel ex memoria rem referentes tam varia confuxerint, (nam nec Iosephus ex asse cum Arislea conspirat) vel diuersum sub Aristeae nomine codicem, quod doctissimo Hodio videtur et a iuniore quodam confictum ad manus habuerint, lectoris iudicium esto.

Veram esse Aristeae narrationem, et ab Arislea, Ptolemaei hyperasfiste, siue custode corporis, vere scriptam, Iosepho, Eusebio aliisque antiquis pridem accredidere plerique eruditores, *Brianus Waltonus* Prolegom. IX. ad Bibl. Polyglotta §. 4. *Isaacus praecipus Vossius* in libro de LXX. Interpretibus cap. 4. eiusque appendice et in appendice obseruationum ad P. Melam pag. 58 sq. vbi librum ab Humfredo Hodio aduersus historiam Aristeae editum Oxonii 1685 8. ex instituto impugnat. [Post Isaacum Vossium, cuius *dissertationes de septuaginta interpretibus eorumque et translatione et chronologia* prodierunt Hagae Comitum ann. 1661. 4. *Appendix ad librum de LXX. interpretibus* ibidem 1663. 4. et *obseruationum ad Pomp. Melam appendix*, Londini ann. 1686. 4. [et Guil. Whiston, supra laudatum,] nemo maiori cum adparatu doctrinae ad Aristeae narrationem de LXX. interpretibus defendendam accessit, quam *Sim. de Magistris* in Apologia sententiae patrum de septuaginta uirali versione, adiecta *Danieli secundum septuaginta ex tetraplis Origenis primum edito e singulari codice Chistiano*, Romae ann. 1773. forma maxima. Sed hic etsi passim non immerito reprehendit Hodium et Dalium; tamen apologia illa nimis copiosa narrationi vulgari de LXX. interpretibus fidem conciliare non potuit, vt recte iudicat *Ioh. Aug. Ernestus* biblioth. theolog. nouiss. part. III. pag. 205. Neque melius rem gessisse auctorem libelli Anglici, *A Vindication of the History of the Septuagint from the Misrepresentations of the learned Scaliger, Dupin, Hody, Prideaux and other modern Criticks*, qui Londini ann. 1738. prodiit, quod didici ex *J. S. Semleri* adparatu ad liberalem vet. test. interpretationem pag. 291. Quos praeterea defensores nactus sit Aristeas, ostendit *A. G. Maschius* praefat. ad biblioth. sacr. part. II. vol. II. pag. 10 sqq. vbi et ipse illis accessit, ita, vt ex apologia Simonis de Magistris modo commemorata et *Ol. Gerh. Tychsenii* tentamine de variis codd. Hebraeorum V. T. MSS. generibus fabulae, a viris doctis dudum repudiatae defensionem concinnaret nouam et miram. Nam cellulas adeo instaurare conatus est olim ab Hieronymo euerfas s. quas Aristeas certe mendacio suo non extruxit, et Hieronymus olim destruxit pag. 30. *Scharf. Alexius* denique a *S. Aquilino* in libro: Pentateuchi Hebraeo-Samaritani praestantia in illustrando et emendando textu masorethico ostensa, vna cum aliis subsidiis hermeneutico-criticis ad totum textum Hebraicum — recte intelligendum — Colon. 1783. 8. historiam Aristeae, quoniam per MD. annos illi non contradicium fuisset, veram esse ibidem putat. *Pfeiff.*] Adsentitur Vossio Nicolaus quoque le Nourry in adparatu ad bibliothecam maximam patrum libro I. diff. 12. cap. 1. Sed fateor, re diligenter expensa, probabiliorem mihi videri sententiam eorum, quibus Aristeae liber videtur commentum Iudaei alicuius Alexandrini ante Christi nati tempora, et antequam Aristobulus scriberet, concinnatum ad auctoritatem versioni graecae [sacrorum librorum, quae inter Iudaeos Hellenistas obtinebat, conciliandam. Hoc iam pridem suboluit acutissimo



acutissimo *Iosepho Scaligero* \*) ad Eusebii Chron. nr. MDCCXXXIV. pag. 133. et epistola XIV. ad Seguinum, suffragantibus ex ipsa ecclesia romana, (ne Lud. Cappellum et Prostantes alios quam plurimos laudem,) *H. Valesio* ad hist. eccles. Eusebii pag. 95. *Rich. Simone* lib. II. hist. criticae V. T. cap. 2. \*) et *Elia du Pin* in Prolegomenis ad biblia lib. I. cap. 6. §. 3. pag. 176 sq. \*) Praecipue vero summa ope et conquisitis diligenter argumentis hoc adnisi sunt duumviri supra laudati Hodius et van Dale, vt demonstrarent, parum inesse fidei vniuersae de LXX. interpretibus, a Ptolemaeo arcessitis, traditioni, adeoque veram esse priorem II. Vossii sententiam, qui, in notis ad Barnabae epist. [P] librum de LXX. interpretibus citans, non Aristeam, sed pseudo-Aristeam adpellauit. Aristaeum ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων laudat, et ex eo quaedam de Iobo refert *Alexander Polyhistor* apud Eusebium IX. 25. Praeparat. Euang. eundem, vt videtur, Aristeam innuens. *Fabric.* Ex illo loco Sim. de Magistris adparere opinatur, Aristeam profelytum praeter historiam versionis graecae alia quoque scripssisse, quorum notitiam hauserit e sacris litteris graece rediitis, apolog. sententiae patrum de septuaginta virali versione pag. 534 sq. *Scharf.*

III. Etenim adeo incredibilia et pugnantia sunt, quae de LXX. interpretibus in Aristeae, Philone, Iosepho, et aliis veteribus leguntur, vt nec cum ceteris historiarum veterum monumentis, nec cum temporibus moribusque Ptolemaei, ac Demetrii Phalerei, nec cum institutis gentium facile possint conciliari, nec denique secum ipsa satis conueniant, quod a viris illis doctis prolixè est ostensum. Si quis igitur cogitet, Iudaeos inter gentes illa aetate admodum contentos, vicissim amplificandis rebus suis etiam per fabulas \*) pronos, profecto is magis magisque detrahet narrationi illi, per se parum verisimili, fidem, cuius partem iam olim ausus est explodere Hieronymus prologo Pentateuch. ad Desider. epist. 103. reiectis cellulis \*), quibus inclusos interpretes narrant alii vel singulos, vt Iustinus, Irenaeus, Clemens, Cyrillus Hierosol. Augustinus, Gorionides etc. vel binos, vt Epiphanius et Nouellia 146. Iustinianus, imperator, aliique apud Hodium pag. 152 sq.

## IV. Mirus

\*) Primum omnium Aristeae librum in suspicionem fraudis adduxit *Lud. Vives* ad Augustini lib. XVIII. cap. 42. de ciuitate dei, post quem praeter alios, ab Hodio de bibliorum textibus originalibus p. 3. laudatos, ante Scaligerum, vt videtur, idem egit *Ioh. Wowerus* syntagm. de graeca et latina bibliorum interpretatione cap. 2. *Scharf.*

5) Adde eiusdem disquisitiones criticas de variis bibliorum editionibus cap. 15. pag. 109 sqq. Sed Lud. Cappellum iis, quibus Aristeae narratio de LXX. interpretibus suspecta fuit, temere adnumeratum esse a Fabricio, neminem fugere potest, si qua inspexerit vel obiter eius criticam sacram. Vide v. c. lib. IV. cap. 15. 16. 17. et lib. V. cap. 1. 2. *Scharf.*

6) Idem fecerunt, et alios de hac re scriptores citant, *Car. Lud. Runkel* diss. quaestiones nonnullas criticas et philologicas sistente, sub praesid. I. H. Maii, Gieslæ 1707. *Io. Franc. Buddeus*

hist. eccl. V. T. p. 1038. Isagoge hist. theol. pag. 1516 sq. *Wolffius* in bibl. hebr. vol. II. pag. 440. *Aug. Calmet* diss. de LXX. interpr. *Io. Aug. Starkius* in Dauidis aliorumque poetarum hebr. carminibus vol. I. pag. 120. *Pfeiff.*

u) Tale est, quod de Alex. M. Hierosolymam intrante, venerante summum sacerdotem et in templo immolante legitur apud Iosephum, et refelliur ab Antonio van Dale libri laudati cap. X. Nec minus, quod Thalmudici fabulantur, Ionathane legem in linguam Chaldaicam transferente, aues super ipsum volantes decidisse mortuas, muscas circumrepentes diuinitus exustas etc. id. pag. 165.

v) Traditionem de cellulis et interpretibus inter se conspirantibus tuetur ex instituto aduersus Hieronymum *Io. Georgius* in diss. de LXX. interpretibus, anglice post auctoris mortem edita, Lond. 1671. 4. *Pfeiff.*

IV. Mirus quoque est Iudaeorum ipsorummet de illa versione dissensus. Nam cum LXXII. interpretes arcessitos, e singulis tribubus scilicet senos, ab Eleazaro missos, Aristeas referat, Gorionides [breuiter et perspicue idem ostendit B. Montefalconius, qui, quae Aristeae narrationi de LXX. interpretibus aut fauere aut repugnare videntur, sic enumerat, vt non obscure adsentiat Hodio et Dalio, prolegom. Hexapl. cap. III. §. 9. <sup>w</sup>) Lectu quoque digna sunt, quae hac de re differit I. G. Eichhornius repertor. bibl. et orient. literat. part. I. p. 266 sqq. vbi diuersitatem narrationum de origine versionis septuagintauius ex eo ortam esse conicit, quod alii, vt Iosephus et Eusebius, fidem habuerint libro Aristeae, in Palaestina confecto, alii Alexandrinorum rumori vulgi, quod de Iustino Martyre recte notauit Montefalconius l. I. §. 7. neque minus probabile est de Philone, alii denique, in his Epiphanius, vtrumque secuti sint. *Scharf.*] his addit Eleazarum ipsum <sup>x</sup>). At Thalmudici in tractatu Sopherim cap. I. §. 7. vocant במשנה ברמשה וקנית <sup>y</sup>) *opus quinque seniorum*, qui scripserunt Ptolemaeo

<sup>w</sup>) In compendio exhibuit argumenta contra Aristeae narrationem maxime chronologica, Nic. Schwebelius in commentat. de Pseudo-Aristeae, Onold. 1770. 4. in qua simul variantes quasdam lectiones, ex codice Vaticano ab amico Britanno ipsi communicatas, adfert. Adde *Bruckerum* in hist. philof. l. c. *Semlerus* in nouis obseruationibus, quibus studiosius illustrantur potiora capita religionis christianae vsque ad Constant. M. Halae 1784. omnem fabulam de LXX. interpretibus a Christianis, e gente Iudaica oriundis, excogitatam esse, iudicauit. Quasdam etiam dubitationes colligit *Sam. Traug. Mücke* in exercit. hist. de origine versionis septuaginta interpretum. Züllichou. 1789. 8. pag. 19. *Pfeiff.*

<sup>x</sup>) At Iosephus Gorionides apud Hodium de bibliorum textibus originalibus pag. 128. Eleazarum, quem etiam Aristeas LXXII. interpretibus annumerat, non dicit pontificem fuisse, vt Fabricius opinabatur, sed a pontifice, qui interpretes istos ad regem Aegypti misit, diserte distinguit. *Scharf.* Verba Gorionidis ex versione Breithauptii sunt: „Pontifex itaque septuaginta sacerdotes seniores ac sapientes ad illum (regem) misit, inter quos praecipuus erat Eleazarus, sacerdos, idem ille, qui a Philippo impio, Antiochi, regis crudelissimi, aetate — — interfectus est.“ Pontifex scil. הכהן הגדול, Eleazarus vero הכהן nude vocatur. Idem confirmat *Breithaupt* in nota subiecta pag. 174. edit. Gorionidis. Goth. 1707. *Pfeiff.*

<sup>y</sup>) Iacobus Cappellus ad Hebr. III. 8. *Versio- nis, qua Ptolemaeo Philadelpho data est, non vnus fuit auctor. Ea vulgo dicitur LXX. Seniorum, sed tropice, quod scilicet facta sit a legatis LXX. viralis, quod Hierosolymis erat, Sy-*

*nadrii. Hos vero legatos fuisse non septuaginta, sed quinque, discimus ex Thalmudis tractatu de Scribis cap. I. §. 7. Hos quinque partitos operas inter se, colligimus ex eo, quod vnam eandemque vocem saepe videmus aliter atque aliter redditam nulla necessitate.* [*Conf. Hodium* pag. 133. Non admodum dissimilem huic coniecturam de tollendo dissensu scriptorum Iudaicorum post I. Leusdenum et Rich. Simonem, de quibus vide Hodium de bibl. text. original. pag. 133. proposuit *Ioh. Ernest. Faber* in descriptione commentarii in septuaginta interpretes part. I. pag. 10. vbi eam legant, quibus placet. Nam hic quidem commentis Iudaicis immorari nihil attinet. *Scharf.*] *Iohannes Morinus* parum verisimiliter exerc. bibl. p. 186. per opus quinque seniorum intelligit quinque diuersas, quibus christiani oliu vsi sunt, graecas librorum antiqui foederis versiones. *Fabr. Maschius* l. c. vol. II. tom. II. pag. 31. ex *Sim. de Magistris Apol.* cit. §. 50. aliam profert quinque interpretum explicationem. Ex LXXII. scilicet viris quinque legati videntur ad interpretationem legis s. Pentateuchi, reliquis vero relicta volumina, prophetae et hagiographa, concredita sunt. Eandem fere sententiam iam *Bosius* in Prolegom. ad edit. LXX. interpr. ab ipso procuratam, et *Rich. Simon* disq. crit. cap. 15. habuerunt. In chronico orientali, quod ex arabico latine vertit *Abraham Echelenis* fol. 38. dicuntur ex LXXII. senibus duo in itinere obiisse: et ex illis interpretibus fuisse non modo Eleazarum, quem occidit Antiochus, sed et Simeonem, sacerdotem, qui portauit dominum super brachia sua. Eodem tradit *Euty chius* in annal. Alexandr. p. 297. vid. etiam *Ios. de Voisin* ad *Pugionem* Raym. Martini p. 140. *Dau.*

Ptolemaeo regi legem graece. Mox in eodem tractatu cap. 1. §. 8. *Alia historia de Ptolemaeo, rege, qui congregavit septuaginta duos senes, et collocavit eos in LXXII. domibus, nec reuelavit eis, cur conuocaret illos, (in Aristeo et Iosepho contra legas, regem hoc per literas Eleazaro significasse,) sed separavit unumquemque eorum, (Aristeas et Iosephus testantur, coniunctim illos interpretationem concinnasse,) et dixit: Scribite mihi legem Moysis, magistri vestri* 2). Tunc suggestit Deus consilium in corda singulorum, et congruerent sententiae eorum in sententiam unam. Exarauerunt ergo ipsi Legem, quilibet scorsim. Idem sibi persuasere Christiani plerique, e quibus Nicetas 3): *διηρημένως τὴν τῆς διαλέκτου μεταβολὴν ποιησάμενοι, μίαν ἐν ἐκάστῃς ἔνοιαν καὶ λέξιν ἐπέσπευξαν*. Ut scilicet de illis valeret locus Exodi XXIV. 9. et 11. *καὶ ἐβδομήκοντα πρεσβυτέρων Ἰσραὴλ ἐ*  
P p p p 2 διεφώνησαν

*Dau. Millius* persuasit sibi, versionem LXX. viralem dici, quod probata fuerit a synedrio s. collegio LXX. virorum, non Hierosolymitano, sed Alexandrino, quod probat ex codice Thalmudico Succa; conf. *Godofr. Weisii* historiam de LXX. interpretibus S. bibliorum V. T. fabulis liberatam. 1687. — Quin praeter aliquos patres Hieronymum, (praef. CVIII. ad Domnion. et Rogatian.) Augustinum etc. Vossius de transl. LXX. cap. 25. *Διονυσίαν* eorum praesumit. vid. *Sixt. Anama* antibarb. bibl. libr. I. err. gen. 1. *Pfeiff.*

2) Ex hoc et antea adlato loco Thalmudico *Ioh. Lightfoot* primo in mentem venit, suspicari, a graecis hebraicorum V. T. librorum interpretibus, quos de vulgari fabula septuaginta numeramus, *textum hebraeum exscriptum acque ac versum esse*, Oper. Posthum. pag. 4. et Hor. Hebr. in epist. I. ad Corinthios pag. 935. tom. II. oper. edit. Ultraiect. 1699. fol. Quam coniecturam, parum probabilem, nostris temporibus *Ol. Gerh. Tychsenius* ita ornare conatus est, vt versionem septuaginta viralem perinde ac alias, de quibus hic non est dicendi locus, e codice hebraeo, graecis litteris scripto, confectam esse contenderet in *tentamine de variis codicum hebraicorum Vet. Test. MSS. generibus* etc. Rostoch. 1772. 8 et hanc opinionem, impugnatam a *I. A. Dathio* praefat. ad prophetas minores, latine versos p. 23 sqq. edit. Hal. 1773. *I. D. Michaele* biblioth. orient. part. V. pag. 48 sqq. [*Starckio* in David. carm. p. 80 sqq. *Ernesti* neueste theol. Bibliothek tom. II. p. 357. et 451 sqq. *Hassenkampio* in entdecktem wahren Ursprung der alten Bibelübersetzung, Mindae 1775. *Mich. Merkelio* in freyen Abhandlungen pag. 77. *Saxio* in Onomast. litt. part. I. pag. 351. adde Allgem. deutsche Bibl. vol. 34. pag. 66. *Eichhorn*s Einleitung in das A. T. §. 182 sq. Theologisch critische Betrachtungen neuer Schrif-

ten, collector Ge. Fr. Seilero, ann. 1781. p. 207. *Mücke* l. c. p. 85 sq. *Pfeiff.*] aliisque acriter defenderet in vindiciis libri modo commemorati. Rostoch. 1774. 8. earumque appendice, ibid. 1776. 8. [Vindiciae et appendix in lingua patria scripta sunt; adde illis kritische Sammlungen, Bützowiae, vol. III. pag. 368. 442. 638. Repertorium für bibl. und morgenl. Literatur, tom. III. p. 148. not. g. et *Chr. Aug. Crusii* comment. in Iesaiam. prol. p. 16. *Christ. Frid. Schmidt* in historia canonis probabilem laudat coniecturam. Ante Tychsenium iam de codice hebraeo-graeco cogitauerunt *Ioh. Lightfoot* apud Waltonum in apparatu bibl. cap. 7. §. 12. et *Io. Hen. Hüpeden* in Tr. von der wahren Ursache und Bedeutung der außerordentlichen Punkte in der hebr. Bibel. Hannover. 1751. pag. 53. Tychsenii argumenta breuiter exhibet *Hirt* in oriental. und exeget. Bibliothek tom. III. pag. 89 sq. *Pfeiff.*] Praeter *Ioh. Graffmannum*, qui *Τροπήματα historico-critica ad illustrandam hypothesin de codicibus ebraeo-graecis interpretum graecorum Veteris Testamenti* edidit Halae 1774. 4. coniecturam Tychsenianam probarunt *I. S. Semlerus* apparat. ad liberalem Vet. Testamenti interpretationem p. 287 sq. (conf. *I. A. Ernesti* Biblioth. theolog. nouiss. part. III p. 593.) et *A. G. Maschius* praefat. ad biblioth. sacr. part. II. vol. II. p. 33 sqq. *Scharf.* nec tamen nouis argumentis fulcitam vel a dubitationibus, contra eam motis, liberatam, conf. theologisch critische Betrachtungen l. c. *Pfeiff.*

aa) *Metropolita Heraclensis* praefat. Catenae in psalmos, nondum editae. vid. *Fabric. B. Gr.* vol. VII. p. 737. vnde locum similem profert *Hodius* de bibliorum text. original. pag. 153. Conf. praefat. edit. Sixtinae vers. LXX. et *Vsserii* syntagua pag. 71. *Scharf.*

διεφώνησεν ἐδὲ εἶς. Vicissim Aristeas festum, in memoriam versionis huius sollemne institutum, narrat, ad dies vitae Ptolemaei celebrandum, Philo ad sua usque celebratum commemorat tempora; [vide Hodium de bibliorum textibus originalibus pag. 534. et quae contra hunc et Dalium pro Philone disputat Sim. de Magistris apolog. sententiae patrum de septuagintaurali versione pag. 321 sqq. *Scharf.* Cum festis Maiumis, de quibus Rivinus, conuenire, putat *Lichtornius* in Repertorio für bibl. und morgenl. Lit. tom. I. pag. 278. *Pfeiff.*] Thalmudici in eodem tractatu Sopherim cap. I. §. 7. diem illum testantur Israeli accidisse grauem et luctuosissimum, non minus eo, quo vitulum conslarunt. Ne dicam, quod ob legem, graece sub Ptolemaeo versam, ieiunium anniuersarium instituerunt die octaua mensis Thebeth, de quo adi Seldenum de anno civili Iudaeorum cap. VIII. Totum enim hoc fabulosum esse, contendit Hodius pag. 221. de bibliorum textibus original. [Hodio adsentitur *Io. Christ. Wolfius* biblioth. hebr. part. II. pag. 443 sq. ubi coniecturam de origine huius fabulae valde probabilem proponit. *Scharf.*] Versionis graecae institutum laudant Aristeas, Philo, Iosephus; at Herbanus, Iudaeus, disp. cum Gregentio: κακᾶς, inquit, κατέστρεψαν ci πατέρες ἡμῶν ἐκόντι τὰς βίβλους τῆ Ἰσραήλ εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, ἵνα ταύταις ἐμφιλοχῶσόντες ἡμᾶς ἐπισκμίζητε πάντας ἡμᾶς. [Conf. Sim. de Magistris apologiam pag. 328. et *Comiti* h. flor. liter. script. eccl. vol. I. p. 521. *Scharf.*] Omitto, quod conuiuio interpretes exceperit rex, Ptolemaeus, ab Aristeas scribitur per dies septem, a Iosepho per dies duodecim: haec enim a librario vel memoria diuersitas esse potest. Taceo etiam, quod Aristeas aureis literis scriptam legem Ptolemaeo oblatam narrat, sed Thalmudici in tractatu Sopherim, librum legis profanari haud dubitant, si aureis literis scribatur. At non praetereundum, quod Aristeas et Iosephus versionem factam esse adfirmant ex hebraico <sup>bb)</sup>; Philo et R. Azarias e Chaldaico <sup>cc)</sup>, nonnulli apud R. Gedaliam in Schalscheleth Hakabbala e Syriaco: e Samaritano denique christiani scriptores, Postellus ac Seldenus. Confer *Hottingerum* thesaur. philolog. pag. 294 — 300. ubi loca colligit, quibus graeca versio cum Pentateucho conspirat Samaritano. [Addendi sunt Ludouic. Deus, qui auctore Hottingero l. l. p. 293. notas in Pentateuchum Samaritanum edere constituerat, quibus consensum versionis septuagintauralis et Pentateuchi Samaritani declararet. [*Io. Ge. Abicht* in praef. ad artem distincte legendi et interpretandi libr. sac. V. T. Lips. 1710. 8. *Io. Buxtorfius* iunior in diss. de litteris hebraicis §. 4. et *W. Whiston* in: an *Essay towards restoring the true text of the old Testament* etc. Lond. 1732. pag. 48. et 149. *Pfeiff.*] Nostri aetate latius et diligentius, quam Hottingerus hac de re exposuit, Ioh. Matth. Hassencampus in *commentatione philologico-critica de Pentateucho LXX. interpretum graeco non ex hebraeo sed Samaritano textu conuerso*, Marburgi ann. 1765. 4. et in libro, qui sine nomine auctoris prodiit, Mindae ann. 1775. 8. *Der entdeckte wahre Ursprung der Bibel-Uebersetzungen* p. 163 — 255. [vid. *Eruesti* neue theolog. Bibliothek

bb) Certe non punctato, conf. *Lud. Capelli* Arsen. punctat. lib. I. cap. 8. *Hottinger.* thesaur. philol. pag. 532. *Carpzou.* Crit. S. V. T. pag. 504. Aliter *Jourmont*; *Que les Septantes n'ont pu faire leur traduction telle qu'elle est, que sur un Texte Hebreu ponctue*, in *Hist. de l'Acad. des Inscriptions* tom. 14. pag. 179. *Pfeiff.*

cc) Haud dubie Philo hic vt alibi linguam he-

braicam Chaldaicae nomine significauit. Add. *If. Vossium* de LXX. Interpr. cap. 6. pag. 12. Conf. *Ioh. Bened. Carpzouii Philoniana praefixa sacris exercitationibus in Pauli epistolam ad Hebraeos ex Philone* p. 10 sqq. *Sim. de Magistris* apolog. sententiae patrum de septuagintaurali versione p. 333. et *Hassencampi entdeckter wahrer Ursprung der alten Bibel-Uebersetzungen* p. 96 sq. *Scharf.*

thek tom. VI. part. IV. pag. 379. vbi varia contra hanc sententiam dicuntur. *Pfeiff.*] Huic praeter alios adsentitur et argumenta, quibus in vtroque libello coniectura illa valde probabilis confirmatur, breuiter enarrat *I. A. Dathius* praefat. ad Br. Waltoni prolegomena in biblia polyglotta pag. 47—51. *Schwf.* Nouissime hanc sententiam defendit *Berend Cordes* obseruationibus in Ionae oracula, Ien. 1788. nec longe recedit ab ea *Eichhornius* in Bibliothek der bibl. Literatur part. 3. pag. 315. et in editione secunda introductionis in V. T. tom. II. pag. 158. praesidium sententiae nouum inde petens, quod Abulfetachus Samaritanos, certantes cum Iudaeis, sub Ptolemaeo Philadelpho libros sacros vertisse narret; id quod ex harmonica Pentateuchi Samaritani et versionis graecae vterius probari possit. *Pfeiff.*] Neque in hoc consentiunt, vtrum legem solam, siue Pentateuchum, an libros vniuersos antiqui foederis in Ptolemaei gratiam verterint LXX. interpretes. [Conf. H. Hodii de bibliorum textibus originalibus lib. II. cap. 7. vbi proferuntur loci scriptorum veterum, deinceps laudatorum. Sed illorum quidem Christianorum, qui omnes vet. testam. libros a LXX. interpretibus translatos esse crediderunt, auctoritates diligentius collegit *Sim. de Magistris* ad calcem apologiae — pag. 633—650. *Scharf.* Habentur etiam apud *Walther.* in officina bibl. p. 130. *Pfeiff.*] Vniuersos enim translatos esse adfirmat <sup>dd)</sup> Pseudo-Gorionides, et e Christianis Irenaeus, [P] Clemens Alex., Epiphanius, Cyrillus Alexandrinus I. contra Iulianum alique: solam vero νομοθεσίαν siue τὰ τῆ νόμος, solum, inquam, Pentateuchum Philo libro secundo de vita Moysis, Aristaeas, Iosephus et tota Hebraeorum schola apud Hieronymum in Ezech. V. et XVI. et secundum caput Michae, Aristobulus item apud Eusebium Praeparat. Euangel. XIII. 12. pag. 664. et Thalmudici in tractatu Megillah et Sopherim <sup>ee)</sup>; quae sententia probauit se etiam viris, inter Christianos doctissimis, Andreae in primis *Maso* praef. in graecam editionem Iosuae pag. 119. vbi obseruat, versionem Pentateuchi a versione reliquorum librorum non mediocriter dissidere et pauciores continere errores <sup>ff)</sup>. Idem placet *Cartwrighto* IV. 3. Mel-

P p p p 3

lificii

<sup>dd)</sup> Fallitur Ioh. Morinus, qui exerc. bibl. p. 187. contendit, Thalmudicos quoque in tractatu Sopherim adfirmare, quod vniuersos legis, prophetarum, et psalmodum libros verterunt LXX. interpretes. Nam verba *scripserunt ei legem separatim* significant, scripsisse illos legem, separatos per cellulas, non vero, vt Morinus contendit, separatim reliquos libros. Ibidem Thalmudici, etsi falso, memorant tredecim loca, quae in gratiam Ptolemaei interpretes immutauerint, neque vllus ex illis locis ex alio libro depromptus est, quam ex Pentateucho. Vide ea si placet apud Waltonum prolegom. IX. 16. Humfredum Hodium pag. 170. Hottinger. thesaur. philol. pag. 325 sq. et Bartolocium part. I. bibl. rabbin. p. 452 sq. [Wolfii bibl. hebr. tom. III. p. 442. *Pfeiff.* Adde Ioh. Lightfoti oper. posthum. p. 2. et in hor. hebr. ac thalmud. adp. ad I. Cor. VIII. et Luc. III. p. 753. *Scip. Sgambati archiu. Vet. Test.* lib. III. p. 489—492. *Ol. Gerh. Tychsenii tentam. de variis codicum hebraicorum V. T. MSS. generibus* p. 51 sqq. et,

quem hic *vindic. tentam.* pag. 240. laudat, Frid. Guil. Dresdii libellum, quo examini subiicitur *sententia Bevi. Kennicotti de locis tredecim a Iudaeis in codice hebraeo Ptolemaeo regnante praetermissis.* Vitemberg. 1775. 4. *Scharf.* recus. in elusdem: Triga commentt. academ. criticant textus hebraei concernentium. vid. *Hirtii orient. u. exeget. Bibl.* part. III. p. 145. *Starkii* Davidis etc. carmina pag. 125. *Pfeiff.*]

<sup>ee)</sup> Auctor libri Seder Olam Suta s. chronici minoris, Ptolemaeum, prodit, scripsisse Pentateuchum (legem) graece. Notgerus Balbulus de interpretibus s. scripturae cap. 2. Hebraei dicunt, LXX. translatores non plures libros interpretatos fuisse, quam Mosis quinque libros. *Pfeiff.*

<sup>ff)</sup> Hieronymi quidem de LXX. interpretibus sententiam hac ratione ornari posse, *Masius* dicit, sed ipse propensorem ad veritatis similitudinem esse eorum existimat opinionem, qui dicunt, non solam Mosis legem, sed reliquos etiam historicos et sacrorum vatum libros, rogatu Ptolemaei, ad

Hebraicis

lificii hebraici, *Vsserio* cap. 1. de LXX. interpretum versione, *Hunfredo Hodio* pag. 164 sq. de bibliorum textibus Original. Sam. Petito IV. 8. var. lect. *Alexandro Moro* in causa dei pag. 147. *Antonio van Dale* de Idololatria pag. 635 sq. et libro de Aristeia pag. 179 sq. etc. Epiphanius vero et Cedrenus ab omnibus exhibentur, quorum ille praeter uniuersos V. T. libros etiam LXXII. Apocryphos, hic decem myriades siue centum librorum millia, et intra LXXII. quidem dierum spatium a LXXII. uiris doctissimis hebraeorum translata fabulatus est. Confer *Hodium* pag. 176 sq. [Nihilominus Cedreni narrationem ab *Hodio* et *Dalio* repudiatam vindicat *Sim. de Magistris* apolog. sententiae patrum de septuaginta uirali versione p. 387 sq. *Scharf.*] Hisce addenda est fabula de libris sacris, per LXXII. interpretes in LXXII. gentium linguas conuersis, cuius meminit *Goldastus* ad *Paraceticos* veteres pag. 369.

V. Fuerunt uiri eruditi, qui, cum encomia, quae a *Philone* et in *Aristeae* libro et passim apud ueteres in versionem LXX. interpretum congeruntur, obseruarent, et uicissim animaduertent graecam, quae hodie sub illo nomine exstat, interpretationem et Christianis olim lecta est, tamquam parum fideliem reiici a Iudaeis, (confer *Hodium* de bibliorum textibus originalibus pag. 241 sq.) et plane non esse usque adeo adcuratam, ut tantas laudes ferre possit, existimarunt genuinam LXX. interpretum versionem intercidiisse<sup>ss</sup>). Hanc opinionem singulari libro de versione LXX. interpretum Lond. 1655. 4. et Lips. 1695. 4. probandam in se suscepit *Iac. Vsserius*, uir admirandae doctrinae, contenditque uariis argumentis siue coniecturis, versionem illam in bibliotheca *Ptolemaei Philadelphi*, cum *Alexandriam* [P] expugnaret *Iulius Caesar*, conflagrasse: postea uero aliam, *Hellenisticam* pridem a temporibus *Ptolemaei Philometoris* frequentatam graecam interpretationem, non tantum *Pentateuchi*, (quem a LXX. interpretibus solum translatum, ut dixi, existimat.) sed omnium propheticorum librorum, cuius iam tum in prologo meminerit *Sirachides*, *Herodis*, regis, iussu ab aliquibus, hebraicae linguae peritis, recognitam, atque adeo κοινή siue publica, quae exstet, *Hellenistarum* puriorem et integriorem collocatam fuisse in bibliotheca, quam nouam in *Serapeo Alexandriae* instaurabat *Cleopatra*, regina, et in quo thesauro librario sua adhuc aetate<sup>hh</sup>) superesse versionem librorum sacrorum<sup>ii</sup>) testati sunt *Tertullianus* cap. 18. apologetici et *Chrysostomus* orat. contra Iudaizantes et cum eis ieiunia celebrantes tom. VI. edit. Sauii. pag. 373. *Fabric.* *Aug. Pfeiffer* in crit. sac. cap. IX. sect. 2. quaest. 5. e uariis uersionibus graecis confarcatam

*Hebraicis illis esse conuersos*: id quod deinceps p. 119. et 120. argumentis confirmare studet. Ceterum *Hieronimo* in eo, quod solum *Pentateuchum* a LXX. interpretibus translatum esse putat, etiam *B. Montefalconius* adfertur prolegom. Hexapl. cap. III. §. 8. et 10. *Scharf.*

gg) His nuper accessit *Franc. Volkmar Reinhardus* diss. I. de uersionis *Alexandrinae* auctoritate et usu in constituenda librorum hebraicorum lectione genuina p. 10. ubi, si uera est fabula *Aristeae*, non inepte conicit, eam uersionem *Pentateuchi*, quae *Ptolemaei* iussu ac sumptibus e codice *Palaeestino* ducta perhibetur, non emanasse in uulgus, ac postea ipsorum *Iudaeorum* consilio

aliam confectam esse a codice, *Samaritanis literis scripto*. Sed huius coniecturae ratio reddi non potest, nisi fabulosam *Aristeae* de LXX. interpretibus narrationem probes. *Scharf.*

hh) Confer *Hodium* pag. 640.

ii) Immo autographum LXX. interpretum, ut loquuntur *Hodius* l. I. et *I. A. Ernestus* de Origene §. 15. (p. 304. opusc. phil. crit.) ubi hanc fabulam repudiat. Sed hoc alienum est ab h. l. neque admiscendum *Vsserii* coniecturae de uersione septuaginta uirali, cuius summam, si quis plenius et diligentius expressam legere uoluerit, adeat *Hodium* etc. *Scharf.*

farcinatam esse atque interpolatam pronunciat; rudera quaedam primitivae superesse. Hanc aliasque adlatas sententias refutat *Mücke*, l. c. pag. 87. *Pfeiff.*

At enim non possum mihi persuadere, versionem illam primam celebratissimam in sola delituisse Ptolemaei bibliotheca, ita, vt, hac conflagrante, penitus statim aboleretur. Quin potius a Iudaeis descripta est in usum graece loquentium, editaque dimanavit in vulgus, et Sirachidis aetate iam dimanauerat. Iosephus, Philo, et scriptores Christiani veteres ad vnum omnes ita existimarunt, graecam sacrorum librorum, qua ipsi vsi sunt, versionem illam ipsam fuisse, quam in Ptolemaei gratiam compositam commemorant. Nolo alia in praesenti adferre, quae Vsserio respondit *H. Valesius* in epistola ad eum scripta et notis ad Eusebii historiam eccl. p. 306 sq. subiuncta, tum Brianus Waltonus prolegom. IX. 18 sq. Etiam Lud. Cappellus in appendice criticae sacrae ex asse satisfacit viro docto alteri <sup>kk</sup>, qui in dissert. de locis parallelis veteris et noui testamenti genuinam LXX. interpretum versionem similiter perisse contendit, quam euangelistae et apostoli semper sint secuti, et ex qua christiani auctores versionis graecae, quae hodieque exstet, istam suam interpolauerint, iis maxime in locis, quibus ab hebraea litera illos certo consilio ait discessisse.

Viri perquam eruditi *Franciscus Iunius* lib. II. contra Bellarmin. de verbo dei cap. 5 sq. et *Sam. Petitus* (IV. 8.) cap. 28. var. lect. suspicati sunt, Pentateuchum sub Philadelpho; at libros veteris testamenti propheticos et psalmos sub Herode, rege, demum translatos, et ab Eissenis quidem, vt coniecit Petitus, in graecum idioma fuisse. Alii, vt Serarius, [conf. *Hodius* pag. 573. *Scharf.*] sub Herode concinnatam volunt totius veteris testamenti versionem nouam graecam, priore scilicet LXX. interpretum deperdita. Verum, non alium: [P] habent huius sententiae suae fundum, quem locum Iustini Martyris apologia I. p. 72. in quo nisi lateat error librarii <sup>ll</sup>, necesse sit optimi doctoris parachronismum confusamque temporum rationem excusare. Sed vir insignis Iob. Ernestus Grabius in praeclara apologiae I. Iustini editione pag. 61. pro βασιλεύοντι Ἡρώδη legit ἱερεῖ et mox pro βασιλεύς Ἡρώδης reponit βασιλεύων ἱερεῖς. Sed, ne causer literas, longius recedentes, dubito, an Iudaeorum sacerdotem atque iterato quidem Iustinus βασιλεύοντα vocaturus fuisset. Illam igitur sub Herode concinnatam versionem graecam non minus, quam translationes graecas sacrorum librorum Ptolemaeo Philadelpho antiquiores

kk) Ez. Valenti. Vid. not. ad Cappelli append. crit. sac. p. 1. edit. Hal. Praeter hunc eandem coniecturam, parum probabilem, proposuisse Lambert. Danaeum et Ioh. Owenum, didici ex *H. Hodio* de bibliorum textibus originalibus pag. 276. et *I. C. Wolfio* biblioth. hebr. part. II. pag. 446. *Scharf.*

ll) Nupero editori Parisiensi operum Iustini M. p. 62. et *Christ. Guil. Thalemanno* p. 28. ed. Lips. apolog. videtur e margine in contextum irreplisse saltem post βασιλεύς redundans vox Ἡρώδης, quam imperitus quidam librarius adscripserit, quum nesciret, pontificem quoque regem adpellari posse: Herodem autem posuisse, quia hoc tunc fue-

rit nomen commune omnium Iudaeae principum. Grabii coniecturam probat *Sim. de Magistris* apolog. sententiae patrum de septuagintaurali versione pag. 353. ita, vt etiam ἀρχιερεῖ pro Ἡρώδη legi posse censcat, exemplo *Philonis, quem Iustinus Martyr nominatim testem appellat.* Sed Iustinum memoria lapsum esse, agnoscunt *Iof. Scaliger* ad Euseb. chron. p. 132. *H. Hodius* de bibliorum textibus originalibus pag. 196 sq. et *B. Montefalconius* proleg. hexapl. cap. III. §. 4. neque *Sam. Petitus* quidem negare audet, cuius coniecturae, modo commemoratae, locum fecit Iustini error, var. lect. IV. 8. edit. Paris. siue cap. 28. pag. 386. tom. VII. crit. sacror. edit. Francof. *Scharf.*

antiquiores commentis adscribere non dubito. Saluo itaque alicrum iudicio, videtur mihi esse exploratissimum, non aliam nos habere translationem, quam veteres omnes et Iosephus ipse pro septuagintaurali habuerunt, licet varia, vt fit, tractu temporis irruperint sphaemata, nec paucae interpolationes, aliis codicibus plures, aliis pauciores fuerint illatae. Compositam autem mihi persuadeo versionem illam vniuersorum librorum antiqui foederis, neque a LXX. viris, siue coniuncto studio et labore, siue per cellulas diuisis, neque ab vno eodemque <sup>mm)</sup> auctore, quod diuersa nimis ratio <sup>nn)</sup> interpretandi easdem phrasas et vocabula euincit: [praeter Hodium multis exemplis hoc docuit Lamb. Posius praefat. ad editionem Franequeranam versionis septuagintauralis cap. I. *Scharf.* Id iam *Hieronymus* comment. ad Ezech. 16, 13. docuit; adde *Ernesti* Interpr. N. T. part. III. cap. 7. *Kenricott* diss. II. p. 31. et *Ge. Christ. Knappii* diss. de versione Alexandrina in emendanda lectione exempli hebraici caute adhibenda. Halae 1775. et 1776. *Eichhornii* Einleitung in das A. T. §. 164. Quin *Oweinius* in a *brief account* etc. 1787. docere voluit, non vnum, sed plures fuisse interpretes Pentateuchi. *Pfeiff.*] sed admodum tralatitiae, Alexandriae vt videtur <sup>oo)</sup> a variis, etsi haud multum diuerso fortassis tempore, non tam in regis Aegypti, quam suum Iudaeorum, aut Profelytorum <sup>pp)</sup> vsu, quibus graeca familiariora esse incipiebant, vt, quando in synagogis siue Paraschae ex lege, siue Haphtarae propheticae idiomate hebraico praelegerentur, singulos versiculos graeca <sup>qq)</sup> posset excipere interpretatio <sup>rr)</sup>. Vtrum vero interpretatio illa tota iam perfecta fuerit tempore Ptolemaei Philadelphi, vt veterum suadent testimonia, an paullo serius; vel sub Ptolemaeo demum Philometore <sup>ss)</sup>, qui in agro Heliopolitano Iudaeis permisit templum condere, tempore Iudae Maccabaei, impleturus veluti vaticinium Eliae XIX. 19. certo definiiri non potest: [Vide, quae hac de re contra Hodium disputat *F. V. Reinhardus* diss. I. de *versionis Alexandrinae auctoritate et usu in constituenda librorum hebraicorum lectione genuina* §. 5. *Scharf.* — De tempore versionis conf. *Perizonium* ad Aelian. III. 17. *Semlerum* in adperatu ad liberalem V. T. interpretationem lib. III. cap. x. *Mücke* l. c. pag. 65 sqq. Quum vero certum sit, varios fuisse variorum librorum interpretes, etiam tempus varium constituendum est. *Pfeiff.*] — Id saltem negari nequit, quod Sirachides, nepos, quum prologum suum scriberet sub Euergete, Philometoris successore, libri prophetici iam in graecam transcripti linguam exsisterent.

## VI. Iam

mm) Hodius pag. 201 sq.

nn) Hodius pag. 204—217.

oo) Hodius pag. 112 sq.

pp) *Salmasius* funere linguae hellenisticae pag. 190 sqq.

qq) Confer Hodium pag. 224 sq. 240 sq. et pag. 175.

rr) Est haec *Rich. Simonis* hist. crit. V. T. lib. II. cap. 17. et disquisit. crit. de variis bibliorum editionibus cap. 16. pag. 135 sq. opinio, quam *H.*

*Hodius* de bibliorum text. original. p. 240 sq. repudiat, nescio, quam bene. Conf. *Ioh. Chr. Wolfii* biblioth. hebr. part. II. pag. 445. [Ex thalimide Hierosol. in *Mass. Sota*, cap. 8. *Waltonus* iam id docuit in apparatu biblico. *Starkius* l. c. p. 123. idem ex Iustini imperat. nou. CXLVI. perspicuum esse adstruit. *Pfeiff.*] Sed id quod *Lightfootus* temere negabat, versionem septuagintauralem a Iudaeis lectam esse in synagogis, Hodius locis veterum scriptorum satis claris ostendit l. I. pag. 224 sqq. *Scharf.*

ss) Ant. van Dale lib. de Aristea pag. 167. Hodius pag. 189.



VI. Iam editiones huius versionis breuiter enarrare operae est pretium. Sunt autem praecipue tres <sup>tt)</sup> <sup>uu)</sup>, e quibus reliquae omnes profluxerunt. [¶]

1) COMPLVTENSIS <sup>vv)</sup>, in bibliis Polyglottis Complutensibus studio cardinalis Francisci Ximenii ann. 1514—1517. fol. editis et Leoni decimo inscriptis, 6. Volum. quae dicuntur constituisse summa aureorum amplius 50000. In his vulgata versio latina posita in medio est, et ex altera parte graeca, ex altera parte hebraica. *Mediam*, inquit Ximenius praef. ad lectorem, *inter has latinam beati Hieronymi translationem velut inter synagogam et orientalem ecclesiam posuimus, tamquam duos hinc et inde latrones, medium autem Iesum, hoc est romanam siue latinam ecclesiam collocantes.* Graecis praeterea, (vti hebraicis quoque,) adposita est versio latina interlinearis, quae maximam partem debetur Lopidi Stunicae, Iohanni Vergarae, cui libri sapientiales explicandi sunt commissi, et Ferdinando Nunnesio de Guzman, siue Ferdinando Nonio Pintiano, vt testatur Aluarus Gomefius de Castro in vita Ximenii pag. 43. et Nic. Antonius bibl. hispan. tom. I. pag. 293. graeca e variis exiniis codicibus MSS. recensuerunt, praeter eundem Ferdinandum, Demetrius Cretensis, Lopes Stunica et Franciscus Vergara Iohannis frater: at saepius contra librorum scriptorum <sup>ww)</sup> fidem immutarunt, quo magis conuenirent cum hebraeo. [Profitentur quidem editores Complutenses, se, quod ad graecam scripturam attinet, non vulgaria seu temere ablata exemplaria, sed vetustissima simul et emendatissima sequutos esse. Vide I. E. Grabii prolegom. ad Octateuch. cap. 3. §. 1. et Rich. Simonis hist. crit. Vet. Test. pag. 523 sq. Sed quum eorum indolem admodum negligenter descriperint, non liquet, vtrum audiendi sint ii, qui nunc exemplar graecum complutense suspitione corruptionis et lectionis passim ad contextum hebraeum refictae

tt) Nunc vero, postquam Vetus Testamentum graecum e codice Alexandrino diligenter expressum et a Ioh. Ern. Grabio emendatum ann. 1707—1720. Oxonii prodiit, editiones principes, e quibus reliquae omnes fluxerint, quatuor esse constat. De his praeter *Hodium* l. I. *Ioh. Morinum* exercitat. bibl. lib. I. exercit. 9. cap. 1. *Iac. Vsserium* syntagm. de graeca LXX. interpretum versione cap. 8. Br. *Waltonum* prolegom. bibl. IX. §. 28—30. *Rich. Simonem* hist. crit. Vet. Test. lib. II. cap. 3. pag. 192. et adpend. pag. 523. edit. Rotterod. quos fere sequutus est Fabricius, exposuerunt *Lamb. Bosius* prolegom. ad editionem Franequeranam versionis septuagintaualis cap. 2. *Ioh. Ern. Grabius* prolegom. ad Octateuchum cap. 3. §. 1—3. et, vt nihil dicam, de Ioh. Gottl. *Carpzouio*, Ioh. Gottfr. *Eichhornio* aliisque philologiae, criticae et hermeneuticae sacrae scriptoribus, omnium copiosissime *Andr. Gottl. Maschius* in *bibliotheca sacra post Iacobi le Long et C. F. Boernerii iteratas curas ordine disposita, emendata, suppleta et continuata*, part. II. vol. II. Haec igitur imprimis adeunda est iis, qui editiones, a Fabricio non commemoratas, cogno-

scere voluerint. Nam nobis quidem non eam exscribere, sed insigniores tantum editiones, quae post aetatem Fabricii prodierunt, breuiter pro instituti ratione describere placet. *Scharf.*

uu) Hodius pag. 634—639.

vv) Editioni Complutensi antecessere variae psalmodum editiones, quarum prima, quod scio, graeco-latina, etiam latina e recognitione *Io. Crestoni*, Placentini monachi, Mediolani 1481. 4. vel fol. min. prodiit, memorata *Bern. de Montfaucon* pag. 410. Diarii Ital. et *Maittaire* Annal. tom. I. p. 160. Hanc secuta *Alexandri* ex Candace, vrbe Cretae. Venet. 1468. 4. et *Aldina* sine temporis nota. 4. Alia psalterii graeca his nominatis addit *Maschius* bibl. sacr. tom. II. vol. II. pag. 311 sq. *Pfeiff.*

ww) Vide Flam. *Nobilium* praef. ad vers. latinam edit. Sixinae, *Vsserium* de LXX. interpr. versione cap. 8. *Iohannem Morinum* exerc. bibl. p. 202 sq. *Walton.* prolegom. IX. §. 28. *Rich. Simonem* in catalogo praecipuarum editionum biblicarum, ad calcem libri tertii hist. criticae Vet. Test. et tom. I. bibl. selectae p. 79. et 214. tom. II. censurae bibl. *Eecl. Dupiniana* pag. 494.

refectae liberandum censent, vt *I. G. Eichhornius* introduct. in Vet. Test. part. I. p. 330. (p. 351. ed. secund.) et *P. I. Brunsius* repertor. bibl. et orient. literat. part. III. p. 174. part. VIII. p. 109. part. XIII. p. 178 sq. an *I. Morinus*, *Br. Waltonus*, *Rich. Simon* et alii, qui illud omnium maxime deprauatum esse contendunt. Qua de re vt lectores ipsi iudicare possint, paucis ostendam, quam rationem Complutenses sequuti sint in edenda versione septuagintaurali. Primum igitur, quia biblia polyglotta componebant, ordinem librorum, capitum atque adeo sententiarum immutarunt, vt graeca hebraeo et versioni vulgatae responderent. Deinde longius progressi, lacunas versionis septuagintauralis expleuerunt verbis aliorum interpretum: in quo eos passim, vt in libro Iobi, grauiter peccasse monet *I. E. Grabijs* prolegom. ad tom. IV. versionis septuagintauralis cap. 3. §. 1. et dissert. de variis vitiis LXX. interpretum, versioni ante Origenis aeuum illatis, pag. 68. vbi in editione Complutensi versionis graecae Ieremiae pauca supplementa recte se habere, sed plura ex ingenio nuper confecta sibi videri, certe non e MSS. codd. Origenianis depromta esse adfirmat. In eo autem ab Origenis instituto, quod caeteroquin imitari voluisse videntur, discesserunt, quod additamenta LXX. interpretum, obelo notanda, saepenumero rescuerunt, recte hac de re reprehensi ab *Andr. Massio* multis locis adnotationum in versionem graecam Iosuae, ac praeterea, vt *Flam. Nobilijs* verbis vtar, *delectu ipsarum etiam dictionum habito, collatisque exemplaribus non modo bibliorum, sed etiam graecorum commentariorum, vbi varia se offerebat lectio, eam probarunt ac retinuerunt, quae ad hebraicam propius accederet.* Huius quidem generis exempla si quis desideret, legat *Vsserium* l. I. pag. 81—83. edit. Lond. et quae nos passim notauimus ad *Lud. Cappelli* critic. sacr. lib. IV. et alibi, vt lib. VI. p. 993. vbi lectionem ab ingenio correctoris profectam nobis obseruasse videmur. *Scharfenb. J. D. Michaelis* in Einleitung in das N. T. pag. 775. edit. quartae, obseruat, codices, quibus vsi sunt editores, quod ad maiorem adtinet numerum, nobis ignotos esse; quo plures vero conferantur et iam collati sint, eo saepius lectionem Complutensium confirmari. Idem plura de hac celebri editione l. c. adfert, vltiora et pleniora daturus in introductione in V. T. nisi morte fuisset abreptus. Adde *Eichhornii* Einleitung in das A. T. §. 181. Faciem huius editionis externam descripserunt *Goetzus* in Verzeichniß seiner Sammlung seltener und merkwürdiger Bibeln. Halle 1777. 8. et *Maschius* l. c. tom. I. pag. 332. qui et plures, de ea agentes, nominat. Adde *Seb. Seemiller* progr. notitiam hist. crit. litt. de Biblijs Polygl. Complutens. exhibens. Ingolstadt. 1785. *Walchii* bibl. theol. sel. tom. IV. p. 167. Quibus addendi ii, qui de rebus gestis cardinalis Ximenii scripserunt, historici, *Gomelius*, *Fleischier*, *Marfolier*, von der *Hardt*; varia etiam inuenies, quae ad graecam horum bibliorum versionem pertinent, vel obiter memorata apud scriptores, qui in caussa *Io. Melch. Goetzii* et *Io. Sal. Semleri* de editione Complut. N. T. scripserunt, quos vero hic adducere, non est locus. *Pfeiff.*] — Versio latina separatim prodiit Basileae apud *Andream Cratandrum* ann. 1526. 4. et comparat hinc inde mutata etiam in editionibus bibliorum graecolatinit Basileensibus ann. 1550. et 1582. 8. quatuor Vol. licet graeca ipsa ibi referant editionem, (de qua mox,) Aldinam. Vestigijs editionis Complutensis praeterea insunt biblia regia polyglotta Antwerp. 1569—1572. fol. Voluminibus octo, in quibus hebr. chald. graec. lat. et Nouum Testam. syriace literis Syrorum et Hebraeorum descriptum. Occurrunt et ibidem *Guilelmi Sireleti* notae in graecam psalmodum editionem. *Fabric.* [Praeterea in his biblijs polyglottis (tom. III. adparatus sacri) itemque Parisiensibus, quae mox commemorabuntur, versioni septuagintaurali additus est libellus variarum lectionum a *Guil.*

*Cantero* collectarum e tribus codd. MSS. de quibus vide *J. E. Græbii* prolegom. ad Octateuchum cap. III. §. 1. *Scharf.* — Transmisit etiam cardinalis *Grauellanus* *Ariæ Montano* bibliorum graecorum exemplaria suis impensis ex codd. Vaticanæ bibliothecæ descripta et accurate inter se collata. Inde fit, vt saepius a recensione *Complutensi* diversam edant lectionem *biblia Antwerpiensis*, cura *Plantini* excusa cuius in promptu, si locus, essent exempla. Vid. praef. *Ariæ Montani* et *Masch.* l. c. tom. I. pag. 345. *Clement* bibl. curieus. vol. IV. pag. 176. *Schellhornii* amoenit. litt. tom. II. pag. 398. bibl. *Selgerianam* tom. I. pag. 1. *Rinckii* catalog. pag. 3. et *Henr. Fr. Koccheri* analecta ad *Wolfii* bibl. hebr. vol. II. *Pfeiff.*]

*Biblia hebraeo-graeco-latina cum notis Vatabli*, et ad apocrypha *Claudii Baduelli* ann. 1588. fol. apud *Commelin* et 1596. fol. *Geneuae* ex officina *Sanct-Andreanae*, II. Volum. *Fabric.* — *Fabricium* hic errasse, monet *A. G. Maschius* *bioblioth. sac. part. II. vol. II. pag. 265.* Nam, si fides habenda est *inscriptioni*, *biblia hebraice, graece et latine*, primum ann. 1586. iterum ann. 1587. ex officina *Sanct-Andreanae* prodierunt fol. tribus voluminibus; neque ab his differunt *biblia*, vt vulgo vocant, *Commeliniana*, quae deinceps commemorantur a *Fabricio*, et latius describuntur *bioblioth. sac. part. I. cap. 3. pag. 384 sqq. Scharf.* adde *Walchium* *biobli. theol. select. tom. IV. p. 174.* *Fabricius* ipse in suo exemplari annos 1586. et 1599. in nota insta adposuit. *Pfeiff.*

*Biblia Commeliniana* ann. 1599. et 1616. fol. III. vol. hebraea et graeca cum latina versione vulgata et *Pagnini*, notisque *Vatabli*. [Huc referenda *biblia polygl. Wolderi*, quae *Fabricius* ad *Aldina*, sed falso, retulit, vt mox dicam. *Pfeiff.*]

*Biblia Polyglotta Parisiensis* ann. 1645. fol. decem voluminibus, hebraea, samarit. graeca, chaldaea, syriaca, arabica et latina exhibitibus<sup>xx</sup>. [P]

a) *ALDINA*, *Venetis* ann. 1518. fol. ab *Aldo* accurate ita, vt in *MSto* codice inueniatur, eoque licet ab hebraicis et latinis codicibus passim dissidente ordine, cura *Andreae Asulani* fideliter edita, sine latina versione. *Fabric.* — Ex *Andreae Asulani* verbis: ego multis vetustissimis exemplaribus collatis *biblia*, et vulgo appellant, *graecæ, cuncta descripsi, atque in unum volumen reponenda curavi.* *J. E. Græbii* prolegom. ad *Octateuch.* cap. III. §. 2. recte colligit, eum non idem ubique exemplar sequutum esse; sed ex variis vnum constasse, cuius censura valde difficilis sit, quum ipse non ostenderit, quanam fuerint vetustissima illa exemplaria, vnde ea acceperit, et qua ratione iis usus sit. Recte, vt opinor, *A. Maschius* praefat. ad vers. *graecam Iosuae* p. 123. *Aldinam*, et quae ex hac fluxerint, editiones *similibus quidem interpretationis LXXII. seniorum* septuagintaualis exemplum esse, sed *haud purum, neque ab omni admixtione verborum Theodotionis liberatum* pronuntiat: cui *Iac. Vferius* *syntagm. de graeca septuaginta interpretum versione* p. 84 sq. sic adsentitur, vt illam non solum verbis

Q 999 2

xx) *Conf. Freytagii* analecta lit. p. 9 sq. *Magnum* quatuor epistolae de ingenti bibliorum opere. *Hartii* orient. exeget. bibl. part. II. p. 314. *de Bure* *biobliographic instructive.* Vol. *Theol.* tom. I. pag. 14. *Babilon* in *Musci Italici* tom. I. p. 93. refert, *bibliopolis* in *Belgio Alexandro VII. pontifici*, solum facere conatos hanc editionem

cum titulo, ita mutato: *Biblia Alexandrina septuaginta*, auspiciis *S. D. Alexandri VII. anno* sessionis eius *XII. feliciter inchoato*, *MDCLXVI.* novaeque epistola *dedicatoria praemissa*, ipsi obtulisse. *Walchius* l. c. pag. 171. *Masch.* tom. I. pag. 349. et ibi egregiam *Le Longii* *dissert. de Polygl. Paris.* *Pfeiff.*

aliorum interpretum, sed etiam glossis, aliunde ductis, interpolatam esse doceat. *Scharf.* conf. *Maittaire* Ann. typogr. tom. II. pag. 311. *Wedekind* Verzeichn. von raren Büchern, pag. 575. *Sinceri* Sammlung von raren Büchern pag. 255. *Clement.* bibl. cur. tom. IV. pag. 14. et *Maschium* tom. II. vol. II. Editio admodum rara. *Pfeiff.*

Hanc secutae sunt: *Argentinenfis*, graeca, ann. 1526. 8. quatuor vol. cura *Ioh. Loniceri*, sed qui in ordine ad hebraicos codices reuocando libertatem sibi permittit, ut eius exemplo deinceps alii.

*Basileensis*, graeca, ann. 1545. fol. apud Heruag. cum Philippi Melancthonis praefatione. *Fabric.* Ex iis, quae *Grabius* l. l. disputat, adparet, hanc editionem Basileensem ductam esse ex Argentoratensi, quam Fabricius primo post Aldinam loco commemorare debebat: et ordo hic inuersus olim erat. Nam non solum in ordine librorum ad normam versionis germanicae Lutheri mutato consentit cum Argentoratensi, exceptis aliquot capitibus prouerborum Salomonis et ecclesiastici, quae in editione Basileensi ad seriem hebraicae lectionis reuocata sunt; sed etiam variis lectionibus, Grabio iudice non spernendis, quas *Ioh. Lonicerus* ex vetustissimis bibliis graecis cum Aldina editione collatis excerpserat, alias addit. Variarum lectionum, editioni Argentoratensi adiectarum, exempla protulit *I. C. Doederlinius* in emendationibus et supplementis hexaplorum Origenianorum, repertor. bibl. et orient. literat. part. I. nr. 7. *Scharf.*

*Basileenses*, graecolatinae, 1550. et 1582. 8. apud Brylingerum, quatuor volum. *Fabric.* Grabio auctore is, quo curante versio septuagintauralis prodiit ex officina Brylingeriana, Basileae ann. 1550. nonnisi sic ab editione Heruagiana discessit, ut postrema Exodi capita redigeret in ordinem, contextui hebraico conuenientem, et varias lectiones prorsus omitteret. De versione latina, huic editioni adiecta, latius differit *Ioh. Morinus* exercitat. biblic. p. 199. *Scharf.*

*Hamburgensis*, in bibliis quadrilinguis *Dauidis Wolderi* ann. 1596. fol. exhibens hebraica, graeca, latinam vers. Vulgatam et Pagnini, Lutherique germanicam. *Fabric.* At, ut *A. G. Maschius* biblioth. sacr. part. II. vol. II. pag. 265. monet, Wolderus versionem graecam ex bibliis Polyglottis Antwerpensibus describendam curauit. Quare haec editio referenda est ad Complutensem recensionem, non ad Aldinam, ut Fabricius ab Hodio, deceptus, opinabatur. *Scharf.* — Nec sic recte; ipse enim Wolderus in praefatione ait, se *Plantinianam*, ergo Antwerpensem, editionem esse secutum, quod, correctior quidem quae esset, nulla sese ipsi offerret. Hoc ipsum *αὐτοψία* mihi testatum fecit. Elegans ceterum et nitida editio, de qua *Baumgarten* in Nachrichten vol. I. p. 306. *Reimmann* catal. bibl. theol. p. 199. Ab Aldina eam in quibusdam differre, iam notauit *Outhouius* in bibl. Bremensi tom. II. p. 221. *Pfeiff.*

*Francofurtensis*, graeca, praestantissima ann. 1597. fol. typis nitidis emendate excusa et versiculis distincta, instructaque variis lect. et scholiis a *Francisco Iunio* <sup>yy</sup>, ut nonnulli existimant, siue ut alii, (dubito an verius <sup>zz</sup>) a *Friderico Sylburgio*. Ordo Aldinae edit. nonnunquam

yy) Franc. Iunio tribuunt *Allatius* de purgatorio pag. 889. et *Vfferius* synt. de LXX. interpr. pag. 83. Conf. de ea *Maschium* l. c. pag. 272. et quos ibi citat, maxime *Freytagii* apparatus litt.

tom. I. pag. 137. Ad hanc editionem adernatae sunt concordantiae graecae LXX. interpr. *Kirchero-Trommianae*. *Pfeiff.*

zz) Vid. Le Long pag. 430. edit. Lips.

nunquam immutatus est, et quatuor penultima Exodi capitula rescisis Aldinis ex Complutensi editione restituta, nec minus pars magna capitis XXIV. Prouerbiorum. *Fabric.* — Equidem hanc editionem, *Wechelianam* vulgo vocant, quae, vt praefatio docet, ducta est ex *Heruagiana* supra commemorata, praestantissimam adpellare non vna de causa dubito. Nam ne repetam id, quod de contextu Aldino interpolato et mutilato ab aliis, inprimis *Grabio*, dictum est, editor ille, nobis ignotus, non ostendit, vt par erat, loco quoque, e quibus libris petitae sint variae lectiones, hisque temere admiscuit coniecturas suas, ita, vt nescias, qua ratione has ab illis discernas. Qua re in fraudem inducti viri quidam docti coniecturas editoris *Francofurtenfis* pro variis lectionibus codd. MSS. venditarunt. Sic *L. Cappellum* non raro errasse, monui praefat. ad tom. II. crit. sac. pag. 8. et alibi passim in notis ad hunc librum, vt pag. 1026. *Scharf.*

Denique *Francofurtensem* referens *Veneta* anni 1687. fol. apud *Nicolaum Glycam* siue *Dulcem*: de qua consule, si placet, acta eruditor. tom. II. supplementi pag. 275. a *Photianis* curatam notat *Nic. Comnenus* <sup>aaa)</sup> praenot. mystagog. pag. 289.

[Ad Aldinam denique recensioem referenda sunt *El. Hutteri* biblia Polyglotta. sex linguis edita, *Norimb.* 1599. fol. quorum tantum primus tomus, *Pentateuchum*, *Iosuae*, *Iudicum* et *Ruthae* historias continens, prodiit. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten tom. I. pag. 314. *Maschius* l. c. tom. I. pag. 390. *Welfi* bibl. hebr. tom. II. pag. 345. et ad eum *Kocherus* pag. 55. adde *Walchii* bibl. theol. l. c. pag. 175. *Clement.* tom. IV. pag. 184. *Unschuldige* Nachrichten ann. 1716. pag. 392. Operis raritatem omnes testantur. Existare etiam, refert *Walchius*, libellum epistolarem, quo continentur aliquot magnorum virorum litterae, quibus iudicium de *Elianis* bibliis exponitur. *Francof.* 1587. et *Norimb.* 1604. 8. Textus graecus non presse sequitur Aldinam editionem, sed ex editoris systemate, qui harmonicum opus edere in votis habebat, modo ad hebraici textus ordinem reuocatur, modo ad alias editiones, maxime *Francofurtanam* *Wechelianorum*, emendatur; de regula vero Aldinam exprimit. *Pfeiff.*]

3) ROMANA, e Msto codice eximio Vaticano mille amplius annorum recensita <sup>bbb)</sup>, adhibitis praeterea Veneto Card. *Bessarionis*, aliisque vetustis codicibus, e quibus etiam, quae

Q 999 3

in

<sup>aaa)</sup> Vaticanum codicem ab haereticis non vno loco corruptum legas in epistolis latinis tom. II. pag. 80. et 84. nec semper sinceram τὴν ὁ versionem, pag. 87. 113. exhibere, neque adeo varias lectiones collectas a *Maiorano* (episc. *Melphitensi*) esse vulgandas, pag. 80. De iisdem variis lectionibus p. 54. 16. 12. videndus etiam *Petr. Galestinii* de bibliis graecis LXX. interpr. Sixto V. pontifice maximo editis commentarius, et de illo censura *Rich. Simonii* in bibl. select. tom. I. cap. 13. pag. 78. id. bibl. crit. cap. 19. Adde *Maschium* tom. II. vol. II. p. 276. qui consummatam fere de hac editione et codicis Vaticani collatione historiam dedit. *Pfeiff.*

<sup>bbb)</sup> Neque tamen, vt editores Romani in

praefatione profitentur, hanc editionem tam diligenter expressam esse e codice Vaticano, vt ne latum quidem unguem ab huius libri auctoritate discederetur, exemplis docuit *I. E. Grabius* epist. ad *I. Millium*, qua ostenditur, libri *Iudicum* genuinam LXX. interpretum versionem eam esse, quam MS. cod. *Alexandrinus* exhibet p. 48 sq. et nuper agnouit *Sim. de Magistris* praefat. ad *Danielem* secundum septuaginta e codice *Chifiano* Romae editum pag. 33. De codice Vaticano confer *B. Kennicotti* diss. II. super ratione textus hebraici *Vet. Test.* pag. 391 sqq. vers. lat. et quae praeter hunc laudat *F. A. Strothus* repertor. bibl. et orient. literat. part. V. pag. 104 sq. *Scharf.*

in illo deerant (vt capita prima XLVI. Geneseos, Psalmi CV — CXXXVIII. et libri Macca-  
baeorum) supplere licuit. Auspiciis *Sixti V.* pontificis, cura *Card. Carafae, Flamini Nobi-*  
*bili*, aliorumque virorum doctorum<sup>ccc)</sup> prodit graece cum scholiis graecis, per codices  
MStos collectis, Romae ann. 1587. fol. typis perquam nitidis. Haec editio prae reliquis pu-  
rior et integrior merito videtur viris doctissimis<sup>ddd)</sup>, licet et ipsa suis non destituatur naeuis,  
nec veterem [P] sinceram per omnia referat, vt praeter alios *Vfserius* cap. 8. syntagm. de  
LXX. interpretum versione demonstrat. Post anni spatium latinam versionem a se et ab *An-*  
*tonio Carafa* elucubratam atque ex antiquis doctoribus latinae ecclesiae, quantum fieri licuit,  
collectam, velut in compensationem perditae veteris *versionis Italae*<sup>eee)</sup>, edidit *Flaminus No-*  
*bilius*, Lucensis, Romae 1588. fol. additis scholiis et adnotationibus quantivis pretii.

Haec editio graeca pariter et latina vna cum scholiis iunctim recusa est, capitumque  
versiculis distincta *Parisiis* ann. 1628. fol. III. volum. curante *Ioh. Morino*, qui in praemissa  
praefatione hanc longe purius, quam reliquas editiones, verba et sententias LXX. inter-  
pretum referre disputat<sup>fff)</sup>. Versionem latinam, in hac Parisiensi editione occurrentem,  
male

ccc) *Richardus Simon* in epistolis selectis, lib.  
I. pag. 179. et 243. testatur, in illis bibliis grae-  
cis elaborasse praeterea *Petrum Morinum*, tum  
pag. 182. *Ioh. Maldonatum* et pag. 240. *Antonium*  
*Agellium*, qui in suo ad psalmos commentario te-  
statur, in codice illo antiquissimo a recentiore  
manu plurima fuisse deprauata ad libros recentio-  
res. *Fabric.* Vide *Petri Morini* ad Sixtum V.  
papam, de LXX. interpretibus et graecorum bi-  
bliorum editione epistolam, quae inserta est eius  
opusculis et epistolis, studio *Iac. Quetif* editis, Pa-  
risi. 1675. 12. pag. 303 — 312. *Scharf.*

ddd) *Ioh. Morino*, *Br. Walton* et aliis com-  
memoratis ab *H. Rodio* de bibl. text. origin. pag.  
636 sq. quibus addendus est *Lamb. Bosius* prolegom.  
ad editionem Franqueranzam versionis septuaginta-  
vocalis cap. 2. Sed *I. E. Gravius* epist.  
ad *I. Millium* pag. 47. editionem Romanam adpel-  
lat corruptissimam, *Is. Vossius* de septuaginta inter-  
pretibus diss. pag. 56. omnium editionum maxi-  
me corruptam et p. 78. omnium vitiosissimam, vbi  
omnino *L. Cappellem* recte reprehendit in eo,  
quod nimium tribuerit huic editioni. His equi-  
dem assentiri malim, quam *Ioh. Morino*, qui  
Romanam editionem reliquis praestare censet,  
quia exscripta sit ex Origeniana, quae semper  
habita sit sincerissima, epist. ad *Patr. Iunium* pag.  
281. antiquitat. eccles. oriental. edit. Lond. 1703.  
Nam nulla editio longius, quam Romana, aber-  
rat ab Origeniana, et propius accedit ad *novum*,  
hoc est, vt Hieronymi verbis utar, veterem cor-  
ruptam editionem: quamquam neque hanc pu-  
ram refert; sed passim interpolatam ex editione

hexaplari, vt praeter *Vfserium* et *Grabium* exem-  
plis docuit *Bern. Montefalconius* proleg. hexapl.  
cap. IV. §. 5. vbi recte monet, ex mutationibus,  
quibus locum dedit recensio Origeniana, euenisse,  
vt editio LXX. interpretum pura, et, qualis erat  
ante Origenem, hodie frustra quaeratur. Conf.  
etiam repertor. bibl. et orient. literat. part. VIII.  
pag. 109. *Scharf.*

eee) Vetus Itala vocatur versio latina graecae  
interpretationis bibliorum et versio noui testa-  
menti, qua ante Hieronymum per Italiam et aliis  
in locis vsa est ecclesia latina. Confer *Walton*.  
prolegom. IX. 31. *P. Pithoeum* de latinis S. bi-  
bliorum interpretibus, *Rich. Simonem* hist. crit.  
V. T. libro II. cap. 11. et lib. II. hist. crit. N. T.  
pag. 90. etc. *Hodium* pag. 342 sq. *Fabric.* Qui  
post *Flaminium Nobilium* ad nostra vsque tempo-  
ra in restituenda versione Itala elaborauerint, et  
quid praestiterint, ostenderunt *I. L. Mosheimius*  
commentar. de rebus Christianorum ante Constan-  
tin. M. p. 225 sqq. *I. S. Semlerus* apparat. ad li-  
beralem Vet. Test. interpretationem p. 307 sqq.  
*A. G. Maschius* bibl. sacr. part. II. vol. III. cap. 1.  
*Scharf.* S. Hieronymus psalterium bis e LXX.  
vertit ac recensuit: primum Romae, deinde ma-  
iori studio Berlehem. Priore versione vtuntur  
Romae, Mediolani, Venetiis: posteriorem conti-  
nent psalterium quod vocant Gallicanum. Vid. *Cal-*  
*met* diss. de antiquis psalmorum versionibus,  
Mem. de Trev. 1718. Iul. p. 57. *Starkii* carmina  
Dauidis etc. pag. 295 sqq. *Pfeiff.*

fff) Latius hoc demonstrare conatus est exer-  
cit. bibl. lib. I. exercit. 9. de Romanae LXX. inter-  
pretum

male ad Morinum, velut auctorem, refert Lambecius lib. III. commentar. de bibl. Vindob. pag. 16.

Expresferunt <sup>668</sup>) praeterea Sixtinam siue romanam, graeco-latina *Londinensis* in Polyglottis *Briani Waltoni* ann. 1657. fol. VI. volum. quo in opere praeter Nobilii scholia, e Ioh. Drusii scriptis locupletata, adiectae sunt variae lectiones ex MSto antiquissimo graecae versionis Alexandrino, et ex editione Complutensi et Aldina, tum e MSS. Cottoniano per Genesin, Cantabrigiensi per libros Chron., Rupifucaldiano per Elaiam, et cardinalis Barberini, per minores prophetas, Andreae Massii in Iosuaam, et Patricii denique Iunii notae eruditissimae in graecam, quam parabat e MSto Alexandrino editionem, sed quas dolendum est non produxisse ultra caput XIV. Numerorum.

Graeca *Londinensis* ann. 1653. 8. typis nitidis, sed quae in ordine librorum, psalmodum numero et aliis nonnullis a romana recedit, ut notauit *Vfferius* syntagm. de LXX. interpretum versione cap. 9. *Fabric.* Idem monuerunt *I. E. Gravius* prolegom. ad Ostateuch. cap. III. §. 3. et *Lamb. Bosius* prolegom. ad editionem Franequeranam versionis septuaginta. cap. II. vbi etiam editiones, deinceps commemoratas, Cantabrigiensem et Amstelodamensem, strictim attigit. Ceterum auctore *A. G. Maschio* biblioth. sacr. part. II. vol. II. pag. 285. scholia editionis Romanae adiecta sunt ad calcem *exemplarium quorundam* editionis Londinensis, scilicet eorum, quae impressa sunt quaternis, ut adparet ex iis, quae Longius narrat pag. 228 sq. Caue I. pag. 78. in Londinensi LXX. editione anni 1653. 8. *Scharf.*

*Cantabrigiensis*, itidem graeca, Londinensem presso pede sequens, cum luculenta Ioh. Pearsoni praefatione, in qua de vsu et auctoritate graecae versionis agit, et loca quaedam illius erudite vindicat ann. 1665. 12. II. volum.

*Amstelodamensis*, graeca, ann. 1683. 12. e Cantabrigiensi, vna cum praefatione Pearsoni, viri summi, ad verbum expressa, curante Ioh. Leusdenio, quod ipse testatur in philologo hebraeo-mixto pag. 32. [P] *Fabrie.* Caret apocryphis et scetet operarum vitiiis. *Pfeiff.*

*Lipsiensis,*

terpretum graecae latinaeque editionis integritate et praestantia, vbi haud dubie modum excedens editionem Romanam *opus admirandum et plane diuinum* adpellat p. 199. et in hac editione diuinam (conf. exercit. 8. in Iudaeorum de diuina LXX. interpretum translatione sententiam,) illam *LXX. interpretum translationem graecam, quam fieri potest ab omnibus mendis et irreptionibus castigatam et puram pristinoque nitore et integritati redditam* haberi adfirmat pag. 201. Paulo sanius haec de re disserit in epistola ad Patr. Iunium supra laudata pag. 285. sqq. Confer vitam Ioh. Morini, praemissam antiquitatibus eccles. oriental. pag. 9. et 71 sq. *Scharf.* Nonnulla exstant exemplaria, in quorum titulis non solum Morini nomen omissum, sed etiam adducti anni nota cum ann. 1641. permutata fuit. Conf. *Le Long*

bibl. S. pag. 193. *Maschius* l. c. tom. II. vol. II. pag. 295. *Walchius* pag. 138. *Goetzii* Merkwürdigkeiten der K. Bibl. zu Dresden vol. II. p. 198. *Clement.* bibl. cur. tom. IV. pag. 17. *Pfeiff.*

<sup>669</sup>) Non ipsam Romanam, sed *Parisiensem* Ioh. Morini editionem, ut ex variis iudiciis se collegisse dicit *I. E. Gravius* prolegom. ad Ostateuch. cap. III. §. 3. *Scharf.* Auctoribus, a *Maschio* tom. I. pag. 382. citatis, adde *Wood* in Fast. Oxon. part. II. Athen. Oxon. adiectis pag. 47. *Cronii* animaduers. phil. et histor. part. I. pag. 42. *Koenig* bibl. vet. et nou. voc. Walton. *Chaufepit* nouv. Diction. tom. IV. voc. Walton. *Hirtii* orient. und exeg. Bibl. tom. II. pag. 314. Bibl. *Macken.* pag. 125. *Woodii* notitia codicis Alexandrin. ex edit. *Spohnii.* *Pfeiff.*

*Lipsiensis*, e Londinensi ann. 1653. expressa, itidem graeca, ann. 1697. 8. cum scholiis graecis romanae edit. locis Scripturae S. parallelis et variis lectionibus, eruditaque praefatione amici nostri clariss. *Iohannis Frickii*, Vlmensis, qui nomen suum prae modestia dissimulavit, siue primoribus tantummodo litteris innuit. [vid. Acta erud. 1698. p. 74. *Baumgarten*. Nachrichten etc. tom. XI. pag. 100. *Pfeiff*.]

[*Franequerana*, quae cura *Lamberti Bosii* prodiit ann. 1709. 4. graece cum scholiis editionis Romanae, variis *MStorum codicum* (Alexandrini, Arundelliani, Barberiniani, Cantabrigiensis, Cottoniani, Marchaliani, (siue Rupifucaldiani) Massiani, Oxoniensis, Saraviani et exemplarium duorum Pentateuchi arabicorum, a P. Junio collatorum,) veterumque exemplarium, (Aldini, Complutensis et Francofurtensis,) lectionibus, nec non fragmentis versionum Aquilae, Symmachi, Theodotionis et caeterorum interpretum graecorum, prolegomenis porro, lectu dignis, de versione septuagintaurali, eiusdemque utilitate, praecipuis editionibus, codicibus manuscriptis, imprimis Vaticano et Alexandrino, et variantibus lectionibus: adiectis denique animaduersionibus, quibus loci nonnulli versionum graecarum V. T. emendantur aut illustrantur. Verum hic etiam prolegom. cap. II. diserte dicit, se textum exhibere purum codicis Vaticani secundum editionem Romanam, accuratum et a mendis repurgatum etc. nisi quod libros apocryphos in calcem voluminis reiecerit: tamen non ipsam Romanam, sed vel Parisiensem Ioh. Morini, vel Londinensem Waltoni editionem sequutus est, vt clare demonstravit *Io. Iac. Bretingerus* in praefat. ad tom. I. edit. Tigur. versionis septuagintauralis. Lectiones porro, diuersas ab editione Romana, omnes propemodum hausit e bibliis polyglottis Londinensibus, vbi eas parum diligenter notatas esse constat. Hinc etiam ipse sub finem praefationis commemoravit loca, in quibus biblia polyglotta minus recte exhibuisse lectionem Alexandrinam monuit *cl. Grabijs* in praefatione *Octateuchi* cap. 2. Sed ne sic quidem effecit, vt ad lectionem codicis Alexandrini recte cognoscendam carere villo modo potius vsura editionis Grabianae aut Bretingerianae. Idem, auctore Bretingero, tenendum est de variis lectionibus codicis Cottoniani, quas longe diligentius, quam Waltonus et, qui hunc negligentia superauit, Bosius, nuper descriptas dedit, *Henr. Owenus*, vt infra dicam ad §. X. Conf. Repertor. bibl. et orient. literat. part. XIV. p. 33 sq.

*Amstelodamensis*, siue, vt ab alijs adpellatur, *Vltraieffina*, graeca, quam *Dau. Millius* ex editione Franequerana L. Bosii exprimendam curauit ann. 1725. 8. duobus voluminibus. Praefationi adiectae sunt variae lectiones ad Octateuchum pertinentes, quarum aliae exceptae sunt e codice MS. Leidensi, aliae ab *Is. Vossio*, adscriptae margini editionis Romanae, sed e quo libro non constat. Conf. Repertor. bibl. et orient. literat. part. V. pag. 122. Colomes. Opp. pag. 886. catalog. bibl. Leid. pag. 2.

*Lipsiensis*, quae primum ann. 1730. iterum ann. 1757. 8. prodiit graece cum selectis cod. Alexandrini, edit. Complut. et Ald. variis lectionibus curante *Christ. Reineccio*. Hic editionem Romanam ita sequutus est, vt non solum contextum ex alijs libris interpolaret, sed etiam ordinem librorum, capitum et versusum codici hebraico aut versioni germanicae Lutheri adcommodaret: neque tamen negligeret loco quoque lectores hac de re admonere. [Acta erud. ann. 1750. pag. 433. *Kraftii* theol. Bibl. vol. VII. pag. 260. Sammlung von alten und neuen theol. Sachen. 1752. pag. 881. theol. Bücheraal. vol. I. pag. 1. *Pfeiff*.]

*Halensis*,



*Halensis*, graeca, quae ann. 1759. 12. prodit, non minus aberrans ab editione Romana, quam Londinensis minor et aliae, quas ex hac ductas esse Fabricius supra narrauit.

OXONIENSIS siue *Grabiana*, quam alii, quia ducta est e codice Alexandrino, aut, quae est quorundam opinio <sup>hh)</sup>, recensioem Alexandrinam ab antiquis scriptoribus commemoratam refert, *Alexandrinam* adpellant, prodit Oxonii ann. 1707 — 1720. quatuor tomis, fol. et 8. Graece cum prolegomenis, lectu dignissimis, in quibus non solum diligenter describitur codex Alexandrinus; sed etiam ostenditur, quo modo expressus ille sit in hac editione, qui libri aut editi aut manu scripti adhibiti sint ad illius vitia emendanda et lacunas explendas, et quibus locis confugiendum fuerit ad coniecturas. Tomum primum et quartum, quorum ille Octateuchum, hic libros in codice Alexandrino *σινυσιως* scriptos, canonicos et apocryphos, complectitur, ipse *Grabius* edidit, sed editionem secundi et tertii, quibus reliqui libri historici et prophetici argumenti siue canonici, siue apocryphi, continentur, curauerunt *Franciscus Leus* et alius, cuius nomen non proditum est, post mortem Grabii, e cuius schedis concinnata sunt prolegomena his tomis praefixa. Vid. Breitingeri praefat. ad tom. IV. vers. septuagint. Inierat autem Grabius hanc rationem versionis septuagintauralis e codice Alexandrino, quem Vaticano praestare censebat, quia propius ad recensioem Origenianam accedit, edendae, ut illum quidem, ubi integer et sanus esset, presse sequeretur; sed exemplo Origenis additamenta obelis et lacunas asteriscis notaret: ubi vero lacinosus et deprauatus esset, in ipso contextu litteris minoribus exprimeret supplementa et lectionem emendatam, vitiosa in marginem eiecta. In quo tamen, ut nihil dicam de locis, ut videtur, e libris non bonis aut coniectura correctis, illum minorem, quam par erat, diligentiam probasse, neque solum orthographiam antiquam codicis Alexandrini fere semper mutasse; sed etiam passim suoapte ingenio lectionem emendasse sic, ut vitiosam in margine notare negligeret, viri docti monent. Conf. repertor. bibl. et orient. literat. part. V. pag. 101 sqq. Omnino valde dolendum est, Grabium, editorum versionis septuagintauralis facile principem, non absoluisse, praeventum morte, *notas, in quibus omnium ipsi contextui insertarum emendationum ac supplementorum rationem reddere promiserat*, prolegom. ad Octateuch. cap. III. §. 8 sq. Specimen earum nuper e bibliotheca Bodleiana edidit *P. I. Brunsius* repertor. bibl. et orient. literat. part. IV. nr. 1. De codice Alexandrino confer eiusdem libri part. V. pag. 96 — 104. ubi etiam ii laudantur, qui de hoc codice latius exposuerunt.

Ex hac editione, paucis mutatis, expressa est *Tigurina*, graeca, quam *Ioh. Jac. Breitingerus* curauit ann. 1730 — 1732. 4. quatuor tomis. Nam recensioem quidem Grabianam ita sequutus est, ut corrigeret vitia operarum, et in contextum reciperet emendationes, a Grabio propositas in prolegomenis et dilert. *de variis vitiis LXX. interpretum versioni ante Origenis acuum illatis* Oxon. 1710. 4. His porro, quas editio Grabiana habet, praefationibus Pearsoni, editorum Romanorum et Oxoniensium, addidit suas, in quibus de exemplo Bosiano et Grabiano codicisque Alexandrini auctoritate, temere impugnata a Lamb. Bosio, I. I. Wetstenio

<sup>hh)</sup> *Eichhornii* scilicet, et *Strothi* in repertor. bibl. et orient. litt. part. VI. p. 126. Nouum quidem Testamentum ex hoc codice magno *Car. Gudofr. Woidii* cura 1786. prodit, nec desunt in

prolegomenis hinc inde quaedam, ad V. T. versionem graecam pertinentia. Woidii notitiam codicis Alexandrini adiectis notis recudi fecit *Gottl. Lebr. Spohn*. Lips. 1788. 8. *Pfeiff.*

stenio et Caf. Vdino differit, et Lamb. Bosii animaduersiones criticas supra commemoratas. Denique contextui graeco subiecit varias lectiones editionis Romanae. Sed quae praeter haec in praef. ad tom. III. et alibi promiserat supplementa, *aliorum MSS. codd. lectiones variantes et criticas dissertationes*, vt in inscriptione tom. I. legitur, non dedit.

Praeterea contextus Grabianus cum variis lectionibus editionis Romanae et aliarum insertus est *Bibliis sacris quadrilinguis*, quae cura *Christ. Reineccii* ann. 1713. edi coepta sunt, sed ann. 1750. demum absoluta prodierunt Lipsiae tribus voluminibus formae maximae. Conf. *A. G. Maschii* biblioth. sacr. part. I. pag. 382 sq. vnde emendanda sunt, quae de hoc opere biblico differunt *I. G. Carpsouius* crit. sacr. Vet. Test. p. 408. et *I. C. Wolfus* biblioth. hebr. part. II. pag. 336. et part. IV. pag. 101.

Restat, vt pauca dicam de editionibus singulorum librorum biblicorum, qui aut separatim prodierunt, aut aliis libris, imprimis commentariis doctorum veteris ecclesiae, quos *Catenas* vocant, inserti sunt; neque tamen omnibus, sed iis, quarum vsum non spernendum esse in re critica viri docti monuerunt.

In his igitur non immerito primum locum occupant Pentateuchus et libri nonnulli historici inserti *Catena LI. commentatorum in Oseatauchum et libros Regum*, quam *Nicephorus*, hieromonachus deiparae, e duobus codd. MSS. Constantinopolitanis graece edidit Lipsiae ann. 1772. et 1773. duobus voluminibus, formae maximae. Nam etsi contextus graecus plerisque, quod equidem animaduertim, locis parum discrepat ab editione Romana; tamen passim habet lectiones singulares, quarum multas notavi in *animaduersionibus ad fragmenta versionum graecarum V. T.* Alia hanc in rem exempla congeffit *I. A. Ernestus* biblioth. theolog. nouiss. part. II. pag. 390. et part. III. pag. 293. vbi omnino latius de hac Catena eiusque vtilitate exponitur. Neque minus eam commendat *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. IX. pag. 1 sqq.

*Exodi particulam a cap. XXXII. 7. vocc. τὴν Φωνὴν τῆ λαῖ κεαζῶτων* vsque ad finem libri atque *Leuiticum*, ann. 1767. et insequenti s. anno post *Numeros et Deuteronomii particulam graece Ioh. Frid. Fischerus* Lipsiae octonis edidit e cod. MS. bibliothecae collegii Paulini Lipsiensis, de quo pauca dixit prolus. de versionibus graecis librorum V. T. litterarum hebraicarum magistris p. 33 sq. vbi etiam specimen scripturae, in aes incisum, exhibetur; adiecit quidem notas glossas et scholia illustrantia, sed, quae ibidem et in praefatione ad priorem librum vir summus promisit, vberiore dissertationem de ipso codice eiusque virtutibus et animaduersiones, alio tempore separatim edendas, adhuc expectamus. Quare, dum haec prodeant, acquiescendum est in descriptione codicis illius, quam *C. F. Bahrdtius* inseruit praefationi ad tom. I. Hexapl. Origen.

*Iosuae imperatoris historiae illustratae atque explicatae*, quae Antwerpiae ann. 1574. forma maxima prodiit, *Andr. Masus* inseruit versionem septuagintauirolem ex recensione Origeniana, ad hanc restituendam vsus cod. MS. syriaco, vt ex adnotationibus, contextui graeco adiectis, adparet. In quo tamen illum, cum lectionem graecam ope syriacae diuinando adsequi studuerit, saepius a vero aberrasse, monent *B. Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. IX. pag. 62. edit. Paris. et *I. E. Grabijs* prolegom. Oseatauch. cap. III. §. 5. qui, se ceteroquin exemplar Masianum, tamquam praestantissimum, sequutum esse, profitetur. De codice illo  
syriaco

fyriaco vide, quae ibidem et Prolegom. ad tom. II. cap. III. §. 2. notantur. Confer etiam *I. E. Grabi* dissert. de variis vitis LXX. interpretum versione ante Origenis aeuum illatis pag. 103. *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. XIII. pag. 152 sq. Repertor. bibl. et orient. literat. part. III. pag. 198 sq. et part. V. pag. 133.

[*Ruth* ex versione LXX. interpretum, secundum exemplar Vaticanum recognitum a L. Bos. Jen. 1788. 8. Nudam Bosii editionem recudi fecit editor. conf. Jen. Allgem. Literaturzeitung ann. 1790. nr. 5. Pfeiff.]

*Historiae Estherae* versionem graecam cum ex Origeniana, tum e vulgata editione, primum e cod. MS. bibliothecae Arundellianae prolatam, *Syntagmati de graeca septuaginta interpretum versione*, Lond. 1655. 4. adiecit *Iac. Vsserius*, qui l. I. p. 103 sq. codicem illum admodum negligenter describit. Paulo diligentius de eo disserit *I. E. Grabi* dissert. de variis vitis LXX. interpretum versione ante Origenis aeuum illatis pag. 104. Ceterum hunc quoque librum in consilium adhibitum esse a Grabio in recensenda versione septuagintaurali, adparet e prolegom. ad tom. II. cap. III. §. 6.

*Psalmodum* versio graeca non solum separatim edita est saepius, vt ann. 1486. et 1521. 4. Venetiis et ann. 1559. 12. Parisiis, sed etiam inserta *Psalterio in quatuor linguis, hebraea, graeca, chaldaea, latina, impresso* Coloniae 1518. fol. cura Iohannis Potkenii, et *expositioni patrum graecorum in psalmos a Balthaf. Corderio — concinnatae* Antwerp. ann. 1643. fol. tribus tomis. (Conf. I. A. Fabricii *Bibl. Graec. lib. V. cap. 17.*) His quidem libris se plurimum adiutum esse narrat *I. E. Grabi* prolegom. ad tom. IV. versionis septuagintauralis cap. III. §. 3. De reliquis, quos *A. G. Maschius* biblioth. sacr. part. II. vol. II. pag. 310 sqq. enumerat, sed criticorum diligentia nondum excussit, quae dicam, non habeo. [Alias *psalterii polyglotti* edit. quaere apud *Maschium* tom. I. pag. 406 sq. Pfeiff.] *Psalterium iuxta exemplar Alexandrinum, graecolatium, studio Thomae Gale* etc. Sic *Masch.* part. II. vol. II. pag. 316. Sed vers. lat. vtrum vulgata sit, an alia, non dicit. E codice Alexandrino psalterium exprimendum curauit *Thom. Galeus*, Oxonii ann. 1678. 8. sed, vt *Grabi* l. I. cap. II. §. 1. multis exemplis docuit, tam negligenter, vt huic editioni fides haberi non possit. E codice Veronensi, in quo graeca latinis litteris scripta sunt, *Ios. Blanchinus* ad calcem *iudicialium canonicarum scripturarum vulgatae latinae editionis*, Romae ann. 1740. fol. edidit *psalterium duplex* cum canticis iuxta vulgatam graecam LXX. seniorum et antiquam latinam Italiam versionem, de cuius vsu critico lectu digna exstat *I. h. Christ. Mattenauerii disputatio Anti-Blanchiniana sive contra Iosphi Blanchini canonicarum scripturarum vulgatae latinae editionis vindicias*. Lipsiae 1760. 4.

*Nicetae Catenae graecorum patrum in Iobum, ex duobus MSS. bibliothecae Bodlicianae codd. graece cum versione latina a Patric. Iunio* editae Londini ann. 1637. forma maxima, inserta est versio graeca, cuius contextus fere consentit cum editione Romana. Conf. *Ioh. Morini* epist. ad Patr. Iunium p. 273 sqq. *Antiquitat. eccles. oriental.* edit. Lond. Adieclus etiam est huic libro textus Iobi *ⲥⲱⲗⲁⲓⲁⲓ* e codice Alexandrino, sed, vt *Grabi* prolegom. ad tom. IV. vers. septuagintauralis cap. II. §. 2. monet, parum diligenter exscriptus: quem hinc repetitum in capita et versus descripsit, atque variis lectionibus edit. Antwerpiensi, Heruagiana et Londinensis minoris auxit *Ioh. Turentius* ad calcem *libri Iobi, chaldaice et latine cum notis* in paraphrasin chaldaicam editi, Francoerae ann. 1663. 4.

*Philonis, episcopi Carpasi, enarrationem in canticum canticorum graece et latine, cum notis, Mich. Angel. Giacomellus* edidit Romae ann. 1772. quaternis: quem librum, ceteroqui non magni faciendum, studiosis rei criticae Vet. et Noui Testamenti commendat *I. A. Ernestus* biblioth. theolog. nouiss. part. III. pag. 483 sqq. Nam commentario illi allegorico infertus est contextus libri Salomonei graecus: qui, etsi plerisque locis propius accedit ad codicem Alexandrinum, tamen passim habet lectiones singulares neque contemnendas, vt exempla, ibidem pag. 488 sq. adlata, docent.

[Ad emendandum contextum versionis Ecclesiastae multum profunt *Gregorii II. Agrigentini Libri X. explicationis Ecclesiastae, graece primum editi a Morellio Venet. 1791. f. vid. Neue Leipz. gel. Anz. 1791 p. 481 sqq. Doederlein theol. Journal P. I. p. 94 sqq. Beck.*]

*Procopii commentario in Isaiam, qui graece et latine prodit Parisiis ann. 1580. forma maxima, Joh. Curterius* iunxit editionem versionis septuagintauralis Origenianam, ductam e codice Marchaliano, qui omnes prophetas complectitur, et propter insignem vetustatem praestantissimis versionis graecae V. T. codicibus adnumerandus videtur *I. E. Grabio* disert. de variis vitiis LXX. interpretum versioni ante Origenis aeuum illatis pag. 109. atque *B. Montefalconio* prolegom. Hexapl. cap. XI. §. 2. et Palaeograph. graec. pag. 224 sqq. vbi eum latius describit et specimen scripturae, in aes incisum, proponit. Sed Curterium in illa editione Isaias saepe lapsum esse, exemplis docuerunt *Grabius* l. l. p. 114 sq. *Montefalconius* Hexapl. Origen. tom. II. multis locis et *Rich. Simon* (Sainjore) biblioth. crit. tom. I. pag. 179 sqq. Ceterum, (vt *Grabius* pag. 108. et *Iac. Vilerius Syntagm. de LXX. interpretum versione* p. 102. narrant,) ex eodem codice quatuor priora *Hoseae* capita edidit *Ioh. Pheippaeus* (Gallus, Iesuita, obiit 1643. Long. B. S.) Parisiis ann. 1636. forma maxima cum commentario, vt *Grabius* iudicat, nimis copioso.

[*Ieremiae et Ezechielis* oracula e codice Syro-Hexaplari edidit *Norberg*, de quibus infra ad §. XIII. dicendi locus est. *Ieremiae* oracula ex codice Pachouii LXX. interpretum in Museo Britannico contulit *Woide* et cum *B. Blayney* communicauit, qui eorum meminit in translatione *Ieremiae* Anglica. Oxford. 1784. *Pfeiff.*]

Denique huc referendus est *Daniel secundum septuaginta ex tetraplis Origenis nunc primum editus e singulari Chifiano codice annorum supra DCCC.* Romae ann. 1772. forma maxima, qui liber, etsi non integer, repetitus est Goettingae ann. 1774. quaternis. Illud autem volumen ingentis magnitudinis praeter praefationem, lectu dignam, maxime propter descriptionem codicis Chifiani, non solum septuagintauralem oraculorum Danielis versionem, interpretatione latina et adnotationibus *Sim. de Magistris* illustratam, continet; verum etiam Theodotioneam, quae in le ab Origenis aetate illius vulgo neglectae locum occupauit in omnibus, quod nunc quidem sciamus, libris manuscriptis et editis, denuo editam ex eodem codice Chifiano. cum versione latina et variis lectionibus, praesertim ex Vaticano insigni codice accuratius erutis, *Hippolyti* commentarium in Daniele, apologiam sententiae patrum de septuagintaurali versione, aliquoties supra commemoratam, et alia, de quibus aduenda est *I. A. Ernesti* biblioth. theolog. nouiss. part. III. pag. 195 sqq. Versio septuagintauralis, de qua docte disputat *I. D. Blich* elis biblioth. orient. part. III. pag. 1 sq. et part. IV. pag. 4 — 44. graece separatim prodit Goettingae ann. 1773. 8. et cum animaduersionibus *Car. Segaar, Traiecti* ad Rhenum ann. 1775. 8. *Scharf. Semlerus* dubitat, septuagintauralem interpretationem in codice Chifiano contineri in theol. Briefen fasc. I. pag. 208. Lips. 1781. *H. Orem* in: a

Brief account etc. cit. ad §. 7. non purum τῶν ὁ textum, sed hexaplaem recensionem referre contendit. De noua Bugati Danielis secundum LXX. Syriaco-hexapl. editione vid. infra §. XIII. Multa editoris Christiani codicis errata Bugati notauit; proindeque notitia eius hoc loco fieri debuit. *Pfeiff.*]

Nouam quidem editionem versionis graecae, ad MStos codices et veterum ecclesiae doctorum fidem accuratius recensendam, pridem moliti sunt viri doctissimi,

1) *Fronto Ducaeus*, vt constat ex eius epistola ad Tengenagelium apud Lambec. lib. I. commentar. de biblioth. Vindobon. pag. 192. tum ex epistola Sarrauii CLXXXIX, quam respicit Colomesius pag. 128. epist. ad Iustellum, denique e Gassendo in vita Peirescii lib. III. ad ann. 1618. pag. 285 sq. cuius verba adscribam: *Quoniam vero Fronto Ducaeus parabat eodem tempore editionem codicis graeci, litteris maiusculis scripti, magnamque bibliorum partem continentis, et ea quidem antiquitate, vt diceretur correctus manu propria Origenis<sup>iii)</sup>, attestantis cum tetraplis magis vetustis fuisse collatum, ideo cum Peirescius probe meminisset, exstare apud eundem Cottonum MStum graecum pretiosissimum; ab usque Theodosii temporibus caracteribus etiam maiusculis exaratum et a rege Iacobo mille aureis emtum; ideo, inquam, vt ea editio ex collatione fieret completior, scripsit misitque in Angliam, et fide sponseque data codicem obtinuit, cumque Frontone communicauit. Fabric. cf. Maschii bibl. sacr. part. II. vol. II. p. 304 sq. Schaif.*

2) *Patricius Iunius*, qui versionem graecam bibliorum recensere voluit e codice mille et trecentorum circiter annorum, quem Alexandrinum vulgo vocant, quia Alexandria eum Constantinopolin asportauerat, quem inde dono ad Carolum I. Angliae regem misit *Cyrillus Lucaris*, Alexandrinus primum, deinde CPolitanus patriarcha. Varias lectiones huius codicis, sed non satis diligenter enotatae leguntur in Polyglottis Londinensibus. Librum integrum Iobi, ex eodem MSto σιχηῶς antiquo more expressum, edidit idem Iunius ad calcem Catenae graecorum patrum in lobum, Lond. 1637. fol. et Iunii exemplo *Ioh. Terentius*, Franekeræ 1663. 4. vna cum variis lect. Eiusdem Iunii commentarius, quem in graecam versionem parabat, certe praeclarus; sed non ultra caput XIV. libri Numerorum progressus, lucem vidit in tomo sexto Polyglotton Londinensium, vt paullo ante dixi.

3) *Jf. Vossius*, qui instaurandae a se septuagintaualis versionis spem [P] fecit lib. de LXX. interpretibus cap. 7. pag. 17. atque a Ioh. Pearsono in praefat. ad Cantabrigiensis editionem his verbis ad promissa exsoluenda inuitatur: *Quoniam autem haec Seniorum versio, etiam S. II. romani tempore, corrupta fuit etque violata, danda est opera, vt ei pristina puritas restitui et redintegrari possit. Certum est, exemplaria, quae habemus, Complutense, Aldinum, Romanum, plura cum inter se et ab Alexandrino discrepare; alios etiam codices aliquorum S. Scripturae partium satis antiquos nunc cum eorum aliquo, nunc cum nullo conuenire. Optime igitur fecerit, qui codices omnes MSS. cum editis diligenter contulerit; qui varias lectiones non tantum ad hebraei aem veritatem examinauerit, sed et cum antiquissimorum Iudaeorum, Philonis et Iosephi, et vetustissimorum patrum scriptis comparauerit, ac denique expositiones eas, quae apud Lexicographos Scripturarios (Hesychium maxime) etiamnum exstant, vel potius delitescunt, inspexerit, atque ita nobis editionem LXX. maxime puram adornauerit. Quale opus utinam aliquando vir doctissimus Jf. Vossius, qui optime potest, perficeret ederetque.*

R r r r 3

4) *Paulus*

iii) Hoc erodat, qui volet. Nam quae statim sequuntur, perspicue, nisi fallor, id refellunt.

4) *Paulus Colomesius*, cuius haec sunt verba in epist. ad Iustellum data 3. Oct. 1685. editaque in appendice obseruationum II. Vossii ad Melam pag. 128. *S' il plaist à Dieu de continuer à me favoriser de sa grace, je tacheray de suppléer au défaut du Pere Fronton, en donnant l'édition des Septante de Rome avec le Nouveau Testament, corrigée en plusieurs endroits, et enrichie d'un grand nombre de passages paralleles, qui tiendront lieu de commentaire, et qui justifieront clairement, que la plus part des mots spécieux et des phrases particulieres, qu'employent les Evangelistes et les Apotres, sont ordinairement tirez des Septante.* [P] *Fabric.* Inseta etiam est haec epistola, in qua de Rich. Simonis historia critica Vet. Test. exponitur, *Pauli Colomesii operibus iunctim editis curante Ioh. Alb. Fabricio.* Harnburgi ann. 1709. 4. pag. 798 sqq. *Scharf.*

5) *Aléus* quoque biblia Polyglotta edere secum constituerat, quorum columna secunda textum LXX. interpr. contineret, conf. *Maittaire* Annal. typogr. tom. II. p. 4. [Esprit des Iou. naux 1790. tom. IX. p. 253.] Ex *Jf. Casauboni* epist. 184. ad Iof. Scaligerum disco, diu fuisse, quum graecorum bibliorum editionem cogitaret. *Rich. Simon*, (sive alius potius vir doctus Nov. Rep. des Lett. 1709. p. 589.) edidit Parisiis epistolam sub nomine Theologi Salamanticensis de restitutione textus graeci LXX. interpr. ad hebraeam originem conferendi, in qua spem fecit, se hunc laborem vel in se suscepturum esse vel certe adiuturum; ceterum contendit, ad restituendam antiquam LXX. interpr. lectionem non modo ad manuscriptos codices recurrendum esse, sed et hebraica diligentissime conferenda; quoniam multi errores librorum sint Hieronymo et Origene ipso antiquiores neque ab illis emendati, conf. epist. de editione LXX. interpr. *Grabiana* insertam *Ephemeridibus* litterariis Parisiens. 1709. mens. Dec. pag. 515. *Mein. of Literature* tom. I. pag. 18. Nouam versionem versionis LXX. interpr. condere voluit, atque ideo ab Alex. Maurocordato expetiit sibi copiam bibliorum graecorum, quorum in ecclesia graeca esset vsus. *Noua litter. Lips.* 1722. pag. 93. etc.

Iam satis supra disputatum est de edit. *L. Bosii* et *Io. Ern. Grabii*. Cf. etiam *Grabii* epist. ab Hodio editam pag. 639. libri de bibliorum textibus originalibus et alteram ad Ioh. Millium seorsim excusam Oxoniae, 1705. 4. qua ostendit, libri *Iudicum* genuinam LXX. interpretum versionem eam esse, quam MS. codex Alexandrinus exhibet: Romanam autem editionem, quod ad dictum librum, ab illa prorsus diuersam, atque eandem cum Hesyhiana esse. Praeterea subnectit triplex specimen nouae editionis LXX. interpretum cum variis notis et obseruationibus. *Fabric.* Nuper quidem nouae editionis versionis septuagintaviralis formam adumbravit *Ioseph. White* in epistola ad *Robert. Lowthum*, episcopum Londinensem, anglice scripta, Oxon. 1779. 8. de qua vide *I. C. Doederleinii* biblioth. theolog. select. part. I. pag. 342 sqq. Sed, vt haec vnquam prodeat, valde verendum videtur. Neque melius sperandum, opinor, de editione, quam viros quosdam doctos in Francia promississe didici ex *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. II. pag. 111. *Scharf.* — Nouam vero eamque, si diis placet, criticorum votis satisfacturam editionem, collectis vndique codicum variantibus lectionibus, molitur in Anglia *Robertus Holmes*, ad eum fere modum, quem *Kennicottus* in bibliis hebraicis sequutus est. Primam de hoc instituto notitiam diulgauit ann. 1788. et 1789. edidit: *The first annual account of the collation of the Septuagint-Version, to which is prefixed a treatise* etc. 95. pl. in 8. Successere 1790. 1791. et 1792. continuatae relationes. (vid. *Eichhorn* Bibliothek der bibl. Litt. Tom. II. pag. 935. III. pag. 56 sqq.) Non solos codi-

ces MSSos, sed etiam patrum citationes collationi subiicere constituit. MSSptis, ab ipso omiſſis, varia e repertorii pro oriental. litteratura tom. VIII. et IX. et Norimbergense, prophetas continens, de quo repertor. tom. I. pag. 219, addi possunt. *Pfeiff.*

Illustrem quoque virum, *Es. Spanhemium*, potentissimi Borussiae regis ad sereniss. Angliae reginam legatum, ad recensendam et expoliendam graecam bibliorum versionem inuitavit his verba poeta et orator, memoria nostra suauissimus, *Petrus Francius* pag. 255. poem. postum.

*Versa interpretibus diuina volumina Graeis  
Quando saluifera conciliabis ope?  
Iste labor tuus est, qui lingua clarus utraque  
Sanabis medica vulnera crebra manu.  
Haec tibi cunctarum sit cura potissima rerum:  
Cetera namque homines obligat, illa Deum.  
Conuenit aetati, doctrinae conuenit isti,  
Conuenit ingenio non magis vlla Tuo.  
Quid quod et exemplar ista qua viuis in vrbe est,  
Misit Alexandri quod pius vrbe <sup>kkk)</sup> pater.  
Nil illo melius, nil illo antiquius vsquam  
Continet vlla suo Bibliotheca sinu.  
Huic insudandum est libro Tibi. Consule librum  
Et quam conueniant omnia rite doce.  
Graiorum iustam Seniorum suscipe causam,  
Illorum causam suscipe, causa Dei est.  
Dignius haud poteris vacuum disponere tempus:  
Vlla tamen vacuo si fluit hora Tibi.  
Postulat hoc Pietas, virtus Tua, postulat omnis  
Ordo hominum, qui Te, qui studia ista colunt. [P]*

VII. *Auctoritas graecae*, de qua haecenus dixi, versionis magna merito esse debet ac singularis <sup>lll)</sup>, quia et antiquitate praecellit omnes reliquas bibliorum versiones, et a tota fere ecclesia per plures annorum centurias audita propemodum vnice est, et pro diuina fere habita; quin a Iudaeis non paucis adhibita Christi aetate, vt e Philonis et Iosephi scriptis adparet <sup>mmmm)</sup>, neququam denique sprete ab apostolis ipsis atque euangelistis. Nèc minor versionis

<sup>kkk)</sup> MS. Alexandrinum, quod Alexandrinus primum, postea CPolitanus patriarcha Cyrillus misit ad Carolum I. Angliae regem, feruatur Londini.

<sup>lll)</sup> De auctoritate versionis primis saeculis maxima, deinde intercisa, praesertim apud Iudaeos, egit nouissime *Henri Owen* in: *a Brief account, historical and critical, of the Septuagint Version of the Old Testament.* Lond. 1787. (conf. *Ien. Allgem. Liter. Zeit.* 1788. nr. 276.) Nazaracos ver-

sionem LXX. non admisisse atque hinc esse, quod *Epiphanio* XXIX. 7. Praep. Euang. Pentateuchum repudiasse dicantur, contendit *I. Rhenferdus* de fideis Iudaeorum haeresibus pag. 32. 43. et 106. *Pfeiff.*

<sup>mmmm)</sup> Philonem vsuſum esse versione τῶν ὀ, lucide demonstrauit *C. F. Hornemann* in specim. exercit. critt. in vers. LXX. interpr. ex Philone pag. 29. de Iosepho non aequè patet, et in diuersas abeunt partes, qui de eo scripserunt, auctores.

tionis huius *usus* esse intelligitur, tum ad plurima loca V. T. recte intelligenda, tum ut sciamus, quae fuerit sententia Iudaeorum ante Christi tempora de variis dictis Moysis ac prophetarum, deinde ad recte tractandos veteres ecclesiae doctores, quorum fere omnium pleraeque interpretationes fundi loco hanc translationem habent. Maxime vero omnium haec versio conducit ad probe noscendum scriptorum noui foederis sermonem, quoniam is, cui LXX. interpretes familiares fuerint, multa melius in scriptis euangelicis atque apostolicis percipiet atque interpretabitur, quam qui in aliis graecis scriptoribus multum diuque fuerit versatus.

Iudicio <sup>xxxviii)</sup> nihilominus opus est, tum ne in tanta confusione codicum et corruptione, glossema aliquod, vel Theodotionis aut alterius interpretis *ἡσιν* pro versione Senum amplectamur, tum, ut subscribentes iudicio Sirachidis cogitemus, etiam Senes illos in versione sua non per omnia rem acu tetigisse, verum haud raro a vero sacrorum scriptorum sensu aberrasse; quamobrem euangelistae quoque et apostoli non raro neglectis <sup>xxxviii)</sup> LXX. interpretibus loca V. T. ex hebraico potius citant. Certissimum equidem existimo, graecam versionem quandoque fuisse a recentibus scriptoribus reprehensam iis etiam in locis, quum hi potius ipsi essent reprehendendi vel propter graecae vel hebraicae linguae ignorantiam, longeque magis propter praeposterum ea, quae non intelligebant, carpendi studium, quod *Isaacus* praecipue *Vossius* <sup>xxxix)</sup> luculentis aliquot exemplis in libro de LXX. interpretibus eiusque apologiis, tum *Ioh. Pearsonus* in praefat. ad Cantabrigiensem editionem graecae versionis demonstrauit. At indigna viro tam erudito praefidentia idem *Vossius* ab omni penitus errore immunem illam contendit interpretationem, et in responsione ad iteratas *Rich. Simonii* obiectiones eum prouocare audet his verbis: *Si vel vnum saltem, qui non recte a LXX. interpretibus [P] expressus sit, reperiturum se P. Simonius sperat locum, frustra semper est laboraturus, etiamsi mille vixerit annos.* Sane aliter iudicasset ipse vir doctissimus, si partium studio, quas semel publice in se susceperat, renunciare voluisset. Aliter etiam iudicauerit lector quilibet, critices vel maxime, nec minus linguarum hebraicae et graecae peritus, quicumque

Conf. *I. B. Carpzouii* Iectionum Flauianarum structurae et vindiciae Helmsl. 1748. *Eruesti* exercit. Flauian. I. §. 3. *Michaelis* in praef. ad spicilegium geographiae Ebraeorum exterae post *Bochartum*, pag. X. et biblioth. orient. tom. V. pag. 221. et tom. VII. pag. 189. *Lud. Tim. Spittler* progr. de usu versionis Alexandr. apud *Iosephum*. Goett. 1779. *Scharfenberg* de *Iosephi* et versionis Alex. conf. Lipf. 1780. *Pfeiff.*

<sup>xxxix)</sup> Quantopere variant codices graeci, etiam antiquissimi, vel in numeris annorum patriarcharum non modo ab hebraeo et samaritano, sed etiam inter se, vid. *Acta* erud. ann. 1706. p. 509. *Fr. Spanhemii* Chronol. S. tom. I. Opp. pag. 149. *Maluendam* de antichristo lib. II. cap. 5 sq. *Tabr.* [*L. D. Michaelis* comment. de chronologia Moysi post diluuium quae in eiusdem comment. societa-

ti regiae Goettingensi per annos 1763—1768. oblatis XV. est, pag. 181. *Pfeiff.*]

<sup>xxxix)</sup> Vide *Christiani Schotani* diatribam de auctoritate versionis graecae, quae dicitur LXX. interpretum, Franek. 1663. 4. cap. 1. et *Hodium* de bibliorum textibus original. pag. 244 sqq. adde *Buddei* hist. eccl. V. T. pag. 1031.

<sup>xxxix)</sup> Conf. *Is. Vossi* variarum observationum liber, editus Londini ann. 1685. 4. pag. 355. Huic enim adiecta est secunda haec, quam *Fabricius* laudat, itemque prima ad obiectiones nuperae criticae sacrae responsio. *Vossi* de septuaginta interpretibus sententiam latius examinat *Rich. Simon* disquisit. critic. de variis bibliorum editionibus cap. XVII. et in opusculis criticis aduersus *Is. Vossium*, quae prodierunt Edinburgi ann. 1695. 4. *Scharf.*



cumque versionem hanc cum hebraicis contulerit, aut attente considerauerit obseruata viro-  
rum doctorum, qui hoc iam ex parte fecerunt, *Ludouici* praecipue *Cappelli* in notis postumis  
ad Vetus Testamentum, (nam in criticae sacrae editione caput integrum, quo LXX. inter-  
pretes examinauerat, a Morino est omissum,) <sup>qqq)</sup> tum *Iohannis Drusii* in commentariis suis  
ac H. Hodſi, ne de *Ioh. Lightfoto* dicam <sup>rrr)</sup>, cuius tractatus, sed vix inchoatus, exstat in  
operibus eius postumis, in quo discrepantias versionis graecae a textu hebraico digerere et  
examinare instituerat sub hisce titulis: *Addita. Omisſa ac periculose decurtata. Sensum cla-  
rum obfuscantia, vitiantia pulcrum. Reddita in sensum alienum. Traditiones iudaicas red-  
olentia. Hebraica retenta. Reddita pro fama gentis. Reddita pro fama textus. Para-  
phraſes.*

<sup>qqq)</sup> Vide *Lud. Cappelli* de critica nuper a se  
edita ad *Iac. Vſſerium* epistolam apologeticam, in-  
sertam *appendicem criticae sacrae*, edit. Hal. §. 11.  
pag. 475. *Notae criticae* *Lud. Cappelli*, quas *Fa-  
bricius* laudat, vna cum eiusdem commentariis et  
*Iac. Cappelli*, *Lud. Fratr.* obseruationibus in Vetus  
Testamentum cura *Iac. Cappelli*, *Lud. Fil.* prodie-  
runt Amſtelodami a. 1689. forma maxima. *Scharf.*

<sup>rrr)</sup> Huic *Lightfoto* libello, immaturo vixque  
lectu digno, haud dubie praeferenda est, quam  
*I. I. Breitingerus* praefat. ad tom. III. versionis  
septuagintauralis laudat, *Ioh. Georg. Geretii*  
*commentatio historico-critica de cauſſis discre-  
pantiarum versionis septuagintauralis a textu*  
*originali*, Wittemb. 1725. 4. et deinde *Onoldi*  
1742. 8. Sed multo sanius de auctoritate atque  
vſu versionis septuagintauralis exegetico et criti-  
co in tractandis libris Vet. Test. praeter *I. Pear-  
ſonum*, cuius praefatio paraenetica inserta est edi-  
tioni *Grabianae* et *Breitingerianae* atque separatim  
edita *Heluſtadii* 1694. 4. vna cum *Phil. Melanch-  
thonis* dissertatione eiusdem fere argumenti, prae-  
miſſa editioni *Heruſagianae*, L. B. ſum et *I. E.*  
*Grabium* in prolegomenis ad versionem septua-  
gintauralem, diſputarunt *Ioh. Frid. Fiſcherus* in  
*proluſionibus de versionibus graecis librorum V.*  
*T. litterarum hebraicarum magiſtris*, Lipsiae  
ann. 1772. 8. *Georg. Chr. Knappius* in *diſp. de*  
*verſione Alexandrina in emendanda lectione ex-*  
*empli hebraici caute adhibenda*, Halae ann. 1775  
et 1776. 4. et *Franc. Volcm. Reinhardus* in *diſp.*  
*de verſione Alexandrinae auctoritate et vſu in*  
*conſtituenda librorum hebraicorum lectione ge-*  
*nuina*, Vittembergae ann. 1777. 4. [*Alex. Sund-  
bäck* diſſ. hiſt. crit. de versionis Alex. vſu et au-  
thoritate in emendando hodierno ſ. codice he-  
braeo. 1787. in parte ſecunda agit de ortu verſio-  
nis Alex. quibus codicibus vſi interpretes, de fa-  
tis versionis etc. *Voffio*, *Pearſonio* et reliquis, a

Vol. III.

*Fabricio* memoratis, addendus est *Gerh. Outhouins*  
in obseru. ad *Psalmos* et alios libros Vet. Test. in  
bibl. *Bremenſ.* 1718. fasc. 3. pag. 213. Plures in-  
uenies in *I. Simonis* introd. gram. crit. in ling.  
graec. pag. 255. — Contra *Tychſenius* in diſſ.  
philol. crit. de *Pentateucho Samaritano* ab he-  
braeo eoque *Maſorethico* deſcripto exemplari.  
*Buzou.* 1765. 4. Sed ſeria refutatione vix dignus,  
qui insolentia omnibus probis cordatisque *V. T.*  
philologis principia ſtatuit. *Pſeiff.*] In libris *N.*  
*T.* interpretandis quis vſus ſit versionis septua-  
gintauralis et qui ſuperioribus temporibus hac in  
re recte verſati ſint, optime cognoſci poteſt ex  
*I. A. Erneſti diſſ. de difficultate interpretationis*  
*grammaticae Noui Testamenti* §. 15—19. (pag.  
268 ſqq. opuſc. philol. crit.) et *inſtitut. interpretis*  
*N. T.* part. III. cap. 7. His interpretibus nunc  
adnumerandi ſunt *I. D. Michaelis*, *I. S. Semlerus*,  
*I. B. Koppius*, *I. F. Fiſcherus* in *proluſionibus*  
*quinque, quibus varii loci librorum diuinorum*  
*vtriuſque Teſtamenti explicantur atque illuſtran-*  
*tur*, Lipsiae ann. 1779. 8. itemque iis, in quibus  
inde ab ann. 1772. expoſuit de vitiiſ *lexicorum*  
*Noui Testamenti*. [coniunctim editae ſunt Lipſ.  
1791. 8.] *Chr. Frid. Schmidius*, qui etiam duo-  
bus libellis academicis, Lipsiae ann. 1763. et  
1764. 4. editis, versionem *Alexandrinam* opti-  
mum interpretationis librorum ſacrorum praesi-  
dium eſſe docuit. *Scharf.* *Fr. Ben. Gantzſchii*  
ſpecimen exercuit. grammaticarum ad illuſtran-  
dum *N. T.* e versione LXX. *Francof. et Lipſ.* 1786.  
De allegationibus *N. T.* nouiſſime egerunt *Koppe*  
in editionis ſuae *N. T.* tom. IV. (ſ. epist. ad Rom.)  
*Goett.* 1783. excuſſ. I. *Loca V. T.* quomodo cita-  
verit *Paulus?* num ex cod. hebr. aut ex versione  
graeca *Alexandrina* etc. *Eichhorn* biblioth. vol.  
II. p. 947 ſqq. Ad Erneſti interpretem confer quae  
*Ammonius* noſtras in noua a ſe procurata editio-  
ne Lipſ. 1792. addidit. *Pſeiff.*

*phrases. Propria nomina in adpellatiua mutata. Numeri male calculati. Locorum nomina recentiora. Vocales male lectae. Literae male lectae. Sensus foedatus. Variatio nominum. Versus male coniuncti etc.*

VIII. Cum versione illa LXX. senum strenue vterentur Christiani, et ex eadem, licet a Iudaeis composita, subinde crebrius intorquere coepissent testimonia aduersus ipsos Iudaeos, aliae deinceps versiones graecae a Iudaeis atque Iudaizantibus Christianis confectae sunt. Prima harum est AQVILAE<sup>sss</sup>), Sinopensis Pontici, qui, ex ethnico Christianus factus et baptizatus Hierosolymis sub imp. Hadriano<sup>ttt</sup>), a quo vrbi instaurandae praefectus, ipsius nempe, si diis placet, imperatoris focer vel affinis (Περθερίδης, in chron. Paschali περθερός) fuisse traditur. Hinc cum Christiani astrologicas eius superstitiones probare nollent, circumcisus est, et accessit ad Iudaeos. Horum profelytus<sup>uuu</sup>) factus R. Akibae in disciplinam se dedit, vt narrat Hieronymus<sup>vvv</sup>), posteaque concinnauit nouam graecam librorum antiqui foederis versionem, [P] eo quidem consilio, si Epiphanio<sup>www</sup>) credimus, ἕως διασρέψῃ τινὰ τῶν ἑτηῶν,

sss) Vide *Drusii* quaesit. per epist. 41. *Caueum* hist. literar. script. eccl. ad A. C. 128. *Tillemont.* hist. imperator. tom. II. pag. 511. *Hodius* pag. 573 sq. et p. 235 sq. *Carpzouii* crit. C. V. T. pag. 552. *Fabric.* [Conf. *Saxii* Onomast. lit. part. I. p. 296. et quos citat, maxime *Wolffium* bibl. hebr. tom. I. pag. 258. et *Buddeum* in *Isagoge* l. c. pag. 1525. *Pfeiff.*] Alius *Aquila*, de quo *Suidas*: Ἀκύλας Φιλόσοφος, σχόλιον λογικῶν γραφῶν περὶ συλλογισμῶν. alius etiam, cuius prophetiarum libros, Britannis in pretio habitos refert *Io. Lelandus* pag. 7. et 8. de scriptor. Britannicis.

ttt) *Epiphanius* de ponder. et mensuris cap. 14. *Athanasius* synopsis scripturae s. *Euthymius* praefat. in Psalm. pag. 192. edit. *Stephani le Moyné*: *Chronicon Paschale* pag. 255. *Glycas* pag. 240 sq. etc. *Fabric.* *Euthymii Zigabeni* praefationem in psalmos *Moyne* primus graece edidit tom. I. *variorum sacrorum* pag. 150—210. edit. secund. *Lugd. Bat.* 1694. 4. Praeter eos, quos *Fabricius* laudat, hic conferri possunt *Epiphanii*, si modo auctor est, libellus de septuaginta interpretibus iisque, qui perperam interpretati sunt, quem *B. Montefalconius* e duobus eodd. MSS. edidit ad calcem prolegom. *Hexapl.* pag. 86—90. et *Theodoreti* opera tom. V. pag. 79 sqq. edit. *Hal.* vbi eadem fere reperies, quae in *synopsi scripturae sacrae* *Athanasio* vulgo tributa leguntur. Ceterum non temere, vt opinor, *Montefalconius* l. l. cap. V. §. 1. coniecit, omnia fere, quae ab *Epiphanio* et reliquis, huius auctoritatem sequutis, memoriae prodita sunt de *Aquila*, praeterquam quod *Hadriani* imp. temporibus libros *Vet. Test.*

graecae conuertisse dicitur, hausta esse e fabulosis Iudaeorum narrationibus. Nam etiam id, quod mox adfertur de *Akiba*, doctore *Aquilae*, incertam esse narrationem, adparet e verbis *Hieronymi* comment. in *Ies.* cap. 8. pag. 18. tom. V. *Opp.* edit. *Froben.* quorum (*Sammai* et *Hillel*) suscepit scholam *Akibas*, quem magistrum *Aquilae* profelyti autumant. Ante *Montefalconium* in eadem fere sententia fuit *Dionys. Petauius* animaduers. ad *Epiphan.* l. l. pag. 395. tom. II. *Oper.* edit. *Col.* *Scharf.*

uuu) *Irenaeus* III. 24. et apud *Euseb.* V. hist. eccl. 3. *Niceph.* IV. 14. *Eusebius* VII. 1. demonstrat. euang. *Hieron.* catalogo script. eccles. et epist. de optimo genere interpretandi.

vvv) *Hieron.* in cap. VIII. *Esaiac.*

www) *Epiphan.* de ponder. et mensuris cap. 15. At hoc diserte negat *Hieronymus* epist. 73. ad *Marcellam*, quum hoc ipsum obseruaturus versionem *Aquilae* cum hebraeo contulisset. *Iauipridem*, inquit, cum voluminibus *Hebraeorum* editionem *Aquilae* confero, ne quid forsitan propter odium *Christi* *synagoga* mutauerit: et vt amicae menti fatear, quae ad nostram fidem pertineant roborandam, plura reperio. *Fabric.* *Crimen* hoc *Montefalconius* prolegom. *hexapl.* cap. V. §. 4. et 5. ita diluit, vt locos, quos *Aquilam* dedita opera, ex *Christiani* nominis odio, interpretando deprauasse contendunt *Irenaeus*, *Eusebius* *Caesarensis*, *Philastrius* *Brixienis* et *Anastadius* *Sinaita*, excutiat, atque *Hieronymum*, quamquam aliquoties his adfentiat, vulgarem sequutus opinionem, tamen alibi non raro diligentiam

ἑπητων, ἐσκήψας τῇ τῶν εβδομήκοντα δύο ἐρμηνείᾳ. Eius versionem auide mox arripuerunt Iudaei, vt patet ex suppare propemodum Aquilae, Tryphone, apud Iulianum Martyrem et ex *Origenis* responsione ad Africanum pag. 224. qui notat *φιλοτιμότερον πεπιτευμένον παρὰ Ἰουδαίους ἡρμηνεύειν τὴν γραφὴν*. Confer *Philostrium* haeresi XC. *Ambros.* in Ps. 118. *Hieron.* epist. 138. quaest. 2. *Augustin.* XV. 23. de ciu. dei et *Anast. sium* Sinaitum Hodegi cap. VI. pag. 94. vbi Aquilae versionem vocat τὴν λεγομένην παρ' Ἑβραίοις δευτέρωσιν, τὴν περιέχουσαν τῆς ἁρῆς τῶν εβδομήκοντα ἐρμηνευτῶν τὴν ἀνάγερσιν, καὶ τῆ θείᾳ νόμῳ κατὰ λουσιν, et pag. 192. quo in loco *Seuerum Eutyichianum*, quod auctoritatem patrum respuat, dicit νέον τιμὰ Ἀκύλαν. Publice quoque legenda permittitur Iudaeis ab Imp. Iuliano Nouella 146. nec raro a Thalmudicis <sup>xxx</sup>) laudatur Aquila, qui illum cum *Onkeloso* <sup>yyy</sup>), chaldaicae interpretationis auctore, confundunt. Sed et Christiani scriptores, studiosissimum interpretem adpellantes, diligentiam in eo laudauerunt, vt *Origenes* p. 44. *Philocaliae*, vbi testatur, eum *κυριώτατα* h. e. *maximè proprie* reddere libros sacros stu luisse, et pluribus in locis *Hieronimus* <sup>zzz</sup>), licet alibi <sup>aaaa</sup>) eum reprehendat, tamquam *contentiosum interpretem*, quod non solum verba, sed et etymologias verborum, quin et ἄρῆρα atque *πρόαρῆρα* et syllabas interpretari et literas *κακοζήλωσ* fuerit conatus. adde *Fullerum* miscell. IV. 18. *Vitringam* praef. ad Iesaiam. Idem Aquilam, Iudaeum licet, quaedam vt Christianum vertisse, testatur ad cap. III. *Habacuci*, et nonnulla LXX. interpretibus melius reddidisse, quaest. hebr. in *Genesin*. Libros duos *Samuelis* in vnum contraxisse, (conf. *B. Montefalconii* prolegom. Hexapl. cap. IX. pag. 62. et not. ad Hexapl. *Origen.* tom. I. pag. 316. edit. Paris.) notatur in duplici [P] scholio graeco apud *Cotelerium* ad Canonem apostolicum LXXVI. tom. I. patrum apostolicor. pag. 448. Porro secundis curis versionem bibliorum, ab *Aquila* emendatam, ex eodem *Hieronimo* discimus in *Ezechielis* caput III. 15. *Aquilae vero secunda editio, quam Hebraei κατ' ἀρχαίαν nominant* <sup>bbbb</sup>). Meminit eiusdem *Agobardus* epist.

S s s s 2

epist.

gentiam et fidem illius interpretis laudare ostendat. Neque minus bene Aquilam defendit *Petr. Westlingius* lib. I. obseruationum variarum cap. 19. pag. 73 sqq. Sed nuper *Beni Kennicottus*, nimium iniquus Iudaeis, denuo Aquilam perfidiae reum egit dissert. general. in *Vetus Testam. hebr.* pag. 148 sqq. edit. Brunovic. prolato etiam hanc in rem e cod. MS. bibliothecae Bodleianae loco scriptoris cuiusdam ignoti, cuius a maior sit auctoritas, quam *Epiphanius*, non immerito dubitari potest. *Kennicotto* addi potest *I. A. Starckius* proleg. crit. ad psalm. pag. 169 sqq. *Scharf*.

xxx) Vide *Lightfoti* cap. IX. adpendicis ad *Horas Thalmudicas* in I. ad *Corinth.* et eiusdem opera posthuma pag. 9. *Morini* exerc. bibl. pag. 341. etc. *Wolffii* bibl. hebr. tom. I. pag. 959. tom. III. pag. 890

yyy) Non recte hoc fieri, licet *Onkelosi* nomen *Babylonica* dialecto idem sit cum nomine *Aquilae*, scriptores multi Christiani consentiunt. Vide *Hottingerum* pag. 232. *Enneadis* diss. philol.

theolog. *Christianum Kortolostum* de variis S. scripturae editionibus pag. 35. *Leusdenii* philologum hebraeo-mixtum pag. 43. ac *Iulium Bartoloccium* bibl. Rabbini. in עִיָּרָא et עִיָּרָא. *Fabric.* Adde *B. Montefalconium* prolegom. Hexapl. cap. V. §. 6. vbi multis exemplis docet, quantopere versio chaldaica *Onquelosi* dissentiat a graeca *Aquilae*, et *Ioh. Chr. Wolfium* biblioth. hebr. part. I. pag. 959. et part. II. pag. 1149 sq. *Scharf*.

zzz) *Hodius* pag. 567 sq. *Caeus* hist. litterar. script. eccl. ad A. C. 128. *Fabric.* Multo diligentius *Hieronimi* et aliorum veteris ecclesiae doctorum auctoritates et sententias de *Aquila* perinde ac de reliquis graecis librorum V. T. interpretibus collegit *B. Montefalconius* ad calcem prolegom. Hexapl. pag. 91—102. *Scharf*.

aaaa) Epist. de optimo genere interpretandi et in *Esaiae* cap. VIII. Adde *Epiphanium* de *menfuris* ac *ponderibus* cap. 2. *Ambrosius* epist. 73.

bbbb) Hanc *Hexaplis* ab *Origene* insertam fuisse putat *B. Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. V.

epist. ad Fredegisum, tum idem Hieronymus iterum in caput IV. et XL. atque *editionis primae* in caput XVI. At in Iustiniani Nouella 146. per Iudaeorum *δευτέρωσιν* non intelligenda *secunda Aquilae editio* cum If. Vossio in responsione ad tertias Simonii obiectiones p. 84. <sup>ccc</sup>) Nam neque Anastasius Sinaita in loco paullo ante memorato secundam Aquilae editionem, sed simpliciter versionem eius, respectu interpretationis LXX. senum τὴν Ἀκύλα δευτέρωσιν vocat; tum verba imperatoris in dicta Nouella perspicue ostendunt, eum non loqui de versione aliqua sacrorum librorum, sed de opere, a sacris literis et, quam paulo ante memoraverat concesseratque, Aquilae versione plane alieno ac distincto, quale est opus <sup>ddd</sup>) Mischnicum, vel quales Mosis et Akibae siue Barakibae, tum Andae siue Annae cognomento Iudae et filiorum Aslamonaei *δευτερώσεις* siue traditiones memorat haeref. XXXIII. 9. p. 224. Deuteronomium S. Maximus ad epist. IX. Dionysii Areopag. tom. II. pag. 160. *ὅπερ ἡ γραφή ἐ λέγει, οἱ δὲ ἐβραῖοι ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἔχουσιν.* Talis est traditio, quam praeter Hieron. et Origen. memorat Nazianzenus Orat. I. pag. 21. quosdam libros sacros, (Cantic. canticor. et initium Geneseos.) non concessum legere, nisi iis, qui vicesimum aetatis annum excessissent. Alio sensu *δευτέρωσιν* accipit Clemens supposititius, ad quem vide Cotelerii notas constitut. apostol. lib. I. cap. 6. *Δευτερώσεις μυθικὰς* Iudaeorum reicit et Eusebius comment. in Iesaiam I. pag. 362. Hieron. lib. XVI. in Iesai. Antequam vero de Aquila dicere desino, diligenter animaduertendum, quod Christiani scriptores frequentissime, quando ad hebraicum codicem, Hebraeorum *ἐξήγησιν* vel ad Iudaeorum *ἀντίγραφα* <sup>ccc</sup>) prouocant, non ipsum hebraeum textum, quem paucissimi propter ignorantem illius linguae consulere potuerunt, sed hanc Aquilae versionem intelligere.

IX. THEODOTIO Ephesius <sup>fff</sup>) non, vt alii <sup>ssss</sup>), Ponticus, licet Marcionis Pontici,

cap. V. §. 3. Sed quae nunc exstant Aquilae fragmenta, in opere Montefalconiano congesta, e codd. MSS. versionis septuagintaualis et libris doctorum veteris ecclesiae, ex vtraque versione ducta sunt, neque raro librariorum negligentia aut temeritate permutata cum verbis Symmachii, Theodotionis, atque adeo LXX. interpretum, vt praeter eos, qui nostra aetate in Hexaplis Origenianis emendandis elaborarunt, dudum monuit Petr. Wesselingius in epistola ad H. Venemam de Aquilae in scriptis Philonis Iud. fragmentis, Traiecti ad Rhenum ann. 1748. 8. De insigni versione Aquilae, imprimis secundae, vsu in re critica Veteris Testamenti et philologia orientali latius exposuerunt Ioh. Aug. Dathius in *disp. philologico-critica in Aquilae reliquias interpretationis Hoseae*, Lipsiae ann. 1757. 4. et Ioh. Frid. Fischerus multis locis supra laudatarum prolusionum de versionibus graecis librorum V. T. etc. et Clauis reliquiarum versionum graecarum Vet. Test. de qua infra commodior erit locus dicendi Scharf.

<sup>ccc</sup>) Tertia haec responsio adiecta est If. Vossii *observationum ad Pomp. Melam adpendici*, Lond. ann. 1696. 4. Vossium nuper sequuti sunt I. A. Starckius proleg. crit. ad Psalm. pag. 170 sq. et Ioh. Gottfr. Eichhornius in *introduc.* in Vet. Testam. part. I. pag. 342. et 346. Scharf.

<sup>ddd</sup>) Ita Petavius ad Epiphan. Morinus exerc. bibl. p. 296 sq. Steph. le Moigne ad varia sacra pag. 542. Hodius p. 577 sq. Rich. Simon etc. atque ante hos Drusus praef. ad prouerbia Ben-Sirae et lib. I. quaest. hebr. 34.

<sup>eee</sup>) Eusebius VII. 1. demonstrat. euangel. *ἐν τοῖς αὐτῶν Ἰεραίων ἀντιγράφοις, κατὰ τὴν Ἀκύλα μεταβολὴν φερομένοις.*

<sup>fff</sup>) Irenaeus III. 24. et apud Euseb. V. 8. hist. eccl. et Niceph. IV. 14. Athanasius synopsis scripturae s. Euthymius praef. in Psalmos p. 193. Alius, ni fallor Theodotus, Iudaeus, inuentor fabulosa traditionis, de qua Suidas in voc. Ἰηοῦ.

<sup>gggg</sup>) Epiphanius de ponder. et mensuris cap. 17. chron. Paschale pag. 263. Iosephus Christianus in hypomnestico MS. apud Hodium pag. 581.

tici, forte sectator <sup>hhhh</sup>) fuerit, atque hinc Ebionita <sup>iiii</sup>) [<sup>P</sup> <sup>kkkk</sup>] et profelytus Iudaeorum <sup>llll</sup>) condidit exemplo Aquilae Pontici translationem alteram sacrorum librorum graecam, quae iam exstabat, cum Irenaeus scriberet M. Aurelio imperante anno Christi CLXXVI. vel CLXXVII. <sup>mmmm</sup>) Symmachi versione tum nondum edita. In hoc autem differebat Theodotionis interpretatio a translatione Aquilae, quod propius accederet ad LXX. viralem <sup>nnnn</sup>) et inter contentiosi interpretis feruile studium atque inter licentiam Symmachi veluti media intercederet <sup>oooo</sup>). Vnde Hieronymus praefat. in Iobum: *quasi non et apud Graecos Aquila, Symmachus, et Theodotio vel verbum e verbo, vel sensum e sensu, vel ex utroque commixtum et medie temperatum genus translationis expresserint.* Quoniam vero a LXX. interpretibus minus utroque discrepabat, hinc *inter novos et veteres medium incedere* ait idem Hieronymus praef. ad Euangelia. Non mirum itaque videri potest, quod Origenes editionem graecam, cum hebraeo collatam, et Asteriscis instructam, ex Theodotione potissimum <sup>pppp</sup>) suppleuerit, aut, quod liber Danielis <sup>qqqq</sup>) integer, (non tantum caput quartum, vt If. Vossio visum,) praeter multa Iobi loca <sup>rrrr</sup>), quae in versione LXX. virali desiderabantur, ex Theodotionis interpretatione iam pridem receptus sit in ecclesiis, et hodieque in graecis bibliis legatur. Threnos <sup>ssss</sup>) idem interpres, pcrinde vt Aquila, in versione sua omiserat, et Estherae, (cuius libri versionem graecam *Lyfimacho* <sup>tttt</sup>) cuidam praeter rem tribuunt,) additamenta <sup>uuuu</sup>). Danielis

Ssss 3

<sup>hhhh</sup>) *Epiphanius*. Athanas. Iosephus MS. chron. paschale, Euthymius.

<sup>iiii</sup>) At idem prooem. commentar. in Daniel. Theodotionem *post aduentum Christi incredulum fuisse* narrat, licet eum quidam dicant Ebionitam, atque adeo Iudaeum diserte appellat multis locis, quos collegit H. Hodius de bibliorum textibus originalibus pag. 580. Quare *Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. VII. §. 1. eum non Ebionitam; sed vere Iudaeum fuisse suspicatur, nibus inprimis peruersa interpretatione loci Danielis cap. IX. 26. de nece Messiae. Sed etiam ante Christi tempora septuaginta interpretes, quos Theodotio plerumque sequutus est,  $\eta\psi\omega\zeta$  vertebant  $\chi\epsilon\iota\sigma\mu\alpha$ , quam interpretationem Christiani adeo non pauci probarunt. Conf. I. D. *Michaelis Versuch über die siebenzig Wochen Daniels* pag. 182 sqq. *Scharf*.

<sup>kkkk</sup>) *Hieron.* in catalogo script. eccles. vbi de Origene, et ad cap. 3. Habacuci. Suid. in  $\Omega\epsilon\gamma\iota\mu\epsilon\varsigma$ .

<sup>llll</sup>) *Irenaeus* loco laudato.

<sup>mmmm</sup>) *Dodwell.* de success. pontific. XIV. 17. et diss. ad Irenaeum IV. 39 sq. *I. E. Grabe* prolegom. ad Irenaeum pag. 14. *Cave* in hist. litteraria S. E. ad A. C. 175. [adde *Repertor. bibl. et orient. litter.* part. II. pag. 76 sqq. *Scharf*.]

<sup>nnnn</sup>) *Epiphanius*. *Hieron.* et *Iosephus* MS. apud *Hodium* pag. 582. 588.

<sup>oooo</sup>) Qui reliquias hexaplorum Origenianorum paullo diligentius excusserit, ita quoque Theodotionem ab Aquila et Symmacho differre sentiet, vt his inferior et peritia linguae hebraicae et facultate interpretandi videatur. *Montefalconius* quidem hoc adparere ostendit ex eo, quod passim verba hebraica, sibi ignota, graecis litteris scripserit, prolegom. Hexapl. cap. VII. §. 3. Sed et alia, non minus perspicua, proferri possunt argumenta, de quibus hic exponere nihil attinet. *Scharf*.

<sup>pppp</sup>) *Vfserius* syntagm. de LXX. interpretum versione cap. 6.

<sup>qqqq</sup>) *Vfserius* ibid. et *Drusus* fragment. vett. interpret. graec. pag. 1206. *Hodius* pag. 282. et 584. *Germon* de haereticis ecclesiasticorum codicum corruptoribus pag. 50.

<sup>rrrr</sup>) *Vfserius* cap. 8. pag. 95. edit. Lipf. [adde *Montefalcon.* proleg. hexapl. cap. IX. pag. 62 sq. *Scharf*.]

<sup>ssss</sup>) *Origenes* apud *Drusium* fragment. vett. intt. graec. pag. 563.

<sup>tttt</sup>) An legend. *Symmacho*? *Fabric.* Repudianda est haec coniectura. Quid opinioni, supra commemoratae, locum dederit, adparet e versione graeca historiae Estherae cap. X. extrem. *Lyfimacho* vero tribuunt, *Scip. Sgambatus* archiu. Vet. Test. lib. III. p. 507. et *P. D. Huetius* demonstr. euangel. *Scharf*.

<sup>uuuu</sup>) *Origenes* epist. ad African. pag. 223. *Fabric.*

nielis vero additamenta <sup>vvvv</sup>) non ipse primus Theodotio posuit, (nedum libros <sup>vvvvv</sup>), quos vocant apocryphos, collegit primus,) quum in antiqua versione graeca inuenerit eadem Origenes <sup>xxxx</sup>), et quandoque conferat veterem illam cum Theodotionis editione. [¶ Paralipomenon <sup>yyyy</sup>) libros et librum primum Maccabaeorum <sup>zzzz</sup>) graece nos hodie ex versione Theodotionis legere, lubrico nimis argumento contenderunt viri doctissimi. Quemadmodum nec illis temere habenda est fides, qui ex nominum conspiratione, (Ionathan enim Hebraeis idem quod graecis Theodotio est,) hunc eundem esse existimant <sup>aaaa</sup>) cum Ionathane, scriptore paraphraseos chaldaicae. Feuardentius ad Irenaei III. 25. Theodotionem confundit cum Theodoto, haeretico, quem Augustinus cap. 33. de haeresibus vocauit Theodotionem. Idem Feuardentius notat, Theodotionem nostrum a Nauclero Bergomate, Antonio Sabellico et Platina adpellari discipulum Tatiani; sed apud veteres scriptores, vt iam dixi, vocatur sectator Marcionis. [Auctore *Montefalconio* prolegom. Hexapl. cap. XII. §. 1. nosler quoque Theodotio a Graecis, qui commentarios in libros Vet. Test. scripserunt, passim Θεοδοτιος adpellatur. Conferatur etiam Suidas in voce Κυζαν. *Scharf.*] — *Duas fuisse editiones versionis Theodotioneae, obseruauit haecenus nemo*, inquit eruditissimus Hodius pag. 584. Nempe vir infinitae lectionis non meminerat Huetii, qui hoc iam adnotauerat libro de claris interpretibus pag. 153. Sed apud Hieronymum in Ieremiae XXIX. 17. uocabulum *secundam* non dubito de Aquilae versione accipiendum esse, vt fecit etiam *Drusius* pag. 532. fragment. vet. interpretum graec. [Drusio adsentitur *Montefalconius* ad Ierem. l. i. tom. II. Hexapl. Origen. pag. 230.] Irenaei testimonio reuincitur sententia Antonii Pagii, de chronologia et ecclesiastica historia meritisissimi viri, qui, chronicon paschale sequutus, existimauit, Theodotionis

*Fabric.* In eodem errore versatur *Hodius* de bibliorum textibus originalibus pag. 584. deceptus ve bis Origenis: Ἰνδοσις Ἀκύλα καὶ Θεοδοτίωνος ἐν τοῖς Θρηνοῖς ἂ Φέρεται, quibus auctore *Montefalconio* hexapl. Origen. tom. II. pag. 263. nihil aliud significatur, quam Aquilae et Theodotionis versiones Threnorum Hexaplis non insertas fuisse. Nam separatim quidem editas existisse, colligi potest e notis cod. Marchaliani et edit. Romanae ibidem allatis, itemque codicis Syro-Hexaplaris Mediolanensis, de quo vide repertor. biblioth. et orient. liter. t. part. III. pag. 170. ctsi, cur Origenes eas non integras, sed, vt *Montefalconio* videbatur, tantum particulas earum inseruerit Hexaplis, pro certo dici non potest. Conf. prolegom. Hexapl. cap. IX. p. 64. Coniecturae quidem, quibus *I. C. Doederleinus* repertor. bibl. et orient. literat. part. VI. pag. 206 sq. *Montefalconii* opinionem infringere et debilitare conatur, mihi non satisfaciunt; neque scio, an his praefereandae sint eae, quas proposuit *C. F. Bahrdtius* not. ad prolegom. Hexapl. pag. 26. De libri *Estherae* additamentis vide uerba Hieronymi apud *Hodium* l. i. Contra quem disputans *I. S. Semlerus* adparat. ad liberalem Vet. Test. interpreta-

tionem pag. 163: ait *recte dubitari posse, an aliquis ceterorum interpretum (Aquila, Symmachus, Theodotio,) hunc librum graece uerterit.* At si, vt vir summus coniecit, *soli illi LXX. interpretes* graecam historiae Estherae versionem confecerunt, unde Origenem in editione hexaplaris, ab *Visserio* prolata e codice Arundelliano, (conf. supra §. VI.) ea, quae sub asteriscis in contextum inseruit, accepisse dicamus? An ipse, quem nonnulli tam imperitum litterarum hebraicarum fuisse opinantur, vt hebraica graece scribere suoapte ingenio non posset, haec ex hebraeo expressit? *Scharf.*

<sup>vvvvv</sup>) Vide, si placet, *Hodium* p. 583. *Fabric.* Adde *Sim. de Magistris* praefat. ad *Danielem secundum septuaginta* edit. Rom. pag. 16. *Scharf.*

<sup>wwwv</sup>) *Hodius* ibid.

<sup>xxxx</sup>) Origenes epist. ad African. p. 224.

<sup>yyyy</sup>) *Grotius* in Luc. I. 5. et *Voss.* III. 20. *Aristarch.* Sed ab his discedit *Hodius* pag. 584. et *Ioh. Franciscus Buddeus* parerg. historico-theol. pag. 41.

<sup>zzzz</sup>) *Buddeus* pag. 39.

<sup>aaaa</sup>) Refellit *Drusius* quaesit. per epist. 41. et *Alexander Morus* in causa dei pag. 118.

ditionis versionem editam demum anno Chr. CLXXXI. in honorem quinquennialium Commodi, imp. Vide eius criticam in Annales Baronii ad iam dictum annum numero IV.

X. SYMMACHVS, gente et religione Samaritanus<sup>bbbbb</sup>), postea, Samaritanis desertis, περιπρωσθεϊς<sup>cccc</sup>) et secundo circumciscus<sup>dddd</sup>), [P] Iudaeus, denique Christianus Ebionita<sup>cccc</sup>), post Aquilam et Theodotionem libros antiqui foederis graece interpretatus est imperante Seuero<sup>ffff</sup>), etli Theodotione antiquiorem tradunt nonnulli<sup>gggg</sup>), quoniam scilicet Origenes in Tetraplis et Hexaplis Theodotioni Symmachum praeposuerat: sed ob hanc causam LXX. interpretes quoque Symmacho et Aquila iuniores statuere debuissent, quos vtrique postposuerat, Theodotionem vero LXX. interpretibus proximum, vt maxime scilicet interpretatione sua ad illorum transferendi rationem accedentem, iunxerat Adamantius. De cetero parum verisimile mihi videtur, Symmachum versionem hanc adgressum esse προς διασφορην των Σαμαρειτων<sup>hhhh</sup>), vt Epiphanius et Athanasius, et ex his alii scribunt, nisi forte hoc existimarunt ideo, quia solus Pentateuchus<sup>iiii</sup>) admittebatur a Samaritanis, Symmachus

bbbbb) Epiphanius de mensuris ac ponderibus cap. 16. et ex eo chron. paschale pag. 266. Συμμάχος τις Σαμαρείτης των παρ' αυτοις σοφων etc. Athanasius synopsi scripturae f. tom. III. pag. 156. Euthymius praef. in Psalmos pag. 192. τριτη η τε Συμμάχος, ος αν Σαμαρειτης και μη τυγχινων δεσης εβλεπετο τειχης προςσσειν Ιουδαϊας και δευτερον περιτιμωεται etc. Alius Symmachus, scholasticus Iudaeus, qui A. C. 526. sub Theodorico rege dictavit praecepto, vt Ariani basilicas catholicas inuaderent, teste Anonymo, quem ad calcem Ammiani edidit Valesius.

cccc) De praeputii adductione per spathistemem vide praeter Epiphanium loco laudato, interpretes ad 1 Maccab. I. 15. et 1 Cor. VII. 18. Andream Masium ad Iosrae V. 2. Steph. le Moyne notis ad varia sacra pag. 761 sq. qui de hac attractione putat etiam agi Ierem. IX. 25. Ioh. Rhodium cap. VI. de acia pag. 97. Montacium tom. I. Originum eccles. p. 79. Tam. Fabrum lib. II. epist. 26. et Thom. Bartholinum de morbis biblicis cap. 26. Fabric. — Adde G. Groddeckii diff. de Iudaeis, praeputium attrahentibus, quae inserta est Christ. Schoettgenii Horar. hebr. et Thalmuldic. in Nou. Test. tom. I. pag. 1159 sqq. Pro περιπρωσθεϊς, quod Fabricius ab Epiphanio certe non accepit, haud dubie legendum est επισπρωσθεϊς. Hoc enim verbo Paulus 1 Cor. VII. 18. exprimit id quod 1 Maccab. I. 15. dicitur ποιων Ιαυτω ανσποσθιαν. Scharf.

dddd) Epiphanius. οσοι γαρ απο Ιουδαϊων Σαμαρειταις προσφενυκται, αντιπεριτιμωουται ωσαυτως και οι απο Σαμαρειτων προς Ιουδαϊας ερχομενοι.

eeee) Eusebius VI. 17. hist. eccI. et VII. 1. demonstr. euangel. Hieron. catalogo S. E. in Origeno, et ad cap. 2. Habacuci, Suidas in Δριγενης. Hinc Symmachianus pro Ebionacis dictos ab Ambrosio, siue quisquis auctor est, commentaril in Galatas, praefat. et ab Augustino lib. I. cap. 31. contra Crescon. grammaticum, obseruat Hodius pag. 588.

ffff) Epiphanius. Athanas. chron. paschale, Euthymius, Glycas pag. 242.

gggg) Epiphanius, Petavius ad Epiphanius etc. Tillemont. not. 10. ad vitam Origenis. Confer, quae contra hos disputat Elias du Pin, prolegom. bibl. tom. I. pag. 186 sq. Huetius pag. 256. Origenianor. Fabric. Latius hac de re disseruerunt H. Hodius de bibliorum textibus originalibus pag. 579 sq. et B. Montefalconius prolegom. hexapl. cap. VI. §. 1—3. Scharf.

hhhh) Sunt haec verba pseudo-Athanasii loco supra laudato. Sed Epiphanius de mensuris et ponderibus cap. 16. et de septuaginta interpretibus iisque, qui perperam interpretati sunt, pag. 89. dicit, προς διασφορην των παρδ Σαμαρειταις ερηνητων siue ερημωτων: vnde Montefalconius prolegom. hexapl. cap. I. §. 9. coniicit, existisse tunc versiones Pentateuchi Samaritani graecas, e quo genere fuerit το Σαμαρειτικον, de quo mox exponetur. Scharf.

iiii) Origenes I. contra Cels. pag. 38. Epiphanius et Damascenus de haeres. Leontius de sectis pag. 422. itemque alii.

machus autem reliquos etiam libros propheticos transfulerat. Librum IV. Regum ἐν τῇ κατὰ Σύμμαχον ἐκδόσει citat *Maximus* ad epist. 7. Dionys. Areopag. tom. II. p. 95. Canticum canticorum ex Symmachi versione nos habere iudicat Lamb. Bos et Lud. Cappellus in notis crit. ad Ies. XLVII. p. 516. Potius obseruandum existimo, Christianos scriptores, quemadmodum Aquilam fere innuunt, quando prouocant ad Hebraicum, ita, quando τὸ Σαμαρειτικὸν laudant<sup>kkkkk</sup>), respicere ad hanc Symmachi Samaritae versionem, a quo Pentateuchum ex Samaritico translatum mihi persuadeo. Neque enim Symmachi meminisse simul solent veteres<sup>lllll</sup>), quando inter diuersas interpretationes Samariticum laudant<sup>mmmmm</sup>), neque Samaritice callebant antiqui patres graeci vel latini plerique, ne Origene quidem excepto, vt ex eius commentar. ad Ezech. IX. 4. obseruat *Huetius* pag. 26. <sup>nnnnn</sup>) Origenian. graeca autem si

<sup>kkkkk</sup>) Quamquam in silentio veterum scriptorum subobscurum est, quid sit τὸ Σαμαρειτικὸν, tamen non dubito, quin Fabricius, qui hoc nomine Symmachi Samaritae versionem significari putabat, errauerit deceptus ab Hottingero. Symmachum enim Pentateuchum ex hebraeo, non Samaritano, codice vertisse, vel ex eo colligi potest, quod saepe dissentit a septuaginta interpretibus, vbi hi haud dubie lectionem codicis Samaritani expresserunt, vt Genes. IV. 8. et Deuteronom. XXVII. 26. Ad quem locum si quis animaduersiones nostras contulerit, videbit, an recte negauerit Fabricius, veteres scriptores, vbi τὸ Σαμαρειτικὸν laudent; Symmachi mentionem facere. Quamquam, hoc temere dici, etiam e priori loco adparet, modo teneas, verba scholiastae, παρ' ἑδενὶ τῶν λοιπῶν πάντων τὰ ῥήματα τῆς Κείν τῶ πρὸς Ἀβελ, ad Symmachum quoque referenda esse. Nam οἱ λοιποὶ sunt omnes, praeter septuaginta, interpretes graeci. Quod porro negat, doctores veteris ecclesiae christianae Samaritice doctos fuisse, et si hoc refelli potest exemplo Hieronymi, qui se *Samaritanorum hebraea volumina relegisse* comment in Epist. ad Galat. cap. 3. pag. 86. tom. IX. Opp edit. Frob. narrat, ad rem propositam nullus est momenti, si quidem cum Montefalconio et aliis credas, olim existisse graecam Pentateuchi Samaritani versionem, nescio a quo confectam, cuius lectiones singulares Origenes in margine Hexaplorum notauerit. Duae denique Symmachi versiones, quarum altera, vt *B. Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. VI. §. 4. recte coniecit, non nisi emendatio editio fuit, in omnibus Veteris Testamenti libris, maxime prophetis, laudantur ab Hieronymo et aliis; sed τὸ Σαμαρειτικὸν in Pentateucho solo. Quare, donec meliora edocceat, malim adferri *Frid. Linnan. Schwarzio*, qui versionem Pentateuchi Samaritanam, ver-

bis graecis expressam τὸ Σαμαρειτικὸν adpellari multis exemplis docuit *Exercitat. historico-critic. in vtrumque Samaritanorum Pentateuchum* pag. 211 sqq. Ceterum etiam Ioh. Frid. Mayero, quem Fabricius forte sequutus est, coniecturam, modo repudiatam, placuisse, didici ex *A. G. Maschii* biblioth. sacr. part. II. vol. II. pag. 247. *Scharf.*

<sup>lllll</sup>) *Io. Morinus* exerc. 3. in Pentat. Samarit. p. 232. et *Iac. Longus* bibl. sacr. p. 213. obiiciunt *Procopium Gazaeum*, qui sub initium comment. in Deuter. quum semel atque iterum Samariticum exemplar laudasset, mox Symmachum laudat. Sed laudat, de alio loco Mosis differens. Itaque non absurdum est, iam Symmachi nomine ab eo allegari, quem modo Samariticum vocauerat. Et licet Gazae fuere Samaritani quos consulere potuit *Procopius*, non facile tamen idem tibi persuaferis de tot aliis, qui Samariticum laudant, vt *Iulio Africano*, *Eusebio*, *Syncello*, *Cyrillo Alex.* *Hieronymo*, *Scholiaste graeco*, *Rom.* etc. Itaque adhuc acquiesco in mea coniectura, quae probata etiam est *Simoni* bibl. crit. tom. IV. cap. 19. pag. 147. *Seldeno* praefat. ad *Marmoram Arundel.* tom. II. Opp. pag. 1442 sq. Mayero historiae versionis germanicae *Lutheri* p. 207. (Fabricius manu sua haec addidit in exemplari suo.)

<sup>mmmmm</sup>) Vide loca collecta ab Hottingero *Exercitat. Anti-Morin.* §. 25. p. 28—32, qui putat, graecam versionem Pentateuchi e Samaritico confectam ante LXX. interpretes. Idem tamen pag. 145. fasciculi diss. theolog. philol. et thesaur. philolog. pag. 302. fatetur et ipse, Symmachum e Samaritarum codice Pentateuchum vertisse.

<sup>nnnnn</sup>) *Hieronymum* excipio, hebraea Samaritanorum volumina laudantem et a Symmacho distinguentem, comment. in Galat. et alibi, et *Iacobum Edeffenum*, qui a. C. 650. floruit et in schol. Syr. ad Iosuae librum notat Deutr. 27. 4. in Samarita-



si existisset diuersa a Symmachiana interpretatione Samaritici Pentateuchi versio, Origene antiquior, cur, quæso, eam Origenes in Hexaplis omisit? Quod si non omisit, ut visum *Is. Vossio* <sup>00000</sup>), [P] quare veteres scriptores, de Hexaplis Origenianis agentes, hoc ad vnum vniuersi tacent? Superest igitur, ut operi Origeniano inserta fuerit sub Symmachi nomine, vel extra Origenis Hexapla sit lecta. Duplex etiam editio Symmachi olim ferebatur, ut ex Hieronymo in Ierem. XXXII. et in Nahum III. pulcre obseruat *Hodius* pag. 586. Forte igitur priorem harum, quæ non fuisse videtur in Hexaplis, veteres sub Samaritici nomine laudant. Ceterum *Franciscus Iunius*, qui Symmachum tertia vice versionem suam æmulatione Theodotionis recensuisse adfirmat, sine antiquo teste hoc dicit controuers. de verbo Dei lib. II. cap. 5. Symmachum porro non verborum *κακοζηλίαν* contentiose secutum, sed sensum potius sensu reddidisse, ideoque tanto magis perspicuam exhibuisse interpretationem <sup>ppppp</sup>), ex Hieronymo prooem. in Chron. Eusebii, et in Esaiæ I. et V. in Amos III. in Ecclesiastæ IX. et quaestion. in Genesin, nec minus e Theodoro Antiocheno ad Psal. LV. 7. notauit idem *Hodius* pag. 588. obiter refellens sententiam Lindani, qui existimauit, Psalterium græcum hodie nos habere non ex editione LXX. senum, sed ex Symmachi interpretatione: tum eorum, qui vulgatam latinam, quæ exstat, bibliorum translationem ex Symmacho potius, vel Aquila vel Theodotione, quam ex Hebraeo concinnatam fuisse putant. In catalogo MSS. graecorum Constantini Barini CPolitani, quem Possseuius ad calcem adparatus sacri et ante Possseuinum Verderius ad calcem bibl. edidit, memoratur *Symmachi Hebraei interpretatio in Psalterium David, et eiusdem interpretatio in omnia volumina veteris diuinæ scripturæ*. [conf. rept. bibl. et or. litter. part. XI. pag. 71. Honorius quidem Augustodunensis praef. in Psalmos, (vid. Bern. Pezii thesaur. anecdot. tom. II. pag. 97.) *Psalterium gallicum non romanum explanabimus — — Romanum autem, quod a Symmacho vel nescio a quo alio est interpretatum*. Sed vide, quæ contra monui in *Beiträgen zur Kenntniss alter Bücher und Handschriften*, fasc. 3. pag. 389 sqq. *Pfeiff.*] Sed opus ipsum nemo fuit hactenus, qui in lucem proferret. Interdum non parum recessit Symmachus tum ab Hebraeo, tum a LXX. interpretibus, ut notat *Hieronymus* ad Ecclesiastæ XII. 5. *Symmachus, nescio quid in hoc loco sentiens, multo aliter interpretatus est* (nam pro verbis: *et florebit amygdalum, et impinguabitur locusta, et dissipabitur capparitis*, ipse reddiderat: *et obdormient vigilantes et dissipatur spiritus*

maritanorum exemplari scriptum, in monte Garizini pro in monte Gabalæ. Assmanni bibl. orient. tom. I. p. 489. *Franc. Wockenii* diss. qua Samaritanorum codicum lectiones ex Eusebii chronico considerat vindicandis fontibus hebraeis. Witteb. 1731. bibliotheca Wittebergensis 1732. pag. 357. *Pfeiff.*

<sup>00000</sup>) *Vossius* respons. ad obiecta criticae sacrae pag. 305. 306. cui adde, quæ respondet *Huetius* pag. 257. Origenian. et Rich. Simon. *Fabric.* Disquisit. critic. de variis bibliorum editionibus pag. 149 sqq. et opuscul. critic. aduersus H. Vossium pag. 79 sqq. Sed etiam *Montefalconius*, etsi ceteroqui de descriptione Hexaplorum Origenianorum longe dissentit ab H. Vossio, lectiones *τῶ*

*Σαμαριτικῆ* hexaplis insertas fuisse, non temere, ut opinor, conicit prolegom. hexapl. cap. I. §. 8. Confer scholia, e codice Basiliano prolata, ad Numer. 13, 1. et 21, 13. e quibus adparere videtur, Origenem in concinnandis hexaplis Pentateuchi Samaritani rationem habuisse. *Scharf.*

<sup>ppppp</sup>) De perspicuitate et elegantiâ versionis Symmachianæ copiose et diligenter exposuit *Car. Aug. Thiemi* in *disput. pro puritate Symmachi*, Lipsiæ ann. 1755. 4. e qua simul discas, si qua forte non pura Symmacho tribuantur, ut non raro fit in opere Montefalconiano, ea librorum negligentia et temeritate ex Aquilæ versione aut aliunde in illam irreperisse. *Scharf.*

tus fortitudo.) Cuius interpretationem (Apollinarius) Laodiceus secutus, nec Iudaeis placere potest, nec Christianis: dum et ab hebraeis procul est, et sequi LXX. interpretes dedignatur. Fabric. Ab aliis etiam Symmachum reprehensum esse in eo, quod propter nimium elegantiae studium interdum a vero sensu scriptorum sacrorum aberrauerit, exemplo Theodori, Heracleotae, docet B. Montefalconius prolegom. Hexapl. cap. VI. §. 7. Sed Symmachum contra Theodorum defendit C. A. Thiemijs disp. pro puritate Symmachi pag. 15. Scharf.

Traditur praeterea Symmachus hic scripsisse commentarios in Matthaeum, quibus dogma Ebioniticum conatus est confirmare. Eusebius VI. 17. Hist. Eccl. cuius verba: πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον [P] de commentariis Symmachi in Matthaeum, (non de scripto, aduersus Matthaeum edito, vt Valesius <sup>9999</sup>),) acceperunt Rufinus interpres, Hieronymus catalogo S. E. in Origene, Suidas in Ὠριγένει, Nicephorus V. 12. vt Abbatem Vrspergensem aliosque iuniores omittam. Istos commentarios Symmachi μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς γραφὰς ἑρμηνειῶν <sup>rrrr</sup>) τῷ Συμμάχῳ a Iuliana acceperat Origenes, haec ab ipso eos habuerat Symmacho, vt praeter Eusebium tradit Palladius in hist. Lausiaca pag. 152. εὖρον δὲ ταῦτα γεγραμμένα ἐν παλαιοτάτῳ βιβλίῳ σιχηρῶ, ὅπερ ἐγγέγραπτο χειρὶ Ὠριγένεως, ὃ παρὰ Ἰηλιανῆ παρθένας ἐν Καισαρείᾳ κεκρυμμένον ὑπῆρχεν, ἥτις ἔλεγεν παρ' αὐτῷ Συμμάχῳ τῷ ἑρμηνεύει τῶν Ἰουδαίων τῆτο εἰληφέναι. [Eichhornius in Einleitung in das A. T. §. 196. credit, Symmachi versionem ex catalogo MSS. graecorum Constantini Barini, Constantinopolitani, totam in graecis bibliothecis latitare. Pfeiff.]

Latine aliquid scripsisse Symmachum, colligit praestantissimus Hodius pag. 587. ex his verbis Hieronymi comm. in epist. ad Tit. 2. Symmachus igitur pro eo, quod est in graeco (Psalm. 134, 4.) περιέσιον, in hebraeo חָסוּד, expressit ἐξάϊστρον, id est, egregium vel praecipuum: pro quo verbo in alio volumine latino sermone utens, peculiarem interpretatus est. Sed videtur Hieronymus loqui de latino veteri interprete, qui in alio volumine, h. e. non in Psalmis, sed in alio libro biblico περιέσιον reddiderit peculiarem <sup>ssss</sup>). Neque Agobardum vel Catenarum compositores aliud opus Symmachi quam versionem biblicorum respicere existimo, quemadmodum Hodius ipse probe animaduertit, Symmachum inter latinos patres quandoque referri, quod latini ecclesiae doctores eius translatione vsi fuerunt. Quales sint libri Symmachi, quos apud Syros adhuc existare auctor est Hebed Iesu <sup>tttt</sup>); ex his memo-

rans

<sup>qqqq</sup>) Addendus est Guil. Cauens, qui Symmachum in his commentariis inprimis genealogiam Christi oppugnasse scite coniecit, atque praeterea ab Hodio, quem Fabricius suo more compilauit, ita dissentit, vt ἑρμηνείας deinceps commemoratas de Symmachiana librorum Vet. Testamenti versione accipiat, histor. litter. script. eccles. tom. I. pag. 99. edit. Oxon. ann. 1740. Scharf.

<sup>rrrr</sup>) Rufinus interpretationem biblicorum, a Symmacho compositam, intelligit, cui adsentitur Dodwellus diss. IV. ad Irenaeum §. 40. At Hodius pag. 585. mauult de commentariis siue expositionibus Eusebii verba accipere. Fateor tamen,

non improbabilem esse priorem sensum, et forte ἑρμηνείας pluratio numero dixit de vtraque versionis Symmachi editione, priore et posteriore.

<sup>ssss</sup>) Immo Hieronymus respexit locum Eccl. II. 8. vbi Symmachus חָסוּד vertit πελάγια, vsus verbo latino, quod vt σιδάριον, μάκλλον, et alia in consuetudinem Graecorum venerat. Fabricii coniecturam probat I. G. Eichhornius Introduct. in Vet. Test. part. I. pag. 352. Scharf.

<sup>tttt</sup>) Catalog. Scriptorum Chaldaicorum siue Syriacorum pag. 13. Sic Cauens l. I. et Hodius de biblicorum text. origin. pag. 588. Scharf.

rans vnum, cui titulus *de distinctione praeceptorum*, dixerint illi, quibus scripta haec legere concessum est. De *epistola* commentitia, quae latine edita est a Rigaltio inter scriptores rei accipitrariae cum titulo *Aquilae, Symmachi, et Theodotionis ad Ptolemaeum regem Aegypti*, iam monui supra lib. I. cap. 25. §. 6.

Ex quo hi interpretes ab Origene in Hexaplis ac Tetraplis fuere cum versione LXX. senum iunctim vulgati, saepius consulti sunt a veteribus ecclesiae doctoribus, quando sacras literas exponerent, vt patet tum ex aliis, tum ex Origene ipso, qui inter alia illis est vsus ad codices LXX. interpretum in nominibus propriis emendandos, vt testatur commentariis in Iohannem pag. 131 sq. Frequenter cum ad [P] illòs, quos subinde communi vocabulo *τρῆς ἑρμηνευτῶν* tres interpretes <sup>uuuuu</sup>) adpellant, prouocare constat e Graecis quidem Theodoretum et Procopium Gazaem, e Latinis Hieronymum. Saepius quoque aduocantur in Catenis, quas in plures libros biblicos e graecis patribus collectas habemus, tum in scholiis editionis Romanae LXX. interpretum, atque aliis eiusmodi scholiis et Catenis ineditis. Nonnulla quidem aliter legisse videntur, quam in hebraicis habemus codicibus, vt exemplis quibusdam insignibus docuit *κριτικώτατος Lud. Cappellus*. [Criticae sacrae lib. V. cap. 4—6. Sed huic, quia saepe deceptus est lectionibus vitiosis, quas in *fragmentis veterum interpretum graecorum, a Drufo collectis*, inuenerat, addendi sunt illi, qui post Montefalconium in reliquiis versionum graecarum V. T. colligendis, illustrandis et emendandis elaborarunt. Indicem eorum infra proponam. *Scharf*.] Est etiam quum interpretationes vnus ex his tribus permixtae sunt hodie editioni LXX. viralis versionis, siue, quod glossae loco ex alia versione additum e margine in textum irrepsit <sup>vvvvv</sup>), siue potius, quod Origenes veterem versionem ex ceteris interpretibus suppleuerat, addito asterisco, locosque obsecuros ex Theodotionis vel alterius interpretis versione lemnisco adpicto illustrauerat. [conf. *B. Montefalconii* prolegom. hexapl. cap. IV. pag. 42. cuius coniecturam de lemniscorum in hexaplis Origenianis vsu nuper repudiauit editor Romanus versionis septuagintaualis oraculorum Danielis praefat. pag. 22 sqq. *Scharf*. adde *Villoison*. Proleg. ad suam Homer. Iliad. editionem Venet. pag. XXI sq. *Hort*.] Hinc enim factum est, vt omnis librariorum negligentia hisce signis, aliae interpretationes <sup>wwwww</sup>) iam indistincte cum versione veteri legantur, et vnum vocabulum non raro bis translatum iunctim occurrat, vt Exodi XIII. 2. *πρωτότακον πρωτογενῆς*, 2 Sam. XII. 25. *Ἰεδδεδὶ ἔνεκεν Κυρία*, quae Aquilae est interpretatio <sup>xxxxx</sup>): interdum integra phrasis, vt Prou. XXXI. 29. *ἐκθήσαντο πλεῖστον, ἐποίησαν δύναμιν*: interdum integer versiculus, vt Deut. XXIII. 17. et 1 Sam. XXI. 13. et 2 Sam. XV. 20. Certe parum verisimilis est sententia Nortoni Knatchbulli, qui in notis ad Actor. XIII. 41. ait, LXX. interpretum morem esse, vt vnum idemque verbum vel pro possibili errore literarum quandoque bis reddant, aliquoties etiam ter. Quum vero tres illae interpretationes Aquilae,

T t t t 2

Symmachi,

uuuuu) Vide Hodium pag. 559. \*

vvvvv) Ita videtur Ioh. Vorstio *diff. sacrarum* lib. III. cap. 7.

wwwww) Ita recte Salmaf. lib. de lingua hellenistica pag. 245.

xxxxx) Fabricius errauit. Nam si fides ha-

benda est notae hexaplari apud *Montefalconium* Hexapl. Origen. tom. I. p. 333. non solum Aquilas, sed etiam Symmachus et LXX. interpretes verba hebraica בעבור יהוה, quae sequuntur τὸ יהוה, verterunt ἕνεκεν Κυρία. Conf. *L. Cappelli* *crit. hier.* tom. II. pag. 623. edit. Hal. A. *Ἰεδδία. Σ. ἀγαπῶν κυρία. O. Ἰεδδεδὶ. Scharf*.

Symmachi, et Theodotionis non minus, quam pretiosum Tetraplorum atque Hexaplorum opus iam pridem cum magna literarum hebraicarum et sacrae antiquitatis iactura interciderint, fragmenta saltem, quae supersunt, licet perpauca, in veterum scriptis et antiquis codicibus inuestigare viri docti sunt adgressi, primus quidem omnium *Flaminus Nobilius* in notis ad Sixtina biblia, Romae 1587. fol. [Immo *Petrus Morinus*, qui se has adnotationes scripsisse narrat in epistola ad Siluium Antonianum pag. 366 sq. Opusculorum, quae studio Iac. Quetif prodierunt Parisiis ann. 1675. 12. *Scharf.*] Diligentius deinde conquisita et interpretatione ac notis illustrata dedit *Iohannes Drusius*, non vno hoc nomine praeclarissime promeritus de studiosis sacrarum literarum, in singulari volumine post fata auctoris demum in [P] lucem edito, quod inscribitur: *Veterum interpretum graecorum in totum Vetus Testamentum fragmenta, collecta, versa et notis illustrata.* Arnhemiae 1622. 4. [Curante *Sixtino Amama*, qui Drusio in professione linguae hebraicae apud Franequeranos successit. Ceterum fragmenta haec veterum interpretum graecorum ex editione Romana repetita sunt in Francofurtensi, Parisiensi Ioh. Morini, Caue H. L. S. E. vol. I. pag. 78. Londinensi ann. 1653. 4. et Lipsiensi Ioh. Frickii, de quibus dictum est supra §. VI. *Scharf.* Drusius iam ann. 1581. sub nomine *Drieschi* edidit: In Psalmos Davidis veterum interpretum, quae exstant fragmenta. Antwerp. ex offic. Plantini 4. 64 pagg. In fine ita adloquitur lectorem: „Amice lector, damus hic fragmenta veterum interpretum in Psalmos, opus non adhuc visum huic aeuo, quod edendum curavi mihi et paucis, qui hic sunt etc. vnde patet, eum, non *Nobilium*, primum fuisse Hexaplorum restauratorem. *Pfiff.*] Nobilii et Drusii collectanea iunctim exhibentur in tomo sexto polyglotton Londinensium, cum scholiis ad editionem Romanam. Occurrunt et in eodem tomo variae lectiones et scholia graeca ex codice MS. Barberiniano versionis graecae prophetarum, aliisque antiquis codicibus, nec minus commentarius affectus *Patricii Iunii* in versionem graecam in capite XIV. Numerorum desuens, in quibus singulis plura interpretum fragmenta Nobilio ac Drusio praeterita licet obseruare, quae diligentissime, vt speramus, vndique inuestigata atque auctiora. dabit proxime praestantissimus vir *Ioh. Ernestus Grabe*. Nonnulla Aquilae, Symmachi etc. fragmenta collegit ediditque in Hieronymo suo, Tom. II. Opp. col. 830. *Io. Martiannus*, [cf. *A. G. Maschii* bibl. sacr. part. II. vol. 2. p. 329 sq.] et diligentissime idem se facturum recepit *Bernh. de Montfaucon*, qui Eusebii commentarios in Psalmos et Esaiam edidit, e quibus et ipsis non pauca addi possunt. *Fabric.*

Hinc excerpta illa in Polygl. Lond. vna cum scholiis et variis lectionibus codd. MSS. deinceps commemoratis, translata sunt in editionem versionis septuagintauralis Franequeranam, quam L. Bosius curauit. Vide supra §. VI. Posthaec *Bernard. Montefalconius*, adiutus multis libris scriptis bibliothecae Coislinianae, Colbertinae, regiae Parisiensis, Vaticanae etc. edidit *hexaplorum Origenis quae supersunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Iohanne Drusio edita fuerant*, Parisiis ann. 1713. duobus voluminibus formae maxime, graece et latine, cum notis et prolegomenis, in quibus de tetraplorum atque hexaplorum nominibus et forma, septuaginta ceterisque graecis V. T. interpretibus, et reliquiis hexaplorum in codicibus cum manuscriptis tum editis versionis septuagintauralis et libris doctorum veteris ecclesiae perite et scienter disputat. Adiecit etiam tomo secundo Lexica e fragmentis versionum Aquilae, Symmachi, Theodotionis et trium reliquarum concinnata, alterum hebraicum, alterum graecum, in quo, quae recte reprehendi possint, ostendit *Ioh. Frid. Fischerus* in *specimine clavis reliquiarum versionum graecarum V. T. Aquilae, Symmachi,*

*machi, Theodotionis, Quintae, Sextae et Septimae* pag. 11. Nouam huius libri editionem curauit *Car. Frid. Bahrdtius*, Lipsiae ann. 1769. et 1770. octonis duobus voluminibus, in qua tamen peritis harum rerum aestimatoribus nullo modo satisfecit. Nam praeter prolegomena Montefalconii tantum graecum contextum repetiit, auctum quidem lectionibus codicis Veronensis (conf. J. A. Ernesti biblioth. theolog. nouiss. part. I. pag. 196.) et Lipsiensis, cuius indolem (vid. supra §. VI.) in praefatione ad tom. I. descripsit, sed non emendatum, vt verissime iudicat *Ioh. Frid. Fischerus* proluf. de versionibus graecis librorum V. T. litterarum hebraicarum magistris pag. 34. Notas porro Montefalconii, quibus aegre careas, aut prorsus praetermisit, aut mutilauit suisque immiscuit. Lexica denique ad vsum hexaplorum necessaria, quae in praefatione ad tom. I. promissit, numquam prodierunt. Multo magis et ad vtilitatem communem ad commodatius illud opus Montefalconii vel auctum vel expolitum est ab aliis viris doctis libris separatim editis, quorum indicem iam proponam ita, vt omnino eos commemorem, qui versiones graecas V. T. animaduersionibus illustrare et cum ingenii, tum bonorum librorum ope emendare instituerunt: neque tamen hic repetam, quae de Grabii, Boffii aliorumque meritis supra dicta sunt, vbi de editionibus, auctoritate et vsu versionis septuagintaualis et de reliquis versionibus graecis singulatim exponebatur.

Huc igitur referendae sunt ignoti cuiusdam viri docti animaduersiones ad versiones graecas oraculorum Amosi, insertae repertorii biblic. et orient. literat. part. VI. pag. 208 sqq. Neque alienae ab hoc loco sunt, quae ibidem pag. 104—124. exstant, nescio, an eiusdem auctoris, animaduersiones ad varias lectiones veterum interpretum oraculorum Malachiae.

*Iac. Georg. Christ. Adlerus* dedit supplementa hexaplorum Origenianorum e codice Psalmoreum Vaticano, e quo Montefalconius sexdecim tantum Psalmoreum lectiones protulerat, repertor. bibl. et orient. literat. part. XIV. nr. 6.

*Ioh. Iac. Breitingerus*, qui editionem versionis septuagintaualis, a se curatam, tomo quinto augere constituerat, cui praeter alia inesset fylloge variantium lectionum e Cottoniano et aliis codicibus MSS. excerptarum, sed, vt supra narraui, non stetit promissis, *epistolam ad A. M. Quirinum de antiquissimo Turicensi bibliothecae graeco Psalmoreum libro* edidit Turici ann. 1748. quaternis, in qua indolem huius codicis ita descripsit, vt lectiones insigniores notaret et specimen scripturae in eas incisum exhiberet. *Scharf.* [codic. psalmoreum argenteis litteris saec. VIII. scriptum in bibl. senator. Turicensi laudat censor in *Ien. Allgem. Litt. Zeit.* ann. 1793. mens. Ian. pag. 1. *Harl.*]

*Paul. Iac. Brunsi* curae hexaplares in librum IV. regum insertae sunt repertor. bibl. et orient. literat. part. VIII. nr. 4. part. IX. nr. 4. et part. X. nr. 2. Idem non solum supplementa hexaplorum Origenianorum et varias lectiones cod. MS. psalmoreum Oxoniensis dedit repertor. bibl. et orient. lit. part. XIII. nr. 6. sed etiam animaduersiones ad nonnullas lectiones singulares codicis Cottoniani Geneseos ibidem part. XIV. nr. 2. et in notis ad *B. Kennicotti diff. generalem in Vet. Testam. hebr.* e codd. MSS. versionis septuagintaualis multa lectu digna protulit.

*Ioh. Christoph. Doederleinus* specimen curarum exegeticarum et criticarum in quaedam *Vet. Testamenti oracula* edidit, Altorfii ann. 1770. octonis, quo libro etiam specimen emendationum versionis graecae Alexandrinae et collationis eius cum textu hebraeo continetur.

Idem emendationes et supplementa hexaplorum Origenianorum, hanc in seim inprimis cod. MS. Noribergensi vsus, dedit repertor. bibl. et orient. literat. part. I. nr. 7. et part. VI. nr. 8. neque minus docte de versionibus graecis V. T. differuit multis locis *bibliothecae theologiae selectae*.

Neque negligendae hoc loco sunt, quae versionem septuagintauiroalem non parum illustrant, *Ioh. Gottfr. Eichhornii* obseruationes ad contextum oraculorum Ieremiae, insertae repertor. bibl. et orient. literat. part. I. nr. 4.

*Ioh. Ern. Fabri Descriptio commentarii in septuaginta interpretes* prodit Gottingae ann. 1768. et 1769. 4. duabus partibus. Summam utriusque libelli enarrauit I. A. Ernestus bibl. theolog. part. X. pag. 574 sqq.

*Ioh. Frid. Fischeri prolusio, qua loci nonnulli versionum graecarum oraculorum Malachiae illustrantur*, adiecta est prolusio de versionibus graecis librorum V. T. supra laudatis ad §. VII. Neque minus huc pertinent prousiones quinque ibidem commemoratae. De utroque libro audiri potest I. A. Ernesti biblioth. theolog. nouiss. part. II. pag. 493 sqq. et I. C. Doederleinii biblioth. theolog. select. part. I. pag. 183 sqq.

*Ioh. Iac. Griesbachii* excerpta codicis Coisliniiani I. multo pleniora et accuratiora iis, quae apud Montefalconium in adpendice tomi I. hexapl. Origen. exstant, inserta sunt repertor. bibl. et orient. literat. part. I. nr. 3. et part. II. nr. 9.

*Ioh. Gottfr. Hassius, specimen libri IV. regum Syro-Heptaplaris e MS. Parisiensi syriacae cum textu versionis Alexandrinae hexaplaris restituito et notis* edidit Ienae ann. 1782. 8. de quo libello vide I. C. Doederleinii biblioth. theolog. select. part. II. p. 469 sqq. *Scharf*.

[*Io. Ge. Christi. Hoepfner* curarum criticarum et exegeticarum in LXX. viralem versionem vaticiniorum Ionae spec. I. II. III. Lips. 1787. et 1788. 4. *Pfeiff*.]

*Cl. Fr. Hornemani exercitationum criticarum in versionem LXX. interpretum ex Phylone* specimina tria prodierunt Gottingae ann. 1773. et Hafniae ann. 1776. et 1778. octonis. De primo et secundo vide, quae differunt I. A. Ernestus biblioth. theolog. nouiss. part. III. pag. 416 sqq. et part. IV. pag. 243. et I. D. Michaelis biblioth. orient. part. IV. p. 160 sqq. *Scharf*.

[*Io. Gottl. Jaegeri* obseruationes in Prouerbiorum Salomonis versionem Alexandrinam. Meldorfi. 1788. *Pfeiff*.]

[*Io. Christ. Koennecke* progr. de variis causis dissensus versionis Alexandrinae ab Archetypo. Magdeb. 1771. *Pfeiff*.]

[*Berend Kordes* obseruationes in Ionae oracula specimen, ratione potissimum habita versionis Alexandrinae fragmentorumque hexaplarium. Ien. 1788. 4. *Pfeiff*.]

*G. To. Lb.* Spicilegium animaduersionum ad hexapla Origeniana e codd. syriacis post Brunsum et Hassium edidit repertor. bibl. et orient. literat. part. XV. nr. 2.

*Christ. Frid. Loesneri* obseruationes ad veteres interpretes graecos libri Prouerbiorum Salomonis, editas Lipsiae ann. 1761. quaternis, commendat I. A. Ernestus biblioth. theolog. part. II. pag. 936.

*Christ. Frid. Matthaei* animaduersiones ad Origenis hexapla, ex cod. B. SS. synodi Mosquensis excerptae, insertae sunt repertor. bibl. et orient. literat. part. IV. nr. 6. Eiusdem libri part. XVI. nr. 9. exstant variae lectiones ad LXX. itemque lectiones Aquilae, Symmachii, Theodotionis et editionis quintae et sextae ad Canticum canticorum ex cod. cel. Matthaei.

*Ioh. Dau. Michaelis* programma, vernacula lingua scriptum, in quo de scholis, super versione septuagintaurali habendis, exposuit Gottingae ann. 1767. 8. commemoro, ne quid consulto neglexisse videar. Nam multo plus, quam hoc libello populari, illustrauit versiones graecas V. T. egregiis obseruationibus, quas cum aliis libris adpersit, tum bibliothecae orientali, veluti part. IX. pag. 166 sqq. de interpolationibus codicis Alexandrini. Sed eas hic enumerare nihil attinet. [Idem in *Einleitung in die Schriften des alten Bundes*, tom. I. pag. 124. de versione LXX. virali libri Iobi proluxe egit. *Pfeiff.*]

*Henr. Oweni* exstat liber Anglicus, *An Enquiry into the present state of the Septuagint Version of the old Testament*, editus Londini ann. 1769. octonis, quem, quia Iudaeos corruptae versionis septuagintauralis reos agit, temere, vt opinor, laudat *B. Kennicottus* diff. general. in *Vet. Test. Hebr.* pag. 152. etsi ceteroqui non nego, verum esse, quod ille contendit, versionem septuagintauralem multis et grauibus vitiis laborare, et, vt his purgetur, codd. MSS. diligenter excutiendos esse. Maioris ad nostrum quidem institutum momenti est *collatio codicis Cottoniani Geneseos cum editione Romana a viro clarissimo Ioh. Ern. Grabio iam olim facta*, quae eiusdem cura prodiit ibidem ann. 1778. octonis. Conf. *Repertor. bibl. et orient. literat.* part. XIV. pag. 31 sq. [Idem edidit *Critical disquisitions containing some remarks on Masius edition of the book of Ioshua and on Origen's celebrated Hexapla*. Lond. 1784. 8. Eiusdem auctoris a *Brief account* etc. iam supra ad §. 7. mentionem feci. *Pfeiff.*]

*Ioh. Gottfr. Scharfenbergius* edidit animaduersionum, quibus loci nonnulli Danielis et interpretum eius veterum praesertim Graecorum illustrantur et emendantur, specimen, Lipsiae ann. 1774. octonis, et animaduersionum, quibus fragmenta versionum graecorum V. T. a *B. Montefalconio* collecta, illustrantur et emendantur, Specimina duo ibidem ann. 1776. et 1781. octonis, de quibus vide *I. A. Ernestii* *biograph. theolog. nouiss.* part. IV. pag. 447 sqq. et *I. C. Doederleinii* *biograph. theolog. select.* part. II. pag. 29 sqq. Idem cum in *prolusione de Iosephi et versionis Alexandrinae consensu*, tum in animaduersionibus ad *Lud. Cappelli* criticae sacrae tomum II. et adpendicem edit. Halens. adpersit nonnulla, quae versionibus graecis V. T. illustrandis et emendandis profint.

*Io. Frid. Schleusnerus* edidit *collationis Prouerborum Salomonis cum bibliis polyglottis Londinensibus et hexaplis Origenianis specimen*, Lipsiae ann. 1782. quaternis, de quo confer *I. C. Doederleinii* *biograph. theolog. select.* part. II. pag. 395. Neque minus huc pertinent eiusdem curae criticae et exegeticae in *Threnos Ieremiae*, insertae repertor. bibl. et orient. literat. part. XII. nr. 1. et curae hexaplares in *Psalmodiorum libros ex patribus graecis*, quarum particula prima prodiit Gottingae ann. 1785. 4. *Scharf.*

[Eiusdem *Obseruationes criticae in versiones graecas oraculorum Iesaeae*. Goetting. 1788. (conf. *Eichhornii* *biograph.* vol. II. pag. 748.) *Pfeiff.*]

[Eiusdem *Commentarii noui critici in versiones veteres Prouerborum Salomonis* *Spec. I. et II.* Goetting. 1790. et 1792. *Pfeiff.*]

*Ioh. Sal. Semlerus* in epistola ad *I. I. Griesbachium* de emendandis graecis *V. T. interpretibus*, quae Halae ann. 1770. octonis prodiit, neque immerito a *I. A. Ernesto* biblioth. theol. log. nouiss. part. I. pag. 200 sqq. Critices sacrae studiosis commendatur. Nam non solum praeclare docet, quot et quam grauibus vitiis laboret Montefalconiana editio Hexaplorum Origenianorum, et quomodo emendatior et copiosior parari possit; sed etiam exempla multa et insignia emendationum proponit. Simile specimen emendationum, quas lectionis diligentia et ingenii subacti felicitas suppeditauit, vir summus protulit in *apparatu ad liberalem Vet. Testamenti interpretationem* pag. 297—305. *Ioh. Aug. Starckius* de multis locis versionum graecarum Vet. Test. docte disputauit sect. V. et VI. prologi critici ad *Davidis aliorumque poetarum hebraecorum carmina*, qui prodiit Regiomonti et Lipsiae ann. 1776. et sequenti, octonis.

*G. L. Spohn* syllogen var. lectt. ad vers. graec. ecclesiast. edidit ad calcem vers. germ. eccl. Conf. *I. C. Doederleinii* bibl. theol. sel. part. III. pag. 344.

*Frid. Andr. Strothius* varias lectiones versionis septuagintauralis, e libris Iustini Martyris, Eusebii, Basilii, Chrysostomi, Theodoret et Hieronymi collectas, proposuit in repertor. bibl. et orient. literat. part. II. nr. 3. part. III. nr. 6. part. V. nr. 2. part. VI. nr. 4. et part. XIII. nr. 4. verum ita, vt passim earum originem et indolem excuteret, atque omnino de vestigiis Origenianae recensiois versionis septuagintauralis in libris doctorum veteris ecclesiae perire et scienter disputaret. [Idem *Strothius* Indicem codd. versionis LXX. edere coepit in eodem Repert. T. V. p. 94. VIII. p. 177 sq. *Beck.*]

[*Frid. Wilh. Sturz* de dialecto Alexandrina ratione simul habita versionis librorum *V. T. graecae*. disput. III. Lips. et Gerae 1786—1792. *Pfeiff.*]

[*Ios. Torelli* animaduersiones in hebraicum Exodi librum et graecam LXX. interpretationem notatae et examinatae a *I. F. Frischio*. Lips. *Pfeiff.*]

[*Sam. Theoph. Wald* curarum in historiam textus vaticiniorum Danielis specimen I. Lips. 1783. tangit maxime codicem Chisianum. *Pfeiff.*]

[*I. H. Wepler* in philologisch critischen Fragmenten, praeter alia ad versiones graecas, plurima praefertim fascic. 3. de variantibus interpretum lectionibus in Genesi dixit. *Pfeiff.*]

[*Wern. Car. Lud. Ziegler* in theologischen Abhandlungen vol. I. Goetting. 1791. versionem graecam libri Iudicum illustrauit (conf. *Ien. A. L. Z.* 1791. nr. 101. et *Eichhornii* bibl. vol. III. pag. 445.) Plura dabit *Koehlerus* in analectis ad *Wolffii* bibl. hebr. tom. II. pag. 108 sqq. *Pfeiff.*]

Tom. II. Opp. Hieronymi edit. Paris. 1699. fol. pag. 830—886. exstat *Origenis hexaplorum pars non minima graece et latine e tom. II. opp. S. Hieronymi collecta et adornata*. Duo volumina hexaplorum Origenianorum promisit *Ioseph. Blanchinus* in epist. dedicat. ad *Corfinum* Card. part. II. euangeliar. quadrupl. lat. vers. ant. sed non dedit, praeventus morte.

Praeter hos multa, quae versionibus graecis *V. T.* illustrandis et emendandis prodesse, protulerunt ii, qui, vt nihil dicam de *Lud. Deo*, Ed. *Pocokio* et *Alb. Schultentio*, nostra aetate libros hebraicos *V. T.* cum versionum antiquarum, tum linguarum orientalium ope interpretari conati sunt, veluti *Frid. Eberh. Boysenius* in libris, vernacula lingua scriptis: *Cri-*



*tische Erleuterungen des Grundtextes der heiligen Schriften A. T.* Hal. 1760 — 1764. 8. decem voluminibus, et *Beiträge zu einem richtigen System der hebräischen Philologie*, Lips. 1762. et 1763. 8. duobus voluminibus. Conf. I. A. Ernesti biblioth. theolog. part. II. p. 703. part. III. pag. 67. et part. IV. pag. 615 sqq. [*Plum disp. pro gradu doctoris theologiae: observationes in textum et versiones maxime graecas Obadiae et Habacuci. Gottingae 1792.*] Proderit etiam hanc in rem consulere interpretes grammaticorum et lexicographorum veterum, inprimis Hesychii et Suidae, et alios viros doctos, qui scriptores graecos notis aut peculiaribus libris observationum explicarunt et emendarunt, vt P. Wesselingius in *probabilibus, Chr. Frid. Matthaeus in lectionibus Mosquensibus etc. L. C. Valkenarius. conf. Doederlein, bibl. theolog. f. part. III. pag. 268. 278. Scharf.*] — Hinc laudanda est opera cl. Io. Chr. Gottlieb Ernesti, a quo editae sunt *Glossae sacrae Hesychii* — Lips. 1785. 8. et *Suidae et Phavorini glossae sacrae graecae, cum spicilegio glossarum sacrarum Hesychii et Etymol. M.* Congessit, emendauit et notis illustrauit I. C. G. Ernesti. Acc. dissert. de glossis sacris Suidae et Phavorini. Lipsiae 1786. 8. mai. *Harl.*

Dictionarium hebraicum ex LXX. Hieronymo, Aquila, Symmacho et Theodotione collectum, item Hellenisticum parasse se testatus fuit *Drusus* praef. ad Praeterita sua. Nonnumquam interpretationes Aquilae, Symmachi, ac Theodotionis, quemadmodum LXX. quoque interpretum frequentissime, aduocat in praestantissimo lexico suo Io. Cocceius. Constat praeterea Conradum Kircherum Augustanum <sup>yyyyy</sup>), Hoeschelio impellente, laudatissimo studio composuisse concordantias versionis LXX. interpretum, sub hebraeis vocibus digestas, et indice graeco (licet non satis pleno) instructas. Francof. 1607. 4. Idem de vsu harum Concordantiarum singulari est diatriba commentatus. Witteb. 1622. 4. Breuiora lexica in LXX. interpretes edidit Zacharias Rosenbach, Herborn. 1634. 8. Mich. Crellius, Altenb. 1646. 12. et Christianus denique Schotanus, Franeq. 1662. 12. *Fabric.* His iungendae sunt *Abr. Trommii Concordantiae graecae in septuaginta interpretes*, editae Amstelodami et Traiecti ad Rhenum ann. 1718. duobus voluminibus formae maximae, quibus praeter indicem hebraicum et chaldaicum adiectum est B. Montefalconii lexicon hexaplae graecum, de quo supra dixi. Trommii liber, simulac prodiit, a *Ich. Gagniero*, qui simile opus moliebatur, impugnatus est in *uindictis Kircherianis sive animaduersionibus in nouos Abr. Trommii Concordantias graecae versionis vulgo dictae LXX. interpretum*, Oxon. 1718. fol. quibus ille, nescio quam bene, respondit in *epistola apologetica*. Conf. *C. M. Pfaffi* introduct. in *hisor. theolog. literat. part. I. pag. 135.* Sed etiamsi negari non potest, Trommianum non minus quam Kircherianum opus multis et magnis vitis laborare; quae viri docti, *I. A. Ernestus* *diss. de difficultate interpretationis grammaticae N. T. §. 18. pag. 271. opusc. philol. crit. et institut. interpret. N. T. part. II. cap. 7. §. 17. I. F. Fischerus* *prolus. de versionibus graecis librorum V. T. pag. 188 sq. et alii passim* notarunt; tamen, vt nunc quidem est, neutro adminiculo prorsus carere licet. Neque vero fieri potest, vt, antequam contextus versionum graecarum V. T. purgatus sit innumeris propemodum mendis librariorum et vtcunque restitutus in integrum,

<sup>yyyyy</sup>) Vide *Kircheri* praef. et *Hoeschelii* *epist. ad Iungermannum*, post *Hotomannianas* pag. 462 sq. In *biblioth. Bodleiana* exstant haec *Kircheri concordantiae*, multis vocabulis ab *crudita manu auctae*.

tegrum, lexicon ad usum eorum necessarium condatur tale, quale peritiores adhuc desiderant et expectant a viro, graece et hebraice doctissimo rei que criticae peritissimo, *Ioh. Frid. Fischer*, qui *duplicem earum clauem edere constituit, alteram Alexandrinae versionis integrae, alteram sex ceterorum fragmentorum*, cuius specimen prodit Lipsiae ann. 1758. octonis. Nam *Ioh. Christ. Bielius*, cuius *nouum thesaurum philologicum sive lexicon in LXX. et alios interpretes et scriptores apocryphos Veteris Testamenti* cura E. H. Mutzenbecheri editum Haegae Comitum ann. 1779. et 1780. octonis tribus voluminibus cupidi quidam iudices, veluti auctores bibliothecae criticae Amstelodamensis vol. I. part. IV. pag. 124 sq. et *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. XVI. pag. 168 sqq. nimis laudibus ornant; quamquam in singulis verbis colligendis inprimisque ope veterum lexicographorum illustrandis omnium reliquorum diligentiam superauit, tamen, non instructus fatis a critica facultate, multas lectiones vitiosas, atque adeo monstrosas, intactas reliquit, et contorte explicauit, vt nihil dicam de verbis aut prorsus neglectis, aut male intellectis, aliisque huius libri vitiis recte notatis a *I. C. Doederleino* biblioth. theolog. select. part. I. pag. 11 sqq. et part. II. pag. 339 sqq. atque *I. F. Schleusnero*, qui *lexici in interpretes graecos V. T. maxime scriptores Apocryphos spicilegium post Bielium* edidit Lipsiae ann. 1784. octonis, et *secundum specimen* Lips. 1786. Conf. *I. C. Doederleini* bibl. theolog. select. part. III. pag. 98 sqq. Ceterum supplementa et emendationes operis Bieliani etiam editor in praefatione ad tom. III. promisit. *Scharf*.

XI. Superest, vt reliquas versiones bibliorum sacrorum graecas deperditas breuiter perstringam, tres maxime Anonymas:

*Quintam*, in Aethiopo litore repertam, Nicopoli ab Origene, vt ex Origenis ipsius testimonio referunt Rufinus Inuectiua posteriore in Hieron. et Hieronymus praef. ad Homilias Orig. in Cantica canticor. Confer *Eusebium* VI. 16. hist. eccles. <sup>zzzzz</sup>) Hanc quintam cum *novam Lucianeam* confundunt *Isidorus* Hispal. VI. 3. Orig. eumque sequuti *Ranulphus Higdenus*, *Cestriensis*, *Hugo de S. Victore* etc. Quaedam ex hac quinta profert *Eusebius* in Psalmos pag. 73. 302. 471. 457. 441. 418. 359. 348. 346. 332. 319. 294. 292. 286. 276. 266. 274. 240. 241. 219. 199. 162. 148. 139. 106. 94. 92. 597. vbi notat, eam LXX. interpretibus accedere eo in loco, quo *Aquila* et *Symmachus* ad iudaicam sententiam propius erant interpretati. In loco *Michae* quintam traditionem laudat *Ambros. epist. 70. tom. II. p. 1065. Fabric.* [Errore fere simili septimam versionem hexaplarem cum *Lucianea* recensione versionis septuagintauralis confuderunt *pseudo-Athanasius* in synopsis sacr. et *Euthymius Zigabenus* in praefat. ad Psalmos, a quibus ita decepti sunt *Brian. Waltonus* et *Lud. Cappellus*, vt ille *Lucianum Martirem* auctorem versionis *Septimae* fuisse crederet prolegom. bibl. IX. 20. hic *Origenem* crit. sacr. lib. V. cap. III. §. 7. Conf. *B. Montefalconii* prolegom. hexapl. cap. VIII. §. 2. *Scharf*.]

### Sextam

<sup>zzzzz</sup>) Ex hoc *Eusebii* loco *Montefalconius* quidem *Hierichunte* versionem *Quintam* repertam fuisse, colligit prolegom. hexapl. cap. VIII. §. 2. Sed *Hodius* *Septimam*, sequutus *Valesianam* de emendatione loci illius coniecturam, quam et aliunde confirmari putat de bibliorum textibus

originalibus pag. 591 sq. At si hanc non probes, verba *Eusebii*, tam ambigua sunt, vt equidem *Hieronymi* auctoritate commotus versionem *Quintam* *Nicopolitanam* et *Sextam* *Hierichuntinam* adpellare malim. *Scharf*.

*Sextam*, repertam ab eodem Origene, Ierichunte, quam *Epiphanius* cap. 17. de ponderibus ac mensur., Athanasius in synopsi scripturae sacrae, Euthymius praef. ad Psalmos *quintam* adpellant. Iosephus, scriptor [P] Christianus in Hypomnestico MS. Πέμπτη δὲ ἔκδοσις εὐρέθη ἐν Ἱερικῶν ἐν πίθαις χαλκαῖς κεκευμένη, ἢ ἐπιγεγραμμένη τὸν ἑρμηνεῖα· Φασὶ δὲ αὐτὴν ὑπὸ γυναικὸς ἑρμηνεῦσθαι, τὸ καὶ ἐν οἰκίᾳ γυναικὸς ἐπιμελῆς ἐν ταῖς ἱεροῖς λόγοις εὐράσθαι τὰς πίθας. Verba ἐπιμελῆς ἐν ταῖς ἱεροῖς λόγοις, miror, omitti a clarissimo Hodio, vbi hunc Iosephi locum ex MSto codice producit pag. 589. et de versionibus hisce disserit diligentissime. Vtraque haec interpretatio non omnes libros biblicos complectebatur <sup>aaaaa</sup>), sed maxime hos, qui versibus compositi sunt, vt testatur Hieronymus com. in epist. ad Tit. III. hoc est Iobum, Psalmos, Canticum canticorum, ac praeterea Prophetas minores. Idem Hieronymus *Iudaicos translatore*s vocat lib. II. aduersus Rufinum; at in versiculum XIII. orationis Habacuci, ex sexta editione hanc affert translationem: ἐξήλθεσ τῷ σωταί τὸν λαόν σε διὰ Ἰησοῦ τὸν Χριστόν σε. Citatur semel ab *Eusebio* in Psalm. pag. 521. et forte innuitur per ἐτέραν ἔκδοσιν pag. 294. *Fabric.* Hinc etiam Montefalconius, qui tamen Habac. III. 13. διὰ Ἰησοῦ τῷ Χριστῷ σε legendum monet, *Hodius* de bibliorum textibus originalibus pag. 591. et *I. S. Semlerus* epist. de emendandis graecis V. T. interpretibus pag. 49. auctorem *Sextae* versionis Christianum fuisse colligunt. Eundem porro perinde atque auctorem *Quintae* versionis sequutum esse rationem interpretandi fere similem Symmachianae, atque adeo liberiores et minus adstrictam verbis hebraicis, exemplis docet *Montefalconius* proleg. hexapl. cap. VIII. §. 3. et 4. *Scharf.*

*Septimam* denique, memoratam *Eusebio* VI. 16. hist. eccl. et *Hieronymo* in Habacuci cap. II. quae Psalmos et Prophetas minores complectebatur, et alia forte nonnulla <sup>bbbbb</sup>). In codice Marchaliano Esaiæ, vbi praeter Aquilam, Symmachum, et Theodotionem subinde citantur οἱ Γ, siue οἱ τρεῖς, videri possint anonymae hae tres interpretationes innui, si, maiores etiam Prophetas illis comprehensos olim fuisse, aliunde constaret. Igitur eruditissimus *Hodius* pag. 594. potius subscribit coniecturae Waltoni, qui suspicatus est, designari tres vulgares LXX. viralis versionis editiones a Pamphilo, Luciano et Hefychio recensitas, de quibus infra §. XIV. et quas non valde inter se diuersas fuisse notat *Waltonus* IX. prolegom. 25.

V v v v 2

et

<sup>aaaaa</sup>) Hoc dubium esse putat Montefalconius, etsi certum sit, Origene in nonnullis tantum libris tres illas versiones hexaplis inseruisse. Hieronymum certe, quum diceret, nonnullos libros et maxime hos, qui apud Hebraeos versu compositi sint, tres alias editiones additas habere, rem parum accurate narraffe, videtur adparere ex eo, quod in metricis quidem libris Iobi et Prouerborum nullum trium illarum versionum vestigium exstat; sed non pauca fragmenta versionis Quintae et Sextae e codd. MSS. prolata sunt in libris, quos nemo metricis adnumerat, veluti Pentateucho et libris Regum: quam in rem praeter *Montefalconii* prolegom. hexapl. cap. I. §. 6. conferendae sunt *P. I. Braunsi* curae hexaplares

in librum IV. Regum supra laudatae. Ceterum Montefalconium, (conf. *I. G. Eichhornii* introduct. in Vet. Test. part. I. pag. 483 sq.) et Assemanum, qui Psalterium Syriacum MS. quod e Quinta versione hexaplares expressum et Florentiae in bibliotheca Medicea exstare narrat, errasse, monuit *Iac. Georg. Chr. Adlerus* in libro, quem inscripsit: *kurze Uebersicht seiner biblisch-critischen Reise nach Rom* pag. 66 sq. *Scharf.*

<sup>bbbbb</sup>) Huius etiam versionis auctorem eam sequutum esse rationem, vt verba hebraica non adnumeraret lectori; sed adpenderet, inprimis adparet ex fragmentis, quae Montefalconius ad Canticum siue caput III. Habacuci protulit. *Scharf.*

et 27. *Fabric.* Sed Waltonum ita refutavit *B. Montefalconius* prolegom. hexapl. cap. X. §. 3. vt ostenderet, in aliis quoque codd. MSS. nota *ci* Γ. Aquilan, Symmachum et Theodotionem significari. Confer etiam *Rich. Simonis* biblioth. crit. tom. I. pag. 180. et reperitor. bibl. et orient. literat. part. III. pag. 216 sq. *Scharf.*

XII. ORIGENES, Alexandrinus presbyter, cui ab indefesso labore Adamantii et Chalcenteri nomen haesit, prae ceteris omnibus editione insigni versionis graecae LXX. interpretum praeclare iam pridem de ecclesia promeritus esse noscitur. Haec fuit, quae passim in veterum scriptis pro emendatissima <sup>ccccc</sup>) celebratur, et cum *novij* siue vulgata ante-Origeniana male confunditur <sup>dddddd</sup>) a viris quibusdam doctissimis: quamquam et LXX. interpretes in genere interdum *vulgotam* <sup>ccccc</sup>) editionem Hieronymus adpellat. Continebat vero Origenis editio translationem LXX. senu, diligenter emendatam e codicibus optimis, speciatim illo Alexandrino in Serapeo: [vide *Hodium* de bibliorum textibus originalibus pag. 612. 640 sq. et *I. A. Ernesti* diss. de Origene interpretationis librorum sacrorum grammaticae auctore §. 15. pag. 304. opusc. philol. crit. *Scharf.*] praeterea cum hebraico vel [P] cum Aquilae fortassis versione <sup>fffff</sup>) (neque enim hebraicarum literarum admodum peritus <sup>sssss</sup>) erat Origenes,) ita collatam, vt, vbicumque aliquid in LXX. virali abundaret <sup>hhhhh</sup>), id notaretur obelo siue virgula: vbi deficeret nonnihil, hoc ex alia versione, Theodotionis <sup>iiiiii</sup>) maxime,

ccccc) Videndus *Hodius* pag. 613.

dddddd) id. pag. 617.

ccccc) id. pag. 609.

fffff) Videtur *Fabricius* hanc coniecturam, parum probabilem, debere *Ioh. Clerico* quaest. Hieronym. pag. 37. cuius temeritatem in Hieronymo reprehendendo et inscitiae Hebraismi accusando recte castigavit multis locis nuperus editor operum Hieronymi, *Dominicus Vallarsus*. Illa quidem, quae quaest. Hieronym. II. de Origenis peritia linguae hebraicae disputat, omnia propemodum, vt ipse proficitur, hausit ex *Huetii Origenianis*. Sed hunc bene refutavit *I. A. Ernestus* diss. de Origene interpretationis librorum sacrorum grammaticae auctore §. 8 — 10. Confer etiam eiusdem biblioth. theolog. nouiss. part. II. pag. 368 sq. et *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. V. pag. 49. vbi de simili fere coniectura *O. G. Tychsenii* exponitur, qui tam parum sibi constat, vt Origenem, quem Hebraica graece scribere suo apte ingenio potuisse pag. 59. negat, versiones Graecae V. T. e codice Hebraeo genuino correxisse credat p. 104. Tentam. de variis codd. hebraicorum Vet. Test. MSS. generibus. *Scharf.*

ggggg) Agnoscunt hoc *Huetius* II. 1. 2. Origenian. *Tillemontius* Memor. H. E. T. 3. p. 754. *Albertinus* de Eucharistia pag. 353. *Petauius* tom.

I. dogm. theol. pag. 561. *Morinus* exerc. bibl. pag. 322. *Io. Clericus* quaest. II. Hieronym. et *Elias Boherellus* ad eruditam suam gallicam librorum Origenis contra Celsum versionem pag. 27.

hhhhh) De notis criticis Origenis vide praeter scriptores supra lib. II. cap. 2. ad §. 18. laudatos, *Andream Masium* ad Iosiam pag. 122. *Io. Morini* lib. I. exerc. bibl. IV. 1 sq. *Huetii* Origeniana pag. 260. *Hodium* pag. 150. 291 sq. et 605. et 623 sq. *Vossius* pro libro Grotii contra Ravenspergerum cap. 2. *Montfaucon* Palaeogr. gr. pag. 371 sq. *Fabric.* Addendus est *Montefalconius*, qui proleg. Hexapl. cap. IV. §. 3 et 4. ea, quae *Fabricius* de vsu asteriscorum, obelorum et lemniscorum in editione versionis septuagintaualis hexaplari deserit, multis exemplis illustravit, vsus hanc in rem codd. MSS. Strictim eandem rem attingit *Henr. Valesius* de critica lib. I. pag. 171 sq. vbi vid. not. P. *Burmanni*. *Scharf.* — [*Villoison* in Prolegg. ad Homerum supra citatis.]

iiiiii) *Vsser.* de LXX. interpr. versione synt. cap. 6. Specimen ex antiquiss. cod. Colbert. asteriscis et obeliscis notato, exhibet *Montfaucon* Palaeogr. pag. 188. *Fabric.* Eusebius ad Esaiac XXXIV. 4. pag. 486. μή κάμενον δὲ ἐν τῇ τῶν ὁ ἐρημίας τὸ, καὶ τακίσονταί πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν ἐραβίων, μετὰ ἀσπερίσκων ἐκ τῆς τῶν λατῶν ἐρημίας προσητιση.

me, suppleretur, atque stellula siue asterisco notaretur; vbi denique aliquid a LXX. interpretibus redditum esset paulo obscurius, ei sub lemnisci nota <sup>kkkkkk</sup>) adiungeretur lucidior altera translatio, itidem plerumque e Theodotione, nonnumquam et ex Aquila <sup>mmmm</sup>) vel Symmacho repetita: vnde fortassis est factum, vt in nostris quoque editis nonnumquam verba sacrorum scriptorum bis <sup>mmmmmm</sup>) graece reddita iunctim legamus, locis ex Origeniana illa hexaplari transcriptis, quae integra, perinde vt pura LXX. seniorum ex Origenis tetraplis, hodie in nulla editione superest. Ceterum constat, hexaplarem illam olim veluti praestantissimam vna cum obelis et reliquis notis criticis non modo graece saepius descriptam; sed quoque in ecclesia latina frequentatam esse, *latine* redditam: et in orientalibus, lingua *Syriaca* atque *Arabica*. Verum sua iam aetate conquestus est *S. Hieronymus* epistola 135. ad Suniam et Fretelam <sup>nnnnnn</sup>), quod, librariorum negligentia virgulis et asteriscis subtractis, distinctio vniuersa confunderetur. Tanto magis arduum videtur hodie Origeniana illa signa restituere, quod facturum tamen se nuper spondit Grabius. Quamquam in libris quibusdam praecunt adhuc codices MSti <sup>oooooo</sup>), siue *Graeci*, vt Arundellianus, e quo librum Esther, notis [P] Origenis criticis distinctum, edidit Vsserius ad calcem syntagmatis de LXX. interpretum versione [vide supra §. VI. Ibidem dictum est de Curteriana editione Iesariae et Masiana Iosuae. *Scharf.*]

V v v v 3

et

<sup>kkkkkk</sup>) Hoc incertum esse, supra monui ad §. X. Sed quod Fabricius mox addit de origine *διεπρωγαφουμένων* in plerisque libris cum manuscriptis, tum editis, versionis septuagintauralis, exemplis confirmauit *B. Montefalconius* prolegom. hexapl. cap. IV. §. 5 et 6. *Scharf.*

<sup>llllll</sup>) Hodius pag. 606.

<sup>mmmmmm</sup>) Vide supra §. X. pag. 340.

<sup>nnnnnn</sup>) Sunia et Fretela, virorum nomina, non foeminarum, vt iam notatum viris doctissimis. Sic Attila, Totila, Froila, Bliuila, Ceuila, Vlpila, Agila, Suintila, Amala, Chintila, apud Iordanem et Isidorum: Traquila nomen ferui in chronico *S. Benigni* Diuionens. apud *Dacherium* tom. I. spicileg. pag. 364. Sentila, rex Hispaniae, id. pag. 388.

<sup>oooooo</sup>) *Hodius* pag. 619. *Vsserius* de LXX. interpr. versione synt. cap. 9. vbi mentio plurium codicum MS. asteriscis Origenianis instructorum. De Rupifucaldiano agit *Curterius* praef. ad *Procopii* comment. in Ies. et *Morinus* exerc. bibl. pag. 214 sq. Et excerpta ac variae lect. ex hoc aliisque codicibus in tomo VI. Polyglott. Londinens. De codice Chisiano 800. annorum, complexo quatuor Prophetas maiores, et altero simili, Vaticano, meminit *Mabillonius* tom. I. Musei Ital. pag. 95. Varios codices eximios graeces versionis biblicorum, in bibl. Caesarea exstantes, refert *Lambecius* libro III. Comment. de biblioth. Vindob. *Fabric.* [Multo diligentius, neque solum de iisdem, quos

*Vsserius* et *Hodius* enumerant, sed etiam aliis codicibus Hexaplaribus differuit *Ioh. Ern. Grabius* in prolegomenis ad versionem septuagintauralem et cap. III. *dissertationis de variis vitis LXX. interpretum versionis ante Origenis aeuum illatis.* De codice Marchaliano siue Rupifucaldiano adiri potest praeter eos, quos *Fabricius* laudat, *Rich. Simonis* biblioth. crit. tom. I. cap. 13. pag. 176 sqq. et *Reperor. für bib. und morg. Litt.* part. VII. p. 189. Codicis Chisiani descriptionem debemus *Simoni de Magistris*, qui, vt alibi dictum est, ex hoc codice versionem septuagintauralem oraculorum Danielis edidit. Sed latius de his exponere nihil attinet, cum nuper indicem codd. MSS. versionis septuagintauralis proposuerit *Frid. Andr. Strothus* *Reperor. bibl. et orient. literat.* part. V. nr. 2. part. VIII. nr. 6. et part. XI. nr. 2. vbi etiam eos, qui de codicibus nonnullis insignioribus, vt Alexandrino et Vaticano, differuerunt, commemorauit. Sed hoc non in omnibus codicibus, nostra aetate diligentius excussis, v. c. *Cottoniano*, *Chisiano*, *Marchaliano*, factum esse, miror. *Scharf.* — Codicem Genesae Cottonianum antiquissimum contulit *Magnus Crusius* eiusque lectiones cum *Breitingero* instituit communicare, *Owenius* ex schedis *Grabianis*, qui eundem contulit, edidit Lond. 1778. De codice *Claramontano* vid. *Dau. Maichelium* de bibliothecis Paris. pag. 95 sq. Codicis in bibl. *S. Marci Venetis*, variantes *Strothius* exhibuit *Quedlinb.* 1775. *Pfeiff.*]

et codex alter, e quo Esaiam, Procopii commentariis illustratum, Io. Curterius vulgavit: siue *Syriaci*, vt ex quo Iosua in lucem protulit vir, paucis comparandus, Andreas Masius, testatus, eiusdem codicis ope alios etiam libros V. T. Iudicum historias et regum, praeterea Paralipomenon, et Deuteronomii bonam partem, tum Esdram et Esther, (Iudithae quoque ac Tobiae libros codex ille complectebatur,) similiter virgulis et asteriscis dispungere se potuisse <sup>pppppp</sup>): siue *Arabici*, vt codex Pentateuchi duplex, qui exstat in bibl. Bodleiana <sup>qqqqqq</sup>, quosque euoluisse se testatur idem Vsserius: siue denique *latini*, vt quibus vsi sunt Io. Cochlaeus <sup>rrrrrr</sup>, Iosephus Maria Carus siue Thomastus <sup>ssssss</sup>, Hugo Ferrandus <sup>tttttt</sup>, et nuper in sua Hieronymi editione Io. Martianaus <sup>uuuuuu</sup>). Nam alios quidem omitto, qui noua industria obelos et asteriscos adposuerunt, labore non fortassis plane reprehendendo, quo latinam versionem veterem vulgatam ad hebraea et graeca exigent, vt in bibliis suis Paris.

1558.

<sup>pppppp</sup>) Huius pars altera olim fuisse videtur codex Syro Hexaplaris, qui nuper repertus est in bibliotheca Ambrosiana Mediolani. Certe reliquos Vet. Test. libros cum canonicos tum apocryphos complectitur. Indolem huius codicis descripterunt diligenter atque ita, vt locos quosdam insigniores Iesaias, Danielis et Psalmorum proferrent, *Paul. Iac. Brunsius* Repertor. bibl. et orient. literat. part. III. nr. 4. et *Ioh. Beyn. de Rossi* peculiari libello, qui primo prodit Parmae ann. 1778. quaternis, sed deinde curante I. G. Eichhornio propemodum integer translatus est in Repertor. bibl. et orient. lit. part. III. nr. 5. Confer etiam *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. XIII. pag. 148 sqq. part. XIV. pag. 76 sq. part. XV. pag. 127. et *I. G. Chr. Adler kurze Uebersicht seiner biblisch-critischen Reise nach Rom* p. 194 — 200. — Alius exstat in bibliotheca regia Parisiensi codex Syro-Hexaplaris, de quo vide *P. I. Brunsi* curas Hexaplares in librum IV. Regum, Repertor. bibl. et orient. lit. part. VIII. nr. 4. et *I. G. Eichhornii* dissertationem de auctore versionis Syro-Hexaplaris, insertam parti VII. eiusdem libri pag. 225 sqq. *Specimen libri IV. Regum* ex hoc codice, editum ab Hassio, supra laudauit ad §. X. De vtroque codice confer *B. Kennicotti* dissert. general. in Vet. Test. hebr. pag. 219 sqq. et quae Brunsius ad h. l. notauit. *Scharf.* — *Ieremiam et Ezechielem* e codice Syriaco-Hexaplati Ambrosiano-Mediolanensi edidit *Matth. Norberg*, Londini Gothorum 1787. 501. plagg. in 4. Codex scriptus habetur saeculo VIII. vel saltem X. conf. Repertorium für bibl. und morgenl. Lit. tom. IX. pag. 95. Lectiones ab interprete Syro expressae maximam partem ad codicem Alexandrinum, non raro tamen etiam ad Vaticanum, Complutenseve

exemplar accedunt. vid. *Eichhornii* Bibliothek part. I. p. 837 sqq. *Danielem* denique edidit *Bugatus*, sub tit.: *Daniel secundum editionem LXX. interpretum ex Tetraptis desumptam, ex codice Syro-Estranghelo bibliothecae Ambrosianae Syriace edidit, latine vertit, praefatione notisque criticis illustravit* *Caietanus Bugatus*, S. Th. I. V. et collegii Ambros. doctor. Mediolani. 1788. conf. *Eichhornii* bibl. part. II. pag. 259. Denique obseruo, *Bjornstål* primum fuisse, qui attentos faceret eruditos ad codices Syro-hexaplares cognoscendos, et *Semlerum* in hermeneutischen Vorbereitungen, Halle 1760 sq. multa de codicibus graecis biblicis adnotasse. *Pfeiff.*

<sup>qqqqqq</sup>) Vtroque se vsum esse ad restituendam editionem hexaplares versionis septuagintauralis, *I. E. Grabius* narrat prolegom. ad Osee. cap. III. §. 5. De iisdem et aliis codicibus hexaplaribus Arabicis vide *I. C. Doederleinii* biblioth. theolog. select. part. I. pag. 348 sqq. De latinis differit *Grabius* prolegom. ad tom. IV. versionis septuagintauralis cap. III. §. 7 et 8. vbi Psalterium latinum e recensione Hexaplati et cum commentario Brunonis primum ann. 1494. editum atque inde ann. 1618. in bibliotheca patrum Coloniaensi tom. XI. e recognitione Ioh. Cochlaei repetitum esse monet. *Scharf.*

<sup>rrrrrr</sup>) Cochlaeus ann. 1531. edidit Psalterium vetus cum asteriscis et obelis, praefixum commentariis Brunonis, Herbipolitani episc.

<sup>ssssss</sup>) In Psalterio duplici Rom. 1683. 8. Et in sacror. biblicorum titulis veteribus, ibid. 1688. 4. <sup>tttttt</sup>) In Psalmos, Paris. 1683. 4. Confer *Coteler.* tom. III. monument. eccles. gr. pag. 586.

<sup>uuuuuu</sup>) Vide *Acta erud.* 1695. pag. 101.

1558. fol. excusis fecit Io. Benedictus <sup>vvvvv</sup>): in noui foederis libris Iacobus Faber <sup>wwwww</sup>), Stapulensis, atque Rob. Stephanus <sup>xxxxxx</sup>) in editione minori ann. 1543. et 1545.

XIII. Editionem LXX. senum ita recensitam, suppletam et asteriscis dispunctam atque obelis, Origenes <sup>yyyyyy</sup>) *hexaplis* suis inseruit <sup>zzzzzz</sup>), [P] operi biblico, cui nullum par uiderat vel illa vel prior aetas, et quod non tulisse aetatem merito dolemus. In hoc sex columnis, vno iuxta se conspectu positis, vir egregius collocauerat *prima* quidem hebraicum contextum,

<sup>vvvvv</sup>) *Rich. Simon* hist. crit. N. T. lib. II. pag. 143. et lib. III. pag. 565.

<sup>wwwww</sup>) *Rich. Simon* hist. crit. N. T. lib. II. pag. 134.

<sup>xxxxxx</sup>) *Rich. Simon* hist. crit. N. T. lib. III. pag. 496.

<sup>yyyyyy</sup>) De Origenis Tetrāplis, Hexaplis et Octāplis perquam diuersa commentati sunt viri docti, ex varie intellectis locis veterum, Origenis, Eusebii, Epiphānii, Hieronymi. [Ex Epiphānio, minus curioso, et de Hexaplis Origenianis admodum negligenter, ne dicam inepte, differente, haustae sunt ideoque parui aestimandae syriacae narrationes de versionibus graecis Vet. Testamenti, quas e duobus codd. MSS. edidit P. I. Brunsius repertor. bibl. et orient. literat. part. XIV. nr. 3. *Scharf.*] Mihi satis fuit de tota re, quae verissima viderentur, succincte exponere. Interim euoluit conferatque qui uolet A. Masium praef. ad Iosiam, Petauium ad Epiphān. pag. 404. I. Rud. Wesfeningium in epist. Origenis ad African. pag. 178. Martianaeum ad Hieronymum, *Valesium* ad Euseb. VI. 16. et in epistola, Eusebio subiecta, ad Vsserium, contra ea, quae hic vir doctus de binis editionibus graecae versionis LXX. senum, ab Origene in hexaplorum opere coniunctis, pura et <sup>xxvii</sup>, tradidit in syntagmate de LXX. int. versione cap. 5. *Waltonum* prolegom. bibl. IX. 21. *Huetium* Origenian. III. 2. 4. *Dionysii* de *Riu*is dissertationem de Origenis Hexaplis et Octāplis. Lugd. 1672. 4. *Dan. Heinsii* Aristarch. sacr. pag. 796. Lud. Cappellum critic. f. pag. 337. *Jf. Vossium* respons. ad obiecta criticae f. pag. 305 sq. *Rich. Simonem* in disquisition. criticis cap. 18. et II. 3. et 10. hist. crit. V. T. *Hottingerum* thesaur. philolog. pag. 288. *Io. Morinum* exerc. bibl. pag. 87. *Cameum* vita Origenis nr. 18. *Alexand. Morinum* in causa dei pag. 120 sq. *Frassentium* disquisition. bibl. pag. 263 sq. *Eliam du Pin* prolegom. bibl. tom. I. pag. 183 sq. *Petr. Galestinum* et *Io. Wowerum* in syntagm. de graec. et lat. bibl. inter-

pret. cap. 11. et qui diligentissime in hoc argumento accuratissimeque versatus est, *Humfredum Hodium* de bibliorum textibus original. libro IV. [Hodius, si diligentiam in colligendis et explicandis locis veterum scriptorum de Tetrāplis et Hexaplis Origenianis spectes, certe parem non habuit ante Montefalconium, qui, adiutus maxime codicibus manu scriptis, nonnulla ab illo neglecta animaduertit, aut perperam tradita correxit in prolegomenis ad Hexaplorum Origenianorum reliquias, ita, ut haud cunctanter adfirmem, eum, qui Hodium et Montefalconium legerit, reliquis omnibus libris, a Fabricio commemoratis, facile carere posse, et si qui post Hodium et Montefalconium de hexaplis Origenianis recte disputaerint, hos sua ex illorum libris hausisse. *Scharf.*] E nostratibus quoque hanc materiam attingere theologi praestantissimi, *Dorscheus* diss. theologiae Zacharianae praemissa, (d) 3. *Kortholtus* de variis scripturae editionibus pag. 374 sq. *Waltherus* Officin. bibl. pag. 275. etc. *Fabric.* [Galestinum Dupin falso scribit, notas in graecam versionem in illo commentario (in quo de editione graeca Romana modo agit) dedisse. *M. Matth. Elg.* diss. de versione LXX. seniorum. Aboae. 1701. 8. Neueröfnetes Museum pag. 431 sq. *Aug. Calmet.* tom. I. diss. 6. proleg. in sacr. lit. tom. III. pag. 266. ante comment. in L. Estherae. *Ioseph Maria a Turre* tom. II. instit. ad intelligentiam uerbi diuini scripti pag. 22 sq. Parmae 1711. Quae nouiter de Origenianis scripsere eruditi, plures inuenies in Harlesii introduct. in hist. lit. graecae pag. 621. quibus *Dionys. de Riu*is diss. de Origenis Hexaplis et *Roeslerum* in Bibliothek der Kirchenväter part. IX. p. 212 sqq. addo. Reliquos hinc inde adduximus. *Pfeiff.* Cf. *Eichhorn.* Einleitung in das A. T. p. 332 sq. T. I. ed. secundae.] <sup>zzzzzz</sup>) Praeter *H. Hodium* de bibliorum text. original. pag. 608, argumentis satis perspicuis hoc demonstrauit *B. Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. IV. §. 2. *Scharf.*

textum, hebraicis consignatum literis, (non Samaritanis, neque punctis animatum vocalibus,) <sup>aaaaaaa</sup> *secunda* eundem hebraicum contextum literis graecis descriptum, *tertia* translationem Aquilae, *quarta* Symmachi versionem, *quinta* versionem LXX-viralem, ita, vt dixi, emendatam, interpolatam, et virgis, stellularumque ac lemniscis notatam, *sexta* denique interpretationem Theodotionis. In quibusdam libris biblicis heptafelida <sup>bbbbbbb</sup>) etiam erant et octafelida, et fortean enneafelida, siquidem versionem graecam quintam, et sextam et septimam addiderat Origenes, vbi eam nancisci potuit, de quibus dictum a me supra §. XI. Hinc *Octaplorum* apud veteres aliquando mentio, quae tamen ab hexaplis diuersum opus fuisse non videntur viris eruditissimis: [*P. D. Huetio* Origenian. lib. III. cap. 2. pag. 259. edit. Rothomag. *H. Hodio* de bibliorum text. original. pag. 595 sqq. et *B. Montefalconio* prolegom. hexapl. cap. I. §. 5. *Scharf.*] Praeterea versionem graecam, ex Samaritico confectam, vel saltem illius varietates hexaplis ab Origene insertas contendit <sup>ccccccc</sup>) *Jf. Vossius*. Sed iam supra §. X. adnotavi, veteres, quando Samariticum laudant, respicere versionem Symmachi, Samaritae, e cuius binis editionibus alteram Origenes operi suo adscripsit. Specimen hexaplorum in margine codicis Barberiniani hoc occurrit ad Hoseae XI. 1. vnde illud descriptum exstat in tomo VI. Polyglotton Londinens. et in praeslantissimi Caui vitis patrum Anglice editis tom. I. pag. 227. [P] Tanta vero iam Origenis aetate fuit codicum versionis τῶν ὀ diuersitas, vt ipse non eandem per omnia in Tetraplis, eandem in Hexaplis repraesentaret; adde *Huetii* notas ad Orig. pag. 68. b. *Fabric.* Praeter Montefalconium, cuius etiam prolegom. hexapl. p. 8. hanc in rem conferenda sunt, idem Pentaplorum potius (primam enim columnam Fabricius suoapte ingenio addidit) quam Hexaplorum specimen, sed diligentius ex ipso codice Barberiniano descriptum et in aes incisum exhibuit *Ioseph. Blanchinus* part. I. euangelicar. quadrupl. lat. vers. ant. post pag. DXXXII. *Scharf.* Quia autem Fabricius mendose, et, si quidem B. P. L. sequutus est, tam negligenter scripserat, vt etiam ab his aberraret in verbis LXX. intt. et Theodotionis, *Blanchini* autem opus melius poterit consuli; specimen, et breuius et longius vt chartae parcerem, hic omittere malui. Fabricius vero primum

<sup>aaaaaaa</sup>) Conf. *I. A. Ernesti* diss. de Origene interpretationis librorum sacrorum grammaticae auctore §. 12. p. 300 sq. Contextum Hebraicum in Hexaplis litteris hebraicis, non samaritanis, vt *Jf. Vossius* opinabatur, scriptum fuisse, docet *B. Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. II. §. 1. Sed specimina litterarum hebraicarum veterum, quae ibidem §. 2. e codice Marchaliano profert, merito suspecta sunt viris doctis. Vide *B. Kennicotti* dissert. general. in Vet. Testam. hebr. pag. 330. edit. Brunouic. *Scharf.*

<sup>bbbbbbb</sup>) Sine *Heptapla*, vt diserte adpellantur in codice Syriaco bibliothecae regiae Parisiensis, cuius mentio facta est ad §. XII. Confer *P. I. Brunsi* Curas Hexaplares in librum IV. Regum repertor. bibl. et orient. literat. part. VIII. p. 97. et part. IX. p. 173. *Octaplorum* nomen satis frequenter, sed *Enneaplorum* nusquam obuium esse apud veteres scriptores, monet *Montefalconius*

prolegom. Hexapl. cap. I. §. 1. et 5. *Scharf.*

<sup>ccccccc</sup>) Hoc ego quidem cum *Hodio* de bibliorum text. original. p. 603. et *Montefalconio* prolegom. Hexapl. cap. I. §. 8. credere malim, quam adferri Fabricio, cuius coniectura de Samaritico quam parum probabilis sit, supra ostendi ad §. X. Nam in marginibus Hexaplorum notas. varii generis collocatas fuisse, dudum monuerunt *B. Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. I. §. 7. *I. A. Ernestus* diss. de Origene interpretationis librorum sacrorum grammaticae auctore §. 24. et alii, etsi recte dubitari potest, an ea, quae nunc in marginibus codd. MSS. notata reperiuntur, omnia ab ipso Origene profecta sint, veluti lectiones τῶν Ἑβραίων, Σὺν et Ἑλληνικῶν, de quibus praeter Montefalconium l. l. §. 9. bene disserit *I. G. Eichhornius* introduct. in Vet. Testament. part. I. pag. 368 sqq. *Scharf.* adde *Semleri* hermeneutische Vorbereitungen vol. I. pag. 328 sq. *Pfeiff.*



mum dederat breue specimen Hex. ex margine cod. Barberin. in tom. VI. Polyglott. Londin. et *Causi* vitas etc. taanslatum: Tum subiunxerat amplum specimen, n. caput I. Geneseos, fragmentis veterum interpretum e Philoponi maxime commentario in Hexaëmeron conquisitis: ad quod Scharfenberg ea, quae sequuntur, adnotauit. *Harl.* — Idem exhibuit *Montefalconius* hexaplorum Origenianorum specimen. Quod si quis contulerit cum nostro, videbit, in hebraico contextu, graece scripto, Montefalconium saepe dissentire a Fabricio, et plerumque melius diuinare quam hunc, nimis, vt opinor, adhaerentem pronuntiationi Masorethicae. Verum non liquet, an semper adsequutus sit antiquum hebraica legendi morem, quem variasse satis constat. בראשית, vt hoc vtar, Hieronymus etiam legit Bressith, fere vt Origenes, quem Montefalconius sequutus in contextu posuit Βρησιθ: sed in margine cod. regii, quem in not. ad h. l. laudat, scriptum est Βαρησηθ. Quare contextum hebraeo-graecum, tantum operarum mendis purgatum, trado lectoribus <sup>adddd</sup>, simul eos monens, vt, si hac de re recte iudicare velint, adeant *Ioh. Drusii* librum, qui inscribitur *Alphabetum Hebraicum vetus*, et *B. Montefalconii* dissertationem de veteri hebraicarum literarum et vocalium pronuntiatione pag. 394 sqq. tom. II. Hexapl. Origen. quae hinc translata est in *Ioh. Chr. Wolfii* bibliothecae hebr. part. II. pag. 648 — 657. Sed versionem septuagintauirolem, asteriscis et obelis distinctam, quam Fabricius e specimenibus, nouae τῶν ὀ editionis adiectis, *Ioh. Ern. Grabii* epistolae ad *Ioh. Millium* (vid. supra §. VI. pag. 330.) descripsit, verum ita, vt nonnulla temere mutaret, refinxi ad exemplar Grabianum, neglectis tamen minutis, quae ad recensionem Hexaplarem nullius sunt momenti. Neque minus in constituenda lectione reliquorum interpretum passim ita discessi a Fabricio, vt in ipso contextu aut delerem aut adderem nonnulla, nixus auctoritate Montefalconii, etsi Iohannis Philoponi, e cuius libris VII. in cap. I. Geneseos de mundi creatione graece et latine a *Balthaf. Corderio* editis Viennae ann. 1630. quaternis, etiam Montefalconius sua magna ex parte hausit, diligentia et fides in laudandis verbis interpretum graecorum non immerito suspecta est viris doctis. Conf. *Car. Aug. Thiemii* disp. pro puritate Symmachi pag. 21. Ceterum praeter Montefalconium de fragmentis versionum Aquilae, Symmachi, Theodotionis, variis lectionibus versionis septuagintauirolem et verbis, asterisco vel obelo notatis, consulendae sunt adnotationes Grabii l. I. pag. 57 sqq. Haecenus Scharfenb. Idem Scharf. ad Aquilae versionem Genes. I. 12. adscripsit notam, quam cum sequentibus ad Theodotionem et Symmachum retinere, quam delere malui: saltem id quibusdam lectoribus haud ingratum fore arbitror. Scharfenb. vero haec adnotauit. „Aquila: καὶ συνέδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν. Praeter haec Montefalconius e scholiis editionis Romanae, (conf. *Grabii* epist. ad *I. Millium* pag. 64.) profert verba Aquilae σπερματίζον εἰς τὸ γένος αὐτῶν, quae videntur quidem respondere hebraicis כוררע ורר לטורר, sed haud dubie huc translata sunt e versu antecedente, vbi versionem Aquilae σπερζόμενον σπέρμα — εἰς τὸ γένος αὐτῶν mirum in modum corruptam et e septuagintauirolem interpolatam esse videbit, quicumque hebraica cum graecis diligenter contulerit. Pro σπερζόμενον opinor legendum esse σπερμαίον. Nam infra vs. 29. idem interpres hebraica כוררע ורר, quae nullo modo differunt a כוררע ורר, vertit σπερμαίωσαν σπέρμα. Vnde simul adparet,

<sup>adddd</sup> Ego vero, vt monui, satius duxi, hoc specimen h. l. omittere; notam tamen Scharfenbergii retinere, vt intelligatur, num bene fe-

cerim, nec ne? et vt possessores pristinae editionis possint de specimenibus Fabriciano iudicare. *Harl.*

adparet, ibidem, vbi eadem verba repetuntur in hebraeo, pro ἐσπαρμένον σπέρμα rescribendum esse σπερμαῖνον σπέρμα, vt vere legitur apud Theodoretum quaest. 51. in Genes. Conf. I. A. Ernesti biblioth. theolog. part. IX. pag. 391 sq.

In vf. 20. *Theodotion*, κατὰ πρόσωπον σπερμάτος ἐρανῆ. Montefalconius hic addidit καὶ ἐγένετο ἔτος, quae, si excerptis Grabianis pag. 65. credas, neque Theodotioni neque Symmacho tribuenda sunt, et in versione septuagintaurali eadem verba obelo notavit; sed vnde haec hauserit, in notis ad h. l. non ostendit. Ego igitur, sequutus Grabium, qui multo diligentius quam Montefalconius et, vt par erat, auctoritate codd. MSS. et doctorum veteris ecclesiae docuit, quae verba asteriscis et obelis signanda sint, non solum hic, sed etiam in sequentibus (vf. 27. et 28.) neglexi signa illa Origeniana, quae quo auctore Fabricius adscripserit, non constat. Denique in vf. 30. *Symmachus* πᾶν χλωρὸν χόρτον εἰς βρώσιν. Montefalconius e scholiis editionis Romanae addit: τὸν πάντα χόρτον σπόριμον, ὃ ἐστὶν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς, quae sunt verba septuaginta interpretum, errore librarii huc traducta e versu antecedente. Ceterum in versione septuagintaurali particulam καὶ ante verba πάντα χόρτον χλωρὸν, quia sensum turbat, Grabius quidem vncis inclusit, sed Montefalconius, nixus auctoritate Procopii, prorsus omisit. Haftenus Scharf. *Harl.*

Praeter Hexapla Origenes composuit quoque *Tetrapla*, hoc est opus biblicum, per quatuor columnas digestum, quarum prima posuit Aquilam, secunda Symmachum, tertia LXX. interpretum versionem puram, sine asteriscis et obelis, et quarta Theodotionem. Quod vero in tetraplis versio LXX. senum non fuerit ex aliis versionibus interpolata, neque criticis disruncta signis (εεεεεε), colligunt viri docti ex hoc graeco scholio ad Pf. CXXXI. (CXXXII.) 4. ἔτος ὃ εἰχος ἐκ ἕκαστο ἐν τῷ τετρασελίδῳ· παρὰ τῷ Θεοδοτίωνι μόνῳ ἀντὶ τῆ, τοῖς βλεφάραις μὲ, ἕκαστο, τοῖς κροτάφοις μὲ νυσαγμόν· ἐν δὲ τῷ ἑκτασελίδῳ, παρὰ μόνοις τοῖς ὃ ἕκαστο ἀβελισμένον. Variarum lectionum ex aliis codicibus post Origenem videntur aliorum opera adiectae. De hisce variis lectionibus, quae in codicibus quibusdam MSS. v. g. Marchaliano Prophetarum, non ab ipso, vt videtur, Origene, sed ab Apollinario vel Eusebio vel alio quodam iuniore in ora siue margine additae visuntur, agit *Hodius* pag. 625. et 631 sq. *Fabric.* Conf. B. *Montefalconii* prolegom. hexapl. cap. X. et XI. vbi plenius et melius, quam *Hodius* de notis, ad tetrapla vel hexapla spectantibus, et de fati Hexaplorum post Origenem exponit. Ceterum, si recte se habent, quae idem Montefalconius ibidem cap. I. §. 5. 7. et seqq. de notis marginalibus tetraplorum et hexaplorum differit, nihil obstat, quominus credamus, partem certe lectionum, in marginibus codd. MSS. qui nunc exstant, notatarum, e scholiis Origenianis fluxisse. *Scharf.*

#### XIV. Lucia-

εεεεεε) Praeter *Hodium* de bibliorum textibus originalibus pag. 608. vnde *Fabricius* sua hausit, pluribus neque leuibis, vt videtur, argumentis hoc ostendere conatus est *Montefalconius* prolegom. Hexapl. cap. I. §. 3. Sed si fides habenda est codici Chistiano, e quo nuper Romae edita est

versio septuagintauralis oraculorum Danielis secundum Tetrapla Origeniana, Origenes ad emendandam versionem septuagintauralem notas illas criticas adhibuit in tetraplis non minus, quam in hexaplis, vt editor Romanus praefat. pag. 23. et alibi contendit. *Scharf.*

XIV. *Lucianus*, Antiochenus presbyter, et *Eusebius*, *Pamphilus*que atque *Hesychius*, Alexandrinus, non adornarunt novas graecas versiones <sup>ssssss</sup>; sed editionem *κονήν* LXX. interpretum vel recensuerunt, vt *Lucianus* et *Hesychius*, vel *Origenis* labores cum ecclesia communicarunt, vt *Eusebius* et *Pamphilus*. *Luciano* et *Hesychio* iungendus *Iohannes Iosephus* est, cuius editionem memorat *Theodoretus*. *Basilus* quoque *Caesarensis*, cuius opera in conferendis et emendandis sacris libris laudatur a *G. Syncello* pag. 203. tum *Apollinarius*, *Laodicenus*. licet de hoc dubium possit videri, cum forte commentarios eius, non vero editionem bibliorum *Hieronymus* respiciat <sup>ssssss</sup>). Plura de singulis hisce dabunt *Vfserius* syntagm. de LXX. int. versione cap. 7. *Hodius* IV. 2. et 3. de bibliorum textibus original. p. 620. et pag. 626 sq. et *Hottingerus* fascic. diss. theol. philol. pag. 228 sq. Idem *Hodius* acute coniecit, *versionem triginta hominum* apud *Philastrum* cap. 138. videri editionem *Luciani*, in graecis [P] codicibus littera *Λ*. denotari solitam <sup>hhhhhh</sup>, quae littera numerum tricesimum significat:

XXXX 2

<sup>ssssss</sup> Parum absuit, quin de *Hesychio* hoc diceret *I. E. Grabi*us epist. ad *Ioh. Millium* p. 46 et 47. *Lucianum* porro nouam versionem concessisse, praeter editores Romanos versionis septuagintauralis, coniecit *Cl. Fr. Hornemannus* exercitt. critic. in versionem LXX. interpretum ex *Philone* spec. I. pag. 21 sq. nixus auctoritate *Nicetae*, *Heraclaeensis*. Sed maior est *Hieronymi* auctoritas, cuius loci de recensione *Origeniana* siue *Palaestina*, *Luciana* et *Hesychiana* legi possunt apud *Hodium* de bibliorum textibus originalibus pag. 303. Ceterum etsi non temere, vt opinor, persuasum est plerisque, e tribus istis editionibus fluxisse omnia, quae nunc vel scripta vel edita existant, versionis septuagintauralis exempla: tamen, cum a scriptoribus antiquis et fide dignis non satis perspicue traditum sit, quibus praesidiis librorum vsi fuerint, et quem correctionis modum tenuerint *Lucianus* et *Hesychius*: admodum difficile est, origines eorum certo quodam signo agnoscere, vt vel e coniecturis virorum doctissimorum, vehementer inter se discrepantibus, adparet. Codex *Vaticanus*, e quo ducta est editio *Romana*, *Andr. Masio* Annotat. in vers. graec. *Iosuae* pag. 125. videbatur *Lucianeam* recensionem sequi, sed *Ioh. Morino*, qui ceteroquin in epistola ad *Patr. Iunium*, inserta antiquitatibus ecclesiae orientalis pag. 273 sqq. edit. Lond. hac de re docte differit, *Origenianam*, et *I. E. Grabio* epist. ad *Ioh. Millium* pag. 47. *Hesychianam*. Neque minus dissentiunt de codice *Alexandrino*, quem, quia *Alexandriae* scriptus esse dicitur, *Ioh. Morinus* et *H. Vossius* praefat. ad appendicem libri de LXX. interpretibus editionem *Hesychianam* exhibere opinantur; sed *I. E. Grabi*us et *B. Mon-*

*tesalconius* prolegom. Hexapl. cap. IV. §. 5. firmiori argumento freti, propius ad editionem *Origenianam* accedere censent. *Scharf*.

<sup>gggggg</sup> Est haec coniectura *Hodii* l. I. pag. 631. quae, vtum se probuerit aliis, nescio. *Fabricius* quidem infra lib. V. cap. 16. et *Rich. Simon* hist. crit. Vet. Test. lib. II. cap. 10. quibus *Villoisonus* praefat. ad nouam versionem graecam *Prouerbiorum*, *Ecclesiasticis* etc. ex vnico *S. Marci* bibliothecae *Venetae* codice editam p. 5 sq. adfentitur, ex *Hieronymi* verbis colligunt, *Apollinarianam* nouam versionem graecam librorum *Vet. Testamenti* e variis interpretationibus, inprimis *Symachi* concinnasse. Sed *A. G. Maschio* bibl. sacr. part. II. vol. II. pag. 245. videtur *Hieronymus* respexisse *Apollinarianam* versionem librorum *Vet. Testamenti* metricam, de qua confer *Fabricium* l. I. *Scharf*.

<sup>hhhhhh</sup> Concidit haec coniectura, si cum *Montesalconio* prolegom. hexapl. cap. X. §. 1. credas, in codd. MSS. nota *Λ* et *Λο* significari *λοιπός*, i. e. *reliquos interpretes* praeter LXX. Huic autem adfentior, quia *Rich. Simon* biblioth. crit. tom. I. pag. 181 sq. narrat, in codice *Marchaliano* scriptum esse *οι Λ*, quod haud dubie legendum est *οι λοιποι*. Vnde enim *οι*, si, vt etiam *Simoni* videbatur, *Λ* est *Λουκιανός*, i. e. *Luciani editio*? Conf. verba *Hieronymi* apud *Hodium* de bibliorum text. original. pag. 627. Omnino autem mihi quidem non fit verisimile, in codicibus *Hexaplaribus*, quibus *Grabio* auctore adnumerandi sunt *Marchalianus* et *Barberinianus*, notatas esse lectiones editionis *Lucianae*, vt praecunte *Iac. Vfserio* syntagm. de graeca LXX. interpretum versione pag. 87. edit. Lond. *Waltonus*, *Hodius* et alii

ficat: praeterea per *versionem sex virorum* apud eundem Philastrum cap. 139. notari *versionem sextam* in Origenianis octaplis: denique *editionem Heracleensem* <sup>iiiiii</sup>, quae ante editionem Historiae Susannae syriacam memoratur, nullam esse aliam, quam Theodotionis, qui Ponticus a quibusdam habitus est. *Patrophili Scythopolitani* non minus, quam *Eusebii* versio graeca bibliorum apud Sixtum Senensem est commentitia, simili et *Macedonica*, memorata Galefinio, et *Theodori Mopsuesteni*, de qua *Salmasius* p. 177. comment. de Hellenistica. [Conf. *A. G. Mafschii* biblioth. sacr. part. II. vol. II. pag. 241. *Sch rf.*] De versione vero *Græcobarbara*, quam litteris hebraicis CPoli ediderunt Iudaei, quamque Caraitae iis in locis legunt, vide *Rich. Simonem* II. 19. hist. crit. V. T. et *Humfredum Hocium* l bro laudato pag. 633. *Fabric.* — Adde eiusdem *Rich. Simonis* disquisit. critic. de variis b.bliorum editionibus pag. 106. et 213. *A. G. Mafschii* biblioth. sacr. part. II. vol. II. p. 324. et *I. C. Wolfi* biblioth. hebr. part. II. pag. 355. et 447. part. III. adpend. et part. IV. p. 1219 sqq. vbi specimina huius versionis profert. Ceterum non Caraitarum, sed tironum vsibus destinatam esse hanc versionem, vt recte monuit *Rich. Simon* biblioth. crit. tom. III. pag. 436. adparet ex ipsa libri inscriptione. Vide *I. G. C. Adler kurze Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom.* pag. 224. Hic commemoranda etiam est *noua versio graeca Prouerbiorum, Ecclesiasticis, Cantici Canticorum, Ruth, Threnorum, Danielis et selectiorum Pentateuchi locorum*, quam ex vnico S. Marci bibliothecae codice Veneto primum erutam et notulis illustratam edidit *Ioh. Bapt. Casp. & Anse de Villoison*, Argentorati ann. 1784. 8. editione *Pentateuchi* integri in aliud tempus dilata. Codex ille quia a fine, id est, ab vltima pagina incipit retro acto ordine, non a dextera in sinistram hebraeorum more exaratus, vt auctor, Ant. Zanettus, graecae D. Marci bibliothecae codd. MSS. per titulos digestae pag. 15. loquitur, et *Pentateuchus* in varias sectiones, כרשתר vulgo vocant, iuxta Iudaeorum sabbata descriptus est, nouam hanc versionem et ab omnibus iis, de quibus antea dictum est, profus diuersam, in vsum synagogarum confectam fuisse, putant. Sed a quo et quo tempore confecta sit, editor doctissimus definire non audet, nisi quod Iudaeum, more Aquilae verba hebraica lectori adnumerantem, auctorem fuisse, e genere dicendi Hellenistico colligit. Praeter Villoisoni praefationem de hac versione conferri possunt repertor. bibl. et orient. literat. part. IV. pag. 280 sqq. *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. XVI. pag. 185 sqq. *I. G. C. Adler kurze Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom* pag. 21. *Ioh. Bern. de Rossi* Specimen variarum lectionum sacri textus pag. 71 sqq. edit. Tubing. *I. C. Doederleinii* biblioth. theolog. select. part. III. pag. 239 sqq. et *Frid. Andr. Strothii* prolusio, qua *lectiones nonnullas codicis graeci Veteris Testamenti qui in bibliotheca S. Marci Venetiis adseruatur recenset*, editae Halae ann. 1775. quaternis pag. 5 sq. *Scharf.* — Plura de hac versione dabit *Io. Ge. Dahler* in animaduersionibus in versionem graecam Prouerbiorum Salomonis ex Veneta S. Marci bibliotheca, Argentor. 1786. 8. cuius libri epitomen in *Doederlini* theolog. biblioth. vol. III. pag. 865. et in *Seileri* theolog. critischen Betracht. 1787. pag. 239 sqq. inuenies. Paucis abhinc annis Villoison *Pentateuchi* versionem cum voto editionis communicauit cum *Christoph. Frid. Ammon*, qui etiam publici iuris eam fecit, Erlangae 1788. duobus voluminibus. 8. Volumine tertio

de

alii opinantur. Quonam enim fato factum esse dicamus, vt in iisdem codicibus ne vna quidem editionis Hesyhianae lectio notaretur? *Scharf.*

iiiiii) Nisi potius haec est versio Syriaca Thomaee Heracleensis, de qua vide *I. G. Eichhornii* Introduct. in Vet. Test. part. I. p. 480. *Scharf.*

de versionis vsu et indole sat feliciter commentatus est, et scripturae specimen, a Iac. Morel-lio acceptum, adiunxit. In sectione prima de vsu eius critico erudite egit, et multas, vt ait, bonae frugis lectiones, selegit; in sectione vero secunda, de aetate huius versionis probabili; medio aeuo circiter saec. XIV. exaratum codicem esse, versionemque e textu hebraico, vel nuspiam, vel quibusdam in locis tantum punctis instructo, a Christiano, forte Syro, con-  
sectam continere, iudicauit, et difficiliore voces explicauit. *Pfeiff.*

XV. *Hieronymus*, Stridonensis, latinorum ecclesiae doctorum facile doctissimus praeter versionem latinam librorum V. T. ex hebraeo, quam sub *Arami* (kkkkkk) nomine perstrinxit apud Photium Theodorus Mopsuestenus, graecam quoque versionem, cuius variae latinae versiones antiquiores (llllll) exstant, de integro interpretatus est (mmmmmm) et Origenis exemplo asteriscis atque obelis distinxit, cuius eius laboris adhuc vestigia supersunt in Psalmis et aliis quibusdam libris (nnnnnn). Quamquam Hieronymo etiamnum spirante librarii signa illa adscribere negligebant, vt [P] supra §. XII. ipsum conquestum adnotauit. Non integram versionem antiqui foederis, sed tantum versionem Psalmorum ac Prophetarum, (neque illam e graeco, vt aliud agens scripsit vir illustis libro de claris interpretibus oooooo), sed ex hebraeo latine compositam,) graece vertit amicus Hieronymi, *Sophronius*, qua eius versione Procopium Gazaecum et Helychium Hierosolymitanum (pppppp) vsos esse constat. *Hieronymus* ipse in catalogo script. eccles. vbi de Sophronio: *De virginitate quoque ad Eustochium, et vitam Hilarionis, monachi, opuscula mea, in graecum eleganti sermone transtulit, Psalterium quoque et Prophetas, quos nos de hebraeo in latinum vertimus.* [Latius de hac versione et loco Photii, supra laudato, differit *Ioh. Christoph. Doederleinus* in *disquisitione historico-philologica, quis sit o Sages Vet. Test. interpret graecus*, edita Aلدorfii ann. 1772. quaternis: cuius libelli summam si quis breuiter expressam legere voluerit, adeat *I. A. Ernesti* biblioth. theolog. nouiss. part. III. pag. 477 sqq. De *Sophronio* Fabricius exponit infra lib. V. cap. 21. *Scharf.*] Idem Hieron. libro II. in *Rufin.* *Vnde me putabam bene mereri de latinis meis, et nostrorum ad discendum animos concitare, quod etiam Graeci versum de latino post tantos interpretes non fastidiunt; inde in culpam vocor, et nauseanti stomacho cibos ingero.* De ver-

Xxxx 3

sionibus

kkkkkk) *Phot.* cod. CLXXVII. pag. 205. ad quem locum confer *Heur. Norisium* lib. I. cap. 9. hist. Pelagianae, *Garnerium* ad Marium Mercatorem tom. I. pag. 101. *Tho. Ittigii* appendicem dissertationis de Haeretiarchis acui apostolici pag. 469 sq. *Rich. Simonis* hist. crit. N. T. lib. III. pag. 444 sq. *Guil. Caueum* parte I. hist. literar. script. eccles. in Theodoro Mopsuesteno, et *Humfredum Hodium* pag. 629 sq.

llllll) Id. pag. 342 sq.

mmmmmm) Id. pag. 351 sq.

nnnnnn) Quod nunc quidem sciamus, non nisi Psalmorum et Iobi versio Hieronymiana secundum recensione hexaplaem restat, edita a *Ioh. Martiana* in *diuina Hieronymi bibliotheca* siue tomo I. operum Hieronymi, Paris. ann. 1693. fol. Tres libri Salomonis, et si quos forte alios ex

editione Origeniana latine vertit Hieronymus, intercederunt, nondum certe reperti sunt. Conf. *I. E. Grabii* prolegom. ad tom. IV. versionis septuagintaualis cap. III. §. 7. 8. et dissert. de variis vitiis LXX. interpretum versioni ante Origenis acuum illatis pag. 104 sqq. vbi Martiana editionem Iobi, modo commemoratam, ope cod. MSS. Bodleiani et aliorum librorum multis locis emendauit. *Scharf.* Ex Codd. emendatiorem reddidit Bibliothecam diuinam *Vallarsius* in edit. Veron. Opp. Hieronymi T. IX. et X. Cf. *Schoenemanns* Bibliotheca Patrum Lat. T. I. p. 441 sq.

ooooooo) *Petr. Dan. Huetius.* Vide *Hodium* de bibliorum textibus originalibus p. 630. *Scharf.* ppppppp) Vide *Albertinum* de Eucharistia pag. 848. sed et *Rich. Simonis* epistolae criticae gallice editae Basileae, pag. 310 sq. et 318.

sionibus syriacis, arabicis, copticis, armenicis, flauonicis, e translatione graeca LXX. interpretum compositis, dicere non est huius loci. Fragmenta versionis veteris *Syriacae* siue *Graecae*, e *Syriaco* adornatae, collegit vir orientalium litterarum ad miraculum peritus, *Andreas Müllerus Greifenhagenius* in symbolis syriacis; quibus addi possunt alia pauca e *Iustino* quaest. 63. ad Orthodox. *Protopio Gazaero* ad 1 Reg. XX. 20. et in 3 Reg. I. 9. p. 173. et 3 Reg. XII. 10. pag. 215. *Suida* in *Σειρήνας*, scholio ad MS. Barberin. in *Hoseae* XI. 5. tom. VI. Polyglott. Walton. pag. 133. b. Porro in excerptis graecis chronologicis, ante *Malalam* editis, pag. 12 sq. male tribuit eruditus interpretus *Origeni* commentarios in *biblia syriaca*. *Fabric.* — Praeter *Rich. Simonem* hist. crit. V. T. lib. II. cap. 15. et 16. disquisit. crit. de variis bibliorum editionibus cap. 21. et quae alii de his versionibus obiter disseruerunt, veluti *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. II. pag. 108 sqq. part. XIV. pag. 65 sq. et *I. G. C. Adlerus* in descriptione itineris biblico-critici, antea laudata, pag. 68. 178. et 208 sqq. de arabica, p. 165. de armenica, pag. 187. de coptica, confer omnino *I. G. Eichhornii* introduct. in Vet. Test. part. I. cap. 3. Lectiones τῆς Σύγης, a *Fabricio* commemoratas, fere omnes, multasque alias e codd. MSS. versionis septuagintauralis et libris doctorum veteris ecclesiae collegit *Montefalconius* in hexaplorum *Origenianorum* editione, de qua supra diximus. Sed quis Interpres ille fuerit, et an e *Syriaco*, vt *Fabricio* videbatur, versionem *graecam* adornauerit, non liquet. Conf. repertor. bibl. et or. lit. part. XV. pag. 57. *Scharfenberg.*

## C A P V T XIV (olim - XXIX)

### DE IESV SIRACHIDE ET ALIIS SCRIPTORIBVS SACRIS, QUI NON FVERE IN CANONE HEBRAEORVM, PRIMORVMVE CHRISTIANORVM.

I. *De Iesu Sirachidis auctore, auctoris Panareti, hebraice scripti, quem librum adhuc vidit Hieronymus. Graecam versionem condidit nepos, quae sola hodie exstat.* II. *Eius editiones et interpretes. Obiter de sententiis, hebraice editis, Ben Sirae. ib.* III. *De libro Sapientiae.* IV. *De oratione Manasseae.* V. *De libro Baruchi, prophetae.* VI. *De libris Iudith et Tobiae.* VII. *De partibus Danielis et libri Esther, quae hebraice vel chaldaice non exstant.* VIII. *De libro III. et IV. Esdrae.* IX. *De libris IV. Maccabaeorum.* X. *Psalmsus CLI. Psalterium Salomonis et alia pseudepigrapha prophetica, de quibus alibi.*

[Cum supplementis *Io. Gottfr. Scharfenbergii* <sup>a)</sup> et *Aug. Frid. Pfeifferi.*]

#### I.

**Q**uoniam de graecis scriptoribus vniuersis, qui in lucem editi sunt, dicere hoc in opere institui, non praetereundus a me est IESV SIRACHIDAE *πανάρετος* liber <sup>b)</sup>, sed propter dignitatem argumenti et antiquitatem vna cum aliis voluminibus ecclesiasticis, quae

a) *B. Scharfenberg* in limine suarum adnotationum notauit, se exeunte mense Ianuario 1735. illas scripsisse et d. 8. April. absoluisse. *Harl.*

b) De nominibus *Ecclesiastici*, qui mox *σοφία Ἰησοῦ*, vt in *Complutens. bibl.* et apud patres graecos

passim, mox *σοφία Σιράχ*, vt in edit. Rom. mox *πανάρετος τῆς Ἰησοῦ* apud Hieronym. appellabatur, de eius auctore, lingua, tempore, versionibus, vid. quae *Fabricius* in sua librorum quorundam apocryphorum infra memoranda editione,

quae graece ad nostram aetatem perlata Hebraeorum canoni sacro biblico antiqui foederis subiciuntur, hoc loco mihi cum maxime memorandus. Ὡς λίαν εὐχαρισ ὁ πολύσπειρος Σεραάχ συγγράφων καὶ συντάσσαν ἀφέλιμα ῥήματα celebratur a S. Nilo epistola CXVII. ad Theoclem, presbyterum. Nomen vero auctoris non est Σεραάχ<sup>d)</sup>, sed Ἰησῆς, υἱὸς Σεραάχ, Ἱεροσολυμίτης, vt diserte legitur cap. L. v. 35. Vnde ἡ Ἰησῆ σοφία passim audit, vt apud *Clementem Alexandr.* lib. I. Strom. pag. 206. *Isidor. Pelus.* IV. epist. 228. III. 66. et alios infinitos. Huius<sup>e)</sup> Iesu [I] filius, ni fallor, fuit Eleazar<sup>f)</sup> quidam. Vnde nepos, qui aui librum ex hebraico graece se vertisse profitetur, in Aldina editione vocatur Σεραάχ Ἐλεάζαρος. At in MSto Palatino, cuius lectionum varietatem a Kimedontio habuit Drusius, lectum fuit Ἰησῆς υἱὸς Σεραάχ Ἐλεάζαρος (fortasse τῷ Ἐλεάζαρος) ὁ Ἱεροσολυμίτης. [Sic quoque Grabius edidit e codice Alexandrino. Sed illud additamentum editionis Aldinae repudiandum esse, monet *I. W. Lindius* not. critic. ad germanicam versionem Ecclesiastici p. 226. *Scharf.*] *Athanasius* quoque, non Magnus ille, sed ad quem centum annis post Euthalius Sulcensis, a Zaccagnio editus, misit recensionem Actuum Apostolicorum et Epistolarum Paulinarum, iisdem hinc inde verbis in synopsi Athanasiana expressam: ille inquam Athanasius iunior in synopsi s. scripturae, ex qua petitus prologus alter in editione Complutensi praefixus est Sirachidis libro, nepotem quoque Iesum adpellatum fuisse auctor est. Idem confir-

mant

ne, prolegomenorum instar, pag. 342 sqq. retulit. Adde *Catmetum* Preface sur le livre d' Ecclesiastique pag. 236. *Scip. Sgambatum* Archiv. V. T. pag. 461 sqq. *Tuso* in prolog. ad comment. *Wolffii* bibl. hebr. tom. I. pag. 255 sqq. tom. II. pag. 200. et tom. III. p. 156. *Budaei* histor. philosoph. Iud. pag. 70 sq. et histor. Eccl. V. T. pag. 951. *Walchii* bibl. theol. select. part. IV. pag. 224. *Bruckeri* hist. philos. tom. II. pag. 789 sqq. *Ziegler* Uebersetzung der Denksprüche Salomons, proleg. p. 39 sq. De apocryphis in vniuersum conferri praeter hos merentur *Er. Benzellii* syntagma dissertat. Franc. et Lips. 1745. tom. I. p. 297 sqq. *Ren. Ceillier* hist. generale des auteurs sacrés et ecclésiast. tom. I. *Chamieri* Panstrat. Cathol. tom. I. pag. 90 sqq. *Pfeiff.*

e) Scribitur et Σεραάχ, vt apud Syncellum, et Σεραάχ, vt apud Iohannem Philoponum in cap. I. Genes. de mundi creatione p. 10. Scribitur etiam apud Athanas. in synopsi. S. S. nisi mendum typographicum est, Σεραάχ. *Fabric.* Simili fere modo scripturam nominis Ben Sira, quem plerique a Sirachide diuersum esse negant, apud hebraicos scriptores variare monet *I. C. Wolfius* biblioth. hebr. part. I. pag. 255. et part. III. pag. 157. Alioqui non inepte coniciat, apud Iohannem Philoponum, et si qui forte praeter hunc habeant Σεραάχ, a librariis permutatas esse litteras, figura similes, X et K. *Scharf.*

d) Ne cum IESV, sospitatore nostro, confundatur, Iasonem maluit vocare viri quidam docti, vt Gatakerus Aduersar. pag. 124. et ad Antonin. pag. 106. etc. Sane etymi ratione conueniunt nomina Iosua, Iesus, Iason. *Fabric. Gozanus*, loc. Ies. in epistola quadam ex prouincia Chinae, cui *Hain* nomen, scripta, testatur, se reperisse synagogam, ante Christum natum ibi fundatam; quumque e Iudaeis quaesiuisset, quid de Messia, in lege promisso, sentirent, docuissetque eos, nomen huius esse *Iesum*, responderunt, illum se penitus ignorare; at in bibliis suis mentionem fieri Iesu, filii Sirachi. Vid. *Ephemerid. Paris.* 1707. mens. Maio pag. 222. *Mem. de Trevoux* ann. 1707. Iun. pag. 1030. *Recueil des Lettres de Mission* tom. 7. — Et alios *Iesum* nomine, (ad viginti circiter,) ex sacris litteris et Iosepho collegit *Matthaeus Hillerus* in syntagm. hermeneut. p. 338 sq. et plures *Io. Henr. von Seelen* singulari schediasmate, edito Lubec. 1729. 4. *Pfeiff.*

e) Hunc Eleazarum quidam esse suspicantur, qui in pontificatu Simoni Iusto successit, quod parum est credibile. Syrus vero interpres, vt illustri Huertius conicit, patrem Iesu videtur vnum habuisse cum eodem Simone Iusto, Oniae filio. Vocat certe *Iesum*, filium *Simonis Afitro*. Sed alium Simonem potuit intelligere.

mant *Epiphanius* de mensur. et pond. cap. IV. et *Damascen.* lib. IV. 18. de orthod. fide. Quamquam in hebraeis scholiis ad sententias Ben Sirae, a Fagio editis, filius Ben Sirae, (qui cum Sirachide idem omnino videtur,) vocatur *Vziel*, nepos Iosephus Ben Vziel. Si *Syncello* fides, auus Iesus Sirachi F. pontifex maximus fuit Hierosolymis. Ita enim ille pag. 276. Ἰσδαίων γ'. ἀρχιεράτευσεν Ἰησοῦς ὁ τῷ Σιράχ, ὁ τὴν σοφίαν γράψας τὴν κελεσμένην πα- νάρητον, ἐν ἣ καὶ μέμνηται τῷ Ὀνίῳ τῷ πρὸ αὐτῷ, ἔτη 5. τῷ δὲ κόσμῳ ἐτή. Sed haud dubie fallitur *Syncellus*. Nam Iesus, siue Iafon iste, 2 *Maccab.* IV. 7. et V. 6. memoratus, *Olymp.* CXI. 1. succellit fratri, *Oniae* tertio, de quo 2 *Maccab.* III. 1. IV. 34. At *Onias*, *Sirachidi* cap. 50. v. 1. laudatus, fuit *Onias* ille primus, *Simonis Iusti* pater, quibus utrisque defunctis scripsisse se docet, non sub *Simone*, vt legas in *Chronico Prosperi* pag. 696. et apud *Alcuinum* contra *Elipantum* pag. 941. Scripsit itaque sub pontificatu *Eleazari*, quem alioqui non illaudatum praeteriisset. Ad hunc *Eleazarum*, *Simonis Iusti* successorem, epistolam *Ptolemaei Philadelphi* refert *Iosephus* antiq. Iud. XII. 2. pag. 392. qua viros idoneos, qui legem Hebraeorum in graecam linguam interpretentur, ab eo desiderat. Vt cumque vero aliquis narrationem illam de LXX. interpretibus vocet in dubium: tamen tempus pontificatus *Eleazari Iosepho* notum fuisse, adeoque *Eleazarum Philadelpho*, qui *Olymp.* CXXXIII $\frac{1}{2}$ . obiit, regnante sacra illa dignitate, functum esse, non [P] videtur dubitandum. At nepos huius Iesu, qui librum, ab auo hebraice scriptum, graece interpretatus est <sup>f)</sup>, quae sola graeca interpretatio hebraico codice perduto aetatem tulit, in prologo adfirmat, se in Aegyptum venisse sub *Ptolemaeo Euergete*, anno XXXVIII. Non primum *Euergetem*, qui *Philadelpho*, sed secundum <sup>g)</sup>, qui *Philometori* succellit, libenter intellexerim, cuius initia *Olymp.* CLVIII $\frac{3}{4}$ . a *Philadelphi* morte absunt annis nonaginta quinque. Annum vero XXXVIII. putem <sup>h)</sup> de interpretis annis aetatis, non de annis regni *Euergetae* intelligendum. Neque enim

f) Si fides habenda est *Hubiganto* prolegom. ad *Ecclesiastic.* pag. 10. edit. Paris. inter veteres scriptores vnus *Isidorus Hispalensis* lib. I. de *Ecclef. officii* cap. 12. credit, Iesum, nepotem, non interpretem, sed auctorem *ecclesiastici* fuisse, ita, vt sententias aui colligeret ederetque, atque huic errori locum dedit vitiosa lectio versionis *Vulgatae* in prologo: volui (pro voluit scilicet auus meus) et ipse scribere aliquid horum. Vide *P. Sabatieri* not. ad h. l. p. 423. tom. III. vbi monet, in cod. MS. *Sangerman.* legi: volui et ipse. Sed etiam alios sic errasse, vt Iesum, nepotem, *ecclesiasticum* composuisse, aut nonnulla certe de suo addidisse dicent, ostendit *H. Hodius* de *bibliorum* textibus original. pag. 193 sq. *Scharf.*

g) Ita *Grotius*, *Vlserius*, *Labbeus* et *Hodius* pag. 192 sq. de *bibl. textibus* original. [Wolffius, *Bruckerus*, *Campeg. Vitringa* obs. f. lib. VI. cap. 7. §. 7 et 8. vbi *Lud. Cappellum* refutat, qui in adnot. ad *Malach.* pag. 118. primum *Euergetem* intelligit. *Euergetes* secundus alias *Phyfeon* au-

dit. *Pfeiff.*] E veteribus quoque *Eusebius*, *Glycas* etc.

h) Sic hunc locum accepere *Nic. Liranus*, *Toach. Camerarius*, *Io. Drusius*, *Huetius* et alii. *Iosephus* vero *Scaliger* lib. III. *Canon. Isagog.* p. 297. eumque sequutus *Ed. Simson* in *Chron.* ad A. M. 3758. intelligunt annum duodequagesimum *Iobelei*, qui in primum annum *Euergetae* incidit, vel 38. annum periodi *Dionysianae*, (*Dionysii*, *Mathematici*, sub *Philadelpho* clari.) Vide IV. de emendat. temp. p. 268. V. p. 434. Alii apud *Torniellum* ad A. M. 3898. putant, innui annum 38. ab insigni illa relaxatione captiuorum *Iudaeorum*, quae sub *Philadelpho* contigit. *Bertramus* cap. 5. *Lucubratt. Franckenthal.* annum 38. a tempore, quo auus, *Iesus*, filius *Sirachi*, librum suum hebraice scripsit. *Petauius* denique X. 44. de doctrina temp. annum duodequagesimum a tempore, quo nepos *Iesu* in Aegyptum fuit profectus. [*Aug. Calmet* *Ecclesiasticum* compositum esse, quum auctor *Antiochi Epiphani* fugiens persecu- tionem



enim legimus ἐν τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει τῆς Εὐεργέτης βασιλείας, sed ἐπὶ τῆς Εὐεργέτης βασιλείας παραγεννηθεὶς εἰς Αἴγυπτον, et neuter Ptolemaeorum huius cognominis tot annos regnavit, vt ex Claudii Ptolemaei Canone et Eusebii Chron. constat. Hebraicum codicem <sup>1)</sup> cuius se vim atque pondus graece interpretando adsequi potuisse nepos infituitur, vidit adhuc suo tempore Hieronymus praef. in Prouerbia: *Fertur et Panaretos Iesu, filii Sirach liber, et alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorum hebraicum reperi, non <sup>2)</sup> Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed Parabolas (ἑσώ) praenotatum; cui iuncti erant Ecclesiastes et Canticum Canticorum, vt similitudinem Salomonis, non solum librorum numero, sed etiam materiarum genere aequaret. Iosephus Scaliger quidem p. 592. epist. existimat, in hebraicam versionem Ecclesiastici, ex graeco concinnatam, Hieronymum incidisse; sed nihil est in Hieronymi verbis, quod ita esse illa intelligenda necessario euincat. Itaque malo adsentire *Drusio* quaesit. [P] per epist. CVIII. qui ipsum exemplar hebraicum aui Hieronymo visum sibi persuasit. At de codicibus Ecclesiastici hebraicis Seb. Munstero, qui typis exscriptum a Iudaeis CPoli fuisse refert, et Paulo Fagio memoratis, recte suspicatur illustris *Huetius*, eam esse recentiore huius libri hebraicam de graeco versionem, qualis duplex exstat *Tobiae. Fabric.* Huetio adsentitur *I. C. Wolfius* biblioth. hebr. part. I. pag. 257. Sed *Sirachides* hebr. MS. quem idem part. III. pag. 157. in bibliotheca Sorbonica Paris. exstare narrat, vtrum Ecclesiasticus sit, e graeco in hebraeum sermonem translatus, an sententiae Ben Sirae, de quibus infra §. II. exponitur, non liquet. *Scharf.* Nouissime *M. Sonntag* in comm. de Iesu Siracide Eccles. non libro, sed libri farragine, *Rigae* 1792. 4. ostendit, ob nexum sententiarum desideratum, Iesu Siracidae Panareton nec esse librum absolutum, nec farraginem miscellanearum gnomarum, nec fragmentorum diuersorum congeriem fortuitam; sed peruenisse ad nos sub isto nomine materiem operis alicuius maioris, descripti quidem et coepti, non item perfecti: Siracidem, ad exemplum collectionis Prouerbiorum, *γνωμας* sapientum, in illis non exstantes, aut postea cognitae, alia ratione collegisse, sed, antequam absolueret opus, mortuum esse, et feriozem auctorem illam collectionem ad finem perduxisse omnesque reliquias antiquioris aetatis, etiam poemata, recepisse. *Harl.**

## II. Editiones et Interpretes Ecclesiastici.

Ne dicam de bibliis graecis, in quibus *Sirachides*, vt notum est, legitur, quaeque supra cap. 13. §. 6. recensui, eximias huius libri graecas vel graecolatinas editiones debemus 1) *Ioach. Camerario*, Basl. 1551. 8. <sup>2)</sup> et cum latina eius versione ac notis Lips. 1568. 8. [ita tamen,

tionem in Aegyptum se contulisset, autumat. *Pfeiff.*] Tot eruditorum virorum dissidia vnicò vocabulo praeuenire scriptor potuisset, si ipsi hoc visum fuisset tanti.

i) *Gottl. Wernsdorf* in diss. quod liber sapientiae et Ecclesiasticus pro Canonicis non sint habendi contra *G. Arnoldum*, Witteb. 1702. tueri videtur sententiam, non existisse vquam textum hebraicum; sed argumentis, quae plus fuci, quam veritatem redolent. *Pfeiff.*

Vol. III.

k) De *Ecclesiastici* titulo vide *Vales.* ad *Euseb.* p. 42. *Stephani le Moyne* not. ad varia sacra pag. 938. *Io. Andream Bosium* schediasmate de notitia scriptor. ecclesiast. cap. 1. *Phil. Iac. Hartmannum* de rebus gestis sub Apost. p. 57. et *Fabricium* in prolegom. ad *Ecl.* §. 1.

l) Contextui graeco, descripto ex editione *Complutensi*, quae *Camerario* praefat. p. 13. purissima omnium videbatur, adiectae sunt adnotationes, diuersae ab iis, quas habet editio graeco-latina.

Y y y y

Haec

tamen, vt latina versio singularem libellum, cum notis suis, constituat, et 1567. demum confecta fuerit. *Pfeiff.*] 2) *Io. Drusio*, qui ad hebraismi rationes plura renouauit, versionem nouam et notas addidit, Romanamque editionem cum aliis contulit, variis etiam lectionibus a *Iac. Kimedontio* <sup>m)</sup> ad *Camerarii* *Ἰησοῦ* e MS. codice <sup>n)</sup> notatis *Franeq.* 1596. 4. 3) *Dauidi Hoefchelio*, qui Ecclesiasticum edidit, graece recensitum ad vetustissimas membranas biblioth. Augustanae, et quatuordecim praeterea exemplaria, tum MSS, codd. Palatinos, tum varios editos, addita versione latina Vulgata ex edit. Romana et suis notis, Augustae Vindel. 1604. 8. Hoefchelii editio graeca cum eius notis exstat quoque in Criticis Sacris Anglicanis, Francofurti et in Belgio recusis, adiunctasque habet animaduersiones *Claudii Pauielli*, *Seb. Castellionis*, *Io. Drusi* et *Hugonis Grotii*. Drusii editionem versionemque, sed sine notis, recudendam dedi Lipsiae 1691. 8. quum Ecclesiasticum graece et latine ederem, iunctum Tobiae, Iudith, Orationi Manasseae et libro Sapientiae. Prodierunt etiam libri Apocryphi V. T. et in his Ecclesiasticus graece Antwerpiae apud Plantin. 1584. 4. et Francofurti 1694. forma octaua maiore. [De his editionibus, quarum illa Complutense, haec Romanum exemplar sequitur, nec non ea, quae Antwerpiae ex officina Plantiniana prodit ann. 1575. 4. sed vix dimidiam partem librorum apocryphorum complectitur, confer *A. G. Maschii* biblioth. sacr. part. I. cap. 4. pag. 428. Post haec libri apocryphi graece separatim editi sunt, Halae ann. 1711. 8. et ibidem ann. 1749. 12. Haec editio ducta est e Bretingeriano exemplo, de quo supra dixi ad §. 6. cap. XIII. Illam *G. I. Henckius* curauit, ita, vt loco praefationis adderet *introductionem ad libros apocryphos Vet. Test.* quae deinde auctior separatim prodit ibidem ann. 1718. 4. Vid. *I. C. Wolfii* biblioth. hebr. part. II. pag. 193. et part. IV. pag. 43. Praeterea libri apocryphi inserti sunt nonnullis editionibus hebraicis Veteris et graecis Noui Testamenti, e quibus nonnisi vnam, Parisiensem, *Cor. Franc. Hubiganti*, commemoratu dignam iudico. Hic enim *libris hebraicis*, quae cum notis criticis et versione latina ad notas criticas facta edidit ann. 1753. quatuor voluminibus, formae maxumae, adiecit libros graecos, qui Deutero-Canonici vocantur, sequutus editionem Romanam, eosque non solum versione latina et notis, sed etiam prolegomenis, lectu dignis, illustrauit. *Scharf.* [Prodierunt etiam cura *Chr. Reineccii* tamquam pars bibliorum quadrilinguium, volumen singulare efficientes, Lips. 1751. fol. secundum editionem Grabianam, cum versione latina vulgari et *Seb. Schmidii*, ac germanicae Lutheri, adiectis variantibus lectionibus et notis paucissimis. *Pfeiff.*] Reliquarum indicem videant, quibus lubet, apud *Maschium* l. I. p. 430 et 433 sqq. *Scharf.*] Graecolatina Ecclesiastici editio cum versione et notis *Matthiae Bergii*, Brunsvicensis, Helmst. 1580. et Lubec. 1591. 8. *Fabric.* Textus graecus mire in editionibus discrepat, nec vulgata latina ipsi et sibi ipsi per omnia concinit; quin et patrum citationes a graeco, vt

hodie

Haec enim nouis notis ornata prodit, si fides habenda est inscriptioni apud *A. G. Maschium* bibl. sacr. part. I. cap. 4. p. 434. Ex eodem libro (pag. 431 et 435.) didici, vtramque editionem Camerarianam iisdem locis et eadem forma repetitam esse, graecam, ann. 1555. et graeco-latinam, ann. 1570. *Scharf.*

m) Vide *Drusium* ad Sir. XX. 6.

n) Codicem hunc Heidelbergensem cum Alexan-

drino saepius conuenire, monet *I. E. Grabius* prolegom. ad tom. IV. versionis septuagintauralis cap. III. §. 3. vbi de Drusiana et Hoefcheliana editione Ecclesiastici differit, atque se vtraque multum adiutum esse narrat. Ibidem §. 6. ostendit, quos codd. MSS. Ecclesiastici et Sapientiae Salomonis consulerit praeter Alexandrinum, e quo, vt supra dictum est, libros apocryphos V. T. vna cum canonicis edidit. *Scharf.*

hodie exstat, valde recedunt. Pluribus id demonstravit *Ben. Bndtsen* in specimine exercit. criticarum in V. T. libros apocryphos, Goetting. 1789. vid. Ien. Allg. Literat. Zeitung 1790. nr. 370. *Pfeiff.*

Praeterea, vt *A. G. Maschius* biblioth. sacr. part. I. cap. 4. pag. 431 sq. narrat, Ecclesiasticus graece prodiit Argentorati ann. 1628. 8. Lipsiae ann. 1682. 8. recusatus ad exemplar Ioach. Camerarii, et Halae ann. 1676. 4. cum 140 dispositionibus *Wolfg. Melchioris Stifferti*, et variis lectionibus e diuersorum exemplarium collatione deceptis. Sed de his editionibus et variis lectionibus, postremae adiectis, quae dicam, non habeo. *Scharf.*

*Graecis elegis* Ecclesiasticum reddidit *Paulus Dolscius* \*) Plauensis, discipulus Melancthonis: vnde Melancthoni metaphrasin hanc tribuere videtur Antonius Teisslerus vir clariss. in elogiis Thuaneis. Prodiit Dolscii Sirachides Lipsiae ann. 1571. 8. apud Io. Rhambam. [P]

*Latinis elegis* complexus est eundem librum *Io. Lorichius Hadamarius*, Ingolstadii 1515. et centum amplius annis post *Martinus Neffelius* Emdae 1654. 8. *Io. Sækeruvtzii* paraphrasin poetica lucem vidit Basileae apud Oporin. 1556. 8. et *Henrici Hermanni Lippiani*, Lipsiae 1586. 8.

*Germanico carmine* transtulit *Magdalena Haymeieria*, Ratisbonensis ann. 1571. ac 1578. et Norimb. 1609. 12. tum *Io. Hildebrandus*, Halis Sax. 1662. 8.

Alii interpretes *latini*, praeter veterem Vulgatum, qui *prosa* reddiderunt, exstant quam plurimi, Camerarius et Bergius, supra laudati, tum *Victorinus Strigelius*, qui et notas addidit, Lips. 1571. 8. *Iustus* item *Jonas*, et qui vniuersos sacrae scripturae libros interpretati sunt Complutenses, (quos in Sirachide sequuntur editiones Basileenses graecolatinae,) *Santes Pagninus* Lucensis, tum *Flaminius Nobilius*, *Arias Montanus*, *Sebast. Castellio*, et *Seb. Schmidius ὁ μακαρίτης*: vel qui Apocryphos libros, vt *Petrus Cholinus*, in bibliis Tigurinis obuius, et, cuius versio in *Rob. Stephani* opere biblico comparet, *Claudius Baduellus*, et *Franciscus Junius*; vel qui veterem vulgatam versionem interpolauerunt, *Isidorus Clarius*, *Thomas Maluenda*, *Lucas Osiander* et *Paulus Eberus*.

*Germanicae* versiones vel e Vulgata concinnatae sunt, vt quae ante *D. Lutherum* prodire in lucem, aut in Romana ecclesia compositae fuere a *Io. Diertenbergio*, *Io. Eccio*, *Melchiore Brunio*, *Caspere Vlenbergio* et theologis Moguntinis: aut vero e graeco sunt deriuatae, vt *D. Lutheri* nostri, (qui tamen et ipse e veteri latina frequenter loca quaedam versionis suae inseruit,) *Tigurinorum*, *Io. Piscatoris*, et versio noua germanica Ecclesiastici, cum notis criticis haud contemnendis edita, Halae Sax. 1706. 8. sub nomine quorundam s. scripturae studiosorum. *Fabric.* His iam addendus est *I. W. Lindius*, qui Iesu Sirachidae ethicen, germanice versam et notis illustratam, edidit Lipsiae ann. 1782. 8. Cf. *I. C. Doederleinii* biblioth. theolog. select. part. II. pag. 721 sqq. *Scharf.* Nouiter vertit *A. I. Onymus*, Würceburgi 1786. 8. optima quidem cum diligentia criticen textus curans; versionem tamen sine notis et rationibus criticis exhibens. conf. Ien. Allg. Lit. Zeit. 1789. nr. 60. *Pfeiff.*] E *Lutheri* versione in idioma inferioris Saxoniae, in Succicam, Danicam, et Belgicam translatus est linguam:

Yyy y 2

o) De hoc *Dolsfrio*, medico et consule Hallensi, cet, *Tho. Crenii* animaduersiones philologico-histor. parte III. p. 234 sq. et parte XI. p. 187 sq.

quam: licet praeterea Sueci, Dani, Belgae, vt nunc Esthones quoque ac Liuoni, habeant et translationes, ad graecum fontem exactas.

In Polyglottis Londinensibus exstant versiones Ecclesiastici *Syriaca* \*) et *Arabica* cum latina singulae versione. Exstat ibi et vetus vulgata et recens Flaminii Nobilii latina interpretatio. In Syriaca vero et in vulgata veteri quaedam hinc inde aliter et interpolata leguntur, interpretibus, vt fit, quaedam de suo vel ex aliis locis, vel ex Salomone adiungentibus. *Fabric.* [Est haec sententia *P. D. Huetii* demonstrat. euangel. proposit. IV. pag. 425. edit. Lips. haud dubie praefenda coniecturae parum probabili *Petr. Sabatieri*, qui disensionem inter versionem graecam et latinam vulgatam ex eo ortam esse putat, quod haec proxime ex *Hebraico fonte manauerit* pag. 390. et *libros Sapientiae et Ecclesiastici ab Hieronymo*, qui, vt inter omnes constat, primus Latinorum adgressus est ex Hebraeo vertere libros Vet. Testamenti, *translator fuisse vel etiam emendatos* esse diserte negat pag. 389. tom. II. *biblior. sacr. lat. vers. antiq. Scharf*]

Habentur et *Anglicae* versiones, et *Islandicae*; tum *Hibernica*, et *Finnica* Aeschilli Petraei, et Io. Tornaei, Bothniensis, *Lappica*; *Polonicae* [P] quoque celebrantur, tum aliae, tum Iesuitarum Iac. Wicci et Iusti Rabi: *Hungaricae* praeterea ac *Bohemicae* et *Slauonica* atque *Ruthenica*, siue edita illa in bibliis ann. 1581. fol. siue quas ad editionem parasse nuper dicuntur viri laudatissimi Ernestus Glück et Elias Kopyewisius: denique *Armenica*. *Fabric.* Armenicam librorum apocryphorum versionem, cum e graeco fonte manauerit, non contemnendam esse puto. Sed Ecclesiastici versionem, quae exstat in bibliis Armenicis, cura *Vsciani* editis, Amstelodami ann. 1666. 4. e latino confectam esse constat. Vide *A. G. Muschii* biblioth. sacr. part. II. vol. I. pag. 173. Quare valde dubito, an huius magis habenda sit ratio, quam versionum orientalium recentiorum, quas idem *Muschius* commemorat l. I. sect. II. pag. 198. 200. etc. Nam in re critica quidem quis vsus earum sit, non adparet. De hebraeo-germanicis Ecclesiastici versionibus, [quae prodire Amstelod. 1660. 12. Furthae 1695. 8. et Amstelod. 1712. 8. quae vltima ex belgica versione translata est, *Pfeiff.*] adiri potest *J. C. Wolfii* biblioth. hebr. part. I. pag. 257. part. II. pag. 200. 457. et part. III. pag. 157. *Schnf.*

*Hispani* variis dialectis, Castellana, Valentina etc. versiones a longo iam tempore habuerunt, vt notauit *Fridericus Furius Coriolanus* in libro, quem Bononiam \*) proscripsit, pag. III. ne dicam de translatione Hispanica Castiodori de Reyna, Cypriani de Valera etc. *Lusitanicam* nullam vidi. *Galli* Cantabricam olim habuerunt siue Vasconicam, tum Catalonicam. Nam de recentibus dicere nihil adinet, quas vel romanae ecclesiae addicti Lugdunenses et Louanienſes, praeterea Parisiis Renatus Benedictus, Franciscus Bessus et Franciscus Friso, ac nouissime Isaacus de Sacy \*) ediderunt, vel e Protestantium numero Sebastianus Castellio,

p) Ab hac quantum distet Syriaca Ecclesiastici versio, quam in codice Syro-Hexaplati Mediolanensi, notis Hexaplaribus instructam, se vidisse narrat *I. G. C. Adlerus* itiner. bibl. crit. p. 197. nunc quidem quum adhuc nemo specimen versionis istius protulerit, ignoramus. In codice illo Syro-Hexaplati vide supra. Adleri et aliorum, qui de

codice illo Syro-Hexaplati exposuerunt, libros supra laudauimus ad cap. XIII. §. 12. *Scharf.*

q) Prodiit liber Basileae 1556. 8.

r) Nomen verum est Isaac Louis le Maitre, *Isaacus Ludovicus le Maitre de Sacy*. Conf. *I. M. Pfaſſii* introduct. in histor. theolog. literar. part. I. pag. 123. *Scharf.*

Castellio, Io. Deodatus et Geneuenses, a variis deinceps recensiti et interpolati, ac recens admodum singulari studio Dauidis Martini.

*Italicæ* versiones notæ sunt Nic. Malermi, Veneti, abbatis Benedictini, Antonii Brucioli et Io. Deodati. Nam quæ tempore Sixti V. ann. 1589. Romæ typis exscripta est <sup>1)</sup>, mox iterum suppressa fuit.

Iam eos paucis iuuat referre, qui notis, animaduersionibus et commentariis Ecclesiasticum illustrarunt, præter eximios illos, quos ante memorauimus: vel quorum in vniuersos aut plerosque libros biblicos industria enituit, vt sunt e nostris Osiander, et χαλκέντερος Calouius, e reformatis Conradus Pellicanus et Paulus Tossanus; e romanae ecclesiae sociis Menochius, Tirinus et Corn. a Lapide, Antwerp. 1634 et 1663. fol. atque his antiquiores, Nicolaus Liranus, et glossæ ordinariæ atque interlinearis auctores, Strabus Fuldenis et Anselmus Laudunensis, Dionysius præterea Carthusianus, et Hugo, cardinalis. *Fabric.* Vnum addo *Augustinum Calmetum*, quem C. M. Pfaffius introduct. in histor. theolog. litter. part. I. pag. 158. reliquis commentatoribus pontificiis præferendum esse censet. Commentarii eius in omnes V. et T. libros primum francice scripti (vid. *Boerner.* biblioth. pag. 53.) deinde latine versi a I. D. Mansio prodierunt Lucae 1730—1732. tomis IV. fol. et Venet. 1730. 8. voll. fol. Porro de *Augustino Calmeto* (*Edmundum Calm.* vt semper Hubigantus, plane ignoramus.) hæc notat Le Long biblioth. sacr. pag. 661. Commentarius litteralis in vniuersam sacram scripturam 23. voll. (in quolibet præfiguntur 3. vel 4. dissertationes varii argumenti,) gallice, in 4. Paris. 1707—1716. Eaedem dissertationes seorsim editæ, quæ prolegomenorum instar haberi possunt, gallice, 3. voll. in 4. ibidem 1720. Conf. *Wolffii* biblioth. hebr. part. IV. pag. 63 sq. *Scharf.*

Ex vetustioribus Ecclesiae doctoribus nemo Ecclesiasticum integrum, vel maiorem eius partem, commentario aut homiliis est interpretatus, licet argumenta eius compendio referat Athanasius iunior, Euthalii aequalis, in synopsi scripturæ s. et in loca quaedam singula essent homiliae Ambrosii, Augustini etc.

*Rabani Mauri* <sup>2)</sup>, (qui octingentis et quinquaginta post Christum [¶] annis floruit,) expositio Ecclesiastici libris X. ad Otgarium, archiep. Moguntinum, Paris. 1544. et inter opera Colon. 1627. fol.

*Alexandri ab Alexandria* ord. minor. (Romæ ann. 1313. sepulti) et Io. Alerii, Carmelitæ, commentarius, dubito an editus.

*Roberti Holkot* (circa a. Chr. 1340.) lectiones, in prima septem Ecclesiastici capita Oxoniæ habitæ, prodierunt cum eius lectionibus in Canticum canticorum Venet. 1509.

*Cornelii Iansenii*, Gandauensis, commentarius. Louan. 1569. 4. Antw. 1654. fol.

*Pauli de Palatio*, Colon. 1593. 8.

Yyyy 3

OBavian

<sup>1)</sup> Vide quæ Gregorius Leti in vita Sixti V. tom. II. p. 399 sq. et Wagenfilius in telis igneis Satanae pag. 25.

<sup>2)</sup> Ante Rabanum in *Venerabilis Bedæ* Opp. tom. VI. fragmenta quaedam in Ecclesiast. ex-

*Ostauiani de Tuso*, Neapolitani, soc. Iesu, in primora XVIII. capita. Lugd. 1628. Colon. 1629. fol.

*Ioh. Lorini* comment. in Sapient. et Eccles. Colon. 1642.

*Io. de Pina*, Madritensis, commentarii, quinque tomis. Lugd. 1630 — 1648. fol.

*Oliuerii Bonartii*, Iprensis, commentarius. Antwerpiae ann. 1634. fol.

*Saluatoris de Leon* expositio et illustratio in prima XV. capita Antwerp. 1640. fol.

*Petri Gorsii* explicatio Paris. 1654. 8.

*Alphonfi de Flores*, in caput XXIV. Antwerp. 1661. fol.

*Casparis Sanctii* in capita primora XXIV. et *Francisci de Cepeda* ineditum commentarium memorat Philippus Alegambe.

His accedunt e Gallis, recentibus Sirachidis illustratoribus, Bossuetus, episcopus Meldensis, et variis politissimis scriptis notissimus Bellegardeus.

Breuiem quoque Ecclesiastici explicationem Dauid Chytraeus dedit, quae plus simplici vice recusa est, ut omittam alios, qui sententias Sirachidis in locos communes digesserunt, uti Lucas Geierbergerus et Io. Koenikenius, *Car. Lud. Stromeyer*, Vlm. 1718. et *Steph. Barta* Ien. 1725. vel qui contulerunt cum dictis Ecclesiastae ac libri Prouerborum et Sapientiae, vel qui homiliis, ad populum habitis, explanarunt, aut lingua vernacula germanica illustrarunt, ut *Casp. Huberinus* 1552. \*) *Io. Mathefus* 1586. *Erasmus Sarcerius* 1575. *Frid. Rothe* 1587. *Georg. Edelmann* 1597. *Casp. Hofserus* 1599. *Iac. Stoeckerus* 1616. *Erh. Lauterbach* 1619. *Io. Lassenius* 1661. *Luc. Frid. Reinhardus* 1666. *Gottfr. Arnold.* 1706. et alii.

#### *Sententiae Ben Sirae* \*) סנהן בן

In libro *Shebet Gehuda*, quem latine edidit Gentius, Ben Sira dicitur vixisse post Augustum imp. Sed hoc argumento qui vteretur ad demonstrandum, diuersos esse Iesum Sirachidem et Ben Sira, siue filium Sirae, leuissimo vteretur. Pessimi enim temporum notatores sunt recentiores Iudaei. Itaque *Dauid Ganz* in suo *Zemach David* pag. 65 sq. audacter eosdem facit, dissentiente quidem *Guil. Henrico Verslio* in notis, *Drusio* ad Ecclesiastici cap. XXV. 28. (qui tamen III. 23. quaest. Ebr. aliter senserat,) et *Nic. Serario* ad Bonifacii epist. I. sed consentientibus plurimis aliis inter Christianos viris doctissimis, *Christophoro Cartwrighto*, qui in Mellificio hebraico V. 13. pag. 3126 sq. Ben Sirae sententias, a Thalmudicis laudatas, confert cum dictis Ecclesiastici, *Hugone Grotio* ad Ecclesiastici cap. VI. 6. *Cornelio Bonauentura Bertramo*, qui cap. 5. Lucubrationum Franckenthalensium testatur, se in Ecclesiastico enucleando et reuoluendo atque cum quibusdam aliis libris conferendo quam accuratissime elaborasse, *Hottingero*, *Huetio* aliisque, quibus haud inuitus accedo. *Fabric.*

His

\*) Conf. de Huberini libro *D. Goezii*, praefulis dignissimi Lubecensis, bibliothecam mortuorum II. pag. 62. et de Mathesii in Sirachidem homiliis vitam eius, a Io Balthasare Mathesio, pastore Brocwickensi, scriptam, p. 171.

v) Memoratur etiam quidam Rabbi סנהן in excerptis Gemar. tractat. Chagigah, quae nuper edidit Hottingeri nepos p. 40. *Fabric.* Conf. *I. C. Wolfii* biblioth. hebr. part. I. p. 263. et part. II. p. 871. (p. 706.) *Scharf.*

His addendus est *I. C. Wolfius*, qui de hoc libello, eiusque editionibus, codd. MSS. et versionibus latius exposuit biblioth. hebr. part. I. pag. 261 sqq. et part. III. pag. 157. Eodem auctore part. I. pag. 262. editio Veneta, quam Fabricius infra commemorat, prodiit ann. 1544. pro quo 1554. operarum errore scriptum est apud Bartoloccium l. l. *Scharf.*

Sententias *Ben Sirae* XLIV. ordine et numero duplicis alphabeti edidit et prioribus XXII. hebraicum Perusch sine explicationem, nescio cuius auctoris, adiunxit *Paulus Fagius*, qui etiam vertit latine. Titulus libri est: *Sententiae morales Ben Sirae, vetustissimi auctoris hebraei, qui a Iudaeis nepos Hieremiae prophetae fuisse creditur, cum succincto commentario. Tobias hebraice* etc. Isnae 1542. 4. Hinc sententias, omisso hebraico commentario, vulgavit cum versione et notis suis *Io. Drusus* Franeg. 1597. 4. cuius editio in criticis sacris Anglicanis est recusa tomo VIII. pag. 1869 sq. edit. Lond. Critici sacri, ut notum est, deinceps in Belgio et a Francofurtensibus sunt recusi. Exstant praeterea sententiae illae etiam latine in *Cornelii a Lapide* commentario in Ecclesiasticum pag. 29 sq. et apud *I. Euseb. Nierembergium* X. 9. de origine scripturae. [Add. et in Scip. Sganibati Archiu. Vet. Test. lib. III. p. 476—479. Conf. Wolf. B. H. I. pag. 263. *Scharf.*] Sunt etiam a me pridem Ecclesiastico, graece et latine edito, subiunctae. [Post haec *Ben Sirae* sententiae hebraice et latine cum expositione Hebraeorum ex versione latina *Pauli Fagii* adiectae sunt *libris III. de vita et morte Moysi*, quos Fabricius cum aliis similis argumenti libellis edidit Hamburgi ann. 1714. 8. *Scharf.*] *Iulius Bartoloccius* part. I. bibl. Rabbin. p. 633. meminit editionis hebraicae Venetae ann. 1554. 8. Sed exstat et alia, antiquior reliquis omnibus, *CPolitana*, quam olim habuit *Munsterus* et deinde *Buxtorfius*, qui in synagoga Iudaica cap. 4. de Spectro Lilith agens, *pertinet huc*, inquit, *historia, quae legitur in Ben [P] Sirae, non illo, quem doctissimus Paulus Fagius latine redditum excudi curavit, sed eo, quem Iudaei ediderunt. Et meum quidem exemplar CPoli est excusum, et illud ipsum, cuius mentionem facit Sebastianus Munsterus sub finem suae cosmographiae latinae, ex quo historiam illam Ebraicam de Prestegiani ditione, ad extremum librum adnexam, hausit et depromsit, illudque mihi de Iudaeo in vicinia, qui ex Munsteri bibliotheca habuerat, emi. Munsterus enim Basileae linguae Ebraeae professor fuit, ibidemque sepultus quiescit. Idem Buxtorfius in bibl. Rabbinica testatur, in illa editione multa fabulosa de sapientia Ben Sirae post sententias eius morales adpersa legi: inesse et alios tractatus plures, quos ibidem recenset. [Apologum Ben Sirae vertit germ. *Paulus* in Memorabilien P. I. p. 159.]*

III. Ecclesiasticum excipiat SAPIENTIAE liber, qui non minus quam ille *Panaretus* <sup>w)</sup> dictus et *Salomoni* <sup>x)</sup> regi tributus fuit *ob aliquam eloqui*, ut ait *Augustinus*, *similitudinem*. *Alcuinus*:

*Tres Salomon libros mirabilis edidit auctor,  
His duo iunguntur per Paradigma libri.  
Quorum quippe prior Sapientia dicitur alma,  
Notatur Iesu nomine posterior.*

Librum

w) Vide *Cotelerium* ad *Clementis Romani* epist. I. cap. 57. tom. I. patrum apostol. p. 178.

x) Veterum loca, Ecclesiasticum *Salomoni* tri-

buentium, collegit *Serarius* ad *S. Bonifacii* epist. I. Similiter et *Prouerbia* et *Ecclesiastes* veniunt ipsi titulo *Sapientiae*.

Librum, Salomone dignum nec cum vlllo quocumque scripto humano comparandum, vocat Io. Gregorius, Anglus, praef. ad obseruationes in aliquot loca s. scripturae. *Salomoni* etiam tribuere non dubitauit *Nic. Hieronymus Gundlingius* obseru. Hallens. V. 13. Huius enim se auctorem diatribae profitetur in historia philos. moralis part. I. pag. 73. \*) Sed praestantissimum lectuque ac memoria dignissimum libenter profiteor; Salomonis esse, numquam mihi persuadebo, librum Iudaeis ignotum, et, antiquis etiam scriptoribus Christianis doctissimis consentientibus, sub Salomonis persona a pio aliquo et erudito viro compositum: quicumque etiam is fuerit *ὁ τὴν πανάρετον σοφίαν εἰς αὐτῆ πρόσωπον ἀναθεῖς*, vt loquitur *Eusebius* XI. 7. Praeparat. Euangel. Scripsisse autem post Iudaeos, a gentibus iam subiugatos, patet ex eo, quod memorantur ipsi cap. XV. 14. *οἱ ἐχθροὶ τῆ λαῖ καταδυναστεύοντες αὐτόν*, vt omittam, cap. IV. etc. alludi ad recentiora longe Salomonis tempore Graecorum sacra per voces [P] *σεφανηφορεῖν, βραβεῖον, πρυτάνεις, πομπεύειν, ἄθλα, ἀγών* etc. Neque rem conficit, quod Salomonis persona auctor orat capite IX. Perinde enim fit in Psalterio Salomonis, quod vulgavit Cerda, et in testamento eius adhuc inedito, quae duo scripta nemo sobrius Salomonis esse contendet. [Conf. *Fabricii* codic. pseudepigraph. Vet. Test. part. I. pag. 1047. Psalterium Salomonis exstat ibidem pag. 917 sqq. *Scharf.*] Quemadmodum igitur sub Sapientiae Salomo, ita sub Salomonis persona loquitur auctor huius libri. Sic sub Timothei persona scripsit Saluianus. Malo enim cum hoc illum conferre, quam cum impostoribus, qui falsis nominibus decipere lectores suos voluerunt <sup>2)</sup>, vti Hetruscarum futor fabularum, siue antiquitatum sub Prosperi nomine: *id ita scio Prosperus*, et pseudo-Clementinorum scriptor: *Ego Clemens, Ego Petrus, Nos Apostoli*, ac similia. Nec vero crediderim, quod auctor voluerit credi a lectoribus suis Salomo, sed aliquis diuinae sapientiae Salomoneae, vt Sirachides in prologo dicitur, *ὀπαδὸς* atque *σεκτόρ*, perinde vt Saluianus numquam voluit existimari, libros suos a Timotheo esse scriptos, discipulo apostolorum; sed satis ipsi fuit, sub nobili hac persona delituisse. Equis vero demum sit scriptor, pulcerrimi et aurei libelli, nemo adfirmare certo potest. Nam quod *Philonem* quidam volunt, illum Alexandrinum, cuius scripta plura leguntur, vt contendit *Io. Costabadius* libello singulari, quem edidit Bredae 1648. 12. perspicue falsum esse opinor, et veterum testimoniiis ac genio scriptorum Philonis contrarium. Pro antiquiore <sup>aa)</sup> recte habent, qui Philoni alicui tribuunt seniori. [His (post *Rainoldum* in censura libr. apocr. prael. XXII. et *Wernsdorfium* diss. supra ad Siracidem citata, *Buddeum* introd. in phil. ebr. pag. 77. 81. et *Dan.*

y) Contra Gundlingium disputat *Laur. Reinhard* diss. qua librum Sapientiae non esse canonicum, neque a Salomone conscriptum probatur, Witteb. 1719. *Fabric.* Librum Sapientiae Salomoni vindicandum esse, praeter Huetium et alios, de quibus vide *Fabricii* prolegomena ad hunc librum, etiam Hubigantus contendit, verum ita, vt ipsum quidem Salomonem nouem priora capita hebraice scripsisse, sed interpretem graecum reliqua de suo addidisse coniciat, et omnino librum hunc integrum nunc exstare neget. At vehementer vereor, vt recte refutauerit argumenta, in contrarium adducta ab *Edm. Calmeto*, contra

quem de auctore libri Sapientiae late disputat prolegom. pag. 2 sqq. *Scharf.*

2) Confer, si lubet, alia exempla apud *Io. Rainoldum* de libris apocryphis praelect. XX. XXI. XXII.

aa) *Io. Druſius* de Henocho cap. XI, *Sapientiae auctorem fuisse putarem Philonem, non iuniorum, qui Cati tempore vixit, sed seniore, qui vixit sub templo secundo et librum scripsit de anima, qui memoratur in libro Iuchasin.* *Fabric.* [Hoc incertum esse, monet *I. C. Wolfius* biblioth. hebr. part. I. p. 975. vbi, vt *Fabricius*, fatetur, se ignorare auctorem libri Sapientiae. *Scharf.*]



*Dan. Saltzman* in diss. de auctore libri Sapientiae Philone potius Alexandrino quam seniore, Regiom. 1739. *Fabr.*) nuper accessit *Sim. de Magistris* apolog. sententiae patrum de septuagintaurali versi ne p. 463 — 469. ubi Fabricii sententiam de Philone, cuius Iosephus, Clemens Alexandrinus et Eusebius mentionem faciunt, ita refellere conatur, ut, collatis inter se multis versionis septuagintauralis et libri sapientiae locis, ostendat, Philonem illum tanquam Hellenistam LXX. interpretes imitatum esse non minus in hoc, quam in aliis libris, quos hic commemorare nihil attinet. Deinde hunc librum ante Ecclesiasticum Sirachidae conscriptum, et, quia carminis lege Salomo loquens inducitur, *Sapientiam Salomonis* adpellatum esse docet. Verum etiam si concesserim, hunc non male disputare, omninoque vel propter antiquitatem non improbandam esse opinionem eorum, qui librum Sapientiae Philoni eundem, Iudaeo, tribuant, in eo certe vehementer errat, quod Hieronymum auctorem sententiae suae laudat. Hic enim, dum in praefatione ad libros Salomonis ita disserit: *secundus* (pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur) *apud Hebraeos nusquam est: quin et ipse stilius graecam eloquentiam redolet, et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudaei Philonis adfirmant*, non de sua, sed aliorum opinione loquitur, et Philonem, Iudaeum, commemorat, qui utrum senior sit, quem H. Vossius et P. D. Huetius demonstrat. euangel. propof. IV. pag. 418 sq. interpretem graecum huius libri fuisse opinantur, an celeberrimus ille Alexandrinus, ut L. Capello not. crit. ad h. l. pag. 562. *Fabricio* prolegom. in Sapient. pag. 236. et I. M. *Fabro* proluf. V. super libro Sapientiae pag. 5. videtur, non liquet. Quantum autem eiusdem Fabri coniecturae de Zorobabele, auctore libri Sapientiae, tribuendum sit, adparebit ex iis, quae deinceps dicam. *Schurf.*] Verum quis ille *Philō* senior, dicere vix possum, quum absurdum sit de Philone suspicari, quem de Iudaeis quaedam scripsisse aiunt Iosephus, Clemens, Eusebius. Eum enim Ethnicum constat fuisse et Pythagoreum. Nimis quoque acutum est, quod nonnulli, quoniam יריריה, h. e. *amabilis* Salomo dicitur 2 Samuel XII. 25. et R. Azarias Philonem, Iudaeum, vicissim in suo Meor Enasim non פילון sed יריריה adpellat; hinc concludunt, sub Philonis nomine ipsum latere Salomonem. A *Philone, presbytero*, graece conuersum ait *Is. Vossius* libro de LXX. interpretibus pag. 396 <sup>(b)</sup> neque ex *hebraeo* conuersum abnuerim <sup>(c)</sup>, et si stilius graecam eloquentiam <sup>(d)</sup> redolere visus est

*bb)* Quotius in praef. ad Sap. Hebraei hominis opus vocat. qui vixit post tempora Esdrae, ante tempora Simonis, pontificis. Cornel. a Lapide ad tempora Ptolemaei Philadelphii refert; Calmet vero ad tempora post Antiochum Epiphanem, et graece scriptum. Iudaeum scriptorem agnoscit Kleucker, eo tempore viuentem, quo Epicureorum et Sadduceeorum de materialismo et annihilatione post mortem philosophumena vigeabant apud Iudaeos nobiliores, siue tempore Ptolemaeorum. *Pfeiff.*

*cc)* Sic quoque Huetio et Hubiganto, item Scip. Sgambato archiu. Vet. Test. lib. III. p. 527. videbatur, ut antea dixi. Nuper autem cl. *Ioh. Melch.* *Faber* proluf. V. et VI. *super libro Sapientiae* coniecit. librum hunc, chaldaice scriptum, a Zoro-

babele graece redditum esse ab interprete valde docto et ingenioso, inductus locis nonnullis, e quibus, ut ipsi quidem videtur, adparet, syriacam versionem aequae ac graecam e chaldaeo contextu confectam esse. Verum non Zorobabelem, sed Iudaeum Alexandrinum, qui graece scripserit, more philosophorum suae aetatis, libri Sapientiae auctorem esse, et syriacam versionem e graeco fonte manasse, recte docuit I. G. *Hassius* in notis ad germanicam versionem huius libri et append. obseruation. §. 3. 4. 5. et 6. ubi etiam singulos locos, quos *Faber* coniecturae suae de origine syriacae versionis fauere censet, diligenter examinat. [Vltorius *Hasse* prosequutus est argumenta, pro contextu graeco in Magazin für bibl. oriental. Litteratur und gesammte Philologie, Regiomont.

est Hieronymo, qui suo iam tempore nullum [P] se hebraicum exemplar reperire potuisse est testatus. *Chaldaice* scriptum vidisse se refert scriptor recens R. Moses Nachmanides Gerundensis. Meminit etiam R. Azarias. Sed quae ex illo a Mose producuntur, conueniunt cum versione *Syriaca*, qualis exstat in polyglottis, illamque dialectum referunt, ut Buxtorfio et Hottingero pridem notatum. Quamobrem versionem tantum ex graeco factam (a), neque eam valde antiquam vidit, qualis etiam est *Arabica*, in iisdem polyglottis excusa, et e syriaco, ut videtur, concinnata. [Fabricium errare, monet *J. G. Hassius* adpend. obseruat. ad german. libri Sapieniae vers. pag. 245. *Scharf.*] Epiphanius vero, qui Ecclesiasticum et Sapieniam accenset *libris συχνης*, non hoc ipso prodit, eos lingua hebraica carmine adstrictos fuisse, sed tantum in graecis, quos euoluit Epiphanius, codicibus scriptos fuisse instar Psalmorum et librorum Salomonis per *συχες*, cum sententia desinentes (ff), non vna serie et longitudine procedentes per totum volumen, ut in ceteris libris biblicis fieri consuevit. In Nicephori *συχημετρε*, Sapieniam numerantur *συχες* mille et centum, Ecclesiastici bis mille et octingenti.

Versionem vulgatam latinam huius libri, quae exstat, Hieronymum auctorem non agnoscere, variis argumentis disputat Lud. Cappellus pag. 563. Opp. Postum. *Fabric.* Diu ante Cappellum hoc monitum esse constat a *Flaminio Nobilio* et *Ioh. Morino*, cuius verba transcribere non alienum videtur ab instituti ratione. Hinc enim adparebit, quid statuentium sit de plerisque libris apocryphis, quales nunc exstant in versione vulgata. Sic igitur ille loquitur exercit. bibl. lib. I. exerc. 9. cap. 1. §. 11. *Ita translatio S. Hieronymi ex hebraeo uniuersas ecclesias, uniuersas bibliothecas a mille annis occupauit, ut antiquae istius Italiae translationis corpus penitus interciderit, supersuntque tantum tam desiderandi operis in variis SS. Patrum lucubrationibus fragmenta, modo exceperis Psalmorum librum, Maccabaeorum utrumque, Sapieniam quoque et Ecclesiastici, Baruch etiam et aliorum forte nonnullas partes, de quibus nunc non est disputandi locus, quae ex antiqua Italia, qua ante S. Hieronymum ecclesia latina utebatur, in vulgata Hieronymiana retentae et conseruatae videntur.* Conf. etiam *Calmeti* proleg. pag. 123. et *P. Sabatieri* prolegom. ad librum Sapieniam et Ecclesiastic. pag. 389. tom. II. et praefat. ad tom. III. bibl. sacr. lat. ves. antiq. pag. 14 sqq. vbi Blanchinum refellit, qui e duobus fragmentis libri Sapieniam, in codice Veronensi repertis, versionem vulgatam, quae nunc exstat in libris editis, nouam ab Hieronymo emendatam esse, temere conieciat. *Scharf.*

Bellatoris,

1788. part. I. *Doederlinus* in theolog. Biblioth. part. III. p. 810. priorem partem libri versionem ex hebraico translata; posteriorem alius plane auctoris opus esse putat. *Pfeiff.*] De chaldaico libro Sapieniam, cuius mox mentio fit, Fabricio adfentiuntur *I. C. Wolfius* biblioth. hebr. part. II. p. 199. et *J. G. Hassius* l. I. pag. 195. Conf. *I. A. Fabricii* Cod. Pseudepigr. V. T. vol. I. pag. 1018. *Scharf.*

dd) Vide *Lud. Cappelli* opera posthuma p. 562. *Fabric.* et *Steph. le Moyne* notis ad Varia Sacra p. 595 sq. qui notat, Sapieniam, II, 12. adludi ad grae-

cam versionem Iesae III, 10. praeterito, quod longe aliud sonat, Hebraeo. *Pfeiff.*

ee) Ex eodem quidem fonte manasse syriacam libri Sapieniam versionem, quam habet codex Syro-Hexaplaris Mediolanensis, (vide supra §. II.) sponte patet: sed quid intersit inter hanc et illam, quae inserta est bibliis Polyglottis Parisiensibus et Londinensibus, nondum constat. *Scharf.*

ff) Quemadmodum eos etiam nunc in codice Alexandrino scriptos esse constat. Conf. *I. E. Grabbii* prolegom. ad tom. IV. versionis septuagintaualis cap. I. §. 2. *Scharf.*

Bellatoris, presbyteri, sexto post Christum natum saeculo clari, octo libri in Sapienciam, Cassiodoro cap. 5. diuinar. lect. et Rabano Mauro in epist. ad Otgarium memorati, pridem perierunt.

Bedaе venerabilis in vnum et alterum locum Sapienciae commentatio exstat, in qua meminit duplicis latinae huius libri translationis.

Anonymi expositio latina MS. in librum Sapienciae memoratur Lambecio lib. II. de bibl. Vindob. pag. 777.

Rabani Mauri libri III. in Sapienciam, ad Otgarium, archiepiscopum Moguntinum a. Chr. 827. scripti, leguntur inter eius opera.

Io. Bonauentura, cardinalis et doctor, (vt scholasticis placet,) seraphicus, scripsit et ipse in hunc librum medio saeculo post Christum natum XIII. (edit. Venet. 1575. 8. et in eius Opp. tom. I.) vii. centum annis post *Robertus Holkot*, licet sint, qui huius commentarium tribuant Reginaldo de Alua Ord. Cisterciensis. *Fabric.* Prodiit Basil. 1586. 4. *Corn. Iansenii Gandau.* comment. Antwerp. 1589. 4. et Lugd. 1580. fol. *Io. Maldonati* comment. Paris. 1643. *Corn. a Lapide* Antwerp. 1657. *Her. Osorius* Boulogn. 1577. 4. Colon. 1584. 8. et in eius Opp. *Io. Sarriani*, sub nomine Tosarii, comment. Basil. 1558. Matthaëum Cantacuzenum in Sapienciam Salom. scripsisse quidam memorat; sed tantum editus est eius commentarius in Cantic. cantic. *Pfeiff.*

*Petri Nannii* scholia, quae Basileae ann. 1552. 4. cum eius latina interpretatione viderunt lucem, miror, non adiuncta esse a Criticorum sacrorum Angl. editoribus ad notas Raduelli, Castellionis, Isidori Clarii et Grotii, quas exhibent in Sapienciae [P] librum, quem Nannio neminem melius elucidauisse notat *Paulus Colomesius* pag. 106. obseruat. sacrarum.

*Casparis Barthii* commentarius in Sapienciae librum, cuius meminit in notis ad Claudiam, numquam editus est: neque Sixti Senensis, qui libro IV. bibliothecae sanctae inter scripta sua refert Sophias Monotessarum, in quatuor Prouerbiorum, Ecclesiasticis, Sapienciae et Ecclesiastici volumina: neque Casparis Sanctii denique, cuius commentarium memorat Alegambe.

*Nic. Schnecceri* editio [primo separatim prodiit *Sapientia Salomonis* graece Parisiis ann. 1566. quaternis, vt ex *Maittairii* annalib. typographic. narrat A. G. Maschius biblioth. Sacr. part. I. cap. 4. p. 431. *Scharf.*] graecolatina cum noua versione, argumentis, notisque prodiit Lipsiae 1568. 8. *Vidleri Strigelii* translatio, (quam in mea graecolatina apocryphorum editione recudendam dedi,) et animaduersiones ibid. 1575. 8. *Conradi Dieterici* homiliae praeclarae in hunc librum germanice editae Vlm. 1628. et Norimb. 1667. fol. *Sam. Bohlii* comment. Rostoch. 1639. 4. *Mich. Hempelii* comment. Lips. 1613. 8. *Ewald Brochmann* priora quatuor capita explicuit Hafn. 1656.

*Io. Lorini* eruditus commentarius Lugd. 1607. 4. et deinde Moguntiae 1608. 4. atque alibi plus simplici vice. Commentarius breuior *Christophori de Castro*, Lugd. 1613. 4. Prolixior *Laurentii de Aponte* <sup>(65)</sup> Paris. 1629. 1640. fol. *Fabric.* Graece cum analysi grammatica

L z z z z

tica

gg) Ioecher. pag. 708. tom. II. Laur. de Ponte. Sed Longius bibl. sacr. tom. II. Laur. de Aponte vt *Fabric. Scharf.*

tica verborum scholiisque *Gottfr. Schubandi*, Magdeb. 1733. 8. praemissa praefatione Io. Ad. Steinmetzii, in qua observationes in N. T. ex libris apocryphis, Philone, Iosepho et antiquissimis patribus se composuisse testatur. *Pfeiff.*

*Iacobi Calphilli Angli* metricam expositionem versibus lat. hexametris edidit *Daniel Guilielmus Mollerus*. Altdorfi 1699. 8. addito laterculo scriptorum, qui libros biblicos carmine reddiderunt. — Le Long: *Iacobus Calhillus*, Anglus, libellus Sapientiae Salomonis versibus hexametris redditus, cui adnexa est Epistola Iudae carmine elegiaco a Renato Guil. Mollero reddita in 4. Norimbergae 1701. Sed idem pag. 1117. scribit Iac. Casel. a H. expositio et pag. 1118. *Iac. Casille H. Latin.* *Scharf.*

Nova versio germanica libri Sapientiae cum notis criticis, diligenter collectis, lucem vidit Halae Sax. ann. 1705. 8. *Fabr.* Elegantior, atque vel propter appendicem observationum maioris aestimandam, germanicam Sapientiae Salomonis versionem cum notis edidit *Ioh. Gottfr. Hassius*, Ienae ann. 1785. 8. *Scharf.* Io. Frid. Kleucker libro inscripto Salomonische Denkwürdigkeiten adiunxit versionem cum notis. Rigae 1785. 8. *Pfeiff.* Carmine germanico reddidit E. S. de Reichenbach.

Praeter *Add. Petsii* carmine puro galliambico, Francof. 1614, versionem, Bossueti et Bellegardei observationes, non ita pridem Parisiis edita est Anonymi metaphrasis poetica gallica, ann. 1696. 4.

Ceteros interpretes plerosque paullo ante in Sirachide notare me memini. *Fabric.* Interpretibus, antea laudatis, Hubiganto et Hallio, addendus est *Ioh. Melch. Faber*, cuius sex prolationes *supr libro Sapientiae* prodierunt Onoldi ann. 1776. et 1777. 4. *Scharf.*

IV. ORATIONEM MANASSAE, regis, quam captivus oravit a Paralip. XXXIII. 12. scriptam fuisse in sermonibus regum Israel et in sermonibus *Hozai*, prophetae, sacer scriptor ibidem testatur v. 18. 19. Ea vero, quae hodie regis illius nomine exstat, verbis Paralipomenon uno veluti tenore subiicitur ab auctore constitutionum apostolicarum, Clementi Romano tributarum II. 22. atque, fatente *Cotelerio*, *fictitia est, ac extra canonem librorum divinatorum collocata: quamvis pro genuina habuerint etiam scriptor sermonis in publicanum et pharisaeum tom. VI. Operum B. Chrysostomi, Antonius Monachus lib. II. Melissae serm. 94. Theodorus Studita sermone catechetico 93. Theophanes Cerameus homil. 2. et 56. Ereculfus, Georgii duo Syncellus et Hamartolus in chronicis suis, atque Suidas in voce Μανασσῆς, ubi [P] recte exemplar Regium numero 130. καὶ τότε προσήξατο πρὸς Κύριον τὸ, Κύριε πάντοτε ἄγετες. Quibus accedunt omnes ii, apud quos inter Cantica scripturae legebatur; quod factitatum patet ex MSS. Alexandrino et Regiis, et ex eo quod eam Ereculfus adpellet Canticum poenitentiae, Anastasius Sinaita in Psalmum VI. τὴν προσευχὴν τῆς ᾠδῆς, Georgius vero Syncellus, Mich. Glycas, et Theophanes Cerameus ᾠδὴν. In graeca Theodori Studitae: ᾠδὴν ἥσθε τῷ Θεῷ, ἢ τὸς τῆς σήμερον ἡμέρας ἄδει ἢ τῷ Θεῷ ἐκκλησία. Quare ad marginem alterius MS. Georgii, monachi seu Hamartoli in bibliotheca, vere regia, scholium istud conparet: ἰσορῆται πρὸς Ἀφρικανῶ, ὅτι ἐν τῷ ᾄδει τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆν, τὰ δεσμὰ διεβράβησαν σιδηρὰ ὄντα. Pro quo in Damasceni Parallelis tom. II. pag. 403. leges ἰσορῆται πρὸς Ἀφρικανῶ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆν, τὰ δεσμὰ διεβράβη σιδηρὰ*

δησά ὄντα καὶ ἔφυγεν<sup>kk)</sup>). *Libro III. commentariorum Pet. Lambecii caesarei bibliothecarii pag. 39. e cod. MS. Vindobouensi inter theol. graecos 25. ἰσορεῖται παρὰ Ἀφρικανῶ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὴν Μανασσῆν, καὶ δεσμὰ διεξήραγησαν σιδηρὰ ὄντα, καὶ ἔφυγεν. S. Anastasius in Psalm. VI. tom. III. Canisii pag. 112. Φασὶ γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἰσοριγηρά-Φων, ὅτι ἀπενεχθεὶς Μανασσῆς κατεκλείσθη εἰς ζῶδιον χαλκῆν ἀπο βασιλέως Περσῶν, καὶ ἔσω ᾧ ἐν ἐν τοιαύτῳ ζῶδιῳ προσήξατο μετὰ δακρύων τὴν προσευχὴν τῆς ᾠδῆς αὐτῆς. Graeci etiamnum hodie in Psalterio suo inter alia cantica sacra hac Manassis oratione vtuntur, cathismate siue sect. XX. vt notauit Leo Allatius de libris ecclesiasticis Graecorum p. 62. vbi refert, se *Iohannis Geometrae* paraphrasin illorum canticorum habere iambis graecis concinnatam. Vide etiam Lambecium III. pag. 37. et 379.*

Orationem hanc nec graece nec hebraice reperiri, a viris quibusdam doctis adfirmatum est<sup>ll)</sup>, quod merito aliquis miretur in Bonfrerio pag. 14. et in praestantissimo du Pinio p. 17. prolegom. biblic. Constitutionum apostolicarum exstant plures editiones. Vna graeca Turriani Venet. 1563. 4. et quatuor graecolatinae. *Prima* Frontonis Ducaei ad calcem canonum cum scholiis Zonarae Paris. 1618. fol. *Secunda* in conciliis Labbei tom. I. Paris. 1671. fol. *Tertia* et *quarta* in patribus apostolicis Cotelerii Paris. 1672. et Amst. 1698. fol. Non in his tantum Oratio Manassae exstat graece, sed etiam in horologio Graecorum, nec non in bibliis latinis Roberti Stephani ann. 1540. fol. Graece e MS. Victoriano prodit. Praeterea Auenario suo graecolatino subiunxit *Christophorus Dauderstadius*, Ienae 1628. 8. Angli vero in polyglottis suis<sup>kk)</sup> ediderunt cum variis lectionibus codicis Alexandrini, in quo post Psalmos inter Cantica sacra exaratam inuenerunt. Edidi et ipse adiuncta veteri latina versione, Lipsiae 1691. 8. cum [P] Ecclesiastico, Sapientia, Iudithae ac Tobiae libris. Addidi quoque Metaphrasin poeticam duplicem Manassae Orationis, graecam vnam, ante non editam, eamque elegantissimam, mei quondam praeceptoris<sup>ll)</sup> *Io. Godofredi Herrichen*: alteram latinam, petitam ex *Balduni Berlicomii*, Syluaeducensis, Hierosolichis editis ann. 1598. 8. ex of-

Lz z z 3

ficina

li) Confer Thargum ad 2 Paralip. XXXIII. 12 sq. Auctorem Op. imperfecti ad Matth. I. 10. Syncellum p. 214. Suidam e Cedreno in *Manassae*. Glycam pag. 197. Eutyechium etc. *Fabric.* Vide *Fabricii* cod. Pseudepigraph. Vet. Test. part. I. pag. 1100 sqq. *Scharf.*

ii) Scilicet in editionibus versionis septuagintaviralis, quas superioribus seculis prodixit Fabricius supra cap. XIII. §. 6. narrauit, Oratio Manassis non exstat. At in antiquissimis codicibus graecis, velut iis, quibus vsi sunt vetus interpres latinus, antiquior Hieronymo, et Aethiops, haud dubie exstabat, etsi non eodem loco. Nam in exemplis versionis vulgatae editis et tribus in manuscriptis, quae *P. Savatierus* bibl. sacr. lat. vers. ant. tom. III. pag. 1038 sq. contulit, reperitur ad calcem libri secundi Chronicorum, sed in Psalterio Aethiopico, quod cura *Iobi Ludolfi* proditit Francofurti ad Moenum ann. 1701. 4. inter Cantica

Vet. et Noui Testamenti Psalmis adiecta, vt in codd. graecis, a Cotelerio commemoratis. Hebraice quoque, sed e graeco expressam, legi in libro, qui inscribitur Schalscheleth Hakkabala, didici ex *Ioh. Chr. Wolfii* biblioth. hebr. part. I. pag. 778. et *Scip. Sgambati* archiu. Vet. Test. lib. II. p. 347. *Scharf.*

kk) Tom. IV. pag. 3. Hinc Orationem Manassis repetiit *Chr. Reineccius* ad calcem librorum apocryphorum in editione versionis septuagintaviralis, supra commemorata. Sed e codice Alexandrino descriptam et ope aliorum librorum emendatam eandem inter Cantica Vet. et Noui Testamenti Psalterio adiecta ediderunt *I. E. Grabius* et, qui hunc sequutus est, *I. I. Bretingerus* tomo IV. versionis septuagintaviralis. *Scharf.*

ll) Obiit vir egregius Lipsiae, vbi rectorum scholae Nicolaitanae gesserat, septuagenario maior et rude donatus ann. 1705. V. Cal. Februarii.

ficina Commeliniana. Reddidit etiam carmine latino, quod tunc me fugiebat, praeclarus *Claudius Espencaeus*, Paris. 1566. 8. Denique Oratio Manassae exstat in libris apocryphis, graece editis Francof. 1694. 8. [Sed *Calmetus* in commentariis biblicis et *Hubiganus* in editione librorum apocryphorum, supra commemorata, neglexerunt Orationem Manassis, quippe quam ecclesia romana ne Deutero-Canonicis quidem libris adnumerat. *Scharf.*] Homiliis ad populum eandem orationem exposuere Io. Forsterus, Georgius Albertus, aliique.

V. Si auctori constitutionum apostolicar. V. vlt. credimus, librum, sub nomine BARVCHI hodie superstitem, qui Ieremiae, prophetae<sup>mm</sup>), discipulus et amanuensis fuit, Iudaei in synagogis suis lectitarunt quotannis vna cum Threnis Ieremiae, die magna expiationum, decima nempe mensis Gorpiaei, qui Septembri respondet. In dubium hoc vocat *Io. Dallaeus*, cui lib. I. de pseudepigraphis apostolicis cap. 17. pag. 199. illud non magis videtur esse verum, quam quod lib. VI. cap. 25. aiunt eadem constitutiones, legem extra Iudaeam legi prohibitam fuisse ab ipso Mose: ἀπαγορεύει γὰρ αὐτοῖς ὁ Θεὸς Μωσῆς καὶ θυσιαστήριον ἔξω Ἰερουσαλήμ ἵσῶν, καὶ τὸν νόμον ἔξω τῶν ὄρων τῆς Ἰουδαίας ἀναγινώσκειν. Fortasse vero ex Hellenisticis quidam alicubi illa aetate, hoc est tertio post Christum natum saeculo, *Baruchum* legerunt, vti constat, alia etiam lecta a Iudaeis fuisse in synagogis, praeter libros diuinos, etiam δευτέρωσιον, quae prohibetur in Iustiniani imp. Novella CXLVI. Similiter Christiani quoque publice legerunt non modo Clementis Romani epistolam, sed etiam varia sanctorum acta, varias homilias doctorum ecclesiae. Ceterum *S. Hieronymus*, ad Ieremiam praefatus, *librum*, inquit, *Baruch*, *notarii eius*, *qui apud Hebraeos nec legitur, nec habetur, praetermissus*. [Iam temporibus Origenis prophetiam Baruchi non exstitisse in codice hebraico, ideoque in editione hexaplati versionis septuagintaualis obelis distinctam fuisse, adparet e nota codicis Chisiani: Βαρὺχ ὄλος ἀβέλισαι κατὰ τὰς Ὁ. In eodem codice, vt et hoc addam e praefat. ad Danielelem secundum septuaginta ex tetraplis Origenis Romae editum pag. 21. *Baruchi* liber interiectus est Ieremiae prophetiae et Threnis, ex editione hexaplati descriptis. Hos excipit perinde ac in Alexandrino et aliis codicibus Ieremiae epistola, quam Fabricius *Barucho subiuugi* solere dicit, respiciens, vt opinor, ordinem, quem nunc tenent editiones vulgatae librorum apocryphorum. Conf. *I. E. Grabii* prolegom. ad tom. III. versionis septuagintaualis V. i. *Scharf.*] Οὐ κείσθαι παρ' Ἑβραίοις Baruchi epistolas, notauit etiam *Epirhianus* de mensur. et pond. cap. V. Conuersum tamen esse hunc libellum graece ex hebraeco, non valde negauerim. [Videtur huic coniecturae, quam Fabricius Huetio debet, fauere id. quod *I. J. Biornstählus* repertor. bibl. et orient. lit. part. III. pag. 170. narrat, in margine versionis syriacae Baruchi, quam habet codex syro-hexaplati Mediolanensis, passim laudari versionem Theodotionis. Ceterum Huetio etiam Hubiganus adsentitur in prolegomenis et notis ad hunc librum, vbi non raro interpretem graecum hebraica male vertisse exemplis docet. *Scharf.*] Veteres subinde laudant sub nomine Ieremiae. Inter Graecos commentariis illustrauit *Theodoretus* et auctor *Catanae* a [P] Mich. Ghislerio Lugd. 1623. fol. cum commentariis in Ieremiam editae, atque ex *Olympiodoro*, *Sennero*, qui pag. 245. citantur, et

<sup>mm</sup>) *Iosephus* X. ii. pag. 343. refert, Ieremiae ὄντα, καὶ τῇ πατρῴῃ γλώσσῃ διαφορῶντος πεπαυδευ-  
precibus a Nabuzardane liberatum τὸν μαθητὴν μείνον.  
*Βαρύχων*, Νῆρα δὲ καῖδα, ἐξ ἐπισήμου σφῶδρα οἰκίας

et incerto collectae. Latinam vulgatam versionem non agnoscere auctorem Hieronymum<sup>nn)</sup>, contendit *Lud. Cappellus* pag. 564. Opp. postum. Alia vetus latina translatio edita est a clarissimo viro Iosepho Maria Caro Rom. 1688. 4. Nicephori stichometria numerat libri Baruchi *σλχς* septingentos, computata simul, ut videtur, EPISTOLA, quae (*Ψευδεπιγραφος* fatente Hieron.) prophetae IEREMIAE tribuitur, et iam pridem Barucho subiungi consuevit. Genuinam esse perinde, ut Baruchi librum, disputat Guil. Whiston authentic records pag. 1 sqq. qui breues notas in Baruchum exhibet pag. 9 sq. In Polyglottis occurrit versio vtriusque syriaca et arabica. [Praeter hanc exstat in codice syro-hexaplari Mediolanensi versio syriaca Prophetiae *Baruchi* et Epistolae *Ieremiae*. Conf. repertor. bibl. et orient. lit. part. III. pag. 167 sq. Hebraica quoque libri *Baruchi* versio inter codd. MSS. bibliothecae Oppenheimerianae reperitur, auctore I. C. Wolfio biblioth. hebr. part. III. p. 163. *Scharf.*] In Criticis sacris Anglicanis habes Baduelli, Castellionis et Grotii notas. His addes Sanctii aliorumque commentarios, qui vel totum sacrum codicem illustrarunt scriptis, ut quos supra laudavi in Sirachide, vel qui Ieremiam, ut Ghislerii, Io. Maldonati, Christophori de Castro Morgunt. 1616. fol. vel denique qui in Baruchum scripsere separatim, ut *Petri Maucorsii*<sup>oo)</sup> et Laelii Bisciolae, Cosmi. 1621. 8.

Exstat et in Polyglottis<sup>pp)</sup>, sub Baruchi nomine quaedam epistola, a libro, de quo iam dixi, diuersa, eique ab Anglis praemissa: verum exstat non graece, sed syriace, et, illustri *Huetio*<sup>qq)</sup> iudice, ita de futuro iudicio et futurae vitae poenis ac cruciatibus dixerit, ut Christiani esse hominis foetus videatur, alicuius forte ex his monachis, qui Syriae deserta primis ecclesiae temporibus incoluerunt. Anglice legendam offert pag. 13 sq. vna cum postscripto pag. 22. et genuinam esse contendit *Whiston* l. c. pag. 25 sq. Latine dedit etiam in codice Pseud-epigrapho V. T. vol. II. pag. 147. Possit et Epiphanius videri perspectam habuisse hanc epistolam, quoniam *Epistolas Baruchi*, non epistolam commemorat. Sed potius Ieremiae tributas litteras simul intellexit, ne dicam graecis scriptoribus epistolas pluraliter etiam de vna dici, ut notauit *Grotius* ad I Maccab. XII. 5. et 19. *Corelerius* ad epist. Polycarpi cap. 3. Sic et e latinis *Plinius* XXXIII. 3. *M. Bruti in Philippicis campis epistolae reperiuntur frementes, fibulas tribunitias ex auro geri. Iustinus* XI. 12. 9. *tertias epistolas.*

## VI. In

nn) Vide supra §. III. Alteram prophetiae Baruchi versionem latinam antiquam, a I. M. Caro editam, in *capitulis biblicorum antiquis* repetiit *P. Sabatierus* tom. II. bibl. sacr. lat. vers. antiq. pag. 737 sqq. adiectis variis lectionibus quinque codd. MSS. De discrimine vtriusque versionis consulenda sunt eiusdem prolegomena ad hunc librum p. 734. Ceterum epistolae *Ieremiae*, quam vtpote supposititiam se non adtigisse Hieronymus prooem. commentar. in Ierem. profitetur, nulla exstat versio latina antiqua praeter vulgatam, quae nunc est in libris editis. *Scharf.*

oo) Immo *Maucorsii*. Le Long B. S. pag. 852. *Maucorsps*. Sic et *Iocher*. *Scharf.*

pp) Parisiensibus et Londinensibus. Sed quia haec epistola ita discrepat a contextu vulgato prophetiae Baruchi, ut alius liber videri possit, praeter hanc e codd. MSS. Vsserianis et Pocokianis inserta est bibliis Polyglottis Londinensibus versio syriaca, quae editioni graecae et latinae consentit. Confer etiam quae *P. I. Brunsius* notauit ad B. Kennicotti disert. general. in Vet. Test. hebr. pag. 221. *I. B. de Rossi* proleg. ad var. lectt. V. T. pag. 159. *Scharf.*

qq) Vide, si placet, demonstrationem eius euangelicam proposit. IV. pag. 450. 451. edit. Lips.

VI. In *Io. Malalae Chronographia* tom. I. pag. 203. post commemoratam breuiter IVDITHAE Historiam legas pag. 203. ταῦτα δὲ ἐν ταῖς Ἑβραϊαῖς ἐμφέρεται γραφαῖς. Sed Ἑβραϊαῖς γραφαῖς sunt ipsi historiae de rebus iudaicis, qualis describuntur in libro Iudith, quantumvis graecum Malala legisset. Neque enim Hebraico libro hoc vsi sunt Iudaei, vt testatur *Origenes* epistola ad Africanum: περὶ Τωβία ἡμᾶς ἔχρησεν ἔγνωκαμεν, [P] ὅτι Ἑβραῖοι τῶ Τωβία εἰς χρωῶνται, εἰ δὲ τῇ Ἰουδαίᾳ. Οὐδὲ γὰρ ἔχρησεν αὐτὰ καὶ ἐν Ἀποκρυφῶσι Ἑβραῖσι, ὡς ἀπ' αὐτῶν μαθόντες ἐγνώκαμεν. Sunt, qui verba εἰ δὲ γὰρ in his *Origenis* affirmatiue accipiant: quo sensu notum est εἰ ἐν, εἰ γὰρ et similia poni interdum a scriptoribus graecis, quasi *Origenes* testatus fuisset, Iudaeos librum Iudith habuisse inter apocrypha. Atque ita vel apud *Hieronymum* est legendum praefat. in lib. Iudith, vel *Hagiographa* laxius ibi accipienda <sup>rr)</sup>: apud Hebraeos liber Iudith inter Hagiographa legitur, cuius auctoritas ad roboranda illa, quae in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldaeo tamen sermone conscriptus inter historias computatur. E chaldaico sensum sensu exprimens latine vertit idem *Hieronymus*, cuius translationem cum graeco contulit *Iud. Cappellus* Opp. posthum. pag. 574 sq. <sup>ss)</sup> *Exstat et tersa editio Ebraica libri Iudith* (teste <sup>tt)</sup> *D. Pfeiffero* τῶ μακαρίτη pag. 707. Criticae Sacrae) sed a recentiori procul dubio manu Iudaei cuiusdam <sup>uu)</sup>. Syriaca versio occurrit in Polyglottis Londinensibus. [Complectebatur etiam cod. MSS. Syriacus, quo *Andr. Massius* ad restituendam editionem Hexaplaem libri Iosua vsus est, syriacam versionem historiae Iudithae et Tobiae, vt ipse narrat epist. dedicat. ad regem cathol. pag. 6. Sed, quod nunc quidem sciamus, codex ille periit. Vide supra cap. XIII. §. 6. *Scharf.*] Poetae hebraei rhythmos de Iuditha, (recentibus enim Iudaeis, vt auctori *Germinis Davidis* aliisque, Iuditha satis nota est, sed e nostris libris, vt notatum *Sealigero* pag. 96. ad *Euseb.*) et Maccabaeis cum versione sua et notis in lucem edere constituerat, morte praeventus, vir doctissimus

<sup>rr)</sup> Sic videbatur *Fabricio* prolegom. in *Tobiam* pag. 2. et *I. C. Wolfio* biblioth. hebr. part. I. pag. 259. At apud *Hieronymum* non solum loco laudato, sed etiam in praefat. ad librum Tobiae pro *Hagiographa* legendum esse *Apocrypha*, contendunt *I. Martianaeus* ad utrumque locum *Hieronymi* pag. 1157. et 1169. tom. I. Opp. et *H. Hodius* de bibliorum text. origin. pag. 651. nisi auctoritate codd. MSS. scriptorumque veterum et recentiorum. *Scharf.*

<sup>ss)</sup> Vetustiorē ex graeco factam versionem exstare, dudum monuerunt *I. Martianaeus* ad *Hieronymum* et *H. Hodius* de bibliorum text. origin. pag. 354. vbi se in codice MS. bibliothecae Bodleianae duplicem editionem latinam libri Iudithae reperisse narrat. Hanc *P. Sabatierus* tom. I. biblioth. sacr. lat. vers. ant. pag. 744 sqq. edidit e quinque codd. MSS. ita inter se discrepantibus, vt versiones e diuersis codicibus fluxisse videantur; sed tamen omnes e graeco contextu, ad quem propius accedunt quam *Hieronymiana* siue *Vulgata* e *Chaldaico* expressa. *Scharf.*

<sup>tt)</sup> *Seb. Munsterus* praef. ad *Tobiam*: *Vtinam et hebraice Iehudith exemplar liceret inuenire, quod absque dubio CPoli a Iudaeis, aequae vt Tobiae exemplar, typis est multiplicatum, sicut et Ecclesiasticum, quem Ben Sira vocant, audio hinc a Iudaeis euulgatum.* A Iudaeis recentioribus pro vera agnoscī historia, notauit *B. Io. Ben. Carpzouius* tom. II. *Concion. funebr.* pag. 1311 sq.

<sup>uu)</sup> *Pfeifferum* aut memoria lapsum, aut *Munsteri* coniectura deceptum errasse, suspicatur *I. C. Wolfius* biblioth. hebr. part. I. pag. 459. Atamen ipse part. II. pag. 1360 sq. narrat, Historiam Iudithae vna cum additamentis apocryphis oraculorum *Danielis* hebraice editam esse *Venetis* 8. sine indicio anni. Eodem auctore part. II. p. 198. Hebraica historiae Iudithae versio exstat inter codd. MSS. bibliothecae *Oppenheimerianae*. De Hebraeo-Germanicis eiusdem libri editionibus vide, quae ibidem et pag. 458. leguntur. *Scharf.*



doctissimus <sup>vv</sup>) *Matthias Frid. Beckius*, vsurus forte editione Veneta ann. 1566. 8. quam in bibliotheca sua theologica eximius Lipenius commemorat. De festo, in memoriam victoriae Iudith instituto, confules *Seldenum* III. de Synedriis Hebraeorum pag. 133 sq. Auctor, quem nonnulli e Pseudo-Philone Annii, Ioachimum vel Eliakimum, vel denique Ioachimi parentem, Iosuan, filium Iosedeci, faciunt, incertissimus est, eritque. Temporibus vero et historiae difficultates, quibus longe maximis narratio ipsa est obsepta, nouissime monstrauit *Io. Christophorus Artopoeus* <sup>ww</sup>), Argentoratensis olim academiae lumen, in *meletemate historico quod narratio de Iuditha et H. Iosepho non historia sit*, (Iosepho etiam nusquam commemorata.) [P] *sed Epopoeia*. Argentorat. 1694. 4. recuf. ibid. 1700. Dispellere eas conatus erat post Petauii XII. 26. de doctrin. temp. et tot aliorum virorum doctorum conatus *Bernardus de Montfaucon*, monachus doctiss. Benedictinus, in libro gallico <sup>xx</sup>): *la Verité de l' Histoire de Iudith*, Paris. 1690. 12. et *Io. de la Neuville* S. I. in gallica libri Iudithae notis illustrata editione Paris. 1728. 12. <sup>yy</sup>) quibus *Arphaxadus* est Phraortes, Deiocis filius, Nabuchodonosor vero Saosduchinus, quem Assaradino Ptolemaeus subiicit. [Epitomen operis Montefalconiani dedit *Dupin* bibl. eccl. tom. VI. p. 294. adde *Calmeti* praef. ad librum Iudith, qui ex suae ecclesiae principis authenticam historiae et libri defendit et ex patribus probare conatur. *Pfeiff.*] E veteribus non memini, qui in hunc librum scripserit ante Bellatorem, qui non exstat, et Rabanum, et Iac. Pamelium, iunctum Rabano in Opp. Colon. 1626. tom. III. Petri de Rigga, cantoris et canonici Rhem., aurora, in qua libros biblicos plerosque et Iuditham quoque carmine elegiaco reddidit, a multis promissa nondum vidit lucem. E recentioribus Victorinus Strigelius, Iacobus Zieglerus, Basil. 1548. Frid. Nausea, Caspar Sanctius, Nic. Serarius, Didacus de Celada, Lugd. 1664. fol. Iosephus de la Cerda, Lugd. 1653. II. voll. fol. et alii quidam pauci nominari possunt, qui commentariis vel notis hunc librum illustrarunt, praeter illos, quorum vel in apocryphis vniuersis, vel in toto sacro codice explanando versata est industria. Collectio Criticorum sacrorum Anglicana exhibet tantummodo Baduelli, Castellionis et Grotii notas. Eiusdem Baduelli versionem retinui in editione mea graecolatina, Lips. 1691. 8. Praetereo Ionae Heuleri et aliorum in Iuditham homilias, vel dramata ac poemata de Iuditha, quae latine dederunt Cornelius Schonaeus, Sallustius Bartassius, et Bartholomaeus Tortoletus, germanice Martinus Opitius, gallice *Boyerus* <sup>zz</sup>), cuius tragoedia prodit Paris.

<sup>vv</sup>) Obiit Augustae Vindelicor. ann. 1702. De eo adi Memorias Theologor. a Reu. populari atque amico nostro *H. Pippingio* editas p. 911.

<sup>ww</sup>) Obiit eodem anno X. Cal. Iul. maior septuagenario. Confer noua literar. Hamburgensia ann. 1703. pag. 189.

<sup>xx</sup>) Vide Acta erud. tom. II. supplementi pag. 49 sq.

<sup>yy</sup>) Montefalconium in eo quidem, quod *Arphaxadum* eundem esse credit, quem Herodotus Phraortem adpellat, Hubigantus sequitur: sed de Nabuchodonosoro et aliis se ab illo dissentire profitetur in prolegomenis ad hunc librum, ubi omnino admodum copiose docet, quomodo narratio de Iuditha chronologiae scriptorum sacrorum et

Vol. III.

profanorum conciliari possit. In hac autem disputatione, quam probabili, nescio, p. 577. eiusdem viri docti coniecturae de historia Iudithae, primum hebraice scripta, deinde vero in usum Iudaeorum, in terris Babylonicis exsulantium, chaldaice reddita, nititur, parum tribuerim propter Origenis et Hieronymi auctoritatem. Bern. de Montfaucon — Veritas historiae Iudith — Gallice in 12. Paris. 1692. Sic Longius pag. 865. *Scharf.*

<sup>zz</sup>) Maioris ad institutum nostrum momenti esse Francicam historiae Iudithae versionem, quam cum notis criticis in locos difficiliores et prolegomenis de ipsius historiae veritate edidit *Io. de la Neuville* Parisiis ann. 1728. 12. colligo ex iis, quae

A a a a

de

Parif. 1695. 12. Egerunt de hoc libello, *Christ. Kortholt* diff. in historiam Iudith, Bellarmino oppositam, et exercit. ad S. Hieronymi praefationem in libr. Iudith. Rostoch. 1663. *Phil. Iac. Hartmann* diff. an liber Iudith contineat historiam. Regiom. 1671. *Eilert* diff. duabus de narratione libri Iudith. Hafn. 1712. Patrum loca, Iudithae narrationem pro vera habentium, collegit *Herib. Rosweyd*, in syllabo malae fidei Iac. Cappelli pag. 85 sqq.

TOBIAE librum <sup>aaa)</sup> reiectum a Iudaeis iam olim professus est *Origenes* libro de oratione pag. 47. τῆ δὲ τῆ Τωβιτ βιβλῶ ἀντιλέγουσι οἱ ἐκ περτομῆς. *Chaldaeo sermone conscriptum* testatur Hieronymus; quem quum non satis intelligeret, quia vicina est, inquit, *Chaldaeorum lingua sermoni hebraico, viriusque linguae peritissimum loquacem reperiens, unius diei laborem adripui, et quicquid ille mihi hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui.* Si cum graeco conferas, iam paraphraetae, iam epitomatoris videtur partibus fungi vetus, quae hodie exstat, interpretatio <sup>bbb)</sup>: *hebraeum* Tobiae codicem, quem ab *Oswaldo Schreckenfuchsis*, rectore scholae Memmingensis, acceperat, vulgavit *Basil.* 1542. 4. 1549. 8. 1576. 8. <sup>ccc)</sup> cum latina versione sua et notis *Sebast. Munsterus*. [De hac et aliis, quas *Fabricius* non commemoravit, hebraicis libri Tobiae editionibus confer *I. C. Wolfii* biblioth. hebr. part. I. pag. 363. part. II. pag. 413 sq. et part. IV. pag. 154. unde sua hausit *A. G. Maschius* biblioth. sacrae part. II. vol. I. pag. 19 sq. *Scharf.*] Hunc indubitatum esse textum originarium huius libri, persuasum est *Io. Gregorio* praef. ad observationes in aliquot s. scripturae loca <sup>ddd)</sup>. *Sebastianus* quoque *Castellio*, *Tobiam*, ait, *se ex hebraeo nuper edito, quod sibi visus esset verior, interpretatum, et [P] graecae latinaeque editionis sententias quasdam, ad rem pertinentes et in hebraeo omiffas, addidisse.* Sed graecismi, in hebraica editione occurrentes, documento sunt, ex graeco conuersam esse, a quocumque tandem, ut pulcre notavit *Mich. Neander* in erotematibus linguae hebraeae pag. 449. Nec dubito idem pronunciare de editione *Pauli Fagii*, qui aliud hebraicum Tobiae exemplar, CPoli

de hoc libro, mihi (quidem) nondum viso, tradit *I. C. Wolfius* biblioth. hebr. part. IV. pag. 43 sq. *Scharf.* *Fabricius* in margine iam laudarat illam, et adseripfit: conf. *Journ. des Sçavans* ann. 1729. Mars. pag. 413.

<sup>aaa)</sup> De *Tobiae* libro conferenda sunt, quae post *Fabricium* et *Calmietum* in prolegomenis, maiori et exquisitori studio *Eichhornius* in allgem. Bibliothek der bibl. Liter. tom. II. p. 431 sqq. dixit. Non ante *Darii Hystaspidis* tempora vixisse auctorem, ex opere eius colligit, immo incertum esse iudicat, an Christi tempore nota fuerit historia. Duplicem deinde statuit p. 436. textum originarium; Graecum alterum, cui Syriaca et vetus Latina ante Hieronymum accedit; alterum Latinum vulgatae editionis. Duplicem olim fuisse recensionem libellorum *Tobiae* et *Iudith*, unde diuersas lectionum apud LXX. et in vulgatis bibliis possit intelligi, coniecit *Coel. Bauer* disp.

sub praesidio *Th. Holzclau Wirceburg.* 1777. habita. *Pfeiff.*

<sup>bbb)</sup> Multo propius quam Hieronymiana siue vulgata ad contextum graecum accedit versio antiqua, quam primus e quatuor codd. MSS. edidit *P. Sabatierus* tom. I. bibl. sacrae lat. vers. ant. pag. 706 sqq. [Latinam ante-Hieronymianam *Martianus Hieronymi* operibus adiecit. *Pfeiff.*] Sed dissensio inter editionem graecam et latinam Hieronymianam vtrum orta sit a varietate codicum chaldaicorum, e quibus non solum hanc, sed etiam illam fluxisse *Huetius*, *Hubigantus* et alii opinantur, an aliunde, non liquet. *Scharf.*

<sup>ccc)</sup> Conf. *Tenzel* bibl. curios. tom. I. pag. 412 sq.

<sup>ddd)</sup> Ante Hieronymum nulla hebraici textus mentio. *Origenes* in epist. ad Africanum testis est, Iudaeos hebraicum textum non habere. In dubio proinde omnem rem relinquit *Eichhornius*. *Pfeiff.*

CPoli prius ann. 1517. 4. vulgatum a Iudaeis, punctis vocalibus animavit iussitque adiunctum sententiis Ben Sirae recudi cum sua versione, Itinae ann. 1542. 4. Vtraque, Munsteri et Fagii, editio versioque in Polyglottis Londinensibus exstat. Munsteri in Tobiam notae, additis Baduelli, Castellionis, Drusii et Grotii ad Tobiam animaduersionibus, in collectione Criticorum sacrorum, in Anglia editorum, leguntur. Iulii Bartoloccii versio et notae, quibus editionem hebraicam Venetam ann. 1544. 8. illustrasse se testatur part. II. Bibl. Rabbin. pag. 856. adhuc delitescit manu exarata in bibl. Vaticana. Praetereo alios hebraicos Tobiae codices, a iam dictis alicubi forte diuersos, quorum meminere Sixtus Senensis et Serarius, quemque illustris Huetius penes se esse fuit testatus, denique Hottingerianum, qui vniuersos libros apocryphos V. T. refert a Iudaeo se dono accepisse, sed e latino in hebraicam linguam conuersos. [Addendus est is, quem in bibliotheca Oppenheimeriana se vidisse narrat I. C. Wolfius biblioth. hebr. part. II. pag. 200. Scharf.] Graeci Tobiae eximia editio est Fraequerana sine versione sed cum notis edita a Io. Drusio 1591. 4. [Drusius editionem Romanam ita sequutus est, vt vitia eius ope aliorum librorum emendaret. Quibus praesidiis Grabius vsus sit in recensendo libro Tobiae, disci potest e prolegom. ad tom. II. versionis septuagintaualis cap. III. §. 6. Scharf.] Eam Drusii edit. sequutus sum in mea editione graecolatina, et quia ab aliis hinc inde abit, nouam illi versionem adiunxi Lips. 1691. 8. Syriacam versionem euoluere licet in Polyglottis Parisiensibus et Londinensibus. [Syriaca libri Tobiae versio primum edita est in bibliis Polyglottis Londinensibus. Conf. Br. Waltoni prolegom. bibl. XIII. 9. Aliam exstitisse in codice syro-hexaplari Masii, supra dixi. Scharf.] Arabicam MS. exstare in locupletissima bibliotheca Bodleiana, notauit idem, quem paullo ante laudabam, Io. Gregorius cap. 3. obseruationum. Ab Aethiopicis quoque legi lingua sua Tobiam et reliquos, de quibus in praesenti agimus, libros, auctor est Ludolfus III. 4. hist. Aethiopiae: sed translationem illorum Aethiopicam in Europa haecenus visam dubito. [Vide supra §. IV. de Oratione Manassis, et quae infra notabimus ad §. VII. de additamentis oraculorum Daniellis apocryphis. In copticam quoque linguam translatos esse libros apocryphos, colligi potest e fragmento libri Tobiae coptici, quod Romae in bibliotheca Borgiana se vidisse narrat I. G. C. Adlerus itiner. bibl. crit. pag. 186. Scharf.] Alias versiones<sup>ccc)</sup> supra in Sirachide, si placet, videbis, cum plerique, qui illum, etiam Tobiam in alias linguas sint interpretati. Carmine latino elegiaco Tobiadem saeculo vndecimo exeunte scripsit, Hieronymi translationem secutus, Matthaeus Vindocinensis, de quo et de Petri de Riga metaphrasi poetica dixi in meis ad Tobiam prolegomenis. Inter recentiores eundem librum latinis elegis reddiderunt Antonius Ductus<sup>ddd)</sup> et Lambertus Pithopoeus, germanico carmine Godofridus Feinlerus. Behatoris, presbyteri, aequalis sui, commentaria in Tobiae librum memorat Cassiodorus diuin. lectt. cap. VI. Illis perditis Bedam habemus, cuius meminit et Vindocinensis<sup>eee)</sup> his versibus: [P]

A a a a 2

Transfert

ccc) Hebraeo-germanicas commemorat I. C. Wolfius biblioth. hebr. part. II. p. 200. 458. coll. part. IV. pag. 204. et part. III. pag. 275. vbi etiam Perlicam, manu scriptam, in bibliotheca Herbeltiana exstitisse monet Scharf.

fff) loecher. Ductius. Sed Longius bibl. sacr.

pag. 706. Ductus — Vita Tobiae maioris versu elegiaco. Scharf.

ggg) Longius l. I. p. 1001. Matthaeus de Vendome, Gallus, Benedictinus, claruit ann. 1230. Scharf.

*Transfert Hieronymus, exponit Beda, Mathæus  
Metrificat, reprobatur liuor, amicus habet.*

Huic accedunt commentarii recentiorum, vt [*Frid. Nauſeae*, qui Colon. 1532. breuem tantum narrationem, laudatam tamen Sixto Senenſi, exhibuit, *Pfeiff.*] *Nic. Serarii*, Mogunt. 1610. Pariſ. 1611. fol. *Fabiani Iuſtiniani*, Rom. 1620. Antwerp. 1629. fol. et *Didaci de Celada* Lugd. 1648. et 1654. fol. *Davidis*que *Maudeni* in ſpeculo vitæ moralis. Antwerp. 1631. fol. vt alios iam prætermittam, et ceteros huius commatis libros paucis adhuc perfequar. Veteres *ſιχομετρεſται* diuidunt *Tobiam* in capita XCIII. *ſιχας* octingentos, *Iudithæ* librum in capita LX. vel LXIII. et *ſιχας* ſeptingentos. Pro vtriuſque *Tobiæ* et *Iudithæ* *γνησιότητι* pugnat *Guil. Whiſton* in libro: a collection of authentick records etc. pag. 743. et 1063.

VII. DANIELIS, prophetæ <sup>hhh</sup>), libro et ESTHERIS <sup>iii</sup>) in graeca editione adſutae ſunt hinc inde quaedam lacinae, quas in hexapliſ ſuis *Origenes*, quoniam hebraei codices illis carebant, obelis confodit, vt teſtatur ipſe lib. de oratione pag. 47. <sup>kkk</sup>) Idem fecit in verſione ſua *Hieronymus*, vt profitetur præfat. in *Danielem*, et recte feciſſe ſe aduerſus *Rufinum* diſputat. Meminit et *Hebraei* cuiuſdam, qui additamenta *Danielis* non modo non probauit, ſed a graeco neſcio quo conficta variis etiam contendit argumentis. Graeca, quæ hodie habemus in *Danielis* laciniis, *Theodotionem* videntur habere auctorem <sup>iii</sup>); Iudæos

<sup>hhh</sup>) Dan. III: 24 — 90. carmen *Azarïæ* ac *trium puerorum*. Cap. XIII. de *Sufanna*, et cap. XIV. de *Belo* et *Dracone*.

<sup>iii</sup>) Poſt *Eſther*. X. 3.

<sup>kkk</sup>) Si fides habenda eſt codici *Chifiano*, e quo nuper demum prodiit ſeptuagintaſſimalis oraculo-*Danielis* interpretatio, etiam in tetrapliſ *Origenianis* narrationes de *Sufanna*, *Belo* et *Dracone* obelis notatae fuerunt. Conf. præfat. edit. *Roman.* pag. 21. Ceterum, quod *Fabricius* *Danielis* cap. XIII. eſſe dicit, ſequutus editionem *Complutenſem* et latinam verſionem *Vulgatam*, quibus iam addi poſſunt codex *Chifianus* et *Syro-Hexaplaris* *Mediolanenſis*, id ante caput I. legitur in codice *Vaticano*, *Alexandrino*, *Coſliniano*, de quo vide *B. Montefalconii* bibliothecam *Coſlinianam* pag. 39 ſq. aliisque. Conf. *I. E. Græbii* prolegom. ad tom. III. verſ. ſeptuagintaſſimalis V. I. et *Huetii* demonſtrat. euangel. propoſ. IV. pag. 471. Porro *hymni*, in *Romana* et aliis editionibus inſerti capiti III. *Danielis*, in codice *Alexandrino* et editione *Aldina* reperiuntur inter *Cantica* V. et N. T. *Pſalterio* adiecta. Quæ denique præter *Hebræum* addita ſint *hiſtorïæ* *Eſtheræ*, diſci poteſt e *Bibl. Polyglott.* *Londin.* tomo IV. vbi, vt in editione librorum apocryphorum *Hubi-gantiana*, hæc vnum in locum congeſta graecæ et

latine exhibentur. Nam in vulgatis verſionis ſeptuagintaſſimalis exemplis non ſecus ac in latina verſione antiqua, quam e codice *Corbeiſi* edidit *P. Sabatierus* tom. I. *bibl. ſacr. lat. verſ. ant.* pag. 791 ſq. ſparſa ſunt per contextum totius libri. *Fabricium* autem, quom additamenta *hiſtorïæ* *Eſtheræ* poſt cap. X. 3. quaerenda eſſe moneret, aut verſionem *Vulgatam* reſpexiſſe puto, aut editionem *Complutenſem*, in qua vna, quod equidem ſciam, additamenta illa in calcem libri reiecta ſunt, præeunte interprete *Vulgato*. *Scharf.*

<sup>iii</sup>) Eſt hæc coniectura *I. R. Wetſenii* not. in *Origen. epiſt. de hiſtorïa* *Sufannæ* p. 183 ſq. quæ, vnde orta et cur repudianda ſit, bene demonſtrat *H. Hodius* de *bibliorum* text. origin. pag. 583. etſi et ipſe apocrypha *Danielis* a *Iudæo* quodam *Alexandrino* conficta eſſe conicit pag. 116. Sed hunc non minus, quam illum, erraſſe, nuper oſtendere conatus eſt *Sim. de Magiſtris* non ſolum in notis et præfatione ad *Danielem* ſecundum ſeptuaginta *Romæ* editum; ſed etiam in apologia ſententiæ patrum de ſeptuagintaſſimali verſione pag. 433 ſq. Atque *Theodotionem* quidem additamenta illa non conſinxiſſe, neque e verſione ſeptuagintaſſimali exſcripiſſe, ſed, vt *Hubi-ganto* prolegom. pag. 804. et *Ioh. Dau. Michaeli* *bibl. orient. part. IV.* pag. 24. videtur, denuo vertiſſe

Judaeos vero narrationes illas ex hebraeis prophetae erasisse codicibus, recte a Flauignio negatum. Qui enim hoc fecissent, aut quando, et quem in finem pulcerrimos hymnos et documenta virtutum gentis suae rescidissent? De Historia Susannae notissima est Origenis cum Africano disputatio, ad quam eruditae *Ioh. Rodolphi Wetstenii* commentationes conferri merentur. Basil. 1674. 4. cum dissertatione eius de Susannae historia ibid. 1691. 4. <sup>mmn</sup>) Carmen Azariae et trium puerorum <sup>mmn</sup>) cum aliis sacris Canticis interpretatur Catena graecorum patrum in Psalmos Corderiana tom. III. Narratio de Belo et Dracone <sup>ooo</sup>) in Athanasii Synopsi scriptura f. et stichometria Nicephori [P] memoratur sub titulo Prophetiae Habacuci, diuersi ab eo, qui est inter duodecim prophetas <sup>ppp</sup>). Nam, vt ex Hieronymo praef. comment. in Daniel. discimus, *Porphyrio Eufebius et Apollinarius pari sententia respondentur, Susannae Belique ac Draconis fabular non contineri in hebraico, sed partem esse Prophetiae Habacuc, filii Iesu, de tribu Levi. sicut iuxta septuaginta interpretes in titulo eiusdem Belis fabulae ponitur: Περσική αὐτῶν Ἰσθᾶ (al. Ἰησῆ vel Ἀβδῆ) ἐκ Φυλῆς Λευί <sup>qqq</sup>)*. Mentio huius narrationis in <sup>rrr</sup>) Breshith Rabba sect. 68. et apud pseudo-Iosephum Gorionidem lib. I. cap. VII—X. Versibus latinis, non inelegantibus, complexus est Io. Commirius. Neque inscitum hoc Henr. Harderi epigramma, in quo Susanna loquitur:

A a a a 3

Non

ex Hebraeo vel Chaldaeo, haud difficulter intelligi potest e comparatione versionis septuagintauralis cum Theodotionea, inserta editioni Romanae pag. 220—305. At quod *Sim. de Magistris*, vt auctoritatem canonicam horum additamentorum tueatur, praefat. pag. 15 sqq. contendit, et Apolog. l. I. e *paraphrasi chaldaica eorum, quae desiderantur in hebraeo libri Esther*, colligi posse ait, olim existisse nonnulla in archetypo oraculorum Danielis, quae Iudaeorum malitia delicerit, prorsus repudiandum esse censo: praesertim quum videam, etiam *Ioh. Bern. de Rossi*, etsi chaldaicam istam historioe-Estherae particulam libris Deutero-Canonicis adnumeret, tamen multo saniores de ea sententiam tulisse in libro, de quo deinceps erit locus dicendi. *Scharf*.

<sup>mmn</sup>) *Eichhornius* de duplici textu LXX-viralis interpretationis et Theodotionis l. c. part. II. pag. 1. vberius egit. Diuersitas haec, quia historiola scripta esse graece videtur, forte ex iteratis emendationibus venit. Tres exstant syriacae versiones. De antiquis commentatoribus in hanc historiam, *S. Hippolytus* excusus in bibl. patrum tom. XXVII. pag. 9. et in operibus, a Fabricio, Hamburgi 1716. editis, p. 273. *Chrysostomi* spuria inuenies tom. VI. edit. Montefalconii. *Pfeiff*.

<sup>mmn</sup>) Veteres sibi persuadent, hosce pueros fuisse filios Ioiakimi, Danielis propinquos, qui

abscissis genitalibus in regios fuerint spadones adlecti. *Cosmas Indicopleustes* lib. VIII. pag. 307. ἔτε γὰρ γάμος ἐδὲξ αὐτῶν ἄρεται παρὰ θεῶν γράφῃ, ἔτε τέκνον, ἔτε τε τῶν τοῖστων ἠκάσθη περὶ αὐτῶν. ἀλλ' ἡ παράδοσις καὶ ἡ συνήθεια κατὰ τὴν προφητείαν ἀγενέας καὶ λήεις ἐν τοῖς ἀκείσιν ἀναγράφουσι. Confer *Abulpharagium* pag. 45. 48. *Huetium* ad Origenem pag. 66. Meminit horum puerorum etiam Muhammed in Corano Sura LXXXV.

<sup>ooo</sup>) *Eichhornius* l. c. p. 189 sqq. omnia quae de Beli et Draconis historiis dicenda hodie essent, dixit, et pag. 209. de cantu trium puerorum egit. *Pfeiff*.

<sup>ppp</sup>) Eundem potius intelligendum esse, contra *Huetium*, cui *Fabricius* hanc coniecturam debet, contendit *Sim. de Magistris* ad cap. XIV. Dan. pag. 88. vbi de inscriptione huius capitis in codice Chifiano, non diuersa ab ea, quae mox adfertur ex Hieronymo, latius exponit. *Scharf*.

<sup>qqq</sup>) De verbis graecis, a *Fabricio* adlatis, vid. *Huetii* demonstr. euang. pag. 468. In editione *Erasiniana* non leguntur. Vnde igitur ea accepit *Fabricius*? conf. *Fabric.* cod. Pseudepigr. V. T. vol. I. pag. 116. *Scharf*.

<sup>rrr</sup>) Vide *Christoph. Cartwrighti Mellific.* Hebr. IV. 1. et *Bochartum Hierozoic.* tom. I. pag. 749 sq.

*Non pudet aeterna canos adspargere labe?*  
*Non pudet hac famam labe notare meam?*  
*Monstra senum! non hic amor est, insana libido est,*  
*Quam furor e stygii suscitât igne rogi.*  
*Hic ut in irriguis se mundet et abluat undis,*  
*Non ut commaculet, nuda Susanna sedet.*  
*At neque fraude, minusve labat mens integra, spernam*  
*Tectos nuda, viros foemina, sola duos.*

S. Ambrosii Epist. ad Susannam lapsam, quae fortissimae illius Susannae nomen falso gerebat, inter opera S. Hieronymi tom. V. edit. Martianaei pag. 176. exstat. Susanna Nini filia memoratur apud Tzetzen, Chiliad. IX. v. 554. Damasceni *δραμα τῆς Σωσάννης* memorat Eustathius ad Dionys. perieg. quod num ad Susannam nostram spectet, et Io. Damasceni sit, an, quod nonnullis placere video<sup>555</sup>), Nicolai Damasceni, alii viderint<sup>556</sup>). Libri Esther editionem graecam duplicem ex Arundelliana bibliotheca produxit vir paucis comparandus Iacobus Vilerius, Origenicam alteram, qua additamenta obelis confodiuntur, [conf. I. E. Græbii dissert. de variis vitiis LXX. interpretum versione ante Origenis ævum illatis pag. 104. Schaef] itemque alteram auctore, ut videtur, Theodotione, ad calcem syntagmatis de LXX. interpretum versione Lond. 1655. 4. recusi Lips. 1695. 4.<sup>557</sup>) Iohannes vero Drusius additamenta

555) Voss. de poet. gr. pag. 31. Colomes. ad Gerald. pag. 303. Fabric. His nuper accessit Sim. de Magistris, verum ita, ut Nicolaum Damascenum a rumore, quo apud barbaros adeo historia Susannae fuerit peruulgata, scribendi argumentum sumisse coniecisset, not. ad Dan. cap. XIII. pag. 82. Scharf.

itt) Fabricius hic neglexit interpretes antiquos, nescio quo casu. Nam biblia Polyglotta Londinensia, quae ad antecedentes libros apocryphos laudavit, habent non solum omnium additamentorum Danielis versionem latinam Vulgatam, syriacam et arabicam; sed etiam historiae Susannae editionem, ut ibi appellatur; *Heracleensem* h. e. syriacam versionem Thomae Heracleensis. Conf. I. G. Eichhornii introduct. in V. T. part. I. pag. 480. et A. G. Maschii biblioth. sacr. part. II. vol. I. pag. 60 sq. Ab his autem versionibus syriacis haud dubie multum discrepat ea, quae nuper reperta est in codice Syro-Hexaplati Mediolanensi. Illae enim expressae sunt e versione Theodotionica, haec e septuagintaurali, si recte se habet nota, quae ad calcem duodecim prophetarum legitur. Vid. I. G. C. Adleri itiner. bibl. crit. pag. 198 sq. et I. B. de Rossi prolegom. ad var. lectt. V. T. pag. 159. Praeterea hymnorum, capiti III. insertorum, versio *Aethiopica* exstat ad calcem

Psalterii Aethiopici, a Iob. Ludolfo editi, (vid. supra §. IV.) et latina antiqua apud P. Sabatierum tom. II. bibl. sacr. lat. vers. ant. p. 860 sqq. Commemoranda etiam pro ratione instituti erant Baudelli et Grotii adnotata ad locos apocryphos Danielis, inserta tomo III. Criticor. sacror. p. 2668 sqq. edit. Francofurt. His interpretibus addi possunt Lud. Cappellus et C. F. Hubigantus, quorum hic vnice id egit, ut refelleret, quae ille contra auctoritatem canonicam additamentorum prophetiae Danielis disputavit in notis criticis p. 566 sqq. Oper. Postum. Scharf.

uuu) Chaldaica etiam libri Estherae additamenta, sed ita discrepantia a graecis et latinis, ut vix credas, ex eodem fonte fluxisse, et haud dubie longo intervallo post tempora Estherae, (conf. I. D. Michaelis biblioth. orient. part. XXI. pag. 104 sq.) conficta, e cod. MS. Vaticano protulit Steph. Evod. Affemannus catalog. codd. MSS. biblioth. Vatican. tom. I. pag. 452. Hinc ea repetiit Sim. de Magistris apolog. sententiae patrum de Septuagintaurali versione pag. 434 — 450. adiecta, ut eo facilius esset collatio, duplici editione graeca, de qua Fabricius supra dixit, itemque latina cum antiqua, quam sa Sabatiero e codice Corbeiensi prolatam esse supra narraui, tum Hieronymiana siue Vulgata. Sed e codice priuatae bibliothecae Pii VI.

menta libri Estheris de graeco latine transtulit et notis criticis illustravit, ad calcem adnotationum in librum Estheris, latine versum a *Sante Pagnino*, Lugd. Bat. 1586. 8. Leguntur hae notae cum *Baduelli*, *Grotii*que animaduersionibus etiam in Criticis sacris Londinensibus. *Fabr. Lud.* Cappelli notas criticas in septem capita libri Estherae spuria atque supposititia Hubiganus ita examinavit, ut illum, multis locis ab interprete vulgato deceptum, errasse, et olim duplicem huius libri editionem apud Hebraeos exstitisse contenderet: quam coniecturam, multo ante propositam a *Bellarmino*, (vid. *I. C. Wolfii* biblioth. hebr. part. II. pag. 207.) *Hutio* demonstrat. euangel. propof. IV. pag. 374. et *If. Voffo* diss. de LXX. interpretibus cap. 19. pag. 61. nuper etiam *Ioh. Bern. de Rossi* ornare conatus est in libro, antea laudato. *Scharf*.

VIII. Librum, qui ESDRAE sub nomine *tertius* in latina veteri versione ambulat, et ex hebraico translatus videtur *Io. Morino* pag. 225. [P] exerc. bibl. <sup>vuv</sup>) *Isidorus Hispanensis* VI. 2. Orig. vocat *librum secundum*, negans, eum apud Hebraeos haberi, et Esdrae *עֲדָיָהּ* *עֲדָיָהּ*, ac diuinum Nehemiae librum, qui alius secundus Esdrae est, pro vno computatis, quod apud Hebraeos factum testatur <sup>wuv</sup>) S. Hieronymus. Athanasio autem in synopsi scripturae s. et in graecis bibliorum editionibus est *liber Esdrae primus xxx*), quoniam historiam paullo altius atque ille repetit, ut notat *Io. Rainoldus* tom. I. censurae librorum apocryphorum pag. 238. Lectus est a Iosepho pag. 362. Clemente Alex. et ab Origene, Cypriano aliisque sub Esdrae nomine citatus; unde, quin bene antiquus sit, non est dubitandum. Esdrae autem dicitur, non quod ille sit auctor <sup>yyy</sup>), sed quod magna eius pars cap. VIII sq. de Esdra agit. Graece

Pii VI. P. M. eadem cum versione latina, variis lectionibus trium codd. MSS. et dissertatiuncula de his additamentis, eorumque fide, auctore ac primigeniis variisque codicibus, edidit *Ioh. Bern. de Rossi* ad calcem *Speciminis variarum lectionum sacri textus*, quod post editionem Romanam ann. 1782. iterum prodit auctius et emendatius *Tubingae* ann. 1783. 8. Chaldaica Esther. additamenta habet etiam cod. CL. Kennicott. vid. de Rossi proleg. pag. 67. it. pag. 72. 78. 79. 100. 121. 126. *Scharf*.

<sup>vuv</sup>) *Franc. Leus*, qui prolegomena ad tom. II. versionis septuagintauralis e schedis *Grabianis* concinnavit, cap. III. §. 6. ubi varias coniecturas de origine cum canonici tum apocryphi libri Ezrae proponit, hunc etiam a *Iosepho Archaeolog.* XI. 3. p. 551 sqq. hebraice lectum fuisse suspicatur, cuius opinionis vellem rationem reddidisset. Nam *Morini* quidem coniecturam cur prorsus repudiare nolim, adparebit ex iis, quae deinde dicam. *Scharf*.

<sup>wuv</sup>) S. Hieron. praef. ad Esdras et Nehem. *Nec quemquam moueat, quod vnus a nobis editus liber est: nec apocryphorum tertii et quarti somniis delectetur: quia et apud Hebraeos Esdrae*

*Nehemiaeque sermones in vnum volumen coarctantur: et quae non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt,* (i. e. e Numero XXIV. librorum canonicorum V. T. quos cum XXIV. senibus alibi confert) *procul abiicienda.*

<sup>xxx</sup>) Sic quoque vocatur in codice *Colbertino*, e quo latinam vers. ant. diuersam a Vulgata edidit *P. Sabatierus* primus edidit tom. III. bibl. sacr. lat. vers. ant. pag. 1041 sqq. Ceterum etiam Vulgatam versionem libri III. et IV. Ezrae antiquiorem esse Hieronymo, eodem auctore prolegom. pag. 1038. e loco Hieronymiano, infra laudato, perspicuum est adeo, ut mirer, *Fabricium* hac de re dubitasse. *Scharf*.

<sup>yyy</sup>) At si hebraicum librum Ezrae diligentius, quam vulgo fit, contuleris cum graeco, de quo iam agitur, facile videbis, hunc esse versionem illius altera, quae inter libros canonicos exstat, multo elegantior, quae Hellenistae Iudaei cuiusdam additamenti aucta perperam relata sit in numerum librorum apocryphorum, ut recte iudicat *L. C. Valkenarius* ad *Herodot.* lib. IV. pag. 368. edit. *Wesseling.* additamenta illa, modo cap. III. IV. et particulam V. quorum origo obscura est, exceperis, e quibus locis libri secundi Chronicorum

Graece exstare, negarunt viri nonnulli docti, quia deest in nonnullis biblior. editionibus. [Iis scilicet, quae fluxerunt ex editione Complutensi, in qua tantum latine legitur. Sed graecum contextum habent, quae ducta sunt ex Aldina, Romana et Grabiana, in qua, ut in codice Alexandrino, uterque liber Ezrae, cum canonicus, tum apocryphus, inscribitur ὁ ἱερεὺς. Conf. I. E. Græbii prolegom. ad tom. I. versionis septuagintaivralis cap. I. §. 2. *Scharf.*] In plerisque vero exstat, et in Polyglottis Parisiensibus ac Londinensibus legitur graece, syriace ac latine. Graeci cum diuiserunt in capitula CIX. ut in edit. Aldina, ac quae eam sequuntur, adparet. In Nicephori *σιχομετρία* duobus Esdrae libris, (huic tertio nimirum, qui graecis primus est, et canonico Esdrae itemque Nehemiae libro, qui ambo secundum illis constituunt,) tribuuntur *σιχοι* quinquies mille ac quingenti. Latinae versionis S. Hieronymus non videtur auctor. Sed diu ante Hieronymi tempora latine lectitatum constat hunc librum e Tertuliano, Cypriano et aliis. Germanice noluit transferre *D. Lutherus*. Nam quae in recentioribus bibliorum germanicorum nostrorum editionibus occurrit versio libri III et IV. Esdrae, atque III Maccabaeorum, B. Dan. Cramerum auctorem agnoscit. Alia exstat in bibliis Dau. Wolderi, quam respiciunt Concordantiae Lankilchianae, ut notat Erdm. Neumeister in *der Wochenarbeit* tom. IV. pag. 505. — De quarto Esdrae libro, qui latine tantum exstat, et graece olim lectus fuisse ex fragmentis, in Barnabae epistola et Clemente Alex. occurrentibus, cognoscitur, dixi in codice apocrypho N. T. pag. 936 sq. Monui etiam ibidem de versione arabica huius libri MSta in bibl. Bodleiana, et de codice latino, itidem manu exarato, qui perinde ut Arabicus ab editis plurimum discrepat <sup>xxx</sup>). Eos in lucem proferri ab iis, qui possunt, fortassis sit pretium operae, propter non contemnendam libri antiquitatem. Latinum veterem interpretem interpolauit Sebastianus Castellio <sup>aaaa</sup>), Franciscus item Iunius, qui notulas quoque adpersit. [P] Scripsit etiam notas in hunc librum *Conr. Pellicanus* tom. V. Opp. Tigur. 1575. fol. et Germanicus interpres *M. Joh. Assenwgius*, scholae Tangermondensis rector, 1598. 4. Ab Anabaptistis, Schwenkfeldianis et Weigelianis perperam accenseri libris prophetis, probat *D. Io. Müllerus* in *Anabaptismo*, edito germanice Hamb. 1644. 8. p. 30 sq. *Fabric.* [Exstat etiam Io. Vlr. Tresenreuter progr. de libro qui vulgo quartus Esdrae inscribitur, Coburg. 1742. 4. *Pfeiff.*]

## IX. MAG-

nicorum et Nehemiae ducta sint, et quomodo uterque liber Ezrae valde dissentiens in descriptione capitum et versuum reducendus in concordiam sit, ostendit *P. Sabatierus* in notis ad latinam versionem antiquam, de qua antea dixi. Conferri etiam possunt, quae hac de re differit *Car. Segaar* animaduersi. ad Daniel. secundum LXX. ex Tetraplis Origenis pag. 2 sq. *Scharf.* *Eichhornius*, qui bibl. litterat. biblicae tom. I. pag. 178 sqq. usus de hoc libro egit, liberio rem versionem Esdrae hebraici esse pronunciat, auctorem eius Symmacho priorem vixisse et usum eius ad crifin textus hebraei valde commendandum esse. *Pfeiff.*

xxx) Arabica versio quantum discrepet a latina Vulgata, disci potest ex I. A. Fabricii codice

Pseudepigrapho Vet. Testamenti, cuius volumini secundo insertus est *liber quartus Esdrae cum locis veterum, illum allegantium et differentiis ac supplementis ex versione arabica, quae manuscripta exstat Oxoniae in bibl. Bodleiana* p. 173 sqq. His addendae sunt variae lectiones versionis Vulgatae, quas *P. Sabatierus* e codice Sangermanensi collegit ad calcem tomi III. bibl. sacr. lat. vers. ant. *Scharf.*

aaaa) Eiusdem adnotata ad lib. III et IV. Ezrae inserta sunt tomo III. Criticor. sacror. pag. 2679 sqq. edit. Francof. Ceterum Hubigantus hos libros, quia neuter est de numero librorum Deutero-Canonicorum, neglexit. De reliquis lib. IV. interpretibus vide Fabricium pag. 177 sq. libri antea laudati. *Scharf.*



IX. MACCABAEORVM <sup>bbb</sup>) siue *Hassamonaeorum* (s. Mathathiatidarum, *Guil. Bistoni VIII. 665.*) *librum primum hebraicum reperiisse* se testatur Hieronymus <sup>ccc</sup>). Neque abnuerim hebraice primum scriptum, etsi pro graeca lingua contendit *Beuregius* in codice canonum vindicato pag. 277. Titulum hebraicum seruauit *Origenes* apud Eusebium VI. 25. Hist. Eccles. Quum enim libros ἐνδιαθήκῃς Veteris Testamenti commemorasset, ἔξω δὲ τῶν, inquit, ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ, ἅπερ ἐπιγέγραπται Σαββῆθ Σαββανὲ ἔλ, quod *Scaliger* ad Euseb. pag. 140. interpretatur בית שער *porta domus* et בני שער *porta filiorum dei*: vel potius בית שרי *principes familiae*, et בני שרי *principes filiorum dei*, *Bochartus*: שרי בני שרי *sceptrum principis filiorum dei* <sup>ddd</sup>, *Franciscus Iunius* et *Huetius* pag. 9. ad *Origen.* שרי בני שרי *sceptrum, sive virga rebellium dei*, *Fullerus* minus verisimiliter: *Generatio rebellantium*. Graecam versionem, quae amisso hebraico exstat, et *Flauio Iosepho* sorte lecta est <sup>eee</sup>, ad varias editiones exegit atque cum versione sua et notis edidit *I. Drusius*,

<sup>bbb</sup>) Maccabaeus, cognomen Iudae, Mattathiae filii, ἱεροκλαμὴν Μακκαβαίος, 1 Maccab. II. 4. quod a virtute pater ei dederat. Persica lingua sonare *Koiravan* siue *despoten*, notauit *Isidorus Pelus. III. 4. Epist.* Etymologicum ineditum *Adr. Relandi* (part. II. diff. misc. pag. 188.) Μακκαβαίος κατὰ Ἰησοῦ κείραντος, τῆ δὲ ἐστὶν, δεσπότης. Τῆ δὲ Σύρω διαλέκτῳ ἀνδρῶος, πολιμιστῆς δυνατώτατος. Mattathias apud *Gorionidem*: Iuda, fili mi, nomen tuum vocaui מכבי *Maccabaeus*, על גבורתו, *propter fortitudinem tuam*. *Drusus XI. 14. sacrar. obs.* et initio commentarii in *I. Hasmoneorum* מכבי *exstinctorem* interpretatur, a כבא *exstinct.* Alii, (vide *Memorias litterarias Triuult. ann. 1701. p. 370 sq.*) repetunt a כחה, quod est *delere, perdere*, et כחה *desiderauit*. *Hottingerus* prostratorem ab arabico כבא *prostrauit in terram*. *Abraham Echhellenis*, quod miror, *moerentem* (in *chron. orient. fol. 3.*) Etiam primae litterae verborum *Exodi XV. 11.* quibus in *Symboli* vicem vsus Maccabaeus fertur, nomen מכבי referunt, quae nominis notatio placet praeter *Reuchlinum*, *Iunium*, *Grotiumque* et alios *Ioanni Smetio* antiquitat. *Neomag. pag. 40.* et *Petro Possino* pag. 378. spicillegii euangelici. Vide et, si iuuat, *Fullerum II. 13. Misc.* ac *B. Dorsthaei Pentadecadem pag. 397.* et *Mich. Waltheri* quadragenam *Misc. theol. pag. 769 sq.* [Sed hanc non minus, quam reliquas coniecturas, a *Fabricio* et *I. C. Wolfio* biblioth. hebr. part. II. pag. 202. commemoratas, repudiat orthographia nominis *Maccabaeus*: quod, si recte scriptum est in versione syriaca et iudaico libro Maccabaeorum מכבי, haud dubie originem duxit ab hebraico מכב, *malleus*, ut post *Ikenium*, (vid. *Repertor. bibl. et orient. literat. part. XV. p. 79.*)

nuper monuit *I. D. Michaelis* p. 48. not. ad germanicam versionem libri I. Maccabaeorum. adde *Kennicott. diff. II. supra laudatam pag. 521 sq. Scharf.] De Hassamonaeis* vide *Seldenum* lib. I. de success. in Pontificatum cap. 10. et *Christiani Noldii* hist. Idumaeam pag. 412 sq. *Waltheri* centur. pag. 510.

<sup>ccc</sup>) Conf. *I. D. Michaelis* biblioth. orient. part. XII. pag. 113 sq. De Hebraico vel Chaldaico libro Maccabaeorum, qui nunc exstat apud Iudaeos, et ex latina versione Iul. Bartoloeccii legi potest apud *Fabricium* cod. Pseudepigraph. Vet. Test. vol. I. pag. 1165 sqq. vide *I. C. Wolfii* bibl. hebr. part. I. p. 204. part. II. p. 206. et part. III. p. 130. et *B. Kennicotti* diff. II. super ratione textus hebraici Vet. Test. p. 520 sq. et *diff. general. pag. 495. Scharf.*

<sup>ddd</sup>) Praeter *Huetium*, qui duplicem de hac inscriptione coniecturam proponit demonstrat. euangel. propof. IV. pag. 526. *Bocharto* adsentitur *I. C. Wolfius* biblioth. hebr. part. II. p. 203. Sed *I. D. Michaelis*, quia apud Eusebium scriptum est Σαββῆθ, non Σαββῆθ, et בני שרי *interpretatur historia ducis filiorum dei* biblioth. orient. part. XII. p. 147. Conf. etiam *Repertor. bibl. et orient. literat. part. XV. p. 147.* [et *G. Wernsdorffii* comment. de fide historica librorum Maccabaeorum pag. 4. *Scharf.*

<sup>eee</sup>) Iosephum sua hausisse ex hebraico libro Maccabaeorum, iam diu perduto, neque graecam versionem consuluisse, ut *Scaliger* et aliis videtur, contendit *I. D. Michaelis* l. I. pag. 116 sqq. vbi varias obseruationes et coniecturas de versione graeca, syriaca, latina antiqua et vulgata proponit, et se alibi latius de Iosephi et Syri inter-

*fus*, subiuncta *Alberici gentilis* dissertatione, qua tuetur loca nonnulla, quae in hoc libro reprehendi solent, Franeq. 1600. 4. Haec *Alberici Gentilis* dissertatio cum *Drusii* et *Baduelli*, *Castellionis* *Grotii*que notis occurrit etiam in criticis sacris Anglicanis. In Polyglottis Londinensibus *Vulgatam veterem* (<sup>fff</sup>) et latinam recentem *Nobilii*, et syriacam habes *versio-*  
*nem* (<sup>ssss</sup>). *Nicolai Toinardi* (*Galli catholici*, qui obiit 1706.) harmoniam libri utriusque *Maccabaeorum* quam pridem typis impressam, sed nondum publici iuris factam, ante [P] duodeuiginti annos scripsit *Norifus* de Epochis Syro-Macedonum *diff. 2. cap. 1.* etiamnum premi existimo (<sup>hhhh</sup>). Praetereo *Bellatoris* perditos in hunc librum commentarios, et quos habemus *Rabani*, *Thomae Aquinatis*, atque, ut ad recentius sacculum veniam, *Serarii*, *Sanctii*, et qui in versu 22. capituli IX. substitit, diffusi *Petri Redani*.

*Liber Maccabaeorum secundus* post primum scriptus videtur, neque ut primus hebraice, sed graece, notante etiam *Hieronymo* praef. in libros *Regum* (<sup>iiii</sup>): etsi *Philonem* auctorem esse neutiquam credam *Honorio*, *Augustodunensi*. Neque *Allatio* adfenserim, cui auctor est *Simon Maccabaeus*, sacerdos maximus, pag. 200. de *Simeonibus*. Post praemissas epistolas bina. continet epitomen librorum quinque, a *Iasone Cyrenaeo* graece (etsi dubitet *Blondellus* pag. 239. de *Sibyllis*.) scriptorum, de *Iuda Maccabaeo*. [Conf. *Sim. de Magistris* apolog. sententiae

pretis vsu in emendanda versione graeca disputarum esse promittit. *Scharf*.

<sup>ffff</sup>) Latinam versionem *Vulgatam* libri I. *Maccabaeorum*, quia multo elegantior est, quam antiqua, quae propemodum integra prolata est e cod. MS. *Sangermanensi*, ab *Hieronymo* aut alio emendatam esse, coniciunt *I. D. Michaelis* l. 1. p. 122. et *P. Sabatierus* prolegom. ad libr. *Maccab.* p. 1013. tom. II. bibl. sac. lat. vers. ant. Nam auctorem quidem versionis *Vulgatae* utriusque libri *Maccabaeorum* antiquiorem esse *Hieronymo*, *Sabatierus* ibidem monet, et ante hunc *Flam. Nobilius* et *Ioh. Morinus* monuerunt, ut supra dixi ad §. III. *Scharf*.

<sup>gggg</sup>) Hanc non ex *Hebraeo*, ut *I. D. Michaeli* videtur, sed e *graeca*, quae nunc existat, versione confectam esse, ostendit *Ioh. Georg. Trendelenburgius* in collatione graeci textus primi libri *Maccabaeorum cum versione syriaca*, quae inserta est *Repertor. bibl. et orient. literat. part. XV. nr. 3.* *Scharf*.

<sup>hhhh</sup>) Pro hac substitui potest brevis libri I et II. *Maccabaeorum* harmonia, quam *Hubigantus* loco praefationis addidit his duobus libris. Nam reliquos, quia non sunt *Deutero-Canonici*, neglexit. Ceterum *Hubigantum* et reliquos interpretes longe superavit *I. D. Michaelis*, cuius germanica versio libri I. *Maccabaeorum* cum notis prodiit *Goettingae* ann. 1778. 4. Plurimum etiam utrumque librum *Maccabaeorum* illustravit *Gottl.*

*Wernsdorffius*, in commentatione historico-critica de fide historica librorum *Maccabaeorum* edita *Wratislaviae* ann. 1747. 4. quamquam, ut *I. D. Michaeli* in praefat. et notis ad germanicam versionem, modo laudatam, monet in oppugnanda libri primi auctoritate modum excessit. Nam quod *I. D. Michaelis* in praefat. et notis ad germanicam versionem modo laudatam monet, cum in oppugnanda libri primi auctoritate modum excessisse, id, ut de locis, oppido paucis, huius libri non temere dici concedam, de secundo quidem ut vir summus idem adfirmare auit, vehementer vereor. Sed plura de auctoritate librorum *Maccabaeorum* canonica aut oppugnata aut defensa hic disputare, ratio instituti prohibet. *Scharf*. *Wernsdorffii* scripta, ad hos libros pertinentia, et historiam cum *Froelichio* inde enatam eleganter exposuit eius frater cel. Prof. *Helmstadiensis*, in elegantia praef. ad *Himerii* *Opp. Goettingae* 1790. p. 18. 22 sqq. *Harl. Add. I. G. Menfclii* Bibliotheca histor. Vol. I. P. II. p. 275. Vol. II. P. I. p. 35.

<sup>iiii</sup>) Sive potius, ut in plerisque versionis *Vulgatae* exemplis inscribitur, *Prologo Galeato*. Huic equidem adfentiri malim, quam *Hubigantum*, qui, etsi hunc librum primo *graeca lingua compositum* fuisse dicit pag. 720. forte *Iasonis Cyrenaei* commentarios de *Iuda Maccabaeo* intelligens, syrumque et latinum interpretem e *graeco* vertisse multis locis recte, ut opinor, monet: tamen passim, veluti pag. 710. varias lectiones contextus *hebraici* et *graeco* eruere conatur. *Scharf*.

tentiae patrum de septuagintaurali versione pag. 471. et *Scip. Sgambati* Archiv. Vet. Test. lib. III. p. 507. *Scharf.*] Haec est Μακκαβαϊκῶν Ἐπιτομή *Clementi Alex.* laudata V. *Suom.* pag. 595. ut iam Scaligero obseruatum. Quae narrantur capite tertio, quarto, quinto, contigerunt ante ea, quae profequitur liber primus Maccabaeorum: quae vero liber primus habet post caput septimum, de iis nihil amplius in secundo libro exstat. Apostolus Paulus Hebr. XI. 35. 36. videtur respicere, quae in hoc libro narrantur. Syriaca versio libri quoque secundi occurrit in Polyglottis. Cui conferenda historia Maccabaeorum, quae chaldaice MSta Lipsiae in bibliotheca Ampl. Senatus sub tit. *Megillath* Antiochus cum versione latina Wagenfeili, aliaque eiusdem argumenti historia, hebraice descripta e cod. Colbertino, diuersa ab ea, quam hebr. et lat. exhibet *Bartolocius* tom. I. pag. 383 sq. et quam in codice Pseudepigrapho V. T. recudendam dedi latine p. 1166 sqq. Sed quae in Polyglottis sub hoc titulo legitur arabisca<sup>kkk</sup>), nihil aliud est quam versio pseudo-Iosephi Gorionidis, ut notatum *Antonio van Dale*, viro acutissimo, diss. super Arislea de LXX. interpretibus p. 136. et *Herbeloto* in bibliotheca orientali pag. 523. *Fabric.* Neglexit Fabricius, quae pro instituti ratione commemorare debebat, *Baduelli*, *Castellionis* et *Grotii* adnotata ad librum II Maccabaeorum, inserta tomo III. Criticor. sacr. p. 2861 sqq. ed. Francof. *Scharf.* *Io. Godofr. Haffe* germanicam versionem libri secundi Maccabaeorum edidit 1786. In cuius subiunctis notis loca difficiliora erudite explicauit et de variantibus graeci textus, versionumque syriacae atque vulgatae diligenter exposuit. In excursibus, de historia, satisque libri egit et statuit, graece a Iudaeo Aegyptiaco, (eo ipso, qui librum Sapientiae dedit,) anno circiter ante C. N. 150. scriptum esse. *Eichhornius* in bibl. cit. part. I. pag. 233. initium libri cap. I—II. 18. ab alio auctore additum esse probare studet. *Pfeiff.*

*Liber tertius Maccabaeorum* dicitur qui ordine primus est, non alia ratione, ut existimat *Grotius* in prolegom. ad h. l. et adpendice de antichristo pag. 477. quam quia *Christiani serius innotuit, nec tam late patentem, quam duo illi, auctoritatem adeptus est.* Tempora attingit, Maccabaicis priora, et in canone ultimo ex illis, qui falso ad Apostolos referuntur, vna cum duobus prioribus adscribitur catalogo librorum sacrorum. Sub Ptolemaeo Philopatore scriptum haud dubitat *Petrus Allix* in Iudicio ecclesiae veteris iudaicae aduersus Unitarios cap. 5. Conditus graece, stilo et caractere Alexandrino, ampuloso, et qui proxime abest a cothurno, quod iudicium est Scaligeri, quem, si placet, vide ad *Euseb. nr.* MDCCXCVII. Latina vetus versio nulla exstat; syriaca legitur in Polyglottis Londinensibus. [Ibidem exstat Flam. Nobilii versio latina. *Hug. Grotii* adnotata ad hunc librum inserta sunt tomo III. criticor. sacr. pag. 2951 sqq. edit. Francof.] *Wittebergae* ann. 1554. 8. per *Vit. Creutzener* f. *Crucigerum* prodiit *D. Ioaeh. Cirembergeri*, *Physici Colbergensis*, versio libri tertii Maccabaeorum germanica, melior et nitidior illa, quae in codicibus bibliorum ger-

Bbb b 2

manicorum

kkk) Arabem illum epitomatozem historiae iudaicae a Seleuco Sotere vsque ad aeuum Tiberii Caesaris, cui nomen interpretis libri secundi Maccabaeorum inditum est in bibliis Polyglottis Parisiensibus ac Londinensibus, diuersum esse a pseudo-Iosepho Gorionide, collatis locis nonnullis vtriusque scriptoris ostendit *Sim. de Magistris*

contra Dalium maxime disputans apolog. sententiae patrum de septuagintaurali versione diss. I. §. 36. et 37. pag. 335 sqq. Dalium autem hoc didicisse ex *Hodii* lib. II. de bibliorum textibus originalibus pag. 171. monet ibidem §. 56. pag. 351 sq. *Scharf.*

manicorum fertur. Incipit: Als dem König Philopator die Bothschaft kam. Anglice in *Willh. Whiston* authentick records pag. 162 sqq. narratio Iosephi II. contra Apionem, parti secundae libri tertii Maccab. respondens pag. 200 sqq. Gallice vertit primo Calmet in operis biblici parte III. Ab Hieronymo vocari hunc librum *Philopatorum* praef. in libros Regum, coniectura est viri clariss. Marci Meibomii lib. de fabrica tritemium pag. 45. Alii *Pastorem* legunt, et Hermæ librum intelligunt, etsi ab aliis inter Apocrypha Noui non Veteris relatum Testamenti. Franciscus Iunius, qui librum quoque tertium Maccabaeorum latine interpretatus est, et de eo locum Hieronymi accepit, maluit *πάσρα*, nempe *ἀπὸ τῆς πασίδος* siue *πασίδος* h. e. ab atrio, in quo sacerdos [P] summus cum fideli comitatu suo intercessit, ne rex veniret in sanctuarium. Verum hanc coniecturam merito respuit Steph. le Moyne epist. ad ampliss. Cuperum de Melanophoris pag. 258 sq.

Philostorgius, qui tertium reicit vocatque *τερατώδη* lib. I. cap. I. quemadmodum Syncellus pag. 293. etiam *quartum Maccabaeorum librum* numerat, eundem innuens, quem in quibusdam graecis et graecolatinis bibliorum editionibus <sup>III</sup>) legimus, et in codice bibliorum Alexandrino graeco MS. exstare testatur *Beuereginus* codice canonum vindicato pag. 289. breuem, sed elegantem ac disertum sub titulo *Iosephi περὶ αὐτοκράτορος λογισμῶν*. De eo dixi infra libro IV. vbi de Flauio Iosepho. Hunc in Athanasii synopsi scripturae s. et ab aliis veteribus per librum quartum Maccabaeorum intelligi, testimonio Philostorgii, Syncelli et aliorum certissime constat; quamquam *Sixtus Senensis* lib. I. bibl. sanctae pag. 39. refert, se Lugduni in bibl. Sanctis Pagnini apud Praedicatorum reperisse librum quartum Maccabaeorum longe alium, plenum hebraismis, et historiam XXXI. annorum continentem, atque incipientem his verbis: *καὶ μετὰ τὸ ἀπεκτανθῆναι τὸν Σίμωνα ἐγενήθη Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἱερεὺς αὐτῷ αὐτῷ*. Hac ipsa in caede Simonis desinit liber primus Maccabaeorum, additurque, Iohannis, filii, gesta scripta esse *ἐπὶ βιβλίῳ ἡμερῶν ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ*. Qui si fuerit idem, liber Sixto inspectus, dolendum sane est, non fuisse in lucem editum, antequam bibliotheca illa conflagraret, quod factum esse haud diu post, e Possseuino narrat *Seldenus* de successione in Pontificatum lib. I. cap. XIII. *Fabric.* In cod. MS. bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis, quo continetur syriaca V. T. versio, quam *simplicem* vocant, libris apocryphis, e graeco conuersis, adiectum esse *quintum* librum Maccabaeorum siue Iosephi de excidio Hierosolymitano, narrat *P. I. Brunsius* not. ad B. Kennicotti diss. general. in Vet. Test. hebr. pag. 221. *I. B. de Rossi* proleg. ad var. lect. V. T. pag. 159. et *I. G. C. Adlerus* itiner.

<sup>III</sup>) Primum in editione Argentoratensi tribus libris Maccabaeorum *additus est ex vetustissimis in Graecia scriptis bibliis Ἰωάννης liber de Maccabaeis* a Ioh. Lonicero, quem propterea violatae religionis accusatum a Ioh. Morino exercit. biblic. pag. 198 sq. defendit *I. E. Grabius* prolegom. ad tom. I. versionis septuagintauioralis cap. III. §. 2. Argentoratensem sequutae sunt editiones Basileenses, Heruagiana et Brylingeriana, Francofurtensis et Veneta, quam e Francofurtensi ducam esse Fabricius supra narrauit cap. XIII. §. 6.

Deinde Grabius e codice Alexandrino vna cum reliquis libris Maccabaeorum edidit *Μακκαβαίων λόγον Δ'* adiectis variis lectionibus codd. MSS. de quibus vide prolegom. ad tom. II. vers. septuagintauioralis cap. III. §. 6. et 7. vbi etiam alia lectu digna de hoc libro eiusque inscriptione in codd. MSS. et scriptoribus antiquis proferuntur. Hinc liber quartus Maccabaeorum repetitus est in Bretingeriano et aliis exemplis, quae ex eodem fonte fluxerunt, vt alibi dixi. *Scharf.*

itiner. bibl. crit. pag. 201. Hanc perinde ac libri quarti Maccabaeorum syriacam versionem, quae in eodem codice legitur, nondum editam esse, *Brunsius* l. l. monet. (Certe non exstat in bibliis Polyglottis Londinensibus et Reineccianis, quae omnino tantum tres libros Maccabaeorum habent.) Confer *Ed. Castellii* epistolam, insertam Ioh. Lightfoti operibus posthumis pag. 181. *Scharf.*]

X. Superfunt et alia monumenta apocrypha sub veterum prophetarum nominibus, vt 1) *Psalms CII. πρὸς τὸν Γελιὰθ* <sup>mmmm</sup>, qui ad calcem Psalterii et in Graecorum horologio graece exstat <sup>nnnn</sup>, et graeca metaphrasi poetica pridem donatus est ab Apollinario. Antiquam eius latinam versionem edidit *Iosephus Maria Carus* Rom. 1688. Habetur et in versione syriaca, arabica, anglosaxonica <sup>oooo</sup>. Meminit Athanasius sermone ad Marcellinum de interpretatione Psalmodum, Athanasius iunior in synopsis scripturae s., auctor epistolae quae sub nomine Mariae Cassobolitidis exstat ad Ignatium <sup>pppp</sup>, Vigilius Tapsensis in conspectu Arnobii ac Serapionis et Euthymius prologo in Psalms. Paraphrasi [*P*] poetica graeca et latina donauit Olympia Fulvia Morata, iterum latina Adamus Theodorus Siberus, gallica Blasius Vigenierus. 2) *Addimenta ad librum Iobi* II, 9 sq. XLII, 17 sq. [Conf. *Fabricii* cod. pseudepigraph. Vet. Test. vol. I. pag. 791—798.] 3) *Psalterium Salomonis* sive Psalms Salomonis XVIII. a Ludouico de la Cerda editi graece e MS. Augustano, et versione ac notis illustrati ad calcem aduersariorum sacrorum Lugd. 1626. fol. obuui etiam olim in MS. codice bibliorum graecorum Alexandrino, vt testatur Beueregius, et memorati Athanasio in Synopsi scripturae s. Balsamoni ad Can. LIX. Laodicen. atque in Nicephori *επιχομετρικα*. [Hinc Fabricius libellum hunc integrum et breuibus castigationibus auctum transtulit in codic. pseudepigraph. Vet. Test. vol. I. pag. 917 sqq. Vid. Wolfii B. H. IV. pag. 976. Sed in cod. Alexandrino Psalterium Salomonis iam frustra quaeri, et, siue abscissum sit, siue vetustate consumptum, prorsus euanuisse, movent *I. E. Grubius* prolegom. ad Octateuch. cap. I. §. 2. et Dau. Casleius catalog. librorum MSS. biblioth. Reg. pag. 10. *Scharf.*] 4) *Testamentum Patriarcharum*, 5) *Henoch. Fragmentum* etc. Longe plura vero deperdita memorantur, quorum partem magnam persecutus est nuper Scipio Sgambatus in Archiuus V. T. Neapoli editis,

B b b b 3

de

<sup>mmmm</sup>) Vitam Goliathi atque in hac praesentis Psalms illustrationem expectamus a Reu. et doctissimo viro, amico nostro, *Paulo Christiano Hilschero*, Pastore dignissimo Palaeo-Dresdensi. Is illam dedit ann. 1715. 4. mihiq; pro sua in me beneuolentia inscripsit.

<sup>nnnn</sup>) Insertus etiam est a *Fabricio* cod. pseudepigr. Vet. Test. vol. I. pag. 905 sqq. Graece cum versione latina antiqua, nec non Apollinarij et Ol. Fulv. Moratae metaphrasibus graecis et latina. Ibidem p. 909. proferuntur veterum scriptorum, deinceps laudatorum, loci de hoc psalmo. Versionibus antiquis, a *Fabricio* commemoratis, praeter aethiopicam addenda est *syriaca*, quam in codice syro-hexaplati Mediolanensi exstare narrant *I. I. Biornstadius* repertor. bibl. et orient.

lit. part. III. pag. 168. et *I. G. C. Adlerus* itiner. bibl. crit. pag. 196. latinam antiquam, vt totius psalterii, ita huius quoque psalms, post *I. M. Carum* e codice Sangermanensi *P. Sabatierus* edidit cum variis lectionibus aliorum codd. MSS. pag. 287. tom. II. biblior. sac. lat. vers. ant. Ex eodem didici, psalmum hunc graece et latine exstare in Sixti Senensis biblioth. sanct. lib. I. pag. 36. pag. 37. et 38. edit. Colon. 1626. 4. et in editione vers. septuagintauralis Parisiensis, a Ioh. Morino curata, vbi additae sunt Flam. Nobilii notae. Cf. bibl. huius tom. 14. pag. 160 sqq. *Scharf.*

<sup>oooo</sup>) MS. in bibl. Bodl.

<sup>pppp</sup>) *Colomesius* obseru. sac. pag. 86. *Cottelrius* ad patres apostol. tom. II. pag. 101.

de quo opere, paucis forte adhuc viso, sed singulari reu. doctoris quondam mei Tho. Ittigii beneuolentia mecum communicato, consules acta eruditorum anni 1705. pag. 337. Ego quidem vt in codice apocrypho Noui Testamenti, quem ante quadriennium vulgavi, persecutus sum non exiguo numero scripta, quae vel Christo, vel Mariae virgini, vel Apostolis atque Euangelistis supposita fuerunt, ita similem in modum singulari libro eiusdem commatis scripta, sacris V. T. patribus ac prophetis supposita, recensere pridem constitui in codice pseud-epigrapho Veteris Testamenti, et edidi Hamb. 1713. recusus est 1722. 8. cui alterum volumina 1723. accessit.

## CAPVT XV (olim XVI) DE LYCOPHRONE CHALCIDENSI

I. *Lycophronis aetas et fatum.* II. *Eius Cassandra siue Alexandra tragoedia μονοπρόσωπος.* III. *Interpretes Lycophronis perdit et editus Io. Tzetzae commentarius, quem sub fratris sui, Isaaci, nomine exire est passus.* IV. *Lycophronis editiones.* V. *Editiones promissae, et codices quidam Lycophronis M.Sti.* VI. *Scripta eius poetae deperdita.* VII. *Lycophrones alii.* VIII. *Index scriptorum a Tzetza ad Lycophronem citatorum, e secunda Potteri editione.*

[Cum supplementis G. C. Harles.]

### I.

**L**YCOPHRON, ex Chalcide, (Euboeae, quae hodie Nigropontus,) Soclis <sup>a)</sup> F. a Lyco Rhegino historico adoptatus <sup>b)</sup>, a quo fortassis [P] etiam nomen retulit. Grammaticus et tragicus poeta fuit, vnus e *Pleiade*, de qua dixi supra lib. II. cap. 19. clarus temporibus Ptolemaei Philadelphi, cui gratus fuisse dicitur composito in illum et Arfinoen anagrammate <sup>c)</sup>, vt *Ptolemaeus* esset mutato litterarum ordine, ἀπὸ μέλιτες, quasi totus mellitus ac iucundissimus, *Arfinoe* Ἰὼν Ἡρᾶς, Viola siue flos Iunonis. Neque tamen inde mihi persuaserim, quod nescio, quo in loco legisse se testatur Blancus Albiensis, nec improbat in

a) *Tzetz.* Chil. VIII. hist. 204. Hunc Soelem, nescio quo auctore, Grammaticum adpellat Guil. Canterus.

b) *Suid.* in Δυκοφρ. et Λύρος. *Tzetz.* Chil. VIII. hist. 204. Nomen *Lycophronis* alioqui *Lycnionem*, siue mente illuminatum denotare possit, siquidem λύκη veteribus Graecis dicebatur lux; vt notatum erudito *Wilhelmo Baxtero* in glossario posuimus antiquitatum romanarum p. 271. quod inchoatum tantum prodiisse dolendum est.

c) *Tzetz.* de genere *Lycophronis*: εὐδαίμια δὲ τότε Λυκοφρῶν τοσάντων διὰ τὴν κοίτην, ἕσαν διὰ τὸ λέγειν ἀναγραμματισμῶς. οἶον, ὅτι Πτολεμαῖος ἌΠΟ ΜΕΛΙΤΟΣ λέγει μετὰ γραμματισμῶν, Ἀρσινόη δὲ Ἰὼν ἩΡΑΣ, καὶ ὅμοια τοιαῦτα. *Laurentii Ludouici Ligi Lycophron* 1599. 4. editus, nihil

aliud est ac semicenturia anagrammatum, versibus explicatorum. — *Henricus Albertinus*, Hafnien-sis, anagrammata sua inscripsit *fortilegia Lycophrontica*. Adde *Bonauenturae Murchi*, Siculi, bicipitem anagrammatismi epitomen, vbi praecepta et regula combinationum ad omnia possibilia, ex quocumque termino deducenda, Neapoli 1638. 8. *Andreae de Rossant* Onomastrophie, quem librum commemorat *Dominicus de Colonia* tom. II. hist. lit. de Lyon pag. 787. *Z. Celspirii*, siue, qui sub hoc nomine latere voluit, *Christiani Serpili* libros II. de anagrammatismo, Ratisbonae 1731. 8. in quibus de *Lycophrone* agitur pag. 17 sq. vbi pro *Chalidensi* lege *Chalcidensi*; *Io. Christ. Geieri* anagrammatographiam, Iense 1732. 4.

in-Delphis Phoenicizantibus acutissimus Edmundus Dickinſon, Lycophronem litteras hebraicas percalluiſſe, et inde anagrammata conficiendi modum didiciſſe. Non enim video, cur ſolis hebraicis in mentem venire potuerit, non etiam Graecis illa litterarum ἀνατροφή, luſusque euiferatis verba quaerentium in verbis. Periſſe fertur Lycophron, ſagitta percuffus ab aduerſario, quum de antiquorum poetarum principatu certaret, vt adnotatum reperio ad haec *Ouidii* in *Ibin.* v. 531.

*Vtque cothurnatum periſſe Lycophrona narrant,  
Haereat in fibris fixa ſagitta tuis.*

Apud *Theodoritum* VIII. Therapeut. pag. 115. vbi Lycophronis monumentum memorat interpres latinus, graeca habent λυκοφρόνην, et Sylburgius e Clemente Alex. iam obſeruauit, legendum eſſe Λευκοφρόνην. Adde, ſi placet, quae e Dionyſio Saluagnio Boeſſio pag. 107. commentarii ad *Ouidii Ibin.* <sup>d)</sup> notauit *Baelius* in lexico, vbi de Lycophrone noſtro agit. *Fabr. Tzetſae* praefat. de genere, vita et ſcriptis Lycophronis, graece, praemiſſam editioni Io. Potteri; item *Voffium* de poetis graecis cap. VIII. pag. 64. *G. Canteri* prolegom. ad ipſius editionem, *Simſon* Chronic. ad a. m. 3728. Biographiam claſſicam a *Murſinna* germanice verſam vol. I. pag. 161 ſqq. *Barnesium* in Theocriti vita a *Wartono* primo bucolici illius volumini praefixa pag. XXXIII. *Harl.*

II. Exſtat ſola eius ΚΑΣΣΑΝΔΡΑ ſiue ἈΛΕΞΑΝΔΡΑ, drama obſcurum <sup>e)</sup> et *μονοπρόσωπον*, in quo vnica perſona inducitur, *Cassandra* [P] ſiue *Alexandra* <sup>f)</sup> perpetuo carmine iambico vaticinans de clade Troianorum et variis malis eam ſequenturis <sup>g)</sup>. Ac primo quidem ea recenſet, quae ex Helenae raptu ipſi, parentibus, fratribus, ſororibus, tot denique regiae familiae ſint euentura. Secundo, quae Graeci propter Aiadis libidinem ſunt perpeſſuri,

d) Verſ. 533. tom. IV. pag. 136 ſq. edit. *Burm.* vbi *Ouidius* Lycophrona vocat *cothurnatum*. *Harl.*

e) Hinc atrum Lycophronem vocat *Stattius* V. ſiluar. 3. 157. non *tenebroſum*, vt interpres latinus *Tan. Fabri* de poetis tom. X. theſauri Gronou. pag. 761. Haud abſurde idem *Faber* vir ingenioſiſſimus et ante *Fabrum Arnoldus Arlenius Peraxylus*, (praefat. ad Lycophronem,) poetam hunc propter tenebras huius dramatis, *Cimmeria caligine obſcuriores*, ait reſpondere *ſtellae* in *Pleiaide obſcurae ac nebuloſae*. Vide etiam ſis *Nouellae* rei publicae literariae ann. 1705. ſub initium, vbi non ab re improbat auctor clariffimus inſtitutum poetae noſtri, tam prolixo carmine crucem ſigentis lectoribus et grammaticis, tamquam fixurus eſſet ſe ipſum cruci, (vt in *MSto* quodam codice legiſſe ſe ait, vel potius ipſe lepide conſinxit *Tan. Faber*;) ſi a quoquam intelligi drama ſuum contingeret. *Vigneri* in libro de zifris, galliſce ſcripto, pag. 13. reſert, Lycophronis poeta a

quodam obſcuritatem indignante, medium fuiſſe conſciſſum, *pour voir ce qu'il y avoit au dedans, puisq'on n'y pouvoit rien diſcerner par le dehors*. *Colomeſ.* Opuſc. pag. 241 ſq. *Perſium* propter obſcuritatem adpellari *Lycophronem latinum* video in *Diario Veneto*, *Giornali d'Italia*, tom. VIII. pag. 16. *Fabric.* — Plures obſcuritatis in dramate Lycophronis cauſas expoſuit docteque demonſtrauit *Reichardus* in praefatione ad ſuam editionem pag. XVIII ſqq. Praecipua cauſa eſt, quia *Cassandra*, prophetiſſam, more ſtiloque oraculorum loquentem induxit poeta. vid. quae notaui in *Introduct.* in hiſt. L. Gr. tom. I. pag. 510 ſq. edit. II. *Harl.*

f) Vide *Meziriacum* ad *Ouid.* tom. I. pag. 432.

g) Lycophron Euripidea imitari videtur *Valckenario* in adnotat. ad Euripidis Hippolytum vſ. 1423. pag. 317 ſq. In ſcholiis Venetis ad *Hommerum* citatur *Lycophron*. vide ſupra ibi vol. I. pag. 448. *Harl.*

peffuri, idque partim in reditu, vt Ajax, Diomedes, Vlyffes, Menelaus, alii multi: partim domum reuerfi, vt Agamemnon et Idomeneus. Postremo Callandra repetitam altius causam exponit, de qua perpetuis inter fe bellis Europa et Asia longo tempore conflictatae sunt. In qua quidem explicatione ab Ionis vsque et Europae raptu per Argonautarum, Amazonum, Troianorum historiam, Midiae quoque et Xerxis imperia ad monarchiam vsque Alexandri Magni, qualemcumque historiae seriem deducit. Quo facto, cogitans, nullam sibi apud homines fidem vel auctoritatem fore, postquam falsos de ipsa rumore Apollo sparsisset, tandem conquiescit. Aliae etiam historiae fabulaeque permultae per varias digressiones inferuntur, in his labores Herculis, Deucalionium diluuium, Dioscurorum et Apharidarum pugna, Aeneae peregrinatio et in Latium deducta colonia, aliarumque gentium migrationes aliquot et coloniae. *Quamobrem adfirmare ausim*, (inquit Guil. Canterus,) *quicumque hoc poema, licet paruum*, (uersuum tamen 1474.) *diligenter perlegerint*, (adde, et intellectum perspectumque habuerint,) *eos et historiarum et poeticarum fabularum partem exiguam probe perfecteque esse cognituros*: [atque Richard in praef. pag. XXI. hunc libellum vocat veluti thesaurum mythologiae veteris locupletissimum.] Qui poema hoc de leuibus causis alteri, nescio cui, Lycophroni olim adiudicauerunt, exploduntur a Tzetza ad vl. 1226.

III. *Clemens Alex.* V. Strom. p. 571. testatur Callandram Lycophronis vberem materiam praebuisse grammaticis ingenii sui exercendi, et sane e veteribus in illud olim scripserunt *Deffion* <sup>b)</sup>, laudatus Etymol. M. in Ἠπίος, *Duris*, *Theon*, teste Stephano Byz. in *Δίωρα* et *Κύτινα*, et *Orus*, quem ἐν ὑπομνήματι *Λυκόφρονος* laudat Etymol. in *Εἰληνία* et videtur respicere in Ἀμαντες, Ἀτλας, Βάτεα. Mirum est, neque hos neque alios Lycophronis interpretes nominatenus citari in commentario prolixo et erudito graeco in hunc poetam, quem hodie habemus auctore Tzetza, licet aliquando citet et reprehendat antiquiora scholia his verbis: οἱ τὰ τῆ Λυκόφρονος πρὸ ἡμῶν σχολιάσαντες ad v. 1446. vel οἱ σχολιασαὶ σφάλλονται ad v. 1017. etc. Eustabio etiam ad Homerum plus simplici vice laudantur Lycophronis ὑπομνηματισαί, et a Scholiaste Pindari, *Λυκόφρονος παράφρασις*. Vulgo quidem creditur, *Isaacium Tzetzen*, [P] (Ioannis Tzetzae, qui circa a. Chr. 1170. Chiliades scripsit, fratrem,) auctorem esse commentarii, in Lycophronem editi, et sane ei tribuitur a Ioanne, fratre, his verbis prolegom. ad Hesiodum: καὶ τῶ ἐμῶ δὲ ἀδελφῶ ἐκπεπόνηται λίαν κάλλινα καὶ φιλοτιμότητα περὶ τὰς ἐν τῇ τῆ Λυκόφρονος ἐξηγήσει. adde Chil. VIII. hist. 204. vl. 486. Sed Potterus in editione altera Lycophronis, ann. 1702. edita, in notis p. III. ostendit, verum auctorem esse *Iohannem Tetzam*; sed, qui sub Isaaci nomine hoc opus vulgauerit et honori fratris sui illud tribuerit. Primo, inquit, *si stilum et ingenium Scholiastae nostri*

<sup>b)</sup> Apud *Etymolog.* pag. 434, 18. voc. Ἠπίος citatur *Δεκτίων ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος*. At *Valckenar.* in diatribe post Euripidis Hippolytum p. 291. A. B. monet, pro deprauato, et ignoto nomine *Δεκτίων* reponendum esse nomen filiae Aesclepii et Epionae, Ἀκισῶ, tum commentarium in Lycophrona, vbicumque laudetur in *Etymologico M.* absque auctoris nomine legi, vt in illo loco, ali-

quoties ἐν ὑπομνήματι *Λυκόφρονος*: tandem veluti huius interpretem, nusquam ignotissimum *Δεκτίωνα*, sed *Theona* memorari alibi. — Denique, ex istis, ait, *scholiis* antiquioribus in suum *Etymologicum* multa retulisse videtur *Orus*. vid. nostrum *Etymologic.* pag. 191, 47. 298, 30; hinc leuis error natus est cl. I. A. Fabricii *Bibl. Gr.* III. cap. 16. §. 8. (scribendum est §. 3.) *Hart.*



nostri consideremus, ea cum scriptore Chiliadum historicarum in omnibus conveniant. Vterque nimis est in sui laudibus, uterque nomen suum toties inscribit, ut eius amore quodam captus esse videatur. Denique tum in enarratione fabularum, tum in explicatione vocum magna inter eos consensus est. Confer Chil. I. hist. 14. cum scholiis ad v. 721 sq. Chil. IV. hist. 16. cum scholiis ad v. 139. Chil. XI. hist. 380. cum scholiis ad v. 310. etc. Secundo quamvis tanta inter fratres morum et opinionum consensus alia ex causa proficisci possit, tamen Ioh. Tzetzes se commentarium hunc scripsisse aperte fatetur Chil. IX. hist. 296. (lege 298.) quem locum a nemine hactenus observatum miror:

Φάλλικα τίς ἰχθύς ἐστὶ θαλάσσιος κητώδης (leg. κητώδης) etc.

Ἐν δὲ τοῖς αἰς Λυκόφρονα ἔμοι (ita leg. pro ἐμῇ) ἐξηγηθῶσι etc.

Quae conferenda sunt cum scholiis ad vl. 83. His denique addam epistolam Iohannis Tzetzae XXI. in cod. MDLXV. biblioth. reg. Paris. quam mecum pro singulari sua humanitate communicavit vir doctissimus Ludolfus <sup>1)</sup> Neocorus, (h. e. Küsterus) quaeque hanc rem pae-  
ne extra dubitationem posuit.

Τῷ Πατριαρχικῷ Πρωτονοταρίῳ Κυρίῳ Βασιλείῳ τῷ Ἀρχιδιῶνῳ,

Ἐν τῇ εἰς τὸν Λυκόφρονα Ἰωάννης τῷ Τζέτζε ἐπιγραφεῖ εὐρέντι Ἰσαακίῳ τῷ Τζέτζε.

Φειδίας ἐκείνος ὁ πλάσης Ἀγορακρίτῳ ποτὲ χαριζόμενος Φιλίας θεσμῷ γραφικῷ μὲν τὴν τέχνην, ἀλλ' ἐκ εὐχείρας γράφειν εἰδότες, αὐτὸς εὖ μάλα πρὸς πλαστικὴν ἀτεχνίαν ἀγαλματώσας τὸ ἐν Ῥαμνέντι Διὸς καὶ Νεμέσεως ἀγάλμα, τέτῳ ἀνέθηκεν, ἐπιγεγραφῶς <sup>2)</sup> τῷ ἀγάλματι. [P] Ἀγορακρίτε Παρὶς, καὶ τὸ τῆς τέχνης ἐνδεὲς δι' ἐπιγράμματος ἐκείνῳ χαρίζεται. Εἶτα Φειδίας μὲν ξενίας θεσμῷ ἀνδρὶ δυτπαλάμῳ περὶ τὴν τέχνην χαρίζασθαι περὶ τὰ μέγιστα ἔκατόκησεν, ἡμεῖς δὲ περὶ τὸν ἀδελφόν, Φειδίε Φανεμέδα δευτέρου, καὶ ἐκ ἐπ' αὐτῷ ταῦτ' ἰσχυρῶς Φειδίᾳ ποιήσαμεν εὐπαλάμων τε ὕμνων τελῶντι κατὰ Πίνδαρον τέκτονι καὶ ἡμῖν σεργομένῳ ἀσύγκριτα, ἢ περὶ Φειδίᾳ ὁ Ἀγορακρίτης, καὶ ὅσον ἄρα καὶ ἀδελφότης πρὸς δέληγητρα ξενίας ἐφελικτικώτερον, ἔτω καὶ γὰρ καὶ Φειδίας ἐκείνος τὰς ἐπιγραφὰς ἐπιγράψαμεν. Ἀλλ' ἔτε Φειδίας ποτὲ ἔτε ὁ Τζέτζης νεώστῃ παραπληξίαν ἢ λήθαργον, ὡς εἰς τοσούτον ἐλάσασθαι τῶν μανιῶν ὡς καὶ τὸ αἰεὶ κελῶσθαι ὀνόματος, κατὰ τινες ὑπετόπασαν. Conqueritur etiam alibi Ioh. Tzetzes, grammaticum, nescio quem, per plagium eadem in Lycophronem commentaria sibi vindicasse, et a discipulis suis furti manifestam deprehensum, Chil. VIII. hist. 204.

Λυκόφρων ὁ καὶ σύγχρονος ὑπάρχων Πτολεμαίῳ.

Πολλὰ μὲν συνεγράφατο δράματα, τραγωδίας.

Καὶ βιβλίον ἦν ἐπιγραφεῖ, τὴν κλησίαν, Ἀλεξάνδραν,

εἰς ἣν ὁ Τζέτζης ἔγραψεν ἐξηγήσειν, καὶ ἄλλας.

Ταύτην δὲ τὴν ἐξηγήσειν ἐσφραγιστό τις,

Ὅχι τὴν βίβλιν παρ' αὐτῷ λέγων ἐξηγηθῆναι etc.

Satis

1) Conf. Küsteri notas ad Suidam in Λυκόφρον, (tom. II. pag. 473. qui eandem repetit Io. Tzetzae epistolam,) et Rich. Bentleium pag. 45. ad Horat. edit. Cantabrig.

2) Conf. Apostolium XVII. 12. Prouerb. et quos laudat Franciscus Iunius in catalogo pictorum f. 8.

Satis acerbe nonnumquam in ipsum Lycophronem inuehitur ille commentator.

#### IV. Editiones Lycophronis.

[De codicibus mssis ad paragraphum sequentem disputabitur.

*Princeps* editio est *Aldina*, graece cum Pindaro, Callimacho et Dionysii periegesi. Venetiis 1513. 8. vid. supra ad *Pindarum* in vol. II. pag. 68.

*Λυκοφρονες* — *Lycophronis Chalcidensis Alexandra, siue Cassandra*: poema quidem obscurum etiam doctis adpellatum; sed ita eruditissimis *Isaaci Tzetzi Grammatici commentariis*, (quae et doctissimo cuique vehementer desiderata sunt hactenus, et simul nunc primum in lucem eduntur,) illustratum atque explicatum, ut tam historiarum et fabularum, quam aliarum quoque reconditarum scituque dignarum rerum studiosi, horum editione magno se thesauro ditatos, agnoscere merito possint. Adiectus quoque est *Ioannis Tzetzae* variarum historiarum liber, versibus politicis ab eodem graece conscriptus, et *Pauli Lacisi* Veronensis opera ad verbum latine conuersus, nec unquam antea editus. *Basileae*, in calce: *Basilicae ex officina Io. Oporini*. a. sal. humanae M. D. XLVI. (1546.) mense Martio, in fol.

Additae sunt Tzetzae variae historiae siue Chiliades. *Arnoldus Arlenius Peraxylus* in epistola nuncupatoria, ad Benedictum Accoltum, cardinalem Rauennae, Bononiae Idib. Aug. 1542. eleganter scripta, testatur, se edere illa e bibliotheca collegii, quod Bononiae est, S. Salvatoris et Lycophronem ipsum ad exemplar *M. Antonii Antimachi*, quem familiarem suum et praeceptorem nominat valdeque laudat, emendasse. Historiam vero *Ioannis Zetzi*, (sic enim nomen exarandum, et scripturam, *Tzetzes*, asperam vastamque pronuntiationem, ac sonum plane barbarum efficere putauit, sed contra consuetudinem ipsius Tzetzi et contra morem scribendi in libris, tam editis, quam scriptis, perpetuo vsitatum, animaduertente Pottero in initio notarum ad Lycophronem,) ita dedit, ut eam *Raphael Regius* reliquit. Epistolam excipiunt *Nicolai Gerbellii*, qui Tzetzae variam historiam in suum ordinem ac nitorem restituit, castigationes et catalogus auctorum, a Tzetze citatorum; at minus plenus. Tzetzes, quamquam multa bene docuit atque ita explicuit, ut nos, duce illo destituti, in multis locis coecutiremus, in aliis tamen locis haud paucis foedissime lapsus est; (vide e multis exemplis *Schneideri* animaduersionem in *Periculo critico* in *Anthol. Cephalae* pag. 98.) et quae habet bona, ea ex Theonis, aut alius antiquioris interpretis commentariis deriuasse videtur. Eum tamen a Canteri accusatione defendit Potterus l. c.

*Lycophron*, graece, Paris. apud Iac. Bogardum. 1547. 8. vid. Maittarii indic. ad A. T. pag. 38.

*Lycophron* ex prosa versione *Bernardi Bertrandi*, Regiensis Galli, qui primus Lycophronem cum Tzetzae commentariis siue versis, siue contractis utcumque latine transtulit, Basil. 1558. 8. Bertrandi versionem atque enarrationem haud probat Canterus.

*Lycophron*, graece cum duplici versione latina, vna ad verbum a *Guil. Cantero*, altera carmine expressa per *Io. Scaligerum*, cum Canteri adnotationibus etc. Basileae ap. Io. Oporinum et Petrum Pernam 1566. 4. et apud Commelin. 1596. 8.

Canteri notae breues sunt nec adeo multae, sed eruditae, ex Tzetzae quidem commentariis magnam partem ductae: at multa praeter ea loca vel sanantur perite, vel intelligenter

gener explanantur. Textus marginem occupant variae lectiones. Epitome quoque Callandreae composita est a Cantero versibus Anacreonticis, graece et latine.

*Lycophronis Alexandra sive Callandra*, et seorsim eadem iambico latino carmine per *Ios. Scaligerum* translata. Lutet. apud Fed. Morel. 1584. 4. vid. *Maittaire* A. T. tom. III. part. II. pag. 790. et bibl. Menarsian. pag. 332. Cat. bibl. Bünaui. I. pag. 139.

*Lycophr.* gr. Oxon. 1592. 4. ab *Harwoodio* in Prospectu variarum editionum veterum auctorum, ex versione germanica Alteri pag. 58. et italica Pinelli pag. 43. laudatur correctae editio.

*Lycophr.* — *Io. Meursius* <sup>1)</sup> recensuit et libero commentario illustravit: accessit *Ios. Scaligeri* versio centum locis emendatio. Lugd. Batav. 1597. 8. apud Fabric. et Harwood. et in bibl. Leidensis catalogo pag. 297. — *altera editio*, quae melior esse dicitur a Pinellio ad Harwood. l. c. ibid. apud Ludou. Elzevir. 1599. 8.

Doctus est Meursii commentarius, multaque antiquitatis capita illustrat; sed mole laborat, nec pauca habet aliena. Fallitur autem Hallervordus, qui in bibliotheca curiosa adfirmat, Tzetzae commentarios Meursianae editioni esse adiunctos.

*Lycophr.* — cum *Isaaci Tzetzae* commentariis, ex fide manuscripti emendationibus factis. Adiuncta est interpretatio versuum latina ad verbum per *Guil. Canterum*. Additae sunt eiusdem *Canteri* adnotationes, nec non epitome Callandreae graecolatina, carmine anacreontico. Geneuae. exc. Paul. Stephanus, 1601. 4.

*Scaligeri* metaphrasis, quae propter obsoletum et antiquatum dicendi genus ipsa eget interprete, reperitur quoque inter illius poemata, a Petro Scriuerio iunctim vulgata, Lugd. Bat. ex Raphelengii officina, 1615. 12. — et ad calcem poematum Iulii Caesaris Scaligeri, patris, in 8.

*Lycophr.* graece, cum versione latina *Guil. Canteri*, in Corpore poetarum etc. Genevae, 1614. fol. tom. II. pag. 158 sq.

Fabricius, „in catalogo, ait, quoque scriptorum a *Caspere Cunrado*, Silesio, propographiae melicae auctore, editorum, reperio Lycophronem, sed illam editionem nondum vidi.“ Neque ego illam novi.

Plenissima et splendida editio, cuius basis est Canteriana, recte iudicatur Potteriana:

*Λυκοφρωνος* — *Lycophronis Chalcidensis Alexandra* cum graecis *Isaaci Tzetzae* commentariis. Accedunt versiones, variantes lectiones, emendationes, annotationes, et indices necessarii. Cura et opera *Iohannis Potteri*, A. M. et Collegii Lincolnienfis socii, (deinceps Professoris litterarum primum graecarum, deinde sacrarum, denique episcopi Oxoniensis,) Oxonii, e theatro Sheldoniano, 1697. — rec. 1702. fol. — Conf. Nouv. rep. lettr. a. 1705. p. 1. Thryllitschio tamen non satis fecit Potterus; vt paullo post adnotabitur.

Fabricius de vtraque editione iam ea, quae sequuntur, scripserat. „In prior editione habentur 1) Poetae textus, ad binos codices MSS. Baroccianum et Seldenianum, castigatus,

C c c c c 2

et

1) Meursius composuit amplum suum commentarium annos natus XVII.

et maioribus typis nitide exscriptus cum versione G. Canteri. 2) Tzetzae scholia, singulis paginis subiecta, emendataque et suppleta e tribus codd. MSS. adiunctis variis lect. 3) Metaphrasis Scaligeri ex editione Meursiana. 4) Index vocabulorum in Lycophrone omnium-concinnatus a *Richardo Wright*, Londinensi. 5) Index in Tzetzae commentarios ab *Eduardo Dechair*, e collegio Londinensi. 6) Index auctorum, a Tzetza laudatorum, sed passim mancus. 7) in Lycophronem [P] adnotationes integrae G. Canteri, commentarius Ioh. Meursii, et numquam antea editus Ioh. Potteri, qui inter alia obseruat, Lycophronem adfiduum Aeschylus imitatore fuisse. — Alteram editionem anni 1702. iisdem typis, nec minus nitide excusam, auctor inscripsit Ioh. Georgio Graeuio, a quo Basileensem editionem, cum antiquis membranarum collatam, acceperat vtendam, cuius beneficio Tzetzae commentarios profitetur se dare ducentis ferme in locis auctiorem vel emendatiorem, quam in priore. Indicem quoque auctorum, a Tzetza citatorum, longe quam in altera anni 1697. plenior et accuratior, et commentarium suum ipsius, (Potteri,) hinc inde locupletior exhibet. “Hactenus *Fabricius*.]

[Nouissima editio eique, qui vel linguae graecae, mythologiae et historiae antiquae scientia probe imbutus est, vel exemplum Potterianum cum graeco scholiaste ad manus habet, valde fructuosa, ex Cantero-Potteriana ducta est, nonnullis tantum locis, exigente metro, mutatis:]

*Λυκοφρονος* — *Lycophronis Chalcidensis Alexandra sive Cassandra* cum versione et commentario *Guilielmi Canteri*, paraphrasin, notas, indicem graecum, e scholiis auctum, adiecit ac praefatus est *Henric. Godofredus Reichardus*, A. M. scholae prou. Grimmenfis Collega III. Lipsiae 1788. 8.

*Reichardus* V. Cl. qui a iuuentute paene familiaritatem quamdam cum Lycophrone contraxerat, tum exempla Aldinum, Basileense, Canterianum et Potterianum et tres codd. qui in bibl. publica Wittebergenfi seruantur, recentiores ac propter expositionem, intra lineas scriptam, potissimum vtilis, et quos in praefatione describit vberius, contulit, tum collationem codicis MS. Mosquensis a cel. *Matthaei* nactus ita versatus est in paranda editione, vt potissimum orationem poetae dilucida legitimaque explanaret interpretatione huiusque ope non minus quam paraphrasi latina paullo liberiore, et textui ac versionis subiecta, vatis sensum atque intelligentiam iuaret atque faciliteret, Canteri versionem atque adnotationes, cuius breuitatem et eruditionem verbosis Potteri, praecipue Meursii, vbique antiquitates crepantis, commentariis multum praetulit, adieceret, suisque breuibus nec admodum multis cum criticis tum imprimis exegeticis illas ditaret, denique tabulam et conspectum totius dramatis praemitteret, et in indice sat commode difficiliora tantum explicaret vocabula. Imitationem poeticam, in lingua vernacula scriptam, tentauit. Conf. ephem. litter. Gotting. 1788. plag. 139. et *Ien. Allg. Litt. Zeit. mens. Martio 1791. nr. 82.* — Loca Lycophr. sunt quoque in: *Collectione sententiarum Frobeniana*, atque in *Grotii* excerptis ex tragoediis et comediis graecis etc. *Harl.*

V. Lycophronem illustrandum aliquando in se suscepit etiam *P. Lambecius*, cui hanc in rem MS. codicem Tzetzae commentariorum obtulit *Hofstenius* in litteris ad eum datis, quae leguntur lib. VI. de bibl. Vindobonensi pag. 242. Binos Mstos codices Lycophronis cum scholiis memini me videre Wittebergae in bibliotheca academiae publica, ex quibus alterum

alterum vetustioremem membranaceum commendant Acta Erud. ann. 1695. pag. 435. [De illis Reichardum in praef. ad Lycophrona copiose egisse, iam supra adnotavi. adde thesaur. epistol. Lacrozianum II. pag. 14.] Neque omittendum, quod ex *Boessii*, ante laudati, notis ad Ouidii Ibin pag. 77. obseruat *Baelius* <sup>m)</sup>, quod parens iam dicti Boessii commentarium in Lycophronem concinnauerit, sed haecenus, quod sciam, ineditum. [Dolendum est, editionem, quam *G. Fr. Thryllitschius* parauerat, morte illius praematura, (d. autem XIII. April. 1715. anno aetat. XXVII. vita decessit,) fuisse interruptam. Contulerat enim (vt auctor vitae illius in Neuem Bücherfaal etc. loco, paullo infra memorato, p. 736 sqq. prodidit,) codices tres Witteberg. et veterem egregium Augustanum, multaque errata aut difficultates, vel a Pottero non sublatas, remouit, nec de ipsa Potteri ed. adeo bene sensit. *Harl.*] *Erasmi Schmidii* notae in Dionysium Alexandrinum et *Lycophronem* Wittebergae in 4. editae ab Henningo Wittenio pag. 414. memoriar. philosophor. memorantur: *Clarmundus* (h. e. Rüdiger) in vitis etc. III. pag. 180. ait, editas Wittebergae 1618. 4. et a *Dan. Heinsio* sponte decoratas graeco epigrammate. Contra *Theoph. Spizelius*, pag. 349. templi honoris, commentationes has, quas adpellat egregias, a Schmidio conscriptas modo, non, editas, memorat: neque ego unquam illas me videre memini. [Atque in MSS. adhuc latent. Certe auctor vitae M. G. Fr. Thryllitschii in: Neuer Bücherfaal der gelehrten Welt, — LVIII. Oefnung, Lipsiae 1716. p. 740. in nota scribit, se ad illum Thryll. misisse Canteri editionem Lycophron. cum multis obseruat *Erasmi Schmidii manu exaratis.*] — *Laurentium* quoque *Begerum*, Lycophronis editionem molitum esse, notat *Z. Celspirius*, h. e. *Christian. Serpilius*, libro de anagrammatismo, pag. 230. vbi male *Beyerus* excusum pro *Begerus*. — Ex nouem codicibus medicis et vaticanis Lycophronem emendasse se professus est *Franciscus Montanus*, Pifaurenfis, et promisit 1719. italicam Lycophronis metaphrasin cum paraphrasi Theonis inedita notisque tam criticis quam exegeticis. vid. Giornale d'Italia tom. 31. pag. 401. [atque ephemerid. Lipf. litt. ann. 1720. nr. 97. pag. 770 sq. vbi adeo celebratae sunt dotes illius, vt editio in magna esset expectatione: at num praelo fuerit subiecta, equidem nescio. — Germanice vertit Lycophronis Cassandram cel. *de Murr* in Schirachii Magazin etc. tom. II. part. II. *Harl.*] Lycophronem cum notis marginalibus et interlinearibus graecis seruat in tribus minimum codicibus bibliotheca Augustissimi imperatoris. Quibus adde codicem, quem cum glossis interlinearibus scholiisque graecis *Petri Nicolii* manuscriptis euoluisse se testatur *Fayditus*, auctor Telemachomaniae pag. 6. nimium forte tribuens Lycophroni, vt ex his eius verbis adparet, quae infra posui. *Celui dont je me suis le plus serui, est le Poete Lycophron. Tout le monde scait que l'unique but qu'il s'est proposé dans sa Cassandre est d'instruire les jeunes gens de l'Histoire des temps heroiques depuis Hercule jusqu'à Alexandre le Grand, et de toute la Mythologie des Grecs, et qu'en effet rien ne lui a échappé, et qu'il en a mieux parlé qu'aucun autre Auteur. Le commentaire d'Isaac Truzé n'a pas peu contribué à me le faire entendre, aussi bien que la glose interlineaire et les notes (P) syriaques, que feu Mr. Nicole de Port Royal a écrites de sa main sur le texte Grec de cet obscur et sçavant Poete. C'est un tres excellent Ma-*

C c c c c 3

nuscrit.

m) Verba filii sunt: *Iure siquidem Carolus Salvagnius, Boessii toparchus, parens meus, vir non minus literis, quam militari gloria nobis, utpote qui syriace, hebraice, arabice, graece,*

*latine, hispanice, italice, germanice, anglice, perinde ac gallice peritus esset, in suis ad Lycophronem commentariis etc. Meminit iterum pag. 107.*

nuscrit. Mr. de Bessat Maître des comptes digne neveu du célèbre Abbé de Bourzeis et l'héritier de ses vertus et de son amour pour les belles lettres m'a fait l'honneur de me le communiquer avec sa générosité ordinaire et toujours officieuse. Addit tamen: Je ne me suis pourtant pas toujours attaché au sentiment de Lycophron. J'ay préféré celui des autres auteurs, lors qu'il m'a paru mieux fondé; et en cela j'ai imité Tzetzes, qui, quoique grand admirateur de ce poëte, n'a pas fait difficulté de le traiter en bien des endroits d'yvrogne qui ne sçait ce qu'il dit et écrit, d'ignorant et d'imposieur pag. 119. 123. 136. 166. 168. 175. et 233. edit. Bafil. en 1558. Versum e Lycophronis Alexandria a Ptolemaeo Hephaestionis lib. VI. apud Photium pag. 251. citari, qui hodie in editis desideretur, monet *Colomesius* pag. 6. Opusc. Sed est versus 670. paullo aliter lectus, vt idem vir doctus postea in notis ad Gyraldum pag. 158. recte obseruavit. *Fabric.* [De codicibus, a Fabricio non memoratis, pauca addam. In bibl. *Matritensi* regia est teste *Iriarte* in *Catal.* pag. 24. cod. VIII. in quo quaedam ex Tzetzae scholiis siue prolegomenis descripta leguntur: multo plura praebet cod. XIII. saec. XV. exara. us manu, in catalogo pag. 32. nempe *Lycophronis* Alexandram, ab Aristobulo Apostoide in Creta descriptam, et Constantini Lascaris glossis, intra lineas positis, illustratam; tum *Tzetzae* prolegomena et commentarius, scripta ab *Antonio Creteni*, (qui exeunte saeculo XV. multos descripsit codices, vid. *Montfaucon* *Palaeogr.* gr. pag. 84. 95 et 112) In eodem Iriarti opere p. 513. memoratur MSt. *Lycophronis* Alexandria, cum scholiis H. Tzetzae doctissimis omnia ex graeco latinitatis idiomate donata *Vincenzo Marinero Valentino* etc. quam interpretationem, emendationibus ex fide MSti factis, valde laudat Iriarte — in bibl. *Escorialensi*, teste *Plüro* in itineralio per Hispan. pag. 180. *Lyc.* cum scholiis *Tzetzae*, idem cum comment. incerti. — In bibl. *Venta D. Marci* *Lycophronis* Cassandra exstat in cod. CCCCLXV. in 8. saec. XIV. — *Lyc.* cum commentario *H. Tzetzae* in cod. CCCCLXXV. fol. saec. XV. — in cod. CCCCLXXVI. memorabiliore (p. 251.) reperitur *Lyc.* Alexandria cum scholiis duplicis generis. Prima semper e regione textus exscripta titulum in initio praefereunt *Ἐνταῦθα συνήθησις* etc. Ego *Nicetas Diaconorum* minimus collegi hic *Lexici* dictiones: altera, numeris distincta, incipiunt; *Λέξω τὰ πάντα* etc. Sequitur metaphrasis in *Lycophronis* Alexandram (sine auctore.) — Inter graecos codd. MStos apud *Nanios*, (Bononiae 1784.) occurrit pag. 487. *Lyc.* Alexandria cum antiquo scholiaste, sed codex in fol. saec. XVI. scriptus, initio et in fine mutilus est. — In bibl. *Laurentio-medicea*, teste *Bandinio* *catal.* vol. II. plut. 31. cod. VIII. pag. 84. *Lyc.* cum glossis interlinearibus. — plut. 32. cod. XVII. pag. 146. et cod. XX. pag. 173. tum cod. XXIX. pag. 177. atque cod. XXXVI. pag. 196. *Lyc.* cum glossis interlin. et scholiis H. Tzetzae, ac prolegomenis, quae in altero codice desunt, in primo exstant in principio; — in tertio vero subiiciuntur in fine. — pag. 210 sq. plut. 32. cod. LII. nr. 6. praebet *Lyc.* fragmentum cum glossis interlinearibus et scholiis marginalibus *Io. Tzetzae* — vol. III. pag. 391. plut. 87. cod. X. nr. 21. est Excerptum paucorum versuum ex *Lycophrone*. — Vol. I. pag. 549. *Lyc.* citatur in viol. compos. — in bibl. Athenaei *Taurin.* teste *catal.* p. 390. cod. CCLXXXIX. *Lycophr.* cum comment. *Ioann. Tzetzae* secundum *Montfaucon* in *Diario italico*, pag. 17. in bibl. *Mediolan. Ambros.* *Lyc.* cum scholiis Tzetzae in *Lycophronem*. — pag. 311. *Neapoli* in bibl. *S. Iohannis* de Carbonaria, bis, *Lycophron* cum interpretatione Tzetzae. — In bibl. *Coisliniana*, teste *Montfaucon*, *catal.* pag. 494. est cod. qui continet vocabula (*Λέξεις*) Alexandrae *Lycophronis* et argumentum. — pag. 238. *Lexicon*, siue *συναγωγή λέξεων συλλεγεῖσαι ἐκ διαφόρων βιβλίων* etc. in qua etiam occurrit *Lycophron*:

cophon: aliud Lexicon, pag. 482. in voc. Ἐλέγσσαν. — pag. 597. citatur *Lycophron* cum aliis poetis. In bibl. regia *Parisiensi* decem codd. Lycophr. custodiuntur, codd. MMCCCIII. MMDCXXIII. MMDCXXIV. MMDCXXV. (cui praemittitur vocabulorum index,) MMDCXXXVI — MMDCXXXIX. MMDCCLXXX. cum glossis interlin. et scholiis Tzetzae ad marginem, aut subiectis illius commentario, cod. MMDCCLXXX. sine Tzetzae commentario. — In bibl. *Leidensi* (catalog. p. 399. nr. 74.) inter codd. quondam Vofianos. — In biblioth. Caesarea *Vindobonensi*, apud *Nesselium* part. IV. pag. 75. cod. CXXIV. nr. 3. fragmentum *Lycophr.* cum notis interlin. — pag. 134. cod. CCLVII. nr. 2. *Lycophr.* cum notis marginalibus et interlinearibus, pag. 141. cod. CCLXXXII. *Lyc.* cum anonymi commentariis. — in bibl. electorali *Bavarica*, secundum catalogum, pag. 85. cod. CCLX. *Is. Tzetzae* commentar. in Lycophrona — in bibl. *Elisabetan. Wratislaviensi*, (teste *Kranzio* in memorabilibus istius bibl. pag. 88.) *Lycophronis* *Alexandra. Harl.*]

VI. Fragmenta quaedam e scriptis Lycophronis deperditis collegit et illustravit *Guil. Canterus* lib. VI. nouar. lectionum cap. 17. Testatur Tzetzes, eum scripsisse tragoedias LXIV. vel LXVI. (ζς enim pro μς<sup>n</sup>) rectius videtur legere codex Baroccianus,) ex his Suidae memorantur hae viginti: Αἰόλος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφίνωρ, Ἡρακλῆς, Ἰκέται, Ἰππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Λαίος, Μαραθῶνιοι, Ναύπλιος<sup>o</sup>), Οἰδίπυς α', β', Ὀρφανός, Πειθεύς, Πελοπίδα, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρυσίππος. Locus elegans e Pelopidis Lycophronis seruat<sup>o</sup> est a Stobaeo ferm. CXX. de laude vitae, quem e Grotii versione adscribam:

*Mortem remotam poscit ardenti prece  
Quemcumque dura clade fortuna opprimit.  
At cum supremus voluitur fluxus, redit  
Vitae cupido: non enim satias tenet.*

E Σατύρις<sup>o</sup> siue *dramate Satyrico* Lycophronis, quo *Menedemum*, Eretriacae sectae principem, et alios philosophos perstrinxerat, (licet [P] ἐγκώμιον Μενεδήμῃς titulum fecit.) nonnulla profert *Laertius* II. 140. *Hesychius illustris* in *Menedemo* et *Athenaeus* lib. II. pag. 55. et lib. X. pag. 420.<sup>n</sup>) *Chalcidensi* quoque nostro idem *Athenaeus* lib. XIII. pag. 555. discrete tribuit *libros περὶ κωμωδίας*, quorum nouum laudat lib. XI. pag. 487. eiusdem operis mentionem faciens lib. VII. p. 278. In his libris videtur veteres *Comicos* illustrasse Lycophron, *Aristophanem*, *Cratinum* aliosque. Vide *Scholias*ten *Aristoph.* ad *Vespas* vsq. 91. 103. 662. etc.

n) In cod. *Matrit.* apud *Iriartum* pag. 24. legitur ἀλλαχῆ γὰρ αὐτὸς ὁ Λυκ. τραγικός ἐστὶ ζδ ἢ μς *Τραγῶδων δράματα γεγραφώς*. adde tamen notam, infra positam, ad indicem scriptorum, a Tzetza citatorum, v. *Ἰωανν. Φιλοκον. Harl.*

o) *Suidas*: διασκευὴ δ' ἐστὶν ἐκ τῶν ὁ Ναύπλιος. *Portus*, *Wolfium* secutus, vertit: *diastecue siue historica narratio est*. *Gyraldus*: *In his dubia Nauplius censetur*. Vterque male. Vide *Casau-*

*donum* ad *Athenaeum* III. 26. et eruditiss. *Neocorum* ad *Suidam*, e quibus discas, *διασκευὴν* esse drama, secundis curis perpolitum et in scena iterum repraesentatum.

p) Locum Lycophronis in *Menedemo* apud *Athen.* X. pag. 420. emendat *Toup.* in *Emendatt.* in *Suid.* et *Hesych.* vol. II. pag. 276 sq. conf. *Ionsum* de scriptor. hist. phil. II. cap. 2, 6. pag. 148. *Harl.*

662. etc. *Fabric.* item ad pacem vers. 701. ad Plut. 1195. ibique Hemsterhus. pag. 470. adde supra in vol. II. pag. 309 sq. et pag. 452. *Harl.*

VII. Fuerunt et alii Lycophrones, veteribus memorati, 1) *Lycophon*, Mastoris F. cuius ex Homero meminit Tzetzes VIII. Chiliad. hist. 204. 2) Rex Corinthi, Periandri F. de quo *Herodotus* III. 50. *Laert.* I. 94 sq. Plutarch. Nicia. 3) *Lycophon*, sophista, e quo *Aristoteles* III. 6. Politicorum refert dictum, quod lex sit *εγγυητής ἀλλήλοις τῶν δικαίων*. Idem, ni fallor, cuius meminit in aliis locis I. phys. II. metaphys. VIII. 6. et sophist. elench. I. 14. 4) *Lycophon*, aduersus quem duas orationes scripsit Lycurgus, rhetor, vt dixi supra lib. II. cap. 26. Defendit Hyperides. 5) *Lycophon*, Lycurgi, rhetoris, pater. 6) *Lycophon*, ad quem scripsit Leonteus, Epicureus, teste *Plutarcho* pag. 1108. contra Colotem, nisi hic idem cum Chalcidensi; tempora enim conueniunt. 7) Est Tragicus noster. Sed et *Λυκοφρονίδης* cuiusdam mentio apud *Athenaeum* XV. pag. 670. vbi nonnihil de amoribus caprarum cuiusdam. Equidem G. Canterus a nostro distinguit etiam Lycophronem, grammaticum, qui Aristophanem et Cratinum est interpretatus. Sed non diuersus ille est a Chalcidensi, vt iam ex Athenaeo obseruauit.

*Index Auctorum, qui a Tzetze ad Lycophronem laudantur, ex editione secunda Iohannis Potteri* 9).

Ἀγαθοσθένης φιλόσοφος ad versum 704.  
1021

Ἀγαμήτωρ Φαρσάλιος ἐν Θέτιδος ἐπιθαλαμῷ  
178. [P]  
Διοχίνης

9) In libro menstruo laudato, *Neuer Bücher-saal* etc. LVIII. Oefn. de vita scriptisque Thryllitichii, haud pauca memoratu digna sunt notata. Primum pag. 736 sq. ex epistola fratris Thryllitichii particulam excerpere iuuat. „Indices adhaec auctorum, in scholiis memoratorum, (n. Euripidis, Pindari, Nicandri, Hesiodi, Apollonii etc.) emendatos (a fratre Georgio Friderico,) adice-rem: integros autem habeo, a b. fratre confectos, auctorum in scholiis ad *Sophoclem, Aeschylum, Pindarum, Apolloniumque* citatorum. Scholiis ad *Theocritum* haec in parte manum admouit ipse: Rudera aliorum ad *Eustathium* et *Euripidis* scholiastam b. fratris possideo: hos supplere deberem, reliquos de nouo conficere. Sane enim F . . . (probabiliter, *Fabriciana*.) parum tuta apud me fides. Dedi specimina errorum tantum aliqua in adiecto schediasmate: omnes si caedere voluisssem, bilem verebar profecto, ne atram collectoribus mouisssem, adeo iratis musis plures tantam operam sunt adgressi.“ Grauis est, nec omnino falsa, aduersatio: atque, ni fallor, Valckenarius de indice scriptorum, ab Athenaeo citatorum, Fabriciano pariter conquestus est. Enimuero, nemo

aequus verecundusque iudex postulabit, vt ad emendandos eiusmodi indices ego singulos auctores atque scholiastas studiose perlegam et critica face illustrem. Id foret laboris non dicam ingrati et molestiarum taediique plenissimi, sed infiniti. Quapropter editoribus potius illorum relinquenda et committenda est haec prouincia: id etiam valebit ad Fabricii excusationem. — Porro in eadem *Thryllitichii* vita pag. 738. illius de Potteriana Lycophronis editione iudicium ex epistola, an. 1714. scripta, adfertur: „De Lycophrone haec habet: in conferendo non vsus sum recentiore *Potteri* editione, in qua sane haud pauca ope cod. Graeuiani immutata esse, me non fugit. Interim illa tanti non sunt, (nam etiam recentiore satis inspexi,) vt me deterreant; qui vel ex indice tantum recentis illius editionis, vbi auctores, a Tzetze laudati, comparent, partim MSS. ope, partim aliorum auctorum locis adiutus expungo vel in melius reformo — [quae in hoc indice emendavit ille, ea ego ad singula vocabula adnotabo.] — Sed plures etiam expungendi restant. Vides, o amice, quam bene sola auctorum nomina in recentata editione nobis describantur. Quodsi iam eiusmodi



|  |                 |   |                         |
|--|-----------------|---|-------------------------|
| Δίσχινης ὁ ῥήτωρ ad versf.   | 417             | Δημόκριτος 519. ὁ Σκήψιος   | 529                     |
| Δίσχειων ἐν ἔβδομῃ Ἐφεσίδες  | 688             | Δημοσθένης  | III                     |
| Δίσχυλος 87. 177. 406. 426. 519. 778. 855.   |                 | Δίκτυς  | 61                      |
| 1247. 1286. 1345. ἐν Προμηθεΐ 106. 178.  |                 | Διόδωρος 119. 148. 355. 827. 938. 1375. ὁ Σι-<br>κελός                            | 717. 1017               |
| Ἀκέσανδρος   | 886             | Διονύτιος 911. 912. ὁ Περιγηγῆτης 188. 695.                                       |                         |
| Ἀκασίλαος  | 177             | 847. 925. 1206. 1288. ὁ Σκυρναῖος *)  | 1247                    |
| Ἀλέξανδρος ὁ πολυτίμωρ   | 177             | Δίων 355. 603. 704. 938. 1200. 1312. 1375.  |                         |
| ποιητῆς ὁ Λιτωλός.   | 359             | ὁ Κοκκειανός 44. 516. 633. ὁ ἰσορικός ὁ<br>τάς Ῥωμαίων πράξεις συντάξας           | 852. 912                |
| Ἀλκαῖος  | 212             | Δομνῖνος  | 177                     |
| Ἀνδροκλῆς *) ἐν τῷ περὶ Κύπρου   | 447             | Δῆρις ὁ Σάμιος 103. 143. 183. 513. 847. 851.                                      |                         |
| Ἀνδρῶτιων ὁ ἰσορικός   | 495. 1206       | 1375. περὶ ἀγῶνων   | 610                     |
| Ἀνδρων ὁ Ἀλικαρνασσεύς   | 894. 1283       | περὶ Ἀγαθοκλέους  | 772                     |
| Ἀντικλείδης  | 464             | Ἑλλάνικος   | 224. 462. 469. 513. 827 |
| Ἀντίμαχος 245. ἐν Θηβαΐδι  | 589             | περὶ Χίης κτίσεως 224. ὁ Λέσβιος  | 1332.                   |
| Ἀντίωνος (ἄλ. Ἀντίγονος)   | 387             | ἐν πρώτῃ Αἰολικῶν   | 1374                    |
| Ἀπολλόδωρος ὁ ἰσορικός Ἀθηναῖος 177. 178.  |                 | Ἐμπεδοκλῆς 711. περὶ νεύκας   | 507                     |
| 355. 361. 481. 440. 890. 902. 921. 1075. 1327  |                 | Ἐπιγράμματα   | 417                     |
| Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος 156. 175. 417. 480. 883.   |                 | Ἐπιμενίδης  | 406                     |
| 890. 1285. 1309. 1327  |                 | Ἐπίχαρμος   | 17                      |
| Ἀράτος 219. 1300. ἐν Φαινομένοις   | 396             | Ἐρατοσθένης 589. 1285. ἐν Ἐρμῇ  | 23                      |
| Ἀριστέδης ὁ ῥήτωρ  | 836. 1378. 1432 | Εὐμηλος ὁ Κορίνθιος ἰσορικός ποιητῆς 174. 480.                                    |                         |
| Ἀριστέλης 255. 1401. ἐν Ἰθακησίων πολι-<br>τείᾳ 799. ὁ τῶν Πέπλων συγγραφεύς               |                 |   | 1024                    |
|  | 488             | Εὐριπίδης 15. 143. 175. 179. 245. 315. [P] 1021.                                  |                         |
| Ἀρίων (ἄλ. Ὠρίων, ἢ Εὐφορίων)  | 911             | 1174. 1184. 1200. 1236. 1374. 1464. ἐν Βάκ-<br>χαις 209. Ἐκάβη 303. Ἴππολύτῳ 610. |                         |
| Ἀρτεμίδωρος  | 633             | Ὀρέση 510. 822. Παλαμήδῃ 384. Τρωά-<br>σι 170. 382. Φοινίσσαις                    | 456                     |
| Ἀρτέμων ὁ ἰσορικός περιγαμηνός   | 177             | Εὐφορίων 110. 208. 259. 374. 495. 654. 440.                                       |                         |
| Ἀρχιλόχος  | 91. 771         | 911. ἐν Ἴππομέδοντι 451. Ἀπολλοδώρῳ   | 513                     |
| Ἀσκληπιάδης  | 315. 886        | Εὐφρόνιος   | 387                     |
| Αὐτόθεπος  | 630             | Ἐφορος  | 148                     |
| Βιγρίδιος (ἄλ. Βίγριος, ἢ Βιβαύριος) [Βιτρέϊον<br>c MS. et Vitruvius reponit Thryllitsch.] | 1050            | Ἠγήσανδρος ὁ Σαλαμίνιος *)  | 883                     |
| Γραφαὶ ἅγια  | 183. 648. 939   | Ἠλιόδωρος   |                         |
| Δημήτριος ὁ τὰ Παμφυλικὰ γράψας  | 440             |   |                         |

cismodi indicibus fidat etc. Hactenus Thryllitsch. Atque opto, ut non solum index omnium scriptorum, a Tzetzta ad Lycophr. citatorum, sit adeo perite emendatus, sed etiam, ut ego chartas atque emendationes, quae si adhuc supersunt, Thryllitschianas nancisci queam. Harl.

\*) Μένανδρον ex Etymologo M. legere iubet Thryllitsch. Harl.

ς) ὁ Σκυρναῖος c MS. membran. et Stephano legit Thryllitsch. Harl.

τ) Thryllitsch. reformat in Ἠγησίαν Σαλαμίνιον. Harl.

|   |           |  |          |
|---|-----------|--|----------|
| Ἡλιόδωρος <sup>υ)</sup>   | 208       | Κάσσανδρος ὁ Σαλαμίνιος <sup>α)</sup>  | 177      |
| Ἡλιος [leg. Ἀπολλώνιος Thryllitsch. Harl.]  | 480       | Κεφαλίων   | 177      |
| Ἡράκλειτος  | 177       | Κλέαρχος   | 648      |
| Ἡρόδοτος 119. 522. 643. 820. 1291   |           | Κόιντος  | 61. 1048 |
| ὁ ποντικός <sup>υ)</sup> 662. 1332. 1414. 1424. 1432  |           | Κορυθτος   | 177      |
| Ἡσίγονος <sup>ω)</sup> (ἄλ. Ἡσιόδος) ὁ ἱστορικός  | 1021      | Κράτων. [Κράτης ex Etymologo reponit Thryllitsch.]   | 644      |
| Ἡσιόδος 144. 344. 406. 440. 688. 794. 881. 934. 1124. 1175. 1200. 1353. 1396. ἐν τῇ Ἡρωϊκῇ γενεαλογίᾳ 176. 284. 393. Θεογονίᾳ 393. 651. 705   |           | Λέσχης 344. 350. ἐν τῇ μικρᾷ Ἰλιάδι 783. 1232. 1263  |          |
| Θάλης   | 145       | Λεωνίδης ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας  | 754      |
| Θεαγένης ὁ ἱστορικός ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης   | 176       | Λήσσης ὁ Λαμφάχης  | 29       |
| Θεσκριτος   | 558. 855  | Λιβάνιος   | 836      |
| Θεόπεμπτος ὁ Χίος   | 174       | Λυκος, ἐν τρίτῳ 615. τῷ περὶ Θηβῶν 1206  |          |
| Θεόπομπος   | 806. 1439 | Λυκόφρων 46. 50. 61. 143. 156. 177. 178. 184. 186. 234. 250. 270. 275. 276. 290. 323. 353. 399. 447. 488. 494. 497. 516. 540. 546. 570. 610. 615. 673. 704. 775. 786. 805. 817. 820. 822. 838. 843. 846. 847. 854. 855. 869. 874. 886. 902. 912. 914. 921. 932. 938. 980. 997. 999. 1034. 1047. 1048. 1056. 1075. 1108. [P] 1133. 1162. 1175. 1186. 1206. 1226. 1253. 1263. 1278. 1283. 1285. 1286. 1291. 1298. 1299. 1301. 1302. 1312. 1322. 1329. 1332 |          |
| Θησεύς ἐν τρίτῃ Κορινθίῳ  | 644       | Λυκόφρονος σχόλια 980. 1017. 1226. 1446  |          |
| Θεκυδίδης   | 791       | Λυσίας ὁ ῥήτωρ 1332  |          |
| [Ἰωάννην Φιλόπονον addit Thryllitsch. nam ille citatur loco, qui haecenus mutilus circumfertur: ex quo probandum videtur Thryll. et ipsum fuisse Lycophronis exegetam et Lycophroni, tragoedo, Cassandram abiudicasse. Harl.] |           | Λυσιμαχος (ἄλ. Σύμμαχος) ἐν πρώτῳ Νότων 874  |          |
| Ἰππώναξ 234. 424. 436. 579. 741. 690. 855. 1162. 1165. 1170. ἐν πρώτῳ Ἰάμβῳ κατὰ Βεπάλης 219. ἐν τῷ κατὰ Μιμνῆ ζωγράφου 424   |           | Μεθόδιος ὁ ἰατρὸς 1050   |          |
| Ἰλιάς ἡ μικρὰ, ζῆται τὸν Λέσχην.  |           | Μελαμποδίας ποιήσις 682. 683   |          |
| Ἰξρος 1327. ἐν Συμμικτοῖς 467   |           | Μελαμπης 31  |          |
| Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεύς 111. 355  |           | Μένανδρος 90   |          |
| Ἰώσηπος 704. 754. 836. 887  |           | Μενεκλῆς 886   |          |
| Καλλιμάχος 45. 143. 152. 208. 350. 409. 494. 589. 607. 717. 738. 817. 871. 941. 1022. 1141. 1178. 1225. 1302. 1316. 1322. ἐν Ὑμνοῖς 275. περὶ Ὀρνέων 513. ἐν δευτέρῳ Αἰτιῶν 869   |           | Μενεκράτης περὶ Νικαίας 662  |          |
| Καλλισθένης 519   |           | Μητροδωρος 697   |          |
|   |           | Μίμνεμος 610   |          |

Νικάνδρος

υ) Ἀπολλώνιος legit Thryllitsch. Harl.

υ) Sed conf. Villoisonii Prolegom. ad Apollonii Lex. homer. pag. 13 sqq. Harl.

ω) Thryllitsch. c Sotione reponit Ἰσίγονον. Harl.

α) Expungit hunc Thryllitschius, quia legendum sit Ἡγησίαν Σαλαμίνιον. Harl.

|   |  |
|---|--|
| Νίκανδρος 183. 675. 912. 1114. 1290. ἐν Θη-<br>ριακοῖς 78. ἐν Αἰτωλικοῖς 799  | ἔγραψε τὸν λεγόμενον πολυμήμονα.<br>[Harl.] 171  |
| Ξεναγόρας ἐν τῷ περὶ νήτων 447  | Σειληνὸς ὁ Χίος ἐν δευτέρῳ μυθικῶν [P] ἰσο-<br>ριῶν 786                                |
| Ξενίων ἐν τῷ περὶ Κρήτης 1214   | Σιμωνίδης 219. ὁ γενεαλόγος 355 *)   |
| Ξενοφῶν 704   | Σοφοκλῆς 3. 352. 464. 911. ἐν Ποιμέσιν 529   |
| Ὅμηρος 16. 17. 39. 51. 69. 86. 87. 95. 143. 243.<br>249. 250. 259. 270. 273. 275. 286. 314. 387.<br>395. 396. 399. 361. 421. 453. 454. 462. 464.<br>480. 486. 503. 511. 519. 529. 561. 567. 570.<br>586. 622. 645. 648. 664. 684. 695. 697. 699.<br>705. 738. 739. 740. 754. 757. 774. 778. 779.<br>786. 800. 801. 854. 897. 899. 925. 943. 1108.<br>1133. 1180. 1184. 1200. 1209. 1214. 1285. 1346.<br>1375. ἐν τῇ Βοιωτίᾳ 1011. Ἰλ. δ'. 437.<br>1034. Ἰλ. ζ'. 437. Ἰλ. η'. 367. Ἰλ. θ'.<br>290. Ἰλ. λ'. 276. Ἰλ. μ'. 290. Ὀδυσσ.<br>384. 423. 433. 437. 659. 675. 818 | Στασίνοσ ὁ τῶν Κύπρια γράψας 511. 570  |
| Ὀππιανὸς 396. 419. 421. 794. ἐν Κυνηγετι-<br>κοῖς 654. 717  | Στέφανος 31  |
| Ὀρφεὺς 275. 410. 417. 738. 911. ὁ παλαιὸς<br>1038. ἐν Δαδκαετηρείσιν 83. 143. 523. Λι-<br>θικοῖς 219. 275. Θεογονία 399   | Στησίμβροτος 209   |
| Παλαίφατος 177. ὁ Στωϊκὸς, ἄλ. ὁ ἰσορι-<br>κὸς 1206   | Στησίχερος 113. 259. 511. 611. 654   |
| Πίνδαρος 38. 88. 156. 175. 177. 178. 183. 206.<br>255. 281. 433. 662. 754. 822. 838. 871. 886.<br>890. 911. ἐν παιᾶσιν 446  | Σύμμαχος (ἄλ. Λυσίμαχος) ἐν πρώτῳ Νό-<br>σων. 874                                      |
| Πιπίδης 1467  | Σώτας (ἄλ. Σώσας) ὁ Βυζάντιος 1349   |
| Πλάτων ἐν τῇ πολιτείᾳ 699   | Σωτήριχος ἐν Καλυδωνιακοῖς 486   |
| Πλάταρχος 494. 921. 938. 1075. 1133. 1200.<br>1324. ὁ νεώτερος 653  | Σωτίαν 704. ὁ Φιλόσοφος 1021   |
| Πολύδης ὁ Διθυραμβικὸς ποιητὴς 879  | Σώφρων ἐν Μίμοις 77  |
| Προκόπιος ὁ κωισαρεύς 688. 836. 1200  | Τζέτζης 156. 177. 719. 727. 796. 798. 805. 855.<br>901. 1309                           |
| Πυθαγόρας ἐν πρώτῳ τῶν Λίγνητικῶν 175   | Τίμαιος 796. 1050. 1137. ὁ Σικελικὸς 615.<br>732. 1141                                 |
| Πύραυδος 1439   | Τρυφιδάρος 143. 183. 344. 911  |
| Ῥηγίνος ὁ πολυμήμων, [Ῥηγίνος ἐν πολυμή-<br>μονι c Nicephoro Gregora corrigat Thryl-<br>litsch. Suidas: Ῥηγίνος γραμματικὸς.  | Φάλαρις (ἄλ. Φίλωσις) 373  |
|   | Φανόδημος ὁ ἰσορικὸς 183   |
|   | Φερεκύδης 145. 175. 355. 570. 662  |
|   | Φικῆλης ὁ Κορίνθιος 177  |
|   | Φιλάλιος ὁ Κορίνθιος 671   |
|   | Φίλαρχος 175   |
|   | Φιλογένης 1084   |
|   | Φιλοσέφανος 586. 1276. ἐν τῷ περὶ Κύπρου 477   |
|   | Φιλόστρατος 1200. ὁ Φλαύιος 323  |
|   | Φιλτέας *) ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν 633   |
|   | Φίλωσις (ἄλ. Φάλαρις) 373  |
|   | Φρόνιχος ὁ τραγικὸς ἐν Πλευρανίαις 433   |
|   | Χάραξ 111  |
|   | Χάρων ὁ Λαμφακηνὸς 486   |
|   | Χρητμοὶ 478. 488. 494. 662. 811. 1378. 1379.<br>1385. 1419. τῆς Πυθίας 482. 1378. 1432 |
|   | Ὠρίων (ἄλ. Ἄριων, ἢ Εὐφορίων) 911  |

\*) Hunc genealogum expungit Thryllitsch. quia versus, ibi a Tzetza citati, legantur apud Apollonium Argon. I. 550 sqq. Harl.

z) Leg. Φιλέτας ex Eustathio.

## C A P V T XVI (olim XVII)

## DE THEOCRITO, BIONE, MOSCHO, SIMMIA, DOSIADA ETC.

I. *Theocriti aetas, dialectus, ingenium. Decem proprie bucolica carmina scripsit, unde dicitur ἑκκώλους.* II. *Idyllia XXX. quae hodie exstant, recensita cum variis observationibus.* III. *Theocriti Syrinx, epigrammata, et scripta [P] deperdita.* IV. *Alii Theocriti.* V. *Editiones graecae sine scholiis.* VI. *Editiones cum scholiis graecis, ubi et perditi scholiastae recensentur.* VII. *Editiones graeco-latinae.* VIII. *Metaphrasēs gallicae, anglicae etc. et varia eruditorum scripta quibus Theocrito lux affertur.* IX. *Index scriptorum, in graecis ad Theocritum scholiis citatorum.* X. *De Bione Smyrnaeo eiusque Idylliis atque editionibus.* XI. *Alii Biones.* XII. *De Moscho, Syracusio, et eius poematiis atque editionibus.* XIII. *Alii Moschi.* XIV. *De Simmia, Rhodio, eiusque ovo, alis et securi. Holoboli, rhetoris, inedita et alterius grammatici edita graeca scholia. id.* XV. *De Dosiada, Rhodio, eiusque ara.* XVI. *De ara altera incerti auctoris.* XVII. *Alii Dosiadae.* XVIII. *De duplici inscriptione graeca Herodis Attici ac Regillae, eius coniugis.*

[Cum supplementis G. C. Harles.]

## P R O L E G O M E N A.

**T**heocriti vitam plures persequuti sunt. *Ambryon*, grammaticus, περὶ Θεοκρίτου laudatur a *Diogene Laertio* V. 11. sed is de *Theocrito*, *Chio*, egisse videtur. *Theocriti genus*, incerto auctore, graece, pluribus praemissum est editionibus. *Pauca de eo dederunt Suidas* voc. Θεοκρίτος, tom. II. pag. 177. et *Eudocia* pag. 232. De commentatoribus graecis postea disputabitur. E recentioribus, qui de illius vita, carminibus, poesi etc. egerunt, huc pertinent:

*Vita di Teocrito, scritta da Vincenzo Mirabella*, (subiecta eius libro, inscripto: *Dichiaratione della Pianta delle Antiche Siracuse etc.*) Neapoli apud Lazarum Scorigium 1613. fol. tum Palermi 1717. fol. part. II. pag. 154 sq. et latine versa a *Sigeb. Hauercampo*, in thesauro antiqq. et historiar. Sicil. tom. XI. pag. 261 sqq.

*Iac. Bonanni* delle Antiche Siracuse, s. l'antica Siracusa illustrata, Messanae apud Petrum Bream 1624. 4. libro II. cap. 2. lat. versa in thesauro Siciliae tom. XI. pag. 217 sqq.

*Mongitor* in bibliotheca Sicula. tom. II. pag. 246 sqq. qui plures laudat, in his *10. Vingtimillium* de poetis Siculis bucolicis, cap. XIV. qui *Daphnim*, Siculum, carminis bucolici inventorem cum multis facit. De *Daphnide* plura vide apud *Theocritum* I. 45. ibique notas, *Diodor. Sicul.* IV. 84. *Mongitor.* l. c. I. pag. 149 sqq. qui copiosus est de eo illiusque aetate, et ad multos VV. DD. qui de eo egerunt, ablegat, *Dorvillius* in Siculis p. 26 sqq. cel. *Heynius* ad argumentum *Ecl. V. Virgil.* — *Alexand. Goullay de Bois Robert* de antiquis poetis bucolicis Siculis, et de *Daphnide* in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* vol. V. *Iac. Hardion* histoire du Berger *Daphnis*, ibid. vol. IV. ann. 1746. pag. 534 sqq.

*Theocriti vitam praeter ea exposuerunt Gerh. Io. Vossius* de poetis graecis cap. VIII. pag. 61 et 64. auctor biographiae classicae, ex anglico sermone in germanicum a *Mursinna* conversa, part. I. pag. 153 sqq. *Iac. Gering* in *diis. de Theocriti stilo (et vita)*, praeside *Car. Frid. Pezoldio*, Lipsiae 1710. 4. — *Ios. Barnes* in *vita Theocr.* praemissa primo volumini editionis *Theocriti Wartonianae*. De eius vita dicendique genere variorum. (*Fabri*, *Polleumi*, *Rapini* etc.) iudicia congesterunt *Crassus* in *Istoria de' Poeti greci* pag. 498 sqq. *Adr. Baillet*

in Iugement de Savans etc. tom. III. nrr. 1123. pag. 141 sq. edit. Amstel. 1725. 4. *Pope Blount* in censura celebr. authorum etc. pag. 38.

De poeta eiusque carminibus praeter ea iudicarunt *Franc. Vauassor* de ludicra dictione, cap. VII. pag. 108 sqq. edit. Kappii; *Blackwall* de praestantia classic. auctor. p. 40 sq. 135 sqq. et alibi ex versione latina Ge. Henrici Ayser, coll. bibl. Angloise tom. II. pag. 516. Vir quidam doctus in bibl. italique tom. XV. pag. 184 sqq. (*Manso*) in libro: Charactere der vornehmsten Dichter aller Nationen — von einer Gesellschaft von Gelehrten, tom. I. part. I. Lipsiae 1792. 8. p. 89 — 117. — *Sulzer* in: Allgemeine Theorie der schönen Künste, tom. II. voc. *Hirtengedichte*, vbi cl. *de Blankenburg* pag. 585 sqq. (edit. nouiss. ann. 1792. mai. 8.) nubem scriptorum de carmine bucolico, et de poetis bucolicis tam antiquorum quam recentiorum excitat, nec non editt. ac versiones Theocriti paucis enumerat: quae omnia repetere nolo.

Ueber den Geist des Theokrits und der Idylle disputatur a *Chr. Aug. Clodio*, Professore quondam Lipsiensi, in illius Neuen vermischten Schriften, nach des Verfassers Tod herausgegeben von Iul. Clodius, gebohrne Stoelzel, Lipsiae 1787. 8. part. V.

Theocritum et laudat et mire culpat auctor commentationis: *Ueber Theokrits dichterische Fadoisen, Zoten und Plumpheten*, in *Analekten für Politik, Philosophie und Literatur*, in *Erörterungen und Nachrichten, welche in Deutschlands sämtlichen Journalen vernunft werden*, Lipsiae 1787. nr. III. Grauius carpit Theocritum, haud cogitans aetatem, vitae conditionem, moresque eorum, quos poeta loquentes agentesque inducit, et dramaticam scenam, quam ille finxit, multum differre a nostra aetate nostrisque moribus. Et tamen in Sicilia adhuc magna in vita pastorum moribusque esse dicitur similitudo. Iudex ille seuerus negat, se in Theocriti idylliis reperire flumen et facilem compositionem versuum, amoenitatem flexibilis orationis poeticae, et lumen atque, (quam tamen plurimi laudant,) naturalem linguae pulcritudinem: contra, se sentire, pronuntiat, in illis humile abiectumque dicendi genus, scenas, quae haud moueant adficientque. (Et tamen, vt vnicum adferam exemplum, quid magis adficere potest, quam illud idyllion, Adoniarum inscriptum, quod dum legimus, homines ipsos, qui prodeunt in scenam, agentes quasi et loquentes nugantesque videre atque audire nobis videmur.) Idem reprehendit insulas laudationes, obscuram breuitatem et alia. At tamen concedit, Theocritum haud scripsisse idyllia arcadica; sed plerumque actiones plebis, nec pulcras, sed humilem naturam descripsisse, atque idyllion esse Theocrito breuem descriptionem, et breuem imaginem cuiuslibet scenae in vita humana quodammodo mouentis sensus.

Add. *D. Christian. Heinr. Schmidt*, Professors zu Giessen, Anweisung der vornehmsten Bücher in allen Theilen der Dichtkunst. Lipsiae 1781. 8. cap. XIV. p. 631 sqq. — Alia, quae huc spectant, scripta partim in Introductione in historiam L. Gr. tom. I. pag. 511 sqq. memorauimus, partim deinceps indicabo. *Harl.*]

I. THEOCRITVS, Praxagorae \*) et Philines F. Syracusanus, [quod verius esse videtur, vid. Mongitor.] an Cous, certe Syracusis versatus est, vnde Siculus poeta dicitur

Dd d d d 3

*Iuliano*

α) Epigramma sub Theocriti nomine: εἰς ἀμὲν Σираκυσίαν. Suidas: Θείκρητος Πραξαγόρας καὶ Φιλαξαγόρας περικλίσθη τε Φιλίης ἕως ἀπὸ τῶν πολλῶν λήθη, αἱ δὲ Σιμίχης, Συρακῆσιος, αἱ δὲ φασὶ κῶον.

*Juliano* epist. 3. et *Siculae telluris alumnus* Terentiano de metris. In insula Co vixisse notat auctor argumenti ad *Idyllium VII.* [quod aliis dubium videtur:] propter carminum bucolicorum vero suavitatem *Theocritus* adpellatus fertur, quum antea, vt quidam [at perperam, vid. *Barnesii* vitam *Theocriti* pag. 44 sq. et *Mongitor.* pag. 246.] volunt, *Moschus* <sup>b)</sup> vocaretur. Dicitur est etiam secundum nonnullos a sumo vultu, siue a *Simichide* patre potius, *Simichides* <sup>c)</sup>. [P] Floruit sub *Ptolemaeo Philadelpho* <sup>d)</sup>, Aegypti rege, quem *idyllio XIV.* et *XVII.* celebrat, vt *Berenicen* et *Arfinoen* *idyllio XV.* Auditor fuit *Philippidae* <sup>e)</sup> et *Asclepiadis*, *Samii*, poetae epigrammatum, aequalis ipse *Arati* et *Callimachi* <sup>f)</sup> circa *Olymp. CXXX.* princeps bucolici carminis, κατ' ἐξοχήν veteribus dicitur ὁ βεκόλος, in hoc genere scribendi admirabilis, *Quintiliano* X. i. iudice, et ex *Longini* etiam *XXXIII. 6.* pag. 184. sententia πλὴν ὀλίγων τῶν ἔξωθεν, ἐπιτυχέστατος felicissimus, exceptis paucis quibusdam alterius argumenti <sup>g)</sup>. Decem enim tantum proprie rustica siue pastoritia *idyllia* composuit, notante *Seruius* in vita *Virgilii*, ad quem locum conferendus *Heinsius* cap. 1. *Lect. Theocrit.* *Vossius* lib. II. *Institut. Poet.* 34. et *Vauassor* de ludrica dictione sect. I. cap. 7. pag. 103 sq. conf. *Zach. Pear. e* pag. 110. ad *Longinum*. Pro numero decem horum *Idylliorum*, (siue nouem primorum cum vndecimo, ex mente *Vossii* *Heinsii*que: siue primorum vndecim, vt vndecimum cum sexto coniungatur et pro vno habeatur, ex sententia parum credibili *Vauassoris*.)

b) Auctor vitae: περί δὲ τὴν τῶν βουκολικῶν ποιῆσιν εὐφρηῆς γεόμενος πολλῆς δόξης ἐκ τάτων ἐπέτυχε, κατὰ γὰρ τινὰς Μόσχος καλέμενος, Θεόκριτος ἐπεκλήθη. Alii vero, vt *Suidas*, *Moschum*, *Siculum*, bucolicorum scriptorem, a *Theocrito* discrete distinguunt: confer, quae infra nr. 12. in *Moscho*.

c) Idem auctor vitae: Θεόκριτος, πατὴρ Σιμιχίδα, (ita legendum etiam apud *Suidam* non *Σιμίχης*. Vide *Scholiam* ad *Idyll. VII. 21.*) ἐνίοι δὲ τὸ *Σιμιχίδα* ἐπώνυμον ἔτι λέγουσιν, δοκῶ γὰρ σιμός τις τὴν πρόσοψιν εἶναι. Ceterum e *scholiorum* loco iam citato patet, totum hoc admodum esse incertum dubiumque, vtrum se ibi, an aliquem *Simichidam*, *Coum*, ex vicis suis innuat *Theocritus*. [At *Id. VII. Simichidae* cuiusdam, *Co*, non *Theocriti* fuisse putat *Reiske* ad gr. *Theocriti* vitam pag. 2. tom. II. et ad *Idyll. VII.* pag. 186. vbi quoque dubitat, num *Theocritus* vnuquam adierit insulam *Con*. adde *Barnesii* vitam bucolici nostri, ibique *Warton* pag. 44.] Neque sumum fuisse persuadet sibi *scholiorum* auctor, neque *Simichidam* inde adpellatum. οἱ δὲ λέγουσιν *Σιμιχίδα*ν λέγεσθαι τὸν Θεόκριτον διὰ τὸ εἶναι σιμόν, κακῶς λέγουσι. Neque sumum, sed probe nasutum obseruare licet in imagine *Theocriti*, quam post *Fulu. Vrsinum* pag. 41. *elog.* in aes incisam dat *Iac. Gronouius*, vir cl. tom. III. *Antiq. graecarum*. [adde *schol.* ad *Idyll. III. 8.*] Est tamen alius locus in *Syringe*, vbi *Simichidam* se *Theocritus* vocat. Vide *Heinsium* *Lect. Theo-*

*critic.* cap. 12. pag. 337. Adrisit hoc nomen etiam illustri *Ex. Spanhemio*, vt *Theocritum* illo notaret pag. 402. ad *Callimachum*. *Fabric.* Num vero *Theocritus* *Alexandriam* commigrarit, dubitat *Warton* ad *Barnesii* vitam *Theocr.* pag. LVI. nr. 4. *Harl.*

d) *Munati* et aliorum errores de aetate huius poetae reprehendit *Casaubonus* c. vlt. *Lectio*num *Theocriticarum*. [ad *Olymp. CXXV. 4.* refert eius aetatem *Saxius* in *Onomast. I. p. 96.* Alii aliter subdixerunt rationes. vid. *Mongitor. I. c.* et *Virginillium* de poetis *Sic. bucolicis* cap. 15. pag. 122. qui *Theocriti* aetatem floremque adserit *Olymp. CXXII.* circ. et anno 288. ante *Chr. nat.* *Simson* autem in *chronico* p. 1123. et 1126. A. M. 3728. ante *Christ.* 275. A. V. C. 476. *Harl.*

e) Ita auctor vitae, pro quo *Gyraldus* et *Fulvius Vrsinus* *Philetam*, *Coum*, nominant. *Fabric.* *Φιλητῶ* rectius *codd. Vatic. III. V.* et *Valck.* in altera editione: accedit *lectio Φιλατῶ* in *cod. Tolet.* et edit. *Callierg.* adde, notas *Reiskii* pag. 2. et *Wartoni* pag. 64. ad hanc vitam, graece scriptam. *Harl.*

f) Vide argumentum primi *idyllii* pag. LXVIII. meae editionis. *Harl.*

g) Sed in *Longino* illa verba nullum habere locum, ideoque inducenda esse, existimat *Toup.* pag. 344 sq. edit. II *Longini.* *Harl.*

ris <sup>h</sup>),) Theocritus Syringen suam feu fistulam decem paribus versuum, quasi totidem calamis constantem, dicauit Pani, vt ad poemation illud notauit Salmasius. [conf. *Warton* praefat. ad tom. I. edit. pag. XIII sq.] Vfus est Theocritus dialecto dorica recentiori, et quandoque etiam, (vt Idyllio duodecimo,) ionica. κέχρηται δὲ ἰαδί διαλέκτῳ καὶ Δωριδί τῇ νέᾳ. δύο γὰρ εἰσι, παλαιὰ τραχεῖα τίς ἐστὶ καὶ ὑπέρογκος καὶ ἐκ ἐνόητος. Ἡ δὲ νέα, ἢ καὶ Θεόκριτος χρῆται, μαλθακώτερά παρὰ τῆ Ἐπιχάρμῃ καὶ Σάφρονος. Οὐ μὴν ἀπολιμπά-  
νεται καὶ Διελίδος. Haec Theocrito auctor incertus de genere poetae, praefixus editioni Aldinae anni MCCCCXCV. nam in [Callierg. et] vtraque Heinsiana editione verba illa desiderantur: [etiam in altera Valcken. editione pag. 3. sed reddidit illa *Warton* tom. I. pag. LXV. *Reiske* pag. 3. tom. I. in nota 13. adde graecum argum. idyll. I. a Valckenario editum et a me repetitum pag. XLVII. De dorismo Theocriteo vberius disputauit in commentatione, editioni meae praefixa, pag. XIX sqq. adde *Barnesi* vit. Theocriti pag. LIV sq. *Harl.*] Solent etiam ex Domitii Calderini sententia de Theocrito nostro accipi illa Ouidii in *Ibin* vs. 551. [vbi vid. interpr. pag. 139 sq. tom. IV. edit. *Burm.*]

*Vtue Syracusio praestricta fauce poetae,  
Sic animae laqueo sit via clausa tuae.*

Sed non magis hunc forsan, quam Empedoclem Naso intellexit, quem ab illo notari scripsit Valerius Andreas. Certe quouis pignore certauerim, falsum esse, quod ad Ouidium vetus interpres commentatus vel commentus [P] est: *Cum Theocritus in Hieronis, tyranni filium inuectus esset, ab eo ideo est capi iussus, vt eum ad supplicium trahi simularet, interrogatus, si deinceps a maledictis desisteret? Ille eo acrius etiam regi ipsi maledicere coepit; quare rex indignatus non iam ad simulatum, sed ad certum supplicium rapi iussit. Quidam laqueo strangulatum, quidam capite caesum prodidere.* Non obiiciam, quod nemo veterum, qui exstant, hoc ante eum tradidit, sed contendo, longe alium Theocriti genium ex scriptis eius adparere, et longe feliciter ipsum litasse Gratiis, quam vt tam stulta et iniqua morum asperitate ac maledicentia sibi ipse exitium contraheret, licet idyllio XVI. ad Hieronem paullo attentius praefetur de mercede, poetis liberalius soluenda. [*Burmannus* Epicharmum intelligit.]

II. Exstant hodie *Theocriti* <sup>h</sup>) Εἰδύλλια <sup>h</sup>) bucolica aliaque ποιμνικά, ἀπολιτικά etc. numero triginta, quorum tituli sunt:

1) Θύρσις

<sup>h</sup>) Vndecimam esse accessoriam et tertiae simillimam atque illi adnumerandam eclogam, censet cel. *Wernsdorf.* ad Poet. lat. min. II. p. 22. *Harl.*

i) Bucolicorum scriptores Graeci, *Daphnis*, *Stesichorus*, *Dionysus*, [siculus pastor, et inuentor bucoliasmi, h. e. pastoritii carminis generis, quod tibiae cantu et tripudio perficiebatur, eoque festiuo cantus ac saltationis genere animos pastorum, greges ad pascua deducendum, demulcebant, et laborum onera lenire curabant, vid. *Athenaeus* lib. XI. cap. 3. pag. 619. *Vinc. Auria* in Sicilia inuentrice, cap. IX. §. 2. pag. 29. *Io. Vigintimilius* de poetis Siculis bucolicis cap. X. pag. 80. 81

sq. alique apud *Mongitorem* in Biblioth. Sicula I. p. 159. adde *Heinsf.* Lect. Theocrit. cap. 7.] et forsan *Mnaseas*, Patarentis. vide Fulvium Ursinum in limine Virgilii, cum graecis scriptoribus collati pag. 1 sq. — Bucolici carminis hanc fuisse legem, ait *Vistorinus* libri I. de orthographia pag. 85. vt caesura in quarto pede sensus impleatur: *quam*, inquit, *per omne opus sui carminis Theocritus, Syracusanus, obseruat, exceptis paucis versiculis.* Idem repetit lib. III. p. 157 sq. *Fabric.* De metro bucolico versibusque apud Theocritum bucolicis egregie disputat *Valckenaer* in epist. ad M. Roemerum, praemisissa Ursini Virgilio, collatione scriptorum

1) *Θύψις* siue *ᾠδή Cantio*. Carmine reddidit latino praeter Eobanum Hessum *Dan. Heinſius* et *Dan. Whitfordus*, [ordinem vulgarem haud seruans,] pag. 98. Anglico *Drydenius* Miscell. Poem. tom. II. pag. 169. [Italice vertit *Bernard. Philippinus* in suis poematibus, pag. 477. vid. *Paitoni* bibliotheca etc. tom. IV. pag. 100. *Theocriti Idyllium primum*, gr. cum graeca paraphrasi et adnotatt. *Federici Iamotii*, Paris. apud Martin. Iuuenem 1552. 4. *Maittaire* A. T. tom. III. pag. 615. *Martini Crusii* scholia Sturimiana, Argentorati apud Blasium Fabritium in 16. memorat Mongitor, in bibl. Sicula II. pag. 247. [Fr. *Luisinus* in *Parerg.* lib. I. cap. 25. pag. 454. in *Gruteri Lamp.* artium opinatur, tum Theocritum tum Virgilium per Daphnida intellexisse Borinum Iolam quemdam, Opii, regis, filium, in venatione, mensis tempore, interfectum. *Harl.*]

2) *Φαρμακεία* <sup>1)</sup> siue *Venefica*. Imitatus *Virgilius* Ecloga VIII. Latino carmine reddidit *Whitfordus* pag. 80. Anglico *Bowlesius*: Italico *Franciscus Redi*, si Mongitori pag. 248. credimus: [qui prouocat ad Iust. Fontaninum in *Aminta defenso*, cap. 3. pag. 68 sq. --- germanico, *Conzius* cum suis et Wielandii notis, in Wielandii *teutschem Merkur*, ann. 1792. nr. X. p. 114 sqq.] Incantationes vero et veneficia, Theocrito memorata, *καταδέσµους* s. ligaturas et obligamenta, (Vales. ad Euseb. pag. 283.) illustrant *Seldenus* Syntagm. I. de Diis Syris cap. 2. *Casaubonus* ad *Apuleii* Apologiam pag. 142. *Barneſius* ad Euripid. tom. I. pag. 256. Vide et *Ouidium* I. remed. amoris vl. 250 sq. *Propert.* III. 4, 25 sqq. et quae viri docti ad Theocritum, Virgiliumque, quos inde magiae ac veneficii non minus absurde argui notat *Naudaeus* <sup>m</sup>), quam Homerum propter incantamenta Circes, Senecam ob Medae veneficia in Medea, Horatium ob incantationes Canidiae od. 5. Epod. Lucanum propter carmina et [?] fascinationes Erichthonis (lib. VI. vl. 508 sq.) Statium ob magica Tiresiae ministeria, Lucianum

scriptorum graec. illustrato pag. XV sq. et censet, verum dactylicum dici debere bucolicum, si duobus pedibus postremis recisis, remaneret tetrameter, qui clauderetur dactylo, terminante partem orationis, atque adeo Alemanicus. *Harl.*

k) *Heinſius* lect. Theocrit. cap. 1. *Ἐδή* Grammatici ea opuscula inscripserunt, quae a materia inscribi non poterant, quod multiplex esset et diuersa. Statii libellos *Sylvarum*, si graece scripti essent, *ᾠδή* dixissent et *ἑδύλλια*, quamquam et latini hac voce vsi sunt, (vt *Ausonius*.) Ea autem nihil definit de toto, sed ad singula remittit. Diuersi itaque argumenti *ἑδύλλια* Theocriti siue a grammaticis et criticis collecta sunt, siue a poeta, aptissime *ἑδύλλια* inscripta sunt et singula *ἑδύλλιον πρῶτον, δεύτερον*, atque ita deinceps. Et ita in Pindaricis: vbi ipsi libelli tamen non *ᾠδή* hodie, sed *Olympia*, *Pythia*; aut *Olympionicae*, *Pythionicae* inscribuntur: vniformis enim materia est, quamquam nouus semper ὁ ὑποκείμενος et a superioribus distinctus. Singula itaque *ᾠδή* dicuntur vel distinctionis ergo, quia diuersis scripta sunt,

vel numerorum, qui inter se variant. [De vi voc. *Idyllium* vid. argumenta vetera gr. carminum Theocrit. pag. XLV. m. edit. vbi praeterea adtuli *Toupii* sententiam in *Add.* tom. II. edit. *Warton.* pag. 409. pronuntiatam: adde *Reiskii* opinionem in notis illius ad Theocritum p. 145. vt recentiores, qui de re poetica praeciperunt, ad illius concinnarunt historiam, silentio praetermittam. *Harl.*]

l) *Plinius* XXXIII. 2. *Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos, proxime, Virgilii incantamentorum amatoriam imitatio.* Theocritum Virgilii eclogis praefert *Huetius* in *Huetianis* pag. 201 sq. *Fabric.* Ex *Sophronis* mimis desumptum esse hoc idyllium, adnotatur in vet. argumento graeco. adde *Valcken.* adnot. ad Theocriti *Adoniazuf.* pag. 193. C. Theocritus ἐν ταῖς *Φαρμακείαις*, ab *Eustathio* Od. XIV. pag. 554, 18. citatur, et sic nonnulla alia idyllia suis designantur nominibus. vid. *Warton* praefat. ad Theocr. I. pag. 14. *Harl.*

m) *Naudaeus* Apologia pro Magis pag. 349.



Lucianum et Apuleium propter cantamina fagarum Theſſalarum, Helioderum ob anum, Acheronticæ necromantiæ artem profeſſam, atque e recentioribus poetis Coecaium propter artes veritas Metallinæ. Arioſtum propter Angelicæ magicæ præſtigias, Taſſum ob Arimidae maleficia, Lohenſteinium propter incantationes necromanticas Zoroaſtris, in Agrippina, act. V. pag. 93 ſqq. et ſcriptorem Aſtrææ denique ob veneficos Mandracæ incantatus.

3) Ἀμαρυλλίς, ſive Αἰπόλος *Caprarius*. Inſcribitur et Κωμωσῆς quaſi comum bucolicum ſive tripudium dicas. Vide Heinfii lect. Theocrit. cap. 7. pag. 316. Latino carmine reddidit *Hugo Grotius* pag. 163. et *Whitfordus* pag. 110. Anglice *Drydenius*.

4) Νομῆϊς α. *Pastores Battus et Corydon*. Latino carmine reddidit *Whitfordus* p. 114. [In *Analectis Brunckii* hoc idyll. eſt primum.]

5) Ὀδοιπόροι *Viatores*. [conf. de feſtuo hoc vere bucolico carmine *Heinf.* lect. Theocr. cap. IX.]

6) Βακχλιασά α. Bucolico carmine certantes *Damoetas et Daphnis*, ad *Aratum*, poetam.

7) Λυκίδας ἢ Θαλύσια (ſacra *Cereris*) ἢ ἐαρινὴ ὄδοιπορία *vernum iter*. *Etymol. Magn.* in *Διευκραιώσατε*. ἔτως Ἀμαράντος ὑπομνηματίζων τὸ Εἰδύλλιον Θεοκρίτου, ἔ ἢ ἐπιγραφεῖ Λυκίδας ἢ Θαλύσια. Primo hæc ſeptem idyllia carmine latino reddidit *Martinus Phileticus*, (ſloruit Venetiis circ. ann. 1490.) et *Friderico*, duci Vrbinati, inſcripſit: Habeo excuſa *Dauentriae* 1512. 4. Subiungitur vita *Theocriti* ex libro de poetis antiquis, ſcripta verſibus cultis elegiacis. *Fabric.* — Hoc idyllion in aliquo *Vaticanorum* codice inſcribitur *Θαλύσια ἢ Εἰαρινὴ ὄδοιποροί, Λυκίδας καὶ Θεοκρίτος* in nonnullis ſubiicitur, *Δωριδί*. De titulo huius idyllii reformando pluribus fruſtra diſſeruiſſe *Heinſium* cap. XIII. ait *Warton* pag. 79. ad verſ. tertium; qui pag. 78 ſq. ſuſpicatur, hoc carmen non ab *Theocrito*, quia omnia ſint ab homine *Syracuſano* proſuſ aliena, et dubitari poſſit, an *Theocritus* inſulam *Co* vumquam inuiſerit, ſed a *Co* quodam homine, forſan a *Simichida*, poeta quodam *Co*, conſcriptum fuiſſe. Id quidem certius eſt, *Heinſium*, grammaticis antiquis obloquutum, dum ſcenam ſtatuit in *Sicilia*, omnis male permiſuiſſe; notante *Valekenario* in *X. Theocriti Idylliis* pag. 101. adde *Sanſtamandum* pag. 351. in *Addendis Wartonii*, tom. II. contra *Heinſium* diſputantem. *Simichidae* quoque tribuendum eſſe hoc et *XVII. idyll.* cenſet *Reiske* in nota pag. 2. inprimis pag. 186. *Harl.*

8) Βακχλιασά β. Bucolico carmine certantes *Daphnis et Menalca*s. Verſibus latinis reddidit *Henr. Stephanus*, *Dan. Heinſius* pag. 603, et *Whitfordus* pag. 134. *Fabric. Valckenar.* in epiſt. laudata pag. 8 ſqq. complures verſus, vel elegiacos vel pentametros interſertos, neque adeo bucolicos in hoc carmine pro ſpuris aut confictis habet, et ſub ſinem plurimos iudicat deſiderari: præter alios tamen pro genuinis ſine controuerſia habendos arbitratur primos viginti quinque verſus huius carminis et vltimos cum v. 82. 83. 84. coniungendos. Idem ſentit in notis ad plenam editionem, atque verſus 61. et ſequentes aliquot non *Theocriti*, forte *Mofchi* eſſe opinatur. *Harl.*

9) Νομῆϊς ἢ Βακχλοί. *Pastores ſive tubulci Daphnis et Menalca*s. Verſibus latinis reddidit *H. Steph.* *Dan. Heinſius* et *Dau. Whitfordus* p. 96. [De exitu huius idyllii a v. 29. interpretes non conſentiunt. vid. quæ notavi. *Harl.*]

10) Ἐργατῖναι ἢ Θερμῖται, *Operarii*, siue *messores*. Θεριστικὸς ὕμνος, qualis Λιτυέρης, de quo Suidas. [conf. Sanctamandi notam in Wartonii Addendis pag. 352.] Anglico carmine reddidit *Bowles* tom. II. Misc. Poem. pag. 18.

11) Κύκλωψ, ad *Niciam* \*) Milesium, medicum, Erasistrati συμφοιτητήν, [P] qui ad Theocritum rescripserat poemation de iisdem Cyclopi aduersus Galateam amoribus, sed quod pridem intercidit. Anglico reddidit carmine *Dukius* tom. I. Misc. Poem. p. 250. Imitatur *Marinus*, poeta Italus suauissimus in Adonides Oda siue Cantu XIII. sectione 132 sq. *Fabric.* Imitati sunt hoc idyllion, aut Polyphemi amorem cecinerunt, *Ouidius* *Metam.* XIII. 8. *Metaflafius* ac *Gesner*, *Heluetus*. Pulcre comparauit priores cel. *I. Ge. Henr. Feder* in commentatione *Amor Polyphemi ex Theocrito, Ouidio et Metaflasio*, Erlangae 1765. 4. De Cyclope conf. *Philoftrat.* *Icon.* lib. II. cap. 17. pag. 840 sq. Adde, quae notauit in *Anthologia gr. poetica*, edit. *Baruth*. pag. 108 sq. Polyphemus apud *Winkelmann* in *Monumentis antichis* tab. 36. pag. 43. tribus oculis instructus conspicitur; item in *Heracleensi* pictura in *Pitture*, tom. I. tab. X. vid. *Seruium* ad *Virgil.* *Aen.* III. v. 656. *Böttiger* igitur in *comment. Cyklopen. Arimaspen. Sitte der Alten, sich den Körper zu malen und zu punktieren*, in *Wielands deutschen Merkur* ann. 1792. part. VI. pag. 139 sq. ingeniosam proposuit coniecturam pag. 144. cur Cyclopes vnum habuisse oculum fingerentur. Nimirum suspicatur, Polyphemum in media fronte vnum oculum non natum, sed pictum more barbararum gentium habuisse: quemdam vero peregrinum aduenam, aut littori insulae, a Cyclopiibus habitatae, adpropinquantem, natum, non factum esse, hominem, qui magnum illum pictumque oculum, procul inspectum, putarit ita a se visum, vocasse Cyclopa, (*rundäuglichten.*) Ante *Homerum* illam de Cyclopiibus, vno oculo instructis, fabulam fuisse iam notam creditamque, patet ex *Homero Odyss.* IX. 133. *Harl.*

12) Ἄντης, quo nomine amicum, *sodalem*, *Thessali* vocabant. Scriptum est hoc *Idyllion*, vt alia quaedam, dialecto Ionica. *Heinsius* in *lection. Theocrit.* cap. 18. hoc idyllion a *Theocrito* non profectum esse putat: cui adfentire videntur *Valcken.* in *epist.* pag. 18. *Brunk.* in *notis* et *Warton.* in *praef.* ad tom. I. pag. XIV. Pariter *Hemsterhus.* ad *Lucian.* tom. I. pag. 253. pronuntiat, id carmen non *Theocriti* esse sed suauissimi tamen Ionis poetae. Alii *Theocritum*, *Chium*, auctorem fuisse suspicantur. *Harl.* Versibus latinis reddidit *Dan.*

\*) Incertum, an diuersus a *Nicia Mallote*, quem in parallelis minoribus citat *Plutarchus* pag. 308. et cuius τὰ περὶ λίθων laudat lib. de fluuiis, *Euphrate* pag. 1161. et ex *Plutarcho* forte *Stobaeus* *serm.* 98. περὶ νόσων. Fuit et eodem tempore *Nicias*, regis, *Pyrrhi*, familiaris, sed perfidus, de quo *Gellius* III. 8. Medicum regis fuisse tradit *Plutarchus* in *Pyrrho* 397. sed nomen reticet. Citat *Niciam* *Plinius* quoque. Alius est *Nicias*, medicus *Nicopolita*, sed longe iunior, aequalis *Plutarchi*, qui eum inducit colloquentem VII. i. *sympof.* Alius *Nicias*, dux *Atheniensis*, cuius vitam scripsit idem *Plutarchus*. *Nicias*, *Megarensis*, reparator artis *fulloniae*. *Plin.* VII. 56.

*Hist.* *Nicias*, pictor, de quo *Franciscus Iunius* in *Catalogo Pictorum*. *Nicias*, *Smyrnaeus*, quem licet indignum complexum se comitate ait *Cicero* lib. I. *epist.* 2. ad *Q. Fratrem*. *Curtius Nicias*, grammaticus, qui libros de *Lucilio* scripsit. *Sueton.* cap. 14. de *Grammaticis*, *Cic.* IX. 10. ad *famil.* et XII. 28. et 53. ad *Atticum* et VII. 3. vbi *Coum* vocat. *Nicias*, *Nicaenus*, cuius *διδοχὰς* siue *ἰσορίαν φιλοσόφων* citat *Athenaeus*. Confer *Ionium* pag. 340. Idem forte *Nicias*, cuius Ἀγαθὰ ab eodem *Athenaeo* laudantur XIII. p. 609. Denique *Nicias* siue *Niciae* cuiusdam, eius forte, ad quem *Theocritus* scripsit, epigrammata leguntur in *Anthologia*.

*Dan. Heinsius*, et Belgicis quoque pag. 37. Poematum Belgicorum. Metaphrasis anglico carmine legitur tom. II. Misc. Poem. Anglic. pag. 189. Germanice in *Martini Opita* lib. V. filuar.

13) Ἰλας, de Hyla, puero, a Nymphis raptō et Herculis super eo doloribus. Schol. Apollonii l. 47. Θεόςκετος ἐν τοῖς βυκολικοῖς, ἐν τῷ Ἰλα ἐπιγεγραφομένῳ. Versibus latinis reddidit *Dan. Heinsius*.

14) Κυνίσκας ἔρωσ Cyniscas perfidi amores siue Θυώνυχες, cui Aeschines maritus illos queritur.

15) Συρακῆσιαι ἢ Ἀδωνιάζουσαι Syracusiae, festum Adonidis Alexandriae celebrantes. [In hoc lepidissimum carmen Valcken. in X. Idylliis Theocriti eruditissimum et doctrinae ac literarum graecarum plenissimum scripsit commentarium. Germanice vertit *Voff.* in *Musen-almanach* ann. 1782. Theocritus imitatus est Sophronem. vid. Valcken. et quae ego notavi ad Idyllium in Anthol. gr. poet. pag. 120 sq. *Harl.*]

16) Χάριτες ἢ Ἰέρων ad Hieronem II. Siculorum tyrannum, de poetarum ingenii praemio maectandis. Hanc eclogam gallico pridem carmine expressit *Claudius Turrinus*, Divionensis, Tolosae 1561. 4. latino Jac. Micyllus lib. IV. filuarum pag. 447.

17) Ἐγκώμιον εἰς Πτολεμαῖον Ptolemaei Philadelphi laur. Male hoc Idyllion *Chio Theocrito* tribuit *Tzetzes. Fabric.* Hoc carmen, quia non spirat simplicitatem Theocriteam, sed redolet grammaticum, rectius vindicabitur Callimacho, uti *Warton.* iam sensit, *Reiske* Simichidae, *Coo*, adserit p. 2. tom. II. aut, nescio cui? tribuendum erit Callimachi imitatori. *Harl.*

18) Ἐλένης ἐπιθαλάμιος. Carmen in nuptias Menelai et Helenae. Latino carmine reddidit *Hugo Grotius* et *David Whitfordus* p. 92. Anglico *Drydenius* tom. II. Misc. Poem. pag. 100. *Fabric.* graece cum italica versione et adnotationibus in *Coluto* vulgarizzato dal Ab. *Villa*, in Milano 1753. 12. vid. *Paitoni* bibliot. degli autori antichi etc. tom. I. pag. 272 sq. et tom. IV. pag. 100. — *Warton* in not. ad vers. 48. iudicat, Theocritum non esse auctorem huius idyllii; aliquem vero potius Theocriti imitatore. Poetam in hoc carmine expressisse Salomonis Canticum canticorum, *Schwebelius* ad Bionis Idyll. VIII. 1. cum quibusdam carminis Salomon. interpretibus arbitratur: num recte? iam dubitavi ad notam in editione mea: vbi quoque observaui, *Koppiers* in *Observ. philologicis*, Lugd. Bat. 1771. cap. 6. illustrasse atque saepius emendasse hoc idyllium. Loca Theocriti, quibus videtur ipsi imitatus Canticum canticorum Salomonis, collegit *Io. Eusebius Nierenberg.* VII. 7. de origine S. S. Atque nuper cl. *Stäudlin*, Prof. Goetting. in *Paulli* Memorabilibus tom. II. nr. 8. ann. 1792. haud dubitavit Theocriti idyllia et canticum canticorum Salomonis comparare, arbitratus, Theocritum propter similitudinem quorundam locorum videri ex canticum canticorum  
E e e e 2 haussisse.

o) *Bayle* in *Diction.* artic. Hieron II. praecunte grammatico in argumento gr. (qui etiam de Hierone falsa tradidit, correctus a *Casaubono* ad *Polyb.* V. §. 10. 48. §. 11. 7. pag. 125 sq. tom. III.

edit. Gronou.) et alii falluntur, dum putant, hoc carmen esse satiram in Hieronem, Syracusiorum regem posteriorem. conf. quae post *Reiskium* et *Warton.* notavi in m. editione pag. 261 sq. *Harl.*

hausisse. Enimvero propter similitudinem carminis generis et rei obiectae per se quaedam similia et communia ipsi habuisse videntur. *Harl.*

19) *Κηριοκλέπτης*. Amor, fauos mellis depeculans. [A *Stobaeo* cap. 63. recensetur tamquam Theocriteum. At *Stobaeus*, *Eustathius* et *Etymologus* M. nonnulla, ut Theocritea, citarunt, grammaticos recentiores aut corruptos codd. sequuti, quamquam ea a Theocrito profecta non esse, critici demonstrarunt. vid. *Warion* in praef. ad tom. I. p. XIV sq. Atque hic tom. II. pag. 228. dubitat, num Theocritus Id. XIX. scripserit. Atque Bionis octo illius carm. versus esse videntur *Valckenario* pag. 194. *Harl.*] Latinis versibus reddidit *Hugo Grotius* in florilegio *Stobaei*. pag. 252. Belgicis *Dan. Heinsius* pag. 42. Poematum Belgic. Anglicis *Drydenius* tom. II. Misc. Poem. pag. 194. Gallicis *Longepetræus* ad *Anacreontem* pag. 207. [P]

20) *Βεκολίσκος* *Bubulcis*, ab Eunica, puella vrbica, contemptum se conquerens. Moscho tribuit *Heinsius*. [lect. Theocrit. p. 340. a. ad Moschum quoque, velut auctorem, referre malit *Valcken.* quem vid. pag. 157. in Theocr. X. *Eidylliis*.] Carmine anglico reddidit *Bowlesius* tom. II. Misc. Poem. pag. 204. *Fabric.* Theocrito abiudicat *Reiske*, *Warton*. *Toup.* et *Brunck.* *Harl.*

21) *Ἀλιῆς* *Piscatores*, ad *Diophantum*. Imitatus est *Sannasarius* in eclogis piscatoriis, quae etiam existant versae anglice, *Cantabr.* 1724. 4. vid. *New Memoirs of Literature* tom. I. pag. 188. *Fabric.* Hoc idyllium, corruptum non minus, quam admodum difficile explicatu, in quo emendando et illustrando praeter interpretes *Strothius* et *Zeunius* valde laborarunt, (vide quae notavi pag. 323 sq. in mea editione,) ex *Sophrone*, cuius *ἀλιεύς* citatur ab *Athenaeo*, esse ductum, sentit *Heinsius*; Theocrito autem abiudicat *Warton*, leuibus, opinor, ductus rationibus: neque vero primus ita censuit. Nam, *Brodaeo* obseruante, iam diu fuerunt antea, qui id carmen derogarent Theocrito: cui tamen adserit *Brunck*, in cuius *Analectis* est *Idyllium XIII.* *Harl.*

22) *Δίοσκωροι* *Gemini*, *Pollux* et *Castor*, cum *Amyco* et *Lynceo* pugnantes, eorumque victores. Ionica dialecto, *κοινῇ Ἰαίδι.* *Fabric.* Theocrito non conuenire *Dioscurus*, quod hymnus ille sit *ἰωνικότερος*, existimauit *Ioachim. Camerarius* ad calcem editionis suae Theocriti 1545. pag. 195. A scholiaste tamen ad *Aristophanis* *Plutum* 210. citatur *Θεόκριτος ἐν τῷ εἰς Διοσκώρους ὕμνῳ*: vnde patet, poema hoc et sic olim fuisse inscriptum, et pertinuisse ad hymnos, quos a Theocrito scriptos esse, *Suidas* auctor est. *Harl.*

23) *Ἐρασιῆς ἢ δύσερος*, *Amator* siue *Amor infelix*. In editione Aldina inscribitur *μισῶν Φιλέοντα*, *Amantem exosus*. Latino reddidit carmine *Dan. Heinsius* et *Whitfordus* p. 118. Anglico *Drydenius* tom. II. Misc. Poem. pag. 107.

24) *Ἡρακλίσκος* *Herculis* siue *Hercules puer*, idyllium, postrema parte mutilum. *Fabric.* Id alii aut *Bioni* aut *Moscho* tribuunt; Theocrito tamen adserit *Warton.* *Harl.*

25) *Ἡρακλῆς λεοντοφόνος* *Hercules*, *leonis interfector*, idyllium, initio mancum, quod in quibusdam codicibus inscribitur *Ἀργεῖε κλῆρος*, *Augiae fors*, siue *opes*. Ionica dialecto. *Fabric.* *Valcken.* in *Hectoris* interitu, carmine *Homeri* — cum scholiis vetustis — e cod. *Leidensi* — euulgatis etc. (sub fin. *Virgilii* collat. scriptorum gr. illustrati ab *Vrsino.*) pag. 58. censet, carminis huius conditorem, a Theocrito diuersissimum, ex homericis dictionibus

bus magnam conlaffe fui poematis partem. Idem in nota ad hoc idyllion in editione pleniore pag. 234. fufpicatur, hoc carmen et id, quod antecessit XXIV. partes fuiffe veteris cuiusdam Heracleae: ad initium autem carm. XXV. „hoc, ait, Wartonus iudicabat Theocriti fimplicitate digniffimum; mihi videtur ab huius ingenio profus alienum.“ Sed addiderat Warton, „faltem tamen ab aliquo bono veterique fatis poeta profectum fuiffe, vel hinc concefseris, quod nonnulli docti viri eius auctorem Pifandrum crediderint, Eumolpo aequalem, qui fcripfit *Heracleida*, fiue Herculis labores, duobus libris etc.“ Quod verbum *νοσάμενος* Callimacho tribuit Suidas, id vero in hodiernis Callimachi reliquiis nusquam comparet; fed in Theocriti Idyll. 26. nimis praecipitanter *Dawes* in Miscell. crit. pag. 103. dubitat, annon idyllium iftud, quod hodie Theocritum auctorem praefert, Suidae temporibus sub Callimachi nomine circumlatum fit: et audacius addit: „pari quidem iure vtrius tribui poterit, quod vtiq; a nebulone aliquo, graecae neque linguae neque profoediae fciente, fcriptum effe confirmare aufim.“ At quam leue et vero temerarium fit iftud iudicium, fatis clare demonftrat *Burgeff* in Adpendice fecundae editionis pag. 389 fq. Reiskio in nota ad verf. 84. pag. 309. animaduersionum videtur tam hoc carmen, quam fuperius, fragmentum operis magni effe, quod *Pifander Camvrenfis* de rebus, ab Hercule geftis, condidit. *Koepfen* quoque in Introductione, parti tertiae ipfius *Griechifchen Blumenlese* praemiffa, pag. CIX fq. et part. I. pag. 146 fqq. (vbi hoc carm. inferuit eruditeque explicuit,) vel Pifandrum Camir. vel Panyafin, Halicarnaff. auctorem huius carminis fuiffe exiftimat. Adde, fi vis, quae in editione adfcripti pag. 389 fq. *Harl.*

26) *Ληναί ἢ Βακχαί*, *Bacchae*, Pentheum, regem, difcerpentes. *Fabric.* Verfum 31. in Theocrito optimum effe iudicavit Phil. Melanthon. In officinis fiue fcholis rhetorum natum, aut forfan effe aliquid ex *heroinis* noftri poetae videtur Warton pag. 291. Ego vero num auctorem habuerit Theocritum, dubitavi in nota ad vf. 26. *Harl.*

27) *Ἄριστος Δάφνιδος ἢ κόρης*, *Colloquium Daphnidis et puellae*. Moscho tribuit *Heinfius*. [Inter Theocritica recenferur a Calliervo, et in edit. Florent. praefiguntur ifta: *Θεοκρίτε Δάφνιδος καὶ Νήιδος ἀρίστος*. Sed Sanctamandus id carmen non inuenit in cod. fcripto, atque recentiores Bionis et Moschi editores atque interpretes, Longapetraeus, Hefkin, Schwebel ac Schier Moscho id adfignarunt atque expofuerunt. Warton videtur lepidum quidem poemation; fed longe tamen abeffe a Theocriti fimplici feveroque lepore, immo vero Moscho recentius. Reiskius opinatur, litem hanc hodie non poffe diiadicari. — *Scaliger*. Spurius aliquot verfus, huic carmini praefixos, e cod. msto profert. *Harl.*] Latino carmine reddidit idem *Heinfius* et *Grotius* pag. 124. Gallico inter Moschi idyllia *Longapetraeus* pag. 119. Anglico *Drydenius* part. II. Misc. Poem. pag. 114. [Latine reddidit *C. Barthius* et longo commentario, nec tamen vbique felici, enarrauit in *Aduerfar. lib. IV. 8. 9. pag. 170* fq.]

28) *Ἡλανάτα*, *Colus*, quam eburneam doni hospitalis loco obtulit Theocritus Theugenidi, vxori Niciae, ad quem fcripferat idyllium XI. [vid. Reiskii et Warton. not. ad initium poemati.]

29) *Παιδικά*, *Amores*, cuius idyllii, genere carminis dactylico pentametro fcripti, partem poftremam a verfu 26. primus vulgavit *Jf. Cafaubonus* ad Laertii lib. I. pag. 39. *Fabric.* In argumento graeco, quod huic carmini praemiffum legitur in cod. Vatic. VI. dicuntur

haec αἰολικά παιδικά. vid. Warton. et Brunck. anal. tom. III. pag. 83. Fragmentum, quod Casaubonus sermavit, Warton, Valckenaer et Brunck huic idyllio statim subiunxerunt; ego vero cum Reiskio post epigrammata dedi pag. 479 sq. *Harl.*

30) Eis νεκρὸν Ἀδωνν, in mortuum Adonin, carmine, non, ut reliqua, heroico, sed Anacreontico, quod versibus Belgicis reddidit *Dan. Heinsius* pag. 40. Poem. Belg. gallico *Longepetracus* pag. 26. ad Bionem. *Fabric.* Versiones italicas laudavit *Paitoni* l. c. p. 100. In secundo quidem codice Vaticano Theocriteis adscriptum est; at Theocriti non esse, cum metri ratio, tum inprimis ipsa carminis indoles, haud obscure demonstrant; iudice Warton. o. Valcken. in utraque Theocriti editione id reddidit. Anacreonti tribuunt nonnulli; atque Faber, Barnesius, Baxter aliique id odarium suis Anacreontis editionibus adiecerunt atque explicuerunt. Ego recepi in Anthologiam meam graecam poeticam atque interpretatus sum pag. 138 sqq. edit. Baruthinae. Adde *Bayle* Diction. voc. *Adonis* nota C. H. *Harl.*

III. Fertur etiam sub Theocriti nomine Σύριγγξ, *Syrinx*, siue carmen versuum XXI. qui syllabarum numero decrescunt, instar fistulae.

— — cui semper decrescit p). arundinis ordo

Et calamus cera iungitur usque minor. [p]

Primus versus, Σύριγγξ ἔνομ' ἔχεις, ἄδει δέ σε μέτρα σοφῆς tituli loco non a Theocrito, sed ab alio videtur adpositus, ac reliqui decies bini decem cannas fistulae referunt ex *Salmastii* sententia, quam retuli §. 1. In editione antiquissima Aldina inscribitur: ἤχημα Μουσῶν, ἢ Θεοκρίτης Σύριγγξ τῷ Πανί. [Theocrito adscribunt *Eustath.* vbi τὰ σκληρὰ τῷ Θεοκρίτῃ memorat ad Hom. *Odys.* ζ'. (vid. *Casauboni* *Lectio.* Theocrit. cap. 23. p. 142. edit. Reiskii,) *G. I. Vossius*, de poet. gr. pag. 61. *Rapin.* in carm. pastoral. pag. 105. *Harl.*] Alii *Simmiae* tribuunt. In hoc poematione exstat graeca expositio in cod. Palatino, quae incipit ἢ μετάληψις τῆς σύριγγος ἕως ἔχει τὸ ἐπιγράμμα τέτο εἰς πάντα etc. *Iohannis* vero *Pediaisimi*, τῷ σεφωτάτῃ χαρτοφύλακός τῆς πρώτης Ἰερωνιανῆς καὶ πάσης Βεργαρίας Κύβη Ἰωάννη τῷ Πεδιασίμῃ ἐξηγησις εἰς τὴν τῷ Θεοκρίτῃ Σύριγγα. Incipit Δίκαιος ἀν εἶν, ἔχ' ἀπλῶς τὰ τῇ ἀληθείᾳ δοκῶντα etc. E recentioribus exposuit et notis illustravit *Vitus Winshemius*, quae leguntur in editionibus graecolatinae Ioh. Crispini. [Stephanus in minore editione Theocriti aliorumque poetarum idylliorum pag. 425 sqq. dedit poematione et inscripsit: *Simmiae aut secundum alios Theocriti Syrinx*, id est, *fistula cum Viti Winshemii* enarratione carminis et graeca *Ioannis Pediaisimi* expositione. *Harl.*] Exstat et eruditissimus *Claudii Salmastii* commentarius, Paris. 1619. 4. recusus in Museo philologico et historico secundo *Thomae Crenii*, Lugd. Batau. 1700. 8. Confer etiam, si placet, [*Brunck.* in *Anal.* tom. III. pag. 39 sqq.] quae *Fortunius Licetus* collegit in *Encyclopaedia* ad Theocriti *Syringem*. *Vtini* 1655. 4. et ad *Syringem* *Publii Optatiani Porphyrii*, constantem quindecim versibus heroicis latinis, litterarum numero decrescuntibus. Lucem vidit haec altera *Liceti* commentatio, *Patauii* 1635. 4. Adde *Aloyfii Hereda*, sub *Baptistae Basilidis* nomine, *Panormi-*

p) *Tibullus* II. 5. vbi vid. *Brouckuf.* pag. 256. veterum. *Triflanum* tom. II. pag. 628. *Gruteri* Confer *Casparem Bartholinum* III. 6. de tibis inscript. pag. XXVII. 3.

tani, *la Siringa*, idyllio. Panormi, 1613. 12. *Fabric.* In editione Seceri Hagenoensi deest *Syrinx*: sed alia poemata, *Sinniae* alias tributa, *securis*, *alae et ara*, Theocrito adsignata et typis sunt descripta. *Hart.*

Ex *Epigrammatis* Theocriti, quae memorat *Suidas*, viginti duo hodie leguntur. Vnde viginti primus edidit in suo Theocrito *Zacharias Calliergus*. [XXI. epigr. Theocritea recepit *Brunck*] Reliqua tria ex *Anthologia* addiderunt *Ioh. Crispinus* et *Dan. Heinsius*, qui latinis quoque versibus reddidit cum *Hugone Grotio*. [Sed horum ultimum, quod incipit ἄλλος ὁ χῖος etc. *Brunck.* in *Analectis* inter Theocritea omisit, quoniam in editione Aldina et in cod. Toletano, ex quo *Schottus* tamquam ineditum promulgavit, non Theocrito, sed *Artemidoro*, grammatico, tribuitur. vid. *Reiske* p. 3. et pag. 332. tom. II. ac *Warton.* tom. I. pag. LXV. et tom. II. pag. 325 sq. Contra *Brunck.* tom. I. pag. 382. *Analect.* aliud, Theocrito adscriptum in cod. Vaticano addidit epigramma: quod vero *Valcken.* spurium habuit et omisit. Epigramma VIII. in cod. Paris. *Anthologiae* *Cephalae* tribuitur *Leonidae*. vid. *Warton.* pag. 318. Sed de singulis epigrammatibus non licet esse copioso. Conf. *Warton*, *Reiskium* et reliquos interpretes. Cum *Reiskio* subieci poemation, quod e *Casaubono*, *Brunck* et *Valckenarius* adtexuerunt idyllio XXIX. tum id, quod *Graevius* ad *Hesiodi* O. et D. vers. 619. ex codice Palatino reposuit integrum, denique fragmentum ex *Berenice* Theocriti, servatum ab *Athenaeo* VII. pag. 284. Aliud epigramma, in vulgaribus edit. *Anthologiae* (p. 28. *H. Steph.*) adscriptum, in editione principe, a *Constantino Lascari* curata, Theocrito adscribitur. vid. *Reisk.* tom. I. pag. 296. *Hart.*] — Vertit et carmine *Adolphus Metherkus*, cuius metaphrasis prodiit *Wurzburgi* cum *Parergis* poeticis *Iohannis Posthii*.

Perierunt Theocriti idyllia quaedam, ut *Βερενίκη*, e qua versus quinque servavit *Athenaeus* VII. pag. 284. [Meminit eius *Eustathius* ad *Hom. Iliad.* N. pag. 1067, 41. vid. *Reisk.* not. pag. 332.] Neque hodie supersunt, quae ad Theocritum relata a quibusdam *Suidas* auctor est, *Προϊτίδες*, *Ἑλπίδες*, *Ἕγμνοι*, *Ἡρώνας*, *Ἐπικήδεα μέλη*, *Ἐλεγεία* et *Ἰάμβοι*.

IV. Fuerunt et alii Theocriti 1). *Chius*, sophista 2), quem noster ipse [vel potius *Artemidorus*, uti paullo ante animaduerti,] memorat in epigrammate: ἄλλος ὁ χῖος, et cui idyllium XVII. perperam adscripsit *Tzetzes*. Fuit aequalis *Aristotelis*, quem epigrammate perstrinxit, quod refert *Plutarchus* pag. 603. de exilio, et aliud ex *Ambryone* ἐν τῷ περὶ Θεοκρίτου *Eusebius* XV. 2. Praeparat. et *Laert.* Aequalis etiam fuit et aemulus *Theopompi*, cuius sui, qui eum perstringit apud *Athenaeum* VI. pag. 130. [P] Audiuit *Metrodorum*, *Isocratis* discipulum. Scripsit *Theocritus*, *Chius*, historiam *Libyae*, et epistolas, quas *Θαυμασίας* *Suidas* vocat. *Petrus Carrera* huic Theocrito tribuere malit epistolas, quas sub *Diodori Siculi* nomine edidit, (vid. infra in cap. de *Diodoro Sic.*) sed haec eius sententia exploditur a *Petro Burmanno* praefat. ad tom. VI. thesauri *Siciliae* pag. 9. Videtur hic idem *Vossio* esse, qui *Antiquitatum Historiographus* vocatur a *Fulgentio* lib. I. *Mytholog.* Meminit eius *Strabo* XIV. pag. 645. Dicacitate sua *Alexandri M.* et *Antigoni* inimicitias et tandem ab hoc mor-

tem

g) Virgilius *Eclog.* 2. vs. 36.

2) *Heinsius* et *Casaubonus* *Berenicem* Theocriti fuisse conieciunt partem *Heroinarum*. *Hymno-*

rum specimen idem *Heinsius* putat esse idyllion XXII. quod superest in *Castorem* et *Pollucem*.

s) *Barnesii* vitam Theocriti pag. 51 sq. *Hart.*

tem et exitium sibi contraxit. Vide *Plutarchum* de educatione puerorum pag. II. et lib. II. I. Sympos. pag. 633. *Macrobius* VII. 3. Aliud eiusdem Theocriti scemina refert *Plutarchus* pag. 631. vid. etiam *Leopardum* IX. 3. emendat. 2) *Theocritus*, μάγντις, cuius mentio apud eundem *Plutarchum* de Daemonio Socratis pag. 576. 577. 3) *Theocritus* sub Antonino Caracalla, cuius meminit Xiphilinus. 4) *Theocritus* ὁ τῆ Ἐλαφοσίκτη καλέμενος apud *Lyfian* orat. XII. pag. 197. Etiam Danielem, quem vocant Hebraei, Iosephus graeco vocabulo Θεόκριτον appellat.

#### V. [*Theocriti codices MSSTi.*]

Codices permulti scripti sunt in Italia, aut in Creta, post captam Constantinopolin a graeculis famelicis, notante Warton praefat. tom. I. pag. VII. Hinc, opinor, multi pertinent ad vnam eandemque familiam. Multos codices, quos contulerat Sanctamandus, enumeravit *Warton*. in praefat. IV sq. Notitiam codd. msstorum Theocriti e Montfauconii bibliotheca bibliothecarum dedit *Reiske* in tom. II. edit. pag. 8 sqq. Haud pauci codices instructi sunt scholiis aut glossis. Scholia autem, quae nunc habemus, confarcinata sunt e commentariis antiquiorum grammaticorum et interpretum, et deinceps in compendium redacta, ab aliis serioribus grammaticis aut interpretibus graecis, modo ex superioribus commentariis, modo ex suo penu locupletata. Atque ante tempora Eustathii, qui laudat τὰ εἰς Θεόκριτον, collectanea in *Theocritum*, et pag. 1685, 37. edit. 1550. memorat ὑπόμνημα Θεοκρίτου, istam collectionem et contractionem factam fuisse, colligi potest. Hinc alii codices praebent pauciora, alii vberiora scholia. Plura de illis disputat *Warton*: in notitia scholiorum Theocriti pag. 135 sqq. tom. I. editionis: praecipue pag. 137. nr. 7. vbi multa proferuntur exempla omissorum aut additorum in codd. scholiorum. Memorantur autem veteres graeci interpretes, *Theo*, *Amarantus*, qui scripsit ἔκδοσιν Theocriti, *Asclepiades*, Myrleanus, *Munatus*, *Neoptolemus*, *Nicanor*, *Cous*, (vid. ad idyll. VII. 6. et supra in vol. I. pag. 517.) *Amerias*, *Macedo*, (vid. scholia, a Warton edita, ad idyll. I. 32. 92.) et forsitan quoque *Eratosthenes*: in quinto quidem codice Vaticano argumentum idyllii XII. inscribitur Ὑπόθεσις Ἐρατοσθένους. Conf. paullo infra, vbi editio Calliergi recensetur. Per hos igitur criticos et grammaticos multosque librarios fieri potuit, vt inature existeret lectionis varietas et deprauatio, atque dialecti confusio. Sed ipsorum codd. notitiam, quantum fieri potuit, dabimus.

*Romae* in bibliotheca *Vaticana* e tredecim codicibus varias lectiones, glossas, atque scholia, partim antea inedita, collegit Sanctamandus, et Warton publicauit: quorum posterior in praefatione pag. IV sq. in nota 7. singulos, qui saepius alios quoque continet auctores graecos, curatius describit. Plurimi illorum aliquot tantum idyllia, eaque vario ordine pro lubitu librarii disposita habent. Codex IX. praebet quoque Βῶμον, quem Salmasius primum edidit, nec non *Securem* vtramque cum scholiis et glossis, atque scholia in *Syringem* cum *Moschi* Europa. In cod. X. *Bionis* epitaphium Theocrito tribuitur; est quoque in eo *Syrinx*. — Cod. romanum bibl. Cardinalis, *Ottoboni*, idem Sanctamandus contulit. — In cod. quondam *Palatino*, nunc Vaticano, qui continet epigrammata et alia poemata, sunt quoque Σύγγρηξ Θεοκρίτου, καὶ Πτέρυγες Σιμπίου, Δασιάδα Βωμός vid. *Brunck*. analecta etc. tom. I. praefat. pag. X et XI. ac pag. XXVI. de apographo.



*Florentiae* in biblioth. Medicea f. Laurentiana sunt plures codd. E tribus codd. V. L. scholia et glossas habuit Sanctamandus, (vid. Wartonii praefat. pag. V sq.) Reiske vero e quatuor codd. excerptas V. L. ab Abrahamo Gronouio Leida ipsi missas. *Baudinius* in catal. codd. graec. sequentes indicat et vberius describit. tom. II. pag. 81. nr. 4. idyllia XIII. cum argumentis et scholiis marginalibus ac glossis interlinearibus, quae quidem desinunt in idyllio VII. — pag. 91. idyllia IV. — pag. 98. nr. 2. idyllia VIII. cum vita poetae, quibusdam scholiis in principio et glossis interlinearibus. — pag. 141. nr. 3. idyllia XVIII. diuerso ordine, cum glossis interlinearibus, argumentis, et aliis quibusdam in principio de dorica dialecto. — pag. 197. *Theocriti Syrix*, cum titulo ἡχημα μυσῶν ἢ Θεοκρίτου Σύριγγος, cum fragmento idyllii, quod inscribitur Δίσκοσσοι et aliis XVI. idylliis, diuerso ordine, in his Δισχίνας ἢ Θεώνυχος et epitaphium Bionis, Theocrito adsignatum: argumenta et alia acceperunt. — pag. 203. idyllia XXVIII. cum argumentis, quae interdum ab editis discrepant, scholiis nonnullis et glossis interlinearibus: additur *Syrinx*. — pag. 205. idyllia XVIII. cum *Syringe* et *Ara* vitaeque Theocriti, et nonnullis scholiis atque argumentis. codex fuit Angeli Politiani. — pag. 210. nr. 5. idyllia XV. cum argumentis et scholiis vberissimis. Praecedit *Artemidori*, grammatici, super collectione bucolicorum poematum breuis enarratio. Sequitur *Ala* f. πτερόγιον. — pag. 458. nr. 4. scholia anonymi in aliquot idyllia. — Tom. III. pag. 427. idyllia VIII. cum scholiis aliquot breuibus. — pag. 368. nr. 2. idyll. I et II. et pars quinti cum glossis et scholiis. Citatur quoque Theocritus in florilegio sententiarum (tom. I. pag. 254.) et in violar. compos. (ibid. pag. 549.) — *Florentiae* in biblioth. monasterii Benedictin. B. M. bucolica, duo codd. quos contulit Sanctamandus. adde *Montfaucon* in diario italico pag. 369 et 370. — *Patavii* in museo Nicolai Triuisani, et museo Philippi Thomasi, teste *Montfaucon*. — *Mediolani* in biblioth. Ambrosiana, nouies cum scholiis, ter cum notis et Lampridii, (vbi dicitur, an *Artemidori*?) expositio in Theocritum. teste eodem *Montfaucon*, in Biblioth. bibliothecarum pag. 504. 519. 524. adde eiusdem diarium italicum pag. 17.

*Venetis* in biblioth. D. Marci, teste catalogo MSS. graecorum, pag. 247. idyllia IX. priora cum vita Theocriti. — pag. 252. idyllia XVIII. priora cum scholiis marginalibus. — pag. 274. Thyrsis cum scholiis marginalibus. — pag. 282. Theocr. Syrix cum scholiis. — pag. 284. Theocr. Syrix cum subiuncta Io. Pediasini expositione. — pag. 316. idyllia.

*Taurini* in biblioth. regii Athenaei, teste catalogo codd. gr. pag. 132. idyllia XVI. cum epigrammatibus et argumentis. Sed *Montfaucon* apud Reiskium prodit, tres codices in illa reperiri bibliotheca, et Reiske addit, in his esse vnum, quem D'Orville omnium codicum Theocriteorum praestantissimum dixisset. Dorouillius ipse, Theocritum editurus, cuius chartae seruantur adhuc Amstelodami, (vide Reiskii praefat. ad tom. I. pag. 25 sq. et Warton. pag. XII. not. in praefat. tom. I.) in animaduersionibus ad Charitonem pag. 4. ad decem codd. meliorum auctoritatem prouocat, in Vanno autem critica pag. 227. viginti Theocriteorum codd. fidem adpellat.

*Neapoli* in biblioth. Oliuetanorum Theocriti quaedam, teste *Montfaucon*. biblioth. bibliothecarum pag. 231. — ibidem in biblioth. S. Io. de Carbonaria Augustinianorum, quaedam Theocriti, auctore *Montfaucon*. in diario italico pag. 309.

*Parisis* in biblioth. regia sunt XVIII. codices MSS. qui modo plura continent idyllia, modo pauciora, tum scholiis glossisque nunc instructa nunc destituta. Brunck. et Valcken. vñ sunt Parisinorum vnus alteriusue lectionibus variis.

In *Britannia* Warton. contulit aut inspexit duo codd. Baroccianos in biblioth. *Bodleiana*, vnum inter *Laudianos*, vnum in biblioth. *Musei britannici*, Londini; duo *Cantabrigenses*.

*Matriti* in biblioth. regia, teste *Iriarte* in catal. codd. graecorum pag. 26. *Theocriti Syriax* cum glossis et scholiis, genus Theocriti aliaque prolegomena editis auctiora et ab iis diuersa atque idyllia *Theocriti*, cui in hoc cod. quoque tribuuntur Moschi epitaphium Bionis, et Moschi Europa atque amor fugitiuus. — pag. 98. epigr. in Theocritum, id, quod incipit, "Αλλος ὁ Χίος. — pag. 99. Theocriti epigr. in Hipponactem. — pag. 237. nr. 72. genus Theocriti et adnotationes (Lascaris forsā) in decem priora idyllia. — pag. 277. memoratur Theocritus cum scholiis inter eos codices, quos Mendoza ab imperatore Solimanno II. accepisse et Philippo II. legasse dicitur. — pag. 513. MSt. *Theocriti, Moschi, Bionis et Simmiae opera omnia quae exstant, cum scholiis in Theocritum et in alios. Vincentio Marinerio Valentino interprete.* — In biblioth. *Escorial.* auctore Plüero in itinerario etc. pag. 191. idyllia cum scholiis. — *Toleti* Carpetanorum est vet. cod. Theocriti, quem *Andreas Schottus* in *Observatt. human.* lib. II. cap. 50. (Hanouiae 1615. 4.) laudauit, eumque cum Pet. Pantino, *Belga*, contulit, et cap. 49. pag. 97 sq. ex illo Theocriti quaedam loca emendauit.

In bibliotheca *Leidensi*, teste catalogo, pag. 331. nr. 155. *Theocriti* idyllia a Fr. Nansio scripta, cum interlineari versione, et notis, circumquaque adscriptis, ab eodem Nansio quaedam de Theocrito incepta, pag. 329. nr. 107. — pag. 341. nr. 39. versus ex Herculisco Theocriti, item ὑπόθεσις τῆ λβ' εἰδύλλις. Ἡρακλῆς λεοντοφόρος. — pag. 397. nr. 28. Theocriti bucolica. — pag. 345. nr. 34. scholia graeca in Theocritum. — Quae in libro Vossiano ex Palatinis olim codicibus a Salmasio excerptae lectiones prostant in biblioth. *Leidensi*, earum nonnullas protulit Valcken. in sua editione.

In *Germania* cod. *Lipsiensem* ex *Vffenbachiana* bibliotheca in biblioth. *Lips.* senatus illatum, contulit Reiske (vid. praefat. ad tom. I. pag. 38.) de cod. biblioth. *Paullinae* vid. *Kochleri* emendatt. et not. in Theocritum pag. 26. — e *Gothano* quaedam enotauit *Strothus* in sua edit. — *Augustan.* Vindel. equidem consului, (vid. praefat. ad meam editionem p. XI.) De codd. *Lipsiensibus* et *Augustano* vide quoque *Loernerii* praefat. ad Hesiodum. — In bibl. *Vinariensi* custoditur exemplum Theocriti *Commelinianum*, cui lectiones ex cod. *Nicolai Stoppii* et cod. *F. V.* (forsā *Fuluii Vrsini*,) item ex edit. *Florentina* cum coniecturis et animaduersionibus alius generis adscriptae sunt. Illas protulit partim *Nicolaus Nelas* in prolusione, *Luneburgi* 1764. omnes vero Reiske, cuius praefat. ad tom. I. pag. 28 sq. et ad tom. II. p. 14 sq. conferes; et in cuius notis auctor illius farraginis incertus audit *annotator Vinariensis*.

*Vindobonae* in biblioth. *Caesaria*, teste *Lambecio* in commentar. est cod. XXI. lib. VII. pag. 119. et secundum *Nesselium* in catalogo part. IV. cod. CCXXI. nr. 4. *Ioannis Pediafmi* expositio *Fistulae*. Apud eundem *Nesselium* ibid. pag. 75. cod. CXXVII. 3. et cod. CC. 2. pag. 111. *Theocriti* idyllia quaedam. — ibid. pag. 134. cod. CCLVI. nr. 2. et cod. CCLVIII. nr. 2. idyllia quaedam cum scholiis et glossis. — ibid. pag. 143. cod. CCLXXXIX. *Theocriti*,  
Aristophanis

Aristophanis aliorumque fragmenta. — Exstat quoque cod. in biblioth. regia *Hofnienfi*, VII. Idyll. Theocr. vid. *Erichsen Catalogus* (Vdigt etc. 1786.) pag. 64.

Progredior ad *editiones*. Familiae haec sunt. Princeps *Mediolanensis* facta est mater Aldinae, quae accepit accessiones, atque edit. Calliergii, qui scholia adiecit et quaedam mutauit. Ex Aldino aut Calliergino exemplo manserunt reliquae edd. vsque ad *Henr. Stephanum*, qui Moschi et Bionis idyllia subiunxit a Theocriteis et plura immutauit. Hunc sequuti sunt plurimi, nisi ut Dan. Heinsius dorismum frequentius reduceret. Postea *Reiskius* nouam textus recensionem instituit, pluribus indignantibus. Feliciores autem Theocriti fospitatores orti sunt *Brunch*, in primis *Valckenaer*. — De praecipuis editionibus quia in commentatione de dorismo Theocriteo, editioni meae pag. XX sqq. praefixa et in Introductione in histor. L. Gr. edit. II. p. 512. vberius disputauit, breuiori de quibusdam hic esse mihi licebit.

Princeps editio est *Mediolanensis*, ann. 1493. fol. quae continet *Orationes Isocratis*, XVIII. *Eidyllia Theocriti et Hesiodi* (O. et D. De rarissima hac editione, quae multas easque egregias habet lectiones, vid. supra vol. I. de edit. Hesiodi pag. 596. Sanctamandi et Wartonii iudicium de hac editione pag. LVIII sqq. tom. I. *Valcken*. praefat. ad X. idyllia Theocriti.

Illam sequuta est *Aldina*, quam Reiskius et vero paene cuncti primam olim habuerant.

*Theocriti Eclogae XXX. genus Theocriti et de inuentione Bucolicorum. Catonis Romani sententiae paraenaeae distichi. Sententiae septem sapientum. De inuidia. Theognidis Megarense seculi sententiae elegiacae. Sententiae monastichi per capita ex variis poetis. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. Carmina Sybillae Erythraeae de Chr. J. D. N. Differentia vocis. Hesiodi Theogonia, scutum Herulis et Georgicon libri II. — Cura et studio Aldi Manucii Romani, ann. 1495. fol. mense Februar.*

Vid. Serie dell' edizioni Aldine, edit. II. Patau. 1790. 8. pag. 2 sq. supra in vol. I. inter edit. Hesiodicas pag. 597. *Maittaire* A. T. tom. I. pag. 243 sq. qui non solum recudi fecit Aldi epistolam nuncupatoriam ad Guarinum, praeceptorem suum; sed etiam ordinem idylliorum XXX. quibus quaedam admiscuntur, quae Moscho et Bioni adscribuntur, indicauit. Idem iam vidit duo diuersa exemplaria, quae in quibusdam inuicem discrepant, et in quibus tam *σύγγρογος* figura est dispar, quam idylliorum quorundam inscriptiones diuersae, quae singula vberius declarauit. Reiske pag. VI sqq. tom. I. et pag. 300 sq. tom. II. adnotat. ad idyll. XXIII. 6r. copiosus est de illa editione et duorum, quae vidit, exemplarium Aldinorum discrepantia. adde quae notauit in Introductione etc. pag. 512 sq. Fabric. habuerat exemplar, cui Dan. Heinsf. manu sua adscripsit: *ex hac Theocriti editione videntur quaedam non vulgaria in reliquis recentioribus posse emendari.*

*Bandinius* in catalog. codd. Gr. in biblioth. Medicea tom. III. pag. 424. memorat *Theocriti Idyllia XVIII.* in fol. excusa, sine vlla loci et anni nota; et opinatur, *Florentiae typis Philippi Iunctae*: quia characteres omnino similes sint aliis eiusdem editionibus, quae anno 1497. ex eius officina in lucem prodire. Idem tom. II. pag. 568. describit librum graecolatini, typis excusum Mediolani 1480. fol. in quo continentur nr. 1. 2. 3. 4. partes quaedam grammaticae: in fine: „hoc diuinum opus impressum est Mediolani III. Kal. Octobres M. CCCCLXXX. (1480.) et interpretatum per venerabilem — — — Io. Monachum Placentinum.“

centinum." tum nr. 5 et 6. sequuntur typis item excusa; sed graece tantum, *Theocriti Idyllia XVIII. et Hesiodi O. et D. graece.* Bandinius hanc *Theocriti et Hesiodi* editionem, anni indicio destitutam, ex Philippi Iuntae typographio prodierit ann. MD. (1500.) credit, auctore Michaele Maittaire A. T. tom. I. part. II. pag. 765. (qui vero tantum suspicatur, eodem caractere, quo Orpheus, Florentiae 1500.) Ego vero crediderim, vtrumque, a Bandinio memoratum, exemplum fuisse partes integrae editionis primae et antea laudatae Mediolanensis, in qua tantum fini Isocratis additum fuit indicium loci et anni. Partes autem integri operis quoniam etiam seorsum compingi poterant, integrae editionis exempla sunt rarissima; at partes, signo anni locique destitutae, hinc inde reperiri poterant. Accedit, quod in illis, quae inuenit Bandinius in bibliotheca Medicea, exemplis octodecim tantum profiant idyllia, quum tamen ante initium saeculi XVI. plenior Aldina iam comparuisset. Bandinius, haec ipsa forsitan ponderans in Annalibus suis Iuntarum typographiae Lucae 1791. 8. pristinam suam sententiam deseruit; saltem illius editionis, quam opinionis errore habuerat, Florentinae ann. 1500. nullam iniecit mentionem.

*Fabricius* in margine notauit edit. Parisiis apud Guil. Gurmontium 1513. 4. Liber dicitur *Hieronymo Aleandro Mottensi, trium linguarum doctissimo, graecus. Aureliae litteras profertenti.* Editor est *Celsus Hugo Dissutus, Cauillanus: Celticarum nec non hebraicarum apud Parrhysios interpretes.*

Θεοκρίτης Βεκολικός. *Theocriti castigatissima omnia*, Florentiae in aedibus Philippi Iuntae, 1515. 8.

Philippus Pandulfinus eam a Musuro, magistro suo, emendatam, dedicauit breui epistola graeca Euprosino Bonino, gr. et lat. doctissimo. In biblioth. Card. de Brienne fuit exemplar cum vberissimis comment. mss. Carteromachi Pistoriensis. vid. *Bandinii Annales Iuntarum typographiae*, part. II. pag. 72. In biblioth. Gudiana Fabricius vidit exemplar, manu Mureti notatum. Continet vero illa editio XXX. Eidyllia velut Theocriti, (inter quae nonnulla Bionis et Moschi sunt,) epigrammata quaedam, Fistulam, Alas, et Securim. Egregias praebuit Valckenario, illam comparanti, lectiones. Iam H. Stephanus ad eam saepe prouocat: atque editor vsus fuisse videtur bonis codicibus, forte e bibliotheca Medicea, ab Aldo non adhibitis.

Noua lux orta est Theocriti Idylliis in editione *Romana a Zach. Calliergo, cum scholiis graecis*, Romae 1515. curata et primo mense 1516. edita sumtu Cornelii Benigni Viterbiensis, et sic inscripta:

Τὰδε ἔνεστιν ἐν τῇ παρῆσθι βίβλῳ. Θεοκρίτης εἰδύλλια ἕξ καὶ τριάκοντα. Τῶ αὐτῆ ἐπιγράμματα ἑνεακαίδεκα. Τῶ αὐτῆ πέλεκυς καὶ πτερυγίον. Σχόλια τὰ εἰς αὐτὰ εὐρεσκόμενα. ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων συλλεχθέντα. 8. De hac edit. copiosus est Reiske p. XII sqq. tom. I. Ego etiam contuleram istam. Fabric. haec notauerat de ea. Primus in hac editione dedit Zach. Calliergus, quae in Aldina desiderabantur, idyllium XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII et XXIX. tum Syringem, et epigrammata XIX. et Securim, alas atque aram, sed quae non Theocriti sunt, verum Simmiae. Idem Calliergus argumenta siue ὑποθέσεις in XVIII. prima idyllia e MSS. vulgauit, et graeca scholia primus in eadem XVIII. e variis codicibus collegit et editioni suae subiunxit, vt ipse in praefat. testatur. Καὶ πρὸς τούτοις, inquit,

quit, τὰ εἰς αὐτὰ εὐρισκόμενα σχόλια, ἅτινα ἐν πολλοῖς διεσπαρμένα εὐρόντες ἀντιγράφοις πόνῳ πολλῷ εἰς ἓν συνηγάγαμεν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς τῆτο, ἐκεῖνο δὲ εἰς ἄλλο εἶχε σχόλιον. Adiunxit etiam Ioh. Pediafini commentarium graecum ad Syringem. [P] Grammatici porro illi veteres, qui Theocritum interpretati sunt, fuere Theo O, (sed cui soli scholia, quae habemus, praeter rem tribuit Fulvius Ursinus in limine Virgilii, cum graecis scriptoribus collati et pag. 86. licet Theonem in Theocritum scripsisse constitisset ipsi ex etymologico inedito in Γριπεύς,) *Amarantus*, Alexandrinus, cuius ὑπόμνημα in Theocritum laudat etymologici magni auctor in Διεκρανάσατε. Hisce addi potest *Amerias*, de quo e scholiis, in Theocritum ineditis, mentionem facit Casaubonus cap. i. lect. Theocrit. tum qui in scholiis vulgatis laudantur *Asclepiades*, *Munatus*, *Neoptolemus* et *Nicanor Cous*. Ex horum et aliorum plurium doctissimis scriptis collectus est iam olim commentarius in hunc poetam, de quo Eustathius intelligit, cum τὰ εἰς τὸν Θεόκριτον laudat. *Vinam exstaret*, inquit idem Casaubonus, cap. 2. *illa prior collectio mera et integra, ea quidem lege, ut, quaecumque recentiorum imperitia illi de suo appinxit, omnia deleterentur. Nam quae hodie circumferuntur, quid sunt aliud, quam πολλά μὲν ἐσθλά, πολλά δὲ λυγρά.* Ex scholiis ineditis in Theocritum profert quaedam idem vir doctus cap. 10. et 12. Veterem scholiasten ἀνέκδοτον in Theocriti αἴτην laudat *Salmasius* ad Aram Dosiadae pag. 151. *Marianum* quemdam Anastasii, imp. temporibus metaphrasin graecam Theocriti composuisse iambis 3159. testatur Suidas. [Multo plura scholia Sanctamandi industria eruit e codd. et promulgavit Warton.]

[Reliqui editores vsque ad Stephanum ita sequuti sunt siue Aldinum siue Callierg. exemplum, ut quaedam vitia vel ingenii felicitate corrigerent, vel negligentia aut incuria cum sua, tum maxime operarum, auferent.]

*Theocriti idyllia.* Graece. Lowani apud Theodorum Martinum Alostenfem M.D. XX. (1520.) 4. mense Ianuario. cum notis mssis in bibl. Bodleiana. — eadem, ibidem apud eundem 1528. 4. — graece per *Cels. Hugonem* apud Egid. Gourmont f. a. 8. in cat. Ernelli, p. 167.

*Theocriti idyllia.* Graece. apud Andr. Cratandrum Basil. 1530. 8.

Editio admodum rara. Torinus autem operis praefuisse, et in corrigendis mendis typographicis Cratandro operam locasse videtur. vid. *Reiskii* praef. pag. XVII. De altera Cratandri editione postea differemus.

Θεοκρίτε Εἰδύλλια, τῆτ' ἐστὶ μικρὰ ποιήματα ἕξ καὶ τριάκοντα. Τῆ αὐτῆ Ἐπιγράμματα ἑνεακαίδεκα. Τῆ αὐτῆ Πέλεκος καὶ Πτερύγιον. In calce: ἐνετυπώθη ἐν ἀγαυῶν παρὰ Ἰανῶ τῷ Σεκερίῳ. ἔτετι ἀπὸ τῆς Θεογονίας. α. φ. λ. Haganoae apud Ioan. Secerium 1530.) 8.

Addita est, aut in meo quidem exemplo praefixa, quae suam habet inscriptionem peculiarem, versio latina, huius sententiae:

*Theocriti Syracusani idyllia triginta sex, latino carmine reddita, Helio Eobano Hessō interprete. Haganoae per Ioan. Secerium anno XXX. (1530.) mense Nouembri.*

Fffff 3

Hanc

t) *Ruhnken.* in praefat. ad Hesychium vol. II. pag. 1X. ex Etymologico inedito bibliorh. regiae ostendit, Theocritum *Theonis* commentariis esse

illustratum, et de illius ac Didymi lexico et comico et tragico disputat. Adde supra in notitia codd. MSS. ab initio. *Hart.*

Hanc rarissimam editionem non satis accurate indicavit Fabric. in vol. XIII. B. G. pag. 507. inter scripta Ioachimi Camerarii. Nec Warton in nota ad Sanctamandi notitiam de prima edita pag. 59. nec pag. 235 sq. in nota certum dicere potuit: plurimi autem vel plane omiserunt eam, vel mancanti falsamve habuerunt illius notitiam. Quare paucis agam de illa. Graeco contextui praemissa est graeca Ioachimi Camerarii epistola ad Georgium Helium: in hac praeter alia memorat, se post Idyllia Theocriti lecta incepisse graecam amare linguam, et se, antiquis exemplaribus destitutum, quantum fieri potuerit, emendasse Theocritum: in breui praefatione, graece scripta, indicat, carmen in Adonim, esse Bionis, et idyll. in Bionem, Moschi carmen, (quae pluribus repetit ab initio illorum idylliorum,) Dioscoros autem, quod carmen sit magis ionicum, Theocritum non habuisse auctorem videri. Hinc inde margini adpersit emendationes, aut versui subiecit breues notas, praecipue grammaticas. Quod vero caput rei est, et de quo Warton incertus varia disputavit, ex hac editione patet, Camerarium fini idyllii 24. (sive 21. secundum ordinem Aldinum) versus triginta et sex, totidem initio sequentis idyllii adiecit. In exitu enim prioris legitur: Λείπει τὸ τέλος τῆ παρόντος εἰδύλλιος, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆ ἐπομένης, ὅπερ ἔξανύει ἐπιγράφεσθαι, ἡρακλῆς λεοντοφόνος. Τὸ δὲ ἐλλείπον ἀνεπλήρωσεν Ἰωαχέμμος ἐν τέτραις.

Καθὼ δὲ εἰ κἀμῶν χωρὶς ἑσπυλοῖο μετ' ἄγαν etc.

Initio autem sequentis praefigitur: Τέτρε δὲ τὴν ἀρχὴν προσέθηκε Ἰωαχέμμος τοιαύδε' et vers. 36. subiicitur. Ταῦτα Ἰωαχέμμος. Eobanus autem Hessus margini Idyllii XXXII. adscripsit: Huic idyllio principium, sicut et praecedenti finis deerat, quod et ipsum a Ioachimo Camerario scriptum, atque huc adpositum nos ita vertimus. — Eadem exstant in editione Francofurtana ex officina Petri Brubachii 1545. 8. quae mera est superioris editionis repetitio: de qua postea disputabimus, et quaedam, at minus plene notavit Wartonus, praefat. p. X. not. 6. et in Sanctamandi iudicio de principe edit. p. 58. not. vbi praeterea editionem versionis tantum latinae: *Theocriti Syracusani Eydillia triginta sex latino carmine reddita Helio Eobano Hesso interprete* etc. Parisiis, apud Iac. Bogardum 1556. (sic vitiose, an 1546?\*) 12. memorat. Idem Warton in nota ad pag. 235 sq. tom. I. et II. pag. 276. de eadem edit. 1545. paucis agit. Erravit autem, arbitratus, in versione Eobani latina, ann. 1545. edita, primum comparuisse illa Camerarii supplementa. Iure tamen miratur pag. 236. tom. I. qui factum sit, vt Scaliger in Emendat. ad Theocritum pag. 229. edit. Commelin. proferret supplement. ad principium Herculis λεοντοφόνος, constans versiculis triginta et octo, et ad finem Heraclisci supplement. constans versiculis triginta et sex, nec agnosceret nomen Camerarii, sed coniceret, ab ignoto quodam poetastro id esse confictum. Immo suspicatur Warton, Ioachimum Camerarium tantum descripsisse atque edidisse. Enimuero Camerar. clare scripserat, se suppluisse atque adiecit. Id tamen notandum est, et Scaligerum edidisse id supplementum, quatuor versiculis auctum, et Wartonum reperisse duo illa supplementa, IV. versibus locupletata, in folio quodam, manu exarato, inscripto, adhaerentique his idylliis apud H. Stephani graecos poetas heroicos: vbi dicebantur transcripta fuisse e veteri codice episcopi Melitani.

u) Atque hoc anno in Stollis Nachricht von seinen Büchern II. pag. 673. signatur illa editio, et in Osmont Diction. typographique tom. II. pag.

252. vbi vero inscribitur: *Theocr. Eydll. XXXVI lat. carmine ex interpret. Eob. Helli. graeco et latine. Paris. 1546. 16.*

*ftani.* An igitur Camerarius fraudem fecit? Equidem definire non aufim. De aliis Camerarii et versionis Eobani editionibus postea sermo erit.

*Theocriti Idyllia*, ex editione Albani (s. rectius, Labani) Torini. Graece, Venetiis 1539. 8.

Est igitur mera, eaque vitiiis typographicis deturpata, repetitio editionis Cratandrinae. Labani quidem, Cratandro operam forsitan nauanti, praefatio est praefixa. vid. *Reiske* praef. pag. 16 sq. et *Maittaire* A. T. III. part. I. pag. 305. qui *Labani Torini* praefationem in nota fecit recudi. Sed diuersa reperiuntur exempla. Alia, forte culpa compactoris librarii, destituta sunt scholiis graecis; quale fuit in bibl. Pinelli, (tom. II. catal. pag. 303.) et apud Fabricium: alia iis vtique praedita sunt, quale fuit exemplar Ernestinum, quo vsus est Reiske; et id, quod indicat *Maittaire* lib. mem. Tum aliis adhaeret versio latina: in exemplo quidem, quod fuit in bibl. Pinelli, addita fuit versio latina, separatim edita: *Eadem* (idyllia) *latine reddita a Io. Trimanino*. Venetiis 1539. 8. Alia carent illa. Vocatur autem illa Veneta etiam *Salamandrina*, quoniam insigne gerit Salamandram, in flammis viuacem, et hanc subscriptionem, *Venetiis apud Salamandram*, in vtroque titulo, tam in illo, qui verbis poetae graecis, quam, qui scholiis praefixus est. In calce legitur haec subscriptio: *Venetiis in aedibus Bartholomaei de Zanettis a Castorzago anno a partu virginis 1539*. Inest ei Bipennis et Ala et Ara: sed deest Syrix. Scholiis tamen Pedasimi ad Syringem non caret. — In catalogo bibl. Tigurinae haec editio sic notatur pag. 496. *Theocr. idyll. gr. cum scholiis graecis, versio metrica et scholiis Eobani Hessi*.

*Theocr. Idyllia h. e. parua poemata XXXVI. Eiusdem epigr. XIX. Eiusdem Bipennis et Ala.* Florentiae per Benedictum Iuntam M. D. XXXX. (1540.) 8. graece.

Θεοκρίτου Ειδύλλια τῆς ἐς ἑκατὸν ποιήματα ἐξ ἑκατὸν τριάκοντα. — *Theocriti idyllia, hoc est, parua poemata XXXVI. Eiusdem epigrammata XIX. Eiusdem Bipennis et Ala. Praeter haec, accessere scholia utilissima Zachariae Calliergi, haecenus paucis visa.* Basileae M. D. XLI. (1541.) 8. in calce: *Basileae per haeredes Andr. Cratandri*.

*Hieronym. Gemusfacus*, in officina Cratandri operis praefuit, (vid. *Maittaire* A. T. II. part. I. pag. 116) Hic igitur praefatus est huic editioni, haud admodum frequenti, et in peccatis tantum typographicis tollendis praecipuam operam collocasse videtur. In margine hinc inde adparent alterius, aut emendationes, aut lectionis varietas. Sic in vita Theocriti graeca ἀκρῆς Φιλιαπιάδης dicitur Theocritus; at in margine melior lectio Φιλιατᾶ notatur. In catal. librorum Burm. II. in calce pag. 44. notatur editio: *Theocriti idyllia gr. et lat.* Basl. 1541. 1531. et lat. per Eoban. Hessum et per A. Iustinopolitanum, Venet. 1539. cum notis MSS. M. Lydii.

*Theocriti Idyllia etc. Venetiis ex officina Farrea.* M. DXLIII. (1543.) 8.

Est e priore Veneta ita ducta, vt praefatio Labani Torini repeteretur et vitiiis typographicis superaret illam. Quare *Moursus* III. 17. attic. lection. eam praeter rem laudauit. Quod addita Calliergi scholia suam habent inscriptionem, accidit, vt nonnullis exemplaribus, e. g. Ernestino apud Reiskium, qui l. c. multus est de illa editione mendosissima, adhaereant illa, nonnullis desint. In bibl. Pinelliana l. m. fuit tantum pars, quae continet scholia, a Calliergo collecta.

collecta. — *Venetam* nescio cuius? editionem ann. 1545. 8. notatam, reperies in Marq. Gudii biblioth. pag. 262. nisi error fuerit scriptoris aut typographi.

*Theocriti Idyllia; Epigrammata; Bipennis et Ala.* graece. apud Christian. Wechelum sub scuto Basil. in vico Iacobaea etc. Paris. 1543. 4. Maitt. A. T. III. p. 354. — *Eadem* graece cum Eobani Hessi versione etc. Paris. apud Guil. Morelium. 1550. 4. (Maittaire A. T. III. pag. 592.) — *ibid.* 1561. 4. teste Fabricio et Warton. qui in praef. pag. X. hanc Morel. vocat mendosissimam. Graecum tantummodo contextum praebet exemplar, quod est in biblioth. publ. Bernensi, teste catal. pag. 370. tom. I.

*Eadem*, cum scholiis, a Calli ergo collectis, a *Ioachimo Camerario*, gr. Francof. 1545. 8. per Petr. Brubach.

Latina *Eobani Hessi* versio ibidem eodem anno prodiit: at quod illa quoque peculiarem habuit titulum, modo ea pars, quae graecum continet textum, in quibusdam exemplaribus, vt in Pinelliano, tantummodo reperitur; modo ea pars, quae praebet tantum versionem, indicatur. vid. Warton. locis citatis, et ad ann. 1530. Sed edit. 1545. eundem verbatim praese ferre titulum, cum sequenti, quam tamen non vidit, Warton. adfirmat ex Maitt. A. T. III. pag. 628. vbi tamen more sueto plena inscriptio non redditur. At, quoniam habeo illam, en integrum titulum!

*Ἐπεὶ* — *Theocriti Eidyllia, h. e. parua poemata XXXVI. Eiusdem epigrammata XIX. Eiusdem Bipennis et ala. Praeter haec et latina versio carmine non infeliciter reddita per H. Eobanum Hessum, et Ioach. Camerarii scholia non inerudita accessere.* M. D. LIII. (1553.) 8. — Addita versio latina, separatim excusa, ita est inscripta: *Theocriti Syracusani Eidyllia triginta sex, latino carmine reddita, Helio Eobano Hesso interprete. Accesserunt recens Theocriti genus ac vita; de inuentione ac discrimine Bucolicorum carminum. Item singulis Eidylliis singula argumenta, a quodam graece latineque erudito latinitate donata.* Francoforti ex officina Petri Brubachii M. D. LIII. (1553.) 8.

Haec edit. ab ea, quae 1530. prodiit, ita differt, vt scholia Camerarii, et variae lectiones, quae in prima edit. suo quaeque loco modo margini adscripta, modo statim versui subiecta leguntur, in hac edit. cuncta simul ad calcem scholiorum vet. graecorum relegata sint: tum vt duo supplementa, quae Camerarius in pr. editione idylliis graecis adiecerat, in hac edit. graece et latine additae Eobani integrae lat. versioni, suo quoduis loco, inserta deprehendantur. Sed huius anni editio vel nouum tantum accepisse videtur titulum, vel ita repetita, vt paginis prioris edit. ann. 1545. responderet: id, quod tum ex nota 2. Wartonii praef. pag. 14. colligo, vbi ille, „Dioscuros, ait, Theocrito non conuenire, credidit Io. Camerarius — ad calcem editionis suae Theocriti, Fabricio non cognitae, 1545. pag. 195.“ quae eadem est pagina in hac edit. ann. 1553. tum, quod Warton. tom. I. pag. 235. not. scribit, Camerarium supplementa duo primum edidisse in versione latina Eobani Hessi ann. 1545. signatura M. quod plane quidem respondet edit. 1553.

*Theocriti Idyll.* — cum scholiis gr. a Calli ergo collectis et Io. Pediafimi commentario in Syringem, edente Guil. Xylandro Francof. apud Petr. Brubachium 1558. 8. graece.

Repetitio superioris editionis, sed a Xylandro correctae, esse videtur. Saltem Reiske in praef. pag. XX. ita iudicat: „in praefatione Xylander ait, ei se non adfuisse modo, sed



et quodammodo praefuisse: ex quo se sperare, suam editionem omnium superiorum esse emendatissimam. Et est sane, pro ratione istorum temporum, haud contemnenda. Reperi in ea quasdam emendationes, quas antea existimaueram a Stephano profectas; sed sunt a Camerario, aut a Xylandro profectae. Idylliis illis, quae scholiis antiquis carebant, Xylander graecas, ut ipse adpellat, ἀποσημειώσεις adiunxit; quae quia breues sunt, et non plane infructuosae videntur, ideo eas adiungam huic quoque editioni, et in fronte secundi voluminis ponam. — Atque in II. vol. pag. II sqq. recepit illas. Warton quoque laudauit istam editionem.

*Interpretatio Eidylliorum Theocriti, dictata in academia Witebergensi a Vito Vuinsenio. adiecta sunt et scholia, quibus loca difficiliora explicantur. Accessit — index. Francoforti per Petrum Brubachium. In calce: Franc. ex offic. Petri Brubachii M. D. LVIII. (1558.) mense Iunio. 8. — Praefatio scripta est mense Aprili anno 1558.*

Singula idyllia, in his ea etiam, quae Theocritum non agnoscunt parentem, praefertim priora, in particulas minutas dissecta, obseruationibus, maximam partem grammaticis, interdum botanicis, rarissime criticis, illustrantur. — *Mongitor.* memorat versionem Vuinsenii lat. Francof. apud Michael. Neandrum 1536. — apud Petr. Brumachium, (sic, sed leg. Brubachi.) 1553. 8. quarum editionum fidem equidem praestare non possum.

*Theocriti idyllum primum, graece, cum graeca paraphrasi et annotationibus Federici Iamotii. Paris. apud Martin. Iuuenem. 1552. 4. vid. Freytag adpar. litterar. tom. III. p. 565 sq.*

*Scholia Michaelis Toxitae Rheti poetae — in Theocriti idyllum primum. Ex scholiis Ioannis Sturmii. Tiguri excudebat Iac. Gesnerus. Datur epistola nuncupatoria, Argentorati 1562. in qua dicitur, Martinum Crusium haec prius edidisse, sed multa hic Michaelem Toxitam de suo Sturmianis addidisse, adnotante Wartonio pag. X. praefat. Sed vide infra, post indicem versionum.*

*Anthologicum graeco latino, h. e. insigniores flores seu sententiae, decerptae ex Hesiodo, Theognide, Pythagora, Phocylide, Arato et Theocrito — et in locos prope bis centum digestae, cum expositione, vsu et accommodatione singulorum in margine etc. per Mich. Neandrum, Sorauiensem. Basileae per Io. Oporinum. 1556. 8.*

Hinc inde modo pauciores, modo plures versus Theocriti excerpti, et in margine paucis verbis illustrati sunt. In prolegomenis pag. 43 — 45. de vita et carminibus Theocriti quaedam, at vulgaria, notantur.

Nouam editionum familiam duxit *Henricus Stephanus*, qui ordinem Aldinum, a reliquis editoribus vsque ad illum seruatum, mutauit, carmina, quae Moschi et Bionis foetus partim iam a Camerario aliisque iudicabantur, seiunxit a Theocriteis, et, non e codd. sed ex Aldino, Callieg. et Florentino, etiam Parisino, exemplis, suoque, quod omnino sagax et acutum erat, ingenio textum constituit, dorismo saepius spreto: at eius audacia ab audaci Reiskio praef. pag. XXI sqq. valde culpata est, quamquam merita eius, quae multa magnaque fuerunt, etiam a Reiskio iure praedicantur. Bis autem Stephanus bene mereri studuit de Theocrito. Primum in *Principibus poëtis graecis heroicis carminis*, Paris. 1566. fol. part. II. pag. 183 sqq. locum dedit Theocriteis, nulla adiecta versione latina, et praef. p. XXXIX sqq. plura loca grammaticae, imprimis criticae explicuit. Stephani obseruationes Reiske in

altero editionis suae volumine recudi fecit. — Tum quibusdam locis nouam adtulit Stephanus manum medicam et emendationes, in maiore editione propositas, nouis locupletauit in minore edit. inscripta:

*Theocriti aliorumque poetarum idyllia. eiusdem epigrammata. Simmiae Rhodii Ouum, Alae, Securis, Fistula. Dosiadis ara. Omnia cum interpretatione latina. In Virgilianas et Nas. imitationes Theocriti Observationes H. Stephani. Excudebat Henr. Stephanus. a. M. D. LXXIX. 12.*

Continet praeter Theocriti, Bionis ac Moschi idyllia, gr. et lat. exhibita, etiam versiones alias Bionis et Moschi latinas, a Laur. Gambaro, Politiano, ipsoque Stephano et Eobano Hesso factas, tum poemata et fragmenta variorum poetarum graecorum, Orphei, Lini, Rhiani, Panyasidis, Tyrtaei, Solonis, Mimnermi, Posidippi et aliorum; denique eruditas Stephani observationes in Virgilianas et Nasonianas Theocriti imitationes, eiusdemque emendationes quorundam Theocriti locorum. vide quoque *Freytagii* Apparatum litterar. tom. III. p. 563 sqq. — In bibl. Bodleiana tom. II. p. 579. voc. *Theocr.* prostant: *Idyllia quaedam*, gr. lat. per Henr. Steph. Paris. 1577. 8. — et idyllia quaedam lat. per H. Steph. ibid. 1556. 4. — Quo auctore fretus Mongitor citauerit edit. H. Stephani graec. 1561. 4. — cum eiusdem notis 1586. 12. et latinam quorundam idylliorum versionem cum Moscho et Bione 1555. 4. equidem nescio: sed saepius errauit in enumeratione editionum.

Stephanum, cuius recensio basis facta est reliquarum vsque ad Reiskium editionum, vt plurimum sequitur *Io. Crispinus* in collectione:

*Vetustissimorum authorum graecorum, Georgica, Bucolica et Gnomica poemata, quae supersunt, Hesiodi O. et D. Theocriti, Simmiae, Moschi et Bionis idyllia et epigrammata etc. gr. et lat. ex edit. Io. Crispini. Geneu. apud Eustach. Vignonem. 1569. 12. et saepius. vide supra, vol. I. pag. 602. in catalogo edit. Hesiod. \*) quibus addes edit. Geneu. sumtib. Io. de Tournes. 1639. 12. in cuius calce legitur *Is. Hortiboni Theocriticarum lectionum libellus*. — *Isaaci autem Hortiboni* \*\*) lectiones ingenio, sagacitate et eruditione Casauboni dignissimae, primum, quantum equidem scio, comparuerunt in editione *I. C. (Iacobi Crispini)*, inscripta*

*Θεοκρίτου — Theocriti, Simmiae, Moschi, et Bionis Eidyllia et epigrammata, quae supersunt. cum Masaei poemato: omnia graecolatina et exposita. (Geneuae) f. a. 12.*

Conf. quae notavi in Introductione in hist. L. Gr. I. pag. 515 sq. *Casaubonus* pag. 363 sq. in epistola ad H. Stephanum, scripta VI. idus Augusti 1584. mitto, ait, ad te, quae superioribus his diebus Eustathii Vignonis dignissimi typographi mihi que amicissimi rogatu, in quosdam Theocriti locos scripsi. Tum memorat, se schedas suas collegisse atque ex scriptis duobus

v) Crispinus se a Francisco Porto, Creteni, adiutum praedicat, versionem castigauit et adiunxit adnotationes. Fabric notauit, in editione Geneuae 1634. 12. existare *Is. Casauboni* Lection. Theocriticas quae forsitan eadem est, quam postea sine anni nota significauit.

w) h. e. *Casauboni*, a veteri gallico vocab. *Casa*, quod denotat hortum, et *bonus*. Vnde sinxit nomen *Hortiboni*.

duobus exemplaribus, altero Theocriti, altero scholiastæ exarasse suas animaduersiones. Vt Crispinus ab initio paucas in Theocritum notas criticas dedit, ita post indicem spicilegium obseruationum criticarum in quinque priora idyllia ex schedis praecipue manu exaratis, quas Galeus communicarat, est collectum, et Pediasimi explicatio in Theocriti syringem adiecta. Post ea *Casaubonus* lectiones suas retractauit, plane immutauit et insigniter auxit. In priore enim editione consistit libellus capitibus septemdecim; contra capitibus viginti et duobus in altera editione, separatim euulgata et inscripta:

*Isaaci Casauboni Theocriticarum lectionum libellus. Editio altera, uberior et melior.* Ex typographico Hieron. Commelini a. c. 1596. (1596.) 8.

Pars esse videtur edit. Theocriti Commel. huius anni. — Repetita est ex priore editione Cas. epistola ad H. Stephanum. Et tamen prior eaque manca Lectionum etc. editio recusa est in editione, *vetustiss. authorum Georgica* etc. memorata. Geneuae 1639. 12. — Alteram vero eamque plenioram editionem Heinsius, et, ex huius exemplo, Reiskius in suis Theocriti edit. recudendam curauerunt.

*Theocrit.* gr. Wittebergae, excud. Zachar. Lehmann. 1582. 8.

*Theocriti idyllia aliquot, graece; in quibus quae ad hanc usque diem desiderabantur, vetustorum exemplarium ope restituta sunt.* Lutet. apud Fed. Morellum. 1585. 4.

*Maittaire* A. T. III. pag. 793. dedit partem praefationis, graece scriptae, ex qua intelligimus, deesse Herculeum, laudem Ptolemaei Philadelphi, Charites, Herculem, leonis interfectorem, Oarystem et Moschi epitaphium Bionis, et Morellum accepisse cod. mstum a Francisco Rupiphicaldio, Camerarii autem supplementa omisisse.

*Theocr. idyllia quaedam cum Orphei prognosticis, interprete Io. Ant. Baifio, graec. lat.* Paris. apud Morel. 1586. 4.

*Theocr. opera cum emendationibus Ios. Scaligeri et Isaaci Casauboni.* gr. et lat. in bibliopolio Commeliniano. 1596. 8. cum Bione et Moscho, vid. Catal. Burm. II. p. 185. In catal. bibl. Hesselianae, part. II. pag. 77. et alibi citatur edit. *Theocriti idyllia et epigrammata cum MSS. Palat. collata. Moschi, Bionis, Simmii opera.* e typographico Hier. Commelini. 1596. 8. graec. et lat. — Ibidem in catal. Hessel. occurrit editio huius sententiae: *Theocriti, Simmiae, Moschi et Bionis idyllia et epigrammata, omnia graeco latina.* παρὰ Κεωτίω α Φ' ό. (1570.) 8.

Θεοκρίτης — *Theocriti Eidyllia, h. e. parua poemata XXXVI.* — Pindari, Lyricorum principis, Argonautica cum expositione grammatica de ore Michaelis Neandri excerpta. 1596. (Lipsiae,) Impensis Iac. Apellii, bibliop. in 8.

Neandri notae sunt pueris scriptae.

Θεοκρίτης Ειδύλλια ἔξ καὶ τριακοντα. Ἐπιγράμματα ἑνεακαίδεκα, πελέκους καὶ περζύγιον. Paris. ex typographia Steph. Prevosteau. 1600. 4. Maittaire A. T. indic. pag. 282. voc. *Theocritus*.

Scholia graeca in *Theocriti idyllia*, per Z. Calliergum, e typogr. Commelin. 1601. 8. Menken. catal. I. pag. 161. nr. 1761.

*Theocriti Idyllia et epigrammata; Moschi, Bionis et Simmiae, quae exstant, graece cum interpretatione latina. Accedunt notae et emendationes Ios. Scaligeri, Is. Casauboni, Dan. Heinsii in Theocritum.* (item scholia graeca separatim exculsa, atque Heinsii Grotiique metaphrasis latina poetica quorundam idylliorum.) Heidelbergae in bibliop. Commeliniano 1603. 8.

Heinsius, Stephanum maximam partem sequutus, in dialectis nonnulla mutauit aut suavit, adeoque communia ad dorismum frequenter reuinxit. — *Dan. Heinsii* emendationes et notae ad Theocritum ex offic. Commel. 1603. ab gr. textu separatae, et seorsum editae reperiuntur. [8. Accesserunt Epigrammata eiusdem et Idyllia quaedam ab eodem et Hugone Grotio ita translata, ut versus versus respondeat: Decima item Maronis ecloga ab eodem et Ios. Scaligero dorice reddita: alia item non pauca.] vid. Menkenii catal. part. I. p. 160. — De illa autem editione, mendis typographicis oppleta, ipse Heinsius in litteris ad Eliam Putschium, datis 22. Martii ann. 1604. ita conquestus est: *Hosiodum meum* ann. 1601. cum praefat. Abr. Sculteti, tibi mitto, breui Theocritum missurus, qui eadem forma, (in quarto,) cum animadversionibus nostris triplo auctioribus et graecis glossis excuditur. Ita videlicet Germani vestri nobiscum, si diis placet, egerunt, ut remedium statim a noua editione petendum sit. Nescio, an editionem Heidelbergensem videris: exemplaria enim omnia his nundinis supprimenda Commelinus curauit. Numquam vidisti facinus impudentius; nihil foedius, aut in quo maioris negligentiae specimen typographi dederunt. — Rei-ke hanc tantum modo editionem adhibuit et valde spreuit: at Valcken. aequius iudicauit de ingenio operaque Heinsii.

Editio altera *Heinsiana* est longe loculentior et lucupletior, de qua egi in praef. ad Theocr. pag. XXIII sq.

*Theocriti, Moschi, Bionis, Simmiae, quae exstant opera, graece et latine; cum graecis in Theocritum scholiis, (contextui statim subiectis,) et indice. Acc. Ios. Scaligeri, et Is. Casauboni notae et lectiones, et cum notis (longe vberioribus, sub titulo Theocriticarum lectionum) Dan. Heinsii.* (Heidelbergae) apud Commelin. 1604. 4.

*Heinsium*, virum omnino doctum et sagacem, dum acumen perpetuo sectatur, inanem non raro ἀρετῆς ostentare notat Io. Clericus tom. I. artis criticae pag. 102. Iudice autem Huetio epist. ad Iac. Larium (in collectione Tilladeti II. pag. 270.) Heinsius vix quicquam agit, quam alios magno fastu deprimere, ipse ἀρετῆς et magno conatu nihil agere. At tamen Heinsianam textus constitutionem multi editores propagarunt.

*Theocr. idyllia et epigrammata*, gr. (ex recensione Stephani,) et lat. in Iac. Lessii corpore poet. heroicorum, Geneuae 1606. fol.

*Theocr. idyll. aliquot cum vers. metrica, explicata a M. Henr. Rumpio.* Hamburg. 1617. 8.

*Vetustissimorum poetarum Hesiodi, Theocriti, Theognidis, Moschi, Musaei, Bionis, Phocylidis et aliorum opera, Georgica, Bucolica, Gnomica. graecis et lat. Omnia notis suo loco necessariis illustrata et indicibus locupletata.* Paris. 1628. 8. apud Io. Libert.

Singulis fere auctoribus suis titulus positus est, ann. 1627. signatus. Sic occurrit haec eadem editio aut potius pars illius, inscripta, *Theocriti, Simmiae, Moschi, Bionis et Musaei quae exstant* etc. ann. 1627. in catal. Askew pag. 142. nr. 3502. et in cat. Pinelliano tom. II. p. 304. nr. 4220. Omnibus autem, iunctim editis, praefixum est folium, ann. 1628. notatum.

tatum. vide supra in vol. I. pag. 604. Vtroque anno exemplar signatum in bibl. Vffenbach. tom. I. pag. 679.

*Poetae minores graeci. Hesiodus, Theocritus, Moschus, Bion, Simmius etc. Acc. etiam Observationes Radulphi Wintertonii in Hesiodum. graec. et lat. Cantabrigiae 1628. 1635. etc. 8.*

Editionem ann. 1628. indicavit quidem, et singulorum poemata, in hanc collectionem recepta, enumeravit Fabricius in vol. I. p. 748. Sed in meo exemplo ann. 1671. praefatio Wintertonii scripta est ann. 1635. Winterton quamquam ait, se retinuisse contextum, a Stephano aut a Crispino, (edit. 1600. 12.) constitutum, nonnullis tamen in locis se dissensisse aut orthographiae, aut orthometriae aut prosodiae gratia, aut alia iusta de causa, profiteretur. Atque in bucolicis siue Heinsianas correctiones, siue suum sensum sequutus, in locis permultis vulgatas formas mutavit doricis. Supra in vol. I. pag. 604. plures editiones iam indicaui.

*Theocr. idyll. gr. Basil. 1653. 8. in bibl. Bodleiana, tom. II. pag. 579. catalogi. — Idyllia IV. solum. gr. Helmstad. 1668. 4.*

*Musaei, Moschi et Bionis quae exstant omnia, quibus accessere quaedam selectiora Theocriti eidyllia. Impr. in maiore charactere, sculptura adornata, latinoque carmine reddita, graecis e regione appositi. Autore Davide Whitefordo. Londini 1659. 4.*

Heinsianum *Theocr.* exemplum reddidit *Fellius*, Oxon. 1676. 8. vid. *Warton*. praef. pag. XII. not. 3.

Selecta quaedam idyllia cum interpretatione et scholiis *Georgii Sylvani*, Panonii, Medici. Londin. 1685. 4. notante *Fabricio*.

*Theocriti Opp. cum scholiis*, per singulas paginas substratis, gr. et lat. cum indice scriptorum rerumque et verborum in scholiis graecis laudatorum, (ex edit. *R. West.*) Oxoniae e theatro *Sheldon*. 1699. 8.

Exemplar cum emendat. mstis fuit in bibl. *Pinelliana*. Duplex autem prostat editio. Quibusdam enim exemplaribus subiectae sunt variae lectiones et *Scaligeri*, *Casauboni* *Heinsii*que notae. vid. *Menkenii* catal. I. pag. 161. Alia carent illis. In bibl. *Burmanni* II. (vid. eius Catal. fin. pag. 44.) fuit exemplar cum MSS. *Burmanni* II. notis.

Θεοκρίτου τὰ εὐρισκόμενα, h. e. *Theocriti quae exstant, cum graecis scholiis*. Londini, impensis *Guil. Innys*. 1729. 8.

Nulla praemittitur praefatio, et superior Oxoniensis editio videtur hic recusa esse. Editor quidem *Wintertonianum* reddidit contextum. Quod quum nesciret *Reiske*, neque exemplar *Wintertonii* neque alteram *Heinsii* editionem ad manus haberet; praeter rem aliquoties miratus est, unde vir doctus *Londinensis* formas doricas, quas *Reiske* in suis libris non invenerat, recepisset. Paucis indicatur illa editio in novis actis eruditorum *Lips.* ann. 1732. mense Aug. p. 355. et in *Idyll. XIV. II. κατά καιρὸν* explicatur *pro tempore*, et v. 17. emendatur βολβὸς τοῖς, (poetice pro ἐκείνοις vel αὐτοῖς,) κοχλίας ἐξήρηθη.

*Theocriti quae exstant, cum graecis scholiis, et interpretatione latina*, Londini 1743. 8. in *Badenhauptii* catal. librorum pag. 143.

*Theocriti* — ex edit. Dan. Heinsii, gr. et lat. Glasguae apud Foulis 1746. 8. — ibid. eodem anno, graece. 4.

*Theocriti, Moschi et Bionis idyllia*, graec. et lat. cum notis *Thomae Martini*. Londini 1760. 8. Pinelli et Askew catal. l. cit.

*Theocriti Reliquiae utroque sermone, cum scholiis graecis et commentariis integris Henr. Stephani, Iosephi Scaligeri, et Isaaci Casauboni*. Curavit hanc editionem, graeca ad optimos codices emendavit, libros tres animaduersionum indicesque verborum Theocriteorum addidit *Io. Iac. Reiske*, Viennae et Lipsiae tom. I. 1765. tom. II. 1766. 4.

Praeter principem Mediolanensem, quam ignoravit, usus est *Reiske* edit. antiquioribus, cod. Lipsiensi et lectionibus IV. codd. Medic. aliisque subsidiis litterariis, e quibus et ingenii sui fertilitate frequenter mutavit verba et veterem suo loco movit lectionem egregiam, novamque concinnavit recensioem, *Valckenario* tamen *Toupio*que crebro acriusque indignantibus, atque in libro animaduersionum non solum varias veterum librorum lectiones, sed etiam sua iudicia atque interpretationes proposuit; dorismum ex edit. Londin. quam operae reddiderunt, retinuit, indicem copiosum *Heslerus*, Lipsiensis, fecit. Additurus erat *Reiske* tertium volumen: sed noluit operis redemptor obedire:

*Theocriti Syracusii, quae supersunt, cum scholiis graecis auctioribus, emendationibus et animaduersionibus in scholia editoris et Ioannis Toupii, glossis selectis ineditis, indicibus amplissimis, praemittuntur editoris dissertatio de Bucolicis Graecorum, vita Theocriti a Iosua Barneseo scripta, cum nonnullis aliis auctariis*. Accedunt editoris et variorum notae perpetuae. Epistola *Io. Toupii* de Syracusis, eiusdem Addenda in Theocritum, nec non collationes XV. codicum. Edidit *Thomas Warton*, S. T. B. Coll. SS. Trin. socius, nuper poeticae publicus praelector. Oxonii tom. I. II. Oxonii e typographeo Clarendoniano. 1770. mai. 4.

Textus graecus, accentibus orbatus, is est, quem *Heinsius* constituerat: at a *Sanctamando*, qui iuuenis Theocriti edendi causa codd. gr. in Italia excussit, atque a *Wartono*, qui codd. in Anglia contulit, multis scholiis novis et larga lectionis varietate, tum notis *Wartoni* copiosis, atque acutis eruditisque *Toupii* animaduersionibus stipatus. In praefat. recensentur editiones praecipuae. Splendida est editio, quae decem annos sub praelo sudavit; sed, dispersis scholiis atque adnotationibus, valde incommoda: de qua in praef. ad Theocritum, atque in introductione in hist. L. Gr. l. c. vberius egi.

[*Io. Toupius* Appendicem notarum ad Theocritum, Oxonii 1772. 4. edidit.]

Sospitorem vero nactus est Theocritus *Valckenarium*, qui opes, a *Wartono* collectas maleque dissipatas, in meliorem ordinem redegit et, quidquid ferme in istis esset lectionibus bonae frugis, sapienter in usum convertit. Bis autem bene meruit de Theocrito. Primum eius cura prodierunt correctae, et more illius, h. e. erudite illustratae:

*Theocriti decem* (nr. I. II. III. IV. V. VI. VII. IX. XVIII. et XX.) latinis pleraque numeris a *C. A. Wetstenio* reddita, in usum auditorum cum notis edidit, eiusdemque *Adoniasufas* vberioribus adnotationibus instruxit *L. C. Valckenaer*. Lugd. Bat. apud *Ioann. le Mair*. 1773. 8.

Nova est recensio. In Theocriteis editio potissimum expressa fuit *Cantabrigiensis Radulphi Wintertoni*, sed correctae ex codd. *Wartonianis* aliisque et editionibus, praecipue *Mediolanensi*, *Aldina* et *Florentina*. Praeter ea habuit *Parisini* codicis lectiones, communicatas

a Ruhnkenio, qui suppeditavit quoque emendationes quasdam, et permulta ex ineditis grammaticis. Tum usus est lectionibus codicum, olim Palatinorum, a Salmasio excerptis, et If. Vossii coniecturis, in margine editionis Heinsiana positis, atque coniecturis aliisque quibusdam adnotationibus, ab Tib. Hemsterhusio exemplo Heinsiano adscriptis. Octo prioribus versio latina Wetstenii, id. septimo D. Heinsii; idyll. XVIII. H. Grotii, et idyllio XV. paraphrasis Helii Eobani Hessi separatim sunt subiunctae. Adnotationes in Adoniazufas sunt immensae propemodum et editionis et thesaurus graecae linguae atque antiquitatis.

*Theocriti idyllia et epigrammata Brunck* in *Analectis veterum poetarum graecorum*, Argentorati 1772. 8. tom. I. pag. 263 sqq. dedit, usus codd. Vindobonensibus et Parisiis. Novam vero instituit recensionem, Nam ex codd. partim, partim ex suo aliorumque ingenio, interdum audacius emendavit Theocritea, dorismum vbiq. induxit, et ordinem idylliorum reduxit Aldinum. Quaedam retractavit in notis, (tom. III. pag. 58.) et de multis locis breuiter quidem, at acute atque ingeniose suam dixit sententiam.

Posthaec *Valckenaer* iterum accessit ad contextum Theocriti emendatus promulgandum:

*Theocriti, Bionis et Moschi carmina bucolica, graece et latine. Latino carmine pleraque reddita ab Eobano Hesso, nonnulla a G. E. Higtio subiicit, graeca ex edd. primis, codd. et aliunde emendavit, variisque lectionibus instruxit L. C. Valckenaer.* Lugd. Batav. et Campis, apud Io. le Mair et I. A. de Chalmont. 1779. 8.

Est editio praestantissima, et mere critica; et in notis breuibus tantummodo de veritate lectionis disputatur, adlatis potioribus codd. lectionibus aut aliorum suspicionibus atque emendationibus. Brunckii correctiones sunt saepe probatae ac receptae; interdum repudiat. In idylliis Bionis ac Moschi describendis basis quidem fuit edit. Bonau. Vulcanii; sed ex codd. (in his, Parisiis, quorum L. V. ei miserat Villoisonius, et Mosquensi, a cl. Matthaei communicato,) Arsenii violeto et editionibus Aldina, Brunckiana aliisque, atque coniecturis tam propriis quam alienis emendata.

Ego vero edidi *Theocriti reliquias, graece et latine, et cum animaduersionibus.* Lipsiae 1780. mai. 8. Ornant hanc edition. obseruationes vel. Schreberi, mihi amicissimi, in quibus vocabula potissimum, quae in Theocriteis occurrunt botanica, explicantur.

*Strothius* quidem, moderator quondam scholae Gothanae, in libl. Berolinensi quaedam carpere, praecipue ex historia atque antiquitate historiae naturalis et botanices plura melius explicare studuit, at saepe irrito conatu, et ipse valde leuem exiguanque curauit idylliorum *Theocriti* editionem, graece, cum selectis scholiis graecis et adnotationibus, Gothae 1782. 8. — cuius editionis exemplaribus diuenditis, cl. *Jacobs* nouam parauit editionem, e Valckenarii recensione maximam partem repetitam suisque coniecturis sagacibus ornatam, ideoque et magnam Strothii notarum partem et lectiones cod. Gothani reseuit et nomen illius in fronte omisit. Inscripta vero illa est:

*Theocriti Idyllia ex recensione Valckenarii cum scholiis selectis scholarum in usum edita.* Gothae. 1789. m. 8.

*Sebilia* quaedam *Theocriti idyllia*, (nr. I. IV. VI. VIII. IX. X.) *Recensuit, variis notis adiecit, suasque animaduersiones, partim latine, partim anglice scriptas* (grammaticas, maximam

maximam partem leues,) immiscuit Thom. Edwards, S. T. P. in usum iuuentutis academicae. Cantabrigiae, 1779. m. 8. vid. Introduct. meam in H. L. Gr. pag. 520. vbi quoque deserui de sequenti editione, splendida quidem, at in qua curanda minus praeflitit editor, quam promissit:

*Theocrito, Mosco, Bione, Simmia, greco-latini con la Bucolica di Virgilio latino-greca, vulgarizzati e forniti d'annotazioni da Eritisco Pilenejo, P. A. Parmae 1780. 4. II. voll.*

A splendore tantum graec. typorum et versione lat. Ber. Zamagnae commendabilis est edit. Parmae apud Bodon. 1792. 4.

*Idylles et autres poësies de Théocrite, traduits en françois, avec le texte grec, des notes critiq. la version latine et un discours prélimin. par M. Gail. Paris. 1792. 8.*

Idyll. IV. IX. XVI. XVIII. gr. et lat. in *Io. Vorstii* poetar. vett. graecor. poemat. selectis, Berolini 1674. 8.

In antholog. graecam poëtic. quaedam recepi idyllia. Baruthi 1792. 8. etc.

*Metaphrases et varia eruditorum scripta, quibus Theocritus illustratur.*

Eobani Hessii, Winsemii, aliorumque versiones *latinas*, editionibus additas, iam passim memoravi. — *Eobani Hessii* metaphrasis prodiit etiam separatim Basileae apud And. Cratandr. 1531. 8. vid. *Erasmus* lib. XXVII. epist. V. *Barthii* aduersaria LVII. 16. *Maittaire* A. T. II. pag. 758. — *Pharmaceutica*, latine. Venet. 1533. 8. *Colus et Ouum*, in Amphith. Sap. Socrat.

*Theocriti* — *Idyllia triginta sex recens e graeco in latinum, ad verbum translata, Andrea Diuo Iustinopolitano interprete. Eiusdem epigrammata, Bipennis, Ala et Ara, latinitati donata, eodem Andrea Diuo interprete.* Venetiis apud hered. D. Iac. a Burgofrancho, 1539. Basileae. — In calce: *Basileae apud Barptolomaeum Westhemerum, a. M. D. XLI: (1541.)* mense Aug. 8. — editionem ann. 1554. in 8. praebet catal. Barberin. bibl. II. p. 452.

*Idyllia* I. VII. VIII. IX. XII. ab Heinsio, idyll. autem III. XVIII. XXVII. ab *Hugone Grotio* et epigrammata ab utroque latine reddita sunt in Heinsiana *Theocriti* editione, et a Valckenario repetita.

*Theocriti* bucolica per *Philethium* prodierunt ante annos ducentos et ultra, in 4. saec. XV. vid. biblioth. Vffenbach. tom. II. adpend. pag. 116. — *Honorii Domini Caramellae* Panormitani *Theocritum* metro latino donatum memorat Mongitor. B. Sic. I. p. 291.

*Idylli di Mosco, Bione e Teocrito*, recati in versi *latini*, del Conte *Bernardo Zamagna*, vulgarizzati e forniti d'annot. da *Luigi Maria Buchetti*, Mediolani 1784. 4. — *Theocriti, Bionis et Moschi Idyllia*. Omnia a *Bernardo Zamagna*, Ragusino, latinis versibus expressa. Senis ex typogr. Pazziniana. 1788. 8. Pars *Theocrit. idylliorum* versionis auctorem habet Abbat. *Raymund. Cunich*.

*Anglice* vertit *Iohn Dryden* idyll. I. XI. XII. XVIII. XIX. XXVII. XXXIII. in *Miscellany Poems*, part. I. et II. vbi etiam exstat versio idyll. II. X. XX. per *Guil. Bowles*. — *anglicis* versibus *Thom. Creech*. 1684. 8. et 1713. 12. — *Anglicam Theocriti, Bionis, Moschi et Tyrtaei* versionem metricam a *Rich. Polwhele*, factam et editam Londini 1786. 4. iam laudavi supra



supra in vol. I. pag. 741. — Anglicam Theocriti versionem cum criticis obseruat. vita auctoris, indice rationum editionum et commentatione de carmine bucolico debemus *F. Favkes*, Londini 1767.

*Hispanica* vertit Idyllium VI. *Villegas*, in part. II. libri, *Eroticas*. Nag. 1617. 4. et in Parn. Espagn. tom. II. p. 122. vid. *Don Luis Ios. Velazquez* Geschichte der spanischen Dichtkunst, ex verf. germ. I. Andr. Diezii, pag. 458.

De *italicis* versionibus vide *Paitioni* bibliotec. degli autori - volgarizzati etc. tom. IV. pag. 99 sqq. Sunt vero *Antonii Mariae Salvini*, Venet. 1718. 12. (vid. Giornale de' letterati d' Italia, tom. 28. pag. 463.) rec. 1726. 1744. — *edizione seconda, accresciuta colle annotazioni del cel. Signore Abate Regnier Desmarais*, (in priora XV. idyllia,) *date ora per la prima volta in luce*. in Avezzo 1754. 8. — *Dominiaci Regoletti*, Romani, Prof. poetices et graecae linguae in vniuersitate Taurinensi. Taurini 1729. 8. (conf. Bibl. italiq. tom. I. pag. 289. tom. II. pag. 325. et bibl. raisonnée tom. IV. pag. 97.) — *Quatuor Theocriti idyllia, cum Moschi amore fug. et Europa in: Canzoni Pastorali di Girolamo Pompei*, Gentiluomo Veronese con alcuni idillii di *Teocrato* e di *Mosco* tradotti dallo stesso in versi italiani. In Verona 1764. 8. (Paition. II. p. 151 sq.) — *Epithalamium Helenae* versibus italicis cum textu graeco et adnotationibus edidit *Angelus Theodorus Villa* cum Colutho, Mediolani 1753. 12. (Paitioni I. p. 272 sq.)

*Apologia di Luigi Eredia, nella quale si difendono Teocrato, e i Dorieffi Poeti Siciliani dalle accuse di Battista Guarini*. In Palermo, per Gio. Antonio Franceschi. 1603. 4.

*Gallicis* versibus donare Theocritum et illustrare notis instituit *Longepetraeus* (Mr. de Longepierre) idem, cui Anacreontem, Moschum et Bionum linguae suae eleganter redditum Galli debent. Paris. 1688. 12. cf. *lo. Clerici* bibl. vniuersalem, tom. I. p. 509 sq. Hist. Ouvrag. 1689. Maii pag. 258. — Gallice quoque versus est Theocritus a *Chabanon*, (Paris. 1777. 8. — a *Gin* Paris. 1788 sq. II. tom. 8. vid. Gothan. ephem. litter. plag. V. ausländischen Litteratur, 1790. pag. 35. — quartum idyllium vertit et obs. illustravit *Hardion* in Mem. de Litter. de l'Acad. Paris. des Inscri. tom. IV. pag. 520 sqq. ann. 1746.

In *germanicam* linguam conuersa sunt idyllia Theocriti a *Lieberkühnio*, cum Bione et Moscho, Berolini 1757. et 1767. 8. (versio valde culpatur, eius autem introductio, sectionibus nouem constans de poetis illis bucolicis, de idylliis in genere, de dictione et metro illorum etc. laudatur. vid. Biblioth. elegantiorum litterarum Lipsiensem tom. II. p. 367 — 396.) a *Schwabio* cum notis, (idyll. I. III. IV. VIII. XVIII. XXVII. cum carm. in mortuum Adonin et Moschi in funere Bionis.) — a *Grillo* (XX. idyllia) Halberstadii 1771. 12. — a *Car. Augusto Küttnero*, cum Bione, Moscho et Colutho, Mitau et Lipsiae 1772. min. 8. iterum cum aliis Altenburg. 1784. 4. — a Comite de *Soliberg* idyll. I. II. VIII. VIII. XI. XII. XVIII. XXI et XXV. in Gedicht. aus dem Griechischen. Hamburg. 1782. 8. — alia in *Vossi* Gedichten, Hamburg. 1785. 8 p. 188 sqq. [idemque *J. H. Voss* plura idyllia german. versa et notis illustrata inseruit. singulis particulis collectionis poematum quotannis editae: Hamburgischer Mufenalmanach.] — *Bucolica Theocriti* XIV. et VI. epigrammata eleganter vertit, eruditeque illustravit *Comes de Fackenslein* \*) et praemittit commentationes doctas

\*) I. idyllion idem germanica oratione profusa iam illustrat in libro menstruo, *der Greis*, tom. XVI. part. 138.

doctas de carmine bucolico et vita Theocriti in libro, nitidis typis expresso et inscripto:

*Arctusa oder die bukolischen Dichter des Alterthums*. Erster Theil. Berol. typis et sumtu Io. Frid. Vngeri 1789. 4.

Docta est censura in *Ien. Algem. Liter. Zeitung* ann. 1789. mens. Nou. nr. 351.

*Theocrits Idyllen und Epigrammen aus dem Griechischen, metrisch übersetzt, und mit Anmerkungen von Ernst. Curyloph. Bindemann*. Berol. 1793. 8.

Laudatur et versio et magna notarum criticarum pars in *ephem. litter. Gotting.* 1793. plag. XI. p. 106 sqq. Specimina II. dederat Bind. in *Wielandii neuem teutschen Merkur.* 1792.

Tria idyllia vertit *Koehler* in lib. menstruo, *Unterhaltungen*, tom. VII. pag. 156 sqq. atque in suis *Notis et emendationibus in Theocritum* Lubecae 1767. 8. — Odam in mortem Adon. vertit *Clodius* in: *Versuchen aus der Litteratur etc.* part. IV. pag. 673 sq. — *Cyclopis* versio germ. interdum magis prosaica, quam poetica in *Gothelf. Guil. Christph. Starcks*, Bernburg. 1788. *Cyclopis* et duorum aliorum idyll. versio *Ramleri* germ. est in *Battensii* libro, ab illo verso, *Einleitung in die schönen Wissenschaften etc.* *Cyclopis* versio ab *Hindenburgio*, in *deutschen Museum*, Ianuar. 1779. — *Anton* et *Goetz*, quaedam verterunt idyllia. conf. *vollständige Sammlung aller Uebersetzungen der Griechen und Röm.* (Francof. 1785. 8.) pag. 54 sqq.

In illustrandis et emendandis Theocriteis alii vel separatim vel passim aut in notis ad editiones aliorum auctor. alios auctores vett. simul persequendo varia imparique ratione versati sunt.

In P. Virgilii Maronis bucolica Ioach. Camerarii post omnes aliorum non contemnenda explicatio. *H. Eobani Fleßi indicationes et interpretationes locorum Theocriti*. Io. Sturmii in priores tres eclogas commentariolus. Argentor. exc. Blasius Fabricius Chemnicensis. 1568. 8.

Insunt quoque *Martini Crusii* scholia in primum Theocriti idyllion *Sturmiana*. vid. *Goetzii* memor. bibl. Dresd. vol. II. fasc. II. pag. 310 sq.

*Io. Meursus*, tum vix septendecim annos natus, edidit spicilegium ad huac poetam, *Lugd. Bat.* 1597. 8.

Nonnullis Theocriti locis lucem adfert *Sam. Petitus* lib. I. *Observationum* cap. XI. pluribus *Iac. Palmerius*, *Grentemesnilius*, in *Exercitationibus ad auctores graecos* p. 791 sqq. *Io. Brodæus* VII. 7 sqq. *Miscellaneorum*; *Lamb. Bos* in *Observ. crit.* cap. 19. — *Petr. Henr. Koppiers* in *Observatis philologicis* in loca quaedam *Antiphantis*, *Theocriti*, *Pauli*, *apostoli*, *Eratosthenis* et *Propertii*, *Lugduni Bat.* 1771. 8. cap. VI. pag. 59 sqq. *I. Pierçon* in *Verisimilibus*, (*Lugduni Bat.* 1752. mai. 8.) cap. III. pag. 41. et IV. pag. 45 — 50. — *Gisbert. Koen.* in *nois ad Gregor. Corinthum de dialectis*, (*Lugd. Bat.* 1766. 8.) multis locis. — *Toup.* per multa loca et poetae et scholiastae tentavit et explicuit passim in *Emendationibus in Suidam* et *Hesychium etc.* *Oxonizæ* 1790. mai. 8. IV. voll. — *Iacobs* aliquoties in *specimine emendationum in auctores veteres etc.* *Görhae* 1786. 8.

*Lud. Casp. Valckenarius* in epistola ad *Matthiam Roeverum*, *praeinissa Virgilio collatione scriptorum graecorum illustrato opera et industria Fulvii Vrsini*, *Leovardiac* 1747. 8. permulta Theocriti loca face critica illustravit, et sagaciter explicuit.

*Iac. Philipp. Dorville*, Theocritem editurus, multos codices graecos contulerat. Hinc in Animadversionibus in Charitonem Aphrodisiensem permulta loca poetae emendauit; pauca in critica vanno in inanes Io. Corn. Pauonis piteas. Amstel. 1737. mai. 8.

*Io. Bern. Koehleri* notae et emendationes in Theocritum, accedente specimine emendationum in scriptores arabicos, Lubecae 1767. 8. Doctae sunt et acutae, earumque multae Valckenariò probatae.

In *Miscell. Obseruatt.* vol. III. tom. III. pag. 370 — 374. sunt incerti cuiusdam auctoris Britanni obseruationes, insertis passim *B.*, h. e. *Iac. Phil. Doruillii* castigationibus.

*Nicol. Niclas* specimen Theocriteum cum proluf. Io. Mich. Heinzii, Luneburgi (1764.) 4. conf. *Reiske* praef. ad Theocritum tom. I. pag. XXVIII sq. et tom. II. pag. XV.

*Stroth* et *Zeune* scripserunt commentatt. ad Idyll. XXI. et *Schütz.* Obsl. in Theocriti Adoniazufas vs. 1 — 38. Ienae 1782. progr.

*Alb. Bayeri* commentatii perpetui in Theocriti Charites et Syracusias. Erlangae 1790. 8.

*Zur Erklärung der Idyllen Theocrits von Christian Wilhelm Ahlwardt*, (qui in praesenti Rector, nescio cuius scholae, esse dicitur,) Rostoch et Lipsiae 1792. 8.

Plura acute vidit, et quaedam ingeniose emendauit. Sed inurbanitate moribusque agrestibus vel vicit Cyclopas et feminas Syracusias apud Theocritum. Atque ipse, dum alios carpere et criminari sustinuit, crassos commisit errores, a doctis censoribus in ephemeridibus Gottingensibus ac Gothanis acriter notatos.

*Io. Heinr. Ackeri* diss. de characteribus boni doctoris ad Theocriti Idyllion XXIV. Ienae 1705. 4.

*Io. Georg. Meuselii*, (Theocrito primas partes haud concedentis,) diss. de Theocriti et Virgilii poesi bucolica, Gottingae 1766. 4.

Add. *Huetiana* nr. 82. — Neue critische Briefe. epist. 38. Tiguri 1763. 8. p. 300 sqq.

*Iohannea ex Theocriti idylliis collecta ac scholiaste graeco nondum in vulgus edito illustrata* — a *M. Henr. Scholz* Sil Breitenauiani Ploën. R. (sine loco) 1735. 4. Ineditus ille scholiastes reperitur in cod. Lipsiensi bombycino decem idylliorum. *Hartl.*]

Neque praetereundum *Aemilii Porti* Lexicon Doricum siue Theocriticum, vulgatum Hanouiae 1603. 8.

Viri nobilissimi *Lucae Langermanni* obseruationes, quem in Theocrito multum operae posuisse testatur *Keinesius* in epistolis ad Daumium pag. 148. numquam lucem adspexerunt. Seruantur Hamburgi apud Scheelium.

*Io. Weitzii* notae in Theocritum, non criticae, sed collectanea sententiarum consimilium ex aliis scriptoribus continentes cum *Wolfgangi Seberi* indice vocum Theocriticarum memorantur in *Langermanni* epistola ad *Salmasium*, data 1609. tom. IV. Sylloges Burmanianae pag. 511:

*Iosephi Wurtzleri*, qui Theocritum ann. 1561. publice interpretatus est Rostochii, argumenta idylliorum singulis tetraslichis exstant in Io. Fredori choro charitum et musarum pag. 117.

[*Iosephi Wurzeleri* brevis commentatio de lectione Theocriti, fol. 108 b. sqq. — eiusdem memorata *Tetrasicha XXXVI.* idylliorum argumentorum vice dictata, fol. 117 sqq. in libro: *Scripta in academia Rostochienſi publice propoſita ab a. 1563—1567.* Rostoch. 1567. 8. cum praefat. *Posſelii.*]

Virgilium cum Theocrito conferunt *Caesar Scaliger* in critico siue lib. V. poetices cap. 5. *Fulvius Vissinus* in Virgilio cum scriptoribus graecis collato, ad illius poetae eclogas. [cuius libri nouam edit. cum epist. *Valckenarii* paullo ante laudauit.] *Renatus Rapinus* dissert. de carmine pastorali, *Franciscus Vauassor* libro de ludicra dictione pag. 105 sq. [cap. VII. pag. 108 sqq. edit. *Kappii*, *Alex. Rosanus* diss. de carmine pastorali, in eius *Eclogis*, Lugd. Bat. 1672. 12. pag. 63 sqq. *Tollus* in Theocriti et Virgilii comparatione in *Berkeli* diss. selectis criticis de poetis graecis et lat. Lugd. Bat. 1707. 8. pag. 377 sqq.] et alii. Neque alia est fere eruditorum sententia, quam Theocritum feliciter Virgilio nativam pastorum simplicitatem \*) expressisse, atque adeo in hoc genere carminis citra controuersiam excelluisse, quod *Βεκολιασμὸν* vocat *Athenaeus* et a *Diomo* quodam pastore Siculo primum repertum scribit XIV. pag. 619. pro quo alii *Daphnin*, alii *Pauem* ipsum laudant, alii *Stesichorum* primum aiunt bucolicum carmen composuisse. Vide *Vossium* III. 8. Institut. Poetic. et quae viii docti ad *Aelian.* X. 18. Var. In bibl. regis Galliae cod. MDCCXXVII. exstat *Artemidori*, grammatici, scriptum de inuentione Bucolicorum, graece manu exaratum, teste *Labbeo* bibl. nou. MSS. pag. 110. Sed dubito, an alia contineat, quam quae Theocrito graece praemitti solent, et in editione Aldina subiiciuntur *περὶ εὐρέσεως τῶν Βεκολικῶν*. Ante haec enim in eadem editione legitur epigramma *Artemidori*, grammatici, (*Tarsensis*, an alterius, incertum.) [P] qui Bucolicos \*\*) poetas collectos et in vnum coniunctos volumen (a se, an ab alio non dicit) testatur hoc disticho:

Βεκολικῶν Μοῦσῶν σποράδην πόκα, νῦν θ' ἅμα πῦσαι  
Ἐντὶ μιᾷς μάθης, ἐντὶ μιᾷς ἀήλας.

Huic disticho perperam sine vlla distinctione *Aldus* coniunxit tetrasichon Theocriti de se, quod incipit *ἄλλος ὁ Χῖος*, itaque *Gyraldus*, hoc non obseruans, existimauit, se de patria Theocriti in *Artemidori* etiam epigrammate legere, quod alibi in Theocriti tetrasicho legerat. Hoc itaque est illud *Artemidori* epigramma, quod vbi exstet, nescire se fatetur *Colomeſus* ad *Gyraldum* pag. 150. [Sed *Artemidoro* vindicari a *Brunck.* Anal. I. p. 263. *Reiskio* aliisque, supra iam obseruatum est.]

## VI. *Catalogus*

y) Et tamen Theocritus non satis pastoritius videtur *Fontenello* in diss. gallice edita, de ecloga.

z) *Dan Heinſius* existimat, Theocriti bucolica primum separatim fuisse a Grammaticis vulgata et a veteribus lecta, deinde cum aliis Theocriti idyl-

liis et scriptis coniuncta; denique permixta fuisse aliis poetis bucolicis, neque omnia videri Theocritum auctorem habere, quae sub eius nomine hodie leguntur. Nonnulla etiam Theocrito, Chio, sunt tribuenda, in quibus *Ἰάδος* dialecti vestigia. [Etiam de hac re supra disputatum est.]

VI. *Catalogus Scriptorum, in scholiis graecis ad Theocritum citatorum, ex editione Wartonii* <sup>aa)</sup>.

A.

- Ἀίσχυλος, II. 36. IV. 62. in *Glauco*. X. 18. in Lycurgo. [Sed ibi legitur Ἀρισαρχος ἐν ὑπομνηματι Λυκουργῶ Ἀίσχυλος. vltimum tamen vocabulum deest in cod. Vatic. III.]  
 Ἀλεξάνδρος, I. 36. ad Homerum. VII. 141. ὁ Μυνῆσιος, V. 96. VII. 57.  
 Ἀλκιμος, I. 65. [videtur fuisse natione Siculus et variarum regionum mores descripsisse. vid. *Dorvillei* Sicula pag. 246.]  
 Ἀλκμαν, V. 83.  
 Ἀλκαίος, vetustior VII. 63. Iunior et epigrammatista, . 112.  
 Ἀμερίας, I. 32. 97. vnus, vt videtur, interpretum Theocriti.  
 Ἀμυντας, medicus Rhodius. Insidias struit Ptolemaeo Philadelpho, cum Chrylippo, medico, etiam Rhodio, et Arfinoe. Occiditur a Philadelpho, XVII. 128.  
 Ἀντιγονος, VII. 57.  
 Ἀπολλωνίος Ῥοδῖος, VII. 76. XIII. 7. 43.  
 Ἀπόλλωνιδος, I. 52. II. 36. in libro *περὶ Θεῶν*, X. 41. ὁ Δωριεύς, I. 52.  
 Ἀράτος, I. 123. IV. 9. VI. 1. in *Phaenomenis*.  
 Ἀρισαρχος, X. 18. in commentario ad *Aeschyli* Lycurgum. [vid. ad voc. Ἀίσχυλος.]  
 Ἀριζιππος, I. 3. ἐν τῷ Ἀρκαδικῷ.  
 Ἀρισειδης, XVII. 69.  
 Ἀρισις citharoedus, VII. 99.  
 Ἀριστοτελης, I. 34. 147. II. 17. in libro *περὶ ζῶων μοριῶν*, 48. III. 21. IV. 6. V. 53. VII. 22. 57. 139. 141. XIII. 9. XV. 64. in τῷ *περὶ Ἑρμιονῆς ἱερῶν*. [vel potius *ἱερῶν in libro de Hermiones delubris*.] forte *Aristophanes*, grammaticus. Legitur in cod. Laurent. numerat. XLVI. *περὶ τῆς Ἑρμιονῆς ἱερῶν*, ἢ

*διατριβῆ, ἱσορῆς* etc. [vid. *Toup.* in animadu. in schol. p. 220. et *Warton.* in emend. schol. pag. 205. ad h. v.]

- Ἀριστοφάνης, I. 1. in *Nubibus*, 48. in *agriculis*, 132. II. 12. in *cominiis*, 74. V. 15. 43. in *Ranis*, 118. III. 2. in *Pluto*, X. 19.  
 Ἀριστοδῆμος, ὁ Ὀθηβαῖος, VII. 103. ἐν ᾧ ἱσθῶρεϊ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν ὁμοίων.  
 Ἀρχιλοχος, II. 48. IV. 49.  
 Ἀσκληπιαδης, I. 4. ὁ Μυρλεανός, 118. II. 88. V. 21. 94. 102. epigrammatista, vel Samius, VII. 40.

[Γ.

Γλαυκά, IV. 31. natione Chia. Instrumenta musica pulsare perita: sub Ptolemaeo Philadelpho.]

Δ.

- Δεινίας, XIV. 48.  
 Δημητριος, ὁ Καλατιανός, I. 65. [cf. *Toup.* animadu. in schol. pag. 210.] V. 83. VII. 151. X. 19.  
 Διοκλής, VII. 112.  
 Διονυσιδωρος, V. 21.  
 Διονυσίος, VII. 45.  
 Διφίλος, X. 1. ad *primum librum Nicandri* Ὀθησιακῶν.  
 Δίων, I. 147.

Ε.

- Ἐλλανικός, XVI. 49.  
 Ἐπαφροδίτος, in libro *περὶ σοιχειῶν*, I. 117.  
 Ἐπιμενίδης, I. 3. ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτῶ (ἢ *περὶ αὐτῶ* sc. Πανός. In *poematibus de Panno*.) Simpliciter ἐν τοῖς ποιήμασιν, cod. Laurent. XLVI. Nec non cod. Vatic.

Hh hhh 3

aa) Fabricius dederat catalogum scriptorum etc. ex edit. Oxoniensi ann. 1699. 8. cui respondet edit.

Reiskiana. Ego vero pleniorē hic reddidi ex edit. Wartoniana. *Harl.*

tic. III. Erat, vt id obiter notem, *Epi-  
menides* ὁ γενεαλογος quidam, memoran-  
te Diogene Laertio I. §. 115. Idem, ni  
fallor; citatur in scholiis ad Phœniss. Eu-  
ripidis vers. 13. [vid. supra in vol. I. pag.  
31 sq. not.]

Ἑρμεσιανᾶξ, VIII. 55.

Εὐπολις, I. 95.

Εὐριπίδης, I. 78. II. 10. in *Hippolyto* Κα-  
λυπτομενῶ, 166. VI. 2. VII. 101. 149.

Εὐφοριῶν, II. 2. in *Ποτηριογλυπτῆ*, X. 28.  
XIII. 7.

Ἐφορος, VII. 103.

## Z.

Ζηνοδοτος, V. 2.

## H.

Ἡρόδοτος, VII. 36. XIII. 9. 56. <sup>bb)</sup> XVI. 100.

Ἡσίοδος, I. 6. 27. <sup>cc)</sup> 48. 107. IV. 34. V. 98.  
VII. 68. X. 75. XVI. 49.

## Θ.

Θεαιτήτος, I. 118. 148.

Θεοπομπος, V. 73. XVI. 35.

Θεοφραστος, I. 52. 115. II. 48. IV. 31. V.  
15. 92. 97.

Θεκυδίδης, XVI. 84.

Θερίς, VI. 7.

## I.

Ἰάσων, XVII. 96. ἐν τοῖς περὶ Κνίδος.

Ἰβυκος, I. 117. παριστορῶν περὶ τῆς Ὀλυμ-  
πίας πάλης.

Ἰεροκλῆς, I. 56. [Sed *Toup.* in animadu. in  
schol. Theocr. p. 209. corrigit *Σοφοκλῆς*.]

Ἰπποστράτος, VI. 40.

<sup>bb)</sup> In utroque versu 9 et 56. corrigit *Toup.* in  
animadu. in schol. pag. 219. *Ἡρόδοτος*, qui fuit  
Ponticus siue Hærselsota. et scripsit de *Hercule*  
eiusque rebus gestis.

## K.

Καλλιμαχος, I. 136. II. 17. 147. IV. 62. 16.  
[de quo loco v. *Warton.* in emend. schol.  
edit. pag. 210. et *Toup.* anim. in scholia  
pag. 212.] VI. 39. VII. 34. 60. 103. VIII.  
30. XI. 1. XIII. 25. 56.

Καρυστιος, ὁ Περγαμηνος, XIII. 22.

Κλεάνδρος, V. 21. ἐν δευτέρῳ τῶν παροιμιῶν.

Κλειταρχος, II. 59.

Κρατεῦσας, II. 48. V. 92.

Κρατιδῆς, V. 92.

Κρατινός, IV. 18. XI. 10. in *Nemēsi*, 46.

[Sed *Toup.* in animadu. in schol. pag. 218.  
corrigit *Κρατεῦσας*, et de hoc quædam tra-  
dit.]

## Λ.

Λεπτίνης, I. 112.

Λυγγεὺς, IV. 20.

Λυκίος, VII. 78. [*Toup.* in anim. in scholia  
pag. 215. corrigit *Λυκος*, et intelligit *Ly-*  
*cum*, *Rheginum*, *historicum*.]

## M.

Μενάνδρος, I. 109. II. 28. 66.

Μνάσεας, I. 64. ἐν τῷ περὶ Εὐρώπης, XIII.  
75.

[Μελων καὶ Σιμων, Ἀρατῆ ἀντερᾶσαι, VII.  
125.]

Μηνάτος, II. 100. VII. 106. 138.

## N.

Νεοπτολεμος, I. 52.

Νικάνδρος, II. 56. V. 92. X. 1. in *Theria-*  
*cis*, III. 54. XIII. 46.

Νικάνωρ, ὁ Κωος, VII. 6. ὑπερμνηματίζων,  
sc. commentans in *Theocritum*.

[*Νικίας*,

<sup>cc)</sup> Sed in hoc versu in cod. *Laurent.* non *He-*  
*siodus*, sed *Callimachus* citatur. vid. *Callim.* fragm.  
*Bentl.* CIX. notante *Warteno* in emendationibus  
editorum scholiorum, pag. 199.

[Νικίας, medicus, Theocriti amicus, XIII. 13. XI. 1.]

Νυμφόδορος, I. 69. ἐν τῷ περὶ Σικελίας, V. 15.

## O.

Ὅμηρος, I. 1. 12. 34. 36. 56. 62. 97. 103. 105. 112. 125. 136. 138. 139. II. 16. 18. 59. 121.

III. 4. 12. 13. 24. 42. IV. 10. 54. V. 2. 15.

51. 99. 149. VI. 7. 23. VII. 1. 6. 11. 25.

39. 68. 69. III. VIII. 6. 26. 33. 51. 66. in

libro II. *Iliadis*, IX. 1. 15. X. 2. XI. 12.

XII. 21. XIII. 13. XV. 34. 86. 139.

Ὀλυμπιονίκος, II. 121.

Ὀνάτος, XIII. 46. ἐν τοῖς Ἀμαζονικοῖς.

(forl. Ὀνάσος.) [Μέναντος coniec. Fabri-

cus, sed refutatus a Wartono in emendatt.

schol. editor, pag. 205. ad h. l. Ὀνάσος in

primo Ἀμαζονιδῶν aut Ἀμαζονικῶν citatur

a scholiaste ad Apollon. Rhod. I. 1213.

1236.]

Ὀππιανός, V. 14.

## Π.

Πίνδαρος, I. 1. II. 10. ἐν τοῖς κεχωρισμένοις

τῶν Περσέων, 17. V. 14. 84. VII. 103. ἐν

τοῖς ὑπορχημασίν, sc. in cantilenis, quae

saltantibus accinuntur, XVI. 76.

Πλάτων, I. 61.

Πραξιλλας, V. 83. [vbi vid. Warton.]

[Πυθαγόρας, Πυθαγόρικοι, Πυθαγορίσται,

XIV. 5.]

Πυρρὸς, ὁ Ἐρυθραῖος, ἢ Λεσβῖος, μελῶν

πειστής, IV. 31. Alibi habetur πειστής

Ἐρυθραῖος, IV. 20.

## Σ.

Σαπφώ, II. 88. XI. 39.

[Σιμών, vid. Μολῶν.]

Σιμωνίδης, I. 65. ἐν τῷ (β') περὶ Σικελίας.

[D'Orville tamen in Siculis, pag. 246 sq.

conicit, pro *Simonide* hic substituendum

esse Σίληνος, qui quidem apud Suidam in

Σαρδάνιος γέλως laudetur ἐν τῷ δευτέρῳ

τῶν περὶ Συρακυσίας. add. supra in vol. II.

pag. 149. not. *leues*.] XII. 27. XV. 139.

XVI. 34. 36. ἐν Ἐθρηνοῖς.

Σοφοκλῆς, IV. 62. in *Andromeda*, VII. 76.

Στησίχορος, XVIII. 1. in primo Ἐλενης ἐπι-

θαλαμῆς.

[Σωκράτης, XIII. 7.]

Σωπατρες, I. 115. ἐν τῷ περὶ ἀρχτῶν. Sed

ibi legitur Σωστράτος in tertio et quinto Va-

ticano.

Σωσιβίος, V. 92.

Σωσιθεός, VII. 93.

Σωστράτος, VI. 28.

Σωφρών, II. 12. et in argumento graeco.

## Τ.

Τιμοσθένης, XIII. 22.

Τριπτολέμος, VIII. 115.

Τυρανητιαν, I. 136.

## Φ.

Φανίας, VII. 134.

Φιλητας, II. 118. VII. 6.

Φιλοξένος, VI. 7. XI. 1.

Φιλοσεφάνος, V. 14.

Φιλοστράτος, V. 15.

## [X.

Χρυσίππος, V. 5. XVII. 125. medicus Rho-

dus, vid. supra voc. Ἀμυντας.]

Denique addam, virum quemdam doctum mediatum fuisse novam editionem, gr: et lat. cuius initium n. idyllium I. cum scholiaste graeco, variis quibusdam lectionibus et adnotationibus vberioribus, maximam partem grammaticis et antiquariis, tam in scholiastes, quam in textum graecum, venuste scriptum, praeloque paratum penes me est: quod con-

filium fuerit editori, patet ex inscriptione: *Theocriti Syracusani quae exstant cum scholiis graecis Zachariae Calliergi, notis I. Camerarii — — — et claus Theocritea, seu Lexico vocabulorum omnium et idiotismorum dialecti doricæ plenissimo. Opera et studio,* (sed nomen omissum est.) Editor ignotus in adnotatione, fol. B. subiecta, haec scripserat: „In Gottorpiensi bibliotheca inter alia rarissima MSSa habentur etiam *Nostri idyllia*, nec non vita Hesiodi, Nostrique et Oppiani graece. Obiter quoque memero, in illa laudata bibliotheca praeter ea etiam possideri in mssis graecis: Hippocratis opera, *Ἡρώως εἰσαγωγή τῶν γεωμετρημένων*, Cyrilli lexicon graecum, fragmenta veterum mathematicorum, Leontii Basilii *Ναυμαχικά*, Glycae orationes, Alexii vitam, etc.“

Supra quoque oblitus sum quaedam adnotare, quae spicilegii instar hic adponam:

*Charites* f. Idyllium XVI. gr. et lat. edit. *Io. Beckmann.* Freybergae 1625. 4.

*Theocriti* bucolicum f. potius aepolicum carmen a *Philetico* traductum. Parisiis in aedi- bus Ascensii. 1510. 4. Antiquiorem editionem supra iam memorare memini.

De editionibus versionis lat. ab *Eobano Hessio* factae, illiusque adnotationum, postea animaduerti, etiam *Clement* in Bibliothéque curieuse, historique et critique, vol. VIII. pag. 50 sqq. not. 30. egisse.

*Dan. Heinsii* oratio habita, quum Theocritum auspicaretur. Lugd. Bat. 1603. 4. *Harl.*

VII. (X.) BION, Smyrnaeus, poeta <sup>ad</sup> alter Bucolicus celeberrimus, cuius mortem suauissimo carmine luxit Moschus, eius aequalis et superstes. Hinc de aetate quoque Bionis constat Moschus <sup>en</sup> enim Aristarchi discipulus, teste Suida, fuit. At Aristarchus floruit temporibus Ptolemaei Philometoris circa Olymp. CL. testibus eodem Suida atque Eusebio.

Ex

<sup>ad</sup>) Teste Stobaeo, ex oppidulo Phlossa. Suidas in *Θεοκρίτοις*. Syracusanum faciunt Siculi, ut *Io. Viginthimilius* de poetis Siculis bucolicis cap. 45. et *Antonius Mongitor.* in bibliotheca Sicula, tom. I. pag. 109. ubi de *Bione* agit. *Fabric.* Atque Moschus in epitaphio Bionis, vers. 71 sqq. memorato, Meletis, fluvii, Smyrnam praeterfluentis, desiderio, patriam Bionis, n. Smyrnam, abunde declarat: eum enim et Homerum diserte vocat *Meletis filios*. In Sicilia tamen meliorem vitae partem transegisse Bionem, verisimile mihi videtur cum *Longapetraro* in vita Bionis et Moschi, et *Bailio* in Diction. voc. *Bion* not. C. tom. I. pag. 566. adde *Craffi* Historia de poeti greci pag. 89 sq. *Harl.*

<sup>ze</sup>) *Longapetracus*, gallicus Bionis et Moschi metaphrastes, utrumque putat Theocriti aequalem, argumentis vsus non plane inuictis. Itaque malui in Suidae testimonio acquiescere: nedum

adferri *Iac. Bonanno*, qui in Syracusa illustrata lib. II. pag. 286. 288. Bionem cum Theocrito eundem facit. *Fabric.* At quia Theocritus vixit tempore Ptolemaei Philadelphi, regis Aegyptiorum, et Moschus in epitaphio Bionis Theocritum excitat ad defunctum communem amicum Bionem carmine celebrandum, adfirmatque, Sicelidem Samium, Lycidam et Philetam, Theocriti aequales, (vid. Theocr. VII. 35 sqq.) deploraturos esse mortem Bionis, ex his a *Bailio* et *Longapetraro* locis citatis, a *Schwebelio* in vita Bionis pag. L. et *Manfione* p. VIII sqq. editionibus illorum praemissa, iure colligitur, Bionem Theocriti aetate floruisse, circ. Olymp. CXXIV. et ante Theocritum vita excessisse. Cl. *Saxius* autem in *Onomast.* I. pag. 132. aetatem Bionis et Moschi confert ad A. M. 3858. Olymp. CLVIII. 2. ante C. N. 145. V. C. 607. *Hamberger* vero in *zuverlässigen Nachrichten* vol. I. pag. 380. ad an. mundi 3807. ante C. N. 177. *Harl.*



Ex poematibus Bionis, dorice ff) scriptis, superfunt haec pauca, lectu sane iucunda: [quae tamen simplicitate et pulcritudine naturali cedunt Theocriteis.]

1) <sup>85</sup>) Ἐπιτάφιος Ἀδωνίδος. Carmen in Adonidis funere, quod Theocrito in MSS. tribui testatur Fulvius Vrfinus, ac inter Theocritea Aldus [P] ediderat, praeter *Gambaram*, *Vulcanium*, [et *Ianum Doufam a Noortwyck*, in edit. Vulcanii pag. 71.] nec non *Withfordum* eleganti carmine latino reddidit *Tan. Faber* tom. I. epistolar. pag. 253 sq.

2) Fragmentum, quod incipit Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος etc. Ex *Stobaei* ferm. LXII. p. 267. cum metaphrasi Grotii. Vbi et alterum fragmentum septem versuum sub eiusdem Bionis nomine legitur, quod incipit: Ἄμμερ κυπρωγένεια etc. et a Fulvio Vrfino Heinioque est praetermissum.

3) Aliud, Ἄ μεγάλη μοι Κύπρις etc. Ex *Stobaei* ferm. LXI. pag. 245.

4) Aliud, Τὰ Μῆισα τὸν ἔρωτα etc. id. pag. 241.

5) Ἐπιθαλάμιος Ἀχιλλέος καὶ Δηιδαμείας, in Nuptiis Achillis et Deidamiae Carmen, quod e duobus MSS. primus edidit, sed postrema parte mutilum Fulvius Vrfinus, post carmina nouem foeminarum pag. 240. Confer notas pag. 350. et *Gambarae* metaphrasin. pag. 361. [conf. *Lenner* ad Coluth. anim. III. cap. 10.] Exstat et graece in Theocrito Heinii pag. 205. edit. in 4. [est in m. edit. idyll. VII. vbi vid. not. pag. 81 sq. et 88. in edit. Valck. nr. XV. Longapetr. Brunck. et Schwebelii idyll. VIII.]

6) [aliis, 5.] Fragmentum Εἴ μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια etc. Ex *Stobaei* ferm. LVI. pag. 223. edit. Grotii, quo in loco et alium Bionis versum seruauit *Stobaeus*:

Ὀκ οἶδ' ἐδ' ἐπίκειν ἄ μὴ μάθομεν ποιεσθαι

Haec, quae non didici, nunc tandem discere seruum est.

*Fabric.* Hunc versum Brunck. dedit separatim tamquam fragmentum. Ego, Valckenarium sequutus, eum praefixi idyllio, quod est in edit. Heskini et al. loco V.]

6) [Hesk. aliisque nr. quoque VI.] Aliud fragmentum, Εἶαρος ᾧ Μύρων etc. Ex eclogis *Stobaei* physici pag. 147. edit. Grotii. Idem fragmentum e codice *Stobaei Farnesiano* publicauit Fulvius Vrfinus pag. 239.

7) Aliud ex ecloga in Hyacinthum [al. inter fragm. Bionis nr. 1. apud Brunck. nr. 12.] Ἀμφασία τὸν Φοῖβον ἔλεν etc. Ex iisdem eclogis pag. 133. Ita autem legendum monuit *Theodorus Canterus* lib. I. var. lect. cap. 20. non vt alii ediderunt: Ἀμφασία δὲ Βίον ἔλε, vel vt *Vrfinus* pag. 246. et in *Virgilio*, cum gr. scriptor collato, p. 3. vulgavit τὸν Βίον ἔλεν. [vide, quae notauit in mea edit. vbi inter fragmenta primum locum occupat, pag. 122.]

8) Aliud:

ff) Inde *Moscho* dicitur *dorica Musa*, *Orpheus doricus*.

gg) Non idem ordo et numerus est idylliorum apud editores, quorum alii, vt veteres, et Valck. et Brunck. non separant, et prior, neque eodem tamen ordine numerat XVII. posterior XVIII.

Vol. III.

idyllia: *Vulcanius*, *Longapetraeus*, *Schwebelius*, *Heskin*, quem *Schier* et ego sequuti sumus, minora fragmenta ab integris idylliis et minoribus fragmentis segregant. *Longapetr.* et *Schwebel.* numerant IX idyllia et septem fragmenta; *Heskin* autem X idyllia, et septem quoque fragmenta. *Harl.*

liiii

8) Aliud: [al. fragm. III.] Μοῖσας ἔρωσ καλέει etc. ex iisdem eclogis pag. 149.

9) [al. 10.] Aliud: Ὀλβιοι οἱ Φιλέοντες etc. ex Stobaei ferm. LXI. p. 247. edit. Grotii, vbi incerto tribuitur, sed Bioni vindicauit Vrsinus e MS. codice. [ap. Longapet. et al. est id VI. et id, quod incipit Ἄμρες Κυπρογένεια etc. occupat locum nonum, quod ap. Valcken. est nr. XVI.]

10) [al. 8. Valck. 16.] Aliud, Ἐσπερε τᾶς ἀρετᾶς etc. ex Stobaeo, eodem loco. Ab aliis Moscho tribuitur; at Bioni adscribit praeter margines Stobaei Arsenius, Monembasiae episcopus, in Apophthegmatis. [vid. not. pag. 108. vbi est idyll. VIII.]

11) [al. fragm. V.] Aliud, Αὐτὰρ ἐγὼ βασιτεῦμαι ἐμὴν ἰδὼν etc. Ex Stobaei ferm. CIX. pag. 463. edit. Grotii. [P]

12) [al. fragm. 2. Valcken. nr. 9. Brunck. nr. 14.] Aliud, Οὐ καλὸν ᾧ φίλε etc. Itemque illud ἐκ θαμνῆς ῥεθαύμαγες, ex Stobaei ferm. XXIX. pag. 131. [Valck. hoc est nr. XI. Brunck. nr. 13.]

13) [al. fragm. 6.] Aliud, Μὴ δὲ λίπης μ' ἀγέραςον etc. ex Stobaei ferm. 41. p. 163. qui ferm. pag. 269. etiam hunc Bionis versum operi suo intexuit: [quod in edit. Schwebelii est inter fragm. nr. 6. apud Heskin. et al. est nr. 7. apud Brunck. nr. 17.]

Μορφα θηλυτέρησι πῖλα καλόν, ἀνέρι δ' ἀλλά.

Forma bonum muliebres, vigor roburque virile.

Haec Bionis, vt Moschi quoque λέψανα [olim inter Theocritea simul edebantur. vide supra indicem edit. Theocrit. et bibl. Leidensis Catal. pag. 274. sed primum segregata fuerunt in edit. perrara, quae praestantissima dicitur a cl. Morellio in Pinelli catalogo tom. II. pag. 264. nr. 4123.]

Moschi et Bionis idyllia, gr. et lat. cum scholiis. Accessit Phamoclis elegia et alia Propertii. curante Adolpho Mekercho. Brugis. H. Golzius. 1565. 4.

Bionis et Moschi idyllia aliquot, ab Henr. Stephano latina facta. Eiusdem carmina non diuersi ab illis argumenti. Venetiis ap. Aldi fil. 1555. 4. Pinelli cat. l. c. pag. 265.

Cl. Manso proleg. pag. LXXXVI. memorat edit. Parisin. 1556. 4. (cui quidem gr. et lat. Theocritus est adiunctus,) et Londinenf. 1651. curante Thoma Stanleio. An versio fuit anglica? vid. Acta erudit. 1702. mens. Ian. pag. 46. In vita Stanleii, eius hist. philos. praemissa, dubium videtur, num verterit illa, an ediderit cum textu. Inscriptio haec citatur: *Anacreon, Bion, Moschus, Secundi basia* — cum aliis poematibus. Londin. 1651. 8. Harl.]

Post H. Stephanum in luculenta editione graecorum poetarum principum Paris. 1566. fol. diligentius collegit Fuluus Vrsinus, ediditque graece cum notis ad calcem carminum nouem illustrium foeminarum. Antwerp. 1568. 8. pag. 233 — 269. subiecta metaphrasi ligata latina, qua Bionem ac Moschum donauit Laurentius Gambarae, Brixianus<sup>hh</sup>). Ab eo tempore cum

hh) Vrsinus discessit interdum a Stephano. Quaedam primum protulit ex cod. Farnesianae bibliothecae, aliaque restituit Moscho, quae Theocrito inscribentur. Contendit quoque antiquum

cod. Vaticanum et antiquum cod. medic. Florentinum, qui Philelpho fuit. In notis in illos poetas pag. 349 sqq. adiecit pag. 355. metricam versionem Laurentii Gambarae. Harl.

cum Theocrito edidit graece et latine *H. Stephanus* ann. 1579. forma minore: et addita versione profana semel atque iterum *Ioh. Crispinus, Commelinus, Dan. Heinfus*, [*Brunck*. in *Analectis poet. gr.* tom. I. pag. 383 sqq. *Valcken*. etc.] Exhibet etiam Bionem et Moschum in poetis minoribus *Radolphus Wintertonus*, Cantabrig. 1652. 1661. 8. Exstant praeterea in corpore poetarum graecorum heroicorum graecolatino *Iac. Leffii*, Geneu. 1606. fol. — Latino carmine reddidisse *H. Stephanum* iam ann. 1556. Paris. 8. <sup>ii)</sup> lego in Hendreichii Pandedis Brandenburgicis, illam ἐκδοσὶν ego non vidi. At *Bonaenturae Vulcanii* clara est industria, qui cum Callimacho suo Bionem ac Moschum dedit, et felici carmine latino notisque illustravit anno 1584. 12. Antwerpiae apud Plantinum. Valde quoque me adfecit *Dau. Whitfordus*, qui Musaei carmen de Hesone et Leandro, Bionis et Moschi idyllia, selecta idyllia Theocriti novem, et locum ex Iliados M. v. 310 sq. nitide edi curavit, ornata elegantibus imaginibus, in aes incisus, sed longe elegantiore poetica metaphrasi illustrata Lond. 1659. 4. *Fabr.*

[Habet haec Bionis ac Moschi editio, (quae in bibl. Leidensi, teste catalogo pag. 344. nr. 8. prostat manuscripta.) peculiarem inscriptionem:

Μοσχος — Moschi Syracusii, Bionis Smyrnaei idyllia. A Bonaentura Vulcanio totidem numeris latine reddita. Cum notis eiusdem. Antwerpiae, apud Christoph. Plantinum. M. D. LXXXIV. (1584.) 12.

Est critica rarae editio. Pag. 63 sq. insertum est *Gerardi Falkenburgii*, ad imitationem Bionis, epitaphium Io. Flemingi, gr. et lat. et pag. 70 sqq. metricae nonnullorum Moschi et Bionis idylliorum versiones latinae, auctoribus Angelo Politiano, Iano Doufa, et H. Stephano. In bibl. Leidensi, (catalog. pag. 261. nr. 213.) est exemplar cum notis *Is. Vossii* adscriptis. *Harl.*]

[Docta est *Longapetraei* editio, graece cum versione gallica:

*Les Idylles de Bion et de Moschus. Traduites de grec en vers François. Avec des Remarques.* Paris. 1686. 12. conf. *Act. Erud.* tom. I. supplem. pag. 99. *Hist. Ouvrag.* 87. p. 253. — rec. *Amstel.* 1688. 8. et *Paris.* 1691. Addita sunt post indicem idyllia, gallice scripta. — *Longapetraei* versionem et notas adiecit *Schwebelius* suae editioni, notarum vero maximam partem latine fecit suisque adnotationibus inseruit *Heskin.*

Seorsum praeter ea prodierunt in lucem Bionis et Moschi reliquiae:

<sup>o</sup> *Bionis* — *Bionis et Moschi idyllia ex recensione Nicolai Schwebelii, Noribergensis, cum eiusdem annotationibus*, (raro criticis, frequentius grammaticis atque antiquariis copiosis.) *Accedunt Vrsini, Vulcanii, Stephani, Scaligeri, Casauboni, Heinfii, Xylandri, Palmerii, Longapetraei notae. Ut et versiones metricae, gallica Longapetraei et latina Whitfordi. Cum duobus indicibus.* — Venetiis typis et sumptibus Io. Baptistae Paschalii. 1746. 8.

II III 2

Contextus

ii) Omnino prodiit teste *Maittaire* A. T. III. pag. 632. qui epistolam *Henr. Stephani* curavit recedendam. Prodiit autem ex fratris officina et inscripta: „*Moschi, Bionis, Theocriti idyllia* aliquot ab *Henr. Stephano* latina facta, eiusdem carmina non diuersi ab illis argumenti, et annotatt. in illa idyllia, et *Propertii* elegia ex libro II.

(*Quicumque ille fuit* etc.) graece reddita. Ex offic. *Roberti Stephani*. Lutet. 1556. 8.“ Idem *H. Stephanus* euulgauit librum huius sententiae: *Epistolia, dialogi breues, oratiunculae, poemata* etc. 1577. 8. in quo leguntur *Bionis* sex et *Moschi* tria idyllia. *Harl.*

Contextus est Stephanianus, conf. acrem censuram in Nouis actis eruditor. 1751. Dec. p. 699. cuius auctor fuisse dicitur Carpzouius, V. C. in praesenti Abbas et Theologus Helmstadiensis. Rumor quidem erat, a Reiskio illam esse factam. Hic tamen ipse dubitauit, nec tamen, quia reminisci non poterat, omnino negauit in vita sua, ab vxore illius doct. edita pag. 52 sq. At Schwebelius moleste tulit orationis atque iudicii acerbitatem, et scripsit *Refutationem censurae ineptae* etc. Plura vide in Vitis philologorum, nostra aetate clarissimorum, a me editis, tom. II. pag. 121 sqq.

Haud tamen negandum est, multo praestantio rem et cultiorem esse editionem, a nitore typorum etiam commendabilem:

*Bionis, Smyrnaei, et Moschi, Syracusani, quae supersunt. Notis Ioannis Heskin, ex aede Christi. Oxonii MDCCXLVIII. mai. 8.*

Conf. Noua acta erudit. Lipsiens. 1750. pag. 481 sq.

*Βίωνος — Bionis et Moschi Idyllia cum metaphrasi latina et notis integris Fuluii Vrsini, Bon. Vulcanii, Henr. Stephani, Ios. Scaligeri, Is. Casauboni, Dan. Heimii, Guil. Nylandri, Iac. Palmerii, nec non selectis Longapetraci, Nicolai Schwebelii et Io. Heskin. Recensuit M. Io. Adam Schier. Lipsiae, apud Io. Ge. Loewium, 1752. 8.*

Fundus fuit edit. Schwebeliana, ex Heskiniana aliisque hinc inde correcta. — Schierianam, ex edd. Valckenarii, Brunckii et aliorum, emendatam, operis dederam et foras exire iussi editionem:

*Bionis, Smyrnaei, et Moschi, Syracusani, quae supersunt, cum notis Io. Heskin integris aliorumque selectis, gr. et lat. Recensuit suasque animadu. adiecit Th. Ch. Harles. Erlangae sumtu Wolfgangi Waltheri. 1780. min. 8.*

Contextui varias lectiones et coniecturas subieci; separatas autem a contextu posui animaduersiones post carmina fere singula.

*Βίων και Μοσχος. Bion und Moschus von I. C. F. Monso. Gothae, 1784. 8. cum notis eruditis, germanice scriptis. Ordo est mutatus et graecus textus caret accentibus: ei opposita est versio germanica eaque metro bucolico. Praemissae sunt duae commentationes; altera de vita, altera de poematibus Bionis et Moschi. — Quaedam Bionis et Moschi recepi in Anthologiam gr. poeticam.*

[*Bionis et Moschi idyllia, et quae praeterea exstant, graece et latine cum notis editis selectis, recensuit suasque adnotatt. adiecit Lud. Henr. Tencherus, Lips. 1793. 8.*]

Quod utriusque carmina, in alias linguas conuersa, aliquoties cum Theocriteis comparuerunt, et supra in Theocrito sunt enumerata, paucis hic alias versiones memorabo: quaedam tamen idyllia frequentius sunt translata: quorum anxia enumeratio quid multos iuuat, equidem non video. Latinas, ni fallor, plerasque Vulcanius et Valckenarius reddiderunt.

Bionis carmina et Moschi epitaphium Bionis carmine trochaico latine redditum ab *Ernesto Guil. Hgtio*, Franekeruae 1772. 8. rec. in Valcken. editione.

*Gallice* praeter Longapetraeum uerterunt *Poinsinet de Sivry* cum Moscho, Anacreonte, Sapphone et Tyrtaco, mentice, Paris. 1758. 12. et *Montenet de Clairfons* cum Moscho et Anacreonte, Hafniae 1775. 12. 1780. 4. profaica oratione:

*Anglice;*

*Anglice*; anonymus Cantabrig. 1761. 12. — *Greecis* cum Anacreonte et Moscho, Londini 1768. 12. — *Langhorne*, mortem Adonis. Londini 1757. 4.

*Germanice*; anonymus, cum Anacreonte, Moscho et Sapphone, Berolini, 1787. 8. — *Comes de Stollberg* idyllium I. Bionis et I. Moschi in carminibus, e gr. lingua versis. Hamburg. 1782. — *Gedicke* mortem Adonidos in libello menstruo, germanice scripto.

*Italice* Bionis ac Moschi quaedam aliquoties cum Anacreonte et Theocrito. vid. *Paitonium*.

*Georg Guil. Koeleri*, commentatio critica de quodam *Bionis* loco, (VIII. 8. 9.) et noua eiusdem editione. Ienae 1771. 4. *Harl.*]

VIII. (XI.) Fuere et alii *Biones*, de quibus viri docti ad *Laertium* IV. 58. [Diog. Laert. compilauit *Eudocia* pag. 24.] *Bionios* sermones pro satyricis dixit Horatius a Bione Borysthenite, de quo, vti de Smyrnaeo quoque nostro, vide e recentioribus, si placet, praestantissimum Baelium in Lexico. *Bion Proconnesius* fuit ille Theognidis aequalis, cuius meminit Plutarchus lib. de auditione. *Bion*, rhetor, videtur citari ab *Agathia* lib. II. *Bionem*, Solensem, respicit Plutarchus Theseo, historicum adpellans. Forte *Bionem* Democriteum [P] laudat *Plinius*, quum vitur eius libro *περὶ δυνάμεων* siue de virtutibus herbarum, indice libri XXVIII. *Bion*, Rhodius, in *Simmiae* (de quo infra) *πελέκει* memoratur. De *Bione*, tragico, dixi lib. II. cap. 19. [adde *Craffi* hist. poet. graecor. pag. 90.]

IX. (XII.) MOSCHVS, Syracusanus, quem nonnulli cum Theocrito confuderunt, vt supra <sup>kk)</sup> ex auctore vitae Theocriti adnotauī, ab eo haud dubie diuersus fuit, cum Theocriti, cuius sui, meminerit in Epitaphio Bionis vs. 99. *ἐν Συρακασίῳσι Θεόκριτος*. Distinguit etiam Seruius, notans, quod Virgilius voluerit Theocritum imitari, Syracusanum, *meliorem Moscho et ceteris, qui Bucolica scripserunt*, quamquam Moschum Theocrito superiorem esse, Fontenellus non dubitauit in diff. de ecloga. Longe etiam post vixit Moschus sub Ptolemaeo Philometore, vt ex Suidae <sup>ll)</sup> testimonio constat, qui eum docet fuisse discipulum Aristarchi, grammatici, grammaticum et ipsum. Idyllia eius Theocriteis iam pridem intermixta fuerant ab eo, qui Bucolicorum poetarum corpus temporibus Artemidori, Gram-

I i i i 3

matici,

kk) Supra §. I. nota b.

ll) Suidae verba sunt: *Μόσχος Συρακασίος, Γραμματικός, Ἀριστάρχου γνῶριμος. Οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος ποιητὴς μετὰ Θεόκριτον τῶν τῶν βασιλικῶν δραμάτων ποιητῶν. Ἔγραψε καὶ αὐτὸς βασιλικά. Fabric. conf. Craffi historia de poeti greci, pag. 351 sq. in primis Mongitor. in bibl. Sic. II. pag. 82 sqq. qui multorum diuersa iudicia recenset. Saxius in Onomast. I. pag. 132. et Hamberg. in zuverläss. Nachr. I. c. adserunt Moschum cum Bione eidem aetati. Barnef. in vita Theocriti p. 45 sqq. scribit, Moschum claruisse sub Ptolemaeo Physcone inter Olymp. CLVIII et CLXV. adeoque fere cen-*

tum annos post Theocritum, vbi quoque multus est de supplemento, quod Musuro tribuitur; at Barnef. putat, a Musuro in antiquo cod. repperit esse. adde Wartonii notas. Contra *Manso* pag. 34 sqq. Prolegom. Suidae testimonium infringit, verba *Ἀριστάρχου γνῶριμος* alienum supplementum iudicat, et quatenus Moschus dici poterit *grammaticus*, ingeniose docet, atque Moschum fuisse aequalem Bionis euincit. Idem de aliis poetis, a Moscho in epitaphio Bionis vs. 94 — 97. laudatis, *Asclrpiade*, s. Sicelide, h. e. Siceli filio, *Lycida* et *Phileta*, differit: de quibus quoque vid. *Barnef.* in vita Theocriti, p. 46 sqq. *Harl.*

matici, collegerat, sed separata studio virorum doctorem, H. Stephani maxime Fuluique Vrini, licet non plane certum sit adhuc, illane omnia, quae sub Theocriti nomine hodie leguntur, (vt Idyllium XX. et XXVIII.) illius, an potius Moschi sint, et vicissim nihil ne ex his, quae Moscho adscripserunt viri docti, ad Theocritum auctorem sit referendum. [sed iure dissentit a Fabricio *Warton* in praef. tom. I. pag. XI.] Quae vero *Moschi* nomine hodie leguntur, haec sunt Venerem et amores spirantia: [quae vero non eodem ordine in omnibus prostant editionibus.]

1) Ἔργος δραπέτης, *Amor fugitiuus*. Vertit carmine praeter *Gambaram*, *Vulcanium*, *Metkerkum*, *Whitfordum*, *Politianus* tom. II. Opp. pag. 341. Exstat quoque in *Anthol. epigr. lib. I. cap. 27.* [ac in cod. Medic. Antholog. vid. *Bandin.* III. p. 111.] Vide et *Stobaei florileg. ferm. LXII. pag. 255. 257.* cum metaphrasi *Grotii.* [In *Stobaei floril. Gesneri* p. 391. 392. In italicam linguam saepe translaturum est hoc idyllion. vid. *Paitonum* l. m. II. pag. 250 sqq.]

2) Εὐρώπη, ad quod idyllion referendus *Casaubonus* cap. 22. lect. *Theocritic.* In duobus codicibus MSS. diserte tribui Moscho, testatur *Fulsius Vrinius* pag. 352. licet inter *Theocritea* olim editum, et inter *Moschi* idyllia praetermissum sit a gallico metaphraste *Longapetraeo.* *Fabric.* Exstat quoque in cod. Augustano, in quo inscribitur Μόσχος Σικελιώτης Εὐρώπη, in codice Veneto D. Marci cod. DXXII. in catal. pag. 282. cum *Theocriti* *Syringe*, additis scholiis, et cum aliis: in cod. Mediceo, secundum *Bandinii* catal. tom. II. pag. 142. *Moschi Europa, amor fugitiuus* et *Megara vxor Herculis.* — ibid. pag. 692. est *Moschi amor fugitiuus.* ibid. tom. III. pag. 425. nr. II. *amor fugitiuus.* Tum *Europa* Moscho tributa in alio codice, de quo *Crusius* in *Turco-Graecia* pag. 394. In *Parifinis* codd. non fuit reperiunt, teste *Valckenario.* In cod. LXVI. bibl. *Vindobonens.* nr. 8 — 10. continentur *Moschi* idyllium, *Epitaphium Bionis*, sed inscriptum: Μόσχος ἢ Θεοκρίτης, Σικελιώτης, ἐπιτάφιος Βίωνος, Βακχὸς ἐρωτικῶς, tum *Europa*, cuius initium: τῆ αὐτῆς Μόσχος Σικελιώτης Εὐρώπη. *Lambec.* quidem in commentar. tom. VII. pag. 233. existimat, perperam adtribui *Moscho*, et *Theocritum* fuisse auctorem; sed errat, et *Kollarus* in nota monet, in cod. meliori iure id idyll. vindicari Moscho. Tum sequitur *Moschi amor fugitiuus*, et *Megara, vxor Herculis.* In *Nesseli* Catal. bibl. *Vindob.* part. IV. pag. 149. idem codex citatur, at numeratur CCCXI. ac *Nessel.* *Lambecii* iudicium perperam sequitur de cod. *Guelferbyt.* et imitationibus huius idyll. vid. quae notauit in *Introduct. in hist. L. Gr. I.* pag. 560 sq. *Harl.*

3) Ἐπιτάφιος Βίωνος (Βακχὸς ἐρωτικῶς) carmen in funere *Bionis*, de quo iam dixi, poetae bucolici. *Fabric.* In cod. *Coislin.* teste *Montfauc.* pag. 226. tribuitur *Theocrito.* In eadem bibl. *Coisl.* pag. 455. codex continet exercitationes grammaticas in quaedam carmina, ex variis auctoribus excerpta et alia prosa descripta. Citantur *Posidippus*, *Crates*, *Metrodorus*, *Moschus.* — *Theocrito* tribuitur illud idyllium ab *Eudocia* p. 408. et duo versus (6. 7.) ex eo adferuntur. conf. quae notauit ad hoc idyll. pag. 225 sqq. — *Moschi* epitaphium *Bionis* cum doctissimis quibusdam adnotationibus adiecit *Valcken.* calci libri. *Virgilii* collatione scriptorum graecor. illustrati, pag. 76 sqq. pag. 81 sq. miratur, qui tandem criticis potuerit in mentem venire, sex istos versus, qui nonagesimum tertium proxime sequuntur, esse *Marci Musuri*, ad codicis *Aldini* lacunam suppleendam ab homine poetico scienter edolatos: *Moschus* quidem nomen in editione sua versui 94. *Fulsius Vrinius* adiecit: at *Valeken.* cum *Ios. Scaligero*,

gero, emendat. in Moschum pag. 231. putat, eos a Musuro in cod. vetusto repertos, et esse veros Moschi filios. Adde eiusdem notam in edit. Theocriti, Bionis et Moschi, ad vers. 94. pag. 361. *Barnesium* amplis verbis illos vindicare Moscho, iam in nota antecedenti obseruavi, adde, quae notaui ad illos versus pag. 217 sq. et pag. 244. *Harl.*

4) Μεγάρα, *Megara*, vxor Herculis. [P] *Fabric.* Moscho vindicatum hoc idyllium in codicibus Vindobon. aliisque, quos Mich. Sophianus, Stephan. et Vrsinus viderunt. *Harl.*

5) Fragmentum, quod incipit: Τὰν ἄλλα τὰν γλαυκῶν etc. ex Stobaei sermone LVII. pag. 229. edit. Grotii. [edit. Gesneri pag. 377. in edit. Stobaei Veneta et MS. Leid. adscriptum, ἐκ τῶν Μόσχου βουκολικῶν, notante Valcken.]

6) Aliud: Ἴσα Πάν' Ἀχῶς τῆς γείτονος etc. ex Stobaei sermone LXI. p. 247. *Fabric.* In edit. prima Trineauelli et cod. Leidensi adscripta leguntur: ἐκ τῶν Μόσχου τῶ Σικελῶ βουκολικῶν, teste Valckenario. *Harl.*

7) Aliud: Ἀλφειὸς μετὰ Πίσσαν etc. ex Stobaei sermone LXII. pag. 265. edit. Grotii, [edit. Gesneri pag. 400.]

8) Epigramma Hexastichon εἰς ἔξωτα ἀροτριῶντα, in *Amorem arantem*, ex Anthologiae lib. IV. cap. 12. pag. 409. <sup>mm)</sup> *Fabric.* — *Valcken.* adiecit ex Anthologia I. cap. LXXX. 3. tres versus quos Moschi, et certe bucolicos, nec adeo similes alios in Anthologia graeca reperiri iudicat: Αἶθε πατήρ μ' ἐδίδαξε etc. — Theocriteum idyllium, Ὀαριεὺς, inter Moschi carmina recepit et explicuit Heskin. Ad Moschum quoque refert *Mongitor* l. c. II. pag. 83. Theocriteum idyllium, *Helenaepithalamium*. Idem de reliquis Moschi idylliis, eorumque auctore, versionibus etc. disserit, pluresque laudat viros doctos. — Idem *Moscho* nostro cum Vigintimillio, (suspicante, operis, in quo de aliis nationum vocabulis pertractatum fuerit, partem fuisse,) tribuit opus, ab *Athenaeo* II. cap. 10. pag. 485. citatum: *Expositio rhodiorum vocabulorum*, et aliud opus, *de Machinis*, cuius librum quintum citat *Athenaeus* XIV. cap. 8. pag. 634.

*Progr.* inscriptum: *uberior explicatio et comparatio Idyll. II. Moschi*, adieceram Anthologiae meae gr. poet. edit. Noriberg. 1775. pag. 256 sqq. Bionis et Moschi loca quaedam tentarunt aut explicuerunt *Toup.* in emendat. in Suidam et Hesychium, tom. II. III et IV. *F. Jacobs* in Specimine emendationum in auctores veteres etc. (Gothae 1786.) cap. XI. pag. 53 — 57. *Dorville* in animaduersion. ad Charitona et *Pierfon* in Verisimilibus, aliquoties. *Harl.*

Editiones et interpretes Moschi vide, si lubet, paullo ante in Bione.

X. (XIII.) Fuerunt et alii Moschi. 1) Antiquissimus Sidonius, physiologus et historicus, (licet hos distinguat doctiss. Seldenus,) de quo dixi lib. I. cap. 28. §. 4. et ad Sextum Empiricum pag. 621. not. L. 2) *Moschus*, Epicuro antiquior, cui et Cleandro amicis suis gastrologiam dicauit Archestratus opfodaedalus, teste Athenaeo VII. pag. 278. 3) *Moschus*, cuius

<sup>mm)</sup> Respici hoc a *Tibullo*, putabat Brouckhuf. Eleganti metaphrasi donauit Politianus, quam III. 3. 4. *verbaque aratoris rustica discit amor.* Brouckhusius ibidem exhibet.

cuius *μηχανικά*, atque 4) alius, ni, fallor, grammaticus, cuius *ἐξήγησιν Ῥοδιακῶν λέξεων* citat Athenaeus, [quos a Moscho bucolico haud diuerfos putasse Mongitorem, supra iam adnotauimus. adde *Manfo* in narratione de Bione et Moscho, eius editioni praefixa.] 5) *Moschus*, citharoedus, de quo Suidas. 6) *Mochus* siue *Moschus*, medicus, cuius mentio apud Galenum I. de composit. medicament. 7) *Iohannes Moschus*, qui vixit circa annum Christi 630. scripsitque *Vitas Patrum*, siue *Pratum spirituale* graece libris X. et cap. 186. meminit *Moschi*, Tyrri mercatoris. 8) *Demetrius Moschus*, diu post clarus, cuius *de Helena et Alexandro* carmen graece editum est Parisiis cum latina *Pontici Virunii* versione et insigni praefatione, 4. vid. *Diarium Venetum*, *Giornale d'Italia* tom. 24. pag. 277. *Demetrii Moschi* argumentum in *Orpheum de lapidibus* saepius excusum est. Eius *epistolae* ad *Ponticum Virunium* memorantur in *diario Veneto*, tom. 24. pag. 283. 9) Sub *Moschi*, Lacedaemonii, disciplina, viri in omni virtutum et doctrinarum genere totius Graeciae consensu excellentissimi, quinquennium se moratum in Graecia, testatur *M. Antonius Antimachus* praefat. ad *Georgii Gemisti orationes*, a se versas.

Praetereo recentem saeculi XVII. scriptorem *Franciscum Moschum*, Niuellensem, de quo *Valerius Andreas* in *bibliotheca Belgica* et in *Athenis Belgicis* *Franciscus Sweertius*.

XI. (XIV.) *SIMMIAS* a *Parthenio* cap. 33. *Eroticon*, *Hephaestione*, *Athenaeo*, aliisque *Rhodium* recte adpellatur. *Suidas*; [et, quae eum descripsit, *Eudocia* pag. 386.] *Σιμμίας Ῥόδιος Γραμματικός*. ἔγραψε γλώσσας βιβλία γ'. ποιήματα διάφερα βιβλία δ'. Quae sequuntur apud *Suidam*, ad *Simonidem Amorginum*, vetustissimum *iambographum*, non ad *Simmiam* spectant, vt notarunt *Ionius* pag. 23. de scriptoribus hist. philof. et *Vossius* de poetis graecis p. 59. Itaque emendandum, quod idem *Ionius* p. 15. ex loco mutilo vel confuso *Suidae* *Simmiam* patria *Samium* fuisse contendit: de *Simonide* enim accipienda sunt verba: ἦν δὲ ἐξ ἀρχῆς Σάμιος. ἐν δὲ τῷ ἀποικισμῷ τῷ Ἀμοργῷ<sup>nn)</sup> [P] ἐτάλη καὶ αὐτὸς ἡγεμῶν ἀπὸ Σαμίων, ἔκτισε δὲ Ἀμοργὸν εἰς γ' πόλεις Μινῶαν, Αἰγιαλὸν, Ἀρκεσίμην, γεγυνοε δὲ μετὰ υς<sup>oo)</sup> ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. Ἐγραψε κατὰ τινὰς πρῶτος ἰάμβους καὶ ἄλλα διάφορα, Ἀρχαιολογίαν τε τῶν Σαμίων. De aetate *Simmiae*<sup>pp)</sup> nihil magis constat, quam antiquiorem ipsum fuisse non modo *Meleagro Gadareno*, qui inter eos, e quibus coronam *epigrammatum graecorum* circa *Olymp. CLXX.* collegit, *Simmiae* meminit,

Συμναίς τε κλάδες Νικανίτη ἠδὲ Φαίνας  
τέρμινθον, βρωτὴν δ' ἀχράδα Σιμμίαια.

sed et iuniorem *Simmia* fuisse *Philicum*, *Coreyraeum*, *Theocriti* aequalem, *tragicumque* ex iis, qui *Ptolemaei Philadelphi* aetate circa *Olymp. CXX.* sub *Pleiadis* nomine clarebant, testatur

nn) De *Simonide* hoc *Amorgino* et aliis huius nominis dixi lib. II. cap. 15. vt de *Amorgo*, *Samiorum* colonia, praeter *Holstenium* ad *Steph.* consulens *Laur. Begevi* spicilegium antiquitatis pag. 10. II. et *Harduinum* in *numis ciuitatum illustratis* pag. 39. At de *Simmia*, *Thebano* et *Syracusano*, lib. II. cap. 23. §. 42.

oo) Hoc est annis post *Troiam* captam 406.

adeoque biennio ante primam *Olympiadem*. At *Ionius* pag. 23. habet 506. quasi legeretur apud *Suidam* 45, vt incidat aetas in *Olymp. XXVI.*

pp) Aetas eius adligatur a *Saxio Onom. I.* pag. 91. circ. *Olymp. CXVIII. 1.* ante *Chr. nat. 306. V. C. 446.* ab *Hambergero A. M. 3687.* ante *Chr. nat. 297.* alii, intra *Olymp. CXX — CXXIV. Hari.*



testatur *Hephaestio* in *Enchiridio* pag. 31. vbi de choriambico hexametro agens quum dixisset, Philicum eius sibi inuentionem, tamquam auctori, tribuere, *ψεύδεται δὲ*, inquit, *πρὸ γὰρ αὐτῆ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος ἐχρήσατο ἐν πελέκει*. Ex eius poematis, quorum nonnulla citat *Hephaestio* p. 26. 35. 43. et *Athenaeus* XI. pag. 491. a quo laudatur *Simmiae* (*Γοργώ*.)<sup>99</sup> pauci ad nos peruenerunt gr̄phi, siue difficiles lusus:

1) Ὠὸν *Ouum* siue carmen, oui figura, memoratum eidem *Hephaestioni* pag. 65. Ταύτης δὲ τῆς ιδέας ἐστὶ τὸ ὦν τῆ Σιμμία καὶ ἄλλα πάγνια. Confer pag. 168. In scholiis graecis, quae instat seruantur in codice Palatino, notatur, versum primum iungendum esse ultimo, secundum penultimo, et sic deinceps ἀπὸ τῆ πρώτῃ ἤξει ἐπὶ τὸ τελευταῖον, καὶ πάλιν ἐπανιὸν ἀναλόγως. Φησὶ δὲ ὁ νῆς· Τῆτο τὸ ὦν ὁ ποιητὴς Φησι ἐξ ἀηδόνος γενέσθαι καὶ τῆς ἑαυτῆ Φροντίδες etc. *Fabric.* Atqui hic codex Palatinus in Vaticana bibliotheca superesse videtur. Brunckius enim, qui in *Analectis* poet. graecorum tom. I. pag. 204 sqq. reposuerat *Simmiae*, Rhodii, epigrammata, tum *πτέρυγας* et ὦν atque *πέλεκυν*, pag. autem 412. *Dofadae* aras, in lectionibus et emendationibus, tom. III. pag. 38 sqq. varia adnotat. Ad epigramma II. obseruat, cod. Vatic. habere nomen auctoris *Σιμμία*, non addito gentili: esse autem *Simmiae*, *Thebani*, Socratis auditoris, non Rhodii, cui se male adscripsisse confiteretur. De quarto epigrammate vide *Dorville* in miscellan. obseruat. vol. IX. pag. 114. et ad *Chariton*. pag. 522. a Brunckio iam laudatum. Tum pag. 40 sqq. vetera scholia, eaque vetusta, quae codex habet Vaticanus, quibusque *Salmasius* in explicandis hisce ludicris vsus erat, e tenebris eruta ita reddidit Brunckius, vt codicis lectiones vbique repraesentaret aut in textu, aut in notis subiectis. Qui titulus hic est *Βησαντίνε ῥοδίε ὦν ἀηδόνος*. addito scholio *Βησ. ἢ Δοσιάδα, ἢ Σιμμία. ἀμφότεροι Ῥόδιοι*. Sequuntur 1) ἐξήγησις τῆ πελέκειος· εἰς τὸν βῶμον A. σχολιον· 2) ἄλλο σχολιον· 3) ἄλλως· 4) Ea, quae ex scholiis ad alas protulit *Salmasius*. *Harl.*

2) Πτέρυγες. *Alae* siue carmen, binas alas referens. Haec alas et bipennem *Simmiae* citat *Hephaestus* pag. 31. In alis amor loquitur, αὐτὸς ὁ ἔρωσ ὑπὲρ ἑαυτῆ λέγει. Schol. mstum in cod. Palatino.

Illustrauit praeter *Salmasium* *Fortunius Licetus* *Encyclopaedia*, quam vocat, ad alas diuini amoris, a *Simmia* compactas. Patau. 1640. 4. *Fabric.* Germanice vertit vna cum *Moschi* amore fugitiuo, et pulcre explicuit cl. *Car. Gottlob Sonntag* in libello: *Zur Unterhaltung für Freunde der alten Literatur*. fasc. I. Rigae 1790. 8. pag. 28—43. *Harl.*

3) Πέλεκυς, *bipennis*, *bisacuta*, Brito II. 305. [formam vide apud *Erhardum* ad *Petron.* Satyr. cap. 132. pag. 627. edit. I. *Burm.*] siue carmen figurae securis ἀμφιτόμω, (cui *Aegyptum* adsimilari scribit *Scylax*, et qualem passim memorant veteres, vt *Apollonius* I. *Argonaut.*

<sup>99</sup>) Alia *Simmiae* poemata duo laudauit *Stephanus* in Ἀπολλωνί· *Σιμμίας ἐν μυσί*. Idem in Ἡαιπίνης· *Σιμμίας ἐν Ἀπόλλων*. adde *Tzetzae* *Chiliad.* VII. hist. 144. *Fabric.* *Tzetzes* seruauit ex carmine, Ἀπόλλων inscripto, fragmentum XIII. versuum, quod reddidit *Brunck.* in *Analectis* vol. II. p. 525. et in lection. tom. III. p. 235. animadu-

tit, posteriores quinque emendatos esse a *Salmasio* in *Exerc. Plinianis* p. 707. qui vero, ait, male scriptum poematis, vnde excerpti sunt, titulum pro auctoris nomine accepit, vnde eos, tamquam *Apollonii*, laudat, quum sint *Simmiae* in *Apolline*. adde eundem *ibid.* tom. III. lectionum pag. 39. *Harl.*

Argonaut. vf. 68) In hoc poematio ἀντιθετικῶ post primum versum legendus est vltimus, post secundum penultimus atque ita deinceps"). Similiter etiam in Ouo. Sed in alis aliter se rem habere, contendit Salmasius, contra auctoritatem Hephæstionis, vt existimo, et vt ipse Salmasius fatetur, vtriusque scholiastæ graeci, tum illius, cuius scholion breue editum est, tum inediti *Holoboli*, rhetoris. Manubrium, securi aptatum a sciolo, non esse Simmiae, praeter Salmasium notat Is. Voslius ad Scylacem pag. 103 sq. Erudita in hos [P] griphos Claudii *Salmasii* commentaria prodierunt Paris. 1616. 4. atque iterum in Musco philologico historico secundo *Thom. Crenii*, Lugd. Bat. 1700. 8. Ante Salmasium hos Simmiae difficiles lusus illustrauerat *Claudius Auberius*, Triumuirianus, cuius versio et commentarius legitur in editionibus Theocriti Crispinianis, [et in Georgicis, bucolicis ac gnomiceis vetustissimorum auctorum.] Versio etiam in vtraque Heiniana. Vti versio *Rich. Esii*, e foc. Iesu, apud *Ioseph. Blancanum* in locis mathematicis Aristotelis ad quæst. mechan. XIX. Videndus etiam *Fortunius Licetus* in Encyclopaedia ad Epei securim, quam ille a Simmia compositam non dubitat, Bononiae 1637. 4. Ouum adgressus quoque emendare *Iosephus Scaliger*, sed infeliciter, quia ordo legendi viro docto non suboluit. In bipenni Salmasius suppositum non dubitat versum, quem editiones manubrii loco exhibent: τὸν Βίῶν κλυτοῖς ἦσε Θεοῖς δὲ εὖρε Ῥοδοῖ γεγαῶς πολύτροποι μῆνος μέτρα μολπᾶς. Simmiam enim de industria πελεκῆκὸν sive σελεὸν omisisse, quoniam, quae diis dicabantur arma et instrumenta, moris erat prius mutilare, ne in vsus hominum cedere possent. Vide Hesych. in Καταγωγίας.

XII. (XV.) DOSIADAS<sup>ss)</sup> quando vixerit, non constat: neque admodum refert multa notasse de viro, qui nihil aliud posteris reliquit, quam vnum vel alterum γρῆφον sive poemation, misera, (vt vere *Lucianus*<sup>tt)</sup>,) hoc est obscurissima compositum dictione, veluti lectioribus, quoscumque nacturum se ausus est sperare, crucem fixurus. Patria fuisse Rhodium, colligunt viri docti ex his verbis scholii graeci ad ouum Simmiae: Βησαντίνος<sup>uu)</sup> Ῥοδῆς ὡν ἡ Δωσιάδα ἡ Σιμίαις, ἀμφοτέρω γὰρ Ῥόδοι. Superest huius Dosiadae Βωμὸς, Luciano memoratus, sive poemation arae figuram, non cubicam, sed quales vetustiores aras, Ionicas praesertim, testatur fuisse *Nicomachus Gerasenus*<sup>vv)</sup> ἀνιστόπλευρον referens, versibus XXVII. quorum postremus est: Δωσιάδα βωμὸς, ἐν Μύσαις ἑξάσεν ἐν γὰρ Incipit a versu ὀλές ἔ με λιβρὸς ἰρῶν. Hanc aram e codice Palatino Anthologiae descripserat *Claudius Salmasius* et cum *Ios. Scaligero* communicauerat, qui ei interpretationem suam et castigationes in epistola transmisit, quae legitur inter epistolas Scaligeri CCXLVIII. in eius Opusculis posthumis,

rr) *Holobolus*, rhetor, schol. insstis, ὁ πέλεκυς ἀκινυῖσκαται ἕτως τὸ πρῶτον συνάπτεται τῷ ἑσάτω etc.

ss) *Dosiadae* nomen pro, *Dosithei*, reddendum elegantissimo Mureto tom. II. orat. 8. p. 286.

tt) *Lucianus* Lexiphane tom. I. pag. 839. Τὰ δὲ σὰ ὡς περὶ μέτροις παραβάλλον, καθάπερ ὁ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη, καὶ ἡ τῆς Λυκόβρονος Ἀλεξάνδρια, καὶ εἴ τις εἴη τίτταν τὴν Φωνὴν κακὸς αὐτοῖς εἶρη. add. Salm. de Hellenistica pag. 124 et 134.

uu) Huius, ni fallor, Bisantini epigramma legitur lib. I. Anthologiae cap. 42. pag. 91. Occurrit et eius nomen in marginalibus Stobaei serm. CXV.

vv) *Nicomachus Gerasenus* lib. II. Arithmeticae pag. 55 sq. *Boethius* II. 25. Arithmet. Theo Smyrnaeus pag. 66. οἱ δὲ πάσας ἀνίστας τὰς πλευρὰς ἀνίστασις ἄνιστοι ἀνίστασις; βωμίσκοι καλεῖται. Confer *Parrum* lib. VII. proposit. 135. Icones eiusmodi Ararum apud *Grueterum* inscription. pag. MXVII et MXXIV.

mis <sup>ww)</sup>, Paris. 1610. 4. p. 469. Deinde Salmasius ipse cum versione [P] sua et erudito commentario aram istam edidit, aliisque huius generis poematis adiunxit. Paris. 1619. 4. <sup>xx)</sup> Hic saepe discedit a Scaligeri sententia, et subinde prouocat ad scholia graeca siue glossas veteres, quas ex MS. codice optandum erat integras simul edidisse. Salmasii commentarius recusus est in Museo philologico et historico secundo Tho. Crenii. *Fortunius* vero *Licetus* in Encyclopaedia ad Aram Mysticam Nonarii Terrigenae Anonymi Vetusissimi. Patau. 1630. [1640. in Hummelii supplem. bibl. libr. rar. vol. III. pag. 146.] 4. <sup>yy)</sup> postquam in medium adtulisset et oppugnasset expositiones, quas dixi Scaligeri et Salmasii, retulissetque *Bartholomaei Severi, Felicii Opsi, et Bartholomaei Vachii* interpretationes, ipse negat, hanc aram esse Dosiadae, quod Lucianus tantum *βαμων*, non *βαμωνες* ab eo scriptos, memorat, difficilemque esse testatur: cum altera ara, (de qua mox,) sit difficilior, adeoque Dosiada dignior, et in codice Palatino habuerit subscriptum versum, *Δωσιάδα βαμωνες εν Μεσσαυς εσασεν εν γα*. Sed hunc versum Salmasius haud dubie auctoritate *Holobeli*, rhetoris, (qui scholiis graecis vtramque aram illustrauit,) vindicat priori arae, cui etiam longe melius, quam posteriori conuenit. Deinde Luciani locus non magis huic, quam alteri obstat arae, quum vtraque griphum contineat, satis difficilem. Neque illas facile coniecturas suas lectori probabit Licetus, qua vel Gaditanum aliquem vel Pythagoricum facit auctorem, Simmiamue. Nec denique interpretationem, praecipue qua versum 15. *Εινος μ' ετευξε γηγεινης* exponit non de nouem Musis, sed de nescio quo Nonario, terrigena poeta, poemati auctore pag. 139 sq.

XIII. (XVI.) Praeter hanc altera quoque *Ara* exstat et in Theocriti editionibus legitur, quae incipit *εμαρσενος με ζητας*, versibus XVIII. Hanc in Romana Theocriti editione ann. 1516. 8. primus edidit *Zach. Calliergus* admodum corruptam, sine titulo. In editione Theocriti, Veneta ann. 1543. ex officina Farrea, *Meyfius* III. 17. Attic. lection. legit haec verba sub initium graeci ad illud poemation scholiastae, qui in aliis poetae editionibus desideratur: *Ο δια των μετρων ετσι βαμωνες Ωδιαδς τινος ευσημα*. Vnde ipse *Δωσιάδς* nomen recte restituit, sed minus firmiter inde collegit, huius quoque Arae Dosiadem esse auctorem: quum graeca verba ita exponi possint, vt Dosiades pro inuentore huius scribendi generis, non pro auctore ipsius arae habeatur. Facile tamen ob vocabulum *ετσι* credo, *Dosiadam* scriptori scholii pro auctore habitum, de cetero aequae ac nobis obscurum [P] fuisse, quoniam ait *Δωσιάδς τινος*. Scholia *Holobeli*, rhetoris, in hanc aram secundam etiam in cod. Mediolanensi exstant, quorum initium: *ως απο τῃ βαμωνῃ ο λογος. ετι εγω ειμι ο βαμωνς, ον ετευξεν και νατεσκευασεν*

Kk kkk 2

<sup>ww)</sup> Haec editio recusa Francof. 1664. 8. itaque fallitur *Tho. Crenius* in Museo philologico et historico tom. II. pag. 184.

<sup>xx)</sup> Vers. septimum corrigit *La Crozius* in epistola ad Io. Christoph. Wolfium, in *Fabricii* B. Gr. lib. V. cap. 6. vol. VI. pag. 794 sq. et monet, *ακρισιχον* esse in eo carmine, et litteras, quae versuum initium constituunt, si ordine legantur, hanc sententiam efficere: *Ολυμπιε πολλοις ετεσι θυσιαις, Olympic nullis annis sacrifices*. Hinc coniecit,

hanc aram dono missam fuisse *Olympio* cuidam, poetae ignoto, siue die illius natali, siue Saturnalibus. Eadem epistola Crozii reperitur in thesauro epistolico Lacroziano, tom. III. pag. 256 sq. *Harl.*

<sup>yy)</sup> *Fortunii Liceti* Encyclopaedia ad aram Lemniam Dosiadae, poetae vetustissimi etc. Paris. 1635. 8. conf. *Jordan* hist. de la vie de M. de la Croze, part. I. pag. 136. adde *Valcken*. Diatrib. ad Euripidis Hippolyt. cap. XI. p. 126 sqq. *Harl.*

σχεύασεν Ἰάσων ὁ Μέροψ, ἦτοι ὁ Θεσσαλός. Latina huius arae interpretatio, quae in Crispinianis et Heinlianis Theocriti editionibus legitur, est *Ioh. Aurati*, emendationes *Guil. Canteri*, etsi neutra probantur Salmasio. In omnia quoque alia abijt *Hugo Grotius*, qui aram illam interpretatus est pag. 67. ad Aratum. Viginti fere annis post prodiit *Claudii Salmasii* expositio et commentarius Parisiis ann. 1619. 4. editus, et in secundo Museo *Tho. Crenii* recusatus. Neque haec satisfacit *Is. Vossio* ad Melae II. 7. pag. 214. [pag. 771 sqq. edit. II. Abrah. Gronouii,] vbi aliam meliorem adtulit interpretationem, et in Salmasii expositione tum ad hanc aram, tum ad reliqua cum hac edita poemata, negat esse quicquam, quod alicuius sit momenti, quod non hauserit ex scholiis *Holoboli*, rhetoris, quem totum, vt ait, descripsit, nulla tamen vllibi facta eius mentione. Geminum istorum scholiorum nactus sum exemplar, alterum *Sylburgii*, alterum *Commelini* manu descriptum. Sed et tertium communicauit *Lucas Langermannus*, iuuenis inprimis eruditus et de nobis optime meritus, depremtum ex eodem illo codice, quo vsus est *Salmasius*, quo et *Anthologia graecorum epigrammatum* continebatur. Verum nihil hic ipsi profuit *Holobolus*, quoniam eum non intellexit. Sane verum est, *Holoboli* nominetenus *Salmasium* haud meminisse. At passim laudat graeca scholia, ex iisque profecisse se fatetur, quin ipsa illorum verba non raro adscribit <sup>22</sup>). Exstat et *Fortunii Liceti* Encyclopaedia, vt vocat, siue commentarius in praesentem aram, quam *Dosiadae* sine controuersia tribuendam putat, licet *Salmasius* nec *Dosiadae* esse putet, nec *Theocriti*, nec *Simmiae*. Prodiit *Liceti* libellus. Parisi. 1637. 4. quemadmodum commentarium in *Aram Pythiam* latini poetae *Publii Optatiani Porphyrii* publicauit *Patauii* 1635. 4. in quo varia exempla recentia eiusmodi altarium poeticorum sua et aliena congescit pag. 41 sq. pag. 61 sq. vtramque item *Dosiadae* aram cum explicatione latina exhibuit. *Fabric.* — *Guil. Canter.* in not. ad *Lycophr.* pag. 169. aram *Theocriti* foetum fuisse existimat. Ita alii, vt *Francisc. Patricius* in poetica dec. hist. lib. I. pag. 119. *Aram*, *Bipennem*, *Ouum*, *Alas*, *Theocrito* adscribunt; alii dubii sunt; alii *Simmiae*, *Rhodio*, vindicant. vid. *Mongitor.* *Bibl. Sicul.* II. in *Theocrito*, pag. 248. *Harl.*

XIV. (XVII.) Fuit et *Dosiadas* quidam e quo de Lesbiorum sacrificiis nonnihil adfert *Clemens Alex.* pag. 20. protreptici, et ex eo *Eusebius* IV. 16. praeparat. tum *Dosiades* (*Δωσιάδης*) cuius quartum *Κρητικῶν* laudat *Athenaeus* IV. pag. 143. et VI. pag. 264. Idem opus respiciunt, *Dosiadem* laudantes, vbi de *Creta* agunt, *Plinius* IV. 12. *Hist.* et *Solinus* cap. 11. tum *Diodorus*

<sup>22</sup>) *Manuel Holobolus*, rhetor rhetorum, vixit tempore *Michaelis Palaeologi*, qui rebus praefuit ab ann. Chr. 1259. et *Andronici filii*, ad quos versus politicos scripsit, qui exstant in cod. *Colbertino* DCXLIV. Ad hunc *Holobolum* *Simonis*, *Constantinopolitani*, epistola. vid. *Iac. Echardum* tom. I. pag. 559. de scriptoribus ordin. Praedicatorum. Adde *Pachymerem* VII. 8. et *Cangium* in *Ἐρώρω*, *Allatii* consensum pag. 774. 775. et de *Georgiis* pag. 355. vbi notat, cum *Constantinopoli* etiam mathematica publice docuisse, *Huetii* epistolam ad *Menagium* in *Tilladeti* collectione tom. II. pag. 279 sq. Alius *Io. Chrysocephalus Holobolus* in

*biograph. Coislin.* pag. 251. *Maximus Holobolus*, *Protosyncellus*, cuius in *S. Mariam Aegyptiacam*, id. pag. 245. *Fabric.* — *Valcken.* in diatriba ad *Euripidis Hippolytum* cap. XII. pag. 128 — 136. ex *Vossiano* codice bibliothecae *Leidenensis* primus dedit et doctis illustrauit obseruationibus. *Holoboli* scholia in aram *Dosiadae*. Animaduertit praeterea vtrique poemati praefigi in codd. MSSis *Dosiadae* nomen, et suspicatur, ex antiqua membrana veteri quaedam scholia descripsisse *Manuelem Holobolum*. Denique censet, aram *Dosiadae* secundam legi emendatius, quam alibi scriptam, in *Is. Vossii* Obs. ad *Melae* II. cap. 7. *Harl.*

Diodorus Siculus lib. V. professus se in rebus Cretensium iam Epimenidi, iam Dosiadae, iam Sossiani ac Laosthenidae accedere. Forte non errauerim, si hunc existimem esse illum ipsum Dosiadem Cretensem, quem Epimenidis ex quorundam sententia parentem memorat Laertius. Eundem tamen, vel Simmia antiquiorem auctorem arae alterius vel utriusque fuisse, non temere adfirmauerim. [P]

XV. (XVIII.) Paucis quoque hoc loco memoranda est duplex inscriptio vetus graeca, ab eodem Salmasio cum Dosiadae et aliorum *περὶ τῶν* illustrata, versione et doctissimo commentario, quem Crenius in Museo secundo, ut iam dixi, prelis iterum subiecit. Prima illarum versibus XXXIX. hexametris constans continet consecrationem templi in agro Herodis, (non regis, ut visum Casaubono, Baremioque et Io. Fabricio tom. V. bibl. pag. 223. sed Attici, rhetoris, quod iam *Velfero* suboluerat in epist. 34 et 35. ad Hoeschelium,) Triopio factam. Columellas binas, eodem in loco positas, publicarunt in praeclaro Inscriptionum opere pag. XXVII. *Ianus Gruterus et Bernard. de Montfaucon* in Palaeographia graeca pag. 135. et 141. Verum istam, quam dixi, inscriptionem, Roma per Christoph. Puteanum Lutetiam ad Iac. Gilsotum transmissam, vulgavit primus Isaac Casaubonus emendauitque et versione ac notis illustratam dedit ad calcem commentarii de satyrica poesi Paris. 1609. 8. Tho. Crenius iterum cum Casauboni commentario de satyrica poesi curauit recudi in Museo philologico et historico primo, Lugd. Bat. 1699. 8. Post Casaubonum typis impressam Moelleris, fratribus, dedicauit Mart. Baremius, (Rupert. epist. 34. ad Reines. pag. 205.) feliciter expedituit Salmasius, qui alteram quoque inscriptionem addidit, exposuitque, descriptam Romae et adlatam inde a Iac. Sirmondo, qua versibus hexametris LIX. continetur dedicatio statuae Regillae, (quae Herodis Attici coniux fuit,) factae a nescio quo Marcello. Paris. 1619. 4. [*Mich. Maittairei* notae in duas Herodis inscriptiones, ex *Is. Casaubono* et *Cl. Salmasio* magnam partem excerptae, pag. 174—180. ad Miscellanea graecorum aliquot scriptorum carmina. Londini 1722. 4] Conf. *Dau. Hoeschelii* epist. in Gudeanis pag. 191. *Iac. Sponii* Miscellan. pag. 322 sq. (vbi latina Petri Arcadii versio addita cum eiusdem notis.) *Iac. Manilli* description. villae Burghesiae pag. 48 sq. tom. VIII. thesauri Italiae parte IV. Veterem inscript. in qua Anniae huius Regillae mentio apud *Montfauc.* diarii ital. pag. 125. et *M. V. la Crose* in vindiciis vet. scriptorum pag. 42. De *Herode* illo *Olearius* ad Philostrati sophistas II. 1. *Tillemont.* tom. II. Imperator. pag. 564 sq. Obiit post a. C. 175. caesus imperatoribus, Hadriano atque Antoninis. Pio et Philosopho. *Fabric.* — Add. infra in B. Gr. lib. IV. c. p. 30. §. 3. vol. IV. pag. 371 sqq. de *Burgny* Memoires sur la vie d'Herode Atticus, in Mem. de litterature, tom. XXX. pag. 1—28. *Harl.*

## CAPUT XVII. (olim XIX)

## DE CALLIMACHO.

I. *Callimachi aetas, genus et discipuli.* II. *Scriptorum editorum perditorumque catalogus cum variis observationibus.* III. *Scholasticae deperditi.* IV. *De scholiis graecis quae exstant, et scriptorum, qui in illis citantur elenchus.* V. *Editiones Callimachi.* VI. *Callimachi plures.*

[Cum supplementis IV. Jaegeri et G. C. Harles.]

## I.

**C**ALLIMACHVS, *Batti* <sup>a)</sup> et *Mefatmae* F. *Callimachi*, *Strategi* <sup>b)</sup> nepos, [P] *Cyrenaeus* <sup>c)</sup> *Libys*, grammaticus doctissimus et poeta insignis, qui se ipse in epitaphio Parentis sui ait cecinisse *κρείσσονα βασιλευσίνης*, dulcius invidia: discipulus fuit *Hermocratis*, grammatici Iasii. Litteras primum docuit in vico Alexandriae Eleusine, postea a *Ptolemaeo Philadelpho* accitus in Museum <sup>d)</sup>, quod philosophis ac viris eruditis munificentia regia Alexandriae dicauerat, in honore habitus <sup>e)</sup>; tum ab ipso *Philadelpho*, tum a successore eius, *Euergeta*, cuius tempora adtigit eum, scholiastes ad hymn. II. 26. et *Suidas* testantur. Regnare autem coepit *Euergetes* non *Olymp.* CXXVII. 2. vt apud eundem *Suidam* legitur, sed vt accuratiores chronologi tradunt *Olymp.* CXXXIII½. ante Christum ann. CCXLVII. Sunt, qui etiam praefectum bibliothecae regiae fuisse *Callimachum* adfirmant, vt *Raph. Votlerranus* lib. XIV. commentar. vrbanozum et *Morhofius*, *ὁ μακαρίτης*, lib. I. *Polyhist.* pag. 43. Sed *Suidas* et alii veteres hoc non memorant, itaque in serie praefectorum bibliothecae Alexandrinae omisissus *Callimachus* est a *Ionsio* lib. I. hist. philosophicae cap. 18. et *Humfredo Hody* de bibliis originalibus fol. 47. Imaginem illius, in aes incisam, exhibet *Gronovius* tom. X. *Antiq. graecarum* post pag. 729. ex *Ioh. Orlando*. Est etiam in *Iac. Bonanni* *Syracusa antiqua* ad pag. 193. tom. XI. thesauri antiq. Siciliae. *Lyden* delicias suas versu celebrasse notat *Ouidius* II. *Tristium* vs. 368. Discipulos eius laudari videas *Eratosthenem* et *Philostephanum*,

a) Dicitur *Battiades* a *Catullo* et aliis. vid. *Petronium* *Burmanni* pag. 648. [Conf. *Eudocia* in viol. pag. 269. de nostro. At *Battiades* non dictus est quia *Batti* fuerit filius, sed ab *Aristaeo*, f. *Batto*, conditore *Cyrenarum*. vid. *Burmanni*. ad *Quid.* I. *Amor.* 15. et *Spanhem.* ad *Callim.* H. in *Apollinem*, 65. conf. *Chaufepié* *Nouv. diction.* hist. et crit. tom. III. pag. 11 sq. vbi fuse agitur de nostro, not. *A. Harl.*]

b) *Callimachus* epigrammate 22. quod est *Batti*, parentis, epitaphium:

Ὅσις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρας πόδα, Καλλιμάχα με  
Ἴσθι, Κυρηναίᾳ παῖδά τε καὶ γενέτην  
Εἰδούς δ' ἄμφω πιν. ὁ μὲν ποτε πατρίδος ὄπλων  
ἤρξεν, ὁ δ' ἦσαν κρείσσονα βασιλευσίνης.

c) *Strabo* in *Libyae* descriptione lib. XVII.

pag. 837. λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττα (confer schol. ad hymn. II. 65) πρόγονον δὲ τῶτον ἐαυτῷ φάσκει ὁ Καλλιμάχος - - - ἐστὶ δὲ Κυρήνη Θηραίων κτίσμα Λακωνικῆς γῆς, ἣν καὶ Καλλίστην ἀνόμαζον ὡς Φησι καὶ Καλλιμάχος. Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον ἄρῳα Θῆρη Μήτηρ εὐίπυ πατρίδος ἡμετέρας. *Cyrenensem* vocat et *Gellius* XVII. 21. et *Ammonius* in *Aristotel.* περὶ ἑρμηνείας pag. 16. Ἐδάμαμεν ὄσση μορταί, φησὶν ὁ *Cyrenaeus*, quia vero *Alexandriae*, *Aegypti* vrbe, diutissime est versatus, hinc ab *Antigono Carystio* cap. 51. hist. mirab. appellatur *Καλλιμάχος ὁ ἐκ τῆς Αἰγύπτου*.

d) De hoc Museo scripserat ipse *Callimachus*, vt infra dicam in catalogo eius operum.

e) *Strabo* ibid. p. 838. *Cyrenaeus* δ' ἐστὶ καὶ Καλλιμάχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφοτέρω τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν.

num, Cyrenaeos, *Arifophanem*, Byzantium, grammaticum, et *Apollonium*, Rhodium, e discipulo inimicum, quem carmine, cui titulum fecit *Ibin*, diris deuouit. *Istrum* <sup>f)</sup> quoque Καλλιμάχειον laudat *Athenaeus* lib. VI. cap. 20. et alibi, tum *Hermippum* Καλλιμάχειον lib. V. p. 213. Callimachi δέλεον et γνώριμον *Suidas* in Ἴσσηος. De Istri Ἀττικαῖς et ἀττικαῖς siue Miscellaneis vide *Menag.* ad *Laert.* II. 59. [P] Familiaris sui, *Heracliti*, Halicarnassei mortem luget *Callimachus* apud *Laertium* IX. 17. Vxorē habuit filiam *Euphratae*, Syracusii <sup>g)</sup>, sororem *Megatimam*, quae, nupta *Stafnoro*, peperit *Callimachum* iuniorem, itidem Cyrenaeum, auctorem operis, partem deperditi, *de infilis*, quod versibus heroicis composuerat.

II. Philologiae pariter omnis peritus, et poera doctissimus scripta composuit, *Suidae* si credimus, plura octingentis, licet apud *Gyraldum* legatur octoginta, apud *Ioh. Lomscium* (pag. 307. cap. 13. de bibliothecis) 800000. Aliquorum catalogum texuit idem *Suidas*, [et *Eudocia*,] pleniorē *Gerhardus Vossius* lib. I. cap. 15. de histor. graecis, *Ioh. Meursius* in notis ad *Helladium* pag. 957 sq. et in bibl. graeca pag. 1283 sq. *Tho. Stanleius* in adparatu ineditarum notarum ad *Callimachum*, et *Richardus Bentleius* in fragmentis *Callimachi*, diligentissime a se collectis et erudite recensitis, qui <sup>h)</sup> *Stanleii* adparatum MS. vtendum acceperat ab *Eduardo Sherburno*. Scripserat tum prosa, tum carmine *Callimachus*, sed pleraque non adeo proluxa opuscula, quia dicere solitus est μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ ναυῶ, *megans liber magnum malum*, vt narrat *Athenaeus* initio lib. III. Confer, quae de eius βραχυσυλλαβῆς studio, vt vocat epigr. IX. notata illustri *Spanhemio* sunt pag. 118. ad *Callimachum*. Iam ecce tibi catalogum *Callimachi* operum, quae a viris doctis obseruata sunt, cum nonnullis nostris supplementis atque obseruationibus.

Περὶ ἀγώνων *de Ludis*. *Suid.* in Καλλιμ. *Harpocratio* in Ἀκτικα. Et forte ex hoc poemate sunt petiti versus, quos refert *Plutarchus* V. 3. sympos.

Carmen *de Acontio*. vide infra *Κυδίππη*.

Ἀττικα. *de causis* variarum fabularum, rituum et antiquitatum, poema, libris IV. confians, quod illustrauerat *Epaphroditus*, teste *Schol.* *Aeschyl.* ac *Steph. Byz.* g. an. maticorum in genis exercitū obseruat *Clemens Alexandrinus* V. Strom. pag. 271. licet hoc mirum videatur *Warton* <sup>h)</sup> cap. XI. *Polymachiae*, sane in illud commentatus fuerat praeter *Epaphroditum Theon*, vt notat *Etymol. M.* in Ἀσσηγόν). *Metaphrasin* composuerat *Marianus*, teste *Suida*

f) De quo vide supra in hoc volumine p. 44. *Harl.*

g) *Suid.* in Καλλιμάχος.

h) Pluribus verbis plagium cl. *Bentleio* hoc nomine impingit auctor libri *a short account of Dr. Bentley's humanity and justice*, Lond. 1659. 8. p. 29 sq. Acerbissime etiam plagii, in *Meursium* commūni, *Bentleium* arguit *Iac. Gronouius* praef. ad tomum X. thesauri antiquitatum graecarum. Sane cur nullam virorum doctissimorum, qui ante illum in hac arena versati sunt, mentionem nominatenus fecerit, ipse optime dixerit. Tan-

gere tamen eos videtur ad fragmentum CCCV. his verbis: *Vnde quidam inter opera Callimachi Dae-dalum recensuerunt, sed perperam*. Neque vero mihi videtur alios expilasse, qui ipse habebat meliora domi. Ex *Spanhemio* similem diem, sibi ibidem a *Gronouio* impactam, a se remouet *diff.* IV. de praestantia et vsu numismatum, pag. 226. edit. *Lonlin.* *Bentleium* iterum acerbe perstringit *Gronouius* in *Emendationibus* in *Suidam* pag. 79. vbi futorem fragmentorum *Callimachi* eum vocat.

i) Conf *Warton* ad *Theocritum* tom. I. in notitia *schol.* in *Theocriti* pag. 133. *Harl.*

Suida in *Μαρ.* Fragmenta his ex Aetiis collecta videre licet in editione Callimachi Graeviana pag. 305 — 312. [p. 309 sqq. edit. Ernesti. confer *Schneider* fragm. carm. Pindar. p. 2. *Harl.*] Meminit et *Ioh. Malalas* tom. I. Chronici lib. VII. pag. 221. sed male scriptum ibi ἐτησίοις, et in chron. Alex. siue Paschali pag. III. αἰτησίοις, pro αἰτίοις, vt bene notavit Malalae interpres, Edmundus Chilmeadus. Similis error latere viris doctis visus est apud Fulgentium de sermone antiquo: *Ientaculum dicitur gustatio. Calli-anthus intestia: ientaculum proferre Ioui.* Non desuit, qui suspicaretur, Fulgentium hoc repetisse ex aliquo, qui Callimachi Aetia latino carmine vertisset. Sed *Iacobus Gronovius* in exercitationibus de Dodone pag. 33 sq. hariolatus est, sub Callimacho apud Fulgentium letere Gallicanum aliquem, Nonio citatum, vel, quod aegre mihi persuadeo, Cassium in annalibus. Possis et legere *Callimorphum*, qui paucis interiectis ab eodem Fulgentio laudatur. Sed Callimachi Aetia a Fulgentio laudari<sup>4)</sup>, crediderunt viri docti, quia plures alios graecos scriptores latinis laudat verbis<sup>5)</sup>. Scripserat olim Ἀἴτια, Callimachi exemplo, etiam *Dionysius Corinthius*, poeta, Plutarcho in erotico et Suida in Διονυσ. teste, tum *Butas*, Arnobio lib. V. pag. 168. laudatus: *sicut suis scribit in causalibus Butas*, et Plutarcho in Romulo pag. 31. Βέτας δὲ τις αἰτίας μωθώδεις ἐν ἐλεγείοις περὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀναγνάφων. Denique *Plutarchus* ipse, cuius αἴτια Ῥωμαϊκὰ et ἑλληνικὰ etiamnum exstant, αἴτια γυναικῶν et αἴτια βαρβαρικὰ, Lampriae memorata, perierunt, et e latinis *Varro*, ad quem frequentissime prouocant Plutarchus, Seruius et alii. De Callimachi Aetiis, praeter *Ianum Parrhasium* tom. I. Lampadis Gruterianae p. 873. [et *Meursum* ad Helladii Chrestomath. pag. 46. *Harl.*] egerat *Politianus* in centuria secunda Miscellaneorum, vt testatur Petrus Crinitus in epist. ad Alexandrum Sartium, quae legitur inter Politianeas XII. 20. Sed illa secunda centuria lucem numquam vidit. [Plura dabunt interpretes ad Callimachi fragmenta, a Bentleio collecta, p. 416 sqq. tom. I. edit. Ernesti. *Harl.*] Forte ex Callimachi Aetiis habuit Fulgentius, quae profert III. 10. Mythol. in aruspiciis aliud est fibrarum particularumque inspectio, aliud secundum Battiadem euentuum immutatio.

Περὶ ἀνέμων. De ventis. *Achilles* Tat. Ifagoge in Aratum cap. 33. et Suid. in Κελλίμαχος.

Ἄργεος οἰκισμοί. De Argi incolis. Suid.

Ἄρκαδία Arcadia. Suid.

Βάκχος. Vide mox βεάγχος. [P]

DE

k) Idem Gronovius tom. VII. Antiq. graecar. pag. 295. legit: *Callimachus: in testa ientaculum proferre Ioui.* Et putat, esse verba Varronis e scripto, cui titulum fecerat Callimachus.

l) Apud Eustathium in Odyss. A. pag. 63. edit. Basil. αἴτιος, ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχος. — Opus autem illud, αἴτια, elegis, non hexametris constituisse, cum viris doctis censet *Burmann.* ad Propert. II. 25, 32. pag. 468. In scholiis Venetis ad Homerum citatur Callimachus ἐν δευτέρῳ αἰτιῶν, et generatim ἐν αἰτίοις. vid. *Villoison.* proleg. ad Ho-

meri Iliada pag. 34. Ex αἰτίοις locum quemdam desumptum esse apud *Plutarchum* de S. N. V. (pag. 52. edit. Wyttenbach.) putabat *Kistler.* ad Suidam voc. Πονή. At quoniam Callimachi αἴτια carmine elegiaco conscripta fuerint, *Toup.* in Emendatt. in Suidam et Hesych. vol. II. pag. 603. illos versiculos non solum emendat, sed sentit quoque, *Euphorioni* in Chiliadibus esse tribuendos. Cui adsentitur *Wyttenbach* in notis ad Plutarchi libellum pag. 66 sq. De *Euphorione* vid. plura apud *Toup.* l. c. et supra in vol. II. pag. 304. *Harl.*



DE COMA BERENICES, coniugis Ptolemaei Euergetae, astris adscripta a Conone Samio, mathematico, carmen elegiacum exstat e latina metaphrasi Catulli, nr. LXVII. pag. 253 sq. edit. Il. Vossii, cuius et Mureti Scaligerique notis iungenda fragmenta Callimachi, a *Bentleio* collecta pag. 434 sq. [pag. 371 sqq. Ernesti] et notae Annae Fabri pag. 266 sq. tum *P. litianus* cap. 68. Misc. Memiuit et Geminus cap. 2. Astron. καὶ ὁ ὕστερον κατηπερισμένος ὑπὸ Καλλιμάχου Βερενίκης πλόκαμος.

Βεράγγχος. Hephaestio Enchirid. pag. 30. καὶ τῶ πενταμέτρῳ δὲ Καλλιμάχου ὄλον ποιήματα τὸν Βεράγγχον συνέθηκε,

Δίμονες εὐνομότατοι ἢ) Φοῖβι τε καὶ Ζεῷ, Διδύμων γυνάρχη.

Quae postrema verba, Callimacho laudato, adfert etiam Etymol. M. in Διδυμαῖος. Vtut vero Βεράγγχον non Βεράγγχον habent Hephaestionis editiones, Βεράγγχον tamen e tribus codicibus MSS. et Terentiani Mauri auctoritate recte reposuit Bentleius. Lutatius ad 3. Thebaid. pag. 104. Branchi meminit Terentianus de metris:

Hymnum Branchiadae Phoebo cantasse Ionique  
Pastorem Branchum etc.

Pro Branchiadae noua editio e vulgatis Terentiani codicibus, dubito, an bene, legit *Bettiadem*.

Γαλάτεια, Galatea, carmine hexametro. *Athen.* lib. VIII. pag. 284. et *Eustath.* ad Iliad. π'. pag. 1088.

Γλαῦκος, Glaucus. Suid.

Δαίδαλος. Steph. Byz. in Αἰδηψος. Sed locus est corruptus, et falluntur, qui comoediae vel tragoediae hoc nomen esse existimant. Confer *Bentleii* fragmentum CCCV. [Is triplicem proponit coniecturam. *Harl.*] Verisimillimum autem mihi viderur, locum illum ita esse legendum: Καλλιμάχου. Δαίδαλω εὐβοίῃ ἐλάχωνε μὲν ἔργα σιδήρε.

Ἐθνικὰ ἰνομασία. De nominibus, genti alicui peculiaribus. *Athen.* lib. VII. pag. 329. et ex eo *Eustath.* ad Odyss. ψ. pag. 799. Huius operis partes fuisse videntur, quae memorantur Suidae: περὶ μετονομασίας ἰχθύων, et μηνῶν προσηγορία κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις. [¶]

Ἐκάλη, Hecale, poema heroicum de anu paupercula huius nominis, quae Theseum hospitio excepit. Confer *Geurtii* epistolam ad Grotium inter editas a Io. Brandt p. 15 sq. Etymologum et Suidam in Ἐκάλη et Ἐπαύλια, *Harduin.* ad Plinium XXII. 22. tom. IV. pag. 206. illustris *Spanhemii* notas ad hymnum in Apollinem vs. 106. ad quem locum graecus scholiastes: Ἐγκαλεῖ διὰ τῶν τὸν σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἐκάλην. Dan. Heinsius ad Horatium pag. 8. Callimachus, ut notum est ex hymnis, male audiebat apud aemulos, quod sola epigrammata, elegias et hymnos, nullum autem carmen scriberet perpetuum. Quorum iudiciis commotus, Hecalen, ut notant interpretes, composuit, quod perijectum carmen fuit,

ἢ) In editione Bentleii bis male excusum εὐνομότατοι contra leges choriambi. Sed hoc typographi vitium est haud dubie. [In edit. Ernesti correctum est εὐνομότατοι. *Harl.*]

fuit, licet non integram *Thesei complecteretur historiam*. Vide et *Politianum* cap. 24. Misc. *Meurſii* *Theſcum* cap. 10. *Natalem* *Comitem* III. 4. *Mythologiae*, *Suidam* in *Κωλιάς* et *Κωμῆται*. Apud *Olympiodorum* pag. 12. b. in *Meteora* *Aristotelis* male *Καλλιμάχος ἐν Δικαίλλη*. *Etymologus* in *Ἀλῶα*, ἐν *Ἐκσίβη*. [vid. *Hemſterhuſ.* ad *fragm.* LXV. pag. 438 ſq. *Erneſti. Harl.*] *Fragmenta* a *Bentleio* collecta [et ab eo atque *Erneſt.* explicita] nr. XL—LXVI. et CX. *Hecalen* *Callimachi* *Marianus*, qui ſub imp. *Anaſtaſio* vixit, explicuerat metaphraſi iambica, vt *Suidas* teſtatur in *Μαερίανός*.

*Ἐλεγεία*, in quo genere poematis principem habitum eſſe *Callimachum*, teſtatur *Quinſtilianus* X. 1. vnde elegi *Ouidio* dicuntur *Callimachi numeri*, et alibi *molle Callimachi iter*. it. *Propert.* III. 1, 1. *Callimachi manes*, et *Coi ſacra Philotae* etc. (coll. *Scriuero* ad *Martialis* libr. *ſpectaculorum* epigr. 31.) et III. 7, 43. *inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos*. Vide et *Dionedem* lib. III. pag. 383. *Fragmenta* a *Bentleio* collecta pag. 322 ſq. [pag. 439 edit. *Erneſt. Harl.*] tum nr. CXCII.

*Ἐλπίδες*, *Speſ.* *Suid.*

*Ἐἰς τὴν ἐπιγραφήν Καλλιμάχος* *Helylus* citatur ab *Etymologo* in *Ἀλυτάρχης*.

*ἘΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ* <sup>u)</sup>, *Epigrammata*, quorum enarrationem olim ſcripſerat *Archibius*, grammaticus, *Apollonii F.* metaphraſin iambicam *Marianus*, tempore *Anaſtaſii*, imperatoris, teſte *Suida*. Hodie in editionibus *Callimachi* nouiſſimis exſtant epigrammata LXII. His adde, quod ex *Anthologiae* VI. 15. *Callimacho* auctoritate codicis *Palatini* vindicat *Gracius* praefat. ad *Callimachum*. [LXXIII. epigrammata collecta ſunt in edit. *Erneſtina. Harl.*] Etiam hoc vidi, *Callimacho* tributum a *Ioachimo Camerario* orat. de bello *Turcico*, quod ad *Callinum* referunt codices *Stobaei*, teſte *Gesnero*; *H. Stephanus* tribuit *Tyrtaeo*: [in *Klotzii* edit. incipit *Μέχρης τεῦ κατάκεισθε*; etc. et eſt elegia]

Οὐ γὰρ κως θανάτῳ γε θυγῶν ἀμαρμένον ἐστὶν  
Ἄνδρ' ἔδ' εἰ προγόνων ἢ γένος ἀθανάτων.

Πολλάκι δηϊότητα θυγῶν καὶ δῆπον ἀκόντων

*Ἐρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μύτρα κίχεν θανάτῳ etc. o)*

Vide et *fragmenta* a *Bentleio* collecta nr. LXX—LXXIV. et CXLII. tum *Natalem Comitem* VII. 15. *Mythol.* et quae viri docti [P] ad *Martialem* IV. 13. Libr. III. *Anthol.* pag. 218. edit. *H. Stephani ἀθήρων*, *Callimacho* tribuitur in *Timonem* in MS. *Μὴ χαιρέειν ἔπησ με κωκὸν κάρσα, ἀλλὰ πάρελθε, Ἴσον ἐμοὶ χαιρέειν ἔστι τὸ μὴ σε γελαῖν*. *Ardilius Fortunatianus* de *Priapeio* merro: *Nam proprio commate Callimachus in epigrammatibus vsus est, et Bacchylides in carminibus et alii*. Laudat *Callimachum* epigrammatum

u) *Epigrammata* *Callimachi* eſſe ſuppoſititia, cenſet *Iof. Scaliger*. epist. pag. 456. *Heumann.*

o) *Callimacho* quidem tribuitur a *Camerario* et aliis haec elegia, quae inter *Tyrtaeas* legitur. vid. *Tyrtaei* carmina, a *Klotzio* edita, pag. 97 ſq. ibique not. et a *Stobaco* ſerm. 49. adſeritur *Calli-*

no, ſub cuius nomine ediderunt illam *Brunck.* inter poet. gnomicos pag. 58 et *Brieger* in: *Tyrtaeus* und *Kalinius* *Kriegslieder* pag. 41. Plura dabimus infra ad catalogum epigrammatariorum voc. *Callinus*. adde ſupra in vol. I: pag. 726. not. dd. *Harl.*

matum nomine *Plinius IV. epist. 3. Martialis IV. 23. Athenaeus XV. pag. 669. τῆτο γὰρ ἐν παισὶ τὰ Καλλιμάχεα γινώσκων ἐπιγράμματα* etc. Inter epigrammata vetera latina, a P. Piethoco edita, non longe ab initio libri primi occurrit hoc Callimachi, imaginis inscriptum Iouis:

*Quaenam haec forma? Dei. Cur versa est? fulgura lucis*

*Divinae non fert debilis haec acies.*

*Quid vero existis tanquam uno e corpore corpus?*

*Hic amor est. Si amor est, cur videt? At Iouis est.*

*Cur ita complicitis alis? nunquam euolat. At cur*

*In se conuertit tela? sui ille amor est.*

*Cur ferro sine tela gerit? Quia vulneris expers*

*Ille est. At vester vulnerat et cruciat.*

Callimachi epigramma versibus anacreonticis ex Salmasii emendatione edidit *Berkeius* ad Stephan. in Ἑσπερίσ.

Ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν εἰς Σωσιβιον, *Carmen elegiacum ob partam victoriam, ad Sosibium* \*), *Athen. lib. IV. pag. 144. Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσσανδρον περὶ βασιλείας. εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα. Πολλοὶ γὰρ αὐτὸ Φασίω εἶναι Σωσιβίω εἰς ὃν Καλλιμάχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν.*

Ἐπῶν, *Carminis heroici liber I.* citatur in *Stobaei ferm. CXIV. de laude senectutis edit. Gesneri*, sed nihil tale in *Grotii edit. pag. 476.* et res ipsa docet, non esse ἔπη, quae ibi adducuntur, sed ἐλεγείων.

Ἐτήσια, *Anniuersaria*, vide supra Αἴτια.

Θαυμάσια siue Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν καὶ τόπους ὄντων συναγωγὴ. *Mirabilia siue miraculorum per totum orbem collectanea.* *Suid. Confer Meursium ad Apollonii histor. mirabil. cap. 144. Phlegontis mirabil. cap. 4. et fragmenta, a Bentleio collecta, nr. 75. Insium II. 12. de scriptoribus hist. philosoph. vbi et alios Θαυμασίων scriptores collegit, quibus nonnullos adiungere me memini lib. I. cap. 23. §. 4. [adde Hamsterhus. not pag. 451. edit. Ern. Harl.] Partem huius operis fuisse credibile est, quod Suidae itidem inter scripta Callimachi memoratur [P] περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ Θαυμασίων καὶ παραδόξων, de rebus in Peloponneso et Italia mirabilibus.*

Ἰαμβοὶ et χολιαῖμοι. *Iambi et Choliambi.* Vide fragmenta, a *Bentleio collecta, nr. LXXVI — C. et CCXIX.* tum ad *LXXXV. confer Salmasium pag. 494. de vsuris, et ad LXXXVI. Samuelem Petitum Misc. Obs. lib. I. cap. 2. pag. 9 sq. XCIV. est, quod vnde petiisset Scaliger ad Manilium, non comperisse se fatetur Menagius ad Laertium*

LIII 2

lib. I.

p) Intellige Sosibium, qui in aula Ptolemaeorum summæ rei praefuit, de quo *Polybius lib. XV.* Fuit et *Sosibius* quidam tragicus, de quo dixi lib. II. cap. 19. tum *Sosibius*, Laco, grammaticus ἰαλιδικὸς siue soluendis quaestionibus celeber, quem *Θαυμάσιον* vocat *Athenaeus lib. XI.*

et memorat *Suidas.* [Forfan hic est, quem *schol. Theocr. V. 92.* scribit dixisse, τὰς ἀνεμῶνας παρὰ Λάκωνι Φανίδει καλᾶσθαι. *Harl.*] De *Sosibio*, *Tarentino*, vide *Humfredi Hody* librum de *Aristea* pag. 101.

lib. I. sect. 23. Addendus et hic locus Strabonis IX. p. 437. Καλλιμαχος μὲν ἐν Φησὶν ἐν Ἰάμβοις τὰς Ἀφροδίτας, ἢ Θεὸς γὰρ εἰς μία, τὴν κασινήτην ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῶ Φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὕων θυσίαν. Mirum igitur, quod Plin. IV. 3. epist. videtur negare, Callimachum iambos vel adtigisse vel absoluisse.

<sup>2</sup>Ἰβις <sup>3</sup>) siue inuectiua et dirae in Apollonium, Rhodium, discipulum ingratum. Suidas in Καλλιμαχος. Coelius Rhodiginus XIII. 1. *Caccilius Minutianus Apuleius ait Corvinum (alii suspicantur Hyginum) ab Ouidio Ibin appellatum fuisse, ex auis <sup>4</sup>) foeditate, cui ventrem iostro purgare instum sit, et hoc ex Callimachi imitatione.* Haesit haec Rhodiginus ex veteri in Ibin Ouidii scholiaste, quem Saluagnius Boessius non vidit. Confer fragmenta Callimachi, a Bentleio collecta, pag. 345 sq [464 sq. Ernest.] Non adeo longum <sup>5</sup>) fuisse Battadae Ibin, docet Ouidius v. 449. Poema difficile et quod grammaticis crucem figeret, testatur Clemens Alex. V. Strom. pag. 571. Videtur Ibin Callimachi respicere Catullus carm. 113. *Carmina uti possem mittere Battadae.*

Ἰσορικά ὑπομνήματα, Commentarii historici. Harpocrat. in Ἄκη, schol. Apollonii I. 116. Eustath. ad Odyss. μ'. et Athenaeus III, pag. 95. qui innuit, hoc opus ab aliis tributum fuisse Zenodoro.

Ἰὸς ἀφίξις, Ius aduentus. Suid.

Περὶ μετονομασίας ἰχθύων, de mutatis piscium nominibus. Suid. vide supra in Ἐθνικαῖ ὀνομασίαι.

Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίας. *Origines insularum et urbium, et nomina mutata.* Suid. V dentur ex hoc opere petita, quae Callimachum laudans notat Plinius III. 21 et 26. hist. et Lutatius ad IV. Thebaidos vs. 46.

Κοδῖππη, Carmen de Acontio et Cydippe, cuius meminit Ovidius de remediis amoris vs. 380. 381. expressisse videtur in epistolis Heroidum 20 sq. [P] Confer Aristaenetum libri I. epistola 10. quem pleraque grandiora ex hoc Callimachi poemate transfulisse obseruat in notis doctissimis Iosias Mercerus. Consulenda etiam fragmenta, a Bentleio collecta, nr. CI — CII.

Κωμωδία,

q) Clysteri inueniendo occasionem praebuisse Ibin, notat Plutarch. de sollertia animal. pag. 974. C. auctor Isagoges, Galeno adscriptae, cap. 1. tom. IV. pag. 371.

r) Imaginem huius auis habes in Museo Romano Angeli Caussaei, viri praestantissimi. Alii Apollonium Ibis nomine designatum putant a patria, quam communem cum Ibide habuerat Alexandrinus et Aegyptius, licet Rhodius vellet adpellari. Ita et Ovidius de suo inimico, quem Ibis nomine lacerat:

*Qui simul impurae matris prolapsus ab aluo est,  
Cinyphiam foedo corpore pressit humum.*

s) Copiosorem fuisse in describendis, quae sibi

versu exponere proposuisset et luxuriosorem, perinde vt Parthenium et Euphorionem, notat Lucianus de scribenda historia tom. I. pag. 637. cap. 57. edit. Gracuii. *Fabric. Spanhemius*, Obferu. in Hymn. in Apoll. v. 112. hunc Luciani locum non de nostro Callimacho, sed forte de altero iuniore, e sorore eius nato et qui poema heroicum scripsisse a Suida traditur, intelligendum esse putat. *Pierfon.* ad Moer. Atticist. pag. 440. pro Καλλιμαχος rescribendum esse censet Ἀντίμαχος. Verum *Heynius* δ πάντο ad doctrinae copiam, qua expromenda sibi indulgebat Callimachus, Luciani iudicium refert, eiusque verba a nonnullis in alium sensum perperam detorqueri, monet in Opusc. Acad. vol. I. pag. 93. *laeg.*

Κωμωδίαι, *Comoediae*. Suidas.

Λητῆς γάμον videtur promittere Callimachus H. in Dianam vers. 138. conf. Spanhem. pag. 231.

Μέλη *Carmina Lyrica*. Suid.

Μηνῶν προσηγορέαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις. Mensium nomina apud singulas gentes et vrbes. Suid. Forte haec pars fuit operis Callimachei, cui titulus erat Ἐθνικῆ ἐνομασία.

Μουσῆον, *Museum*, siue de *Museo*, quod Alexandriae hominibus eruditis alendis primum instituerat munificentia regis Ptolemaei Philadelphi <sup>1)</sup>. Suid. De Museo illo Alexandrino agunt viri doctissimi Ioh. Frid. Gronovius et Lud. Neocorus, quorum diatribae tomo octavo thesauri antiquitatum graecarum sunt insertae, Ioh. Ius III. 2. vbi et alios de Museo scriptores deperditos, vt Andronicum et Alcidasantem, commemorat: Tillomon-tius in historia imperatorum, gallice edita, tom. II. pag. 431 sq. Guil. Cauens parte II. hist. litterariae scriptorum ecclesiasticorum in Athenagora, et D. Adam Rechenbergius in exercitatione de hoc Museo edita Lipsiae ann. 1698. Fabric. Heyne l. c. pag. 121 sq. Ineg.

Νόμιμα βαρβαρικά, *Instituta Barbarica*. Suid. in Φασηλιτῶν θῦμα. Addendus itaque Callimachus aliis νομίμων scriptoribus, de quibus agit Ioh. Woweranus cap. 9. Poly-mathiae.

Περὶ Νυμφῶν σύγγραμμα, *liber de Nymphis*. Stob. eclog. Phys. [p. 130. vs. 11. sed Hem-sterh. ad Callim. fragm. pag. 451. negat, tale Callimachi scriptum existisse, et coniecit, apud Stobaeum legendum esse περὶ θαυμάτων vel θαυμασίων, aut περὶ λιμνῶν vel περὶ ὑδάτων. Harl.]

In *Homerum* scripta Callimachi *commentaria*, e duobus Strabonis locis suspicatur vir doctissimus Ioh. Meursius. Sed vide, quae notavi supra lib. II. cap. 5. De Homeri ae-tate quidem egit Callimachus, teste Tatiano. et de Margite Homeri, teste Harpocra-tione in *Μαργίτης*. Sed vtrumque hoc, non dubito, nos fuisse lecturos in eius *πίναξι παντοδαπῶν συγγραμμάτων*, si illud Callimachi opus ad nos peruenisset. Fabric. cuius sententiam comprobat Ruhken. ad fragm. Callimachi pag. 430. Harl.

Περὶ ὄρνεων, *de avibus*. Athen. Aelian. et alii. Vide fragmenta, a Bentleio collecta, pag. 349. 350. [pag. 460 sq. edit. Ernest.] Virgilius pag. 162. Virgilius cum gr. scriptor. collati suspicatus est, Aemilium Macr. esse imitatum in Ornithogonia. adde Casaub. cap. IV. lect. Theocrit. [Bentleian's addi potest fragm. in schol. Veneto ad Hom. Iliad. κ. vs. 274. fin. pag. 254. edit. Villoison. Harl.]

Πίναξ \* παντοδαπῶν συγγραμμάτων siue πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις ἐκ. Index, siue *Elenchus scriptorum omnis generis*,  
LIII 3 libris

1) Simile Museum fuit Antiochiae, quod M. Antoninus philosophus post terrae motum restau-ravit. vid. *Malatam* pag. 369.

2) Alii fuere πίνακες, de quibus Polemonem, Hypsiteratem et Antigonum laudat Laertius VII. 128. Prætorum nimirum veterum tabulae singula-ribus

*libris CXX.* Suid. in hoc praestantissimo opere, [P] et quod interciderit imprimis dolendum est, Callimachus praeter nomen, aetatem, patriam, genus et vitam uniuscuiusque scriptoris, scripta, scriptorum titulum, argumentum, et initium, numerumque versuum <sup>v)</sup> retulit, et dubia ac supposititia a genuinis auctorum foetibus distinxit. Confer, quae de hoc opere notavit *Ionsus* lib. II. cap. 5. Videtur autem digestum fuisse ita, ut unus argumenti scriptores coniungerentur, et una serie legerentur. Sic tragicos et comicos iunctim recensuerat Callimachus in *πίνακι καὶ ἀναγραφή τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλῶν*, [vel potius *διδασκαλιῶν*, vid. *Ruhnken.* ad Callim. fragm. pag. 470. edit. Ernesti. *Harl.*] in indice siue descriptione eorum, qui *tragoedias et comoedias docuerunt, ab initiis usque reperti utriusque dramatum generis, secundum seriem temporum.* Hoc enim scriptum, eidem Suidae memoratum, non dubito partem fuisse maioris illius in CXX. libros distributi. Confer, si iuuat, quae de aliis *didascaliarum* scriptoribus notavi supra lib. II. cap. 19. in Aristotele. Similiter rhetoras recensuerat Callimachus in *Πίνακι* siue *Ἀναγραφῇ Ῥητορικῶν*, cuius mentionem fecerunt praeter *Athenaeum* [XV. pag. 669. Scholiastes Aristophan. ad Aues pag. 395. *Harpocrat.* voc. Ἐπεπισκημα et] *Dionysius Halicarnassensis*, [quorum loca adducit Bentleius in fragm. Callimachi pag. 472. *Harl.*] Leges et legumlatores in *πίναξ τῶν νόμων ἰνδικίβυς legum*, quorum tertius laudatur eidem Athenaeo lib. XIII. pag. 585. ubi prima verba legis cuiusdam refert cum numero *σῖχων*. Sed et *πίναξ τῶν Δημοκρίτους γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων*, index vocum inusitatarum scriptorumque *Democriti*, Suidae memoratus, quin eiusdem operis pars fuerit, vix dubito. Aduersus Callimachi *Πίνακας* scripserat *Aristophanes*, Byzantius, grammaticus, teste Athenaeo lib. IX. pag. 408. F.

*Battiadem in Paredris*, siue poemate, quo de daemonibus paredris egerat, laudat Fulgentius in continentia Virgiliana; nec illa, quae *Dardanus in dynameris, aut Battiaides in paredris, aut Campester in Catabolicis infernalibusque cecinerunt.*

*Πισαῖα* scriptis Callimachi accenset *Meursius* e Fulgentii expositione antiquorum verborum in *tucceta*. Sed ibi reperio laudari non Callimachum, sed Callimorphum in *Pisaeis: ambrosio redolent tucceta sapore.*

*Σηναγωγὴ ποταμῶν*, siue *περὶ τῶν ἐν οἰκισμένη ποταμῶν.* De fluminibus orbis terrarum liber. *Strabo* lib. IX. pag. 397. et *Suidas*. Huius operis partes [P] erant, quae eidem Suidae referuntur *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν* et *περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ ποταμῶν, de fluviiis Europae et Asiae.* *Fabric.* Schol. Apollonii Rhodii I. 1165. II. 906. *Harl.*

Callimachum ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην citat scriptor vitae Arati. Ad illum, ni fallor, *Praxiphanem*, qui memoratur a *Demetrio* *περὶ ἑρμηνείας* §. 57.

Σατυρικά

ribus scriptis collectae ac recensitae. Sed ad Callimachi sensum propius accedit *Eusebius* VI. 32. Hist. qui ait, se in vita Pamphili exhibuisse *Πίνακας Ὀργάνους καὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων*, h. e. indices librorum, quos illi scriptores composuerant, in bibliotheca Pamphili collectorum.

v) Emendandus interpres *Athenaci* VI. p. 244. *Fabric.* adde *Wower.* in *Polymathia* cap. 16. *Mauillac.* *diff. crit.* ad *Harpocrat* p. 397 sq. *Burmann.* ad *Valesii* librum de critica pag. 147. post *Valesii* Emendationes. *Harl.*

Σατυρικά δράματα. Suid.

Σεμέλη. Suid.

Τραγωδία. Suid.

ΥΜΝΟΙ, *Hymni*, quorum exstant hi sex, heroico carmine scripti, excepto H. in Iauacr. Pallad. qui elegiaco scriptus est; in *Ioum* citatur a Suida in Ἀγορανόμας, Λέπειον etc. ex eodem petiitum est vl. 8 sq. quod refertur ab Athenagora, Clemente Alex. et aliis, a clarissimoque Bentleio memoriae lapsu relatum inter fragmenta nr. CCCXCI. Κρήτες εἰς ψῆψαι. καὶ γὰρ τάφον, ᾧ ἄνα, σῆο Κρήτες ἐτεκτῆναντο. Hunc hymnum duplici metaphrali latina poetica, adstrictiore altera, altera liberiore donauit H. Stephanus. Vertit et latino carmine praeter Nicolaum Frischlinum, (qui omnes prosa et versu transtulit,) Bonauentura Vulcanius. 2) in *Apollinem*. 3) in *Dianam*, latino carmine ante Vulcanium redditus a Francisco Florido Sabino, Basil. 1540. fol. pag. 315. inter alia Sabini scripta <sup>o</sup>), et in editione Callimachi Vascofaniana, et H. Stephani nec non Frischliniana, Basil. 1589. 8. pag. 340. 4) in *Delum* 5) in *lauacrum Palladis*, quem hymnum e MS. codice, accentibus destituito, edidit et pereleganti metaphrasi donauit Angelus Politianus cap. 80. Miscell. Exstat etiam versio Io. Chechozsi, canonici Patauini, quam Politiani et Frischlini versif. praefert et ad edit. parat Anton. Vulpius, Patau. 1722. vid. Giornale d'Italia tom. 34. pag. 478. 6) in *Cerevem*. Hic hymnus, vt superior quoque, dorice scriptus est, et Argis compositus videtur a Callimacho, si audimus ingeniosissimam Annam T. Fabri filiam.

Metaphrasin graecam *Hymnorum* Callimachi, vti *Hecales* quoque, Αἰτίων, et *Epigrammatum* composuerat teste Suida *Marianus* versibus iambicis 6810. *Francisci Robortelli* adnotant. in omnes hymnos Callimachi memorat *Nic. Commenus* pag. 319. hist. Gymnasii Patauini.

Ὑπομήματα ἰσορικά. Supra in Ἴσορικά.

Χαλιάμβοι. Suid. in Διδυραμβ. Etymol. in Ἄλες et supra in Ἰάμβοι.

III. E veteribus grammaticis nonnulli fuerunt, qui Callimachi scripta vel 1) commentariis illustrarent, vt *Astynagis* quidam. cuius ὑπέμνημα εἰς Καλλιμάχον Suidas memorat; *Archibius* item, qui in ep. grammata, et *Ἰεραοστεινες* atque *Theou*, qui in Αἰτίαι scripserant, vt ante dixi: vel 2) explicarent metaphrasin, vt *Haranius*, cuius iam in hymnis feci mentionem: vel 3) quomodo interpungenda essent, docerent, vt *Nicanor*, *Alexandrinus* <sup>o</sup>), qui teste eodem Suida, librum composuerat [P] περὶ συγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ. Etiam contra *Πίνακας* scripsit *Aristophanem*, grammaticum, notauit ex Athenaeo, cui adde, quod Callimacho demerere non dubitauit *Soterionus*, Procli, philosophi, discipulus, vt e Damascio in vita Iudori, Suidas retulit in Σεβηριανός. Τὸν δὲ Καλλιμάχον εἰς χεῖρας λαβὼν, ἐκείνῳ ὅτε ἐκατέσκαπτε τὸν Λίβον ποιητῆ, ἐκώμενος δὲ ἐπὶ μᾶλλον, ἦδη πολλαχῶ καὶ τῷ βιβλίῳ προσέπτυσε. Hoc odium fortassis inde prouenit, quod de Platone Callimachus fecus

<sup>o</sup>) De quibus vid. Maittaire A. T. III. pag. 94.

<sup>o</sup>) Vid. *Warton*. tom. I. Theocriti pag. 136. *Hartl.*

secus sensit, eumque idoneum poetarum esse iudicem inficiatus est, quo nomine etiam in Callimachum inuehitur *Proclus* I. in Timaeum pag. 28.

IV. *Scholiorum breuium graecorum*, quae hodie e MS. codice in sex hymnos edita exstant, cui debeantur auctori, incertum est. Scriptores in iis veteres citantur nulli praeter Hesiodum I. 95. III. 53. Homerum II. 6. 35. 50. III. 4. 12. 40. 90. 250. IV. 73. 122. 209. 286. V. 30. Theocritum III. 19. Diogenianum III. 190. Herodianum III. 235. Thucydidem IV. 11. Pindari et Bacchylidis de Delo IV. 28. Olenis Lycii hymnum IV. 155. et Platonem Phaedone IV. 312. Syracusanae dialecti mentio fit II. 15. Gesnerus in bibliotheca admodum recentem notat esse scholiorum horumve siue auctorem siue collectorem, quod VI. III. *αἰθερον* ait *ἰδιωτικῶς*, siue lingua vulgari appellari *κάπρον*. Scholia inedita interlinearia in Callimachum memorat Labbeus biblioth. nou. MSS. p. 372. Anonymum vitae Callimachi auctorem, quae editionibus praefigi solet, perperam a Suida distinguit Menagius ad Laertii IX. 40.

#### V. *Codices MSSi et editiones Callimachi.*

##### *Codd. MSS. Callimachi.*

[*Taurini* in biblioth. regia cod. CCXLI. *Callim.* hymni cum breuibus not. marginal. hymnos excipiunt tria in Callimachum epigrammata quae cum versione sua collector catal. illius publicauit pag. 364 sq. Denique antiqua gr. scholia; sed in fine mutila. *Harl.*]

*Mediolani*, in bibliotheca Ambrosiana, adferuantur duo codices e saeculo fere vndecimo.

*Venetis*, in bibliotheca S. Marci, est codex, qui princeps omnium esse perhibetur, ante Ruhnkenium, de quo infra, a nullo editorum adhibitus.

[*Matriti*, in biblioth. regia, teste Iriart. pag. 499. cod. CXXII. a *Pontico Virunio* scriptus exeunte saec. XV. vel XVI. ineunte, sex hymni cum scholiis gr. alius cod. ibid. pag. 88 sqq. sex hymni et XXII. epigrammata. *Harl.*]

*Romae*, in bibliotheca Vaticana, sunt codices quatuor, e saeculo decimo quinto.

*Parisis*, in bibliotheca regia, codex est, de quo vid. catal. MSS. Reginorum, tom. II. nr. MMDCCCLXIII.

*Leidae*, in bibliotheca academica, est codex, qui, ab eius quondam possessore, H. Vossio, Vossianus dicitur.

Codex, quem olim *Florentiae*, in bibliotheca Medicea fuisse et ex quo primam editionem ductam esse verisimile est, non amplius comparet, sublatus haud dubie cum ceteris, quos isti bibliothecae per fraudem detractos esse constat: ille vero, quem olim bibliotheca Palatina Heidelbergae custodiebat, in Vaticanam fortasse immigrauit. Latet etiam aut perit liber manuscriptus, quo usus est Henr. Stephanus, nouitius ille quidem et manifeste interpolatur. Ceterum Ambrosiani et Vaticani codd. meliores sunt ceteris; omnes porro, qui non interpolati sunt, ex vno exemplo fluxerunt. Haec *Ernestius*, in praefat. editioni suae praefixa, vnde haec notitia codd. petita est. Add. codex, cuius diuersas lectiones exhibet *C. F. Loesnerus*, in edit. Lips. 1774. quem vide; itemque ille, quem possidet *Ruhnkenius*, infra commemorandus. *Jaeg.*

*Editiones.*



## Editiones.

*Princeps* editio hymnorum sex prodiit studio Lascaris, litteris maiusculis, graece, cum scholiis graecis, sine indicio loci et anni, 4. Florentiae excusum esse hoc exemplum, satis constat; de anno dubitatur; nam alii ponunt 1494. alii circa ann. 1497. aut 1498. certe ante ann. 1500. emissum esse arbitrantur. Nonnullis huius editionis exemplis non adhaerent scholia: hinc *Maittarius* Annal. typogr. tom. IV. pag. 766. scholorum editionem tamquam peculiarem laudat *Σχόλια παλαιὰ τῶν Καλλιμάχου ὕμνων*, 4. f. a. et l. et typogr. nota, vid. biblioth. philolog. vol. III. Lips. 1781. pag. 278 sqq.

Hanc sequuntur

*Aldina*, Venet. 1513. 8. cum Pinlaro, Dionysio Periegeta et Lycophrone, gr. sine scholiis gr. Haec mera repetitio est superioris editionis Florentinae, cum larga accessione vitiorum typographicorum.

*Frobeniana*, Basil. 1532. 4. cum schol. gr. et praefat. *Sigism. Gelenii*, in qua *Callimachi* hymnis subiuncta est Gnomologia e MSto codice. vid. huius operis vol. I. pag. 725. Haec editio, emendatior Aldina, lacunas nonnullas expleuit.

*Parisiina*, apud Vascosanum, 1549. 4. gr. cum schol. gr. [cum versione lat. metrica H. in Dianam, auctore Franc. Florent. Sabino.] in ea hymni Callimachi subiuncti sunt Opiano. Haec est repetitio edit. Frobenianae.

*Stephaniana* prior, inter H. Stephani Poetas principes heroici carminis, Paris. 1566. fol. gr. sine scholiis. Eius basis est edit. Vascosani vel Hieron. Frobenii. Prima haec editio lacunas omnes expleuit et mater est textus, qui ab eo tempore vulgatus est adpellatus. In ea adornanda Stephanus adhibuit librum manuscriptum, notae quidem deterioris, ita, ut textus longe, quam antea fuisset, vitiosior exhiberetur.

*Parisiina*, apud Benenatum, 1574. 4. sine schol. cum vers. latina profaica Nic. Gulonii. Haec exprimit Stephanianam priorem.

*Stephaniana* posterior, Genevae, 1577. 4. cum schol. gr. et versione *Nicod. Frischlini* profaica ac poetica, notisque huius et H. Stephani; item vita Callimachi, graece scripta a Nic. Frischlino, cum interpretatione latina Car. Cph. Baieri. In hac edit. etiam epigrammata XXXIII. latinis versibus expressa et fragmenta quaedam accesserunt; idque initium fuit epigrammatum addendorum et colligendorum fragmentorum. Ceterum textus superioris servatus est, nisi quod in hymno in Cererem v. 16. adiectus est praecedenti, in superiore edit. e manuscripto codice adscito. Huius textus ab eo tempore vulgatus fuit, ab omnibus repetitus, nulla controuersia mota supplementis, quae tamen valde suspecta sunt *vetustiores*. vid. Ernestii praefat. [Epistola dedicatoria Frischlini data est Tubingae ann. 1571. nulla vero Callimachi edit. Frischliniana Tubingae prodit; licet haec ex Actis Erud. 1695. pag. 487. aliquis possit suspicari; sed Geneuam ad H. Stephanum, Tubinga suas lubricationes misit Frischlinus. Falluntur quoque, qui editionem ann. 1577. non Geneuae, sed Parisiis prodisse adfirmant. *Fabric.*]

*Antuerpiensis*, apud Christoph. Plantinum: *Callimachi Hymni, Epigrammata et Fragmenta*, quae exstant. Et separatim *Meschi* et *Boni's Idyllia*. Graece et lat. Bonau. Vulcan-

*nie interprete cum a Notatt. eiusdem et indice copioso.* (cum schol. gr.) 1584. 12. Huic editioni Vulcanius addidit fragmenta, ex Etymologico Magno collecta, relicto tamen ex eodem opere spicilegio.

*Basileensis*, 1589. 8. impensis Wendelini Hommii, prelo Leonh. Ossenii, hymni VI. gr. cum eorundem duplici interpretatione (prosaica et metrica) et annotatt. Nicod. Frischlini recognitis, scholiisque veteribus graecis separatim adnexis; insunt etiam epigrammata Callimachi XXXIII. cum vers. ligata, et fragmenta, et vita Callimachi, scripta a Frischlino, graece et lat. et Archiae epigrammata graeca ex anthologia excerpta et latina metaphrasi donata, una cum Frischlini quibusdam carminibus et epigrammatibus, gr. et lat. hymnoque graeco in Christum proditum.

*Genevensis*, in *Iac. Lectii* Corpore Poetarum Graecor. heroicorum, 1606. fol. Insunt Callimachi hymni et epigrammata, gr. cum vers. Frischlini, (s. schol. gr.) pag. 554 sqq.

*Parisiensis*, exc. Sebast. Mabre-Cramoisy: *Callimachi Hymni, Epigrammata, et Fragmenta.* — *Accessere alia eiusdem Epigrammata quaedam, nondum in lucem edita et fragmenta aliquot, in aliis editionibus praetermissa. Adiecta sunt ad Hymnos vetera scholia graeca. Cum notis Annae Tanaquilli Fabri filiae, 165. 4.* Nouem epigrammata, a Petro Daniele Huetio, cui haec editio dicata est, secum communicata, prima vulgavit et interpretata est Anna Fabra, fragmentaque noua ex Etymologico M. et scholiastis pluribus collecta, notis emendata vel illustrata, adiunxit. Additus est quoque index omnium vocum. Hic primus fuit librorum, quos edidit Anna Fabra. vid. *Huetii commentar. de rebus ad eum pertinentibus, lib. V. pag. 121. edit. Lips. et Koeler. Münzbelust. ann. 1737. nr. 49. pag. 357. Journ. des Sav. 1675. pag. 74.*

*Ultraiectina*, ann. 1697. 8. II. voll. ex recens. *Theodori Graevii*, Io. Georgii filii, qui, quum adornandae huic editioni immortalis esset, magno patri eam absolvendam reliquit. In ea occurrunt primum VI. hymni, elegante icone Numinis in aes incisa singuli ornati, cum vers. prosaica a Th. Graevio interpolata, subiectis per singulas paginas scholiis graecis et notis *Fr. Robortelli*, H. Stephani, Bonau. Vulcanii, Annae Fabri Daceriae, iisque, quas Graevius, filius, vel ipse addidit, vel ex ineditis Io. Meursii lectionibus academicis in Callimachum petiit, vel a Iac. Gronovio, Petro Francio, aliisque viris doctis accepit. Francio debuit exemplar Parisinum Vascosani ann. 1549. (quod postea nactus est Io. Aug. Ernestius.) Eius marginibus multa vir doctus adleuerat, quem vero Graevius, pater, in praefat. sibi, filioque ignotum fuisse fatetur. Hinc factum est, ut adnotationes eius et in Graeviana et in Ernestiana editione sub nomine anonymi commemorarentur. Verum Saxius, in *Onomast. Literar. part. I. pag. 99 sq. edit. 1775.* illum anonymum non alium esse posse, quam Franciscum Nansium, ex contentione eius adnotationum ad Callimachi H. in Dianam, v. 37. 81. 153. et in Delum, v. 52. 84. cum eiusdem castigationibus ad Nonni paraphras. Evangelii Iohannei, cap. 1. v. 189. pag. 15. cap. 4. v. 46. pag. 32. et v. 236. pag. 40. cap. 8. v. 275. pag. 107. et cap. 11. v. 72. pag. 130. clarissime ostendit.

Hymnos excipit Poematium de Coma Berenices e Catullo, (iam superioribus edd. inde a Stephaniana ann. 1577. insertum,) tum epigrammata Callimachi LXII. ex edita et inedita anthologia et aliunde collecta, quorum septem postrema lucem antea non viderant. Vniuersa  
notis

notis eruditis illustravit Rich. Bentleius et ab vndequadragesimo vsque latine transtulit; additae sunt praeterea notae variorum, maxime Annae Fabri et Vulcanii. Sequuntur inde Fragmenta Callimachi, post priorum editorum industriam, diligentius collecta et aucta ab Ez. Spanhemio et praecipue Rich. Bentleio, quorum additamenta in hac primum editione prodierunt <sup>9)</sup>. Accedunt porro notae Frischlini integrae, separatim excusae et H. Stephani sex epigrammata iudicio Ouidii, Callimachum arte, non ingenio, valere existimantis <sup>2)</sup>, opposita. Hinc Bentleii in locum quaedam hymnorum egregiae animaduersiones, inter quas controuersiae materiam praebuit illa ad hymn. in Iouem, v. 87. Contradicit scilicet If. Casaubono et Cl. Salmasio, quorum hic ad Aram Dosiadae, pag. 242. ille in Lectionib. Theocriteis cap. 18. diphthongos *αι* et *οι*, sequente consonante, corripri posse, prolatis locis sat multis, adfirmauerant. Defensorem nacta est haec eorum sententia *Io. Iensium*, l. b. II. cap. 6. Lectio. Lucianear. pag. 166 sqq. cui add. Iac. Gronouius ad Manethonis Apotelesm. pag. 274. Verum Ernestii, in excursu ad h. l. pag. 260. docet, etiam contra noua exempla, quae Iensius adtulit, disputari posse, nec facile exitum habere huiusmodi disputationem; Bentleii animaduersiones sequuntur notae Pauli Voetii, antecessoris Ultraieclini, in hac editione primum in lucem publicam prodire iussae. Denique volumen prius claudunt dedicationes, praefationesque Frischlini, Vulcanii et Annae Fabri, tum indices locupletissimi, primusque inter eos ille omnium verborum, quae in Callimachi hymnis, epigrammatibus et fragmentis occurrunt. Volumen posterius impletur vberissimis commentariis et longe doctissimis Ez. Spanhemii ad hymnos sex, Graecis rogantibus, ab illustri auctore huic editioni adiunctis. Verum est quidem praeconium Brouckhusii ad Propert. lib. III. eleg. 21. v. 15. qui Spanhemianas in Callimachum obseruationes *opus esse dicit admirandae eruditionis et quale hodie vix sperare ab ullo mortalium audeamus*; sed non minus verum iudicium Ernestii, ad declarandos sensus poetae latas et copiosas Spanhemii disputationes de verbis singulis nihil opis adferre.

*Lipsiensis*, ann. 1741. *Callimachi Hymni et Epigrammata maximam partem ex interpr. N. Frischlini et cum scholiis veteribus. Adiectus est Luciani Timon. — praefatus est et indices addi curauit M. Io. Friedlieb Stubelius, Scholae Prou. Portenf. Cour. 8.* In praefat. editor excutit querimonias et iniustas et non spernendas de Callimacho, eiusque scriptis, iudiciumque Ouidii, non satis probabiliter, ita interpretatur, vt in laudem cedat Callimacho, quippe qui ipsam naturam superauerit, et quod ab hac ei negatum fuisset, cura ingenium non debile adiuuante, compensauerit.

M m m m 2

Londinensis,

9) Fabric. addidit hoc e scholiis ineditis ad Dionys. Thracem: Τῆς δὲ κακίας τὰ λόγια ἴσθι καὶ ἡ ἀνυπολόγητος, ὡς παρὰ Καλλιμάχου ἐπὶ τῶν ἀπολλυμένων ἠπιῶν.

Μητέρας ἰξελίωσαν ἐκείνου δὲ τιθῆναι.

Τετρακτίον γὰρ, ἰβήρων ἀπολίσαντε τὰ ἐπ' αὐτῶν τρε-  
φόμενα βρέφη. Harl.

2) *Amor. l. 15, 13 sq. Dan Heinſus Proleg. ad Method. edit. in 4. ingenium*, quo Callimachum valere negat Ouidius, interpretatur *ἐκείνῳ*, impetum poeticum, quo poetarum optimi saepe abrepti genere et magnifice peccant. Hanc interpretationem, spreto iure Henr. Stephani inaniis, probat *Io. Georg. Zierlein*, in disp. de ingenio Callimachi praefide *C. A. Klotz*io defensa, Halle, 1770. 4. pag. 19.

*Londinensis*, ann. 1741. rec. 1751. 8. m. *Callimachi Hymni et Epigrammata*, quibus accesserunt *Theognidis carmina*. vid. huius operis tom. I. pag. 717.

[*Glasgow*. graece. 1755. fol. et m. 4. vid. illustriss. Rewiczky catal. pag. 43. et Pinelli catal. II. pag. 266. *Harl.*]

*Lugdunensis*, ann. 1761. *Callimachi Hymni, Epigrammata et Fragmenta, cum notis integris H. Stephani, B. Vulcanii, Annae Fabri, Th. Graevii, R. Bentley; quibus accesserunt Ezechielis Spanhemii Commentarius, et notae nunc primum editae Tibervii Hemsterhusii et Davidis Ruhkenii. Textus ad MSS. fidem recensuit, latine vertit, atque notas suas adiecit Io. Augustus Ernestii. Tomi II. Lugd. Batav. 8. mai.*

Praeclara haec editio continet omnia, quibus Graeviana commendatur, praeter notas Frischlini et Voetii, quas, nihil scilicet adferentes, quod hodie aliquis in tali editione quaerat et legere velit, ne magnitudo voluminis nimium exeresceret, editor penitus sustulit. Habet vero ornamenta quoque propria, eaque quantiuis pretii. Partem eorum titulus commemorat; cetera in accurata crisi, doctaque interpretatione Ernestii, nec non in additamentis, quibus, post Bentleyum, fragmenta insigniter auxit, et in correctis, opera Ruhkenii, vitii commentarii Spanhemiani, cernuntur. vid. *Nou. Act. Erud. 1762. Jun. part. I. pag. 241 sqq.*

*Florentina*, ann. 1763. *Callimachi Cyrenaei Hymni*, — variantes lectiones, selectas annotationes et metricas aliquot latinas versiones — adiecit *Ang. Mar. Bandinius*, I. V. D. Mediceae biblioth. regiae praefectus; 8.

Textus expressus est ex edit. Graeviana, versione lat. prosaica ad latus posita. Subiuncta est interpretatio italica, ab Ant. Mar. Saluino, Prof. Florentino, versibus, quos Itali *solutos (sciolti*, h. e. rhythmorum lege liberos vocant, elaborata, et tunc primum publica luce donata. Haec satis accurata et elegans videtur. Inter verba graeca Callimachi et interpretationem italicam collocatae sunt variae lectiones, ex edit. Iani Lascaris excerptae. Cuique hymno Bandinius subiecit commentarium, italica lingua, non viris, sed pueris, scriptum. Post hymnos collocata est elegia de coma Berenices, e versione Catulli. Graecum carmen deperditum restituere studuerunt Ios. Scaliger et A. M. Saluinius, (cuius translatio iam in edit. Ernestiana, tom. I. pag. 610 sqq. reperitur.) Vtramque exhibet Bandinius, una cum versione italica. Sequuntur versiones metricae hymnorum Callimachi, a diversis auctoribus concinnatae. Primum H. Stephanus, alterum et sextum B. Vulcanius, tertium Fr. Fl. Sabinus, quartum Frischlinus, quintum A. Politianus, versibus lat. expresserunt. Vltimum locum tenent Callimachi epigrammata LXIII. gr. et lat. edita. vid. *Klotz. Act. Litter. vol. II. pag. 140 sqq.*

*Lipsiensis* altera, ann. 1774. est repetitio textus Ernestiani, sine notis, cum indice difficultiorum vocabulorum et var. lect. e codice quodam primum excerptis, cura *Christ. Frid. Loesneri*. 8. exstat et in Brunckii *Analect. vett. poetar. graec.* Argentor. 1772. 8. tom. I. pag. 423 — 475.

*Parisiensis*, ann. 1775. gr. cum vers. gallica et not. par *Mr. de la Porte du Theil*. 8. vid. infra de *Versionibus*.

Editor in textu sequitur recensionem Ernestianam.

*Bodoniana*, ann. 1795. gr. et cum vers. *Pagnini*, Prof. eloq. Parmens. italica litteris maiusculis, in aliis exemplaribus, in aliis litteris minusculis. Parmae, fol. et in 4.

In hac ed. splendida textus graecus nullibi melior factus est, quam antea.

\* \* \*

*Callimachi Hymnum in Cirerem*, doctissima adnotatione illustratum, HARLESIVS inferuit *Chrestomathiae gr. poeticae*, editae primum Coburgi, 1768. 8. deinde mutato ordine et adscito *Anthologiae gr. poeticae* titulo typis repetitae Norimb. 1775. et Baruthi, 1792. 8.

*Callimachi Hymnum in Iouem* obseruat. philologicis illustravit, scholiaque graeca adiecit *Io. Ern. Linke*. Dresdae; 1784. 4.

*Callimachi Hymnus in Apollinem*, cum emendat. ineditis Lud. Casp. Valckenarii et interpr. *Laur. Santemi*, prodiit Lugd. Bat. 1789. 8. mai. vnica plagula.

[*Call. H in lauacrum Palladis*, gr. et italicis versibus, a *Girolamo Pompejo*, in eius Opp. italice scriptis, tom. II. Veronae 1790. 8.

*Prosper Petronius*, Barenfis, nonnulla Callimachi epigrammata anecdota et ex cod. msto Palatino-Vaticano, graecam anthologiam continente, excerpta, edidit in *Notizie letterarie Oltramontane per uso de' letterati d'Italia* tom. II. part. II. in Roma appresso li fratr. Pagliarini, art. 44. p. 335 sqq. et ad calcem p. 339. promisit, ea seorsum cum suis adnotationibus editurum, sed fidem non liberauit. vid. *Amadut.* ad Theophrasti charact. II. ineditos p. 24 et 60.

Quaedam fragmenta ex Meletio addidit aut explicuit *Schneider* in *Analectis* p. 74. not.

*Pontici Virunii* commentar. gr. in Callimachum memoratur in: *Giornale d'Italia* tom. 24. pag. 264. *Harl.*]

\* \* \*

*Versiones Callimachi latinae* Gulonii, Frischlini, Ernestii iam in recensu editionum commemorauimus. [*Caspar Barth* ad Claudianum pag. 23. b. testatur, se quoque Callimachum metaphras. latina donasse, et iudicium fert de quatuor interpretibus Callimachi, Vulcanio, *Ath. de S.atis*, H. Stephano et Nicod. Frischlino. — *Harl.*] De versionibus metricis diuersorum auctorum mentio facta in descriptione edit. Florentinae, ann. 1767. a Bandinio curatae. Hic praeterea indicandum est, Stephanum et Vulcanii versionem H. in Iouem primum prodiisse in edit. Steph. ann. 1577. In eadem etiam reperitur Fr. Fl. Sabini vers. H. in Dianam et A. Politiani vers. H. in Lauacrum Palladis, quarum illa prius ad calcem Opp. Sabini, Basil. 1540. fol. haec in Opp. Politiani, Basil. 1553. fol. pag. 289 sqq. excusa fuerat. His addi debet *Io. Louiceni* versio hymnorum in Iouem et Apollinem, quae Sophoclis Aiaci, Basil. 1523. 4. edito, accessit, et *Ioannis Chacectii Metaphras. Elegiae s. Hymni in Lauacra Palladis*, quae inserta est edit. Ernestianae, tom. I. pag. 603 sqq. ac denique *Laur. Santemi* interpr. H. in Apoll. cuius iam supra mentionem fecimus.

Praeter illas notanda est *versio lat. veterrima metrica*, quae cum inscriptione: *Callimachi Cirenaci Hymni a Iac. Crucio*, Bononiensi, latinitate donati, primum sine indicio loci et anni, circa extrema saeculi XV. Mediolani, vt videtur, in 4. excusa; dein Bononiae, ann.

1509. 4. iterum publicata est, de qua vid. *Saxii Annot. Typogr. Mediolanens.* pag. 550 et 611. et *Ernest.* praefat.

*Italicam* versionem *A. M. Saluini* primus in publicum prodire iussit *Bandinius*, in edit. Florent. 1763. de qua supra exposuimus.

Adhaeret etiam versio ital. duorum carminum Callimachi, quae *Cesarottum* auctorem habet, *Homeri Batrachomyomachiae*, ab *Ant. Lauagnoli* editae Veronae, 1788. 8. vid. huius biblioth. vol. I. pag. 340.

*Gallica* versio cum textu gr. prodiit hoc titulo: *Hymnes de Callimaque, avec une Version françoise et des notes. Par M. de la Porte du Theil. à Paris, 1775.*

Laudatur haec versio, cui praemissa est dissertatio de Callimacho, eiusque scriptis, lectu digna. vid. *N. Bibl. der schönen Wissensch. u. d. f. Künste, XVIII. B. pag. 180.*

*Anglicam* versionem Hymnorum Callimachi, an. 1755. Londini edidit *Guilielmus Dodd*, vitae noxii et fati infelicitate notabilis, additis notis, in quibus mythologia gentilis cum mysticis locutionibus *Hutchinsoni* mirum in modum commisceatur. vid. (*Forsters*) *Leben Dr. Wilh. Dodds, Berlin, 1779. 8. pag. 37.*

*Germanice* Hymnos Callimachi, cum *Musaeo*, *Orpheo*, *Theocrito*, *Bione*, *Moscho* et *Colutho*, vertit, ediditque *Car. Aug. Küttner*, *Altenburgi*, 1784. 8.

Hymnum in *Cererem* et *Ovidianam* eius imitationem in germanicam linguam transtulit et annotatione illustravit *I. E. Goldhagen*, in: *Griech. und Roem. Anthologie in deutschen Uebersetzungen, — Brandenb. 1767. 8. tom. I. p. 287.* reprehensus ob hoc consilium a censore in *N. Biblioth. der sch. Wissensch. u. fr. K. VII. B. pag. 112.*

\* \* \*

Ex libris, libellisque, in quibus Callimachus emendatur vel explicatur, commemorari merentur

*Robortelli annotatt. in hymnos Callimachi etc. Venet. 1543. 8.* (insertae edit. *Graeu.* et *Ernest.*)

*Cesàubonus* in *Lecl. Theocr.* cap. 4. fragmenta nonnulla emendat et illustrat.

*Obseruatt. in Callimachi Hymnos.* vid. *Miscell. Obseru.* in *Auctor.* vol. V. tom. II. p. 260.

[*Reiskii* animaduers. ad graecos auctores vol. V. *Lipsiae* 1766. 8. *Hartl.*]

*D'Arnaud Animaduers. ad Callimachum.* vid. *Eiusd. Animadu. crit.* in *Script. gr.* *Hartlingae*, 1728. 8. pag. 56 sqq.

*Dissertation critique, où l'on corrige et explique un passage de Callimaque, Hymn. in Del. v. 308.* vid. *Hist. critique de la Republ. des Lettres*, tom. 4. pag. 1 sqq.

(*Gisb.*) *Cuper Lettre au sujet de la dissertation precedente.* *ibid.* pag. 297 sqq.

*Seuini emendat. Callim. H. in Del. v. 100.* vid. *Hist. de l'Acad. des Inscr.* vol. 5. pag. 157 sqq.

*Emendatt.*

*Emendatt. in Callimachum.* vid. Rich. Dawes Miscell. crit. Cantabrig. 1745. 8. f. 3. quem in appendice edit. II. Burgeslius interdum castigat. Contra eundem Dawesium, Hymnum in Cererem, ut nothum et stolidum proscripturientem, et Bentleii emendat. v. 87. H. in Iouem reuicentem, disputat D'Orville ad Chariton. lib. III. cap. 3. pag. 366 sq. edit. Lips. conf. etiam Ernestii Excurf. ad v. 87. istius Hymni, pag. 260 sq.

*I. A. Ernesti* Lectio. Callimachiarum Specimen. Lips. 1742. 4.

*Eiusd. Erisichthonis Callimachii et Ovidiani comparatio*, ibid. 1756. 4. vid. Excurf. ad H. in Cer. v. 26 sqq. pag. 262 sqq.

*Eiusd. Prolusio de Epigrammate Callimachi in Arati Phaenomena*, ibid. 1757. 4. vid. Excurf. ad Epigr. XXIX. pag. 333 sqq.

[*Toup.* permulta Callimachi loca passim emendat in Emendationibus in Suidam et Hesychium.]

*I. F. Heusingeri* Emendatt. Callimachiarum Periculum. Guelpherb. 1766. 4. insertum *Nou. Act. Erud.* 1768. Aug. pag. 360 sqq.

*D. Ruhnkentii* Emendatt. Callim. in eius II. Epistola critica, addita Homeri Hymno in Cererem, edit. Lugd. Batau. 1782. 8. (prior Epist. crit. edit. ibid. exc. ann. 1751.) Hic lectio-nes nondum vulgatae codicis Veneti et Ruhnkentiani adhibitae sunt. Earum emendatt. causa inuidiam Ruhnkentio fecit *Io. Winkelmanus* in *Epist. ad Com. Bruhlium de inuentis Herculanens.* pag. 77. *Jaeger.*

[De editionibus quibusdam, praecipue de *Stephaniana*, ann. 1577. de Callimacho ac Frischlino copiosus est *Freytag.* in *Adparatu litter.* tom. I. pag. 234—239. adde *Clement Bibliotheq.* etc. tom. VI. pag. 58 sq. *Harl.*]

VI. Fuerunt et alii *Callimachi*, 1) *Strategus* nostri auus. Vide epigramma 21. 2) *Callimachus*, nostri sororis filius, quem *de insulis* scripsisse carmine epico e *Suida* notauit. 3) *Callimachus*, Atheniensis, dux fortissimus et cum Cynaegiro, Medici belli fulmen, cuius praeter alios meminit *Plutarchus* in *Catone* pag. 353. hic ipse enim est, licet diuersum faciat aliud agens doctissimus *Ionfus* pag. 242. 4) *Callimachus*, Amisenorum et postea Nisibis praefectus, arte mechanica clarus aduersus Romanos in bello Mithridatico. *Plutarch.* *Lucullo* pag. 503 et 514. De hoc *Graeuus* pag. 293. orationum. 5) *Callimachus*, statuarius, de quo videndus *Franciscus Iunius* in catalogo *Artificum.* *Diarium eruditorum Italiae* tom. 21. pag. 65. Marmor, in quo tres Nymphae cum Fauno *Καλλιμαχος ἐπτεία* apud *Fontaninum* lib. de Hortae antiquitatibus, cap. 6. Neque alium forte Callimachum intelligit *Plinius* VII. 47. in loco, quem inter *Battidae* fragmenta adscripsit praestantissimus *Bentleius* nr. CCCXCIX. 6) *Callimachus*, Atheniensis, amicus *Platonis*. et curator eius testamenti. *Laert.* III. 42 et 43. 7) *Callimachus*, *χοροδιδάσκαλος*, *Aristoph.* *Ecclesiaz.* v. 184. 8) *Medicus* *Herophileus*, quem uocabula *Hippocraetis* exposuisse testatur *Erodotus* siue *Herodianus* in praefat. lexi, et quem *de coronis*, quae nocerent capiti, graece scripsisse testatur *Plinius* XXI. 3. Hic videtur etiam respici a *Galeno* I. in VI. *Epidem.* tom. V. edit. *Basil.* pag. 447. 9) *Callimachus*, *Libanii* discipulus, qui eum laudat tom. II. pag. 553. At apud *Eusebium* X. II. Praeparat. *Euan-gel.* pro *Callimacho Colophonio* legendum est e *Tatiano* *Antimachus*, quod miror fugisse *Spanhemium*,

Spanhemium, quem nihil fugit, pag. 119. ad Callimachum, et G. Vossium in Poetis Graecis: Per Romanum vero Callimachum Propertius <sup>aa)</sup> IV. l. 61. intelligit seipsum, non alium, nescio quem, Romani Callimachi nomine poetam, ut existimavit Flavius Blondus. [P] Apud Quinctilianum XI. 2. pro *Apollas Callimachus*, (ut habet etiam Obrechtii editio,) quidam legunt *Apollas et Callimachus. Fabric.* Verum *Burmamnus* ad l. l. Quinctil. se hanc lectionem in nullo codice reperisse testatur, recteque monet, Fabium, ea admitta, scribere debuisse non quem, sed quos secutus Cicero. Locum itaque mendosum putat. *Jaeg.*

Fuit et annis abhinc ducentis amplius *Philippus Buonaccursus*, graeco nomine quidam *Callimachus Experiens*, Florentinus, post varia scripta, historici praecipue argumenti edita, ann. 1490. defunctus, quem Philippum Callimachum a Callimacho Experiente diversam perperam facit Koenigius in bibliotheca. De illo praeter Iouium *Octavius Ferrarius* prolusione IX. *Niceron* tom. VI. Mem. pour servir à l'Hist. des Hommes illustres pag. 196 sq. *Fridric. Hannib. Stempel* de societate abbreviatorum Roman. Jen. 1704. pag. 11 sq. *Julius Niger* in historia scriptor. Florentin. pag. 161 sqq. *Fabric.* — Apostolus Zenus, in Dissert. Vossian. tom. II. pag. 316 sq. docet, exeunte saeculo XV. quatuor Callimachos floruisse; quorum I. *Dominicus Callimachus*, cuius Senensis, qui diu in Romana Curia apud Paulum II. vixit. II. *Callimachus Monsuiridis* s. *Monteverde*, Siculus, ex oppido Mazara. III. *Angelus Callimachus*, itidem Siculus, forte Messanensis. IV. *Philippus Callimachus Experiens*, ortus Sangeminiano, Etruriae oppido, ex familia *Buonaccorsi*, ob multa et magna utriusque fortunae experimenta *Experiens* cognominatus, tandemque Cracoviae, non ann. 1490. ut Fabricius tradit, sed ann. 1496. fato functus. *Jaeg.*

aa) Add. Barth ad clau. Propertii voc. *Callimachus. Jaeg.*





IO. ALBERTI FABRICII  
S V P P L E M E N T A,  
QVAE AD CAPITA DE XENOPHONTE ET DE ALEXANDRO M.  
MANV SVA MARGINI EXEMPLARIS SVI ADSCRIPSERAT.

Pag. 1. lin. 2. in disciplinam dedit.] Vnde philosophus etiam passim audit, vt *Athenaeo* IX. pag. 368. *Eunapio* statim in limine aliisque.

ib. ad not. a.] Filius etiam Xenophontis *Gryllus* et alter *Diodorus*. Suidas in Γρύλλ. *Xenophon*, Cous, medicus, cuius fit mentio apud *Tacitum* XII. 61. *Annal.* et *Laertium*. *Xenophon*, scholasticus, ad quem S. Nili epist. II. 279. *Allat.* *Xenophon*, poeta, cuius imitatione opus mirificum sine litteris scripsit *Fulgentius*, Ruspensis. vid. *Bollandum* tom I. Act. Sanct. Ianuar. pag. 972. *Xenophon* Καρχιδών apud *Lysiam* orat. XII. pag. 211. 214. *Xenophon*, peripli scriptor, *Valer. Max.* VIII. 13. *Plin.* VII. histor. cap. 48. adde *Salmas.* pag. 17. ad *Solin.* *Xenophon*, futor, de quo *Codinus* descriptione templi S. *Sophiae*, nr. 137. *Xenophon*, Corinthius, *Salmas.* de coma pag. 360. *Xenophon*, de cuius *Ephesiis* praefat. ad tom. XIV. huius biblioth.

Pag. 2. ad not. d.] Meminit illius proelii, duce *Calliade* et *Xenophonte* in *Thracia* cum *Chalcedoniis* committi, etiam *Plutarchus* in *Nicia* pag. 526. De priore vide quoque *Plutarch.* in *Antonio* pag. 937. *Suidam* in Ξενοφών.

Pag. 2. not. m.] Confer insigne Xenophontis elogium apud *Dionem Chrysostom.* XVIII. pag. 257 sq. *Ioachim. Camerarium* in *Xenophontis* vita, praemissa *Hipparchico*, edit. Lips. 1543. 8.

ibid. lin. 13. ἤτις ἀγαθός.] Apud *Chrysostom.* in extremo lib. I. de sacerdote, ἀπατεῶν δίκαιος, ein rechter Betrüger, vere fallax ac deceptor, et *Homerus* apud *Aristotelem* libr. de poetica, δίκαιος ποιητής, dignus poetae nomine. Plura eiusmodi *Thom. Hutchin-*son ad *Xenoph.* *Cyropaediam* pag. 133. Sic *Latinos recti* vocabulo uti notat *Graevius* ad *Sueton.* pag. 783.

*Xenophontis* aemulus inter scriptores hist. *Byzantinae* *Io. Cinnamus*. De *Onesivito* *Laert.* VI. 84. et *Suidas* in Ἀπογγραφή et Ὀνησίκριτος ὡς ἀπόγγραφος ἐξ ἀρχαίου δευτεγεῆς. De *Ariano*, qui *Xenophon* iunior dictus est, vide infra lib. IV. cap. 7. *Q. Lutatius Catulus* molli et *Xenophonteo* genere sermonis scripsit de suo consulatu, quem gessit A. V. C. 651. et de rebus suis gestis ad *A. Furium*, poetam, familiarem suam, teste *Cicerone* in *Bruto*.

*ibid. not. p.]* Henr. Bracellius in biblioth. Mundi et ex eo *Sopimus*, [quis hic sit, aut, quod suspicor, si est compendium scribendi, quis sub eo nomine lateat, discernere nequeo,] pag. 236. memorat Petrum Fulamonicum, Ligurum, circa a. Chr. 1090. scripsisse librum de sedis, in quo probavit inter alia, Aristotelem non contra Platonem scripsisse, sed contra Xenophontem, aemulum suum. Conf. quoque *Iani Costarii* libellum de amoris praestantia et de Platonis ac Xenophontis dissensione, Basil. 1548. in 8. apud Oporin. Locus ex Xenophontis epistola ad Aeschinam, qua Platonem perstringit, adfertur ab *Eusebio* XIV. 12. Praeparat.

*ad pag. 4. lin. 8.]* In iis, quae de Cyro refert Herodotus Xenophontis fidem longe praefert *Hunfr. d. Prudeaux* in lib. II. hist. V. T. cum N. vitae, quam Londini 1716. 8. anglice edidit. adde *Protopi* praefat. ad libros de aedificiis Iustiniani, *Barthium* ad Claudianum pag. 38. De *Fraguetii* disert. vid. Mem. de Trevoux 1718. Jul. pag. 20 sqq. Huetiana pag. 239. Europe savante 1719. Jun. pag. 278 sqq. Iudaeos captivitate exsoluit Cyrus. vid. Chrysostom. tom. VI. pag. 315. edit. Montfaucon. *Cyropaediam* Hieronym. in Danielis V. v. cat Cyri infantiam. Illum tamen titulum libro primo tantum competere, contendit *Huetius* in Huetianis pag. 240.

*ad pag. 5. de latinis versionibus.* — Cyrum e Xenophonte translatum a *Poggio*, oratore Florentino, memorat Angelus Decembrius lib. VI. de politica literar. pag. 539. *Philelphus* XXVIII 20. epist. *Cyripaediam*, ait, quam *Poggius* omni ex parte viciinat, latinam reddidimus. add. XXIX. 8. ubi scribit, eam offerre se velle traulo secundo, pontifici. vide et XXIX. 20. 26. 28. XXX. 1 — 3. XXXI. 2. 16 sqq. Quadringentos ducatos ab eo domum tulit, quos redditos sibi testatur, XXXI. 13 et 29. 35. *Poggius* vertit in gratiam Nicolai V. vide *Ioannis Olivae Rhodigini* praefat. ad *Poggii* libros de varietate fortunae, Giornale dei letterati d' Italia, tom IX. pag. 172. Franc. Philelpi versio, quam absoluit Mediolani 1471. prodit Bononiae non 1520. sed 1502. *Poggii* versio latina iussu Alfonso, regis, vt testatur Panormitanus, composita non vidit lucem, licet msta exstet Florentiae in bibliothecis Laurentiana et Stroziana. vid. Giornale — d' Italia tom. VIII. pag. 173. 174. — *Dabercusii* versio MS. in biblioth. Gothana, inter libros Schurzleischii. *Io. Leunclavii* versio. Colon. 1612. 12.

Conciones quasdam, e Cyropaedia excerptas, vertit *Io. Sambucus* apud Oporin. Basil. 1532. 8.

*Id. lin. 11.]* Tubingae 1611. 8.

*ad pag. 6. de edd. gr. et lat.]* Libri I. II. III. IV. V. versio latina, *Io. Casellii* interprete, cum eius notis quibus iam *Reuch. 1588. 4.* additis epistolis variis et carminibus eiusdem Casellii. — Graece, lib. I. II. VIII. in usum scholarum, Amstel. 1671. 8. — gr. et lat. cum *Andr. Laubmakii* annotatt. apud Oporin. 8.

*Ad pag. 6. de gallicis versionibus.]* Iacobi, Comitiss Vintimillani, versio. Paris. 1574. 8. et Lugdun. eodem anno: de qua vid. *Dominicus* de Colonia tom. II. hist. liter. Lugduni pag. 571 19. — *Carpentarius*, (natus Parisiis d. xv. Febr. 1620. ibidem vita defunctus d. xxii.

April.

April. 1702.) traditur omnia Xenophontis scripta gallice vertisse et cum di. f. de Cyropaedia reliquissè MSS. vid. Mem. acad. Inscript. tom. I. pag. 409 sqq. Carpentariana p. 401. Eius vero Cyropaediae prodiit Paris. 1659. in forma maxima, etiam Hagae 1732. 12. — Primum librum *Lud. Regius*, Paris 1560. — Ex Xenophonte sumto argumento gallice tragoediam Pantheam composuit *Caius Julius de Guersans*, Pictau. 1571. siue cuius eam deberi ingenio profitetur Magdalena Neu. de Roches etc.

*Italicam* Poggii Bracciol. versionem continet insignis cod. membranaceus in biblioth. Ehrencroniana pag. 420.

*Anglice* vertit vniuersum opus *Mauritius Ashley Cooper*, Londini 1728. 8. II. voll. — The journaux of Cyrus, Oxonii 1727. 4. Londini 1728. II. voll. et gallice Amsterd. 1728. 12. germanice a Matthesonio, Hamburgi, 1728. 8. vid. Acta Erudit. 1729. pag. 285. Hist. lit. de l'Europe 1727. Aug. pag. 261. New memoirs tom. VI. pag. 58. Journ. des Sav. 1728. pag. 659. Bibl. angloise tom. XV. pag. 269. Censura in Bibl. Françoisè tom. XI. pag. 236 — 324.

*Ad pag. 7. lin. 5. histor. 154.]* et in scholio ad epistolam Tzetzae XXI. quod publicauit Küsterus ad Suidam tom. II. pag. 171.

*ibid. lin. 7. meminuit etiam] Plutarchus* de gloria Atheniens. pag. 345. — Confer *Vfferrii* annales ad A. M. 3603. *Mongitorem* in Biblioth. Sicula tom. II. pag. 245 sq.

*Ad pag. 7. not. aa]* Corrige in prima linea *dubitabat*. In fine adde: Omnium Xenophontis scriptorum praecipuum videtur *Petro Vallensi* epist. I. de itinere suo Persico.

*Ibid. lin. 10. vinceretur,]* et Artaxerxe vulnerato, occideretur, vt libro primo statim pag. 266. legitur. Sed quum Artaxerxes vi et insidiis Tissaphernis vellet Graecos opprimere, armaque deponere iuberet, Xenophon post Clearchum et alios duces, per fraudem a Persis interemitos, auctor et dux fuit reditus in patriam, de quo libro III sqq. Conf. *Appiani* parthica pag. 285. edit. Blancardi. Totum vero hoc bellum et pugnam tam dilucide ac diserte exposuit hoc opere Xenophon, vt tantum non oculis subiiceret. vid. *Plutarchum* Artaxerxe pag. 1014. F. — *Sophaenetus* Κύβη ἀνάβασις scripsit. Stephan. in *Χαρμάνδη* et *Καρόδχοι*. — Mappam geographicam *Delisle* senior iussu regis Galliarum Ludouici XV. composuit ad Xenophontem de expeditione Cyri illustrandum. Mem. de l'Acad. des Sciences ann. 1721. pag. 73 sqq. Acta Erud. 1725. pag. III. Journ. des Sav. 1725. pag. 435 sqq. Aliam dederat 1653. *du Vallius*.

*Ibid. lin. 19. latine vertit]* Lamp. Biragius, cuius accuratam et disertam versionem laudat Filelfus XVIII. 10 et 11. Ep. testatus, vitam Artaxerxis e Plutarcho edidisse.

*ad pag. 8. lin. 1. Ablancurtius.]* La retraite de dix milles de Xenophon: rec. in Belgio 1695. 8. 1706. 8.

*Ad pag. 9. lin. 13. ab aliena manu, quod]* monuerat etiam *Dodwellus* praelect. Cambden. pag. 15. et ante eum —

*Ibid. lin. 21. libri IV. 1529. 4.]* Latine adolescentem se circa ann. 1508. exercendi ingenii causa haec vertisse testatur *Sebastianus Sericus*, Saludeciensis, in praefat. ad vitam B. Amati tom. II. Act. Sanctor. Maii pag. 348, 1.

*Ad pag. 10. lin. 4. Acciarolum]* edente Ioach. Camerario.

*ibid. lin. 7. Thucydide]* continué par Xen. — — 1662. fol. — recus. Amstel. 1714.

*ibid. lin. penult. Paris. 1572. 8.]* *Walteri Moyle* essay on the government of Lacedaemon 1698. et inter eius opuscula. 1726. 8.

*Ad pag. 11. lin. 27. Paris. 1579. 8.]* anglice vertit *Walterus Moyle*.

*ibid. lin. 29. commentar.]* nota additur: Hos libros quum legeret Zeno, Citiensis, purpurae exercens commercium, necdum philosophiae deditus, rogavit, vbiuam eiusmodi viri morarentur? Atque inde in philosophi Crateris se tradidit disciplinam. vide *Laert. VII. 3.* Ferunt similiter Annam Bourignonam. admodum puellam, lectis libris noui foederis, sciscitantam a suis parentibus, vbiuam degerent, qui ex illorum praescripto viuerent, orasse, vt ad illos deduceretur. — Illos libros de factis et dictis Socratis respicit *Longinianus* epist. ad Augustinum inter Augustinianas XXI. nouae edit. 234. — *Theo* in progymnasim. vbi de chria, ἀπομνημόνευμα πρᾶξις ἐστὶν ἢ λόγος βιωφελής. Inter epistolas Socraticorum, ab Allatio editas, XVIII. sub Xenophontis nomine pag. 44 πεποίημαι δὲ τινα ἀπομνημονεύματα Σωκράτους, ὅταν ἐν μοι δοξῇ εὖ ἔχειν παντελῶς, διαμέμφομαι αὐτὰ καὶ ὑμῖν. Δριπίπῳ μὲν γὰρ καὶ Φαίδωνι ἔδοκει ἀρεμῶδιά τινα εἶναι.

*Ad pag. 12. lin. 22.]* — gr. et lat. cum Io. Leunclauui versione in paginae cuiusque calce excusa, et breuibus ad extremum volumen castigationibus, cum Apologia Socratis. Oxon. 1690. 8. et e theatro Sheldon. 1726.

*ad pag. 12. lin. 28. Louan. 1533. 8.]* scribe in forma 4. *Iano Vitali* curante — et in linea sequenti adde: Buium Herculis ex Xenophonte latino elegiaco carmine expressit *Io. Stigelius*, tom. II. poem. pag. 286. b. — latina prosa *Io. Caselii* cum Stigelii metaphrasi, Rostoch. 1591. 8 — *Gallice* vertit *Io. Lud. Balzaci*, Paris. 1650. 8. — *Iean Doublet*, Paris. 1582. 8. — *Socrater's Sayings*, by William Caxton. Westmonaster. 1477. 4. ex gallico *Io. de Teouville*.

*Ad pag. 15. lin. 20]* anglice, *Iac. Wellwood* cum introductione de doctrina et morte Socratis. Londini 1710. 12. History of the works of the learned, tom. 12. ann. 1710. pag. 285. — Conuuii philosophorum meminerunt *Plin. XXXIV. 8.* pag. 125. edit. Harduini et *Plutarch.* in Lyfandro pag. 441.

*Ad pag. 15. lin. 26. Lex. Ciceron. pag. 44 — 49.]* adde *Petrum Victorium* XXIII. 3. variar. lection. *Seruus* in Georg. I. pag. 66. „Sciendum, ait, Xenophontem scripsisse vnum librum oeconomicum, cuius pars vltima agriculturam continet, de qua parte multa ad suum hoc opus *Virgilius* transfudi; sicuti etiam de Georgicis *Magonis*, *Afri*, *Catonis*, *Varronis*, *Ciceronis* quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. Nam primus praecepta

praecepta habet, quemadmodum debeat materfamilias domi agere; secundum, quemadmodum foris paterfamilias. — Librum Xen. ex primis verbis *ἡκεῖσα δὲ ποτε* etc. *Galenus* ad Hippocratem *περὶ ἀφθρων* tom. V. Basil. pag. 578. probat, esse librum postremum, siue adpendicem τῶν Σωκρατικῶν ἀπομνημονευμάτων atque sub illo titulo comparet etiam in edit. graeco-latina Wecheliana. — Graece cum Leunclauui versione et Ciceronis Oeconom. fragmentis nitide excusa, Oxonii e theatro Sheldon. 1703. 8.

*Ad pag. 16. lin. 9. Paris. 1515. fol.]* it. cum Iodoci Clichtouei introductione in Politicam Aristotelis. Paris. 1516. fol. — Strebacii versio lat. vna cum Oeconomicis Aristotelis prodiit Paris. 1544. 4.

*Ibid. lin. 18. La Menag. de Xenoph.]* Paris. 1571. 8. apud Fed. Morellum. (Francisco a Cruce pag. 83. bibl. gallicae memoratum, qui tantum excudit, non vertit,) cum Plutarchi praeceptis coniugalibus et consolatione ad vxorem. — *ibid.* 1600. 8. — Habeo etiam translationem *germanice*, dialecto inferioris Saxoniae, ante annos amplius centum sine loci et temporis nota in 8. *Ein Gespräch Xenophon von der Husfh ldinge zweer Ehelüden.*

*Ad pag. 17. lin. 2.]* graece cum Apologia Socratis et Hierone prodiit, Hagenoae 1520. 4. — *Io. Caselius*, Rotloch. 1577. 4. — Gallice vertit *Ludou. Regius*. Paris. 1560.

*Ibid. lin. 21. Simonidis]* Synesius epist. 49. *πλέω καλὰ τῆς Σιμωνίδε συνεσίας Ἰέρων ἀπέλαυσεν, ἢ Σιμωνίδης Ἰέρωνος.*

*ibid.* 23.] lege: miseram esse prae priuatis regum, aedum tyrannorum condit. et quae facienda sint regibus etc. adde Grotii excerpta ex *Trag.* pag. 339.

[*Ad pag. 17. lin. antep. Erasmus* etc.) *Xenophontis Hierona* interpretatus est *Erasm.* an. 1530. sed *δευτέρως Φροντισίας* admouit 1532. Indigni itaque sunt venia, qui 1545. cum ceteris Xenophontis operibus latine ediderunt priorem *Erasmi* editionem. *Paulus Leopardus* *Emend.* VII. cap. 15. *Benzel.* in not. msta. *Harl.]*

*ad pag. 18. lin. 6. atque ciuibus]* adde *Ezech. Spanhem.* pag. 165 sq. ad orat. I. Iuliani.

*Ibid. lin. 12. et Henr. Stephani]* anglice, cum notis historicis *Walterus Moyle*, 1697. et inter eius opuscula iterum Londini 1726. 8. edente Antonio Hammondo.

*Ibid. lin. 28. ad libri calcem.]* Italice *Euangelista Ortense*, Venet. 1580. 8. *il modo del caluicare scritto da Xenofonte.* — Xenophontis librum *ἑπικὰ* vocat *Pollux* praefat. lib. X.

*Ad pag. 19. lin. 5. Leoniceus.]* minus quidem feliciter: vnde plus semel reprehenditur a *Iano Vllio*, qui commentarios ad Xenophontis *Cynegeticon* promisit ad *Gratum* vll. 49. 89. etc.

*Ibid. lin. 11. Euseb. XV.]* corrige XIV.

*Ad pag. 19. lin. 28. Valer. Max. VIII. 13.]* Conf. *H. Dodwelli* *diff.* de *Dicaearcho* pag. 15. 16.

*Ad pag. 23. lin. 4. Fr. Porti comm.]* Obierat Fr. Portus. Genevæ 1572. d. v. Iun. ætatis 70. „Ex illis commentariis, inquit Aemil. Portus fil. in notis suis ad Xenophont. pag. 1175. alii maximam suarum annotationum partem in multos Xenophontis libros hauserunt; sed patris mei nomen tacuerunt.“

*Ibid. lin. 5.]* add. Non paucis Xenophontis locis adfundit lucem *Iac. Palmerius* p. 59 — 77. Exercitationum in graecos scriptores.

*Petri Marcaffi* Histoire grecque, Paris. 1647. fol. et 1669. 12. II. voll. ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte.

Editio graeco-latina Francofurtensis ann. 1674. quæ in memoriis Treuoltinis ann. 1708. mensè Nou. pag. 1863. tanquam optima laudatur, nulla est; contra legendum 1594. ex Du Pinii biblioth. vniuersali Historicorum p. 184. quem eo ipso loco reprehendunt, quod gallicam Xenophontis versionem *Pici Mirandulae*, ann. 1613. editam, memorat, ex nomine *Pyrami de Candole* male effingens Picum Mirandulanum. Illam autem gallicam versionem sub nomine *Pyrami de Candole*, (Coloniae 1613. fol.) Sorellus pag. 200. notat, esse typographi, vel correctoris specimen typographicum: versionem enim esse Seyfflii et aliorum. De *Claudii Seyfflii* vid. Sorel bibl. françoise pag. 195. et *Croix du Maine* pag. 63. — *Italica* Lud. Dominici, Venetiis 1548. 1558. tribus volum. 8. — [Nova historicorum librorum Xenophontis *italica* prodire coepit Romæ apud Desiderium: tom. I. continet Cyropaediam, alter Hellenica et Hieronem, 1791. 4. *Harl.*] — *Oeuvres de Xenophon*, Yuerdon. 1619. 8.

Non praetereundem est laudabile studium M. *Georgii Raphaelii*, Athensei Luncburgensis Correctoris, postea ecclesiastiae ac Superintendentis, qui integro opere Xenophonteam dictionem contulit cum dictione N. T. vnde ipsi natae sunt Annotationes philologicae in N. T. ex Xenophonte collectae, cum additamentis in V. T. Hamburgi 1708. 8. et non sine auctario 1720. 8. vid. *Acta eruditor.* ann. 1709. pag. 209. [rec. cum adnotatt. ex Herodoto, Lugd. Batav. 1747. 8. II. voll.] — Stilum Xenophontis cum S. S. conferre etiam non neglexit Thom. Hutchinson in *Iuculenta sua Cyropaediae* editione.

---

#### AD CAP. II. DE ALEXANDRO M.

*Ad pag. 26. not.]* [Alexandri M. hermam inter rudera Tiburrini secessus Pilonum ann. 1778. ossum protulit *Ios. Ant. Gualtanius* in libro: *Monumenti antichi inediti*, ovvero Notizie sulle antichità e belle arti di Roma 1784. ad mensè Ianuar. tab. I. p. 2. et repetiit *Carolus Fia* tom. II. operis *Io. Winckelmanni* italice versi, quod inscribitur *Storia delle arti del disegno presso gli antichi*, tab. II. edit. Romanae. vide *Anadutium* ad II. charact. Theophrasti inachtos, pag. 44 et pag. 65 sq. *Harl.*] — De nummis Alexandri M. *Vallemontis*, et auctor epistolarum aduersus eum, gallice editarum, ad Dangelum. Paris. 1704. 12.

*Ad*

*Ad pag. 27. lin. 13. de epist. lis]* MS. in bibl. Quedlinburgensi, vt testatur *Tob. Eckardus* de codd. MSS. Quedlinb. pag. 19.

*Ad pag. 29. lin. 31.]* Quaestiones, ab Alexandro propositae, ludis philosophicis. apud *Plutarchum* pag. 701. *Palladium* de Brachmanibus etc. Aliae quaestiones, de quibus Talmudici in *Tamid* cap. 4. Wolf. pag. 186. bibl. hebr. — Alexandro M. suppositum privilegium in *D. Io. Benedicti Carpentarii* Ehrentempel des Marggrafthums Oberlausitz, Budissae 1719. fol. pag. 236.

*Ad pag. 30. lin. 4.]* *Aeschirion* quoque, quem e comitibus expeditionis Alexandri fuisse testatur *Suidas*, *Ephemerides* Alexandri scripsit, vt colligo e *Io. Tzetzae* *Chiliad.* VIII. hist. 196.

De tabula aurea geographica, quam in templo Iouis Hammonis dedicasse Alexander traditur, dixi infra hoc capite de *Patrocle*.

*Ad pag. 32. lin. 3. XXXVIII.]* *Ruperti* Obseruat. ad *Besoldi* synopsin pag. 178 sq. e *Rookio* ad anglicam *Arriani* versionem.

*Ad pag. 32. lin. 7.]* , add.

*A ubeker* persee. MS. in bibl. medic. vide tom. III. amoenitatt. litterar. pag. 212 sq.

*Achmetes Mella* siue *Meniana Achmetes*, h. e. sapiens siue doctor *Achmet*. rhythmicis versibus librum historiae Alexandri M. composuit, et *Emiris Sulcimanni* nomine publicatum edidit. Ille ab eo vicissim donis eximii liberalissime cultus fructum sui laboris vberem tulit. *Io. Leunclauus* libro X. extremo histor. Turcic.

*Ad pag. 32. lin. 11. Vrspergensis]* *Godfridus Viterbiensis*.

*Al. inus* *Ἀλεξάνδρου* libro I. *Steph. Byzant.* in *Ἀλεξάνδρῳ* septimo, in *Σάραξ.*

*Aeschirion*. vide infra in *Ephemerides*, [et paulo ante in addit. ad pag. 30.]

*Ibid. lin. 15. Constant. M. filio.]* Prodit etiam *Argentinae* sine nomine auctoris, 1489. fol. *Alexandri M. Regis Macedoniae de proeliis*. Incipit: *Sapientissimi Aegyptii scientes mensuram terrae*. — *Iuretus* ad *Symmachi* X. 54. [vid. supra pag. 37. in voc. *Callisthenes*.] *Aisopus* in vita *Alexandri M. Iulio Valerio interprete, quem MSt. habeo, secretim pro secreto dixit*:

*Ad pag. 32. lin. 24. Αγαθ. ὁ Γιδίος]* vt apud *Photium*, vbi opus *Theophylacti* recenset pag. 46.

*Ad pag. 33. lin. 19.]* add. *Alexander de Bernay*, Parisiensis, sub finem saeculi XII. (*Menagiana* tom. III. pag. 429.) primus versibus gallicis vsus duodecim syllabarum, (*de langue ligne*.) eo carminis genere fecit poema de Alexandro M. quem sequuti sunt *Petrus de St. Cloct*, *Lambertus de Cour* (*à Cour*) et *Nivernensis*. Inde versus illi dici coeperunt *Alexandrini*, teste *Menagio* in *Menagiana* pag. 299. Confer eiusdem *Menagii* *Origines gallicas*, et *Crucimanni* bibl. gallicam pag. 414. et 238. *Gailandi* diss. de poet. quibusdam Gallis, Journ. des

des Sav. 1718. II. pag. 139. it. Memor. Trevoltinas ann. 1706. pag. 826. Perperam Heunianus in conspectu reip. lit. pag. 133. dictum putat ab Alexandria, ciuitate Italiae.

De Alexandro M. vid. Nic. Antonii bibl. veter. Hisp. tom. II. pag. 54.

*Alphonfi* IV. regis Castellae, cognomine Sapiensis, poema hispanicum de vita et rebus gestis Alexandri M. de la vida etc.

*Ad pag. 34. post lin. 7.] Anonymi* historia, rhythmis suecice descripta, circa a. C. 1390. edita a Io. Hadorphio, ann. 1672.

Anonymus, auctor vitae Alexandri, versibus latinis homoeotelevtis, semel tantum Parisiis expressus. *Wassè* ad Sallust. pag. 294.

*Ad pag. 35. post lineam 9.] Anecdotes* Grecques, ou aventures secretes d' *Aridée* traduites d'un Manuscrit Grec par M\*\*\* Amstel. 1732. 12. Otiosi ingenii commentum, fabula romanensis de Aridaeo, Alexandri M. fratre, quam auctor fingit se vertisse ex Msto graeco, quod Constantinopoli nactus fuerit: praecipua eius videri sibi cum Plutarcho, Iustino, Curtio etc. — Gli amori di Alessandro M. e di Rossane del D. Giacomo Andr. Cicognoni. Bologna 1556. 8.

*Ad pag. 36. lin. 21. in quibusdam Bibliothecis,]* Graece MS. in bibl. Bodleiana, cod. Barocc. XVII. Est etiam in eadem bibl. latine alius de gestis — Initium et specimen longiusculum operis Callisth. ex codice biblioth. Lugd. Batau. graece edidit *Abrah. Berkelius* ad Stephan. Byzantin. p. 237. 238. — Historia Alexandri M. iussu Ioannis Burgundi gallice scripta, MS. in bibl. Gothana. Catal. MSS. pag. 22.

*ibid. lin. 30. a Pseudo Gorionide]* lib. II. cap. 12 — 22. edit. Io. Friderici Breithauptii. *Ceteras autem res*, inquit Gorionides pag. 152. *ab Alexandro gestas et egregia eiusdem facinorae quaecumque denique perpetraverit, ea in libris Medorum et Persarum, atque apud Nicolaum Titum et Strabonem, et in libris natiuitatis Alexandri (ספר תולדות אלכסנדרוס) rerumque ab ipso gestarum, quos Magi et Aegyptii eo anno, quo Alexander decessit, composuerunt, scripta reperies.* In Gagnerii editione Gorionidis liber ille latine additus est e MS. Bodleiano, e quo specimen adduxerat Thom. Hearne in notis ad Iulianum pag. 292. Oxon. 1705. 8.

*Ad pag. 38. post lineam 34.] Clemens*, Apuleii amicus, qui eruditissimum et suauissimum poetarum adpellat, et poema eius de Alexandri M. rebus gestis commemorat in Floridis pag. 770. edit. in usum Delphini; ex eo itaque hausit Cuspinianus, quae ex eo Vollius pag. 739. hist. latin.

*Ad pag. 39. lin. 10. Macedo]* Menag. ad Diog. Laert. pag. 248.

*Ibid. lin. 14. περί ψηφισμ.]* Idem fortasse opus respiciunt, Craterum laudantes, *Zenob.* II. 18. Schol. Aristoph. ad aues, Suidas in *Ὀγκος*.

*Ibid. post lineam 35.] Demetrii Zeni, Zacynthii, Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδῶν* versibus politis. Venet. 1529.

*Ad*



*Ad pag. 40. lin. 19. egisse videtur]* in tractatu *περὶ τῆς ἐν Ἰλίου θυσίας*, *Athenaeus* XIII. pag. 603. et in libris etc.

*Ad pag. 40. lin. antepen.]* confer tamen Marcum de se ipso, L 6. vbi Diognetus philosophus.

*Ad pag. 41. post lineam 2.]* *Dionysii* Baronis *de Cossin* l'eroismo ponderato nella vita di Alessandro il grande con discorsi istorici, politici e morali. Parmae 1716. 4. II. voll. conf. *Giornale d'Italia* tom. 26. pag. 467. 468.

*Ibid. post lin. 13]* *Radulphus de Dunstable* de vita Alexandri M. libri V. Monachus S. Albani, vixit circa ann. 1150. lingua scotica MS. in bibliotheca Bodleiana.

*Ad pag. 42. lin. 3. ann. 1703. binas]* lege tres dissertat. quarum prima disputat aduersus Liuium, qui libro IX. cap. 17 sqq. contendit, si aduersus Romanos arma mouisset Alexander, alium euentum belli, quam cum Dario fuisse experturum; *Evremon.* tom. I. *Opp.* pag. 225 sqq. — Tum loco altera lege *tertia.*

[*Eusebius.* Sub hoc nomine fertur historia Alexandri M. vide pag. 37. in voc. *Colisthenes.*]

*Ibidem lin. 13. dele, quod opus haud vidi, et adde;* *I fatti del grand Alessandro*, *Bibl. Kielmanni*, II. 94.

*Pag. 42. post lineam 27]* *Gualterus Hemlingtonus.* *Voss.* de hist. latinis p. 414.

*Ibid. lin. penult. Iosepho]* et Eusebio in praeparat. euangelica. — tum post voc. *adtigisse* adde: *Fragmenta eius graece et laeinae* edidit *Petrus Zornius*, *Hamburgensis*, *Altonae* 1730. 8. *Bibl. Germanique* tom. XXXI. pag. 100.

*Ad pag. 43. lin. vlt. textus, περαχθ.* scripsit,] citatus ab Appiano *Mithridatic.* fol. 175.

*Ad pag. 44. post lineam 3.]* *Ioson Argivus*, cuius librum III. *περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* laudat *Athenaeus* XIV. pag. 620. Egit etiam de Alexandro in libris IV. *περὶ τῆς Ἑλλάδος βίης*, *Suidae* memoratis. vide *Stephan. Byzantin.* in *Ἀλεξανδρεία.*

*Ibrahimi ben Masrug*, *Essuri* siue *Tyrius*, scripsit vitam Alexandri bicornis, arabice, MS. in bibl. *Florentina Medicea.* *Idomeneus* et *Duris* iunctim laudantur a *Plutarcho* in *Demosthene*, vbi ex illis refert, quod decem oratores ab Atheniensibus sibi dedi iussit Alexander.

*Ad pag. 44. lin. pen. textus,]* *Liuius* contrariam sententiam defendit *Evremonius* tom. III. *Opp.* pag. 225 sqq.

*Ad pag. 45. post lin. 13.]* *Magi Aegypti.* vide *Wolfii* *bibl. hebraic.* pag. 968.

*Ad pag. 46. lin. 22. scripssisse traditur]* a *Suida* in *Σιβυλλα*, *Photio* quaest. 160. ad *Amphilochium.*

*Ad pag. 47. post lineam 8.]*

[*Nadham*. Inter poemata Nadhami, poetae perfici, qui floruit a. Ch. 1190. est etiam *Iskender Nameh*, i. e. narratio de Alexandro. MS. in bibl. publ. Vpsaliensi ex dono Ludou. Fabricii, regis Sueciae bis ad regem Persarum legati et oratoris. De *Nadhami* conf. *Menniskium* in thesauro. *Benzel*. not. insta.]

*Claudius Nicasus* diss. de nummo pantheo Hadrianum, imperatorem, cum Alexandro confert, Lugd. 1690. 4.

*Ibid. lin. 23. Solin. cap. 53.] Seneca VII. 2. de beneficiis.*

*Ad pag. 48. post lineam 9.]*

*Orosius*, Iustini fere insistens vestigiis.

*Ibid. post lineam 18.]*

*Palladius* in libro de gentibus Indiae et Bragmanibus refert Alexandri M. colloquia cum philosophis Indorum. Hunc graece primus edidit Ioach. Camerarius cum versione sua. Deinde gr. et lat. cum noua versione sua et cum Ambrosio atque anonymo latino e Bragmanibus Eduard. Briffaeus. Londini 1668. 4.

*Ad pag. 50. lin. 18. hebraice.]* interprete Samuele ben Tippon. exstat MSt. apud Dan. Ernest. Iablonskium. Simile opus Gorionidi laudatum MS. in Bodleiana. vid. *Acta erudit.* tom. IV. Supplem. pag. 15. adde Wolfii bibl. Hebr. pag. 968 sq.

*Ad pag. 51. post lineam 16.]*

*De Rossin* vid. paullò ante, *Dionys. Baro de Rossin*.

*Raduiphus de S. Albano*, Vossius de histor. latinis pag. 414.

*Ibid. post lin. 29.]*

*Secouffe* apologie de l'Expedition d'Alexandre contre les Perles, in tomo V. *Memoiriarum acad. regiae Inscript. Journal des Savans* 1730. p. 234 sqq. *Novelle de Signor Albrizi*, 1730. pag. 411.

*Ad pag. 54. lin. 11. Βεζέλλης.]* vid. *Arnoldum Pontacum* pag. 473. ad *Eusebii Chron.* et *Io. Harduini Histoire d'Alexandre I. Roi de Syrie*, tirée du premier livre des *Macchabées* et justifiée par les medailles. In *memoriis Trevoltinis*, statim in limine Ianuarii ann. 1724.

*Ibid. lin. 20. Olympiadis.]* *Neoptolemi F.* vide numismata *Petri Seguini* p. 54.

*Ibid. lin. 24. Ηορροcr. pag. 7.]* et *Burmannum* ad *Ouid.* II. 9. 10. ex *Ponto*, et *Keuchen.* ad *Nepotis Pelopidam* cap. ultimo.

*Scander Turcis* pro *Alexandro. Philelfus XIX. 3. Epist. f. 136. b. XXI. 1. f. 147.*

*Alexander Balas*, qui se *Antiochi Epiphaniis, Syriae regis, filium* dicebat, de quo *Grotius* ad *I. Maccab. X.*

*Alexander*

*Alexander Paris*, de quo *Homerus* et *Herodotus* II. 113 sq.

*Alexander Zabinar*, de quo *Diodor. Sicul.* pag. 377. Excerpt. Peiresc.

*Ad pag. 55. lin. 19. Alex. Citieus — Homerum.*] Haec verba deleuit *Fabricius*. Tum correxit, quae scripserat, quaedam deleuit et auxit, et ita constituit verba:

*Cornelius Alexander*, *Asclepiadae*, grammaticus ac polyhistor, temporibus *Syllae*, patria *Milesius*, de quo *Cicero* II. 22. ad *Atticum* *libros Alexandri, negligentis hominis et non boni poetae, sed tamen non inutilis, tibi remisit.* *Ionius* lib. II. cap. 16. de scriptor. histor. philos. *Meursius* ad *Chalcidium* pag. 7 sqq. et in bibl. graeca, *Vossius* de histor. graecis, et ad *Plinium Harduinus*.

*Alexander alius*, itidem Polyhistor dictus, patria *Κοτταεὺς*, de quo infra libr. IV. cap. 28. ad orationem *Aristidis* XII.

*Alexander*, *Cyrenaeus*, *Lacydae*, philosophi, pater. *Suidas* *Δακύδης*.

*Alexander*, cuius nomine librum scripserat *Philo*, *Judaeus*, teste *Eusebio* II. 18. histor. eccl. et *Hieronymo* cap. XI. de script. eccl. *περὶ τῆς λόγον ἔχεν τὰ ἀλόγα ζῶα.* Mentio huius *Alexandri* apud *Gennadium* cap. 17. de dogm. ecclesiasticis.

*Ad pag. 55. lin. 31. Antoninum instituit.*] Idem cum *Cotyaensi*, de quo paullo ante quaedam notauimus.

*Ibid. post lin. 32.*

*Alexandri, veteris haeretici*, commentar. in *Epist. ad Galatas* memorat *S. Hieronymus*.

*Alexander, Laodicensis*, medicus, *Asclepiadis* discipulus, *Coelio Aureliano* laudatus. vid. infra *Philalethes*.

[Quaedam alia *Benzelii* et *Fabricii* Supplementa.

*Ad pag. 78. lin. ult. textus.*] *Plato scripsit non populis, sed paucis.* *Vix enim intelligunt tres homines*, comment. in *Psal. 86.* qui *Hieronymi* nomine circumfertur.

*Ad pag. 172. Eudoxus.*] Hunc *Platonicum* fuisse negat *Tennulius* ad *Iamblich.* 88.

*Ad pag. 176. post lin. 11.*

*Haber* scripsit commentaria in librum quemdam *Platonis.* *Simleriana* epitome *Gesneri* MS. apud *Clauserum*, ait *Gesner* in *Bibliotheca.* *Arabem* fuisse, ait *Christ. Rauus* in nota MS. ad *Epitomen Simlerianam.*

*Ad pag. 224. lin. 5. latine vertit,*] latine item *Lipsiae* 1503.

*Ad pag. 368. lin. 3.*] *Aristotelis Politica*, polonice, per *Sebast. Petripegum.* *Cracou.* 1605. fol. in bibl. *Vpsaliensi.*

*Ad*


*Ad pag. 420. nr. VI. et pag. 422. lin. 1. editiones.]*

Fabricius haec scripserat additis not. mstis. „Graece et lat. edit. Parif. 1558. 8. apud Guil. Morellum. — Hos quoque libros castigavit Dan. Heinsius, commentario illustravit, Gazae subinde reprehensor, *Iul. Caesar. Scaliger*, edito primum Geneu. 1566. fol. et Lugd. 1584. 8. *Casparis Hofmanni* nova versio inedita et notae MSS. in Theophrasti historiam et de caussis plantarum libros exstant Noribergae in bibliotheca Gothofredi Thomafii.“ — Ad haec verba notavit *Benzelius*. „Sed ipsum exemplar editionis Heinsianae, manu *Casparis Hofmanni* infinitis locis emendarum, nunc est apud Laur. Robergiom, medicinae Doctorem et Professore Vpsal. Caspar Hoffmannus Guidoni Patino, medico Parisiensi, illud testamento legavit, vti antea ex Labbeo monuit Fabricius; Patinus Ioanni van der Linden; hinc factum Arnoldi Syen, Medic. et Botan. Professoris; postea I. Mart. Zieruogel, medici regis Sueciae; tandem laudati Robergii. Calci adglutinata sunt duo folia presse conscripta, quibus viri eruditi, nescio cuius ad Hoffmannum missae, variae lectiones et emendationes contextus graeci.“ Haec tenus *Benzel.* — Fabricius vero orae exempli sui adscripsit. „*Is. Casaubonus* epist. ad Thuanum ann. 1598. scripsimus ea in Theophrasti libros de caussis plantarum, quae tibi posse probari non diffidimus. Numquam putaueramus, diuinum virum, *Caesarem Scaligerum*, tantum nobis spicilegium reliquisse.“

*Ad pag. 426. nr. IX.*

*Guil. Ballonii* commentarius. Parif. 1639. 4. *Fabric.* [Reliqua, admodum pauca *Benzelii* supplementa, iam inferui suo quoduis loco. *Harl.*]

FINIS VOLVMINIS TERTII.



IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG

# BIBLIOTHECA GRAECA

SIVĒ NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVM CVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

*E D I T I O N O V A*

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG

ACCEDVNT

B. I. A. FABRICII ET CHRISTOPH. AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

---

*VOLV MEN QVARTVM*

---

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCLXXXV

LIPSIÆ, EX OFFICINA BREITKOPFIA.



VIRIS

INGENII SPLENDORE LITTERARVM COPIA ERVDITIONIS NOMINISQVE

FAMA FLORENTISSIMIS

ILLVSTRI ATQVE AMPLISSIMO

**CHRISTIANO GOTTL. HEYONIO**

M. BRITANNIAE REGI A CONSIL. AVL. ELOQVENTIAE AC POESEOS P. P. O. CELEBER-  
RIMO ET BIBLIOTHEC. GEORGIAE AVGVSTAE

CRITICO SAGACISSIMO IVDICI OMNIS ANTIQVITATIS ARTISQVE SVBTILISSIMO  
STRENO LITTERARVM BONARVM VINDICI AC STATORI

PRAECIPVO GEORGIAE AVGVSTAE ET TOTIVS

REIPVBLICAE LITTERARIAE ORNAMENTO

NEC NON

AMPLISSIMO ATQVE HVMANISSIMO

**WOLFGANGO IAEGERO**

ELOQVENTIAE ATQVE HISTORIAE P. P. O. IN VNIVERSITATE LITTERARVM NORICA

CELEBERRIMO ET SOCIETATIS LATINAE QVAE ALTDORFI FLORET

DIRECTORE SPECTATISSIMO

PHILOLOGO EXIMIO CRITICO SOBRIO OMNISQVE ANTIQVITATIS ET HISTORIAE

PERITISSIMO INSIGNI LITTERARVM SVAEQVE VNIVERSITATIS DECORI

CVIVS DILIGENTIAE ET LIBERALITATI IPSA BIBLIOTH. GRAECA FABRICIANA

MVLTVM DEBET

AMICO VETERI ET CANDIDO



HOC VOLV MEN QVARTVM  
OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA

D. D. D


ET

GRATI PIQVE ANIMI PIGNVS

E S S E C V P I T

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES





## P R A E F A T I O

---

**P**aucis TE, L. B. in limine quarti huius voluminis morabor. Quae enim de opere hoc Fabriciano nostroque instituto dici possent; ea iam in praefationibus ad superiora volumina, inprimis ad secundum, latius exposui. Vera autem ea sunt, quae KÜSTERVS in diatriba anti-Gronouiana pag. 6. IAC. GRO-NOVIO regeffit, et quae FABRICIVS quoque noster in Bibl. Gr. vol. IX. p. 646. repetiit ac probauit: „Si ipse Suidam edidisses — an existimas, te nullum παραγωγή admiffurum, nullumque alienae industriae locum relicturum fuisse? Haud sane id dicere ausis; vel saltem id adfirmanti tibi nemo credat“ etc. Nam reliqua, quae grauius dicta sunt, describere nolo, memor illius:

— — — didicisse fideliter artes  
Emollit mores nec sinit esse feros.

Aureum quoque est praeceptum QVINCTILIANI Inst. Orat. XII. 9. 15. quod nuper demum cel. HEYNIUS breuiter quidem, at scite apteque illustrauit in Prooemio ad catal. praeflectionum — in acad. Georgia Augusta per semestire hibern. a. 1794. habendarum.


Sed nihil amplius. In hoc autem volumine, quod reliquam voluminis II. partem cum magna sequentis tomi parte vet. edit. continet, me, quod cum testificatione grati piique animi declaro, adiuuerunt, atque, vti vel ex indice capitum praemisso cognosci poterit, ad hanc operis partem ornandam ac locupletandam gratas exoptatasque symbolas contulerunt ACKERMANNVS, IAEGERVVS, SIEBENKEESIVS, KEILIVS, KVINOELIVS, GVRLITT atque HEYNE, Viri celeberrimi: quorum postremus, cuius nomen iam multum valebit ad operis commendationem, non modo quaedam lubenter suppeditavit ad caput de anthologia graeca; sed etiam indicem epigrammatum vltro obtulit mihi atque misit. Cel. BECKIVS, qui cum cel. KVINOELIO operam ad plagulas a mendis typographicis liberandas, beneuole commodare atque omnem diligentiam solertiamque adhibere non destituit, more consueto plures easque doctas vtilisque intexuit adnotationes. In primis religiose veneranda est indulgentia REGIS POTENTISSIMI NEAPOLITANI, atque celebranda mihi est rara humanitas ILLUSTRISSIMI AMICI Regis illius, DE MARCO, nec non diligentia ac promptitudo cel. PASCHALIS BAFFII, bibliothecarii regii, et vrbalitas atque amicitia cel. CAIETANI ANCORAE, qui nuper demum edendo doctaque interpretando XENOCRATIS libello de alimentis ex aquatilibus optime de litteris graecis meruit. Vix enim in litteris ad doctissimum Caietanum timide quidem optaram, vt notitiam quamdam codicum graecorum, qui in regia bibl. Neapolitana custodiuntur, acquirerem; quum vir ille humanissimus non modo promptam paratamque litterarum iuuandarum voluntatem declararet; sed etiam opera cl. FRANCISCI DANIELIS, ICTi regiique Historici et Illustrissimi DE MARCO efficeret, vt Rex iuberet, in vsum meum, vel potius publicum, catalogum graecorum

graecorum codicum regionum plenum adcuratumque conficere, mihi que mittere. Atque eruditissimus BASSIVS, homo graece doctissimus, qui bibliothecae regiae praest, et cuius vrbanitatem atque alacritatem alii quoque mihi laudarunt, tanta cum diligentia curaque composuit mihi que scripsit catalogum, vt, num animum beneuolum atque miram comitatem, an sollertiam atque dexteritatem magis praedicem, fere nesciam. Media autem superioris anni aestate accepi catalogum, BASSII V. Cl. manu venuste scriptum et regia quasi veste indutum, vna cum litteris Illustriss. DE MARCO, locupletibus insignis lenitatis atque humanitatis testibus, in quibus REGIS POTENTISSIMI voluntatem mei iuuandi atque indulgentiam testatus est, et cum litteris humanissimi DANIELIS suauissimis litterisque optimi CAIETANI, qui praeter ea indicem codd. graecorum, qui in bibl. Neapolitana Augustinensium S. Ioannis ad Carbonariam adferuantur, vltro mihi misit. Illi autem catalogi quum, volumine hoc vltra dimidiam partem iam confecto formulisque descripto typographicis, in manus meas venissent: alio ego tempore codices \*), quorum notitiam in superioribus capitibus dare nondum licuerat, indicabo; idemque supplementa, quae ad hoc

\*) Per hanc occasionem licet memorare, profugos, qui, capta Constantinopoli, perfugium in Italia quaerent, videri librorum adportatorum catalogos vel sibi vel aliis scripsisse, aut monachos eiusmodi indices codd. qui in coenobiis existerunt, confecisse. Num omnes illi et catalogi et, qui enumerantur, codices adhuc existant, aut vbi lateant, equidem dicere nequeo. Eiusmodi autem catalogum incertae cuiusdam bibliothecae, saec. XVI. graece scriptum et secundum elementorum ordinem digestum, reperit SCIPIO MAFFEIVS, et IO. LAMIVS, qui in eo multos

auctores et libros, qui non alibi facile occurrant, recenseri ac memorari adfirmavit, totam litteram E ex illo cum versione PHIL. ELMII Florentini latina dedit in Deliciis eruditorum, Florentiae 1743. 8. pag. 1—224. — Talem quoque indicem, manu exaratum circa saeculum XV. medium, cel. GRVNER inuenit in Vratislaviensi bibl. ad S. Elisabethae, et ea, quae, quantum e re ipsius esset, descripserat, in singulari programme, cuius est epigraphe; *Catalogus bibliothecae graecae ineditus*, nuper demum Ienae 1794. 8. publicauit.

hoc et priora tria volumina vel ipse coëgi, eaque haud pauca sunt, vel alii V. D. at parca manu, suppeditarunt, futuro tomo, si deus vitam viresque concefferit, adiiciam; quibus forfan addere licebit reliqua, quae ipse Fabricius margini sui exemplaris, quod in bibl. regia Hafniensi custoditur, adscripserat. Nam, dum haec scribo, ea, quae Fabr. ad tomum III. vet. edit. manu notarat, nondum ad me fuisse perlata, valde doleo. Ita vale, L. B. et peccatis, vel a me, vel a tybotheta commissis, ignofcas mihiq; faueas velim. Scripsi Eulangae d. VI. Octobr. cIoIoCCLXXXIII.



A D L E C T O R E M

**N**ihil habeo, quod multis te morer, quisquis es, qui notitia Graecorum et sacrorum praecipue scriptorum caperis; tantummodo es mihi rogandus, ut, quod vides a me tibi hic exhiberi recens volumen, accipias non minus serena fronte, quam duo priora, proximeque si Deus valetudinem concesserit, a me expectes, quae propter occupantem conatus meos mercatum Francofurtensem adiungi iam non potuit, partem libri quarti alteram, in qua haec tibi capita sese offerent studio qualicumque meo explicata:

1. De Nicomacho Geraseno, Diophanto et aliis Arithmeticis.
2. De Philosophis, M. Antonino, Maximo Tyrio, Alcino, Alexandro Aphrodisiensi, Plotino et Porphyrio.
3. De Hermogene, Aristide, Longino et aliis rhetoribus editis, ineditis atque deperditis.
4. De Iulio Polluce et aliis Lexicorum Graecorum scriptoribus.

5. *De Hephaestione, Apollonio Dyscolo, Herodiano, et aliis Grammaticis editis, ineditis atque deperditis.*
6. *De Philostratis, Callistrato etc.*
7. *De Scriptoribus Graecis usque ad Constantinum Magnum Christianis.*

*Sed ut vno conspectu etiam videas, ecquid ex hoc ipso quod prae manibus nunc habes Volumine possis tibi polliceri, praefixi similiter capitum illius elenchum, qui et qualiscunque indicis instar tibi interim in librum futurus est, donec communes et uberrimos in totum opus indices, uniuersis sex libris absolutis subiicere dabitur. Vale.*

---



---

# I N D E X   C A P I T V M

---

## LIBRI TERTII

### CAPVT XVIII (olim V)

*De* EYDOXO *et aliis quibusdam astronomis antiquissimis. Cum supplementis* G. C. HARLES. pag. 1

### CAPVT XIX (olim XIII)

*De* EVCLIDE *et aliis geometricis. Cum spicileg.* G. C. HARLES. pag. 45

### CAPVT XX (olim XVIII)

*De* ARATO SOLENSI *et ERATOSTHENE CYRENAEO. Cum supplem.* G. C. HARLES. pag. 87

### CAPVT XXI (olim XX)

*De* MANETHONE AEGYPTIO *et PAVLLO ALEXANDRINO, HEPHAESTIONE THEBANO, VETTIO VALENTE, IO. LAVR. PHILAD. LYDO, aliis astrologiae apotelesmaticae scriptoribus. Cum supplem.* G. C. HARLES. pag. 128

### CAPVT XXII

*De* ARCHIMEDE, SYRACVSANO, *eius scriptis et inuentis, de* APOLLONIO PERGAEO, *et* EVTOCIO ASCALONITA. *Cum supplem.* G. C. HARLES. pag. 170

### CAPVT XXIII

*Veterum mathematicorum scripta, quae reperiri potuerunt, digerenda voll. XIV. quorum catalogum ab* EDUARDO BERNHARDO *compositum edidit* TH. SMITHVS. pag. 205

## CAPVT XXIII

*De* ATHENAEO, *mechanico*, APOLLODORO, *Architecto*, PHILONE, BITONE, CTESIBIO, *et variis* HERONIBVS *et aliis huius argumenti scriptoribus*. *Cum auctario* G. C. HARLES. pag. 222

## CAPVT XXV

*De monumento* ADVLITANO PTOLEMAEI EVERGETAE *et de* COSMA INDI-COPLEVSTE. *Studio* G. C. HARLES. pag. 251

## CAPVT XXVI (olim XXI)

*De* APOLLONIO RHODIO. *Cum supplem.* W. IAEGERI *et* G. C. HARLES pag. 262

## CAPVT XXVII

*De* APOLLODORO ATHENIENSI, ANTIGONO CARYSTIO, PARTHENIO NICAENO, ANTONIO LIBERALI. *Cum supplem.* G. C. HARLES. pag. 287

## CAPVT XXVIII (olim XXX)

*De* POLYBIO MEGAPOLITANO, *eius scriptis editis atque deperditis editorumque interpretibus*. *De* POLYBIIS *aliis*. *De* AENEA TACTICO. *De* STRATEGICO ONOSANDRI. *Catalogus scriptorum aliorum graecorum STRATEGICORVM et de re militari, illorum quoque, qui in bibliothecis adhuc delitescunt, vel plane periire*. *Cum supplem.* G. C. HARLES. pag. 313

## CAPVT XXVIII (olim XXV)

*De* NICANDRO *eiusque scriptis editis ac deperditis, editorumque editionibus et interpretibus atque scholiastis atque* EVTECNIO, *paraphraste*. *Index scriptorum, in scholiis graecis citatorum*. *De* ANDROMACHO *et aliis Theriacon scriptoribus deperditis*. *Cum supplem.* G. C. HARLES. pag. 344

## CAPVT XXX (olim XXXI)

*De* DIODORO SICVLO *eiusque bibliothecae editoribus atque interpretibus*. *Auctores, e quibus profecit, catalogus variorum* DIODORORVM. *Cum supplem.* G. C. HARLES. pag. 361

## CAPVT XXXI (olim XXXII)

*De* DIONYSIO HALICARNASSEO eiusque scriptis editis ac deperditis. et eorum, quae exstant, editionibus atque interpretibus. Index scriptorum, ab hoc DIONYSIO citatorum. Catalogus variorum DIONYSIORVM. Cum auctario G. C. HARLES. pag. 382

## CAPVT XXXII (olim XXVIII)

*De* anthologia epigrammatum graecorum, de MELEAGRO eiusque corona, de PHILIPPO THESSALONIGENSI, STRATONE, AGATHIA et CONSTANTINO CEPHALA eorumque collectionibus. De MAXIMO PLANVDA. De codd. et editionibus tam euulgatis, quam promissis. Catalogus poetarum, qui epigrammata condiderunt. Studio G. C. HARLES. pag. 413

*Index epigrammatum alphabeticus.* pag. 500

## LIBRI QVARTI

## CAPVT I

*De* STRABONIS nomine, genere, aetate, codicibus, et editionibus geographiae, scriptis deperditis, Chrestomathiis; de aliis STRABONIBVS, et index scriptorum, in opere STRABONIS geographico citatorum. Studio I. P. SIEBENKEES. pag. 557

## CAPVT II

*De* DIONYSIO PERIEGETE, eiusque editionibus et interpretibus, tum index scriptorum, ab EVSTATHIO ad DIONYSIVM citatorum. Praeter ea de SCYLACE, ISIDORO CHARACENO, SCYMNO CHIO, MARCIANO HERACLEOTA, AGATHEMERO, ARTEMIDORO EPHESIO, aliisque geographis editis et ineditis, de chartis geographicis, notitiis episcopatum etc. EVSEBIO etiam de locis hebraicis et STEPHANO BYZANTINO, a quo citatorum scriptorum index locupletius subiicitur. Cum supplem. G. C. HARLES. pag. 586

FABRICII aliorumque notae, olim Alinae editionis margini adscriptae, a GVLITTO ex autographo editae et adnotationibus auctae. pag. 652

## CAPVT III

*De DIOSCORIDE, eius scriptis, genuinis et spuris, codicibus, editionibus, versionibus et commentariis. Studio I. C. G. ACKERMANNI.* pag. 673

## CAPVT IIII

*De ARETAEO, eius secta, meritis, libris, codd. editionibus et commentatoribus. Studio I. C. G. ACKERMANNI.* pag. 703

## CAPVT V

*De RVFO EPHESIO, eius aetate, libris, editt. et cum indice auctorum, quos RVFVS nominauit. Studio I. C. G. ACKERMANNI.* pag. 714

## CAPVT VI

*De PHILONE IVDÆO, eius genere, aetate, scriptis tam editis quam deperditis, eorumque ordine, suppositorum quoque, notitia, cum variis obseruationibus; de codd. atque editt. PHILONES varii. Cum supplementis G. C. HARLES.* pag. 721

## CAPVT VII

*De Sacris libris Noui Foederis. Studio CHRISTIANI THEOPHILI KVINOEL.* pag. 759

*Index scriptorum, a GEMINO memoratorum.* pag. 895

IO. ALB. FABRICII  
BIBLIOTHECAE GRAECAE  
LIBER III.

Vol. II. p. 79 P 80

C A P V T XVIII (olim V)

DE EVDEXO, ET ALIIS QVIBVSDAM ASTRONOMIS  
ANTIQVISSIMIS.

- I. Theophrasti et Eudemi historia astrologica. II. Recentium scriptorum de hoc argumento commentationes. III. Brevis historia mythica astronomiae. IV. De Hesiodo, Thalete, Phoco Samio, Pythagora, Empedocle, Oenopide, Bolo, Philolao, Timaeo, Niceta, Pythagoreis. De Anaximandro ac Democrito. V. De Matriceta ac Cleostrato Tenedio. VI. De Harpalo. VII. De Metone eiusque praecceptore, Phaino. VIII. De Euctemone, Nautele, [P] Muesistrato, Alcmæone, Astere, Philippo Medmaco atque Epigene, Byzantio. IX. De Eudoxo eiusque scriptis. X. De Helicone ac Callippo, Cyzicenis. XI. De Aristotele, Theophrasto, Aristyllo ac Timocharide, et Dositheo Colonno. XII. Magna syntaxis Ptolemaei et parvus Alexandrinorum Ἀστρονόμος. XIII. De Euclide et AVTOLFCO, Pitanaeo. XIV. ARISTARCHO, Samio. XV. HΨPSICLE, Alexandrino. XVI. THEODOSIO, Tripolita. XVII. MENELAO. XVIII. Arato, Manethone, Conone. XIX. De Archimede, Eratosthene et HIPPARCHO. Dionysii Petavii Vranologium ibid. XX. De GEMINO, Rhodio. XXI. De Areta Dyrrhachino, Charimandro, Andromacho, Sojigene, Agrippa et THEONE, Smyrnaco, Theone item et Pappo, Alexandrinis. XXII. De CLEOMEDE ac Proclo. XXIII. De ACHILLE Tatio ac Theodoro, Meliteniota.

I.

Iam pridem Plinius indiligentiam scriptorum in adnotandis astronomorum veterum inuentis et obseruationibus indignatus est iure merito, quum contra tot exsisterint passim et exsistent, qui dehonestamenta ac faces generis humani tyrannos, barbaraque eorum et truculenta gesta celebrarent, et cum magno studio posteris traderent. Non sumus profecto, inquit, grati erga eos, qui labere curaque lucem nobis aperuere in hac luce: miraque ingenii humani peste sanguinem et caedes condere annalibus <sup>a)</sup> inuat, ut scelera hominum uideantur, mundi ipsius

a) Confer Senecae praef. t. ad lib. III. Quasi. Natural. Tyrium Max. diff. XII. pag. 75. καὶ τὸ πολὺ τῆς ἰσορίας πλεονέκται τυράννοι καὶ πολέμιοι, ἄδι-

καὶ καὶ εὐτυχία ἄλογοι καὶ πράξεις παρὰ καὶ συμφορὰ ἀγνώμονες, καὶ περιστάσεις τραγικαί.

*ipſius ignaris*, lib. II. Hiſt. Natural. cap. 9. Magis etiam lugenda nobis eſt iactura ſcripto-  
rum huiuscemodi, ſi quae etiam fuerunt, pauciſſimorum, qualis a veteribus celebratur  
*Theophraſti* <sup>b)</sup> atque *Eudemi* <sup>c)</sup>, Rhodii, *Ἀερολογικὴ ἰστορία*, quibus perditis accidit ſane,  
vt perexiguam plane memoriam habeamus de felicibus illis animis, diuinisque eorum obſer-  
vationibus,

— — — quibus <sup>d)</sup>, haec cognoſcere primis,  
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.

II. Pauca omnino ſunt, licet non indiligenter ex antiquitate conquiſita, quae de hoc  
argumento congeſſere Petrus Gaſſendus <sup>e)</sup> in prolegomenis ad vitam nobiliſſimi Tychonis,  
Voſſius de ſcientiis mathematicis cap. XXII ſq. [<sup>f)</sup> *Petrus Ramus* in ſcholarum mathematica-  
rum libris; *Io. Flamſtedius* prolegomen. tomi III. hiſtoriae coeleſtis britannicae, Londini  
1726. fol. (vid. State of Rep. letter. 1729. pag. 6 ſqq. 24 ſqq.) *Bernardini Baldi* chronologia  
Mathematicorum, Urbini 1707. 4. (Giornale d'Italia, tom. 16, pag. 308.) *Reimmannus* in  
Iliade poſt Homerum ſect. 4. cap. 6. pag. 202 ſqq. vbi de aſtronomia temporibus Homerī  
agit; *Herculis Corazzi* orat. de ſtudio rerum coeleſtium, Auguſtae Taurin. 1723. 4. — *Lu-  
cius Barettus* ſive *Albertus Curtius* prolegom. ad hiſtoriam danicam coeleſtem, in coeleſti  
hiſtoria; *Iſmael Bullialdus* in prolegomenis ad aſtronomiam philocalicam; *Io. Heuclius* in  
praefat. ad tom. priorem machinae coeleſtis; *Euſebius Renaudot* tom. II. Mem. de literature  
de l'Acad. des belles lettres diſſ. I. Pariſ. 1717. 4. de l'Origine de la Sphère, [germanice verſa  
eſt haec Renaudoti comment. et multis notis, in quibus ille reprehenditur, aliaque ad hiſto-  
riam aſtronomiae pertinentia explicantur, a *Louisa Adelgund. Viſtor. Gottſchedia* in prima  
parte commentariorum acad. Pariſ. Inſcript. in ſermonem teutonicum translatorum, Lipſiae  
1753. 8. pag. 1—42] *De Vignoles* Obſervatt. ad Renaudoti diſſertationem in bibliothèque  
german. tom. V. pag. 153 ſqq. *Iac. Hoſyſon* praefat. ad ſyſtema mathematicarum diſciplina-  
rum ad nauigationem facientium, quod edidit anglice Londini 1723. 4. — *Sam. Reyheri* diſſ.  
de obſervationibus aſtronicis antiquis et recentibus. Kilon. 1703. 4. — *Claudius Franciſcus  
Milietus Ducalles*, Camberienſis, S. I. ante tomum I. mundi ſeu curſus mathematici tom.  
IV. fol. Lugd. 1690. — *Io. Keil* praefat. ad introductionem in aſtronomiam. Oxon. 1718. 8.  
(Bibl. Angloiſe tom. IV. pag. 246 ſqq.) — *Dominicus Caſſini* in diſſ. de ortu et incrementis  
aſtronomiae eiusque uſu ad geographicam rem et nauticam, gallice in libro edito: Pariſ.  
1693. fol. *Recueil des Obſervations faites en pluſieurs Voyages par ordre de Sa Majeſté*, et ger-  
manice in *Io. Leonhardi Roſſii* aſtronomico manuali, Norimberg. 1718. 4.

Neque horum induſtriae multa adiici a me poſſe, intelligo. *Fabric.* Verum hic catalo-  
gus, quem ex adnotationibus Fabricii, margini exemplaris ſui adſcriptis locupletavi, aliorum,  
potiſſimum recentiorum, obſervationibus librorum, in quibus hiſtoria aſtronomiae et vniuer-  
ſae matheſeos ſtudioſius vberiusque exponitur, indice ampliore inſigniter poteſt augeri. Quare  
mihi

b) *Laertius* V. 50. et videtur reſpicere, *Theo-  
phraſtum* laudans, *Simplicius* in II. de coelo.

c) *Laertius* I. 23. *Theo. Smyrnaeus*, *Clemens* I.  
*Strom.* p. 302. *Proclus* ad *Euclid.* *Simplicius* etc.

d) *Ouid.* I. Faſtor. 297.

e) Tomo V. Opp.

mihî quum idem Fabricius multa, quæ ad emendandas aut amplificandas sequentes paragraphos facerent, et ego suo quæque loco inserui, orae exemplaris adleuerat, eo breuiori esse licebit. Atque tempora antiquissima, incerta mythicaque aut barbara, utpote quæ ad historiam quidem vniuersæ matheseos pertineant, sed in bibliotheca *græca* minus necessaria videantur, haud adtingam. Qui plura scire cupiat, ex libris, a Fabricio laudatis, et a me mox commemorandis, hauriet. Addi autem possunt:

*M. Io. Augusti Krebsii* diss. de originibus et antiquitatibus mathematicis, Ienæ 1702. 4. Strictim quidem, at docte persequitur auctor originem atque antiquitates musices, astronomiæ et reliquarum aruum mathematicarum.

*A. T. Goguetus* de l'origine des Loix etc. in primis tom. IV. pag. 128 sqq. V. pag. 216 sqq. 259 sqq. edit. Paris. 1778. — Secundum versionem primæ editionis germanicam, ab Hambergero factam, Lemgou. 1760. 4. tom. I. part. I. libr. III. cap. 2. pag. 212 sqq. et lib. IV. cap. 2. pag. 298 sqq. ac libro V. pag. 311 sqq. tum tom. III. lib. 3. 4 et 5. pag. 83 — 155.

Histoire generale et particulière de l'Astronomie. Par *M. Estève*, de la Société royale des Sciences de Montpellier. Paris. 1755. II. tom. in 8. Admodum breuis est. Huc vero pertinent capita nouemdecim libri primi in I. tomo. Doctiora sunt opera Weidleri, Heilbronneri et Montuclæ:

*Io. Frid. Weidleri* historia astronomiæ, siue de ortu et progressu astronomiæ, liber singularis. Vitembergæ 1741. 4. — *Eiusdem* Bibliographia astronomica. — accedunt historiæ astronomiæ supplementa. Ibid. 1755. 8. — *J. I. Eberti* animaduersiones ad Weidleri institutiones matheseos, iterum editas ab ipso, Lipsiæ 1784. 8.

*Historia matheseos vniuersæ* a mundo condito ad sæculum P. C. N. XVI. præcipuorum mathematicorum vitas, dogmata, scripta et MSSta complexa. Accedunt recensio elementorum, compendiorum et operum mathematicorum atque historia arithmetices ad nostra vsque tempora: auctore *Io. Christoph. Heilbronnero*. Lipsiæ, 1742. 4.

*Histoire des Mathematiques*, dans laquelle on rend compte de leurs progrès depuis leur origine jusqu'à nos jours, où l'on expose le tableau et le développement des principales découvertes, les contestations qu'elles ont fait naître, et des principaux traits de la vie des Mathematiciens les plus célèbres. Par *M. Montucla*, de l'Académie Royale des Sciences et B. L. de Prusse. Paris. 1758. II. tom. 4.

In præfatione seuerè iudicat de scriptoribus quibusdam historiæ matheseos, mitius tamen de Weidlero, quam de Heilbronnero. Libri autem epitomen dedit *cl. I. Ephr. Scheibel* tom. I. Introduction. in notitiam libror. mathemat.

*Histoire de l'astronomie ancienne depuis son origine jusqu'à l'école d'Alexandrie*, par *M. Bailly*, Paris. 1775. 4. II. tom. — *Eiusdem* Histoire de l'Astronomie moderne, depuis la fondation de l'École d'Alexandrie jusqu'à l'époque de 1730. Paris. 1779. 4. III. tom. conf. ephemer. Götting. litterar. ann. 1780. nr. 76. vbi præclara quaedam notantur. — Tertium vol. historiæ astronomiæ ad recentissima perduxit tempora, *ibid.* 1782. — tomi duo priores a *Wünschio* germanice versi sunt:

Des Herrn Bailly — *Geschichte der Sternkunde des Alterthums bis auf die Errichtung der Schule zu Alexandrien. Erster Band.* Lipsiae, 1777. 8. — *Des Herrn Bailly Geschichte der alten Sternkunde oder die Erläuterungen der astronomischen Geschichte des Alterthums. Zweeter Band.* ibidem eodem anno.

[Ex his libris negligentiter compilata est historia astron. *Geschichte der Astronomie, von den ältesten bis auf gegenwärtige Zeiten, in zwey Bänden. Erster Band.* Chemn. 1792. 8. Beck.]

*Astronomie par M. de la Lande*, Lecteur Royal en Mathematiques etc. seconde édition revue et augmentée. tom. IV. Paris. 1771. 4. Huc pertinet liber II. tomi primi, vbi concisa astronomiae ab origine illius historia est composita. In tomo quarto, edito 1781. p. 349 — 576. inest Mémoire sur l'origine des Constellations et sur l'Explication de la Fable, par le moyen de l'Astronomie. Par M. Dupuis, Avocat en Parlement, Professeur de Rhétorique au College de Lisieux, en l'Université de Paris.

Io. Nic. Frobesii Rudimentum biographiae mathematicorum, sect. I — III. Helmstadii 1751 — 1755. 4.

In libro, hypothesium et singularium sententiarum fertili: *Neue Welt- und Menschen-geschichte, aus dem Französischen, mit Zusätzen und Anmerkungen versehen von Mich. Hiffmann, alte Geschichte* passim de astrologia et astronomia antiquorum gentium disputatur; e. g. tom. II. pag. 261 sqq. 274. 447 sqq. tom. IV. pag. 58 sqq. tom. V. p. 88 sqq. et 620 sqq. atque alibi.

Quaedam, quamquam pauca, ex aliisque excerpta contractaque, reperiuntur in: *Nachrichten von dem Leben und den Entdeckungen der berühmtesten Mathematiker, in alphabetischer Ordnung. Erster Theil, welcher die bis jetzt bereits verstorbenen enthält.* Monasterii, 1788. 8.

Io. Ephraim Scheiæls *Astronomische Bibliographie I — IV. Abtheilung.* Breslau. 1784 sq. 8. — Est continuatio eiusdem V. C. Einleitung zur mathematischen Bücherkenntniß, tom. I. II. pluribus particulis. ibid. 1774 sqq.

Io. Frid. Pfaff commentat. de ortibus et occasibus siderum apud auctores classici commemoratis. Gottingae 1786. 4.

Cel. Christian. Dan. Beck in commentariis de litteris et auctoribus graecis atque latinis scriptorumque editionibus, part. I. sect. I. Lipsiae 1789. 8. pag. 75 sqq. praeclaras contulit symbolas ad historiam astronomiae et reliquarum partium mathematicarum illustrandam.

Costard History of Astronomy laudatam esse ab aliis, scio; sed librum ipsum nondum vidi. — In illustris Kœstneri libris mathematicis, *Newtoni Chronico*, s. The Chronology of ancient Kingdoms emended. Londin. 1728. *Frereti* opere postumo etc. *Defense de la Chronologie — contre le système Chronologique de M. Newton* (tom. XXVII. *Memoir. de l'Acad. de Inscr. etc.*) varia reperiuntur, quae huc pertineant. *Harl.*

De antiquioribus tamen Astrologis, illis praecipue, quorum vel scripta vel inuenta praeclara celebrantur, nonnulla hoc loco referre, instituto meo congruens esse existimaui, etiam post editos catalogos Astrologorum, quos dederunt Henr. Ranzovius, Lucas Gauricus, Henricus Bruncaeus, Christophorus Clavius, Iosephus Blancanus, (Bononiae 1615. 4.) Franciscus Iunctinus in calendario astrologico, [in eius Opp. astronomicis, *Speculum astrologiae* inscriptis,



in scriptis, Lugd. 1581. fol. tom. II. nr. XI. mortuus est ann. 1582.] Io. Baptista Ricciolus ante Almagesti noui admirandum opus, [Bononiae 1651. fol. De his viris laudatis plura dabit *Weidnerus* in historia astronomiae.] et Eduard. Sherburne. vid. Acta erudit. 1702. pag. 523. [alique, quos paullo ante memorauimus. Quae Graeci medio saeculo IV. ante Christum in doctrina astronomica praestiterint, breuiter, at erudite et venuste recenset *Barthelemy* in Itinere iunioris Anacharsis per Graeciam, part. III. cap. 31. p. 156 — 182. versionis germanicae. *Harl.*

III. Tamquam incerta admodum praetereo, quae uti de Adami, Henochi<sup>f</sup>), Noemi, Abrahami et aliorum patriarcharum<sup>g</sup>), ita de astronomica scientia feruntur vel *Andubarii*<sup>h</sup>) cuiusdam, qui circa Phalegi tempora Indis primus astronomiam scripsisse traditur, vel Aegyptiorum *Hermetis*<sup>i</sup>) siue *Tautus*, *Aesculapii*, *Anubii*que: *Helii*, *Heliadarum*que, *Rhodiorum*<sup>k</sup>) antiquissimorum, a quibus Aegyptii ipsi astrorum scientiam accepisse dicuntur, etsi Aegyptios primos<sup>l</sup>) coelum scrutari et metiri ausos ait *Macrobius* lib. I. cap. XXI. in somnium Scip. vel *Oënis* siue *Oannis*, quem *Helladius* apud *Photium* ait *καταδέξαι τήνδε Ἀστρονομίαν καὶ γράμματα*, vel *Vrani*<sup>m</sup>) siue *Coeli*, siderum obseruatoris praecipui, qui postea *Olympus* dictus fuit: vel *Atlantis*, *Phrygis*<sup>n</sup>), qui sphaeram reperit primus, vertice coelum diducis propterea contere<sup>o</sup>), *Iopetique* et *Hesperii*, *Atlantis* F. tum *Saturni*, *Titanis*, *Cephei*,

A 3

Aethiopum

f) *Simon Affemann* in diss. de Arabum astronomia, praemissa eius libro: *Globus caelestis cufico-arabicus — illustratus* 1790. 4. Patavii, pag. III. in nota, pro certo habet, Adamum et Euam locupletatos fuisse cumulatissima cognitione rerum terrestrium et coelestium, notatque, ab Arabibus Henochum, quem vocant *Edrisium*, haberi astronomiae inuentorem. *Harl.*

g) De his dixi in libro de Pseudepigraphis Prophetis: vide etiam *Allatium* p. 214. ad *Eufiath.* atque de Abrahamo pag. 260 sq. — [de Adamo vid. *Iac. Guil. Feuerlin.* diss. de Adami logica, metaphysica, mathesi, philosophia practica et libris. *Aldorf.* 1717. 4. Eiusd. diss. de philosophia Adami putatitia, *ibid.* 1715.]

h) *Chronicon Paschale* pag. 36. *ἐν τοῖς χρόνοις τῆς περιποίησις ἐν τῷ γένει τῷ Ἀφράζαδ ἀνήγ τις Ἰυδῶς ἐπιφώνη σοφῆς Ἀστρονόμος διδάσκατος Ἀνδουβάρους ὁς καὶ συνέγραψε πρῶτος Ἰυδῶς Ἀστρονομίαν.* Gemina legi apud *Cedrenum* et in *Chronico* MS. *Simeonis Logothetae*, iam notauit *Cangius* in notis.

i) *Arnob.* II. aduersus Gentes p. 92. Et quae de *Hermetis* Astrologica scientia notauimus supra lib. I. cap. XII. § 9. *Anubii* mentio apud *Iulium Firmicum*. Confer *Marshamum* Canonis *Chronici* pag. 480. edit. *Lipsiens.* *Manil.* I. 53 sqq.

k) *Diodorus Sic.* lib. V. pag. 227. *Vossius* de scientiis Math. pag. 144.

l) Vide schol. ad *Apoll. Rhod.* IV. 261. *Harl.*

m) *Diodorus* pag. 221.

n) *Diodorus Sic.* lib. III. pag. 135. IV. pag. 163. *Plinius* II. 8. *Hist.* et 56. *Heracitus* cap. 4. *Incredibil.* *Suidas* in Ἰσχυρῶς et Προμηθεύς. *Isidorus* III. 24. *Orig.* *Vitruu.* VI. 10. *Rabanus Maurus* XIII. 2. de vniuerso tom. I. pag. 182. *Freculfus* lib. II. *Chron.* cap. 4. *Albertus Stadenensis* pag. 6. *Chron.* *Atlas, frater Caucaasi et Promethei, rex Africae, docuit astrologiam et coelum sustinere dicitur.* *Prosperi* *Chronie.* Anno XX. *seruitutis israelit.* in *Aegypto Atlas astrologus insignis habebatur, frater Promethei.* *Albricus* cap. 22. *Honorius* lib. I. de imagine mundi, cap. 33. *Atlas, rex Africae, frater Promethei, a quo mons nomen accepit, quia in eo resiaens astrologiam descripsit, unde et coelum sustinere dicitur.* *Idem* lib. III. p. 989. *Prometheus, rex Caucaasi, primus docuit philosophiam in Oriente sub Moyse. Atlas, frater eius, rex Africae, docuit astrologiam.* *Plin.* V. 12. de *Phoenicibus: ipsa gens Phoenicum in magna gloria litterarum inuentionis et siderum naualiumque ac bellicarum artium.* *Propert.* II. 20. 61.

Quaeritis et coelo Phoenicum inuenta sereno

Quae sit stella homini commoda quaeque mala.

Adde quoque *Benedictum Aueranum* tom. I. pag. 33. *Io. Keil* praefat. ad astronomiam; *Bibl. Angloise* tom. IX. pag. 104 sqq.

o) *Euripides* *Ione* sub init. *Sidonius Panegyrico* *Aniti* v. 4. *Aristoteles* II. 1. de *Coelo*, *Pisides* *Hexaem.* v. 116 sq. Confer *Lambecii* *Prodromum* *Hist.*

Aethiopum regis, cum vxore Cassiopea et filia, Andromeda, inter sidera recepti<sup>p)</sup>, *Fauni* (*Suid.* in *Φαῦνος*.) *Iopae* ab Atlante edocti, (*Virgil.* I. *Aeneid.* 744 sqq.) *Atreique*, qui primus<sup>q)</sup> rationem eclipseos solis apud Mycenae obseruasse, et septem errantia sidera motu contrario totius coeli gyrationi ferri<sup>r)</sup> primus notasse traditur: vel *Hyperionis*<sup>s)</sup> [*P*] qui Solem, vel *Icari*, (de quo Nicephoras Gregoras ad Synesium de insomniis p. 424.) *Phaethontis*, *Daedali*, quos ob nimiam in coelestibus explorandis curiositatem poenis adfectos commententi sunt antiqui, *Endymionis*, *Caris*<sup>t)</sup>, qui lunae cursum diligentissime fertur esse contemplatus: *Iouis Beli* *Plin.* VI. *hist.* cap. 26. regis astrologi, (de quo *Tzetzes* *Chiliad.* II. 159. 696.) *Herculis*, de quo idem v. 380. et *chil.* V. *hist.* 22. *Alexander Aphrodis.* I. *probl.* 134. inde coelum collo sustulisse dicitur apud *Boethium* IV. de consolatione metro vlt. *Galaxiae* monstrator, (vid. *Gyraldum* libro de *Hercule* tom. I. pag. 573. <sup>u)</sup>) *Atrei* et *Thyestis*, quorum hic arietem in coelo ostendit, ille planetas ab occasu in ortum ire docuit, atque inde regnum est consequutus, (vid. *Balforem* ad *Cleomedem* pag. 164 sq.) vel *Chironis*<sup>v)</sup> denique, eiusque filiae, *Hipponis*<sup>w)</sup>, praeterea *Zoroastris*<sup>x)</sup>, *Orpheique*<sup>y)</sup>, et ab Atlante et Chirone edocti *Herculis*<sup>z)</sup>, tum *Hestaeis*<sup>aa)</sup>, *Astraei*<sup>bb)</sup>, *Promethei*<sup>cc)</sup> atque *Palamedis*<sup>dd)</sup>, *Tantalique*<sup>ee)</sup>.

## IV. De

*Hist. litterariae* pag. 131 sq. Obiter nota, quod *Atlas* *Manichaeorum*, de quo *Epiphanius* tom. I. pag. 639. est *fidus Saturni*.

p) *Cicero* *Tusc.* *quaest.* V. 3. (vbi confer *Dauifii* notas,) *neq. vero Atlas sustinere coelum, nec Prometheus adfixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum vxore, genero, filia traderetur: nisi coelestium diuina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset.* *Harl.*

q) *Hygin.* *Fab.* CCLVIII. *Seruius* ad *Aeneid.* I. 572. *Schol.* *Horatii Cruquianus* pag. 625.

r) *Ioh. Philoponus* in I. *Meteorolog.* pag. 182. *Achilles Tatius* *Naogoe* in *Aratum* cap. 1.

s) *Diodorus Sic.* lib. V. pag. 231.

t) *Harduinus* ad *Plinii Hist.* II. 9. pag. 159. *Tzetzes* *Chil.* II. v. 877. *Alex. Aphrodis.* lib. I. *probl.* 134. *Bandurius* pag. 865. ad *antiqq. Constantinop.*

u) Adde *C. G. Schwarzii* *diff. de columnis Herculis*, inter eius opuscula academica, a me edita *Noribergae* 1793. 4. pag. 205 sqq. *Harl.*

v) *Clemens* I. *Strom.* pag. 306. pag. 332. ex auctore *Titanomachiae*, *schol. Apollonii* IV. 816. ex *Staphylo.* *Io. Harduini* *diff. contra Newtonum* in *Memoriis Treuoltinis* ann. 1729. *menfe Sept.* pag. 1569 sqq. vbi *Chironem astronomum* fuisse negat.

w) *Clemens* I. *Strom.* pag. 306. ex *Euripide*, *Cyrellus* *Alex.* IV. *contra Iulian.* pag. 134. *edit. illust. Spanhemii.*

x) *Suidas* in *Ἀστρολογία*, et quae notati supra lib. I. cap. XXXVI. §. 5.

y) *Supra* lib. I. cap. XX. §. 7 sq. *Meminit* et *Orphei* inter *Astrologos* *Iulius Firmicus*.

z) *Clemens* loco laudato. *Tzetzes* *Chil.* II. *Hist.* 399. *Albricus* cap. 22. *scholiastes Germanici* a *Chirone* in *Astrologia* instructum testatur. *Fabric.* *Herculis labores constellationis symbola* intelligit et explicare sustinet *Dupuis* in *Mem. sur l'Origine des constellations* etc. pag. 477 sqq. *add. Gebelin* *Monde primitif.* tom. I. pag. 246. *Ad commentationem Dupuis*, in linguam quoque germanicam versam, *conf. Io. Philippi Ostertag* IV. *progr.* *Ueber den Ursprung der Sternbilder*, und die daraus zu erklärende Mythologie, nach der *Abhandlung des H. Dupuis*. *Ratisbonae*, 1787 — 1790. *Harl.*

aa) *Suid.* in *Ἀστρολογία*.

bb) *Aratus* v. 98. *Confer* *scholiasten graecum* et *Achillem* *Tatium* loco laudato.

cc) *Aeschylus* *Prometheo* v. 456 sq. *Seruius* in *Ecl.* VI. *Virgilii* v. 42. *Alexand. Aphrodisaeus* lib. I. *probl.* 134. *Cic.* V. 3. *Tuscul.* *His* adde etiam, quod apud *Vincentium Bellou.* lib. I. *speculi doctrinalis*, *Prometheus* ob immodicam meditando curam in monte *Caucaso* vulturi expositus memoratur. *Fabric.* adde *Hermann* *Mytholog.* part. I. pag. 48 sqq. *Harl.*

dd) *Sophocles* apud *Achillem* *Tatium* cap. 1. *Naogoes* in *Aratum*.

ee) *Tantalo* saxum imminere fabulantur, quod solis naturam sit contemplatus, quem *Anaxagoras* ignitum esse lapidem opinatus est. Ita *Benedictus Aueranius*,

IV. De HESIODI ἀστροικῆ βιβλῶ dixi lib. II. cap. VIII. §. 17. Praeter quem primus de re astrologica inter Graecos scripsisse traditur THALES, Milesius, ναυτικὴν scilicet Ἀστρολογίαν, (quam alii ad PHOCVM, Samium auctorem, retulerunt,) et περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, de solstitio et aequinoctio. Alii nihil scripsisse Thaletem contendunt, ut notavi lib. I. cap. XXXV. §. 3. Praedictas ab eo eclipses, (Plin. II. 12. Hist.) et alia quaedam inuenta eius astrologica refert Laertius lib. I. sect. 23 et 24. (ad quem conferendae virorum doctorum, Menagii praesertim, notae) et Achilles Tattius in Isagoge ad Aratum<sup>ss</sup>). De PYTHAGORA, qui terram circa solem moueri tradidit, dixi lib. I. cap. XX. §. 9. Idem obseruauit, eandem esse stellam Hesperum ac Luciferum, teste Laertio VIII. 14. et dari Antipodas. id. 26. Obliquitatem Zodiaci, etiam sunt, qui dicant, primum notasse. vid. Plutarchum II. 12. de placitis, quod Eudemus apud Leonem Oenopidi, Plin. II. 8. H. N. tribuit Anaximandro. [conf. Gesner. disp. de inuentoribus Zodiaci. Gotting. 1754. 4.] EMPEDOCCLIS, Pythagorei, sphaeram exhibui lib. II. cap. 12. ac de Pythagoricis ceteris, qui astrologiam disciplinam illustrarunt, OENOPIDE<sup>ss</sup>), BOLO, PHILOLAO, TIMAEO, NICETA etc. egi cap. XIII. De ANAXIMANDRI, Milesii, inuentis astronomicis videndus idem Laertius II. 1 et 2. vbi docet, sphaeram quoque construxisse, et gnomonem solarium atque horoscopia composuisse. Confer, si placet, Vossium de scientiis mathematicis pag. 146 sq. et quae notavi supra lib. II. cap. XXIII. §. 8. [praecipue Martini von den Sonnenuhren der Alten pag. 72 sqq.] ac quae de DEMOCRITO §. 5. Contra quem scripsit Heraclides Ponticus, Laert. V. 87. πρὸς Δημόκριτον περὶ τῶν ἐν ἔρανῶ. [conf. Bailly Geschichte der Sternkunde etc. tom. I. sect. 8. pag. 252 — 271. et tom. II. sect. 6. pag. 239 sqq.]

V. De MATRICETA Methymnaeo, CLEOSTRATO Tenedio, ac PHAI-  
NO, Atheniensi, praeceptore Metonis, non praeterendus locus Theophrasti in libro de signis aquarum ac ventorum: διὸ καὶ ἀγαθοὶ γεγέννηται κατὰ τόπους Ἀστρονόμοι. οἷον ΜΑΤΡΙΚΕΤΑΣ ἐν Μηθύμνῃ ἀπὸ τῆς Λεπετόμω καὶ ΚΛΕΟΣΤΡΑΤΟΣ ἐν Τειείῳ ἀπὸ τῆς Ἰδης, καὶ ΦΑΕΙΝΟΣ Ἀθήνησιν [?] ἀπὸ Λυκαμβητῆ τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνείδε, παρ' ἧ ΜΕΤΩΝ ἀκέρσας τὸν τῆ ἐνὲς δέοντα ἔμοσιν ἑαυτὸν συνέταξε. Ἦν δὲ ὁ μὲν Φαεινὸς μέτοικος Ἀθήνησιν, ὁ δὲ Μέτων Ἀθηναῖος καὶ ἄλλοι δὲ τῶτον τὸν τρόπον ἡστρολόγησαν. Cleostratus quidem iste, astrologus, eiusque patria, Tenedis insula, a Scylace memoratur pag. 85. Primus ut ferunt, auctor Ὀκταετηρίδος siue periodi octo annorum fuit, teste Camferino cap. XVIII. de qua agunt Scaliger II. de emendat. temporum pag. 64. et Scaligerum oppugnans Petauus II. 2 sq. magni operis chronologici, tum H. Dodwellus de Cyclis Graecorum pag. 180. qui Octaeteridem primam Cleostrati auspiciatur ab Olympiadis LIX. initio,

Aueranius, quem vide diss. 2. in Euripidem tom. I. Opp. pag. 395. Fabric. Mart. Gottfr. Hermann in Handbuch der Mythologie aus Homer und Hesiod, pag. 245. fabulam Tantali ethicae et allegorice interpretatur de stultitia auaritiae, et in tom. II. Mythologiae pag. 75. de fastu hominis diuitis, poenam deinde luentis. Ita de Hercule aliisque passim differit et fabulas de iis, (quas hic repetere superfedemus,) scite atque ingeniose

explicat. adde La Lande tom. I. pag. 101. etc. et reliquos, quos supra laudauit. Harl.

ff) De his et reliquis vid. Proclum ad Euclid. II. pag. 19. cuius longum locum protulit infra Fabric. ad Eucl. §. XVIII. pag. 385. vol. II. vet. edition. Harl.

gg) Vid. Heinitium in Mem. de l'acad. de Berlin, 1746. pag. 401 sqq. Harl.

initio, vt Scaliger ab Olympiad. LXI. *Samuel Petrus* pag. 252. Eclog. chron. ab Olymp. LXVI. qui pag. 265. etiam Macedones Cleostrati periodo vfos esse contendit. Vide etiam *H. Nerfii* diff. ad Cyclum paschalem Rauennatem cap. 6. pag. 224 sq. et *Aegidium Bucherium* in doctrina temporum pag. 307 sqq. Apud *Voffium* autem de scientiis mathematicis cap. XXXII. §. II. p. 151. perperam editum est, Octaeteridem illam fuisse annorum cloclocccxxii. pro dierum clocloccccxxii. *Plinius* II. 8. hist. *Obliquitatem signiferi intellexisse, hoc est rerum fortis aperuisse Anaximander, Milesius, traditur primus Olympiade LVIII. Signa deinde in eo CLEOSTRATVS, et prima arietis et sagittarii. Sphaeram ipsam (sine Zodiaco et signis) ante multo Atlas.* Male ex hoc loco Plinii Rob. Stephanus <sup>hh)</sup> adfirmat, Cleostratum primum de signis coelestibus scripsisse. *Hyginus* lib. II. Poetic. Astronom. cap. 13. *Hos autem haedos Cleostratus, Tenedius, dicitur primus inter sidera ostendisse.* Perperam *Leostratus* vocatur a Cornelio Vitellio tom. I. facis artium Gruterianae p. 644. et Nicolao Loenfi VIII. 22. Epiphyllidum, id. tom. V. part. II. pag. 616. [conf. *Bailly* tom. I. pag. 271 sq. de his aliisque et sequenti *Harpalo* tom. II. pag. 290 sqq. *Harl.*]

VI. Cleostratum sequutus est HARPALVS, de cuius *Octaeteride* dierum clocloccccxxiv. consulendi Scaliger II. de emendat. temporum pag. 66 seq. *Petanius* II. 4 seq. doctrinae temporum, *Sam. Petrus* p. 254. eclog. chronol. ac *Dodwellus* de Cyclis diff. III. sect. 30. qui contra veterum, vt videtur, testimonia *Heccaedecaetericum* Cyclum Harpalo tribuit, initio capto a die sexto Februarii anno Romae conditae CCLXIII. Olympiad. LXXI. 1. Meminit Harpali *Plinius* indice libri XVIII. *Censorinus* cap. XVIII. et XIX. (qui testatur, annum fuisse Harpalo dierum CCCLXV. et horarum aequinoctialium XIII. <sup>ii)</sup>) *Auicenus* in Arateis prognosticis v. 44. qui *Cyclum nouem annorum* ab Harpalo inuentum docet, non nouem solidis constantem annis; sed nono quoque anno redeuntem in orbem. Alius fuit *Harpalus* e duobus Alexandri M. de quo euolues, si placet, [P] *Lexicon clarissimi Bailii.* Huius mentio apud *Plutarchum* III. 2. *Symphos.*

VII. METON, Leucones <sup>kk)</sup>, Atheniensis, Pausaniae F. discipulus Phaini <sup>ll)</sup>, Athenis praeclarum *Enneadecaeteridis* inuentum edidit, auspiciatus a solstitio siue die XIII. mensis Scirophorionis, (qui Iunio et Iulio respondet,) Olymp. LXXXVI. 4. <sup>mmm)</sup> teste *Diodoro Sic.* XII. pag. 305. Meminit *Aristophanes* *Auis* v. 998. et *Aratus* *Διοσημέων* v. 21. ad quae loca aduendi Scholiaetae, [et *Theon.* ad v. 18. in cl. *Buhlii* edit. *Arati* tom. I. pag. 330 sq.] Videndus et *Tzetzes* XII. hist. 399. et quae viri docti ad *Aelian.* X. 7. Var. [*Corfinus* F. A. tom. III. pag. 226.] *Andreas Schottus* ad adpendicem prouerbiorum Vaticanam pag. 296. *Nic. Loenfi*

*hh)* In elucidario, cuius est mihi editio Coloniae ann. 1543. 8. Idem de *Cleostrato* legas in *Caroli Stephani* dictionario etiam postremae editionis, a *Nic. Loydio* recensitae.

*ii)* *Scaliger* legit XII.

*kk)* Vid. *Rutgrff.* V. 4. varr. lectio. [infra in vol. XIII. in *Elencho medicor. veterum* pag. 336. *Eudoc.* pag. 299]

*ll)* *Theophrastus* in loco laudato paullo ante §. 5. Mentio huius *Phaini* etiam apud *Vitruuium*

IX. 7. At enim *Aratus* v. 741. [v. 753. edit. *Buhl.*] *Ἐννεακάδεκα κύκλα Φαιών ἡλείοιο*, non tribuit *Enneadecaeteridem* *Phaino* *Eleo*, *Metonis* praecptori, vt miror legere *Salmasium* pag. 641. ad *Solin.* Neque enim *Eleus* fuit *Phainus*, sed legendum *ἡλείοιο Φαιών*, *splendidi solis.* Confer *Petavius* VI. 9. diff. ad *Vranolog.*

*mmm)* Conf. *Barthelemy* itinera *Anacharf.* tom. III. pag. 158. et pag. 420 sq. *Harl.*

*Loensis* VIII. 22. Epiphyllidum, tom. V. facis Artium Gruterianae parte II. pag. 613 sq. et *Aldus Manutius* Pauli F. de quaestis per epist. lib. I. quaest. 6. tom. IV. facis Artium p. 204 sq. qui e Liuii lib. I. cap. 19. contendit, Enneadecaeteridem hanc diu ante Metonem perspectam fuisse *Numae Pompilio*. Sed alius omnino ille *Numae Cyclus* fuit, vt iam animaduersum viris doctissimis. At de Metonis Cyclo dierum 6940. prae ceteris consulere operae pretium est triumuiros Chronologiae principes *Scaligerum* II. de emendatione temporum pag. 72 sq. et lib. V. pag. 409. *Petauium* lib. II. cap. 9 sq. de doctrina temporum et *Dodwellum* diss. I. de Cyclis, qui vsu ciuili etiam probatam Metonicam Enneadecaeterida fuisse disputat, et de maiore eius *Periodo annorum CLII.* coniecturam suam adfert pag. 59 sq. *Δωδεκατηρίδας* per errorem Metoni tribuit *Tzetzes* Chil. II. v. 884. adde *Riccium* IV. 19. *Almagesti* pag. 242. qui etiam ait, Metonem scripsisse prognostica. Prouerbum *μετωνικοί ἐνιαυτοί* pro longo tempore apud *Crusium* in Turco-Graecia pag. 458. Sine graui caussa *Harduino* suspectus est Meton, quoniam *Plinius* eius non meminerit, in diss. contra *Is. Newtoni* chronologiam pag. 1585. in *Memoriis Treuoltinis* a. 1729. Septembr. De *Horologio* Metonis *Solari* vide, si lubet, *Scaligerum* ad III. *Manilii* p. 22. *Salmasium* ad *Solin.* p. 740 sq. et *Petauium* VII. 8. diss. *Vranolog.* Solstitia a Metone obseruata et inscripta columnis memorat *Aelianus* X. 7. Var. Vide et *Ptolemaei* magnam *Syntaxin* III. 2. pag. 62. et quae de adparentiis siderum, a Metone notatis, refert idem *Ptolemaeus* in *Φάσεις ἀπλανῶν* et *Geminus* cap. vlt. *Isagoges*. Adhuc in viuis fuit Meton *Olymp.* XCI. 3. quum in Siciliam solueret classis Atheniensis. Vide *Aelianum* XIII. 12. Var. *Plutarchum* in *Nicia* pag. 532. in *Alcibiade* pag. 198 sq. *Fabric.* Add. *Io. Guil. Iani* historia cycli *Dionysiani*, pag. 82 sqq. *Opusculorum* illius a *Klotzio* editorum, *Halae Sax.* 1769. 8. *Montucla* I. pag. 163 — 170. *Galterer* *Abriss der Chronologie* pag. 129 sqq. *Bailly* tom. I. pag. 274 — 276. qui vero Metoni laudem inuentionis ennead. derogat; hancque suam sententiam firmiter corroborare studuit tom. II. pag. 292 sqq. arbitratus, illam ennead. iam diu antea *Indis*, *Sinensibus* et *Hyperboreis* fuisse cognitam, et a Metone tantum, qui illam in *Chaldaea* didicerit, magis propagatam in vsuque communem magis conuersam. Animaduertit ex *Abu-pharago* hist. dynast. V. pag. 57. eum fuisse cum *Euctemone* in *Aegypto*, et inter eorum aetatem atque *Ptolemaei*, qui *Almagestum* scripsit, intercessisse annos 570; tum a *Gemino* (*Vranolog.* cap. 6.) inuentionem illam tribui *Euctemone*, *Callippo* et *Philippo Medmaeo*, nec vllam Metonis ab eo factam esse mentionem: refutat quoque *Salmasium*, qui in *Exercitt. Plinian.* pag. 519. *Phaino*, Metonis magistro, vindicat illius inuentionis laudem, aliisque vtitur argumentis ad debellandam vulgarem sententiam. Sed *Salmasium* iam refutarant noster *Fabric.* infra in nota et *Weidler.* in *Historia astron.* cap. V. §. 21. de *Phaino*, isque in seqq. sectionibus persequitur ea, quae dicenda erant de Metone, *Euctemone*, *Democrito* etc. *Heilbronner* hist. math. pag. 137 sq. 147 et pag. 285. Metonem furti cuiusdam arguit quoque *Barthelomy* in itineribus *Anacharsidos* iunioris tom. III. pag. 168. versionis german. vbi de Metone aliisque veteribus graecis agit astronomis. *Hart.*

VIII. Metonis aequalis fuit EVCTEMON, Atheniensis, cum quo solstitia obseruauit circa *Olymp.* LXXVII. 1. Adde, si placet, *Ptolemaei* magnam *Syntaxin* III. 2. pag. 62. et eiusdem *Φάσεις ἀπλανῶν*, e quibus constat, eum *Athenis* et in *Cycladibus* inque *Macedonia* ac *Thracia* astris [P] considerandis operam dedisse. Vide et *Gemini* *Isagogen* cap. XVI. Meminit *Euctemone* huius praeter *Plinium Vitruuius* IX. 7. ex *Iosephi Scaligeri* emendatione,

(quum antea legeretur *Eudaemon*.) et *Auienus* in ora maritima v. 40. 337. 350. etc. [adde *Montuclam*, *Bailly*, *Weidlerum* etc. locis citatis. *Heilbronner* in hist. mathes. pag. 137 sq. *Harl.*] Alius *Euctemon*, rhetor, apud *Senecam* controuers. Inter perantiquos astrologos etiam a *Censorino* cap. XVIII. memorantur NAVTELES, et MNESISTRATVS, dubito an idem, a quo Mnesistratio philosophos voluptatis patronos dictos refert *Athenaeus* VII. 5. Aequinoctia ab ALCMAEONE et Menone; (leg. Metone) obseruata laudat *Simplicius* in II. de Coelo sect. 46. Hunc eundem existimo Alcmaeonem, de quo dixi inter Pythagoreos lib. II. cap. XIII. ASTER quidam, cum quo PLATO Astrologiae operam dedit, memoratur apud *Laertium* III. 29. PHILIPPVS, Medmaeus, (e Medama, Brutiorum opido,) Italus, Platonis discipulus <sup>nn)</sup>, qui in Peloponneso et Locride sidera diligenter contemplatus est, vt patet ex obseruationibus eius, quibus vsi sunt Hipparchus, Geminus, Ptolemaeus. Laudatur et a *Vitruvio* IX. 7. *Plinio*, XVIII. 31. *Plutarcho* quod non liceat suauiter viuere secundum Epicurum pag. 1093. Confer *Petavii* Vranolog. diss. IV. cap. IX. [pag. 242. *Weidler* cap. V. 30. p. 111 sqq.] De ventis scripsisse, testatur *Stephanus* in *Μέθωμοι*. Antiquioribus hisce astrologis iungendus etiam EPIGENES, Byzantius, Gnomonicus est, qui apud Chaldaeos adfirmabat, se studuisse, et de cometis nonnulla tradidit, (*Sen.* VII. 3. Nat. quaeft.) tum retulit Babylonios <sup>oo)</sup> 100000. millium annorum (vt *Berosum* et *Critodemum* 420 millium) obseruationes laterculis coctilibus inscripras habuisse, (*Plin.* VII. 56. hist. qui auctorem grauem inprimis adpellat.) Laudat semel iterumque *Censorinus*. [conf. *Bailly* II. pag. 315. et reliquos citatos] Alius 1) *Epigenes*, Rhodius, qui de re rustica citatur a *Varrone* et *Columella*. 2) *Epigenes*, Atheniensis, coactus *τηρησαρχεῖν*, de quo apud *Suidam*. 3) *Epigenes*, comicus et tragicus, patria Sicyonius, de quo dixi lib. II. cap. XIX. *Epigenem* quemdam Socraticis accenset *Ionsius* pag. 84. CRITONIS mentio apud *Plinium* XVIII. 31. Sub illius nomine existit olim *Eudoxi Octaeteris*. *Suidas* *Κρίτων Νάξιος ἰσορικός, ἔγραψεν ὀκταετηρίδα, ἣν Εὐδόξος Φασίν.*

IX. EVDOXVS, Aeschinis F. Cnidius, Archytae Pythagorei, Philistionis, medicus ac Platonis auditor, astrologus, non minus insignis, quam geometra, medicus et legislator inelytus fuit, circa Olympiad. CIII. De eo *Phanocriti* liber *Athenaeo* VII. pag. 276. laudatus intercidit. Consulendus interim *Laertius* VIII. 76 sq. *Antholog.* Epigramm. pag. 79. edit. *Wechel. Fabric.* — *Eudocia* in *Violar.* pag. 193. (quae plura, quam *Suidas*, de illo prodidit.) *Εὐδοξος*, ait, — ἀνεστῆς Πλάτωνος καὶ ἡλικιωότης, ὡς *Φησι Σωτῶν* ὡς δὲ *Καλλιμάχος ἐν τοῖς πίναξι, Ἀρχύτα καὶ Φιλιστίωνος <sup>pp)</sup>*) etc. adde supra in hoc vol. pag. 172. in catalog. Platoniorum. De aetate *Eudoxi* circ.

nn) *Proclus* II. in I. *Euclidis* pag. 19. *Φίλιππος ὁ Μεδμαῖος Πλάτωνος ὡν μαθητὴς καὶ ὑπ' ἐκείνου προτραπὴς ὡς τὰ μαθηματα.* Meminit eius iterum pag. 80. *Alexander Aphrodis.* in III. *Meteorol.* pag. 118. *Φίλιππος, ἑταῖρος ὁ Πλάτωνος.* *Malc Philippi* ARIDAEI regula pro *Medmaei* legitur in *Epistola Dionysii*, quem *Areopagitam* ferunt ad *Apollophanem* tom. II. edit. *Corderii* pag. 274.

oo) De his *Cicero* I. de diuinat. 19. „Condem-

nemus etiam *Babylonios*, et eos, qui, e *Causo* coeli signa seruantes, numeris et motibus stellarum cursus persequuntur: Condemnemus, inquam, hos aut stultitiae aut vanitatis, qui CCCCLXX. millia annorum, vt ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent, et mentiri iudicemus.“ *La Crofcae* vindic. vet. scriptor. p. 126 sqq. *Fabric.* conf. *Montucla* I. p. 59 sqq. *Harl.*

pp) De hoc *Philistione*, medico, *Eudoxi* in arte medica praeceptore, vid. *Fabric.* *Bibl. Gr.* vol. XIII.

circ. Olymp. CIII. I. ann. C. N. 366. vide *Menagium* ad Diogen. Laert. VIII. 99. (vbi Diogen. a fact. 86 — 91. copiosus est de Eudoxo,) pag. 392. et *Saxium* in Onomast. I. pag. 69. <sup>87</sup>) A Sotione falso nominari Eudoxum Platonis discipulum, iudicat cl. *Meinersf.* in histor. doctrinarum apud Gr. et Rom. tom. I. pag. 296. Sed testimonia luculenta, quae pro Sotione stant, iam collegit *Menag.* ad Diogenem Laert. VIII. 86. et alia addidit cenfor doctus in bibl. crit. Amstel. vol. II. part. VIII. pag. 115. not. g. — Idem *Meinersf.* loco cit. pag. 293. *Strabonis* iudicium (pag. 778. 827. 842. edit. Almel.) probat, Eudoxum fuisse credulum, nec satis adcuratum in rebus et historiis examinandis scriptorem: tomo tamen II. pag. 790. laudat scientiam illius mathematicam, atque in nota ex *Aristotele* X. 2. ethic. animaduertit, eum iudicasse, voluptatem esse summum bonum, et dolorem, summum malum: quem Aristotelis locum iam copiosius adduxit et explicuit *Menag.* ad Diogen. Laert. VIII. 88. pag. 391. adde supra in vol. I. pag. 845. in Catalogo Pythagoricorum de eo notata. Eum pecuniae emendicandae causa in Aegyptum ad regem profectum esse, *Philostratus* quidem de vita Apollonii Tyanens. I. cap. 35. narrat; sed fidem haud meret; certe nemo veterum praeter eum id tradit. vide not. Olearii p. 43. In Aegypto tamen commoratus a sacerdotibus multa, quae incognita essent et quasi arcana in arte astronomica, didicit. *Eudoxus*, (ait *Seneca* quidem nat. quaest. lib. VII. cap. 3.) *primus ab Aegypto hos* (stellarum s. planetarum) *motus* (quinque, h. e. motuum hypotheses) *in Graeciam transfudit.* Senecae tamen testimonium haud omnino probat *Montucla* I. pag. 200. et de opinionibus placitisque Eudoxi mathematicis veris falsisque iudicat. Plura vide apud *Weidlerum* V. 19 pag. 93 sqq. apud *Heilbrosmer.* pag. 146. 218. 283. *Bailly* I. pag. 285 — 293. qui maior est Eudoxi in scientia astronomica admirator, quam *Montucla*, et pag. 288. Senecae de eo locum citatum explicat. — adde *Iusti Cphi. Boehmeri* diss. de Eudoxo, mathematico, medico et legislatore, resp. Io. Andr. Schmidt, Helmstad. 1715. 4. *Harl.*

Eudoxi Ἀστρονομία δι' ἐπῶν a Suida memoratur, qui in eo fallitur cum *Plutarcho* <sup>rr</sup>) pag. 402. de Pythiae oraculo, quod Eudoxum poetam facit; nam quae ex eo citat Hipparchus, prosa decurrunt, et Aratus, qui Phaenomena versibus scripsit, Eudoxum potissimum [P] sequutus est, iussus ab Antigono, rege, Εὐδόξον ἐνδοξότερον facere, hoc est prosam eius carmine reddere amoeniorem. Idem *Hipparchus* lib. I. in Aratum [pag. 171. edit. Paris.] testatur, duos libros Eudoxi nomine exstitisse, in multis inuicem conspirantes, quorum vni titulus Ἐνοπτρον, (κάτοπτρον auctori vitae Arati) alteri Φαινόμενα. Respicit idem opus, Eudoxum laudans, Geminus, et *Vitruvius* IX. 7. *Ptolemaeus* in Φάσεις ἀπλανῶν, *Auienus* in Arateis Phaenomenis v. 53. et 102. <sup>ss</sup>) De Cometis nihil tradidisse, notat *Seneca* nat. VII. 3. B 2 quaest.

vol. XIII. p. 366 sq. *Mongitor.* bibl. Sicul. tom. II. pag. 179. et *Menagium* ad Diog. Laert. VIII. 86. pag. 390.

qq) Eudoxum vita decessisse ann. ante C. N. 368. statuunt *Freret* in *Defense de la Chronol.* pag. 465. et *Bailly* I. pag. 293. adde *Corfinum*, a Richtero supra, vol. II. pag. 33. laudatum.

rr) Plutarchi verba haec sunt: εἰδὲ ἀστρολογίαν ἀδοξότεραν ἐποίησαν εἰ περὶ Ἀρίσταρχον καὶ Τιμόχαριν,

καὶ Ἀρίστων καὶ Ἰππαρχον καταλογάδην γράφοντες· ἐν μέτροις πρότερον ΕΥΔΟΞΟΥ καὶ Ἡσιόδου καὶ Θαλέ γραφόντων, ἃν Ἐκλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῆς ἀπὸ τὴν αὐτῶ ἀναφερομένην Ἀστρολογίαν.

ss) Ad Arati et Eudoxi Phaenomena Hipparchus scripsit ἐξηγήσεων βιβλία γ'· enarrationum libros tres, editos a Petro Victorio, Florent. 1561. et Petauio in Vranologio. Chaldaeorum praedictiones ab Eudoxo spretas et refutatas fuisse, (*Cicer.*

quaest. [Sphaeras multas in coelo esse finxit.] Systema coelorum ex Eudoxi mente vide apud Aristotelem XII. metaphyf. 8. Ex coloris Chironis, Argonautae, et Sphaera Eudoxi, non diuerfa ab illa Chironis apud Hipparchum, *Iſaacus Newton* probat, 300. annis iuniorum Argonautarum, quam multi sibi perſuaſerunt, et contigiſſe ann. 937. ante Chriſtum natum. Adde *Guil. Whiſton* authentik records pag. 989 ſqq. *Fabric.* — *Vitruuius* IX. 9. tribuit illi inuentionem ἀράχνης, araneae, quae, vt *Weidler* pag. 94. ſcribit, horologii ſolarii, in plano deſcripti, ſpecies erat, cui, quoniam lineae horariae ex centro verſus peripheriam excurrunt, nomen a telis araneae inditum eſt, quam tamen expoſitionem haud probat, ac negat, in plano tantum fuiſſe deſcriptam, fuſius de ea diſſerit *G. H. Martini* von den Sonnenuhren der Alten pag. 83 ſqq. Obſeruaciones tamen umbrarum, quae Eudoxo adtribui ſolent, omnesque, de quibus *Plinius* ac *Strabo* diſſerunt, ſcholae Alexandrinae conſictas eſſe, nec ſuo loco factas, audacius contendit *Formaleoni* in diſſertatione quadam, adnexa vol. II. Operis, Storia filoſofica e politica della navigazione etc. Venet. 1789. vt iam paullo fuſius notaui in *Introduct. in hiſt. L. Gr.* tom. I. pag. 416. *Harl.*

Eudoxi *Oſtaeteris* ſiue *periodus octo annorum*, (quae exſtitit olim ſub Critonis Naxi nomine,) *Laert.* VIII. 87. *Cenſorinus* cap. XVIII. *Suidas*, [Eudocia] etc. Reſpicit et *Caesar* apud *Lucanum* X. 187.

*Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.*

De Eudoxi *Oſtaeteride* agunt *Scaliger* ad *Manil.* lib. I. v. 69. et II. de emendat. temporum p. 67. *Petanius* II. 6. de doctrina temporum, et *Veſſius* de ſcientiis Mathematic. p. 153. [et alii iam laudati.] *Columella* IX. 14. *Eudoxi* ſe et *Metonis* antiquiorum *faſtus* astrologorum ſequi profitetur. *Faſtus* vero pro *faſtis* dixit etiam *Sedulius* epigr. ad *Macedonium*:

*quem quamuis ſummi celebrent per ſaecula faſtus.*

ſcripſit et *Eudoxus Γεωμετρήμενος* teſte *Laertio* VIII. 88. et *Proclo* II. in primum *Euclidis* pag. 19. Sed et liber quintus geometrae *Euclidis* (1) in codice *Mazariniano* refertur ad *Eudoxum*, vt teſtatur *Menagius* ad *Laert.* pag. 392.

Ὀργανικὴν ſiue machinalem ſcientiam primos excoluiſſe *Eudoxum* et *Archytam*, notat *Plutarchus* in *Marcello* pag. 305.

[Praeter ea *Eudoxum* ſcripſiſſe περὶ θεῶν καὶ κόσμου καὶ τῶν μετεωρολογημένων, ait *Eudocia* l. c.]

Etiam de *Muſica* ſcripſiſſe nonnihil, coniiicio e *Theone*, *Smyrnaeo*, qui pag. 94. ex *Eudoxo* refert rationem conſonantiarum numeris comprehendendi, et graues vel acutos tonos dependere a tardo vel acuto motu. Ex eodem fortaliſſis opere *Iamblichus* in *Nicomachi* *Geraſeni* *Arithmet.* pag. 11. refert definitionem numeri, quod ſit πλῆθος ὀρίσμενον et pag. 142. ſententiam de medietatibus proportionum.

Γῆς

scr. de diuin. II. 42.) id ei honori eſt ducendum. Eo quoque tempore astrologia ab astronomia diſcerni coepit. *Harl.*

1) Conf. infra, cap. de *Euclide* §: IV. p. 371. vol. II. vet. edit. *Harl.*



Ἡς περιόδου, cuius operis *liber septimus* laudatur a *Porphyrio* [sect. VII. 9. edit. Küster.] pag. 183. de vita Pythag. *οὐδ' αὖτε* ab Harpocrate in *Λιπάρα*. Idem opus respicit nec raro reprehendit Strabo: tum Plinius, Eudoxum laudans, libri II. IV. V. VI. VII. etc. et Athenaeus citans τὴν τῶν περὶ τὸν Εὐδόξου ἰσορίαν. Apud *Plutarchum*, quod non suauiter possit viui secundum Epicurum pag. 1093. ubi Eudoxi *περίοδοι* memorantur, male Xylander vertit *de conuersionibus orbium coelestium*. — [Eudoxum ἐν τῷ πρώτῃ τῆς περιόδου citat *Sextus Empir.* Pyrrhon. hypotyp. I. sect. 152. sed ἐν τῇ περιόδῳ schol. ad *Apollon. Rhodium* IV. 263. et ex eo *Scholias.* ad *Aristophanis Nubes* 397. *Harl.*] Confer de hoc opere *Meursium* ad *Apollonii Dyfcoli* cap. 24 *Vesfium* de hist. graecis lib. I. cap. 6. et *Menagium* ad *Laertium* pag. 292. *Agathemer* lib. I. *Ἐξῆς Δημόκριτος καὶ Εὐδόξος καὶ ἄλλοι τινὲς γῆς περιόδους ἐπραγματεύσαντο. Fabric.* At ingeniosa est et admodum probabilis opinio *Semleri* in miscellaneis lectionibus fasc. II. p. 26 sq. opus, γῆς περιόδου, non *Eudoxo*, Cnidio; sed *Eudoxo*, Rhodio, historico, esse tribuendum. Id colligit ex *Diogene Laert.* VIII. 90. qui εὐρίσκωμεν, ait, δὲ καὶ ἄλλων ἰατρῶν Κνίδιον περὶ τῆς Φησίου Εὐδόξου ἐν γῆς περιόδῳ. — — ὁ δ' αὐτὸς Φησι, (nempe Rhodius, historiarum scriptor, alioquin de se ipso improbabili sensu id quod sequitur, narraret,) τὸν Κνίδιον Εὐδόξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν γ' καὶ ε' Ὀλυμπιάδα. *Harl.*

Tribuuntur et Eudoxo nostro Κυνῶν διάλογοι. *Canum dialogi*, siue, vt interpres, *Cynicorum*, nisi locus corruptus, apud *Laertium* VIII. 89. *Fabric.* Corruptus quoque videtur *Semleri* l. c. pag. 37. qui corrigit Νεκρῶν διάλογοι mortuorum dialogi. *Harl.*

*Leges* Milesiis tulisse Eudoxum, adfirmat *Theodoritus* IX. Θέραπειν. Cnidius Laertius et *Plutarchus* contra *Colotem* <sup>uu)</sup>. Hic est *Eudoxus*, qui [P] optabat Phaethontis instar a Sole conflagrare, modo eius naturam propius sibi contemplari daretur, vt refert *Plutarchus* libro quod non suauiter liceat viuere secundum Epicurum pag. 1094.

Fuit et alius *Eudoxus*, Cnidius, iunior, medicus, *Laert.* VIII. 90. [et alius medicus, vid. *Fabr.* B. G. XIII. pag. 156.] *Eudoxus*, Rhodius, cuius librum nonum historiarum citat *Etymolog.* magnum in Ἀδελίας. *Eudoxus*, Cyzicenus, (Ptolemaei *Euergetae* temporibus,) de quo *Plinius* II. 67. hist. et *Strabo* II. De Rhodio, *Vossius* pag. 29. hist. graec. *Eudoxus* denique, Siculus, comicus, cuius *Nauclerum* laudat *Pollux* VII. 33. [de quo plura *Mongit.* B. Sic. I. pag. 188 sq.]

X. Eudoxo, Cnidio, iungendus HELICON, Cyzicenus, *Platonis* discipulus, qui *Dionysio*, regi, defectionem solis (a. 404. ante C. N. vt putat *Ricciolus* in *Almagesto*,) praedixit, atque inde donatus ab eodem est talento, vt refert *Plutarchus* in *Dione* pag. 966. [Scripsit, teste *Suida* in *Helicon*, ἀποτελέσματα et libros περὶ Διοσημασιῶν. vid. *Weidler.* pag. 118.] Praeterea CALLIPPVS, Cyzicenus, qui *Olymp.* CXII. 3. (ante Christum cccxxx.) in *Helleponto* obseruauit phases inerrantium stellarum, teste *Ptolemaeo*, cuius vide *Φάσεις ἀπλανῶν*. POLEMARCHI, Cyziceni, qui Eudoxum audiuerat, discipulus hic fuit, et Athenis cum *Aristotele* versatus Eudoxi inventa emendauit ac suppleuit, teste *Simplicio* in II. de coelo sect. 46. De *Callippi* et Eudoxi systemate coelestium sphaerarum *Aristot.* XII. metaph. cap. 8. *Theophrastus* in XII. metaph. pag. 13. De *Callippi* periodo Attica solstitiali an-

uu) Vid. supra in vol. II. pag. 33. Richtori notam. *Harl.*

*ncrum LXXVI.* memorata *Censorino* cap. XVIII. qua Metonis enneadecaeteridem emendauit, factio periodi initio a solstitio siue die XXIX. Iunii Olymp. CXII. 3. adeundi *Scaliger* emendationis temporum lib. II. pag. 84 sq. et lib. V. pag. 421 sq. et *Ifagog. Canonum* lib. I. cap. VIII. et lib. III. cap. VIII. *Petauius* doctrinae temporum II. 16 seq. et X. 20. *Dodwellus* de Cyclis graecorum diss. 2. [*Montucla* I. pag. 168. *Bailly* I. pag. 299 sqq. *Weidler*. p. 113. etc.] Tertiae Callippicae periodi anno quadragesimo, (hoc est Olymp. CLIX. 3. ante Christum CXLII.) *Hipparchum* aliquas fecisse obseruationes, refert *Ptolemaeus* magnae syntax. V. 3. pag. III. et VII. 2. pag. 167. Alius fuit *Callippus*, Atheniensis, Platonis discipulus, de quo supra cap. V. idem cum *Callippo*, rhetore, cuius meminuit Aristoteles in rhetoricis. Alius denique *Callippus*, Corinthius, discipulus Zenonis, Citiei. *Callippus Pelaneus*, testis testamenti Theophrastei, *Laert.* V. 57.

[Silentio haud praetereundus est PYTHEAS, Massiliota, astronomus et geographus, qui temporibus Alexandri M. aut serius inclaruit: nam de aetate non inter omnes conuenit. vid. *Weidler* I. p. 120. Iter fecit maritimum extra columnas, circa partes Europae septentrionales; atque se ad Tanain vsque peruenisse iactabat: at multa quoque, quae viduè se gloriatus est, sinxisse aut male retulisse arguitur. Praesertim ea, quae de insula *Thule* eiusque situ prodidit, et antiquiorum et recentiorum exercuerunt ingenium eosque in diuersas traxerunt sententias. Scripsit secundum *Marcianum Heracleotam* in periplo, (in *Hudsoni* geogr. minor. gr. tom. I.) et scholiast. ad Apollon. Rhodium lib. IV. *Periplum* aut *periodum terrae*; et secundum *Geminum Rhodium* in elementis astronom. cap. 5. in Vranologio Petauii pag. 22. Paris. 1630. *libros de Oceano*, qui forsan partes integri operis, iniuria temporis absumti, fuerint. Eum in plurimis quidem sequutus est Eratosthenes; sed fides Pythaeae valde suspecta visa est eruditis, et a Strabone, qui eius frequentem in duobus prioribus libris facit mentionem, atque a Polybio exagitata. vid. *Casaubon.* ad Strabon. I. pag. 110. edit. Almelou.. Sed de *Pythaea* eiusque vanitate et erroribus geographicis, multi viri docti egerunt, aut de situ *Thules*, num sit hodierna insula Islandia, an ora Norwegiae, an alibi quaerenda, vberius disputarunt:

*Bougainville* de Pythaea in Mem. de litterature — des Inscr. tom. XVIII. pag. 143 sqq. qui fidem Pythaeae expediuit: cuius tamen argumenta vt clariora essent et certiora, optauit *Gesnerus* ad Orpheum de nauigationibus extra columnas Herculis pag. 454.

[*Danville* Mém. sur la Navigation de Pythaeas à Thule, Mém. de l'Acad. d. Inscr. Tom. XXXVII. pag. 436 sqq.]

*Murray* in Nou. commentar. soc. regiae doctrinarum Götting. tom. VI. pag. 59 sqq.

*Günth. Car. Frid. Seidel* ad Eratosthenis geographicorum fragmenta, Gottingae 1789. 8. pag. XVII. pag. 132 sqq.

In primis cl. *Covr. Mannert* in Geographie der Griechen und Römer, part. I. (Norimbergae 1788. 8.) pag. 72 — 85. qui etiam Schoeningii et Schloezeri iudicia et explicationes pag. 82. in nota g. memorat.

*Bayle* in Diction. tom. III. pag. 749 sq. vbi in aetatem Pythaeae in not. *A.* inquit, et *Vossium*, de histor. gr. pag. 467. illius aetatem adsignantem temporibus Ptolemaei Philadelphi, atque *Harduinum*, qui in indice Plinii sequitur *Vossium*, nec non *Nicol. Sanfonem*,  
Geogra-

Geographum saeculi XVII. qui ratur est in Recherches des Antiquit. d'Abbeville, Pytheam vixisse post a. V. C. 532. copiose refutat. Idem iam obseruat, *Sanfonem* l. c. et *Gassendum* in tom. V. Opp. pag. 524 sqq. <sup>vv)</sup> Pythae fidem contra Strabonis accusaciones, at irrito conatu, vindicare studuisse.

Pauca de Pythea *Heilbronner* pag. 239. et *la Lande* I. pag. 146. scripserunt: Paulo plura *Montucla* I. pag. 203 — 210. qui eum facit aequalem Aristotelis, antiquiorem Dicaecharo: quae etiam est sententia *Weidleri* de astron. Graecor. qui pag. 119 — 122. de Pythea quaedam collegit. *Bailly* I. pag. 306. eum Thulen vidisse credere malit; at num Massiliae notam fecerit obseruationem, dubitat. *Cleomedes* autem cycl. theor. I. cap. 7. testatur, (vt verbis vtar *Weidleri*) Pytheam, ope praecalti gnomonis meridianam solis tempore solstitii altitudinem captasse, indeque *eclipticae obliquitatem* intellexisse: quae obseruatio vna est ex praecipuis totius astronomiae. Illum per altum gnomona *Chompré*, (Chancelier du Consulat de Rome,) ann. 1785. in praedio Iac. Hugues reperisse se putauit. Est vero obeliscus paruus, cuius pes est e marmore antiquo graeco; vertex vero et impositus globus ex lapide argillari. Hunc esse gnomona Pythae, ex eo collegit *Chompré*, quod, obseruata in aequinoctio d. xxii. Sept. ann. 1785. vmbra, animaduertit, eandem esse obliquitatem eclipticae, gradus xxiiii. minut. 50. quam Strabo de obseruatione Pythae narrat. vid. nouas ephemer. Lips. ann. 1786. plag. II. pag. 32.

Distinguendus est *Pythaeas*, orator atheniensis, tempore Demosthenis. vide *Aelian.* VII. 7. et XIV. 28. H. V. aliosque apud *Bayle* l. c. not. *G.* qui monet, ab *Harduino* in indice Pli- niano vtrumque esse confusum: adde supra, in vol. II. pag. 872. fin. *Harl.*]

XI. Quae ARISTOTELES et THEOPHRASTVS scripserint astrologicae scientiae illustrandae, dictum a me supra est. In praesenti memorandus venit ARISTYLLVS et TIMOCHARIS, quorum hic Alexandriae anno periodi Callippicae primae <sup>ww)</sup> XLVII. hoc est Olymp. CXXIV. ante Christum CCLXXXIII. obseruationes suas instituit. Vtriusque *Τηρήσεις ἀπλανῶν* etsi nec satis <sup>xx)</sup> [P] distinctas neque explicatas neque fide dignas <sup>yy)</sup> satis habuit Hipparchus, et ex hoc Ptolemaeus, qui iis vtitur libro VII. cap. 2 sqq. magnae Syntax.

Hos sequutus est DOSITHEVS, Coloneus, Atticus, qui Octaeteridem Eudoxi emendauit; ita enim intelligendus videtur *Censorinus* cap. XVIII. Hic *Dositheus* in Colono Atticae circa Olymp. CXLV. I. (ante Christum CC.) adparentias stellarum inerrantium obseruauit,

<sup>vv)</sup> Adde tom. IV. pag. 523 sqq. 527. et tom. V. pag. 327. de proportionem gnomonis ad vmbra solstitialem Massiliae, et de Pythae gnomone, atque *Eugenium de Louville*, equitem, in diss. de mutabilitate eclipticae, in Actis erudit. Lips. ann. 1719. mense Iulio p. 281 sqq. vbi altitudinem gnomonis ad vmbra meridianam, in solstitio aestiuo a Pythea Massiliae repertam, cum aliorum obseruationibus comparat.

<sup>ww)</sup> *Ptolemaeus* pag. 169. Τιμόχαρις μὲν ἀπ. γράφει τηρήσεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ταῦτα τῷ μὲν ἔτα τῆς

πρώτης κατὰ Κάλλιππον ἑκατοεβδομήκονταετηρίδος etc. Hinc emendandus *Vossius* pag. 155. de scientiis Math.

<sup>xx)</sup> Id. pag. 164. Vtriusque, Timocharis et Aristylli, meminit *Plutarch.* de Pythae oraculis pag. 402. *Fabric.* adde *la Lande* I. pag. 147. *Montuclam* I. pag. 226 sq. *Weidler* cap. VI. §. 2. pag. 124. *Harl.*

<sup>yy)</sup> Id. pag. 168. διὰ τὸ μήτε τὰς τηρήσεις τῶν περὶ τὸν Τιμόχαρις ἀξιολόγους εἶναι, πᾶν ἄλοσιον αἰσθημάτων.

seruauit, quas ex eo notarunt Geninus cap. vlt. Isagoges, et Ptolemaeus in *Φείσεις ἀπλοῦν*. Laudat hunc *Dositheum* etiam *Plinius* lib. XVIII. hist. cap. 31. Archimedes vero ipsi, (vt videtur,) librum de lineis spiralibus inscripsit. Fuere et alii *Dosithei*, vt historicus, cuius libros rerum Sicularum, Lydiacarum et Italicarum laudat *Plutarchus*, vt iam *Vossio* animaduersam; tum *Dositheus*, ad quem scribit *Julianus*, imp. epistola XXXIII. Ne dicam de *Dositheo*, (vno an duobus?) haeresiarcha Samaritano, quem ante *Simonem Magum* commemorat *pseudo Clemeas I.* recognitionum pag. 21. ac de *Dositheo*, grammatico graeco recentiore, de quo infra in grammaticis pauca.

AGRI PPA in Bithynia obseruauit stellas anno Nabonassari 840. Domitiani 12. (Christi 92.) *Ptolemaeus VII.* 3: *Almagest*.

[Memorandus quoque *Eudemus*, Rhodius, Aristotelis discipulus, (de quo plura vide in vol. III. pag. 492 sq.) Inter alia scripsit historiam geometricam et astrologicam. vide supra in hoc cap. §. 1. Ex eius *ἀστρολογίαις* memorat quaedam *Anatolius* in fragmento, quod dedit *Fabricius* in vol. III. pag. 464. Eclipsin futuram praedixit, et difficiliora astronomiae capita rimatus est. vid. *Weidier* cap. V. 35. pag. 15. *Bailly* I. pag. 297. §. 12. II. pag. 313 sq. *Montucla* I. pag. 207 sq. Supra in cap. de Aristotele aliquoties eius mentio facta est. *Harl.*]

XII. Temporis ratio nos iam pridem deducit ad scriptores, qui in *paruo Alexandrinorum Astronomo*, comprehendebantur. Praeter enim magnam syntaxin *Claudii Ptolemaei*, qui obseruationes suas instituisse se testatur anno secundo Antonini Pii, (Christi CXXXIX.) praeter hanc, inquam, *Ptolemaei σύνταξιν*, de qua infra lib. IV. suo loco dixi, et quam *μέγαν Ἀστρονόμον* adpellabant, *Alexandrinis* in pretio fuit alter codex, dictus *μικρὸς Ἀστρονόμος*, siue vt e *Pappo Vossius*<sup>22)</sup> obseruat, *μικρὸς Ἀστρονομέμενος*, (Arabibus, vt *Abulpharacio*, p. 50. *tractatus intermedii*, inter *Euclidis* elementa et *Almagestum Ptolemaei*,) in qua collectione continebantur hi libri:

*Theodosii Tripolitae Sphaericorum libri III.*

*Euclidis Data, Optica, Catoptrica ac Phaenomena.*

*Theodosii Tripolitae de habitationibus et noctibus ac diebus libri II.*

*Autolyti Pitanaei de sphaera mota, et libri II. de ortu atque occasu stellarum inerrantium.*

*Aristarchi, Samii, de magnitudinibus et distantis solis ac lunae.*

*Hypsiclis, Alexandrini, Ἀναφορικός, siue de ascensionibus.*

*Menelai, Alexandrini, Sphaericorum libri III. [P]*

Hi libri, vel plerique horum, graece iunctim *MSti* occurrunt in quibusdam bibliothecis, et *Arabice* quoque exstant e versione *Thebiti*, vt docet *Labbeus* bibl. nou. MSS. pag. 251. et

<sup>22)</sup> Lib. de scientiis Math. cap. XXXIII. §. 18. pag. 103. *H. Savilius* praefect. II. in *Euclidem* pag. 40. qui hoc se volumen integrum in bibliothecis Galliarum et Italiae saepe vidisse, et il-

lius scriptores graece vel impressos, vel *msstos* communi bibliothecae (*Oxonien*si) donasse se testatur.

et 256. vniuersos arabice versos memorans, excepto Hypsiclis ἀναφορικῶν, quem translatum ex Oriente secum attulit *Jacobus Golius*<sup>aaa)</sup>.

XIII. Quum de Euclidis scriptis infra egerim singulari capite: de reliquis in praesenti dicere operae pretium est, ac primum de AVTOLYCO, Pitanaeo, ex Aeolide, mathematico, praeceptore Arcefilai, qui Theophrastum deinceps audit, teste *Laertio* IV. 29. vnde de aetate Autolycci constat; successit enim Aristoteli Theophrastus Olymp. CXIV. 3. ante Christum 322. Laudant Autolycum *Pappus* in mathematica collect. *Simplicius* ad Aristot. de coelo II. comment. 46. *Ioh. Philoponus* ad Physic. lib. II. aliique. Liber *περὶ κινεμένων σφαιρῶν* de sphaera et ortu fixarum, atque occasu vario, graece et latine editus a *Conrado Dasypodio* est Argentorat. 1572. 8.<sup>bbb)</sup> Et latine ex versione et cum commentariis *Francisci Maurolyci*, Siculi, Abbatis Messanenensis, Messanae 1558. fol. qui Theodosii libros et *Mene-lai Alexandrini* Sphaerica et Euclidis Phaenomena addidit. Exstat et latine, cum versis gr. scholiis antiquis, *Iosepho Auria*, Neapolitano, interprete, cum Maurolyci<sup>ccc)</sup> adnotationibus, Romae 1587. 4. Habetur praeterea latine in Synopsi mathematica *Marii Mersegni* pag. 243. Paris. 1644. 4. Arabicam *Alkendi* interpretationem laudat *Abulpharaius* pag. 50. Conf. *Io. Gottfredi Lackmacheri* diss. de Alkendo. Helmstad. 1719. pag. 13.

*Libros II. de vario ortu et occasu siderum inerrantium* graece et latine itidem edidit *Dasypodius*, Argentorat. 1572. 8. Latine praeterea collatis quinque MSS. Vaticanis *Autoly. cum* et graeca ad eum scholia vertit *Iosephus Auria*, Neapolitanus. Romae 1588. [et 1591. vid. Catal. bibl. Lugd. Bat. pag. 173. nr. 41.] 4. [*Autolyc. de vario ortu etc.* Romae 1568. 4. vid. Catal. Leid. I. cit.] Transtulit et gallice *P. Forcadellus* Paris. 1572. 4. Ex Autolyco etiam pleraque in suum de expetendis et fugiendis rebus opus transtulit *Georgius Valla*, Placentinus, libro XVI. *Fabric.*

Codd. msstos enumerat *Heilbronner* passim in historia matheleos. In biblioth. *Vaticana* ex *Montfaucon* bibl. bibliothec. etc. *περὶ ἐπιτολῶν καὶ ὀψεων* et de sphaerae motu. (pag. 538. 539) — in bibl. *Medicea Florent.* bis de sphaerae motu: deest finis. (p. 554. 557.) conf. *Bandini* catal. II. pag. 30. nr. 14. — In bibl. *Card. Radulphi*, nunc regia Paris. de sphaerae motu atque de occasu et ortu. (pag. 574.) — in bibl. *Car. de Montchal* archiepiscopi Tolosani, vterque Autol. liber. (pag. 576.) — in bibl. *Colbertina*, de ortu et occasu. (pag. 577.) — in bibl. *Cardin. Mazarini*, de stellarum ortu et occasu. (pag. 583.) — (in bibl. *Paris.* teste catalogo est lib. de sphaera mota in *decem* codd. et de ortu atque occasu stellarum in *septem* codd. msstis.) in bibl. *Bodleii*. Autolycci vterque liber, cum anonymi scholiis quibusdam, (pag. 594.) de ortu et occasu ex versione arabica *Zin Eddin Abhari*, (pag. 610.) idem liber

aaa) Vide Catalogum MSS. Arabicorum a *Golio* allatorum nr. 54. in 4.

bbb) Inscriptio libri est: *Conradi Dasypodii Sphaericae doctrinae propositiones*, graece et lat. Continentur hoc libro *Theodosii* libri III. de sphaera: *eiusdem* liber vnus de habitationibus, et libri II. de diebus et noctibus: item *Autolycci* liber de sphaera mobili. *Eiusdem* libri II. de or-

tu et occasu stellarum et *Barlaami* libri V. logicae astronomiae. vid. *Weidler* pag. 380. et eiusdem bibliographiam astronomicam, Witteberg. 1755. 8. pag. 27. *Harl.*

ccc) *Maurolycus*, Siculus, Abbas Messanenensis, ediderat illum latine, Messanae, typis Petri Spirae, 1558. fol. teste *Lambecio* comm. de biblioth. Caes. tom. VII. pag. 468. edit. Kollarii. *Harl.*

liber graece, bis (p. 616. 617.) — in alia *Angliae* bibl. de ortu et occasu sider. cum scholiis: (pag. 613. et 637.) — Huic Heilbronn. recensui add. infra in hoc vol. in Synopses vett. mathematicorum Bernhardinae vol. VII. — Tum in bibl. *Veneta* D. Marci uterque *Autolyei* liber in cod. CCXIV. teste catalogo p. 143. — In bibl. *Leidenſi* (secundum catal. p. 456. nr. 1031.) *Autolye*. de ortu et occasu siderum, ex graeco sermone in arabicum versus a *Costa Ben Louca*. — In bibl. *Vindobon.* lib. de Sphaera teste *Lambecio* comment. de bibl. Caes. tom. VII. pag. 468. nr. 3. — in biblioth. *Escorial.* sphaerica et de ortu atque occasu libri duo, graece, teste *Pitiro* in itinerario per Hispan. pag. 160. — In *Casiri* biblioth. arabico-hispana tom. II. pag. 345. citatur codex libr. de sphaera mota, quem *Alchindus*, (ita enim ibi scribitur,) exornauit, et de vario siderum inerrantium ortu et occasu, arabice verforum: sed in arabica philosophorum bibliotheca, ibidem laudata, Autolycus dicitur scripsisse tres libros de vario siderum ortu etc. vti quoque Abulpharagium tradidisse, notat *Casiri*. *Harl.*

De aliis *Autolyeis* tribus antiquioribus vide, si placet, *Leopardum* XIII. 5. emendationum, et *Valſium* ad Harpocration. pag. 103. quibus addes *Autolycum*, *Areopagitam*, de quo *Suidas*.

XIV. ARISTARCHVS <sup>ddd</sup>), Samius, aequalis fuit Cleanthis, Stoici, qui Zenoni successit Olymp. CXXIX. ante Christum 264. [262. V. C. 490. apud *Saxium* in *Onomast.* I. pag. 104] Refert enim *Plutarchus*, Aristarchum a Cleanthe impietatis accusatum, quod terram moueri docuisset, lib. de facie in orbe lunae pag. 923. ὡςπερ Ἀρίσταρχον <sup>eee</sup> ὤρετο δὲν Κλεάσθης τὸν Σάμιον ἀτεβείας [P] προκαλεῖσθαι τὰς Ἑλλήνας ὡς κινῶντα τὸ κόσμον τὴν ἔσιαν <sup>fff</sup>. ὅτι φαινόμενα σώζειν ἀνὴρ ἐπειρᾶτο, μένειν τὸν ἔρανὸν ὑποτιθέμενος, ἐξελίττεσθαι δὲ κατὰ λόγῳ κύκλῳ τὴν γῆν ἅμα καὶ περὶ τὸν αὐτῆς ἄξονα διωθμένην. Observationem solstitii aelii, ab Aristarcho factam, anno periodi Callippicae primae quinquagesimo, Olymp. CXXV. 2. memorat *Hipparchus* apud Ptolemaeum III. I. pag. 60. magnae syntaxeos. Meminit Aristarchi, Samii, etiam *Archimedes* in *Psammite* pag. 120. 121. 126 et 127. edit. <sup>ggg</sup>) Graece Basil. Varro apud *Gellum* III. 10. (vbi pro Aristide, Samio, vti in *Ioh. Pici* operibus pag. 377. pro *Aflavarcho* legendum Aristarchus,) *Vitruvius* lib. I. cap. 1. et lib. IX. cap. 4 et cap. 9. quo in loco horologiorum <sup>hhh</sup>) genera ab eo reperta refert. *Sextus Empiricus* IX. aduer-

<sup>ddd</sup>) De *Aristarcho* vid. *Bayle* *Diction.* tom. I. voc. *Aristarque*, pag. 312 sq. vbi etiam de diuersis variorum de Aristarchi aetate opinionibus, sententiaeque de motu terrae, et de locis *Plutarchi* paullo copiosior est: *Weidler* cap. VI. 4. pag. 127 sqq. *Heilbronner* pag. 243 sqq. vbi pag. 244. paucis repetit ingeniosam Aristarchi methodum de solis distantia per lunae distantiam et *διχοτομίαν* investiganda, quam *Ricciolus* in *Almagesto* part. I. pag. 106 sqq. vberius exposuerat, et ad nouas applicauerat hypotheses: *Montucla* I. pag. 228 sqq. vbi quoque dichotomiam illam paucis explicat; *La Lande* I. pag. 148. *Harl.*

<sup>eee</sup>) Ita legendus ille locus, non Ἀρίσταρχος Κλεάσθης. Confer *Menagii* notas ad *Laertii* VII. 85. pag. 389. *Eudoxo* iuniorem Aristarchum etiam

ex *Archimede* colligas, qui hunc *Eudoxo* p. 121. postponit. Vt adeo errauerit *Fronundus* et *Simlerus*, qui longe antiquiorem faciunt apud *Vossium* cap. 33. de scientiis Mathematicis. §. 1. pag. 157.

<sup>fff</sup>) *Gassendi* *Physicae* sect. II. lib. III. cap. V. pag. 617. tom. I. Opp. iam sensit, nomina esse a librariis transposita. vid. *Bayle* l. c. not. *A. Harl.*

<sup>ggg</sup>) Ex *Plutarchi* igitur et *Archimedis* locis *Eberhard*, Prof. Halensis, in *Neuen vermischten* *Schriften* nr. VI. Halae 1788. collegit cum aliis, Aristarchum, non *Philolaum*, primum docuisse, terram moueri circa solem et hunc in medio vniuerso quiescere. *Harl.*

<sup>hhh</sup>) Docte de hoc Aristarchi inuento agit *Martini* von den *Sonnenuhren* der Alten p. 98 sqq. *Harl.*

IX. aduersus Mathem. pag. 410. *Nicetas* lib. I. thesauri orthodoxae fid. cap. 10. *Plutarchus* quaest. Platonic. pag. 1006. et lib. de facie in orbe lunae pag. 932. 938 et 925. vbi laudat Ἀρισταρχῶν ἐν τῷ περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων, in *libro de magnitudinibus et distantibus solis et lunae*, lectum etiam *Archimedi et Pappo* Alexandrino lib. VI. *Collectionis mathematicae*, propositione 38 sq. et *Psello* de omniafaria doctrina cap. 93. vbi Aristarchum adpellat ἀστρονομιώτατον. Hic ipse est liber, qui solus ex Aristarchi scriptis ad nos peruenit, latine versus a *Georgio Valla*, Placentino. Venet. 1498. fol. <sup>iii</sup>) deinde a *Federico Commandino* cum eiusdem notis, Pisauri 1572. 4. vid. *Giornale d'Italia* tom. 19. pag. 172. [cum *Pappi* Alexandrini explic. quibusdam.] Denique a *Ioh. Wallisio* graece e codice H. Sauilii, qui e Vaticano suum descripserat, editus Oxoniae 1688. 8. additis *Commandini* versione et notis, suisque ipsius animaduersionibus, [et *Pappi* Alex. fragmento adhuc desiderato.] Recusa est haec editio graecolatina in tomo tertio operum *Wallisii*, Oxon. 1699. fol. [Argumenta *Opp. Wallisior.* exhibet *Heilbromer* pag. 699. Idem passim ex *Montfaucon* enumerat Aristarchi codd. msstos. In *bioblioth. Vaticana*, bis de magnitudine et distantia lunae; (pag. 538. 539.) — in museo *Caroli Auantii* gr. (pag. 561.) — in *bioblioth. Scorialensi* (pag. 568.) — in *bioblioth. regia Parisensi, Colbertina, Mazarini* ter (pag. 571 et 574. 583. sed in catal. MSSt. illius *bioblioth. septem* codd. memorantur, in quibus Aristarchi liber continetur:) — in *biobli. de Mefme*, *Pappus*, *Aristarchus* et *Hipparchus* cum aliis; (pag. 584.) — in *bioblioth. Bodleiana*, *Aristarchus* latine: (pag. 611.) graece, (pag. 617.) — in alia Angliae *bioblioth.* graece, (pag. 636.) arabice, cum aliis codd. collatus. (pag. 637.) — Illis adde in *bioblioth. Veneta* D. Marci, teste catalogo pag. 143. cod. CCCIV. — in *violar. compendio* citantur quaedam, in cod. *Mediceo*, secundum *Bandin.* catal. I. 549. In *Casiri* *bioblioth.* arabico-hispana pag. 345 sq. ex arabica philosophorum *biobliotheca* memorantur *Aristarchi* liber de *arithmetica*, liber de *magnitudine et distantibus solis et lunae*, quem arabice vertit *Abuluapha Mohamad Ben Mohamad calculator*, et commentariis atque mathematicis demonstrationibus illustrauit auxitque, liber denique de *numerorum diuisione*. *Harl.*] — Exstat et MSta huius libri versio arabica duplex.

Qui sub *Aristarchi*, Samii, nomine prodiit veluti e graeco translatus liber, Parisiis 1644. 12. ab *Aegidio Persona Robervallio* editus, iterumque ann. 1647. 4. a Mario Merfeno suorum obseruationum physico mathematicarum tomo tertio insertus, de *Mundi Systemate, partibus et motibus*, (ne cui id fraudi sit,) a *Robervallio* <sup>kkk</sup> confictus est ingenii forte sui exercendi gratia, quo ostenderet, quomodo ex principiis, quae Aristarchi fuisse putat, deduci non incommode possint, saltem cum illis non male cohaereant pleraque ex inuentis nuperis, praeterito seculo detectis: vti postea *Franciscus Iessop* <sup>lll</sup>, armiger, propositiones Hydrostaticas,

C 2

ad

<sup>iii</sup>) Inscriptio est: *Georgio Valla interprete. Nicephori Blemmidae* logica. — *Euclidis* elementorum 14us cum *Hypsiclis* interpretatione. *Nicephorus* et *Proclus* de astrolabio, *Aristarchus*, *Samius*, de magnitudinibus et distant. solis et lunae. *Timaeus* de mundo. *Cleonidis* musica. *Eusebii Phamphil.* de theologic. ambiguitatibus. *Cleomedes* de mundo. *Athenagor.* de resurrectione. *Aristotel.* de mundo, magna ethi-

ca et poetica, — Venet. per Anton de Strata. 1488. — per Simonem Papiensem dictum Beuilaquam, 1498. fol. vid. *Fabric.* bibl. lat. mediae et infimae aetatis, edit. *Mansi*, tom. VI. pag. 281. *Harl.*

<sup>kkk</sup>) Menagius loco laudato, *Bailletus* de auteurs déguisez pag. 529.

<sup>lll</sup>) Vid. *bioblioth. universelle* tom. 12. p. 129.

ad illustrandum Aristarchi systema destinatas, vulgavit Londini 1687. 4. Verum hoc saltem, notante Wallisio, haud satis in Robervalliano Aristarcho cohaeret, quod ex solis circa suum axem motu deducit ille plurima, quem immotum plane, testante Archimede, statuit Aristarchus. Sed et quae de Aeolipilis<sup>mm</sup> habet, aliaque multa, quae legenti passim occurrunt, novitium opus esse satis indicant. Aristarchi *praedictiones mathematicae de planetis* memorantur in *Labbei* biblioth. noua MSS. pag. 116. 119. [C]

De aliis septem vel octo *Aristarchis* dixi infra libro quinto, vbi inter grammaticos celeberrimo Aristarchum, Alexandrinum. Iam suffecerit adnotasse, a pandectarum Brandenburgicarum scriptore male Aristarchum nostrum Samium confundi cum Aristarcho, tragico.

XV. HYPsicLES, Alexandrinus, Isidori, mathematici, quem ipse magnum<sup>nn</sup> vocat, discipulus ac Plutarchi et Basilidis, Tyrii, aequalis fuit. De aetate eius constat ex eo, quod Suidas ait Isidorum sub Diuis Fratribus floruisse (M. Aurelio et L. Vero, qui fuerunt ab ann. Christi 160. ad 169.) Itaque quis non miretur, Vossium<sup>oo</sup> eo ipso loco, quo Suidae sententiam laudat, tamen tradere, *Isidorum* claruisse sub Ptolemaeo Physcone<sup>pp</sup>. Sed doctissimi etiam viri dormitant aliquando, et inhumanus sit, qui eis hoc nomine insultandum, et qui hoc eis propter infinita alia egregie obseruata non libenter condonandum putet. Citatur *Hypsicles* a *Diophanto* in lib. de numeris *πολυγώνοις* propof. VIII. et ab *Achille Tatio* ad Aratum, qui Tatio Isidorianum praecceptorem suum laudat. *Theophylactus* institutione regia II. 19. pag. 78. vbi notat, ad regis exemplum se omnes componere, *si teneri*, ait, *philosophia videbitur imperator et mathematicis deletari, παρὰ τὰς βασιλικὰς θύρας οἱ τῶ Πλάτωνος γέμοντες, καὶ ἐδὲ τοῖς τὰς πύλας τηροῦσιν ὁ Ἀρχιμήδης, ὁ Εὐκλείδης, ὁ Ὑψικλῆς ἀνεπίγνωστοι.* — De *anaphorico* conf. *Salmaf.* de annis climactericis pag. 688. Huius itaque *Hypsiclis anaphorici* siue *περὶ τῆς τῶν ζῳδίων ἀναφορᾶς, de ascensionibus* signorum coelestium in Alexandrino climate, libellus, ex II. msst. bibl. regiae, graece et latine cum *Iacobi Mentelii* versione lucem vidit vna cum opticis Heliodori, Parisiis apud Cramoissium ann. 1657. 4. curante Erasmo Bartholimo. Idem *Hypsicles* auctor creditur *libri XIV. et XV. elementorum Euclidis*, qua de re vide, si placet, quae dixi infra in Euclide. *Fabric.*

[Codices reperiuntur plerumque inter reliquos mathematicorum libros scriptos. vid. Heilbronner. — *Hypsiclis* anaphorica, arabice, in bibl. Leidensi, pag. 454. nr. 162. catalogi. *Casiri* in bibl. arabico-hispana tom. I. pag. 340. ex arabica philosophorum bibliotheca refert, *Hypsiclem* libr. XIV. et XV. Euclidis, illius magistri, Alexandriae vulgasse, regique obtulisse; et pag. 346. ex eadem, „*Hypsicles*, ait, philosophorum suae aetatis nulli secundus, mathematicarum disciplinarum peritus ac magister, post Euclidis obitum claruit. De huiusmodi scientiis egregia scripsit opera, ac vtilis reliquit animaduersiones: ex quibus recensentur

<sup>mm</sup>) Mentio harum apud *Vitruuium* lib. I. cap. 6.

<sup>nn</sup>) *Hypsicles* ad librum XV. Euclidis propofit. 5.

<sup>oo</sup>) *Voss.* de scientiis Mathemat. cap. 54. §. 6.

pag. 328. Sequutus *Iac. Mentelium* in breui monito de *Hypsicle* eadem tradentem.

<sup>pp</sup>) Ἰπὸ τοῖς ἀδελφοῖς apud *Suidam* fortasse significat *fratres Isidori*. Incertum etiam, siue idem *Isidorus*, de quo *Suidas*, et cuius vitam *Damascius* scripsit, clarus sub exitum saeculi a Christo quinti.



sentur liber *anaphoricus*, seu de *ascensionibus*, vel de *ortu et occasu*, et liber de *corporum coelestium magnitudine et distantia*. Praeter ea libros Euclidis nempe XIV. et XV. *exornauit*. Quare non auctor illorum librorum, sed commentator habitus est. *Harl.*]

XVI. THEODOSIVS, sphaericorum scriptor, diuersus fuit a *Theodosio*, Bithyno<sup>999</sup>), qui horologii solaris, ad quodcunque clima apti, inuentor celebratur *Vitruuio* IX. 9. et *Straboni* lib. XII. pag. 566. vbi ipsum et filios eius mathematicos fuisse testatur. Sphaericorum vero scriptor *Theodosius*, Suida teste, scripsit commentarios in Theudae, sceptici, Laodiceni, capitula, quem Theudae e *Laertio* IX. 119. colligitur, circa Traiani tempora et paulo ante vixisse. Male igitur a *Ricciolo* in *Almagesto* vixisse traditur ann. 52. ante C. N. et in philof. transactionibus anglic. nr. 110. pag. 229. atque a *Jac. Andrea Crusio* pag. 5. de nocte et nocturnis officiis ad Pompeii M. tempora refertur. Neque Theodosii meminit neque euoluisse eius scripta videtur Ptolemaeus, licet hunc ex illis profecisse adfirment *Pena* praef. ad sphaericorum libros, et *Vossius* pag. 160. de scientiis mathematicis. At laudant Theodosium eiusque scripta *Theo* ad Ptolemaeum, *Pappus*, Alexandrinus in sua *συναγωγῆ*, *Proclus* in hypotypofsi astronomica pag. 7. et ante hos *Laertius* IX. 70. Exstant huius *Theodosii* *Σφαιρικῶν Sphaericorum libri III.* latine ex antiquiore versione, (quam videtur legisse Ioannes de Sacro Bosco, qui Theodosium laudat,) libri III. Theodosii a *Io. Vögelino*, Hailpronnenfi, restituti et scholiis illustrati, Viennae 1529. 4. [vid. *Denis* Wiens *Buchdruckergeschichte* pag. 284 sqq. qui *Vögelini* refert narrationem, decem ante annis Theodosium editum esse, innumeris paene ac prodigiosis erroribus occupatum, adeo sane, vt a nemine intelligi posset, — se, (Voegelinum,) comparatis duobus vetustis exemplaribus, altero ex Viennensis gymnasii bibliotheca, altero ex museo Collimitii Theodosium pristino restituisse nitori etc. Primam latinam versionem vulgauit *Platon*, Tiburtinus, Venet. 1518. Hinc forsitan *Maittarii* (A. T. II. 2. pag. 720.) error oriri potuit, qui Voegelinum versionem *Venetis*. 1529. proliisse scripsisset. In indice pag. 284. error typographic. *Parif.* eiusd. ann. esse videtur. *Harl.*] — graece editi a *Iohanne Pena*, regis Galliae mathematico, qui ad calcem voluminis versionem suam latinam subiecit: cum Euclidis *Opticis* etc. *Parif.* 1557. [al. 1558.] 4. Ex *Pena* versione postea cum sphaera Autolyce, phaenomenis Euclidis, Menelai, et suis ipsius sphaericis recudi curauit *Franciscus Maurolycus*, Messanae eodem anno 1558. fol. et cum demonstrationibus [¶] ac scholiis suis *Christophorus Clavius*, adiunctis tabulis sinuum et tangentium doctrinaque triangulorum sphaericorum. Romae 1586. 4. et in *Operibus Clauii*, tom. I. Moguntiae 1612. fol. [vid. *Heilbronner*. pag. 672.] — *Claudius Franciscus Milliet*

C 3

de

999) Eundem putant *Ion. Pena* praef. ad sphaerica et *Vossius* cap. 15. pag. 58. Sed merito aliter visum *Menagio* ad *Laert* IX. 70. p. 429. *Fabric.* Eundem cum scriptore sphaericorum esse, suspicatur *Martini* vor den Sonnenuhren der Alten pag. 104. et *Weidler*, qui pag. 146 sqq. de Theodosio, sphaericorum scriptore, eiusque potissimum actate copiosior est, putat, Theodosium Tripolitam, qui de verno tempore poema fecit, diuersum esse a Theodosio, Bithyno, et hunc, vel vnum

ex eius filiis sphaericorum composuisse opus. In sphaericis autem collegit Theodosius decreta astronomorum et geometrarum antiquorum, atque circularum, in sphaera descriptorum, rationes ac proprietates demonstrauit; idem fundamenta iecit trigonometriae sphaericae. adde *Montuclani* I. pag. 281 sq. qui, (vti *Weidlers*.) reiecto Suidae testimonio, Theodosium, sphaeric. scriptorem, eundem esse putat, cuius *Vitruuius* et *Strabo* meminerunt. *Harl.*

de *Chales*, S. I. in tomo I. cursus, seu mundi mathematici, Lugd. 1674. fol. post octo Euclid's libros exhibet etiam Theodosii sphaerica. vid. Heilbronner. pag. 687.] — Les trois livres des Spheriques de Theodose et une Trigonometrie, par I. B. du Hamel, Paris. 1660. 4. — *Ashmoleus*, Apollonius Pergaenus et Sphaerica Theodosii ab Isaaco Barrow demonstrata, Londini 1675. 4. — Graece, ex Penae editione, consulto etiam MS. Sautiliano, edidit, latinam Penae versionem, paucis interdum immutatam, reiecit ad calcem, Ios. Hunt, A. M. Oxonii 1707. 8. conf. noua litteraria Hamburgensia, 1707. pag. 366. — *Hebraica* versio *Cestae Ebn Louca* MS. in bibl. Bodl. — [vid. Wolf. bibl. hebr. tom. III. pag. 964. in bibl. *Leidenf.*, *Cestae* hebr. versio, teste Catal. pag. 454. nr. 513, 2. in bibl. *Bodleiana*, (Heilbronner pag. 615.) *Theodosius*, *Menelaus*, *Thabet Ebn Corra*, et *Ebn Aphla*, de sphaericis, hebraice; item (pag. 616.) *Sphaerica Theodosii Menelaique*, hebraice. In *Cesiri* bibliotheca arabico-hispana l. p. 345. ex arabica philosophorum bibliotheca, (vti ab *Abulpharajo* p. 50.) dicitur praellantissimus *sphaericorum* liber inter Euclidis elementa et *Almagestum* Ptolemaei interiectum occurrere. Idem *Casiri* pag. 187. memorat *Mohamad Ben Hassan* commentarios arabice scriptos in mathematica *Theodosii* et *Menelai* opera.] — Arabice in variis occurrunt bibl. [— vt *Leidenf.*, in catal. pag. 455. nr. 1024 2. ibid. obseruationes ad tractatum de sphaera: ibid. nr. 556. 3. *Theodos. de sphaeris* accurante *Jahja Ben Muh.* Africano: alius codex, ibid. pag. 456. nr. 1031, 1. — e graeco versus ab *Abu Zeid Ben Nofta*, ibid. pag. 459. nr. 1031, 2. in bibl. quadam *Angliae*, *Theodosii* mathematica opera, (Heilbronner pag. 637.) et de sphaera, per *Nassreddin Tusaeum* arabice, (ibid. pag. 638.) *Harl.*] — Latina ex arabico interpretatio <sup>rrr)</sup> lucem vidit interprete *Platone Tibertino*, Venet. 1518. <sup>sss)</sup> Verum in hac versione definitiones et theoremata multiplicata sunt, demonstrationibus vicissim mutilatis, ita, vt aliud prope opus esse videatur. Vitellionem in opticis suis, (qui medio saeculo post Christum decimo tertio scripsit,) Theodosii nostri principiis insituisse, ab eodem Pena obseruatum.

Περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν, de diebus ac noctibus libri II. latine tantum prodierunt ex interpretatione *Iosephi Auriae* cum scholiis antiquis et figuris. Rom. 1587. [ann. 1588. et 1591. in catal. bibl. *Leidenf.* pag. 172. et pag. 195. nr. 41.] 4. Ediderat etiam propositiones gr. et lat. sine demonstrationibus *Conradus Dasypodius*, Argentorat. 1572. 8. Graece exstant in bibl. regis Christianissimi, ne de arabica versione dicam.

Liber περὶ οἰκήσεων, de habitationibus, curante eodem *Iosepho Auria*, vidit lucem latine tantum Rom. 1587. 4. Et ex *Francisci Maurolyci* versione vna cum sphaericis, de quibus iam dixi, *Meissanae* 1558. fol. tum in synopsi mathematica *Marii Merfenni* p. 246. [Theod. opera editurus erat *Io. Regiomontanus*. vid. *Heilbronner* pag. 501.] Graece et arabice etiamnum delitescit in bibliothecis. [Graece in bibl. *Leidenf.* cat. pag. 402. nr. 18.]

[De codd. msstis passim egit *Heilbronner* ex *Montfaucon*. bibl. bibliothecarum etc. In bibl. *Vaticana*, ter sphaerica, bis de diebus et noctibus, (p. 538. 539.) de sphaeris, (p. 542. 545.)

rrr) Facta est saeculo XI. qua cum graeco colata, incredibile discrimen non modo facilitatis, sed etiam breuitatis inueniri, iudicat docetque

*Pena* in praefatione, textui graeco praefixa. vid. *Weidleri* supplementa etc. pag. 2 sq. *Harl.*

sss) Vid. paullo ante de hac editione notata. *Harl.*

545.) — in bibl. S. Marci Dom. *Florent.* de Sphaeris libri III. (pag. 557 et 558.) — in bibl. D. Marci *Venetis*, Sphaerica et catoptrica, (pag. 560. in catalogo autem MSSr. illius bibl. pag. 142. Sphaericorum libri III. et pag. 143. de habitationibus et diebus ac noctibus libri II. graece.) — in bibl. Ambrosiana *Mediolani*, Sphaerica, (p. 564.) — in bibl. *Parif.* Sphaerica, (pag. 571. 574.) Sphaerica cum scholiis, in Colbertina (pag. 577.) in bibl. Abbatiae S. *Remigii*, Rhemensis, Sphaerica, (pag. 582.) *Parif.* in bibl. Balufii, de circulis et sphaera, item de diebus ac noctibus. (pag. 583.) inter MSS. de Mesme, Sphaera, (pag. 584.) in catal. MSS. bibl. *Parif.* regiae Sphaerica in *septem*, de habitationibus in *nonem*, de diebus ac noctibus in *octo* codicibus numerantur. — inter codd. graecos de *Mesme*, (Heilbronner p. 584.) est nr. II. in quo exstat *Ioannes*, diaconus, in Sphaeram Theodosii. — in bibl. *Bodleiana*, libri III. de Sphaeris, (pag. 604. 613.) de habitationibus; item de diebus et noctibus lib. II. (pag. 616.) tum Sphaericorum libri III. gr. porro, additiones ad Theodosii Sphaerica ex Maurolyco, atque gr. de diebus et noctibus libri II. (pag. 617.) — in bibl. *Oxonienfi*, Theodosius Sphericks, with other mathematical Tracts, iterum eiusdem *Sphericks*, by *Rawlinson* (pag. 624.) — adde: in bibl. *Scorial.* teste *Plüero* in itinerario per Hispan. pag. 195. Sphaericorum libri III. de domibus et de diebus ac noctibus, graece. — Librum de habitationibus Manilio suo anglice addidit *Eduardus Sherburne*, Londini 1675. fol. *Harl.*]

Perdita Theodosii scripta haec sunt:

Σκεπτικά κεφάλαια. Laertius IX. 70. Suid. in Θεοδοσίος et Πυρρόνια

Ἐπιόμνημα εἰς τὰ Θεόδοι κεφάλαια. Suid. Θεοδότ.

Ἐπιόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους ἐφέδιον. id.

Διαγραφαὶ οἰκιῶν ἐν βιβλίοις. γ. id.

Ἀστρολογικά. id.

Post haec scripta Theodosii, philosophi, memorat Suidas et alterum huius nominis, quem Tripolitam vocat et carmen heroicum de vere, aliaque varia scripsisse refert. Θεοδοσίος, ἔγραψε δὲ ἐπιὼν εἰς τὸ ἔαρ, καὶ ἕτερα ἀνάφορα. ἦν δὲ Τριπολίτης. *Fabric.* Haec et superiora *Eudocia* pag. 229. tribuit vni *Theodosio*, *Tripolitae*. *Harl.*

XVII. MENELAVS, patria Alexandrinus <sup>ttt</sup>) fuit, teste *Pappo* lib. VI. collectan. mathematic. proposit. 56. et *Proclo* in *Euclidem* pag. 90. Geometra vocatur a *Ptolemaeo* lib. VI. magnae constructionis pag. 170. vbi ait, eum observationes astrologicas instituisse Romae anno primo Traiani, imp. qui respondet anno Christi XCVIII. Eisdem non dubito esse *Menelaum*, mathematicum, quem colloquentem inducit tecum *Plutarchus* lib. de facie in orbe lunae pag. 930. Neque alius esse videtur, de quo *Alulpharajus* pag. 42. *Post Archimedes* celeberrimus fuit *Menelaus*, qui docendis disciplinis mathematicis operam impendit, scripsitque librum de distinctione corporum mixtorum. [In biblioth. philosophorum arabica, apud *Casir.* tom. I. p. 345. „*Menelaus* mathematicus ille est, cuius meminit *Ptolemaeus* in magna *Syntaxi.*

ttt) *Milesius* praeter rem vocatur in sermone conuentus secundi academiae Petropolitanae p. 24. Arabibus *Mileus*. vid. in hoc volumine infra, in

*Bernhardiana* veterum mathematicor. cap. VII. [*Mileus* pro *Menelao*, in cod. biblioth. *Bodleianae*. vid. *Heilbronner* pag. 604.]

Syntaxi. Hic Alexandriae disciplinarum mathematicarum studia diligenter excoluit. Huius opera primum syriace, postremum arabice prodierunt, videlicet, *liber de figuris sphaericis* et *liber de quantitate ac distinctione corporum mixtorum.*“ *Harl.*] — *Ramus* I. schol. mathem. *Hipparchi*, ait, *libros duodecim, Menelai sex de subtensis et chordis, quibus methodum tradit construendi canonis subtensarum ad vsus geometricos, videmus a Ptolemaeo quinque theorematis contractos esse. Astrologiam Aegyptiam, imo latinam Caesaris imperio subditam compendio pari complectitur.* — *Quadripartitum vero observationes Chaldaeorum nominatim adpellat.* — *Menelaum cum suis ipsius et Theodosii sphaericis et phaenomenis Euclidis latine edidit Franciscus Maurolycus, Messanae 1558. fol.* — *Eius III. libros Sphaericorum sive de figuris sphaericis ex Arabico* <sup>uuu</sup>, nescio quo auctore, latine edidit in synopsis mathematica *Marinus Mersennus, Paris. 1644. 4. p. 205 sq. [P]* *Hos Menelai libros, (Mersennii verba agnoscis,) cum ego in antiquis ex membrana codicibus inuenissem, conatus sum eos, quoniam corruptissimum erat exemplar, emendare ac restituere, nec non quam plurimis tum necessariis tum argutis adaugere propositionibus.* [Editionem parauerat Io. Regiomontanus. vid. Heilbronner pag. 502.] *Novam editionem ex MSTis Bodleianis et Sauilianis integritati suae restitutam Oxoniae 1723. praelo subiecit Edmundus Halleyus, (male Gallei in ephemeridibus litterariis Paris. 1714. II. pag. 230. et memoriis Treuolt. 1717. pag. 117.) — Menelaus et Theodosius hebraice, ex arabico versi a R. Mose Aben Tibbon, vid. I. C. Wolfii biblioth. hebraic. p. 133. hebraice MS. Oxoniae inter codd. Huntingtonianos. vid. Wolf. B. hebr. tom. III. pag. 682. pag. 1163. et 680. ubi de commentario Machmed Gabbai ben Aphla [hebraice et graece in cod. Bodleianis. vid. Heilbronner pag. 616 et 617. Kheuegeh Nasseredin Mohamad commentarios in mathematica Theodosii et Menelai opera memorat Casiri bibl. arab. hispana I. pag. 187. Ibidem pag. 386. cod. arab. Menelai ad Timotheum regem liber de statica, ubi de corporum mixtorum quantitate et pondere. — Menelaus de figg. sphaericis, accurante Ahmed Ben Said Hereweusi, arabice, in bibl. Leidensi, Catal. pag. 454. nr. 399, 2. ibid. pag. 455. nr. 1024, 4. de figg. sphaericis ex graeco arabice versus: ib. pag. 456. nr. 930. idem liber arabice versus e graeco, accurante Principe Abu Nasir Mansour, cum figg. Francisci Maurolyci versio lat. in MS. exstat in biblioth. Paris. vid. Catalog. codd. Paris. IV. pag. 331. cod. DCCLI. Harl.] Arabicum codicem, manu exaratum, memorat Labbeus bibl. nou. MSS. p. 251. Meminit huius Menelai etiam Pappus lib. IV. propof. 30. Theo ad Ptolemaeum I. syn. tax. magnae pag. 77. lib. VI. pag. 342. 344. lib. II. pag. 99. lib. IV. pag. 203. Proclus in hypotyposi astron. posit. De Menelao, Aegeo, poeta <sup>vvv</sup>, et Menelao, Anaeo, ex Anea, Cariae ciuitate, peripatetico atque historico, vide, si placet, Vossium in historicis graecis pag. 388.*

## XVIII. Post

uuu) An ex arabico versi sint, dubium esse videtur. *Harl.*

vvv) *Ruhnken.* in disp. de Longino §. X. pag. 27 sq. (praemissa II. editioni Longini Toupianae,) de hoc poeta quaedam adtulit. Longinus apud rhetor. MS. laudat eum. Suidas prodit in *Μελέατος*, (et ex eo Eudocia pag. 302.) eum fuisse *ιστο-*

*ροιστόν*, et scripsisse *Ἐπιπέδα ἐν βιβλίῳ ἰβ'* atque alia: *Stephanus Byzant.* voc. *Τίμιμζ* citat primum librum *Ἐπιπέδος*, in voc. *Τεμύριμ* quartum *Ἐπιπέδων*. Apud eundem Stephanum voc. *Ἐπτεροισ* ille poeta Menelaus memorari videtur *Ruhnkenio*, quamvis *Vossius* de hist. graecis III. pag. 181. Menelaum, philosophum peripateticum, eundemque historiae scriptorem, intelligere malit. *Harl.*

XVIII. Post scriptores in paruo hoc Alexandrinorum astronomo comprehensos, redeundum est ad seriem temporis, quam recensio illius tantisper interrupit, ubi occurrunt primo loco, qui sub Ptolemaeo Philadelpho claruerunt poetae, ARATVS, Phaenomenon scriptor, et MANETHO, quibus singularia capita suo loco infra destinavi, et cum Arato plures eius interpretes, cum Manethone alios graecos scriptores astrologiae apotelesmaticae, quam potui diligenter recensui.

Horum aequalis fuit CONON, Samius <sup>wiw</sup>, cuius obseruationes astronomicas, in Italia factas, memorat Ptolemaeus libro de adparentiis fixarum. Libros VI. de astrologia memorat Ricciolus. Comam Berenices ab eo inter sidera relata celebrant Callimachus apud scholiasten Arati, Catullus, carm. LXV. Hyginus II. 24. poetic. Astronomic. et Theo in Aratum, Epigramma vetus pag. 550.

*E Beroniceo detonsum vertice crinem  
Retulit esuriens graecus in astra Conon.*

Probus in Eclog. III. Virgiliti: Conon Samius, mathematicus, Aegyptius natione, Ptolemaeo libros de astrologia septem reliquit. Porro alterum post Cononem quem dicat Virgilius incertum est. Sed suspicantur Archimedes, quod Cononis discipulus. Quidam Eudoxum Cnidium, qui de Astrologia disputauerat. Quidam Aratum etc. [Eudoxum malit intelligere cel. Heyne ad Virg. Ecl. III. 40.] — Eclipses a Chaldaeis obseruatas collegit, Seneca VII. 3. nat. quaest. — Male Comonus pro Conone legitur in Nonni hist. 2. ad Nazianzeni stel. 2. ex versione Billii.

Non minus nomen sibi comparauit geometrica scientia, quo nomine vehementer laudatur ab Archimede praef. de lineis spiralibus, et praefat. de quadratura parabolae, qui ipsi familiarem fuisse se, et haec ipso iam defuncto scripsisse testatur. Scripta Cononis ad Thrasymedem citat Apollonius Pergaeus lib. IV. Conicar. sect. Laudatur et a Pappo IV. 19. [conf. Heilbronner p. 242 sq. et 275. Montucla I. p. 266.] Alius fuit Conon, qui Archelao Philopatori, Cappadociae regi, (Antonio aduersus Augustum fauenti,) inscripsit διγήσεις siue narrationes fabulosas quinquaginta, quarum argumenta seruaui Photius cod. CLXXXVI. et cum Apollodoro graece ac latine edidit Tho. Galeus Paris. 1675. 8. xxx) Ex iisdem Nic. Damascenum quaedam in suam παραδέξων ἐθῶν συναγωγὴν deriuasse, refert idem Photius cod. CLXXXIX. Neque alius fortasse Conon fuit, quem de Italia scripsisse Seruius testatur ad VII. Aeneidos, et ἐν τρίτῳ περὶ τῆς νησιάδος, et ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ laudat schol. Apollonii I. 1165. quemque Iudaeorum fecisse mentionem scribit Iosephus I. contra Apionem pag. 1051. Omitto Cononem, Atheniensem ducem inclytum, [P] de quo prouerbium πόλεμος Κόνωνι μελήσει, eiusque nepotem, Timothei F. de quo Nepos in Timotheo, tum Cononem, fratrem Zenonis imp. de quo Galeus suspicatur intelligendum Stephanum Byz. in Ψίμαδα.

XIX. De ARCHIMEDE, Syracusano et admiranda eius Sphaera, tum de ERATOSTHENE, Cyrenaco, dixi infra capitibus peculiaribus. Iam celebrandus mihi HIPPAR.

<sup>wiw</sup> Vide Jf. Vossium pag. 258. ad Catullum. Citatur hic Conon a Grotio ad Luc. IX. 55.

xxx) Conf. infra, de Photio, vol. IX. nr. 186. pag. 438 sq. Harl.

PARCHVS, patria Nicaenus, e Bithynia, (teste Strabone ac Suida et Eudocia p. 244.) quique in Bithynia sub latitudine grad. 36. 5. (vt notat *Edm. Halley* in philof. transact. nr. 399. pag. 300.) obseruationes siderum instituit, vt refert *Ptolemaeus* in extremo libri de adparentiis inerrantium. Idem tamen Hipparchus in Rhodo etiam obseruasse nonnulla se scripsit, teste eodem *Ptolemaeo* lib. V. magnae syntax. p. 112. vnde Rhodium Hipparchum a Bithynio male fortassis distinguunt viri quidam docti, vt *Gassendus* tom. V. Opp. pag. 377. et *Ricciolus* in *Almagesto*, docens, aequalem Rhodio fuisse Bithynum, cui libros ad Aescrionem tribuit. Floruit Hipparchus periodi tertiae Callippicae tempore, Olympiade CLIV — CLXIII. (ante Christum CXXVIII — CLXII.) prout ex *Ptolemaei* lib. II. et III. syntax. pulchre obseruatum *Vossio* de scientiis Math. pag. 158 sq. ἀντὶ φιλόπονός τε ὄμῃ καὶ φιλαλήθης eodem *Ptolemaeo* iudice lib. III. pag. 59. quod Hipparchi elogium e *Ptolemaeo* repetit *Theodorus*, *Meliteniota*, prooemio astrologiae,) numquam satis laudatus, vt quo nemo magis adprobauit cognationem cum homine siderum, *Plinio* II. 26. hist. — [Hoc igitur *Plinii* loco et testimonio *Ptolemaei* lib. III. magnae syntaxeos cap. 2. motus cl. *Saxius* in *Onomast.* I. pag. 130. annum, quo prima obseruatio aequinoctii autumnalis facta est, collocat in A. M. 3843. Olymp. CLIV. 3. ante C. N. 160. a. V. C. 592. *Valesius* in *Emendat.* V. 7. p. 126 sq. Hipparchi aetatem confert ad Olymp. CXXX. recte vero in *Aeliani* hist. anim. VII. 8. vbi de Hipparcho sermo est, ἐπὶ Ἰεργῶν τῆ τυράννῃ corrigit pro veteri lectione ἐπὶ Νεργῶν. *Harl.* —] Plurimum certe ipsi debet astronomia, tum quod plurima aequinoctia quam potuit diligenter a se obseruata, tum inprimis catalogum plurimarum fixarum secundum longitudinem et latitudinem plurimasque eclipsium vetustissimarum obseruationes a tempore *Mardocempedi* reliquerit. Ad haec periodum Callippicam <sup>yyy</sup>) correctiorem adhibuit, et cum latitudinem lunae variam, nodorum anticipationem, tum eccentricitatem motumque lunae circa apogaeum seigniorum, ad perigaeum vero citatiorem animaduertit, Hypotheses et tabulas motuum condidit, quibus *utriusque sideris cursus in sexcentos annos praecinnuit, menses gentium, diesque et horas, ac situs locorum et visus populorum* (*Ptolem.* *Geograph.* lib. I. cap. 4.) *complexus, aeuo teste, haud alio modo quam consiliorum naturae particeps.* (*Plin.* II. 12. hist.) Nouam stellam et aliam, aeuo suo genitam, deprehendit: aduertit quoque praeter primi mobilis motum peculiari motu fixas stellas lente cieri versus orientem super polis eclipticae, annumque fidereum a tropico discernit. Pro reliquis etiam planetis tabulas construaturus, si idoneas a Chaldaeis, Babylonis, Aegyptiis Graecisque obtinuisset obseruationes. Sic vt primus fere fuerit, notante *Heuclio*, qui limen ostii tetigerit, et solidiora astronomiae iecerit fundamenta.

[Hipparchi vitam eiusque doctrinam et merita et astronomica plures V. D. exposuerunt atque illustrarunt:

*Io. Andr. Schmid* in *diff. de Hipparcho*, *Theone Alexandrino*, et docta *Hypatia*. *Ienae* 1689. 4.

*Bayle* *diction. voc. Hipparque*, tom. II. pag. 770 sq. *Weidler.* loco in nota citato.

*Heilbronner*

<sup>yyy</sup>) Confer *Scaligerum* II. de *emendat. temporum* pag. 108 sq. *Baylium* in *Lexico*, vbi de *Hipparcho*. [*Weidler* in *historia astronomiae*, cap.

VI. §. 14. (vbi multus est de *Hipparcho*.) pag. 142.]

*Heilbronner* in historia matheſeos. l. c. II. §. 165. p. 283 — 286.

*Montucla* tom. I. pag. 268 — 275. in nota *b.* pag. 272. refutat Weidleri iudicium de Hipparchi ſententia de ſolis diametro.

*La Lande* *Aſtronomie*, tom. I. pag. 150 — 155. adde cl. *Mannert*. *Geographie der Griechen und Römer*, part. I. pag. 95. et *Prideaux* *hiſt. V. T.* tom. II. pag. 333 ſq.

*Formaleoni* in diſſertazione ſopra i fonti degli Errori nell' antica Geografia del Mar nero, adiuncta vol. II. a pag. 163. operis: *Storia filoſofica e politica della navigazione del Commercio e delle Colonie degli Antichi nel mar nero*. Opera di *V. A. Formaleoni*, Venet. vol. I. 1788. vol. II. 1789. Hipparchum arguit non inertiae, ſed fraudis, dum Byzantii rationem umbrae ſolſtitialis ad gnomonem =  $41\frac{1}{2} : 120$ , ex qua altitudo poli, (Polhöhe,) circiter 43 gradus ſequeretur, quum tamen altitudo illa ſit 41 grad. 1 minut., inueniſſe ſibi videbatur; Hipparchum vero eo laudem fuiſſe conſequutum, quod Chaldaeorum catalogum ſtellarum fixarum ſibi vindicaſſet; tum credidiſſe illum, ſe etiam pari ratione uti poſſe tabulis, quas Chaldaei pro minimis altitudinibus ſolis meridianis in variis orbis parallelis ſubduxiffent; vnam illarum iuiſſe per Byzantium; Hipparchum vero mutaſſe minimam altitudinem tabulae meridianae additione duplicis obliquitatis Eclipticae in maximam; at tabulas fuiſſe aliquot mille ante annis ſubductas, quum obliquitas eclipticae fuiſſet  $25^{\circ}$  et  $28''$ , eoque in maiorem rationum errorem incidiffe, et admiſiſſe duorum graduum errorem, qui reperiatur in omnibus veterum geographicorum lemmatibus: ſed Formaleon. niti fabula incognitarum veterum tabularum, iudicat cenſor in ephemer. litterar. Gottingenſ. ann. 1789. plag. 118. pag. 1186 ſqq. Ex arabica philoſophorum biblioth. *Cafiri* in bibl. arabico-hiſpana I. pag. 346. haec notat: „Hipparchus mathematicus abſolutus ac pernobilis, Chaldaeorum diſciplinis inſtitutus, in ſpeculandis aſtris diligens, adſiduusque: inſtrumenta inuenit plurima, quorum ope veras edidit obſervationes aſtronomicas, ſidera ſollertius inueſtigauit, eaſque certis demonſtrauit argumentis. Claruit poſt Menthonem, (ſcr. Metonem,) et Euctemonem aſtronomos CCC. circiter annis. Illius fundamentis innixus Claud. Ptolemaeus ſuas in magna ſyntaxi obſervationes digeſſit. Exſtat inter illius ſcripta liber de *ſiderum ſecretis*, vbi dynaſtiarum, gentium et genealogiarum notitia: qui quidem liber arabice conuerſus eſt, (cuius etiam meminit Abulpharagius pag. 67.) Eum autem, qui legerit, opus nouerit egregium, auctoremque operis magnum ſiderum contemplatorem etc.“ *Harl.*]

Scripta eius haec apud veteres celebrantur.

1) Περὶ τῶν ἀπλανῶν ἀναγκαφαι<sup>222</sup>), quas laudat et ſequitur Ptolemaeus [P] libro VII. ſyntax. Equidem ἐνθεσις ἀστεριſμῶν ſiue liber aſterifmorum, quem ſub Hipparchi nomine graece edidit *Petrus Viſſerius*, Florentiae 1567. fol. legitur fere ad verbum in *Ptolemaei* ſyntaxi VII. p. 172 ſq. atque ideo a Petauio praetermiſſus eſt in *Vranologio*<sup>222a</sup>); ſed ex Hipparchi obſervationibus haud dubie a Ptolemaeo depromptus. Suidas quoque, [et Eudocia] inter Hipparchi ſcripta memorant, περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν ſυντάξεως καὶ τῆς καταſτηριμῆς (ſtatione) et εἰς τῆς ἀρίſτας (Voſſ. ἀſτεριſμῆς). Seruius in I. *Georgic. Hipparchus*  
D 2 ſcripſit

<sup>222</sup>) Hipparchus lib. II. in Aratum pag. 127. memorat τὰς κατὰ μέρος τῶν ἀπλανῶν ἀποδείξεις.

<sup>222a</sup>) Conf. *Villoſon*. *Epistol. Vinaricenf.* pag. 77 ſqq. *Harl.*

scripsit de signis, et commemoravit etiam, unumquodque signum quot claras, quot secundae lucis, quot obscuras stellas habeat. Plin. II. 26. (24.) ausus rem etiam Deo improbam, enumerare posteris stellas, ac sidera ad nomen exprungere. Diodorum Tarsensem περί τῆς Ἰππάρχου σφαιρῆς memorat Suidas.

2) Περί μεγεθῶν καὶ ἀποσημάτων, de magnitudine et distantia solis et lunae. Pappus Alex. VI. 38. Chalcidius pag. 181. Hipparchus in eo opere, quod scribitur de secessibus atque interuallis solis et lunae, docet magnitudinem solis 1880. partibus potiore esse, quam terram, terram vero demum 27. partibus potiore esse, quam lunam. Confer Ieremiam Horoccium, Anglum, in Hipparchi diagrammate contra Lansbergium illustrato, inter eius opuscula, Londini 1673. 4. Nam Io. Kepleri quidem Hipparchus mistus, qui in Heueliana auctione Gedani venditus est, lucem haecenus non vidit. Editionem eius in se recepit Mich. Gottlieb Hanschius, cuius epistola de hoc opere Lipsiae prodiit ann. 1709. qua argumentum eius exponit, vid. Acta eruditor. 1709. pag. 141 sq.

3) De duodecim signorum adscensione. Pappus IV. 59. et videtur respicere Ptolemaeus, Hipparchum laudans libro de adparentis inerrantium et lib. I. Geograph. cap. 4. ubi ait, eum paucarum ciuitatum ἐξάρματα τῆ βορέης πόλης siue eleuationes poli borealis et οἰκήσεις siue habitationes iisdem subiectas parallelis tradidisse, nisi quod potius fecit in opere, quo examinauerat Eratosthenis geographiam, de quo infra nr. 9.

4) Περί τῆς κατὰ πλάτος μηνιαίας τῆς σελήνης κινήσεως. Suid. et Eudocia. Chalcidius in Timaeum Platonis pag. 177. Luna, ut obseruat Hipparchus, decem utrinque momentis diuina (in signifero) reperitur.

5) Περί μηνιαίας χρόνου. Galenus III. περί κρισίμων ἡμερῶν tom. III. Opp. pag. 445. ὅτι δὲ ὁ μηνιαῖος χρόνος ἔτελος τριάκοντα ἐστὶν ἡμερῶν, ἀλλ' ἡμισὺ πρὸς καὶ τέτρω προσδέει μῖσος ἡμέρας, Ἰππάρχῳ μὲν ἀποδέδεικται δι' ἐνὸς ὄλε βιβλίας.

6) Περί ἐνιαυσίης μεγέθους. Ptolemaeus VII. 2. pag. 167. magnae syntax.

7) Περί τῆς μεταπτώσεως τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν σημείων. De mutatione punctorum solstitialium et aequinoctialium liber. Ptolem. III. 2. magnae syntax. p. 60.

8) Τῶν Ἀράτης<sup>bbb</sup> καὶ Εὐδόξου Φαινομένων, ἐξηγήσεων βιβλία γ'. Enarrationum ad Arati et Eudoxi Phaenomena libri III. quos auctor dicauit [P] Aeschryoni<sup>ccc</sup>, etiamnum exstant,

<sup>bbb</sup>) Itaque, quod in scholiis ad Arati diotem. v. 22. legitur ὁ πρὸ Ἀράτης Εὐδόξος τε καὶ Ἰππάρχου, nomen Hipparchi delendum est, quum post Aratum scripserit Hipparchus.

<sup>ccc</sup>) Aeschryonem ἐν τοῖς Ἰφνυερίων laudat Tzetzes VIII. hist. 198. deinde addit, eum genere fuisse Mitylenaeum, qui ἐπη, et ἰάμβους et alia multa scripserit. Meminit et Suidas [atque Eudocia pag. 70. prouocans ad Nicandrum, Alexandrinum, ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν,] Aeschryonis, Mitylenaci, ἐποποιῶν, quem Aristotelis discipulum atque Alexandri M. in itinere comitem fuisse

affirmat. Sed hic antiquior est, quam ut ei Hipparchus librum suum inscribere potuerit: Antiquior quoque fuit, a quo tribus Aeschryonia apud Samios, (Herodot. III. 26.) et Aeschryon, Lysaniae pater, apud Laertium VI. 23. si Lysanias iste intelligatur Cyrenaeus, Eratosthenis praeceptor, ut visum Ionisio pag. 123. Nec minus Aeschryon, Agathochlis dux in Africa ab Hannone caesus Olymp. CXVIII. 3. teste Diodoro Sic. XX. p. 764. quem cum superiore eundem male, ut existimo, idem Ionisius suspicatur. Fuit et Aeschryon, Samius, ἰαμβοποιός, Athenaeo laudatus, auctor forte

ἰφρῖδος,



exstant, [e. g. in cod. CXXV. Vindobon. apud *Lambec.* comment. de bibl. caesar. VII. p. 485 sq.] et graece primum editi sunt a *Petro Victorio* <sup>ddd</sup>) e bibliotheca Cosmi, Medici, Florentinorum ac Senensium ducis <sup>ccc</sup>), Florentiae 1567. fol. tum graece et latine cum *Dionysii Petauii* <sup>fff</sup>) versione, [¶] qui cum cod. bibl. regiae Paris. contulit, Paris. 1630. fol. in *Vranologio*

D 3

gio,

*Ἰφειδός*, cuius librum septimum citat *Tzetzes* ad Lycophronem v. 688. *Aeschrionem* quoque, nescio quem, citat *Plinius* Hist. Nat. atque inter scriptores rei rusticae *Columella* et *Varro*. Alius fuit, et iunior haud dubie, *Aeschrion*, Pergamenus, Empiricus, Galeni praceptor, quem laudat XI. de simplic. tom. II. pag. 148. edit. Basil. et *Oribasius* III. Synopf. at cum superiore eundem esse, itidem male tradit doctissimus *Ionsius* II. 2. 5. pag. 147. Dornii.

<sup>ddd</sup>) *Petrus Victorius* post Hipparchi libros, et, (de qua paullo ante dixi,) *Ἰφειδίου ἀστρονομῶν*, in eodem volumine graece edidit *Achillis Tatii* *Isagogen* in *Arati Phaenomena*, ex eius libro *περὶ τῶ πάντων*, et de genere *Arati* atque vita commentatiunculam nescio, cuius scriptoris, tum aliam quamdam *Isagogen* in *Aratum*, quam itidem ex *Achille Tatio* mutuatam alia exhibebant scholia: denique in eadem *Arati phaenomena* dissertationem, quae incipit: *τὴν μὲν δαΐζην τῶν φαινόμενων*, et *Eratostrheni* vel *Hipparcho* in diuersis codicibus tribuitur, sed *Petauio* iudice eundem *Achillem* auctorem habet. Claudit librum catalogus eorum, qui in *Aratum* scripserunt, sed in hoc multos commemorari, qui astronomica tantum utcumque attigerunt, licet de *Arato* illustrando nunquam cogitauerint, ostendi infra, vbi de illo poeta dicendi fuit locus.

<sup>eee</sup>) *Ἰππάρχου Βιθύνια τῶν Ἀράτων καὶ Εὐδόξου Φαινόμενων ἰζηγήσεων, βιβλίον γ'. Τὰ αὐτὰ Ἀστρονομία. Ἀχιλλεύου Τατίου προλεγόμενα εἰς τὰ Ἀράτα Φαινόμενα. Ἀράτα βίος, καὶ σχόλια παλαιῶν τῶν εἰς τὸ αὐτὰ ποιήμα.* Florentiae, in officina Iuntarum, *Bernardi filiorum*, 1567. fol. conf. *Villoison* epist. Vinar. pag. 73 sq. de exemplo, quod in biblioth. *Vinariensi* adferatur, et cui *Iosephus Scaliger* margini adseripserat emendationes, quas *Villoison* pag. 75 sqq. euulgauit, editione *Petauii* in *Ouranologio* collata. „*Scaliger*, ait *Villoison*, in praefatione monet, a se *Hipparchum* multis in locis emendatum fuisse, non ex coniectura tantum, quae, inquit, vbi opus fuit, ad marginem adscripta est; sed etiam ex antiquo bibliothecae regiae libro, quo praesente, quiduid secus atque in Florentina editione, in sua legitur, con-

formatum esse docet.“ Futuro igitur *Hipparchi* et reliquorum, qui in illa *Victorii* editione continentur, auctorum editori grata erit *Villoisonii* cura atque diligentia. Illud *Scaligeri* exemplar e biblioth. *Heinsii* transferat in bibliothecam *Conr. Sam. Schurzfleischii*, qui quidem rogatus a Graecio notas illas transmittere noluit, quod audacior, minus subtiles et indignas tanti viri honore iudicaret, (vid. eius epistolas arcanas, tom. II. pag. 161.) denique venit in biblioth. *Ducalem* *Vinariensem*. *Harl.*

<sup>fff</sup>) *Dionysius Petauius* vniuersa, quae a *Victorio* edita iam dixi, recensuit in *Vranologio* suo siue appendice ad opus de doctrina temporum, latinaque versione donauit, ac praeterea addidit 1) *Gemini*, de quo mox dicam, *Isagogen* cum versione *Edonis Hilderici*. 2) *Ptolemaeum* de adparentiis et significationibus inerrantium, 3) *Calendarium Romanum duplex*, vnum a *Petauio* collectum ex *Ouidii fastis*, *Columella IX. 2. Plinio XVIII. 26—30.* (conf. *Ricciolum VI. 22. Almagesti*, vbi de ortu et occasu siderum.) Alterum circa A. C. 325. compositum temporibus *Constantini M.* et a *Ioh. Georgio Herwarto ab Hohenburg* pridem editum. 4) *Theodorum Gazam* de mensibus, cum versione *Ioh. Pirelli*. 5) *Computum ecclesiasticum S. Maximi*, monachi et martyris, qui A. 31. imp. *Heraclii* (Christi 641.) scripsit, et quem graece ediderat notisque illustraverat *Scaliger VII.* emendat. temporum p. 736 sq. 6) *Isaaci Argyri*, monachi, circa A. C. 1372. qui *Oenaeotae Andronico* suum dedicauit. editum pridem ex parte latine a *Ios. Scaligero IV.* emendat. temporum pag. 327 sq. edit. secundae et ad calcem canonis *Hippolyti* pag. 25 sq. Lugd. Bat. 1595. 4. tum integrum e cod. msto *Palatino graece* cum versione et notis a *Iacobo Christmanno*, *Heidelbergae* 161. 4. et a *Petauio*, nescio quare, sine epilogo recusum: 7) *Computum alterum*, quem eidem *Isaaco* tribuit *Petauius* in lucem protractum e bibliotheca regis Christianissimi: (aliud *Isaaci Argyri* MS. *Lambec.* comment. VII. pag. 230. [*Is. Argyri* ad *Andronicum*; qui petierat methodos rationales solarium et lunarium circulorum, et eorum, quae nos consequuntur, tres codd. mst.

gio, quod recusum est Amstelodami, (licet titulus Antwerpianam referat,) apud Georgium Gallet, 1703. fol. In hoc opere Hipparchus *Eudoxi*, et, qui Eudoxum in omnibus fere est sequutus, *Arati*, et *Attali*, Rhodii, grammatici, qui in Aratum commentaria ediderat, errores castigat, quos in doctrina ἀπλανῶν admiserunt circa culminationes, coortus ac co-occafus astrorum. Hipparchus vicissim a Petauio reprehenditur. vid. pag. 105. Contra Attalum defenditur Aratus ab Hipparcho, pag. 108. 110. 125. At praeter Attalum, Aratum et Eudoxi *Φαινόμενα* et *ἑσπτερον* citantur ab Hipparcho *Philippus* pag. 101. *Pythear*, Massiliensis, pag. 101. *Fabric.* Multa tamen Hipparchus ex Eudoxi opp. deperditis depromsisse quoque dicitur. *Harl.*

9) Πρὸς τὸν Ἐρατοσθένη καὶ τὰ ἐν τῇ Γεωγραφίᾳ αὐτῆ λεχθέντα. *Aduersus Eratosthenis geographiam.* Meminit *Strabo* et laudat lib. I. pag. 7. At lib. II. p. 79. atque aliis locis reprehendit tanquam iniquiorem ac seuerum nimis Eratosthenis aduersarium. *Plin.* II. 108. hist. *Hipparchus et in coarguendo Eratosthene et in reliqua omni diligentia mirus* etc. In plures libros distinctum fuit hoc opus: nam liber secundus ab eodem *Strabone* citatur lib. II. pag. 69.

10) Βιβλίον Hipparchi περὶ τῶν διὰ βᾶξεσ κάτω φερομένων citatur a *Simplicio* I. de coelo pag. 61. b.

Scriptisse etiam arithmeticam, colligas e *Plutarcho* de Stoicorum repugnantibus pag. 1047. *Fabric.* — *Weidler.* pag. 144. addo, inquit, his, quod *Achilles Tati*us ad Aratum cap. 19. p. 139. commemoret, Hipparchum de *eclipsibus solis* secundum septem climata scripsisse.

*Codd.* graecos Hipparchi mssos paucis memorauit *Heilbronner*: in bibl. medica *Florentiae*, enarrationum in Arati et Eudoxi phaenomena libri III. item Expositio asterismi secundum septentrionale hemisphaerium, et expositio asterismi secundum meridionale hemisphaer. (excerpta ex *Claudii Ptolemaei* magnae constructionis libro VII. et VIII. quae *P. Victorius* perperam Hipparcho tribuit, adde *Lambecii* comm. de bibl. caesarea *Vindobon.* tom. VII. pag. 486. et 487.) et excerpta ex *Achille* ad introductionem in Arati phaenomena et e tertio sermone *Hipparchi* in Arati et Eudoxi phaenomena. (pag. 552. plura de his vide in *Bandinii* catal. MSS. graec. tom. II. pag. 64. et 67.) — in biblioth. *Parif.* in Arati phaenomena, (pag. 574) — inter mss. gr. de *Mesme*, *Aristarchus* et *Hipparchus*, (pag. 584. secundum catalogum *MSS.* bibl. *Parif.* regiae, *Hipparchi* commentarii in Arati et Eudoxi phaenom. sunt in *codd.* MMCCCLXXIX. MMCCCLXXXI. MMCCCLXXXVI. et de duodecim zodiaci signis

in bibl. medic. vid. *Heilbronner* pag. 550. 551. 552.] 8) *S. Andreae*, Hierosolymitani, episcopi Cretensis, Methodum inuestigandi Cycli solaris et lunaris, Paschatisque: cum versione *Petauii*. 9) Anonymi fragmentum de Paschate, graece, in quo *Petri Alexandrini* (circa A. C. 300.) fragmentum de Paschate, quod *Hebraei usque ad euerfionem Hierosolymiae constanter die decimo quarto mensis primi Pascha celebrauerint*, et aliud *Hippolyti*, *Portuensis*, (circa A. C. 220.) itemque *Apolinaris*, episcopi *Hierapolitani* (circa A. C. 170.)

quod *Christus, antequam pateretur, non comederit Pascha typicum*, quae postea *du Fresnius* cum *Chronico Paschali* edidit, pluraque huius argumenti adiunxit *Parif.* 1688. fol. Adiunxit et *Petauius* notas ad *Geminum* et *Hipparchum*, itemque octo libros dissertationum, quorum octauo, *Maximi* praecipue atque *Isaaci Argyri* computi illustrantur. Inserit quoque pag. 421. edit. *Parif.* (*Amst.* pag. 210.) Actii parapegma sive caput 163. ex libro III. tetrabibli 1. quod est περί ἰσημεσιῶν ἀστρον.

signis in cod. MMCCCCXXVI.) — in bibl. *B. dieiana*, *Hipp.* in Arati et Eudoxi phaenomena, (pag. 612. et 618. vbi quoque Asterismorum cod.) *Hipparch.* de cursu siderum. (pag. 614.) — His addantur codd. *Hipparchi* de duodecim signis zodiaci in bibl. *Veneta* D. Marci, teste Catalogo p. 143. — in bibl. *Leidensi*, excerpta astrologica ex *Hipparcho* et aliis, quae ex iis latine collegit, suaque manu scripsit Ios. Scaliger. vid. Catal. illius bibl. pag. 335. nr. 42. — in scholio graeco a *Montfaucon.* in bibl. *Cqistlin.* pag. 611. publicato citatur Hipparchi sententia. — in bibl. regia *Taurinensi* (catal. pag. 170.) cod. LXXIII. *Hipp.* enarrationum ad Arati et Eudoxi phaenomena libri III. — in bibl. *Monac. Bavar.* in Arati et Eudoxi phaenomena, cum *Isaaco Argyro* de solaribus et lunaribus orbibus, aliisque. (catal. pag. 67. cod. CLXXIII.) *Hart.*

Praeter nostrum qui laudatur et a *Vitruvio* IX. 7. *M. Antonino* VI. 47. etc. fuere et alii Hipparchi, vt 1) *Hipparchus*, Pythagoricus, de quo dixi lib. II. cap. 13. 2) *Hipparchus*, Syrus, Gadatae pater, qui sub Cyro maiore vixit. *Apostol.* prouerb. XX. 18. 3) *Hipparchus*, Pisistrati F. Athenis ab Harmodio et Aristogitone interfectus Olymp. LXVI. 4) *Hipparchus*, Colargensis, Charmi F. Pisistrati cognatus, qui primus Ostracisimum teste *Plutarcho* in Nicia pag. 331. et *Suida* subiit. Confer Meursii librum de Pisistrato p. 56. 5) *Hipparchus*, quem colloquentem in dialogo cognomine inducit Plato. 6) *Hipparchus*, veteris comediae poeta, de quo dixi lib. II. cap. 22. *Suidas* male eum ait scripsisse *περὶ γάμων*: nam de nuptiis deorum scripserat alter Hipparchus, *Stagirita*, de quo statim dicam. 7) *Hipparchus*, histrio, cuius meminit *Demosthenes*. 8) *Hipparchus*, Eretriae tyrannus. *Suid.* 9) *Hipparchus*, *Stagirita*, *Aristotelis γνάριμος* et cognatus, quem *Suidas* et *Eudocia* aiunt, scripsisse *τὴ ἀρξὴν καὶ θῆλυ παρὰ θεῶν, καὶ τὴν ὁ γάμος*; [P] idem forte de quo in testamento *Theophrasti* mentio apud *Laert.* V. 51. et 55. 10) *Hipparchus*, dux Atheniensium tempore *Demetrii* (*Phalerei*) *Polyaen.* V. 17. 1. 11) *Hipparchus*, de quo apud *Suetonium* in *Vespasiano* cap. 13. *quid ad Caesarem, si Hipparchus HS. millies habet?* 12) *Hipparchus*, qui contra *Chrysippum* scripsit teste *Plutarcho* VIII. 9. *sympos.* 13) *Hipparchus* auctor *Ἰλαΐδες Αἰγυπτιακῆς* carmine heroico, cuius meminit *Athenaeus* lib. III. pag. 101. et IX. 303. 14) *Hipparchus*, *Theophili* filius, libertus *Antonii*, *Plutarch.* in vita *Antonii* pag. 947. 950. *Plin.* H. N. XXXV. 18. — 15) *Hipparchus*, *Thessalus Hypatensis* auarus, apud *Lucianum* in *asino* pag. 77 sq. Apud *Nemefium* vero pag. 55. pro *Hipparcho*, *Metapontino*, *Hippasi* nomen reponendum. Vicissim apud *Iamblichem* de disciplina Pythagorica libro III. in versione *Scutellii* pag. 64. pro *Hippaso* legendum *Hipparchus*, e *Clementis* V. *Strom.* pag. 575.

XX. Post Hipparchum GEMINVS, (*Γεμῖνος* Proelo.) commemorandus, qui in insula *Rhodo* scripsisse se testatur (cap. 1. etc.) annis CXX. post *Isidis* festum, hiberno solstitio celebratum, (cap. 6.) quod accidisse *Petauo* <sup>8888</sup> videtur Olymp. CXLV. 4. vnde concludit, *Geminum* scripsisse Olymp. CLXXV. 4. ante Christum LXXVII. *Guilermo* autem *Bonjour*, *Tolosano*, eorundem *Isiacorum* factorum tempus aliter computanti, antiquior videtur, et referendus ad Olymp. CLX. 4. ante Christum CXXXVII. in dissertatione de nomine *Iosephi* a *Pharaone* imposito. Rom. 1696. <sup>hhhh</sup>) *Hipparcho* etiam maiorem siue antiquiorem esse non dubitat

gggg) In *Vranologio* et II. 6. de doctrina temporum. hhhh) Vid. *Acta eruditor.* 1697. p. 9 sq.

bitat *Edm. Halleius* praef. ad Apollonium, Pergaeum. Verum aliud plane constare videtur e *Simplicio* in II. *Physic.* pag. 64. b. qui locum profert ex *Gemini* epitome <sup>iiii</sup>) τῶν Ποσειδωνίε μετεωρολογικῶν. Iam *Posidonium* hunc *Cicero Rhodi* audiuit; antiquior igitur *Hipparcho* esse non potuit, nedum aetate cum antecesserit *Geminus*, qui *Posidonii* librum in compendium misit. Citatur *Geminus* etiam ab *Alexandro Aphrodiseo* ad III. *meteorolog.* pag. 118. οἱ δὲ περὶ Γέμινον καὶ Αἴλιον. *Fabric.* [Montucla tom. I. pag. 276. eadem versione *Simplicii*, a *Fabricio* in nota culpata, deceptus fuisse videtur. Quando autem pronuntiat, *Hipparchum* a *Gemino* nusquam excitari, ideoque *Geminum Hipparcho* antiquiorem videri, plane falsus est, quandoquidem *Geminus* ter vno capite 2. p. 8. *Vranolog. Petauiani*, *Hipparchi* meminit; vti monuit *Saxius* in *Onomastico* I. pag. 147. vbi de aetate *Gemini* differens, „*Geminus* ait, *Rhodi*us, astrologus, aequalis, vt videtur, *Posidonii*, ortu *Apameensis*, Syri, habitatione *Rhodi*i, sed iam senis, vt reor: (cuius *Posidonii* imago petatur a *Gronouio*, thes. antiq. graecar. vol. III. tab. ff.) Si enim *Geminus* τὰ μετεωρολογικὰ *Posidonii* in epitomen redegit secundum *Simplicium*, in *Υπομήματι* ad *Aristotelis Physica*, (vid. indicem scriptorum a *Simplicio* laudatorum apud *Fabr.* lib. V. B. Gr. cap. 29. pag. 628. vol. VIII.) *Posidonius* autem, tamquam discipulus et successor *Panaetii* ab a. inde V. C. 650. circiter, quo censetur *Panaetius* obiisse, sec. *Io. Ionsii* de scriptor. hist. philof. lib. II. cap. XIII. pag. 219. calculum, philosophiam *Rhodi* docuit, sequitur, vt circa A. M. 3937. Olymp. CLXXVIII. 3. ante C. N. 66. V. C. 686. *Posidonius* iam prouectioris aetatis fuerit, quum a *Pompeio* et *Cicerone* audiretur; neque opus sit, *Geminum* ab aetate *Posidonii*, adeoque *Pompeii* et *Ciceronis* diuellere, aut duo *Geminos* comminisci. *Geminus* enim, iuuenis, librum *Posidonii*, senis, in compendium mittere poterat.“ Hactenus cl. *Saxius*. add: *Weidlerum* p. 144 sqq. et *Heilbronner* p. 286 sq. qui de *Gemini* aetate, scriptis, meritisque et decretis mathematicis agunt. *Harl.*] Exstat *Gemini* libellus insignis εἰσαγωγή εἰς τὰ φαινόμενα <sup>kkkk</sup>) siue *elementa Astronomiae*, quae primum graece cum versione s. a. edidit atque electori *Saxoniae Christiano* dicauit *Edo Hildericus*. *Altdorf.* 1590. 8. <sup>llll</sup>) et sub nouo titulo, *Lugd. Bat.* 1603. 8. et cum eadem versione et *Petauii* notis *Vranologio Petauiano*, *Parisi.* 1630. et *Amstelod.* 1703. fol. Vfus est *Petauius* *MSto* codice eximio, licet recenti, et variis praeterea lectionibus, quas ex *Oxonienfi* codice adnotauerat *Henricus Briggus*, *Logarithmicae Nepperianae* illustratione celebrer. Laudat *Geminus*

*Aratum* cap. 4. 5. 6. II. 14.

*Aristotelem* cap. 14.

*Boethum*, philosophum, ἐν τετάρτῳ βιβλίῳ τῆς Ἀράτου ἐξηγήσεως cap. 14.

*Chaldaeos*

iiii) Perperam *Ionsius* pag. 200. *Posidonius* e *Gemino* quaedam apud *Simplicium*, ait. Decepit *Ionsium* latinus *Simplicii* interpres, qui verba: ἔτι μὲν ἔν καὶ ὁ Γέμινος, ἦτοι ὁ παρὰ τῷ Γεμίνῳ Ποσειδωνίος ita vertit: Haec igitur *Geminus* siue *Posidonius*, qui haec a *Gemino* accipiens etc. verum vertenda erant sic: Haec *Geminus*, siue apud *Geminum Posidonius*.

kkkk) Hinc inter *Arati* interpretes refertur *Geminus* in catalogo graeco eorum, qui in *Aratum* scripserunt, de quo vide infra in *Arato*.

llll) Conf. *Lambecii* comment. de bibl. *Caesar.* VII. pag. 13 sq. edit. *Kollarii*, praecipue notam, de hac editione. *Weidler* pag. 379. *Harl.*

*Chaldaeos* cap. 1.

*Cleanthem*, stoicum. cap. 13. [P]

*Cratetem*, grammaticum, Homeri interpretem, cap. 5. 13.

*Dicaearchum* (libro de montibus) cap. 14.

*Eratosthenis* ὑπόμνημα περὶ ὀκταετηρίδος cap. 6.

*Eudoxum* cap. 6. 14.

*Hesiodum* cap. 14.

*Homerum* cap. 5. 13. 14.

*Polybii* librum περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκίσεως cap. 13.

*Pytheam*, Massiliensem, ἐν τοῖς περὶ τῶν ὠκεανῶν cap. 5.

*Pythagoricos*, quos ait πρώτους προσεληλυθέναι ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν cap. 1.

Capite postremo decimo sexto exhibet Geminus tempora signorum, in quibus unumquodque sol peragrat, et singulorum ἐπισημασίαις, ex observationibus tum propriis, tum *Callippi*, *Democriti*, *Dosithei*, *Aegyptii*, *Euflemonis*, *Eudoxi* ac *Metonis*.

Isagogicum Astrologiae, *Ptolemaei* nomine editum, et ex Arabico ab Abrahamo de Balmes conuersum, *Vfferius* cap. VI. de Macedonum et Asianorum anno solari, non aliud esse notat, ac Gemini Isagogen in Phaenomena, cuius, inquit, editionem ex codice, quem *Viennae* a *Ioh. Sambuco Sauius* noster nactus est, expressam non solum cum Arabico isto Isagogico, sed etiam cum alio MS to graeco et *Vaticani* exemplaris διττογράφου, ab eodem praestantissimo viro acceptis, diligenter contulimus, quod ideo monendum duximus, ne quis erratum putaret, si quid a libro edito varians in nostra Ephemeride deprehenderet. Exstat et Gemini liber MS. Oxoniae inter codices Baroccianos Sauiianosque ac Vindobonae in bibliotheca Caesarea teste Lambecio VII. pag. 6. [p. 13 sqq. edit. Kollarii. Codd. alios refert *Heibronner*; in biblioth. Ambrosiana *Mediolanensi*, Gemini phaenomena, bis, (pag. 562) in bibl. *Parisi*na. Gemini, Anthemii, Pappi opera. (p. 571.) — in bibl. *Bodleiana*, Geminus de adparentiis, (pag. 617.) et collatus cum cod. msto. (p. 620.) — add. in bibl. regia *Matritensi*, teste *Iriarto*, cat. MSS. gr. pag. 295. cod. LXXX. Gemini isagoge in phaenomena. — in bibl. eadem occurrit Gemini, nescio cuius, ἀμαθής ἢ παρ' ἑαυτῶ γραμματικὸς, indoctus siue intra se grammaticus, quem libellum vetustum *Iriarte* pag. 388 sqq. primus euulgauit. — in bibl. *Veneta* D. Marci, teste catal. pag. 149. — in bibl. Medicea, *Florent.* excerptum ex Gemini scriptis de exeligno, seu evolutione, quod *Bandin.* in catal. codd. gr. tom. II. pag. 18. nr. 6. suspicatur desumptum esse ex Gemini elementis astronomiae. — in bibl. regia *Taurinensi* cod. LXXIV. in catalogo pag. 170. *Harl.*] — Gemini librum sextum praeeptionum mathematicarum laudat *Eutocius* in limine commentarii ad Apollonii conica: Gemini, mathematici, librum de mathematicarum disciplinarum ordine *Pappus* libr. VIII. pag. 448. In Procli libro de sphaera, pleraque e Gemino petita sunt. Decies amplius Geminum laudat Proclus ad Euclidem, geometricum aliquod, ut videtur, illius scriptum respiciens. *Iosephum* autem *Blancanum* fugit ratio, qui p. 52. chronologiae mathematicorum, praeceptorem Procli, Lycii, Geminum hunc fuisse scribit. Viderint et alii de catalogo Barocciano, in quo geometrica

Gemini scripta memorari ait *Vossius* pag. 57. de scientiis mathematicis. Nam in catalogis MStorum Angliae et Hiberniae, qui Oxon. 1697. fol. lucem viderunt, nullam eorum mentionem reperio. Dicitur autem, vt idem *Vossius* pag. 329. e *Blancaño* ait, opus condidisse, (quod aiunt exstare in bibl. Vaticana, *Journal. liter.* tom. 18. pag. 27.) de ortu (compositione) linearum spiralium, conchoidarum, cissoidarum, et earum affectionibus, et de ordine mathematicarum (disciplinarum.) Fuit et alius *Geminus*, Tyrius, cuius Onirocriticon libros tres memorat *Artemidorus* II. 49. *Fabric.* — Alius *Geminus*, physicus, apud *Iriartum* in catalogo codd. MSS. graec. biblioth. regiae Matritensis: Γεμίνε δῖμαχ πρὸς τὸν Καίσαρα ἢ ὑπὲρ πρᾶσινων, *Gemini*, vt puto, ad *Caesarem*, nempe de prasinis, i. e. viridi colore praeditis. cuius opusculi nullam mentionem in MSSorum bibliothecis, catalogis et indicibus reperit *Iriarte*, et quod hic pag. 429 — 431. vt ineditum et maxime rarum, primus publicavit. Incipit: Χρωμάτων περὶ καὶ φύσεως αὐτῶν καὶ γενέσεως πολλοὶ πολλάνκις, σεφάτα τε Καίσαρ, ἐπραγματεύσαντο etc. *Hart.*

XXI Astronomiam scriptis quoque illustrarunt POSIDONIVS, [P] de quo [supra in vol. III. pag. 572 sqq.] in Stoicis dixi <sup>mmmm</sup>), et ARETAS, Dyrrhachinus, laudatus *Censorino* cap. XVIII. et XXI. tum CHARIMANDER, e cuius libro de Cometis nonnihil profert *Seneca* VII. 5. nat. quaest. DIO item Neapolites, cuius mentio apud *Augustinum* XX. 8. de ciu. dei, atque vt videtur, apud *Censorinum* cap. XVIII. qui cap. XIX. meminit et APHRODISII cuiusdam, siue, vt alii codices, APLYRODII, vel, quod *Modius* praefert, [Lindenbrog. autem in nota pag. 101. edit. Hauerkamp. haud probat,] ALPHRODII. His addes SOSIGENEM <sup>mmmm</sup>), Aegyptium, secta Peripateticum, qui in libros Aristotelis de coelo commentatus est, teste *Simplicio* in lib. II. comment. 46. et a *Iulio Caesare* <sup>oooo</sup>) adhibitus ad anni emendationem, de quo *Plinius* XVIII. 25. et *Sosigenes ipse* *trinis* *conuentionibus*, quamquam diligentior esset ceteris, non cessauit tamen, addubitare ipse *semet corrigendo*. Ex eodem aliquid de Mercurii periodo adfert *Plinius* II. 8. H. N. *Sosigenem*, Alexandri (Aegaei) διδάσκαλον ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ἄψεως laudat *Themistius* in lib. II. de anima pag. 79. *Proclo* in hypotyposi astronom. positionum pag. 45. laudatur *Σωσιγένης ὁ Περίπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνελιττεσῶν* de *revolutionibus*. ANDROMACHVM, Cretentem, quem theoricas Planetarum primum in vulgus edidisse aiunt, Neronis, imp. archiatrum, de quo infra lib. VI. in Medicis. HERACLIDEM astrologumenon scriptorem memorat *Diog. Laert.* V. vlt. AGRIPPAM denique, qui obseruationes astronomicas instituit anno duodecimo Domitiani, imp. (Christi XCII.) teste *Ptolemaeo* VII. 3. *magnae* *Syntax.*

<sup>mmmm</sup>) Adde *Weidler* pag. 148 sqq. *Heilbronner* pag. 279 sqq. *Burigny* de vita et scriptis *Posidonii*, in *Memoir. de l'Acad. des Inscr.* tom. 29. pag. 177 sqq. *La Lande* I. pag. 153 sq. *Hart.*

<sup>mmmm</sup>) Alius *Sosigenes*, archon Athenis Olymp. CIX. 3. et *Sosigenes*, praefectus phoeniciae classis sub *Eumene*. *Polyaen.* IV. 6. 9. *Sosigenes*, *Demetrii Poliorcetae* amicus. *Plutarch.* *Demetrio* pag. 913.

<sup>oooo</sup>) De illa anni emendatione *Dio Cass.* lib.

43. \*) *Solinus* cap. 3. *Censorinus* cap. 9. *Plutarch.* *Caesare*, et *Macrobius* I. Saturn. cap. 14. qui *Flavianum* scribam adnotasse dies singulos Caesarique retulisse commemorat. *Fabric.* conf. *I. Theoph. Segeri* disp. annus romanus, Lipsiae 1759. 4. pag. 43 sqq. et in *Segeri* opusculis, a *Kluebero* editis. *Hart.*

\*) Cap. 26. [pag. 359. edit. Reimari, vbi vid. notam pag. 360. et in nota 136. de *Sosigene* copiose agitur. *Hart.*]

Syntax. pag. 170. Mentio huius Agrippae etiam in Procli hypotyposi, perinde ut Menelai ac Timocharidis, de quibus supra.

Verum missis hisce, quorum scripta perierunt, pergimus ad THEONEM, Smyrnaeum, cuius nomen perstrinxit leuiter Suidas, [ex eoque Eudocia pag. 229.] Θεών, Σμυρναῖος, Φιλόσοφος. *Adfirmare vero ausim, inquit, Ismael Bullialdus, vir doctissimus, eum esse, quem lib. I. in Timaeum vocat Proclus Theonem, Platonicum, et quique de Solonis et Platonis genealogia quaedam scripserat. Ipsiusque Claudio Ptolemaeo<sup>pppp</sup> antiquiorem esse putarem. Verisimile est enim, si posterior Ptolemaeo floruisse, non omisurum fuisse illius viri summi in mathematicis auctoritatem, idque praesertim, quando in musicis Aristoxenum reprehendit, eosdemque in eo errores circa toni diuisionem ac Ptolemaeus detegit. Thrasyllus vero, quem citat, posteriorem esse, nemo sanae mentis dubitauerit. Medium itaque floruisse Theonem concludere possumus, videlicet inter Tiberii Caesaris aetatem, cui inter familiares adfuit Thrasyllus, et tempora Antonini Pii, quo imperante claruit Ptolemaeus, inter annus videlicet Aerae Christianae XX. et CXL. Et citra erroris suspicionem adfirmare licet, eum esse, cuius observationes caelestes stellarum [P] Mercurii et Veneris exstant apud Claudium Ptolemaeum, qui illum Theonem mathematicum vocat lib. IX. Mathematicae Syntaxeos cap. 9. et lib. X. cap. 1. Quem etiam Theon, Alexandrinus, Ptolemai commentator, appellat Θεώνος παλαιόν. Valde etiam mihi probabile videtur, Theonem illum, quem Plutarchus libello de facie in orbe lunae induxit, de maculis illis multa docte differentem, (fortasse et Theonem, cuius meminit libello de Ei apud Delphos pag. 386.) esse Smyrnaeum nostrum, quippe in mathematicis eximie eruditum fuisse constat, et in tempora, supra nobis memorata, incidit, Plutarcho coaetaneus, imperantibus Traiano, et eius successore Hadriano, Augustis. Scripsit de quatuor mathematicis disciplinis compendium in Platonis libros<sup>qqqq</sup>, ut titulum libri profert Bessarion lib. I. contra calumniatorem Platonis cap. VIII. et Theo ipse pag. 183. ἡμῖν δὲ ἐξ ἄρα καὶ κατὰ τὸν πυθαγορικὸν λόγον συνόψεως ἕνεκα τῶν μαθηματικῶν τυπωδῶς αὐτὰ ἠθροικῆναι καὶ ἐπιτομικῶς. siue, ut in MS'tis codicibus inscribitur: περὶ τῶν κατὰ μαθηματικὴν χρῆσιν αὐτῶν εἰς τὴν τῷ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν, de iis, quae in mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt. Nam ut pag. 177. recte ait, ἀναγκασιότατη εἰς τὰ Πλατωνικὰ ἢ τῶν θεωρίαι. Adde pag. 184. et pag. 188. In his singulatim egit de geometria, arithmetica, musica, et astronomia, ac denique subiunxit tractatum de harmonia mundi, ut ipse testatur pag. 73. μετὰ δὲ τὸν περὶ πάντων τῶν μαθηματικῶν λόγον τελευταῖον ἐπάξομεν καὶ τὸν περὶ τῆς ἐν κόσμῳ ἀρμονίας λόγον. Confer pag. 150 sq. Atque ea quidem, quae de arithmetica et*

E 2

musica

pppp) Fallitur certe Iosephus Blancanus, qui ad saeculum a Christo nato XI. vel XII. reiciendum putat, in Chronologia mathematicorum pag. 57. Apud Theophylactum quidem epist. 57 et 59. laudatur Smyrnaeus quidam philosophus, ad quem est eiusdem Theophylacti epistola quadragesima: τῷ ὑπάτῳ τῶν φιλοσόφων Σμυρναίῳ: ita enim legendum pro Ἀμυρναίῳ, ut iam erudito editori in nota obseruatum. Ibidem Theophylacto dicitur τῶν ἐν φιλοσοφίαις χριστιανῶν καὶ τῶν ἐν χριστιανοῖς φιλοσόφων ὑπάτος. Fabric. — Bullialdi rationes sequu-

tus Saxius in Onomast. I. pag. 293. aetatem huius Theonis Smyrnaei, (non confundendi cum alio Theone, mathematico Alexandrino, saeculi post Ch. N. quarti, ad ann. 390. de quo Suidas et Eudocia quoque l. c. quaedam prodiderunt) adligat saec. II. a. Chr. circ. 116. adde Heilbronner pag. 333 sq. Brucker. hist. crit. philos. tom. II. p. 164 sq. Montucla I. pag. 286. Harl.

qqqq) Hinc Proclo I. ad Platonis Timaeum pag. 24. dicitur Θεών ὁ Πλατωνικός.

*musica* <sup>rrrr</sup>) Theo scriptit, laudatus *Bullialdus* graece edidit e codice MS. Thuano, (collatis quatuor codicibus bibliothecae regiae,) versioneque latina atque eruditis notis illustravit, Paris. 1644. 4. <sup>ssss</sup>)

*Codices* quosdam enumerat *Heilbronner*; in bibl. medica *Florent.* mathematica vitilia ad lectionem Platonis, (pag. 550. iterum pag. 555. conf. *Bandini* catal. MSS. graec. in quo tres Theonis codd. recentur, tom. II. pag. 21. et 486. ac tom. III. pag. 258.) — *Bononiae* in bibl. Canonici. regularium, *Theonis* mathematica, (p. 559.) — *Venetius* in bibl. D. Marci: astronomicae tabulae *Theonis* et alia astronomica, (pag. 560.) Plures codd. in illa bibliotheca exstantes et curatius designantur in catalogo MSS. gr. illius bibl. Theonis, Smyrnaei, de iis, quae in mathematicis vitilia sunt, pag. 143. 144. commentaria *Theonis*, Pappi et Cabafile, item prolegomena Theonis ad Ptolemaeum pag. 145. sed haec, et alia, quae *Heilbronner* sub nomine Theonis, Smyrnaei, repetit, ad alium Theonem referenda sunt. *Theonis*, Platonici, compendium vniuersae musicae, pag. 276.) — in bibl. *Scorialensi*, de astronomia, mathematica et musica, (pag. 569. apud *Plüerum* in itineralio per Hispan. pag. 192. ita citantur tres Theonis, Smyrnaei, codd. de locis mathematicis, qui ad lectionem librorum Platonis conducunt. De musica et in Platonis arithmetica. Iterum de musica.) — In bibl. *Parisiensi*, de rebus mathematicis, (pag. 571. in catal. MSS. bibl. regiae Paris. codd. de iis, quae in mathematicis ad Platonis lectionem vitilia sunt, *decem*, et *vnus*, summam toties musices continens, enumerantur.) — in bibl. *Bodleiana* eorum, quae in mathematicis ad Platonis lectionem vitilia sunt, expositio, (pag. 597. iterum pag. 617.) in bibl. *Cantabrigiensi*, (pag. 632.) in alia Angliae bibl. *Theonis*, *Smyrnaei*, arithmetica, et canones astronomici atque chronologici, (634.) Accedunt: in bibl. *Leidensi* *Theonis*, Smyrnaei, mathematica vitilia etc. in catal. pag. 341. nr. 50. atque pag. 397. nr. 44. inter codd. Vossianos initium codicis ita indicatur: *Canones astronomici et chronologici, qui dicuntur esse Theonis, Smyrnaei: in libro enim non exstat nomen.* et pag. 398. inest codici nr. 54. Ἡ ὑπόθεσις ἀρίθμη τῆς Βιβλῆ τῶν συνάξεων, quibus adscriptum est *Theonis*, *Smyrnaei*, *fragmentum*. — in bibl. regia *Taurinensi*, de iis, quae in mathem. vitilia occurrunt, ea tamen duntaxat, quae ad arithmetica et musica spectant, teste catalogo, pag. 184. *Harl.*

Latine verterat ante *Bullialdum Antonius Gogaua* siue *Gogauinus*, Grauiensis, teste *Gesnero*; sed non edita est eius translatio, neque magnum operae pretium est, eam in lucem proferri, siquidem ea est, quam inter libros *Hollstenianos* euolui *MStam* in bibliotheca huius urbis Iohannea. Neque enim ulterius procedit, quam *Bullialdus*, neque cum huius versione conferri vel accuratatione vel elegantia meretur. *Iosephus* quoque *Auria* in praefat. ad *Theodosium Tripolitem* promisit, se *Theonem* e codice bibl. Vaticanae latine a se redditum editurum in lucem; sed nec huius interpretatio lucem vidit: neque *Arnoldus Arlenius* in lucem protulit scripta *Procli*, *Hermiae*, *Damascii*, *Olympiodori*, ac *Theonis*, *Smyrnaei*, quorum spem lectori fecit *Marcus Hopperus* praefat. ad graecam Platonis editionem ann.

1556.

<sup>rrrr</sup>) Conf. *Forkel* Allgemeine Litteratur der Musik pag. 59. *Harl.*

<sup>ssss</sup>) Loca quaedam *Theonis* illustrat et emen-

dat *Samuel Fermat* in epist. ad *Pelissonium*, quae ad calcem *Diophanti* editionis *Tolosanae* subiungitur p. 46 sq. et in operibus mathematicis *Petri de Fermat*, pag. 208 sq. Paris. 1679. fol. *Fabris*.



1556. <sup>uuu</sup>) Ceterum spero, fore, ut ea, quae de *astronomia* ab eodem Theone pag. 145 sq. et 188. promittuntur, vir aliquis doctus tandem in lucem proferat, quum non modo [P] *Is. Vossius*, Bullialdo testatus sit, in bibliotheca Ambrosiana Mediolani exstare Theonis tractatum de astronomia, in quo plura egregia animaduertit: Sed et *Labbeus* in bibliotheca noua MSS. pag. 191. refert, in bibliotheca Caroli de Montchal fuisse Theonis, Smyrnaei, τῶν εἰς τὸ μαθηματικὸν χρησίμων de coeli et terrae figura ex astrorum motu. Incipit: ὅτι πᾶς ὁ κόσμος. Desinit: τὰ ἐλάχιστα κινέμενος. in bibl. *Coislina* Montfauc. pag. 229. incipit πρὸ τῆς πραγματείας τῆς τῶν ἀστέρων. — [Sed ibi citatur *Theonis, Alexandrini*, astronomicum opus. Prooemii init. τὴν λογικὴν ἔφοδον τὴν τῶν προχείρων\* atque pag. 450. citatur eiusdem *Theonis, Alexandrini* vel aliud opus, vel pars superioris operis: εἰς τὰς προχείρας καὶ ὄνας τῆς ἀστρονομίας παράδοσις. Initium. Ἡ μὲν λογικώτερα ἔφοδος τῶν διὰ τῶν προχείρων. *Harl.*] — Bullialdus quoque ad calcem MSti codicis librorum Cleomedis repetit *Theonis, Smyrnaei*, quoddam e tractatu de astronomia fragmentum, quod edidit pag. 189. Idem pag. 192. notat, *Pfellum* et *Georgium Pachymerem* in compendio, quod uterque composuit quatuor disciplinarum mathematicarum, Theonis vestigiis instituisse. Citantur a Theone

*Adrastus*, Peripateticus, γνωριμότερον περὶ τε ἀρμονίας καὶ συμφωνίας διεξιὼν pag. 78. 94. 97. 113. 117. 167. 169.

*Archytas* 27. 30. 94. 98. ἐν τῷ περὶ δεκάδος 166.

*Aristoteles* ἐν τῷ πυθαγορικῷ 30.

*Aristoxenus* 83. 87. 102.

*Δημοσθενικὸς λόγος.* 112.

*Empedocles* 19. ἐν καθαρμοῖς. 162.

*Eratosthenes* 129. 165. 168. 169. 137. ἐν τῷ Πλατωνικῷ. 2. 127.

*Euander* referens ἐν σήλῃ Αἰγυπτιακῇ εὐρίσκεσθαι γραφὴν βασιλέως κρόνε καὶ βασιλισσῆς ῥέας. 164.

*Eudoxus.* 94.

*Herophilus.* 163.

Iuxta *Hesiodum* ἀστρονομῆντες. 11.

*Hippasus*, Metapontinus, Pythagoricus. 91.

*Lafus*, Hermionensis. 91.

*Λιβυκὸς λόγος.* 112.

*Λυσιακὸς λόγος.* 112.

Οἱ νεώτεροι (Musici) 98. οἱ παλαιοί. 101.

Oraculum de duplicando cubo. 3.

Ὅρθοι ὄρθοι. 164.

Peripatetici, quot modis dicant λέγον. 112.

Philolaus 27. ἐν τῷ περὶ φύσεως. 169.

Plato in ἐπινομίδι. 3. siue ἐπινομίῳ. 9. 131. de rep. 4. 5. 12. 16. in Philebo 28. in Timaeo 150. 162. Pythagoricos passim sequitur. 15.

Posidonius.

Pythagoras 88. 147. Aurea carmina. ibid. [P]

Pythagorici. 7. 15. 26. 72. 74. 79. 87. 155. 161. 183.

Thrasyllus 133. 137. 145. περὶ τῆς ἐν ὀργάνῳ αἰσθητῆς λέγων ἄρμενίας. 74.

Timotheus 165.

Tragoediae. 5. Versus: πολλὰς δὲ βροντῆς τραυμ' ἀναμνον ὄλεσε. 75.

Testatur Gesnerus, se in catalogo bibliothecae cuiusdam Italicae inuenisse hunc titulum: *Theonis, Smyrnaei, theologumena et mathematica Platonis*; sed nemo hactenus fuit, qui theologumena Theonis in lucem produceret, neque theologumena arithmeticae, quae extant, Theonis videntur esse, de quibus dicam infra in Nicomacho Geraseno. *Theonic*, Platonici, effigiem post *Iac. Sponium* pag. 135. Miscell. IV. exhibet *Gronovius* tom. III. thesauri antiq. graecar. littera ffff. cum hac subscriptione: Θέωνα Πλατωνικὸν Φιλόσοφον ὁ ἱερεὺς Θεὸν τὸν πατέρα. Porro fuerunt et alii Theones, atque in his de re astronomica meritis non male THEO, Alexandrinus, de quo, vt de PAPPO, Alexandrino, dicendi locus erit lib. V. cap. 22.

XXII. CLEOMEDES quando vixerit, non audeo certo adfirmare, neque enim video, quibus eum argumentis sub Theodosio secundo circa A. C. ccccxxvii. claruisse adfirmant viti docti, cum fortasse Claudio Ptolemaeo, cuius alioqui meminisset, sit antiquior, de cetero Stoicorum dogmata videatur amplexus<sup>uuu</sup>). Exstant eius *κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων considerationis Cyclicae*<sup>vvv</sup>) *meteororum libri II.* Vbi *meteora* non sumuntur eo sensu, quo

<sup>uuu</sup>) Augusti tempore scripsisse putat *Theophil. Sigisfrid. Bayerus* in diss. de Theophrasti Delii praefidis monumento pag. 56. De aetate Cleomedis aliorum sententias vide apud *Riccium* lib. V. Ahmagesti cap. 5. pag. 307. Citatur a Mich. Psello in capitibus de omnifaria doctrina. *Fabric.* — Ad Theodosii II. Augusti tempora, adeoque ad a. Chr. 427. referunt eum *Casp. Pencer* in elementis astronomiae pag. 12. *Vossius* de scientiis mathemat. cap. XXXIII. §. 24. pag. 165. (vbi de Cleomede et diuersis opusculi editionibus agit.) *Lambecius* in commentar. de bibl. Caesar. tom. VII. de codice Cleomedis pag. 470 sq. edit. Kollarii, *Hamberger* in zuverläss. Nachrichten vol. III. pag. 97. Contra *Montucla* I. pag. 279 sq. putat, Cleomedem, qui plura Posidonii iudi-

cia adtulisset, nec alius, qui post Posidonium vixit, mathematici fecisset mentionem, ante aeram christianam floruisse, et Posidonii fuisse discipulum. Verum *Keplerus* in astron. opt. pag. 145. quod Plinius a Cleomede sit reprehensus, hunc illo, suspicatur, fuisse iuniorem. *Riccium* denique in Chron. pag. 32. duo fuisse Cleomedas opinatur, alterum cyclicae theoriae auctorem, item arithmeticae et harmonicae, paullo post Posidonium; alterum sub Theodosio iuniore a. C. 390. vid. *Weidler* pag. 152 sqq. pauca habet *Heilbronner* pag. 288. qui in iis, quae de graecis hucusque astronomis habuit, ultra Fabricium nostrum raro sapit et surgit. *Harl.*

<sup>vvv</sup>) *Cyclicae*, i. e. sphaericae. Vnde hunc librum *Sphaerica Cleomedis* vocat *Labbeus* bibl. uou.

quo Physici accipere solent, pro iis, quae infra lunam gignuntur, et Clementi Alex. atque Achilli Tatius, vocantur *μετέωρα*, sed pro rebus coelestibus, coeloque et stellis; quo sensu Aratum *σοφὸν τὰ μετέωρα* dixit *Alciphron* epist. 3. et *μετεωρολογικὴν πραγματείαν* *Strabo* lib. I. pag. 8. ad quem locum consulendae H. Casauboni animadversiones, atque physicos astrologos *μετεωρολόσχας* *Plutarch.* in *Nicia* pag. 538. [adde *Achill. Tatium* *Isagoge* cap. 32. et *Weidler* pag. 152.] Aristoteles dixit *ἀπὸ μετέωρων* homines adductos ad numinis cognitionem. *Sextus* pag. 311. E. Graece primum editi sunt *Cleomedis* libri Parisiis apud Conradum Neobarium 1539. 4. Editor testatur, unico se codice usum, eoque multis in locis deprauatissime scripto. *Exhibebimus*, inquit, *propediem recentem auctoris versionem: nam antiqua multis locis sensum non assequitur.* [vid. *Maittaire* A. T. III. pag. 300. *Pinelli* catal. Tom. I. pag. 312. nr. 1936.]

[Antea latine vertit *Georgius Valla*, Placentinus, cuius translatio lucem vidit Venetiis, 1488. longiorem operis inscriptionem adtulimus supra ad §. XIV. de Aristarcho: rec. ibid. 1498. fol.]

*Cleomedis de contemplatione orbium excelsorum disputatio. Aristidis et Dionis de concordia orationes. Plutarchi praecepta connubialia. Eiusdem de virtutibus morum.* Omnia latine reddita a *Carolo Valgulio*. Brixiae 1497. 4.

Vid. *Pinelli* Catal. III. pag. 282. nr. 7495.

Cum Aristotelis et Philonis libellis de mundo. gr. et lat. Basileae 1533. 8. vid. supra, vol. III. pag. 345.

*Procli* de Sphaera lib. I. *Cleomedis de mundo sive circularis inspectionis meteororum libri II. Arati Solensis* phaenomena sive apparentia. *Dionysii Afri* descriptio orbis habitabilis. Omnia graece et latine ita coniuncta, ut conferri ab utriusque linguae studiosis possint. Adiectis doctorum virorum annotationibus a Marco Hoppero. Basil. 1547. 8. — reusa, et addita est *Io. Honteri*, Coronensis, de cosmographiae rudimentis duplex editio ligata scilicet et soluta; nec non Schreckenfuchsi scholia in Proclum cum epistola dedicatoria *Marci Hopperi*, idid. 1561. 8. et, vitiose tamen ibid. 1585. 8. Huius postremae editionis exemplar cum codice msto collatum, quod ad emendandum facere possit contextum, est in bibl. Gottingensi. vid. *Hambergeri* *Zuverlässige Nachrichten* etc. III. pag. 97 sq. — Fabricius in margine exemplaris B. Gr. adtulit editionem *Cleomedis*, Antwerpiae 1553. 8. ex offic. Io. Loëi. — In editione Dionysii, Arati, et Procli cum scholiis Ceponini, Basileae 1574. 12. non exstat *Cleomedes*, uti scripserat *Fabric.* infra in capite de Arato, (pag. 460. vet. edit.) monente Buhlio in praef. ad Aratum I. pag. XVII.

Emendatior et doctior est editio:

*Cleomedis*, graece et latine, ab *Alberto Balforeo*, Anguensi, Scoto, ex msto codice biblioth.

rou. MSS. pag. 112. Possit et *καλλιὰ θεωρία* dici eo sensu, quo astronomia pertinet ad disciplinas cyclicas, ut *Marcianus Capella* vocat, sive ad cyclum illum et orbem disciplinarum. Vide *Höwerii* *Polymathiam* cap. 24. et *Allatum* ad *Georgium Acropolitam* pag. 243. scholia MSS. ad Dio-

nyfium Thracem: Ἐγκύκλιος δὲ εἶναι τέχνας, ἃς ἐνοίας (forte ἔνοι) λογμὰς καλῶσι, ὧν Ἀστρονομία, Γεωμετρία, Μουσική, Φιλοσοφία, Ἱατρική, Γραμματική, Ῥητορική. Ἐγκυκλίας δὲ αὐτὰς καλεῖται, ὅτι τὸ τέχνην, διὰ πάντων αὐτῶν οὐδένοντα, τὸ χρηρῆδες ἀφ' ἑκάστης αὐτῆν ἑαυτῆ ἀνάγει διδάσκει.

biblioth. ill. Cardinalis Iogofii multis mendis repurgata, latine verfa et perpetuo commentario illustrata. Burdigalae Sim. Milang. 1605. 4.

Nouam Cleomedis editionem parauerat *I. Christ. Keppius*, Aristotelici de mundo libelli editor, atque egregium nitidumque codicem bibliothecae *Noribergensis* aliosque comparauerat; at fatis praematuris interceptus aliis illam reliquit prouinciam.

De codice MS. *Wittebergensi* vid. *Reichard* in praef. ad Lycophrontem pag. XIV. de cod. *Lipfienfi*, qui multa alia continet, cel. *Beck* in progr. Varietas lectionis libellorum aristotelicorum (de Xenophane, Zenone et Gorgia,) e codice Lipfienfi diligenter enotata, Lipfiae mense Febr. 1793. 4. pag. 5 sq. — Alios Cleomedis codices msstos enumerat *Heilbronner*, in bibl. *Vaticana* (pag. 539.) in bibl. *medicea Laurent.* Florent. (pag. 555. conf. *Bandini* catal. MSSr. graec. II. cod. XII. p. 636.) — in bibl. canonicor. regularium *Bononiae* (p. 559.) — in bibl. *Veneta D. Marci* (pag. 560. conf. catal. MSS. gr. illius bibliothecae, vbi plures Cleomedis codices designantur, pag. 115. cod. CCXIV. saec. XI. — p. 144 — 146. cod. CCCVIII. saec. XII. — cod. CCCIX. saec. XIV. — cod. CCCXVII. saec. XV. — pag. 153. cod. CCCXXXIII. saec. XV. cum scholiis *Io. Pediafimi* <sup>wiew</sup>), quae inscribuntur Ἰωάννης τῷ Πεδιασίμῳ ἐπιτάσεις μερικαὶ εἰς τινὰ τῶν τῷ Κλεομήδῳ. — — p. 276. 278. 279. cod. DXII. saec. XIII. — cod. DXV. saec. XIV. cum aliquibus scholiis ineditis *Io. Pediafimi*; — cod. DXX. saeculi XV. Cleom. libri II.) — in bibl. *Vindobonensi* (*Heilbronner* pag. 566. conf. *Lambecii* commentar. tom. VII. cod. CXXIV. pag. 470.) — in bibl. *Parifina*, *Alepeii*, *Cleomedis*, et *Pediafimi* opera, (pag. 571. in Catalogo codd. MSS. biblioth. regiae Parifinae numerantur *duodecim* Cleomedis codd. in his cod. MMCCCLXXXI. habet scholia, cod. MMCCCCXCIV. exhibet nonnumquam inter lineas glossas, et ad marginem scholia, hactenus inedita.) — in bibl. abbatae *S. Petri de Selincurte*, dioecesis *Ambianensis*, (*Heilbr.* pag. 581.) — in bibl. abbatae *S. Remigii*, *Rhemenfis*, (p. 582.) — in bibl. *Balufi*, nunc regia, *Iuauis*, diaconi, *Pediafimi* commentaria in Cleomedis Cyclometrica, (p. 583.) — in bibl. regis *Sardiniae*. *Taurini*, (pag. 585. in catal. MSS. gr. illius bibliothecae p. 485.) — in bibl. *Bodleiana* (pag. 595. et pag. 612. atque cum scholiis p. 621) — in alia *Angliae* bibl. *Cl. omedis* sphaera cum *Io. Pediafimi* commentario, (pag. 633.) — His adde codd. biblioth. *Coisimianae* pag. 229. et pag. 588. catal. *Montfaucon*. — in bibl. *Leidensi* Cleomedis cyclicae theoriae liber secundus, gr. cum figuris et scholiis in margine, teste catalogo p. 330. nr. 123. — in bibl. *Bonar.* secundum catal. pag. 65. est in cod. CI XIX. *Iouauis*, *Diaconi* *Bulgariae* introductio in Cleomedem; est quoque in cod. *Barocc.* CLXI. Atque *Fabricius* marg. exemplaris sui adscripsit: in catal. bibl. *Gudianae* MSS. pag. 522. τῷ σοφωτάτῳ χαρτοφύλακος τῆς πρώτης Ἰβηριανῆς καὶ πάσης Βελγαρίας τῷ καὶ ὑπάτῳ τῶν φιλοσόφων κύρῳ Ἰωάννῳ Διακόνῳ τῷ Πεδιασίμῳ ἐξηγήσεις μερικαὶ εἰς τινὰ τῷ Κλεομήδῳ σαφηνείας δέομενα. cod. chartac. fol. XXIII. — — De loco quodam pauca animaduertit *Theoph. Sigefr. Bayer.* in epist. ad *Crozium*, in thes. epistolico *Lacroziano*, tom. I. p. 43 sq. *Harl.*]

*Ioh. Andreas Bosius* ὁ μακαρίτης in epistola ad *Marq. Gudium* data medio Octobri ann. 1659. refert, se Cleomedem cum membranis MSS. (Lipfienfibus ni fallor,) contulisse, licet

media

<sup>wiew</sup>) Sub *Andronico palaeologo iuniore*. *Cangii glossar. graec.* pag. 1637.

media sui parte mutilis, quae multas Balforei coniecturas confirmant, plures vero ab eo relictas mendas plane sarcire possunt. *Iohannis Pediafmi*, diaconi et alia incerti scholia graeca MSS. in Cleomedem memorat Labbeus bibl. nou. MSS. pag. 119. 190. Citantur a Cleomede:

Aratus pag. 432. 398. 457. edit. Basil.

Aristoteles pag. 309.

Berosus pag. 491.

Canonici, *Κανονικοί*, mathematici, qui canones astrologicos et parapegmata condiderunt, eclipses praedixerunt, pag. 536.

Contra Epicurum, solem non esse tantillum, vt oculis nostris videtur, pag. 425. 467. 472. vitia eius in dictione perstringit, p. 474 sq. ridet illum, cum Pythagora, Socrate atque Heraclito se conferentem, pag. 475.

Eratosthenes. 395. 400. et 454. vbi de ambitu orbis terrarum ex mente Eratosthenis, quod continet stadia 250000.

Heraclitus. 418. 475. *Χαριέτατος Φυσικῶν*. 305.

Hipparchus pag. 459. quo loco solis diameter ex Hipparchi mente aequatur 1050. diameter terrae: ex sententia Posidonii, 3000000. Cleomedis ipsius 10000.

Homerus. 414. 442. 473. 522.

Posidonius, (e quo pag. 541. plurima petiisse se fatetur Cleomedes,) pag. 360. 361. 362. 363. 364. 395. 396. 397. 400. 424. 430. 452. 500.

Pythagoras. pag. 475.

Pytheas, Massaliota. pag. 372.

Socrates. pag. 475.

Λόγον suum *περὶ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον Φορᾶς τῶν βαρέων de grauium tensione ad centrum* promittit pag. 310. 318. 320. Citat praeterea librum primum *epichorematum* p. 424. *πρῶτοι κότες δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιχειρημάτων*. Librum primum *σχολικῶν*, pag. 478. *λόγον περὶ σελήνης* pag. 481. — Arithmeticam et Harmoniam Cleomedis in biblioth. Italiae, [in bibl. Vaticana, auctore *Dichales* de progr. math. p. 30. edit. post. et bibl. Veneta] sunt, qui occurrere memorent. Sed Cleomedem dicunt pro *Cleonide*, cui constat tribui in quibusdam codicibus *σειχῆα* musica et arithmetica Euclidis. [conf. Heilbronner pag. 162 sq. et p. 560.]

Composuit quoque astronomica quaedam PROCLVS, Lycius, sed de eius scriptis alibi, quae satis sunt, dixi.

XXIII. Superest vt de ACHILLE TATIO nonnulla subiungam, patria Alexandrino, incertae itidem aetatis scriptore <sup>xxxx</sup>), qui in quibusdam [P] codicibus Suidae

xxxx) Synesio iuniorem *Achillem Tatum*, Eroticon scriptorem facit *Tiberius Hemsterhusius* pag. 78. ad Luciani dialogos selectos. *Ricciolus* in Almagesto refert eum ad a. 850. sed Photio certe est antiquior,

dae <sup>9999</sup>) *Staius* adpellatur, postrema littera nominis Ἀχιλλεύς perperam repetita. Ethnicum primum, hinc christianum ac demum episcopum fuisse, eidem Suidae credit, qui vollet. *Isidorianum* praeceptorem suum laudat pag. 166. edit. Petavii. Praeter alia, de quibus libro quinto cap. VI. §. 7. tom. VI. p. 795 sqq. inter Eroticis scriptores egi, scripsit librum *περὶ σφαιρας*, cuius pars hodieque exstat sub titulo: ἐκ τῶν Ἀχιλλέως πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτε Φαινόμενα. De hoc Aldus Manutius quaesit. per epist. VI. *Est etiam nondum perungatus Achilles, quem prudentissimum <sup>zzzz</sup>) Iulius Firmicus appellat, v. Idem quidem, quod ex eius recondita doctrina cognoscitur, antiquus.* Eruditum hunc librum, siue fragmentum insignne, libri de vniuerso, (quem memorat Alphonsus Ciacconius in biblioth. MS.) primus graece vulgavit *Petrus Victorius* e bibliotheca Medicea, cum Hipparcho et aliis quibusdam <sup>aaaa</sup>), Florentiae 1567. fol. deinde vertit, atque in Vranologio suo *graecae ac latinae* vulgavit *Dionysius Petavius*, Paris. 1630. fol. recuso Amst. 1703. fol. Caput primum est *περὶ τῆς παντὸς*, vnde Gesnerus in biblioth. Tatiuum hunc ab Achille Tatio, ἑρατικῶν scriptore, aduersus Suidae sententiam distinguens, integrum scriptum vocat *librum de vniuerso*.

[Confer *Voffium* de scient. mathemat. cap. 33. *Weidler* pag. 191 sq. qui Achillem refert ad saec. IV. *Heilbronner* pag. 436. *Montuclam* I. pag. 312 sq. qui exiguam in eo deprehendit astronomiae cognitionem. *B. G. Laur. Boden* prolus. de Achille Tatio, Wittebergae 1773. 4. — cod. MS. est in biblioth. medicea Florent. secundum *Bandinium* tom. II. cod. XLIV. nr. 3. pag. 67. *Harl.*]

Ecce vero tibi catalogum scriptorum, qui in hac Isagoge Achillis ad Aratum laudantur:

Adraustus,

antiquior, qui illo tempore iam fuit mortuus; saltem prius scripserat bibliothecam. *Fabric.* — *Saxius* in *Onomast.* I. pag. 372. opinatur, eum vixisse sub Claudio II. f. Gothico, Augusto circ. a. Chr. 268. quoniam in Isagoge sua nullius Hypsicla recentioris astronomi et mathematici meminere; sed illam non habemus integram. *Boden*, Professor quondam Wittebergensis, in programme singulari ablegat eum post saeculum quartum et post aetatem Musaei, cuius plura loca imitatus esset. Contra *Moneta*, (vid. *Menag.* tom. III. pag. 118 sq.) ostendisse sibi visus est, Achillem ante medium saeculum quartum vixisse: quod iudicium comprobatur *Schraderus* in praefat. ad Musaeum pag. 18. et putat, a Musaeo Achillem imitati ne esse expressum. Sed hoc, ab imitatione sumtum, argumentum non est tutum ad aetatem criticorum, qui se inuicem compilarunt, aut ex antiquiore fonte communi hauserunt, definiendam. *Harl.*

<sup>yyyy</sup>) Ἀχιλλεύς Στατίος quoque scribitur ab *Eudocia* in *Violario* pag. 69. quae eius scripta va-

ria indicat. Achillis fabulam de Clitopontis et Leucippes amoribus esse in cod. Veneto D. Marci DCVII. non, *Agathiae* scholastici Daphniaca perdit, vti Zanettus, falso deceptus titulo, in catalogo p. 314. crediderat, monet *Villoison* in *Anecdotis graecis* tom. II. pag. 243. *Harl.*

<sup>zzzz</sup>) Achillis Tatii mentionem fieri a *Firmico*, haud meminere. *Politianus* tamen cap. 17. *Misc.* Achillem *Iulius* quoque *Firmicus* in *matheseon* libris et citat et laudat. Adde *Menagium* tom. III. pag. 119. Alius vero videtur, de quo lib. III. pag. 46. b. edit. prima: *Quae omnia tunc explicabimus, quum ad interpretationem venerimus sphaerae barbaricae. Haec enim omnia diuinus ille Abraam et prudentissimus Achilles verissimis conati sunt rationibus inuenire et nobis tradere.* Ceterum meminit Achilles Hypsiclis, Claudio Ptolemaeo iunioris, vel saltem supparis, et ipsius Ptolemaei.

<sup>aaaa</sup>) Conf. *Villoison.* epist. *Vinar.* p. 73 sqq. *Harl.*

- Adraustus, Aphrodisiensis, cap. 16. 19.  
 Adraustus, Peripateticus, cap. 19.  
 Aegyptii cap. 17. 23. Sphaera Aegyptia 39.  
 Aeschylus ἐν Ἀγαμέμνονι cap. 1. ἐν Πρωμηθεΐ cap. 1.  
 Anaxagoras cap. 2. 11. 13. 19.  
 Anaximander cap. 5. 19. 33.  
 Apion, Plistonices, cap. 1.  
 Apollinaris cap. 19.  
 Apollonius, Rhodius, cap. 3.  
 Aratus apud Antigonum, Macedoniae regem, versatus cap. 35.  
 ἐν τοῖς Φαινομένοις cap. 29. et passim. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ κανόνι cap. 15. 16. 19.  
 Οἱ Ἀρχιμήδεις cap. 4.  
 Aristophanes cap. 1. ἐν νεφέλαις cap. 4.  
 Aristoteles, Stagiritas, cap. 2. 3. 4. 5.  
 ἐν δευτέρῳ περὶ ἔρην cap. 5. 13.  
 περὶ ἀνέμων cap. 31.  
 Astraeus siderum observator, cap. 1.  
 Atreus — — cap. 20.  
 Callippus cap. 19.  
 Callimachus cap. 1. περὶ ἀνέμων cap. 33. de Coma Berenices cap. 14.  
 Chaldaei cap. 18. Sphaera Chaldaica cap. 39.  
 Chrysipus cap. 4.  
 ἐν τῷ περὶ προνοίας καὶ θεῶν cap. 13.  
 Cleanthis cap. 12.  
 Conon, mathematicus, cap. 14.  
 Crates, grammaticus, cap. 1.  
 Democritus cap. 13.  
 Demetrius cap. 34. [P]  
 Diodorus, Alexandrinus, mathematicus, cap. 2. 5. 9. 14.  
 Empedocles cap. 4. 5. 6. 11. 16. 21.  
 Epicurus, Atheniensis, cap. 3. 5. 8. 19.  
 ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιστολῇ cap. 13.  
 ἐν τῷ περὶ ἀνέμων cap. 33.  
 Epicurei cap. 9. 13.  
 Eratosthenes cap. 29. 31.  
 περὶ ἀνέμων cap. 33.  
 ἐν τῷ ἔρμῃ cap. 16. 28. 29.  
 ἐν τῷ καταμερισμῷ [leg. καταξερισμῷ] cap. 24.  
 Ὀκτωκαιδεκαετηρίς cap. 19.  
 Eudorus, philosophus, cap. 2. 13.  
 Eudoxus cap. 19.  
 Euripides cap. 19. 20.  
 Heraclitus cap. 3. 19. 21.  
 Hesiodus cap. 3.  
 Hipparchus cap. 19.  
 Hypsicles cap. 16.  
 Homerus cap. 1. 5. 6. 21. 22. 28. 35.  
 Mathematici cap. 9. 14.  
 Meton cap. 19.  
 Metrodorus, Epicuri magister, cap. 5.  
 Musici (Aristoxenus) cap. 5.  
 Neoptolemus ἐν ταῖς Φρυγίαις Φωναῖς cap. 5.  
 Neoptolemus, Parianus, ἐν τριχθονίᾳ cap. 22.  
 Oenopides, Chius, cap. 24.  
 Orion cap. 19.  
 Orphici cap. 4. οἱ τὰ Ὀρφικὰ μυστήρια τελευτῶντες cap. 6.  
 Parmenides de Zonis cap. 31.  
 Pherecydes, Syrius, cap. 3.  
 Philolaus cap. 19.  
 Pindarus cap. 14.  
 Plato cap. 3. 11. 18. 19.  
 ἐν Πολιτικῷ cap. 5. 21.  
 ἐν Τιμαίῳ cap. 5. 13. 14.  
 Polybius cap. 31.  
 Posidonius, Stoicus, cap. 10. 13. 31.  
 Ptolemaeus cap. 19.  
 Pythagoras cap. 5.  
 Pythagorici cap. 6. 10. 16. 18. 31.  
 Socrates cap. 3.  
 Sophocles cap. 1.  
 ἐν Παλαμήδει cap. 1.  
 Stoici cap. 2. 5. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 19.  
 Thales cap. 1. 3. 11.  
 Thrasyllus cap. 16. 19.  
 Xenophanes cap. 4. 11.  
 Zeno, Citicus, cap. 3. 5.

Sunt et alii nonnulli scriptores graeci, qui astronomiam illustrarunt scriptis, vt THIVS<sup>bbbb</sup>, et THEODORVS MELITENIOTA a Bullialdo editi, IOHANNES item PHILADELPHIENSIS, LYDVVS, tum PSELLVS, aliique: sed tempus est, vt, his in alium locum reiectis, ad antiquiorem aetatem pro instituto meo reuertar. [P]

## CAPVT XIX (olim XIV) DE EVCLIDE ET ALIIS GEOMETRIS.

I. De Euclide, eiusque aetate. Alii decem hoc nomine. II. Euclidis libri elementorum et in librum primum Procli commentarius. III. Commentariorum, Theoni tributorum, an auctor ipse sit Euclides. IV. Liber XIV et XV. num Euclidis an Hypsiclis Alex. Scopus elementorum ibid. V. Boethii versio elementorum Euclidis latina. VI. Editiones elementorum cum Theonis commentariis. VII. Sine illis commentariis editiones et versiones variae, et in his Arabica. Barlaami et Isaaci, monachi, quaedam Euclidi illustrando. VIII. Epitome Aeneae deperdita, et versiones elementorum ineditae, Persicae, Syriacae, Hebraicae, Sinicae, Tartaricae. IX. Ioh. Pici effatum, theologis noxiam esse Euclidis tractationem. X. Arithmetica elementa, geometricis ab Euclide iuncta. XI. Data cum praefat. Marini Pappi in ea commentarius. XII. Harmonica et sectio canonis. XIII. Phaenomena. XIV. Optica et catoptrica. XV. De diuisionibus liber et fragmentum de leui ac ponderoso. XVI. Scripta Euclidis deperdita. XVII. Catalogus scriptorum, in commentariis Procli ad Euclidem citatorum. XVIII. Alii geometrae quidam.

### I.

#### [P R A E M O N E N D A.]

**D**e Euclide, mathematico, quem alii cum Euclide, Megarenfi, philosopho, perperam confuderunt, alii rectius discreuerunt ab illo, Platonis aequali, quippe, *Vossio* iudice inter hos duo Euclides annorum quasi XC. fuerit interuallum, permulti egerunt. Multos iam excitat, eorumque diuersas de aetate patriaque Euclidis sententias recenset *Mongitor*. in bibl. Sicula tom. I. pag. 185 sqq. qui *Euclidem*, mathematicum, fuisse Siculum, Geloum, cum *P. Hieronymo Ragusa* in elogiis Siculorum pag. 113. et in Siciliae bibl. vet. pag. 111. cum *Francisco Maurolyco* hist. Sicil. lib. I. pag. 28 aliisque censet: de qua sententia Fabricius noster in nota pauca adtulit. Sed *M. utucla* in additionibus, tom. I. praemissis, pag. XXXII. argumentum Diogenis Laertii, quo nititur *Mongitor* parum validum esse iudicat. Praeterea commemorandi sunt

Arabs

<sup>bbbb</sup> Videtur esse *ἄσος* adpellatum, elogium diuini cuiusdam philosophi. *Thius*, Atheniensis, circa a. Chr. 500. vt notat Bullialdus, qui eius nonnullas obseruationes adfert in astronomia Philolaica. Paris. 1645. fol. *Fabric.* conf. *Montucla* I. pag. 329. De Bullialdo eiusque opere vid. *Weidler* pag. 481 sq. et pag. 493 de *Setho Wardo*, qui contra Bullialdum scripsit. *Theodorus Meliteniota*, circ. a. Chr. 1250. magnae ecclesiae

Constantinopolitanae Sacellarius, scripsit *tribiblon astronomiam* nondum editam, cuius prooemium ex codice *I. Vossii* vulgauit Bullialdus, sub finem commentarii in Ptolemaei librum de iudicandi facultate pag. 214 conf. infra, lib. V. cap. 33. pag. 198. vol. IX. *Weidleri* supplem. historiae astronomiae pag. 5 et 15 subiuncta eius bibliographiae historicae, Witteb. 1715. 8. *Harl.*



Arabs quidam de *Euclidis* vita et scriptis in arabica philosophorum bibliotheca arabico-hispan. tom. I. pag. 339 sqq.

*G. I. Vossius* de scientiis mathematicis cap. XV. pag. 52 sqq. et de philosophorum sectis pag. 62.

Montucla et reliqui ad initium cap. superioris excitati: n. *Montucla* tom. I. part. I. lib. IV. §. 2. pag. 216 — 226.

*Weidler* pag. 129 sq. pauca de nostro dedit; plura *Heilbronner* p. 155 sqq. Libros *Vossii*, *Weidleri*, *Heilbronneri* inprimis *Montuclae*, et aliorum copiose recenset cl. *Scheibel* in *Einleitung zur mathematischen Bücherkenntniß*, vol. I. part. I. (Breslau, 1769: 8.) sect. II. pag. 59 sqq. atque in part. III. pag. 227 — 329. et part. IV. pag. 355 — 457. continuat recensio- nem *Montuclae* operis, quod in epitomen scite commodeque rededit. — Idem *Scheibel* part. V. pag. 533 sqq. recenset *Saverien* *Histoire des Progrès de l'Esprit humain dans les sciences exactes et dans les Arts, qui en dépendent: savoir l'Arithmetique, l'Algebre, la Geometrie, l'Astronomie, la Gnomonique etc.* — Avec un *Abregé de la vie des Auteurs les plus célèbres dans ces sciences.* à Paris 1766. mai. 8. atque *Estève* *Histoire generale et particuliere de l'Astronomie.* Paris. 1755. mai. 12. et vtriusque furta, arrogantiam, errores atque iniuriam, qua, vti *Montucla*, Germanos illi adfecerunt, satis patefacit et castigat: pag. 551 sqq. vero laudat *Anton Yves de Goguet* opus gallice scriptum de origine legum, artium et doctrinarum etc. Paris. 1758. mai. 12. III. tom. (bis antea erat editum: et germanice ab *Hambergero*, Lemgou. 1760 — 1772. in 4. III. voll. atque ab alio italice versum, Luccae 1761.) *Estève* li- brum et errores percensuit quoque *Baumgarten* in *Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, tom. IX. part. 50. pag. 154 sqq.

*Fed. Commandinus* in prolegomenis ad *Euclidis* elementa, *Pisauri* 1572. fol. enarravit *Euclidis* vitam.

*Io. Andr. Schmidius* in diss. de *Euclide*, geometra, *Ienae* 1685. 4.

*Sam. Reyherus* in diss. historico mathematica: *Euclides σοιχειώτης*. *Kiliae* 1693. 4.

*Edmundus Stone* tomo secundo versionis anglicae *Euclidis* adiunxit diss. de vita et scriptis *Euclidis* et apologiam elementorum eius aduersus obiecta recentium quorundam scriptorum. *Londini* 1732. fol.

*Iuuenel de Carleñas* in *Versuch einer Geschichte der schönen und andern Wissensth.* ex vers. *Kappji*, *Lipsiae* 1749. capp. XI sqq. paucis persequitur artium mathematicarum historiam.

*Georg. Matthias Bose* in *Schediasmate litterario*, quo contenta elementorum *Euclidis* enunciat, et simul de variis editionibus post *Fabricium* nonnulla differit. *Lipsiae* 1737. 4.

Sed pleniorum editionum, versionum et aliorum ad *Euclidem* pertinentium scriptorum catalogum confecit cl. *Scheibel* in libri laudati vol. I. part. I. pag. 1 — 59. atque in part. V. pag. 473 — 486. dedit supplementa et correctiones, atque ibidem pag. 486 — 532. euulgavit maximam partem ineditae atque a cel. de *Murr* communicatae *Michaelis Gottlieb Hanschii* introductionis in nouam *Euclidis* elementorum geometricorum secundum *Andream Tacquet* editionem, (ann. 1722. praeco subiiciendam;) vbi §. 23. agitur de elementis *Euclidis* geo-

metricis in specie, et §. 25. de editionibus *elementorum Euclidis* in bibl. Vindobonensi exstantibus, quas Hanschius inspexerat et contulerat. *Harl.*]

EVCLIDES, qua patria, incertum <sup>a)</sup>, claruit temporibus Ptolemaei Lagi <sup>b)</sup>, quem post XL. annorum imperium obiisse constat [P] CCLXXVII. ante natum Christum Olymp. CXXIII<sup>2</sup>/<sub>7</sub>. Ab hoc rogatus, esset ne via quaedam breuior faciliorque ad geometriae cognitionem, quam in elementis ipse tradidisset, respondit <sup>c)</sup>, μή εἶναι βασιλικὴν ἄτραπον πρὸς Γεωμετρίαν, non dari viam regiam ad geometriam <sup>d)</sup>. Mathematicas disciplinas accuratissimis scriptis illustravit <sup>e)</sup>, et cum summa laude docuit Alexandriae <sup>f)</sup>, suauissimi vir ingenii, et contentiones minime amans; sed benignus et aequus alienae industriae fautor, vt ab auctore sectae Eristicae, Euclide, Socratico, Megareo <sup>g)</sup> non hac minus nota, quam aetate et studio-  
rum

a) Harduinus ad Plin. videtur Apollonium in animo habuisse, quum de Euclide scripsit, eum *Perga* oriundum ciuitate Pamphyliae. Euclidem plerique *Alexandrinum* faciunt; sed nullo disertio veteris alicuius scriptoris testimonio. Si Gregorium Abulpharajum audias, [et apud *Casir.* in bibl. arabico-hispan. I. pag. 339. genere Graecus, domicilio Damascenus, ortu] *Tyrius* fuit: si scriptorem bibliothecae veteris Siculae anno 1700. a Messanensi quodam, *Hieronym. Ragusa*, S. I. editae, (vide memorias Triuulianas anni 1702. mense Augusto pag. 151. et Mongitorem Bibl. Siculae I. 185.) *Gelous*, oriundus e Gela ciuitate Siciliae. Nimirum, quia *Laertius* II. 106. auctor est; Megareum Euclidem a quibusdam pro Geloo habitum fuisse. *Fabric.* — Patria eum fuisse Aegyptium, et fortasse Alexandrinum, arbitratur *Mollerus* in Homonymoscopia pag. 305 sq. (vbi tamen recte distinguit Euclidem Socraticum ab Euclide, mathematico, et vtriusque sententiae patronos producit,) at mathesin docuit quidem Alexandriae; sed eum natione fuisse Aegyptium, scriptores, a Mollero citati, non adfirmant. Euclidem floruisse A. M. 3697. Olymp. CXVIII. 1. ante C. N. 306. V. C. 446. notat cl. *Saxe* in *Onomast.* I. pag. 90. Post obitum digitis dimetiens eius imago pingebatur in Gymnasiis, (*Apollinar.* libr. XX. epist. 9.) et in numismate eius effigies exstat cum enumerata maris arena, teste Mongitore l. c. *Harl.*

b) *Proclus* lib. II. ad Euclidem pag. 20. γέγονε δὲ ἔτος ὁ ἀνήρ ἐπὶ τῷ πρώτῳ Πτολεμαίῳ. Καὶ γὰρ ὁ Ἀρχιμήδης καὶ ἐν τῷ πρώτῳ μνημονεύει Εὐκλείδης.

c) *Proclus*: καὶ μάλιστα καὶ φασὶν, ὅτι Πτολεμαῖος ἤμετ' ὅτε αὐτὸν ἔτις etc. Simile illud Alexandri, geometriam discere cupientis, apud *Senecam* epist. XCI. *Facilia me doce: Ista, inquit, omnibus eadem sunt aequae difficilia.* De Hipponico tamen,

geometra, *Arcefilas* apud *Diog. Laertium* IV. 32. dixit, τὴν γεωμετρίαν αὐτῷ χροσκίπτος αἰ τὸ σῶμα ἔμπησαι, hianti ipsi geometriam in os aduolasse. Idem *Suidas* in *Θεώρημα*: sed male de ipso *Arcefilao*. — Dux de *Feuillade*, cui quum *Rohaut* explicaret Euclidis elementa, illis haud intellectis inurbano modo, pronuntiauit, *quel Diable pourroit entendre cela!* cui respondit *Rohaut*, *ce seroit un Diable, qui auroit de la patience* etc. vid. *Gayot de Pitaval* l'art d'orner d'esprit pag. 74. E contrario *Henrico Newtono*, adolescenti, nimis facilis visus est Euclides. vid. *Hist. acad. Paris.* 1727. pag. 210. — *Car. Raynau* Analyse démontrée, l'Euclide de la haute Geometrie, ib. 1728. pag. 156

d) Fallitur *Christianus Wolfus*, qui in horis subseciuis Marburgensibus, trimestri brumali ann. 1729. 8. pag. 116. non dubitat, *Aristotelem* ex adtentata *elementorum Euclidis* lectione theoriam, quam in *Organo* suo proposuit, deriuasse. Certe elementa Euclidis scripta sunt post *Organum Aristotelis*.

e) Mathematicas bene scripsit Euclides; licet quaedam in ipso desideremus, ait *Campanella* d. libris propriis et rat. studendi cap. IV. artic. V. pag. 77. *Heumann.*

f) *Pappus* lib. VII. pag. 251.

g) De *Euclide*, Megarensi, Socratis discipulo et auctore sectae Megaricae, dixi lib. II. cap. 24. § 35. [vol. II. pag. 715 sq.] Hic cum nostro male confunditur apud *Boethium* I. *Geometr.* p. 1507. 1510. 1511. etc. *ex secundo, tertio, quarto etc. libri Euclidis, Megarensis.* Sic et apud *Iac. Sponnium* in *Miscellan.* p. 141. vbi Euclidis imaginem in nummo *Hadriani* exhibet. Vicissim apud *Valerium Max.* VIII. 12. ex memoriae scriptoris vel librarii lapsu Euclides, geometra, memoratus pro *Endoxo*,

rum genere facile distinguatur. Ita certe de nostro *Pappus* lib. VII. [mathem. collect. pag. 251. f. fol. 164. edit. Pisaur. 1588.] *Euclides*, sequutus *Aristeum* scriptorem luculentum in iis, quae de Conicis tradiderat, neque anteuertens neque volens eorum traditionem destruere, cum mitissimus esset et benignus erga omnes, praesertim eos, [P] qui mathematicas disciplinas aliqua ex parte augere et amplificare possent, ut par est, et nullo modo infensus, sed accuratus, non arrogans, etc. [conf. *Heilbronner* pag. 153 sq.]

II. Scripta Euclidis haec exstant:

[Στοιχείων· *elementorum matheos purae libri XV.*

Δεδομένα *data*, cum praefatione *Marini*, philosophi, Neapolitani.

Εισαγωγή ἀρμονική, *Isagoge harmonica.*

Κατατομή κανόνος, *sectio canonis musici.*

Φαινόμενα, *phaenomena.*

Ὀπτικά στοιχεία et κατοπτρικά, *elementa optica et catoptrica.*

De his et reliquis, partim suspectis, partim deperditis, a *Fabricio* postea fusius disputabitur. Ego vero antea, ut seriem ordinemque editionum ne nimis perturbem, primum *codices mssos*, deinde *editiones* secundum temporis ordinem enumerabo. Codicum quidem plurimos, duce cum primis *Montefalconio*, *Heilbronner* libro laudato iam indicauit: at ego vel plurium aliorum codd. adieci notitiam vel varii generis adnotationes adpersi: Editionum autem catalogum pleniorum iam confecerant *Bosius*, praecipue *Scheibel* locis memm. Atque ego lectores simpliciter possim ablegare ad illos: verum cum eorum causa, qui illos libros ad manus non habent, tum maxime propter alios, linguae germanicae ignaros, pau-

*Eudoxo*, ut viris doctis iam obseruatum. — Fuit et alius *Euclides*, archon Athenis, Olymp. LXXXVII. 2. itemque alter, sub quo triginta tyranni expulsi Olymp. XCIV. 2. et praeteritorum sancita est ἀμνηστιακία. Ab hoc prouerbium τῶν πρὸς Εὐκλείδῃ. meminisse, i. e. rerum, quas alta obliuione sepultas esse oportebat. Vide *Xenophontem* II. Ἑλληνικῶν et *Lucianum* in *Catapló* tom. I. pag. 426. et in *Hermotimo* pag. 563. atque *Montfaucon* bibliothec. Coislin. pag. 490. Eodem *Euclide* archonte abrogata τῇ κατὰ Κάδμον Γραμματικῇ, (cuius apud *Syrianum* ad *Hermogenem* pag. 17. mentio,) coepit Athenis esse vsus litterarum ionicarum, vnde *Plutarchus* in *Aristide* pag. 319. memorat γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδῃ Γραμματικῆς. Confer *Meursium* de *Archontibus* III. 17. et fortuna *Attica* cap. 8. *Sam. Petitem* lib. I. miscell. cap. 3. *Palesium* ad *Harpocrat.* pag. 101 sq. Non diuersus fortassis *Euclides*, Atheniensis, quem inter viros, libris coaceruandis celebres, iudat *Athenaeus* in limine libri primi. Fuit et *Euclides*

λιδοτόμος, cuius nomen occurrit in testamento *Platonis* apud *Laertium* III. 42. His adde *Euclidem*, fratrem *Cleomenis*, *Lacedaemoniorum* regis, ab *Antigono* caesum, de quo *Plutarch.* in *Philopomene* pag. 358. et *Arato* pag. 1046. atque *Cleomene* pag. 809. 818. *Polyb.* II. 65. 67. 68. *Euclidem*, *Pacatianum*, cuius antidotum refertur a *Galeno* II. de antidotis: *Euclidem*, *Platonicum*, cuius meminit *Porphyrus* in *Plotini* vita; tum *Euclidem*, *Maximi Byz.* filium, quem memorat *Socrates* in *Hist. Eceles.* pag. 165. *Euclidem*, parasitum *Smicrini* F. cognomento σείτρον, siue betaceum apud *Athenaeum* lib. VI. pag. 242. 250. *Euclidem*, *Laconem*, de quo *Plutarchus* in *Artaxerxe Mne-* mone p. 1013. *Euclidem*; *Phliasium* vatem, cuius meminit *Xenophon.* VII. de expedit. *Cyri* p. 321. et *Aelian.* de animal. VIII. 5. vbi male excusum Ἀκλῶδαι pro Εὐκλῶδαι, quod in MS. medic. reperit *Abr. Gronou.* *Euclidem*, equitem coccinatum, quem ridet *Martialis* V. 36.

cis hic repetam editionum indicem, iis, quae illi duumviri de plurimis modo parcius modo largius adnotarunt, omiſſis, aliis autem hinc inde adſperſis haud paucis editionibus et adnotationibus.

*Codices igitur mſti hi fere reperiuntur in bibliotheca* <sup>h)</sup>.

In *Vaticana*, *Euclidis*  $\epsilon\upsilon\kappa\lambda\epsilon\iota\omega\nu$   $\delta\omicron\gamma\omicron\iota$  eiusdem primum elementum: (pag. 538.) — geometriae elementa XII. et *Eucl.* catoptrica. (pag. 539.) — Operum pars cum anonymi commentariis, latine item liber de speculis. (pag. 540.) — geometria cum expositionibus, tum *Boethii* liber ex Euclide; ad Patricium filium et *Eucl.* elementorum liber. (pag. 541.) opera quaedam: (pag. 543.) — *Boethii* ad filium Patritium de geometria *Euclidis* libri V. et *Euclidis* libri XV. de geometria, (pag. 544.)

In tabulario *Basilicae S. Petri*: *Eucl.* Geometria. p. 546. — Catoptrica, (p. 547.)

In bibl. monasterii *S. Seuerini Neapoli* *Eucl.* elementa et alii codd. multi illius mathematici, (pag. 548.)

In bibl. *medicea Florent.* *Eucl.* elementorum libri XIII. editionis Theonis. — iidem cum scholiis antiquis: — eiusdem data cum scholiis ad marginem: — *Hypſiclis* liber, qui ad Euclidem refertur: — eiusdem elementorum libri XV. cum epigrammate in laudem *Euclidis* ad finem: — eiusdem phaenomena: — *Eucl.* elementorum libri XV. quorum XIII. hanc habet inscriptionem, *Euclidis* XIV. et statim subiicitur *Hypſiclis* in Euclidem anaphe-romena: — *Eucl.* Optica s. perspectiua et phaenomena, omnia cum scholiis antiquis: — *Eucl.* data sine principio; optica sine principio; phaenomena sine figg. omnia cum scholiis: (pag. 549. 550.) — *Eucl.* elementorum liber primus, et principium secundi, gr. ac latine: (pag. 553. Curatius tamen fusiusque de codd. mediceis differitur in *Angeli Mar. Bandinii* catalogo codd. graecor. bibl. Laurentianae tom. II. plut. 28. in quo plures seruantur codices, ad astronomiam, vniuersamque mathesin et geographiam pertinentes, cod. I. nr. 7. et 8. cod. II. nr. 1. et 2. cod. III. nr. 1 — 3. pag. 11 — 14. cod. VI. pag. 16. cod. VIII. et cod. X. p. 19. et 20. — tom. III. plut. 87. cod. XVI. nr. 4. definitio gnomonis ex XXVIII. libro *Euclidis* defunta, pag. 398. et in eodem cod. nr. XXXIII. elementorum liber I. cum figg. geometricis, pag. 403.)

In bibl. *S. Marci Dom. Florent.* *Bachon Alardus* in decimum *Euclidis*. — *Eucl.* libri elementorum XV. translati a *Campano* ex arabico, eiusdem geometria cum commentario *Campani*. — *Euclidis* libri VI. priores cum commentario *Alderardi*, bis; *Eucl.* perspectiua, *Eucl.* de ponderoso et leui: (pag. 557.)

In biblioth. canonicorum regularium *Bononiae*, *Eucl. elementa*; et *Procli* in *Euclidem*: (pag. 559.)

In bibl. *Veneta* *D. Marci*, *Euclidis* geometria et opera. (p. 560. — in catalogo codd. gr. illius bibl. plures *Euclidis* codices memorantur: in cod. CCC. *Eucl.* elementorum libri XIII. priores cum quibusdam scholiis marginalibus; — cod. CCCI. iterum cod. CCCII.

iidem

<sup>h)</sup> Numeri arabici, in fine simpliciter adpſi, indicant paginam operis *Heilbronneriani*, vbi singuli codices nominantur.

iidem libri, tum *Eucl. Data*, praemissa Marini philosophi prothecoria; phaenomena et catoptrica: — cod. CCCIII. elementorum liber XV. initio mutilus; — cod. CCCIV. Optica. — cod. CCCVI. Procli Lycii in primum elementorum Euclidis libri IV. — cod. CCCIX. elementorum libri II. priores. — cod. CCCXVII. element. libri VI. priores, quorum postremus fuit mutilus. — cod. CCCXXII. *Eucl. isagoge harmonica*, et sectio canonis musici. — cod. DXCV. *Eucl. elementorum pars*. — *Villoison* in anecdotis graecis tom. II. p. 248. in adpendice ad catalogum codd. gr. S. Marci memorat adhuc cod. membran. DCXXXIII. in quo est *Eucl. isagoge harmonica*, initio mutila.)

In museo Carolo Auantii. *Proclus* in elementa Euclidis gr. *Euclidis* gr. bis. (pag. 561.)

In bibl. Ambros. *Mediolan. Eucl.* Opp. cum commentario *Marini*, philosophi: variae in eum lectt. ex MSt. Vaticanae bibl. opera Ios. Auriae item alia volumina XII. — in *Euclidem*. — *Procli* in *Euclidem* hypotyposis, quater. — *Eucl. de ponderoso et leui*, atque alia: elementa optica de adspcetuum diuersitate, considerationes et lecturae in eundem: *Proclus* in *Euclidem*. (pag. 562 — 564.)

In bibl. caesarea *Vindobouensi* ex Lambecio et Nesselio ab Heilbrönnero excerpti codd. *Eucl. elementa* ex arabico in hebraicam linguam conuersa. *Procli* commentariorum in I. *Euclidis* librum elementorum libri III. — *Euclidis* elementorum libri VI. priores. — elementorum geometricorum libri XV. cum scholiis. — eiusdem optica, phaenomena et lemnata varia. — *Procli* in primum elementorum Euclidis librum commentarius. — Elem. geometricorum libri decem priores. (pag. 565. conf. *Lambecii* comment. de bibl. Caesarea tom. VII. cod. XXV. nr. 7. pag. 130 sq. edit. Kollarii. cui codici praefixa sunt anonymi cuiusdam antiqui auctoris prolegomena (ex *Procli* comment. libro I. et II. in *Euclidis* elementorum librum I. fere excerpta,) de origine geometriae apud Aegyptios, et de translatione eius in Graeciam per Thaletem Milesum et de seqq. claris mathematicis vsque ad *Euclidem*; tum de aetate et scriptis *Euclidis* aliaque ad geometriam et vniuersam mathesin spectantia: tum ibid. cod. CIII. pag. 391 sqq. vbi *Lambecius* et *Kollarius* plura de *Euclide* eius scriptis horumque edit. disputant: cod. CIV. p. 397. *Procli, Lycii*, comment. in primum elementorum *Eucl.* librum, liber tertius. — cod. CVI. nr. 2.)

In bibl. *Paulina Lipsiensi. Euclides* latine: (pag. 568.)

In bibl. *Scorialensi* regis Hispan. *Eucl.* Opp. iconibus illustrata. (pag. 568. *Plüer* in itinerario per Hispanias pag. 167. plures codd. notauit: *Eucl. geometricorum elementorum* libri XIII. in membr. — liber I. — sectio regulae de musica et isagoge harmonica. — *Catoptrica, phaenomena, dedomena*.)

In bibl. *Parifina* regia. Elem. *Euclidis*, hebraice a R. Mose *Aben Tybbon.* elem. gallice, cum figg. — *Traité de Mathematique sur Euclide* par *Omar.* (pag. 569. et 570.) — *Eucl. phaenomena*. — *Proclus* in *Euclidem*, bis. — *Euclidis* elementa. — *Euclides.* (pag. 571.) — *Eucl. elementa; Bulengeri, Sanctari* et aliorum praelectiones in *Euclidem.* (p. 572.) — ibid. in bibl. cardinalis *Radulphi*, cod. Colbertin. *Euclidis*, Hieronis, Platonis et Archimedis quaedam. — *Eucl. libri XIII. eiusdem phaenomena.* (pag. 573.) — ibid. *Eucl. phaenomena* et *catoptrica dataque.* — *Marini*, philosophi, in *Euclidis data.* — in *Eucl. dis* elementa scholia: — *Procli* in primum *Eucl. elementum* libri quatuor. — *Eucl. liber I.* (p. 574.) —

in bibl. *Car. de Montchal*, archiepiscopi Tolosani, *Eucl. phaenomena*; data et alia opera. (pag. 576.) — in bibl. *Colbertina*, *Eucl. elementa, hebraice*. — *Eucl. et aliorum opuscula geometrica*, — eiusdem geometria cum scholiis Campani. (p. 577.) — in bibl. *S. Germani*, *Eucl. elementa XIII. graece*. — *L'Optique ou la Perspective d'Euclide*; — *Franc. Fluffatis* in Euclidis libros. — *Eucl. geometria*, interprete Boetio. (pag. 578—580. — In catalogo MSS. bibl. Paris. regiae in vol. II. qui ut plurimum graecos codd. refert, multi enumerantur, qui vel plura, vel pauciora comprehendunt Euclidis scripta, vel unicum tantummodo; quorum nonnullis adscripta sunt scholia aut prolegomena praemissa: *duodecim* continent *elementa*; *undecim*, *data*; *Isagoge harmonica* est in *tribus*; *Phaenomena* exhibent *decem* codices; *optica* totidem codd. *Catoptrica*, *novem* codd. Excerpta sunt in cod. MDCLXX. In illis codici MMCCXLVIII. qui *Euclidis data* praebet, ab initio adscripta sunt: „Euclidis data huc vsque numquam graece impressa, de Vaticana bibliotheca deprompta, et cum quinque Vaticanis exemplaribus, antiquissimis quidem graecis mssis, summa fide et diligentia collata a *Ios. pho. Auria*, Neapolitano, mathematicae scientiae studioso. His addita sunt scholia antiqua, graeca, quae in Vaticanis exemplaribus reperta sunt.“ — cod. MMCCCL. habet quoque Protheoriam ad Euclidis data, et excerpta ex *Protho*, quibus Euclidis elementa illustrantur. — cod. MMCCCLXXXVIII. cui insunt *Eucl. phaenomena*, una cum scholiis, fronti praescriptum est. „Doctrina primi mobilis ex veteribus graecis auctoribus, quorum auctorum nomina versa pagella indicat: omnia de Vaticana bibliotheca deprompta, cum omnibus antiquissimis exemplaribus collata summa diligentia et fide, opera et studio *Iosepii Auriae*, mathem. scientiae studiosi. His scholia antiqua graeca adiecta sunt.“ — cod. MMCCCXXXVIII. habet *Euclidis εὐθύμετρα*, addita hac nota: „Hic libellus, cui nomen Euclidis parum recte adscriptum, praemissis variarum mensurarum nominibus continet problemata embadometrica et varios modos metiendi quamlibet figuram.“ — De cod. MMDXXXV. qui *Cleoniadae isagogen harmonicam* continet, adnotatur: „Hoc opus idem est omnino cum introductione musica, cuius *Euclides* auctor fertur.“ — In vol. III. et IV. in quibus codices mss. latini enumerantur, multi quoque codd. qui Euclidis scripta aut eorum versiones continent, reperiuntur. *Elementa* geometriae in *quatuordecim* codd. in paucis alia, quae mox significabo, occurrunt: in cod. MMMCCCXI. est fragmentum elementorum libri primi: in codd. MMMMMMMCCXIII. MMMMMMMCCXIV. MMMMMMMCCXV. et MMMMMMMCCXVI. quater sunt *Eucl. elementorum libri XV.* ex arabico in latinum ab *Adalardo Gotho*, Bathoniensi, conuersi; duobus accessit *Campani* commentarius. — in cod. MMMMMMMCCXVII. *Eucl. elementa*: postremi libri duo ab *Affickho* editi dicuntur. — in cod. MMMMMMMCCXVIII. *Francisci Barocci*, Patricii Veneti, lectiones in Procli commentarios in primum Euclidis elementorum librum: — in cod. MMMMMMMCCXIX. figurae sex priorum elementorum Euclidis. — in cod. MMMMMMMCCXXII. nr. 9. *Eucl. elementorum libri X.* priores: nonnulla desiderantur. — in cod. MMMMMMMCCCLXVI. nr. 3. *Element. libri V.* priores. — in codd. MMMMMMMCCCLXXIII — MMMMMMMCCCLXXVI. aliquot libri *element.* — in cod. MMMMMMMCCCLXXVII. anonymi commentarius in decimum librum Euclidis. — in cod. MMMMMMMCCCLXXVIII. a. *Eucl. liber de speculis*: initium desideratur. eiusdem perspectiva. — in cod. MMMMMMMCCCX. liber de ponderibus, qui *Euclidi* tribuitur. — in cod. MMMMMMMCCCCXX. *Eucl. elementorum libri III.* priores, interprete *Adalardo*,

*ardo*, Bathoniensis. — in cod. MMMMMMMCCCCLXVII. *Eucl.* phaenomena, cum expositione Maurolyci. — in cod. MMMMMMMMDCLXXX. de graui et leui.)

In catalogo MStorum *Rauchin*, Consiliarii, *Eucl.* Opp. latine cum figg. nitide conscripta. (pag. 582.)

In bibl. abbatae S. *Remigii*, Rhemensis. *Mich. Pselli* enarratio in librum Euclidis de terminis. (pag. 582.)

In bibl. *Mozarini*. *Eucl.* elementa cum commentariis fufis. Ad finem libri notatur: „hic liber dicitur esse *Eulaxi Gnidii*“ tum sequitur *Euclidis* geometria et *Theonis*, Edeffeni, liber V. sicque in aliis, vt videatur *Theon* commentariorum auctor. — *Hypselis*, quae spectant ad Euclidem. — Commentarius in *Euclidis* data, viua voce *Marci*, (sic, et leg. *Mazini*.) philosophi. — *Eucl.* Opera. — *Euclidis* perspectiua. (pag. 583.)

Inter codd. msstos graecos de *Mesme*, *Euclides*, (pag. 584.)

In bibl. Sardiniae regis, *Taurini*. *Euclidis* Opp. hebraica, ex arabico translata, *Mose*, filio Samuelis, filio Iudae, Ben Tibbon interprete, (pag. 585. conf. Catalog. illius biblioth. vol. I. pag. 3. cod. VIII. addita nota, teste *Bartolocio* part. IV. bibl. Rabbinicae pag. 242. hunc librum mstum non facile reperiri apud Hebraeos. — Secundum eundem catal. p. 25. iterum eiusdem *Moseos* versio hebraica Euclidis cum figg. et adnotatt. in margine, exstat in cod. LXVII. et in cod. LXVIII. ab Immanuele a. Chr. 1346. scripta. In vol. II. eiusdem Catalogi inter codices *latinos* pag. 401. in codice MCLXXVIII. sunt sex libri elementorum *Euclidis* cum figg. geometricis.)

In bibl. *Bodleiana*: *Procli* commentarius in librum primum elementorum Euclidis. τὴν μαθηματικὴν ἐπιστάν, vnde dicuntur suppleri posse lacunae edit. Basileensis. — *Euclidis* secularia, phaenomena, optica, data, et post diuisiones primi libri elementorum *Euclidis* reperitur anonymi cuiusdam Geodaesia: καθὼς ἡμῶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος. (pag. 593 sq.) — Ibidem inter codd. *latinos*, Geometria *Euclidis* imperfecta, (pag. 602.) — *Eucl.* geometria cum commentario Campani. (pag. 604.) — *Eucl.* geom. graece. (pag. 607.) — *Eucl.* pars cum commentariolo. (pag. 609.) — *Eucl.* data, *arabice* per *Zin Eddin Abhari*, et elementorum libri XV. ex versione *Adelardi* de arabico, vna cum commento magistri Campani, Nouariensis. — *Eucl.* elementa cum scholiis et diagrammatis, latine reddita per *Adelardum*, Bathoniensem: — *Eucl.* elementa, *arabice*, liber XIII. priores per *Isaac Ibn Honein*, ex recensione *Thebit Ibn Korrae*; duo posteriores, qui Hypsicii Ascalonitae tribuuntur, *arabice* vertit *Costa Ibn Lucae*. (pag. 610—614.) — Inter codd. orientales, *Eucl.* elementa, bis *hebraice*; — *Abil Casim* Antiocheni commentarius in Euclidem ab elemento quinto. — *Eucl.* elementa posteriora. — *Eucl.* elementa — commentarius *Ebn heithem* in elem. Euclidis, (p. 615. et 616.) — Inter codd. gr. classis XIII. *Eucl.* data, bis, et phaenomena, atque elementorum libri XV. (pag. 616—618.) — inter libros *latinos* *Eucl.* elementorum libri XV. — *Sauilii* praelectiones XIII. in principium elementorum Euclidis Oxonii habitae. — *Eucl.* elementa, gr. cum notis H. *Sauilii*. *Eucl. Campani* cum notis H. *Sauilii*. (pag. 618—620.)

In bibl. *Oxonienfi*, inter codd. *Eliac Ashmolii*, *Euclidis* liber XI. (p. 621.)

In bibl. collegii vniuersitatis *Oxonienfis*. *Eucl.* geometria et data: — commentarii in libros omnes Euclidis, auctore *Rich. Rawlinson*. — *Eucl.* regulae, lat. — *Eucl.* optica, phaenomena, fragmentum catoptricum, graece. — *Eucl.* de arte geometrica, ex arabica lingua in latinam translatus per *Adelardum*, Bathoniensem. (pag. 624 — 627.)

In bibl. *Cantabrigiensis*, elementorum *Euclidis* liber XV. (pag. 629.) — *Eucl.* optica et phaenomena, gr. — nouem libri *Eucl.* cum comment. (pag. 632.)

In aliis *Anglinae* bibl. *Eucl.* elementorum lib. XV. lat. cum figg. Iordani et arithmeticae libros II. (pag. 633.) — *Eucl.* geometr. elementorum lib. XV. — geometria cum comment. et figuris. (pag. 634 et 635.) — *Eucl.* arabice per *Shemseddin* Mohammed Alnauzi. (p. 638.) — elementa ex arab. in lat. versa per *Io. Ocreatum*. (p. 641.) — *Eucl.* de speculis — elem. geometrica. — data, aliaque variorum mathematicorum opuscula, arabice. (p. 645 — 647.)

In biblioth. *Vffinbachiana*: secundum catal. Maii; *Eucl.* libri sex definitionum priores, adiectis figuris et demonstrationibus, (pag. 648.)

His accedunt in bibl. *Monacensi* Bauar. cod. CLXXV. catalogi pag. 68. *Eucl.* introductio harmonica et *κατατομή κανόνος*. — In bibl. *Bernensi*, (teste Sinnero in Catal. codd. bibl. Bernensis pag. 373.) *Euclidis* geometriae lib. XV. cum commentario *Campani*.

In bibl. *Leidensi*. teste Catalogo, p. 234. nr. 7. *Eucl.* elementa libris XII. item catoptrica, phaenomena, optica, data, descripta manu Barthol. Zamberti ann. 1405 *ἐκ τῆς Πρόκλου σποράδιου καὶ κατ' ἐπιτομήν προλαμβανόμενα εἰς τὰ Εὐκλείδους στοιχεῖα*, quibus inscribitur a me Io. Franc. Fulmo: *προθεωρία τῶν Εὐκλείδους εὐρομένων ἀπὸ Φωνῆς Μαρῖνος Φιλοσόφου*. — p. 340. nr. 36. inter codd. Scaligerianos, *Eucl.* de solidis, distinctus per elementa: — pag. 341. nr. 48. Protheoria *Euclidis* datorum ex voce Marini, philosophi, per margines et in postremis paginis mixtim gr. et lat. aliquid adpositum. — pag. 372. nr. 53. inter codd. Vossianos, excerpta variorum auctorum de limitibus ex *Euclide* aliisque. — pag. 384. nr. 92. folia duo ex *Euclide*, lat. — pag. 396. nr. 21. *Eucl.* elementorum libri decem. Sequitur *Εὐκλείδους στοιχείων α*, tum *β*, tum *Εὐκλ. στοιχείων γ* *στοιχείων γ*. — pag. 407. inter codd. hebraicos legati Warneriani, nr. 47. *Eucl.* element. libri XV. cum figg. ex lingua arabica, accurate *Ibn Korra*, verterunt R. Isaak F. Honajn, R. Mosche F. Schemuel F. Jehudae F. Typpon, Hisp. — arabice pag. 453 — 456. *Eucl.* optica — *Abul Fath Omar* Ben Ibrahim Ghajiamaei explicatio locorum difficilium, qui occurrunt in elementis geometriae Euclidis. — *Eucl.* Pythagoraei (sic) elementorum libri VI. cum commentario *Saidi Ben Masoud*, et cum scholiis *Heronis* ad quaedam problemata. — *Abu Ali Hasan*, Ben Hasan, Ben Heithem comment. in elementa *Euclidis* et solutio dubiorum mathematicorum. — *Abu Giafer Ghazin* explicatio libri X. *Euclidis* bis. — *Emwäzaeus* ad eundem libr. X. *Euclidis*. — Demonstrationes ad dubia geometrica elementorum *Euclidis*. — *Avicennae* compendium elementorum geometricorum *Euclidis* cum figg. — comment. ad elementa geometr. *Euclidis*. — *Euclidis* 64. figg. translatae in linguam arabicam. — Data *Euclidis*. — *Eucl.* de ortu siderum.

In bibl. *Coislin.* teste Montfauc. catal. pag. 229. cod. CLXXIV. *Eucl.* element. XIII.

In bibl. *Matritensi*, teste *Iriarto*, cod. XLVIII. pag. 163. *Zofimi*, (rectius *Euclidis*), de harmonica, et *Eucl.* sectio canonis, *Κατατομή κανόνος*.



In bibl. *Augustana Vindelic.* *Euclidis* *Catoptr.* et *Phaenomena.* — In bibl. *Guelferbyt.* *Euclides.* — In bibl. *Hamburgensi,* variae lectt. ex *Eucl.* harmon. cod. Lugd. Bat. — In bibl. publ. *Noribergensi,* *Euclidis* geometria, lat. — et in bibl. *Ebneriana Noribergae,* *Eucl.* elem. geometricorum libri XV. in formas tabular. redacti etc. V. voll. vid. cel. *de Murr* Memorabilia bibliothecarum publ. *Noriberg.* I. pag. 249. et II. pag. 97.

In biblioth. arabico-hispana *Esfurialensi,* teste *Casirio* tom. I. pag. 339. est codex, litteris cuphiscis exaratus, quo continentur *Euclidis* elementorum libri XV. cum figg. e graeca lingua in arabicam conuersi ab anonymo. — *Ibid.* ex arabica philosophorum bibliotheca pag. 340. alia adnotantur. vide ad §. XVI.

Horum vero librorum editiones ac versiones secundum temporis ordinem, non tam recensere, quam potius paucis persequar, Bosium, inprimis Scheibelium locis mem. magnam partem ita sequutus, ut spicilegium haud exiguum colligerem. Multos editores et commentatores produxit *Mongitor* I. pag. 187 sq. adde infra in *Bernhardi* catalogo scriptorum vet. mathematicorum. De nonnullis editionibus praeclare copioseque disputauit *Clement* in *Bibliothèque curieuse, historique et critique,* tom. VIII. p. 142 — 159.

### I. Operum, quae graece prodierunt, Editt.

*Euclidis* opera, graece, cum *Theonis* expositione, cura *Simonis Grynaei,* Basil. 1530. f.

Vid. Scheibel. part. I. pag. 10. (*Herzog.* Prof. Basil.) in Athenis Rauricis pag. 72. huius editionis non meminit.

*Euclidis* opera omnia, gr. cum scholiis graecis. Basil. 1539. fol. vid. *Scheibel.* part. V. pag. 474.

*Euclidis* opera, graece et latine, per *Conrad. Dasypodium,* item *Heronis,* Alexandrini, vocabula geometrica, antehac numquam edita, Argentor. apud Chr. Mylium. 1571. 8.

Sic citatur in catalog. *Bunau.* I. pag. 130. et a *Fabricio* ad *Euclidis* data, isagogen harmonicam, phaenomena et opticam: *Scheibelius* vero part. I. pag. 21. duorum eiusdem anni editorum librorum inscriptiones recte profert. Atqui quoniam huius anni exemplar, ad quod alii respexisse videntur, in manibus habeo, id curatius describam. Sed quum *Dasypodius,* (germanice *Rauchfuss*) plures *Euclidis* libros iam antea edidisset separatim, reliquas illius editiones simul indicabo:

*Euclidis Catoptrica,* lat. versa per *Conr. Dasypodium.* Argentor. 1557. 4. *Scheibel.* I. pag. 16. catal. bibl. *Leid.* pag. 179.

Εὐκλείδης — *Euclidis* quindecim elementorum geometriae primum; ex *Theonis* commentariis graece et latine. Cui accesserunt scholia — auctore *Cunrado Dasypodio,* scholae *Argentiniensis* Professore. Argentorati excud. *Christian. Mylius,* 1564. 8. vide §. VII.

Εὐκλείδης — *Euclidis* quindecim elementorum geometriae secundum: ex *Theonis* commentariis graece et lat. Item, *Barlaam monachi* arithmetica demonstratio eorum, quae in secundo libro elementorum sunt in lineis et figuris planis demonstrata. Item, octo propositiones stereometricae — Per *Cunr. Dasypodium.* — Argentorati apud *Chr. Mylium* 1564. 8.

*Propositiones reliquorum librorum geometriae Euclidis*, graece et lat. in vsum eorum, qui volumine Euclidis carent. Per *Cunrad. Dasypodium*. — Argentorati apud *Christian. Mylium*. 1564. 8.

*Analyseis geometricae sex librorum Euclidis*. Primi et quinti factae a *Christiano Herli- no*. Reliquae una cum commentariis, et scholiis petrebricibus, in eosdem sex libros geo- metricos, a *Cunrado Dasypodio*, cum indice *περισμμάτων καὶ λημμάτων* item aliarum re- rum atque verborum memorabilium. — Excud. *Iosias Rihelius*. Argentorati 1566. in fol. gr. et lat. cum figg. ligno incis. (rec. 1571. ib. secundum Heilbronn.)

De rara hac editione vid. *Freytagii Analecta litteraria*, (Lipsiae 1750. 8.) pag. 318 sq. qui iudicium *Franc. Milliet Dechales* in mundo mathemat. tom. I. pag. 15. totum illud opus inutile esse, adfert, idemque duplicem *Milliet Dechales* errorem notat. Adde *Clement* pag. 149 — 151. qui etiam *Dechales*, *Wolfii* et *Schurzleifschii* etc. iudicia et notitiam memorat.

*Euclidis elementorum liber primus*. Item *Heronis Alexandrini* vocabula quaedam geo- metrica, ante hac numquam edita, graece et latine. Per *M. Cunr. Dasypodium*. Argenti- nae 1571. 8.

*Dasypodius* in praefatione, Calendis Maii 1570. scripta, in qua praecipue studium ma- theseos atque Euclidis commendat, de superioribus suis edd. ac subsidiis tacet; id tantum significans, se de sententia *Io. Sturmii*, Rectoris, tria volumina conscribere mathematica, hunc primum elementorum Euclidis librum, quia in omnibus fere gymnasiis praelegatur, edere, se *Heronis*, *Alexandrini*, quaedam eiusdem argumenti, ex eius onomastico geometrico huic libro adiunxisse, se denique hunc primum *Eucl.* librum adiecisse primo atque secundo suo volumini mathematico. — Graecum contextum separavit a versione latina, cui a fol. 37. b) scholia in primum *Eucl.* elementum praemisit versioni *Heronis* vocabulorum geome- tricorum.

*Euclidis omnes omnium librorum propositiones*, graece et latine editae per *Cunr. Dasypodium*. Argentinae apud *Christ. Mylium*. 1571. 8.

Praefatio scripta est Cal. Iulii 1570. Insunt vero *Euclidis elementa* 15. *optica*, *catoptrica*, *musica*, *phaenomena*, *data*. Num duo illi libri, in vno volumine, quod est penes me, com- pacti, in quibusdam exemplaribus generalem titulum, *Opera Euclidis*, in fronte gerant, an interdum siue breuitatis causa, siue quoniam in auersa primi folii pagina, *Opera Euclidis*, scriptum est, ita citentur, equidem definire non ausim. Latina versio seiuncta est a graeco contextu.

*Euclidis elementa* posthaec frequenter sub praelis fudarunt: sed omnium operum editio demum hoc, quod viuimus saeculo, lucem adspexit, cum ab arte critica, tum ab aliis virtu- tibus commendabilis:

*Εὐκλείδου τὰ σωζόμενα*. *Euclidis quae supersunt, omnia*. Ex recensione *Davidis Gre- gorii*, M. D. astronomiae professoris *Sauiliani*, et R. R. S. *Oxoniae*, e theatro *Sheldon*. 1703. fol. gr. et lat.

*Commandini* versio elementorum ex *Ed. Bernardi* libris et reliquorum librorum versio- nes sunt emendatae, in expoliendis graecis editioneque a vitiis typographicis liberanda mul- tum

tum auxilii adtulit Hudson. conf. acta erudit. Lips. ann. 1704. mens. Febr. pag. 69 — 72. *Bose* in schediasmate pag. 7 et 9. in notis animaduertit, editionem Heruagianam ab Oxoniensi in quibusdam elementis differre, et loca indicat.

II. *Singulorum librorum editiones et versiones, nec non commentarii, aliaque scripta, in quibus Euclides illustratur aut emendatur.*

1) *E l e m e n t o r u m.*

In his etiam latinae plurimum omniumve opp. Euclidis versiones et commentarii memorabuntur. *Princeps* et rarissima editio est:

*Praeclarissimus liber elementorum Euclidis perspicacissimi* etc. in calce: *opus elementorum euclidis* megarensis in geometriâ artē. In id quoque *Campani* — *commentationes* —. *Erhardus ratdolt*, Augustensis impressor solertissimus. *Venetis* impressit A. sal. M. CCCCLXXXII. (1482.) fol.

Latine ex arabico factus erat. Conf. praeter *Scheibel*. I. pag. 1. cel. *Abrah. Gotthelf Kaestneri* description. primae editionis Euclidis geometriae, Lipsiae 1750. 4. — *Freytag* analecta litteraria pag. 315. *Maittaire* A. T. IV. pag. 434. *Bibl. Smithianam* pag. CLXI. in qua fuit exemplar membranac. et epistola *Ratdolti* dedicatoria litteris aureis impressa; quae epistola pag. CCXVII. est recusa. In nota, *animaduertas velim*, ait editor, *hominis germani desiderulam rursilitatem, qui nomen suum nomini Principis et Maecenatis praeponeere non dubitauerit*. At ipse auctor huius animaduersionis sit ridiculus, morem antiquissimum ignorans, et tamen carpens. *Clement* l. c. pag. 143 sq. *Zapf* in *Augspurgs Buchdruckergeschichte* tom. I. pag. 160 sq. *Baumgartenii* *Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, vol. III. pag. 417 — 419. etc.

In cl. de *Murrî* memorabil. biblioth. Noriberg. part. I. pag. 288. occurrit *Euclidis Elem.* lat. cum comment. *Campani*. *Aug. Vindel.* 1483. quae quidem notitia falsa est: nam nunquam Augustae Vindel. eo anno prodiit, et in bibl. Norica vnicum exemplar *Ratdolti* a. 1482. exstat. Falsa igitur tradidit etiam *Io. Saubertus* in historia bibl. reipubl. Noriberg. (Noribergae 1643. 12.) pag. 144. dum tres editiones eiusdem anni 1482. eiusdemque loci, *Venet.* excitat et in bibl. Noribergensi custodini scribit, 1) *Ratdolti*, 2) *Euclidis XV. Ebb. elementorum*, 3) *Idem* cum comment. *Campani*. — Forsan alia alius anni exempla Veneta quondam fuerant in illa bibliotheca ampla atque praestantissima: atque *Saubertus*, vt saepius fecit, illa nec rite inspexisse, nec diligenter norasse annos videtur. — *Campanum* foede peruersum nobis *Euclidem* reliquisse, iudicat *Huetius* de claris interpretibus pag. 227. — De *Campano* ipso, (circ. a 1030.) vid. infra §. VI. nec non *Fabricii* *Bibl. lat. med. et inf. aet.* tom. I. pag. 325 sq. edit. *Mansî*, et *Schell. oru.* in *amoenitat. litterar.* tom. Xk. pag. 1 sqq. vbi §. II. alii eiusdem nominis discernuntur.

Num *Hilbrunner* pag. 159. certo sciuerit, *Eucl.* elementa latine ex versione et cum commentario *Lucae Paci lae de Burgo*, *Venet.* 1489. lucem vidisse, equidem nescio. *Fabric.* tamen infra eam nominat.

*Radtolti* exemplar recufum est *Vlmae* apud Io. Regerum 1486. 4. (Scheibel, part. V. pag. 1.) — et typis, at venustis, repetitum *Vicentiae*: in calce legitur:

„Opus elementorum euclidis *megarenfis* in geometriam artem. In id quoque *Campani* perspicacissimi commentationes finiunt. Impressum *Vicentiae* per Magistrum *Leonard. de Basilea* et *Guilielmum de Papia* Socios. Anno salutis M. CCCC. LXXXI. (1491.)“ fol. vid. *Clement* l. c. in nota pag. 144 sq.

*Georgio Valla interprete. Nicephori Blemmidae* logica. — *Euclidis elementorum XIVtus cum Hypsichis interpretatione. Nicephorus et Proclus* de Astrolabio. *Aristarchus* — *Timaeus* — *Cleonidis* <sup>1)</sup> *musica* etc. *Venet.* per Anton. de Strata, 1488. — ib. per Simon. Papiensem dictum *Beuilaquam*. 1498. fol.

Vid. *Fabric.* bibl. lat. mediae et inf. aet. tom. VI. pag. 281. edit. *Mansf.* *Forkel* in *Litteratur der Musik* pag. 47. vbi de scriptis et editionibus musicis Euclideis agit, posteriorem *Vallae* editionem citat a. MCCCCXXXVII. die tertio Augusti; quo duce, equidem nescio: etiamsi littera L. ante sequentes litteras XXXXVII. more aut errore haud infrequenti, exciderit.

*Euclidis megarenfis philosophi platonici Mathematicarum disciplinarum Ianitoris: Habent in hoc volumine quicumque ad mathematicam substantiam aspirant: elementorum libros XIII. cum expositione Theonis insignis mathematici; quibus multa quae deerant ex lectione graeca sumpta addita nec non plurima subuersa et prepostere: voluta in Campani interpretatione: ordinata digesta et castigata sunt. Quibus etiam nonnulla ab illo venerando socratico philosopho mirando iudicio stricta habentur adiuncta. Deputatum scil. Euclidi vol. XIII. cum expositione Hypsich. Alex. Itidemque et Phaenom. specularia et Perspect. cum exposit. Theonis ac mirandus ille liber Datorum cum expositione Pappi Mechanici una cum Marini dialectici protheoria. Bar. Zamber. Veneto interprete. — In calce: Impressum Venetiis — — in aedibus Io. Tacuini librarii accuratissima diligentia recognitum. Anno — MDV. (1505.) VIII. Kalend. nouembris — — etc. fol. cum figg. mathem.*

*Bartholom. Zambertus* profitetur, se, reiecta *Campani* interpretatione, quam mire culpatur, curate sequutum esse *textum* *Euclidis graecum*: et vbique docet diuersum ordinem, quem *Campanus* neglexit aut obseruauit, et quem *Zambertus* in graecis inuenit lectionibus: vnde, quanti aestimanda sit haec editio, hodie rarissimis libris adnumeranda, cognosci potest. Exemplar habet publica nostra bibliotheca. Sed diligenter copioseque illam descripsit, compendia scribendi illo tempore sueta retinuit et expressit in titulo, et argumenta singularum partium indicauit *Clement* l. c. pag. 144 — 147. De *Zamberto* vid. *Goetzii* mem. bibl. *Dresd.* II. p. 213. — rec. *Basileae* 1537. 1546. et 1558. — *Parisi.* apud *H. Stephan.* f. 2. fol. in catal. bibl. *Ludewig.* IV. pag. 1391.

*Euclides.* — in calce. — *Et tantum de quatuor libris elementorum Euclidis cum familiari Campani in eosdem commentario, qui — in academia franckfordiana — per Mgrm. Ambro.*

i) Sub nomine *Cleonidis*, (cui in quibusdam codd. adscribitur,) vertit *Valla* *Euclidis* introductionem harmonicam.

*Ambrosium Iocher de Merspurg* — \*) castigati propriisque impensis elaborati sunt atque impressi etc. 1506. 4. vid. Scheibel. I. pag. 7.

*Textus de Sphaera Io. de Sacrobosco* — — et *Geometria Euclidis Megarensis*. in calce. „*Impressum Parisi in officina Henr. Stephani. Anno* — 1507. min. fol. — iterum Parisi typis Sim. Colinaei 1531. — (de edit. per antiquis libri *de Sacrobosco* de Sphaera, f. l. et a. probabiliter Romae circa a. 1472. et Veneta 1478. 4. ac Veneta per Erhard. Ratdolt. 1485. 4. vid. Pinelli catal. I. pag. 341 sq. ibique notam cl. Morelli.) conf. Scheibel. I. pag. 8. et 11. *Clement* pag. 148. in nota.

*Euclidis* — opera a Campano interprete fidiissime tralata. Quae cum antea librorum detestanda culpa mendis fedissimis adeo deformia essent — Lucas Pacioli — — deterfit, emendavit — — — commentariolis sane luculentis — aperuit, enarravit, illustravit. — A Paganus Paganinus characteribus elegantissimis accuratissime exprimebat. Venet. 1509. fol. Continet tantum elementa Euclidis.

Kaestner l. c. pag. 14 sq. Bofe l. m. pag. 22. et ex illis Scheibel. pag. 8. atque Clement. pag. 149. not.

*Elementale geometricum ex Euclidis geometria a Io. Voegelin, Hailpromensi* — excerptum. Vindobonae, in aedibus Io. Singrenii. 1528. 4. — recuf. Argentorati 1529. 8. — Parisi. ap. Wechel. 1534. et 1550. 8. — cum praefat. Melanthonis, Wittebergae 1536. 8. et Francfurti 1548. 8.

Vid. Denis Wiens Buchdruckergeschichte pag. 268 sq.

*Euclidis Megar. geometricorum elementorum libri XV. lat. Campani Gollii* — in eisdem commentariorum libri XV. Theonis Alexandrini Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete, in tredecim priores commentariorum libri XIII. Hypsicles Alexandrini in duos posteriores, eodem Barth. Zamberto interprete, commentariorum libri II. in offic. H. Stephani. Parisi. 1516. fol. vid. Maittaire A. T. II. pag. 285. Freytag. anal. litter. pag. 316 sq. Clement. pag. 148 sq. — edit. a. 1576. dubia videtur. ann. 1546. innuitur.

Orontii Finaei comment. in sex elementa etc. 1530. nisi a. 1536. nota potius sit ponenda. Nam prodierunt illo anno:

Orontii Finaei in VI. priores libr. geometricor. Euclidis demonstrationes, recens auctae et emendatae; una cum ipsius Euclidis textu graeco, et interpret. lat. Barth. Zamberti, Veneti. Omnia ad fidem geometricam per eundem Orontium recognita. Ex offic. Sim. Colinaei. Parisi. 1536. fol. — repet. Parisi. 1544. — et (in bibl. Hulsiana II. p. 361.) ibid. 1551. 4. atque sub illius anni nota Fabricius laudarat *Euclid. libr. VI. priores cum demonstratt. Orontii Finaei.* — Argentorati 1558. 4.

Vid. Goetzii Memorab. bibl. Dresd. tom. II. pag. 212 sq.

Εὐκλείδης στοιχείων — *Euclidis elementorum libri XV. ex Theonis colloquiis Procli libri IIII.* graece. Basileae apud Io. Heruagium 1533. fol.

Fabricius

\*) In catal. Bunau. tom. I. vol. III. dicitur *Ambros. LACHER de Mersburg.*

Fabricius ipse, ut paullo post videbimus, hanc editionem descripsit. adde Goetz. l. m. pag. 211 sq. In bibl. Leidensi est exemplar, in quo Procli commentario V. D. aliqua adscripsit. vid. Catal. illius bibl. pag. 197. vbi plura Euclidea enumerantur.

*Euclidis — elementorum libr. XV. cum expositione Theonis in priores XIII. a Barthol. Zamberto Veneto latinitate donata, Campani in omnes, et Hipsiclis, Alexandrini in duos postremos. His adiecta sunt phaenomena, catoptrica, et data. Postremum vero opusculum de leui et ponderoso, hactenus non visum, eiusdem auctoris.* Basil. ap. Io. Heruagium. 1537. fol. — rec. at typis elegantioribus. ibid. 1546. et 1558. fol.

Omnia latine edita: Marini quoque adiecta est protheoria. Est quidem repetitio editionis Venetae a. 1505. supra recensitae Christianus tamen Herlinus, Prof. Argentoratensis, contulit graecum exemplar, ex eoque versionem emendauit latinam: praefatus est Phil. Melanthon. vid. Goetz. Mem. l. c. pag. 213 sq. Clement. l. c. pag. 149 sq. not. — Herlini et Desypodii Euclideae demonstrationes in syllogismos resolutae, prodierunt, teste Heilbronner. Argentor. 1564. fol.

Io. Regiomontani introductio in elementa Euclidis. — Haec pars est voluminis, sic inscripti: *Continentur in hoc libro: Rudimenta astronomica Alfragani — — cum additionibus Io. de Regiomonte. Item oratio introductoria in omnes scientias mathem. Io. de Regiomonte. — Eiusdem utilissima introductio in elem. Eucl. Et epist. Phil. Mel. nuncupatoria ad senatum Norib. omnia iam recens prelis publicata.* Noriberg. ap. Io. Petreium. 1537. 4.

Εὐκλείδης στοιχείων βιβλία ἑ. *Euclidis elementorum libri XV.* Romae 1545. 8. graece. in calce: Romae apud Antonium Bladum Ajulanum et Romae 1555. 8. in Pinelli catal. III. pag. 7. nr. 5677.

Curauit hanc edit. Angelus Caianus et dedicauit Antonio Altouito. Continet illa tantum propositiones Euclidis sine demonstrationibus et figuris. vid. Clement. pag. 142 sq. Thott. bibl. IV. pag. 272. vbi fuit exemplar cum not. mssis. Catal. bibl. Roffi. pag. 140. Editio Florentina apud Fabricium, ex Gesnero, forsan, suspecta est, aut cum hac Romana confusa.

*Liber primus arithmeticae Euclideae, qui est septimus elementorum.* Witteberg. 1546. vid. §. X.

*Eucl. elementorum libri VI.* gr. et lat. interprete Ioach. Camerario ex edit. Ioach. Rhetici. Lipsiae 1549. 8. Thott. bibl. IV. pag. 272. Fabr. B. Gr. XIII. pag. 516. Maittaire A. T. Ind. pag. 383.

*Eucl. arithmetica per I. Sthen.* Luneburg. Marpurg. 1549: 8.

*Euclidis.* Paris. Richard. 1549. 8. sic citatur in Catal. librorum in bibl. vniuers. Vienneensis ann. 1787. in publ. auctione vendendorum pag. 194. alia Richardi edit. vid. infra ad ann. 1645.

*Euclidis — sex libri priores, de geometricis principiis, graece et lat. vna cum demonstrationibus propositionum absque litterarum notis. — — Algebrae porro regulae — his libris praemissae sunt —.* Authore Io. Scheubelio, in inclyta acad. Tubing. Euclidis P. O. —  
Basilae,

Basileae, per Ioan. Heruagium: — in fine Basileae per Io. Heruag. M. D. L. (1550.) fol. —  
— ibid. 1590. fol.

Vid. *Clement.* pag. 151. not.

*Petri Montauri commentar. in I. Euclidis.* Paris. Vascosan. 1551. 4. (in catal. bibl. Leid. pag. 172. nr. 48. sed nota anni 1552. ap. *Mairtair.* A. T. III. pag. 611.)

*Io. Bapt. de Benedictis* resolutio omnium *Euclidis* problematum. Venetiis 1553. 4. *Thott.* bibl. IV. 93.

*Elementa Eucl. arithmetica,* gr. et lat. Paris. 1554. 4. vid. infra §. X.

*Iac. Peletarii Cenomani* in *Euclidis* elementa geometrica demonstrationum libri VI. Lugduni apud Tornaesium et Guil. Gazeium. 1557. fol. — ibid. 1610. 4. cum textu graeco *Euclidis.* vid. *Pinelli* Catal. I. pag. 340. nr. 2044.

Adde *Hansch.* §. 31. apud *Scheibel.* V. pag. 526. et *Scheibel.* V. pag. 477.

*Euclidis* libri XV. etc. cum praef. *Stephani Gracilis.* gr. et lat. Paris. 1557. 8. (*Maittaire* A. T. indic. pag. 383.) 1573. 1598. 8. — Coloniae 1612. 8. apud *Gosvin.* Cholin.

Εὐκλείδης τῶν πέντε καὶ δέκα στοιχείων ἐκ τῶν τῷ Θεώωνος συνθεσίων τὸ πρῶτον. Argentor. 1559. 8.

*Iac. Pel-tarii* in *Christophor. Clauium.* De contactu linearum apologia etc. Paris. 1559. 4. — — *Petri Rami* scholae mathematicae. Francof. 1559. 4. et *Basil.* 1569. 4. — opera *Lazari Schoueri,* Francof. ad Moen. 1599. 4. — ibid. 1627. 4.

*Procli Diadochi Lycii* — in primum *Euclidis* elementorum librum commentariorum ad vniuersam mathematicam disciplinam principium eruditionis tradentium libri IIII. a *Francisco Barocio,* *Patritio Veneto* summa opera — cunctis mendis expurgati: scholiis et figuris, quae in graeco codice omnes desiderabantur, aucti: primum iam romanae linguae venustate donati, et nunc recens editi. — Patauii exc. *Gratiosus Perchacinus.* 1560. fol.

*Barocius* in epistola nuncupatoria ad *Dan. Barbarum* ait, quatuor *Procli Diadochi* libros commentariorum in primum *elem. Euclidis* *Basileae* impressos adeo laceros et corruptos se inuenisse, vt nihil boni ex iis elicere potuerit: se autem in insula *Creta* vetustissimum quoddam eorundem *Procli* commentariorum exemplar, at multis in locis imperfectum reperiisse, ex eo tamen edit. *Basil.* emendasse: postea *Bononiae* duo mssta exempla, alterum in *bibl. S. Saluatoris,* alterum, idque bonum, in *bibl. Fabritii Garzoni* inuenisse; ex his omnibus exemplaribus se, quoad fieri potuit, vnum fecisse integrum, et e graeca lingua conuertisse in latinam: quod dum sub praelo sudabat, se duo adhuc vidisse graeca exemplaria, vnum *Venetiis* in *bibl. SS. Ioannis et Paulli,* alterum *Patauii* in *bibl. Io. Vincentii Pinelli* *Genuens.* ex quibus sane omnibus hoc *Procli Diadochi* vtilissimum lucidissimumque volumen a propinquo iam interitu vindicatum, nunc primum renouatae *Phoenicis* instar exoriri — . In praefatione praeterea scribit, se nihil addendum, neque diminuendum esse censuisse; sed vbique verba graeca verborumque sensa ac veritatem latine reddidisse et alia de sua opera iactat. Operae autem pretium fecisset si contextum addidisset graecum. In *bibl. Leidensi* est exemplar cum notis *V. D.* msstis.

*Euclides elem. libri XV. graec. et lat. Colon. 1564. 8. in biblioth. Dubosiana, tom. III. pag. 627.*

*Euclidis — elementa geometrica libri XV. ad germanam geometriae intelligentiam e diuersis lapsibus temporis iniuria contractis restituta. — His accessit decimus sextus liber de solidorum regularium sibi inuicem inscriptorum collationibus, tum etiam coeptum opusculum de compositis regularibus solidis plane peragendum. Authore Francisco Flussate Candalla. Paris. apud Ioan. Rogerium typograph. regium. 1566. fol.*

Altera editio auctior: *Euclidis — — (vti in priore editione —) inscriptorum collationibus. Nouissime collati sunt decimus septimus et decimus obtusus, priori editione quodammodo polliciti de componendorum, inscribendorum, et conferendorum compositorum solidorum inuentis, ordine et numero absoluti. Authore D. Franc. Flussate Candalla: (h. e. François de Foix de Candale.) — Lutetiae apud Jac. Du Puys M.D.LXXVIII. (1578.) in calce. Lugduni ex offic. Io. Tornaesii, typographi regii 1578. fol.*

*G. I. Vossius de mathes. natura et constit. pag. 68. culpat hanc Franc. Foxii versionem nimis liberalem; contra Huetius de claris interpretibus, pag. 213. laudat illam. conf. Goetz. Mem. bibl. Dresd. l. l. pag. 214 sq. in primis Clement. l. m. pag. 153 — 156. de perraris illis editionibus. adde ad a. 1626.*

*Arithmetices Euclideae lib. I. a Io. Stehnio in quaestiones redactus. Witteberg. 1565. 8. Forfan repetitio est edit. Witteb. 1546. et Marpurg. 1549.*

*Arnoldi Lensaei isagoge in geometrica Euclidis. Antwerp. 1566. (1565.) 8.*

*Petri Ioannis Manzou. Valentini, elementa arithmeticae ex Euclide decerpta. Valentiae apud Petrum de Nuete. 1569. 8. et 1559. 8. vid. Nic. Anton. biblioth. Hispan. tom. II. pag. 162.*

*Euclidis elementorum libri XV. vna cum scholiis antiquis. A Federico Commandino Vrbinate, nuper in latinum conuersi, commentariisque in quibusdam illustrati. Pisauri. 1572. fol. in calce. Pisauri — apud Camillum Francischinum. 1572. — rec. sub titulo Euclidis — conuersi. Ac nuper a multis mendis quibus antea scatebat, vendicati. — Pisauri, typis Flaminii Concordiae. M. DCXIX. (1619.) — Expensis Guil. Ingenieri, Forosempronienis. — In calce: apud Flam. Concordiam. 1619. fol.*

Commandini versio, quam emendauit et recepit Gregorius in sua Euclidis editione, mirifice laudatur ab Huetio et Vossio locis laudatis. Plura disputarunt de editione illa per rara Freytag. in Analectis litterar. pag. 317 sq. Clement. pag. 152 — 154. et Goetz. in memor. bibl. Dresd. II. pag. 214. vid. ad a. 1620. et infra §. IV.

*Euclidis elementa gr. et lat. interpr. Cunr. Dasypodio, cum scholiis. Argentor. 1573. 8.*

*Euclidis elementorum libri XV. Accessit XVI. de solidorum regularium cuiuslibet intra quodlibet comparatione. Omnes perspicuis demonstrationibus accuratisque scholiis illustrati auctore Christoph. Clauio, Bambergensi, e soc. Iesu. Romae 1574. 8. II. voll. — iterum editi ac multarum rerum accessione locupletati. ibid. apud Barthol. Grassum 1589. 8. II. voll. — ibid. 1603. 8. II. voll. — Colon. ap. Io. Bapt. Ciottum. 1591. fol. (vid. Thottianae bibl. Catalog. tom. IV. pag. 25. nr. 379. in primis Goetzii Mem. bibl. Dresd. II. p. 215.) — Francof.*



conf. sumtibus Ionae Rhodii, 1607. II. voll. 8. — ibid. sumt. heredum Ionae Rosae, 1654. 8. II. voll. et in opp. mathemat. Christ. Clauui, Moguntiae, 1612. vol. I.

Vid. *Clement.* pag. 155 sq.

*Propositiones libri XIII. elementorum Euclidis, solidorum tertii, regularium primi.* Inter *Franc. Maurolyci*, Abbatis Messanensis, opusc. mathem. nr. V. Venet. 1575. 4.

Εὐκλ. στοιχείων βιβλία ζ'. *Euclidis elementorum geometricorum libri VI. conuersi in latinum sermonem a Ioach. Camerario.* Quibus adiectae trium priorum librorum demonstrationes atque editae — a *Mauritio Steinmetz.* gr. et lat. Lips. 1577. 8. — vid. *Goetz.* tom. II. pag. 248.

Versio est repetitio editionis 1549. quod ipse typographus profitetur, et addit, se prooemium quoque de dignitate ac praestantia artis geometricae ab illo (Camerario) alterius nomine perscriptum, hoc loco subiicisse.

*Isaaci Monachi scholia in Euclidis elem. VI. priores libros latine per Dasypodium.* Argentor. 1579. 8.

*Io. Thom. Freigii* quaestiones geometricae et stereometricae in *Euclidis στοιχείωσιν.* Basil. apud Henricum Petri. 1583. 8.

*Eucl. elementorum lib. XV.* Colon. 1580. 8. et in catal. Frobes. a. 1587.

*Euclidis elementorum libri tredecim.* Ex traditione doctissimi *Nasiridini Tusni*, nunc primum arabice impressi. Romae in typographia Medicea, (n. Ferdinandi de Medicis, patris purpurati,) 1594. fol.

Conf. *Goetz.* mem. bibl. Dresd. II. p. 216. inprimis *Clement.* p. 158. *Lambec.* comment. de bibl. Vindob. VII. pag. 391. not. 3.

*Eucl. elementorum libri XV.* gr. et lat. Paris. 1598. 8. in catal. biblioth. Leid. pag. 179. Exemplo illi *Franc. Iunius* multa adscripsit.

*I. Bapt. Benedicci* speculationum liber, in quo continentur theoremata arithmetica — — in quintum Euclidis librum, physica et mathematica responsa per epistolas. Venet. 1599. fol.

*Euclidis elementorum libri XV. etc.* Coloniae apud Gosuin. Cholinum. 1600. 8. An est eadem, quae ad annum 1557. signata est editio, aut repetita?

*Petri Ryeff* quaestiones in *Euclidis elementa.* Francof. 1600. 4. vid. ad ann. 1621. — Oxon. 1665. 8.

*C. Dibnadii* in geometriam Euclidis prioribus sex elementorum libris comprehensam demonstratio numeralis. Arnheimii Geldriae <sup>1)</sup> 1603. 4. — Arnheimii 1605. 4. — *Eiusdem* demonstratio arithmeticae rationalium in VII. VIII. et IX. *Euclidis comprehensae.* ibid. 1605. conf. bibl. Hulsian. II. pag. 363.

1) Al. Lugd. Bat. vid. *Christii Catal.* part. I. *fratio linealis*, item bibl. Hulsianam, tom. II. pag. 370. vbi quoque alter lib. citatur *demonstra-* part. I. pag. 361.

*Iac. Peletarii* in Euclidis elementa geometrica demonstrationum libri sex. 1610. 4. bibl. Dubosian. II. pag. 378.

*Eucl. elementorum libri XIII.* succinctis et perspicuis demonstrationibus comprehensi a *M. Ambrosio Rhodio*, Kembergenſi, mathem. P. E. O. in acad. Leucorea. Witteberg. typis Gormanianis, impensis Pauli Helwigii 1609. 8. — *ibid.* 1623. 8. (catal. bibl. Leidens. pag. 179.) — *ibid.* 1634. 8. — *ibid.* 1661. 8.

*Henr. Sauilii* praelectiones XIII. in Eucl. elem. (1610. apud Heilbronner. pag. 160. sed legendum, *habita* 1620. et editae) Oxon. 1621. 4. vid. Pinelli catal. I. pag. 342. et bibl. Hulfianam II. pag. 361.

*Eucl. elementorum libri XV.* etc. Colon. ap. Gofuin. Cholinum 1612. 8. v. ad annum 1557.

*Euclid. elementa cum comment. Florimundi Puteani Vati Domini* Paris. 1612. fol. (Thottian. bibl. Catal. IV. pag. 25. a Mongitore citatur *elementorum liber decimus cum scholiis Florem. Puteani.*) — *libri II. priores*, cum explicatione *I. Pauli Reseni*, editi a *I. Christ. Knopf.* Witteb. 1612. 8. vid. Bossum pag. 22.

*Eucl. elem.* libri XV. per *D. Henrion* et quintum et septimum postulatum e primo Euclidis demonstratiue et breuiter comprobatum a *Petro Antonio Cattaldo.* Paris. 1615. 8.

*Eucl. elementorum geometricorum libri sex priores.* Noua interpretatione — in lucem dati, a *Io. Lanz*, S. I. Ingolſtadii 1617. 8.

*Eucl. elementorum libri sex.* Duaci. 1620. 12. Biblioth. Dubosiana tom. III. pag. 627.

*Euclid. VI. priores libri* secundum vetera exemplaria restituti, ex vers. lat. *Feder. Commandini*, aliquaminultis in locis castigata. Londin. ab *Henr. Briggio.* 1620. fol. *Scheibel.* V. pag. 477. *Pinelli* catal. I. pag. 313. nr. 1944.

*Elementa geometrica* — ex variis authoribus collecta, per *M. Eberhard. Welperum* —. Argentor. 1620. 4. — — *Quaestiones geometricae in Euclidis et P. Rami σοιχίσωσι* — collecta a Doct. *Petro Ryff*, Basil. mathem. Professore. — Francof. in offic. Wechel. 1621. 4. vid. ad ann. 1600. — rec. ib. sumt. Io. Pressi. 1649. 4.

*Eucl. elementa cum demonstration. Car. Malapertii*, Duaci 1625. 12. — 1633. 12. — *Euclides Io. Coccapani*, Florentini mathematici, circa ann. 1620. (Fabric. in nota marg.)

*Euclidis libri XVI. elementor. libri XV. opticorum cum additionibus Maurolyci et Caddallae.* II. voll. 1626. 12. teste Heilbronnero.

*Ouidii Montalbani*, Bononiensis, speculum euclidianum totam Euclidis planimetriam vnico in schemate linealiter repraesentans et demonstrans. Bononiae 1628. 4.

*Clavis mathematica* — per vltiores demonstrationes, quas ex *Euclidis* VI. prioribus elementorum libris selegit, — *Andreas Arzet*, I. S. Oeniponte 1634. 12.

*Euclidis sex primi elementorum geometricorum libri cum parte vndecimi ex maioribus Clauii commentariis* — contracti per *Christoph. Grienbergerum*, S. I. — Graecii. 1636. 4.

*Mart. Erci Gestrinii*, mathem. Prof. Vpsaliensis, (mortui 1642.) in *geometriam Euclidis demonstrationum libri VI.* in quibus geometria planorum traditur et breuibus notis perspicue explicatur. Vpsal. 1637. 4.

*Eucl. elem.* libri VI. priores demonstrati a *Coetsio*. Lugd. Bat. 1641. 8. 1691. 8. et Amsterd. 1705. 8. — *sex primi elementorum geometric. libri* per *G. Fournier*. Paris. 1643. 12. Londini 1654. 12.

*Curfus mathematicus etc.* — *Cours mathématique* — . Par *Pierre Herigone*. Paris. 1643. 8.

Elementa sunt pag. 1 — 800. Data pag. 801 — 889.

*Curfus mathematici tomus primus, continens Euclidis elementorum lib. XV. appendicem geometriae planorum. Data Euclidis Apollonii Pergei de loco resolutio. Lib. V. Doctrinam angularium sectionum.*

*Tome premier du Cours mathématique etc.* à Paris chez Simeon Piget. 1644.

Elementa sunt pag. 1 — 800. data pag. 801 — 889. in tomo V. sunt optica Euclidis aucta et nouis demonstrationibus illustrata, pag. 1 — 86. Catoptricae Euclidis propositiones pag. 89 — 125. Eucl. musica pag. 302 — 335. Eucl. sectio regulae harmonicae pag. 335 — 351. — *Scheibel*. I. pag. 35.

Vniuersae geometriae mixtaeque mathematicae synopsis, et bini refractionum demonstratarum tractatus. Studio et opera *F. M. Merfenni* M. Parisiis, apud Anton. Bertier. 1644. 4.

Propositiones et expositiones librorum XVIII. Euclidis sunt pag. 1 — 64. Phaenomena pag. 249 — 256. et Data pag. 373 — 381.

*Marius Bettini*, S. I. in opere: *Apiaria vniuersae philosophiae*, edidit Euclidem explicatum Bononiae 1642. 1645. fol. opus refertum variis inuentis in omni genere mathematic. (*Sotwell*. pag. 581.)

*Euclidis elementorum geometricor. libros XIII. Isidorum et Hypsiclem* — illustrauit et multis definitionibus — — locupletauit cum Procli proposition. geometr. *Claudius Richardus* e S. I. — Antwerp. ex offic. Hieronymi Verduslii. 1645. fol. cum XXIV. tabb. aen. — vid. *Scheibel*. I. pag. 36 sq. *Thott*. biblioth. IV. pag. 25.

*Elementorum geometric. libri VI. priores*, noua interpretatione ex graeco fonte — in lucem dati a *Io. Lanz*, S. I. in Aetario (an *apiar.*?) philos. mathem. *Marii Bettini*, Bonon. S. I. Bononii 1648. 4. *Scheibel*. I. pag. 37.

*Petri Montauri Euclidis elementor. liber X.* Lutetiae 1651. 4.

*Franc. de Nonancourt* Euclides logicus, siue de ratione Euclidea. Louanii 1652. 12.

Apologia pro *Aristotele* et *Euclide* contra *Petr. Ramum* et alios. — authore *Io. Broscio*, Prof. et canonico Cracou. Dantisci. 1652. 4.

*Euclidis elementa ac Flullatis comm.* Christ. Clauii. II. tom. Francof. 1654. 8.

*Andr. Tacqueti* elementa geometriae *Euclidea*. Antwerp. 1654. — editio II. correctior ibid. apud Iac. Meurlium. 1665. 8. — Amstelod. 1701. 8. cum figg. — cum annotatt. *Guil. Whistonii*. Cantabrig. 1703. 8. de qua postrema editione vid. Acta erudit. ann. 1704. mense Febr. pag. 72 sq.

*Euclid.* poster. libri IX. Francof. 1654. 8.

*Georgii Hilarii* sexti libri *Euclidis* propositiones selectae, ordinatae et demonstrationibus illustratae. Hafniae 1654. 12.

Idem *Hilarius* edidit in *Progymnas. mathem. primi element. Euclidei apospasmation*, gr. et lat. Hafniae 1656. 12. vid. *Albert. Bartholin.* de scriptis Danorum pag. 48.

*Thom. Albii Euclides physicus et metaphysicus.* 1658. apud Mongitor.

*Euclid.* VI. primi libr. elem. Lond. 1654. 16.

*Euclidis elementorum libri XV. breuiter demonstrati, opera Jf. Barrow, Cantabrigien-* fis Coll. Trin. Soc. Cantabrigiae, ex cel. academiae typographeo. Impensis Guil. Nealand, bibliopolae. — 1655. 8. — it. *Londini.* Exc. R. Daniel. impensis Guil. Nealand, bibliopolae Cantabrig. 1659. 8. — Huic posteriori editioni accesserunt a pag. 353—399

*Eucl. Data succincte demonstrata; una cum emendationibus quibusdam et additionibus ad elementa Euclidis nuper edita. Opera M. Jf. Barrow, Cantabrigiensis.*

Vid. Scheibel. I. pag. 39 et 40. In catal. biblioth. Leidensis pag. 179. occurrunt *Euclid. data* a *Barrow* demonstrata, Cantabr. 1657. 8.

*Io. Alph. Borelli Euclides restitutus, denuo limatus etc.* Pisis 1658. 4. — Romae 1679. 4. (Fabr. in 12.)

*Thomae Angli Euclides metaphysicus, siue de principiis sapientiae Euclidea methodo digestis.* Londini 1658. 12.

*Euclid.* elementorum libri octo. ad faciliorem captum accommodati: auctore P. *Claudio Franc. Milliet Dechales*, S. I. Lugduni 1660. 12. — Lugd. 1679. 8. — adde ad a. 1674.

In *P. Gasparis Schotti* cursu mathematico, Herbipoli 1661. fol. exstat pag. 61—108. liber III. de geometria elementari, s. elementorum geometr. *Euclidis* sex libri primi. — rec. Francof. ad Moen. 1674. fol. — Bamberg. 1677. fol.

*I. Christoph. Sturmii* vniuersalia Euclidea. Hagae Comitum 1661. 8.

*Euclidis* elementa geometriae, nouo ordine ac methodo fere demonstrata. Londini 1667. (al. 1666.) 12. — et, cum Nic. Mercatoris in geometr. introduct. Londini 1678. 12.

*P. Guarini Guarinii Euclides* adauctus et methodicus etc. Augustae Turinor. 1671. fol.

*Eucl.* libri XV. ex recognitione *Chr. Melderi.* Lugd. Batau. 1673. 12.

In *Claudii Franc. Milliet Dechales*, S. I. cursu seu mundo mathematico etc. Lugduni ex offic. Anissoniana, 1674. fol. pag. 1—80. prostant *Euclidis* lib. I—VI. XI. et XII. — in edit. II. Lugd. 1690. sunt pag. 109—260. *Euclidis* XIII. libri.

*Eucl. Data* — et elementorum *Eucl.* libri XV. — opera et studio *Barrow* nunc vicissim reuisi et a cunctis erroribus expurgati. Osnaburgi, apud Io. Georg. Schwänderum. 1676. 8. — *Eucl. elem. Barrowii*, Marpurg. 1675. 8. — Londin. 1678. 8. — melior editio Londini 1732. ex recensione *Thomae Hafeldeni*, cum *Euclidis Datis* et *Archimede* de sphaera et cylindro. (notante Fabricio in margine.)

*Euclidis elementa* — noua inethodo et compendiarie demonstrata. Senis. 1690. atque Neapoli 1701. 8. ab *Elia Astorino*, Carmelita.

*Euclid. elementor. libri XV.* Auctore *Claudio*, Colon. 1691. fol.

*Euclidis elementorum sex libri priores*: magnam partem nouis demonstrationibus adornati opera et studio *Henr. Coetfii*. Lugduni Batau. 1691. 8. (conf. *Acta erudit. ann. 1691. mense Iunio pag. 267 sq.*) — Amstel. 1705. 8. Vid. ad ann. 1641.

Disceptatio geometrica de postulato quinto et quinta definitione libr. VI. *Euclidis*. in volumine II. Opp. mathematicor. *I. Wallisii*. Oxon. 1693. fol.

*Angeli Marchetti Euclides reformatus etc.* Pistorii 1698. 4. add. ann. 1709.

*Euclidis elementorum* lib. VI et XI et XII. ex versione *Commandini*. Oxon. 1700. vid. *Hist. of the Works.* 1700. pag. 684.

*Andr. Tacquet elementa geometriae et selecta ex Archimede Theoremata.* Summa cura emendata etc. a *Guil. Whiston*. Cantabrig. impensis C. Crownfield. 1703. 8. — Amstel. 1725. 8. vid. ad ann. 1654.

*Petri Polynier Euclides* alio ordine digestus et nouis demonstrationibus munitus. Paris. 1704. 12.

*Andr. Tacquet* — Arithmeticae theoria et praxis. Editio vltima — emendatior et figuris, annotatt. aliisque — adaucta. Amstelaed. 1704. 8. pag. 1—120. sunt *Euclidis* lib. VII—VIII.

*Angeli de Marchetti Euclides reformatus.* Liburni 1709. 4. vid. *Acta erudit. ann. 1710. pag. 308.* et supra, ann. 1698.

*Euclidis elementor. VI. priores libri cum notis Iac. Bernardi.* Lugd. Batau. 1711. 12. in biblioth. Dubof. III. pag. 627.

*Euclidis elementorum libri priores VI. item XI mus et XII mus* ex versione lat. *Frid. Commandini*. — Oxon. 1715. 8. — edit. quinta auctior et emendatior. Oxon. 1747. mai. 8.

Editor *Io. Keill*, Prof. astronomiae in acad. Oxoniensi Sauiianus in praefat. non solum defendit Euclidem, sed culpat etiam alios editores, praecipue *Tacquetum* et *Claud. Franc. Milliet. Dechales*, qui propositiones 27. 28. 29. libri sexti cum aliis nonnullis in elementis, iudice Keillio, optimo iure ponendas omiserunt: *Barronii* elementa breuitate; *Clauiana* nimia abundantia peccare censet. conf. *Acta erudit. Lips. mens. Febr. ann. 1716. pag. 57 sq.*

*Euclidis editio Keiliana traducta a Sam. Cunn.* Londin. 1723. 8.

*Euclid. elementor. geometr. libri VI.* in latinam linguam translati a *Ioach. Camerario*, iterum editi a *L. F. Weise*. Helmstad. 1724. 4. — Elem. ex edit. *Gu. Wastonii*. Amstel. 1725. 8. Thottian. biblioth. IV. pag. 272.

*Heron. Saccherii*, S. I. *Euclides* ab omni naeuo vindicatus. Mediolani 1733. 4. — cf. noua *Acta erudit. Lipsiens. mens. Iun. ann. 1736. pag. 277—281.*

*Angeli Mariae Quirini* animaduersiones in propof. 21. lib. VII. elementorum *Euclidis* cum noua eiusdem propositionis demonstratione etc. Brixiae. 1738. mai. 8.

*Euclidis elementorum libri VI. priorum planorum, ac XI et XIII. solidorum, cum explanatione et demonstrationibus Ch. iſſph. (Ionii — editi a I. H. L. (von Lom) qui breuem narrationem hiftoricam de vita ac elementis Euclidis addidit. cum tabb. aeneis. Amftel 1738. 8.*

*Euclid. elem. geometriae planae libr. VI. comprehenſa, in uſum incipientium adornata. Hafniae 1740. 8.*

*Elementorum Euclidis libri XV. ad graeci contextus fidem recenti et ad uſum tironum accommodati. Lipſiae 1743. 8. — rec. aut nouo tantum tituli folio inſtructi, Lipſiae 1749. 8.*

Curante *Georgio Frid. Baermann*, cuius opera laudatur.

*Io. Iac. Hntſchii* introductio plana in philoſophiam, complectens genuinas — leges, *geometriae Euclidiae* opes erutas atque dilucidatas: *conamen* I. etc. Lipſiae 1748. 8. — *conamen* II. complectens logicam quantitarum ad elementum I et II. *Euclidis* accommodatam. *ibid.* 1748. 8. — *Conamen* III. philoſophia prima, ex *Euclide* reſtituta, complectens notiones communes, metaphyſicas vulgo dictas, ex elemento III et IV. erutas atque dilucidatas. *ibid.* 1752. 8. — *Conamen* IV. ad element. V et VI. *ibid.* eodem anno. — *Conam.* III et IV. reſuſa *ibid.* 1757. 8.

*Eucl. elementorum libri priores ſex, item XI et XII. ex verſione latina Freder. Commandini*, ſublatis iis, quibus olim libri hi a Theone, aliisque vitiati ſunt, et quibus Euclidis demonſtrationibus reſtitutis, a *Rob. Simſon*, M. D. et Prof. math. lat. et anglice. Glasgow. 1756. 4.

Exercitat. academica in *elementa geometriae planae Euclidis* — in collegio Neapolitano 1757. — inſtituenda, adſidente *F. Iouachino Majo*, Theol. baccalaureo, matheſeos, LL. orientalium, artiſque oratoriae antecellore. Neapoli 1757. 4.

*Io. Landgård* diſſ. praef. *M. Car. Briſmann*, de emendationibus et obſeruationibus circa librum I. elementorum *Euclidis* ſuecane redditorum. Grypswald. 1791.

*Io. Guil. Chriſtiani*, Kilonienſis, comment. qua explicantur fundamenta calculi, quem ab infinito nominamus, et oſtenditur, quomodo iis, quae tradiderunt *Euclides*, *Archimedes*, *Apollonius Pergaeus*, innitantur calculo infiniti. — Gottingae 1792. 4. cum II. tabb. aeneis.

## 2) Editiones Datorum.

*Daſypodii* edit. *Datorum* cum aliis, Argentor. 1570. et *Zamberti* verſion. latinam, item *Curſum mathem.* in quo etiam *Data* ſunt, (ann. 1643 et 1644.) edit. *Barrow* (ann. 1659.) rec. *Osnabr.* (ann. 1676. cum elementis,) et *Barrow.* edit. ad elem. edit. ann. 1655. ſupra memorauimus. adde infra, §. XI.

*Εὐκλείδης Δεδομένα* — *Euclidis Data* — — *Claudius Hardy* — in ſuprema Pariſienſi curia aduocatus, e regis chriſtianiſſimi bibliotheca graece nunc primum edidit, *latine* vertit ſcholiisque illuſtrauit. Adiectus eſt ex eadem biblioth. *Marini* philoſophi commentarius graece et lat. quo *Dati* natura *Datorumque* *Euclideanorum* vtilitates explicantur. Lutetiae Pariſiorum, impenſis Melchioris Mondiere. 1625. 4. — rec. *ibid.* 1695. 4.

3) *Editiones Isagoges harmonicae.*

*Dasypodii* edit. et cursum *Herigoni* mathem. supra inter edit. Opp. et elementorum indicavi.

Εὐκλείδης εἰσαγωγή ἀρμονική — *Euclidis rudimenta musices. Eiusdem sectio regulae harmonicae*: e regia bibliotheca desumpta, ac nunc primum<sup>m)</sup> graece et lat. excusa, *Io. Pena* regio mathematico interprete. Paris. 1557. 4.

*Euclidis introductio harmonica, latine, ex versione Io. Penae, restituta ab Anton. Possivino*, ex codd. MSS. biblioth. Vaticanæ et Fulvii Ursini, cum notis marginalibus. In *Antonii Possivini* biblioth. selecta, Coloniae, 1607. fol. lib. XV. pag. 224 sqq.

*Euclidis sectio canonis musici, latine, Io. Pena* interprete. apud *Possiveinum*.

*Eucl. introductio et sectio canonis musici, gr. et lat. interprete Meibomio*, in huius auctoribus antiquae musicae. vid. paullo post, §. XII.

4) *Editiones phaenomenorum.*

De *Dasypodii* aliorumque edit. aut versionibus partim supra egimus, partim postea §. XIII. quaedam notantur.

*Euclidis phaenomena post Zamberti et Maurolyci editionem*, nunc tandem de Vaticana bibliotheca deprompta, graeco latina, scholiis antiquis et figg. optimis illustrata. Romae, 1591. 4.

Ita citatur haec edit. a *Cleffio* Elench. part. I. pag. 438. Contra in biblioth. Leid. pag. 179. *Eucl. Phaenom. cum scholiis antiquis, figuris illustrata et de gr. lingua in latinam conversa per Ios. Auriam*. Romae 1591. 4. — *Eadem phaen. cum iisdem scholiis et figg. lat. per Ios. Auriam*. Romae 1609. 4. at a *Fabric. Hambergero* (tom. I. pag. 522) aliisque citatur: *Euclidis phaenomena latine versa a Iosepho Auria, Neapolitano, cum observatt. Francisci Maurolyci*. vid. *Scheibel* Einleitung etc. part. XVII. pag. 197 sq. plura vero vide in *Addizioni copiose di Liendo Nicodemo* alla Bibl. Napoletana del Dottor *Niccolo Toppi*, in Napoli 1680. fol. pag. 145. vbi plenior, et, vti reor, verior est inscriptio: *Euclidis Phaenomena post Zamberti et Maurolyci edit. nunc tandem de Vaticana bibl. deprompta. Scholiis antiq. et figg. opt. illustrata, et de graeca lingua in latinam conversa a Iosepho Auria, Neapolitano. His additae sunt Maurolyci breves aliquot annotationes.* — Romae apud *Io. Martinellum*. 1591. 4. — *Maurolyci* adnotatt. primum prodierunt *Messanae* 1558. fol.

*Euclidis phaenomena in Mersenni synopsi tractatus de sphaera mobili*. Editore *Io. Hunt*. Oxon. 1707. 8.

5) *Edit. Opticorum et Catoptricorum elementorum.*

Latinam *Barthol. Zamberti* versionem, huiusque edit. Venetam et Basileensem iam supra inter edit. elementorum geometric. adtuli.

I 2

Εὐκλείδης

m) Sed *Georg. Valla* sub alio nomine *Clonidae harmonicum introductorium*, iam diu antea

latine versum, ediderat. vid. ad initium edd. *Eucl. elementorum*.

*Εὐκλείδης ὀπτικά καὶ κατοπτρικά.* *Euclidis Optica et Catoptrica, nunquam ante hac graec. ed. a. Eadem latine redita per Iouannem Penam, regium mathematicum. His praeposita est eiusdem Io. Penae de usu optices praefatio.* Paris. apud Andr. Wechelum, sub Pegaso. 1557. 4. — In catalog. biblioth. Leid. pag. 179. nr. 74. ita citatur illa editio: *Eucl. optica, catoptrica, isagoge harmonica, vel rudimenta musicae et Theodosii Tripolitae Sphaerica. Omnia gr. et lat. per Io. Penam.* Paris. 1557 et 1558. 4. Sunt vero tres peculiare libri. vid. Goetz. memor. biblioth. Dresd. II. pag. 221 sq.

Pena acceperat eodd. a Petro Ramo. Textus graecus seiunctus a versione latina est excusus. vid. *Scheibel Einleitung etc.* part. IX. pag. 265. penes quem est exemplum, cuius orae multae variae lectiones adscriptae sunt. — rep. Paris. 1604. 4. teste Fabricio nostro.

*Εὐκλείδης κατοπτρικά.* *Euclidis Catoptrica, i. e. elementa eius scientiae, qua uniuersa speculorum vis atq. e nota explicatur: primum graece, antehac nunquam in lucem edita: et nunc noua translatione per Comadum Dasypodium in latinam linguam translata.* Argentorati, 1557. 4.

Eodem igitur tempore Pena et Dasypodius in edendo illo Euclidis opusculo versati sunt. Codex tamen, quo usus est Dasypodius, diuersus fuit ab eo, quem Pena sequutus est: viriusque etiam versio differt.

*Euclid. Optica et Catoptr.* e graeco versa per *Io. Penam.* Lugd. Batau. 1599. 4. vid. catalog. biblioth. Leidenfis pag. 171. nr. 156. et pag. 179. — Paris. 1604. 4. teste Fabricio.

*Optica et Catoptr.* sunt quoque in *Dasypodii* editione *Euclid. propositionum*, ad ann. 1571. 8. inter edd. operum Euclid. memorata graece fol. 51 — 62. latine fol. 63 — 65. tum in *Gregorii* edit. pag. 599 — 642. et lat. in V. tomo cursus mathemat. *Petri Perigonii*, Paris. 1644. mai. 8.

*Euclidis Optica et Catoptrica.* Lipsiae 1607. 8. *Scheibel.* IX. pag. 266. ex catal. biblioth. Frobes. vol. II. pag. 234.

6) De editionibus libri *de diuisionibus* vid. §. XV.

### V e r s i o n e s .

Latinis, quae iam commemoratae sunt, praetermissis, ad reliquas progrediar. In plures autem linguas Euclidis libri, praecipue elementa geometrica, translati sunt. Mihi autem et clar. Scheibelio, ad quem prouocare licet, innotuerunt:

1) *Germanicae*: per M. *Io. Scheybl*, (qui se in titulo vocat *der löblichen Universität zu Tübingen des Euclidis und Arithmetice Ordinarien*.) libri VII. VIII. et IX. elementorum e latino, cum exemplis. Augustae Vindel. 1555. 4. (est ad manus exemplar: vid. quoque der deutschen Gesellschaft in Leipzig Beitrage zur critischen Histor. der deutschen Sprache. vol. III. p. 212.) — Sex libri prioris geometr. e lingua graeca cum notis, per *W. Helm Holzmam*, s. *Nylander*. Basl. 1502 fol. (vid. *Clement.* pag. 157 sq.) — *Die ersten sechs Bücher elementorum Euclidis — aus Griech. in unsere hohe deutsche Sprach uebersetzet mit — Exm. d. n. Limen etc. — durch Simonem Marium*, Guntzenhufanum Francum, Rath, bestalten Mathematicum



maticum und Medicinæ vtriusque studiosum. Onoldi 1610. fol. — iidem per *Seb. A. Curtium* cum animato *I. Peterßen Dou*, Amsterd. 1615. 4 (v. der deutschen Gesellschaft — Beiträge etc. vol. VIII. pag. 213. ap. Boffium edit. citatur ann. 1618.) — item 1634. 8. (vid. Boffii schediaasma pag. 15 et 16.) — — *Luc. Brunnus* — Euclidis elementa practica, oder Auszug aller Problematum aus den XV. Büch. Euclidis. Noribergae 1625. 4. (vid. *Willii* Nürnberg. Gelehrten-Lexic. vol. I. pag. 142 sq.) — *Henr. Hofmanni* teutscher Euclides. Erfurt. 1651. (al. 1653.) 4. — *Teutsch redender Euclides*, oder acht Bücher von denen Anfängen der Mefs. Kunst — in teutscher Sprach eingerichtet und bewiesen durch A. E. B. V. P. (h. e. *Ant. Ern. Burtard. von Pirkenstein.*) Wien. 1694. 4. — 1699. 4. — 1744. 4. (vid. Einige Schriften der Altdorf. deutschen G. fellschaft. Altd. u. Nürnberg. 1760. 8. pag. 130.) — *Euclides* teutsch mit deutlichen Demonstrationen durch *Sam. Reyher*. Kilon. 1697. 4. Hoc anno editum est specimen: post ea. ann. 1699. 4. libri sex priores prodierunt — *Euclidis* — durch *Heinr. Meisner*, graec. et german. cum adnotatt. vberitinis. Hamburg. 1699. fol. (conf. Scheibel. I. pag. 49. nam quot libri a Meisnero versi et expliciti fuerint, diuertae sunt narrationes.) — *Euclidis* XV. Bücher deutsch. — per *Christian Schefshor* cum obfl. et figg. Dresdae 1723 8. — edit. II. ibid. 1729. 8. (vid. Beytr. der deutsch. Gesellschaft zu Leipzig. vol. VII. pag. 391. Schriften der Altdorf. deutschen Gesellschaft, pag. 129 sq.) — *Die VI. ersten Bücher der geometrisch. Anfangsgründe des Euklides* — aus dem griechischen übersetzt durch *L. (h. per Laurentium, Lorenz. Rectorem scholae Burgensum.)* nebst einer Vorrede von *J. A. von Segner*, Halae Sax. 1773. mai. 8. — Idem *Lorenz* vertit et edidit, *Euklids* Elemente XV. Bücher. Halae 1781. 8. in prolegom. agitur de vita et elementis Euclidis. Idem eodem anno edidit libros XI et XII, instar supplementi librorum VI. ann. 1773. editorum. — *Euklids* *Data* verbessert und vermehrt von *Robert Simson*, aus dem Englischen, und mit einer Sammlung geometrischer, und nach der analytischen Mode der alten aufgelöster Probleme begleitet von *J. Christoph. Schwabe*. Stuttgart. 1780. 8. cum XII. tabulis aeneis. conf. *Voiständige Sammlung aller Uebersetzungen der Griechen und Römer vom XVI. lahrhundert.* pag. 136—138.

2) *Belgicae, Eucl. Danicus* door *Mohr*, t Amsterd. 1672. 4. — Eucl. VI. priorum versionem *Xylandri Ioh. Pieterszoon Dou* Lugd. Bat. in Bataavorum translulit linguam. 1606. (vid. *Boffii* schediaasma pag. 13. et *Chement* pag. 157 sq. not.) — Amsterd. 1626. 8. (vid. *Scheibel* I. pag. 32 sq.) — per *Iac. Willensz* *Ve rooten*. van Haerlem. Amstel. 1660. 4. 1663. 4. — libr. XV. e latino per *Fr. van Shoten*. Amstel. 1663. 12. — Amstel. 1717. 8.

3) *Gallicae*. per *Errard* IX. libr. cum notis, Paris. 1598. 8. — per *Petr. Forcodel*, cum adnotation. Paris. 1565. (nota *Fabric. meta*) — per *D. vint de Bar - le Duc*. Paris. 1613 4. XV. libri per *Henri n.* Paris. 1615. 1621. 1621. 8. — Rhotomagi, edit. V. 1649. 8. (catal. Bonau. I. p. 130.) — Les VII. VIII. IX. livres des Elem. d'Eucl. Paris. 1565. 4. — XV. Libri elem. per *Petr. Mardelè*, gallice Paris. 1632 8. — Explicatio libri X. in: Les O. uvrés mathematiques de *Simon Stevin*, augmentées par *Albert Gira d* Leijae, 1634. fol. — Opp. Eucl. in *Herigonii* Cours mathématique etc. Paris. 1643. 1644. 8. — VI. prior. libr. cum notis: per *Petr. Herigon*. Paris. 1644. 8. (supra ad hunc ann. inter editiones. *Sch. ibel*. I. p. 35 sq.) — Libror. XV. Elem. per *G. Fourner*, Lugduni 1654. 12. — *Claude François Millet de Chales* les Elemens d'Euclide expliqués etc. (vid. supra ad ann. 1674. inter edit.) Paris. 1672. 12. — 1677. 12. Paris.

1683. mai. 12. Lausan. 1683. 12. Paris. 1690. 12. 1720. 8. Amstel. 1700. 8. 1738. — *La Perspective* d'Euclide, traduite par *Rol. Breart. de Chantelou*, Sieur de Chambray au Mans. 1663. 4. — *Theodorici Luders* Traité mathématique. Paris. 1680. VI. priores libr. in *Jac. Rohault* Oeuvres posthumes. Hagae Com. tom. I. 1690. 8. p. 1 fqq. — La 47. Proposition du I. Livre des Elemens d'Euclide, démontée par les seuls premiers principes et sans le secours d'aucun autre theoreme par *Mr. La Montre*, avec des Remarques de *G. G. Leibnitz* sur cette demonstration. In *Journal des Sçavans* a. 1691. d. 2 et 23. Jul. (catalog. *Bunau*. I. p. 131.) — *Elementa Euclidis*. *V. P. Hufii* Recueil des Traités de *Mathématique* etc. Paris. III. tom. 1692. 12. — Cours de *Mathématique* — tome I. qui contient l'Introduction aux *Mathématiques* et les *Elemens d'Euclide* (libr. I—VI. XI et XII.) Par *Mr. Ozanam*, Professeur des *Mathématiques*. Nouvelle edit. revnée et corrigée. Paris. 1697. 8. — Les *Elémens d'Euclide*, expliqués par le *P. Dechalets* et *Ozanam*. Paris. 1709. 12. (Act. erudit. tom. IV. supplem. pag. 280) — 1720. 12. vid. *Mem. de Trev.* 1710. pag. 1341. — *Demonstration universelle des conuerfes d'Euclide* par *Mr. Sellier*. in *Mem. de Trevoux*. Sept. 1723. — Les *Elémens d'Euclide* du *P. Deschales* — par *M. Audieme*. 1753. 12. — *Geometrie élémentaire d'Euclide* par *M. Gallimard*. Paris. 1749. mai. 12. — *Elemens de Geometrie*, contenant les VI. premiers livres d'*Euclide* mis dans un nouvel ordre etc. sous les Directions de *M. le Prof. Koenig* et revus par *M. A. Kuypers*. Hagae 1758. 4. — auct. libris XI et XII. per *I. I. Blossière*, Hagae Com. 1762. mai. 4. — *Elemens de Géometrie*; ou les six premiers Livres d'*Euclide*, avec le onzieme et douzieme, Traduct. nouvelle par *Frederic de Castillon*. Berolini 1767 et 1777. 8. secundum editionem *Rob. Simfonis*. — *De Castillon*, pater, scripsit super *Euclidis parallelis*, de *Euclide* aliisque gr. geometris etc. in *Mem. de l'Acad. R. de sciences* etc. Berol. 1792. 4.

4) *Anglicae*. Preface *Mathematical to the English Euclide*, published by *Sir Henry Billingsleg* etc. — *Divers and many Annotations and Inventions*, dispersed and added after the tenth book of *English Euclide*. 1570. fol. (*Scheibel*. I. pag. 21.) — *Euclid's Elements* the whole fifteen Books compendiously demonstrated by *Barrow*. Londin. 1660. 8. — In tomo I. operis: *Iouae Moore* a new *Systeme of the Mathematiks*, London. II. tom. 1681. 4. sunt libri sex priores cum XI et XII. elementorum. — *Edmund Scarburgk*. vid. works of the learnd. 1704. pag. 122. (nota *Fabricii* in marg.) — *The Elements of Euclid with select Theorems out of Archimedes* by *Andr. Tacquet*, publi'd in english by *William Whiston*. Londini 1714. 8. 1719. 8. — *I. Hodgson* in *systemate mathes. anglice*, Londini 1723. 4. II. voll. plurima ex *Euclide* hausisse dicitur. — Libri VI. priores cum XI et XII. demonstrati anglice ab *Henrico Stillio*, Londin. 1726. 4. — *Edmond Stone*, ibid. 1732. II. voll. fol. — *Euclid. element. vol. secundum*, libri XII—XV. anglice, cura *Gregorii*. 1731. — *Euclid. elem. geom.* — ex lat. versione *Commandini* per *D. I. Keil*, anglice translata a *Sam. Cunn* reuisa et correcta per *I. Hom.* edit. tertia. Lond. 1733. — editio XII. by *Sam. Cunn*. Londini 1782. 3. — *Euclid. Data* restored to their true and genuine order, agreeable to *Pappus Alexandrinus's* account of them, in his preface to the 7th book of his *mathematical collections*, by *Rich. Iack* teacher, of the *Mathematiks*. 1756. — An Appendix to *Euclid's Elements* by *I. L. Cowley*. Londini 1759. 4. — *The Elements of Euclid*, with dissertations — By *James Williamson*, M. A. Lond. 1781. vol. I. 4. Nilil amplius, nec melius praestitisse, quam fecerunt *Cunn*, *Barrow* et *Simfon*, dicitur in the *monthly Review* for January. 1787. nr. XI. — *Euclidis sectio canonis et isagoge harmonica*

monica liberaliter versae cum explicatione graecorum modorum toni secundum doctrinam Ptolemaei leguntur in *Cor. Davy Letters chiefly addressed to a young Gentleman upon subjects of Litterature etc.* by St. Edmunds in vol. II. 1787. 8.

5) *Italicae.* In *Paitoni* bibl. degli autori antichi gr. e latini volgarizzati tom. II. pag. 41 fqq. copiose recensentur versiones italicae. Paucis igitur illarum faciam mentionem. *Euclide* reassettato et all'integrità ridotto e tradotto da *Nicolò Tartalea*, (qui obiit ann. 1560.) Venet. 1543. etc. fol. 1565. 4. 1569. 4. — *Eucl.* correct. ibid. 1585. 4. — XV. libri elementorum e graeco in linguam Toscanam translati, Romae 1535. 8. — iidem graec. et italice per *Angel. Caiannum*. Rom. 1545. 8. (vid. supra ad edit. a. 1545.) — Libri XV. cum scholiis antiquis e versione Frid. Commandini, italice facti. Urbini 1575. fol. — repet. Pisauri 1619. fol. \*) — Sex priores libri per *Petr. Anton. Cataldum*, Bononiae 1620. lib. VII. VIII. IX. ib. 1621. — et liber X. per eundem, ibid. 1625. fol. — Quinto libro degli Elementi d'Euclide ovvero scienz. universale delle proporzioni spiegata colla dottrina del Galileo, per *Vincenzio Vviani*. Florent. 1674. 4. (hic annus notatur a Fabricio in nota marginali, et ab Mongitor. ac *Fontani* libr. della eloquenza italiana, Venet. 1737. 4. pag. 661.) al. 1675. 4. — *Euclides* restitutus — per *Vitalem Iord. da Bontono*. Romae 1680. fol. — *Eucl.* elementa — — Vtus liber elementorum etc. Florent. 1690. 12. et Florent. 1718. II. tom. 12. — Sex priores libri, translati a *Petro Paulo Caranagio*. Mediolani 1671. 12. — 1679. 8. — Iidem versi a *Io. Riccio*. Bonon. 1651. 1689. et s. a. 8. — Elem. plani et solidi — per *Guidon. Grandi*. Flor. 1731. 8. — 1740. 8. — Venet. 1742. 8. (Bünau. Catal. pag. 131.) — Elementi piani e solidi d'Euclide, (libr. VI. XI et XII.) Florent. 1734. maj. 12. — Compendio di varii essercitii di compasso, fondati su gli elementi di Euclide di *Giov. Ant. Conti*. Bologna 1702. 8. — Elem. ex edit. Dechales et Ozanae gallica italice facta. Bergam. 1749. 12. — Elem. italice versi et illustrati a *Petro de Martino*. Neapoli 1751. 8. — Elem. meliore ratione posita et nouis demonstrationibus ditata a *Iulio Acetta*, Prof. Mathes. in Vniuersitate Taurinensi, 1753. 8. — *Euclidis optica*, (Prospettiva di Euclide etc.) translata ab *Egnatio Danti*, cum adnotatt. et cum optica *Heliodori*, (insieme con la Prospettiva di *Eliodoro Larrifio* cavata dalla Libreria Vaticana, e tradotta dal medesimo nuovamente data alla luce.) Florent. 1573. 4. Sed *Ignatii Dantis* expositio vt manca et paralogismis scatens, reprehenditur a *Iosifho Blawano* in chronologia mathematicorum pag. 202.

6) *Hispanicae.* *Ios. Zaragozae Eucl.* nouo-antiquus singulari methodo illustratus. Hispanice. Valent. 1673. 4. — libri sex priores, cum XI et XII. cum aliquot theorematibus Archimedis, versi et explicati a *Iac. Kreska*, (S. I. qui in Bohemia Brünnae 1715. obiit.) Bruxell. 1689. 4. (Scheibel. I. pag. 46. Bbl. germanique tom. III. pag. 286.)

Nunc progrediendum est ad interiorem librorum Euclideorum notitiam, a Fabricio confectam. *Harl.*

ΣΤΟΙ-

\*) De hac editione et de *Commandino* multus est *Coment. I.* pag. 159 sq. et ex libro: Osservazioni letterarie che possono servir di continuazione al Giornal de' letterati d'Italia tom. II. Verona 1738. 12. pag. 139. addit XV. libros Eucl. e grae-

co conuersos esse in linguam ital. ab *Angelo Caianno*. Romae 1545. 8. et *Luc. Paciorum* in epistola, edit. Euclidis ab ipso ann. 1509. factae praemissa, narrare, se iam transfulisse Euclid. in linguam italicam.

ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ *Elementorum Matheseos purae libri XV.* <sup>o</sup>) quae vulgatae sunt graecae hoc titulo: *Εὐκλείδης στοιχείων βιβλία ἑξ ἑκ τῶν ΘΕΩΝΟΣ συνεισίων*, basil. 1533. fol. apud Ioh. Hervagium, edente *Smone Grynaeo* e duobus codicibus MSS. quorum alterum Venetiis Laz. Bayfius, alterum Parisiis Ioh. Ruellius suppeditauerat. Additi etiam in illa editione, (itaem graecae), e codice Oxoniensi Ioh. Claymundi sunt, sed admodum inemendate, *commentariorum libri quatuor in primum Euclidis librum*, auctore *Proclo*, philosopho, qui Euclidem perinde, vt Pappus, passim laudat sub nomine *Γεωμέτρης* vel *στοιχειωτῆς*. lb. III. pag. 55. ait, se ex antiquioribus Euclidis commentatoribus (*Gemino* aliisque, τὰ γλαφυρώτερως collegisse, et ἀπέγραψαντων illorum πολυλογίαν in compendium misisse. Hos Procli commentarios latine vertit ediditque, et scholiis ac figuris illustravit *Franiscus Baroccius*, Patricius Venetus, Patauii 1560. fol. [vid. indic. editionum.]

III. Illa vero, quae vulgo vocantur *Theonis*, Alexandrini, qui sub Theodosio M. imp. floruit, in Euclidem commentaria siue demonstrationes, quibusdam viris doctis non videntur esse Theonis, sed Euclidis ipsius, a Theone duntaxat recensitae, quam in rem operae pretium est audire *Henricum Saulium*, cuius eruditae <sup>p</sup>) praelectiones XIII. in principium elementorum lucem viderunt Oxoniae 1621. 4. Ita vero ille, pag. 10 sq. *Quidam propositiones elementorum tribuunt Euclidi, demonstrationes <sup>o</sup>) Theoni, h. n. imes stulti et perridiculi, quasi vllus vnquam artifex suas voluerit edi conclusiones, nullis adiectis probationibus. Hoc neque philosophorum quisquam, nec medicorum, nedum mathematicorum se it vnquam. Secunda est opinio Petri Rami, qui tam propositiones quam demonstrationes Euclidi abiudicat, vniuersa Theoni attribuens, false: eadem enim haec, quae nunc habemus, eodem ordine, eisdem verbis, agnoscunt sub Euclidis nomine Proclus et Boethius, Theone posteriores, et anterior Theone Alexander Aphrodisaeus, et omnis antiquitas. Tertia opinio est Buteonis, qui omnia attribuit Euclidi, quae aut vera est, aut veritati certe proxima. Quid ergo dicemus de vulgatis libris, qui ex τῶν Θεῶνος συνεισίων ex Theonis colloquiis siue congressibus prae se ferunt, cuius tamen tituli in neutro nostrorum codicum MSS. vllum reperi vestigium. Non diffiteor, in vno ad oram marginis adscripta esse ad decimum tertium librum haec verba: Εὐκλείδης, [P] ὁ τὰ στοιχεῖα συναθροίσας, ἢ ἐπὶ χρέοντι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνει. Θεῶν δὲ ὁ συντάξας αὐτὰ ἐπὶ Θεοδοσίῳ τῷ Βασιλέει, vt collectioem elementorum Euclidis, ordinationem et dispositionem Theoni tribuisse videatur. Magna certe Theonis laus, si inordinata et incomposita in ordinem redegit. Sed ne huic incerto Scholiastae fidem adiungemus, obstat, vt dixi, Procli et antiquorum omnium auctoritas, obstat mirabilis et concinna p opositionum series, ex quibus vnam loco suo si eximas, tota corrumpatur et struenda necesse est. Quid igitur? nullae sunt Theonis in hoc libro partes? Non me mouent superius dicta; sed auctoritatem ipsius Theonis*

in

o) De horum elementorum perfectione vid. Mem. lit. de la Grande Bretagne tom. XV. p. 194 sqq. *Heumann.* adde *Bosii* schediasma laudatum. *Hart.*

p) Perstringuntur paullo acerbius a Malebranchio de inquir. veritate II. 7. pag. 134 sq.

q) Demonstrationes quoque Euclidis esse docet *Galenus*, Theone antiquior, X. 13. de vsu par-

tium, vbi post adscriptum theorema secundum libri XI. addit: τὴν μὲν ἐν ἀπόδειξιν παρ' Εὐκλείδα μανθάνειν. — In methodo Euclidis nonnulla reprehendit auctor artis cogitandi part. IV. cap. 8. tamen facile posse ad ea, quae illi obiiciuntur, responderi, iudicium est mathematici acutissimi Iac. Bernhardi in Nouellis reipubl. litterariae a. 1617. pag. 672.

in commentariis in *Almagestum* pag. 50. perpendendam existimo, quae fortasse viam praeterire possunt ad eruendam in hac quaestione veritatem. Quod vero scilicet, inquit, in circulis aequalibus sunt proportionalis angulis, ad centrum constitutis, ostensum est a nobis in editione elementorum, *ἐπιπέτοι*, ad finem sexti libri. Ex quibus verbis, et novam elementorum editionem adornasse Theonem, constat, et nonnulla ab ipso adiecta. Et quidem in omnibus exemplaribus haec verba de *σφαιρῶν* amittuntur ultimae propositioni libri sexti elementorum, quae et Theonis esse puto, ut etiam demonstrationem ad illa verba: *ἴσους ὄντι καὶ* etc. usque ad finem. Nam Euclidis illa solentis clausula *ὅτι περὶ ἐξῆς δεύσει*, quae proxime praecedit, finis est, ut puto, Euclidicae. Idem iudicium ferendam puto de multis in decimo libro insertis et fortasse propositionibus nonnullis. Alexander certe aliquot ante Theonem saeculis in commentariis ad priora Aristotelis pag. 87. eam, quae quinta est, decimi in nostris libris, citat pro quarta, ut necesse sit aliquam ex praecedentibus, quartam uti reor, quae sine magno incommodo sine carere potest ferri, suo tempore ab elementorum libro abfuisse, vel saltem cum tertia coalescere. Et quidem ultimam decimi non dubito assumentum esse Theonis, vel potius antiquioris, (nempe apud Alexandrum exstat iisdem prope verbis.) minus perspicaci ingenio, quippe alieno loco positam. (Forte et definitiones quaedam, inquit Dau. Gregorius ad Euclidem, et axiomata, libro I. praeposita, Theonem vel alium praeter Euclidem agnoscunt auctorem, ex gr. axioma II. nam licet Euclides hoc pronuntiarum adhibeat in demonstranda prop. 29. element. I. illud tamen pro axioma non habuit, sed pro conversa proposit. 17. utpote quae ex illa manifeste consequatur. Fortasse et alterae demonstrati ones, quae passim occurrunt, sunt etiam [P] Theonis. Nam quae in datorum libro reperiuntur Euclidis non esse, expresse offerit Pappus, licet cum illis elementorum facile comparandae. Sunt vero ex his quaedam, quae Theonem non sapiunt, sed a sciolis quibusdam conscriptae sunt. Sunt et lemma et corollaria quaedam in Elementor. 10. quae ab aegometris subiuncta sunt: illa ubique nota per se innoximus.) Ex quibus omnibus concludit Savilius, Theonis fuisse partes in Euclide, paucissimas quidem in locis, interpolando, explicando, augendo: ultra hoc nullas. Qui tamen labor non tanti fuit, ut Proclo, omnium ante se Mathematicorum diligentissimo laudatori, commemoratione dignus videretur.

IV. Libri decem priores proprie elementa *εὐθυμετρικά* et arithmetica continent. Liber X. agit de *συμμετρίαις* siue de commensurabilibus et incommensurabilibus, rationalibus et irrationalibus: tres proximi XI. XII. XIII. inscribuntur *σεσέστωρ*, et agunt de corporibus solidis quinque regularibus, (Pyramide, cubo siue hexaedro, octaedro, dodecaedro et icosaedro) eorumque compositione et in Sphaeram infertione. Ac Proclo quidem lib. II. in Euclid. pag. 20. obliuante, Euclides *τῇ προαιρέσει μὲν Πλατωνικῆς ἐπι καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ ταύτῃ εὐπίστος, ὅθεν δὲ καὶ τῆς συμπάτης χειρῶσεως τέλος προσέηματο τὴν τῶν καλυμμένων Πλατωνικῶν σχημάτων* *ἰσίστασιν*. Et aliquibus interiectis: *καὶ πρὸς μὲν αὐτὰ τὰ ὑπεκείμενα βλέποντες λέγομεν ὡς ἄρα περὶ τῶν κοσμικῶν σχημάτων ἔστιν ὁ σύμπας τῶν Γεωμέτρων λόγος. Ἀρχόμενος μὲν ἀπὸ τῶν ἀπλῶν, τελευτῶν δὲ εἰς ποικιλίαν τῆς τέτων συστάσεως, καὶ χωρὶς μὲν*

r) Vetus Epigramma in Synopsi Geometrica Mich. Psilli:

Σχήματα πέντε Πλάτωνος, ὁ Πυθαγόρου ὁ σοφὸς εὔρε,  
 Πυθαγόρου σοφὸς εὔρε, Πλάτων δ' ἀρίστηλ' ἰδίδασεν  
 Εὐκλείδης δ' ἐπὶ τοῖσι κλίσι περικαλλῆς ἔτευξεν.

μὲν ἕκαστα ὑφίστας, ὁμῶς δὲ τὰς εἰς τὴν σφαιραὶν αὐτῶν ἐγγραφὰς, καὶ τὰς λόγους, ἃς ἔχει πρὸς ἀλλήλα, παραδίδες, διὸ καὶ τῶν καθ' ἕκαστα βιβλίων τὰς σκοπὰς τινεὶ ἐπὶ τὸν κόσμον ἀναφέρειν ἤξισαν, καὶ τὴν χρῆσιν αὐτῶν, ἣν παρέσχετο πρὸς τὴν τῶ πάντων θεωρίαν ὁ ἀνέγραψαν. Et pag. 21. τὸ μὲν γὰρ χρήσιμον αὐτῆς (σοιχειώσεως Εὐκλείδου) εἰς τὴν περὶ τῶν ἀρχικῶν σχημάτων συντελεῖ θεωρίαν. Confer, quae idem Proclus lib. IV. pag. 110. Quemadmodum verò Iber quintus in MS. Mazariniano praeter rem refertur ad *Eudoxum*, etli, Proclo quoque pag. 20. notante, Euclides in suis elementis fuit πολλὰ μὲν τῶν Εὐδόξου συντάξας, πολλὰ δὲ τῶν Θεαιτήτου τελευτάμενος: ita liber XIV et XV. [P] in quibus eadem corpora quinque conferuntur in se, non videntur auctorem habere Euclidem: sane XIII. libros σοιχειῶν tantum agnoscit *Marinus* protheoria ad data, et in *Arabica* ὁ versione *Nasiridini Tusini*, Persae, quae luculentis typis arabicis lucem vidit Romae 1594. fol. ex typographia Medicea, tredecim tantum libros exstare video. Tum ultima propositio libri XIII. veluti colophonem operi imponit. Denique libro XIV. praemittitur praefatio, Euclidi neutiquam congruens, at bene conueniens *Hypsilii*, Alexandrino, in hanc sententiam: Βασιλέδης ὁ Τύριος, ὁ Πρώταρχε, παραγεννηθεὶς εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ συσθεθεὶς τῷ Πατρὶ ἡμῶν (*Hypsilii* feniori) διὰ τὴν ἀπὸ τῆ μαθήματος συγγένειαν, συνδιέτριψεν αὐτῷ τὸν πλείστον τῆς ἐπιδημίας χρόνον. Καὶ ποτὲ διελθὼν τὸ ὑπὸ Ἀπολλωνίῳ, (*Apollonium Pergaeum* inquit, *Euclide* ὁ) iuniorē,) γραφὴν περὶ τῆς συγκρίσεως τῶ δωδεκαέδρου καὶ τῶ εἰκοσαέδρου τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαιραὶν ἐγγραφομένων, τίνα λόγον ἔχει ταῦτα πρὸς ἀλλήλα, ἔδειξαν ταῦτα μὴ ὁρθῶς γεγραφέναι τὸν Ἀπολλώνιον, αὐτοὶ δὲ ταῦτα διακωιδάρατες ἐγραψαν, ὡς ἦν αἰεὶ τῶ πατρὸς (*Hypsilii* fenioris.) ἐγὼ δὲ ὑπερον περιέπεσον ἑτέρῳ βιβλίῳ ὑπὸ Ἀπολλωνίῳ ἐκδοθῆναι καὶ περιέχοντι ἀπόδειξιν ὑγιῶς περὶ τῶ ὑποκειμένων καὶ μεγάλως ἐψυχαγωγῆθην ἐπὶ τῶ πρὸς βληματος ζητήτει. Τὸ μὲν ὑπὸ Ἀπολλωνίῳ ἐκδοθῆναι ἔσκε κοινῆ σκοπῆν, καὶ γὰρ περιφέρεται. Τὸ δ' ὑφ' ἡμῶν δοκῆν ὑπερον γεγραφέναι Φιλοπόνου ὅσα δοκῆν ὑπερηματοποιεῖται ἕκαστα προσφωγγῆσαι σοὶ διὰ τὴν ἐν ἀπασιν μαθήμασι μάλιτα δ' ἐν γεωμετρίῳ πρὸς κοπῆν, ἐμπείρως κρῖνοντι τὰ ἔρηθισμένα, διὰ δὲ τὴν πρὸς τὸν πατέρα συνήθειαν καὶ τὴν πρὸς ἡμῶς εὐνοίαν εὐμενῶς ἀκροαθῆναι τῆς πραγματείας. Ad libri XV. proposit. 5. meminit *Hypsilii* magistri sui *Isidori*: ἡ δὲ εὐρεσις ὡς Ἰσίδωρος ὁ ἡμέτερος ὑφ' ἡμῶν μέγας διδάκτικος, ἔχει τὸν τρόπον τῶτον. Et post rem illam expositam, ἔτω μὲν ἔν, inquit, ὁ εἰρημένος εὐκλείδου ἀνὴρ τὸν περὶ τῶν εἰρημένων ἀποδέδωκε λόγον.

Ad

s) Confer *Boethium* II. *Geometr.* pag. 1542. et *Ioh. Kepleri* Opus praestantissimum de *Harmonia Mundi*, in quo doctrinam de quinque corporibus *Platonis* ad *Θωαίων* vniuersū applicat.

t) *Ioannis Dee*, mathematici angli et *Fred. Commandini* studio *Pisauri* 1570. editus est libellus: *Mohometi Bagdedini* de superficierum diuisionibus. In codice biblioth. *Cottonianae* notauit *Vissierius*, auctorem vsū *Euclide* in arabicam linguam conuerso, quem postea *Campanus* latinum fecit. Auctor igitur propositionum videtur fuisse *Euclides*, demonstratum, in quibus *Euclides* in arabico codice ciatur, *Mohometus Bagdedinus*

sive *Babylonius*. Haec *Thom. Smithus* in vita *Io. Dee* pag. 56. *Fabric.* De *Nasir-Eddin* vid. *Montucla* I. p. 374. 378 sqq. *Herbelot.* biblioth. orientale pag. 665. *Harl.*

u) Fallitur *Abulpharajus*, qui *Euclidem* multo iuniorē facit pag. 41. Ceterum *Hypsilii* inter praecipuos mathematicos meminit *Theophylactus* in institutione regia cap. 19. pag. 569. tom. 18. bibl. patrum. *Sin teneri philosophia* Princeps videtur et mathematicis delectari, obsidebunt ostium aulae pleni *Platonis* homines, et ne ianitoribus quidem *Archimedes*, *Euclides*, *Hypsilii* ignoti fuerint.

Ad libri XIV. proposit. 2. Τέτο δὲ γράφεται ὑπὸ μὲν Ἀριστοῦ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ πρὸς τὰ σχημάτων σύμμετρος. ὑπὸ δὲ Ἀπολλωνίου ἐν τῇ δευτέρῃ ἐκδόσει τῆς σύμμετρος τῆ δαδευκιάδος πρὸς τὸ εἰκοστάειον. Sub Hypsiclis etiam nomine latine veterunt Georgius Valla, et Bartholomaeus Zambertus, Venetus.

V. Euclidem translatum in romanam linguam vir magnificus *Boethius* dedit, teste Casiodoro lib. de Geometria, respiciente ad libros II. Geometriae, quae inter Boethii opera hodie exstant, et incipiunt his verbis: *Quia vero, mi Patrici, Geometricarum exercitationum. Euclidis de entis geometricae figuris obscurae prolata te adhortante exponenda et lucidioris aditu expolienda suscipi.* Et pag. 1514. *Supra positarum igitur speculationibus figurarum ab Euclide succinctorum obscuraeque prolatis et a nobis verbum videlicet de verbo experimentibus [P] strictim translatis, quaedam iteranda repetendaque etc.* Idem lib. II. pag. 1540. *Codex iste sicut in dispositionem Euclidis esse dicitur, secundum demonstrationem vel inuentionem, aliorum plerumque esse dicitur.*

VI. Latine cum demonstrationibus, quae *Theoni* vulgo tribuuntur, (Boethius et Proclus eas non habuit, certe pro Euclideis non agnouit) prodire elementorum libri XV. interprete *Campano*, Nouariensi, qui circa ann. 1250. claruisse videtur *Lazaro Augustin Cottae* in Museo Nouariensi, edito italice Mediolani 1701. fol. pag. 87. sed ann. 1354. finitas eius in Euclide conclusiones, notatur in MS. biblioth. Thoruniensis apud *Petrum Iacnichium* in notitia eius biblioth. 20. Aliae sententiae in *I. G. Schelhornii* amoenitat. literar. tom. XI. pag. 4. *Fabric.* conf. supra in enumeratione editionum elementorum, initio: et edit. ipsae atque versiones: tum elementorum siue omnium siue nonnullorum, tum reliquorum operum iam memoratae sunt. *Harl.*

VII. Sine *Theonis* siue *Euclidis* ipsius potius demonstrationibus saepius praeterea excusi sunt *Euclidis* elementorum libri, tam graece, quam graece et latine.

Libri XIII. ex editione *Conradi Dasypodii*. Argent. 1564. 8. additis ad librum primum et secundum tantum *Theonis* commentariis, et ad secundum *Bartholomaei*, monachi, demonstrationibus, quibus ad numeros applicat, quae de lineis ac figuris planis *Euclides* docuerat. [De reliquis *Dasypodii* edit. vid. ad initium §. VI.]

Libri XIII. Lond. 1620. fol. nitida editio, cum *Commandini* versione, adiectis figuris accuratis. Lauat hanc editionem *Marcus Meibomius* dialogo de proportionibus pag. 173. [P] [vid. supra l. in.]

Latine ex versione et cum commentario *Lucae Pacioiae de Burgo*. Venet. 1489. fol.

Libri XV. cum scholiis et commentariis insignibus *Christophori Cluuii*, Iesu Socii [vid. supra.] editionem Francof. 1627. 8. emendatorem recentioribus esse notat *Sam. Keyherus* in diss. de *Euclide*, Kil. 1693. 4. pag. 40. [P]

VIII. Epitomen elementorum *Euclidis* graece scripserat *Aeneas*, Hierapolites, teste *Proclo* lib. IV. in primum *Euclidis* pag. 95.

Schenkii, nobilis Saxonici, inuentum, Euclidis propositiones docere intra octiduum per figuras eminentes et diuersis signatas coloribus memoratur in ephemer. Lipsiens. litter. an. 1720. pag. 185.

Praeter arabicam Tusini versionem librorum XIII. quam editam supra §. 4. retuli, memorat *Labbeus* biblioth. nou. MSS. pag. 351. elementa Euclidis arabice versa a *Thabeto* <sup>v)</sup>, et pag. 47. libros XV. elementorum ex arabico latine versos ab *Adelardo Gotho Bathoniensi*, cum commentariis Campani Nauarenfis. De arabicis versionibus vid. *Herbelot.* biblioth. orientale pag. 40. [passim is nominat interpretes arabic. vid. indicem voc. *Euclide.*] *Persicam* versionem Bodleiana, *syriacam* Cantabrigiensis biblioth. seruat, teste Ed. Bernardo.

Libri VII. ex arabico hebraice versi a *Ioh. Iacobo Mechir*, MSti sunt in biblioth. Vindobonensi, teste *Lambecio* lib. I. pag. 178. Euclidem ex arabico hebraice versum a *R. Mose. Ben Samuel, Ben Iuda, Ben Tibon* a. C. 1270. ex Gedalia Zemach Dauid refert *Buxtorf.* in bibl. hebraica pag. 276. adde *I. C. Wolfii* biblioth. hebraicam I. pag. 133. tom. III. pag. 820. tom. IV. pag. 774. *Abrahami ben Salome Iarchi* commentar. MStus in Euclidem memoratur a laudato *Wolfio* in biblioth. hebr. I. pag. 103. *Fabric.* adde supra in catalogo codicum MSS. *Harl.* Denique Sinice ac Tartarice versa Euclidis elementa testatur illustris Leibnitiuss nouiss. *Sinic.* pag. 155. [De codd. arab. et hebraicis vid. quoque supra in indice codd.]

IX. Mira Iohannis Pici <sup>w)</sup>, Mirandulani, conclusio est, pag. 67. Opp. *Nihil magis nouum theologo, quam frequens et assidua in mathematicis Euclidis exercitatio.* *Io. Mabillon*

v) Dicitur *Thabetus Ben Corrah, Ben Mernal* etc. de cuius vita multisque libris plura referuntur in biblioth. philosophorum arabica apud *Casirium* in biblioth. arabico-hispana, vol. I. pag. 386 sqq. isque fertur duplicem edidisse versionem arabicam, secundam tamen prodiisse accuratiorum, atque ex iis libr. XIV et XV. commentariis persequutus; praeter ea praeclaram in eodem libris edidisse introductionem. Ibidem p. 339 sq. arabici Euclidis interpretes memorantur fufius. Duplex versio *Hegiagi Ben Iosephi*, quarum prior, *Haronea* appellatur, posterior, eaque accuratior, *Mamonea*. *Isaaci Ben Houaini* versionem *Thabetus Ben Cora*, Harranenfis, castigauit. Aliquot elementorum libros vertit *Abu Othman Aldamaschi*, Syrus. Commentati quoque sunt *Al Nairizi, Alkarabisi, Algiauhari, Almohani*, qui non nisi in librum V. edidit commentarium, *Abi Haphis*, Persa Chorasanus, *Abi Iaphz Abuzicini*. Omnes Euclidis libros exposuit *Abulcassim*, Antiochenus; *Sendus* autem *Ben Ali* libros IX et aliquam libri X. partem illustravit et hunc librum X. egregie explanasse dicitur *Abu Ioseph Razacus*. Refert etiam, (vti ibidem traditur,) *Alchindus* in Euclidis operis proposito,

Geometriae elementa, de quibus sermo, ab *Apolonio* conscripta esse, eademque in libros XV. digesta. Quum autem huiusmodi operis studium successu temporis nonnihil intermissum esset, quidam ex alexandrinis regibus Euclidem, ea tempestate notissimum, laudatum opus castigare atque illustrare iussit: cui postea ex eodem opere libri XIII. quos exposuit, adiudicati sunt. In libr. XIV et XV. prolegomena commentarios habet *Abi Ali Alhassenus, Ben Alhaitem*, Basrenfis, qui et loca difficiliora recensuit et ad dubitationes respondit. *Balis* (Valentis) commentarius in librum X. arabice conuersus est. Aliquot etiam Arabes Hispani Euclidis libros exornasse dicuntur. adde supra in indice codd. MSS. *Harl.*

w) Hunc locum respexit *Mottanus Vayerus* tom. II. Opp. pag. 568. edit. in fol. *Vous n'ignorez pas le peu de conte, qu'on fait de la Geometrie aujourd'huiy jusques dans les Colleges, ou Pic de la Mirande soustenoit il n'y a gueres, que la connoissance des Elemens d'Euclide estoit la plus contraire de toutes à nostre premiere Philosophie Chrestienne, que nous nommons Theologie.* *Guil. Postelli* Euclides christianus, siue facrarum apodixeon libri II. Paris. 1543. 8. — [*Io. Bern.*]



in consilio de studiorum monasticorum ratione suadet monacho, fugere artes, quae totum animum rapiant, et a spiritalibus arceant, quales sunt mathematicae. *Io. Keplerus* vere epist. 216. theologiam ingenioso periculosam esse et gravitatem virilem desiderare adfirmat. Vera quidem theologia nullam mathematicam demonstrationem extimefcit, qua vel convellatur vel everti queat, itaque nec theologis nocebit Euclidi adfueviffe, vt a paralogifinis fibi caveant, neque fapiant vltra divina testimonia in iis, quae captum humanum excedunt. At falsam theologiam profusus, poterit fortasse ex Euclidis diligentiori tractatione detrimentum capere. Nam vel vniuersam religionem, (licet et hoc non sine insigni paralogismo,) ex falsis, [P] illis, quae obseruabit additamentis humanis, iudicatam contemnet secum ac conculcabit, falsam sine tergiverfatione prae se feret, persecutionis molestiam reueritus: vel imprudens incidet in castes inquisitionis, dum accurato ac mathematico examine, quae deprehendit, absurda concoquere non poterit, sed propalabit diligenter, et irritabit crabrones. Est tamen, vbi falsae quoque theologiae mystis vsfum poterit praebere Euclides bene magnum: accuratae enim rerum indagatiōi adfuetos vel tandem docebit verum a falso, certum a commentitio fecernere, nec cum abusibus et erroribus quorundam Christianorum manifestis ipsam aspernari vel reiicere christianam religionem, quae sola habet, quicquid in omni religione est verum ac diuinum, ita, vt nihil dignum fide de cultu dei vilis docuerit philosophus, vlla gens crediderit, quod non in christiana religione perspicue tradatur: vicissim nullus vsquam exstet circa has res error, nullum vitium, quod non contemnat ac reiiciat christiana religio. Quod si ad theologiam etiam veram percipiendam noxium adfirmat *Picus*, accurate ac perspicue argumentari, colligere certo, a falsis abhorreere conclusionibus, quod vsquequaque facere docet Euclides; si propterea, inquam, theologum ab Euclidis diligenti tractatione remouere volumus, ne acutius cernat, quid deus iusserit, quid hominum vel inscitia vel incuria introduxerit; ratumque habuerit. Valeat *Mirandulanus* cum conclusione sua, aut solis theologis fateamur rationem, dei munus, excolere non licere. Quanta enim Euclidis laus etiam a rigido censore *Petro Ramo* lib. III.

K 3

scholar.

*Bern. Wideburg* specimina tria exhib. explicatiōnes locorum mathematicorum, quae in Genesi. — vsque in lib. Regum occurrunt. Ienae 1727. 4. — *Io. Craig* scripti Theologiae christianae principia mathematica. Londini 699. 4. Habemus mathematicam biblicam et alia eiusdem generis scripta. — *Io. Scaligeri* dictum: *proclarum ingenium non potest esse magnum mathematicus*: de quo *Huetiana* pag. 348 sqq. cap. 123. — *Ferdinandi Eruegli*, *Comitis ab Herberstein*, croemata, an studium geometriae reipublicam administranti obstaculo sit, an adminiculo? Pragae 1712. 8. conf. Acta erudit. Lips. an. 1712. pag. 510. *Erhardi Weigeltii* analysi aristotelica ex Euclide restituta. — Obiter noto, *Iani Alexandri Ferrarii* *Euclidem catholicum* non esse scriptum serium theologi pontificii, quo romanae ecclesiae dogmata demonstrare nititur; sed dissertationem Reformati doctoris Palatini, *Io. Ludou. Fabricii*, (inter cuius

opera etiam legitur pag. 301.) qua demonstratum iuit, nihil aliud Papatum esse, quam gentilismum, christiano colore inersatum. De isto scripto, quod reeufum etiam est in Anglia ann. 1676. et anglice ac belgice versum exstat vid. *Io. Henr. Heideggerum* in *Io. Lud. Fabricii vita* pag. 58 sq. et bibliothecam historico-theolog. Bremensem tom. II. pag. 595 sq. *Fabric.* — item *Thomasi* not. ad *Puffendorffii* monarchiam papalem p. 223. *Heumann.* — Conf. *M. Io. Theoph. Hagenbruchi*, praefide *Io. Frid. Weidlero* diss. Vindiciae mathematicum contra quorundam philosophorum, maxime *Henr. Conr. Agrippae*, *Franc. Verulamii*, *Io. Clerici* et anonymi auctoris artis cogitandi obiectiones. Wittebergae 1713. 4. — De mathefos in sacris vsu et vtilitate egit *Erh. Weigeltius* in philol. mathem. praecipue obs. VII. et coroll. I. II. III. etc. item in *Arctologistica*, Neribergae, 1637. 8. Plura huius generis exstant scripta. *Harl.*

scholar. mathematicar. Nullus paralogismus, nulla pseudographia in totis elementis Euclidis nobis, quamquam severe inquirentibus, animadverti potuit. Quem leulem singularem esse profiteor, quamque nulli adire neque grammatico, neque rhetori, neque logico concedere potui, ut in grammatica, rhetorica, logica, nil falsi doceret. Quibus adde haec Heronij Cardani lib. XVI. de subtilitate: Euclidis sunt duce praecipuas laudes, inconvulsa dogmatum firmitas libri Elementorum, perfectioque adeo absoluta, ut nullum opus huic iure comparare audeas. Quibus fit, ut adeo veritatis lux in eo resurgat, ut si solum in arduis quaestionibus videantur verum a falso posse discernere, qui Euclidem habent familiarem. Vicissim tamen libenter confiteor, ad mouendos et conuertendos hominum animos in doctore ecclesiastico longe plus me tribuere ἀποδείξει πνεύματος, et seriae atque adfectuosae δεινότητι disertaeque viri pii et cordati persuasioni, quam ieiunae et saepe perobscurae demonstrationi Euclideae ad res morales atque theologicas adplicatae, quae vel torpere animum sinit, vel ad [?] controuersias accendit, aut ad ineras notiones intellectus redigit theologiam, practicam, si vlla vsquam esse debet, disciplinam. Quamquam Iamblichus in proreptico ad Symbol. Pythag. XXV. pag. 157 sq. a mathematica demonstratione etiam hoc suadet ferre commodi, ut rebus et dogmatibus diuinis fidem habeamus. Ita etiam intelligendus locus pag. 153. qui in contrarium sensum acceptus ab interprete atque inde a Io. Spencero in libro anglice edito de prologis, et ab bibliothecae anglicae auctore, quae gallice editur tom. IX. pag. 314. quasi de rebus diuinis nulli scientiae aut demonstrationi sit vsquam locus. Opto tamen, ut, quicquid docet, ἀπεικτιμῶς doceat theologus, hoc est, ut tum quoque nulla eius effata vel rigidissimum e amen Euclideum metuant, cum vel maxime videtur agere familiariter. Ita demum efficiet, quod iubetur ab Apostolo, ut quae docet, doceat ὡς λέγει Θεὸς. Geometrie no friend to infidelity. Bibl. Britannique tom. III. pag. 457. tom. IV. pag. 401.

X. Antequam ad alia Euclidis scripta pergo, haud absurde notauerim, *Elementa Arithmetica*, quae sub Euclidis nomine separatim vulgata sunt graece et latine Paris. 1554. 4. non esse peculiare ipsius opusculum, sed definitiones et propositiones e quindecim libris elementorum, de quibus haecenus dictum est, passim collectas. At Arithmeticae Euclideae liber primus, Wittebergae ann. 1516. 8. scorsim editus, est septimus elementorum, utpote in quo non minus, quam in octauo et nono Euclides de numeris agit. Atque nonum hunc respicit Iamblichus, quum pag. 32. ad arithmetica Nicomachi Geraseni, citat Euclidem ἐν τρίτῳ τῶν ἀριθμητικῶν, ipsum reprehendens. Apud eundem pag. 26. ὅπερ ἀγνοῶντες οἱ περὶ Εὐκλείδην, reddendum est: quod quum ignoraret Euclides etc.

XI. ΑΞΙΟΜΕΝΑ <sup>α)</sup>, data, siue theorematum geometrica XCV. vna cum περιθεωρίαι siue praefatione Marini, philosophi, Neapolitani, qui Pappi Alexandrini commentarium meum ante, respicit haud dubie, quae ille de datis Euclidis differit libro VIII. Mathematicae συντάξις. Quod vero Pappus pag. 241. theorematum numerat non plura quam XC. inde fit,

α) Notum est, Geometris δῶναι idem esse ac συλλήψεις siue conuenere, ut notauit etiam Alex. Philonibus ad elenchos philosophicos pag. 31. b. Male Eppolius, ex arabico vertens, reddidit *numera Euclidis*. — Illud opus datorum ad mathe-

sin analyticam necessarium atque a geometris tunc antiquis, quam nouis, vbique praesuppositum, appellare solebat. Ed. Bernarvus, qui illa ad codd. arabicos et graecos diligenter recensuit, licet nunquam lucem viderit eius editio.

fit, quoniam LXIV. et LXV. pro vno habuit, tum LXXI. et LXXII. perinde vt LXXV. ac LXXVI. existimauit esse epilogos siue corollaria, in quibus similia pronunciantur de triangulis, quae antea de parallelograminis. [De editionibus Conr. Dasypodii, Zamberti, Hardiaei et Gregorii vid. supra in catal. editionum.] Hardiaei versionem *datorum* Euclidis et *περοδεωγίας* Marinianae retinuit *David Gregorius* in nitida scriptorum Euclidis editione graecolatina Oxon. e theatro Scheldoniano 1703. fol. Idem Gregorius diagrammatibus litteras congruentes restituit e codice MS. atque theorema LXXXVI. non infeliciter illustrat in praefat. — *Euclidis data*, manu *Iosephi Auiaie* collata cum quinque codicibus MSS. Vaticanis fuerunt vna cum commentariolo (siue praefatione) *Marini*, philosophi, in bibliotheca Caroli de Montchal, teste *Labbo* p. 197. Bibl. nouae [P] MSS. [vid. supra, indicem MSS. de codd. bibl. Parisinae.] *Marini περοδεωγία* sine nomine auctoris legitur graece ad calcem commentariorum *Procli* in librum primum elementorum Euclidis, Basil. 1533. fol. pag. 113. hoc titulo: *περι δεδότητων, συντόμως*. Meminit Euclidis *δεδομένων* etiam *Proclus* libro 3. pag. 64. *Abulpharajus* pag. 41.

XII. ΕΙΣΑΓΩΓΗ 'ΑΡΜΟΝΙΚΗ'. *Isagoge Harmonica*, quae in quibusdam codicibus <sup>9)</sup> adscribitur *Cleonidi*: in Vaticano <sup>2)</sup> videtur referri ad *Pappum*: forte, quod illam recensuerunt. *Georgius Valla*, Placentinus, qui primus latine vertit ann. 1488. et 1498. Venetiis fol. edidit sub titulo: *Cleonidae* <sup>aa)</sup> *Harmonicum introductorium*, vna cum *Procli* hypotyposi astroomicarum positionum, *Mich. Psello* de victus ratione, *Galeno* de pestilentia, *Aristarchi*, *Samii*, libello, *Athenagora* de resurrectione et duobus *Cleomedis* libris. [vid. supra ab initio indic. edd. elementorum.] Praemittitur etiam hocce introductorium ex *Vallae* versione volumini in folio, in quo sequuntur *Vitruuius*, *Frontini* libri II. de aquaeductibus atque *Politiani* panepistemon et *Lamia* siue praefectio in priora analytica. *Grotius* ad *Capellae* pag. 136. Ita et *Euclides*, siue verius *Cleonides*: neque enim illa *Euclidis* sunt, quae titulo *Harmonicae* sub eius nomine circumferuntur, vt sagacissime pater meus ex aequalitate *semitonorum* et alisque similibus argumentis obratus est. Sed hoc quidem argumentum leuius visum *Marco Meibomio*. Nec minus tamen fallitur *Meursius*, qui *Euclidis Isagogen Harmonicam* et *Isagogen Cleonidis* velut duo diuersa scripta commemorat pag. 128. a *Aristox.* Primus sub *Euclides* nomine graece cum versione sua, (illam enim *Vallae* videri haud videtur) vulgavit *Iohannes Pena*, mathematicus regis christianissimi. Paris. 1557. 4. Ex *Penae* editione profluxit altera graecolatina *Conradi Dasypodii*, inter cetera *Euclidis* scripta excusa, Arg. morat. 1571. 8. *Penae* versionem exhibet etiam *Petrus Hircionus* in cursu mathematico, Paris. 1644. 8. et *Anton Possennus* XV. 7. pag. 224 — 238. Bibliothecae selectae, additis nonnullis graecis locis *Aristidis*, *Quintilianii* et *Bryennii*, ex codd. MSS. Vaticanae bibl. et

9) Vt Parisino, vid. supra, in catalogo codd. *Hart.*

2) Vide *M. Wolfii* praefat. ad *Euclidis Harmonica* et ad *Aristidem Quintil.* p. 200. *Fabric.* — Sub *Zamii* nomine in cod. regio *Matrit.* sed vid. *Iriart.* in catalog. MSS. gr. regionum *Matrit.* pag. 136 et 137. *Hart.*

aa) De *Cleonide* isto, quis fuerit et quando vixerit, altum apud scriptores silentium. *Possennus* itaque pag. 147. de scientiis mathematicis suscitatur, latere sub hoc nomine *Cleonidem*. At *Cleomedis* esse hanc *Isagogen Harmonicam*, numquam mihi persuadebo.

et Fulvii Ursini <sup>bb)</sup>. Ab eo tempore *Marcus Meibomius*, vir doctissimus, graeca emendavit ex codice Vulcaniano, cui titulus *Ἀριστοτέλης εἰσαγωγή ἀρμονική*, tum ex aliis binis codicibus scriptis, Couentriensi et Barocciano, quos eum Dalsypodii editione contulerant Seldenus et Langbaenius. Idem Meibomius novam addidit versionem et notas, Euclidisque *Isagogen* subiunxit elementis Harmonicis Aristoxeni, cuius celeberrimi ac propemodum [P] aequalis Euclidi scriptoris vestigia legere auctor *Isagoges* videtur. Denique *David Gregorius* in laudata Oxoniensi operum Euclidis editione *Isagogen* hanc ex Meibomii editione exhibuit, nisi ut versionem hinc inde emendaret, cuius rei exempla quaedam perito lectori considerata offert in praef. Meminit musicae Euclidis *Μουσική* quoque in protheoria ad data, et *Marini* praeceptor, *Proclus* lib. II. ad elementa Euclidis pag. 20. qui τὰς κατὰ Μετρίην συζητήσεις adpellat. *Marucelis* porro *Bryennii* Harmonica a celeberrimo *Ioh. Wallisio* tom. III. Operum Oxon. 1699. fol. graece et latine edita, commentarii instar sunt in Harmonica, Euclidi tributa, et pleraque illorum ad verbum etiam repetunt, etsi ab illo, quod miratus sum, ne semel quidem Euclides nominatur. At laudat Euclidis Harmonicam *Abulpharajus* p. 41.

ΚΑΤΑΤΟΜΗ ΚΑΝΟΝΟΣ, *Sectio Canonis Musici*, (eosdem editores et interpretes nacta, quos *Isagoge Harmonica*,) memoratur a *Porphyrio* ad Harmonica Ptolemaei pag. 272. *Ἐκθέμενοι γραμμικὰ θεωρήματα πρὸς τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν συντένοντα, κείμενα δὲ ἐν τῇ τῆ κανόνος Ἰουδαίου κατατομῇ*. Illa porro γραμμικὰ θεωρήματα siue diagrammata linearum, ut et ipsum typum canonis secti primus Meibomius feliciter restituit, quem sequutus in Euclidis luculenta, quam dixi, editione *David Gregorius* observat, hanc canonis sectionem Ptolemaei sententiae consentire, Aristoxeneae vero opinioni, quam *Isagoge* refert, atque adeo *Isagogae* ipsi adeo esse aduersam, ut illius refutatio quaedam videri queat. Suspicitur itaque, utriusque scripti auctorem esse non Euclidem, sed fortassis *Claudium Ptolemaeum*, qui in *Isagoge* sententiam Aristoxeni exposuerit, in sectione canonis confutauerit. Sed vereor, ut hanc coniecturam suam adprobat lectoribus vir doctissimus, quum praesertim Aristoxenum confutauerit Ptolemaeus alio loco, et veterum scriptorum testimonia codicumque antiquorum, saltem quorundam fides hos libellos Euclidi vindicent. Ut omittam argumentum, quod ex re ipsa et historia musica positum viget *Meibomius* praef. ad Aristidem *Quintilianum*. Videtur Euclidem quoque respicere *Bryennius* lib. II. Harmonic. pag. 415. Ὁ γὰρ ταῦτος κανὼν ὑπὸ τῶν μαθηματικῶν ἀνδρῶν ἐπινοήσεται τε καὶ εὗρηται.

XIII. ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ, *Phaenomena*, siue ἀρχαὶ Ἀστρονομίας principia *Astronomiae*, memorantur a *Marino* in protheoria ad data, *Iohanne Philopono* ad II. *Physicor.* et *Pappo* lib. VI. συνήξεως Μαθηματικῆς praef. et proposit. 55. graece et latine, (sine demonstrationibus tamen) edidit [P] *Comr. Desj. podius* inter cetera Euclidis scripta Argentor. 1571. 8. [de hac et Gregorii edit. et versionibus *Zamberti* atque *Aurise* vid. in catal. editionum.]

XIV. ὈΠΤΙΚΑ ἑσχηδόν <sup>cc)</sup>. *Elementa Optica*, quorum meminit *Theo* p. 7. ad *Ptolemaeum*, *Proclus* pag. 19. lib. II. ad element. *Nichodorus Lemiscus* in *Opticis* et *Marinus* in protheoria

bb) Vide *Meibomii* notas ad *Musicos* pag. 208. 219. 248. 249 sq.

cc) Minus plene et curate *perspectivam* quidam reddiderunt aut intellexerunt. *Harl.*

protheoria ad data. *Theonis* potius esse illa, quae hodie habemus, quam *Euclidis*, disputat *Erasmus Bertolinus* pag. 138. ad *Heliodori* optica, quae longe praefert *Euclideis*. — In *Hohendorfiana* bibl. exstiterunt tom. III. pag. 236. *MSta* graeca *Euclidis Catoptrica*; problema de duabus mediis methodo arabica et ad *Euclidis* *Opticam* praevia et *Euclidis* data. — [De editionibus ac versionibus *Zamberti*, *Penae*, *Dafypodii*, et *Gregorii*, (qui *H. Savillii* ineditas eoque castigatas addidit,) et *etrusca* *Dantis* versione vide supra in catalogo editionum. conf. *D. Ios. Priffleys* Geschichte und gegenwärtiger Zustand der Optik etc. s. *Opticae* historiam. quam ex lingua anglica in germanicam vertit, eruditisque notis illustravit *cl. Georg. Sm. Klägel*, Lipsiae 1776. 4. pag. 6 sq. in primis pag. 22 sqq. ubi interpretum aliorum sententias, num illa *Euclidea* genuina sint, nec ne? adfert et quaedam examinat. *Hartl.*]

*KATOPTRIKA* elementa *Catoptrica* memorat disertè *Proclus* loco laudato. Cum eosdem plane et editores et interpretes habuerint cum *Euclidis* *Opticis*, tantum adiciam, quod utraque *Savillio* visa sint non magni momenti et vix digna *Euclide*, cui sententiae adlatis etiam nonnullis argumentis subscribit *David Gregorius*.

XV. DE DIVISIONIBVS liber quidam latine exstat, incertum admodum, an recte relatus ad auctorem *Euclidem*. Etenim *Euclidem* quidem περί διαιρέσεων scripsisse testatur *Proclus* pag. 20. et 40. at quem in editione *Oxonienfi* adiunctum *Euclidis* scriptis videmus librum de divisionibus superficialium, *Iohannes Dee* *Londonensis* arabica lingua scriptum invenit sub nomine <sup>dd)</sup> *Mahometi Bagdedini*, (qui saeculo post *Christum* natum X. floruisse fertur) et excellentiam scripti mirans, non existimavit, auctorem habere *Arabem*, sed potius *Euclidem*. Itaque *Vibini* ann. 1563. edendum reliquit *Federico Commandino*, qui in lucem quoque protulit *Pisauri* ann. 1570. Negavit tamen *Euclidis* esse acutissimus vir *H. Savilius*, [P] cuius pauculas notas *David Gregorius* in suo *Euclide* adiunxit. DE LEVI ET PONDEROSO FRAGMENTVM eidem *Savillio* spurium visum est, et in *Oxonienfi* *Euclidis* editione similiter latine tantum exhibetur ex *Euclide Barthol. Zamberti*, *Basil.* 1537 et 1546. fol.

#### XVI. Scripta *Euclidis* deperdita <sup>ee)</sup>.

Διαιρέσεις sive τὸ περί διαιρέσεων βιβλίον. Vide, quae modo dixi.

Κωνικῶν βιβλία δ'. *Pappus* lib. VII. pag. 249. *Euclidis* libros quatuor *Conicorum* cum *Apollonius* explevisit, ac quatuor alios adiunxit, octo *Conicorum* libros confecit. Confer, quae

dd) Videri apud *Tho. Smithum* in vita *Io. Dee* pag. 56. Notandum est, auctorem hunc *Euclide* usum in arabicam linguam converso, quem postea *Campanus* latinum fecit. Auctor igitur propositionum videtur fuisse *Euclides*: demonstrationum, in quibus *Euclides* in arabico codice citatur, *Mahometus Bagded* sive *Babylonius*.

ee) In arabica philosophorum bibliotheca apud *Casirium* l. c. tom. I. pag. 341. *Euclidi* dicuntur, praeter elementa, complura adscribi opera, liber

scil. locorum ad superficiem; liber opticonum; liber datorum; lib. de isagoge harmonica, suppositus; lib. de divisionibus, a *Thabeto* quidem emendatus; lib. de utilitate, suppositus; liber de canone musico; lib. de graui et leui; lib. de compositione, suppositus; liber de analysi, (i. e. de quinque corporibus solidis regularibus,) aequo suppositus. adde *Mongitor*. I. pag. 188. Sub nomine *Euclidis* inter epigr. ab *Aldo* edita occurrit *Gryphus*; sed vide infra in catal. poetarum epigrammaticorum voc. *Euclides*. *Hartl.*

quae ibi sequuntur vsque ad pag. 251. Idem Euclidis opus forte respicit Archimedes, quando conicorum elementorum meminit.

Περὶ σμμάτων βιβλία γ'. *Proclus* lib. III. in Euclidem pag. 56. τὸ δὲ πῶρισμα λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ προβλημάτων τῶν, ὅσον τὰ Εὐκλείδη γεγραμμένα πορίσματα. Idem p. 80. Ταῦτα ἄρα ἐστὶ καὶ ὅσα πορίσματα Εὐκλείδης γέγραφε, βιβλία προβλημάτων συντάξας. Libros tres fuisse, testatur *Pappus* lib. VII. pag. 241 et 244. praecipuaque huius operis persequitur pag. 354 sq. propositione CXXVII et sq.

Τόπων ἐπιπέδων βιβλία β'. *Planorum locorum libri duo.* *Pappus* lib. VII. pag. 241. Meminit etiam *Eutocius* ad Apollonium pag. 12. edit. Oxon. sed negat, illud opus ad se pervenisse.

Τόπων πρὸς ἐπιφάνειαν βιβλία β'. *Locorum ad superficiem libri duo.* *Pappus* loco laudato.

*Codices* quosdam diligenter recensuit cl. *Buhle* in praefat. ad Aratum tom. I. Multos commemorauit *Heilbronner* libro saepius citato: et numeri paginarum simpliciter positi paginas operis *Heilbronneriani* significant. Igo vero alios praeterea nominaui aut hinc inde adspersi obseruationes. — Sunt igitur codd. in biblioth. *Vaticana* ex *Arati phaenomenis πρὸς εἰσαγωγὴν ἐκ τῶν Ἀχιλλέως περὶ τῶ πωτός*. *Arati* epitome phaenomenon, et *Arati phaenomena*; (pag. 538. 541. 544.) *Romae* in biblioth. *Barberiniana*, cuius V. L. accepit Buhlius. — *Neapoli* in biblioth. monasterii *Sancti Severini* *Arati* phaenom. (pag. 548.) — ibid. in biblioth. *Augustin. S. Io. ad Carbonar.* vid. supra ad §. II. — in biblioth. *Medicea Florent.* *Arati* phaenom. cum scholiis et praefationibus, scripta ann. 1464. nec non *Hipparchi* in *Arati* et *Eudoxi* phaenom. enarrationum libri III. excerpta ex *Achille* ad introduction. in *Arati* phaenom. et e tertio sermone *Hipparchi* in *Arati* et *Eudoxi* phaenom. item excerpta ex enarratione *Theonis* in *Arati* phaenom. digesta a sapientissimo monacho D. Maximo Planude. (pag. 552. adde *Buhlii* praefat. ad Aratum pag. XIV. in primis *Bandin.* catalog. mssstor. gr. biblioth. *Laurent. II. p. 63—67. cod. XXXVII. XXXIX et XLIV. — pag. 105. cod. XXXII. Arati* phaenom. cum versibus latinis ex Ciceronis versione nonnullis et scholiis graecis margini adscriptis) — *Ventis* in biblioth. *D. Marci, Ar. phaen.* (pag. 560. in catal. MSSti. gr. illius biblioth. plures codd. enumerantur: pag. 146. cod. CCCXVII. *Arati* phaenom. cum notis interlinearibus, et prognostica; p. 247. cod. CCCCLXV. eadem p. 271. cod. CCCCLXXVI. eadem cum scholiis, quae a vulgatis haud leuiter discrepant; exstant praeterea in eodem cod. quaedam ex *Leontii*, mechanici, dissertatione *περὶ κατασκευῆς Ἀγατέλας σφαιρας.* — pag. 252. cod. CCCCLXXX. *Arati* phaen. et prognostica cum scholiis, in margine scriptis, et poetae vita, quae est in edit. Paris. Guil. Morellii 1559.) — in biblioth. *Sarrialesi*, regis Hispaniarum, *Arati* phaenom. cum scholiis et eius vita. vid. *Plüers* itiner. per Hispan. germanice pag. 157. — In biblioth. *Matritensi* regia duo codices seruari iam supra aliquoties adnotare memini. In cod. LXVII. apud *Isiartum* pag. 238 sqq. primum occurrunt in *Arati* phaenomena, h. e. priora duo capita commentarii *Eratosthenis*, alias *Hipparchi* ad *Arati* phaen. se. in fine pleniores, quam a *Petauio* in *Vranologio* pag. 256 sqq. publicati. Sequitur *Arati* genus, de quo supra disserui. Sequuntur *Eratosthenis* catasterismi: tum aliud genus *Arati* atque *Arati* phaenom. hypothesis, quae praemittitur *Theonis* in ea scholiis, apud

Morelium 1559. 4. graece excusis; porro posteriora II. capita *Leonis, mechanici*, de compositione sphaerae aratae, denique in Arati phaenomena commentarius: quae est pars ex initio scholiorum, Theoni vulgo adscriptorum. In cod. LXI. anno 1465. scripto sunt pag. 201 sqq. apud Iriartum, Arati genus, supra iam memoratum, Arati carmen, in quatuor libros distributum, et alia, ab Iriarto e cod. eruta et publicata. — in cod. LXXXIV. fol. 79. apud Iriart. pag. 336. ex Arato eiusque commentario quaedam deprompta. — In biblioth. *Parisi.* regia, Arati phaenom. quater (pag. 571—573 et 577. — secundum catalogum MSSorum biblioth. regiae Parisi. in *septem* codd. Arati carmen reperitur.) — In cod. CCCLII. a Leonardo Philara, vulgo Villeret, Atheniensi, scripto *Coisliniano*, teste *Montfaucon* catal. MSS. biblioth. Coisl. p. 519. inter epigrammata, ex variis auctoribus collecta, occurrit quoque Arati nomen. — In catalogo MSSorum graecor. de *Mecme*, Arati phaen. (pag. 584.) — in biblioth. *Bodleiana*, duo codd. quorum alter adiecta habet scholia. (pag. 593.) ibidem *Hipparchi* in Arati et Eudoxi phaenomena, bis (pag. 612 et 618.) — in alia biblioth. in Anglia, *Arati* phaenom. lat. versibus reddita cum figg. elegantissimis, quas expressit Hugo Grotius, tunc XIV. aut XVI. annorum puer, in syntagmate Arateorum. (p. 634.) — In bibl. Vffenbach. cod. vetust. lat. *Arat.* et alia *astronom.* vid. catal. tom. III. pag. 551. — In biblioth. *Vindobonensi* auctore Lambecio in comment. bibl. caesareae VII. p. 494 et 496. bis: n. cod. CXXVII. continet *Arati phaenomena*, cum anonymi cuiusdam antiqui auctoris scholiis gr. a commentario, qui Theoni tribuitur, diuersis: cod. CXXVIII. complectitur *Arati phaenomena et Dioscoria* cum vita Arati, prolegomenis et commentario Theonis, vt vulgo putatur. Lambecius multus est de Arato et quibusdam editionibus. — Codex quoque fuit quondam in biblioth. Heidelberg. eoque vsus est Stephanus. — In biblioth. *Bernensi* est cod. memorabilis; *Claudii Caesarii Arati* phaenomena: qui multis differt ab editione Grotiana. vid. *Simeri* catal. codd. Bern. pag. 278 sqq. De cod. *Vratislaviensi*, et *Mosquensi* cl. *Bulle*, qui illorum varias lectiones adhibuit, in praefatione iam disseruit: idemque et cl. Haeren de codice *Augustano*, qui eclogas Stobaei, in laeque Arati fragmenta continet. Ex codice Mosquensi varias lectiones antea publici iuris fecerat cel. *Matthari* in Lectionibus Mosquensibus, vol. I. Lipsiae 1779. 8. pag. 95—111. et ex eodem codice V. L. ad *Cleomedis* librum I. de meteoris p. 112—120. — In biblioth. *Leidensi*, teste catalogo pag. 386. *Arati phaeos.* (n. 13. sic in MSto; sed sunt *Manilii* Astronomicon libri.) et 398. nr. 59. — *Aratea* cum figuris pulcerrimis et illuminatis. pag. 383. n. 79. — *Bochartus* in Hierozoico *sch. li. Ben* quendam, nondum editum, laudat in parte priore lib. II. cap. 13. pag. 189. lin. 49. item lib. III. cap. 4. pag. 754. lin. 45. item lib. III. cap. 10. pag. 826. lin. 35. et in parte poster. lib. II. cap. 13. pag. 213. edit. Francof. adnotante Schmidio in diss. de Arato §. 4. cap. II.

#### *E d i t i o n e s.*

Cunctas fere indicarunt *Scheibelius* et *Buhlius* VV. CC. Ille in *Astronomische Bibliographie*; hic in praefatione ad I. tomum editionis suae. De paucis egit *Clement* in *Bibli. curieuse histor. et critique* tom. II. pag. 4 sq.

*Mani Manlii* (leg. *Manilii*) poetae clarissimi astronomicon ad Caesarem Augustum libri quinque. *Arathus* Germanici ad Augustum Bononiae. in calce: *Bononiae impressum per me Vgonum Rugerium et Dominum Bertuchum*, 1474. vid. *Maittaire* A. T. IV. part. I. pag. 336. *Gottzii* Memor. Bibl. Dresd. III. pag. 129. *Scheibel* astronom. Bibliograph. I. pag. 8.

*Rufi Fefli Auieni* interpretatio phaenomenorum *Arati* et *Dionysus* de situ orbis et descriptio orae maritimae; item *Arati* interpretatio per *Germanicum* et *Ciceronem*, et *Serenus* de medicina; arte et ingenio *Antonii de Strata*, *Crimonensis*. — *Vittore Pisano* recognitore. Venetiis 1488. 4. vid. *Scheibel* l. I. pag. 20 sq. Sed omnium accuratissime de illa editione disputat, diuersorum iudicia studiose colligit, et controuersias de illa ortas diligenter componit, collatis pluribus exemplaribus, cel. *Wernsdorf* in prolegom. ad *Poetas latin. minores*, tomi V. part. II. (Helmstadt 1791. 8.) pag. 692—700. Ostendit, *Georgium Vallam* esse auctorem editionis, eumque multos eorum libellos, quos apud se habebat, concessisse typographo imprimendos; *Victorem Pisannum*, eius discipulum, qui praefatus est, impressionis atque editionis curam gessisse; typographum et redemptorem libri fuisse *Antonium de Strata*. Cum littera *h.* incipit pars altera voluminis pag. 117. hac inscriptione: *Fragmentum arati phaenomenon per germanicum in latinum conuersum cum commento, nuper in Sicilia repertum.* (Haec pars interdum separata ab reliquis reperitur; cuius exemplum est in biblioth. Leidensi: pag. 175. nr. 436. nec est particula edit. Aldinae, vt *Scheibel* suspicatus est.) Demonstrat denique *Wernsdorf*, *Thomam de Bicus* eodem anno ibidem, non, *Auenum* cum reliquis; sed *Hygini* astronomic. edidisse. Confundit edit. *Clement* l. I. tom. II. pag. 286. vbi de illa *Auieni* etc. editione agit.

*Iulii Firmici astronomicorum libri octo* integri et emendati, ex scythicis oris ad nos nuper allati. *Marci Manlii* astronomicorum libri quinque; *Arati Phaenomena Germanico Caesare* interprete cum commentariis et imaginibus. *Arati eiusdem phaenomenon* fragmentum *M. T. Cic.* interprete. *Arati eiusdem Phaenomena Ruffo Ffsto* interprete. *Arati eiusdem Phaenomena graece.* *Tironis* commentaria copiosissima in *Arati phaenomena graece.* *Procli Dio-doli Sphaera*, graece. *Procli eiusdem Sphaera*, *Thoma Lincacro* interprete. Venet. in aedibus Aldi Romani. MD. (1499.) fol.

Raro inueniuntur integra exemplaria. Hinc in aliis desunt *Arati phaenomena*, graece, in aliis alia, vt *Scheibel* l. c. pag. 45 sqq. exemplis variis ostendit, et editionem intelligenter describit. Atque quoniam interdum particula plagularum N—S. in quinternionibus, quae habet *Ἀράτος Σολέως Φαινόμενα μετὰ σχημάτων*, *Arati Solensis phaenomena cum commentariis*, separata a reliquis falsibus reperitur, factum est, vt haec particula, tanquam peculiaris, sine a. et l. et prima editio, quae antiquior esset Aldina, a nonnullis haberetur: quem errorem etiam commisit *Clement* l. I. tom. II. pag. 4. vid. *Scheibel* l. c. pag. 1 sqq. Serie dell' edizione Aldina etc. edit. II. p. 20. *Sewillet* biblioth. academ. Ingolstadt. incunabula typograph. tom. IV. pag. 113. Integrum exemplar seruat acad. biblioth. Göttingensis. vid. *Buhle* l. c.

*Arati phaenomena* gr. et lat. cum praefat. *P. I. Neiancthonis* ad Hieronym. Bomgartner, Wittebergae sine anni nota in §. 4. et dimidia plag. in biblioth. cl. Strobeltii, Noriberg. Cl. *Buhle* addit notam anni 1521. sed illam se non vidiisse editionem fateetur.

*Dionysii orbis descriptio*, *Arati astronomicum*; *Procli sphaera*, graece, cum scholiis *Iac. Ceporini*. Basileae apud Io. Bebelium. 1523. 8.

Vid. *Maittaire* A. T. II. pag. 638.

*Dionysii* — *Arati astronomicum*, *Procli sphaera*, gr. et lat. cum scholiis *Iac. Ceporini*. Basileae 1534. 8. apud *Bebelium*, secundum *Maittaire*. II. pag. 807. in indice autem, *Basyl. in aedibus*

*aedibus Thomae Wolfii*; contra in 12. in *aedibus Thomae Wolfii*, secundum *Buhl.* p. XVI sq. praefat. qui monet, non additum esse Cleomedem, nec excusum apud H. Petri, uti apud Fabricium traditum fuit.

Sequitur edit. Aldinam; sed quaedam consulto immutasse videtur; quaedam in Aratum notavit. At haec editio tantum repetitio superioris mihi esse videtur; quoniam Ceporinus in epist. ad lectorem scribit: „Ecce nouae officinae litterariae *Ioannis Bebelii*, suis ipsius manibus — — probe elaboratas primitias.“

*C. Iulii Hygini* — fabularum liber, — antehac numquam excusus. *Eiusdem poeticon astronomicum* libri quatuor. Quibus accesserunt similis argumenti. *Palaephati* de fabulosis narrationibus lib. I. *Eiusdem* de vocum antiquarum interpretatione liber I. *Arati Φαινόμενων* fragmentum, *Germanico Caesare* interprete. *Eiusdem Phaenomena*, graece, cum interpretatione latina. *Procli* de sphaera libellus gr. et lat. Index etc. Basileae apud Io. Hervagium. Anno M. D. XXXV. (1535.) mense Martio. fol.

*Jacob. Micyllus* curavit hanc editionem et praefatus est: sed in praefat. de Hygino tantum disseruit. Arati verba interdum in margine explicuit. — Repetitum est opus Basil. 1549. mense Martio, et 1570. mense Aug. ex offic. Heruag. vid. *Freytag.* adpar. litt. I. p. 217. — eodem anno et ibidem prodierunt *Arati Solensis adparentia* etc. lat. 8. Meo exemplo ann. 1535. adglutinatus est:

*Ioannis Stoeferi*, Iustingensis, mathematici eruditissimi — in *Procli Diadochi* — Sphaeram mundi, omnibus numeris longe absolutissimus commentarius. Antehac numquam excusus. — Ex aedibus Morhardinis nostris Tubingae ann. M. D. XXXIII. (1534. fol.) de quo libro vid. *Scheibel* astronomische Bibliographie, sect. I. pag. 117 sq.

*Sphaerae atque astrorum coelestium ratio, natura et motus: ad totius mundi fabricationis cognitionem fundamenta.* M. D. XXXVI. (1536.) Valderus. 4.

In aversa tituli pagina Valderus pauca praefatus est. Insunt autem in hac perrara editione hoc ordine: Ἐλεγχος τῶν τῆ Ἀράτης σχολίων. *Iac. Zieglerus* Landaus de solidae sphaerae constructione, *Proclus Diadochus*, Lycius, de sphaera s. globo coelesti, gr. et lat. cum scholiis eiusdem Ziegleri: de canonica per sphaeram operatione: Hemicyclium *Berosi* (ex *Vitruvio* IX. 9.) explicatum, ex *Iac. Ziegleri* traditione. Sequitur pag. 95. Δεικτικὸν, Μηχανικὸν, περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαιρας. pag. 105 sqq. *Arati Phaenomena*, gr. cum scholiis graecis, quae in fine *Theoni* adhibentur. pag. 227. Planisphaerium *C. Ptolemaei*, lat. versum cum praefat. *Rodulphi Brughenensis*, denique pag. 275 — 294. *Iordan.* de planisphaerii figuratione. — Hanc edit. *Lambecius* in comment. de biblioth. caesarea tom. VII. pag. 498. magni aestimavit, et notavit, *Daniel. Heinsium* eam tanti olim fecisse, ut pro rarissima ac pretiosissima sirena *Iosepho Scaligero* donaret. Quum ego exemplar ipse possideam, adfirmare possum, formam esse in 4. non in folio, nec *Valderi* praefationem, (quam *Maittaire* A. T. II. pag. 848. recudendam curavit,) esse in ipsa tituli pagina, ut cl. *Scheibelius* suspicatus est in *Astronom. Bibliographie* I. pag. 123.

*Arati Solensis Phaenomena* gr. *Ciceronis* in Arati phaenom. interpretatio. — Accesserunt *Vergilii*, *Germanici Caesaris* et *Rufi Festi Auieni* carmina, iis respondentia Arati, quae a *Cicerone* conuersa intercederunt. Haec autem latina omnia graecis ex altera parte respondent



respondent *Ioachimi Perionii* opera, cuius obseruatt. simul eduntur. Paris. apud Io. Lodoic. Tiletanum. 1540. 4. — repet. eodem anno Basil. apud Henr. Petri. 8. (vt Fabric. ait) ad calcem Nicomacheorum Aristotelis, a Perionio latine translatorum, et Platonis Timaei locis cum Ciceronis de vniuersitate collatis, quod post H. Stephanum in Timaeo pariter et Arato fecit etiam *Henr. Stephanus* in Lexico Ciceroniano ann. 1557. 8.

Perionii obseruationes spectant ad metaphrasas latinas. In fronte autem praefixus est *Leontii, mechanici*, de sphaera aratea libellus. conf. *Maittaire* A. T. III. pag. 314. not. a.

Διονυσίῳ — Ἀράτῳ — Πρόκλῳ. *Dionysii* orbis descriptio. *Arati Astronomicon*. *Procli* sphaera, cum scholiis *Ceporini*. Coloniae apud Io. Gymnicum. 1543. 8.

*Procli* de sphaera liber. *Cleomedis* de mundo, siue circularis inspectionis meteororum libb. II. *Arati Solensis Phaenomena siue Apparentia*. *Dionysii Afri* descriptio orbis habitabilis. Omnia graece et latine — Adiectis doctorum virorum annotationibus. Basileae apud Henr. Petri. 1547. 8.

Curante *Marco Hoppero*. (vid. *Pinelli* catalog. I. pag. 382. *Hirschii* Millenarium IV. librorum ab anno I. vsque ad ann. L. saeculi XVI. typis exscriptorum, nr. 946. pag. 46 sq.) — recusa est et aucta *Io. Honteri*, Coronensis, de cosmographiae rudimentis et omnium prope rerum nomenclatura libr. III. vna cum tabellis geographicis praecipuis, et *Schreckenbuchsi* scholiis in Proclum. Paucae *Ceporini* adnotatt. in Aratum exstant pag. 658 — 661. *Hopperi* epistola dedicatoria scripta est Basileae Kal. Martiis 1561. — repetita, at vitiose excusa est editio, ibid. 1585. 8. cum superiore *Hopperi* epistola, haud mutata.

*Procli* de sphaera lib. *Cleomedes* de meteoris; *Arati Solensis phaenomena et diosemica*; *Dionysii Afri* orbis descriptio gr. et lat. cum notis *Io. Ceporini*. Antwerpiae 1554. 8.

Vid. *Pinelli* catalog. I. pag. 260. in catal. biblioth. Iaeuischi, Hamburg. 1782. pag. 62. part. I. cap. 2. citatur ann. 1553. eademque anni nota apud *Buhl*. Repetitio esse videtur editionis Basileensis.

Ἀράτῳ Σολέως Φαινόμενα καὶ Διοσημεία. Θεῶν σελήνας. Λεοντίου Μηχανικῆς περὶ Ἀράτειας σφαιρας. Paris. apud Guil. Morelium, in Graecis typographum regium. M. D. LIX. (1559.) 4.

In quibusdam exemplaribus sunt duo hemisphaeria globi coelestis: in aliis desunt illa. Num edit. Moreliana, Paris. 1557. 4. reuera existat, (sub cuius anni nota, nescio amplius in quo libro aut catalogo indicatum vidi et notauit,) an, vti equidem opinor, error in numero anni commissus sit, discernere nequeo.

Eodem anno 1559. iterum ibidem prodit *Aratus*, graece, sine scholiis.

Accesserunt eodem anno per eundem Morelium: *Arati Solensis phaenomena et Prognostica*. Interpretibus *W. T. Cicrone*: *Ruso Fiso Anieno*, Germanico *Caesare*, vna cum eius commentariis. *C. Iulii Hygini* *Astronomicon*. Omnia partim e vetustis codicibus, partim e locorum collatione emendata, et emendatorum ratio exposita. *Δευτέρῃ Φροντίδῃ σοφώτερῃ*. Parisiis 1559. apud Guil. Morelium. 4.

Falli dicitur *Clement* l. c. quum scribat, in ea etiam textum *Arati* graecum conspici. conf. de tribus his edit. Morelianis *Maittaire* A. T. III. pag. 713. *Buhle* praefat. cum primis

*Freytag.* in apparatus litterario I. pag. 214—217. *Morelius* in graecis Arati discedit saepe ab edit. Aldina. In Hygino quidem tantum non κατὰ πόδα eum sequutum esse Sotri editionem Coloniae Agrippin. 1535. animaduertit *Munker* in praefatione ad Hyginum — In Catalogo tamen biblioth. Leidensis p. 173. edit. fol. sic enumerantur hae editiones: *Arati phaenomena et prognostica*, latine, ex Cicerone, Festo Auieno et Germanico Caesare vna cum eius commentariis. Item *C. Iulii Hygini* astronomicon. Paris. 1559. 4. — *Eadem Aratea*, graece et latine, cum scholiis graecis *Theonis et Leontii, Mechanici*; Cicerone, Festo et G. Caesare interpretibus, Paris. 1559. 4. In catalogo Pinelliano I. p. 260. citantur quoque *Arati phaen.* etc. cum scholiis, *graecae et latinae*. Morel. Paris. 1559. 4. — Latina igitur versio, quae, teste Hambergero, calci textus graeci adiecta est, quibusdam exemplaribus abesse videtur. — Memoratur denique editio, in catalog. biblioth. Leidensi l. c.

*Arati phaenomena*, graecae, cum Theonis scholiis. Paris. 1595. 4.

Novam Aratei textus recensioem ope codicis cuiusdam mutili et graecorum scholiastarum instituit *Henr. Stephanus* inter Poetas graecos principes heroici carminis, part. II. pag. 288—317. sine scholiis. ann. 1566. fol.

Ἰππάρχου Βιθύνου τῶν Ἀράτε καὶ Εὐδόξου φαινόμενων ἐξηγήσεων βιβλία γ'. — Ἀχιλλέως Τατίου προλεγόμενα εἰς τὰ Ἀράτε φαινόμενα. Ἀράτε βίος, καὶ σχόλια παλαιῶν τινῶν εἰς τὸ αὐτῶ ποίημα. (curante Victorio.) Florent. 1567. fol. vid. supra, §. IV.

*Arati Solensis Phaenomena et Prognostica*, interpretibus *M. T. Cicerone, Ruffo Festo Auieno, Germanico Caesare*, vna cum eius commentariis. *C. I. Hygini* Astronomicon. Omnia latine, partim e vetustis codd. partim e locorum collatione emendata, et emendatorum ratio ab ipso *Morelio* exposita. etc. Colon. Agripp. apud Theod. Graminaeum. 1569. fol. vid. *Buhlii* praefat. pag. XXII. Pinelli catalog. II. pag. 261.

*Astronomica veterum scripta isagogica graeca et latina. Auct. graeci Procli* sphaera. *Arati Solensis, phaenomena et prognostica. Leontius Mechanicus*, de constructione Arateae sphaerae. His tribus adiuncta est interpretatio latina, in qua verbum de verbo expressum est. Latini. *Aratea phaenomena* cum poetica interpretatione *M. T. Ciceronis, Festi Ruffi Auieni, Germanici Caes.* cum commentariis incerti auct. *Veterum* poetarum fragmenta astronomica. *C. Iulii Hygini* poemata astronomicon. Opus non astronomiae solum, sed et poeseos studiosis apprime vile. (Heidelbergae) in officina Sanctiandreae cl. 1688. LXXXIX. (1589.) 8.

Quis curauerit hanc, quae perraris libris adnumeratur, editionem, ignoro: quoniam nemo est praefatus. Meum quidem exemplum caret praefatione. *Munker* in praefat. ad Hyginum animaduertit, edit. Sanctiandreae adeo expressam esse ex Moreliana, ut, qui praefessent operis, recudere denuo mendas manifestas typographicas, quam immutare quicquam mallet, (quod exemplis in Hygini quidem textu corruptis demonstrauit) illosque ideo errare iudicat, qui vel a Scaligero eam, vel alio aliquo ex doctis recensitam velint. In Arati tamen textu constituendo operis doctus criticus praefuisse videtur. Nam Leontium excipiunt pag. 159—167. notae breues ad Procli sphaeram et ad Aratum, in quibus V. D. de veritate lectionis iudicat; aliquoties D. Vuiteckindi, quem nostrum vocat notarum auctor,

stor<sup>2)</sup>), correctionem adfert, loca corrupta ex suo ingenio restituit, ex MSS. Palat. alias producit lectiones, interdum in textum admissas, Parisiensis, h. e. Morelianae editionis lectiones memorat, saepe refutat, in textu alia reposita meliore: etiam Stephanianam proscrit lectionem; immo vero pag. 163. ad voc. ἀπλανέες, „ita, ait, Basil. Paris. et H. Steph. et vt paucis absoluiam, editi libri, quos vidi omnes: quin et Theon ipse: secus Hipparchus, qui tamen huius loci geminam refert lectionem, αὐτοὶ δ' ἀπλατέες, et αὐτοὶ δὲ πλατέες, posterior Attalo magis probatur, cuius sententiam confutat Hipparchus.“ Noua igitur Aratei textus recensio esse, et forsan a Sylburgio facta videtur. Pag. 167 sqq. G. Ceponini annotatiunculae in Arati phaenomena sequuntur.

*Arati Phaenomena* cum Leontii Sphaera et Procli atque cum metaphrasibus Ciceronis, Germanici et Avieni ac poetico astronomico, in Astronomicis veterum, a Io. Commelino editis ann. 1589. 8. memorantur a Fabricio et Buhlio. An eadem est editio cum ea, quam ex officina Sanctandreae prodiiisse, modo retulimus? Nam idem insigne typographicum, quo vsus est Commelinus, in fronte edit. Sanctandreae, aeri incisum conspicitur. An in fronte aliorum exemplarium, *Commeliniana*, in aliorum, *Sanctandreae* officinae nomen exstitit?

Nova quodammodo obscuris Arateis locis exorta est lux ope codicis MS. in *Hugonis Grotii*, Bataui, *Syntagmate Arateorum*, quod sedecim vix annos natus Iosephi Scaligeri auspiciis edidit Lugduni Batauor. ex officin. Plantin. apud Christoph. Rapheleng. 1600. 4. vid. *Goetsii* Memor. biblioth. Dresd. part. III. pag. 543. *Burigny* Vie de Grotius, part. I. pag. 27. *Freytag*. anal. pag. 399.

Fabric. de hac editione ea, quae sequuntur, notauit: „In hoc graeca leguntur cum metaphraseos Ciceronianae fragmentis, separatim subiunctis, et vbi haec desciunt, Grotii ingenio suppletis, tum Germanici metaphrasi itidem seorsim subnexa, cum imaginibus astrorum ex veteri quidem de promptis codice, sed naturae rerum ac veterum opinioni saepe parum respondentibus. Hinc Grotii notae sequuntur in Aratum, Ciceronem, atque Germanicum. Denique sequitur metaphrasis tertia, Avieno auctore. cum Grotii breuibus notis, ad singulas paginas adiunctis. Nam Laurentius Lundius qui idem fallitur, qui in compendio Bibliothecae graecae adfirmat, graeca quoque scholia in Grotii editione legi. Fallitur etiam Heidenreichius, qui in Pandectis Brandenburgicis ait, Aratum cum aliis scriptoribus latine redditum a Iunio Paulo Crasso. Pro Arato enim Arataeum dicere debuit. Fuerunt Grotii Aratae in bibliotheca Petri Francii collata cum vet. cod. a Nic. Hensio, et a viro illo doctissimo animaduersionibus locupletata.“ Haecenus *Fabric.* add. cl. *Scheibel* astronom. Bibliogr. tom. I. pag. 244 sqq. *Harl.*

In corpore *praetorum graecorum* vet. carminis heroici, cura et recensione *Iac. Leclii*, tom. I. pag. 619 — 636. vna cum paucis V. L. in margine adpositis, sunt *Arati Phaenomena*, (ex Stephani recensione recusa.) Geneuae (s. Aureliae Allobrog.) 1606. fol.

C. Iulii Hygini — *Palaeplati* — *Fulgentii* libr. *Phormuti* de natura deorum — *Aibrici*, philos. de deorum imaginibus liber; *Arati Phaenomenon*, fragmentum, Germanico Caesare

2) Wittekind per integrum fere posterius dimidium saeculum XVI. Heidelbergae docuit linguam gr. et mathematicam, ac scripsit de sphaera mundi et temporis ratione apud Christianos.

Caesare interprete; *Eiusdem phaenomena graece, cum interpretatione latina; Procli de sphaera libellus*, gr. et lat. *Apollodori bibliotheca etc.* Lugduni apud Ioan. Degabiano. 1608 8. Textus scriptorum maximam partem ex edit. Basil. 1555. fol. est expressus. conf. *Scheibellii astronom. Bibliogr. sect. III. pag. 37.*

*Arati Solensis phaenomena et Diosmea.* edidit *E. Schedius.* Gustrou. 1631. 8. vid. *Adelungii Supplementa ad Ioecheri Lexicon eruditorum*, vol. I. voc. *Aratus* pag. 1006. Est versio. vid. §. VI.

*Aratus.* edit. *C. Lud. Matthæii.* Haun. 1641. 8. vid. Comit. *Thott. catal. bibl. tom. IV. pag. 290.*

*Arati phaenom. et diosmea graece cum scholiis graecis aliisque opusculis in editione Oxoniensi*, ex Moreliana maximam partem ducta, prodierunt huius sententiae:

Ἄρατος Σολέως Φαινόμενα καὶ Διοσημεῖα. Θεώωνος σχόλια. Ἐρατοσθένης κατασκευασμοί. Μέτρον τῆς γῆς περιφερείας. Τῆ κύβη διπλασιασμός. Κόσκινον. Τῆ Νεῖλες πηγῆ. Τῆ κανόνος τομή. Διονυσίος Ὕμνοι. Accesserunt Annotationes in Eratosthenem et Hymnos Dionysii (curante *Io. Fello*, Oxoniensi postea episcopo.) Oxonii. e theatro Sheldoniano ann. c16DCLXXII. (1672.) 8.

*Fellus* adhibuit duo codd. quos suppeditavit biblioth. Bodleiana, ad textum gr. Arat emaculandum. In corrigendis schol. verbis, editor ait, censoriam virgulam aliquando intentalse, sibi haud incivile visum fuisse. Adiecta sunt duo planisphaeria, aeri incisa. Fabricius vero de hac editione ita iam scripserat: In hac perquam nitida et castigata editione ex altero codice MSto Bodleiano videas adscriptos post v. 470. hosce versiculos a Maximo Planude, ut suspicatur illustris editor, vel alio quopiam, minus antiquo, insertos, quo Aratum Ptolemaei magis placitis congruentem faceret.

- Ἐν δὲ οἱ ἐσπομένῃσιν διδύμων τὸ μέσον καθοραῖται,  
 Ἐν δὲ τοι ὕαδες, αἳ ἀνέχει λοφίης ἐπὶ ταῦρος  
 Γλαχὴν πληιάδων, ἥγ' ἐς βορέην σκοπιάζει.  
 Ἰχθύος αὖ κεφαλῆ βορειώτερη ἐστὶν ἐν αὐτῷ,  
 5 Ἄνδρομέδης κεφαλὴν δὲ καὶ οὐρίδιον ἀδρήσεις  
 ῥάμφοσ ὑπερκύκλιο βορειώτερη ἐπὶ χώρης  
 Μικρὰ βορειώτερη, καὶ ἀπέσασαν ἀμφὼ ἐς ἴσην.  
 Ἐς μέσον ἀμφοτέρων δ' ἵππε γόνυ μᾶλλον ἐκείνων  
 Ἄγχι τροχῶ κέκλιται καὶ μικρῶ δεινὸν ἐν ἐκείνω.  
 10 Τῆ τ' ἐν γνάσῳ δεξιτέρησ διατέμενεται ὤμος [P]  
 Καὶ πολυπλευροτάτησ μυκτῆσ ὄφθαλμὸσ ὀφθαλμῶσ,  
 Αὐτῆ τ' Ἀρκτῶσ ἀριδείκετοσ ἐς πόλον ἀστῆσ.  
 Αὐτὰρ ἔπειτα λεοντήσ ὄφθαλμῶσ, ἔπειτα δὲ χραίτησ.  
 Εἶτα δ' ἔνων ὁ βορείωσ ἐπόψια σήματα κυκλεσ,  
 15 Καρκίνωσ ἐς μῆκοσ γὰρ ἔλον τρέχαλοσ διαμείβων  
 Δοιά μὲν ἐσ νότον, ἐν δὲ βορείωσ ἐσ ἀντυγα λείπει.  
 Τῆ μὲν ὄσον τε μάλιστ' ἔκτ' ὀκτὼ μετρηθέντοσ  
 Πέντε μὲν ἐνδία σρέφεται καθυπέρτερα γαίησ,

- Τὰ τρία δ' ἐν περάτῃ, θέρους δὲ αἱ ἐντροπαί εἰσὶ.  
 20 Ἄλλ' ὁ μὲν ἐν βορέῳ περὶ καρκίνον ἐσημίται,  
 Ἄλλος δ' ἀντιώοντι νότων, ὅτι αἰγοκερῆος  
 Τέμνη, καὶ ψροφάλιγγα μέσση ὑδροχέυμενος ὑγρῷ.  
 Οἷς ἅμα κήτεος θραῖον νοτιώτατον αἰρεῖ,  
 Καὶ πόδα προσθίδιον νότιόν τε θοοῖο λαγαῷ.  
 25 Μεσσατίος τε κύων ἀπομείρεται ἔνθα, καὶ ἔνθα,  
 Εἶτα δ' ἀκροσέλιόν τε καὶ ἰσίον ἀργέος ἄκρον  
 Σχιζεῖ, καὶ κεφαλὴν κόρακος βορέην δ' ἀπολείπει.  
 Αὐτὰρ ὕδροιο δ' εἰσιν αἰετομένης ἄκρον θραῖς,  
 Ἄνταρέως τ' ἔχεται, τὸν σκορπίος ἴσχει ἐν αὐτῷ  
 30 Ἄσπερα παμφανώοντα, καὶ ἔδῃ συ τοξότα Φεύγεις  
 Ἄλλα καὶ ὑμετέρεν κεφαλὴν διὰ μέσσην ὀρίζει  
 Τὸν πύματον etc.

Similiter ex eodem codice post versum 504.

- Σῆμα δὲ οἱ σύνδεσμος, ὃς ἰχθύας ἐς ἐν ἐλαύνει  
 Ἐν δὲ γένος μεγάλη μεγακήτεος ἔπλετο κήτεος,  
 Καὶ μέσην Ὠρίωνος, ὅπη ζῶνῃ κατὰ μήκος  
 Ἐκτέταται, καὶ ὕδρῃ πρώτη καμπὴ κρυεροῖο.  
 5 Παρθενικῆς δ' εἰδῶλον ἔπειτα διάνδιχα τέμνει  
 Δεξὸν ἀπὸ πτέρυγος λαίης, ἄλλην ἐπιπέζαν.  
 Εἶτ' ὄφραος μεγάλοιο, τὸν ἀμφοτέραις ὄφιθχος  
 Δραξάμενος κατέχει καμπὴν πρώτην μετὰ χερσίν,  
 Οὐρὴν δ' ἀκροτάτην, καὶ δεξιὸν ἀνέρος ὤμον.  
 10 Οὐ πολὺ πρὸς βορέην ἀπολείπεται, ἐς μέτρα δ' ἴσα  
 Αἰετὸς ἐκτανύσας, δ' ἀκύπτερον ἐς νότῃς εἶμον  
 Δεξιτερόν κύκλιοι παράπτεται ὑδροχόος δὲ [P]  
 Αὐτῆ ἔχει κεφαλὴν ἐπικύκλις τῶν νεπόδων δὲ  
 Ὅς νοτιώτερός ἐστι, διχάζεται ἄλλ' ἐπὶ μήκος.  
 15 Τὰς μὲν παρβολάδην ὄρθῃς περιτέλλεται ἄζων.

Etenim vetus auctor vitae Arati, a Victorio editae, testatur, olim illius poema varie depravasse non modo pictores, grammaticos et astronomos interpretationibus suis, sed etiam nonnullos truncando, interpolando. Prooemium <sup>22)</sup> totum usque ad versum vndeingentesimum alii plane omiserunt, et Arati esse insciantur. Alii tale scripserunt exordium esse poematis Aratei:

Ἄμφ' μοι ἡέλιος περικλατοῖο τε μήνης

Ἐσπετέ μοι Μῦση — — —

Alii

22) Conf. *Bulle* ad Aratum pag. 377. *Bandin. catalog. MSS. gr. Biblioth. Laur. II. pag. 63. Hartl.*

Alii in hanc sententiam, veluti Anclidi cuiquam inscriptum:

Ἀγκλᾶδῃ, ξείνων ἱερὸν θάλος, εἰ δ' ἄγε σὺ μοι  
Οὐρανίην ψεύσεαι ἐπὶ τρίβον — — —

Vel Antigono, regi:

Ἀντίγονε ξείνων ἱερὸν θάλος — — —

Vel denique sic:

Ἐπταρχα σὺν δεκάδεσσι περιπλομένων ἑαυτῶν.

Ex his tot tamque diuersis exordiis abunde constat, quantum in Arato praecipue sibi permiserit Criticorum audacia.

*Arati Solensis* Apparentia, *M. T. Cicero* latinis versibus, italicis vero *Ant. M. Saluinius*, qui nunc primum ex autographo biblioth. publ. Marucel. in lucem prodeunt, curante *Ang. Mar. Bandinio*, I. V. D. Laur. biblioth. reg. praefecto, qui *Hugonis Grotii* supplementa in Tullii versionem et notas aliquot adiecit. Florent. 1763. 8.

Editionem vix commemoratione dignam esse censet *Saxius* in *Onomast. I.* pag. 103. Grauius de ea et *Bandinio* iudicat *Buhle* praefat. pag. XXVI sq.

Nouissima eaque optima est editio,

*Agéste* — *Arati, Solensis, Phaenomena et Diosmea, graece et lat. ad codd. MSS. et optimarum edd. fidem recensita. Accedunt Theonis scholia vulgata et emendatiora e cod. Mosquensi, Leontii de sphaera aratea libellus, et versuum Arati poeticarum Ciceronis, Germanici, et R. F. Auieni, quae supersunt. Curauit Io. Theophil. Buhle, P. of. Gottingens. vol. I. Lipsiae, in offic. Weidmanniana. 1793. mai. 8.*

*M. Gul. Müllerus*, Gymnasi Altonani quondam Subrektor, nouam Arateorum parauerat editionem et varia collegerat subsidia. Mortuo autem illo, cel. *Buhl.* operam suscepit, et in emendandis, interdumque interpretandis Arati carminibus atque scholiis intelligenter versatus est, lectionibus codd. Vratislau. ac Mosquensis atque melioribus edd. vsus. In prolegomenis plurimorum codicum et editionum dedit notitiam. Volumen secundum, quod futuro anno (1794.) probabiliter lucem adspiciet, commentationem de vita, opere et reliquis fragmentis Arati; observationes cum in loca Phaenom. et Diosmeorum difficiliora, tum in Theonis scholia et Leontii de sphaera libellum; Ciceronis Germanici Caesaris et R. F. Auieni reliquias nouis curis recensitas vna cum planisphaeriis et indicibus continet.

*Arati phaen. latine, F. R. Auieno* interprete, sunt quoque inter Auieni Opp. Matrini 1634. 4. — lat. interpretibus Cicerone, Auieno et Germanico Caesare, inter *Maittaire* Opp. et fragmenta veter. poet. latinorum. Londini 1713. fol. vol. II. pag. 1546. — latine Germanico Caes. interpr. cum Hug. Grotii et Io. Conradi Schwarzii notis, inter Caes. Germanici Opp. a *I. C. Schwarzio* edita. Coburg. 1715. 8.

De his Ciceronis, Germanici et Auieni interpretationibus earumque edd. supra §. V. tum a Fabricio in biblioth. latina et a me in breuiore notitia litterat. rom. etc. copiosius disputatum est.

*Scripta in quibus illustrantur aut emendantur Aratea, prae'er memorata.*

*Joseph. Sc liger* in commentario ad Manilii astronomicon libr. V. Heidelbergae 1579 et 1590. 8. passim Arati loca emendat illustratque.

*Caesii Bessi* commentarius in *Germanici Caesaris* phaenomena Aratea recognitus, in *Io. Bapt. Fontei* de prisca Caesiorum gente commentariis. Bonon. 1582. fol. pag. 207 sqq.

*Io. Grammii* obseruationum graecarum ad Arati phaenomena specimen. Hauniae 1710. 4.

In *Georg. d'Arnaud* Lection. graec. Hagae Comit. 1730. 8. sunt animaduersiones in Aratum eiusque scholiasten.

*Dornillus* in critica vanno quater prouocat ad codd. et emendat aut vindicat tot Aratei carminis loca.

Pauca loca e codd. tentat *J. Schrader* in libro emendationum, Leoward. 1776. 4. praef. pag. XVIII. et in libro obseruationum, Franequerae 1761. 4. p. 51. — Vnum Arati, vnumque scholiastae locum emendat *Toup.* in emendation. in Suidam et Hesychium, III. pag. 501. et IV. pag. 363. — *Wesseling.* in Obseruat. variarum libr. Traiecti ad Rhen. 1740. pag. 246 sq. et *Valcken.* in diatr. in Euripidis perditorum dramatum reliquias pag. 48. A. 287. A. quaedam Arati verba emendarunt aut explicuerunt.

*Georg. Beiche,* praef. Cstph. Cellario, disp. de poetis scholae publicae vtilioribus, scil. de *Arato,* Dion. Periegeta, *Virgilio* etc. Halae Magdeb. 1706. 4. *Harl.*

IX. Scripserat et alia Aratus, quae intercidere. Fuerunt autem haec <sup>bb)</sup>:

\**Ἀνατομή.* Suid. in \**Ἀρατος.* [*Eudocia* p. 62. nominat *ἀνατομὴν εἰς Παισαιαν τὸν Μακρόδονα.*]

Eis \**Ἀντίγονον.* Suid. [*Eudoc.* ἐπιθυτικὸν εἰς Θεόπρον, εἰς Ἀντίγονον.]

\**Ἀνθροπογενία.* Suid. [et *Eudocia.*]

\**Ἀστρολογία καὶ ἀστροθεσία.* Suid. [*Eudoc.*] Vide infra in *Κανών.* Aratum ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἀστρολογικῶν laudat *Tzetzes* ad Hesiodum I. \**Ἔργ.* pag. 6. b.

\**Διόρθωσις Ὀδυσσεύας.* Vide, quae dixi supra lib. II. cap. 2. §. 19. [et *Villoison.* Proleg. ad Homeri *Iliad.* pag. 34.]

\**Ἐλεγείων* liber, ex quo de *Diotimo,* Adramyttensi, poeta, distichon proferunt *Macrobius* V. 20. et *Stephanus Byz.* in *Γάργαρα,* *Anthologia* epigr. II. 40. pag. 239. [P]

Epicedium in Cleombrotum. Suid. [Ἐπικήδειον τὸν Κλεομβρότου Suidas, Ἐπικήδ. (omisso articulo praepositio.) *Κλεομβρότου.* *Eudoc.* Küster. ad Suidae locum, tom. I. pag.

O 2

309.

bb) Auctor vitae apud *Iuuartum* pag. 202. Arati diuersa, inquit, exstant opera; digna vero memorata quatuor: vnum de virtutibus medicinalibus, (ἐν μὲν ἰατρικῶν δυνάμειν) alterum canonis

scilicet, (κανὼν κατατομῆς) tertium *Phaenomena*; quartum de ortu siderum, (περὶ ἀνατολῆς) quod quidem aiunt, non esse Arati, sed *Hegejianactis.* *Harl.*

309. scribendum putat Ἐπικηδέειον vel εἰς Κλεόμβροτον, vel εἰς τὸν Κλεομβρότης θάνατον. *Harl.*]

Epicedium in fratrem Myrin. Auctor vitae a Victorio editae.

Epigrammata in Philen, Antigoni regis coniugem. Suid. [et Eudoc.]

Ἐπιδυτικόν. Suid.

Εἰς Θεόπροπον. Suid. et schol. Arati v. 259. vbi Θεόπρομον legitur. Sed ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον ἐπικηδείῳ citatur etiam in scholiis ad Iliad. Σ. 486. [in schol. Marcian. edit. Villois. Homer. pag. 430. atque *Eudoc.*]

*Epistolae*, seu quas Arato suppositas a *Sabirio Pollone*, (Sabidio forte vel Sabinio Pollione,) contendebat Apollonides, Nicaenus: (Νικαεὺς pro Κηφεὺς legendum ex Ammonio, vt obseruauit Bentleius.) Vita Arati, a Victorio edita et Suid. Has epistolas Meursius male refert ad Aratum, Sicyonium. E Suida quidem coniecere possis, epistolas et carmine et prosa Aratum, Solensem, scripsisse, vel sub eius nomine lectas olim fuisse. [atque Eudoc. quae bis memorat epistolas, n. Ἠθοποιίας, ἐπιστολάς et in fine: Ἐπιστολάς, ὁμοίως καταλογάδην.] Verum haud accuratissimus auctor est Suidas.

Ἠθοποιίαι. Suid. quod perperam nonnulli reddunt *de moribus*. [Sed Eudoc. vt modo memorauit, Ἠθοποιίαι.]

Ἰατρικὰ δυνάμεις. Auctor vitae et *Pollux*, qui II. 4. tres hexametros profert ex Arati ἰατρικαῖς.

Καρῶν. *Achilles Tatius* cap. 15 et 16. Isagoges in Aratum, vbi testatur, auctorem hoc in libro singillatim egisse de quinque planetis. Forte non diuersus hic liber fuit ab eo, qui Suidae est ἀστρολογία καὶ ἀστροθεσία. [vide notam, paullo ante subiectam.]

Περὶ Ὀμήρου καὶ Ἰλιάδος. Auctor vitae.

Ὅσολογία. Auctor vitae.

Παίγνια. Suid. [et Eudocia.]

Εἰς Παιουσανίαν τὸν Μακεδόνα. Suid. [ἀνατομὴν εἰς Παιουσ. τὸν Μακεδόνα, Eudocia, forsitan rectius. *Harl.*]

Σκυθικός. Auctor vitae.

Σπενδοφόροι (scil. λόγοι vel ὕμνοι). Suid. [et Eudocia.]

Σύνθεσις εἰς Φαρμάκων Θεριακῶν ἐπιτηδείων. Suid. respicit *Galenus* lib. II. de antidotis cap. 7. tom. II. pag. 445. [Eudoc. Σύνθεσιν Φαρμάκων ἰατρῶν ἐπιτηδείων]

Ὕμνοι εἰς Πᾶνα. Suid. [*Eudocia*] siue vt auctor vitae ὕμνος. [vid. locum e vita Arati a me ad §. I. supra adscriptum. *Harl.*]

Quid vero est, quod *Strabo* lib. X. pag. 486. de Gyaro agens, δηλοῖ δὲ, inquit, τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρετος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν (Xylander: in minutis.)

ἜΩ Λητοῖ σὺ μέγας μὲν σιδηρῆ Φολογάνδρῳ

Δαλή ἢ Γύαρον παρελεύσασαι αὐτίχ' ὁμίην. [P]



X. Theocrito, Catullo, Ouidio et aliis poetis plerisque graecis et latinis Arati nomen ita effertur, vt prima breui, media syllaba producatur ("); sed Callimachus in epigrammate<sup>dd</sup>), primam produxit, & duplicando: vt in "Ἀράβες, Πυρρήναιον ἄρος et similibus; mediam corripuit Simonides apud *Laertium* IV. 45. si lectio sana fuerit, Sidonius et auctor poemati latini, Paulinus Nolanus, (vid. infra cap. de Manethone §. VIII.) in quo legas hunc versum:

*Aut Arati numeros, aut picta Manaethonis astra.*

Alius autem ille et longe antiquior fuerit *Aratus*, (ni locus ille corruptus est,) cuius imaginem Simonides testatur Paris expressisse in suis numis. *Alius* quoque 2) fuit, cuius vitam Plutarchus consignauit, *Aratus*, Sicyonius ("), praetor Achaeorum fortissimus et Polybio multis laudatus, nostri Arati aequalis, auctor operis historici, XXX. amplius libros complexi: de quo, vt 3) de *Arato*, *Cuidio*, aegyptiacae historiae scriptore, *Vossius* in Hist. Graecis. Etiam *Arati*, Sicyonii, dialogos ad Zenonem ab Athenaeo laudari, legas in doctissimi Meursii Bibliotheca graeca. Sed Persei, Stoici, conuiuales dialogos, non Arati, memorat *Athen.* lib. IV. pag. 162. 4) *Aratus*, Sicyonius, Sicyonii ducis, de quo iam dixi, filius, et ipse praetor Achaeorum, de quo Polybius lib. IV. 5) *Aratus*, Tegeates, historiarum scriptor, quem ex Hygino obseruat Meursius, forte vero nomine vocabatur Araethus, "Ἀραῖος, vt est in scholiis ad Apollonium. Vide Munckeri notas ad Hyginum cap. 1. Poetic. astronomi.

XI. Index scriptorum, in quo *Hipp.* notat libros tres Hipparchi in Aratum. *Schol.* Scholia graeca ad versum Arati, *Er.* Eratosthenis catasterismorum caput, *Germ.* paginam in scholiaste latino Germanici, editionis Paris. apud Guil. Morellium, 1359. 4. *Leont.* libellum Leonitii, mechanici, *περὶ κατασκευῆς Ἀρατέας σφίρας.* *Vit.* 1. Vitam Arati a P. Victorio et Petauio editam. *Vit.* 2. Vitam alteram et prolegomena graeca, quae Arato praemittuntur. [*Vit.* 3. Vitam ab Iriarto et Ruhnenio editam.] Et denique *Pseud. Er.* libellum in Arati Phaenomena sub falsis Hipparchi vel Eratosthenis nominibus editum. His denique adiunxi [P] etiam scriptorum ab *Hygino* citatorum indicem, auctiorem, quam in editione Thomae Munckeri.

Achaeus. *Schol.* v. 172.

O 3

Aegyptii.

cc) In epigrammate quoque *C. Heluii Cinnae* (*Burm.* anthol. vet. lat. epigr. II. epigr. 251. tom. I. pag. 440.) supra ad §. V. iam prolato, prima corripitur, secunda producitur:

*Haec tibi Arateis multum vigilata lucernis etc.* Pariter in epigrammate Ptolemaei, regis, in Aratum, (quod *Vrsinus* in Virgilit collatione cum aliis gr. scriptor. pag. 13. (pag. 15. edit. Valeken.) primus dedit, et *Fell.* in edit. sua Arati vitae graecae addidit.)

Ἀλλά τὸ λεπτολόγῃ σκῆπτρον Ἄρατος ἔχῃ.

*Harl.*

dd) Apud *Fulu. Vrsin.* l. c. et *Fell.* l. m. scribitur a priori Ἐραῖος, a posteriore Ἐράος Ἀράτος σύγγονοι ἄγροπύνης. Apud *Fellum* praeterca epigramma Antipatri in Aratum, quod incipit,

Γράμμα τὸ δ' Ἀρήτοιο δαήμενος, ὅς ποτε λίπη etc. *Harl.*

ee) Eius Effigiem vide, si placet, in Iac Gronouii thesauro Antiq. Graecar. tom III. lit. g. *Fabric.* conf. *Schmidii* disp. de Arato cap. I. §. 1. vbi aliquot *Arati* ex antiquitate produciuntur. *Harl.*

Aegyptii. *Schol.* v. 150. 152. 192. 359. 443. 544. 733. 752. 924. 946. Aegypti situs *δελτωτών κερτ.* v. 233.

Aeschroni inscripsit Hipparchus suos in Aratum libros.

Aeschylus. *Er.* cap. 24. *Hygin.* pag. 376. 384. 411. *Germ.* 123. ἐν Γλαύκῳ πεντήκῳ. *Vit.* I. Prometheo soluto. *Hygin.* pag. 371. ἐν Φορκύσι. *Er.* cap. 22. *Hygin.* pag. 376.

Aglaosthenes. *Germ.* pag. 127. ἐν τοῖς Ναξιακοῖς. *Er.* cap. 2 et 30. *Hygin.* pag. 358. 387. Male in *Germ.* pag. 106. Agatosthenes in Asiaticis carminibus.

Alcman. *Vit.* I.

Alexander, Aetolus, Arati aequalis. *Vit.* 2. cuius in epistolis Aratus meminit. *Vit.* I. [*Vit.* 3.] Non alius forte Alexander, qui laudatur ab *Hygino* pag. 395.

Amphianus, tragoediarum scriptor. *Germ.* pag. 130.

Amphis, Comicus. *Germ.* pag. 106. *Hygin.* pag. 356.

Anacreontis versus. *Hygin.* pag. 370.

Anaxagorae sententia de cometis. *Schol.* v. 1091.

Anaximander. *Germ.* 145.

Anaximenis sententia de iride. *Schol.* v. 940.

[*Antagoras. Vit.* 3. sed vid. not. Hemsterh.]

[*Antigonus ἐν τοῖς περὶ Ἱερώνυμον.*]

Antimachus. *Vit.* I.

Antisthenes. *Germ.* pag. 236. ἐν τῷ Ἡρακλεῖ. *Er.* cap. 40.

Apollinaris. *Schol.* v. 1051.

Apollonides, Νικαεὺς, (ita leg. pro Κηφεύς) Arati epistolas et Euripidis (vide quae supra lib. II. cap. 10. §. XXIII.) suppositas esse existimabat. *Vit.* I.

Apollonius (poeta). *Schol.* v. 988. Apollonius, qui Aratum commentario illustrasse colligitur ex *Vita* I.

Aratus. *Er.* cap. 2. 9. *Hygin.* pag. 359. 370. 389. 401. 431. 449. 461. 465. 466. πρὸς τὸ κλίμα τῆ Ἑλληνιστῶν καὶ Παικεδαιμονίων δεκεῖ τὴν τῶν φαινόμενων πραγματείαν συνθεῖναι, καὶ ἐπιπιθάνον ἐκέῖσε διατρέβειν εἶδα καὶ τὰς λόγους ἐποίησεν. *Schol.* v. 498. πρὸς τὸ τῆς Ἑλλάδος κλίμα τὰ φαινόμενα πραγματευσάμενος. *Pseud. Er.* cap. 7. (Aliiter *Hipp.* e quo vide quae supra §. 2. pag. 451.) Διοσημεῖα ἄλλο βιβλίον σφόδρα βιωφελές. *Schol.* v. 373. ταῖς δὲ αἰτίας ἐκείτων ἀφανεῖς ἕστας παρήσει καὶ σοχασμὸς ἀδήλως ἔ διεξέρχεται καθάπερ οἱ φιλόσοφοι. *Vit.* 2. τὸ ἑαυτῆ ποιήματα καὶ ποιητικὸν πῶς [P] θελήσας εἶναι, ἀλλ' ἔτι μόνον φυσικόν. *Schol.* v. 28. ἴσμεν δὲ, ὅτι τὰ περὶ ἀστῶν τῷ Ἀράτῳ εἰρημένα ἔ πάνυ καλῶς εἰρηται, ὡς ἐστὶν ἐκ τε τῶν Ἰππάρχου καὶ Πτολεμαίου συνταγμένων περὶ τῶν μαθεῖν. Αἴτιος δὲ πρῶτον μὲν ἐπεὶ καὶ τὰ Εὐδόξου. οἷς μάλιστα ἠκολούθησεν ὁ Ἀράτος, ἔτι μὲν ὁρῶν εἰληπται, ἔπειτα δὲ ὅτι ἔ πρὸς τὸ ἀκριβές, ὡς φησι Σπύρος ὁ ὑπομνηματιστής, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τοῖς ναυτιλομένοις ταῦτα ἔτως διαγέ-

διαγέγραπται, εικότως δὲ ὀλοσχερέστερον διὰ τῶν διαλαμβάνει. *Leont.* Οἱ μὲν εὐθεῖς (εὐθεῖς) προγράφοι τὴν ποιήματος τὰ φαινόμενα, οἱ δὲ ἀκριβεῖς τὴν διάθεσιν καὶ κίνησιν τῆς σφαιρᾶς. *Vit.* 2. Ὅμηρον μὲν ἐν εἶδος γραφῶν βλάπτει τῶν βιβλιογράφων, Ἄρατον δὲ ὄνο, βιβλιογράφων τε καὶ ζωγράφων. *Vit.* 2. [*Vit.* 3.] his *Astronomos*, *Grammaticos* et *Geometras* addit. *Vit.* 1. Alii in *Aratum Scholiastae*. *Schol.* v. 559. *Hesiodi imitator Aratus.* v. 45. *Homeri quoque.* *Vit.* 2. sed in argumento ipso potissimum secutus est *Eudoxum*. (vide quae supra §. II. ex *Hipp.* et *Vit.* 1. [ac *Vit.* 3.] etc.) *Aratus ἐν τῷ εἰς Θεόφρονον ποιήματι.* *Schol.* v. 259. *Medicus fuit.* *Vit.* 1. ubi et alia eius scripta recensentur, quae supra ordine retuli.

Alius *Aratus*, *Cnidius*, cuius fuerunt *Aegyptiacarum historiarum libri.* *Vit.* 1. *Aratus*, *Sicyonius*, cuius *πολύβιβλος ἰσορία* libris XXX. *Vit.* 1.

*Archibius* ad *Antiochum*, *Syriae regem*, scripsit. *Germ.* pag. 147.

*Archilochus.* *Schol.* v. 1003. *Vit.* 1.

*Areithus* (al. *Araetus*, *Aritus* vel *Ariethus*), *Tegeates*, *historiarum scriptor.* *Hygin.* pag. 358. 370. Ἄραιθος apud *Lucill. Tarrhaeum* pag. 41. *Vossio Ἀρήιδος.*

Qui *Argolica* conscripserunt. *Hygin.* pag. 367.

*Arion*, *citharoedus.* *Schol.* v. 316.

*Aristarchus*, *grammaticus.* *Schol.* v. 28. 254.

*Aristomachus.* *Hygin.* pag. 407.

*Aristophanes.* *Schol.* v. 1047.

*Aristophanis*, *Byzantii*, *Phaenomena.* *Vit.* 1.

*Aristoteles.* *Schol.* v. 880. 948. 1094. *Philosophus*, qui de animalium ratione differuit. *Germ.* pag. 131. ἐν τῇ περὶ ζῴων πραγματείᾳ. *Er.* cap. 34. ἐν τοῖς περὶ θηρίων. *Er.* cap. 41. libro de bestiis. *Germ.* pag. 136. Eius sententia de iride. *Schol.* v. 940. de cometis. v. 1091.

*Aristotherum*, *mathematicum*, dicitur audisse *Aratus.* *Vit.* 2.

*Artemidorus.* *Germ.* pag. 128. ἐν ταῖς ἐλεγείαις, ταῖς περὶ ἔρωτος αὐτῷ πεποιημέναις βίβλοις. *Er.* cap. 31. omittit *Vossio* poeta.

*Aselepiades.* *Schol.* v. 7. *Hygin.* pag. 395. *Myrleanus* lib. XI. de *Grammaticis.* *Vit.* 1.

*Astraeus.* *Vit.* 1. antiquus *mathematicus.* *Schol.* v. 97.

*Astrologi.* *Schol.* v. 88. antiqui. *id.* v. 364. 440. 637. 741. 754. 862. 1068. recentium quidam. v. 400. σχεδολογία in *Ipphaera*, contraria est ἔρανοθεσία [P] in coelo. v. 248. 250. αἰς συντρέχειν τῇ ἰσορίᾳ καὶ τὸν κατασερισμὸν. v. 325. nominum astris impostorum quintuplex ratio. v. 27. *Sphaerae* siue *globi coelestes* actate *Leontii* a descriptione *Claudii Ptolemaei* nonnihil, et a *Sphaera Arati* plurimum dissidentes. *Leont.*

*Athenodorus*, *Arati pater.* *Vit.* 1 et 2. [et 3.] *Alius frater Arati.* *Vit.* 1 et 2. [et 3.] qui primus *Zoilo*, *Homeromastigi*, se opposuit. *Vit.* 2.

*Attalus* in *Aratum.* *Hipp.* vide supra §. 3.

- Auctor versuum, quibus dicta septem sapientum comprehenduntur. *Hygin.* pag. 278.
- Caesar. *Germ.* 143. 144. 145.
- Callimachus. *Germ.* pag. 131. *Schol.* v. 146. 298. 967. *Hygin.* pag. 390. 400. 406. 408. Arati aequalis. *Vit.* 2. πολυῖσως ἀνήρ. *Vit.* 1. qui Arati meminit in epigrammaticis, et iis, quae ad Praxiphanem scripsit. *Vit.* 1. [*Vit.* 3.]
- Calondas, Arati frater. *Vit.* 2. Caliondas. *Vit.* 1.
- Chaldaei. *Germ.* pag. 144. *Schol.* v. 140. 242. 752.
- Chares, grammaticus. *Schol.* v. 254.
- Cicero. *Hygin.* pag. 467. in Phaenomenis. *Hygin.* pag. 49.
- Cleostratus, Tenedius. *Hygin.* pag. 379.
- Conon, mathematicus. *Schol.* v. 146. Samius. *Hygin.* pag. 400. citatur etiam ab Achille Tatio ad Aratum. conf. Cuiacium XV. 33. Obseruat.
- Crates, (grammaticus). *Schol.* v. 62. 254.
- Crates, poeta. *Er.* cap. 25. *Germ.* pag. 104. tragoediarum scriptor. *Germ.* pag. 124.
- Crates, comicus, a Vesta incipiens profari carmina. *Germ.* pag. 103.
- Κρητικὸς μῦθος. *Schol.* v. 46. ὁ τὰ Κρητικὰ ἰσορῶν. infra in Epimenide; qui *Cretica* conscripsit. *Hygin.* pag. 367.
- Ctesias. *Er.* cap. 38.
- Cyrenaeus, qui Aratum epigrammate decoravit, (Callimachus) *Vit.* 2. γηραῖα δὲ τῷ Κυρηναίῳ ἐπεβάλλετο, παρ' ἧ καὶ ἐπιγράμματος ἡξιώθη. Legitur illud in *Vit.* 1.
- Democriti sententia de cometis. *Schol.* v. 1091.
- Diodorus. *Germ.* pag. 104. *Schol.* v. 223. 254. Refertur et Diodotus quidam inter eos, qui Aratum scriptis suis illustrarunt, ut dixi supra §. III.
- Diogenes, Erythraeus. *Hygin.* pag. 405. male alii *Diognetes*.
- Dionysi Stellae, Ὀνοῖ. *Schol.* v. 148. Oenopion, Dionysi et Ariadnae filius. *Schol.* v. 637.
- Dionysius, Heracleotes, Arati praeceptor. *Vit.* 1 et 2. [ἐν τῷ περὶ συγκρίσεως Ἀράτου καὶ Ὀμήρου. *Vit.* 3. acriter iudicat de Arato.]
- Dores. *Schol.* v. 19. 254.
- [*Dositheus*, politicus, ἐν τῷ πρὸς Διόδωρον. *Vit.* 3.]
- Elpidio, scholastico, sphaeram Arateam confluxisse se testatur *Leont.*
- Ennius. *Hygin.* pag. 24. [P]
- Epimenides. *Germ.* pag. 125. ὁ τὰ κρητικὰ ἰσορῶν. *Er.* cap. 27. *Germ.* pag. 107. *Hygin.* pag. 248. 367.
- Eratosthenes. *Germ.* pag. 116. *Schol.* v. 225. 402. 469. *Hygin.* pag. 361. 363. vbi eius versus, 369. 371. bis 377. 382. 386. 392. 400. 403. 415. 417. 424. ἐν τῷ πρώτῳ γεωγραφηθέντων. *Vit.* 1.

Eubulus. *Hygin.* pag. 404.

Euctemon. *Germ.* 145.

Eudoxus, Cnidius. *Schol.* v. 83. 754. 770. cum in plerisque secutus est Aratus, nec semper recte cepit. *Leont.* Vide et quae ex *Hipp.* et *Vit.* i. dixi supra §. II. ubi de duplici eius scripto, quorum alterum: ἑροπτερον, alterum phaenomena.

Euhemerus. *Hygin.* pag. 377. 279. 417.

Eumelus, Corinthius. *Hygin.* pag. 256.

Euphoriion. *Schol.* v. 33. 172. eius versus quidam afferuntur ad v. 519.

Euripides. *Er.* cap. 13. 16. *Germ.* pag. 117. 118. 119. *Schol.* v. 970. *Vit.* i. *Hygin.* pag. 20. 24. 374. 375. 376. 377. 394. ἐν Ἀλκίτιδι *Er.* cap. 29. Ἄνδρομέδα. *Er.* cap. 17. *Hygin.* pag. 374. 376. Ἐρεχθῆ. *Schol.* v. 172. Menalippa. *Hygin.* pag. 390. Φαέδοντι. *Schol.* v. 172. Φοίξω. *Er.* cap. 14.

E Fulgentii lib. I. Mythologiae. *Germ.* pag. 141. e lib. II. cap. vlt. *Germ.* pag. 143. auctore non nominato.

Gentiles. *Germ.* pag. 142. Etiam in graecis *Schol.* ad Aratum v. 537. Ἕλληνες ponuntur pro *Ethnicis*, vnde et illorum collectorem perinde vt scholiasten Germanici constat fuisse Christianum. Sed pro Graecis occurrit v. 733. 740. 752. et alibi.

Hegesianactis Phaenomena. *Vit.* i. *Hygin.* pag. 370. 381. 404.

Hegesias. *Hygin.* pag. 415.

Hellenismus. *Schol.* v. 529.

Heraclides, Ponticus. *Hygin.* pag. 415. ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης. *Er.* cap. 29.

Hermes Δελτωτῆ signum inter sidera retulit. *Schol.* v. 233. lyram Arcadicam v. 596. siue χέλυν ἐπτάχορδον. v. 268. 269. leporem. v. 338.

Hermippus. *Schol.* v. 316. 436. Eius Phaenomena, siue de sideribus. *Vit.* i. *Hygin.* pag. 366. 393.

Herodianus. *Schol.* v. 342.

Herodotus. *Germ.* pag. 104. *Schol.* v. 26. Milesius. *Hygin.* pag. 360.

Hesiodus. *Er.* cap. i. 19. 32. *Germ.* pag. 106. 112. 120. 128. 133. *Schol.* v. i. 15. 22. 27. 33. 97. 102. 152. 172. 205. 298. 322. 408. 559. 101. *Vit.* i. *Hygin.* pag. 356. 391. 401. 407. in Theogonia. *Er.* cap. 9. Male *Hesiodus* pro *Hesiodo* legitur *Germ.* pag. 145. Hesiodi imitator Aratus. *Schol.* v. 45. et *Vit.* i. 2. [P] ἐν τῇ ἀστρική βιβλῳ τὰ ὀνόματα διδάσκει ὑάδων. *Schol.* v. 245. Ὁ γὰρ Ἡσίοδος Φυσικευόμενος Φησιν, ἐνεία γὰρ νύκτας τε καὶ ἡμέρας χάλκεος ἀκμων etc. *Vit.* 2.

Hipparchus. [ἐν τοῖς πρὸς Εὐδόξον καὶ Ἀρατον. *Vit.* 3.] *Er.* cap. 24. *Schol.* v. 254. 269. Arato antiquior esse falso traditur in *Schol.* v. 87. 754. quum Aratum correxerit, vt agnoscat *Sch. lastes* ad v. 240. et *Leont.* stellas numeravit mille et octoginta. *pseud. Er.* cap. 6. Librum Apodicticum de coorientibus et coocidentibus astris promittit *Hipparchus* lib. II. ταῖς δὲ κατὰ μέρος αὐτῶν ἀποδείξεις ἐν ἄλλοις συνετάξαμεν ἕτως, ὡς τε

ἐν παντὶ τόπῳ σχεδὸν τῆς οἰκισμένης δυνάσθαι παρακολοθεῖν ταῖς διαφοραῖς τῶν συνανατολῶν καὶ συγκαταρῦσεων.

Hippias. *Schol.* v. 172.

Hippocrates, Pythagoricus. *Schol.* v. 1091. eius sententia de Cometis. *ibid.*

Homerus. *Schol.* v. 1. 5. 14. 26. 27. 39. 45. 62. 91. 100. 132. 139. 155. 177. 192. 208. 250. 254. 286. 322. 327. 342. 420. 443. 501. 526. 585. 641. 664. 733. 741. 909. 921. 949. 966. 1010. 1023. 1047. *Germ.* pag. 103. 104. 110. *Vit.* 1. *Hygin.* p. 256. 360. 366. 397. 411. *Iliad.* B. *id.* pag. 378. *Odyss.* pag. 467. Vide et supra in Athenodoro.

Μεταχειρήσεις Ὀμηρικῆς. *Schol.* v. 24.

Homeri imitator Aratus. *Vit.* 2.

Horologiorum et γνῶμονος mentio. *Schol.* v. 499.

Hyginus genealogiarum, a se scriptarum, librum I. laudat pag. 376.

Isidorus in Naturalibus siue in Physicis. *Germ.* pag. 136.

Isler. *Hygin.* pag. 409. 413.

Julianus. Vide infra in Theon.

f) Primus tomus continebat XL dynastias Decorum Semideorumque, annis 2300. reges CXCII. Secundus dynastias XII—XIX. annis 1121. reges XCII. Tertius dynastias XX—XXXI. per annos 1050. Primum librum laudat *Syncellus* pag. 60. secundum pag. 59. 72. 73. tertium pag. 78. 256. vbi vltimum hunc fuisse testatur. Vide et *Scalig.* ad Graeca Eusebii pag. 411. b.

g) *Syncell.* pag. 40.

nis expedire, et cum reliqua veteri historia conciliare, ut perspicuum est, si quis inter se conferat conatus praestantissimorum veteri aeuo Chronologorum, Africani, Eusebii, et Syncelli: vel recentium *Scaligeri* Can. Ifagog. pag. 128 sq. et pag. 316 sq. *Sam. Petiti* cap. 27. (l. b. IV. cap. 6.) Var. lect. *Kircheri* I. Oedipi pag. 68 sq. *Vfferii*, *Iac. Capelli*, *Marshamique*, qui in diversis Aegypti regionibus plures dynastias simul eodem tempore rebus praefuisse contendit, et in antiquitate temporum restituta *Pauli Pezronii*. Fragmenta quaedam Manethonis e Iosepho et Syncello descripsit illustravitque *Scaliger* in Graecis Eusebii et ad calcem operis immortalis de emendatione temporum. *Fabric.*

## [E P I M E T R O N.]

In utramque partem post illos viros doctos, quos iam citauit *Fabricius*, multi alii disputarunt: quorum alii in genere fidem Manethoni in historia dynastiarum vel vindicarunt, vel denegarunt; alii in specie inquisuerunt, num pastores, quos in Aegyptum venisse tradidit Manethon, Israelitae fuerint, nec ne? Quoniam vero ab auctoribus historiae catholicae memoratae pag. 190 sqq. et pag. 478 sqq. praecipue pag. 490 sqq. atque ab *Baumgartenio* ceterisque adnotatoribus omnis controuersia vberius exposita est, et diuersae *Whistoni*, *Perizonii*, *Pezronii*, *Newtonii* aliorumque sententiae et interpretationes late adductae atque examinatae sunt; tum a *Ferdinando Guil. Beer* in *Abhandlungen der alten Zeitrechnung und Geschichte*, (Lipsiae 1752. mai. 8.) pag. 163—242. in sect. V. regula, secundum quam Manethon dynastias descripsit, proposita et consensus harum dynastiarum cum ordine temporis, a scriptoribus diuinis feruato, et cum abis indubitatae fidei narrationibus, declaratus est; in sectione autem sexta de pastoribus, qui Aegyptum imperio tenuerunt, copiose disputatum: satius esse duxi, paucos tantummodo commemorare, qui praeter laudat s viros huic pistirino operam addixerunt, quam in re controuersa, a nostro quoque instituto aliena, diu versari.

*Io. Adami Strobelsii* disp. praeside *Io. Dau. Koelero*, an Manethonis pastores inualesores Aegypti fuerint Israelitae. Altdorf. 1730. 4.

Primum eos nominat, qui post *Iosephum* I. contra Apionem pag. 1040 sq. et *Eusebium* in *Chronic.* lib. post. nr. 190. adfirmarunt, pastores illos, Aegyptiis Hycsos dictos, Israelitas fuisse, eorumque recenset argumenta. Sunt vero *Hugo Grotius* de veritate religionis christianae lib. I. sect. XVI. in notis; *Nicol. Abramus* in *Pharo* lib. VIII. cap. 2 et 3. pag. 200 sqq. *Leidecker* a *Fabricio* iam laudatus, *Hermann Witsius* in *Aegyptiacis* lib. III. cap. 3. *Barnagius* in antiqq. iudaicis etc. tom. I. cap. 8. (hist. tamen iud. lib. III. cap. 18. impugnat hic Manethonis auctoritatem, adnotante *Heumanno*.) *Perizonius*, a *Fabricio* pariter excitatus, *Buddeus* in *hist. eccles.* V. T. sect. III. §. 24. pag. 449 sqq. Postea pari modo eos enumerat, qui negarunt, pastores illos fuisse Israelitas, contra contenderunt, illos vel Arabes fuisse, vel Phoenices, vel homines alius gentis, eorumque argumenta refert. Negarunt vero apud illum ipse *Manetho* lib. II. Aegypt. apud *Iosephum* l. c. *Iulius Africanus* apud *Syncellum* pag. 61. edit. *Paris.* *Petrus Cunaeus* in *republ. Hebraeorum* V. T. lib. I. cap. 5. *Scaliger* in *animaduers.* ad *Eusebii* *Chronicon* pag. 19. *Paul. Pezron.* in *antiquitate*, a *Fabricio* iam citata, *Sam. Bochartus* in *geographia* S. part. II. libr. I. cap. 4. *Io. Marsham* in *canone chronico*, saec. VIII pag. 103 sqq. et saec. XII. pag. 323. *Iac. Vfferius* in *annal.* V. et N. T. part. I. ad A. M. 2179. pag. 8. *Frid. Spanhemius* in *hist. eccles.* epoch. III. sect. VII. §. 2. pag. 308. (quibus

bus addes *Des-Vignoles* in chronologia, mox memoranda, tom. I. pag. 598. Vanitatis et mendaciloquentiae accusat eum *Couring* lib. I. de medic. Herm. cap. IV. pag. 37. cap. VII. pag. 60.) Denique eorum, qui ab adfirmantium partibus stare solent, argumenta corroborare sustinet.

Alios, qui de Manethone egerunt, enumerat *Baumgarten* in nota 347. ad versionem historiae catholicae germanicam, I. pag. 490. et pag. 514. de pastoribus istis, quos cum conditoribus historiae illius negat fuisse Israelitas. Hanc quoque sententiam strenue defendit *Iosephum*que multis refutat *Beer* I. c. pag. 214 sqq. et pag. 227 sqq. Suspiciatus potius pag. 217 sqq. inuasionem istam intelligendam de expeditione *Oguz Chan* tatarica, quam ex *Abulgasi Chan* historia tatarica refert et comparat cum narratione Manethonis, praecipue *Mosis*. Idem pag. 178. existimat, Manethonem successionem regum, prouti inuenisset in variis, quae adhibuit, chronicis, constituisse et reges externos esse seorsum persequutum, ut, quamdiu in Aegypto hi regnauerint, cognosceretur: nomen igitur dynastiarum apud Manethonem neque locum natalem neque sedem regum; sed chronicon, ex quo is hausisset, indicare: in primis illum usum esse chronicis urbium *This*, *Memphis* et *Diospolis*: Pastores et Aethiops eum posuisse tamquam peculiare Dynastias, ut, quamdiu commemorati sint in Aegypto, facilius intelligeretur, nec ordo regum, in Chronicis relatorum, interrumperetur: ut fidem Manethonis firmiter stabiliret *Beer*, comparauit dynastias apud *Eratosthenem*, *Iosephum*, *Eusebium*, *Africanum*, *Syncellum*que tum inter se, tum cum narratione *Mosaica*. Ingeniose quidem acuteque omnia explicat *Beer*; num vero interdum non abusus sit ingenio, aliis aequae acutis viris inquirendum et definiendum relinquam. — Dynastias regum Aegypt. apud Manethonem in ordinem quoque redigere studuit *J. Jackson* in *Chronological antiquities*, vol. II. pag. 256 sqq.

De fide *Manethonis* et *Eratosthenis* historica iudicarunt iidem conditores historiae catholicae I. c. pag. 497. ubi praecipue sobrium *Baumgartenii* iudicium est perpendendum. *Eratosthenes* vero confecerat regum *Thebaeorum* Aegypti catalogum, cuius fragmenta seruaui *Syncellus*. Illius narrationem maiore fide dignam esse, quam Manethonis testimonium, censent *Marshall*, qui *Eratosthenem* inter primos chronologiae graecae emendatores habet, in can. chron. pag. 8. 16. 217. et *Cumberland* in *Remarks on Sanchoniathon* pag. 416 sq. *Eratosthenis* tamen catalogum et mancum et parum vtilem esse arbitratur *Beer* I. c. pag. 211. Sed de illis fragmentis optime meruit, eaque tam critice, quam grammaticae, ope praesertim linguae copticae, emendauit atque explicuit, et *Scaligeri*, (in *Eusebianis*,) ac *Salmastii* (de ann. climact.) emendationes atque interpretationes adtulit, saepiusque correxit *Paul. Ernest. Jablonsky* in *Annotationibus in Eratosthenis Cyrenaei catalogum regum Thebaeorum Aegypti*, quibus potissimum interpretatio eius graeca nominum *Aegyptiacorum* examinatur et illustratur: quas *Alphonf. Des-Vignoles* tomo secundo suae chronologiae, (*Chronologie de l'Histoire sainte et des Histoires etrangeres*,) Berlin. 1738. 4. pag. 756 — 765. inseruit. Adde eundem *Vignoles* tom. II. pag. 659. etc. et alibi. Cum *Pezronio* aliquoties rem habuit. Hunc quoque saepe refutauit, atque de dynastiis ac pastoribus Aegyptiorum, Manethone atque *Eratosthene* passim disputauit

*Fourmont* in: *Reflexions sur l'Origine, l'Histoire et la Succession des anciens Peuples Chaldeens, Hebreux, Pheniciens, Egyptiens, Grecs etc. jusqu'au tems des Cyrus*. — Nou-

velle edition. Paris. 1747. II. voll. 4. praecipue vol. II. lib. III. capp. 6 — 10. p. 43 — 164. — tum pag. 173. contra Vossium (diff. de aetate mundi, pag. 270.) defendit Manethonem a crimine fraudis. adde pag. 202 sqq.

Pauca dedit de Manethone *Heilbronner* in historia matheos vniversae, pag. 241 sq. eiusque annorum vsque ad Alexandri M. tempora computationem tamquam ridiculam damnat. Sed haec sufficient, ne extra oleas vagari videar. *Harl.* Copiosius aduersus Manethonem disputauit cl. *Christoph. Meiners* Versuch einer Religionsgesch. alter Völker, besonders der Aegypter pag. 105 sq. Add. *Meuselii* Biblioth. histor. vol. II. part. II. pag. 333. *Bonanus* dans l' Histoire de l' Acad. d. Inscr. XLII. pag. 31 sq. *Beth.*]

II. Ἰερά βιβλος. *Liber Sacer*, quod de theologia Aegyptiorum Manethon egerat. Meminit praeter alia Manethonis συγγράμματα *Eusebius* in limine libri II. Praeparat. cuius verba iam in notula adscripti. Respicit forte etiam *Theodorus*, quo teste lib. II. Therapeut. pag. 34 *Μανεδὼς τὰ περὶ Ἰσιδος καὶ Ὀσίριδος καὶ Ἀπίδος καὶ Σαράπιδος καὶ τῶν ἄλλων Θεῶν τῶν Αἰγυπτίων ἐμυθολόγησε.* Egerat de Diis ac Semideis gentis suae etiam in Aegyptiacorum libris: sed ibi magis chronologi atque historici; at in sacro sermone theologi partibus functus fuisse mihi videtur. Quamquam idem cum illis sacrum hoc opus fuisse haud dubitauit *G. I. Vossius*.

III. βιβλος τῆς Σάθως, ad *Ptolemaeum*. *Syncell.* pag. 40. Τὸ Σάθως φατὶν Αἴγυπτος καλεῖται, *Theophil.* ad *Autolyc.* III. pag. 130. *Scaliger* ad *Gracca Eusebii* pag. 408. Σάθω τὴν Ἰνάχως vocabant Aegyptii: item Σωθιακὴν περιόδον Ἰῆς siue *Isidis* peregrinationem, quae etiam refertur a *Promethæo* [P] apud *Aeschylum*. (v. 822 sq) *Videntur Aegyptii* eorum suorum certissimam epocham ἀπὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου repetivisse, ut manifeste colligitur ex *Clemente Alex.* (1. Strom. pag. 335.) neque dubito, τὴν Σάθως βιβλον τῶν Μαριεθῶν ab eadem initio regum suorum dynastias deduxisse. Apud *Vettium Valente Antiochenum* Σηθ<sup>h)</sup> ex libris *Petastris*, non Σάθως dicitur. Ex his verbis colligas, *Scaligerum* βιβλον Σάθως haud diuersum existimasse ab opere historico de Aegyptiorum dynastiis. Sed mihi potius videtur in hoc libro Manetho egisse de anno Aegyptiorum cynico, de quo dixi ad *Chalcidium* pag. 218. vbi pro σολεχὼν legendum σάθω. Notum est sidus, quod Graecis ἀστρικούων, idem Aegyptiis dictum Σάθω fuisse.

IV. *Manetho* ἐν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον laudatur ab *Etymologici M.* auctore in *Λεοντοκόμος* et ab *Eustathio* ad *Iliad.* λ. pag. 857. edit. Rom. ἐν τοῖς πρὸς Ἡρόδοτον. *Magnus* quoque *Bochartus* I. Hieroz. pag. 715. citat Manethonem in notis ad Herodotum. Sed aut fallor, aut *Eustathius* et *Etymologici* scriptor inciderunt in locum Manethonis historiarum, in quo Herodotum castigauerat. Certe *Iosiphus* I. contra *Apionem* pag. 1039. de historia Manethonis loquens, testatur, Herodotum saepius in illa ab ipso reprehensum ob res Aegyptiacas, falso memoriae proditas. Πέγραφε γὰρ Ἑλλάδι Φανῆ τὴν πάτριον ἰστορίαν, ἐκ τε τῶν ἱερέων, ὡς φησὶν αὐτὸς, μεταφράσας, καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχε τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. *Fabric.* — vid. *Clericum* filuar. philolog. cap. IV. §. 3. *Heum.*

V. Περί

h) En manifestam originem fabulae de columnis Sethi! *Heumann.*



V. Περὶ ἀρχαῖσμι καὶ εὐσεβείας de antiquitate et pietate siue de priscis et religiosis Aegyptiorum ritibus liber, e quo Porphyrius lib. II. de abstinendo ab animatis §. 15. [pag. 199 et 200. edit. de Rhoer, qui excudi regis nomen fecit Ἀμωσιν,] narrat, iminolandum hominum consuetudinem Heliopoli fuisse regem Amasin. Porphyrii locus legitur et in Eusebii IV. 16. Praeparat. et respicitur a Theodorito VII. Therapeut. pag. 109. licet Manethonem haud nominet. Confer Marsham Canonem Chron. pag. 315 sq. Ex eodem Manethonis libro videtur narrare Plutarchus de Iside et Osiride pag. 380. <sup>i)</sup> quod in vrbe Iethyae, (εἰληθυίας enim pro Ἰδιθύας legendum, notauit vir doctissimus <sup>k)</sup>,) homines viuos palam exusserint canicularibus diebus, cineribus etiam procul sparsis ac dissipatis, ne quidquam de lustramentis hisce Typhoniis superesset. [conf. Sam. Squire ad edit. Plutarchi de Iside et Osiride, Cantabrigiae, (1744.) 8. p. 170 sq. et p. 100. additi commentarii, anglice scripti. Harl.]

VI. Φυσικῶν ἐπιτομή. Laert. proem. sect. 10. Haec forte sunt, quae Suidas memorat Φυσιολογικά, et e quibus Aelianus X. 16. de animal. videtur referre eos, qui suillum lac bibant, lepra ac vitiligine infici, etsi [P] librum ipsum Manethonis haud vidisse, suspiceris ex eo, quod dicit ἀκῶ εἶπεῖν.

VII. Περὶ κατασκευῆς κυφίων, de ratione praeparandi sacri suffiminis, quod κύφι Aegyptiis vocabatur, et memoratum est Plutarcho <sup>l)</sup>, Galeno, S. Hieronymo. Vide Kircherium tom. II. Oedipi part. II. pag. 539. Suidas quidem hoc scriptum Manethoni Mendefio vindicat, quem a Sebennyte videtur diuersum facere; sed huiusmodi in rebus quam parum tribui eius fidei possit, eruditos viros haud latet.

VIII. Manethoni praeterea ἀποτελεσματικά δι' ἐπῶν tribuit Suidas, et alia quaedam, vt ait, Ἀστρονομία. Etiam Paulini Nolani <sup>m)</sup> epistolae XXXVIII. subiicitur carmen ad Iouium, in quo eiusdem operis mentio:

Nunc tria miremur texentem fata Platonem,  
Aut Arati numeros, aut picta Manethonis astra.

Neque vero aliud hic sunt picta astra, quam carmine descripta, et verbis, vt ait Plautus Poenulo, depicta, quemadmodum de Ennio apud Ciceronem I. Tusc. quaest. cap. 15. Hic vestrum pinxit maxima facta patrum. Quod petitum ex illo Simonidis, quod variis locis refert

R 3

Plutar-

i) Vol. VII. pag. 496. edit. Reiskii. Harl.

k) Ἰδιθύας rescribendum censet de Rhoer ad Porphyrii l. c. pag. 199. addē Semler Erleuterung der egyptischen Alterthümer durch Uebersetzung der Schrift Plutarchs von der Isis und dem Osiris, Breslau. 1748. 8. p. 74 et 271 sq. Εἰληθυίας emendauit quoque Wesseling. ad Diodor. Sic. tom. I. pag. 99. 85. Harl.

l) De Iside et Osiride tom. VII. pag. 509. edit. Reiske, aut pag. 188. edit. Squire, cuius not. vide. Harl.

m) Barthius lib. I. aduersar. cap. 15. Auctor carminis ad Colleam vel Iouium, quod non optime Paulino adscribi, alibi demonstramus. Idem

XXXII. 22. tribuere videtur Claudiano Mamerto: Paulinus siue Mamertus ad Colleam. Confer LIV. 3. Paulino audacter et recte; vt opinor, tribuit Cerda in Aduersariis sacris cap. 149. pag. 364. Cerda enim malui vocare, quam Lacerdam, quoniam ipse cap. 185. pag. 497. Nicolaum Abramum suae sanctitatis virum non dubitat eo nomine reprehendere. Nicolaus, inquit, Abramus, cuius ego nomen melius teneo, quam ille meum, qui me citans Lacerdam nominat: ego enim Ioannes Ludovicus de la Cerda nominor, itaque Cerda debuisset dicere, non Lacerdam. Sed ignosco homini ignorantia nostrum idioma etc.

Plutarchus"), ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποιήσιν, ποιήσιν δὲ σιγᾶσαν τὴν ζωγραφίαν, *poesin esse picturam loquentem, picturam vero poesin quandam tacitam silentemque. Horatius in arte, ut pictura poesis est. Cicero IV. ad Herenn. si poema loquens pictura est, pictura tacitum poema debet esse. Plura lo. Dauis. ad Ciceronis locum pag. 34. Charles la Motte in libro, cui titulus: an essay on poetry et painting, Londin. 1730. 8. Bibl. raisonnée tom. V. pag. 395 sqq. [Plura in hanc rem, si opus visum fuerit, diceremus. Spence, Bosfu aliique illo Simonidis abusi sunt: Lessing in Laocoonte fines picturae ac poeseos melius et seuerius discreuit; alii medium tenuisse videntur. Sed omnis illius sententiae interpretatio aequae ac controversiae expositio a consilio rei et a Manethonis historia nimis nos abduceret.] Gronouius ad Herodotum pag. 925. quidquid ab Manethone versibus erat scriptum, solebat in eadem pagina coloribus diuersis adpingi, ut spectaretur coniunctio vel separatio planitarum, et inde opera eorum etc. Manethon ipse poema suum cum Hermetis κρησχύτω γραφῆ confrens μάθημα λάλλον vocat sub initium libri V. quod e versione mea adscribam:*

*E libris, Ptolemaee, sacris, sacrisque columnis  
Arcanis, sapiens quas his in reperit Hermes  
Signauit vires proprias coelestibus astris. [P]  
Consilii adiutor fuit illi Asclepius, inde  
Ceris mandauit formas<sup>o)</sup>, diuinaque imago  
Florilegae impressa est dono pulcherrima Musae.  
Ast ego si illumi coelestia sidera nocte  
Saepe reuisendo, picturam fisto loquentem,  
Nec quisquam potis est partem huius cernere laudis  
Quam solus, quem plurimum amo, magnus Petosiris,  
Non leuis iste labor, Ptolemaee, videbitur ulli.*

Jacobus Gronouius in postremo versu edidit, ἔ Βαίος κάματος ἔτος, vnde totum hunc locum non videtur cepisse, certe, vt multa, obscurissime reddidisse. Sed legendum esse ἔ Βαίος, vt in mea versione interpretatus sum, nec ipse, credo, negabit, si conferet exordium libri primi, vbi inter alia haec leguntur:

De

n) Plutarchi. de gloria Atheniensium. Idem de audiendis poematibus pag. 12. edit. Grotii, (in cuius viri maximi versione male est descriptum: *Picturam esse loquens poema, poema vero tacitam picturam*) de dignoscendo adulateore pag. 58. et IX. vlt. Sympof. Conf. Io. Wower. de vmbra, Laelium Bisciolam tom. II. hor. subiectiu. lib. III. cap. 3.

o) De illa κρησχύτω γραφῆ praeter Gronouii praefat. ad Manethonem XX. 3. consulas Salmasium ad Solin. pag. 231 sq. Vossium IV. 91. de idololatria, Lambecium VIII. p. 329. 330. 331 et 97. Reinesium inscript. pag. 569. 570. Valesium ad Eusebium pag. 200. Cangium glossar. graec. p. 647. Gisberti Cuperi Harpocratem pag. 136. Pancirolum deperdit. lib. II. Bulengerum de pictura et

plastice lib. I. cap. 6 sq. Scheferum de arte pingendi pag. 55. Meminit etiam Anacreon carm. XXVII. et carm. XXIX. 5.

Τὸ δὲ πᾶν ὁ Κρηὸς αὐτὸς  
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῆ.

Item Plinius lib. XXXV. cap. 11. pag. 224. edit. Harduini. Martial. IV. 47. Athenaeus in pompa Ptolemaei Philadelphi lib. V. pag. 200. Auson. epigr. 25. 27. Anonymus in epistola de ceromate apud Baluzium tom. IV. Miscell. pag. 419. Io. Behniius de encausto imperatoribus olim sacro, Regiomont. 1715. 4. Fabric. — adde Hermann. Hugonem de prima scribendi origine, p. 197 sq. edit. Trotz, vt mittam eos, qui recentiore aetate de encausto arteque encaustica scripserunt. Harl.

*De nocte insomnis multo de luce labori  
Indulsi, ut Tibi, quos mea fecit Musa, libellos  
Mitterem, et e studiis ferres haec commoda nostris.*

Superfunt Manethonis ἀποτελεσματικῶν, siue de viribus et effectis astrorum libri sex, scripti ad Ptolemaeum, regem, quem Philadelphum esse, adeoque et Manethonem eundem, qui Aegyptiaca et alia iam a me commemorata scripsit, nulla, ut opinor, ratione idonea negari poterit. Illud vero de Philadelpho apertissime etiam confirmatur lib. V. 208. vbi Ἀσιονὸς ὑμεναῖσι diſerte memorantur, quod et erudito editori obseruatum \*). Ceterum tulere aetatem apotelesmatica Manethonis in vnico, quantum sciam, codice medico sexcentorum circiter annorum †), e quo varia virorum doctorum Lucae Holstenii et Lucae Langermanni apographa, atque Iacobi quoque Gronouii editio profluxit. Versiculos quosdam ex illo opere tum adhuc inedito produxerat *Alexander Morus* in notis, haud portrita eruditione refertis, ad nouum foedus in Iacobi I. 1. Alios *Abrahamus Hinckelmannus*, decus huius urbis immortale, in detectione fundamenti Bohemiani, edita Hamburgi 1693. 4. pag. 114. cuius verba e Germanico hic translata adseribam: *De astrologia apotelesmatica nullum forte in orbe terrarum superest monumentum antiquius sex libris Manethonis, sacerdotis Aegyptii, qui versibus elegantibus graecis concinnati in hac urbe (Hamburgo) [P] exstant. Semel quidem occurrit in bibliotheca Ioannea inter codices Holstenianos; alterum exemplum est apud virum quendam nobilissimum, in cuius apographi ora siue margine etiam emendationes non paucae eruditae occurrunt. Inscriptum est hoc opus regi Aegypti Ptolimaeo, Philadelpho haud dubie, qui artem illam magni faciebat, ut patet ex ipso statim limine poematis. χαίρεις ὦ Πτολεμαῖε etc. Testatur quoque Manetho, Hermetis se doctrinam asserre lib. V. Ἐξ ἀδύτων ἰερῶν βιβλῶν etc. Vnde etiam patet, sententiam Kircheri, qui duos fuisse Manethones contendit tom. 1. Oedipi Syntagm. I. cap. 9. merum conuenientum esse. Adde Stillingfleeti *Origines sacras* pag. 51. 53. Haec verba quin legissem, adii virum, non minus doctrina ac pietate insignem, quam humanitate incredibili, atque, ut mihi Manethonis inspiciendi copiam faceret, ab eo petii: neque hanc tantum ab eo, sed et describendi haud difficulter impetraui. Hinc de edendo scriptore cogitans, latine ita reddere institui, ut versum versu exprimerem: tum acerba morte \*) interim*

p) Manethonis apotelesmatici meminit etiam *Anna Comnena* in *Alexiade* lib. VI. pag. 164. vbi negat, illi methodum horoscopiae cognitam fuisse; ἔτι γὰρ ἐπ' Εὐδόξῃ τῆ ἀστρονομικῶτάτῃ ἢ τῶν χρησμῶν μέθοδος ἦν, ἔτι ὁ Πλάτων τὴν σύνεσιν ταύτην ἤδρα· ἀλλ' ἐδὲ Μανέθων ὁ ἀποτελεσματικὸς περὶ ταύτης ἠκρίβωσεν\* ἀλλὰ λῆψις ἦν ἐκείνοις ἀστροσκοπίας, ἐν οἷς προμαντεύοντο, καὶ πῆξις τῶν κίτρων, καὶ τῆ ἔλα διαθέματος ἐπιτήρησις, καὶ ὅποσα ἄλλα ὁ τὴν μέθοδον ταύτην εὐρηκῶς τοῖς ἐσόμενον παρέδωκεν, ἅπερ ζυγεῖα τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ματασιάζουσιν.

Alius *Manetho*, magus, aequalis Apollonii Tyaneici, de quo *Anastasius Sinaita* quaest. 20. quid vero dixerimus de magicis Manethonis operibus, qui in hac deceptione magica tantus exstitit, ut

saepe videret Apollonium Tyanaeum, quasi in hac arte ad perfectionis culmen non peruenisset. Aiebat enim, requiri, ut, sicuti ipse verbo solo faceret, quae volebat, et non quibusdam sacris permitteret ea, quae ab ipso efficiebantur: tom. IX. biblioth. patrum. Lugd. pag. 99r. Eadem *Cedrenus* pag. 202. edit. Basil.

q) Vid. *Bandini* catalog. MSS. graec. biblioth. Laurent. tom. II. cod. XXVII. pag. 52 sq. *Harl.*

r) Haemorrhagia correptus obiit *Hinckelmannus* ὁ μακρῆτης non multo maior quadragenario, 3 Id. Febr. anni 1695. Vide *Reu. viri amici ac popularis mei honoratiff. Henrici Pippingi* sacrum decadam septenarium siue *Memorias LXX. Theologorum* pag. 599.

interim extincto viro praestantissimo, editionem ipsam sum aggressus, versione graecis ex aduerso posita, et libro primo, ut in MSto codice reperi, in Aphorismos LXX. distincto, et adscriptis in margine graecis argumentis, quae compendio exarata etiam in apographo, atque adeo difficiliora lectu erant; sed ad intelligendum poetam non parum conferre mihi visa sunt. Huius editionis meae primis forte foliis conspectis, calcar sibi addere passus est clarissimus *Iacobus Gronovius* ad maturandam suam apotelesmaticorum Manethonis editionem, quam omisis illis, quae dixi, argumentis dedit graece, Lugd. Bat. 1698. 4. \*) latina sua versione profaria ad calcem separatim subiuncta, additis nonnullis notulis siue castigationibus. Quum vero et mihi alia essent, quae agerem, et argumenti vanitas siseret utcumque impetum animi, miraque esset typorum graecorum apud nostros lentitudo ac difficultas, facile me praeuertit nec inuitum. Existimo etiam, laborem illum, quem rei literariae bono haud leuem insumsit, aliud longe mereri, quam ut propter illa, quae in eius editione vel interpretatione, vel notis etiam obelo digna animaduerti \*) fortassis possint, vel a me vel ab alio quocumque exagitetur, quum homines simus, et scriptorem antiquum [P] graecum eumque poetam et astrologum antea ineditum in lucem proferre omnibus absolutum numeris, res difficilissima sit, neque vlli haectenus, quod sciam, contigerit mortalium. Optent tamen multi mecum, ut vir doctus secum habitans vicissim fastuoso aliorum contemptu, et acerbis indignissimisque sarcasmis ac reprehensionibus, quibus viros quoslibet spirantes ac defunctos, etiam praeclarissimos, nulla vel leuissima data occasione, fugillat, (cuius rei exemplum vel in praefatione ad Manethonem aduersus Gerh. Ioh. Vossium et Alex. Morum dicta praebere possunt,) non adeo conspurcarent scripta et merita sua in litteras, certe praeclara, sed futura oppido maiora, si, quam diligenter humaniores tractat litteras, tam sedulo quoque caueret humanitati bellum indicere.

In notis ad Manethonem pag. 267. Vir doctus protulit versus hexametros graeci poetae de septem planetis, *nescio*, inquit, *an editos, certe dignos, qui legantur*. Hos ipsos in Stobaei Eclogis physiceis et ab Henr. Stephano ad calcem Anthologiae graecorum epigrammatum pridem vulgatos lector reperiet, et ab Hugone Grotio pag. 135. excerpt. latinis versibus eleganter redditos. Septimus versiculus quoque sub Theonis nomine exstat in extremo libri primi anthologiae gr. epigrammatum. Spicilegium emendationum et notarum in Manethonem, et argumenta graeca in librum primum, publici iuris facere animus mihi est, cum otium nactus fuero ad *Maximi* poema, de quo infra, *περὶ Καταρχῶν*, et meam Manethonis versionem, Manilii exemplo, carmine latino compositam in lucem proferendam. *Fabric.*

Confer *Herm. Sam. Reimari* de vita et scriptis I. Alb. Fabricii commentar. Hamburgi 1737. 8. pag. 84. not. de humanitate Fabricii, qua tractabat inhumanum Iac. Gronovium: pag. 208. vbi tradit Reimarus, libri I. versus 245. typis iam expressos fuisse duobus foliis in 4. et sollicitatum postea Fabricium, ut ne Gronouiana quidem editione ab illustrando astrologo

s) Conf. Acta erudit. Lips. ann. 1698. pag. 557. *Hart.*

t) Animaduersae in versione hallucinationes

quaedam non inficiandae sunt ab illustris doctrinae viro *Iacobo Perizonio*, in responsione ad nuperam notitiam de variis Aelianii aliorumque auctororum locis, Lugd. Bat. 1703. 8. pag. 38 sq.

logo deterreri se pateretur, id quod, ut ait Reimarus, maxime Perizonius vrguebat; quem adeo Fabricius miti suo de Gronouiana editione iudicio offendit, ut longa epistola lenitatem eius accusaret. Quod vero Fabricius versionem Manethonis, Manilii exemplo, carmine composuit, id secus factum esse, apud Reimarum pag. 323. optarunt Graevius, Almelo-veenius, Olearius aliique. (adde *Wolffii* epistolam ad La Crozium in thesauro epistolico Lacroziano tom. II. pag. 97.) De locis quibusdam Manethonis a *Io. Corn. de Paw* et *Fabricio* disputatur ibidem pag. 316 — 323. — Posthaec secum constituerat *Iac. Philipp. Dorville* Manethonis apotelesmata secundum Gronouianam exemplum, multis Fabricii suisque castigationibus notatum, recensere, suisque illustrare animaduersionibus: at morte abreptus consilium exsequi non potuit. Quam praeclara autem editio futura fuisset, abunde declarant infinita paene Manethonis loca, quae Dorville in animaduersionibus ad Charitona passim modo explicuit, modo correxit. — Fabricius orae exempli sui haec adscripsit: „Hoc apotelesmaticorum opus Manethonis versibus redditum esse italicis ab Antonio Maria Saluino, perinde ut Homerum, Hesiodum, Anacreontem, Theocritum, Aratum, Musaeum, hymnos Orphei, Callimachum, Oppianum, Nicandrum, Aristophanis Nubes Plutumque et non pauca ex anthologia epigrammata, didici ex diario Veneto, Giornale d'Italia, tom. XIV. pag. 132. Traditur hoc etiam in memoriis Trevoltinis ann. 1729. pag. 2090. ubi Saluini elogium anno aetatis 76. Florentiae d. 16. Maii 1729. defuncti, quum graecas litteras per annos 53. publice professus esset.“ *Harl.*

Fuerunt nonnulli, qui dubitarent, an Apotelesmaticon libri ad Manethonem referenda essent, vel qui plane contenderent, illos nomen tam antiqui auctoris mentiri (\*). Hisce, nescio, an accensere debeam doctissimum Carolum Cangium de Fraxinis, qui in indice auctorum, quibus ad condendum glossarium mediae Graecitatis usus est, memorat Manethonis ἀποτελεσματικῶν ἀποτελέσματα τῶν ἀναβιβασζόντων ex cod. Colbertino nr. MMLXXIX. Nam ex Glossario ipso in voce Δωτικᾶροι, Πρακτόροι et alibi adparet, Manethonis poema a Cangio minime fuisse inspectum; sed tantum tenuia quaedam lemmata ex Manethonis aphorismis a grammatico quodam collecta, qualia exstare dixi in ora codicis Medicei. In poemate autem ipso quid demum indignum sit scriptore, Ptolemaeis aequali, quid antiquissimo astrologo ac poeta, nihil haecenus fuit ab iis, qui genuinum illud esse dubitant, in medium adlatum. E contrario vehementer pro antiquitate eius pugnant carminis simplicitas castaque [?] Homeri imitatio, tum scribendi genus aphoristicum, quod antiquis astrologis probatum fuisse testatur *Ptolemaeus*, mathematicus, lib. III. Tetrabibli cap. 2. ubi illud missum facere se ait, quod varium sit et multiplex, ac prope infinitum. Porro dum circulos coelestes et astra, quae ab ipsis secantur, Manethon describit, facile ostendit, se longissime a nostra aetate, quum ista in litteras mitteret, abuisse. Alia enim sidera hodie a circulis illis secari constat. propter praecessiones aequinoctiorum, quae tanto temporis interuallo diuersum sphaerae situm effecerunt. Quibus si addas totius operis contextum, in quo nihil occurrit, quod non aetati Ptolemaei, qui ex Arsinoe coniuge agnoscitur Philadelphus, ac plus simplici vice nominatenus compellatur, nihil, quod veterum Aegyptiorum astrologorum sententiis non conueniat; repetitiones etiam antiquissimis potius scriptoribus genuinis, quam  
vanis

\*) Haec etiam *Richardi Simonii* sententia est epist. select. tom. II. nr. 28. *Heumann.*

vanis impostoribus familiares: nihil profecto habebis, quo fidem codicis antiquissimi, quo disertum Suidae ac poetae latini veteris, qui picta Manethonis astra celebrat, testimonium, iure possis in dubium vocare. Auctor ipse sub extremum libri sexti thema suum natalitium, siue, ut Vitruvius dicitur, nascentiam testatur fuisse sole in  $\Pi$  Ioue in  $\Pi$  Saturno in  $\Sigma$  et Marte in  $\Theta$ . Quod si accuratas ephemerides non minus, quam chronologiam, omnibus numeris absolutam haberemus: non difficile foret, annum, quo natum se indicat, ex hisce iudiciis astrologicis inuestigare. Iam non magis hoc fieri potest in tanta chronologorum varietate astrologorumque parum saepe solidis calculi hypothelibus, quam inepte argumentaremur, si ex hoc ipso genuinum vellemus Manethonem euincere. *Fabric.* — Neque tamen, (vbi iam notavi in introductione in hist. L. Gr. I. pag. 537.) *Thom. Tyrwhitt*, doctus sagaxque Anglus, Gronovianis argumentis adduci potuit, ut crederet, opus illud esse genuinum. E contrario in praefat. ad Pseudo-Orphei poema de lapidibus, (Londini 1781. 8) pag. XII — XIV. non solum Holstenii iudicium, ex stilo et numeris poematis ductum, comprobatur, scriptorem istius libri antiquitatem esse mentitum; sed aliis quoque tam rerum, quam vocabulorum iudiciis demonstrat, auctorem non fuisse Manethonem, Aegyptium, sed incertum quemdam poetam, illius nomen falso prae se ferentem, qui sub imperii romani occasum vixerit. Denique acute suspicatur clareque docet, duo libros ex iis, qui Manethoni tribuuntur, nr. I et V. in quibus oratio plerumque pinguis et scabra sit, non raro barbara, peccata in metrum frequentia et enormia, ordo plane nullus, et alia merito reprehendenda, non profectos esse a scriptore librorum reliquorum, II. III. IV et VI. sed ab alio verificatore; immo vero auctorem libri primi ex libro IV. multos versus negligenter et extra ordinem repetisse, idoque crimine plagii manifesto conuinci. Quod Tyrwhitti iudicium comprobatur censor in bibl. critica Amstelod. II. part. 8. pag. 87 sq.

Inter scriptores editos a *Io. Annio*, Viterbiensi, est quoque *Manethonis supplementum* Berosi, ab Amynte, Assyriorum rege et Aegypto, a quo Aegyptus nomen accepit, usque ad tempora, quibus Assyrii, Aegyptii, Tyrrheni deliciis eneruati decreuerunt, Latini creverunt, *ex quibus geniti sunt, per quos Romani imperium tenuerunt*. Sed prologum, qui illi supplemento a Manethone praemissus fingitur, ab impostore isto esse fictum, constat, idque docuit etiam noster *Fabricius* in *Bibl. Gr.* vol. XIII. lib. VI. cap. 12. vbi de Beroso et libris, ab *Io. Annio* confectis, eorumque edit. agit, pag. 214 sq. De edit. vide eundem *ibid.* p. 217 sqq. et quae adtuli in *Introd.* in *L. Gr. I.* pag. 538.

Auctorem poematis *de viribus herbarum deo alicui consecratarum*, quod Aldus primus edidit 1518. 4. et Fabricius cum versione notisque *Io. Reñtorffii* recendi fecit in vol. II. B. Gr. pag. 629 sqq. veteris edit. *Manethonem* esse suspicatur, nulla vero opinionis suae ratione addita, *Bernardus* in epistola ad *Reiskium*, subiecta huius vitae, ab eius coniuge editae, pag. 356. *Harl.*

*Petofsin* delicias suas siue *πολυφίλτατον άνδρα* vocat Manethon lib. V. 10. e quo loco non magis probare licet, aequales fuisse, quam *Isocratem* vixisse temporibus *Dionysii Halicarnassei*, quia hic illum *εταίρον* v) suum adpellat, vel *Dicaearchum* aut *Theophrastum* fuisse aequales

v) Vide supra lib. II. cap. 26. pag. 848. [vol. II. pag. 777.]

aequales Ciceronis aut Attici, quia ab his amici ac familiares vocantur, vel denique Zachariam, prophetam, vixisse aetate Moysis, quoniam Philoni, Iudaeo, Zacharias dicitur εἰς τῶν Μωϋσεως ἐταίρων. Sed quae Petosiris oratione profana tradiderat, haec Manetho verbis graecis reddidit hexametris, et obseruationibus propriis auxit, vt patet e prologis libri I et V. Longe antiquiorem vero fuisse Petosirin, et multo tempore Manethonem antecessisse, constat ex Aristophane, qui Petosirin memorat apud *Athenaeum* III. pag. 114. [P] Idem Petosiris notatur vel laudatur a Claudio Ptolemaeo in tetrabiblo sub nomine τῆ παλαιῆ vel τῆ ἀρχαίας, vt obseruauit *Salmasius* de annis climacter. pag. 353. et *Marshamus* in canone Chron. pag. 477. qui de *Petosiride* eiusque aequali, rege Aegypti, *Necepso*, antiquissimis astrologiae iudiciariae scriptoribus, multa erudite collegit.

Magnum decus Daniae, *Thomas Bartholinus*, libro de medicis Poetis p. 99. *Inter alia mathematica*, inquit, *Manethonis fragmentum περὶ νόσων graecis versiculis exstat in bibliotheca Medicea Florentiae litteris quadratis, quod descriptum a fratre Erasmo Bartholino vidi hoc principium habere:*

Νῦν δ' ἄγε μοι κέρη Λιβηθρίας ω) ἔννεπε μάσα  
"Ὅσσα φέρει νόσοις ἀλγήματα δία σελήνη.

Verum norit lector, hos versus non esse operis initium, nec esse Manethonis; sed esse petitos e medio poemate Maximi περὶ καταρχῶν, quod ante Manethonem in codice Mediceo legitur; deinde versum alterum scribendum esse sic:

"Ὅσσα φέρει νόσοισιν ἀκήματα δία σελήνη,  
"Ὅσσα τε λυγρὰ πέλονται ἐν ἀδάλαιοι θεείσης  
Δάδεκα etc.

IX. Vt supra capite XVIII et XX. Astronomos graecos veteres plerosque persecutus sum, ita iuuat, hoc loco Manethoni alios astrologiae iudiciariae scriptores subiicere, atque editos quidem cumprimis. Ab *Hesiodo* in *Ἔργοις καὶ Ἡμέραις*, et *Arato* in *Διοσημέσις* constat, traditam partem astrologiae iudiciariae simpliciore, et cui soli natura rerum suffragari videtur, qua ex astris de tempestate coniecturam capimus. De utroque et de tributis *Hermeti* iatromathematicis ceterisque huius commatis scriptis dixi suo loco, quemadmodum et infra lib. IV. agam de praecipuo opere huius disciplinae, tetrabiblo *Claudii Ptolemaei*, et, qui in illud scripsere, *Porphyrio*, *Proclo*, *Anonymo* siue *Demophilo*, aliisque. Praeter hos dicendus in praesenti mihi est PAVLVVS x), *Alexandrinus*, cuius posterior editio εἰσαγωγῆς εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν siue *introductionis in doctrinam de viribus et effectibus astrorum*, ex bibliotheca illustris *Henrici Ranzouii*, sereniss. Danorum regis per *Holsatiam* et *Dithmarsiam* tum legati, vulgata est graece [P] cum versione *Andreae Schatonis*, qui MStum codicem, innumeris mendis deprauatum fuisse, queritur. *Witebergae* 1586. 4. Inscriptis haec rudimenta *Paulus* filio suo, *Cronammonii*, qui in priore patris ἐκδόσει quaedam minus recte se habere notauerat.

S 2

notauerat.

ω) MS. Πικληρίας.

x) *Eudocia* in *Violario* pag. 361. ex *Suida* v. Πάυλος tom. III. pag. 61. Πάυλος, φιλόσοφος, ἔγραψενἀστρολογίας εἰσαγωγὴν καὶ ἀποτελεσματικά. Fabric. tamen in sequentibus malit apud *Suidam* legere ἢ ἀποτελεσμ. Harl.

notauerat. Πάνυ καλῶς ὃ Φίλε παῖ Κρονάμμων, ἐψευδογραφήκοντας ἡμᾶς ἀνευρόν ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἐκδόσει τῶν εἰσαγωγικῶν, προετρέψω ἑτέραν σύνταξιν λεπτομένην ἐν ἔδενι τῶν εἰς τὴν αὐτὴν πρόθεσιν συντεπόντων θεωρημάτων. Μετὰ καὶ τῆ καταναγκάσαι καὶ ταῖς κατὰ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ ἀναφορὰς ἐπιλογιζομένους πρὸς τοῖς τέλει ἐκδέσθαι, ὡς ταύτας εὐχερηστοτέρας καταληφόντων ἡμῶν αὐτὴ τε ΠΤΟΛΕΜΑΪΟΥ ἐν τῷ περὶ χρόνων ζωῆ. δι' αὐτῶν τὴν πραγματείαν ποιήσας, καὶ ἈΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ παρακελευομένους ἐν τῇ περὶ ἀφίτε καὶ ἀκιδεσπίτε καὶ ἀναρέτε ταύταις κεχῆσθαι. Προσπετιτέτοις καὶ ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΥ <sup>1)</sup> τῆ ΔΑΟΔΙΚΕΪΩΣ ἐν τοῖς ἰδίαις πέντε βιβλίαις διαβάλλοντος τὸς ΑἴΓΥΠΤΙΟΥΣ, ὡς πολλὴ ἀπάτη αὐτοῖς γεγένηται ἐν ταῖς τῶν ζωδίων ἀναφοραῖς. Liber planus et facilis, ac locis quibusdam exceptis elementa incertillimae artis perspicue tradens. Per σοφὸς τῶν Αἰγυπτίων videtur intelligere Ptolemaeum, cuius canonem alibi nominatenus in tellimonium citat: τὴν δὲ ἀκριβείαν τέτων ὁ πρόχειρος κανὼν Κλαυδίου Πτολεμαίου παραστήσει. Tempus, quo scripsit, satis accurate definire videtur diem XX. Mechir anno Diocletiano 94. hoc est Christi anno CCCLXXXVIII <sup>2)</sup> Verum auctor christianus *scholiorum graecorum*, quae cum Pauli libro edita sunt, eumque iam illustrant, iam reprehendunt, testatur, se scripsisse anno Diocletiani 867. qui respondet Christi anno MCLI. Graecorum 6659. Meminit inter alia Paulus etiam libelli, sub *Hermetis Trismegisti* nomine iactati, cui titulus ἡ πανάρετος, et ex eo refert doctrinam de septem κλήροις siue sortibus planetarum, de quibus dixi lib. I. cap. 7. pag. 50. Rursus ex eodem Hermete profertur locus de climacteriis: παρέθετο δὲ ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς ἐν τῇ περὶ κλιμακτῆρων πραγματείᾳ. λέγων ἔτως. ἐ πάντοτε οἱ ἐπιφερόμενοι ταῖς ἀνθρωπίναις γενέσεσι κλιμακτῆρες νόσων παραίτιοι γίνονται, ἀλλ' ὅτε μὲν πένθες, ὅτε δὲ δικῶν, ἕτεροι δὲ μαυρῶν ἢ χρονίων ἀποδημιῶν δετῆρες γίνονται. Καὶ οἱ μὲν διὰ τῶν παρεμρέτων ἀποτελέμενοι κλιμακτῆρες νόσων καὶ κινδύνων καὶ πένθες παραίτιοι χερηματίζουσιν, οἱ δὲ διὰ τῶν τῆς αἰρέσεως, ζημιῶν καὶ τῶν τέτοις παραπλησιῶν. Claudit librum Paulus allata genitura mundi, siue descriptione situs planetarum cum primum coeperunt orbem terrarum lumine suo collustrare, tunc scilicet solem ait fuisse in leonis parte <sup>aa)</sup> 19. lunam in Cancrī 15. Saturnum in Capricorni 15. Iouem in sagittarii 15. Martem in Scorpii 14. Venerem in librae parte 3. Mercurium in 7. [P] Virginis oriente in canero circa horoscopus parte 15. hora noctis vndecima adsumta. αὐτῇ, inquit, ἐστὶν ἡ τῆ Διητῆ καὶ ἐπιγείᾳ κόσμος γένεσις. Ἐν τέτοις τοῖς ζωδίοις πρῶτον οἱ προκείμενοι ἀστέρες ἐξέφάνησαν, αἰώνιον ἔχοντες πνεῦμα ἐν ἀφθάρτῳ μένει κείμενοι, ἔδεν καὶ οἰκητήρια αὐτῶν αὐτὰ τὰ ζωῶ κατωνό-

y) Lambec. VII. pag. 91. legit ΙΟΤΑΙΑΝΟΥ. *Fabric.* Sed confer paullo post adnotata. *Harl.*

z) Itaque nescio, quis sit Paulus, philosophus, quem nono Christi saeculo introductionem in astrologiam scripsisse tradit *Ricciolus* in *Almagesto*. Nam circa ann. Chr. 695. fuit *Paulus* monasterii *Callistrati* monachus, astrologus, qui *Leontium* imperio potiturum, quod ann. 695. factum est. Meminit *Suidas*, *Ἰασημιανὸς ὁ ἠνόμητος*, historia miscella XIX. 35. et *Nicephorus*, *Constantinopol.* in breuiatio. historico fol. 25. (115.)

aa) *Firmicus* lib. III. (al. lib. II.) cap. 1. *Math.*

rectius ubique legit 15. referens et ipse thema siue figuram geniturae mundi e libro *Aesculapii* qui *Myriogenesis* (lege *Moerogenesis*) inscribatur, testatusque sequi se *Aesculapium Anubium* iue, quibus potentissimum *Mercurii* nomen istius scientiae secreta commisit. Confer *Salmas.* pag 534. de annis *Climactericis*. *Macrobius* quoque lib. I. in *Somnium Scipion.* cap. 21. et ex eo *Honorius Augustod.* lib. I. de philosophia mundi cap vlt. refert ex *Aegyptiorum* mente, in natali mundi canerum gestasse lunam, leonem Solem; quod cum *Paulo Alexandrino* et *Firmico* conspirat.



κατωνόμασαι. Liber hic Pauli, vel fragmenta eius in aliquot codicibus exstant manu exarata in thesauro librario imperatoris, de quibus vide, si placet, librum septimum Lambecii de Bibl. Vindob. inter alia memorantis codicem cum hac inscriptione: Παύλος Ἀλεξανδρέως εἰς τὴν Ἀποτελεσματικὴν ἐν συνόψει, καὶ μαΐσορος τῆ Ἀπομάσαρ. Vnde suspicor, *Armasari* illi, (eidem, cuius Onirocritica cum Artemidoro edidit Rigaltius,) tribuenda esse graeca, quae paullo ante memorabam in Paulum scholia: nisi sint forte *Stephani*, Atheniensis. Vide *Sylburgii* catalog. MS. graecor. biblioth. Palatinae, pag. 93. Ceterum miror, a Lambecio, Nesselio et Labbeo scriptorem libri ipsius vocari quandoque non Paulum, uti scholia illa k. 4. b. et tituli MSS. plurimum codicum diferte adpellant; sed *Iulium* vel *Iulianum*. Alexandrinum. *Pauli* nomen confirmat etiam Suidas: Παῦλος φιλόσοφος, εἰσαγωγὴν ἀστρολογίας ἢ ἀποτελεσματικά· ita enim malim legere, quam καὶ ἀποτελεσματικά.

## [E P I M E T R O N.]

De codice Vindobonensi vid. *Lambecii* commentarios de biblioth. caesarea tom. VII. pag. 194 sq. ubi Lambecius primum indicem libri siue initium codicis sic indicat: Παύλος Ἀλεξανδρέως ἐπίσκεψις ἀστρονομική· κεφάλαιον α'. tum memorat et vberius describit editionem Andreae Schati, Wittebergae 1588. 4. Denique animaduertit, notandum esse, exflare in eadem editione praefationem *Paulli Alexandrini ad Cronamonem*, — in eiusque fine mentionem quidem fieri *quinque librorum Apollonii Laodiceusis de astrologia iudiciaria*; sed reuera ibi pro ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΥ τῆ Λαοδικέως ἐν τοῖς ἰδίῳ πέντε βιβλίῳ legendum esse ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ τῆ Λαοδικέως, h. e. *Iuliani Laodicensis*. Quae quum Fabricius noster non adtente legisse videretur Kollario: hic, honesta nominis Fabriciani mentione facta, in duabus notis subiectis quaedam contra eum monuit. Primum in nota B. pag. 193 sq. „De *Paulli*, inquit, *Alexandrini astrologica introductione* Fabricius egit Bibl. Gr. vol. II. pag. 503 sqq. (qui est noster locus,) ubi pag. 505. (veteris edit.) praeter rem, meo quidem iudicio, miratur, auctorem hunc a Lambecio Nesselioque non *Paulum*, sed *Iulium* vel *Iulianum* quandoque vocari: *Iuliani* enim nomen *Apollonio*, Laodicensi, nequaquam autem *Paulo*, Alexandrino, semper tribuitur a Lambecio, ut mox videbimus. Nec minus idem Fabricius aberrat a vero, dum scribit, memorari a Lambecio codicem Caesar. in quo haec sit epigraphe: Παύλος Ἀλεξ. . . . καὶ μαΐσορος τῆ Ἀπομάσαρ· nam consultis *Paulli* Caesarianis exemplatibus omnibus, nos quidem illam epigraphen non reperimus.“ At Fabricius sequutus fuisse videtur *Nesselium*, qui in catalog. codd. MSS. gr. Vindob. part. V. pag. 172. de cod. CXXII. nr. 5. diuersum ab eo, de quo *Lambecius* l. m. et ipse *Nesilius* l. c. part. III. pag. 103 sq. fusius egerunt,) haec scripsit: „*Iulii Alexandrini*, vel sub falso nomine, *Armasaris* introductio synoptica in astrologiam apotelesmaticam — — in capita CLVI. diuisa, cuius titulus et principium: Παύλος Ἀλεξανδρέως εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν ἐν συνόψει, καὶ μαΐσορος (h. e. *magistri*) τῆ Ἀπομάσαρ. Ταῦδε ἔνεστι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆ μαΐσορος τῆ Ἀπομάσαρ. Κεφάλαιον α' περὶ κοσμικῶν ἀποτελεσμάτων etc. Verum haec inscriptio a recentiore quodam syllogae opusculorum MSS. *Armasaris* et *Paulli Alexandrini* addita est, moneute *Kollario*, qui in supplementorum ad Lambecii commentarios libro I. Vindobonae 1790. pag. 528 sq. non solum id animaduertit; sed etiam illum posteriorem, quem Fabricius ex *Nesselio* notarat, codicem LXXXIV. qui varia continet opuscula, praesertim ad orbis terrarum cognitionem pertinentia, vberius describit. Nimirum nr. V. habentur quaedam opuscu-

la et fragmenta astrologica, primum fol. 33. *Abumafar* s. *Abu. Maafcharis* libellus cum hac peculiari inscriptione: τὰδε ἐνεστὶν ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ μαίτορες τῷ ἀπομάσσει, (sed libellus in hoc codice est maxima sui parte mutius,) tum sequitur a fol. 44. παύλος ἀλεξανδρέως εἰσαγωγή εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν. *Paulli Alexandrini introductio in artem ex astris diuinanāti*. Haec igitur valebunt ad Fabricium excusandum. Idem valebit de altera Kollarii nota l. m. pag. 195, not. B. Fabricium enim sequutum esse arbitror notitiam codicis eiusdem, quem postea a Kollario in supplementis curatius descriptum esse iam adnotavi, a Nesselio exhibitam. Id quidem Kollario concedam, Lambecii locum a Fabricio vel non inspectum fuisse, vel confusum cum Nesseliana narratione. Docte vero Kollarius obseruat, per σοφῆς τῶν Αἰγυπτίων a *Paullo*, Alexandrino, non intelligi *Ptolemaeum*, cuius canonem alibi, nominatum in testimonium citauerat; sed veteres illos Aegypti sapientes, id est, diuinarum humanarumque rerum peritos, quos arabici scriptores *Hhukiemai Myssyr* adpellare sunt soliti, quorumque in Dioscoridis spuris, pag. 441 sqq. a Saraceno vulgatis, frequens occurrit memoria. — In eodem cod. XLVII. (apud Lambec. pag. 196 sq. apud Nessel. cod. CLXXIX. part. IV. pag. 104.) nr. 9. sunt excerpta nonnulla ex *Paulli Alexandrini* introductione in astrologiam iudiciariam. — Eiusdem *Paulli Alexandrini* introductio in apotelesmatica est in cod. *mediceo* VII. plutei 28. nr. 7. teste *Bandinio* in catalog. codd. gr. biblioth. Laurent. pag. 18 sq. — eadem, cum aliis astronomicis, in biblioth. *Monac.* Bauara, vid. catalog. pag. 67. cod. CLXXXIII. — tum in cod. *Veneto* D. Marci CCCXXXV. secundum catalog. pag. 154. — in cod. *Pembrok.* vid. infra in *Bernardina* vett. mathematicorum synopsis ad vol. XII. — Pauca de hoc *Paullo Alexandrino* eiusque aetate incerta dedit *Heilbronner* in hist. mathes. pag. 435. *Harl* }

Exstat et in biblioth. Caesarea *Heliodori* cuiusdam commentarius in *Pauli* huius doctrinam astrologicam, diuisus in capita quinquaginta tria. Ἡλιοδώρες εἰς τὴν Παύλου διδασκαλίαν. κεφάλαιον ἄ. περὶ ποιότητος τῶν σχημάτων, καὶ εἰς τί συμβάλλονται. *Harl.* — In biblioth. *Caesarea* cod. XLVII. tom. VII. Lambecii commentar. biblioth. Vindob. pag. 193 sq. (apud Nesselium part. IV. pag. 103 et 104.) continet ex *Heliodori* astrologica doctrina capita octo: et ibid. nr. 9. pag. 197. excerpta quaedam ex *Heliodori* doctrina astrologica: atque Lambecius notat ad priorem locum, eiusdem opusculi mentionem fieri in *Phil. Laubi* noua bibliotheca msstor. librorum pag. 168. illudque olim existisse in biblioth. Cardinalis Carpensis; idemque suspicatur, illum *Heliodorum* eundem esse, atque *Heliodorum Larissaeum*, quem tamen ab illo distinguit *Fabric.* *Bibl. Gr.* vol. VI. pag. 781. ubi plures recenset *Heliodoros* et pag. 783. — In eadem biblioth. *Vindobouensi* teste Lambecio VII. pag. 546. cod. CXXXIV. (cod. CXV. apud Nesselium l. c. pag. 71.) continet *Heliodori* commentarium in *Paulli Alexandrini* doctrinam astrologicam, quem innuit *Fabric.* — cod. CXXXV. praebet nr. 2. (apud Nessel. pag. 135. cod. CCLXII.) *Heliodori* comm. in *Paulli Alexandrini* doctrinam apotelesmaticam; cuius principium: τὸ ἐξάγωνον σχῆμα ἀγαθόν ἐστὶ, καὶ μάλιστα etc. — Est quoque in biblioth. *Veneta* D. Marci, in cod. CCCXXIV. pag. 149. catalogi. — tum in biblioth. *Florent.* *Medicea*, teste *Bandinio* in catal. MSS. gr. II. pag. 29. nr. 10. cum hac epigrapha ἀποτελεσματικά ἐκ τῶν εἰς τὸν Παῦλον ἐξηγητικῶν Ἡλιοδώρες καὶ ἑτέρων ἀστρόνομων, atque cod. XXXIV. ibid. pag. 61. nr. 16. quaedam astronomica secundum *Heliodorum.* *Harl.*

*Ioachimus Camerarius*, cui omne genus litterarum plurimum debet, disciplinam quoque astrologicam <sup>bb)</sup> variis scriptis illustravit, atque inter alia graece atque latine Norimbergae ann. 1532. 4. edidit *Astrologica*, quibus continentur 1) Iocerti scriptoris “) *Διάγνωσις τῆς ἡλιακῆς σφαιρῆς τῶν ἰβ' εἰδώλων, ὅπως ἐν ἐκάστῳ μηνὶ ἀκριβῶς χερὶ διατεῖσθαι. Ratio orbitae solis per duodecim simulacra coeli, quomodo videtur usurpare singulis mensibus conveniat.* [in cod. Veneto D. Marci CCCXXXV. teste catal. pag. 154.] De hoc breui scripto ita amicus noster Dietricus Doblerus: *Saeculo post Christum nono vel decimo adparet hoc conscriptum, si veri sunt quatuor posteriorum mensium dies ingressui solis in signa singula adsignati: octo autem priorum mensium dies corrupti videntur esse sacento forsan decimo quinto ab inepta librarii manu, reluctantis istos numeros ad dies, quibus suo tempore solem signa introire [P] videbat in Calendariis suis adnotatum, praeterisiones autem cequinquidiorum ignorantis, tanto tamen candore polentis, ut dum nihil pericul. ex correctione sua metuendum esset, intrepidus mutaret, quae mutanda ipsi videbantur: cum autem ad Pleiades mense Nouembri ante solis ortum occidere incipientes peruenisset, manum de tabula corripere, nec amplius quicquam corrigeret.* pag. 1—3.

2) Ἐκ τῶν Ἡφαιστῖωνες τῆ Θηβαίῃς ἀποτελεσματικῶν καὶ ἐτέρων παλαιῶν περὶ τῆς τῶν ἰβ' μερῶν ὀνομασίας καὶ δυνάμεως. Excerpta ex *HEPHAESTIONIS, Thebani, iudiciis*, eque aliis veteribus scriptoribus de duodecim coeli signorum adpellationibus, adfectionibus et effectis, quaeque regiones terrarum singulis subsint signis, secundum varias sententias Aegyptiorum, eosque secuti Dorothei, tum praeterea Hipparchi ac Ptoemaei. Decanorum quoque trinorum in singulis ζῳδίοις siue signis Aegyptia adferuntur nomina, de quibus vide *Salmassium* pag. 610 sq. libri de annis Climactericis, qui et multis aliis huius scripti locis adfert lucem, et nominum illorum interpretationes daturum se receperat in suo de lingua Aegyptica commentario, cuius egregium specimen dedit pag. 566 et 614. Idem *Hephaestionis Apotelesmatica* in plures libros diuisa videtur euoluisse: nam pag. 52. locum de Aegyptiorum Iatromathematicis graece profert ex *Hephaestionis Thebaei praefatione libri primi*. Et sane *Labbeus* pag. 120. biblioth. nouae MSS. memorat *Hephaestionem Theban.* περὶ κατὰρχῶν libris tribus, in bibliotheca Petri Strozzae. Sed *Thom. Galeus*, ad *Iamblichum* pag. 311. verba quaedam graece proferens, laudat cap. 17. *Fabric.* — [In cod. *Vindobonensi* CXXXIV. n. apud *Lambec.* VII. pag. 545 sq. reperitur Anonymi cuiusdam auctoris syntagma astrologicum, diuisum in capita centum triginta septem. Inserta sunt fragmenta quaedam astrologica *Hephaestionis Thebani, Iuliani Laodiceusis*, et *Pseudo-Hermes Trismegisti*. — in cod. CXXI. *ibid.* pag. 557. in alio anonymi cuiusdam syntagmate astrologico, in capp. ducenta diuiso. — In cod. CCCXXIV. Veneto D. Marci, secundum catalogum MSS. pag. 149. et cod. CCCXXXV. pag. 154. Excerpta ex *Hephaestionis Thebani* iudiciis, et ex aliis veteribus scriptoribus de XII. coeli signorum adpellationibus. — In cod. *Florent. Laurent. medico* XIII. plut. 28. nr. 3. et cod. XIV. nr. 5. cod. XV. nr. 4. teste *Bandinio* in catal. MSS. gr. vol. II. pag. 26 et 28 et 33. Excerpta ex *Hephaestionis Thebani* et aliorum antiquorum apotelesmaticis: et nr. 7. *Hephaestimis* de decubitu infirmorum prognostica ex mathematica disciplina. adde pag. 59. cod. XXXIV. nr. 4. — *ibid.* pag. 28 et 29. in cod. XIV. nr. II. excerpta ex

<sup>bb)</sup> Vide *Vossium* de scientiis Math. cap. 65. p. 376 sq.

<sup>cc)</sup> An is fuit *Vettius Valens*? vide notam sequentem ad nr. 4. *Hartl.*

ex *Hephæstionis* astronomicis. *Harl.*] — Quando vixerit iste *Hephæstio*, non comperi, nisi quod *Salmasius* pag. 533. ad Constantini M. aetatem referre non dubitat. De aliis huius nominis infra in Grammaticis sum dicturus.

3) Ὅσα οἱ πλανώμενοι ἀστέρες ἐν ἑκάστῳ τῶν ζωδίων σημειῶσιν. *Decreta siue significationes quinque errantium stellarum per signa Zodiaci.* pag. 21 — 36.

4) *Vestii Valentis Antiocheni ex primo libro floridorum, Οὐετῆς Οὐάλεντος τῆ Ἀντιόχως ἀνθολογιῶν*, fragmentum de natura septem planetarum et ratione effectuum, latine tantum e versione <sup>dd)</sup> haud credo ipsius Camerarii pag. 48 — 53. In aliis codicibus rectius VETTIVS vocatur hic VALENS, non Vestius, et celeberrimum antiquissimumque apud veteres Vettiorum nomen: nam, antequam [P] Numa Romulo succederet, Vettius quidam interrex fuit, quem cum Tatio e Sabinis venisse suspicatur *Fulvius Vrsinus* in familiis Rom. pag. 1305. tom. VII. Graev. De aliis *Vettiis* siue *Vettiis* operae pretium sit consulere *Glandorpius* in *Onomastico*, *Reinesium* epist. LXIX. ad *Rupertum* pag. 651 sq. *Laur. Begeri* spicilegium Antiquitatis pag. 89. *Lucium Camarram* in *Teate* antiquo lib. III. 3. tom. IX. *Thesauri Ital. Sertorii Vrsati* monumenta Patavina pag. 259. 651. *Fabretti* inscriptiones pag. 251. *Almeloueeonium* ad *Coelium Aurelium* pag. 620 sqq. *Montfaucon* tom. V. supplem. p. 35. ubi *Publius Vettius* in veteri marmore tabula XII. — *Vettium*, Hadriani aetati parem, latinitate a se donatum, in lucem dare voluit *Huetius*, ut narrat in vita sua lib. I. pag. 22.

Sed et plures fuere *Vettii Valentes*, 1) medicus, Apuleii Celsi discipulus, laudatus Scribonio, Coelio Aureliano, Galeno, Marcello Empirico: ob adulterium vero cum Messalina interfectus a Claudio, imp. Vide, quae viri docti ad *Plin.* XXIX. 1. et ad *Tacitum* XI. 30 sq. ac *Rhodium* ad *Scribonium* pag. 157. Huic doctissimus *Tiraquellus* cap. 31. de nobilitate sect. 64. perperam tribuit *Anthologias*, quibus *περὶ κλιμακτῆρων ἐβδοματικῆς καὶ ἐνεαδικῆς ἀγωγῆς* egerit e disciplina *Petofiridis* et *Necepsō*, regis. Is ipse enim est astrologus, longe iunior, de quo in praesenti quaerimus. 2) Medici filius, praetor, augur aliisque magnis dignitatibus functus sub Nerone, ut ex *Inscriptione veteri* apud *Gruterum* pag. CX. 2. docet *Reinesius* III. 14. Var. lect. [de quatuor *Valentibus*, medicis, vid. *Fabric. Bibl. Gr.* vol. XIII. pag. 440. adde *ibid.* pag. 444. *ibid.* pag. 25. et *indic.*] 3) Astrologus, quem dicitur de fatibus urbis

<sup>dd)</sup> Videtur sane Camerarius Graeca simuluisse editurus, si ipse vertisset, et non ab alio latine translata haec fragmenta accepisset. *Caspar* vero *Barthius* haec male latini veteris scriptoris et latine primum scripta, non e graeco versa esse existimavit, V. 4. VIII. 19. et XI. 3. Aduersar. quo nomine merito incurrit censuram *Reinesii* p. 558. Var. lect. Sed hic vir doctus non magis verisimiliter latina illa tribuit *Firmico* pag. 692 sq. *Bandurius* pag. 585. ad *Origines Constantinop.* *Vettii Valentis* *Περὶ ἐμβάσεως ἀστέρων* libros MSS. in biblioth. regia distinguit a libris VIII. *ἀνθολογίας γενεθλιακῆς*, MS. in biblioth. Vaticana et Mediolanensi. *Fabric.* — *Valentis Antiocheni* et aliorum

apotelesmata sunt inserta anonymi cuiusdam auctoris syntagmati astrologico, in capita CC. diuiso, in XIV. cod. *Vindobon.* teste *Lambecio*, comment. de biblioth. caes. VII. pag. 557. (apud *Nesselium* IV. p. 63. cod. CVIII.) — In cod. *mediceo* apud *Bandin.* II. p. 59. in syntagmate astrologico, nr. 7. *Theophili* collectioni de mundanis principiis inferuntur quaedam ex *Valente* *Περὶ τῆς τῶν ἐβ' ἑτάων διακρίσεως*. Num haec cum opusculo, nr. 1. notato, congruant, dispiciant alii, quibus ea conferre licet. Exstat quoque in cod. regio *Parif.* MCCCCV. MDCCCCXCI. MMCXXXIX. adde infra in hoc volumine p. 583. veteris editionis, in *synopsi math. Bernhardina* vol. XII. *Harl.*

urbis CPolitanae consuluisse<sup>ee</sup>) Constantinus, Imp. Ita enim Zonaras tom. III. pag. 7. Τότε ὡς τινες ἰσορήκασι, τὸν Ἀστρονόμον καλέσας Οὐάλεντα, τῶν τότε περὶ τὴν τέχνην ταύτην ἐσχολακότων τὸν ἀκριβέστερον ἐκέλευσεν ἐπὶ τῷ γυμνασίῳ τῆς πόλεως συντάξαι θεμάτων etc.<sup>ff</sup>) Similia habent Cedrenus et Glycas atque anonymus chronici scriptor apud Lambecium V. pag. 236. [pag. 485. edit. Kollarii.] Atqui hunc ipsum Valentem esse illum Vettium, e cuius floridis fragmenta Camerarius edidit, non absurde videtur sentire Barthius, cui magnum *Salmafium* ὁμόψυχον obseruo, qui et ipse scriptorem illum ad Constantini tempora retulit pag. 533. de annis Climactericis. Sed antiquiorem atque adeo diuersum facit ὁ πᾶν Seldenus: ita enim ille syntagm. I. de Diis Syris pag. 87. *Suadet hoc et vetustissimi, sed nondum editi astrologi auctoritas, qui sub Claudii Ptolemaei tempora aut circiter, ni fallor, scripsit. Adriani enim anni primi<sup>gg</sup> meminit, mensibus vititur Aegyptiacis (Alexandrinis), nec Ptolemaei, sed sarpisuscule Petosiridis et Necepsonis, quem τὸν βασιλέα νομικισμῶν κατ' ἐξοχὴν [P] vocat, (librum eius XIII. citans) Abrami item, Critodemi<sup>hh</sup>), Timaei, Hermippi, Orionis auctorum mentionem facit, et a Ptolemaica astrologia satis distoradat. Is autem est Vettius Valens Antiochenus — — Codex ille Valentis, quo utor, est MS. et Christophori Longolii<sup>ii</sup>) sumtibus olim exaratus — — Se autem magno labore et dispendio, magnisque itineribus matheσιν comparasse adfirmat Vettius. Ἡμεῖς δὲ, inquit, πολλὰ μὲν χῶραν διδοεύσαντες καὶ τὴν Αἴγυπτον διελθόντες, διδασκάλοις Φιλαργύροις περιπεσόντες, ταῖς μὲν τῶν χρημάτων δόσεις ἐπισημάμεθα διὰ τὴν περὶ τὸ ἔργον ἐπιθυμίαν. Ante Seldenum*

ee) Etiam de veteris Romae fato consultus quidam Vettius, Varronis aequalis, qui auguratus est, populum romanum ad mille et ducentos annos peruenturum, teste *Censorius* cap. 17. Confer *Sirmondum* ad Sidon. pag. 222. Nescio, an ab illo Vettio et veteri Roma ad Valentem de nova Roma consultum aliquis ansam eudendae fabulae petierit. Equidem de astrologo per Constantinum tunc temporis consulto res haud facillima est creditu, et melioribus scriptoribus alto silentio praeterita, praecipue vero parum verisimilis, vbi agitur de superstitione astrologiae diuinatricis, quam vniuersam detestabantur Christiani, futilissima et absurdissima omnium, quae est themata ciuitatum excitare, et e situ astrorum tempore urbis condi vel instaurari aut amplificari coeptae fortunam illius diuinare.

ff) Confer *Ern. Schelstrateni* antiqq. ecclesiasticas tom. I. pag. 518. et *Tillemont* tom. IV. histor. imperator. not. 59. ad vitam Constantini pag. 618. *Cangium* ad Zonaram pag. 28. et in Constantinopoli Christiana, *Bandurius* antiquit. Constantinopol. pag. 585. *urbis Constantinopolitanae genethliacam figuram descripsit Valens astronomus, qui quidem tractatus ineditus exstat in biblioth. Ambrosiana Mediolani, ut refert Goltzius.*

Vol. IV.

et amantiss. P. D. Bernhard de Montfaucon in suo diario italico, sed putant nonnulli, commentum esse recentiorum Graecorum.

gg) Locum dedit idem Seldenus III. 20. de iure Nat. et gent. — pag. 4. MS τὰ ἀπὸ Αὐγύστου ἐτη πληρη ρημὴ καὶ ἐμβόλοιμοι λς. Adriani anni quarti pag. 7. tertii pag. 9. 20. b. Mentio etiam Κε ἔτες Ἀντωνίνα, μηνὸς Φαμενώθ pag. 73. b. et εἴ' ἔτες Ἀντανίνα, μηνὸς Φαμενώθ pag. 20. b.

hh) Quem θαύτατον vocat; Critodemi ἔργων pag. 18. b. MSt. ibid. pag. 105. b. laudat Ἀπολλινάριον, Ἀπολλινάριον quemdam. — libro VII. καὶ ταῦτα, inquit, μὲν, ὡ Μάριε, μετὰ πολλὰ πόνε καὶ ἔγκρατίας ζητήσας καὶ ἀνευρὼν συντάξα, καὶ ταῖς ἐπιθέσας ἐβδόμην. Τριγυρὸν ἀρκῶ σε εἰ καὶ C καὶ τῶν ἐπέμων τὰς δρόμοις φέσειν τε καὶ πρόοιον καὶ τὰ δ' εἰσὶ χῆμα, μὴ ταχέως τινὶ μεταάνασ, καὶ ταῦτα ἀμαθῶ etc. — Marco Meibomio Vettium edendum offert Seldenus ann. 1651. tom. II. Opp. p. 1716.

ii) Ex Aldi codice misto Seldonianum, quod est in biblioth. Bodleiana, describi curauit Christophorus Longolius pretio XX aureorum ducatorum. Thom. Hearne putat, duo Vettios Valentes fuisse, quorum scripta in illo codice coaeruerunt: alter computo indictionum vititur, alter aerae Diocletianae: Bibl. angloise, tom. VII. pag. 200.

T

num *Iosephus Scaliger* epist. CXIV. ad *Casaubonum*: *Vettius Valens*, astrologus, de quo quaeris, scribebat tempore eodem, quo *Claudius Ptolemaeus* <sup>kk</sup>), sub *Hadriano* et *Antonino*, ut eius epochae testantur. Citat aliquot veteres eiusdem studii homines, tam mihi ignotos, quam ipse est; neque enim ullus veterum, qui hodie exstant, eius meminit. Alius *Valens* fuit tempore *Constantini*, a quo consultus de urbis novae *Romae Byzantinae* fato. Sed noster *Vettius*, ut vides, longe antiquior est. Habet multa quidem utilia, sed non pauca circularitricis divinationis nugatoria. *Scaligeri* et *Seldeni* vestigiis audacter insisit *Reinesius*, quamquam epochas illas et annum primum *Adriani* potuit *Valens* memorare ex antiquiore scriptore, quoniam non de suo scripsit omnia, sed composuit ἀνθολογίας sive floridorum Astrologicorum libros, e variis scriptoribus et propria observatione collectos. Quid? quod *H. Dodwellus* <sup>ll</sup>) in diss. de tabulis coeli, quae exstat ad calcem tomi I. spicilegii patrum, concinnati a *Grabio*, p. 341. notavit, *Vettium* hunc *Valentem* habere observationes aerae *Diocletianae* anno CLX. (*Christi* CCCCXLV.) recentiores: ut adeo *Constantini* quoque aevo longe iunior sit iste *Vettius*. Verum de tota hac re melius iudicium ferre licebit, si quando opus ipsum satis spissum et in octo diuisum libros viderit lucem, quod manu exaratum in variis bibliothecis exstat *Angliae* *Bodleiana*, *Galliae*, *Italiae*, *Belgii*, *Lugdun. Bat.*, et *Germaniae nostrae* quoque. Editionem eius promisit e cod. *Gottorp.* iam pridem illustri *Huetius*, notis ad *Origenem* pag. 54. cuius vide etiam commentarios de vita sua lib. III. pag. 117 sq. (ibid. pag. 9. pag. 48.) Loca ex eo graece producunt, praeter eundem *Huetium*, *Scaliger* ad *Euseb.* in canonibus *Isagog.* deque temporum emendatione, *Salmasius* de annis *Climacter.* *Galeus* ad *Iamblichum*, *H. Dodwell.* diss. epistol. de anima pag. 245 sqq. *Seldenus* prolegom. de *Diis Syris* cap. 3. pag. 33. et syntagm. I. cap. I. pag. 88 sq. Libro III. de iure Nat. et gentium cap. 20. tom. II. Opp. pag. 1535 sq. 1556. et commentar. ad marmora *Oxonienſia* pag. 28 sq. atque 42. edit. *Prideauxii*, ubi occurrit adiurandi formula, qua libro quarto fratrem aliosque discipulos suos obstringit *Valens*, ne artis suae sacra atque arcana cum quoquam indigno [P] aut profano communicent, mutilentve scripta ipsius, aut interpolent, vel nominis et gloriae auctoris non habeant rationem. Eam formulam <sup>mm</sup>), quia singularis est, et auctorem ipsum spectat, eumque a

*Christi*

kk) Videndum, ne *Ptolemaei*, (non suas) observationes, longe iunior ἀνθολογία suae intulerit.

ll) Mirum tamen est, quum vir hic doctissimus alibi scripserit, *Vettium Valentem* habere observationes anno CLX. aerae *Diocletianae* recentiores, eundem tamen in dissertatione epistolica de anima, quam anglice edidit, pag. 247. tradere, quod nouissima temporis nota in *Valentis* opere a se reperta, sit annus XXI. *Antonini Pii.* En eius verba in quibus etiam notat, quod *Baldus* quidam siue *Valens* in illo citatur: This work is an Anthology collected out of the eldest and best Authors of the kind together with his own observations and improvements in this book, to which this preface belongs. This was the way also of *Iulius Firmicus*, an author whose age is better known. This makes it very difficult to determi-

ne the collector's age from the astrological calculations mentioned in it, because it is so difficult to distinguish whose the calculations are, whether of the collector, or of some of the Authors out of whom he made his collection. The latest note that i have observed in a cursory view of him, is of the XXI year of *Antoninus Pius.* The collector mentions one *Baldus.* If this be the same with *Vettius Valens*, the collector cannot be *Vettius Valens*, but some later Man, who has excerpted *Vettius* as well as others.

mm) Eandem formulam repetiit *Fabric.* lib. V. cap. I. pag. 76 sq. vol. V. ex libro IV. Floridorum siue Anthologiorum *Valentis Antiocheni*, additque, id opus tum *Hamburgi*, tum passim alibi in variis bibliothecis manu exaratum delitescere, et se ipsum MS. licet mutilum ante 300 annos scriptum

Christi sacris alienum fuisse docet, hoc loco integram subieci: Ὁρκίζω σε, ἀδελφέ μου τιμώτατε. καὶ τὰς μυστηριώδεις με ταύτη τῇ συντάξει, ἔχει ἔ μὲν ἀπικρύφει κύτος<sup>nn)</sup>, καὶ κύκλον δυοκαίδεκά ζωδίων. ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τὰς ἐ πλανήτας ἀστέρας, δι' ἃν ὁ πᾶς βίος ἡμοχᾶται, αὐτὴν τε τὴν πρηνόσιαν καὶ ἱερανάγκην, ἐν ἀπικρύφει ταῦτα συντηήσῃ, καὶ μὴ μεταδίδῃαι τοῖς ἀπαιδεύτοις, εἰ μὴ τοῖς ἀξίοις καὶ δυναμένοις διαφυλάσσειν καὶ ἀμείβεσθαι δικαίως, αὐτῶ τε ἐμοὶ ΟΥΔΑΛΕΝΤΙ τῶ εἰσηγησαμένῳ αἰείμησον καὶ ἀγαθὴν φήμην ἀποτέμειν. Καὶ μάλιθα ἐπιγνόντας τὸ ἄφθονον καὶ τὸ τῆς ἀληθείας μέρος, ὡς ὑπὸ εδενὸς ἀνδρὸς ἐπιλελυμένον αὐτὸς ἐφώτισα. Μὴδὲ παρήτας τὸ ἐμὸν ἄνομα ἑτέρες ἐπισφύρουν ταύτη τῇ<sup>oo)</sup> συντάξει. μὴδὲ λαθῆσῃ τίνα τῶν προγεγραμμένων ἢ μελλόντων λέγεσθαι, πρὸς τὸ ἀδετήται τὰς ἐπιτυχάνοντας, καὶ μὴ ψόγον ἐπιείργει. Καὶ ταῦτα μὲν διαφυλάσσειν οἱ προειρημένοι θεοὶ πάντες εὐμενῶς<sup>pp)</sup> ἔσονται, καὶ βίος εὐπαθῆς<sup>qq)</sup>, καὶ καταθύμιος λογισμῶν συντέλεια. Ἐπιορκῆσι δὲ τὰ ἐναντία, μήτε γῆ βατή, μήτε θάλαττα πλωτή, μήτε τέκτων σπερά, τυφλὸς τε νῆς. Καὶ πεπαιδευμένοις ὑπάρχων ἀσχήμονα βίον καὶ ἀνεπίτευκτον ἀγαθῶν ἐπάγει. Ἐὰν δὲ τις καὶ μετὰ θάνατον ἐστὶ κοικῶν τε καὶ καλῶν ἀμοιβῆ, κακῆ τῶν ὁμοίων μεταλάβοιεν. Vide rursus Seldenum lib. II. de Synedriis Hebraeor. cap. XI. lect. 4. vbi confert formulam similem Iulii Firmici, additque hanc e libro septimo Valentis, quam cap. 3. prolegom. de Diis Syris quoque vulgauerat: Τὰς τὰς παραγγελίας ἡμῶν πεθομένους ὀρκίζω ἥλιόν μὲν ἱερὸν κύκλον, καὶ σελήνης ἀνομάτους δρόμους, τῶν τε λοιπῶν ἀστέρων δυνάμεις, καὶ κύκλον δυοκαίδεκα ζωδίων, ἐν ἀπικρύφει ταῦτα ἔχειν, καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ἢ ἀμύτοις μὴ μεταδίδῃαι, τιμὴν τε καὶ μῆμην τῶ εἰσηγησαμένῳ ἀπονέμειν. Εὐορκῆντι μὲν εὖ εἴη, καὶ καταθύμιος οἱ προκαίμενοι θεοί. Ἐπιορκῆσι δὲ τὰ ἐναντία.

5) Claudunt Camerarii collectionem Ἱατρομαθηματικά, *Hermeti Trismegisto* tributa, de quibus iam dixi lib. I. cap. IX. vbi et de *Galeni* libro eiusdem argumenti, et de *Curanidibus* et aliis *Hermeticis* astrologicis scriptis. Occurrunt et astrologica quaedam in *Geoponicis*. De his *agam* libro VI. Verum iam deinceps ineditos quosdam astrologos recensabo.

### X. Astrologi Graeci inediti.

*Achmetis* Astrologica MSS. laudantur a *Meursio* in glossar. Scripsit introductionem [P] in Astrologiam *Perficam*, quae fuit in biblioth. Palatina. *Fabric.* De *Achmete*, filio *Sereim*, eiusque codice oneirocritici *Vindobonensi*, de aetate illius, (tempore *Mamon*, seu *Mamon* vel *Maimon*, *Caliphae* *Babylonii*, qui ab ann. Chr. 813. vsque ad ann. 833. imperavit,) et de *Apomasare*, copiosus est *Lambecius* in comment. de biblioth. *Caesar.* VII. pag. 562 — 577. vbi etiam *Rigaltii* ac *Leunclauii* sententias adducit et interdum examinat. confer doctam *Kollarii* notam ad *Lambec.* et nostrum *Fabric. Bibl. Gr.* vol. III. pag. 410. vet. edit. — et adde cod. CXLIV. apud *Lambec.* ibid. p. 577 et p. 585. —

T 2

Ia

ptum ex libris *Gudianis* accepisse. *Harl.* — conf. *Fabric. Bibl. L.* lib. III. cap. 8. pag. 564. *Heum.* — Alius generis exorcismos e cod. dedit aut indicavit *Iriarte* in catal. codd. *Matrit. regg.* pag. 421 sqq. *Harl.*

nn) κύτος deest loco a *Fabric.* vol. V. pag. 77. descripto. *Harl.*

oo) τῇ deest loc. cit. *Harl.*

pp) εὐμενῶς loc. cit. *Harl.*

qq) εὐπαθῆς loc. cit. *Harl.*

In cod. CXLV. — εἰσαγωγή καὶ θεμέλιον εἰς τὴν ἀστρολογίαν ποίημα ἌΧΜΑΤΟΥ  
τῆ Πέρσης in cod. CCCXXIV. Veneto D. Marci, teste catal. pag. 149. Harl.

Pro *Amfcholis* thesauro apud *Labbeum* pag. 121. biblioth. nouae MSS. lege *Antiochi*.

*Anonymi* varii. Vide elenchum auctorum, glossario Graecobarbaro Cangii subiectum, p. 34. Nesselium catalogo biblioth. Caesareae parte I. pag. 343. [in cod. Vindob. XLVII. apud *Lambec.* VII. pag. 186 sqq. sunt varia scripta astronomica Procli, Ptolemaei, Antiochi, Heliodori, Pauli Alex. etc. in cod. CXXXIX. nr. 9. anonymi collectio miscella astronomica et astrologica et alii: in cod. CXXXIII. nr. 30. pag. 536. obseruat. prognosticae.] Testatur et *Lambecius* VII. pag. 261. [pag. 557. edit. Kollarii,] in eadem bibliotheca Caesarea exstare Anonymi MS. Syntagma Astrologicum in capita 200. diuisum et 356 paginas in folio implens, cui praeter varias diuersorum anonymorum auctorum institutiones et obseruationes astrologicas, insertae sunt *Georgii Chrysoctoccae* tabulae astronomicae geographicae et astrologicae: *Sethi, patriarchae*, astronomia, ab Angelo, scilicet, ipsi tradita: *Petosiridis* organum astrologicum ad Nechepsum, regem Aegypti, *Ammonii*, filii Hermeae, *Io. Camateri*, et *Io. Philoponi* libri III. de vsu astrolabii: *Claudii Ptolemaei*, *Theophili*, *Dorothei Sidonii*, *Petosiridis Aegyptii*, *Antigoni Nicaeni*, *Io. Camateri*, *Valentis Antiocheni*, *Hephaestionis Thebani*, *Stephani Alex. Porphyrii*, *Apolinarii*, et *Critodemi* apotelesmatica. Idem *Lambecius* pag. 235. [pag. 545 sq. edit. Kollarii,] refert aliud Anonymi syntagma astrologicum, diuisum in capita 137. insertis quibusdam fragmentis *Hephaestionis Thebani*, *Iuliani Laodicensis*, et *Hermetis Trismegisti*. Sic *Labbeus* biblioth. nou. MSS. pag. 278. in biblioth. regis Galliae cod. DLIX. narrat exstare astrologica varia ex *Rhetorio*, *Deualione* etc. capitibus 66. Item astrologica e *Leone Philosopho*, *Theodosio*, *Valente*, *Demetrio*, *Dorotheo*, *Maximo*, *Hephaestione*, *Zoroastre*, *Manethone*, *Paulo Alex.*, *Theophilo*, *Critodemo*, *Zeucho* siue *Teu. sro* et *Juliano*.

[*Pauli Alexandrini* introductio et anonymorum variorum excerpta aut fragmenta astrologica in cod. Vindob. LXXXIV. teste *Kollario* in supplem. ad *Lambecii* comment. pag. 539 sqq. et ibid. in cod. LXXXVII. nr. XV. pag. 536. excerptum astrologicum. — Permultorum, quorum nomina vel addita sunt, vel incognita, scripta MSS. astronomica varii generis et diuersae aetatis et de astrologia iudiciaria aliisque artibus diuinatricibus indicantur in catalog. MSS. regior. Paris. tom. IV. pag. 331—365. siue a cod. MMMMMMMCCLIV — MMMMMMMCCCCCLXXXVIII. — In biblioth. *Escurialensi*, plures codd. (teste *Plüner* in Itinerario per Hispanias pag. 194.) anonymorum de lunaribus obseruationibus, de generatione temporis in 12. Zodiaci signis, indica calculatio, cum altera *Pentarii*, astrologica capita et alia opuscula. — In cod. regio *Matrit.* CX. apud *Iriart.* pag. 431 sqq. varia, quae huc pertinent, opuscula occurrunt, et pag. 439 sqq. primum graece typis descriptum legitur Menologium siue calendarium astrologicum. — In biblioth. *Bauar. Monac.* secundum catal. pag. 69. cod. CLXXVI. continet libellum astronomicum ex variis auctoribus collectum. — In biblioth. *Veneta* D. Marci, secundum catal. pag. 153 sqq. cod. CXXXIV. praebet tria syntagmata, 1) syntagma astrologicum, diuisum in capp. CXV. ex *Mercurio Trismegisto*, *Maximo*, *Iuliano* aliisque anonymis. 2) aliud capp. CLXXXIV. quorum nonum praefixum habet nomen

*Leonis*,



*Leonis, philosophi*, postremum continet *Io. Camateri*, praefecti Canicleo, poema iambicum ad Emanuelem Comnenum, inter inedita. 3) aliud capp. LXXIV. ex *Dorotheo, Orphco, Valente, Ptolemaeo, Hephaestione, Anubio* siue *Anubione* et *Manethone*. — pag. 154. cod. CCCXXXV. praebet syntagma astrologicum, in capp. DCXLV. diuisum, cui, praeter varias diuersorum anonymorum institutiones et obseruationes astrologicas, inserta sunt varia: cap. 1. ratio orbitae solis per XII. simulacra coeli, quemue victum vsurpare singulis mensibus conueniat: inter astrologica *Ioach. Camerarii*. — cap. 3. *Io. Damasceni* duodecim mensium nomina: — cap. 6. Excerpta ex *Hephaestioni*, Thebani, iudiciis: — cap. 7. *Stephani*, philosophi, de arte mathematica: — cap. 13. *Mercurii Trismegisti* de duodecim locorum adpellationibus et facultate: — cap. 400. *Paulli Alexandrini* introductio in doctrinam de viribus et adfectis astrorum: — cap. 442. *Rhetorii* de duodecim signis Zodiaci et de aliis ex Antiochi thesauris: — cap. 483. *Io. Camateri* poema iambicum. Cetera sunt ex aliis excerpta: in eodem codice aliud est syntagma astrologicum, siue mutilum, auctoribus *Hephaestione* et aliis anonymis. — ibid. pag. 154. cod. CCCXXVI. comprehendit aliud syntagma astrologicum capp. 375. et varia auctorum, etiam anonymorum opuscula atque excerpta. — In biblioth. *Laurent. Florent.* teste *Bandinio*, catal. tom. II. pag. 25 sqq. varia insunt; n. traditio in persicos canones astronomiae, *Isaaci monachi Argyri* ad *Oenaeoten* dominum *Andronicum*, qui postularat ratione traditas methodos solis ac lunae cyclorum, et eorum, quae ex his consequuntur: (in hoc codice quaedam differunt ab edit. *Dionysii Petauii* in opere de doctrina temporum, Antwerp. 1703. fol. tom. III. pag. 194 sqq. coll. *Lambecio* tom. VII. pag. 492 sqq. et infra ad voc. *Isaac. Monachi*.) tum ex *Hephaestione*, *Panchario Stephano* etc. Sed vberrimum *syntagma astrologicum*, quod continet capp. 465. et in his multa anonymorum, est ibid. pag. 27 sqq. in cod. XIV. plutei 28. — Aliud syntagma astrologiae iudicariae scriptorum pag. 31 sqq. cod. XVI. comprehendit volumen rerum astronomicarum collectionem, ex variis auctoribus excerptam, et 265. capitibus digestam: in his traditionem in persicos canones astronomiae, capp. XVIII. eosdem tabulis 140. comprehensos, et *Demetrii Chlorigi*, (a. C. 1374. de quo nihil tradidit *Fabricius*.) *methodus qua ratione inueniatur horoscopus, seu pars oriens sine errore*, (vid. *Bandin.* pag. 32. nr. II.) — In cod. XVII. (pag. 34. catal.) reperitur *Περσική σύνταξις ἀστρονομίας*, *persica constructio astronomiae*. — cod. XXXIII. (pag. 58. catal.) Ex *Apomysare* excerpta, libris III. et alius liber apotelesmaticus, qui inscribitur *Πάλλας Παλκ*, capitibus constans 148. primum, *περὶ τῶν ἰσθ' ζῳδίων καὶ τῶν ὀκταετηρίων*. — cod. XXXIV. (pag. 59 sqq. catal.) syntagma aliud astrologicum, ex variis collectum astrologiae iudicariae scriptoribus: in his de iis, quae vna cum XII. Zodiaci signis exoriuntur secundum *TEVCRVM*, tum vniuersalis obseruatio ex luna de fulminibus et aliis aëris adfectionibus, ex *LABEONE* secundum interpretationem ad verbum, nec non *Theophilii, Rhetorii, Pancharii* etc. et quorundam anonymorum astrologica. — Apud *Bandin.* III. pag. 338 sqq. cod. XIV. varia anonymorum etc. continet astrologica, in his orationem *Laxeuterii* ad deum, *Nicolai Hydruntini* prooemium in *Laxeuterii* artem etc. initium iudiciorum *Laxeuterii* in nomine domini et multa alia, de quibus copiosus est *Bandin.* add. supra ad vol. I. pag. 790. notam. — Nubem astrologorum librorum, tam editorum, quam manu exaratorum, *Heilbronner* pallim excitat

in historia mathef. vniuerfae. vid. indicem III. ad illam, sub voc. *Astrologici libri. Harl.*]

Omitto, quae pag. 121. [Labbei Bibl. MSS.] referuntur prognostica fereni aeris ex diuersis auctoribus collecta, Arato, Africano, Apuleio, Anatolio, Aristotele, Berytio, Varrone, Demogeronte, Didymo, Diophane, Florentino, Nestore, Orpheo, Paxamo, Plutarcho, Ptolemaeo, Pamphilo, Platone, Sotione, Theophrasto, Vindanionio, Zoroastre aliisque, qui omnes citantur in Geoponicis graecis, nouissime perquam emendate editis et illustratis a clarissimo Needhamo.

[Inter ea accipi munificentia regis Neapolitani catalogum instum plenum graecorum codd. manu exaratorum, in bibliotheca regia Neapolitana feruatorum, a cl. *Paschali Baffo* regio bibliothecario iussu regis, quod religiosa grataque mente profiteor, intelligenter confectum. Inter illos cod. LV. membranaceus saeculi XII. plura continet scripta. Quae huc pertinent, ita sunt consignata: *Ποίημα Πέρσεω Φιλοσόφου τῆ Μαζανατῆ*, (sic semper in hoc codice pro *Ζενατῆ*, quod alii habent.) *αὐτὸς γὰρ ἐτεχνεύσατο καὶ κατεσοφίσσατο τήνδε τὴν τέχνην διὰ ψάμμε πρὸς μεταβολὰς καὶ ποιότητα τῶν ἀστέρων. τοῖς βελομένοις λέγων τὰ συμβησόμενα ἀγαθὰ τε καὶ φαῦλα, καθὼς μετὰ μικρὸν καθόλου δηλωθήσεται. Ὑπομνήσω δὲ ἀργτίως ὅπως καὶ πότε μετεσοχειώθη ἀπὸ σοιχείων καὶ γλώσσης Περσίδος εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων γραφὴν καὶ διάλεκτον παρὰ Ἀρσενίῳ μοναχῷ. Ἐν γὰρ τῷ ρησὶ ἔτι, (A. C. 1266.) ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐξ ἐπιτροπῆς τῆς εὐσεβεσάτης κυρίας Θεοδώρας ἡ βιβλος αὕτη τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο. Χρη γινώσκων ὅτι οἱ προσάλληλοι τῶν ἀστέρων σχηματισμοὶ συγκρηνομένης τῆς διαδόσεως αὐτῶν ποικίλας ἀποτελεῖσι τὰς μεταβολὰς.* Sequitur porro tractatus hic astrologicus. meram superstitionis diuinationum farraginem continens, non versibus politicis, ut codex Caesareus, descriptus a Lambecio, sed soluta oratione. Sub schemate, quod cernitur ad calcem tractatus, legitur: *ὡ σοφία πόσα δύνασαι· πρόσχες ἀνω τῆς τέχνης τὴν ἀκρίβειαν*· ad latus: *ὁ γραμματικὸς ἐμπειροὺς ἐ βλέπει βλέπων· καὶ ὁ γραμματικὸς ἀπειροὺς βλέπει ἐ βλέπων.* — Tum *Ἀκριβὴς Φιλοσοφία τῶν Χαλδαίων.* Incipit *Ἐπειδὴ οἱ ἀποτελεσματικὰ ἐκ τέτων τῶν προφάσεων ἀποτελεῖσι τὴν γέννησιν τῶν ἀνθρώπων.* — Post alia scripta theologica: *Διάγνωσις τῶν ζῴδιων*, lingua graeca vulgari: Inc. *ὁ κριὸς ὠφελεῖ διὰ τὰ βάλη χαρτίον.* Tractatus astrologicus, vbi de diuinatione per catinum et alia superstitionis plena. — Aliis intermixtis sequitur: *Βασιλῆι μεγάλῳ Πτολεμαίῳ Ἀσράψυχος ἱερεὺς καὶ βιβλῶν ἐπιγραφεὺς ἰδία δεσπότη.* Inc. *ὅτι μηδὲν ὀφείλει σε τῶν καλῶν λανθάνειν.* — *Πετοσίρεος Φιλοσόφου*· Inc. *περὶ ἐνὸς ἐκάστου τῶν ὑπ' ἐμῷ εὕρισκομένων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον*· — *Ἐτέρα ἐξήγησις τινος περὶ σεισμῶ, περὶ θερμῶν ὑδάτων, περὶ τῶν ἐπιγείων καὶ ἐπηρεανίων κατασκευῆς, περὶ τῶν δ' σοιχείων, περὶ νεφελῶν, περὶ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν.* Inc. *ὁ σεισμός ἔτως γίνεται· ἡ γῆ ἔχει φλέβας ἀερικάς.* — *Ἐτερα κεφάλαια ἐκβληθέντα ἐκ τῆς ἀστρονομικῆς τέχνης.* Capp. sunt 25. Inc. *Τὸ ἐράνιον σῶμα τινὲς κρύσταλλον πεπηγμένον εἶπον εἶναι.* cap. 2. est *Πρόκλεις ἑρανοδρόμος.* cap. 6. *κανόνιον τῶν κδ' βαθμῶν καὶ τῶν δ' ἀνέμων*· *ἈΝΤΙΟΧΟΥ.* cap. 7. *ΠΑΥΛΟΥ ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ἐπίσκεψις ἀστρονομικῆ περὶ τῶν ιβ' ζῴδιων.* cap. 12. hoc titulo: *σχόλιον Πρόκλεις ἑρανοδρόμου περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων.* Inc. *περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων ἀστρῶν εἰπεῖν ἀστρολογικῶς ὠρημημέ-*

νω μοι. cap. 13. ΚΛΑΥΔΙΟΥ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακοποιῶν ἀστρον. cap. 16. ΙΟΥ  
 ΛΙΑΝΟΥ, Λαοδικέως. cap. 17. ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ ἐπίσκεψις τῶν πλανητῶν, πῶς  
 κυριεύουσι τὰς ζ' ἡμέρας τῆς ἐβδομάδος καὶ τὰς ιβ' ἡμέρας. cap. 21. περὶ τῶν τῆς σελήνης  
 παρατηρήσεων, Πέτρος Φιλοσόφος τῷ Μαζνατῇ. Incipit τῆς σελήνης ἔσης ἐν τῷ κριῷ  
 καλὴν εἶναι ὁδεύειν. cap. 23. περὶ ἀστρον παιάντων τάρραξιν καὶ κίνδυνον, ἡ ὄμβρεσσ ἢ πυρ-  
 καϊάς. Πέτρος Φιλοσόφος τῷ Μαζνατῇ. Post haec: χρήσιμα (sic) τεχνωθῆναι παρὰ τῷ  
 Ουάλεντος. Inc. Ὅργανον θεῶ ἐστὶν ἡ φύσις. — Μερικὰ ἀποτελέσματα ἐκ διαφόρων  
 ἀποτελεσματικῶν, Ουάλεντος, μασάλη, ζητόμε, μαζίμω, ὑφαισίνα, πρωταγόρα,  
 Ἰβλιανῆ λαοδικέως, καὶ ἐτέρων. — Ἐκ τῆς Ἠλιοδώρου ἀστρονομικῆς διδασκαλίας περὶ  
 δεκανῶν ζωδίων. Inc. Ἰστέον ὅτι ἐν ἑκάστον ζωδίων ἔχει δεκανῶς γ'. — — Περὶ αἰρέσεως  
 τῶν ἀστρον. Αντίοχος, Παύλος Ἀλεξανδρέως (sic) Ἰβλιανῆ. — — Ἐπιτολὴ Πέτρος  
 Φιλοσόφος εἰς τὸν Πατριάρχην Κύριον Λεγκῶν. — Τῷ αὐτῷ Πέτρος Φιλοσόφος ἐκδεσις  
 περὶ ἀστρονομίας. (De quibus et reliquis huius codicis partibus nec non ceteris codd.  
 alio loco plura disputabuntur.) — Περὶ σελήνης πῶς δεῖ εὐρίσκειν τὸ θεμέλιον αὐτῆς.  
 Inc. ἀνεκε ἀνάλυε τὰς τῆς ἡμέρας τῷ ἐνιαυτῷ. — Τῷ ἀγίῳ ΜΑΞΙΜΟΥ μέθοδος  
 τῆς ἰδ' ἐν συντόμῳ. Inc. πάντοτε ὁ πρῶτος κύκλος τῆς σελήνης. — Alia astrologica,  
 quo quisque sub Zodiaci signo natus. Inc. ὁ γενηθεὶς νεώτερος ἐν καιρῷ ζωδίου τῷ κριῷ  
 ἔσαι εὐειδέις. Codex chartaceus, scriptus manu Ioannis τῷ ἐπικλήτω ζηροκεφαλί-  
 τω, coeptus anno 1484. absolutus anno 1495. paginis constans utrinque notatis 1232.  
 Harl.]

*Ammonii*, Hermeae F. iam memini in Anonymis.

*Antigoni*, Nicaeni, ἀποτελεσματικὰ MSta in biblioth. Caesarea. Vide *Nessellii* catalogum  
 IV. pag. 63. [*Lambecii* comm. VII. cod. CXXI. 2. pag. 557.]

*Antiochi* Apotelesmatica, siue thesauri apotelesmatum. *Labbe* biblioth. nou. MSS. [P] pag.  
 385. *Nessel.* IV. pag. 63 et 103. 104. [— *Lambec.* comment. VII. pag. 192. cod. XLVII.  
 Is autem cod. continet tantum capita XLIV. Sed *Lambecius* ex *Frisio* ad *Gesneri* bibl.  
 tradit, in biblioth. Vaticana exstare *Antiochi* thesauri apotelesmatum capita 107. — In  
 eodem codice nr. 14. (pag. 198. *Lambec.*) profert *Antiochi* prognosticon de Calendis  
 mensium, (h. e. superstitionas Calendarum obseruationes, quae καλανδολόγια adpella-  
 ta sunt, vid. *Io. Meursii* Lexicon graeco-barbarum voc. Καλανδολόγιον.) — Excerpta  
 ex illis a *Rhetorio* facta in cod. CXXXVII. pag. 549. et obseruat. illius infertae sunt cod.  
 CXXI. pag. 557 sq. adde *Bandini* catal. MSS. gr. Laurent. II. cod. VII. pag. 19. et cod.  
 XXXIV. pag. 59. item supra, inter *Anonymos*. Harl.] Vide et infra in *Rhetorius*.

*ANVBIONIS*, siue ut *Firmicus* vocat *Anubii*, poetae vetustissimi elegiam de horosco-  
 po laudat *Salmasius* de annis Climactericis pag. 87. 602. etc. et profert ad *Solin.* p. 655.  
 edit. Paris. [add. *Anonymos*.]

*Apollinaris* Apotelesmatica. *Lambec.* VII. pag. 261. [pag. 558. edit. *Kollarii*.] Laudatur hic  
*Apollinaris* a *Paulo Alexandrino*. [vid. locum supra §. IX. init.]

*Apollonii*, mathematici, Apotelesmata. Cod. reg. Paris. 1543. Citat *Cangius* in Πνεύμα-  
 τω et alibi. Περὶ μαντείας ἀστρον libros IV. scripsisse *Apollonium*, *Tyanensem*,  
 testatur *Philostratus* III. 13. Sed puto, in illo codice potius contineri quaedam astro-  
 logica

logica Apollonii, Laodicensis, quem libris quinque hoc de argumento scriptis Aegyptios astrologos variorum errorum postulasse, testatur Paulus Alexandrinus. *Apollonium* quoque *Myndium* peritissimum inspiciendorum natalium laudat *Seneca* VII. 3 et 17. Nat. quaest. [vid. supra ad nr. 1. epimetron.]

*Astrampsychi* Astrologia Persica, cod. Colbert. MMCCII. Ἀστραμψύχης λαξευτήριον. Πτολεμαίω Ἀστραμψύχος ἱερεὺς καὶ βιβλῶν ἐπισφραγιστὴς ἰδίῳ δεσπότῃ χαίρειν. Sequitur eiusdem θεωρία τῶν ἀσέρων. Deinde ἀρχὴ συν Θεῶν. Πυθαγορικῆ λαξευτήρις ἦτοι τῆ ῥαμπλῆς (al. ῥαββλῆς) ἔτω περιλεγόμενος περσισι. [— De cod. Veneto D. Marci CCCXXIV. in catal. pag. 149. haec leguntur: „*Astrampsychi*, sacerdotis opus, ἱερέως Ἀστραμψύχης ποίημα. Habentur prius quaesita plura in diuerfas materias, quibus subiiciuntur responsa in decades CII. distributa. Praemittuntur preces et modus, responsa inueniendi: vulgo *Cabalam* vocant. *Astrampsychi* ad Ptolemaeum fors, qua interrogati et interrogantes diuinant, MS. fuit in biblioth. Cardinalis a. S. Angelo, teste *Labbeo* pag. 168. biblioth. nou. MSS. Ex praemissis precibus colligitur, auctorem fuisse christianum.“ Illa *Astrampsychi* fors est quoque in eadem biblioth. Veneta, cod. CCCXXXVI. catal. pag. 155. — In cod. *Laurent. Florent.* XIV. nr. 6. plut. 28. (teste *Bandinio* II. pag. 29.) est *Astrampsychie*, Aegyptii, ad regem Ptolemaeum de praedictione ad varias quaestiones, adde inter *anonymos*, fin. de *Laxenterio. Harl.*] — Vide *Cangii* glossar. in Ῥάμπλιον, et Λαξευτήριον. [et supra in vol. I. pag. 308.] Hoc opus versibus politicis exposuit *Arsenius*, monachus, qui MSi occurrunt in biblioth. Caesarea. id. in Πολιτικοί. Vide et de hoc *Arsenio Lambecium* VII. pag. 260. [pag. 554 et 557 sq. edit. Kollarii.] vbi Geomantiam *Zaratiae*, philosophi Persae, vocat, quam *Cangius* addendis ad glossar. pag. 212. Ψαμμομαντείας. [adde *Fabrie. Bibl. Gr.* vol. X. p. 490. de *Arsenio*, et pag. 491. de *Astrampsycho*.]

[*Camaterus*. vid. Ioan. Camaterus.]

*Critodemi* ἀποτελέσματα ὁρίων. Cod. Colbert. MMLXIX. *Lambec.* VII. pag. 261. [pag. 558. edit. Koll.] 284. [in biblioth. *Laurent. medicae*, cod. XIV. nr. 15. (*Bandin.* II. pag. 31.) excerpta ex Critodemo περὶ ἐχθρῶν τόπων καὶ ἀφύσεων, περὶ κρύψεως σελήνης etc. cap. XII. quorum vltimum nr. CCCCLXI. est περὶ τῆ ἐν ποίῳ μιν ὁ γεννηθεὶς τελευτήσῃ. *Harl.*] Citatur Critodemus a Iulio Firmico et Vettio Valente. Citatur et *Orion*. Num itaque vocabulum Ὀρίων a praecedente ἀποτελέσματα in codicis Colbertini epigraphe separandum? [an caput operis quoddam illo vocabulo designabatur?] *Vettius Valens* MS. ὁ δὲ σεφώτατος Κριτόδημος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ αὐτῆ Ὁρασίσι συνεκτικωτάτη πολλῶν μαρτυριῶν ἀρχὴν τοιαύτην ἐποίησατο Ἦδη ποτὲ πελαγοδεσμίας καὶ πολλὴν ξηρὸν διοδεύσας ἤξιώθη ὑπὸ Θεῶν λιμένες ἀκινδύνους τυχεῖν καὶ μόνῃ ἀσφαλείῃ.

[*Demetrius Chlorus*. vid. inter *anonymos. Harl.*]

*Dorotheus Sidenius*, de quo *Scaliger* ad *Manil.* pag. 23. *Apotelesmata vnus veterum, quod sciam, versibus scripsit Dorotheus Sidenius, quem legerunt Arabes, Omar, Messaala, auctor Alcabitii, ita, ut ante quingentos annos cum auctorem exsistisse, (i. e. adhuc super-*

fuisse, Firmico enim laudatus longe est antiquior,) *non dubitemus* rr). Praeter Dorotheum Apotelesmatica scripserat non solum Manetho, de quo supra; sed et *Heliconius*, de quo Suidas. Inter philosophos, qui Iuliani, imperat. temporibus vixerunt, ab Abulpharajo pag. 89. memoratur *Dorotheus, mathematicus, scientiae sphaericae et iudiciorum astrologorum peritissimus: libri ipsius hoc in genere doctis noti sunt de naturis et circulis.* [In codice Veneto D. Marci CCCXIII. (catal. pag. 145 sq.) Ptolemaei magnae syntaxi praemittuntur *Dorothei Sidonii* septem astrorum epitheta. — *Dorothei* observationes astrologicae insunt cod. *Vindobonensi* CXLI. nr. 2. teste *Lambecio* VII. pag. 558. *Harl.*] — Ceterum Dorothei versus complures hexametros graece producit *Salmasius* de annis clinactericis praefat. [P] et pag. 289 et 291 sq. et ad Solinum variis locis. Basileae quoque ann. 1571. fol. prodire *Abrahamen Haly Abenragel*, Arabis, de iudiciis astrorum libri VIII. latine par *Antonium Stupam*, Rhaetum, quibus accessit compendium XII. domorum coelestium, ex *Meslaala*, *Aomare*, *Alkindo*, *Zaele*, *Abencit*, *Dorotheo*, *Iergi*, *Aristotele* et *Ptolemaeo* collectum, per *Petrum Lichtenstein*. [vid. infra inter deperditos astrologos, voc. *Abraham.*]

[*Eudemus*. vid. supra in hoc vol. pag. 16.]

*Gennadio*, patriarchae CPol. tribuitur expositio *Ramplii* non modo in codice regio, de quo *Cangius*, sed et in *Palatino*. Vide *Sylburgi* catalogum MSS. pag. 94.

*Georgius Chrysoceces*, medicus, a. C. 1336. clarus, *astrologica Persarum* in graecam linguam vertit, et astrologica scripta composuit, quorum pars in bibliothecis manuscripta superest. vid. *Allatium* de *Georgiis* pag. 359. [rec. in nostra *Bibl. Gr.* vol. X. pag. 693 sq.] *Fabric.* — Junior igitur is est, qui ann. 1427. varia *Xenophontis*, et *Arriani* historiam manu sua *Constantinopoli* descripsit. vid. illius subscriptiones apud *Bandin.* in catal. MSS. gr. *Laurent.* tom. II. pag. 283 sq. et pag. 690 sq. — *Allatii* longum locum reposuit *Lambecius* in comment. de biblioth. *Caes.* VII. pag. 516 sqq. late disputans de cod. *Vindobon.* CXXIX. nr. II. in quo seruatur *Georgii Chrysocecae* expositio in syntaxi astronomicam *Persarum* — cum subiunctis tabulis astronomicis, geographicis et chronologicis: et adnotat, cod. eiusdem opusculi quoque seruari in cod. *Vatic.* atque ex *Labbei* noua biblioth. MSS. librorum graecorum pag. 124. notat, in cod. *Parisiensi* regio MCCCCIV. exstare *Georg. Chrysocecae* tabulas astronomicas geographicas. *Allatius* l. c. memorat codd. in biblioth. *Antonii Augustini*, binos in biblioth. *Ambrosiana* *Mediolani*, et eius astronomica in biblioth. *Matrit.* in *bibl. Paris.* regia nr. MCCCXIX. — praeterea in biblioth. *Matritensi* conseruari eiusdem opusc. quomodo construendum sit horoscopium aut astrolabium, II. x'. 19. *Allatius* ibidem memorat quoque, eum *Homeri Odysseam* cum scholiis aliisque correctissime exscripsisse; atque codicem exstare in biblioth. quondam *Palatina*, nunc *Vaticana*. (conf. supra vol. I. pag. 406. §. XV.) — *Kollarus* in not. A. pag. 519. adfert observationem *Lambecii*, „Plura de hac *Georgii* — expositione in syntaxi astronomicam *Persarum* et de tabulis, eo pertinentibus, vide apud — *Ismael. Bullialdum* in astronomia philologica, *Paris.* 1643. fol. Vfus autem is fuit cod.

rr) Vide infra inter deperditos astrolog. voc. *Abraham. Harl.*

cod. msto reg. Paris. ex quo etiam in eiusdem operis fine praefationem Georgii ad fratrem suum Io. Charfaniten gr. et lat. exhibet; sed a codd. msstis biblioth. Vindob. aliquantum discrepantem. — In eodem opere et cod. Vindob. in primis ratio habenda est *tabularum geograph.* longitudinis et latitudinis praecipuarum urbium Europae, Asiae et Africae, quia, (vt ait Lambecius,) eorum beneficio non pauca thesauri geographici Abrah. Ortelii loca possunt emendari et illustrari. — In eodem codice nr. XII. et in cod. CXXXI. (pag. 521.) et in cod. CXXVIII. (pag. 553 sq.) reperitur eiusdem, vt videtur, *Georgii Chrysoctocae* editio atque expositio syntagmatis canonum astronomieorum iudaicorum, quod *ἐξαπτέρυγον* siue *sexalare* inscribitur, quia ipsi illi *canones πτερεά* siue *alae* inscribuntur. Adhaerent in fine aliae quaedam *observationes miscellae astronomicae*. — In cod. CXXX. (pag. 521. Lamb.) et cod. CXLI. (pag. 557.) continentur *Georgii Chrysoctocae* tabulae astronomicae, geographicae et chronologicae. — In cod. *Veneto* D. Marci CCCIX. (pag. 145. catalog.) *G. Chrysoctocae* astronomica, et cod. CCCXXVII. (pag. 150.) illius expositio in constructionem Persarum cum astronomicis designationibus et tabulis geographicis. — *G. Chrysoctocae* expositio per epitomen in regulas perficis astronomicas, et methodus conficiendi horoscopum siue astrolabium, in biblioth. *Escurial.* teste *Pliero* in itineralio etc. pag. 170. *Harl.*

[*Harpocratiōn.* vide inter astrologos deperditos, h. v. *Harl.*]

*Heliodori* commentarius in Pauli Alexandrini doctrinam astrologicam, diuisus in capita LIII. *Lambec.* VII. pag. 256. [pag. 194 et 546. et pag. 547. edit. Kollarii: collato epimetro ad §. IX. et inter *anonymos*; est quoque in cod. *Veneto* D. Marci CCCXXIV. (pag. 149. catal.) — excerpta in cod. *Laurent.* (Bandin. II. pag. 29.) *Harl.* —] — Haec est *Heliodori* astronomica disciplina, quam laudat *Galeus* ad Iamblichum pag. 304. *Heliodorus*, astrologus, Leonis, imperatoris, temporibus memoratur a *Codino* nr. 113. Origin. Constantinopolit. [vid. inter deperditos astrologos h. v.]

*Hephaestionis*, Thebani, Apotelesmaticon libri III. De hoc scriptore dixi paullo ante inter editos.

*Heraclicis* apotelesmata. *Labbe* biblioth. nou. MSS. pag. 385. *Heraclicis* cuiusdam, qui *ἀστρολογέμετα* scripsit, mentio apud *Laertium* V. vlt.

*Hermippus*. Vide infra in Maximo. Citatur et *Hermippus* quidam a Vettio Valente, sed is, ni fallor, *Hermippus*, Peripateticus, intelligitur, quem inter Arati interpretes quoque laudari video: vel potius *Hermippus* astrologus, laudatus ab Athenaeo XI. pag. 478.

*Astronomia Hippocratis*. *Labbe* pag. 213.

*Iapharis*, astrologi, liber imbrum. *Labbe* pag. 120.

*Ioannis*, *Antischoensis*, de coniurationibus. *Labbe* pag. 385. [*Ioannes*, *grammaticus*, de vsu astrolabii, cod. Bauar. vid. catal. pag. 67. *H. r.*]

*Ioannis Camateri*, praefecti Canicleo<sup>55</sup>, siue atramentario Imperatoris, poema iambicum ad Emanuelem

55) Vid. *Cangius* ad Alexiadem pag. 258. 373. Gregoram p. 751. *Montfaucon* palaeograph. graec. et in Glossario graeco, *Boivinius* ad Nicephor. ca pag. 22.

Emanuelem Comnenum, imp. *περὶ ζωδιακῆ κύκλου καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων τῶν ἐν ἔρασι*. Cod. reg. Paris. MMDCCLXXXII. Exstat et in biblioth. Bodleiana. Vide *Selden.* de titulis honorum part. I. cap. V. §. 6. *Thom. Galeum* ad Iamblichum de mysteriis aegypt. pag. 304. *Oudin.* tom. II. de scriptor. eccles. tom. II. pag. 1655. *Fabric.* — MSt. inter codd. Venetos et Vindobonens. Vide supra voc. *Anonymi.* — In biblioth. athenaei *Taurinens.* cod. CCXXIX. sic inscriptus est: *τῆ σοφωτατῆ ἸΩΑΝΝΟΥ Τῆ ΚΑΜΑΤΗΡΟΥ τῆ ἐπὶ τῆ Κωνσταντινῆ περὶ τῆς ἔρασι τῶν ἀστέρων διαθέσεως ἐν συνόψει, διὰ στίχων ἰαμβικῶν πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Πετρουρογεννητον* ex quo codice editores catalogi codd. MSS. graec. pag. 315 sq. integrum prooemium graece cum versione latina publicarunt. — cod. chartac. Vossianus in catal. biblioth. *Leidenfis* pag. 397. nr. 43. *Harl.*

*Isaaci*, monachi, cognomine Argyri, *πραγματεία νέων καινοῶν, συζάντων κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆ ζωῆς* (6876. qui respondet anno Christi 1368.) ἀπὸ τῆς τῆ κόσμος γενέσεως ἔτης. *Labbe* pag. 120. *Fabric.* Est in cod. *Vindobon.* CXXXVI. teste *Iamblicio* VII. pag. 492 sqq. qui animaduertit, hanc *πραγματείαν* diuersam esse ab eiusdem *Isaaci* computo, ann. Chr. 1373. composito, quem primus ex bibliotheca palatina graece et latine edidit *Iac. Christmannus*, Heidelbergensis Professor, ann. 1611. 4. deinde *Dionys. Petauus* in *Vranologio*, Paris. 1630. cum noua versione latina, et cum secundo eiusdem *Isaaci* computo, ex biblioth. regia Parisina deprompto, gr. et lat. perperam igitur *Gerard. Io. Vossium* scripsisse, de scientiis mathematicis cap. 40. §. 15. et cap. 62. §. 13. illum claruisse saeculo vndecimo. adde supra ad *anonymos* e cod. Laurent. notata. — *Isaaci* de reducendis triangulis non rectis in rectos, cod. in biblioth. *Coislin.* Montfaucon. pag. 220. — *Isaaci, Argyri*, methodus conficiendi astrolabii, in cod. *Bauar.* (catal. pag. 67.) — *Isaaci, monachi*, solares et lunares cycli, et de facultatibus animae, in codd. *Bauar.* CLXIX et CXV. pag. 65 et 47. catal. Plura vide in nostra *Bibl. Gr.* vol. X. pag. 176 sqq. supra in hoc vol. in capite de astronomicis veter. §. XIX. not. de *Dionysio* Petauo: infra in synopsis veterum mathematicorum *Bernhardina* vol. I. nr. 1. *Hofsternius* editurus erat *Isoacum* de terra describenda in plano, vid. vol. III. *Bibl. Gr. vet.* edit. pag. 82. — Codicem *Isaaci* Arithmeticorum memorat *Labbeus* biblioth. nou. MSS. pag. 201. — *Isaaci* opusculum de metris poeticis est in cod. *Taurin.* (vide catal. MSS. graecorum pag. 374.) et in cod. *Angl.* (vide catal. MSS. codd. Angliae tom. II. p. 246.) In biblioth. *Vaticana* sunt codd. *Isaaci* de geographia, de confectioe astrolabii, exercitium chronologicum, de solaribus et lunaribus cyclis etc. et de paschate. — In *bibl. Escurial.* (teste *Püero* in itineraio pag. 178.) *Isaaci, Argyri*, opus nouorum librorum, continentium res a principio anni 6976. (sic) creationis mundi. — methodus geodesiae, — schol. in I. figuram descriptionis in plano — et de XII. ventis, versibus politicis. *Harl.*

[*Io. Glycas.* vid. infra voc. *Zonaras.*]

*Io. Laurentius, Philadelphienfis Lydus* <sup>(\*)</sup>, incertum, an *Christianus* <sup>(\*\*)</sup>, qui sub *Anastasio*,  
V 2
Iustino

tt) Vid. *Fabric. Bibl. L. lib. IV. cap. 7. p. 797. Heumann.*

uu) *Montfaucon* in catal. codd. gr. *Coislin.* p. 207 sq. e cod. CXXXVI. publicauit graece cum latina

Iustino et Iustiniano imp. vixit, teste *Theophylactō Simocatta* VII. 16. pag. 186. et *Photio* cod. CLXXX. Scripserat ad Gabrielem, praefectum vrbis CPoleos, (in quem Leon-  
tiii, scholastici, epigramma legitur in limine libri quarti Anthologiae,) libros tres, vnum  
de mensibus, alterum *περὶ διοσημειῶν καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν*, ter-  
tium historici ac ciuilibus argumenti, *περὶ πολιτικῶν ἀρχῶν*, e quo locum graece produ-  
cit *Lambertius* ad Codinum [P] pag. 208. *Cangius* glossario latin. voc. *Silentium*. —  
*Raph. Fabrettus* ad columnam Traiani pag. 153. testatus est, latius donatum ab eruditiss.  
amico *Iosepho de Iuliiis*, et iamiam e MSto apud eum, mutilo quamuis, publicam lu-  
cem inspecturum, quod quum Fabrettus scripsisset ann. 1683. *Lydus* necdum vidit lu-  
cem. De prioribus duobus praeter *Photium* meminit *Suidas*, et librum quidem *de men-  
sibus*, *Rutgerfius* pag. 289. Var. lect. et *Meursius* ad Leonis *Tactica* pag. 447. suspican-  
tur, eum ipsum esse, quem e Palatino codice *Meursius* descripsit, et *Rutgerfius* pag.  
247. 260. graece edidit sub titulo, *ἑφήμερος βροντοσκοπία* <sup>vv)</sup> τοπικὴ πρὸς τὴν σελήνην  
κατὰ τὸν Ῥωμαῖον ΦΙΓΟΥΛΟΝ (*Nigidium Figulum* puta <sup>ww)</sup>), astrologica scientia  
inter Romanos praestantissimum, cuius fragmenta ibi *Rutgerfius* collegit, illisque hunc  
e latino *Nigidii* graece translatum libellum praemisit, ἐκ τῶν ΤΑΓΗΤΟΣ καὶ ἑρμη-  
νεύειαν πρὸς λέξιν. Sed est potius pars *διοσημειῶν*, vt patet ex primis verbis: εἰ ἐπὶ πά-  
σης τῆς διοσημείας etc. <sup>xx)</sup> Alias eiusdem libri partes in codice MMCCCCXXXII. bibl.  
regiae Parif. exstare, notauit eruditissimus *Neocorus* [*Küster*,] ad *Suidam* in *Ἰωάννης Φι-  
λαδέλφους*, *de fortibus*, *de terrae motibus*, *Diarium* siue *Ephemeridem*, indicantem  
per totum annum ortus et occasus signorum e libris *Claudii Thufsi* ad verbum graece  
versa etc. *Ioannes Scheferus*, *Lydi*, librum *περὶ διοσημειῶν* existimauit, eiusdem fuisse  
argumenti cum *Obsequentiis* libro de prodigiis; sed ex *Arato* et aliis constat, *διοσημεία*  
siue *διοσημείας* esse prognostica de tempestatibus tum e ventis, tonitribus et ceteris  
huiusmodi. Videtur etiam ad hunc librum respexisse *Leo, imp.* in extremo *tacticorum*,  
verbis

latina sua versione praefationem ad synopsis hi-  
storiarum, scriptam a *Ioanne Seylitzo*, *Cyropalata*,  
et magno *Drungario* *Vigiliae*, (claro circa A.  
C. 1081. vid. *Fabric. Bibl. Gr.* vol. VI. pag. 286.  
etc.) In hac ille enumerat quosdam historicos re-  
centiores, suo ingenio interdum indulgentes, in  
hisque *Ioannem Lydum*, *monachum*: qui si  
noster est, et disciplina, quam sectatus est, inde  
cognoscitur, et forsitan respicitur ad librum *περὶ  
ἀρχῶν πολιτικῶν*, at noster miles et iuridici ma-  
nere functus dicitur. vid. infra vol. IX. pag. 436.  
*Harl.*

<sup>vv)</sup> Eadem forte *Brontologia* memorata *Labbro*  
*Biblioth. nou. MSS.* pag. 121. sed in catalogo *MSS.*  
*biblioth. Palatinae* pag. 94. legas: *Photii Romani*  
*Brontoscopia*, *Io. Laur. Lydo Philadelphicensi*  
*interprete cum eiusdem Laurentii praefatione*  
*itemque Figuli tonitruum et fulgurum interpreta-  
tio ex Tagite Hetrusco*. Posteriorem tantum *Rut-  
gerfius* edidit. Confer *Brontologium* siue libel-

lum de tonitruum significatione e graeco latine  
translatum ad *Herenfridum*, inter *Bedaes* opera  
tom. I. pag. 387. et quod *Cangius* in adpendice  
ad glossarium graecum memorat *Βροντολόγιον τῶν  
13' ζωδίων συνταχθέν ὑπὸ Ἡρακλείου βασιλέως ἐκ τῆς  
ἄρχης κινήσεως*, cod. reg. MMCCCLXVII. idem in  
glossario ipso testatur, cod. reg. DCCCCXIV. ex-  
stare *βροντολόγιον τῶν 13' μηνῶν*. *Βροντολόγιον* *Δαβὶδ  
τῷ προφήτῃ*, et *βροντολόγιον τῆς σελήνιας*. *Eusimo-  
δι βίβλον περὶ βροντῶν καὶ σεισμῶν διεξῶν* memorat  
*Nicetas Choniates* in *Manuele Comneno* VII. 5.  
pag. 233. Adde, si placet, quae notavi in codice  
apocrypho N. T. pag. 952. *Io. Pieriam Valeriani-  
um* de fulminum significatione tom. V. thesauri  
graeci

<sup>ww)</sup> Vid. *Lucanum* I. pag. 639 sqq. *Fabric.*  
— conf. supra in vol. I. pag. 246 sq. et pag. 854.  
*Harl.*

<sup>xx)</sup> Sic quoque legitur in cod. *Veneto* D. Mar-  
ci CCCXXIV. (catalog. pag. 149.) *Harl.*



verbis a Io. Cheko interprete lectis, sed quae in graeco Meursii codice desiderantur: *Qui Ptolemaeum diligenter cognoscunt et Chaldaicas quasdam obseruationes, Arati Phaenomena, Ioannis Lydi diurnam menstruamque obseruationum.* Hisce obseruationibus siue praedictionibus non magnam fidem tribuit *Photius: ἀλλ' ἡ μὲν περὶ διοσημείων ὅσα γε κατ' ἐμὴν κρίσιν καὶ πείραν ἔδεν ἢ ἐπ' ὀλίγον διενήνορχε μύθων.* Liber de mensibus longe alius est, et varia de diis eorumque simulacris ac cultu adspersit, quae inde describere Codinus ac Suidas. Graeco MSto ex biblioth. regia Paris. vsus est *Lambecius*, qui loca ex illo libro graece producit ad Codinum nr. 26—29. 31. 32. 63. pag. 152. 153. 154. 155 et 172. *Salmastius* pag. 255. ad Simplicium. *Memoires de l'Academie des Inscrip.* tom. VII. pag. 291 sq. *Photius: ἡ δὲ περὶ μηνῶν πραγματεία εἰ καὶ πολὺ τὸ ἀχρηστον ἔχει, ἀλλ' ἐν πρὸς τὴν τῆς ἀρχαιότητος μάθησιν ἐπίχαρι τε καὶ λίαν χρεαῖδες.* Oracula quaedam, in Obsopoei editione non obuia, ex Io. Lydi fragmentis in codice regio Paris. MMMCCCLXVII. edidit *Io. Boivinius* ad Nicephorum Gregoram p. 786. *Fabric.* — *Cl. Schow*, quum adhuc per Italiam proficisceretur, in epistola ad me missa et Romae ipsis Nonis Mai. 1789. exarata, inter alia haec erudite notauit: „Ad opera *Ioannis Lydi* interius cognoscenda primum me adtentum fecit *cl. Abbas Marinus*, vnus ex primis Italiae eruditus, cuius summae et humanitati et eruditioni multa debeo. Ipse enim ex Leonis Allatii msstis opus *Ioannis Lydi* περὶ μηνῶν, ab ipso Allatio, vt iam ex *Fabricio* nosti, suis symmictis destinatum, inter schedas suas descriptum seruat, mihi que perlegendum dedit, simulque docuit, codicem eiusdem operis in bibliotheca *Barberina* custodiri: cuius mihi copia ab eruditissimo *Garatonio* facta, apographum *Marinianum* cum codice *Barberino* conferre inlitui. Apographum *Marinianum* eodem modo incipit, et finitur, quo codex *Barberinus* nr. CCLXXVII. Incipit: Βροντὴ γίνεται, εἰληθέντος πνεύματος ἐν νέφει παχῆ τε καὶ νοτιωτέρῳ, καὶ ἔξωσθέντος βιαίως δι' αὐτῆ, ὅθεν ζήγνυται τὰ συνεχῆ πιθήματα τῶ νέφει καὶ βρόμον (ἦγρον ἦχρον) καὶ πάταγον μέγαν ἀπεργάζονται, ὅπερ βροντὴ λέγεται, ὥσπερ ἐν ὕδατι πνεῦμα σφοδρῶς ἐλαυνόμενον· κατὰ δὲ τὴν τῶ νέφει ἔκρηξιν πυρῶδ' ἐν τὸ πνεῦμα λάμψαν ἀστραπὴ λέγεται.

Ἐκ τῶν τῶ Ἰωάννη τῶ Φιλαδέλφειος Ὁρῶς ἀρα οἱ μυθικοὶ τὸν Κρόνον τῆς ἑαυτῶ παῖδας ἀφανίζοντα ποιῆσιν, ἀνιπτόμενοι δὴ πρὸ τὸν χρόνον πατέρα τε ἄμα καὶ ὀλεθρον τῶν ὑπ' αὐτῆ Φυρμένων γίνεσθαι. etc. Finitur cum *Ephemeride Claudii Ptolemaei*: Ἡ Φήμερος τῆ πάντος ἐνιαυτῆ σημεῖσις ἐπὶ ἀνατολῶν τε καὶ δυσμῶν τῶν ἐν ἕρανῶ φαινόμενων ἐκ τῶν ΚΛΑΥΔΙΟΥ Τῆ ΘΟΥΣΚΟΥ καθ' ἐρμηνείαν πρὸς λέξιν. Quae ad principium mensis Iulii progreditur et finitur: τῆ πρὸ 5 ἰονίων Ἰβλίων Ζέφυρος ἢ νότος· ταραχῆ τῶ αἶρος ἐν τῶ ἰόντῃ. Nec aliud discrimen inter cod. *Barberinum* et apogra. *humi Marin.* intercedit, nisi quod sequens locus, qui in hoc legitur, in illo desit: Χρόνω δὲ ὑστερον ὁ Πτολεμαῖος, συμβελεύοντος αὐτῶ Ἀριστάρχῃ τῶ γραμματικῆ τὴν Ῥωμαίων ἀπάσασθαι προστασίαν, πρῶτος χάρτην ἀποσεύλας τὴν Ῥώμην ἐξέντευεν, ἀντευδοκιμῆται δὲ ἕως παρα τῶ Περγαμνῆ Ἀττάλης, Κράτης τῶ γραμματικῆ ἠγησάμενος τῆς σπελῆς πρὸς ἕαν Ἀριστάρχῃ τῶ ἀντιτέχνῃ αὐτῆ· δέρματα γὰρ τὰ ἐκ προβάτων ἀποτίπτῃς αἰς λεπτόν ἐσειλε τοῖς Ῥωμαίοις τὰ λεγόμενα παρ' αὐτοῖς μέμβρανα· εἰς μῆμην δὲ τῶ ἀποσεύλατος ἔτι καὶ νῦν Ῥωμαῖοι τὰ μέμβρανα Περγαμειὰ καλεῖσιν. Eum autem postea inueni in excerptis *Maximi Planudis* ex eodem *Ioannis Lydi* opere, quae in codice *Palatino* biblioth. *Vaticanae* nr. CXXXI. habentur.

Videmus ex iisdem excerptis, *Planudem* descripsisse codicem, in quo tum temporis *Lydi* opus copiosius et plenius erat, quam hodie in codice Barberino. Dolendum utique est, quod excerpta *Planudea* intra solum operis proemium consistant, nec ulterius progrediantur; exinde tamen quam plurimis in locis *Lydi* opus, quod multos Graecorum mythos ritusque Romanorum religiosos nouo interdum lumine et ex fontibus hucusque incognitis illustrat, correxi, adauxi et suppleui.“ Hactenus cl. *Schow*, cui mecum viri eruditi et curiosi gratias agent maximas. Grata igitur erit editio, quam vir ille humanissimus promissit, et quam sub praelo sudare audiui: aut forsan, dum haec scribo, (die IV. Jul. 1793.) iam lucem ea vidit; at nondum in manus meas venit. [Descripta tum iam fuit literis Lipsiensibus maxima libelli pars, quem cognoui multa futilia continere, pauca probabilia, et noua. Specimen operis dedit et de eo iudicauit amiciss. *Schow* in: Biblioth. der alten Litt. und Kunst, Inedita part. VII. p. 21. sq. *Beck*.] — Cel. *Villoison* in itinere suo Constantinopolitano inter codd. ex bibliotheca Nicolai Maurocordati superflites detexit codicem, lacerum quidem et mutilum, meroque magnam partem ita corruptum, ut vix litterarum ductus agnosci queant, in quo trium librorum *Io. Laurentii Philadelphensis Lydi de prodigiis, de mensibus et de politicis magistratibus, περὶ διοσημείων, περὶ μηνῶν, περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν, Photio* memoratorum cod. CLXXX. pag. 406. maxima pars latebat: idemque addit, primum opus *de terrae motibus illorumque signis* extare in codice regio MDCCCXC1. indice catalogo codicum graecorum pag. 429. Idem laudat *Burette* pag. 188 et 189. tom. V. Mem. de l'Acad. des Inscript. vbi ex cod. fragmentum profert, et *la Berde* Histoire de la Musique ancienne et moderne, ac *le Beau* Histoire du bas-Empire lib. LIV. pag. 55. tom. XII. Tum pergit: „sed liber *de mensibus*, quem ad antiquitatis cognitionem gratum et valde utilem vocat *Photius* pag. 406. et liber *de politicis magistratibus*, quem τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα φιλοτιμημένοις ἐκ ἀκομποιον παρέχουσιν τὴν ἱστορίαν, idem ibidem adfirmat, hucusque desiderabantur. *Lydus* autem laudatur et in nostris scholiis Venetis ad Iliad. Ω. v. 617.“ Hactenus cl. *Villoison* in prolegom. ad edit. Homeri Iliados pag. XLVI. not. — In cod. *Veneto* laudato, praeter opusculum, a me iam paullo ante memoratum, est quoque 1) *Ἰωάννης Λαυρεντίς* Λυδῆ Φιλαδελφείας ἐπὶ τῆς βασιλείας . . . agitur de signis tonitruum, si contigerint in singulis mensibus, et 2) *de terrae motibus*; initium: εἰ ἐπὶ πάσαις ταῖς τῆς διοσημείας etc. *Harl.*

*Julianus*, Laodicensis. Vide supra in *Anonymis*, [et in epimetro ad §. IX.]

*Leo*, philosophus. Vide supra in *Anonymis*. [P] [methodus prognostica sancti euangelii et Pfallterii, in cod. medic. XIV. apud *Bandin.* III. pag. 339. nr. VI.]

Inter scripta *Maximi*, qui *Julianum*, imp. instituit, *Suidas* refert librum *περὶ καταρχῶν*. Hoc poema est astrologicum de electionibus siue initiis astrologice deligendis, et exstat adhuc in codice Mediceo [XXVII. plut. 28. teste *Bandinio* catal. msst. gr. II. p. 52. 49)]  
in

yy) *Bandinius* l. c. haec adnotauit: „Maximum hunc Byzantinum, siue Epirotam, ab alio *Maximo*, philosopho Ephesio, *Juliani* itidem magistro, distinguunt *Socrates* III. 1. et *Nicephorus* X. 1. Eius scripta, teste *Suida*, (et *Eudocia* pag. 303.) sunt *περὶ ἀριθμῶν*, in *Aristotelem ἑρμηνεῖα*,

nec non quaedam *Juliano* inscripta, *περὶ ἀλότων ἀντιθέσεων*, quae in lucem gr. et lat. edidit *Fabric.* Bibl. Gr. vol. IX. pag. 570. et *περὶ καταρχῶν*.“ Hactenus *Bandinius*. adde *Fabric.* vol. VIII. pag. 769. vbi plures recenset *Maximos* et vnde notam suam descripsit *Bandinius*, et *Fabricii* notam ad  
vol. IX.

in quo Manethonis Apotelesmatica continentur: exstat autem initio mutilum, pluribus ut videtur capitibus prioribus amissis. Incipit:

Εἰ δὲ νεμείηται μέσην κατὰ μοῖραν ὀδεύει

Per medium Phoebus signum progressu Leonis.

Superfunt capita *περὶ ξενιτείας, περὶ γάμου, περὶ νόσων, περὶ τομῆς καὶ χειρουργίας, περὶ δραπέτων, περὶ παιδῶν διδασκαλίας, περὶ γεωργίας, περὶ τῶν ἐν δεσμοῖς, et περὶ κλεπῆς*. In quibus e lunae cursu per signa Zodiaci vel vario respectu ad alias stellas errantes, diiudicatur, quodnam sit auspiciatissimum tempus suscipiendi itineris, vel nuptiarum contrahendarum, vel qui futurus sit euentus morbi, vel quando sectio venae aut alia chirurgica operatio optime institui queat, quando auspiciato conducantur ferui, pueri optime instituantur, ager colatur; quando sit speranda e vinculis et captiuitate liberatio, vel restitutio rei furtivae. Sunt versus hexametri plures sexcentis, quos ex apographo codicis medicci descriptos habeo, nec publicae luci inuidebo <sup>22</sup>), vna cum altero astrologico opusculo Platonici, sed christiani scriptoris, graeca prosa composito, et in duos diuiso libros, sub titulo *Hermippi*, qui in dialogo <sup>aaa</sup>) colloquens inducitur. Incipit: Ἀλλ' εἰ τοιούτων τι τὸ Πρωτέως ἦν παρ' Ὀμήρω φάσμα εἰς πολυειδῆ μορφῶς ἐξάλλαττον, ὁποῖος ἐκ τῶν λόγων, ᾧ Ἑρμιππε, ἡμῖν ἀναφαίνη. Continet hic dialogus quamdam astrologicae scientiae commendationem atque apologiam, tum explicationem quoque et synopsis. Neque vero auctor est ex iis, qui putant, ab astris effici singula; sed tantum innui ac *προσημαίνεσθαι*. Itaque de stella, quae Christi natiuitatem indicabat, ita disserit lib. I. Καὶ μὲν ὁ ἐπὶ τῆς τῆς θεῆς λόγος γενέσεως ἀσῆρ τοῖς μάγοις ἠγάμενος, (καὶ μὴ μεμφέσθω τις τοιούτοις παραδείγμασι χρωμένοις, ἀλλ' εἰ τις συνετός. Φιλοκρινάτω τοῖς λεγομένοις, βέβηλοι δὲ θύρας ἐπίθεσθε.) ἐκείνος τοῖον ἐχ' ὅτι γε ἐφαίνη καὶ τὰς μάγας συνεφελικύσατο, τὴν γίνεσιν ἀπετέλεσαν, ἀλλ' ὁ τειαντίον τελεμένην ἐσήμανεν, ὅσον εἰ τις κῆρυξ καὶ προαγγελεὺς τῆς τοσούτου καλῆς γεγονώς. Disserit etiam deinde de eclipsi, quae tempore passionis Christi adparuit, atque vtrum necessarium fuerit, ut Christus crucifigeretur a Iudaeis, quoniam hoc prophetae praedixerant. Hoc vero negat ille, ἀλλ' [P] ἐγὼ φαίνη

vol. IX. pag. 417. Nondum vbique distincta sunt nomina et scripta vtriusque Maximi, vide supra in vol. III. inter peripateticos philosophos, pag. 499. voc. *Maximus*. Harl.

<sup>22</sup>) *Fabricius* id carmen *περὶ ἀπαρχῶν* e cod. medico primus edidit in *Bibl. Gr.* vol. VIII. pag. 414 sqq. graece cum versione latina *Rentdorffii*. Sed *Ruhaken*, abnegauit illud *Maximo*. vide supra in vol. III. pag. 521. inter philosophos cynicos, vbi quaedam de *Maximo* notata sunt. — In *bioblioth. medica* apud *Bandin.* l. c. II. pag. 61. nr. XVII. codex XXXIV. continet carmen *Maximi περὶ κῆρυκῶν de electionibus ex heroico metro in pedestrem distionem translatum*. Metaphrasis incipit, πῶς ὁ τεχθεὶς ἑνδίκωπος αὐξήσατο τῆς σελήνης ἑμπρακτος ἔσται etc. Primum caput est *περὶ κτήσεως δαλῶν* secundum *περὶ πλῆ καὶ ἑμπορίας*. ter-

tium *περὶ ὀδοποιίας*, quod *Fabricius* inscribit *περὶ ξενιτείας*, et vnde incipit poema, ab illo editum. Metaphrasis igitur integra est, et plura ab initio seruauit, quam carmen ipsum. — *Maximi* scriptum *περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων* rhetoricum, idque breue, est in cod. *Veneto* D. Marci XVIII. (catalog. pag. 273.) et cod. DXII. (ibid. pag. 275.) atque edidit *Carolus Stephanus* graece ad calcem *Dionysii Halicarnassei* epistolae ad *Pompeium*, Paris. 1554. 8. (vid. *Fabricii* *Bibl. Gr.* vol. IX. p. 417.) tum *Fabric.* graece cum sua versione lat. in eodem volumine pag. 569 sqq. — In eodem voll. pag. 416. ex *Phoio* memorat *Maximi* μελέτας διαφόρας, varias declamationes. Harl.

<sup>aaa</sup>) Illum dialogum gr. ac lat. publici iuris fecit *Fabric.* *Bibl. Gr.* vol. XII. pag. 261 sqq. Harl.

Φαίναν ἂν, inquit, ὡς εἶόν τ' ἦν καὶ τὸ πάθος μὴ γεγονέναι. καὶ τὰς προφητάς ἔδεν ἤττον εἶναι προφητάς, εἰ σωφρονεῖν ὄλωσ ἢ τῶν Ἰσδαίων πληθὺς ἠθάλετο, ἔπειθε καὶ κείνοι δι' αὐτὸ τῆτο σχεδὸν προειρήκασιν, ὅπως τῶ τοιαῦτα τολμήσαι δεῖνά οἱ Ἰσδαῖοι ἀπόσχωνται.

[*Melampodis*, astrologi, *methodus praedictionum lunarium* est in codice *Vindobon.* CXXIX. nr. 10. teste *Lambecio* VII. pag. 514. apud *Nesselium* IV. pag. 108. cod. CXC. adde supra in vol. I. lib. I. cap. 15. pag. 116 et 117. et *Camerarium* de generibus diuinationum pag. 5 et 6. *Hartl.*]

[*Pancharius*, de decubitu infirmorum prognostica <sup>bbb</sup>), in cod. *Mediceo* XIII. plut. 28. nr. 6. teste *Bandinio* II. pag. 26. et *Pancharii* epitome de decubitu aegrorum, ibid. cod. XXXIV. nr. 3. *Bandin.* ibid. pag. 59. — *Pancharius* de Iatromathematicis in codice *Veneto* D. Marci CCCXXXVI. vid. catal. MSS. gr. pag. 155. — Citatur in codice *Vindobon.* vid. paullo post inter astrologos deperditos h. v. *Hartl.*]

*Petofiridis*, philosophi, "Ὀργανον Ἀστρονομικὸν siue ψῆφος σεληνιακὴ de ratione praedicens diuentus morborum, cum epistola ad regem Nechepso. *Lambec.* VI. pag. 94 et 105. VII. pag. 118. 218. [f. edit. *Kollarii*, VI. pag. 217. vbi *Lambec.* multus est de *Petofiride*, et pag. 241. nr. 12. VII. p. 252 sq. et pag. 578. et *Nessel.* IV. pag. 26 et 27. cod. XXXVII. nr. 4.] *Sylburg.* catalog. MSS. biblioth. Palatinae pag. 62. *Labbe* pag. 213. [*Κανόνιον Πετοσίρεως* insertum legitur in cod. *Mediceo* XXXIV. plut. 28. nr. 4. (*Bandin.* catal. II. pag. 59.) et ibid. nr. 7. quaedam ex *Petofiride* ad regem Nechepsum. — in cod. XIV. plut. 86. nr. 14. (*Bandin.* III. pag. 343) *Circulus Petofiridis*, quem sequitur eiusdem epistola ad regem Nechepsum. — In catal. regio *Matrit.* in cod. LXXXIV. nr. 89. est *Πετοσίρεως ἔτραω γνώσις*, (alias enim multas variorum diuinationes exhibet,) quae est ipsa *Petofiris* epistola ad Nechepsum, graece, quam *Iriarte* pag. 338 sq. catalogi primus euulgauit: in eodem cod. nr. 130. (pag. 343. *Iriarte* quem vide pag. 344.) legitur *organum astronomicum* *Petofiris* ad Nechepsum, Assyriorum regem. — adde infra de *Ptolemaeo*, vol. III. pag. 419. edit. vet. et vol. XIII. pag. 360. in elencho vet. medicorum. *Hartl.* — vide *Voyages literair.* Paris. 1717. tom. I. pag. 250. *Heumann.*] Confer, quae de *Petofiride* notata *Salmasio* ad *Solinum* pag. 654. edit. Paris. et de annis *Climacter.* ac *Marshamo* in *Canone Chronico* pag. 477. [supra cap. de *Manethone* §. VIII. fin. et paullo post inter deperditos astrolog. h. v.]

*Picatrix.* Acta erud. Lips. 1714. pag. 445. *Bayle* diction. voc. *Bacon*, (Royer,) not. C. Nisi forte ridiculo errore auctor factus est ex adpellatio vocabulo *piatricis*, quod *sagam* significat, vsurpatum *Plauto* mil. glor. III. 1. 101. *Heumann.*

*Porphyrii* Apotelesmatica. *Lambec.* VII. pag. 261. [pag. 558. *Koll.*] Nescio, an diuersa ab *Ilagoge* in tetrabiblum *Ptolemaei*, quae sub *Porphyrii* nomine ann. 1551. *Basileae* fol. prodit, et *Vossio* pag. 358. de scientiis math. videtur epitome e libris tribus εισαγωγῆς ἀστρονο-

bbb) s. iatromathematica, h. e. doctrina pronuntiandi de morborum euentu ex obseruatione motus et aspectuum planetarum, regnantium ea

hora, qua decubuerit aeger: qualem iam *Hermes Trismegistus* scripsisse fertur. vid. *Heilbronner* hist. mathes. vniuersae pag. 69.

ἀστερομεμένων, quos memorat Suidas. Atque isagoge illa in MSS. codd. tribuitur Antiocho. [acc. *Petrus Petrus* Obfl. pag. 133. et *Thom. Gale* ad Iamblich. de mysteriis aegypt. pag. 304.] Videntur tamen ἀστερομεμένα rectius accipi de opere astronomico, quam astrologico, siue apotelesmatico. *Fabric.* In cod. tamen *mediceo Florent. XX. plut. 28. nr. 1.* occurrit Περσῶν — *Porphyrus philosophi introductio in apotelesmaticis Ptolemaei*, cum figg. geometricis ad marginem, et *Bandin.* in catal. codd. gr. Laurent. tom. II. pag. 38. obi-ruat, prodiisse gr. et lat. cum Hieronymi Wolfii versione, Basil. 1559. fol. ante scholia Demophili, et Hermetem de reuolutionibus natiuitatum. — In cod. *Esfurial.* apud *Pläur* in itin. per Hispan. pag. 188. inter alia Porphyrus opuscula mssta nominantur leparata et diuicla *Porphyrus* Isagoge (sed quaenam sit, non additur,) et eiusdem introductio in Ptolemaei quadripartitum. *Harl.*

*Pythagorae*, mathematici, ad Heliadem epistola de dubiis rerum humanarum euentibus cognoscendis. *Sylburg.* catalog. MSS. biblioth. Palatinae pag. 93. Supra in *Astrampsy-chus*, [*Iriart.* catalog. MSS. gr. pag. 335 sqq. 343 sq. supra in vol. I. p. 786. *Harl.*]

*Rabulium* siue *Ramplium*. Vide supra in *Astrampsy-chus*. Apud *Labbeum* pag. 121. male scribitur: *Namplii* Syntthesis Persica.

*Rhetorius* de XII. signis Zodiaci, ex Antiochi thesauris apotelesmatum. [v. inter anonymos.] *Lambec.* VII, pag. 257. [pag. 549. Koll.] *Labbeus* pag. 121. [vbi tamen pro *Anscholio* legendum est Antiochus. adde cod. *Bauer.* CLXXIII. pag. 67. catalog. *Venet.* D. Marci CCCXXV. pag. 154. catalog. *Laurent. medic.* XXXIV. tom. II. *Bandin.* pag. 59. *Harl.*]

*Serapionis*, Alexandrini, opusculum astrologicum. *Lambec.* VII. pag. 256. [pag. 557. Koll.]

*Sethi*, patriarchae <sup>ccc)</sup>, astrologia, ab angelo ipsi communicata. *Lambec.* VII. pag. 261. [pag. 557. edit. Kollar. cuius not. vid. pag. 563.] Simile commentum pag. 254 sq. [pag. 543. edit. Koll. *Fabric.* cod. pseudepigr. V. T. pag. 265.] refert Noae, patriarchae, methodum geomanticam, ab angelo ipsi reuelatam. [*Wolf.* biblioth. hebr. tom. I. p. 1156.]

*Stephani*, Alexandrini, apotelesmatica. *Labbe* biblioth. nou. MSS. pag. 120. Eiusdem *Stephani* et *Apomasaris* de planetarum coniunctione. *Sylburg.* p. 39. catalog. MSS. bibliothecae quondam Palatinae. *Fabric.* — In cod. *Bauer.* CLXXIII. (catalog. pag. 67.) et cod. Laurent. Florent. XIII. nr. 8. (*Bandin.* II. pag. 27.) inscribitur ἀποτελεσματικὴ πραγματεία. — *Apotelesmatica* in cod. *Veneto* D. Marci CCCXXVI. (catal. p. 155.) adde supra inter *Anonymos.* *Harl.*

*Mich. Staboromani* ad imperatorem Alexium Comnenium. *Montfaucon* in biblioth. Coislin. pag. 207.

Les questions que le Roi Loctus fit au sage Philosophe *STDIAC*, l' *Astremonyen*. MS. in bibl. Menarsiana pag. 35.

*Theophili*

ccc) Vide supra in vol. I. p. 82. *Iriart.* catal. pag. 339 sqq. de multis *Sethi* Opusculis MSSis. *Lambecii* prodrom. histor. litterar. lib. I. cap. 3.

§. 3. *Harl.* Fuit etiam *Sethi* quidam diuinator λεκτομαρτυς, de quo *Nicetas Choniates* X. hist. p. 369. *Fabric.*

*Theophili* ad Deucalionem filium prognostica ex astrologia. *Sylburg.* pag. 39. catal. MSS. bibliothecae quondam Palatinae. adde *Lambec.* VII. pag. 256. [pag. 547. *Kollar.*]

*Theophili.* Alexandrini, introductio ad apotelesmaticen laudatur a *Cangio* glossar. in *Πρωτοσάσιον.* *Gaulmino* pag. 22. ad Eustathium et alibi. *Fabric.* — *περὶ καταρχῶν* in cod. *Veneto* D. Marci pag. 155. catal. — cod. *Laurent.* apud *Bandin.* II. pag. 26, 3. pag. 29, 9. pag. 59, 7. *Harl.*

*Vettii* siue *Vettii Valentis* Ἀυθολογιῶν siue floridorum astrologicorum libri VIII. De hoc scriptore supra inter editos dixi. [P]

[*Zanata.* vid. *Astrampsychus.* In codice *Vindobon.* CXL. pag. 554 sq. in *Lambecii* comment. incipiunt prolegomena: Ποίημα Πέρισε Φιλοσόφου τένονμα ZANATH etc. adde *Nesfelii* catal. part. IV. pag. 63. et pag. 98. *Harl.*]

*Themation Eleutherii Zebelini* ad diuersos vitae casus cognoscendos. *Sylburg.* pag. 93.

*Io. Zonarae* aut apologeticus aduersus scriptum quoddam *Manuelis Comneni*, imp. ad monachum, cui obiciebatur nimia circa astrologiam cura. Ex *Ioannis Zonarae*, siue, ut alii, *Michael Glycae* antapologetico ad scriptum *Manuelis Comneni* imp. ad quemdam monachum, quo reprehensus fuerat ob nimium circa astrologicas et mathematicas artes studium, graece quaedam producit *Cangius* ad *Zonaram* pag. 28 sq.

[De *Zoroastris* astrologicis vide supra, in vol. I. pag. 307 sq. *Heilbronner* hist. mathes. pag. 61. *Needham* et *Niclas* prolegg. ad *Geopon.* pag. LXXIV sq. *Harl.*]

#### XI. Astrologi quidam deperditi, vel quorum scripta nulla exstant.

*Abrahami* libri astrologici a *Vettio Valente* et *Iulio Firmico* laudantur. Neque dubium est, *Abrahamum*, patriarcham, auctorem gentis *Iudaicae*, intelligi, qui a *Beroso* apud *Iosephum* lib. I. *Antiq.* cap. 10. δίκαιος ἀνὴρ, μέγας, καὶ τὰ ἑβραῖα ἔμπειρος adpellatur. De tributa illi astrologica scientia collegi varia testimonia in codice *Pseudepigrapho* veteris testamenti. Videntur itaque *Vettius* et *Firmicus* habuisse libros sub *Abrahami* nomine, velut e *Chaldaico* translatos graece. *Abraham*, *Iudaeus*, astrologus, laudatur etiam ab *Albohazen Hali*, *Abenragelis* F. pag. 400. [vid. supra inter editos astrologos, voc. *Dorotheus*,] qui dominum suum *Almahaz* memorat pag. 131. citat etiam *Albumsarem* pag. 160. 298. b. *Alkindum* insignem astrologum pag. 16. 37. 117. b. *Antichum*, astrologum, pag. 190. b. *Aristotelem*, astrologum, pag. 479. 525. 532. *Dorotheum* pag. 16. b. 17. b. 148. b. eius verba pag. 189. b. de electionibus pag. 298. b. de mansionibus lunae p. 7. 10r. de quaestionibus furti p. 499. dissentire ait a *Ptolemaeo*, qu'n imo a semet ipso pag. 51. b. reprehendit pag. 160. b. sapientem vocat pag. 129. *Hermetem* pag. 17. a. 216. b. *Haly* librum notarum s. tabulas pag. 148. b. *Haly*, *Hametis* F. pag. 299. *Messalam* p. 17. b. 401. *Ptolemaeum* saepe. *Theophilum*, *Thomae* F. p. 298. b. *Vellium*, (puto leg. *Vettium*), saepissime. De electionibus pag. 298. b. *Tysillum*, (an *Thrasylum*?) quem sapientem vocat pag. 133. *Zaradeft* s. *Zomastrem*, p. 145. b. 216. b. 218. — *Abrahamus* autem ille haud diuersus est ab *Abenefra*. vid. *I. C. Wolfsii* biblioth. hebr. I. pag. 82. et de *Messala*, astrologo, tom. III. pag. 821. *Fabric.* — adde *Brucker.* in historia critica philof. I. pag. 72 sq. qui de astrologia et astrologis in Opere suo passim disputat:

tat: quod semel adnotasse sufficiat. *Voss.* de scient. mathem. cap. XXX. §. 6 — 8. pag. 130. *Lambecii* prodrom. hist. litter. p. 39 — 53. lib. I. cap. 6. *Hamberger* zuverl. Nachr. I. pag. 24 sq. catal. Bünau. tom. III. vol. I. pag. 20 sqq. *Harl.*

*Achinapolis.* Vitruv. IX. 7. *Antipater* itemque *Achinapolis*, qui non e nascentia, sed ex conceptione genethliologiae rationes explicatas reliquit.

*Aesculapii* Moerogenesin citat Firmicus, e qua genituram mundi proferre se ait lib. III. cap. 7. Hic fortasse occisus a Domitiano. *Chronic.* Pasch. pag. 250.

*Africanus*, mathematicus. *Sidon.* VIII. 11. pag. 1078.

*Alexander*, Aegyptius, ab Anna Comnena VI. Alexiados pag. 164. laudatus.

*Anticrates*, de quo epigramma in libro II. cap. 6. Anthologiae, quod incipit: Ἀντικράτης ἦδες τὰ σφαιρικά μάλλον Ἀράτῃ, et illustratur a *Burmanno* ad Petronium pag. 171.

*Antipater.* Supra in Achinapolo.

[*Apollonius Myndius.* *Weidler.* I. c. pag. 116 sq.]

*Archelaus* et *Cassander* summi astrologi tempore Panaetii. *Cic.* II. 42. de diuinat.

*Aseletario.* *Sueton.* Domitian. cap. 15. *Vincentius Bellou.* X. 36. speculi histor.

*Aulus*, de quo libro II. Anthol.

Εἶπεν ἠθλοῦθ' ἄν' τὸ πεπραμένον αὐτὸς αὐτῷ  
τὴν γένεσιν διαδῶς Ἄδλος ὁ ἀστρολόγος.

*Babilus.* *Sueton.* Neron. cap. 36. *Petrus Faber* III. Semestr. pag. 367. *Fabric.* — Ad locum *Suetonii* vide *Burmam.* et *Oudendorp.* qui tandem, ad hunc, ait, vide, num pertineat *Arnobius* lib. I. pag. 31. de Magis, *Julianus* et *Barbulus*; in nota vero ad *Dionem Cassium* lib. LXVI. 9. pag. 1084. tom. II. edit. Reimarii, hic suspicatur, *Babilum* apud *Suetonium* forsitan eundem esse, ac *Barbillum*, de quo actutum sermo erit. *Harl.*

*Barbillus*, astrologus, quo vsus *Vespasianus*, licet ipse edicto mathematicos vrbe pepulisset. *Dio Cassius* in excerptis, a *Valesio* editis, pag. 702. [tom. II. pag. 1084. Reimar. vbi in notis de certamine illo late disseritur.] *Barbillorum* suae agonis, a *Vespasiano* in *Barbilli* gratiam *Ephesii* concessi, mentio in marmore *Arundeliano* pag. 71.

*Berosus* inter primos videtur graeca lingua de hoc argumento scripsisse, cuius diuinas praedictiones memorat *Plinius* VII. 37. Hist., statuum illi ideo inaurata lingua ab Atheniensibus publice in gymnasio positam referens. Chaldaeorum genethliologiae primum aperuisse disciplinam in insula et ciuitate Coo, auctor *Vitruuius* IX. 7. Idem IX. 4. *Berosus*, qui a Chaldaeorum ciuitate suae natione, (Babylonium fuisse constat,) progressus in Asiam, et disciplinam patefecit etc. Chaldaicum praedicendi genus a pluribus repudiatum, vt ab *Eudoxo*, *Archelao*, *Cassandro* et *Scylace Caryandensi*, testatur *Cicero* I. de Diuinat. <sup>ddd</sup>) Ceterum inuentorem fideralis huius disciplinae chaldaicae creditum Iouem *Belum*, auctor *Plinius* VI. 26. Hist. pag. 712. et *Solinus* cap. vlt. Alii ad *Zoroa-*

X 2

*stem*

ddd) Vid. *Weidleri* histor. astronom. III. 11. pag. 34 sqq. et de *Belo* pag. 27 sqq. ac 45. *Harl.*

*stem* hoc retulere. [P] Idem Plinius Chaldaeorum tres doctrinas memorat Hipparenorum, Babyloniorum, Orchenorum. *Fabric.* — Adde *Montuciam* I. pag. 4. *de la Lande* Astronom. I. pag. 172 sq. *Heilbronner* pag. 59 sqq. et pag. 246. — *Ber.* inuenit inter horologii genera hemicyclium excavatum ex quadrato ad enclimaque succisum. *Vitrui.* de architectura VIII. cap. 9. pag. 199. *Martini* von den Sonnenuhren der Alten pag. 40 sq. qui ex variis veterum locis efficit et copiose demonstrat, duo fuisse Berofos, antiquiorem, circa Olymp. XXXV. et ante Chr. n. 640. ac iuniorum sub Alexandro M. natum, ante Chr. n. 300. et ab V. C. 450. floruisse. Berofi, Chaldaei, fragmenta collegit et multis de eo disputat *Fabric.* Bibl. Gr. vol. XIV. pag. 175 — 211. Quae vero idem pag. 202. ex Iosepho N. antiqq. cap. 1. nr. 4. tanquam Berofi vulgavit, ea verba esse Iosephi, notauit *Scaliger* et *Valcken.* in diss. de scholiis in Homerum ineditis pag. 134. fin. adde *Bailly* Geschichte der alten Sternkunde part. II. p. 183 — 187. qui etiam duo discernit Berofos, et meam introduct. in Hist. L. G. I. pag. 538 sq. *Harl.*

*Caecilius Argivus Arborius.* *Scaliger.* lection. aufon. II. 33. pag. 178.

*Carpus.* [apud *Pappum* in prooemio libri VIII.]

*Cassander.* vid. *Archelaus.*

*Catananges,* Athenis Constantinopolim profectus sub Alexio Comneno.

*Eleutherius,* Aegyptius. *Anna Comnena* VI. Alexiados pag. 165.

*Epigenes,* laudatus *Plinio* VII. 46. Hist. [*Senec.* quaest. natur. VII. 3. supra pag. 10. in h. vol. *Montucla* I. pag. 59. *Weidler* hist. astronom. pag. 116 sq.]

*L. Tarrutius Firmanus,* Ciceronis familiaris, graece astrologica scripserat, teste *Plinio*, indice scriptor. libri 18. et Romae urbis ac Romuli thema genethliacum condiderat, vt narrant *Cicero* II. de diuinat. [cap. 47. vbi vid. *Dauis.*] et *Plutarch.* in Romulo. Confer *P. Baelii* Lexicon.

[*Harpocraton.* vid. not. ad voc. *Nethpso.* ex cod. *Nanniano* CCXLVII. in catal. codd. gr. *Nann.* pag. 440 sqq. publicatum est specimen excerptorum ex *Harpocratonis* opere de viribus naturalibus. *Harl.*]

*Heliconius,* astrologus, quem *Suidas* testatur scripsisse ἀποτελεσματικά et περί δισημείων. [vid. supra, pag. 13. Eum post C. N. vixisse, suspicatur *Weidlerus* in hist. astronom. pag. 118. *Harl.*]

*Heliodorus* fatorum per genituras interpres, circa a. Ch. 370. *Amnian. Marcel.* XXIX. 1. „tartareus ille malorum omnium cum Palladio fabricator, mathematicus, vt memorat vulgus.“ idem cap. 2.

*Heliodorus,* astrologus, Leonis Isauri tempore. *Codin.* nr. 113. *Origg.* Constantinopol. [vid. inter ineditos astrologos h. v.]

*Hierotheus,* Atheniensis, tempore Iustiniani. *Codin.* nr. 144. *Origg.* Constant.

*Ioannes,* astrologus, sub Romano Lacapeno, imp. Continuator *Theophanis* pag. 255.

*Leptines,* mathematicus Seleuci regis. *Valer. Maxim.* V. 7. ext. 1.



*Ligurius*, astrologus, sub Leone, imperatore. Vide Origines Constantinopolitanas *Combesii* pag. 32. 65. et *Codinum* in edit. Lambeciana nr. 68.

*Maurianus* sub Zenone, imperatore. Chronic. paschale pag. 323.

*Maximinianus*, Atheniensis, tempore Iustiniani. *Codin.* nr. 44. Orig. Constantinopol.

*Nechepso*, [al. *Necepsso*, vid. *Fabric.* Bibl. Gr. vol. XIII. pag. 344. vbi plura de eo dicta sunt.] rex Aegypti, ad quem Petosiris scripsit, circa annum aerae atticae 800. hoc est circa Olympiadum initium floruisse creditus: laudatur et ipse inter scriptores huius argumenti a Plinio <sup>(\*)</sup>, Firmico, [*Aufonio* ep. 19, 20.] et aliis, ac tertium decimum eius librum citat et de forte fortunae inde quaedam repetit Vettius Valens, librum quadragesimum *Galenus* IX. 2. de facultat. simplicium medicament. et ex eo Actius. Hic Nechepso ac Petosiris antiquissimi duo scriptores astrologiae Aegyptiacae, quae a Chaldaicae rationibus in quam plurimis dissidebat. *Fabric.* conf. *Heilbronner* l. c. pag. 72 sq. *Dieter. Tie-demann* disput. de quaestione, quae fuerit artium magicarum origo etc. p. 27 sq. *Harl.*

*Nestanebis*, rex Aegypti. *Henr. Vales.* pag. 291 sq. ad Adalberonem.

*Nemroth* et *Hyspaicus*, duo corrupta nomina scriptorum de astris apud Honorium Augustod. II. 5. de philosophia, quos citat cum Firmico, Ptolemaeo, Marciano (Capella.) Hygino et Arato.

*Nicolaus*, astrologus, sub Constantino, Leonis philosophii filio. Continuator Theophanis pag. 237.

*Orion* citatur ab eodem Valente.

*Orpheus*, Vettio Valenti ac Firmico laudatus. De scriptis tum aliis, tum astrologici argumenti, quae ad Orpheum referuntur, dixi supra lib. I. cap. XIX.

*Pabeus*, de quo *Agathias* lib. II. pag. 65.

*Palchi* apotelesmata, gr. perierunt in biblioth. Escorialensi. — [Est liber, *Palch* inscriptus, in biblioth. Laurent. Florent. vid. supra inter anonymos, versus finem. A *Plüero* in itinere per Hispan. pag. 186. inter codd. Escorial. nominatur, *Palchi*, apotelesmaticae, liber primus. *Harl.*]

*Pancharius* citatus in anonymi syntagmate astrologico MS. graeco apud *Lambec.* VII. pag. 273. [pag. 586. Kollar. exstat vero ineditum adhuc opusculum. vid. supra inter astrologos ineditos, voc. *Pancharius.* *Harl.*]

X 3.

*Pancretius*,

eee) Confer *Marshamum* in Canone Chronico pag. 477. *Fabric.* — In biblioth. regia *Matrit.* cod. CX. sunt incerti prologus in librum, titulo *Chyranidem*, (*Kuranidem*), *Harpocratonis* in eundem prologus, (vtrumque prologum Iriarte in catalogo MSS. gr. pag. 432 sq. graece primus euulgauit): eiusdem, vt videtur, *Harpocratonis* epistola siue praefatio in regis *Necepsi* librum de *XIV. tum lapidum, tum herbarum remediis, se-*

*cundum Zodiaci signorum ordinem eiusque libri fragmentum*, n. Κριός ζώδιον α vsque ad initium signi quarti, i. e. cancri: liber vero ipse incipit: Ἀπό Φαμενώθ δευτέρας καὶ ἀκάδος ἦτοι δυσρῆ ἢ κατὰ δὲ βαμοίαις ἀπὸ ἰῆ κάλανθῶν ἀπειλλία πρώτη βοράνη ἡλιθιοφακος. Plura vide de hoc libro inedito dubiacque, vt mihi videtur, sive, apud Iriart. pag. 435 sq. qui alia eiusdem codicis opuscula astronomica, astrologica, medicaque recenset. *Harl.*

*Paneratius*, astrologus et pseudopropheta. — Historia miscella XXIII. 31. Παρακατιών apud schol. gr. ad Hesiodum pag. 184. ὅταν δὲ γένηται σύνοδος καὶ ἐγγύτης ἡλίου καὶ σελήνης, ὡς Παρακατιών λέγει, τότε καὶ ὁ γάμος εὐκαιρός. sed lego ὡς περὶ ὁ Κάτων λέγει.

*Petofiris* ἐν τοῖς ὅροις citatur a Vettio Valente. Suidas, eum, ait, scripsisse καθὰ καὶ Ἑλληνες καὶ Αἰγύπτιοι τὰς περὶ θεῶν διατάξαντο ἐπιλογάς. Tum ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀστρολογούμενα, et denique περὶ τῶν παρ' Αἰγυπτίους μυστηρίων. Dixi de hoc iam supra, quum de Manethone agerem, qui eum sequi se profiteretur, et quum astrologos ineditos h. v. recenserem. In praesenti addam, quod Petofiris interdum pro quouis astrologo ponitur, vt apud *Iuvenalem* VI. 580. *Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petofiris.* Et in graeco epigrammate lib. II. cap. 6. in quemdam, qui sibi ex astris mortem praedixerat, et ne falleret diuinationis fides, se ipsum suspendit; ἀσχυρθεὶς Πετόφισιν ἀπήγγελετο καὶ μετέωρος θνήσκει etc.

*Ptolemaeus*, Othonis in Hispania comes, de quo apud Tacitum lib. I. Hist. cap. 22. Diuersus a *Claudio Ptolemaeo*.

*Fullonius Saturninus*. Sidon. VIII. II. epist. et carmine 22.

*Scylax*, Halicarnasseus, familiaris Panaetii, excellens in astrologia. *Cic.* II. 42. de diuinatione.

*Seleucus*. *Tacit.* II. Hist. cap. 78. *Sueton.* Othone cap. 4.

*Stephanus*, Alexandrinus, tempore Heraclii, qui Saracenis praenuntiauit fortunam annorum CCCLXV. teste Cedreno.

*Stephanus*, mathematicus. *Constantin.* de administrando imperio cap. 16. et vita Basilii, Macedonis, pag. 159.

*Stephanus*, alius, tempore Basilii, Macedonis, cuius vitam adi cap. 61. pag. 159. edit. *Allatii*.

*Teuceri*, Babylonii, scripta citantur a Porphyrio siue Antiocho in Ptolemaeum. *Pfellus*: [P] ἀπὸ δὲ τῶν Τεύκρες τῆ Βαβυλωνίᾳ βιβλίῳν πολλά τις ἀν' εὐρεῖ θαυμασιώτατα etc. Vide *Salmas.* ad *Solin.* pag. 654. (491. edit. *Traiect.*) et praefat. de annis Climacter. vbi obseruauit, hunc Teucrum ab Arabibus vocari *Tenkelum*. [supra inter anonymos, fin.] Idem forte, qui *Lasbar*, *Babylonius*, dicitur in codice MS. Ioannes Camateri astrologi graeci.

*Theogenes*, mathematicus. *Sueton.* Augusto cap. 94.

*Thrasylubus*. *Lamprid.* in Alexandro, *Sidonius* VIII. epist. II.

*Thrasyllus*, mathematicus, de quo supra cap. 4. in Platonicis. Eo Tiberius vsus est, teste *Tacito* VI. 20 sq. *Annal.* *Dione* lib. LV. pag. 555 sq. *Suetonio* cap. 98. Aug. et Tib. cap. 14. 62. *Cai.* cap. 19. Ceterum Tiberio superuixit, neque ab eo interfectus est, vt praeter rem, a versione *Dionis* lib. LVII. pag. 612. deceptus, tradit doctissimus *Ionfus* III. 3. pag. 224. Confer *Dionem* lib. LVIII. pag. 638. Huius Thrasylli filius imperium praedixit Neroni. *Tacit.* VI. *annal.* cap. 22.

*Tribonianus*, Sidetes, qui sub Iustiniano imp. floruit, scripserat, vt refert Suidas, praeter carmen epicum in canonem Ptolemaei, *συμφωνίαν τῆ κοσμικῆ καὶ ἀρμονιακῆ διαθέματος* et *εἰς τὰς τῶν πλανωμένων οἴκους καὶ δι' ἐκάστου οἴκου ὁ δεινὰ.*

*Iulianus Vertacus*. Sidonius epist. ad Polemium carm. 22. et VIII. epist. II.

*Zoroastris ἀστεροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ βιβλία* ἐ. Suid. [vid. supra §. X. fin. fff)]

## XII. Catalogus selectus Scriptorum, qui Astrologiam apotelesmaticam oppugnarunt.

Quum mihi semper visum fuerit studium ex astris de vita ac fortuna hominum pronuntiandi non modo lubricum et incertum, licet aliquando forte, vt omnes circulatoriae artes, vera enuntiet; sed noxium quoque, vtpote quod libertate nos spoliat, preces facit irritas <sup>ess</sup>), studium virtutis opprimat, spe vel metu animos nostros implet praepostero, multisque modis turbat <sup>hhh</sup>), etiamsi non persuasos, tamen trepidos aut suspensos propter humani ingenii imbecillitatem: itaque non ab re me facturum putavi, si hoc loco praecipuos scriptores veteres ac recentes, qui eam argumentis variis, armisque omnis generis oppugnarunt, paucis referrem.

E veteribus Christianis quidem innumeros astrologiam refutasse, Eusebium Emesenum etiam, quod τὴν ἀποτελεσματικὴν exerceret, sede episcopali pulsum, constat; sed suffecerit

fff) Omni tempore, etiam a renatis litteris, artium aut fraudi astrologicae haud defuisse patronos, constat, et magna illorum nubes excitari potest: ego vero chartae parcans: memorabo tamen propter libri raritatem *Lucae Gaurici*, Geophonenfis, episcopi Ciuitatensis, *tractatum astrologicum*, in quo agitur de multorum hominum accidentibus per proprias eorum genituras ad vnguem examinatis: Quorum exemplis consimilibus vnusquisque de medio genethliacis vaticinari poterit de futuris. — Venet. 1522. 4. eiusdemque, qui astronomus ac astrologus praestantissimus vatesque celeberrimus etc. dicitur, *Opera omnia* tom. III. Basil. 1575. fol. de quibus libris, eorumque argumentis astrologicis et de Gaurico ipso copiosus est *Freytag*, in adparatu litterar. tom. III. p. 741 — 759. idemque percenset ibidem duo eiusdem fere argumenti libros raros *Laurentii Bonincontrii* rerum naturalium et diuinarum, siue de rebus coelestibus libr. III. Venet. 1526. 8. de cometis variorum diss. etc. sumt. Petri Perna 1580. 4. ac *Leuini Lemnii* de astrologia etc. Ihenae 1587. 8. a pag. 759 — 776. *Harl.*

ggg) *Εἰ μὴν ἦν μαθῶν, ἂ δὲ παθῶν,  
καὶ μὴ παθῶν, καλὸν ἦν τὸ μαθῶν.  
Εἰ δὲ δὲ μαθῶν, ἂ δ' ἦν μαθῶν,  
τὸ δὲ μαθῶν; καὶ γὰρ παθῶν.*

*Si nosse detur, quae futura sint, et haec*

*Vitare, esset nosse haec, pulchra res:*

*At quum pati necesse est, nosse quae datum est:*

*Hoc nosse quid iuuat? tamen cogor pati.*

hhh) *Sextus Empiricus* V. pag. 110. verissime astrologos notat *ποικίλους μὲν ἰπηρεάζοντας τῷ βίῳ, μεγάλην δ' ἡμῶν ἰπιταχίζοντας δασιδαιμονίαν, μηδὲν δὲ ἰπιτρέποντας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐνεργῶν.* *Vitae humanae multis modis afferentes iniuriam, et in nobis magnam excitantes superstitionem, neque quicquam permittentes agere ex recta ratione:* Adde *Alex. Tassoni* penseri diuersi IX. 8. vbi negat, tela praecuis minus nocere: *Dicaearchi* liber, Ciceroni laudatus, intercidit, quod probauit, *nescire futura, melius esse, quam scire.* Desideramus etiam *Minucii Felicis* librum de fato contra mathematicos. Pro astrologia contra *Io. Christoph. Sturmium*, germanice 1725. 4. De ludaeorum astrologia *Buxtorf*: pag. 1323. *Lex Talmud*: *Fabric.* [— Libell. ebraeus, de computo astrologico, in cod. Vffenbach. auctore Maio in bibl. Vffenbach. msst. I. pag. 384. et ibid. pag. 705. lib. Turcice scriptus, de astrologia iudiciaria variisque diuinandi generibus. ibid. part. IV. pag. 692. nr. 8. 9. et pag. 702. varia astrologica illiusque artis apologia MSS. lat. et germanica reperiuntur.

rit citasse scriptorem recognitionum *Clementis* [P] IX. 19. cui loco gemina ex Bardesane refert *Eusebius* VI. 10 et 11. Praeparat. *Origenem* in Genelin pag. 11 sq. et in Job. cap. 38. cui iungendus *Iac. Billius* lib. I. cap. 8. Obsl. sac. *Gregor. Nyssen.* contra fatum tom. I. p. 899 sq. *Diodorum*, *Tarsensem*, apud Photium cod. CCXXIII. *Cyrillum*, *Hierosolymitanum* pag. 30 et 57. edit. praeclarae Millefsianae: *Cyrillum*, *Alexandrinum*, V. contra Iulianum pag. 357 sq. *Basilium* VI. in Hexaëin. tom. I. pag. 74 sq. usque ad 78. *Ambros.* VI. 4. in Hexaëin. Chrysofostomum variis locis; *Caesarii* quaestiones 47 sq. *Methodium* in Conuiuio virginum pag. 117 sq. edit. Combefisii. *Nicetam* IV. 42. thesauri orthodoxae fidei. *Io. Philoponum* in hexaëimero ne cap. 18 sq. *S. Prosperum* carm. de prouidentia dei v. 626 — 720. Acta SS. Sebastiani tom. II. Ian. 20. pag. 274. *Augustinum* de doctrina christiana II. 21 sq. et de ciuitate dei lib. V. cap. 5. confession. VII. 6 sqq. et quaest. V. ac N. T. CXV. *Iohannem* denique *Sarisberiensem* lib. II. Policratici cap. 19.

Inter τὰς εἴω praecipue consulendi *Cicero* de diuin. II. 42. *Fauorinus* apud *Gellium* XIV. 1. *Sextus Empiricus* libro aduersus mathematicos quinto, qui totus astrologis est oppositus, *Plotinus* Ennead. 2. lib. III. Ennead. 3. lib. I. cap. 5. et lib. II. ac III. Operae pretium quoque est, videre, quam infirmae sint rationes astrologorum principis *Claudii Ptolemaei*, lib. I. Tetrabibli cap. 3. conantis euincere, vtile esse, futuri nosse temporis exitum, quem tam sapienter caliginosa nocte premit deus. Rectius *Diogenianus* apud *Eusebium* IV. 3. praeparat. pag. 138.

Omitto leges, senatus consulta et imperatorum edicta aduersus mathematicos siue Genethliacos, atrociam quidem satis, sed plerumque irrita, suffragante astrologis hominum communi vitio et imbecillitate, atque imperatoribus ipsis clam probantibus, quos publice eiiciebant. De illis agunt *Lipsius* ad Taciti II. 32. Annal. *Vertranus* ad eiusd. lib. I. hist. cap. 22. et *Iac. Gothofredus* ad cod. Theodos. tom. III. pag. 125. *Laelius Bisciola* III. 7. hor. subseciu. [*Raphael. Volaterran.* commentar. vrbani. (edit. nouae apud Claud. Marnium et her. Io. Aubrii 1703. fol.) lib. 35. pag. 1301 sqq.] *Vitellius* astrologos certa die iussit excedere Italia, teste *Dione* LXV. init. pag. 734. illi diem definierunt, quo ipsi e vita esset excedendum: [et *Dio* addit, adeo futuros rerum euentus accurate praesciuisse astrologos: sed vide *Reimari* not. ad illum Dionis locum, tom. II. pag. 1061.] *Vespasianus* astrologos iussit vrbe excedere; at plurimum tribuit *Barbillo*, astrologo. [vid. *Dion. Cassium* LXVI. cap. 9. tom. II. pag. 1084. edit. *Reimari*, cuius notam conferes. *Weidleri* hist. astronom. pag. 164 sq. pag. 176. et 187 sq. et *Heilbronner.* hist. mathes. vniuersae pag. 15 sqq. *Harl.*] His adde, quod Alexandriae, vt refert *Suidas* in Βλάκκα, astrologi iubebantur pendere βλακινέμιον, quasi tributum quoddam *stultorum*, διὰ τὸ τὰς μωρὰς εἰσείναι πρὸς αὐτὰς, quod *stulti* ad eos accederent. Et ipsi astrologi *Baddim* mendaces, *badims*. A Talmudicis per Babylonios intelliguntur astrologi: Hinc illud apud *Buxtorfium* pag. 2519. Lexic. Rabbin. sicut mentiuntur *pluuias ipsorum*. [A Romanis astrologos dictos fuisse *Chaldaeos*, notum est. vid. *Weidleri* histor.

riuntur. In *Wolffi* *Lectio.* memorab. tom. I. II. innumera paene superstitionis astrologicae, quae etiam viros nec indoctos nec imprudentes decepit, exempla occurrunt. vide tom. II. pag. 314. edit. II.

de Gothorum astronomia et astrologia: index sub voc. *Astrologus* etc. suppeditabit loca, cui ars illa, vel hodie nondum deleta, crit grata. *Harl.*]

histor. astronom. cap. VI. §. 32. pag. 165.] Sixti V. bulla contra astrologos tom. II. Bullarii magni pag. 515. Urbani VIII. ibid. tom. IV. pag. 173.

E recentioribus aduersus astrologiam apotelesmaticam disputant, (praeter eos, quos laudant *Io. Picus* <sup>iii)</sup> libro I. aduersus astrologos pag. 283. et Gerh. Io. Voslius lib. de scientiis mathematicis cap. XXXVIII.) *Georgius Trapezuntius* cur astrologorum iudicia vt plurimum sint falsa. Venet. 1525. Coloniae 1544. 8. (vid. Giornale de' letterati d'Italia tom. XVI. pag. 446.) *Thom. Campanella* de fasto siderali vitando. Lugduni 1629. 4. *Ben. Pererius* libro III. de magia, pag. 274 sqq. Opp. theolog. *Guil. Perkinsus* in antiprognostico, tom. II. Opp. pag. 461 sqq. *Io. Caluinus* in disp. contra astrologiam iudiciariam, *Pithoeus* <sup>kkk)</sup>, professor Sedanensis, in libro gallico, cui titulus *traité curieux de l'Astrologie judiciaire, ou preseruatif contre l'Astromantie des Genethliques*, Devodon in libello, qui inscribitur *discours contre l'Astrologie Judiciaire*, *Petrus Gassendus* tom. II. de philosophia Epicuri pag. 432—509. *Sixtus ab Hemminga*, Frisius, in astrologia, ratione et experientia refutata, Antwerp. 1583. 8. *Marius Merfennus* in Genesin pag. 966 sqq. *Io. Christophor. Sturmius* in praedictionibus academicis, Francof. 1722. 4. et separatim germanice, Coburgi 1722. 8. cum praef. Bonifacii Henrici Ehrenbergeri. vid. Acta Erud. 1722. pag. 371. et tom. V. supplem. pag. 91. *Christoph. Helaius* singul. diss. recusa in fasce tertio Th. Crenii, Leidae 1699. 8. p. 361 sqq. *Heur. Klausning* diss. de pseudo-mathematicis, Witteberg. 1705. *Alexander de Angelis* in Genethliacos coniectiores, [P] *Salmasius* libro de annis climactericis, qui praeterea in alio libro, sed qui numquam lucem vidit, de ortu ac progressu astrologiae, pluribus hoc fecisse se scribit. *Gerh. Ioh. Voslius* lib. II. de Idololatria cap. XLVII. et XLVIII. *Henricus Morus* Opp. theolog. pag. 298 sq. *Iulius Caesar Bulengerus* lib. I. de diuinatione cap. 6 seq. et libro secundo integro: *Georgius Paschius* in inuentis nouantiquis pag. 592 sq. *Petrus Baelus* variis locis Lexici sui, praecipue, vbi de Ruggerio disserit, et in cogitationibus de Cometis passim, nec minus in earum continuatione pag. 178 sq. *Antonius Vandalen* de diuinationibus Idololatrieis pag. 420 sq. *Sigismund Schneider* diss. de astrologia iudiciaria. Lipsiae 1709. Astrologie judiciaire par Mr. *Bordelon* 1710. Auctor libri, instruction d'un pere à sa fille, in Mem. de Trevoux 1707. Jul. pag. 1218 sqq. *Fabric.* — Conf. *Stollium* in Anleitung zur Historie der Gelahrheit, edit. IV. libr. VII. §. 60—64. p. 338 sqq. et supplementis pag. 133 sq. qui alios excitat scriptores, *Morkhof.* in Polyh. st. philos. lib. II. part. I. cap. 12. §. 9. pag. 330 sq. in primis libr. III. de artibus diuinatoriis et Magia p. 452 sqq. — *Christ. Falsteri* quaestiones roman. pag. 333. eiusdem amoenitat. philolog. tom. I. pag. 235. — In *Heilbronneri* historia matheseos vniuersae frequens passim fit mentio astrologiae, eius historiae, abusus, astrologorum et perimultorum astrologicorum librorum: quae omnia repetere aut citare, molestum foret. — Multa quoque, quae ad historiam astrologiae eorumque, qui vel defenderunt illam vel oppugnarunt, per plura saecula et antiquiora et recentiora, facerent, docte collecta sunt atque exposita, multorum, omnis aetatis, recentiorum potissimum virorum doctorum scripta, in quibus in vtramque partem disputari solet, indicata et tum vanitas illius superstitionis, tum rationum, quibus varii abusi sunt ad vim

istius

iii) Contra Picum pro astrologia scripsit *Lucius Bellantius* de astrologica veritate, Florent. 1498. fol. qui ann. 1495. mortem ei ex coelesti thernate

fertur praedixisse: quem tamen et ipsum in diuinatione sua fuisse falsum, notat Gassendus.

kkk) Ancillon Misc. Critic. tom. II. pag. 74.

istius commonstrandam, falsitas, abunde declarata est a cl. *Diet. Tiedemanno* in disputatione de quaestione, quae fuerit artium magicarum origo, quomodo illae ab Asiae populis ad Graecos atque Romanos, et ab his ad ceteras gentes sunt propagatae, quibusque rationibus adducti fuerint ii, qui ad nostra vsque tempora easdem vel defenderent, vel oppugnarent. Marburgi 1787. 4. — Sed haec sufficiant de nugis astrologicis: quainquam negari non potest, historiam astrologiae esse quoque historiam superstitionis, et desipientiae humanae, adeoque infantiae aut imbecillitatis ingenii humani. *Harl.*

## CAPUT XXII

## DE ARCHIMEDE, SYRACUSANO, APOLLONIO, PERGAEO, ET EUTOICIO, ASCALONITA.

I. *Archimedis genus et aetas.* II. *Eius liber de sphaera ac cylindro.* III. *De circuli dimensione.* IV. *De centris grauium planorum.* V. *De conoidibus et sphaeroidibus.* VI. *De lineis spirali- bus.* VII. *De quadratura parabolae.* VIII. *Pfammites.* IX. *De iis quae in aquis vehuntur.* X. *Assumtorum, siue lemmatum liber.* XI. *De speculis vstoris.* XII. *Scripta inedita.* XIII. *Et deperdita.* XIV. *Dialectus, quae usus est, et scriptores in Archimedes deperditi.* XV. *Va- ria et admiranda Archimedis inuenta.* XVI. *Archimedis scriptorum codd. et editiones.* De MOSCHIONE. XVII. *De APOLLONIO, PERGAEO.* XVIII. *Eius conicorum libri.* XIX. *Codd. et editiones.* XX. *Scripta deperdita.* XXI. *De EUTOICIO, Ascalo- nita, et eius scriptis.*

[Cum supplementis G. C. Harles.]

## I.

## P R A E M O N E N D A.

**D**e vita, ingenio, scriptis et inuentis Archimedis plures egerunt, et nobis fecerunt otium.

*Archimedis vita*, ab *Heraclide* scripta, (vt testatur *Eutocius* comment. in *Archimedes*), periit. — Admodum pauca de eo retulit *Hubertus Goltzius* in *Sicilia et magna Graecia etc.* Brugis Flandror. 1576. fol. part. I. pag. 20. C. 52 et 55. A. part. II. pag. 67.

*David Rualtus a Flurantia* vitam eius composuit, quae praefixa est *Archimedis* ope- ribus ab eodem editis. Paris. 1615. fol.

*Io. Andr. Schmid* conscripsit diss. de *Archimede*, mathematicorum principe. Ienae 1683. 4.

*Vita d' Archimede, Siracusano, Filosofo e Mathematico*, in antiche Siracuse di *Gio. Bo- nanni e Vincenzo Mirabella* <sup>o</sup>, Palermo 1717. fol. part. II. pag. 146. — 153. quod opus latine versum

<sup>o</sup> *Mirabella*, eques *Syracusanus*, scripsit vitam *Archimedis*, *Theocriti*, *Epicharmi* et *Ti- sias*, rhetoris, eamque subiecit *Descriptionis* ve- teris *Syracusae*, (italice,) Neapoli 1613. fol. pag. 106 199.

versum atque illustratum est a *Siegelerto Hauercampo*, in *Thesauro antiqq. et historiar. Italiae et Siciliae*, tom. X. part. XI.

*Gian Maria Mazzuchelli* *Notizie istoriche e critiche intorno alla vita ed agli scritti di Archimede*, Siracufano. Brescia, presso Gian Maria Rizzardi. 1737. mai. 4. — Idem in *Scrittori d' Italia etc.* tom. I. pag. 951.

*Archimedis vitam componere coepit Melot* in *Mem. de l' Acad. de B. L.* tom. XIV. pag. 128 sqq.

*Anton. Mongitor.* in *Bibl. Sicula* tom. I. pag. 79 — 83. copiosus est de Archimede eiusque operibus et inuentis, atque multos alios laudat viros doctos, de principe illo mathematicorum differentes.

*I. G. de Châssepié* *nouv. Diction. histor. et critiq.* sub h. v.

*I. Frid. Weidler* in *historia astronomiae* lib. VI. §. 9 et 10. pag. 135 sqq. qui praecipue ea, quae Archimedes in astronomia vel inuenit, vel molitus est, strictim enarrat.

*Io. Christoph. Heilbronner* in *historia matheseos vniuersae* pag. 258 — 278.

*Montucla* in *Histoire des Mathematiques*, part. I. lib. IV. tom. I. pag. 231 — 252. late persequitur placita et inuenta Archimedis, et quasdam examinat de iis narrationes.

*Car. Mag. Brandelii* disp. praeside *Brismanno*, Prof. sistens Archimedis vitam eiusque in mathesi merita. *Gryphswald.* 1789.

In laudem eius scr. in *Journ. des Sav.* 1729. mens. Aug. pag. 542. adde *G. I. Vossium* de scient. mathem. cap. XVI. §. 2. pag. 56. 57. et cap. XLVIII. §. 5 et 6. pag. 287 sq.

Iudicia de eo lata collegit *Thom. Pope Blount* in  *censura celebr. authorum* p. 44 sqq.

Imago eius cum circino in manu in veteri gemma apud *Paullum Alex. Maffesium* tab. 73. ap. *Morifaucon* tom. III. supplem. tab. XVII. p. 44. — ex *Paruta* tab. 162. in *Siculis numism.* in *Iac. Gronovii* *Thesauro antiqq. graec.* tom. III. litt. m. et in notis *Laur. Begeri* ad *Flor.* pag. 289. — in *Iac. Bonanni* libro II. *Syracufae antiquae* pag. 253 sq. tom. X. part. XI. *Thef. Siciliae* pag. 1057. — *Klütz.* in *Lectio. Venusinis* pag. 64. Duo numismata cum Archimedis effigie in *Antiquitt. Sicil.* *Sigeberti Hauercampii* tom. VIII. tab. 162. quibus illustrandis profunt ea, quae notarunt *Antonin. Mongitor* in *Obss. ital. ad Vincent. Auriae Sicil.* inuentr. pag. 120 et 121. ac *Spanhemius* ad *Iuliani orat.* pag. 201. *Harl.*]

ARCHIMEDES, Syracufanus <sup>b)</sup>, non humilis homunculus, a puluere [P] et radio <sup>c)</sup> excitandus, sed genere nobili fuit, regis Hieronis cognatus <sup>d)</sup> et amicus, atque ingenio

Y 2

b) *Solinus* cap. 6. vbi de Syracufis: *Hinc domo Archimedes, qui iuxta siderum disciplinam machinarius commentator fuit*, hoc est, si recte verba intelligo, et astronomiae callentissimus, siderumque, vt de eodem *Liuius* XXIV. 34. spectator vnicus fuit, et in mechanicis plurima felicissime commentatus est. *Fabric.* — *Tenui scribens in puluere Musa* vocatur a *Palaemone* libi. de

mensuris et ponderibus v. 54. conf. *Hornius* hist. philos. lib. III. cap. 19. pag. 214 sq. Laus Archimedis vid. in actis erudit. Lips. ann. 1683. p. 246. fin. et ann. 1718. pag. 396. vituperatio illius in *Gundlingianis* pag. 146 sqq. *Heumann.*

c) *Cicero* V. *Tust.* *Quaest.* cap. 23. [ad quem locum vid. *Dauis.*] vbi Archimedis conditionem praefert vitae *Dionysii*, Siciliae tyranni: *ex eadem urbe*

genio gloriam, quam reges innumeri, consequutus maiorem. Nam in omni genere geometricae, fideralis ac machinalis disciplinae, incredibili industria \*) ac subtilitate multa admiranda et ante ipsum inaudita reperit. In Aegypto <sup>f)</sup> edoctus ibidem inuentis cochleis ad aquas exhauriendas aggeribusque conditis sempiternam post se reliquit memoriam beneficii singularis ac diuini. [Atque alia in Aegypto praeclare instituisse illum, refert auctor arab. in arabica philosophorum bibliotheca de Archimede etc. in *Casiri* bibl. arabico-hispan. tom. I. pag. 383. adde *Mongitor* l. c. pag. 80. *Hartl.*] Quumque Syracusa, caput Siciliae, a Romanis grauisissima obsidione vexaretur: solus per tres annos <sup>g)</sup> sollertibus inuentis suis patriam defendit. Denique, postquam Dianae festo <sup>h)</sup> opera transfugae potiti sunt vrbe Romani, ab irrumpente milite et circulos eius formasque descriptas parum curante obrunctus est <sup>i)</sup> anno V. C. 542. Olymp. CXLII. ante Christum natum 212. quinque amplius annis maior

vrbe humilem a puluere et radio excitabo, qui multis annis post fuit, *Archimedes*. *Fabric.* — *Fraguier* in Mem. de l'acad. des Inscr. tom. II. commentation: pag. 398 sqq. scripsit in hunc Ciceronis locum, (quae germanice versa est a Gottschedia in vol. II. der kön. Akad. der Aufschrift. ausführliche Schriften pag. 439 sqq.) in ea culpatur *Fraguier* Ciceronem, quod hic Archimedes nominauit humilem homunculum; sed *Montucla* et *Chaufepié* not. D. fin. vindicarunt Ciceronem ab iniuria: et recte. Comparatus enim Archimedes cum rege Dionysio propter vitae et fortunarum fortem videbatur humilis homunculus. Sic *Silius Ital.* XIV. 343. ubi mire eum laudat, tamen vocat nudum opum. *Hartl.*

d) *Plutarchus* in *Marcello* pag. 305. Καὶ μὲν τοὶ καὶ Ἀρχιμήδης Ἴταλιανὸν τῷ βασιλεῖ συγγενὴς ὦν καὶ φίλος etc.

e) *Plutarch.* pag. 307. quo in loco eibi saepe ac potus oblitum refert. Idem alibi in libro, quod suauiter viui non possit secundum Epicurum pag. 1094. et libro, quod seni gerenda sit Resp. pag. 786. narrat a seruis non raro abreptum vestibusque exutum et vinctum, strigili in vincto corpore lineas duxisse, quod notauit etiam *Stobaeus* serm. 29. περὶ φιλοπονίας pag. 206. *Cicero* V. de finibus cap. 19. Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui dum in puluere quaedam describit attentus, ne patriam quidem captam senserit. Subtilissimus exquisitor dicitur *Cassiodoro* VII. variar. epist. V. Data opera ita occultasse suam inquisitionis vestigia, quasi inuidisset posteris suam analyticam atque inuestigandi artem, arguitur a *Wallisio* tom. II. Opp. pag. 782. Sed qui mox addit, hoc eum cum ceteris scriptoribus antiquis commune habere.

f) *Diodorus Sic.* lib. V. p. 217. *Abulpharajus* pag. 41. E claris etiam Mathematicis fuit Archimedes, qui Graeciam fuit, at scientiam ab Aegyptiis hausit. Dicitur aggeribus vinctis terras plerarumque Aegypti villarum et fundamenta posuisse pontium quibus a pago in pagum transiitur, cum excreuerit Nilus.

g) *Liuius* XXV. 31. *Athen.* XIV. pag. 534. Itaque *Florum* II. 6. 33. merito reprehendit *Salmasius*. [adde *Freinsheim*: ad *Flori* locum.]

h) *Plutarchus* *Marcello* pag. 308. *Polyaenus* VIII. 11 et 12. *Syncellus* pag. 285. *Diodorus* apud *Tzetz.* II. Chil. v. 134. De *Sofide*, fabro aerario, et *Merico*, Hispano, Syracularum proditoribus vide *Liuium* XXVI. 21. et XXV. 30. — [— *Perizonius* in animaduersif. historicis cap. VIII. pag. 349 sq. editionis a me curatae *Liuium* inconstantiae suae obliuiscens in vtroque loco rem incausat: contra *Cruvier* putat, a *Liuiio* totam hanc de *Merici* proditione narrationem fuisse turbatam. v. *Drackenb.* ad libr. XXV. 30. p. 1020. et de *Sofide* ad libr. XXVI. 31. pag. 1096. tom. III. qui iam laudat *Chluucrium* I. Sicil. ant. XII. pag. 164 sqq. vt alios historiarum romanae scriptores silentio praetermittam. *Hartl.*]

i) *Liuius* XXV. 31. *Plutarchus* *Marcello* p. 308 sq. *Valerius Max.* VIII. 7. ext. 7. *Silius Italicus* XIV. 677 sq. *Tzetzes* Chil. II. v. 135 sq. *Militi* irrumpenti dictum ab Archimede: τὸν κεφαλῶν, καὶ μὴ τὸν γραμμῶν, vt ex veterum aliquo tradit *Georgius Valla* lib. I. de rebus expetendis et fugiendis cap. 6. [conf. *Gatacker* ad *Antonin.* lib. I. §. 1. pag. 185. *Londin.* 1707. 4. Varias diuersasque narrationes refert *Mongitor*, pag. 81. *Hartl.*]



maior septuagenario <sup>k</sup>). Consul Marcellus victor, qui hoc factum dolebat <sup>l</sup>), [P] et diserto edicto prohibuerat <sup>m</sup>), *inter triumphales laureas lugubri moerore illum exstinctum defleuit*, et corpus cognatis superstitionibus honeste sepeliendum tradidit <sup>n</sup>), ipsosque honore est profequutus <sup>o</sup>). Tumulo Archimedis, quod viuis ab amicis rogauerat <sup>p</sup>), imposita est figura sphaerae in cylindro, cum epigrammate, de ratione, quam cylinder solidus continens haberet, ad sphaeram in ea contentam. Haec a Cicerone <sup>q</sup>), quum Quaestorem Siciliae ageret, multis post Archimedis mortem annis reperta est ante portam Syracusae Agrigentinam <sup>r</sup>), ex his fere penitus epigrammatis verbis, neglecta vulgo et non multum e dumis eminente columella. Atque etiamnum sphaerae figuram ac cylindri obseruare licet, in Archimedis haud dubie memoriam, exsistere in numis quibusdam priscis Syracusanorum apud Parutam. Thema eius Genethliacum nescio qua fide exponit Iulius Firmicus libro V. *Mathes.* pag. 77.

II. *Scripta Archimedis haec ad nos peruenierunt* <sup>s</sup>):

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΦΑΙΡΑΣ <sup>t</sup>) ΚΑΙ ΚΥΛΙΝΔΡΟΥ, *de Sphaeris et Cylindro libri II.* ad *Dositheum* [quod adparet ex vers. lat. Nam graeca sunt ab initio mutila.] In  
Y 3 hos

k) *Tzetzes* Chil. II. V. 105. *Fabric.* Conf. *Chauspepié* l. c. not. A. et B. Secundum *Riuallum* apud *Mongitor.* pag. 79. in lucem editus est Archimedes Olymp. CXXII. 2. ante C. N. a. 289. secundum *Hambergerum* in *zuverläß. Nachrichten* etc. tom. I. pag. 326. A. M. 3697. ante C. N. 297. secundum eundem interitit A. M. 3772. ante C. N. 212. et tamen, adnotante *Saxio* in *Onom.* I. pag. 117. Syracusae cooperunt a Marcello oppugnari A. M. 3791. Olymp. CXLI. 3. ante C. N. 212. a. V. C. 540. Sic quoque *Edw. Simson* in *Chron.* pag. 1270. qui pag. 1276 sqq. obsidionem atque expugnationem Syracusarum vberius exponit, interitum Archimedis adsignat A. M. 3793. Olymp. CXLII. ante C. N. 210. V. C. 542. *Hieronymus* in *Eusebii Chronico* pag. 557. edit. *Valar.* cuius notam conferes, Syracusarum excidium collocat in Olymp. CXLI. 3. adde ibidem Pontaeum pag. 186. qui *Orosii* lib. IV. cap. 17. Syracusas secundum Varronis rationes captas esse A. V. 543. tradentis, et *Fastorum Onuphrii* rationes cum *Eusebianis* componit. At *Pighius* in *Annalibus magistratuum et prouinciarum* S. P. Q. R. tom. I. pag. 180. Syracusarum expugnationem confert ad annum ab V. C. DXLI. coff. Q. Fulvio Flacco III. et Appio Claudio Pulcro, qui secundum *Theod. I.* ab *Ameloueen* fastos romanorum consulares fuerunt coff. a. V. C. 541. ante C. N. 212. Atque auctore *Riuallio* nonaginta annos natus periit anno ante C. N. 214. alii parumpers differunt. vid. *Mont-*

*gitor.* pag. 81. Sic fasti et chronologi variare solent. *Harl.*

l) *Cicero* lib. IV. in *Verrem* cap. 58. *Iulius Firmicus* V. *Mathes.* pag. 77. vide etiam *Nicephorum* ad *Synesium* de *insomniis* pag. 366.

m) *Valerius Max.* VIII. 7. extern. 7. *Plinius* *Hist. natural.* VII. 37.

n) *Linus* XXV. 31.

o) *Plutarchus* *Marcello* pag. 309.

p) *Plutarchus* pag. 307. *Πολλῶν δὲ καὶ καλῶν εὐμετῆς γεγονῶς λέγεται τῶν φίλων δευθῆναι καὶ τῶν συγγενῶν, ὅπως αὐτῆ μετὰ τῆν τελευταίην ἐπισήσασιν τῶ τάφῳ τὸν περιλαμβάοντα τὴν σφαῖραν ἐντὸς κύλινδρου, ἐπιγράψαντες τὸν λόγον τῆς ὑπεροχῆς τῆ περιέχοντος σφαιρῆ πρὸς τὸ περιεχόμενον.*

q) *Cicero* V. *Tusculanar. quaest.* cap. 23.

r) *Ad portas Agragianas* dedit *Dauisius*, et probauit *Dorville* in *Siculis* pag. 193. cum *Dauisio* lectionem cod. *Vrsin. Achradinas. Harl.*

s) De his intelligenter egit *Montucla* I. p. 233 sqq. adde *Chauspepié* l. c. not. D. *Harl.*

t) Meminit huius operis etiam *Abulpharajus* pag. 42. Scriptum est post librum de lineis spirabilibus. Laudat Archimedes *Eudoxi* *θεωρημάτων περὶ τὰ σφαιρῶν*, et *Cononem* iam defunctum. *Epistolam ad Dositheum* his libris praemissam e cod. inst. edidit *Andreas Schottus* libro et capite primo *Obseruatt. humanar.* [De argumentis librorum vid. *Montuclam* et reliquos ab initio laudatos,

hos libros exstat commentarius graece scriptus ab *Eutocio Afcalonita*, de quo infra §. ult. dixi, MS. codicem horum librorum, qui Georgii Vallae fuit, laudat Guil. Philander ad *Vitruuium* IX. 3. in quo praeter linguae doricae proprietatem et omissionem spirituum, atque accentuum testatur occurrisse subinde syllabarum et dictionum notas, quae ne a Graecis quidem ipsis hoc tempore satis agnoscantur. [P] Editi etiam sunt latine cum synopsi mathematica Marii Mercenni, et graece cum libro de circuli dimensione Paris. 1561. Loca quaedam Eutocii emendauit *Marcus Meibomius* dialogo de proportionibus. Hafniae. 1655. fol. 1. Conf. *Guil. Oughtredi* declaratio theorematum Archimedis de sphaera et cylindro, in eius clauis mathematica, Londini 1667. — *Ferdinandi Ernesti Comitis ab Herberstein* specimen archimedaeum, quo cuiumque sphaerae datae inscribit cylindrum rectum, habentem ad ipsam sphaeram eam proportionem, quam coni aequilateri eidem sphaerae inscripti superficies ad superficiem sphaerae, in *Actis eruditor.* Lips. mens. April. 1710. pag. 161 sqq. — [ubi Comes ab Herberstein laudat quidem *Andream Tacquet* e S. I. qui selecta ex Archimede theoremata demonstrasset; at docet tamen, ductu analyseos, breuiori nonnumquam via ad veri agnitionem perueniri. add. *Heilbronn.* pag. 120. *Hebraica* versio *Costae* ben Luca. vid. in *Walsii* bibl. hebr. tom. IV. p. 962 sq. — *Abu Sehel* in propositiones quasdam libri secundi Archimedis de sphaera et cylindro arabice scripsit: cuius cod. est in bibl. Leidensi. vid. *catal. bibl. etc.* pag. 450. nr. 14. 15. *Hartl.*]

III. ΚΥΚΛΟΥ ΜΕΤΡΗΣΙΣ, de circuli dimensione liber \*), quem in duobus geometricorum elementorum libris Lugd. Bat. 1594. fol. praeter rem reprehendit vir summus *Iosephus Scaliger*, vindicauit *Adrianus Romanus*, eques auratus, in apologia pro Archimede ex exercitationibus cyclicis contra Scaligerum, Orontium Finaeum et Raymarum Ursinum, in decem dialogos distributa, Wurceburgi 1597. fol. Impossibilem esse, *Saurin.* in mem. acad. Parisin. 1720. p. 18. monet. Hic Archimedis libellus lucem vidit etiam Paris. 1561. et cum praefat. *Christoph. Meureri*, Lips. 1602. 8. sed graecis *Eutocii* commentariis illustratus cum versione ac notis *Ioh. Wallisii* prodit Oxon. 1676. 8. et in tertio tomo operum viri huius praestantissimi, ibid. 1699. fol. quem vide sis etiam tom. II. Opp. pag. 359 sq. et 478. [a *Poleno*, Patau. 1712. 4.] Conf. *Thomae Gephyrandri* consideratio noua in Archimedis opusculum de circuli dimensione, Tremoniae 1609. 4. et *Lagnii* in memoriis acad. scientiar. Paris. ann. 1723. pag. 78. Cyclometrica *Willebrodi Snellii* v), et quae de quadratura circuli scripsere contra Scaligerum *Iac. Christmannus* et *Franciscus Vieta*, contra Tho. Gephyrandrum *Casp. Schottus* Magiae vniuersal. pag. 756. Contra Gregorium de S. Vincentio *Marcus Meibomius* lib. de proportionibus pag. 100 et 197 sq. Aliis, quos de subtili hoc argumento laudat *Vossius* pag. 136. de scientiis mathematicis, et *Georgius Paschius* lib. de inuentis nou. antiquis pag. 514 sq. edit. secundae, addes ex eodem *Vossio* pag. 94. Hippocratem Chium pag. 182. 333. Guilelmum Grisauntum pag. 228. 333. Franciscum Leodicensem pag. 335. Ioh. Buteonem pag. 435 sq. Ioh. Campanum, ac praeter hos *Tho. Hobbesum*, *Antonium Pimentam* w), *G. G. Leibnitzium* x), *Detleuum Chluerum* y), *Ben Ithem* scriptorem Arabem

u) Auctor vitae Archim. apud *Casir.* l. c. pag. 383: distinguit librum de circuli dimensione a libro de circuli quadratura, et addit alium de circulis sese inuicem tangentibus. *Hartl.*

v) Vide *Montuclam* II. pag. 5 sqq. *Hartl.*

w) *Giornale de letterati* in Parma 1687. pag. 56 sq.

x) *Acta erudit.* 1682. pag. 41 sq. [ibid. 1687. pag. 526. ann. 1692. pag. 275.]

y) *Acta erud.* 1685. pag. 369.

Arabem antiquum, quem a Petro de la Valle latinum factum testatur *Leo Allatius* in apibus Vrbanis pag. 226: *Carolus Marianus*, Cremonensem, 1599. *Iac. Falcomus*, 1591. *Io. Christmannus*, 1594. *Thomas Fantetum*, Lugdunensem, *Io. Bachou*. 1657. 1669. *Mallement de Messange*, le grand probleme de la quadrature du Cercle, Paris. 1686. 12. *Bernardin. Salin*. S. I. *Alphonsum Anton. de Sarasa*, S. I. (eiusque magistrum, *Gregorium de S. Vincentio*.) Antwerp. circa ann. 1660. *Gregor. de S. Vincentio*, Lugduni 1654. 4. Antwerp. 1647. fol. 1656. fol. *Anton. la Lovera*, Gallum, S. I. Tolosae 1651. 8. *Franciscum Linum* S. I. de pseudo-quadratura circuli Thomae Viti, Londini 1660. 8. *Colin de Tournelles* numerus minor quam  $\frac{1}{2} \circ$ , et maior quam  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$  diameter ad peripheriam etc. Mem. de Trevoux, 1723. p. 904. *Christian. Hugonii* magnitudo circuli inuenta, Lugd. Batau. 1654. 4. — Anonymum, in actis eruditorum, tom. VIII. supplem. pag. 436. *Remum Baudemont*, Memoirs of literature tom. II. pag. 320. *Guidonem Grandum* Journ. de Sav. 1712. II. pag. 520 et 525. Acta erudit. 1715. pag. 42. et tom. V. supplem. pag. 260. *Danielem Wagwell*, Act. erud. 1715. pag. 47. *Io. Polenum* in quadraturae circuli Archimedis et Hippocratis \*), Chii, expressione cum eius dialogo de vorticibus coelestibus, Patau. 1712. (vid. Acta erudit. 1712. pag. 427 sqq. Giornale d'Italia tom. X. pag. 22.) — *Herculem Corrazi*, Mem. de Trevoux, 1707. p. 438. — *Hobbesii* quadraturam confutat *Io. Wallisus* 1669. 4. philos. transactions tom. I. pag. 971. — *Iac. Gregorium*, Scotum, Journ. des Savans 1668. pag. 111. — *Sam. Klingenshierna*, quadratura curvarum hyperbolicarum, in philos. transactions nr. 417. pag. 45 sqq. — *Juliamin. Potier* in Hist. de l'Academie de Paris 1700. pag. 127. aliorum, Histoire etc. 1703. p. 77. Mem. pag. 24. — *Io. Georg. Buchnerum*, Historie der Gelehrsamkeit pag. 568. *Alexandrum Marchetti*, Giornale d'Italia tom. XII. pag. 221. — *P. Cestel* Journ. liter. tom. XIV. pag. 479. — *Mathalonus* new memoirs, tom. VI. pag. 317. falsitatem demonstrationis suae ostensuro, 3000 etiam libras gallicanas numeraturum se pollicitus est, Hist. liter. del Europe, 1727. Sept. pag. 87. Journ. des Sav. 1728. pag. 285. ostensa a Nicolio. ib. in Histoire etc. Novembre. pag. 193 sqq. Journ. de Sav. 1728. Mart. p. 291 sqq. 307 sqq. 312. — *Basselin*, Journ. des Sav. 1735. Aug. p. 411. *Ludolph. Henr. Rost*, Hamburgi 1733. 4. [Nostra quoque aetate a *Merkelio*, qui demonstrationem quadraturae circuli frustra tenuit, aliisque mathematicis in utrumque partem disputatum esse, id significasse sufficiat. *Fronco* Scholasticus et *Hermannus Contractus* nec non *Guil. Grifauntus* ante complura saecula scripserunt etiam de quadratura circuli, vid. *Heilbronner*. l. c. pag. 452. et 453 ac 489. Inter antiquiores studuerunt quadraturam circuli inuenire *Bryso* et *Antiphon*. vid. *Heilbronner* p. 149 sq. *Harl.*] Quod geometricè demonstrari non possit circuli quadratura, perinde ut cubi duplicatio, disputatur in Ephemeridibus Parisiensibus anni 1697. pag. 199. edit. Amst. Hist. de l'Acad. de Paris. 1699. pag. 37. et conf. Nouv. Republ. lettr. 1700. pag. 630. Memorat hunc Archimedis librum Proclus quoque 4. in primum Euclidis pag. 110.

IV. ΕΠΙΠΕΔΩΝ ΊΣΟΡΡΟΠΙΚΩΝ ἢ ΚΕΝΤΡΑ ΒΑΡΩΝ ΕΠΙΠΕΔΩΝ  
*de planis aequiponderantibus, sive, de centrīs grauium planorum libri II.* Hos quoque libros graeco commentario illustrauit *Eutocius*. *Κεντροβαρικών* [P] vocat *Tzetzis* Chil. XIII. v. 974. et *Simplicius* in II. de coelo comment. 63. latine ex *Guidi Vbaldi* e Marchionibus Montis

\*) Conf. *Heilbronneri* hist. mathes. pag. 119 sq. Acta erudit. Lipf. 1700. pag. 307 sqq. *Harl.*

tis paraphrasi cum eius scholiis prodire Pisari ann. 1598. fol. Gallice librum priorem vertit *Petrus Forcadel*, Paris. 1565. 4. Confer de hoc argumento *Pappum* libro VIII. pag. 450. Meminit eiusdem operis Archimedei *Proclus* III. ad primum Euclidis pag. 51. vide etiam *Commandinum* de centro grauitatis solidorum Bonon. 1565. 4.

V. ΠΕΡΙ ἄμβλυγωνίων ΚΩΝΟΕΙΔΕΩΝ ΚΑΙ σχημάτων ΣΦΑΙΡΟΕΙΔΕΩΝ, *De figuris Conoidibus obtusis et de Sphaeroidibus libri II. ad Dositheum.* In editione Francisci Maurolyci Nobilis Siculi Panorm. 1685. Nam in prioribus editionibus ex Archimedis sententia recte vt vnus liber occurrit. Memorat Archimedes sub init. se in alio libro ad eundem Dositheum egisse περὶ ὀρθογωνίᾳ κωνοειδέος. Confer *Ioh. Kepleri* Vas austriacum, [Lentiae 1615. fol.]

VI. ΠΕΡΙ ἑλίκων *de lineis spiralibus* liber ad eundem Dositheum, in quo theoremata super illo argumento a *Conone*, Archimedis amico et celebri geometra, ante plures annos defuncto, inexplicata relicta exponit. De huius libri eiusque demonstrationum difficultate queritur *Ismael Bullialdus*, cuius conferes librum de hoc argumento, cum exercitationibus eius geometricis editum Paris. 1657. 4. et *Petr. Varignonium* in historia academ. scient. Paris. 1707. pag. 58 sqq. et *Memoriis* pag. 91 sqq. *Wallisii* Opp. tom. I. pag. 375. 380. tom. II. pag. 324 sqq. et 661. Ad hunc librum respicit Archimedes sub initium librorum de sphaera et cylindro, quos postea edidisse ex hoc ipso constat.

VII. ΤΕΤΡΑΓΩΝΙΣΜΟΣ ΠΑΡΑΒΟΛΗΣ, *Liber de quadratura parabolae*, ad eundem Dositheum missus, *Conone*, quem hic iterum laudat, iam defuncto. [conf. *Sturmi* quadratura parabolae, methodo arithmetica infinitorum demonstrata, in actis erud. Lips. ann. 1685. *Christiani* comm. ad §. XVI. fin. laudat. pag. 30 sqq. *Harl.*]

VIII. ΨΑΜΜΙΤΗΣ, *De numero arenae liber* ad regem *Gilonem*, quo probat non esse infinitum, sed efferi et colligi posse, si vel maxime orbis terrarum totus arena constet. Nedium

posse aliquem certis numeris comprehendere arenam  
Littoris et fluctus omnes numerare marinos.

Huius libri quatuor existant versiones. Vna *Iacobi Cremonensis* ab Heruagio edita [Basil. 1544. fol.] altera *Fred. Commandini*, qui longe melius vertit, et notas etiam addidit, sed mendoso codice vsus, Venet. 1558. fol. tertia *Dau. Riualti* [Paris. 1557. 4.] qui *Commandini* versionem ac notas vel non vidit, vel neglexit, multa peius posuit: quarta denique accuratissima *Ioh. Wallisii*, qui alie caractere subinde verba quaedam sensui illustrando addidit et castigationes ad contextum graecum subiecit. Oxon. 1676. 8. et tomo tertio operum *Wallisii* ibid. 1699. fol. pag. 513 sqq. [conf. infra de edd. plura.] Illustrauit hunc librum etiam *Christophorus Clavius* Bambergensis Iesuita, rei mathematicae peritissimus, in Digressione de arenae numero, in commentario in cap. 1. Sphaerae *Iohannis de Sacrobosco* pag. 237 sq. [f. Opp. tom. III. Mogunt. 1611. fol. pag. 120 sq.] *Paschasius Hammelius* <sup>aa)</sup>, Paris. 1557. 8.

Consule

aa) In commentario in Archim. lib. de numero arenae maris. Num Hammelius addiderit ver-

sionem lat. vt scripsit *Heilbronner* p. 265. not. e. dubitat *Scheibel* in Einleitung zur mathemat. Bücherkennt-

Consule etiam, si placet, *Marium Musonum* ad sex prima Geneseos capita p. 10 sq. *Alcy-  
si Lollini* epistolae pag. 470. *Wallijii* opera tom. II. pag. 20 sqq.

IX. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ὈΧΟΤΜΕΝΩΝ, *De iis, quas<sup>bb)</sup> aquis innatant libri II.* [P] qui in Basilicensi editione desiderantur, sed in Rivaltina graece ac latine exstant, et latine ex versione *Fred. Commandini* (c) cum eius commentariis prodierant, Boacinae ann. 1565. 4. et Pisauri 1572. 4. cum *Aristarcho* de magnitudinibus et distantis solis et lunae. Meminit huius libri *Archimedis Scribo* lib. I. pag. 54. *Hero Alexander* in spiculis pag. 151. et *Pappus* Alex. in prooemio libri octavi mathematicarum collectionum. Respicit etiam *Vitruvius* VIII. 6. A doctissimo *Mourio* in bibl. graeca hoc opus et alia quaedam praeter rem, ut existimo, tribuantur *Archimedi Trelliano*. Gallice vertit notasque addidit *Petrus Forcadelus*, Parisi. 1565. — Italice, *Nic. Tartaglia*, Venet. 1551. 4. et latine idem *Tartaglia* cum opusculo de ponderositate. Venet. 1565. 4. apud *Curtium Troianum*. — [Inter recentiores hoc opusculum syllogae suae auctorum de motu aquarum (*Grandi*), italice scriptae, inseruit anonymus tom. III. Florent. 1723. mai. 4.] Adde *Joannis Bardi*, Florentini, eorum, quae veluntur in aquis, experimenta ad *Archimedis* trutinam examinata. Romae 1614.

X. ADSVMTORVM sive LEMMATVM liber latine tantum cum tribus libris *Apollonii Pergaei* ex cod. msto arabico magni ducis Etruriae, interprete *Thebet ben Kara*, exponente *Almochtasso*, editus ab *Abrahamo Ecchellensi*, qui hunc librum et *Apollonii Conicorum* V. VI. VII. ex arabico vertit, adiutus a *Ioh. Alphonso Borello*, qui, arabice ignarus, tam callebat mathematicas disciplinas, quam harum imperitus *Ecchellensis* bene callebat arabice. Prodiit *Ecchellensis* translatio cum *Borelli* notis Florentiae 1661. fol. [In bibl. Bodleiana est exemplar cum not. msst. E. Bernardi.] Alteram editionem huius libri arabico-latinam debemus viro doctissimo *Iohanni Graui*, Anglo, in *Miscellaneis Sam. Fosteri*, Lond. 1659. fol. Confer *Acta eruditorum* ann. 1700. pag. 518. et *Tho. Smithum* in *Ioh. Grauii* vita pag. 23. et in vita *Ed. Bernardi*. Nova versio *Isaaci Barrow* in eius *Archimede*, *Apollonio* et *Theodosio*, Londini 1675. 4.

XI. ΠΕΡΙ ΚΑΤΟΠΤΡΩΝ ΚΑΥΣΤΙΚΩΝ, DE SPECVLIS COMBURENTIIVS parabolicis, κατόπτρων τὰς ἐξάψεις vocat *Tzetx.* *Chiliad.* II. v. 153. et XIII. v. 974. *Archimedes* ἐν τοῖς περὶ κατοπτρῶν laudat *Theo* pag. 10. ad *Ptolemaeum*. Hunc putant librum notari ab *Apulio* in apologia pag. 19. edit. *Pricaci*, *Alia praeterea eiusdem modi plurima*, (de ratione speculorum planorum, tumidorum et globosorum cautorumque,) quae tractat volumine ingenti<sup>dd)</sup> *Archimedes, Syracusanus, vir in omni quidem geometria mi-  
tum*

cherkenntnis part. XI. pag. 323. Idem haesitat, an nomen *Chr. Hunichii*, qui *Archimedis* opinionem de arenae numero explicuisse et examinasse dicitur, Lipsi. 1593. recte scriptum sit, et opinatur, *Aug. Christoph. Hennichium*, Rect. *Stetin.* scribendum esse. *Hart.*

bb) Confer *Ricciolum* *Almagesti* noui lib. II. Vol. IV.

cap. 5. *Galilaicum de Galilaeis* et historiam acad. scientiar. Parisin. 1700. pag. 192.

cc) Qui graecum codicem accepit a *Cardinali Marcello Ceruino*. vid. *Giornale d'Italia*, tom. 19. pag. 156 sq.

dd) Ex h. l. coniecit *Scheibel* in *Einleitung zur mathemat. Bücherkenntnis*, part. IX. pag. 268.

tum ante alios admirabili subtilitate, sed haud sciam, an propter haec vel maxime memorandus, quod inspexerat speculum saepe ac diligenter. Exstat sub Archimedis nomine liber de speculis vstoriiis ex arabico translatus latine ab Antonio Gongava<sup>44</sup>). Occurrit hic liber etiam in Archimede Maurolyci, sed inter externa, et Ptolemaeo, mathematico, tribuitur. Archimedi suppositus videtur etiam ex sententia Gabrielis Naudaei Syntagm. de studio militari pag. 658. quia mentio in illo fit Apollonii, Pergaei, qui Archimede<sup>45</sup>) iunior fuerit. Dioclis librum *περὶ πυρίων* laudat Eutocius in lib. II. de sphaera ac cylindro pag. 30. et 15. De Anthemii Tralliani, qui Iustiniani temporibus claruit, circa a. Chr. 532. libro *περὶ παραδόξων μηχανημάτων*, qui cum versione, licet imperfecta, Claudii Ancantheri, mathematici, MS. exstat in bibl. Vindobonensi, et in quo itidem de speculis vstoriiis egit, vide, si placet, Lambecium VII. commentar. p. 191 sq. [P] [p. 406 sqq. edit. Kollarii, qui haud pauca Lambecii, alios in errorem deducendis, peccata correxit, ut postea videbimus.] De hoc Anthemio vid. *Protop.* Caesar. de aedific. lib. I. cap. 1. lib. II. cap. 3. de templo Constantin. S. Sophiae pag. 284. lib. I. Κτισμ. in manipulo Combesiano: Ἀνθέμιος δὲ ὁ Τραλλιανὸς ἐπὶ σοφία τῇ καλεμένη μηχανικῇ λογιότατος ἐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἀπάντων, ἀλλὰ καὶ πρὸ αὐτῶ γενομένων πολλὰ — — καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος Ἰσίδωρος ὑπεργεῖν βασιλεῖ. Hinc constat de aetate Eutocii, Ascalonitae, qui Isidoro et Anthemio libros suos inscripsit.

— Adde

Archimedes magnum volumen de omnibus doctrinis optiis conscripsisse. *Harl.*

ee) Quoniam libellus de speculis comburentibus Ptolemaeo fuit a nonnullis adscriptus, Gongava versionem suam, ex arabico faciam, adiecit versioni suae Operis quadripartiti, a Ptolemaeo conscripti, Louan. 1548. 4. in postremis quatuor foliis ita inscriptam: *Antiqui scriptoris libellus de speculo comburenti concavitatis parabolae.* Argumentum vero totius operis indicavit Scheibel in Einleitung zur mathematischen Bücherkenntnis, part. IX. pag. 268 sq. Montucla vero L. pag. 250. dubitat cum Borellio, ab Archimede profectum fuisse illud opusculum. Quia autem versio illa Gongavae obscura est, Orontius Finaeus theoriæ speculorum vstoriorum parabolicorum, (*parabolischer Brennspiegel*), secundum Apollonium, et confectionem illorum docuit in libello, admodum raro, et inscripto: *De speculo vstorio, ignem ad propositam distantiam generante, liber vnicus.* Ex quo duarum linearum semper adpropinquantium et nunquam concurrentium colligitur demonstratio. Orontio Finaeo, Delphinate, auctore. Lutetiae, ex officina Michael. Vascosani. 1551. 4. — Eiusdem libelli versio italica exstat in Finaei Operibus, Venet. 1581. 4. vid. Freytagii analesta pag. 339. vbi plures laudantur, qui de Finaeo egerunt, et Scheibel l. c. pag. 292. — Idem Scheibel V. C. l. mem.

pag. 269. ea, quae Fabricius de Archimede Maurolyci scripsit, ita corrigit: Maurolyci opus, quod primum Messanae 1672. fol. praeulo exierat, exceptis vno alteroue exemplari, in naufragio periisse; postea opera Borelli Panormi 1683. fol. recusum: at in hoc opere haud reperiri libellum Archim. de speculis comburentibus: sed opera exotica, s. externa, duobus foliis, exhibere tantum notitiam inuentorum Archimedis; in his subtítulo de speculis vstoriiis nihil praeter loca ex Galeno et Tzetza; eadem pauca loca cum nonnullis adnotationibus, tantum reperiri in Archimedis Operibus per Dau. Rinaltum, gr. et lat. Paris. 1615. fol. pag. 546. 547. Adde Montuclam I. pag. 251. et Iosephi Priesley historiam opticae artis, (Geschichte und gegenwärtiger Zustand der Optik, etc.) a Georgio Sim. Klügel in linguam germanicam conuersam, Lipsiae 1776. 4. pag. 9 et pag. 25 sq. a Klügelio adnotata, et pag. 171 sq. historiam illorum speculorum recentiorum. Idem Klügelius in Addendis pag. 551 sqq. quaedam notatu digna adtulit. adde §. XVI. de Archimede Maurolyci. *Harl.*

ff) Longis temporibus posteriorem Apollonium scribit Naudaeus, sed supparem Archimedi fuisse, patebit ex iis, quae dicam infra §. 17. *Fabris.* At Schmidt in diss. §. 7. obseruat primum, plures fuisse Apollonios, tum Apollonium Pergaeum vera aetate antecessisse Archimedi. *Harl.*

Adde *Bandurium* ad antiqq. Constantinopol. pag. 772. *Fabric.* — vid. infra p. 767. vol. II. veteris edit. *Lambecium*, qui praeter haec Procopii et Tzetzae loca laudat de nostro quoque *Agathiam* de imperio et rebus gestis Iustiniani imper. pag. 149 — 152. in corpore hist. Byzant. edit. Paris. et *Paull. Silentiarium* in carmine s. descriptione eiusdem templi Soph. part. I. vers. 134 — 140. edita gr. et lat. a Carolo du Fresne in corpore historiae Byzantinae Paris. 1670. fol. cum Io. Cinnami historia de rebus gestis imperatorum Ioannis et Manuelis Comnenorum: Kollarius ad pag. 405. notat, in cod. Vindob. non esse librum, sed exiguum libri mechanicorum Anthemii fragmentum, quatuor solum problematibus finitum. Primus vero e tribus Parisiens. bibl. reg. codd. et vno apographo Vindob. edidit cum gallica versione et notis criticis et II. capp. Observationum calci adiectis *Puteanus (du Puy)* in commentar. Acad. Paris. inscript. vol. XLII. Paris. 1786. pag. 392 — 451. (adde *Histoire de l'acad. des Inscri.* in eodem vol. pag. 72.) et sigillatim, huius sententiae:

*Fragment d'un ouvrage grec d'Anthemius sur des Paradoxes de Mécanique. Revu et corrigé sur quatre MSts, avec une Traduction Française et de notes. Par Mr. Dupuy, Secrétaire perpetuel de l'Academie Royale des I. et B. L. Paris. 1777. 4. Vatic. cod. V. L. aut apographum nancisci non potuit. Conf. censuram Kaesleri in bibl. philol. vol. II. (Göttingae 1780.) pag. 17 — 22. Götting. ephem. litter. supplem. 1779. pag. 403. et bibl. criticam Amstel. vol. II. part. II. pag. 126 — 129. In prooemio expositionis problematis II. quomodo efficiamus, ut ex spatio, quod non fit minus iactu sagittae, incendium exstat per radios solis, adfirmatur, (vt ait censor Batauus,) auctoritas historicorum, qui huius artificii facultatem Archimedi tribuerunt; et simul negatur, illud effici potuisse secundum antiquorum explicationem. Igitur Anthemius nouam ipse proponit; quae eiusmodi est, vt ostendatur, Archimedem ex tanto spatio naues Marcelli ad Syracusas incendiisse ope complurium speculorum planorum hexagonorum. Quam rationem, Anthemianae ignarus, postea denuo inuenit Buffonus (in Mem. de l'Acad. des scienc. 1747. vbi suum inuentum ad ea praestanda, quae de Archimede narrantur, explicuit.) In secundo Obis. du Puy capite primum doctrina Anthemii de speculis Archimedis comparatur cum descriptione Io. Tzetzae in Chil. II. 35. qui Anthemium non intellexit, omniaque turbauit. Tum comparatur Anthemii ratio cum explicatione Vitellonis, mathematici, saec. XIII. qui libros decem de re optica composuit<sup>83</sup>) et libri quinti propositione 65. ita retulit Anthemii sententiam, vt eam non recte describeret, et a tradita in hoc fragmento ratione rerumque natura aberraret. Kepplerus igitur et Cartesius Anthemii mechanismum non potuerunt ex Vitellone nosse. Kollarius l. c. aegre fert, ipso ignaro, apographum Vindobon. fuisse scriptum, adfirmatque, se et ea, quae a du Puy vitio vertuntur Lambecio ac Nesselio, iam pridem emendasse, et lubenter versionem suppeditaturum fuisse alienam. Tum ad pag. 411 sqq. ostendit Kollarius, Claudii *Ancantheri* versionem latinam in eodem codice non pertinere ad Anthemii fragmentum; sed esse versionem fragmenti opusculi cuiusdam arithmetici, ab anonymo quodam auctore scripti, quod in codice statim consequitur Anthemii fragmentum: Anthemiani autem fragmenti latinam versionem, a Spanagelio factam, in bibl. latere Vindobonensi, eiusque specimen praebet. Denique pag. 414.*

Z 2

in

gg) Vid. de hoc opere et auctore Heilbronner part. IX. pag. 277 — 280. Freytag in analect. litterar. pag. 976 — 980.

in alia nota de *Ancanthero*, medico et historico, exeunte saeculo XVI. vberius disputat. *Kollarus* in supplem. ad Lambecii commentar. alium illius fragmenti codic. ex codice Colbertino descriptum, et ex bibl. Hohendorfsiana in Caesaream illatum, p. 438 sqq. copiose describit. — *Anthemii* cod. de speculis vitoriis, est quoque *Londini* in cod. Galei, nr. 6070. teste Bernardo pag. 185. Adde ad sect. XIV. de speculis vitoriis adnotata. *Hartl.*

## XII. Scripta inedita Archimedis:

*De fractione circuli* <sup>hh)</sup>, arabice per Thebit. Labbe bibl. nou. MSS. pag. 251. [Apud *Casir.* pag. 384. de anguli rectilinei trisectione et proprietatibus.]

*Perspectiua*, arabice. Labbeus p. 259. *Fabric.* *Scheibel* l. m. p. 270. suspicatur, perspectiuam Archimedis fuisse opticam, aut opus, ab Apuleio in praecedenti paragrapho memoratum, et part. X. sect. I. vbi chronologico-mathematicam bibliographiam artis perspectivae diligenter concinnavit, pag. 408. de lite, num veteres, praecipue pictores ac sculptores, ante Christum natum perspectiuam attem nouerint atque exercuerint, nec ne? paucis agit, librosque, huc pertinentes, indicat; p. autem 409. existimat, Perspectiuam Euclidis atque Archimedis proprie nihil aliud esse, quam opticam artem, quoniam omnes doctrinae opticae olim nomine perspectivae fuissent comprehensae. — *Klängel* ad Priffleyi librum part. I. sect. 5. pag. 75 sqq. duce Lamberto, consecit historiam perspectivae, et in addendis pag. 565. quaedam suppleuit. *Hartl.*

Archimedis elementa mathematica hebraice MSta exstare in bibl. Vaticana, testatur *Bar-Ioloccius* tom. I. bibl. Rabbinicae pag. 484.

Opera geometrica Archimedis in compendium redacta per Albettam. Labbe bibl. nou. MSS. pag. 256.

[Liber περί ἰσοπεριμέτρων. *Sturm.* epist. ad Aschanum, edit. Ackeri pag. 64. *Heum.*]

## XIII. Scripta Archimedis deperdita:

*Ἀρχαί* ad Zenippum. Meminit ipse in *Psammita* pag. 120. et 153 sq. edit. Basil. Confer *Wallisium* pag. 148. ad Pappi fragmentum et ad Archimedem pag. 166.

Τὰ ἐπιστάδια καὶ ἑστρω-βιβλία  
 Ἐξ ἑνὸς Ἡρώου, Ἀρτέμιου καὶ πᾶς μηχανογράφου  
 Τὰ ὄργανά <sup>ii)</sup> τε ἕξωθεν καὶ τὰ πνευματικά τε  
 Βραχελὰ τε οὐρανία καὶ θαλάσσιον ὄργανον.

*Iohann.*

*M. Klängel* ad Priffley l. c. pag. 25. vertit *con der Beschreibung des Kreises*. *Scheibel* in Einleitung etc. part. IX. pag. 270. opinatur, fuisse libellum geometricum. *Hartl.*

i) Apud doct. J. Vossium pag. 283. de scientiis mathematicis hoc verbum redditur *quae clepsydri acies horas mittit*. Sed videtur respici p. tuis, quae Archimedes docuit de superficie et

pondere, quae in libris *ἑξωθέν*. [vid. *Mongit.* pag. 82. vbi ex Bianco plura, quae perisse dicuntur, Archimedis scripta recent. diuinitique variorum V. D. de quibusdam iudicia adfert. Commentaria vero in Homerum non habent nostrum mathematicum, ut quidam putarunt. auctorem, sed Archimedem, grammaticum Trallianum. vid. supra, vol. I. pag. 506. *Hartl.*]



*Johann. Tzetzes* Chil. XIII. hist. 457. Idem Chil. II. hist. 35.

Βαρουλκὸν Πνευματικὴν τὰς ὑδροσκοπικὰς τε

Καὶ τὰτα δὲ τῷ γέροντος τῶν βιβλίων Ἀρχιμήδου.

[*Liber datorum* apud *Casir.* l. c. pag. 384.]

Ἐφῶδιον, in quod scripsit Theodosius, Tripolites, teste Suida, in Θεοδός.

Περὶ ζυγῶν. *Pappus* lib. VIII. collect. problemat. 6. proposit. 10. pag. 461.

*Μηχανικά* sua memorat ipse *Archimedes* de quadratura parabolae propof. 6. δέδεικται τῆτο ἐν τοῖς μηχανικαῖς. Nisi intellexit libros de [P] planis aequiponderantibus <sup>ab</sup>). Confer *Vossium* de scientiis mathematic. cap. 48. §. 5. pag. 288. quo in loco contradicit sibi ipse vir doctissimus. *Vitruvius* praefat. libri VII. Non minus de machinationibus (scripserunt) *Dia-des*, *Archytas*, *Archimedes*, *Ctesibius*, *Nymphodorus*, *Philo Byzantius*, *Diphilus*, *Charidas*, *Polyidus*, *Phyrgus* (an *Sporus*?) *Ageffistratus*. Porro viderit Suidas, [et *Eudocia* pag. 74.] qui *mechanica* tribuit *Archimedi* *Tralliano*, philosopho, siue grammatico, qui in *Homerum* commentarium ediderat. At locus *Plutarchi* in *Marcello* pag. 307. non negat, *Archimedem*, *Syracusanum*, aliquid scripsisse *mechanici* argumenti, quo principia illius artis et fundamenta uniuerse tradiderit; sed tantum negat, eum scripto exposuisse rationem admirandarum illerum machinarum, quas ipse diuino suo ingenio est commentus, quoniam illa veluti parerga quaedam duntaxat habuisset ludentis geometriae, vt ait idem *Plutarchus* pag. 305.

Περὶ σφαιροποιίας, quem solum librum mechanicum ab *Archimede* compositum adfirmavit *Carpus* apud *Pappum* prooemio libri VIII.

[*Observationum coelestium* *Archimedis* meminit *Ptolemaeus* in *Almagesto* lib. III. cap. 2.]

*Librum de septangulo in circulo* memorat *Abulpharaius* pag. 42. vbi addit, rem parum profecto credibilem, Romanos e libris eius, quindecim gestamina combussisse: [nec non in *Casiri* bibl. arab. hispan. pag. 383.]

*Conica*, quorum meminit *Archimedes* ipse libro de quadratura parabolae et lib. I. de conoidibus et sphaeroidibus. Et *Heraclides* apud *Eutocium* existimauit, *Apollonium*, *Pergaeum*, *Conica* ex *Archimedis* opere, quod ineditum accepit, descripsisse, et pro suis edidisse. Sed iniuriam fieri *Apollonio*, idem *Eutocius* notat: Nam et *Archimedes* multis in locis velut antiquioris *Conicorum* institutionis mentionem facere videtur, et *Apollonius* ea scribit, non vt a se ipso inuento: non enim dixisset vberius et uniuersalius haec a se, quam ab aliis tractata fuisse. Confer [infra ad §. XVII.] *Vossium* pag. 434. de scientiis mathematicis.

*Macrobii* II. 3. in somnium *Scip.* Et *Archimedes* quidem stadorum numerumprehendisse se credidit, quibus a „terrae superficie luna distaret, et a luna *Mercurius*, a *Mercurio* *Venus*, *Sol* a *Venere*, *Mars* a *Sole*, a *Marte* *Iupiter*, *Saturnus* a *Ioue*. Sed et a

L 3

„*Saturni*

ab) Arabs apud *Casirium* pag. 384. nominat inter scripta *Archimedis* librum de instrumentis hy-

draulicis, vbi de cochleis, ad aquas exhauriendas idoneis. *Hartl.*

„Saturni orbe vsque ad ipsum stelliferum coelum omne spatium se ratione emensum putavit.“ Confer eundem lib. I. cap. 19.

XIV. *Heraclidem* <sup>ll)</sup> (Lembum forte; confer *Ionsum* pag. 171.) in *Archimedis vita* laudat Eutocius prooemio in lib. de circuli dimensione et commentario in Apollonium.

Archimedis scripta quaedam ante Eutocium illustrauerant *Dionysodorus* Eutocio memoratus, et, cuius iam e Suida memini, *Theodosius Tripolites*. [P]

Dialecto vsus est Archimedes dorica, vtpote Syracusanus, quod videre est etiamnum in *Ψαμμίτη* et plerisque aliis eius scriptis: quod vero in libro de circuli dimensione et in libris de sphaera ac cylindro exigua dorismi vestigia supersunt; id librariis potius, qui hos libros frequentius descripserunt, tribuerim, quam Eutocio vel eius praeceptoris Isidoro Milesio, mechanico, quibus hoc adscribit vir incomparabilis Ioh. Wallisius. Sane *Eutocius* ipse in lib. H. de sphaera ac cylindro pag. 30. edit. Basil. summo se studio vetera Archimedis exemplaria indagasse testatus, disertis verbis queritur, se vix ea potuisse consequi, quae ἐν μέρει τὴν Ἀρχιμήδει Φίλην δωρίδα γλῶσσαν ἀπέσωζον, quae vel ex parte doricam dialectum conseruassent, qua Archimedes delectatur. Porro in constructionibus ac demonstrationibus suis Archimedes brevis est ac succinctus, qui passim supplenda quaedam ac subintelligenda relinquit lectori: non enim tradit elementa, vt Euclides, qui perspicue et particulatim omnia designat; sed tradita adeoque iam intellecta praesumit ac supponit, vt eidem Wallisio obseruatum.

XV. Iuvat hic etiam recensere Archimedis inuenta <sup>mm)</sup>, machinas, variaque opera admiranda, quibus non minorem ingenii et scientiae laudem, quam scriptis compositis promeruit, et propter illa a Cardano lib. XVI. de subtilitate p. 802. inter viros duodecim, quos ex omni memoria ingeniosissimos selegit, primo loco ponitur. [conf. Mongitorem, *Heilbronner*, in primis *Montuclam* II. cit. de iis copiose differentes. Io. Isaac Berghaus *Geschichte der Schifffahrtskunde* etc. Lips. 1792. 8. tom. I. pag. 334. et quos ibi laudat.] Fuerunt autem haec:

MACHINAE BELLICAE, sambuca, helix, tollenones, catapultae, aliaeque, quibus patriam Syracusas vnus triennium sollertissime defendit aduersus Marcelli et Appii, ducum romanorum, impetus, et propter quas dictus est πολυμήχανος, ἐκατόγχις et geometricus Briareus, describuntur a *Polybio* in excerptis libri VIII. pag. 718 sq. [tom. III. p. 14. edit. Schweighäuseri, f. tom. II. pag. 103 sq. edit. Ernest.] vbi de Sambuca, *Liuius* XXIV. 34. *Plutarchus* in vita Marcelli pag. 306 sq. *Athenaeo* V. pag. 208. Confer *Silium Italicum* XIV. 342 sq. *Suidam* in *Σκοπέδισα*, *Zonaram*, etc. *Oribasium* libro de Machinamentis cap. 6. 24. etc. *Tzetzen* Chil. II. hist. 35. *Proclum* II. in primum Euclidis pag. 12. Scriptorem graecum de obsidione toleranda et repellenda pag. 319. 326 sqq. in veteribus mathematicis, Paris. in

ll) Meminit commentariorum per Heraclidem ad Dositheum a se missorum Archimedes in limine libri de lineis spiralibus.

mm) Pleraque Archimedis inuenta celebrat

*Vincentius Auria* in libro: *Sicilia inuentrix*, italice edita, cum obseruat. *Antonini Mongitoris*, Panormitani, Panormi, 1704. 4.

in fol. editis, *Bessonum* in theatro instrumentorum, *Petrum Ramum* in libro I. scholar. mathemat. E recentioribus *Magium* II. 10. Misc. *Schefferum* de militia nauali II. 5. III. 3. pag. 193 sq. et *Ex. Spanhemium* ad Orat. I. Iuliani pag. 201. *Riuallum* ad Archimedes pag. 544 sq. — [De *Helice* vid. *Berghaus* Geschichte der Schiffarthskunde etc. tom. II. pag. 76 et 698 sqq. *Harl.*]

Tormenta, qualibus hodie utimur, ab Archimede reperta esse, praeter rem scripsere *Franciscus Petrarca* et *Robertus Valturius*, confutati ab *Hieron. Magio* lib. I. cap. 1. Misc.

SPECVLA <sup>nm</sup>) VSTORIA, quibus Romanorum conflagrarunt [¶] naues. Ea fabulis adscribunt *Magius*, *Kepplerus*, *Naudaeus*, *Cartesius*, *Ioh. Dan. Maior* cap. 13. genii errantis, et alii perinde ut *Herculis speculum*, in quo naues, longissimo distantes spatio, liceret contemplari. vid. *Bailii Lex.* in *Hercule* not. D. — — [*Montucla* I. c. pag. 245 — 248. in utramque partem disputans, argumentis eorum tum qui negant factum, tum qui id defendunt, expositis, secundum nullum dirimit litem. adde *Deschales* in cursu mathem. vol. III. p. 722. *Georg. Paschium* in inuentis nou-antiquis, pag. 750. *Martin Knutzen* Abhandlung von den Brennspiegeln des Archimedes. Regiomont. 1747. 4. — Dubitat quoque *Klügel* in nota ad *Priestley* hist. optices pag. 9. at, si *Archimedes* speculis combusserit Roman. naues, id factum fuisse contendit ope permultorum speculorum planorum, memoratque ex *Mem. acad. Paris. doctrinarum* ann. 1746. *Buffonum* ope 400 speculorum planorum in distantia 140 pedum plumbum et stannum liquefecisse, et in maiore distantiae spatio iis combussisse lignum. *Harl.*] — Speculis simpliciter parabolicis hoc non potuisse *Archimedes* efficere, *Thom. Bartholin.* sub praesidio *Erici Olai*, in disquisitionibus ex vniuersa mathesi, *Hafniae* 1636. 4. quaest. 7. adfirmat. De *Isaaci Newtoni* speculo sextuplici, in vnum focum reflectente, vid. *Derham* astrotheologiam, p. 166. m. edit. *Fabric.* — [*Brydone* in itinere per Siciliam et Maltam tom. I. pag. 243. vers. german. late disserit de situ loci, vbi *Archimedes* cremasse dicitur Romanorum naues, et turrim, de qua id fecisse fertur *Archimedes*, adhuc monstrari ait, denique suspicatur, si historia vera est, id vel per specula plana, (*Spiegelgläser*) aut plana eaque valde lucida metalla (*sehr helle metallene Platten*,) fuisse effectum. conf. *Klügel* l. c. pag. 561 sq. — *L. Dutens* in opusculo, *du miroir ardent d'Archimede*, *Paris.* 1775. 8. narrationem de illa stupenda *Archimedis* arte speculisque vstoriis esse veram contendit, et ex cod. msto regio *Anthemii*, (de quo eiusque libro inedito supra iam egi) locum, in quo structuram sui speculi descripsit, gallice conuersum dedit. *Harl.* — Equidem *Polybius*, *Liuius* et *Plutarchus*, vbi de *Archimede* loquuntur, nullam speculorum mentionem faciunt. *Diodori Siculi* historia et *Dionysii Halic.* circa tempora *Archimedis* est manca. *Lucianus* adfirmat sane, *Archimedes* τὰς τῶν πολεμίων τεχνεῖς καταφλέξαι τῇ τέχνῃ, in *Hippia* tom. II. cap. 2. pag. 742. [tom. III. pag. 67. edit. *Reitz.* vbi vid. *Moyf. du Soul.*] Sed speculis vstoriis hoc fecisse, non addit. Neque apud *Galenum* lib. III. de temperamentis tom. I. edit. *Basil.* pag. 81. necesse est, vocabulum πυρίων de speculis, (vt facit *Riuallus* pag. 546. *Alphonfus*

<sup>nm</sup>) *Francisci Salasia* Speculum *Archimedis*, in quo reflexis radiis solaribus illustrium disquisitionum moralium *R. P. Fr. Vincentii Candidi* — — omnes casus conscientiae practicabiles sum-

marie digesti resoluuntur. *Messanae* 1655. 4. est opus morale. vid. *Mongitor.* *Bibl. Sicul.* I. p. 238. *Harl.*

phofus Pandulphus in libro de fine mundi pag. 73 sq. et I. Georg. Liebnecht diff. de speculis causticis, Ienae 1704. 8.) interpretari: Ἔτω δὴ πᾶς, (nihil autem de speculis, sed de alia materia, flammam facile concipiente, praecellerat.) εἰμαὶ καὶ τὸν Ἀρχιμήδην Φασὶ διὰ τῶν πυρῶν ἐμπρῆσαι τὰς τῶν πολεμίων τρηγείας. Confer Dan. Furianum ad Theophrastum de igne pag. 178. Nic. Parthenium Giannetajum in Vere Herculano Neapoli. 1704. 8. lib. III. cap. 7. pag. 253 sqq. sed et Athanas. Kircherum in magna arte lucis et umbrae, libr. X. pag. 771 sqq. Isaac. Barrow tom. IV. Opp. pag. 127. Nec vobis hodie aëro mirabile est, catoptrices principia et leges mathematicae non ignorantibus, quo artificio magnus Archimedes romanas naues comburere potuit, nec a tot saeculis immobilem Vistam quomodo terram concutere potuisset. [adde Heilbromer pag. 262 sq. qui dissentientium partibus accedere videtur.] At Ioh. Tzetzes<sup>o</sup>) Chil. II. v. 119. diferte meminit de speculo hexagono, et reflexis in hoc per alia specula radiis:

Ἐξάγωνόν τι κάτοπτρον ἐτέκτην ὁ γέρον  
 Ἀπὸ δὲ διαστήματος συμμίτρε τᾶ κάτοπτρα  
 Μικρὰ τοιαῦτα κάτοπτρα θεῖς τετραπλᾶ γωνίας  
 Κινέμενα, λεπίστι τε καὶ τισὶ γυγγλυμίσι  
 Μίσον ἐκπνοῦ τέθεικεν ἀκτίνων τῶν Ἥλιος  
 Μισσημβριῆς καὶ θερμῆς καὶ χαμερνωτάτης  
 Ἀνακλωμένων δὲ λοιπὸν εἰς τῆτο τῶν ἀκτίνων  
 Ἐξᾶψις ἤρθη Φοβερὰ πυρώδης τὰς ὀκνάσι  
 Καὶ ταύτας ἐξετίφρασεν ἐκ μήκους τοξοβόλοι

Laudat ibi Tzetzes auctores huius rei Diodorum Siculum, Heronem, Philonem auum et nepotem μηχανογράφες, et Anthemium, Dionemque. Eustathius ad Odyss. λ'. 234. pag. 431. καὶ αἱ τῶν Ἀρχιμήδους δὲ καυστικῶν διὰ κατόπτρων ἀστραπῆν δηλῶνται ἐξ ἰστοριῶν.

Zonaras tom. I. pag. 424. Dionem eundem laudans auctorem: Eustathius ad Iliad. ε'. pag. 388. κατοπτρικὴν τινὰ ἐπίνοιαν μηχανησάμενος Ἀρχιμήδης μὴ ὁ σοφώτατος πολεμικὰς ἐνεπύρισε νῆας, ὡς οἶά τις κεραιβοβόλος. Sic et scholiastes Luciani tom. II. pag. 36. [tom. III. pag. 67. edit. Reitz.] Confer, quae infra libro quinto dixi in Proclo, quem similibus speculis vsum ferunt ad classem Gothorum accendendam. — [Klūgel vero ad Pristley I. c. pag. 10. not. animaduertit, de Proclo, mathematico et platonico philosopho, mortuo a. 485. id intelligi non posse, quum Vitaliani conamen classis Gothorum accendendae incidat in annum 514.] — Rogeri Baconi de speculi vstorii fabrica, liber obuius, in bibliothecis Angliae. vid. Oudin. tom. III. de scriptoribus ecclesiasticis pag. 194. — adde Oswaldi Krügeri, Prutheni, S. I. catoptrocaustica, Vilnae 1636. 4. — Io. Andreae Segneri de speculis Archimedis tentamen, Ienae 1732. 4. — — Andreae Gaertneri lib. von hölzernen Brennsiegeln, Dresdae 1715. 4. — Tschirnhausii speculum causticum vitreum, quod radios non reflectendo, vt metallica vel lignea, sed transmittendo in focum distantia XII. pedum vrit vehementissime, describitur in historia acad. doctrinarum, 1702. Journ. des Sav. 1705. pag. 986.

SPHAERA

o) Qui ἐκκυρτωσίαν τὰς ἀπὸ τῶν κατόπτρων geometriae ope fieri notauerat Chil. XI. 598.

SPHAERA VITREA <sup>rr)</sup>, qua miro artificio, ut postea Posidonius, lunae, solis et quinque errantium motus illigauit, teste *Cicerone* II. de natura deor. [cap. 34. vbi vid. *Dauis.*] pag. 379. edit. Lescaloperii, et I. tusc. quaest. pag. 193. edit. Camerarii cap. 25. Meminit et *Claudianus* <sup>qq)</sup> eleganti epigrammate pag. 257. edit. Heinsii, [XVIII. pag. 694. edit. *Burm.*] et *Sextus Empiricus* VIII. aduersus mathematicos pag. 329. [lib. IX. pag. 577. vbi vid. *Fabric.*] *Lactantius* II. 5. *Firminus* lib. V. pag. 77. *Marcianus Capella* lib. VI. pag. 191. *Herou.* spirital. pag. 199. *Ouidius* VI. fastor. v. 277. [C]

*Arce Syracosia suspensus in aëre clauso*  
Stat polus, immensi parua figura globi.

*Plutarchus* in Marcello inter instrumenta, ab Archimede inuenta, numerat *σπιρόδραξα καὶ σφαιρὰ καὶ γωνίαις*. *Cassiodor.* lib. I. variar. epistol. 45. vocat *paruam machinam, grauidam mundo, coelum gestabile, compendium rerum, speculum naturae ad speciem aetheris incredibili mobilitate volutatam*; adde *Kircheri* artem magneticam pag. 245 sq. 251. Similem machinam a Sinensi quodam philosopho circa a. Chr. 724. ex orichalco compositam, memorat *P. Gaubil*, Iesuita. vid. *Acta erud.* Lips. 1732. pag. 374.

ORGANVM MUSICVM HYDRAVLICVM. *Tertull.* de anima cap. 14. *Specta portentissimam Archimedis munificentiam, (qui hoc munus obtulisse videtur Hieroni,) organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagine, tot itinera vocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies tiliarum, et una moles erunt omnia. Sic et spiritus, qui illic de tormento aquae anhelat, non ideo separabitur in partes, quia per partes administratur, substantia quidem solidus, opera vero diuisus.* *Plinius* Organi hydraulici inuentionem tribuit *Ctesibio* VII. 36. hist. — Figuram eius ex *Vitruui* X. 13. et *Heronis* mente exhibet *J. Vossius* libro de viribus rhythmici pag. 99 sq. Confer *Optatiani Porphyrii* Panegyricum cap. 24 et 25. in editione *Velferi*. [*Montuclam* I. pag. 244 sq.] *Nos*, inquit *Pignorius* pag. 177. libro de senis, *huius generis organum Romae vidimus in Quirinali in hortis Pontificum, audiimusque non sine comitum admiratione, cum musicos modos variaret, nemine pleetra manu tangente.*

TRISPASTVS siue *Polypastus*, et alia instrumenta magnis oneribus tollendis apta. *Tzetzes* Chil. II. hist. 5. et Chil. III. v. 60 sq. *Oribasius* <sup>rr)</sup> libro de machinamentis cap. 4. et 26. quod est de *trispasto Apellidis siue Archimedis*. *Pappus* *Mathemat. collect.* lib. VIII. problemate 6. proposit. 10. pag. 460 sq. vbi quadragesimum hoc inuentum mechanicum *Archimedis* vocat, *datum pondus data potentia mouere.*

Huc spectat *Helice*, qua ingentem *Hieronis* nauem in mare protrudit. Vide *Athenacum* V. pag. 217. *Proclum* II. in primum *Euclidis* cap. 3. pag. 18. [*Vitruu.* X. cap. 4.] *Plutarchum* Marcello

pp) Ridicule pro fabula habet *Octavius Lancelotus* in libro, cui titulus, *farfalloni degli antichi storici*, cap. 44. pag. 101.

qq) *Claudianus* epigramma eleganter expressit *Io. Bapt. Marinus*, poetarum ita-  
lorum nobilissimus, in sua *Galeria* pag. 178. *Mirò quaggiù dal Cielo il sonno Giove* etc.

rr) Verba *Oribasii* graece e *MSto* codice regis Galliae producit *Riuallus* ad *Archimed.* p. 541 sq. — *Libra Archimedis*, *Cracouiae* 1644. *Valeriano* Magno *Capucino* data a *Tito Liuiio Barutino*, librando acri, aquis ponderandis.

Marcello pag. 306. ubi et dictum Archimedis ad Hieronem: *da mihi, ubi consistam, extra terram, et mouebo terram, πᾶ βῶ καὶ χαρίζωμι τὰν γᾶν κινήσω πᾶσαν.* [Sed *Montucla* I. pag. 243. adduci nequit ad id credendum.] *Tzetz.* II. Chil. v. 130. Confer, si placet, *Nicophorum* pag. 366. ad *Synefium*, *Paulum Casatum* de terra, machinis mota, Romae 1658. 4. et quae de machinis variis; ab Archimede excogitatis, disputat *Reu. D. Ioh. Andreas Schmidius* in exercitatione de Archimede (Ienae 1688. 4.) pag. 24 sq. Facit huc itidem *Iacobus Bessonus*, *Gallus*, in theatro instrumentorum et machinarum, et *Riualtus* ad Archimedem pag. 540. *Io. Wilkins*, episcopus Cestriensis, in Magiae mathematicae parte priore, quam *Archimedem* inscripsit. Meminit Helicis Archimedeae etiam *Eustathius* ad *Iliad.* μ'. pag. 866. et *Marinus* ad data *Euclidis*. Illam helicem eleganter describit *Nicolaus Parthenius Giannettasius*, poeta suauissimus, in extremo libri secundi *Nauticorum.* *Fabric.* — adde *Mongitor.* I. pag. 80. *Paulus Casatus* in disputat. mem. Archimedem, terrae motionem spondentem, ab arrogantiae suspicione vindicare sustinuit; in contrariam autem sententiam iuit *Sturmius*, Prof. quondam *Aldorfinus*, in *diff. de terra, machinis immobili.* *Aldorf.* 169r. *Harl.*

COCHLEA ad exhauriendas aquas, *Αἰγυπτιακῆ Κοχλῖαι*, quoniam in Aegypto ab Archimede inuentae sunt. [conf. *Mongitor.* pag. 80.] *Diodorus Siculus* lib. I. pag. 21. (30.) V. [P] pag. 217. *Athenaeus* V. pag. 208. *Casaubon.* pag. 64. b. ad *Strabonem*. Ratio cochleae eiusmodi exponitur a *Vitruuio* X. II. ne de recentioribus dicam, *Guido Vbaldo*, *Iosepho Ceredo*, aliis. Vide et *Riualtum* ad Archimedem pag. 537. [*Mongitor.* p. 80. a.]

NAVIS IMMENSA Hieronis, regis, viginti ordinibus remorum structa, in qua praeter complura spatiosissima conclauia, gymnasium, ambulationes, hortus, bibliotheca, balnea etc. *Athenaeus* V. pag. 206 sq. e *Moschione*, qui de illa naui singularem librum scripserat, *περὶ τῆς ὑπὸ Ἰέρωνος τῆ Συρακοῦσις κατασκευασθείσης νεῆς, ἧς ὁ Ἀρχιμήδης ἦν ὁ Γεωμέτρης ἐπόπτης* ss). Idem *Athenaeus* pag. 208. memorat Archimedis machinam *λεθολόγον*, quae saxum *τριτάλαντον* siue 300. librarum iaceret ac telum duodecim cubitorum vibraret.

DE LVCERNIS ex Archimedis officina, ipsis sibi nutrientibus incendium, vide si placet, quae e *Lactantio Ioh. a Chockier* in face historiarum part. I. cap. 20.

Non satis intelligo, quod apud *Plutarchum* lib. de non suauiter viuendo secundum Epicurum pag. 1093. legitur, *Ἀρχιμήδην ἀνευρέοντα τῇ γωνίᾳ τὸν διάμετρον τῆ ἡλῆς τῆλικῆτο τῆ μεγίστη κύκλου μέρος ἕσαν ἡλικὸν ἢ γωνία τῶν τεσσάρων ὀρθῶν.* [Sed vide *Scheibel* Einleitung etc. IX. pag. 270.]

INVENTVM, quo in corona<sup>tt)</sup> votiuia Hieronis, regis, Archimedes deprehendit furtum admissum ab artifice, qui argentum in auri vicem admiscuerat, describitur a *Vitruuio* IX. 3.

ss) Structuram huius nauis copiose describit aliaque adfert lectu digna, multosque laudat et veteres et recentiores de illa scriptores *Io. Jf. Birghaus* in: *Geschichte der Schiffahrtskunde* etc. vol. II. pag. 74 — 86. *Harl.*

tt) Vide *Riualtum* ad Archimedem pag. 534 sq. *Io. Baptistae Hodierna*, *Ragufani*, *Archimede* rediuidivo, con la stadera del momento, dove s'infegna il modo di scoprire le frodi nella falsificazione del oro, et dell'argento etc. *Panormi*

IX. 3. et Q. Rhemnio Palaemone, siue quisquis auctor poematis latini de mensuris ac ponderibus cap. vit. Memiait et *Patriarchus* libro, quod non suauiter possit viuī secundum Epicurum pag. 1094. et *Proclus* II. in primum Euclidis cap. 3. pag. 18. sed loco corrupto. Ita autem puto legenda *Procli* verba: Τὸ αὐτὸ καὶ Ἰέρωνα, (male *Περίωνα* excusum,) Φασὶν εἰπεῖν ἠνίκα τὸ σφῆρας μὴ λυθέντος ὃν κατεσκευάσεν τὴν ὀλίγην ἐκείνην ἀνεῦγεν τῶν συγκραθεῶν ὑλῶν. *Fabric.* Simile *Roberti Boylei.* Journ. des Sav. 1675. p. 246 sqq. *Philosoph. Transactions* nr. 115. pag. 329 sqq. conf. *Io. Georg. Leutmannum* in commentariis acad. Petropolit. tom. III. pag. 138 sqq. add. *Montuclani* I. pag. 241 sq. *Heilbronner* et *Chaufepié* l. c. *Harl.*

LOCVLVS ARCHIMEDIVS, de quo *Atilius Fortunatianus* in arte metrica pag. 2684. *Vett. Grammaticorum*, editorum ab *Elia Putschio*: Nam si locus ille *Archimedi* quatuordecim eboras lamellas, quarum anguli varii sunt, in quadratam formam inclusas habens, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam, modo sicam, alias columnam, alias nauem figurat, et innumerabiles efficit species, solebatque nobis pueris hic locus ad confirmandam memoriam plurimum prodesse: quanto maiorem potest nobis afferre voluptatem, quantoque (ita leg.) pleniorum utilitatem etc. *Victorinus* lib. III. orthographiae pag. 136. Ut ille locus esse *Archimedi* e quatuordecim crustis eburneis, nunc quadratis, nunc triangularis, nunc ex utraque specie varie si iuratis et velut quibusdam membris artis struendae causa compositus esse proditur. Nam ut in illo praescripto ac determinato crustarum numero, multiplici earundem variata specie nunc nauis, nunc gladii, nunc arbuscula et si quae alia figurantur etc. — [*Montucla* I. pag. 244 sq. optat, ut *Oedipus* illud aenigma, ab *Atilio* propositum, nec ingenio *Archimedis* dignum, soluat. *Harl.*] Confer *Ausonii* praefat. [¶] ad centonem nuptialem pag. 505 sq. edit. *Tollii*, et *Ennodium* epigrammate 133. de ostomatio eburneo.

[*Epistola supposititia.* vid. inter codd. e biblioth. *Parisi.* notatos.]

### XVI. Codd. mss̄ti et editiones *Archimedis.*

[*Codices MSS̄ti.* Ab *Heilbronnero* in historia matheos e *Montfauconii* bibliotheca bibliothecarum MSS̄torum passim indicantur: quibus aliorum notitiam aliaque adieci: paginae autem simpliciter et parentheseos signis notatae indicant loca in libro *Heilbronneriano.* — In biblioth. *Vaticana*, *Archimedes* de figuris, (pag. 540.) — Inter libros MSS̄. archiui *Basilicae S. Petri*, *Archimedis* quaedam. (pag. 547.) — In biblioth. *Laurentio medicea*: ego vero MSS̄tos citabo ex *Bandini* catal. MSS̄. graec. tom. II. pag. 14 sq. codicem membranac. IV. plut. 28. qui continet varia *Archimedis* opera et alia, recensere. Sunt igitur in illo, saeculo XIII. sine accentibus in mai. 4. exarato, et figuris geometricis instructo, de sphaera et cylindro libri II. de dimensione circuli liber; de figg. conoidibus et sphaeroidibus, liber vnus, qui in edit. *Franc. Maurolyci*, *Panormi* 1685. contra veterum edit. et codd. mss̄tr. fidem in duo diuiditur; de lineis spiralibus lib. in fine adiicitur scholion in XVIII. propositionem;

Λα 2

1644. 4. — Vitrum archimedeum inueniendae quantitati mixtorum metallorum descripsit *Emm. Schwenkenborg* in parte I. miscellan. obseruationum circa res naturales, *Lipsiac*, 1722. 8. p. 113.

— *Iac. Leupold* theatrum static. pag. 223. Solut id quoque inuentum *Franciscus a Schooten* in suis exercitationibus mathematicis, part. I.

nem; de planis aequiponderantibus, seu centris grauium planorum, libri II. Arenarius, siue de numero arenarum; de quadratura parabolae liber; *Eutocii* Afcalonitae, Ifidori Milefii mechanici discipuli, in Archimedis libros II. de sphaera et cylindro, ad Ammonium; in libr. de circuli dimensione, in libr. II. de planis aequiponderantibus ad Petrum quemdam. — Citatur *Archimedes* in florilegio sententiar. apud Baudin. I. pag. 253. — In biblioth. S. Marci Dominicanorum *Florentiae Archimedis* de rotundis pyramidibus; commentum *Ioannis de Chiis* in demonstrationes Archimedis; eiusdem de speculis, de dimensione circuli. — *Florentiae* in biblioth. S. Mariae cod. Archim. de sphaera; auctore *Israele Spachio* in nomenclatore scriptorum philosophicor. atque philologicorum etc. Argentinae 1598. 8. pag. 377. — In biblioth. *S. Marci Venetis*, iidem Archimedis libri et Eutocii commentarii, qui sunt in cod. Laurentiano. vid. catal. MSS. gr. Marc. pag. 144. cod. CCCV. Iidem libri *latine* versi sine interpretis nomine prostant in eadem biblioth. teste catal. codd. latin. pag. 140. cod. CCCXXVII. — In biblioth. *Ambros. Mediolan.* Archim. de numero arenae et de quadratura parabolae. (pag. 561.) — In biblioth. regia *Parisiensi*, teste catalogo, vol. II. pag. 488 sq. sunt in codd. MMCCCLIX. MMCCCLX. MMCCCLXI. MMCCCLXII. iidem libri Archimedis et Eutocii, qui in superioribus exstant codd. et in cod. MMCCCCXLVIII. est *Archimedis* supposititia ad Eratosthenem *epistola*, siue problema, alexandrinis versibus scriptum, de bobus soli sacris. — in eadem biblioth. inter codd. latinos, (vol. IV. pag. 327 sq.) cod. MMMMMMMCCXV. Archimedis libellus de aequiponderantibus; cod. MMMMMMMCCXX et MMMMMMMCCXXI. plura Archimedis et Eutocii in illum scripta; atque cod. MMMMMMMCCCLXV. *Archim.* libellus, de circuli dimensione, *Maurlyco* interprete. — In biblioth. *Taurinensi*, inter codd. latinos (catal. pag. 306.) cod. MXXXVI. tractatus *Archimedis* (sic) de mensura circuli, cui subiicitur Leonardi, Cremonensis, commentarius. — In biblioth. *Colbertina* Eutocii in Archimedes, et Archimedes de ponderibus, (p. 576. 577.) — In biblioth. abbatiae *S. Petri de Selincurte*, dioec. Ambianensis, *Archimedis* et Eutocii Opp. (pag. 581.) — In biblioth. abbat. *S. Remigii*, Rhemensis, Archim. Opp. (pag. 582.) — In biblioth. *Bodleiana*, Archimedes de figuris et curuis superficiebus. Archim. de sphaera cum Euclidis datis aliisque in libro dicto, *tractatus medii*, arabice per *Zin Eddin Abhari*; iidem arabice, per *Nassirudin Tusaerm* — — Archim. de mensura circuli, arabice. — id. de quadratura circuli; id. de curuis superficiebus cum commentario Io. Tinecaue. — Arch. de circuli dimensione, nec non eiu dem Opp. et Apollonii conica, cum notis H. Sauii. graece. (pag. 604. 610. 612. 617. 620.) — In biblioth. *Contabrig.* Archim. de quadratura circuli. (pag. 630.) adde infra in synopsi Bernardina. — In biblioth. *Escorialian.* (*Plüer* in itiner. per Hispan. pag. 157.) Archim. Opp. cum comment. Eutocii; iterum eadem sine commentario. — *Noribergae* in biblioth. publ. seruat. cod. qui continet Archimedis Opera, (vide cel. *de Mur* memorabilia biblioth. publicar. Noribergens. part. I. pag. 50.) quae haud diuersa videntur ab iis, quae Pirkheymerus Roma transmissa accepit. Nam *Bilibaldus Pirkheymerus* acceperat cod. gr. et Io. Regiomontanus Romae nactus est Archim. Opp. *latina* in gratiam Nicolai V. pontificis a *Iacobó Cremonensi* versa.

Ex his msstis, ut ad *editiones* progrediar, princeps graeca prodiit huius sententiae:

*Alexandris* — *Archimedis, Syracusani, philosophi ac geometrae excellentissimi Opera, quae quidem exstant, omnia, multis iam saeculis desiderata, atque a quam paucissimis hactenus visa,*



*visa, nunquam primum et graece et latine in lucem edita. Quorum catalogum versa pagina reperies. Adiecta quoque sunt Eutocii Ascalonitae in eisdem Archimedis libros commentaria, item graece et latine, nunquam antea excusa. Basileae Io. Heruagius excudi fecit. An. MDXLIIII. (1544.) fol. <sup>uu</sup>*)

Curauit hanc editionem *Thomas Geschauff, cognomento Venatorius*. Exemplar cum notis msstis Ed. Bernardi est in biblioth. Bodleiana. vid. catalogum b-iblioth. illius pag. 64. Plura disputaui de hac editione rara in *Introduct. in histor. L. Gr. I. pag. 548 sq.* et diligenter descripsit illam *Clement* in *biblioth. histor. et critique tom. II. pag. 6 sq. not.* Sed *Arch. opp.* antea *latine* versa iam lucem viderant, quorum editio paucis quidem cognita, ab eodem tamen *Clement* indicata est:

*Opera Archimedis Syracusani per Nicolaum Tartaleam, Brixianum. Venetiis. 1543. 4.* Quatuor tantum continet opuscula.

Ab *Io. Aurispa*, Siculo, saec. XV. Archimedis opera fuisse translata, prodit *Gesnerus*: sed *Mongitor. Bibl. Sic. I. pag. 323.* nil certi dicere potuit.

Opera nonnulla *Archimedis* a *Fed. Commandino* in latinum conuersa et commentariis illustrata, scil. circuli diuensio, de lineis spiraliibus, quadratura parabolae, de conoidibus et sphaeroidibus, de arenae numero. Venetiis 1558. fol. apud Paul. Manut.

Vid. *Giornale de Letterati tom. XIX. pag. 162.* et *cat. bibl. Bodlei. l. c.* cum primis *cat. Bunau. I. pag. 142.* — Addita quoque sunt *Eutocii opera* a *Commandino* latine versa. (vid. *biblioth. Barberin. I. pag. 65.*) In Serie dell' Edizioni Aldini (Patau. 1790. pag. 107.) ita citantur tamquam duo diuersi libri: nr. 7. *Archimedis opera nonnulla ex versione Federici Commandini. Venet. 1558. apud Aldi filios, fol.* — nr. 8. *Commentaria in nonnulla Archimedis opera, Venetiis 1558. Paul. Manutius. fol.* Atqui sunt reuera II. tomi. vid. *Freytag. analecta litter. pag. 33 sq.* et *Goetz. memorabil. bibl. Dresdens. II. pag. 245.* vbi quoque principem is graecam recenset edit.

*Arch. Opp. lat. cum comment. Nic. Tartaleae, Brixiani Venet. 1565. 4.* — De *Tartalea* siue *Tartaglia* vid. *Montuclam II. pag. 462 sq.*

De iis, quae vehuntur in aqua, lat. et cum commentariis per *Fed. Commandinum*. Bononiae. 1565. 4. vid. *Niceronii Nachrichten von berühmten Gelehrten. tom. VII. verß. Baumgarten. pag. 53.* vbi vita *Commandini* enarratur.

De insidentibus aquae, libri duo. Venetiis. 1565. 4. cat. bibl. Barber. l. c.

A a 3

*Archimedis*

uu) De hac editione *Fabricius* notauit, quae sequuntur: „Hanc editionem *Riualtiana*, de qua mox dicam, potiore[m] habet *Ioh. Wallisius*. Quamquam enim, inquit, *Riualtus* illam in leuioribus quibusdam emendauit, vbi tamen erat odus, vindice dignus, nihil est molitus. Quaeque mutauit, id fecisse videtur non auctoritate codicis alicuius, fide dignioris, sed ex coniectura sua, eaque non in omnibus, ne quid grauius di-

cam, satis felici. *Heruagius* autem cum videatur etiam ea loca, quae manifesto erant deprauata, ita edidisse, vt in *MSto* codice reperta fuerant, nobis integrum reliquit per veri, quae supersunt, vestigia nostras etiam coniecturas interponere absque *ταράχης* *καυτος* prauidicio. Meminit tamen *Riualtus* codicis, quo vsum se profitetur *MSti*, et ex *Riualto* ipse in notis ad *Psammitem* *Wallisius*.“

*Archimedis Opera, quae exstant, gr. et lat. nouis demonstrationibus comm. utriusque illustrata, per Dauidem Riualtum a Flurantia, Coenomanum. Paris. apud Claudium Morelium 1615. fol.*

Archim. vita, a Riualtio scripta, est praefixa, adiuncti autem *Eutocii* commentarii. vide de hac perrara editione *Clement. loco cit. p. 7. not.* — In catal. bibl. Barberinae I. p. 65. illa editio a. 1625. signata est: num igitur repetita sit editio, an typhotheta in anni nota erraverit, equidem nescio. — *Fabricius* vero adnotauit, *Riualti* editionem reusam esse ex noua recensione *Claudii Richardi*, Profess. regii in academia Matritensi. Paris. 1646. fol.

*Archim. opera* aliquot lat. (pag. 92 sqq.) cum supplemento (pag. 165.) latine, in *Morri Mersenni* synopsis mathematica, Paris. 1644. 4. Nouam Archim. editionem molitus erat *Edmund. Halley*. vid. Journ. des Sav. 1709. Ianuar. pag. 177. — — *Boëthii* interpretatio a *Cassiodoro* lib. I. var. epist. 45. memorata, pridem intercidit. — In praesenti noua editio *Archimedis*, a *Torellio*, Italo, adornata, sub praelo adhuc sudat Oxonii in offic. Clarendon. Textus quidem iam ab aliquo tempore exiit praelo; etiam notae, venuste impressae: sed opus nondum absolutum est. *Robertson*, lector matheleos, curam gerit. *Hart.*]

[Inscribitur editio, quae modo prodiit: *Archimedis quae supersunt omnia cum Eutocii Ascalonitae commentariis, ex recensione Iosephi Torelli, Veronensis cum noua versione latina. Accedunt Lectiones variantes ex Cod. Mediceo et Parisiensibus. Oxonii et typogr. Clarend. 1793. fol. Beck.*]

*Archimedis opera* illustrata a *Francisco Maurolyco*, nobili Siculo [P] et Abbate Messanensi, post mortem eius excusa sunt Messanae 1672. fol. <sup>vv</sup>) cura *Ioh. Alphonfi Borelli*: et quum editionis illius, nondum ad umbilicum perductae, exempla pleraque naufragio periissent, recusa Panormi ann. 1685. fol. apud Cyllenium Hesperium. In hac editione *Arenarius Archimedis* et *περὶ ἔχθμενων* latine exhibentur integri e versione *Commandini*, reliqua vero scripta e traditione *Maurolyci*, qui omisit, addidit, interpolauit pleraque <sup>ww</sup>) pro libitu, prout ipse argumenta, ab *Archimede* tractata, quam optime ac plenissime clarissimeque explicari posse existimaret. Denique subiiciuntur externa, aliunde scilicet adscita et adiuncta: *Archimedis* liber *περὶ ἰσοπεριμέτρων*, siue de figuris aequalis ambitus, auctore *Theone*, Alexandrino, tum liber de speculis vstoriiis, quem *Claudio Ptolemaeo*, non *Archimedi* ab aliis tribui dixi, nec non e variis scriptoribus collecta notitia de *Archimedis* corona, cochlea, helice, trispasto, de inuentis aduersus *Marcelli* et *Appii* machinas, de machinis aere et aqua mouentibus, de confectione sphaerae materialis etc.

*Germanice* *Archimedis* scripta transtulit et illustrauit mathematicus et physicus doctissimus *Ioh. Christophorus Sturm*, Altdorfinae academiae quondam <sup>xx</sup>) decus. Norimbergae apud *Paulum Furstium* 1670. fol.

[Eodem

<sup>vv</sup>) Conf. Bibl. universelle tom. V. pag. 348. *Roberti Huntingtoni* epistolas pag. 97. Compleat library a. 1693. Mai. pag. 263. Journ. des Savans a. 1692. p. 521. *Fabric.* — vide notam ad §. XI. Inscriptio libri rarissimi (*Clement* ait pag. 7 de la dernière rarité,) est: *Admiranda Archimedis, Syracusani, monumenta mathematica, ex tra-*

*ditione Francisci Maurolyci. Messanae. 1672. fol. Hart.*

<sup>ww</sup>) Vide *Acta* erudit. ann. 1687. pag. 544 sq. [*Clement* II. pag. 7 sq. *Tenzel. curieuse Biblioth.* 1705. pag. 316.]

<sup>xx</sup>) Diem obiit supremum ann. 1703. 26. Dec.

[Eodem anno *Sturmium* edidisse Archimedis Opera latine versa praeter opusculum de insidentibus humido, prodit cl. *Willius* in Nürnbergischen Gelehrten-Lexicon tom. III. pag. 805. vbi quoque memorat eiusdem Sturmii versionem *arenarii* germanicam:

*Archimedis arenarium, oder Sandrechnung, aus dem Griechischen in das Deutsche übersetzt und mit Anmerkungen erläutert. Nürnberg. 1667. fol.*

Trattato delle cose, che stanno sul liquido, interprete *Guid. Grando*, in Raccolta d' Autori de Moto dell' Acque. Florent. 1723. 4. tom. I. pag. 1. vid. catal. Bunau. I. pag. 142. et *Paitionium* in bibl. degli autori antichi etc. I. pag. 88. — Arabes quoque verterunt Archimedis opera, aut in illa commentati sunt. vid. *Casiri* bibl. arab.-hispan. I. pag. 384. — De libro geometrico et msto arabico *Tahrir per Nassireddin Al Thouffi*, in quo Archimedis theoremata, de sphaera et cylindro aliaque, vid. *Herbelot* biblioth. orientale pag. 845 sq. — id. pag. 963. *Ketab Archimedes*, opus Archim. mathematicum, e graeco arabice versum: — pag. 963. versio arabica linearum parallelarum: et alia alibi. vid. ad Herbeloti opus, indicem voc. Archimedes, et Montuclam II. 337 sqq. et passim. *Harl.*]

Opera Archimedis, Apollonii Pergaei Conica et Sphaerica *Theodosii Tripolitae* illustrata et succincte demonstrata per *Isaacum Barrow*. Lond. 1675. 4. et inter Opera. fol. — Exstat et *Marini Ghetaldi* Archimedes promotus. Romae 1603. 4. vid. Journ. des Savans 1675. p. 263. philosophical transactions nr. 114. pag. 314.

*Andreae Taqueti* elementa geometrica et selecta ex Archimede theoremata, Antwerp. 1654. 8. et Cantabrigiae 1703. 8. ex recensione Guil. Whistonii.

[Wallisii edit. libell. de circuli dimensione et arenarii, iam supra indicatae sunt. Addi debent:

*The Arenarius of Archimedes* translated from the Greek. With notes and illustrations, to which is added the dissertation of Christopher Clavius on the same subject, from the Latin. Londini 1784. 8. cum praefatione *G. Anderson*. vid. quae scripsi in Introduct. in hist. L. Gr. I. pag. 550.

A variis varia ratione exposita sunt aut illustrata Archimedis opera placitaue: atque in superioribus paragraphis plurium iam sunt commemorata scripta et pericula. A *Fabricio* adscripta sunt margini:

*Io. Kepleri* Stereometriae archimedeae supplementum. Linciae 1615. fol.

*Bernardi Lamy* noua elementa geometriae, gallice, in quibus compendium Euclidis et praecipuae Archimedis propositiones, cum analysi. Paris. 1692. 8. Addantur

*Promotus Archimedes*, seu de variis corporum generibus, grauitate ac magnitudine comparatis, auctore *Marino Ghetaldo*, Patritio Ragusino, Romae apud Al. Zannettum. 1603.

*Io. Wilhelmi Christiani*, Kiloniensis, commentatio, qua explicantur fundamenta calculi, quem ab infinito nominamus, et ostenditur, quomodo iis, quae tradiderunt *Euclides*, *Archimedes*, *Apollonius Pergaeus* innitatur calculus infiniti. Gottingae 1792. 4.

Alia cumprimis ex *Milliet* et *Vossio* laudauit *Mongitor* l. c. pag. 83. *Harl.*]

[Inserendus est *Moschion*, Syracusanus, sub Hierone II. Syracusarum rege, qui librum de admiranda Hieronis Syracusarum regis naue scripsit. *Athenaeus* V. cap. 9. pag. 206. vid. *Mongitor*. bibl. Sic. tom. II. pag. 82. *Harl.*]

XVII. Archimedi merito iungimus APOLLONIVM, a patria, Perga, Pamphyliæ ciuitate, dictum *Pergaeum*, quem Euclidis <sup>yy)</sup> discipulis longo tempore operam dedisse Alexandriae scribit *Pappus* lib. VII. pag. 251. et sub Ptolemaeo Euergete, (primo <sup>zz)</sup> ut adparet,) vixisse notat *Heraclides* <sup>aaa)</sup>, in Archimedis vita laudatus ab Eutocio. [*Saxius* in *Onomast.* litter. tom. I. pag. 108. adligat eius aetatem a. O. C. 3759. Olymp. CXXXIII. 3. ante C. N. 244. V. C. 508.] Ipse quidem Pergami versatum se esse et Alexandriae testatur libro primo epistola ad Eudemum Pergamenum. Ἀπολλώνιος Εὐδήμῳ χράρειν. Εἰ τῷ σώματι εὐδίαγεις etc. Si et corpore vales, et aliae res ex animi tui sententia se habent, bene est: nos quidem satis bella habemus. Quo tempore tecum Pergami fui, animaduerti, [P] te cupidum esse intelligendi conica, quae a nobis scripta sunt. Itaque nisi ad te primum librum emendatum, reliquos deinceps missurus, cum animo ero tranquilliori: non enim arbitror te oblitum, quod a me accepisti, quid scilicet causae fuerit, cur ego haec scribere aggressus sim, rogatus a Naucræte, geometra, quo tempore Alexandriam veniens apud nos fuit, et cur nos cum ac illis octo libris egissemus, maiorem statim in his diligentiam non adhibuimus. Nam cum ipse Naucræter quam primum esset nauigaturus, nos ea non emendauimus, sed quaecumque sese nobis obtulerunt, conscripsimus, utpote qui ea postremo essemus percursuri: quamobrem nunc tempus nacti, ut quaeque emendamus, ita edimus. Et quoniam accidit, nonnullos alios ex iis, qui nobiscum fuerant, habuisse primum et secundum librum, antequam emendaretur, noli mirari, si in quaedam incidas, quae aliter se habent. Summis viris accensetur a *Vitruuio* libro et capite primo, cuius verba vide infra §. XX. fin. adducta. *Fabric.* — *Cartesius* minus benigne iudicat de Apollonio, (vid. *Bailet* vitam *Cartesii* tom. II. pag. 39 et 101.) sed magnificentius de eo sentit *Newton* in opusculis tom. I. atque *Montucla*. Iudicia de eo collegit *Thom. Blount* in censura etc. pag. 41—43. *Harl.* Excellentem in mathematicis habitum adsecutus iure a Pappo celebratur, et propter id ipsum, de quo iam dicturus sum, Conicorum opus, *magni Geometrae* <sup>bbb)</sup> nomine venit: teste *Gemino* in sexto de mathematicis praeciputionibus libro, apud Eutocium. — Licet tempora convenient: alius tamen videtur fuisse *Apollonius*, astronomus, (quamquam de Pergaeo nostro accipit *Halleius*;) de quo haec *Ptolemaeus Hephæstio* apud *Photium* cod. CXC. Ἀπολλώνιος δ' ἐν τοῖς τῷ Φιλοπάτορος χρένοις ἐπ' Ἀστρονομία περιβόητος γεγονός Ἐψιλὸν ἐκαλεῖτο, διότι τὸ σχῆμα τῷ Ε συμπεριφέρεται τῷ τῆς σελήνης, περὶ ἣν ἐκείνος μέλιττα ἠκρίβωτο. Miratur *Scaliger* in *Eusebium* pag. 117. quod figuram litterae epsilon cum luna conuenire scribit *Hephæstio*, quum tempore *Philopatoris*, qui a. 205. ante C. N. obiit, aliter solita fuerit exarari, nimirum tamquam τριῶδες πλόγιος siue *tridens reclinis in latus*, ut *Agatho* auctor est et *Theodectes* apud *Athenaeum* X. pag. 454. vel, ut *Euripidi* describitur, γραμμὴ εἰς ὀρθὴν μία, λόζα δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατ᾽εξηγηγμέναι, τρεῖς lineae, quae tres ab una parte transversas habet. Sane in antiquis monumentis graecae litterae epsilon et sigma lunae figuram vix referre obseruantur ante tempora *Domitiani*. Notauit haec post *Ezech. Spanhemium* scriptor anglus anti-

quitatum

yy) Auctor arab. philosophorum bibliothecae arabicae apud *Casir.* tom. I. bibliothecae arabico-hispan. p. 384. (vbi de Apollonio nostro agitur,) Apollonium, scribit, fuisse Euclide antiquiorem, quamuis *Pappus* et *Heraclides* illum hoc recentiorem esse tradiderint. *Harl.*

zz) Rebus praefuit ab Olymp. CXXXIII½, ad CXXXIX½. Euergetes regnare incepit a. ante C. N. 247. cui Olymp. CXXXIX. successit *Philopator* a. 222. ante C. N.

aaa) Male *Heraclius* in versione latina.

bbb) Vid. *Walfisi* opera tom. II. pag. 316 sqq.

quitatum Palmyrenarum, ann. 1696. adde *Io. Rhodius* de acia pag. 155. *Jac. Sponium* p. 132. miscell. *Laurent. Begerum* tom. I. thesauri Brandenburgici pag. 445. *Montfaucon* palaeogr. graeca pag. 152. 153. Itaque *Ptolemaeus Hephæstio*, fortasse morem suae aetatis respiciens, (vixit autem sub Traiano,) causam *Apolloniani* cognomeni ex ingenio suo effinxit. *Fabric.* — — Enimuero ex figura litterarum epsilon et sigma nullum argumentum duci potest, vtpote quum non solum ante Domitiani tempora, sed etiam ante Augusti aetatem, immo vero ante primum bellum punicum C lunatum et E rotundum fuisse vsurpata, ex marmoribus nummisque abunde probarint Princeps *de Torremusa* in: antiche Iscrizioni di Palermo pag. 237 sqq. 240. 264. *Candler* in inscription. antiq. Oxonii 1774. pag. 89. *Pacinudi* in Marmoribus Peloponnesiis, Romae 1761. vol. I. p. 53 sq. aliique, quos laudat *cl. Tilloisus* in Anecdotis gr. tom. II. qui pag. 157—171. copiose disputat de illarum aliarumque litterarum figura antiqua. Immo vero pag. 162. contendit, lunatam formam  $\tau\delta$  E esse omnium antiquissimam, quod ea occurrit in monumentis etruscis, obseruante *Gorio* in libro: Difesa dell' Alfabeto degli antichi Toscani, Florent. 1742. pag. 28. Etrusci autem characteres iis prorsus similes sunt, qui in antiquissimis obseruantur inscriptionibus graecis. vid. *Oliuerti* epistolam, insertam volumini primo Marmorum Peloponnes. pag. 80 sqq. adde *Pacinud.* eadem monum. Peloponnes. tom. II. pag. 255. Sic  $\Theta$  pro  $\epsilon$  a dextra ad sinistram scriptum est perpetuo in tabulis Eugubinis in: Saggio di lingua Etrusca et di altre antiche d'Italia, Romae 1789. 8. tom. III. pag. 674 sqq. adde passim in tomo I. varia exempla antiquissima et in tabula prima aeri incisa inter formas scriptionis variae apud Graecos perantiquos; item frequentia eiusdem figurae in tomo II. occurrunt exempla, Lunatam  $\tau\delta$  epsilon figuram esse antiquissimam, docuerunt quoque *Eckhel* in num. vet. pag. 97 et 117. et *Caetan. Marini* in: Iscrizioni antiche delle ville e de' palazzi Albani, Romae 1785. 4. pag. 175. Lubricum igitur est argumentum pro *Scaligeri* sententia et *Fabricii* suspitione de diuerso *Apollonio* ex figura  $\epsilon$  sumtum.

De *Apollonio Pergaeo* eiusque ingenio librisque plures egerunt:

*Vossius* de scientiis mathematicis cap. XVI. §. I. pag. 54 sq.

*Weidlers* in historia astronomiae pag. 139 sq.

*Bayle* in Diction. vol. I. h. v. p. 265 sq. in not. D. attingit crimen, *Apollonium* fuisse plagiarium, atque *Archimedis* scripta inuentaue compilasse et pro suis vendidisse. Eutocius quidem nomen *Apollonii* ab hac iniuria vindicauit; at illum male quidem causam perorasse, ostendit *Bayle*, et tamen plagii maculam, *Apollonio* iniustam, extinguit. Adde supra §. XIII. fin.

*Heilbronner* in hist. vniuersae mathes. pag. 272—278.

*Montucla* in Histoire des mathematiques, vol. I. p. 256—265. qui admirator est *Apollonii*, et de eius inuentis dogmatibusque praeclare sentit agitque: negat autem contra *Eutocium*, *Apollonium* sectionibus conicis primum dedisse id nomen. conf. tamen *cl. Scheibel* in Einleitung zur mathematischen Bücherkenntnis, part. III. pag. 228 sqq.

*Io. Frid. Weidler* scripsit schediasma, in quo *Apollonio Pergaeo* doctrinae curuarum promotae gloriam vindicat (n. a crimine *Heraclidis*, qui *Apollonium* furti reum fecit,) *Wittembergae*, 1715. 4. conf. *Acta eruditor.* Lips. 1715. pag. 327 sq. *Mem. de Trevoux* ann. 1717. pag. 1855. *Harl.*

XVIII. *Oſto ſcripſiſſe libros Conicorum*, (Κωνικῶν στοιχεῖα primos IV. libros reſpiciens vocat Eutocius ad Archimedis II. de ſphaera ac cylindro pag. 40.) ſiue *de ſectionibus* (") *Conicis*, in gratiam *Naueratis*, geometrae, ex verbis epistolae Apollonii ad *Eudemum* iam adductis patet <sup>ddd</sup>). Argumenta ſingulorum in eadem epistola hunc in modum proſequitur. *Ex oſto libris quatuor primi huius diſciplinæ continent elementa: quorum primus quidem complectitur generationes trium conicorum et earum, quae oppoſitae dicuntur; itemque principalia ipſarum accidentia, a nobis vberius et vniuerſalius, quam ab aliis, qui ea de re ſcripſerunt,* (Euclide potiffimum et Ariſtco, Archimede, Cononeque Samio et Nicotele Cyrenaeo, vide *Pappi* lib. VII. p. 250. 251. et *Apollonii* epistolam), libro IV. praefixam,) *elaborata. Secundus liber tractat ea, quae adtinent ad diametros et ad axes ſectionum, et ad illas lineas, quae cum ſectione non conueniunt; tum de aliis diſſerit, quae et generalem et neceſſariam utilitatem ad determinationes adferunt: quos autem vocem diametros et quos axes, ex hoc libro cognosces. Tertius* (") *liber continet multa et admirabilia theoremata, quae utilia erunt ad ſolidorum locorum compoſitiones, et ad determinationes; quorum complura et pulcherrima et noua ſunt. Haec nos perpendentes, animaduertimus, non poſitam eſſe ab Euclide rationem componendi loci ad tres et quatuor lineas, verum ipſus tantummodo particulam quendam, atque hanc non ſatis feliciter: non enim fieri poterat, vt ea compoſitio recte perſiceretur absque iis, quae a nobis inuenta ſunt. [P] Quartus liber tradit, quot modis conorum ſectiones inter ſe et circuli circumferentiae occurrere poſſint, et multa alia ad pleniorẽ doctrinam, quorum nihil ab iis, qui ante nos fuerunt, memoriae proditum eſt: conicorum ſectio, et circuli circumferentiae et oppoſitae ſectiones, ad quot puncta oppoſitis ſectionibus occurrant. Reliqui autem quatuor libri ad abundantiorem ſcientiam pertinent. Quintus enim de minimis et maximis magna ex parte agit. Sextus de aequalibus, et ſimilibus conicorum ſectionibus. Septimus continet theoremata, quae determinandi vim habent. Octauus problemata conica determinata. At vero in omnibus his editis, licet unicuique, qui in ea legendo incidit, ex animi ſui ſententia iudicare. Vale. Ex his libris recensitis*

ccc) In Io. Sauberti τῶ μακροῦς oratione II. de Bibliotheca Norimbergenſi hos Apollonii libros de ſectionibus videas male referri inter libros medicos ſiue anatomicos.

ddd) Auſtor arabicae philoſ. bibliothecae apud *Cafirium* l. c. pag. 385. „Filius, ait, *Musae ben Saker*, (tres germani fratres, ſummi mathematici,) in prolegomenis ad conicorum librum prodidit, *Apollonium Alexandrinum* eius auſtorem eſſe, idque opus non vna de cauſa deprauatum: primo ob illius deſcribendi difficultatem, emendandique incuriam; ſecundo, quod ſit detritus, deletaque illius inter homines memoria; adeo vt interpolatus diſiunctusque vltro, citroque vagaretur, idque ad *Eutocii*, Aſcalonis incolae vsque tempora, qui diligentia, qua potuit, illius membra collegit, et quatuor illius tractatus caſtigauit. Praeter ea illi addiderunt, hunc librum oſto conſtare tractatibus, quorum ſeptem

oſtautique partem arabice exſtare adſeuerant. a *Harl.*

eee) Eutocius praefat. ad Anthemium: *Tertius conicorum liber dignus ab antiquis exiſtimatus eſt, in quem multum ſtudii ac diligentiae conferretur: id quod variae ipſius editiones oſcendunt. Sed neque epistolam habet, vt alii libri, neque commentarios in ipſum docti alicuius viri, qui ante nos fuerunt, quamquam in eo multa ſunt contemplatione digniſſima.*

fff) Secundum miſit per filium ſuum, Apollonium et ipſum cognominatum, vt ex epistola, libro praefixa, conſtat: *Apollonio, filio meo, dedi, vt ad te perferret ſecundum librorum conicorum quae a nobis conſcripta ſunt. Tu cum diligenter percurres et communicabis cum iis qui eo tibi digni videbuntur: Philonidae etiam Geometrae, quorum tibi *Ephesi* amicitiam conciliaui, ſi quando in iſthaec Pergami loca venerit, legendum dabis.*

tis a se et emendatis primores tres ad eundem Eudemum <sup>285</sup>) misit, (Alexandria, ut videtur:) quartum, et reliquos forte quatuor *Attalo* inscripsit: Ἀπολλώνιος Ἀττάλω χάριεν. Πρώ-  
τερον μὲν ἐξέθηκα γράψας πρὸς Εὐδήμον τὸν Περγαμῆν τῶν συναγμάτων ἡμῶν Κωνικῶν  
ἐν ἑκτῶ βιβλίῳ τὰ πρῶτα τρία etc. Prius quidem ex octo libris quos de Conicis composui-  
mus, tres primos edidi ad Eudemum Pergamentum scriptos. Eo autem mortuo, quum reli-  
quos ad te mittere decreuerimus, quod meorum scriptorum lectionem ambitiose desideras, in  
praesentia quartum librum mittimus. In eo haec continentur: ad quot puncta plurima cono-  
rum sectiones inter se et circuli circumferentiae occurrere possint, nisi totae totus congruat; prae-  
terea conicæ sectionis et circuli circumferentia et oppositae sectiones oppositis sectionibus, ad quot pun-  
cta plurima occurrant: ad haec alia non pauca his similia. Ex his, quod primo loco dictum  
est, Conon Samius ad Thrasydeum scribens explicauit, non recte in demonstrationibus versa-  
tus: Itaque Nicoteles Cyrenaeus eum leniter reprehendit. De secundo Nicoteles in libro con-  
tra Cononem mentionem sic fecit, tamquam quod demonstrari facile possit. Sed tamen nos ne-  
que ab ipso neque ab alio quopiam demonstratum inuenimus. Tertium vero etc.

XIX. Graece nullus Apollonii huius liber lucem viderat, ante editionem Halleianam, de qua acta erud. Lipsi, tom. VI. supplem. p. 145. etsi quatuor primores vna cum Eutocii com-  
mentario MSti exstiterunt in cod. Bauar. CXLIV. in regia Paris. aliisque bibliothecis, etiam  
priuatis quibusdam, ut Tho. Galei et Gudiana. Igitur hoc debemus Edmundo Halleio, apud  
Oxonienſes geometriae Professore Sauilliano, qui, a Io. Hudsono adiutus, coeptam a Dauide  
Gregorio telam feliciter pertexuit, et nitidissimam Apollonii Conicorum editionem dedit e  
theatro Sheldoniano inscriptam:

Apollonii Pergaei conicorum libri octo, graece et lat. cum Pappi Alexandrini lemma-  
tis et Eutocii Ascalonitae commentariis: Sereni Antistensis de sectione cylindri et conicæ libri  
duo, nunc primum ex MS. gr. et latine editi opera Edm. Halleii, Oxoniae 1710. fol.

Libris quatuor primoribus ex cod. msto Sauilliano et D. Bernhardi, Theol. Prof. recen-  
sitis, quemadmodum et commentariis Eutocii graece e cod. Barocciano descriptis additur ver-  
sio Commandini passim emendata cum mathematicis figuris, sine quarum ope libri huius-  
modi intelligi nequeunt. Libri tres proximi, quintus, sextus et septimus ex noua Halleii  
versione, non e graecis, quae nusquam exstant, sed arabicis post Ravium et Echellensem  
concinata: liber denique octauus ex eiusdem Halleii ingenio studiose restitutus, adiuncta  
sunt omnium octo librorum λήμματα graece et latine ex Pappo, Alexandrino, gr. hactenus  
inedito. Adiecti sunt Sereni, philosophi Antistensis, de sectione cylindri et conicæ, libri duo,  
ex codd. MSS. graecis editi. — In vita Eduardi Bernhardi pag. 68. praeter posteriores a  
quarto Apollonii Pergaei conicorum libros ex arabica lingua latine versos, scholiisque illustra-  
tos contulit quatuor priores latine editos Bononiae 1556. cum graeco textu ab ipso margini ad-  
dito et cum versione arabica. [conf. Clement. I. mem. pag. 417. not.]

Latine e graeco translati prodierant libri IV. priores, interprete [P] Io. Baptista Mem-  
mio, Patricio Veneto, Venetiis 1537. quem pueriles errores commisisse, mathematicae praec-  
sertim

fertim ignoratione deceptum, notat *Franciscus Maurolycus* <sup>hhh</sup>) praefat. ad *Cosmographiam* editam Venetiis 1543. 4. qui et ipse emendatorem translationem promisit, et edidit.

*Federicus* deinde *Commandinus* <sup>iii</sup>), *Vrbinas*, et *Apollonii* libros IV. de integro vertit, et *Pappi*, *Alexandrini*, lemmata e libro collectionum eius octavo deprompta *Eutocique* commentarium itidem a se translatum et proprias notas addidit, *Bononiae* ex offic. *Alexandri Benatii*, 1566. fol. [Ann. 1566. bis signata est edit. in catal. *Leidensi* p. 188. et ann. 1556. signata occurrit quoque in catal. bibl. *Pinell.* tom. I. pag. 320. *Clement.* in bibl. etc. tom. I. pag. 415 sq. dislerit de hac rara edit. cum nota a. 1566. Additus praeterea est *Serenus Antisthenis* <sup>kkk</sup>) de sectione cylindri et coni, latine ex versione et cum commentariis *Feder. Commandini*. Sed quia *Commandinus* vsus erat vitiose scripto, codice non potuit tam bonam, quam voluit, versionem concinnare; *Martin Ghetaldus* instum corrigere suscepit secundum auctoris mentem, et resolvere problemata in libro: *Apollonius rediunus, seu restituta Apollonii Pergaei inclinatio.rum Geometrica*, et supplementum *Apollonii Pergaei sectionum geometriae pars reliqua*. Venetiis. 1607. 4. vid. *Bayle* l. c. not. B. vbi de interpretibus et commentatoribus conicorum *Apollonii* dislerit. —] Illa vero *Commandini* editio nitide et emendate curante *Nicolaso Buti* recusa est *Pistorii* <sup>lll</sup>) *Hetruriae*, e noua typographia *Stephani Gatti* a. 1696. fol.

Praeterea *Claudius Richardus* *Iesuita*, *Commandini* sequutus versionem, eisdem quatuor libros edidit cum commentariis suis eximiiis, quos a. 1642. *Madrini* auditoribus suis praelegerat, *Antwerp.* 1655. fol. Idem testatur, se anno 1643. auditoribus suis tradidisse alios proprios quatuor conicorum libros, in quibus argumenta liberorum *Apollonii* V. VI. VII et VIII. ex ingenio suppleuit, vel quae in iis ille demonstraueat, diuinauit. Exstant praeterea in *Marii Merfenni* *synopsi* (*Paris.* 1643. 4) p. 276 — 312. libri *Apollonii* priores quatuor contracti latine, cum *SERENI Antisthenis*, philosophi, (*Apollonio*, quem libri I. proposit. 18. citat, et cuius conica commentariis illustrasse se innuit proposit. XVI. libri I. pag. 16. edit. *Oxonienfis*, iunioris) *libris duobus de sectione cylindri, et coni per verticem ad Cyrum* amicam, pag. 313 — 328. itidem latine, *Commandino*, qui eos *Apollonio* *Bonon.* 1576. fol. subiunxerat, interprete. Graece MS. in bibl. *Bavar.* cod. CXXXXIV. et bibl. regia *Paris.* teste *Labbeo* pag. 119. bibl. nouae MS. Nam graece quidem primum <sup>mm</sup>) editi sunt isti *Sereni* libelli, e III. codd. bibliothecae regis *Christianissimi* manu exaratis, in *Halleiana*, quam modo laudavi, *Apollonii* editione. Ante *Commandinum* cuius versionem *Halleus* graecis adiunxit, *Maurolycus* etiam in praefatione *Cosmographiae Sereni* libros editurum se receperat.

Meminit hic *Serenus* lib. I. proposit. 28. pag. 29. etiam *Pithonis*, geometrae, *Euclide* iunioris. *Sereni* autem meminit *Marinus* in *Προδρωγικῆς* ad data *Euclidis* pag. 457. edit. *Oxon.* sed

hhh) Vide *Voss.* de scientiis Math. pag. 59. 60. [conf. *Clement* bibl. curieuse hist. et crit. I. pag. 416. not.]

iii) Vide *Giornale d'Italia* tom. 19. pag. 160 sq. [*Montucla* I. pag. 463.]

kkk) In margine de hoc philosopho scripsit *Fabricius*: „In *Commandini* editione legitur *Antisthenis*, quia in graeco repererat *Antisthenis*. Sed

latine dicendum erat *Antisthenis*, ab *Antissa*, *Lesbi* insulae ciuitate.“ *Harl.*

lll) In historia operum eruditorum ann. 1695. August. pag. 552. emendandum, quod scribitur: *On fait à Piffoye une 2. edition a' Apollonius de Thyants.*

mm) Errorem enim librarii esse existimo, quod in catalogo *Bodleiano* memoratur editio *Sereni* graecolatina *Bononiensis*.



fed ita, vt Archimede antiquiorem facere videatur. Πολλὰ γὰρ τετραγμῆνα φύσει ὑσερον Ἀρχιμήδης τῷ Σέρηνῳ ἐθεώρει, ὅτι τέτακται. Pro quo David Gregorius legit ὑσερον Ἀρχιμήδης ὁ Σέρηνος ἐθεώρει.

[Praeter *codices graecos*, a Fabricio iam memoratos, nominandi sunt *Vindobonenses* duo apud Kollarium in supplemento ad Lambecium, pag. 425 sq. cod. LXIII. qui continet *Apollonii* Conicorum libros IV. et *Sereni*, Antiffensis, de cylindri sectione librum vnum, et de conic sectione librum alterum, tum *Apollonii* Conicorum libri duo priores ex Hohendorfsiana bibliotheca, cod. LXIV. nec non codex *Noribergensis*, qui continet *Apollonii* conicorum libros IV. edit. Eutocii, et *Sereni* περὶ κωνίδας τομῆς, κεΦ. λζ. eiusdemque *Sereni* κώνε τομῆν κεΦ. ζε. vid. de *Murr* Memorabb. bibliothec. Noriberg. tom. I. p. 45. — Ab *Heilbronnero*, duce potissimum Montfauconio, codices, in variis bibliothecis seruati, enumerantur, quos, signo paginae nude adposito, indicabo, aliorum notitia adspersa. — In bibl. igitur *Vaticana* libri *Apollonii* de pyramidibus: liber de speculis comburentibus. (pag. 540.) — In bibl. *Ambrosiana* Mediolanensi, Conicorum libri IV. (p. 561.) — In bibl. *Scorialensi* regis Hispaniarum, Conicorum libri II. (pag. 563. Apud *Plüter.* in itineralio per Hispan. pag. 157. nominantur Con. libri III. et de constructione partium libri III. item pag. 189. *Sereni Antinesci* (sic), philosophi, de cylindri sectione libri II.) — In biblioth. regia *Parisiensi*, conicorum libri in sex codd. catal. tom. II. pag. 487 sqq. n. cod. MMCCXXXII. libri tres priores conicorum et *Serenus* de sectione conic et de sectione cylindri. cod. MMCCCLIV. conicorum libri IV. priores; cod. MMCCCLV. libri III. priores; cod. MMCCCLVI. libri IV. priores, ad calcem quaedam viri docti obseruat. sunt reiectae. cod. MMCCCLVII. libri IV. priores, cum nota graece inediti: item *Eutocii* Alcalonitae in eosdem libros commentarius, graece ineditus, *Sereni Antiffensis* (sic) de cylindri sectione libri duo, graece inediti: cod. MMCCCLVIII. *Eutocii* commentarius in IV. libr. priores conicorum, et *Sereni Antiffici* (sic) liber de cylindri et conic sectione. — cod. MMCCCLXXI. conicorum libri IV. priores. — cod. MMCCCXIX, nr. 14. *Apollonii*, mathematici, apotelesmata. — In bibl. *Mazarini*: *Eutocii* in *Apollonii* conicon primum commentarii, *Apollonii* conic. alter et tertius *Sereni* de conic sectione et cylindri sectione, (pag. 583.) — inter MSS. gr. de *Meime*, Conica. (pag. 584.) — In bibl. *Taurinensi* cod. LXXXII. Conicorum quatuor priores libri et *Serenus* de cylindri sectione libri II. teste catalogo pag. 176 sq. — In bibl. *Bodleiana* inter codd. orientales, *Apollonius* de sectione linearum secundum proportionem cum aliis scriptis mathematicis. (pag. 610.) — libri posteriores *Apollonii* de conicis sectionibus, arabice per *Thebit*, filium Korrae, (rectius, Thabet ben Corrah. conf. *Herbelot.* Bibl. orient. pag. 846. *Montucla* I. pag. 346.) cum diagrammatibus, fol. eiusdem de conicis sectionibus, libri VII. (pag. 613.) — conicorum libri IV. graece, eadem gr. sed schematibus et demonstrationibus destituta, (pag. 617.) — inter codd. latinos *Apollonius* analyticus, II. voll. 4. et *Apoll.* conica cum notis H. Sauii, (pag. 620.) — In bibl. collegii vniuersitatis *Oxon.* Some things of *Apollonius Pergaeus* by Anderson, Snellius etc. Doctrine of angular sections etc. by *Richard Rawlinson.* (pag. 624.) — in aliis *Angliae* biblioth. Conicorum libri IV. et *Eutocii* commentar. in eos, graece. (pag. 637.) — In bibl. *Vffenbachiana* *Apoll.* de sectionibus conicis cum figg. artificiosissimis. — idem de section. conicis cum notis, II. voll. eadem propositiones, breuiori methodo demonstratae, ab *Abdól Melick Sijrazita*, *Perfa*, (pag. 646.) *Harl*]

Libri quatuor posteriores conicorum Apollonii nusquam adhuc reperti sunt graece; verum *quintus, sextus et septimus*, arabice versi siue in epitomen missi ab *Abalphato*, filio Mahmudi, Isphahanensi, Persa, ad regem Abicaligiarem, qui ab anno Hegirae 372. a. Chr. 982. rebus praefuit, ex MSto Florentino incidere in manus *Abrahami Ecchellensis*, qui, adiutus <sup>nnn)</sup> a *Io. Alphonso Borello*, mathematicis exculto disciplinis, eosdem latine, haud ita commode, vt notauit Halleius, transtulit, et cum *Borelli* commentario edidit Florentiae a. 1661. fol. addito Archimedis libro assumptorum, de quo supra dixi. [vid. *Clement.* l. c. p. 416 sq. not.] Testatur hic Abalphatus, primos quatuor libros pridem a suis lectos ex versione arabica, (illa fortassis, concinnata sub regno <sup>ooo)</sup> [P] Almamuni <sup>ppp)</sup>, qui Caliphatum iniiit ab anno Hegirae 203.) sed hosce tres a se primum fuisse translatos. Aliam arabicam versionem siue epitomen versionis Thabit ben Corrah eorundem trium librorum, (nisi quod septimi libri propositiones postremae ab editore sunt omisae,) auctore *Abedilemico* siue *Abdolmelec Shirazita*, Persa, ante annos 500. confectam <sup>qqq)</sup>, ex Oriente secum adtulit *Christianus Rauius*, et a *Samuele Reyhero*, mathematicum professore <sup>rrr)</sup>, latine redditam vulgavit Kiloniae a. 1669. 8. aliis quibusdam arabicis Apollonii interpretibus in praefatione commemoratis, et breuiter etiam notatis iis, quibus arabica versio priorum quatuor librorum differt a Commandini siue Richardi editione. Adtulit et Iacobus Golius ex Oriente codicem arabicum librorum V. VI et VII. in quo sextus hanc praefixam habet epistolam: *Alto ad te, Attale, sextum conicorum, in quo propositum nobis est agere de sectionibus aequalibus et inaequalibus, similibus atque dissimilibus, eorumque diuisione. Plura autem de hisce diximus, quam ii, qui ante nos geometrae fuerunt, docuimusque etc.* Ad calcem eiusdem codicis Goliani notatum fuit, quod *octauus* Apollonii liber non translatus fuit ab Arabibus, quod illorum exemplaria etiam illo libro caruerunt: *quamquam testatur doctissimus scriptor Aben Nedin,*

<sup>nnn)</sup> De hoc itaque intelliges, quod scripsit *Richard Simon*, tom. IV. bibl. critique pag. 45. tom. 4. *Lettres choisies*, pag. 39.

<sup>ooo)</sup> Hinc videtur falli *Gregorius Abulpharajus*, qui in *Hist. Dynast.* pag. 41. non quatuor solos, sed septem libros Apollonii, tempore Almamuni translatos, scribit. Certe fallitur in iis, quae subiungit: *Hic autem liber vna cum altero, ab eodem composito, in causa fuit, quod composuerit Euclides librum suum longo post tempore.* Constat enim, Euclidem Apollonio fuisse antiquiorem. *Fabric.* — conf. notam ad §. XVII. auctor arab. apud *Casir.* l. cit. pag. 385. „Huius conicorum libri, ait, tractatus septem, etsi prooemium octo indicet, *Almamone* imperitante, in sermonem arabicum translati sunt. Itaque liber *octauus* nonnisi librorum septem synopsis est, continetque corollaria quaedam, hypotheses nimirum, maxime vtilis scituque dignas. Is ab eo tempore ad hanc vsque diem a multis quidem huius disciplinae peritis perquisitus est; nihil tamen certi de illo compertum. Re cum quibusdam aetatis no-

strae mathematicis collata, ex iis vnus librum hunc se vidisse mihi testatus est: verum ex libri descriptione, quam mihi ille ab auctoris mente prorsus alienam exhibuit, cum libri argumentum nescire probe intellexi, quare ab illo discessi, hominem in sua relinquens incertitia.“ conf. not. ad §. XVIII. init. — Ibidem, „quatuor, scribit Arabs, priores libros, quos emendauit *Ahmad Ben Musa*, arabice conuertit *Helal ben Helal Emessenus*; posteriores vero tres opera *Thabeti ben Corrah, Harranitae*, arabice prodire.“ De hoc Thabete copiose agitur in eadem *Casirii* bibl. I. pag. 356 sqq. adde supra in notitia codicum versus finem. *Harl.*

<sup>ppp)</sup> Confer *Renaudotum* de barbaricis Aristotelis versionibus, supra in vol. III. p. 298. *Harl.*

<sup>qqq)</sup> Adde codicum notitiam fin. *Harl.*

<sup>rrr)</sup> Vide acta eruditorum Lips. ann. 1685. pag. 399. *magis, quam facile existimari potest, barbare traduxisse Rauium, notat Halleius praefat. ad Apollonium.*

*Nedin*, (Golii verba agnoscis apud Mercennum pag. 275.) qui philosophorum arabum operumque ab illis editorum circa quadringentesimum a Mahammade annum et nchem d. j. m. fi. partem illius octavi libri versam fuisse, asseritque, omnes Apollonii libros sua exstere lingua, 105-que plures, quam Pappus enumeret. Suspiscatur quidem Claudius Mydorgius, libros illos, arabice editos, esse cuiusdam Arabis, sub Apollonio latentis, non ipsius Apollonii; sed argumentum, quo vitur, tantum probat, interpretem, quod in aliis etiam scriptis Arabes fecisse constat, libertate vsu esse quaedam interpolandi. De octavi libri figuris quibusdam reperiis meminit Bartholomaeus Herbelotus bibl. Oriental. pag. 119. *Depuis le tems de Khalifs Al-mamon jusqu' en l' an 1000. et plus de l' Hgire ce huitieme livre n' a point été trouvé, et on croit, qu' il est caché dans quelques Bibliothèques des Grecs, ou il est conservé pretieusement a cause de sa rareté. Aben Moussa dit, qu' outre les sept livres d' Apollonius on a trouvé encore quatre figures du huitieme etc. Ahmed ben Moussa Al-Hamassi, natif de la ville d' Ems ou Emesse en a traduit les quatre premiers, et [P] Thabeth Ben Corrah a traduit les trois autres; c' est ainsi qu' en parle l' Auteur du livre intitulé: Navader al akhbar, les narrations curieuses. Hassan ben Moussa Ben Schaker a revu et corrigé cette traduction.* Gemina leguntur pag. 978. [Conf. notam antecedentem. In bibl. Leidensi, (catalog. pag. 453 — 455.) inter codd. orientales, exstant Apollonii Pergaei conicarum sectionum lib. V. VI et VII. in arabicam linguam versi a Thabit ben Cora — Apoll. Pergaeus de conicis sectionibus, calligraphice et figg. geometricae necessariae ad explicandum Apollonium Pergaeum de sectionibus conicis. De arabicis Apollonii etc. versionibus vide *Affemani* catal. msstorum biblioth. Florent. pag. 380. *Montuclam* I. pag. 357 sq. 379. *Hartl.*] — Nouissime *Halleus* in praeclara sua Apollonii editione tres istos libros vertit latine ex cod. Bodleiano versionis arabicae, quam annis abhinc 450. et ultra composuit Thabit ben Corrah et emendavit Beni Moses; Nasir Eddinus Tusaens vero circa a. Chr. 1250. recensuit. Adhibuisse etiam se testatur codicem Golianum arabicum septem librorum, emendatum ab Ebn Mohamed Ebn Al-Hafan Tusafo et Achmed Ebn Aly Abulfaray Mohamed; e quo codice varia emendavit ac suppleuit, etiam in prioribus libris quatuor graecis. Octauum denique librum ex Pappi lemmatis et ingenio suo restituit addiditque.

De problemate Apollonii, *dare in una superficie duas lineas, quae nunquam coincidunt, licet semper adpropinquent*, scriptum Rabbi Mosis prouincialis, latine versum a Francisco Baroccio. vid. *Wolf.* bibl. hebr. tom. III. pag. 806.

*Apollonii Conica* integritati suae, ordini et nitore restituta ab *Elia Astorino*, Carmelita, Neapoli 1702. 4.

*Gr'id. Grandi* compendio delle sezioni coniche d' Apollonio, con aggiunta di nuove proprietà delle medesimi a sezioni. Florentiae 1722. 12. vid. *Act. erud. Lips.* supplem. tom. VIII. pag. 434 sqq. *Giornale d' Italia* tom. 34. pag. 375.

[Elementa sectionum conicarum, conscripta ad vsu Faustinae Pignatelli — edita vero in gratiam studiosae iuuentutis, autore *Nuolao de Martino*, regio mathem. professore. Neapoli, tom. I. II. 1734. 8. conf. *acta erudit. Lips.* ann. 1736. Mense Ianuar. p. 44 sqq.]

*Marini Ghetaldi* Apollonium rediuiuum iam supra memorauimus. — *Alexander Anderson*, Aberdonensis, 1612. 4. Paris. edidit supplementum Apollonii rediuiui; quo perfecit

ea, quae deerant in Ghetaldi libro: — *Willebrordus Snellius* Apollonii Pergaei libros de sectione determinata et de rationis ac spatii deflectione latine vertit etc. 1613.

In *Petri Herigonii* cursu mathematico, Paris. 1644. 8. VI. tom. in tomo primo sunt nr. 3 — 6. Apollonii Pergaei de determinata sectione geometrica a Will. Snellio restituta; eiusdem Apollonii inclinationum geometria a Mar. Ghetaldo restituta, et tactionum geometria a Franc. Vieta restituta.

*Apollonii* conicorum libri IV. methodo noua illustrata et succincte demonstrata per *Isaacum Barrow*. Cum Archimedis operibus et Theodosii sphaericis per eundem Barrow, Londini 1675. 4. vid. *Clement* l. c. pag. 416. not.

10. *Bronau* commentarius in Archimedis et Apollonii Pergaei sectiones conicas. Londini 1675. 4.

*Paul. Matthiae Doriae* ad Hyacinthum a Christophoro epistola, in qua ostenditur, parabola Apollonianam, quomocunque describatur, lineam geometricam non esse, atque adeo falsa esse, quae de omnibus reliquis curuis tradi solent, (italice scripta.) Editio ab auctore reuisa et aucta. Amstelodami 1718. mense Nou. examinatur in Act. erudit. supplem. tom. VII. pag. 201 — 210. et adduntur pag. 216 — 217. ad dialogos Doriae animaduersa quaedam, in quibus ratio redditur excerptae methodi Dorianae, insertis actis ann. 1717. m. Maio. adde, quae sequuntur a Fabricio obseruata, et *Heilbronner* pag. 276 sq. *Harl.*

Post deperditos *Pappi*, *Sereni*, *Hypatiae* in Apollonii conica commentarios, e recentioribus plurimi post Apollonium<sup>sss)</sup> de ratione conicarum sectionum scripsere, vt iam laudatus Mydorgius, ann. 1632. cuius elementa Apollonianis simpliciora facihoraque Sereno in synopsis sua subiecit Mersennus. vid. Io. Wallisii *Opp.* I. pag. 295 sqq. et II. pag. 683. Gregorius item a Sancto Vincentio, Iesuita, in acutissimis geometriae tomis, sub titulo Quadraturae Circuli editis, tum Iacobus Milnes<sup>ttt)</sup> in sectionum conicarum elementis, edit. III. ann. 1723. Isaacus quoque Barrow, et in Apollonio rediuiuo Willebrodus Snellius, Marinus Ghetaldus et Alexander Andersonus<sup>uuu)</sup>, *Franciscus Vieta* in Apollonio Gallo, [in *Opp. mathematicis*, Paris. 1609. fol. — recufis opera *Franc. a Schooten*, Lugd. Batau. 1646. fol. nr. II.] Benjamin Bramerus in Apollonio Catto, *Vincentius Viuiani*<sup>vuu)</sup> libro de maximis et minimis siue geometrica diuinatione in quintum conicorum Apollonii, nec non diuinatione altera de locis solidis, Florent. 1659. fol. *Bartholomaeus Intieri* Florentinus in Apollonio ac Sereno promotus, qui liber praela euasit Neapoli ann. 1704. 4. *Guil. Franc. Marchio Hospitalius* in tractatu analytico postumo gallice scripto, de sectionibus conicis. Paris. 1704. 4. anglice ab *E. Stone*. 1728. 4. conf. *Memoirs for the curious* 1707. pag. 365. *Act. erud.* 1708. pag. 45. *Iourn. des Savans*, 1721. pag. 3. — *L. Trevigar*, Cantabrig. 1731. 4. vid. *Acta erudit.* 1734. pag. 133. *Poivreus*

sss) Apollonium Pergaeum cum Rhodio confundi et scripta vtriusque perturbatissime referri videas in bibliotheca reali philosophica pag. 83.

ttt) Vid. *Acta crud.* Lips. 1703. pag. 226.

uuu) Vide ad §. sequentem voc. *Neucom.* *Harl.*

vuu) Vide de hoc Viuiani libro, quo solis facibus coniecturis argumentum libri V. Apollonii, numquam a se vifi, adsequutus est, eogia historica academiae gallicae illustrium pag. 68. 69. Obiit vir praeclarissimus Florentiae in patria a. C. 1703. d. 22. Sept. aetatis 82. teste *Julio Negr* pag. 132. historiae scriptorum Florent.

*Poirreus* in *Traité des sections du cylindre et du Cone* etc. Paris. 1704. 8. vid. *Acta erudit.* 1707. pag. 132. *Laurentius Lorenzinius*, Viuiani discipulus, vid. *Acta erudit.* 1723. pag. 73: *Vincentius Santini* in: *Delle Sezzioni coniche dedotte nuouamente in Piano dal Cerchio* etc. Lucae, 1722. 8. vid. *Acta erud. tom. VIII. supplem.* pag. 431 sqq. *Philippi de la Hire* de sectionibus conicis libri IX. 1685. fol. vid. *Acta erud.* 1685. p. 398. *Des Chales* in mundo mathematico, [— *Christiani* comment. de calculo infinito, vid. ad §. XVI. fin. *Kaestner.* in: *Hamburgisch. Magazin*, tom. XVII. part. II. etc. aliique recentiores, quorum labores et cogitata hic recensere, neque vacat, neque opus est.]

[Inter deperdita aut nondum vulgata Apollonii scripta olim numerabantur

*Λόγος ἀποτομῆς libri duo de sectione rationis siue proportionis.* Pappus libr. VII. p. 241. 242. 262 sq. meminit illorum. Versionem libri primi arabicam Thabet ben Korrah non modo accuratissime castigasse, sed duobus etiam commentariis exornasse, illorum vero secundum, qui vix intelligi possit, minime correxisse, perhibetur in arabica philosophorum bibl. apud *Casfr.* l. m. p. 388. — Illi libri arabice exstant Oxoniae inter libros Seldenianos. Adde supra in notitia codicum msstorum: et

*Χωρὶς ἀποτομῆς libri duo de spatii sectione.* Pappus libr. VII. pag. 241. 242. 263. Duo haec opuscula primum in lucem edita sunt ab Halleio:

*Apollonii Pergaei de sectione rationis libri duo.* Accedunt eiusdem de sectione spatii libri duo restituti. Praemittitur Pappi Alexandrini praefatio (graece edita) ad VII<sup>imum</sup> collectionis mathematicae cum lemmatibus eiusdem Pappi in hos Apollonii libros. Opera et studio Edmundi Halley, apud Oxonienses geometriae Professoris Sauiliani. Oxonii, e theatro Sheldoniano, 1706. 8.

Conf. *acta erudit.* Lips. 1707. p. 103 sq. *Clement* l. c. p. 417. Libros de sectione rationis Halleius non tam ex arabico vertit interprete, quam potius ex figuris additis sensum odoratus est vir sagacissimus, quum arabicae linguae vix mediocrem haberet cognitionem. At Bernardus iam decimam fere partem verterat, illoque mortuo Henr. Aldrich in versione Bernardina castigauerat nonnulla. Arabicum vero illud mstum ex lingua graeca in arabicam translatum esse, probat Halleius, quod in diagrammatis lineae notas secundum ordinem alphabeti Graecorum dispositas habeant, qui ab ordine alphabeti Arabum plane diuersus est. Factam coniecit hanc versionem circa a. Chr. 820. auspiciis Almaimonis Chalifae siue imperatoris Saracenorum. *Isaac. Newton* maximi fecisse dicitur Apollonii de sectione rationis libros, ex quibus clariorem analyseos veterum ideam haurire liceat, quam quae ante editum ab Halleio hoc antiquitatis monumentum fuerit Geometris. vid. praefationem ad conspectum philosophiae H. Newtoni, (*a View of Sir Is. Newtons Philosophy*.) Londini 1728. 4. et *acta erud.* Lips. a. 1730. mens. Aug. p. 339. — Libros autem de sectione spatii, iam olim deperditos, post Snellium, Halleius ex ingenio propriisque meditationibus ita restituit, vt ab ipsius Apollonii opere non multum discrepare consideret.

Apollonius germanice versus prodidisse dicitur Castellis, 1658 et 1683. 4. *Hartl.*]

XX. Scripta Apollonii cetera, deperdita pleraque, quae laudari obseruari a Pappo et aliis, haec sunt:

*Ἐν ἀναλυομένῳ τόπῳ* in loco resolutio laudatur ab Eutocio pag. 11. ad Apollonium, edit. Oxoniensis. conf. *Marin.* ad data Euclidis pag. 438. edit. Oxon.

Διαρισμένης τομῆς libri duo de determinata sectione <sup>www</sup>). Pappus lib. VII. pag. 243. 263. 281. 305. *Fabric.* — In arabica philosophorum vita, apud Casir. l. m. pag. 385. scripta Apollonii recensentur: in his, „de determinata sectione libri II. quorum prior a Thabeto emendatus est: secundus, etsi arabice conuersus, vix intelligitur.“ Ibidem nominantur Apollonii scripta:

*De linearum sectionibus similibus, libri duo.*

*De circulis sese inuicem tangentibus liber I.* Argumentum de tactionibus ab Apollonio tractatum, illustrauit etiam Euangelista Torricellus.

*De duabus lineis, quae, extra angulos rectilineos aliquantulum positae, intr sese occurrunt,* liber a Thabeto Ben Korrah memoratus. *Harl.*

Περὶ ἐπιπέδων libri duo. Pappus lib. VII. pag. 243. 328. 345.

Ἐν τῷ περὶ τῆς κοχλῆς γραμμάτι Apollonium laudat Proclus II. ad Euclid. pag. 29.

Ἐν τῇ καθόλου πραγματείᾳ Apollonius laudatur a Marino in Περοθεωρίᾳ ad data Euclidis statim sub initium.

Νεύσεων libri duo de inclinatione, siue de inclinatis corporibus, Pappus lib. VII. pag. 241. 249. 305. 313. 328. et Marinus ad data Euclidis, pag. 453. edit. Oxon. Alexander Andersonus, Aberdonensis Scotus Paris. 1612. 4. edidit supplementum Apollonii relictui siue analysin problematis ad doctrinam Apollonii περὶ νεύσεων, a Marino Ghelido, Patricio Ragusino, restitutam. *Fabric.* — [Lucem adlaxerunt Apollonii inclinationum libri duo a Samuele Horsley restituti. Oxon. typis Clarendon. 1770. 4. *Harl.*]

Περὶ τῆς συγκρίσεως τῶν δωδεκάεδρων καὶ τῶν εἰκοσαέδρων τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαιρῶν ἐγγραφομένων. Binas huius libri ἐκδόσεις memorat Hypsicles praefat. ad lib. XIV. Euclidis. Locum Hypsicles integrum descripsi supra cap. XIV. §. 4.

Τόπων ἐπιπέδων libri duo de locis planis, Pappus lib. VII. pag. 241. 247 et 438. [P] [in bibl. arab. apud Casir. l. c. citatur de locis planis, earumque sectionibus similibus liber primus.] Horum argumenta ac rationem diuinare et ex ingenio restituere iam ante ann. 1634. conatus est Paulus Fermat, senator Tolosanus: in eius Opp. mathemat. p. 12 sqq. Tolosae 1679. fol. Inde Franc. Schooten. Lugd. Bat. 1657. [Postea prodierunt Apollonii locorum planorum libri II. restituti a Roberto Simson, lat. Glasgae, Foulis. 1749. 4. *Harl.*]

Ἐκυτόβοος, quo in libro videtur egisse de numeris quantumuis magnis inter se multiplicandis: quae res ante inuentas cifras paullo intricatior fuit. Eutocius ad Archimed. de dimensione circuli. Confer Wallisium ad fragmentum Pappi proposit. 18. Halleius ὠκυτόκιον legit, velut a celeri productione repetito vocabulo.

[*Alchindus*

<sup>www</sup>) Ex ingenio suo restituere conatus est Willebrordus Snellius, quemadmodum etiam libros de rationis et spatii sectione, et de inclinatis lineis siue corporibus. vide descriptionem acade-

miae Leidensis pag. 225. *Fabric.* — Inscriptio libri Snelliani est: Apollonius Batauus s. excusitata geometria Apollonii Pergaei περὶ διακριτικῆς τομῆς. Leidae 1608. 4. *Harl.*

[*Alchindus* in *Euclidis* proposito refert, huius elementa geometriae ab *Apollonio* conscripta esse, eademque in libros XV. digesta. Quum autem huiusmodi operis studium successu temporis nonnihil intermissum esset, quidam ex alexandrinis regibus ad geometriae cognitionem sibi comparandam amplificandamque excitatus, Euclidem, ea tempestate notissimum, laudatum opus castigare atque illustrare iussisse dicitur in bibliotheca philosophorum arabica apud *Casir.* l. m. p. 340. vbi quoque commentatores in illud opus arabici nominantur. *Harl.*]

Periit et *Hypatiae*, quae *Isidori* philosophi vxor fuit, commentarius in conica *Apollonii*, a *Suida* memoratus.

Inter singulares viros *Apollonius* noster haud immerito refertur a *Vitruvio* libro et capite primo: *Hi autem inueniuntur rari, ut aliquando fuerunt Aristarchus Samius, Philolous et Archytas Tarentini, Apollonius Pergaeus* (ita etiam MS. *Arundel.* nam male quaedam editt. *Pergamenus*) *Eratosthenes, Cyrenaeus, Archimedes et Scopias* (an *Scopas*?) *ab Syracusis, qui multas res organicas et gnomonicas, numero naturalibusque rationibus inuentas atque explicatas posteris reliquerunt.* [conf. ad §. XVII. notata.] Arabibus *Apollonius* dicitur, perinde vt *Euclides* quoque, *Almagiar*, quod fabrum lignarium denotat, sed ab illis vsurpari videtur pro *Geometra*. Nam et a Graecis magnum *Geometram* dictum *Apollonium*, iam supra ex *Eutocio* notare me memini. *Fabric.* — Apud *Herbelot* in bibl. orient. pag. 978. a. *Hagi Khaifah*, dum memorat in bibl. sua orientali arabicam *Apollonii* figurarum conicarum versionem e graeco factam, *Apollonium* nominat *Almagiar, Alhakim Alriadhi*, fabrum aut architectum, et philosophum moralem. *Harl.*

XXI. Operae pretium est, tribus hoc loco verbis agere etiam de *EVTOCIO*, *Ascalone*, *Palaeestinae* ciuitate, nato, qui *Isidori* <sup>\*\*\*</sup>, mechanici, *Iustiniano* imperante clari, discipulus fuit, et commentaria sua in libros *Archimedis* de sphaera ac cylindro dicauit *Ammonio*, quem κρατίσιον Φιλόσοφον vocat, *Hermiae* filium et *Procli*, a. C. 485. defuncti, discipulum, ni fallor, compellans. [vid. ad §. XI. circa fin.] Meminit etiam *Eutocius Theonis* <sup>yyy</sup>, *Alexandri*,

C c 2

ααω) In fine commentar: Εὐτοκίᾳ Ἀσκαλωνίτῃ ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους ἐπιπέδου παραγωγὰς τῆς Ἰσίδριου, ἡμῶν διδασκάλου.

Εὐτοκίᾳ πινυτῆ γλυκερὸς πόνοσ, ὅν ποτ' ἐκπῖνοσ

Γράψεν τοῖσ Θεονεροῖσ πολλὰκι μεμψόμενοσ.

*Isidori*, *Milesi*, mechanici, mentio in *Procopii*, rhetoris, descriptione *S. Sophiae* p. 284. libr. I. κτισμάτων.

yyy) *Eutocius* in proposit. 4. libri II. de sphaera ac cylindro p. 28. ὡσ ἐστὶν εὐρέων ἰστροχάνωντασ Πάππη τε καὶ Θέωνι καὶ Ἀρκαδίῳ ἐν πολλοῖσ συντάγμασσι ἐκ ἀποδεικτικῶσ, ἀλλ' ἐπαγωγῆ τὸ λεγόμενον παρισῶσιν. Idem ad lib. de circuli dimensione pag. 49. ὅπωσ δὲ δὴ σύννεγχοσ τὴν δυνάμιν πλευρῶν τῶν δεθῶντα ἀριθμῶν ὠρέων, ἄρητα μὲν Ἰερωι ἐν τοῖσ μετρικοῖσ, ἀρητα

δὲ Πάππη καὶ Θέωνι καὶ ἑτέροισ πλῶσιν ἐξηγημένοισ τὴν μεγάλην σύνταξιν τῆ Κλαυδίου Πτολεμαίου. Meminit etiam *Pappi* commentar. ad *Apollon.* pag. 6. et ad *Archimedem* pag. 16. ad lib. II. de sphaera ac cylindro, vbi duas medias proportionales inuenire docet ex mente *Platonis, Heronis*, (ἐν μηχανικοῖσ ἀστρογῶν καὶ ἐν τοῖσ βελοποιητικοῖσ) *Philonis Byzantii, Apollonii*, (Pergaei) *Dioclis* (ἐν τῇ περὶ σφῆραισ) *Pappi*, (ἐν μηχανικοῖσ ἀστρογῶν) *Spori*, (Nicaeni, quem iterum citat *proemio* in lib. de circuli dimensione pag. 49. et in fine pag. 55. mentionem faciens *Aristotelianῶν* eius κερῶν sive *Mellificii Aristotelici*.) *Menaechmi, Archytas*, (ex *Eudemo Rhodio, Peripatetico*, cuius *Geometricam historiam* laudat pag. 49.) *Eratosthenis* ad regem *Ptolemaem*, subiectis eius philosophi verbis

drini, qui [P] qui trecentis amplius post Christum annis fuit, et Pappi eadem cum Theone aetate sub Theodosio M. clari Alexandriae philosophi. Monumenta *Eutocii* edita haec sunt:

- 1) *Commentaria ad libros II. Archimedis de sphaera ac cylindro*, scripta, vt iam dixi, ad *Ammonium*. Meminit horum ad Apollonii conica, pag. 14.
- 2) *Commentaria ad librum eiusdem Archimedis de circuli dimensione*.
- 3) *Commentaria ad libros II. ἰσοδόστικῶν*, quae *Petro* cuidam inscripsit.
- 4) *Commentaria in quatuor priores libros conicorum Apollonii Pergaei, ad Anthemium* <sup>222</sup>, quem sodalem carissimum adpellat. Illa vna cum figuris, ab Eutocio, (vt ipse testatur pag. 7. et alibi,) additis, verum latine prodierunt ex versione *Fred. Commandini*, Bononiae 1566. fol. et Pistorii 1696. fol. Graece exstant MSta in biblioth. regis Galliae, teste Labbeo biblioth. nou. MSS. pag. 117. [in biblioth. ducis Mutinensis, teste Montsfaucou. adde indicem codd. Apollonii Pergaei supra exhibitum, et *Heilbronner* passim in historia matheseos.] — Ex codice msto Barocciano, graece, addita *Commandini* versione, subinde emendata, vulgavit *Edmundus Halley* in luculenta sua Apollonii editione. Oxoniae 1710. fol. [Mentio quoque hic iniicienda est *Euph. anoris μηχανοποιῶ* (*mechanici*), qui vnus fuit ex Sicyoniis exfulibus, tempore Antigoni et Ptolemaei, regis Aegypt. atque Ecdeli, Arcadis, philosophi. Is Arato, Cliniae, principis quondam ciuitatis Sicyoniorum, filio scalas fecit solutiles ad urbem occupandam. vid. *Plutarch.* in vita Arati, cap. 6. pag. 514 sq. tom. V. Opp. *Plutarchi*, edit. *Reiske. Harl.*] Ad calcem praefationis ad libr. IV. ait Eutocius, se posteriores etiam quatuor libros Apollonii similiter in gratiam Anthemii illustraturum, quod num fecerit, haud constat. Certe videtur recensuisse. — Meminit etiam pag. 14. suorum commentariorum in primum magnae Syntaxeos Ptolemaei.

versibus de cubi duplicatione,) et *Nicomedis* e libro *περὶ τῶν ποχαστῶν γραμμῶν*, non etiam *Philoponi*, nisi hunc quoque in codice suo legit *Georgius Valla*, vt suspicetur aliquis e *Philandro* ad *Vitruuii IX. 3.* Sed in editis *Eutocii* commentariis *Philoponum*, qui saeculo sexto floruit, laudatum non inueni.

Citantur praeterea *Eutocio Apollonius Pergaeus* in elementis conicis pag. 40.

Ἐν τῷ ἀκροβάθῳ pag. 55.

*Antipho* et *Hippocrates Chius* quadraturam circuli inquirentes pag. 49.

*Hero* ἐν τῷ ὑπομνήματι τῷ εἰς τὴν Ἀριθμητικὴν ἰσσυγωγῆν, (*Nicomachi*, *Geraseni*), pag. 28.

*Magni Logistica* pag. 55.

*Nicomachus* ἐν πρώτῳ μεσικῆς pag. 23.

*Philo Gadareus* pag. 55.

Laudat et p. 1. illud Socraticum e *Platone*, ὡς τῷ θεῷ συλλαμβάνοντος πᾶν εἶδος καὶ ἐπὶ τέλος ἡμῶν τῆς σπαθῆς ἰλθεῖν, quod et ipsum diuina aduente benignitate me consecuturum confido.

<sup>222</sup>) Hic ipse videtur esse *Anthemius Trallianus*, mechanicus, cuius meminit *Tzetzes* *Chil. II. vers. 151.* et *XIII. hist. 457.* et cuius librum *περὶ παραδόξων μηχανημάτων* adhuc superesse MS. notauit supra §. XI. Confer *Procopii*, rhetoris, locum supra, ad cap. de *Archimede* §. XI. datum e quo constat, *Anthemium* hunc cum *Isidoro Milesio* celebre illud *S. Sophiae* templum a. C. 532. condidisse. Plura de hoc *Anthemio Agathias* lib. V. pag. 144 sq.



## CAPVT XXIII

VETERVM MATHEMATICORVM SCRIPTA, QVAE REPERIRI  
POTVERVNT, DIGERENDA

## VOLUMINIBVS XIV

quorum catalogum ab *Edwardo Bernhardo* a) pridem compositum Thomas Smithus vir  
clariss. subiecit eius vitae ad calcem epistolarum Huntingtonianarum  
editae Lond. 1704. 8.

## VOL. I.

## E V C L I D E S.

## I.

**E**lementorum libri quindecim iuxta editionem graecam, Basileae 1533. collatam cum MSS.  
Gr. Bodl. Arch. B. 25. et Bodl. S. 4. 9.

Vna cum versione latina Fr. Commandini. Pisauri 1572. et Pisauri 1619. aliquot in locis  
emendata.

Principia, quorum in construct. et demonstrationibus vsus est, in margine adnotata.

Schemata aeri incisa.

Demonstrationes, symbolis breuissime expressae, ex editis D. Barrouii, et scriptis D. D.  
Oughtredi et Rawlinsoni.

Scholia vetera

Graecorum, ex codd. MSS. et editione Commandini:

Arabum, ex MSS. Arab. in Arch. Bodl. recensente Thebeto Corraide, [P] et in bibl.  
C. V. D. Pocockii, et in bibl. Coll. D. Ioan. Bapt. Oxon.

Item iuxta traditionem Chogia Nasiredini Persae, Romae 1594. Exstat autem et Per-  
sice inter MSS. bibl. Coll. D. Ioan. Bapt. Oxon.

Item ex versione latina, quam ex Arabico fecit Adelardus, manuscripta in Museo Bodl.  
Ambulac. 178. et Arch. Digb. 174. et Coll. Trin. Oxon. 24. et MS. Bal. 239. et Cant. Pen. 61.  
et 69. et Caii 1. et Seld. Arch.

Per Campanum. Paris. 1516. et Basil. 1546. et MSS. Bodl. A. 3. 8. Med. et Y. 1. 2. Th.

Syriaca ex MSS. Syr. in Arch. bibl. publ. Cantabr.

C c 3

Adnota-

a) Obiit Edwardus Bernhardus, viris maximis  
et aetatis nostrae ornamentis merito annueran-  
dus, Oxoniae ann. 1697. 12. Ianuar. anno aetatis  
95. — De *Dasypodii* versionibus scriptorum grae-  
corum mathematic. vid. *Keplerianae* epistolae

CXLIII. *Fabric.* — Retinui hoc caput propter  
insertam codicum mssorum et aliorum librorum  
notitiam. conf. cl. *Scheibel* in *Einleitung zur ma-  
thematiscen Bücherkenntnis*: part. VI. Breslau.  
1775. 8. pag. 651—673. *Harl.*

Adnotationes viri illustris, D. Sauilii, et aliorum, ex MSS.

Excerpta, (necessaria quidem,) ex scriptis recentiorum iam vulgatis Fluff. Candallae, Peletarii, Zamberti, Tartaleae, Clauii, Billingleii nostratis 1496. Camilli, Taurelli, Welperi, Camerarii 1577. Cattaldi, Schulerii, Bettini, Io. Benedicti, Dibuadii, Puteani, Scheubelii, Lanfii, Tacqueti, Barrouii, Herigonii, Cottignez, Fabri, Arnoldi, Oughtredi, Walliffii, Sturmii, Cardani, Richardi, Dasypodii, Bouilli, praecipue vero Fr. Commandini.

Procli commentarius in elementorum lib. I. graece quidem ex edit. Basileensi ad fidem codd. in Arch. Pembr. 161. emendata. Idem ille liber, quo in versione sua concinnauda olim vsus est Baroccus; latine vero ex versione Baroccii, (sed correctâ,) cum notis.

Iamblichus *περί κοινῆς μαθηματικῆς* gr. lat. studio D. Tennulii, e MSS.

Problematum Euclideanorum Analysis per Fr. Schotenium ex schedis illius geometrae.

De superficierum diuisionibus opus egregium a Ioanne Dee, Londinensi, restitutum, Mohammede Bagdedino (Babylonio) vel auctore vel interprete. Latine cum notis Fr. Commandini iuxta edit. Pisaur. 1574. 4. Giornale d'Italia tom. 19. pag. 173 sq. Prodiit etiam italice; Pisaur. 1570. 4.

Thabeti liber consimilis argumenti, arabice et latine, ex codd. Arab. Seldeni cum notis.

Excerpta ex Martiani Capellae libro sexto, collata cum MSS. antiquissimis in Arch. Seld. et in Coll. Ben. Cantabr. 181. et Digb. 221. Merton. 70. et Ben. 185. et Laud. L. 71.

Ex Boethio H. I. 10. [P]

Isacus Argymae de figurarum transmutatione gr. lat. e codd. MSS. Pembr. 70. 393. et Pembr. 111. 73. et Seld.

Isaacus, monachus, in sex priores lib. Element. Argentorat.

Anonymus de mensurandis solidis MSS. Digb. 104. 154. et in bibl. Sauiliana. Vide et K. 44. et K. 17. in Arch. Laud. item K. 61. Laud.

Mich. Pfelli geometria, hoc est, geodaesia *διὰ σίχων* gr. MS. Pembr. 76. 412.

D. Sauilii praelectiones secundum edit. Londinensem 4.

Praefatio de Euclide eiusque operibus, quantum post Proclum ac Sauilium licet.

Nicephori Lemnidae fragmentum de geometria et de stellis MS. gr. Pembr. 106. et in Pf. 8. ibidem.

Nicephori Gregorae quaestiones philosophicae et mathematicae: inter alia, de mensura arcae Noe ex Origene, gr. MS. Pembr. 48.

Idea Trigonometriae folio vnico.

Hic forte vel ad Heronem, et de geometria practica ex MS. bibl. Sauil. et Digb. et Seld. et D. Gronouii, atque ex Clauio, Herigono, Steuino, Tacqueto, Pitisco, etc. Sed quam breuissime.

## Index.

II. Euclidis data gr. lat. ex edit. D. Hardy, 4. Paris. 1625. collata cum edit. lat. Basil. 1546. et cum MSS. graecis in Arch. Pembr. 161. et cum MSS. arab. in Arch. Seld.

Vna cum praefatione Marini gr. lat. et scholiis veterum atque etiam recentiorum manuscriptis.

Thabeti Data arab. et lat. e codd. Seld. et ex cod. Bodl. Con. Apoll.

Iordani Data Arithmetica ex MS. Bodl. in ambul.

III. Euclidis introductio musica, et sectio canonis. gr. lat. iuxta edit. Meibomii 4. et Penae Paris. 1557. 4. collata cum MS. Ben. 183. et MS. gr. Pembr. 41. cum notis Meibomii et aliorum.

IV. Euclidis, (vti vulgo creditur,) optica et catoptrica gr. lat. vti pridem edidit Pena, Paris. 1557. 4. collata cum lat. Basil. 1546. et Italica edit. Dantis Flor. 1573. et cum MS. gr. in Arch. Pembr. et in bibl. D. Ioan. Oxon. et cum MS. arab. Seld. et cum MSS. lat. in Ambul. Bodl. 178. [P]

Vna cum notis Sauilii et aliorum, et epistola Kepleri, et Penae praefatione.

V. Euclidis phaenomena gr. lat. ex edit. Argent. 1572. 8. et cum scholiis antiquis, et notis Maurolyci, Romae 1592. 4. collata cum MSS. gr. Coll. D. Ioan. Oxon. et Coll. Reg. Cantabr. et in Arch. Pembr. 161. et bibl. Vossianae, et cum MS. arab. Seld. et cum MSS. lat. in Ambul. Bodl. cum notis.

VI. Euclidis fragmentum de Leui et Ponderoso, lat. ex edit. Basil. 1546. collatum cum MS. in Coll. D. Ioan. Oxon. et in ambul. Bodl.

## VOL. II.

*APOLLONIUS, PERGAEVS, MAGNVS GEOMETRA.*

I. Apollonii, Pergaei, conicorum libri VII. Quatuor quidem priores gr. lat. ex versione Fr. Commandini, Bonon. 1566. collata cum versionibus Memmii et Maurolyci. Graece e cod. MSS. biblioth. Sautilianae et biblioth. Leidensis et cod. regis christianissimi 103. Labb. pag. 271.

Adnexis commentario Eutocii lat. ex versione Commandini, et graece ex cod. in Arch. Pembr. 169. atque notis D. Sauilii, et aliorum.

Tres autem sequiores libri, scil. 5. 6. 7. (nam octavus iam olim perit.) arab. et lat. ex translatione arabica Beni Musa, qui editionem Eutocianam expressit, et noua versione latina vna cum notis Abdolmelic, Arabis, qui Apollonii Con. libros septem in compendium redegit, ex cod. MS. Bodl. tum etiam notis Borelli, mathematici egregii, et aliorum, cum schematis et notis ex schedis D. Golii, viri summi. Haec cum lemmatis Pappi.

Translatio arabica Beni Musa ex cod. bibl. Leidensis, (qui etiam MS. optimae notae in catalogo librorum MSS. D. Golii τὸ μακροῦτε apographum est,) transcripta fuit. Golia-

nus codex etiam quatuor priores Conic. libros exhibet: sicut et iste in bibl. Florentina, quem latine vertit A. Echellenfis, non adeo feliciter. [P]

II. Serenus de sectione Cylindri gr. lat. Graece quidem ex MSS. regis christianissimi, et lat. ex versione Commandini 1566. Bonon. cum notis ipsius, et Sauilii, et aliorum.

III. Apollonii, Pergaei, *περὶ λόγῶν ἀποτομῆς* libri duo, numquam antehac in Occidente visi. Arab. et lat. ex MS. Seld. cum notis. Disquirendum, an liber de sectionibus in bibl. Florentina, cuius mentio fit in bibl. Labbeana, sit idem illud opus.

IV. Thabet, Abu Hamed, Abu Sahl, Abu Mohammed, et aliorum clarissimorum geometrarum, aggressiones de anguli rectilinei trisectione, arab. et lat. cum notis Forsteri, Borelli, et aliorum. Textum dant MSS. Seld. et Grauii.

V. Thabeti Lemmata arab. et lat. vna cum tractatu eiusdem de rationum compositione, etiam arab. et lat. ex cod. MSS. Seld. et Bodl.

Adde Maurolyci V. librum Conicorum.

Accedat, quod necessarium est, ex Schotenio, Viuiano, Barrouio, Torricellio, Cavallerio, Gregorio a S. Vincentio, Mydorgio, Wernero Norimb. Baroccio, Wallisio, Andersono, Vieta, Herigono, Ghetaldo, Riccio, Scaligero.

### VOL. III.

## ARCHIMEDES, SYRACVSANVS.

Archimedis opera: viz.

I. Circuli dimensio graece ex edit. Basil. 1543. et ex MS. 43. reg. christianiss. Labb. p. 277. Latine vero ex versione Commandini Venet. 1558. cum notis Arabum ex MS. Seld. arabicis et lat. MSS. in ambul. Bodl. et in Arch. Seld. et in Coll. Caii Cant. i. atque adnotationibus Commandini, Sauilii, Wallisii, et aliorum; ex Snellio, Pello, Greg. a S. Vincentio, Lalouera, Gregorio Scoto, Hugenio, et M. de Angelis, aliisque, quod iuuat: sc. Regiomontano, Cufano, Peletario, Bouillo, Christmanno, A. Romano, a Ceulen, Buteone, B. Porta, Castaldo, Alcalmo. [P]

Eutocius in lib. de circuli dimensione gr. ex edit. Bas. et MSS. Gall. latine vero per Commandinum.

II. De lineis spiralibus gr. ex edit. Basil. et MSS. reg. Gall. lat. per Command. cum notis ipsius, et Sauilii, et aliorum. Confer ea, quae Wallisius, Bullialdus, et alii hac de re scripserunt.

III. Quadratum paraboles gr. ex edit. Basil. et MSS. et lat. per Command. cum commentario ipsius, et opusculo L. Valerii eiusdem argumenti.

IV. De conoidibus et sphaeroidibus gr. ex edit. Basil. et MSS. et lat. per Command. cum comment. eius.

V. De arenae numero gr. ex edit. Basil. et MSS. reg. Gall. latine per Command. vna cum ipsius annotatis.

VI. De sphaera et cylindro libri II. gr. ex edit. Basil. et MSS. Gall. lat. ex eadem editione Basil. (emendata tamen,) cum notis D. Sauilii, et scholiis Arabum ex MSS. arab. Seld. et lat. in ambul. Bodl. et Arch. Seld. et hebraice versi ex edit. Costae Ben Luca MS. B. 108.

Hanc mathefin ornarunt Torricellius, Tacquetus, Wallisius noster, alii.

Commentarius Eutocii in libros de sphaera et cylindro gr. ex edit. Basil. et MSS. reg. christianiss. et latine ex edit. Basil. (sed correctæ.) Huc refer, quae ad duarum mediarum proportionalium ἐφύρσεων pertinent, ex Cartesio, Hugenio, Slufio, Gregorio vtroque, Wernero Norimb. Gruenbergio, Molthero.

VII. De aequiponderantibus libri duo gr. lat. ex edit. Basil. et MSS. reg. Gall.

Eutocius in libros de aequipond. gr. lat. ex edit. Basil. collata cum MSS. regis christianiss. cum commentario Guidubaldi.

Heic de centro grauitatis ex Commandino, L. Valerio, de la Faille, Guldino, Torricellio, Villalpando, et praecipue D. Wallisio.

VIII. De iis, quae vehuntur in aquis, siue περὶ τῶν ὀχυμένων, gr. ex MSS. reg. Gall. latine vero per Commandinum, cum notis eiusdem, et Baldi, et D. Sauilii.

Heic Hydrostatica.

IX. Archimedes, vel potius Zenodorus, de isoperimetris, lat. ex MS. in ambul. Bodl.

X. Archimedis exoterica ex Riualto, cum auctario. [P] Adiicere heic licet Marini Ghetaldi Archimedes promotum.

Propositiones ipsae Archimedaeae collatae cum graecis Riualti.

Excerpta nonnulla ex commentariis Riualti, atque ex editione italica Nic. Tartaleae.

Archimedes promittit D. Montonus Gallus. Dedit nuper Borellus librum, cui tit. Archimedes, ita et Fabrius. Legito inde, quicquid nouiter adinuentum.

#### VOL. IV.

#### PAPPVS, ALEXANDRINVS, et HERO.

I. Collectio mathematica, graece ex binis MSS. bibl. Sauiianae, edita aliquantum auctior. Habet et gr. MS. D. Lescuyer. Lat. ex versione Commandini, aliquot in locis emendata, vna cum notis ipsius atque aliorum: et ad lib. VII. Apollonii nonnulla a Snellio, Ghetaldo, Vieta, et Schotenio restituta.

II. Heronis, Alexandrini, Pneumatica: ex codd. in Arch. Pembr. 169. 148. et Laud. C. 66. Lat. ex versione et cum notis Commandini.

Automata ex MSS. gr. Vossii et Pembr. 169. 195.

Belopoeica, Ctesibii potius, gr. lat. ex edit. Baldi 1616. 4. cum notis eiusdem ac aliorum, vid. Pembr. MS. 187. 13.

De machinis bellicis MS. gr. Vossii, et lat. ex versione Baroccii, et e MSS. gr. Pembr. 169. 137.

Barucus arab. et lat. e cod. MS. Leidensi, vel e schedis Golii, qui opus istud magni mechanici prelo-aptissimum reliquit.

Alia *ἀνεκδοτα* eiusdem auctoris penes H. Vossium.

Aristotelis mechanica ex edit. et cum notis Monantholii, Baldi, Blancani.

Pachymerii mechanica lat. per Bœchtum, Basil. 1560.

Adiunge I. Frontinum de aquaeductibus ex edit. praecipue vero [P] D. Auzotii, si exstet: imo et Gromaticos ex edit. Turnebi ac Rigaltii.

Huc refer Procli Diadochi, si istius geometrae sit, opusculum de motu gr. lat. ex edit. Paris. 1542. et MS. Pembr. 161. 184. et Pembr. 76. 404. et Anonymi problema de motu, Digb. 93.

E scriptis recentiorum mechanicis, seu de motu, excerpta, vti, (post Iordanem et Baconem,) Baldi, Varronis, Galilei, Gassendi, Borelli, Fabrii, Herigoni, et maxime Wallisii, qui ceteris omnibus in difficillima ista mathefi palmam praeripuit: etiam Guidubaldi, Monantholii, Steuini, Schotti, B. Porrae.

Anonymi *Tactica*, opus absolutissimum: vbi et de Thessalomachia, strategematis, atque acie ordinanda etc. Gr. MS. Pembr. 131. 262.

Pediafimi Synopsis Geodaetica ex MSS. Pembr. 169. 41. 161 et 70. 396 et 76. 412. et excerpta III. 74.

Heronis Iunioris Geodaesia gr. lat. per Barocc. et ex MSS. Pembr. et Arch. Bodl. et bibl. Vossiana.

Heronis eiusdem de terminis geometricis, gr. lat. per Dasypodium, Argent. 1570.

Habet Vossius in sua lectissima bibliotheca, graece scripta, Apollodori Poliorcetica, Aselepidori, philosophi, *Tactica*, Urbicii <sup>b)</sup> *Tactica*, Nicephorum *περὶ παραδρομῆς* et alia istius Gregorae, Philonem Byzantium de machinis bellicis, et oppugnandis defendendisque uribus, Arriani et aliorum *Tactica*, Demetrii Cubicularii *Naumachica*, Constantini Porphyrogenetae *Piratica*, et Anonymum de strategematis bellicis, et alium de ordinandis aciebus.

Vegetius Laud. 42. I. MS.

Mechanici cuiusdam, qui sub Alexandro M. floruisse dicitur, *Tactica*: arab. et lat. e codice bonae notae in Coll. D. Ioan. Oxon.

Hic de ponderibus et mensuris, quod idoneum, ex Grauiio, Agricola, Brerwodo, Villalpando, Capello, Merfeno, Iordano, Gassendo, Gronouio.

VOL. V.

b) Vid. infra ad cap. de Polybio, Onofandro etc. in hoc volumine pag. 767. vet. edit. In cod. regio *Neapolitano* XXX. bombycino saec. XIV. qui continet Onofandri et Mauricii *επιτηδικά*, in

sine adpendicis loco et *Urbicii επιτηδικα*. Incipit: *αἱ μὲν προτεταγμένα τάξεις εὐρημα τῶν παλαιῶν αἰῶν ἀνδρῶν. Harl.*

## VOL. V.

## A T H E N A E V S. [P]

Machinamenta bellica lib. V. at quintus inscribitur Philonis Athenaei, fol. 57. vna cum Ctesibio, (Βελοποιοικα,) Bitone de instrumentis bellicis, et cestis Africani, fol. 106 capitibus 169. et fol. 22. excerptis ex Apollodoro, gr. lat. ex MSS. in Arch. Pembr. 187. et optimo codice in Coll. Magdal. Oxon.

Anonymus de obsidione toleranda MSS. Pembr. 187. 137. et Voff.

Anonymi Strategemata veterum selecta. Pembr. 187. 156. et Voff. et praecepta militaria ibid. fol. 172. et Voff.

Accedant Tactica Aeneae, Aeliani, Leonis, et aliorum.

Adde Vitruuium, artis architectonicae auctorem vnicum, qui ad nos vsque peruenire potuit, iuxta edit. Laet, collat. cum MS. in Coll. D. Ioan. Oxon. cum notis adnexis ex Barbaro, Barroccio, Cataneo, Villalpando, Frearto, aliisque, quae iuuent: (neque enim adeo ampla est ars isthaec, ac multi existimant,) tum de militari architectura tam veterum quam recentiorum. Consule hac in re praestantissimum Volthium, tum Maurolois, Tacquetum, Góldmannum.

Geoponica MS. Pembr. 54.

Excerpta ex Plinio, Columella, et Macrobio, quae videbuntur.

Galeacius de S. Sophia T. D. 110. MS. Laud.

Anonymus de eadem ecclesia C. 46. Laud.

Pictura arcae Noae Laud. K. 86. et templi Salomonis ad indicem Lyrae inter MSS. Laudinos.

## VOL. VI.

## D I O P H A N T V S, A L E X A N D R I N V S.

Arithmeti corum libri sex, et de numeris multangulis liber vnus, gr. lat. cum commentario C. Bacheti. Parif. 1621. collati cum MSS. biblioth. Saualianae. Conferatur etiam cum editione Xylandri. Quaere, an tredecim libri istius mathematici existant graece in biblioth. Vaticana: multi enim id adferunt.

Theo de Mathematicis ad Platonis lectionem requisitis, gr. lat. per Bullialdum. Parif. 1644. cum notis eiusdem et [P] aliorum. Graeca conferantur cum MSS. in Arch. Pembr. et in biblioth. Coll. D. Ioan. Oxon. et in Arch. Laud. C. 66.

Nicomachi Gerafeni Arithmetica, cum notis Camerarii.

Nicomachi Arithmetica Θεολογόμενος.

Iamblichus in Nicomachi Arithmetica.

Asclepius in Nicomachi Arithmetica, gr. lat. ex codd. MSS. in Arch. Pembr. 4. 4. siue 113. et in Arch. Seld.

De Arithmetica tractatus imperfectus in Arch. Seld. bis.

Boethii Arithmetica ex MSS. Baliolensis Collegii 258. et Trin. Oxon. 24. et Pembr. 61 et 65. et 211. et Ben. 209. et Petr. 29. collatis cum edit. Rufi et Clichtouci.

Barlaami, monachi, Logistica, gr. lat. ex edit. Chambers, collata cum MSS. biblioth. Sauii. et Seld.

Maximi Planudis Arithmetica secundum Indos, gr. lat. ex cod. MS. in ambul. Bodl. et Laud. 68. et Ali Koshgius. Vide MS. Perf.

Thabeti tractatus de veritate propositionum algebricarum ex demonstrationibus geometricis adstruenda, cum aliis tractatibus egregiis, quae Gebricam artem spectant, arab. et lat. e cod. MS. Bodl. Carpe ex Sexto Empirico gr. lat. quod decet.

Quae ex Leonardi Pisani Algebra.

Quae de Pellii nostratis praelectionibus in Diophantum.

Figurae, quibus mercatores Turcici vtuntur. MS. arab. Laud. B. 38.

De fractionibus tr. duo MSS. lat. Laud. E. 107.

R. Abrahami Caii Arithmetica, hebr. et lat. per Schreckenfussium. 1546.

Alchindus de sex quantitatibus.

Carpe, quod lubet, ex nostratibus, Bredon, Suisset, Wallingford, Bradwardia. Peccam.

Adde ex Beda et Martiano, quae huc spectant, iuxta fidem MSS. codd. Optimi enim seruantur vtriusque scriptoris in biblioth. Britannicis: tum ex Cassiodoro et Isidoro.

Consulantur recentes Algebristae, Tartalea, Cardanus, Clavius, Stifelius, Stevinus, Herigonus, Oughtredus, Harriotus, Cartesius, Wallisus, Fermatius, Paschalius, Andersonus, Bouillus, Buteo, Cataldus, Lud. a Ceulen, Fr. Schotenius Faulhabers, Kinckhuysen, Wassenaar, Glareanus, Xylander, Iordanus, Malapertius, Mengolus, [P] Maurolycus, Nonius, Ramus, Scheubelius, Salignacus, Snellius, Taisner, Pellius, Billius, Reinoldinus, Cauallerius, Bombellus, L. Burgenfis.

#### VOL. VII.

*Μικρὸς Ἀστρονόμος, sive parua syntaxis Alexandrinorum.*

Continebantur in illo codice, (quem Arabes Tractatus intermedios vocant, scil. inter *Στοιχειωτὴν* et Magnum Constructorem,) praeter ipsius Euclidis Data, Optica, Catoptrica, et Phaenomena.

I. 1) Theodosii Sphaericorum libri tres, gr. lat. secundum edit. Penae, et illam Ven. collatam cum MSS. graec. in Arch. Pembr. et in bibliotheca Sauiiana, et cum arab. cod. Seld. et lat. in Ambul. Bodl. cum selectis notis ex Clauio, integrisque Sauiii.

2) De habitationibus gr. lat. coll. cum MSS. gr. Pembr. 166. 254. et MSS. arab. gr. et lat. cum notis Auriae.

3) De



3) De diebus ac noctibus, gr. lat. ex MSS. gr. Pembr. 166. 162. cum scholiis, et arab. et lat. cum notis Ionf. Auriae et Dafypodii.

II. 1) Autolycus de Sphaera mota, gr. lat. ex MSS. gr. Pembr. 166. 166. et arab. et lat. cum scholiis, et cum notis Auriae.

2) De ortu et occasu, gr. lat. ex MSS. gr. Pembr. 166. 184. cum scholiis, et cum notis Auriae.

III. Menelai, (qui corrupte ab Arabibus, legendo ὁ pro ο, Mileus vocatur) Sphaerica, arab. et lat. collata cum MSS. arab. Seld. et lat. in Ambul. Bodl. Adiectis notis atque etiam Sphaericis Maurolyci.

IV. Aristarchus de magnitudine luminarium, gr. lat. per Command. cum notis ipsius et Saulii, et explicationibus Pappi: ad fidem MSS. arab. Seld. et gr. Arch. Bodl.

V. Hypsiclis Anaphoricus, gr. lat. secundum edit. E. Bartholini, cum notis eiusdem atque aliorum: collatus cum MSS. gr. Arch. Bodl. et cum arab. codd. Seld.

Huc accedat Beni Musa de figuris planis et sphaericis. [P]

VOL. VIII et IX.

CLAUDIUS PTOLEMAEVS. *Quantus Scriptor!*

I. Ptolemaei *Μεγάλη Σύνταξις* siue Almagestum, graece ex edit. Basil. 1538. et MS. optimo in Arch. Seld.

Latine ex versione noua, quae in bibl. Sautiliana seruetur, collata cum Trapezuntina, recognita per Gauricum 1528. et 1541. et 1551. per Schreckenf. et cum versionibus lat. ex arabico in Coll. Nou. 281. et in Coll. Magd. 136. et in bibl. Bodl. et edit. vulgatis.

Illustratum scholiis Arabum ex MSS. arab. D. Pocockii et in bibl. regia; et vberriinis commentariis arab. in bibl. Bodl. et persice in Coll. D. Ioan. Oxon. MS. et arab. MS. in bibl. publica Cantabr. inter MSS. Erpenianos, litteris hebraicis scriptum.

Commentarii Theonis et Cabasilae, gr. ex edit. Basil. et MSS.

Notae Gaurici, Schreckenfusii, et aliorum selectae, integrae Saulii.

Io. Rasel translatio ex graeco Almagesti cum commentariis, et epilogo ad Nicolaum P. Rom. contra Jacob. Cremonensem. MS. lat. B. 170. Laud.

II. Al-Suphius de Stellis fixis arab. et lat. cum figuris geminis e cod. MSS. Pocockii, Theuénoti, et forte et ex museo Golii, cum notis.

III. Liber egregius de erroribus in canone fixarum. arab. et lat. e cod. MSS. in bibl. Bodl. Con. Apoll. et bibl. Golii.

IV. R. Abrahae Aben-Ezrae astronomia MS. lat. Digb. et *κέλφες* inter MSS. Seld. Opus excellens: et forte MS. Pembr. 67.

V. Nasireddini institutiones astronomicae, cum commentario luculento arabico Hufain Ebn Mohammed, Nisaburiensis, qui Noddam vocatur, arab. et lat. ex MS. Coll. Ioan. Oxon.

VI. Cleomedis Meteora, gr. lat. per Balforem, et ex editione Vallae et Basil. 1547. collata cum MSS. opt. in Arch. Pembr. fol. 9. 75. et 50. 15. et 4<sup>o</sup>. 56. 57. et cum MSS. Saui-  
lianis: cum notis selectis Balforei, et aliorum, et scholiis gr. (forte Pediasimi,) doctis qui-  
dem ex MSS. Saui. et Pembr. 169. 75. et 161. et 70. 296. et 111. [P]

VII. Pfelli compendium quatuor artium, arithmeticae, musicae, geometriae et astro-  
nomiae, gr. lat. per Xylandrum, et per Murenium, Lips. 1590. et ex MS. Pembr. 94.

Item Michaelis Pfelli *παντοδαπή διδασκαλία*. Ro. 18. 256. vbi de stellis a capite 120.  
et fol. 294. b.

Eiusdem solutiones quaestionum physicarum fol. 665.

Item istarum scientiarum systema Pachymeris ex MS. Arch. Pembr.

Item Cassiodorus de iisdem, ex edit. Garetti et MSS.

De Paschate egregia, et excerpta ex Panario Epiphani de eodem.

VIII. Albategnius (Albatani) lat. ex edit. Venet. 1552. et MSS. lat. Digb. et Saui.

IX. Alfragani astronomia arab. lat. ex editione ac illustratione Golii, collatis etiam  
MSS. lat. Digb. et Saui. et Laud. E. 107.

X. Nic. Copernici epistola *ἀνέκδοτος* de tempore annuo, ex bibl. Saui.

XI. Campanus e MSS. Digb. et Bodl. et MS. Coll. Noui 293. et Ben. 93.

XII. Ric. Wallingfordi libri IV. egregii de sinibus ac proportionibus, cum scholiis  
Lenys lat. e cod. MS. Digb. 178.

XIII. Sim. Bredon super demonstrationes aliquas Almagesti. Opus perdoctum, ex MS.  
eodem Digb.

Argyri astronomica quaedam gr. lat. e MSS. gr. Seld.

Ali, filii Aben Ragel, astronomia lat. Venet. 1485. per Aegid. de Tebaldis.

Petri Alliacensis opera astronomica, lat. e MS. Oriol. 14.

Astronomica MSS. Ben. 193 et 194. et Coll. Nou. 295. et Coll. Ioan. Oxon.

Manilius ex edit. Scaligeri ac Bullialdi coll. cum MS. CCC. 2.

Swinshed de motu coeli. Cant. Arsh. 127.

R. D. D. Sethi Wardi astronomia geometrica: opus eximium. Idem de Cometis.

Introductio ad astronomiam ex Gassendo, Tacueto, Ricciolo, Keplero, Scheinero,  
Heuelio, Bullialdo, Borello, Longomontano, Herigono, Peurbachio, Steuino, Galileo,  
Schickardo, Hortensio, Oswaldo, Baroccio, Maurolyco, Guidubaldo, Maimonide in  
Mishne [P] Tora, Betrino, Langreno, Comite Pagano, Cassino, Blancano, Blanchino,  
B. Porta, Linnemanno, Heckerio, Abrahamo Zacuth, Cauallerio, Malapertio, Vrsitio,  
Clauio,

Clauio, Santbech, Dante, Diaz, M. Scoto, Christmanno, G. Wendelino, Aristarcho Mersenni, Philolao Bullialdi, Ang. Riccio, Wenero Norimb. G. Bonato, Bouillo, Gaurico, Schonero, Rheinoldo, Nonio, Rhetico, Moeslino, Tychone, Iunctino, obseruationibus Hassiacis, Metio, Lansbergio.

Haec, vel in sequente vol. de cometis et eclipsibus, tam ex scriptis vet. quam recentiorum, Dafypodii, Cylati, Gemmae, Keppleri, Heuelii, Lobkowitz, Petiti, Auzotii, Pisonis, Snellii.

*A c c e d a n t :*

Quaedam de Vietae harmonico coelesti, cuius mentio in astronomia Philol. Item de Salini problem. astronoin. in Coll. Iesuit. Genuae.

Nic. Copernici Revolutiones, secundum edit. Mulleri et Rhetici: et Ioannis Regiomontani epitome Almagesti: et Gebri Arabis lib. IX. in Almagestum. cum notis Sauilii. Noremb. 1533. ex bibl. Sauil.

Excerpta ex institutionibus astronomicis arab. MSS. in Coll. D. Ioan. B. et Almagesto, i. e. astronomia Auerrois. MS. arab. D. Pocock.

Thii mathematici obseruationes 7. gr. lat. ex astronomia philolaica et MS. in Ambul. Bodl.

Excerpta ex Plutarcho de placitis philosophorum. MS. Pembr, 131. 404.

Io. de Dandis opus planetarium, Appiani illo ingeniosius MS. Laud. 155.

Item alius de eodem argumento, fol. 345. et fol. 406. de accessu solis: et fol. 118. *Εὐμεθδος ἐπιθεωρήσι θεωρημάτων παντοδαπῶν, ὅπου δὲ ἐν τῷ δέδοντι τόπῳ κατασκευάσῃ ἀκτῖνα προσπίπτειν ἡλιακὴν ἀμετακίνητον ἐν πάσῃ ὥρᾳ καὶ τροπῇ.*

VOL. X.

*CLAVDIVS PTOLEMAEVS. [P]*

I. Canones *πρόχειροι* gr. lat. Haec iam primum prodeunt ex MSS. gr. Sauilianis binis et Pembr. et Bodl. in Coll. Noui 252. vna cum duplici commentario Theonis gr. ex iisdem MSS.

II. Heraclii Imperatoris luculentissimus commentarius in canones *πρόχειρος* gr. lat. ex codd. MSS. bibl. Sauil. et Bodl. in Ambul. cum tabb. nonnullis.

III. Claudii Ptolemaei Hypothesis et Canon Regum, et Proclus de sphaera, ex edit. D. Bainbrigii. coll. cum MSS. Sauil. et Pembr. item Leontius de Sphaeropoeia, gr. lat. ex edit. Santandreae: item Procli hypotyposes astronomicae gr. lat. edit. Allatii, et e MSS.

IV. Claudii Ptolemaei Anathema in templo Serapidis, et *περὶ κριτηρίῳ* ex edit. D. Bullialdi et MS. Bodl. in Ambul. cum notis Bullialdi et aliorum.

V. Tabulae perficcae, gr. lat. diuersarum editionum: e codd. gr. Pembr. tribus, viz. 63. 58. et 100. et Seld.

VI. Tabulae persicae Nasiroddini, perf. lat. ex bibl. Goliana.

VII. Tabulae persicae Ologbegi, viri principis, ex MSS. Coll. D. Ioan. Oxon. et Pocockii, et bibl. Saul. et arabice in Coll. D. Ioan. Oxon.

VIII. Excerpta ex tabulis MSS. arabicis, 1) Ebn Schatir Damasceni in Arch. Seld. 2) Omadoddini, metrica, in Coll. D. Ioan. Oxon. 3) Cyriaci Presbyteri. Arab. Laud. B. 80. 4) Mugifal. siue συλλογή persica MS. Laud. A. 130. Astronomica. Habet, inter alia, praecipue de fixis stellis, de tempore, ventis, aestu maris, montibus et fluuiis, mechanicis, Astrolabio, Telesmatis, et poetice. 5) Encyclopaedia fratrum germanorum, siue Echwanol Sepha MS. arab. A. 159. et apud Pocock, vbi inter alia, de Quadriuiio, quod vocat Boethius, atque praecipue geographica et musica. 6) Astronomorum aliquot persarum collectio: sunt autem, Yahya Ebn Mohammed excerpta ex Abu Abdalla Maredinense, Gelatoddin Mansur, Hosein Ebn Hosein, Chowaresmus Alkobraeus, Fessol Hatem super Mohammed Giagermaeum, liber egregius. Tum Ali Sergiandius, perceleber astronomus, de sphaera, de epochis, de vrbibus: Ali denique Koshgius, auctor optimus, de logistica secundum Indos, et astronomia: seruat in eodem [P] vol. et Nasiroddin Tusensis, tr. de Astrolabio. Persice omnia.

Tabulae astronomicae Abul Abbas Achmed Ebnól Banna arab. MS. B. 115. Laud.

Tabulae Ebn Atar secundum doctrinam Ebn Shatir Damasceni MS. arab. A. 50. Laud.

Mohammed Abu Omar Ebn Kafem Andelusani, i. e. Toletani, astronomia, caractere Afric. in bibl. D. Ioan. B. Oxon. Ibidem eodem argumento ac caractere libellus Abu Isaac Ibrahim Ebn Mezerkal cum tabb. aliquot. Tum Mohammed Ebn Mohammed Alsiaphius de sciatericis.

De compositione Tabularum tractatus, qui vocatur, כֶּן מִתְחַבֵּר אֶלְכֵן אֶלְכֵן, i. e. Plinthus Arzachelidis, lib. elegans ac vtilis, hebraice, MS. Laud. 108. Tum tract. Iacobi Ben Macir Harafensis de Astrolabio, cum commentario, hebraice, ibidem: MS. lat. E. 107. Laud. viz. Calendarium Richardi Monke, Capellani de Anglia anno 1434. Ioannes de Sicilia super canones Arzachelis. Tabula mediorum motuum per Magistrum Rede: Alinanach ad meridianum Oxon. canon fixarum, cum figuris constellationum, et tabulae Toletanae certe egregiae. Demonstrationes canonum tabb. Liber doctus. Theoria Planetarum. Calendarium Grossi capitis. Humenez Aegyptiorum. Philosophi et Magistri filiae Ptolemaei. Almanach, seu tabb. ab Arzachele mutatae in annos Alexandrinos, et a Magistro Ioanne Papiense in annos Christ. Ars quadrantis, et cylindri compositio.

De sphaera Digb. 93. Kenubi astronomus, Digb. 95.

Theorica Si. Bredou, Digb. 93. liber egregius.

Theorica planetarum, Digb. 93.

Tabb. W. Rede Oxon. Digb. 57. 25. Ibi fol. 41. tabb. aliae Oxonienses absolutissimae cum eclipsibus ab ann. 1376. ad ann. 1390. Ibi de vsu instrumenti, dicti *Albion*, inuenti, quod puto, per Ric. Wallingford. Ibi fol. 131. de aequatione dierum tract. perpulcher. Ibi rationes aequationum planetarum, et quantitas annua per Thabet et R. Monke, et capitula Almagesti fol. 146.

De signis Zodiaci et de planetis, gr. Pembr. 76. 143.

IX. Arzachelis tabulae ex MSS. lat. Mert. 73. et Arch. Bodl. 122. et bibl. Saul. [P]

Item tabb. Prophatii Iudaei, ex MSS. Mert. et Arch. Digb. et bibl. Saul.

Canon fixarum per W. Wyrcesire 1440. Laud. B. 23. Ibidem.

G. Euesham de motu octavae sphaerae. Oxon. 1316.

X. Alphonfi tabb. ex edit. et MSS. Laud. B. 23. et E. 107. cum notis.

XI. Obseruationes et tabb. MSS. P. Dacii Ben. 330. Eshendem Oriat. 65. Lemonicensis. Publ. Cantabr. 223. Si Bredon. 24. Alb. Batecomb. cum aliis. Magd. Oxon. 14. Killingworth. 168. Lumly. Caerleon. 188. Lumley. R. Wallingford, Read Oxoniensis.

De Calendario MS. arab. 4°. in legato Scaligeri et Chronico Samaritan. arab. ibid.

Quaere, an gnomonica hic interferi possit, tam secundum veteres, Latinos sc. et Arabas, quam recentiores, puta Clauium, Herigonum, Magnanum, Commandinum, Ougthredum, et e MSS. Rawlinsoni, Hoggii, et Forsteri.

XII. Harroxii obseruationes cum notis Wallisii, et Rooke, quod reperiri potest cunque.

XIII. Excerpta quam breuissima ex tabb. Rudolph. Philolaic. Lodoiticis, Mediceis, Danicis, Prutenicis, Bergens. Frificis, Lansbergianis, illis Riccioli, Wingi, Streti, recentiorumque aliis, et ex obseruat. Tychonis, siue a Curtio, siue a Bartholino vulgatis.

XIV. Collectanea ex vett. marmoribus, historicis, chronicis, tabb. Paschalibus computisque MSS. de re chronologica, atque perparce ex Petauio, Scaligero, Simsono, Caluifio, Strauchio, aliisque recent. viz. Marshamo, Seldeno, Viferio, Seneschallo, Petito, Clauio, Vieta, Emmio, Allatio, Lydiato, Cardano, G. Mercatore, Christmanno, R. Ori per Christmann. Maurolyco, Gassendo, Baronio, Saliano, P. Alliacensi, A. Echeleni in Byzant. histor. vna cum Censorino ex edit. Lugd. Bat. et MS. et Beda ex MSS. Ioan.

#### VOL. XI.

### CLAVDIVS PTOLEMAEVVS. [P]

I. Περὶ Φαίσεων ἀπλανῶν καὶ ἐπισημασιῶν, gr. lat. multo emendatius, quam Petauius olim dedit, e codd. MSS. Saul. et in Ambul. bodl. cum notis Petauii et aliorum.

Anonymus de ortu et occasu fixarum, gr. MSS. Pembr. 94.

II. Claudius Ptolemaeus de Analemate, lat. cum notis Fred. Commandini, mathematici praestantissimi, et amplissimi Saulii ac aliorum: collat. cum MS. in biblioth. Bodl. in Ambul.

III. Geminus de adparentis et isagoge, etc. ex edit. 1590. et illa Petauii, viri summi, et MSS. bibl. Saul. et Pembr. 187. 206 et 165. 9.

Festus Auienus etiam ex MS. item Germanicus, et Cicero, et Hyginus.

Addo hic Hipparchum et Tatium, ex edit. Victorii ac Petauii, et MSS. bibl. Saul.

IV. Arati gr. lat. iuxta edit. H. Grotii, incomparabilis V. collata cum MS. Pembr. 4°. 419. 113. cum scholiis ἀνεκδότοις καὶ καλοῖς et 8°. 133. et extra numerum, cap. 78. compendiosa metaphrasis Arati et docta. Pembr. 131. 429.

V. Heraclius, imperator, Philoponus, Nicetas, aliique Graecorum de Astrolabio gr. lat. ex codd. MSS. Pembr. et Sauil. et Coll. Nou. et Bodl. in Ambul. vna cum scholis arabicis ex MS. arab. Con. Apoli. et ex MSS. lat. in Arch. Seld. et ex Hermannii Astrolabio MS. Seld. et MS. Bodl. in Ambul. et Digb.

Philoponus, vt puto: elegans enim est, et meminit Ammonii, discipuli sui, et imperatoris, puto Heraclii, instigantis, de Astrolabio, gr. MS. Pembr. 166. 197.

Alius de eodem, ibidem: et Anonymus de Quadrante, forte ex latino, (meminit enim Paris. et Montis Pessulani,) gr. MS. Pembr. 187. 201. et Pembr. 165.

Item scholia Anonymi, imo et Macarii Hieromonachi, adiuuante illum fratre suo, Nicephoro Gregora, ibid. Item, nonnemo de Astrolabio, hortatu Manelli, cardinalis, ad Papam Romanum, vti videtur: ibid.

VI. Iordanus de Planisphaerio ex edit. Command. et per Valder. 1536. et MSS. in bibl. in Ambul. et Caii I. [P]

De prognosticationibus et obseruationibus aeris mutat. ex Rob. Lincoln. et Alkindio tam edit. quam MS. et Columella, et Plinio, et Macrobio, Prognosticon gr. MS. Pembr. 131. 262. et Pembr. 194. 88. et ibi de ortu et occasu fixarum optime.

Qu. de Bessarionis Card. Canone fixarum aut edito aut scripto in biblioth. Venet. D. Marci.

Alkindius de pluuiis per planetas.

Hygini astronomicon ex edit. Basil. et MSS.

R. Abr. Cai de sphaera, hebr. et lat. per Schreckerf.

Commentarii in sphaeram et computum Io. Sacrobosci. MS. D. Ioan. Oxon.

VII. Ptolemaeus, vel veterum alius, de speculis, lat. ex edit. et ex MSS. vna cum commentario MS. in bibl. Sauiliana.

Heliodori optica, gr. lat. secundum edit. E. Bartholini, cum scholiis eiusdem: et ex MSS. Coll. D. Ioan. B. et Arch. Pembr.

Robertus Lincoln. de Refractionibus. E. 107. Laud.

Anthemii, mechanici, (cuius opus templum S. Sophiae,) fragmentum μηχανημάτων παραδόξων, gr. lat. ex MSS. Coll. D. Ioan. Oxon.

Alhazeni Optica lat. ex edit. et MS. Cantabr. Petr. 23.

Vitellionis Optica.

Adde Pecchani Cantuar. et Baconis perspectiua ex edit. et MSS. in bibl. Sauil. et Petr. 28. et Linc. 16. et Bodl.

Quaere Dioptrica W. Snellii nondum edita.

Haec cum notis et excerptis necessariis ex recentioribus Opticis, Steuino, Herigono, Keplero, Cartesio, Fabio, Gregorio, Barrouio, (seu, quod iste meruit, Varrone nostro,) Hugenio, Porta, Guidubaldo Ghetaldo, Hobbio, Gualtero Wernero nostrate, Dasypodio, Risnero, Maurolyco, Vossio, Nonio, Antonio de Dominis, Grembergio, Cataldo.

Tum de arte perspectiua, quae nunc vocatur, siue Scenographica, ex Nicerone, Du Bofs, Herigono, Alberto Durero.

## VOL. XII.

## CLAVDIVS PTOLEMAEVUS. [P]

I. Claud. Ptolemaei Tetrabiblos et Carpus, graece ex editt. et MSS. Coll. Nou. 299. et C. C. C. 50. et Laud. C. 100. et Pembr. 169. 328. Latine ex editt. et MSS. Cant. Publ. 224. et 152. et Coll. Nou. 75. et C. C. C. 49.

Excerpta ex Tetrab. Pembr. 137. 441. gr. MS.

Commentarii Procli, Theonis, Porphyrii.

Pauli Alexandrini introductio in apotelesmaticam ad filium suum Cronamonem. gr. MS. Pembr. 94. 76. Liber bonus de arte minime bona.

II. Mercurius Trismegistus de decanis, gr. lat. ex edit. et MS. gr. Coll. Nou. 299.

III. Vettii Valentis Anthologia astrol. e cod. MS. Seld.

IV. Excerpta ex Vettii astrol. gr. lat. e cod. MS. in Ambul. Bodl. et in MS. Seld. et Barrocc. 49. 68. et in MS. Saul. gr. vbi Heraclii comment. in Canonas *περοχέρεις*.

V. Firmici Astronom. Linc. Coll. 94. et Pembr. 64. MSS. collat. cum editis.

Petofridis Prognostica ex MSS. Pembr. 166. 162. et 169. 376.

VI. Astrologia Ghaminaei, Arab. caractere Mauritanico. MS. legat. Scaligeri.

Albumasar, (seu Abu Maasher,) de natiuitatibus, arab. et gr. MS. Pembr. 94. 68. MS. Laud. A. 137. Latine nullibi non reperitur.

Nasiroddin Tufensis de Geomantia. Persice MS. Laud. 154.

Alchebitius cum comment. Ioannis de Saxonia ex editt. et MS. Digb. 93. vbi tractat de annis. Ibi etiam Albumasar de partibus.

Procli Vranodromus. Gr. MS. Pembr. 166. 162 et 169. 376.

Duodecim *τόποι* Masala. Gr. MS. Pembr. 94. 100. Ibidem tabulae, et alia non omit-  
tenda.

## VOL. XIII.

## CLAVDIVS PTOLEMAEVUS. [P]

Claudii Ptolemaei Geographia, graece ex edit. Basil. per Frobenium, et Paris. cum epistola Erasmi 1546. et gr. lat. per Bertium: et ex MSS. graecis binis optumae notae in Arch. Seld.

Latine vero ex edit. Argent. per Vbelum 1513 et 1520. Lugd. per Villanouanum 1541. Basil. per Müntserum 1542 et 1552. Coloniae ex versione Nouiomagi 1540. Romae 1590. cum tabb. partim aeneis, partim ligneis: et ex MS. lat. in Coll. Magd. per Nonium Pacinum. Liber pulcher. edit. italice per Gastaldum, Ven. 1584.

II. Eledrisii  $\Theta$  Geographia, (cuius compendium plane est illa, quae Nubiensis vocatur,) arab. et lat. cum tabb. MSS. D. Pocockii et biblioth. Bodl.

III. Abulfedae Geographia arab. et lat. ex binis codd. opt. D. Pocockii, et vno biblioth. publ. Cantabr. et, quod speramus, ex edit. Theuenoti. [vid. quos laudat *Hartmann* l. c. pag. 18.]

IV. Calcoshendius, scriptor accuratissimus, de Aegypto, arab. et lat. e MS. Seld.

V. Mappa regni Sinici, a Chinenfi quodam depicta, ex Arch. Seld.

Geographia Ibn Isaac MS. arab. caractere Afric. Laud. A. 139. Liber eximii pretii.

Anonymus *περὶ θέσεως κόσμου*. MS. gr. Pembr. 131. 427.

R. Bacon de situ orbis. Cant. Ben. 192.

G. Melherayae Mappa Mundi Ben. 255.

Hygini Descriptio mundi. Petr. 5.

W. de Worcester de longitud. et latitud. locorum in Anglia, Ben. 379.

Directorium terrae sanctae. MS. Coll. Magd. Odorici itinerarium. Ben. 4 et 72. et Luml. 247. Rubrocki itinerarium. Ben. 61. et Luml. 247. Necham. Ben. 262.

Adnestantur Scylax, gr. lat. ex edit. If. Vossii, cum notis eiusdem.

Marcianus.

Dicaearchus, gr. lat. edit. Hoeschelii et H. Stephani.

Nicephori Blemmydae geographia synoptica ex edit. et MS. [P] Laud. C. 69. Item Nicephori Gregorae scholia in lib. I. Geographiae Ptolemaei, ibidem.

Solinus ex edit. Salmasii, *τῆ πρώτῃ*. Coll. cum MS. bibl. publ. Cantabr. 195. et Petr. 94. et G. C. 35. et Coll. Magd. Oxon. et Laud. cap. 118.

Mela ex edit. If. Vossii, incomparabilis viri, collat. cum MS. Coll. Nou. 285.

Aethicus.

Tabulae Peutingerianae.

Antonini itinerarium, cum notis Suritae, et ad fidem MS. Ben. 273. cum commentario Talboti.

Stephanus de urbibus, gr. lat. secundum edit. Leidenfem.

Strabo

c) s. potius *Edrisii*. vid. *Herbelot* bibl. orient. voc. *Edrisi*. *Io. Phil. Kurzman* comment. de Africa Geographi Nubiensis. Ienae 1791. 8. pag. 4

sqq. *Io. Melchior Hartmann* comm. de geographia Africae Edrisiana. Gottingae 1791. 4. pag. 2 sqq. *Harl.*



Strabo ex edit. Casauboni, vel saltem variantes lectiones e cod. gr. MS. bibl. publ. Cantabr. 7. et lat. MS. Linc. Coll. 94. et bibl. publ. Cantabr. gr. forte et Pembr. 169. 178.

Dionysii *περί γηγενεως* gr. lat. ex edit. Stephani cum scholiis Eustathii, et edit. Hilli, et ex MSS. gr. Bodl. 4°. M. 46. et Pembr. Arch. extra numerum C. et bibl. publ. Cantabr. 7. et Laud. C. 31.

Introductio ad Geographiam et artem nauticam ex Herigono, Ricciolo, Fournier, Wright, Borroughs, Merula, Ortelio, Atlantibus D. Bleau, Keplero, Maurolyco, Balthasare Conrado, L. Holstenio, Vossio, Baroccio.

## VOL. XIV.

## CLAVDIVS PTOLEMAEV S.

I. Claudii Ptolemaei, Harmonica. gr. lat. ex codd. MSS. gr. in Coll. D. Ioan. Oxon. optimae notae, et in Arch. Bodl. et in Ambul. Bodl. et in bibl. Savil. et Pembr. 124. cum scholiis, et Coll. Nou. 299. et Coll. Magd. Oxon.

II. Commentarius Porphyrii, gr. e cod. MS. Coll. Magd. servatur fragmentum eius in Coll. D. Ioan. Oxon. atque liber ipse in bibl. [P] regis Galliae et in bibl. Vossii, et in libr. I et II. in Arch. Pembr. 41. 148.

III. Bryennius in Ptolemaei Harmonica gr. ex MS. Coll. Magd. Habet et Meibomius et bibl. regis Galliae.

Quaere, an Cleomedis, Dioclis, Pediafimi reperiantur in Vatic. aut Gallic. aut bibliotheca Vossii: et an Cleomedis Harmonica sit inter opera Georgii Vallae.

Pachymeris Harmonica e MS. Vossii, graece.

Lampadarius de Musica recentiorum Graecorum. gr. lat. ex MS. Seld.

Auicennae Musica arab. et lat. e codd. Pocockii et Grauii.

Musica, persice ex MS. cod. Coll. D. Ioan. B. Oxon. partem bene magnam ex Ptolemaeo traducta.

Boethii Musica ex editt. et MSS. Coll. Magd. Oxon. 131. et Coll. Bal. 257. et Trin. Oxon. 24. et Pembr. 61. et MSS. Seld. et Laud.

Antiqui scriptores musici, ex edit. Meibomii cum notis eiusdem, collat. cum editt. et cum MSS. viz. praeter Euclidem.

Aristoxenus. MSS. gr. Bodl. Arch. A. 113. et Arch. Seld. et Bodl. Th. 17. 22. et Pembr. 41. 21.

Nicomachus MSS. gr. Pembr. 41. 122.

Alypius MSS. gr. 4°. Pembr. Arch. 41. 71. et Arch. Bodl. 113. et Coll. Ioan. B. Oxon.

Gaudentius MSS. gr. Coll. D. Ioan. Oxon. et Pembr. 41. 101.

Bacchius MSS. gr.

Aristides MSS. gr. Arch. Bodl. 112. et in Museo Ambulacri, et in bibl. Savil.

Excerpta ex Martiano, et Macrobio, praesertim MSS. et Cassiodoro, et Censorino, et Dionysio Halicarnassensi, et Vitruuio.

Plutarchus de Musica ex editis, et MSS. gr. lat. cum notis.

Grosstead in Musicam et Arithmeticam Boethii. E. 107. Laud.

Musicae compendium MS. lat. biblioth. D. Ioan. Oxon. item Adnotationes egregiae in illud.

Item Guido coll. cum MSS. Coll. D. Ioan. Oxon. cum commentario perdocto: et iterum in eadem bibl.

De Theone ad Platonem. Vid. vol. VI. [P]

Habet et insignissimus vir D. H. Voslius, quae ad rem musicam spectant, alia.

Adnectantur tractatus Chilmeadi de Musica vetere, penes Bysh. Equitem.

Consulendus est Beda nostras, et conferendus cum MSS. Coll. Ioan. Oxon. binis.

Illustrarunt hanc doctrinam, omnium suauissimam, Galileus vterque, Keplerus, Cartesius, Mercennus, Brunckerus, Wallisus, Cottignez, Kircherus, Iac. Faber Stapul. Zarlinus, Gassurius, Gesualdus.

*Hacc satis superque.*

## C A P V T XXIV

### DE ATHENAEO, MECHANICO, APOLLODORO, ARCHITECTO, ET ALIIS HVIVS ARGVMENTI SCRIPTORIBVS.

I. *Athenaei, mechanici, liber de machinis bellicis.* II. *Apollodori poliorcetica.* III. *Philonis Byzantii mechanicorum reliquiae.* IV. *Liber Philonis de septem spectaculis.* V. *Bitonis de machinis bellicis.* VI. *De Herone ac Ctesibio variisque Heronibus.* VII. *De Iulii Africani Cestis.* VIII. *Anonymus de toleranda obsidione.* IX. *Francisci Iunii catalogus artificum mechanicorum, statuariorum, pictorum aliorumque.* X. *Catalogus eorum, qui de re pictoria et statuaria scripserunt.*

[Cum auctario G. C. Harles.]

#### I.

**A**THENAEVS <sup>a)</sup> incertae patriae scriptor, et longe diuersus ab Athenaeo Byzantio, quem instaurandis vrbibus muniendisque praefecit [P] Gallienus, imp. teste *Trebellio Pollione* cap. 13. quingentisque et sexaginta annis antiquior, *περί μηχανημάτων, de machinis bellicis* librum scripsit ad *M. Marcellum*, qui Syracusas cepit Olymp. CXLII. [conf. *Lambecc.* VII.

a) *Athenazum*, Atheniensem, vocat Ioan. Aurispa in literis ad Ambrosium, Camaldulensem, tom. III. collectionis Martenianae pag. 714. *Habeo ego volumen quoddam magnum vetustum Athenaei, Atheniensis, mathematici, cum pictu-*

*ris instrumentorum. Id volumen est antiquum et p. Euræ non satis aptae; sed facile intelligi possunt.* pag. 170. *Ἀθηναίων περί ὀργανῶν πολεμικῶν* adpellat.

VII. pag. 445.] Laudat *Hero* iunior praefat. ad *mechanica*, vbi ait, cum ex *Agēstirati* et aliorum sapientum scriptis poliorcetica ad *M. Marcellum* composuisse. Non aliorum autem tantum, sed sua etiam inuenta in hoc opere memorat et formis adiunctis ille usurat: ε γὰρ μόνον, inquit pag. 9. οὐδὲ τὰ καλῶς εἰρηθέντα ὑφ' ἑτέρων εἰδέναι, ἀλλ' ἐπεὶ περ ἐστὶν εὐκηνία περὶ τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτὸν τι εὗρισκεν δὲ.

Memorat vero pag. 2. *Daimachi* <sup>b)</sup> Poliorcetica, qui cum *Alexandro M.* fuit, tum *Pyrrii*, Macedonis, πολιορκητικὰ ἔργα, p. 2. 9. et scripta *Agēstirati*, *mechanici*, (a *Vitruvio* etiam praefat. libri VII. et ab *Herone* iuniore in prooemio libri de bellicis machinis, vbi *Athenaei* huius meminit, laudati,) quem in *Βελικαῖς* excelluisse testatur pag. 2. Huius praeceptorem *Apollonium* laudat pag. 3. tum *Tyrium*, naupegum, *Perhasmenum* et *Geram*, *Carthaginensem*, qui arietis ac testudinis vsum docuerunt. Praeterea pag. 4. *Polydium*, *Thestalum*, cuius discipuli, *Dinates* et *Chereas*, cum *Alexandro* militarunt, et *Diadem* ἐν μηχανικῷ συγγράμματι, ex quo descriptionem arietis cum *Vitruuii* X. 16. pag. 19. edit. *Laeti*, dedit *Turnebus* aduersar. XXIII. 31 et addita icone *Rigaltius* ad *Onofandrum* pag. 69 sq. [adde *Schwebel* ad *Onofandrum* pag. 120.] *Hegotorem* porro *Byzantium* pag. 5. ex quo descriptionem testudinis *Turnebus* XXIII. 33. cum *Vitruuii* versione, et *Epimachium*, *Atheniensem*, qui *Demetrio* Poliorcetae, *Rhodom* oppugnanti, *Helepolin* construxit, pag. 7. (et apud *Rigaltium* pag. 76.) *Callistratum*, qui ὑπὲρ τῶν μηχανικῶν scripsit, tum pag. 8. *Ctesibium*, *Ascrenum*, siue, vt in *MSto*, *Acrenum*, *Athenaeo* *Dipnosoph.* IV. pag. 174. κρηῖτα, quod forte ex illo deprauatum est, [in textu edit. *Parisi.* est Ἄσκληνός, sed in margine Ἄσκλητος et in vers. lat. *Ascrenus.* vid. §. VII. not.] qui in vrbe *Alexandria* *mechanicus* fuit. In extremo libri pag. 11. ait, se etiam descripturum alio libro, quomodo machinis a se expositis occurrere debeat. Ὅσα δὲ δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα ἀντιμηχανήσασθαι, ἐστὶν τινὰ ἀναλεξάμεθα παρὰ τῶν ἀρχαιοτέρων, περὶ αὐτῶν σοὶ καλῶς γράψαι. Praeterea mentionem quam in prooemio fecit, *Hemeri*, *Stratonis*, *Hesii*, siue, vt in *MSto*, *Iliaci*, *Archytæ*, *Aristotelis*, *Calani* *Indi*, cuius dictum celebrat; *Graecos* de rebus paruis magna scribere volumina, *Indos* breuia praecepta de rebus maximis tradere: *Isocratis* epistolae de pace ad *Philippum*, inita citius, quam *Isocrates* absoluisset scripturam, *Callisthenis*, *ισοσυγγράμματος*, tum *Delphici* moniti, quod iubet χρόνε φείδεσθαι, item alterius sententiae, ἐπὶ τὰ κρηῖτα μέτρα εἰδέναι, ἕως φιλοσοφίας ἐπί. Hunc librum e quatuor *MSS.* regis *Galliae*, e quibus is, qui numerum *MMCLXXIV.* in scriptum habet, antiquissimus est et ante 700. amplius annos scriptus, graece recensuit *Theuencius*, latine vertit *Henr. Valesius*, ac *Ioh. Baptista Cotelierius*. Exstat primo loco inter veteres mathematicos perquam nitide ac luculenter

b) [In textu gr. edit. *Parisi.* est Δαιμάχης, in margine Δαιμάχης, in versione autem latina *Daimachi.*] *Daimachi* πολιορκητικὰ ὑπομήματα laudat *Steph.* in *Λαυδαιμῶν*, et e *Stephano Eustathius* ad *Iliad.* II. pag. 222. Numerus is apud *Stephanum* non numerum librorum sed machinarum, quas *Daimachus* descripsit, notare videtur. In bibliothecis adhuc superesse hoc opus *MS.* testatur *Vossius* de scientiis *Math.* cap. 48. §. 23. pag. 295.

*Scipio Tettius* commentario de *Apollodori*: *Exstant hodieque et expugnatoria urbium Apollodori nomine commentaria, huius, (Atheniensis, qui de diis scripsit) an alterius, non plane dixerim, titulo Ἀπολλοδώρου τὰ πολιορκητικὰ: quae cum Daimachi, Athenaei, Ctesibii, Bitonis, Pappi, Philonis, Arthemii eiusdemque et similis argumenti libris aliorum complurium circumferuntur.*

ter cum latina versione et figuris, in aes incisus  $\text{?}$ , editos Parisiis e typographia regia an. 1693. fol.

[Inscriptio libri haec est:

*Veterum mathematicorum, Athenaei, Bitonis, Apollodori, Heronis, Philonis, et aliorum opera, graece et latine pleraque, nunc primum edita, ex manuscriptis codicibus bibliothecae regiae. Parisiis, ex typographia regia. 1693. fol.*

In praefatione primum de consilio operaque Theuenotii agitur: adnotatur praeterea, illum in Heronis pneumatica ex octo codd. graecis eum potissimum delegisse, qui cum translatione Commandini latina maxime conspirasset, reliquis tamen non plane spretis; *de la Hire*, qui post obitum Theuenoti curam editionis suscepit, et codd. msstos regios contulit cum excusis, illa Heronis gallice vertisse, additis adnotationibus; organi hydraulici et pneumatici descriptiones optime conuersas esse ab eodem *de la Hire* in sermone latinum; *Pouchard* recognouisse Athenaei, Apollodori, Philonis Bitonisque opuscula; *Boiuinium*, (*Boivin*,) collatis *Africani* msstis, varias lectiones descripsisse, coniecturas et adnotationes, quibus *Africani* librum corruptissimum multis in locis restituit, adiecit, et auctorum collegisse testimonia, huic editioni praemissa. Praefationem excipit recensio codd. msstor. in bibl. Paris. codd. MMCLXXIII. MMCLXXIV. (qui est optimus,) et MMCLXXV. continent *Athenaei* libr. de machinis, *Apollodori* Poliorcetica, *Philonis*  $\beta\epsilon\lambda\omicron\pi\omicron\iota\kappa\acute{\alpha}$ , *Bitonis* tractat. de construct. bellic. machinarum et *Heronis* opus de Chiroballistra, eiusdemque *Belopoeica*; cod. MMCLXXVI. eadem complectitur, exceptis *Philonis* *Bitonis*que libris. *Heronis Pneumatica* sunt in octo exemplaribus, nr. MMCLXIX. MMDCCXXII. MMDCCXXIII. MMMCXCI. (qui a ceteris plerumque discrepat,) MMMCXII. MMMCXIII. MMMCXIV. *Heronis automata* praebent codd. MMCLXIX. MMDCCXXII et MMMCXCV. *Iulii Africani* cod. MMCLXXIII. in biblioth. regia et cod. MDCCCCXCVI. in biblioth. Colbertina. De obsidione toleranda, sine auctoris nomine, cod. MMCLXXIII et MMCLXXV. atque in biblioth. Colbertina, cod. MDCCCCXCVI. — Praeter opusc. in inscriptione editionis memorata, insunt quatuor theorematum, adiuncta spiritualibus Heronis, per Io. Baptistam Aleotum, *Iulii Africani* Celsi, graece, lib. de obsidione toleranda, nec non *Bernardini Baldi* in *Heronis* *belopoeica* notae et variae lectiones ac notae ad *Iulii Africani* librum cestorum, opera *Ioannis Boivin*.

Hic codd. quorum notitiam acquirere potui, msstos Athenaei et reliquorum, in hoc capite memoratorum, omissis Parisiis, simul indicabo: quos ex *Heilbronnero* notavi, iis simpliciter signum paginae adieci. — In biblioth. *Vindobon.* auctore *Lambecio* comm. libr. VII. in cod. XLVII. nr. 13. pag. 197. edit. *Kollar*. *Heronis tertii* sub imperatore *Heraclio* saec. VII. introductio in *Geodaesiam*,  $\epsilon\iota\sigma\alpha\gamma\omega\gamma\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon\ \gamma\epsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon\pi\mu\epsilon\lambda\omicron\nu\omega\nu$ , sed contracta atque interpolata. — *ibid.* cod. CV. nr. 2. pag. 399 sqq. eiusdem *Heronis tertii* introductio in *geodaesia*, quae utrobique prorsus diuersa est ab eiusdem *Heronis* libro de *geodaesia*, ad usum rei militaris accommodata et a *Barocio* edita. — *ibid.* in cod. CX. pag. 415 sqq. *Heronis, Alexandrini*, (sub *Ptolemaeo*

c) Figuras in codd. msstis non satis respondere auctoris verbis, notarunt *Ios. Scaliger* et *Isaac. Casaubonus*. vid. *Casauboni* epist. 177. edit. Graec. vii.

Ptolemaeo Euergete II.) *spiritualium machinarum libri duo cum figg. elegantissimis; eiusdem dioptrica. — eiusdem manuballistae constructio et symmetria; — eiusdem fragmenta duo de campestribus et Camario, machinis bellicis ita dictis: — eiusdem belopoetica. — ibidem in cod. CXI. pag. 420 sqq. Heronis, Alexandrini, belopoetica cum figg. — Apollodori poliorcetica cum figg. machinarum obsidionalium. — Philonis, Byzantii, lib. de fabrica turrium, murorum aliarumque munitio et de obsidione tum toleranda tum facienda. — Sexti Iulii Africani Cesti, siue de re militari libri IX. (vbi Lambecius multes est pag. 422 sqq. de hoc opere eiusque auctore.) — Imper. Constantini Porphyrogeniti liber tacticus etc. — Heronis tertii excerpta instructionum militarium. — Heronis tertii (alibi, etiam in editione Paris. s. sylloge Thevenotiana, nullum auctoris nomen additur.) excerpta de toleranda et repellenda obsidione, (hunc codicem conspirare cum Colbertino cod. MDCCCXCVI. notat Kollarus pag. 431 sq.) — ibid. cod. CXII. (pag. 435.) Heronis, Alexandrini, belopoetica cum elegantibus figuris coloratis. — ibid. cod. CXIII. pag. 437 sqq. cum Teugnagelii annotationibus, quas Lambecium in usum suum conuertisse, Kollarus in not. A. animaduertit; Heronis Alexandrini belopoetica, cum adpendice de manuballistae constructione et fragmentis duobus de campestribus et Camario: in fine notanda est subscriptio ab antiqua manu exarata: Τέλος τῶν ἈΡΧΙΜΕΔΟΥΣ Βελοποιικῶν, τῶν ἐξηγηθέντων παρὰ ἩΡΩΝΟΣ ΚΤΗΣΙΒΙΟΥ. Vnde, (vt ait Lambecius,) adparet, Heronis Alexandrini belopoetica, s. belopoetica ipsi etiam Archimedi, Syracusano, olim fuisse adtributa, et Heronem, Alexandrinum, eorundem explanatorem potius fuisse habitum, quam auctorem. — Heronis, Alexandrini, pneumatica. — Athenaei lib. de machinis bellicis, cum figg. — Bitonis lib. de constructione instrumentorum bellicorum et catapultariorum cum figg. — cod. CXIV. pag. 444 sqq. Athenaei lib. de machinis bellicis cum figg. coloratis; Bitonis lib. de constructione instrumentorum bellicorum et catapultariorum ad Attalum I. Pergami regem; Heronis Alexandrini manuballistae constructio et symmetria, cum duplici adpendice de campestribus et Camario; Heronis Alex. belopoetica; Apollodori, architecti, poliorcetica ad imper. Hadrianum; Philonis Byzantii liber de fabrica turrium, murorum aliarumque munitio et de obsidione tum toleranda tum facienda; ex Sexti Iulii Africani Cestorum ennesiblo liber de re militari; Heronis tertii excerpta de toleranda et repellenda obsidione, (sed in codice mentio Heronis non indicitur, pariter in cod. eodem nr. 9. pag. 452. vti in cod. CXI. nr. 6. Heronis nomen non additur, a Lambecio vero ita citatur is,) Heronis tertii excerpta instructionum militarium. — In Kollarii supplement. ad Lambecii commentar. cod. LXV. p. 430 sq. Heronis Alexandrini spiritualium liber primus, vbi adnotatur et fusius declaratur, in codice illo Vindob. totum hoc opusculum aliter dispositum reperiri, atque in editis exemplaribus, et in hoc codice opus in duo libellos, XXIV. capitibus constantes, diuidi; (vti in cod. Argentorat.) — in cod. LXVI. pag. 436 sqq. Heronis spiritualia, II. libris; — eiusdem Βελοποιικὰ (sic) τελεικτινα; — eiusdem dioptrica; — eiusdem τίνα κλάσματα, siue fragmenta quaedam, inter eius scripta seruata, aegre reperiunda, (at ista per Heronis spiritualia passim sparsa sunt.) — eiusdem fabrica sponte se mouentium, περὶ αὐτοματοποιητικῆς μηχανατείας.*

In biblioth. Monac. Bavarica, cod. CCXV. (catal. p. 79.) Athenaeus de machinis bellicis; item Biton, Hero, Iulius Africanus de re militari, Leonis imperatoris de re militari et copiis instruendis διατάξεις. Nicephori imper. de bellico adparatu libri XII. — cod. CLXXVII. (catal. pag. 69.) Heronis isagoge geometrica. — cod. CCXXXVIII. (catal. p. 82.)

*Heronis* mechanica et βελοποιητικά καὶ εὐθυμετρικά et id genus alia. — cod. CCXXXIX. (catal. pag. 83.) *Iulii Africani* de adparatu bellico.

In biblioth. *Augustana*: *Her.* isagoge geometrica, (*Reiser* cat. pag. 66.) fragmenta quaedam, quae alibi in scriptis eius non exstant; eiusdem de spiritalibus liber, latine; fragm. geometricum, (ib. pag. 81.)

De codice Argentinensi cl. *Io. Schweighauser*, P. P. O. in vniuersitate litterarum Argentoratensi, ann. 1789. in peculiari disputauit prolusione academica. Notitia autem codicis, a viro illo erudito scripta, quia breuis et docta est, ab hoc loco haud aliena videtur. „*Isaacus Casaubonus*, ait Schweighauser, in fragmentis Polybianis laudauerat librum manuscriptum Anonymi Tactici, qui in regia exstat bibliotheca, hoc titulo ὅπως χρῆ τῶν τῆς πολιορκημένης πόλεως στρατηγῶν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάττεσθαι, καὶ οἷς ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρῆσθαι, id est, qua ratione urbis obsessae praefectus obsistere obsessioni et quibus institutis repellere eam debeat: ex eoque codice fragmenta nonnulla, minime spernenda, quae ex deperditis Polybii libris excerpta sunt, depromserat. Ex illis fragmentis vnum est, ad historiam oppugnationis Syracusarum pertinens, cuius ope contextum Polybianum, qui a compilatore excerptorum ex Polybii libris XVII. prioribus conseruatus est, opportune auxit *Iac. Gronouius* in sua Polybii editione lib. VIII. cap. 5. Aliud satis amplum ac notabile Polybii fragmentum, quod ad Ambraciae obsidionem spectat, quam *Liuius* lib. XXXVIII. cap. 7. exponit, ex eodem regio codice ab *Henr. Valesio* secum communicatum, publici iuris fecit idem *Iac. Gronouius* in Dissertatione Epistolica, tomo II. *Liuii*, a se editi, subiecta, pag. 56 sq. Quod fragmentum Polybianum saepius laudans *Drakenborchius*, ad *Liuii* locum citatum, atque etiam ipsum exhibens tomo VII. *Historiarum Liuii* pag. 148 sq. lectorem oblitus est monere, commentarium illum Tacticum, e quo fragmenta ista fuerant a Polybii editoribus depromta, iam pridem interim integrum in lucem fuisse emissum. Scilicet inter *Veterum Mathematicorum, Athenaei, Bitonis, Apollodori, Heronis, Philonis, et aliorum opera*, quae *Parisiis* ex *Typographia regia* anno *MDCXCIII.* edita sunt, ista, quam dixi, de repellenda obsidione commentatio, ex tribus codicibus regijs descripta, exhibetur: monuitque editor, eandem in codice msto bibliothecae caesareae Vindobonensis (teste *Lambeccio* tom. VII. ad cod. CXI. et ad cod. CXIV. nr. 8.) ad auctorem referri *Heronem*, qui *Heraclii* imp. aetate vixisse creditur. Is igitur libellus quum et alias, et imprimis ob ipsa fragmenta, ex Polybio, ex *Arriano*, ex *Iosepho* ad verbum descripta, sit notabilis, vnde passim minus emendatis scriptorum illorum locis adferri medelam posse intellexi; subiit animam videre, an in codicum graecorum adparatu, quo instructa est bibliotheca nostrae vniuersitatis, veterum mathematicorum scripta complectentium, eiusdem fortasse libelli inueniretur exemplum. Sed ea quidem spe frustratus, dum codices nostros perlustro, incidi in volumen, quo reliqua fere omnia veterum mathematicorum ad mechanicam praesertim pertinentia scripta, quae *Parissenis* illa, quam dixi, editio exhibet, continentur, et praeter illa vnus nec typis ad hunc diem descriptus libellus, et in manuscriptorum etiam codicum thesauris inuentu rarissimus, *Heronis*, non recentioris huius, quem modo nominavi, sed veteris illius *Alexandri*, philosophi, qui duobus ante C. N. saeculis claruit, περὶ Διόπτρας. Ac de hoc quidem libello, alio fortasse tempore locoque, vbi et maiori otio fruemur, et minus angustis chartae limitibus etiam conclusi, nonnulla disserere licebit. Nunc vel solos titulos singulorum scriptorum, quae eodem, quod dixi, volumine bibliothecae nostratis continentur, breuiter recense-

fuisse iuabit. Scilicet in codice nostro insunt I. Ἡρωνος Ἀλεξανδρέως Πνευματικά. quae, quum in edit. Paris. continua serie absque distinctione a pag. 145 — 232. excutiant, in manuscripto nostro in duos libros distribuuntur, suis rursus capitibus, initio notatis, distinctos. Prior liber, in XXIV. capita distinctus, a fol. 1 — 34. excutit: sed duo posteriora capita, cap. 23. ὑδραυλικῶν ὀργάνων κατασκευὴ, et cap. 24. ὀργάνων κατασκευὴ ὡς ἐν ἐνέμῳ συρίζοντος etc. in edit. Paris. ad finem fere totius commentationis reiecta sunt, pag. 227 — 230. Alter liber XXX. complectitur capita, a fol. 35 — 54. Sequuntur folia nonnulla vacua, et sic fere deinde rursus post cuiusque libri finem. Desiderantur autem in his *Heronis Spiritualibus* passim multa in manuscripto codice, quae in impress. leguntur. II. Ἡρωνος Ἀλεξ. Βελοποιητικά. fol. 57 — 75. In edito haec habentur pag. 121 — 144. et mendose ibi inscribuntur Βελοποιήκιά. III. Ἡρωνος Ἀλεξ. περὶ Διόπτρας. fol. 81 — 120. Liber ineditus, quem supra commemoravi: IV. Ἀθηναίως περὶ Μηχανημάτων. fol. 122 — 132. In edit. Parisina pag. 1 — 12. V. Βίτωνος κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ κατασκευατικῶν. fol. 132 — 141. edit. Paris. pag. 105 — 114. VI. Ἡρωνος χειροβαλλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρία. fol. 141 — 144 edit. pag. 115 — 120. VII. Ἡρωνος Ἀλεξανδρέως τινῶν κλάσματα, ἃ ἐν τοῖς ἰὼν σωζομένοις αὐτῶν συγγράμμασι μόλις εὗρισκοιτ' αὖ. fol. 147 — 167. Haec XXVIII. capitibus sunt distincta; in quibus quum sperassem, inedita fortasse nonnulla me reperturum, curatius perquirens intellexi, esse eadem omnia, quae, ut supra monui, in *Spiritualibus Heronis* passim in manuscripto desiderata, in impresso ibi exhibentur. VIII. Ἡρωνος Ἀλεξανδρέως περὶ Ἀυτοματοποιητικῆς. fol. 167 — 193. edit. p. 243 — 274. IX. Εὐκλείδους Κατοπτρικά. fol. 195 — 208. Haec non insunt in edit. Paris. sed et alias ab aliis et a Dasypodio, olim nostrate, cum ceteris Euclidis operibus edita sunt Argentorati 1571. X. Claudunt librum figurarum, ad praecedentes commentationes pertinentes, rudi arte pictae, quatum similes paullo diligentius calamo delineatae ipsi contextui adiectae sunt. Sed nonnullis locis in codice nostro, quemadmodum et in regijs codicibus, desideratur figura, ad quam in contextu prouocatur: veluti figura Sambucae, machinae oppugnatoriae, a Bitone descriptae. Eodem modo in Heronis commentario de *Dioptra* desideratur delineatio ipsius huius instrumenti, cuius constructionem a se vel recens inuentam vel emendatam pluribus ceteroquin verbis explicauit auctor. Haec tenus cl. *Schweighauser*.

In bibl. *Leidensi* inter codd. Scaligerianos, (catal. pag. 339. nr. 12. *Heronis* definitiones vocabulorum geometriae, graece, it. pag. 341. nr. 39.) *Athenaei* aliquid de machinis, cum formis *Bitonis*; apparatus bellicorum instrumentorum et catapultarum, sed excerpta modo. *Iulii* Africani cestuum aliquid: ibid. nr. 45. *Heronis* pneumaticum libri II. item περιπατητῶν αὐτομάτων cum figg. — In codd. *Vulcan.* pag. 344. *Heronis* Alex. αὐτοματοποιητικά. — nr. 7. *Iulii* Africani Cesti. — Inter codd. *Vossianos*, (catal. pag. 391. nr. 3.) *Athen.* de machinis bellicis; *Bitonis* poliorcetica organa; *Heronis* chiroballistrae fabrica; *Heronis* et *Crestibii* beloponica; *Apollodori* poliorcetica; anonymus de munimentorum constructione. *Iuliani* Africani strategica et cesti; anonymus περὶ ἀπλίκτων: alter de strategematibus; *Nicophorus* περὶ παραδομῆς et alia, ad rem bellicam spectantia. — ibid. (cat. pag. 393. nr. 36.) *Iulius* Africanus de bellicarum rerum adparatu. scriptum παρὰ Ἀνδρέου Δαρμαρῆς τῷ Ἐπιδαυρίῳ. — pag. 395. nr. 75 et 76.) *Heronis* poliorcetica, eiusdem de mensuris. p. 396. *H r.* pneumatica cum figg. ser. 1454. Paris. per Angelum Bergicium Cretensem. — p. 397. nr. 44. ex libro I. pneumat. *Heronis* excerptum. — (cat. pag. 399. nr. 70.) de modo defendendae

urbis obsessae fragm. anonymi, quod tribuitur a nonnullis Iulio Africano, vt notatur in prima quoque pagina, praefertim de obsidione Tyri. — ita quoque (catalog. pag. 401. nr. 7.) *Iulii* Africani πρὸς πολέμιους παρασκευαί cum *Athenaeo*, *Bitone* et parte *Apollodori*. — (catalog. pag. 401. nr. 2.) *Athenaei* περὶ μηχανημάτων fol. IV. et dimid. item *Bitonis* cum V. L. — nr. 6. *Hero*, Alexandrinus, περὶ τῶν αὐτοματοποιητικῶν. *Cyri Nicephori* imper. περὶ παραδρομῆς et alia bellica. — ibid. (catalog. pag. 402. nr. 10.) *Heronis* χειροβαλλίτρας κατασκευὴ καὶ συμμετρίαι, trium fol. *Ctesibii* βελοποιικά. ex *Apollodoro* πολιορηκτικά, collata cum cod. Barrociano, anonymus περὶ ἀπλήκτε sic collatus. — ibid. nr. 17. *Heronis*, Alexandrini περὶ τῶν αὐτοποιητικῶν nr. 18. *Heronis* introductio τῶν γεωμετρεμένων. *Moschionis* ὑποθήκαι. — Euclidis elementorum libri sex, cum commentario Saidi ben Masoud, et cum scholiis *Heronis* ad quaedam problemata, arabice. (catalog. inter codd. orientales pag. 453. nr. 399. 1.) — ibid. (pag. 454. nr. 51.) *Heronis* Barulei libri III. de motu grauium, ex graeco in arabicum sermonem translulit *Costa* ben Louca Baalbegeensis, cum figg.

In bibl. *Vaticana*, *Heronis* Alex. pneumatica. gr. (p. 544.) — In bibl. *Barberina*, *Her. mathemat.* (vid. meam introd. in hist. L. Gr. I. pag. 66.)

In bibl. *Archii* basilicae *S. Petri*: *Her. pneumatica*, cum scholiis, opus mathematicum de ponderibus subleuandis, graece. (pag. 546.)

In bibl. *Laurent. Medicea*, teste *Bandin.* catalog. tom. II. p. 529. cod. XVII. plut. 59. nr. 6. et tom. III. cod. XIII. plut. 74. pag. 109. ex primo libro spiritualium *Heronis* Alex. excerptum valde longum. — ibid. pag. 15. cod. IV. plut. 28. excerptum ex *Heronis* III. lib. de mensuris. Subiunguntur alia quaedam de ponderibus et mensuris, fortasse eiusdem *Heronis*, fuspicante *Bandinio*, quem vide. — ibid. tom. III. pag. 109. cod. XIII. nr. 35. plut. 74. *Heronis* introductio in terrae dimensionem. — ibid. III. p. 371. cod. XXVIII. 1. *Heronis*, Alexandrini, spiritualium libri II. — pag. 109. cod. XIII. plut. 74. nr. 35. *Heronis* III. introductio in terrae dimensionem. — tom. II. pag. 233. cod. IV. plut. 55. *Iulii Africani* *Cestii*. plura vide apud *Bandiniu* n. — ibid. III. pag. 127. cod. XXIII. Ex *Africani* *cestis*, fragmentum, quod dedit *Bandin.*

in biblioth. *Veneta* *D. Marci* teste catalog. cod. CCCXXIII. nr. 3. p. 148. et cod. CXXXVI. pag. 154. *Heronis*, Alexandrini, isagoge τῶν γεωμετρεμένων. Sed initium in utroque differt. — pag. 271. cod. DVI. fin. *Heronis* stereometrica.

In biblioth. regia *Taurinensi* cod. gr. LX. (secundum catalog. codd. gr. pag. 159 sq. auctores fere iidem sunt, qui editi fuerunt *Parisiis* 1693. hoc ordine: *Athenaei* de machinis bellicis liber: *Bitonis* constructiones bellicarum machinarum et catapultarum: *Heronis* de constructione et mensura manubalistae; eiusdem de telis conficiendis; ex *Apollodori* libris de machinis obsidionalibus: *Philonis* de telorum constructione liber quartus ab initio mutilus, et lib. V. Ex *Iulii Africani* *cestis* excerpta; anonymi quomodo obsessae urbis praefectus in obsidione se gerere debeat, et quibus studiis illam defendere; excerpta ex (*Heronis*) institutionibus militatibus, qualis nempe debeat esse dux exercitus. *Nicephori* imper. liber de praeparatione, περὶ παραδρομῆς etc. — ibid. cod. LXXXIII. pag. 178. *Heronis* spiritualium libri II. cum figg. eiusdem de automatorum fabrica libri II. cum figg. et *Her.* III. isagoge περὶ τῶν γεωμετρεμένων — eadem isagoge geometriae in cod. CCXXVIII. p. 363. — ibid. pag. 390. cod. CCXCVIII. *Heronis* pneumatica et de automatorum fabrica.



In bibliotheca regia *Neapolitana* secundum catalogum MSS. gr. iussu regis scriptum mihi-  
que missum, cod. CXLIII. *Athenaeus* περί μηχανημάτων. *Bitonis* κατασκευαί πολεμι-  
κῶν ἐργαίων καὶ καταπελτίων. *Heronis* χειροβαλλίτρεις κατασκευή καὶ συμμετρία. *He-*  
*ronis*, *Ctesibii*, *βελουσιτικῶν* ἀνοnymoi ὑποδείγματα πρὸς πολιορκίαν εὐχρηστὰ. Incipit  
ἀνέγνωσθε, δεσποτα, τὴν περί τῶν μηχανημάτων ἐπιστολήν· κατασκευὴ ἐλεπόλεως, κό-  
ρακος λεγομένης (forte *Epimachii*.) Inc. ἡ ἐλεπόλις αὕτη ἐν τριῶν μερῶν τῶν μεγίστων συγκεί-  
ται. Anonymi *Strategetica*: praecedit index, in capita LXX. distinctus: 1) περί ὀπλίσεως. 2)  
περί πολεμίων Φθορᾶς etc. *Iulii Africani* celtus. *Leonis*, imperatoris, tactica: *Nicéphorus*  
imp. de excursionibus cod. chartac. faec. XV. cum formis, eleganter descriptis. — In cod. V.  
*Heronis* liber de geometria, quae ad agrorum mensuram pertinet. — in cod. LV. fin. *He-*  
*ronis* ἰσαγογε τῶν γεωμετρημένων. Inc. καθὼς ἡμᾶς etc. — cod. CLXXI. *Heronis*, *Alexan-*  
*drini*, πνευματικὰ cum figg. ad marg. et in calce adpositis. cod. CCXXIX. *Heronis* ἀρχὴ  
τῶν γεωμετρημένων ad *Dionysium*. Inc. καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος. Eiusdem  
εἰσαγωγή τῶν στερεομετρημένων. Incipit σφαίρας δοθείσης τῆς διαμέτρου ποδῶν ἰ εὐρεῖν τὸ  
στερεόν. — cod. CCXXX. Anonymi, (*Heronis*) παρεμβολαί ἐν τῶν στερεητικῶν παρατάξεων.  
Inc. περί τῶ ἐποῖων εἶναι δεῖ τὸν στερεητικόν. Ὅτι ἐπιμελητὴν καὶ ἔξυν καὶ ἀνδρεῖον.

In bibl. canonicorum regularium *Bononiae* *Heron* de machinis bellicis amanuense *Vale-*  
*riano Albino*. (pag. 559.)

In museo *Caroli Auantii*, *Her.* geodaesia, graece, (pag. 561.)

In bibl. Ambros. *Mediolan.* *Heronis* spiritualia, ter geometria, ter geodaesia. (pag. 562.  
563) — In bibl. ducis *Mutimensis*, *Her.* mathematica, (pag. 564)

In bibl. *Scorialensi*, Hisp. *Heronis* Opp. iconibus illustrata. (pag. 568.) — Auctore au-  
tem *Plünero* in itinerib. per Hispan. pag. 157. *Apollodori* (qui et apud *Plünerum* et in *Clarkii*  
epistolis de praesenti statu Hisp. secundum *I. T. Koehleri* versionem pag. 395. vbi quoque est  
catal. codd., *Atheniensis grammaticus* vocatur,) de obsidendis ciuitatibus quaedam: pag. 160.  
— *Athenaei* mechanica. pag. 162. — *Bitonis* fabricae bellicae, bis, et catapultorum. —  
*Heronis* de re militari, varia de geometria etc. de mensuris, definitiones nominum geome-  
triae, *Chiobalifae* exstructio et proportio, pneumatica et automata, polioretica.

Inter MSS. Abbatiae *S. Petri de Selincurte*, dioecesis *Ambianensis*, *Heronis* geodaesia et  
spiritualia, (pag. 581. 582.) — in bibl. *Cardin. Mazarini*, *Heronis* spiritualia, eiusdem defini-  
tiones nominum geometricorum; *Athenaei* de machinis; *Leonis* manubalistae compositionis,  
eiusdem testifictia; *Apollodori* de machinis bellicis. (pag. 583.) — Inter catal. MSS. graec.  
de *Mesme*, *Heronis* spiritualia, (pag. 554.) — In bibl. *Coisliniana*, *Heronis* geodaesia et spi-  
ritualia, teste *Montfaucon* in bibl. *Coislin.* pag. 220.

In bibl. *Boadiceana*, *Heronis* Geodaesia, item ex ea excerpta: eiusdem geodaesia, figu-  
rarum mensuram ostendens. (pag. 592. 593 et 595.) — eiusdem polioretica, de geodaesia,  
propositiones decem, eiusdem spiritualia, et de automatis fabricandis. — *Athenaei* aut di-  
sertius *Philonis*, *Atheniensis*, de mechanicis, liber primus; *Bitonis* fabrica machinarum bel-  
licarum; *Ctesibii*, aut *Heronis*, h. lavoieica, ex *Apollodori* polioreticis excerpta; *Athenaei*  
liber II. de fabrica helepoleos, lib. III. IV. et V. *Iulii Africani* *Κελε*: anonymus de fabrica  
et vfu quadrantis. (pag. 594.) — *Heronis* introductio geometrica. gr. (pag. 612.) — *Her.*

definitiones geometricae. — *Athenaeus* et *Bito* de machinis bellicis; *Iuliani Africani* Cesti, capp. 79 (pag. 617) — In b. bl. vniuers. *Oxonienfis*, *Heronis* libri III. quorum primus continet 37 capp. 2) *περὶ αὐτοματοποιητικῆς*. 3) *περὶ σατῶν αὐτομαίτων*. *Athenaeus* de machinis bellicis; *Bitonis* lib. de catapultis et aliis instrumentis bellicis; *Heronis* lib. de chiroballistrae constructione; *Heronis* Ctesibii lib. de telorum fabrica; excerpta ex *Apollodori* poliorceticis; *Iulii Africani* cesti: tractatus de obsidione repellenda: *παρεμβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων*. *Leonis* *Tactica*; *Nicophorus*, imper. *περὶ παραδρομῆς*. (pag. 627.) — In aliis *Angliae* bibliothecis, *Athenaeus*, *Bito*, *Heron* et alii auctores, rem bellicam pertractantes. — item *Her.* de geometria commentarii, bis, eiusdem stereometrica et reliqua eius opera; *Iulius Africanus* de adparatu bellico: *Heronis* spiritalia cum figg. manu Angeli Bergitii, Cretensis. — eiusdem Automata seu neurospastica. *Athenaeus*, *Biton*, *Apollodorus* et alii de machinis bellicis. (pag. 633. 634.) — *Heronis* varia opera, gr. scripta, eiusdem geodaesia, gr. itemque excerpta ex illa; *Bitonis* liber de machinis bellicis; *Ctesibii* belopoëica, (pag. 636 637.) — *Heronis* poliorcetica, graece; *Athenaeus* et *Bito* de machinis bellicis; *Iulii Africani* cesti; anonymus de re militari. (pag. 640.) *Harl.*

In *horologium aequarium* huius Athenaei epigramma <sup>d)</sup> Antiphili [P] (sine nomine auctoris licet) exstat in anthologia IV. vlt. emendatum a *Salmasio* ad Solinum pag. 637. edit. Paris. *Athenaeum* mechanicum et reliquos e codd. Palat. edere voluit cum versione adolescentis, (an *Salmasii*?) *Ianus Gruterus*. vid. dehortantem ob difficultatem negotii [vid. *Sylburgii* cat. MSS. gr. bibl. Palat. pag. 23. 123.] *Ios. Scalig.* epist. 420 sqq.

II. APOLLODORVS, architectus, cuius praeter *Aelium Spartianum* in *Hadriano* cap. 19. et *Dionem Cassium* lib. 69. pag. 789 sq. meminit *Hero* iunior in praefat. ad librum de machinis bellicis, et *Tzetzes* *Chil.* II. v. 81. 91. [vid. *Lambec.* *com.* de bibl. caes. VII. pag. 420 sq. de codd. paullo ante disputauimus.] Scripsit ad *Hadrianum*, imp. *πολιορκητικά*, siue de machinis obsidionalibus, nullos vetustiores scriptores laudans; sed quales ipse parandas machinas bellicas existimaret, imperatori, per epistolam <sup>e)</sup> hoc requirenti, exponens, additis formis siue *διαγράμμασι*. Exstat in iam laudata veterum mathematicorum collectione *Thevenotiana* pag. 13 — 48. Hunc *Apollodorum* deinde ab *Hadriano* interfectum narrat *Dio*, [lib. LXIX. cap. 4. p. 1152 sq. tom. II. edit. *Reimari*, cuius not. consules.] quod paullo impudentius quondam praesente *Traiano* ipsum, nondum imperatorem, de operibus, ab *Apollodoro* factis haud fatis perite differentem, repulisset his verbis: *abi et cucurbitas pinge, non tu haec quidem certe ignoras* <sup>f)</sup>. Fuit tum temporis et alius architectus, quo *Hadrianum* usum fuisse traditur a *Spartiano*, *Detrianus* nomine, pro quo *Dexterianum* vel *Demetrianum* legunt viri docti. Citat *Apollodori* poliorcetica *Fulu. Vrsinus* ad *Caesar.* pag. 83. *Antwerp.* 1595. 8. post fragmenta vett. historic. et *Rigaltius* not. ad *Onofandrum* pag. 75.

### III. PHI.

d) Id tamquam ineditum produxit *Cangius* addendis ad *Constantinopolin* christianam pag. 192.

e) In exordio libri: *ἀνέγραψα σε Δέσποτα τὴν περὶ τῶν μηχανημάτων ἐπιστολὴν, καὶ μακάριος ἐγενόμην, ὅτι με κοινωῆσαι ταύτης σε τῆς Φροντίδος ἄξιον ἔκρινας.*

[conf. *Lambecii* *com.* de bibl. *Caesarea* VII. pag. 446 sqq.]

f) Vid. *Casaub.* ad *Spartian.* cap. 14. pag. 144. coll. *Reimaro* ad *Dion. Cass.* II. pag. 1153. §. 41. *Harl.*

III. PHILO, Byzantius, circa annum vr̄bis Romae DCI. <sup>4</sup>) clarus, Demetrio Phalereo rerum Athenis potente, laudatur a *Vitruvio* praefat. libri VII. inter eos, qui de machinationibus scripserunt. *Tzetzes* vero duos hoc nomine memorans, *Ἡρών καὶ Φίλων, Πάππος τε καὶ πᾶσι μηχανουργάφες* (sed legendum est *καὶ πᾶσι*, atque Pappus intelligendus,) Chil. II. v. 152. notat, eum meminisse Archimedis: etiam pag. 56. 67. 72. 77. meminit *Ctesibii*, Archimedis aetate clari, vt innox dicam. Hero Philonis Byzantii meminit libro II. automato-poetici pag. 263. et de eodem argumento scripsisse innuit. Atque Philonis, architecti, qui Athenis armamentarium struxit, impensa et elegantia visendum, mentio apud *Valerium Maximum* VIII. 12. vbi eloquentiam eius celebrat.

Exstat in eadem illustris Theueneri collectione Parisiensi huius Philonis, mechanicorum, *Iber quartus* pag. 49—78. ad Aristonem scriptus, et *βελωπεικᾶ* siue *ὄργανοποιικᾶ* <sup>h</sup>) tractans, cum tertius <sup>i</sup>) *λιμενοποιικᾶ* docuisset, alius *μηχανικᾶ*, vt constat e pag. 49. 59. 61. Primus liber inter alia duplicationem cubi tradiderat, vt ipse testatur pag. 51 sq. Vnus e sequentibus, *πνευματικᾶ* pag. 77. et alius *περὶ ἐπιστολῶν τῶν κρυφαίως ἀποπελλομένων* pag. 102. alius *παρασκευασικᾶ* <sup>k</sup>) de bellorum adparatu pag. 103. Pag. 50. laudat Polycleti statuarii dictum, τὸ εἶ παρα μίκρον διὰ πολλῶν ἀρισθμῶν γίνεσθαι, *videlicet inter multos numeros minimo aliquo constare*, ibidem sui temporis mechanicos, Alexandrinos praecipue regum *Φιλοδόξων* et *Φιλοτέχνων* fauore suffultos, hanc artem vsu et experientia maxime perfecisse testatur. Cum Alexandrinis artificibus diu se versatum et in insula Rhodo plures architectos familiares habuisse, ait pag. 51. Rhodi [<sup>l</sup>] se versatum testatur quoque pag. 80 et 84. Chalcentonum siue Chalcotonum, a mechanico Ctesibio Alexandriae repertum, memorat pag. 56. 67. 72. Aerotonum siue selopetum, aëris vi iaciens tela, ab eodem Ctesibio inuentum et *πνευματικᾶ* eius *θεωρήματα* pag. 77 sq. quo loco se Ctesibii aequallem fuisse innuit. *Κελτικῶν* et *Ἰσπανίων μηχανιστῶν* mentio pag. 71. Catapultam polybolon, a Dionysio Alexandrino Rhodiis constructam, refert pag. 73. [conf. *Ab. Ludou. Frid. Meisleri* de catapulta polybola commentario, qua locus Philonis, mechanici, in libro IV. de telorum constructione exstans, illustratur. Göttingae 1768. 4. et *Klotz* in act. litterar. vol. V. part. III. pag. 335. *Harl.*] — Philonis et aliorum celeberrimorum architectorum et de architectonice scriptorum meminit *Ausonius* in *Mosella* v. 300 sqq. [vbi vide interpr. in edit. Tollii pag. 396.]

*Non hoc spernat opus Gortynius aliger, (Daedalus) aedis*

*Conditor Euboicae, casus quem fingere in auro*

*Conantem Icarios patrii pepulere dolores.*

*Non Philo Cecropius: non qui laudatus ab hoste (Archimedes)*

*Clara*

g) *Saxius* in *Onomast.* I. pag. 131. assignat aetatem illius A. M. 3852. Olymp. CLVI. 4. ante C. N. 151. V. C. 601. conf. *Vossius* de disciplina mathem. cap. 48. § 9. pag. 291. et de histor. gr. III. pag. 318. *Harl.*

h) In msto Palatino, quo vsus est Meursius, praefixum erat *Βήτωνος*, *Bitonis*, nomen. Sine nomine auctoris in codd. Lugd. Bat. et Andreae Schotti et Ant. Grimani apud Th. Bartholinum,

quibus omnibus vti mihi licuit beneficio Io Grammii: itaque varias lectiones ex illis adscripti ad oram edit. Paris. in Athenaeo, Philonis quinto libro et Bitone. [Codices supra enarraui.]

i) Philetacrium in *λιμενοποιικᾶ* laudat *Tzetzes* Chil. II. vers. 87.

k) Qualia sint *παρασκευασικᾶ*, vide sis *Casaubonum* ad *Aeneae* cap. 7. pag. 1727. et ad cap. 21. pag. 1750 sq.

Clara Syracosii traxit certamina belli.  
 Forsan et insignes hominumque operumque labores  
 Hic habuit decimo celebrata volumine Marci (Varronis)  
 Hebdomas 4): Hic clari viguere Menecratis artes,  
 Atque Ephesi spectata manus: vel in arce Mineruae  
 Ictinus; magico cui noctua perlita fuco  
 Allicit omne genus volucres perimitque tuendo.  
 Conditor hic forsan fuerit Ptolemaïdos aulae  
 Dinochares (alii, Dinocrates.) etc.

Liber quintus pag. 79 — 104. ad eundem Aristonem, agit de modo construendi turres, murosque ac fossas, et valla horreaque et praeparanda alia ad obsidionem utique necessaria; pag. 83. memorat turres quinquangulares ac ferratas a Polyido, mechanico, repertas; pag. 86 sq. de ciborum ac frumentorum generibus, in obsidionis tempus seruandis, disserit, et pag. 88. Epimenidios trochiscos laudat, de quibus dixi lib. I. cap. 6. §. 5. Figurae, quas pag. 86. pag. 63. et alibi auctor addidisse se significat, desiderantur. Aegyptiorum strategema, quo scalis scortis muros urbium, quas obsiderent, conscendebant, exponit pag. 102. Miror, quod pag. 103. contra ius gentium suadet, frumenta et aquas veneno letifero corrumpere.

IV. Referri solet ad hunc ipsum *Philonem* libellus <sup>m)</sup> elegans *περὶ τῶν ἑπτὰ θαυμάτων de VII. orbis spectaculis*, quem e biblioth. Francisci Barberini, sed postrema parte capitis de templo Dianae Ephesiae et integro capite ultimo de Mausoleo mancum primus e codice Vaticano in lucem edidit et versione sua notisque illustravit *Leo Allatius*, Rom. 1640. 8. Caput de templo Ephesii mutilum, cum versione *Lucae Hofstenni*, qui hunc librum edere voluit, exstat

<sup>n)</sup> *Hebdomas operum mirabilium*, *Scaliger* lect. Aufon. lib. I. cap. 4. Sed verius est, decimam hebdomadam Varronis intelligi.

<sup>m)</sup> *Vrbanus Chevraeus* lib. VIII. historiae orbis terrarum, gallice editae, quo de septem miraculis copiose disserit, cap. I. (tom. 4. pag. 290.) non adeo magni fecit hunc scriptorem, qui ne nous dit presque rien de singulier, et qui dans le fond n'est considerable que par les remarques de *Leo Allazzi* son interprete. *Herodote*, *Diodore de Sicile*, *Strabon*, *Pline* livr. 36. et quelques autres ont parlé de ces Merveilles du Monde plus exactement, et si je les puis profiteray de ce qu'ils ont dit. — Nicetae locum de septem orbis miraculis (*θαύματα*) graece ex cod. MSto biblioth. Augustanae edidit *Hoeschelius* ad calcem Philonis de septenario pag. 42. 43. — Scholia graeca in carmina de septem orbis miraculis citat *Allatius* p. 7. de Nilis. Conf. *Bedae* libellum, tom. I. pag. 400. *Cassiodorum* VII. epist. 15. Epigramma *An-*

*tipatri* *de viis* lib. I. antholog. pag. 103. *Martial*. Spectac. epigr. 4. *Hygin*. fab. 223. incertum graecum, ab Allatio ad Philonem Byzant. pag. 22. editum, *Ampelium* cap. 8. Adpendiculum Vibii Sequestrus pag. 163 sq. edit. Franc. Hesselii: *Vitalpandum* tom. II. in Ezechiel. part. II. pag. 559. ubi cum templo Hierosolymit. comparat. XIII. iambi in septem spectacula apud Cedrenum pag. 81. (edit. Paris. pag. 170.) Septem miracula mundi ad calcem antiquitatum Iosephi, Augustae Vindel. 1470. fol. coll. Fränkische Acta XIV. p. 87. *Maiolus* dierum canicular. pag. 949 sqq. Apud *Montfaucon* in diario italico cap. XX. p. 272 sq. in codice quodam graeco saec. XIII. in bibliotheca Baluzii, septem orbis miracula hoc numerantur ritu: 1) Thebae Aegyptiacae; 2) Babylonis moenia; 3) Mausoleum; 4) Pyramides; 5) Colossus Rhodius, quem quidam, etiam ibi, aiunt columnam aeneam esse 600 cubitorum; 6) Capitolium romanum; 7) templum Hadriani Cyziceum. vid. *Montfaucon*.

exstat tom. VII. thes. Gronov. pag. 389. Recusus deinde est Philo ex eodem cod. Vatic. Lugduni 1661. 8. cum versione Dionysii Saluagni Boessii in eius miscellaneis, et insertus ex Allatii edit. tomo VII. thesauri antiquitatum graecarum Gronouiani. *Allatium* in Philonis versione non raro a sensu scriptoris aberrare, notat et vno alteroque exemplo demonstrat *Io. Henr. Maius*, filius, libro II. observationum sacrarum pag. 14 sqq. et *Boëfius* quaedam rectius legit atque interpretatur, ut in limine statim: *καὶ τοῖς ἡλείοις τῆς Ἑλλάδος ἐπιδημῆσαι*, pro: *καὶ τοῖς καλοῖς* — . Meinini, *Colomyssum* ad Gyraldum pag. 493. suspicari, quod Guilelmus Choul ea, quae in libro gallico de veterum Romanorum regione pag. (194.) 211. ex antiquo graeco auctore MS. acephalo refert de Colosso, Rhodio, ex praesenti Philonis libello petierit. Sed alia sunt, quae de Colosso a Philone traduntur, qui mihi vix ac ne vix quidem videtur ille mechanicus, cuius belopoeica paullo ante retuli; sed potius a' uis e rhetorum numero non contemnendae aetatis, *Philo* forte *Heracitotes*, de quo dixi lib. I. cap. 22. §. 4. [in cod. Vindob. CXI. in tomo VII. Lambecii comm. *Philoni* tribuitur lib. de obsidione tum toleranda tum facienda.]

Fuit et *Philo* quidam geometra Tyanensis, cuius meminit *Poppus* lib. IV. proposit. 30. et longe antiquior *Philo*, *Atheniensis*, architectus, qui armamentarium, mille nauium capax, in Munychia exstruxit, celebratum *Straboni* IX. pag. 395. *Plutarch.* Sulla p. 461. aliisque: et de eodem armamentario atque de aedium sacrarum tymmetriis scripsit, teste *Vitruvio* praef. libri [P] septimi. Confer *Franciscum Iunium* in catalogo artificum, et egregii *Hemsterhuyssii* notas ad haec Pollucis X. cap. 15. ἐν γὰρ τῇ τῆ ἰεῶ ποιήσας, ἢ Φίλων ἢ Θεόδωρος (al. Ἀπολλέδωρος) συνέθηκε, γέγραπται. De *Philone Byzantio* se, ait *Allatius*, plura dixisse in diatriba de Philonibus, sed ea lucem non vidit. [De *Philone Byzant.* vid. *Montucla* I. pag. 278. de *Philone Gadar.* magistro Sperti, ibid. pag. 329 et pag. 312. de *Philone Tyanensi*, qui scripsit περὶ πληκτοειδῶν, iurplicantium et aliarum varii generis superficierum. vid. *Heilbronner* pag. 385.]

V. BITO, qua patria, incertum, ad Attalum<sup>n)</sup>, regem, de constructione bellicorum instrumentorum ex diuersis antiquioribus mechanicis scripsit, teste *Herone* iuniore praefat. ad librum de machinis bellicis. Laudat *Hesychius* in *Σαμβέκη*, et forte *Aelianus* *Tactic.* cap. I. laudans Bitonis *Εἰσαγωγάς*.

Exstant eius κατασκευαὶ πλεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν, MS. . . . . τισῶν, *constructionis belicarum machinarum et catapultarum*, pag. 105 — 120 in collectione Theopontiana. Dicitur liber Attalo, regi: nam initio libri pro verbis ὁ πάλας vel πάλλα βασιλεῦ legendum cum *Lambecio* [lib. VII. pag. 242. vbi de codice et Bitone disseritur.] ὁ Ἄτταλε βασιλεῦ, atque ita in codice suo reperit *Th. Galus*, ut testatur in diss. de scriptis mythologicis pag. 45. Fragmenta quaedam publicauit *Rigaltius* ad *Onofandrum*. Vtrum vero Attalum I. innuat, qui Pergami regnavit ab Olymp. CXXXIV. 4. ad CXLV $\frac{1}{2}$ . an vnum e posterioribus duobus Attalis ab Olymp. CLV $\frac{2}{3}$ . et Olymp. CLX. habenas regni gerentibus adloquatur,

n) In *Montfauconi* biblioth. Coisliniana pag. 177. pro ὁ πάλα βασιλεῦ legendum ὁ Ἄτταλε. Ibi-

dem ex *Bitone* mistam adfert iconem *gruis*, qualis est in *Athenaco* pag. 12.

adloquatur, haud liquido constat, etsi primum illum libenter intellexerim. [Voss. de scient. mathem. cap. 48. §. 22. pag. 295. adgregat Bitonem scriptoribus incertae aetatis. *Hamberger* in zuverläss. Nachrichten etc. tom. I. pag. 362. fauet suspitioni Fabricianae et aetatem Bitonis collocat in imperio Attali I. circa A. M. 3757. ante Chr. n. 227. *Saxius* in Onomast. I. p. 108. ponit annum aetatis, A. M. 3764. Olymp. CXXXIV. 4. ante C. N. 239. A. V. C. 513. *Hartl.*] — Non procul ab initio libri Biton describit machinam petrariam, Rhodi fabricatam a Charone Magnessio, aliam pag. 107. Thessalonicae constructam ab Hidoro Abydeno, et p. 108. Helepolin, quam Alexandro M. composuit Posidonius, Macedo: tum pag. 110. Sambucam Damii Colophonii, et pag. 111. γαστραφέτην a Zopyro, Tarentino, Mileti confectam, p. 113. et aliam ab eodem elaboratam Cumis in Italia. *Bitonis πολιορκητικὰ* laudat *Hero* cap. 25. [codd. notitiam supra iam suppeditauit.]

Opticorum suorum meminit Biton in extremo paginae 108. ἐστὶ δὲ καὶ τῆτο μεθελικὴ θεωρία, ἣν διήλεγμαι ἐν τοῖς ὀπτικοῖς.

VII. HERO, Alexandrinus, *Ctesibii* o), Aescraeni, qui Ptolemaei p), [¶] Philadelphi et Euergetae I. temporibus Alexandriae floruit, discipulus q) et mechanicus insignis, in philosophia

o) De hoc *Ctesibio*, mechanico, eiusque re-  
pertis meminere *Vitruvius* praefat. VII. et IX. 9.  
X. 12. *Plinius* VII. 37. *Athenaeus* IV. pag. 174.  
et XI. pag. 497. *Athenaeus* alter de machinis  
bellicis pag. 8. *Philo* in belopoeicis p. 56. 67. 72.

Scripta quoque huius *Ctesibii* olim fuere. *Vitruvius* lib. I. cap. 1. Item qui *Ctesibii* et *Archimedis* libros et ceterorum, qui eiusdem generis praecepta conscripserunt, leget, cum iis sentire non poterit, nisi his rebus a philosophis fuerit institutus. Idem praefat. libri VII. Non minus de machinationibus (scripserunt) uti *Diadis*, *Archytas*, *Archimedes*, *Ctesibius*, *Nymphodorus*, *Philo Byzantius* etc. *Athenaeus* IV. pag. 174. Τῶν δ' ἐν τρίτῳ περὶ ὁμοιωσίων συγγραψαί Φησὶ περὶ τῆς υδραύλης Κτησίβιον τὸν Μηχανικόν. *Athenaeus* alter pag. 8. de machinis bellicis: Κτησίβιος δὲ ὁ Ἀσκληνῶς (MS. aliud Ἀσκηνῶς, *Casaubonus* IV. 23. ad *Athenaeum* Ἀσκηρῶς, *Meursius* in bibl. graeca Ἀσκραῖος.) ὁ ἐν Ἀλεξανδρίᾳ μηχανικὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. *Hero* iunior de machinis bellicis cap. 23. *Quemadmodum Aescraeus Ctesibius Heronis, Alexandrini, Magister* in suis commentariis declaravit per huiusmodi machinam. [vid. supra, §. I.] Apud *Cassiodorum* VII. 5. variat. epist. suspicor, *Ctesibii* nomen reponendum esse pro *Metrobio*. *Archimedes* quoque, subtilissimus exquisitor, cum *Metrobio* tibi semper assistant. *Ctesibium* citans *Turnebus* II. 4 sq. Aduersar. *Heronem* intelligit, codicem *Belopoeicorum* manu exaratum nactus,

quae *Ctesibio* malunt tribuere viri quidam docti: [et in aliis codd. tribuitur *Ctesibio*.]

p) Ex *Hedyli* epigrammate apud *Athenaeum* XI. pag. 497. *Salmastus* pag. 638. ad *Solin.* et *Franciscus Iunius* in catalogo artificum pag. 57. colligunt, *Ctesibium μηχανοποιόν* vixisse tempore *Ptolemaei*, *Philadelphi*. *Philadelphus* obiit Ol. CXXXIII. 3. ante Christum 248. *Mirror*, *Athenaeum* IV. pag. 174. scribere, quod *Ctesibius* *Hydraulidis* inuentor fuerit sub *Ptolemaeo Euergete* secundo, (qui coepit regnare Olymp. CLVIII. 2.) et *Aspendum* incoluerit. Atqui meminit *Ctesibii* *Athenaeus*, mechanicus, qui scripsit circa Olymp. CXLII. Pro *Aspendo* *Alexandriam* legit *Casaubonus*. *Fabric.* — Fuit inuentor *Hydraulidis* et organorum hydraulicorum. vide cel. *Wernsdorf* praefat. ad *Publii Optatiani organon*, in *Poetis* lat. min. tom. II. pag. 395. *Forkel* Geschichte der griech. Musik I. pag. 46 et 475. *Hartl.*

q) *Magistrum Heronis Ctesibium* vocat *Hero* iunior loco paullo ante adducto. Num pater quoque fuerit, ut *Francisco Iunio* visum pag. 57 et 95. catalogi artificum, dubito. Fuere et alii *Ctesibii*. [vid. supra in vol. III. pag. 515.] *Fabric.* — De *Heronē* vid. *Vossium* de scientiis mathem. cap. 27. §. 8 pag. 115. et cap. 48. §. 8. pag. 298. eumque post *Archimedem* et *Athenaeum* ponit. *Saxius* in *Onom.* lit. I. pag. 116. collocat eius aetatem in A. M. 3786. Olymp. CXL. 2. ante C. N. 217. V. C. 535. conf. *Io. Andreae Schmid* (iunioris)

sophia vero, vt Bernhardino Baldo in Heronis vita obseruatum, Epicurum maxime probans, scripsit, quae exstant: [de codd. supra egi.]

*Χερσβαλλίττας κατασκευή και συμμετρία*, de constructione et mensura machinalis fragmentum. Graece primus edidit Bernhardinus Baldus, et sine versione subiecit Belopoeicis, de quibus mox. Graece deinde ac latine cum figuris, in aes incis, ediderunt Parisienses, nescio, quo interprete, inter mechanicos, luculentis, vt dixi, typis editos p. 115 — 120.

*Baruleus* siue de *oneribus trahendis* libri III. Arabice a Iac. Golio ex oriente adlati sunt, nondum editi in lucem. *Fabric.* — vid. *Couring.* de situ Helmstad. p. 4. *Benzel.* — Inscriptio est: *Baruleus Heronis*, siue operis de leuandis rebus grauibus libri tres, quos ex graeca lingua in arabicam transferri iussit Achmed Mullasimides, imperii babylonici summus princeps, interpretationi praeposito *Costa*, filio *Lucae Hellopokta*, de quo egit *Anton. Brugmans*, Prof. philof. et mathem. in vniuersitate Groningensi, in specimine mechanicae veterum per mechanicam recentiorum plenius exposito, et societati doctrinar. Gottingensi oblato: cuius summa exhibetur in ephemerid. litter. Gotting. pag. 63. a 1785. pag. 635 sq. De *Costa* vid. *Casiri* bibl. etc. I. pag. 419. *Herbelot.* in bibl. ori. nt. pag. 964. b. citat arabicam Heronis machinarum bellicarum versionem. *Harl.*

*Βελοποιικά*, siue vt alii *Βελοποικικά*, siue vt rectius Eutocius ad Archimedis II. de sphaera ac cylindro vocat *βελοποικτικά*, de telis conficiendis [P] ioculanāque liber. In *Barthii* aduersariis II. 12. pag. 76. vitiose excusum *belopenica*. *Rigaltius* ad Onofandrum pag. 89. „in scidis msstis habui librum, aut potius libri partem aliquam, cui titulus *Κτησιβίς βελοποιικά*: multae ibi catapultarum aut ballistarum, quae non saxa, sed tela emittunt, species, hominibus vero nostris nondum intellectae.“ [— Archimedi hoc opus in cod. Vindob. tribui, iam supra animaduersum est in notitia codicum msstr. subscriptio quidem, antiqua manu exarata, haec est: *τέλος τῶν Ἀρχιμήδους βελοποιικῶν, τῶν ἐξηγηθέντων περὶ Ἡρώους Κτησιβίς.* vid. *Lambec.* VII. comment. etc. pag. 437. *Harl.*] — Graece et latine cum versione et notis *Bernardi Baldi*, qui vitam quoque Heronis adiunxit: [sed codd. ad quos prouocat, haud nominauit,] Augustae Vindel. 1616. 4. et inter mechanicos, typis regis excusos, Paris. 1693. fol. pag. 115 — 144. notis Baldi ad calcem voluminis reiectis.

*Πνευματικά*, *Spiritalia* siue vt in bibl. Menarsiana pag. 35. video adpellari *spiritatina*, vbi mst. graec. cod. *Heronis* et cestorum *Africani* memoratur, vti p. 48. *Athenaeus* de machinis, et *Apollodorus* de expugnandis vrbibus. Graece habuit *Heronis* *πνευματικά* *Marci Meibomius*. vide ad *Musicos* pag. 200. Ex *Frid. Commandini* versione et cum notis, quae prodierant Vrbin. 1575. 4. Paris. 1583. 4. et Amstelod. 1680 4. \*) figurisque in aes incis. Graece et latine exhibentur et inter mechanicos, Parisiis excusos, pag. 145 — 235. additis *Io. Baptisae Aleotti* quatuor theorematibus spiritualibus ex Italico latine conuersis. Edita etiam sunt *Heronis* *Spiritalia* ex Italica *Aleotti* versione, Bononiae 1647. 4. Ferrariae 1589 4. italice

G g 2

per

ris) disp. sub praesidio Rud. Chr. Wagneri habita disp. de Heronis Alexandrini vita, scriptis et quibusdam inuentis, Helmstad. 1714. 4. *Montucla* I. pag. 277 sq. *Heilbronner* pag. 281 sqq. et de *Ctesibio* pag. 278 sq. *Lambecius* in comm. de bi-

lioth. caesarea tom. VII. pag. 415 sq. *Harl.*

\*) Sed textum gr. notasque *Commandini* abesse edit. Amstel. animaduertit *Hamberger* in zuverläss. Nachrichten etc. I. pag. 260 sq. *Harl.*

per *Alexandrum Georgium*, Vrbinatem, Urbini 1592. 4. [item Bonon. 1647. 4. per Carol. Zenerum. — aliae version. Venet. 1595. et Io. Bapt. Portae Neapoli. 1605. 4. vid. *Paitoni* bibl. degli autori antichi gr. e lat. volgar. tom. II. pag. 24—27.] germanice, per *Agathum Catio-*  
*nam*, Bambergae 1687. cum adpraedice Salomonis de Cous. [Hirii versionem gallicam me-  
morat editor vet. mathematic. in praefatione, sed alibi non inueni illius mentionem.]

*Περὶ αὐτοματεποιητικῶν*, de automatorum fabrica libri II. italice editi Venet. 1589. 1601. et 1661. 4. interprete *Bernardino Baldo*, cum eius animaduersionibus, et praemissa diss. de artis mechanicae origine ac progressu. [vid. *Paiton* l. mem.] Graece et latine cum versione *D. Couturii* prodire vna cum reliquis mechanicis Parisi. 1693. fol. pag. 243—274. Ex his sunt, quae ex Herone tum adhuc inedito producit *Gaulmin*. pag. 8. ad Eustath. pag. 504. ad Theodor. Prodrom. et *Io. Rhodius* ad Scibonium pag. 99.

In bibliotheca Vindobonensi, teste Lambecio, occurrunt MSta Heronis *Dioptrica* siue liber *περὶ ὀπίτρας*, triginta fere foliis in quarto constans, cuius initium: *τῆς διοπτρικῆς πραγματείας πολλὰς καὶ ἀναγκαίας παρεχομένης χρέειας*. *Fabric*. Enimvero *Kollarius* ad Lambec. VII. pag. 417 sq. animaduertit clareque ostendit, Heronis dioptrica in illo codice laud reperiri integra, utpote quum inter illa triginta folia nouem fere integra, nullis tamen numeris notata, sint vacua, quae manifesto late patentem indicent lacunam; adde notitiam codd. mssstor. supra datam, *Pristley* hist. optices pag. 23. *Scheibel* Einleitung zur mathemat. Bücherkenntnis, part. IX. pag. 267 sq.

Fragmenta duo de *campestribus* et *Camario*, machinis bellicis, edita quidem sunt a Bern. Baldo cum belopoeticis; sed in cod. Vindob. CX. non mediocriter diuerse leguntur, obseruante *Lambecio* VII. pag. 418. Exstant quoque in Vindob. CXII. et aliis codicibus. *Harl*.

Perdita huius *Heronis* scripta sunt:

*Τὰ περὶ ὑδροσκοπειῶν* libris IV. quos laudat *Proclus* in hypotyposi astronom. pag. 42. et Hero ipse in limine *πνευματικῶν*, qui *περὶ ὑδρείων ἀρσσκοπειῶν* vocat. *Pappus* praef. libri VIII. *περὶ ὑδρείων*.

*Μηχανικῆ εἰσαγωγή*. *Eutocius* ad Archimed. II. de sphaera ac cylindro.

*Μηχανικῶν* libri, quorum tertium laudat *Pappus* lib. VIII. pag. 488. Heronem in mechanicis et catapulticis citat idem lib. I. pag. 7.

*Περὶ μετρικῶν*. *Eutocius* ad lib. de circuli dimensione.

*Περὶ ζυγίων* diuersum opus ab automatis Heronis putat fuisse *Bernardinus Baldus*. Memorat *Pappus* praef. libri VIII.

*Περὶ τροχιωδιῶν*, de rotulis. *Pappus* lib. VIII. pag. 561.

Laudatur *Hero* subinde a *Proclo* ad *Euclidem*, *Nazianzeno Orat.* 10. vbi cum *Euclide* et *Ptolemaeo* coniungit, *Heliodoro* in *Opticis*, ἀπέδειξε γὰρ ὁ μηχανικὸς Ἡρῶν ἐν τοῖς αὐτῶν κατοπτρικοῖς.



Fuit et HERO secundus, mathematicus, ante medium saeculum a Christo nato quintum clarus, Procli, philosophi, magister, teste Martino in Procli vita cap. 9. ἐπὶ δὲ μαθήμασιν Ἡρώων ἐπέτερε· ἑαυτὸν αὐτὸς διέσσευε· καὶ [Γ] τελείαν παρασκευὴν ἐσχηκῆτι τῶν κατὰ παιδείαν ἰσοῦν. Confer Lambecium VII. p. 404. et Kühneri notas ad Suidam in Ὀλυμπιάδος. Huius ut opinor Heronis ὑπόμνημα εἰς τὴν ἀριθμητικὴν εἰσαγωγὴν (Nicomachi) laudat Eutocius ad Archimed. pag. 28. edit. Basil. [conf. longam de illo et Suidae loco notam Lambecii a Kollario VII. pag. 98 sq. adpositam et expositam.]

HERONEM tertium sub Heraclio vixisse, contendunt viri docti. [Saxius in onomast. lit. II. pag. 72. eius aetatem adserit a. post C. N. 623.] Sane Christianus fuit et sub Imperatoribus scripsit, testatur quoque in Geodaesia, quam Barocius edidit, a Claudii Ptolemaei temporibus, scripsit sub Antonino Pio, ad suam vsque aetatem stellas fixas processisse septem graduum spatium, quod in 400. annis fieri obseruat Albategnius. Vide Iosephum Blancanum in Chronologia Mathematicorum pag. 54. cum eiusdem loc. mathemat. Aristotelis, Bonon. 1615. 4. et ex eo Vossium cap. 48. de scientiis mathemat. §. 20. pag. 294. et Gabr. Naudaeum de studio militari pag. 520. [Heilbronner pag. 397 sq. Montucla I. p. 331.] Eius haec scripta feruntur:

*De machinis bellicis* liber, (in cuius cap. 23. antiqui Heronis mechanici mentio,) latine tantum lucem haecenus vidit e versione et cum scholiis *Francisci Barocii*. Venet. 1572. 4.

[Ex litteris cl. Schow, ad me Bononiae d. XIV. Sept. 1790. scriptis, in quibus de anecdotis *Bononiensibus* ex bibliotheca S. Salvatoris egit, ea, quae sequuntur, excerpere et hic inferere iuvat. „In cod. nr. DLXXXVII. saec. XVI. a Valeriano Albino, cuius Montfaucon in catal. librorum meminit, exarato p. 162. tit. Ἡρώων (ii. tertius) Πρῶσιμων. Initium. Ὅσα μὲν τῶν πολιεργητικῶν rel. Agit nempe de *machinis bellicis*, cuius figurae in ipso codice depictae sunt. Huic libro adnexus est alter de *geodaesia*. Hic codex Fabricio ignotus fuit, et procul dubio vnicus est, qui haec Heronis opera seruauit: codex enim archetypus, ex quo Valerianus Albinus cod. S. Saluat. exscripsit, periit. Codicem S. Saluat. doctissimus Abbas *Mingarellius*, bibl. S. Salvatoris praefectus, de graecis et copticis litteris immortaliter meritis, descripsit, suumque exemplar mihi hac conditione dono dedit, ut illud, postquam textum eiusdem in lucem publicam protulerim, bibl. S. Saluat. restituerem. Hoc exemplar cum ipso codice S. Saluat. contuli, illudque summa diligentia exaratum esse deprehendi. Graecus *Heronis* textus versioni lat. Barocii multum lucis adfundet, a qua multis in locis insigniter aberrat. Hanc varietatem ipse *Mingarellus* in margine MSti sui diligenter notauit. Ut stilus Heronis in hoc opere cognoscatur, initium prooemii adscribam: Ὅσα μὲν τῶν πολιεργητικῶν μηχανημάτων δυσχερῆ καὶ δυσέφικτα πέφυκεν, εἴτε διὰ τὸ ποικίλον καὶ δυσδιαγνώστον τῆς τέτων καταγραφῆς, εἴτε διὰ τὸ τῶν νοημάτων δυσληπτόν, ἢ μάλλον εἶπεν, ἀκατάληπτόν τοις πολλοῖς. Ὡς (sic) δὲ τῆ ἀγνωστία μοι περιληπτόν, ὡς μὴ ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν σχημάτων διέσεως (sic, pro διέσεως) τὸ σαφές κερτήμενον καὶ εὐληπτόν εἴτε μὴ πασιν αἰτῶν εὐκλῶν τε καὶ γινώσκων, ματε μὴν πρὸς κατασκευὴν καὶ τεκτονεῖσιν εὐχέρων μοιῶν δὲ τῶν ταῦτα ἐξαρησιμῶν καὶ συγγεγραφήτων μηχανῶν εἰς τὴν τέτων ἐξαπλωτῆν καὶ σαφῆσαι δειρμῶν, εἴτε τὰ Ἀπολλοδώρου πρὸς Ἀδριανὸν αὐτοκράτορα συνταχθέντα πολιεργητικά, τὰ Ἀθηναίως πρὸς Μαρκελλὸν ἐν τῶν Ἀγκισιζάτου καὶ ἑτέρων σοφῶν πρὸς πολιεργίαν ἐκτεθέντα ὑπόμνηματα, τὰ Βιτωκῶς πρὸς Ἀττάλον

περι κατασκευης πολεμικων οργανων εκ διαφορων συλλεγοντα περιγενεστερων μηχανικων, βελοποιικα και τα προς πολιορκικων αντιμηχανηματα φυλακτικα τε και διατητικα, επι τε συσταει και αλωςι πυλων διαφορα παραγγελματα' ταυτα κατα την παλαι συνταχθεισαν των ανδρων καθολικην τεχνολογιαν, ως τοις πολλοις του απεξενομενου παντη και δυσδιαγνωστα δια τε την εκ τε χροισ παραθεραμειων ληθην, αλλ' οτι και αυτηδη κοινοις τυγχανει λογοις τα των επισημων ενεματα. τη παρσοη βιβλω μη ενταξαι κρεσσον εκριναμεν, ως αν μη της επιπολιζετης εν αυτοις ασαφειας, τον νουν αντιπερισπαστης προς εαυτην, και περι την των σαφων τις αυταιση (sic. leg. αυτοιστη) διαγνωστι. Μονος δε τα Απολλοδορου, απερ εις τελος διασαφισαντες, δι' επεργαστων και επενδυμηματων συνεπεριναμεν, πλειστα και αυτοι συμφωνα προσευροντες και παραθεμενοι' οσα δε εκ των λοιπων σποραδην συνελεξαμεθα, ευγνωσα και προς αληθειαν ευκαταληπτα κονης εννοιας αξιωματα κατα Αιδαμειον οντα, και απο μου προβληματα και σχηματισμους καταλαμβανεισθαι δυναμενα, μηδεμιας διδασκαλιας η ερμηνειας δεσμεια, ιδιωτικη λεξων και απλοστη λογου υφ' ημων και αυτα μεταποιηθεται προς το σαφετερον, ως τε παρσων των τυχοντων ευκολως και τεκτονεισθαι και κατασκευαζεσθαι, τοις τον Απολλοδορου και ταυτα συμπλεζαιτες etc. Videmus ex hoc prooemii principio Heronis consilium, qui Apollodori poliorcetica enarrat, variis a se et ex aliis adiunctis illustrationibus. Hunc Heronem cum Io. Lydo de *metribus* aliisque in Germaniam tuam redux quam primum e tenebris producam." Haecenus humanissimus *Schow*, cuius liberalitati haec et alia debeo. *Harl.*]

*Geodiaesia*, quam [Montucla parui aestimat et] itidem latine vertit et scholiis illustravit libroque de machinis subiecit Barocius. Graece nondum edita est: [vid. *Lambec.* VII. p. 399 sqq. adde supra, codd. notitiam.]

*Liber de obsidione repellenda et toleranda*, ὅπως χρῆ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάσσεισθαι, καὶ οἷσις ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρῆσθαι. Sine nomine auctoris graece tantum editus Paris. 1693. fol. cum reliquis mechanicis scriptoribus, p. 317 — 364. Heroni tribuitur in codice Vindobonensi, teste Lambecio, [VII. pag. 431. Kollar. cuius notam B. conferes,] et multa ex Polybio, Arriano et Iosepho ad verbum descripta exhibet.

Παρεμβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων περὶ τῶ ὀπείων εἶαι δὲ τὸν στρατηγὸν etc. Sub Heronis nomine MStae in bibl. Vindobonensi exstant *Lambecio* teste, [pag. 430 sq. et 452.] quae Julio Africano a Rigaltio in notis ad Onosandrum et in glossario Tacitico tribuuntur, in Barberina et aliis bibl. sine nomine auctoris leguntur, teste Naudaeo.

*De vocabulis Geometricis ac Stereometricis*, Ἐκ τῶν τῶ Ἡρωνος περὶ τῶν τῆς Γεωμετρίας καὶ Στερεωμετρίας ὀνομάτων, graece, et separatim latine cum primo elementorum Euclidis libro edidit *Conradus Dasypodius*, Argentorati 1571. 8.

*Excerpta de mensuris ex Heronis* <sup>s)</sup> *Geometria* graece ac latine cum versione *Bernardi de*

s) Pro *Heronis* male vocatur *Hieron* in Eliae du Pin biblioth. script. eccl. tom. 19. pag. 277. edit. Amstel. La lecture de ce monument seroit plus curieuse, si les anciennes monnoyes etoient

un peu plus connues, ou si le traducteur s'etoit donné la peine de nous apprendre quel rapport elles ont avec les nôtres etc. Hist. Ouvrag. 89. Mai. pag. 235.

de Montfaucon vulgarunt Benedictini tomo primo Analectorum Graecorum, Paris. 1688. 4. pag. 308. 315. integram ex codice regio edeie ob prolixitatem veriti. [vid. *Bandin.* cat. MSS. gr. Laurent. tom. II. pag. 15.]

Εἰσαγωγή τῶν γεωμετρῶν, nondum quod sciam edita, quae [P] incipit: καὶ δὲς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος, manu exarata apud me exstat. Respondet huic libello introductio Heronis in Geodaesiam, (a Geodaesia, quam Barocius edidit, utique diuersa,) quam in bibliotheca Augustissimi imperatoris bis MStam, semel quidem aliquantum abbreviatam et interpolatam occurrere testatur Lambecius. [VII. pag. 339 sqq. aliud est initium in cod. gr. Veneto D. Marci. vid. catal. pag. 154.]

*Heronis* astronomica laudat *J. Vossius* ad Catull. pag. 302.

Fuere et alii Herones veteribus memorati, quos persequutus erat singulari diatriba de Heronibus Leo Allatius, sed quae lucem nunquam vidit. Mihi praeter iam dictos hi observati sunt:

*Hero*, Alexandrinus, Cynicus quem laudat Nazianzenus Orat. 23. licet Hieron. de script. Ecclesiast. nomen Heronis falso adscriptum et Maximi Cynici laudes illa oratione contineri observavit. vid. etiam *Cotelesii* notas ad tom. II. monument. ecclesiae graec. pag. 640.

*Hero*, Atheniensis, Orator, cuius τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας κεκριμένων ὀνομάτων libros III. ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλείδου ἱστοριῶν et alia scripta Suidas memorat. [conf. *Kollar.* ad Lambec. VII. pag. 98 sq.]

*Heronis* duo scriptores insignes de chirurgia, quos laudat *Celsus* praef. libr. VII. *Fabric.* — Illorum alteri inscriptum fuit *collyrium psittacus* apud *Galenum* compos. sec. loc. lib. IV. cap. 7. vnde repetit *Aetnarius* meth. med. VI. cap. 5. adnotante *J. Heur.* *Iuglero* in biblioth. ophthalmicae specimine primo, Hamburgi 1683. pag. 43. *Harl.*

*Hero*, Luculli libertus, *Plin.* H. N. 35. cap. 18.

*Hero*, ex σκυτοτόμῳ siue futore philosophus a Theone pag. 78 sq. progymnasm. memoratus.

*Hero*, *Antiochenus* post Ignatium episcopus, cuius ad eum fertur epistola.

*Heronis*, Christi martyres, de quibus Eusebius.

[*Hero* personatus, i. e. *Maximus Cynicus*, de quo supra in vol. III. pag. 520. vid. *Fabric.* B. Gr. VII. pag. 517. et *Kollarius* in suppl. I. ad Lambecii comment. pag. 147 sq.]

*Hero*, Alexandrinus, monachus, de quo Palladius Lausaca p. 81 et 125. edit. Meursii:

*Hero*, Thebanus. *Cassian.* II. 5. collat. *Niceph.* X. 29.

His addes denique *Heronem*, quem viginti libros de re rustica scripsisse, totidem fere verbis et ex iisdem auctoribus, ex quibus Geoponica collecta sunt, testatur *Gyraldus* lib. de re nauali tom. II. Opp. pag. 650. Meminit huius *Heronis* etiam *Guil. Philander* ad Vitruvium II. 4.

VII. Praeter iam dicta Athenaei, Apollodori, Philonis, et Bitonis scripta, siue ex illis excerpta de machinis bellicis atque obsidionum adparatu, et Heronis de manubalistis, tum Heronis Belopoetica, Spiritalia et Automata, quae graece et latine cum versione latina Valesii, Cotelerii, Coturii, Iuliani Pashardi, Commandini etc. et figuris in aes incisis ediderunt Parisienses: Eadem Theophrasti collectio pag. 275 — 316. sed graece tantum exhibet Opu- sculum in capita LXXVII. distinctum sub titulo: IVLII AFRICANI ΚΕΣΤΙ <sup>υ</sup>: sed ne- utiquam est opus illud [P] Africani integrum, quod sub Cestorum titulo Alexandro Mam- maeae ab Africano dicatum constabat libris <sup>υ</sup> IX. vt tradit *Syncellus* pag. 359. licet *Photius* cod. XXXIV. libros XIV. vel *Suidas* in Ἀφρικανὸς [et *Eudocia* in Violario pag. 73.] atque ex eo auctor recens scholiorum graecorum ad Anthol. epigramm. lib. VII. pag. 610. plane libros XXIV. numerent. In hoc opere, cuius *Eusebius* quoque VI. 31. Hist. eccles. et *Nicéphorus* IV. 21. meminerunt, Africanus ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμευτικῶν admi- randas *δυναμεις* complexus fuerat, vt testatur *Syncellus*, et adparet e fragmentis, quae ex Africano in Hippiatricis et Geoponicis <sup>υ</sup>) occurrunt, et quae in *Nich. Pselli* libro inedito *δαρμασιῶν ἀνεστράτων ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν* obuia, publici iuris fecit *Lambecius* commen- tar. pag. 222 — 224. [pag. 470 — 470 edit. Kuhnii, cuius notas conferes.] *Suidas*: ἐστὶ δὲ οἰονεὶ φυσικὰ ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπραξιῶν καὶ γεωργικῶν τῶν χαρακτηριστῶν ἰάσεις τε καὶ ἀλλοίων εἰσεργεῖαν.

At enim haec, quae sub nomine ΚΕΣΤῶΝ Africani Parisiis prodire, atque de re militari potissimum <sup>υ</sup>) rebusque variis et inuentis, ad eam feliciter gerendam repertis, atque partem ex medicorum, chemicorum, magorum, physicorum et geometrarum officina petitis, disse- runt, instruuntque duces et milites, et cap. XXV sq. pag. 298 sq. quaedam adspargunt rem rusticam spectantia, qualia etiam in Geoponicis leguntur: Haec inquam non sunt ipsum Afri- cani opus, sed excerpta ex Africano Cesti et aliis scriptoribus, siue antiquioribus, vt *Aenea Tactico*, e quo integra capita descripta pridem notauit *Casaubonus*: siue etiam quibusdam longe iunioribus, vt tum alia <sup>υ</sup>) ad oram paginae a me notata loca videntur innuere, tum *Belisarii*

1) Κεστός Veneris acui picta zona, de qua *Eu- stath.* ad *Iliad.* ζ'. 214. Idem ad *Iliad.* γ'. pag. 323. Κεστόν interpretatur κεντητόν καὶ ποικίλον. Itaque *Iulius Africanus* libros suos, quibus de variis argu- mentis ex variis scriptoribus plurima collegerat, inscripsit Κεστός, quasi σωματῶς atque Varias et amoenas lectiones dixerit. Vtitur ipse hoc voca- bulo pag. 297 b. τί δὲ θαύμα εἶ καὶ τῶτο παρὰ Χρ- στίων ἔλαβεν ἢ Ἦρα καὶ γὰρ παρὰ τῆς Ἀφροδίτης τὰς Κεστός ἐδιδάξαστο. Dicti etiam sunt *cepsi* lora, qui- bus pugiles solebant manus et brachia innectere, quo fortius ferire possent, vt videre est in anti- qua imagine apud *Guil. Choulium* libro de bal- neis et exercitationibus veterum pag. 18. Confer, quae viri docti ad *Virgil.* V. *Aeneid.* v. 69. et *Ri- galtium* ad *Onofandrum* pag. 24 sq. 37. *Stepha- nium* ad histor. Saxoniam Io. *Grammatici* lib. III. fol. 84 sq.

υ) Male XIX. excusum in *Tillemontii* Mem. eccles. tom. III. parte II. nota 1. ad *Vitam* *Africani* edit. *Bruxell.*

υ) Conf. *Needhami* et *Niclasii* prolegomena ad *Geoponica*, pag. XLV sqq. vbi varia de Afri- cano docte disputantur. *Harl.*

υ) *Casaubonus* ad *Aeneae* cap. 7. testatur, in quibusdam codicibus inscribi πρὸς πολεμίας παρασκευαί· in aliis πολεμικῶν παρασκευαί.

α) Καὶ Ῥωμαίων δὲ αὐτοκράτορες παλαιοὶ p. 291. capite δ. ἐχρησάτο τῇ πέρᾳ ταύτῃ καὶ Σύριμος ὁ Σύν- θης, καὶ Βαρδανάνης ὁ Πάρθης, τάχα δὲ πικρὰ καὶ πλείον- γε. ἄδον καὶ αὐτὸς Ἐναγκίρης τῷ Βασιλεῖ [καὶ] Μάν- νι τῷ παιδὸς αὐτοῦ πολλὰκις περιάσαντες ἐμὲ ἐψηγησα- μέναι etc. pag. 300. capite κθ'.

Belisarii \*) mentio aperte docet. [P] Ex libro quinto et sexto Cestorum repetita, quae in bibliothecis Vaticana, Palatina, Barberina, Farnesiana, Monachienſi et regia atque Colberſina Pariſ. et in aliis Germaniae, Belgii et Angliae bibliothecis reperiuntur, notat *Gabriel Nauſaeus* II. 8 de ſtudio militari, cap. 8. pag. 520. Corruptiſſima autem in MSſis codicibus reperta ſunt haec excerpta, prioribus maxime capitibus, quamobrem nulla etiam latina verſio addi potuit, licet eruditiffimus Io. Boiuius \*\*) in ſuis caſtigacionibus, ad calcem voluminis adiectis, innumera loca feliciter reſtituerit atque illuſtrauerit \*\*\*). Quoniam vero inter vulgaria quaedam atque inepta in hoc opusculo leguntur alia etiam digna notatu, et vix ac ne vix quidem alibi obuia, optandum eſt, vt in meliores et emendationes codices incidant viri docti, quibus ad interpretationem huius opusculi excitentur. Exſtant ſane in codicibus etiam [Caſſarienis, teſte Lambecio aliisque, quos excitauit in notitia codd.] it. Bodleianis, e quibus deſcriptum memini me videre Lipſiae apud clariff. amicum noſtrum Godfridum Olearium, ſed, ni fallor, deſtant prima capite XXIX. Non dubito, alia exemplaria in Italiae poſſe inueniri bibliothecis, in quibus pridem ea euoluit Politianus cap. 15. Miſc. et *Rigaltius* ad Onofandrum pag. 26. 23. 27 ſq. 45. 34. Habet et Leideniſis biblioth. inter libros H. Voſſii; quemadmodum bina occurrunt praeterea Vindobonae in theſauro librario potentiffimi imperatoris. Fuit etiam in bibliot. *Scorialenſi*, teſte *Alex. Baruoëtio*, qui de illo, *uſcio*, inquit, *an tantum boni opus illud contineat, quantum continet mali: praeterquam enim quod ſequioris aevi, adeoque ſili ſit auſtor ille, multa habet ſimilia taſticis Leonis, quaedam etiam ſuperſtitioſa, ac multa ridicula, vt de curatione per Abracadabra, quaedam mulomedica, falſa plurima. Fabric.* — In duobus codd. Leideniſibus Africano tribuitur lib. de modo defendendae vrſis obſeſſae.

Hic poſſiminii inſtar reducam, quae Fabricius noſter de *Iulio Africano* diſſeruerat lib. V. cap. 1. §. 3. pag. 568 ſqq. vol. V. Ita vero ille:

„*Sextus* <sup>66)</sup> *IULIUS AFRICANVS*, Syrus, ex Emaunte, ſub Antonino Helogabalo et Alexandro Seuero clarus <sup>67)</sup>, de cuius *Ceſtorum* libris dixi lib. III. etc. [qui eſt noſter locus.] Illa latine vertere coepit *Iulianus Puchardus*, ann. 1705. die XII. Decembr. 2. aetat. 49. Pariſiſ denotus; ſed non perfecit, neque interpretationem ſuam edere voluit: quod exiſtimaret, quaedam in illis obuia rectius vulgo ignorari. *Zachariae Lundii* commentarium inſt.

γ) Τὸ δὲ ἴσολα καὶ Βιλαρίος, ἐπὶ γὰρ ἀντισχῶν δὴ τὸ πλῆθος etc. pag. 309. b. capite ξγ'. ποῖσαι μὲν καὶ οἱ σύμμαχοι Πανασιῶτε καὶ Ἀρβῆες. pag. 310. capite ξδ'. Videtur Chriſtianus ſcripſiſſe, quod legitur pag. 311. b. capite θ' de tranſfugarum non repudiando matrimonio, ἀ καὶ τιμῶσιν τὰ παρ' ἡμῶν δεησθεύουσιν, ſi a religione noſtra non ſint alieni. Clauſula libri inuenitur pag. 300. ληγῶτα δὲ καὶ εἶδε τὸ σύγγραμμα ἄς τε ἀρχαῖον καὶ φιλομαθῆς διήγημα. Capite κθ'. ſive 29.

2) Eiuſdem *Boiui* latina verſio fuit in bibl. Roſtgardiana pag. 454. Danefchioldiana p. 402. *Fabric.* Boiui. noluit latine illud vertere, quum de fontibus, veneno inſiciendis, agant, et his talibus, ne durante bello hoſtes doctos obtrectarent,

Vol. IV.

quasi conſultores regi ſuo, vt inſiciatur communibus generis humani vſibus deſtinata aqua. Haec mihi Boiuius. *Bezel.*

ad) Opus valde vitiatum nominat *Valcken.* in adnotat. vberioribus ad Adoniazuſ. Theocriti p. 345. C. et pag. 346. A. notat, cod. Leideniſ. olim Voſſianum habere multa editis longe meliora. *Harl.*

bb) *Sextum* vnus vocat *Suidas. Fabric.* *Σίττω* ſcribitur, forſan operarum vitio, ab *Eudocia* l. m. *Harl.*

cc) Circa ann. Chr. 221. vid. *Saxii* Onom. lit. I. pag. 352 ſq. aut a. C. 228. vid. *Hambergeri* zuverl. Nachrichten tom. II. pag. 525 ſq. vterque plures citat, qui de Africano egerunt. *Harl.*

H h

ms. in Africani cestos feruari, accepi Hafniae a Wolfio, regiae biblioth. custode. In illis fragmentis cap. 29. auctor testatur, vidisse se Bardesfanem Parthum, quem diuersum mihi esse persuadeo a Bardesane scriptore: [De quo paullo post ad §. IX. disseretur.] Nam et huic minus conuenit illa iaculando pingendi sagittarumque ictibus formam eius, quem vellet, pulcre describendi <sup>44</sup>) sollertia, quam in suo Africanus praedicat, et hic Parthus fuit, alter Babylonius. Denique qui sub Antonino vixisse scriptorem docent Porphyrius et Eusebius, si Elagabalum, non, Marcum philosophum intellexerunt, perinde vt *Hieronimus* cap. 63. vbi de Africano disserit, nota quadam addita Antonini nomen distinxissent. [Africanus sub Antonino Elagabalo et Alexandro Seuero clarus, ait Saxius l. c. argumento *Hieron.* de scriptor. eccles. cap. 63. siue quod Chronographiae suae opus, h. e. libros V. de temporibus ab orbe condito vsque ad A. C. 221. perduxit, ratiocinatore *Pagio* in critic. Baron. ad a. Chr. 220. nr. II. pag. 464. tom. II. siue quod *Κεῖς* suos Alexandro, Iuliae Mamaeae filio, inscripsisse dicitur.]

Africanum de bellico adparatu MS. de quo *Casaubonus* ad Suetonii Caesarem cap. 31. et *Salmasius* epist. 123. ad Isaacum Vossium, intellige partem *Cestorum* Africani, tum adhuc ineditam, sed postea graece Parisiis euulgatam. Eodem refer, quod scribit *Gassendus* ad ann. 1622. Peirescium obtinuisse tum ex Vaticana, tum ex Ambrosiana Mediolanensi exempla quaedam Africani aliorumque *Tacticorum* in gratiam Lud. Machati viri strenui, auctorumque militarium et mathematicorum studiosi. Et quod librum septimum Cestorum, qui est de re militari, habuisse MS. testatur *Holstenius* apud *Morkosium* lib I. Polyhistoris pag. 69. Ex cestis etiam petita sunt, quae sub Africani nomine in Geponicis et Hippiatricis graecis leguntur, ac fortasse nostrum respexit *Fulgentius* III. 7. mythologicon, vbi Africanum iatrosophiam laudat. Certe in *Cestis* *ιατρικὰς* et *φυσικὰς δυνάμεις* atque *ιάσεις* contineri, iam olim Eusebius in Chron. et Suidas in *Ἀφρικανός* notarunt. Inter edita cestorum capita est etiam illud 57. *περὶ κρυφίας ἐπιτολῶν εἰσπεμπῆς*, quod laudat *Is. Vossius* ad Iustini II. 10. quem vide etiam ad Catullum pag. 30. vbi de Africano quaedam erudite obseruat, et inter alia adfirmat, *εἰρηνηκῶν*. quae supersunt, fragmenta, constituisse sextum ac septimum cestorum librum. — Reliqua, quae ibi Fabricius scripsit, paullo post adferam. — Cestos Africani gallo-francice vertit *Guischardus*: *Les Cestes de Iulie Africain, traduits pour la premiere fois d'un Manuscrit grec.* vide tom. III. illius commentariorum: *Memoires critiques et histor. sur plusieurs Points d'Antiquités militaires par Charles Guischard, nommé Quintus Icilius*, Berolin. 1774. 4. et 8. IV. voll. *Hart.*

Supereff, vt referantur a me nomina scriptorum sane paucorum, quos in isthoc opusculo memorari reperi:

Euclidis *σοιχεῖα*. pag. 295 b. Οἱ τῆς ἐγκυκλῆς μετρίως ἐπήβολοι παιδείας τῶν Εὐκλείδου σοιχείων ἐπιποσόν ὡς εἰκὸς ἐφήσαντο.

Homerus

*δαδ* Quod *εὐμαρῶσα* *βλήσιν* vocat Africanus, apud Philostratum lib. II. de vita Apolloni cap. 28 pag. 21. dicitur *οὐκ ἐμαρῶσα βλήσιν*. Magisque admirandum hoc, quam quod in veteri inscriptione apud Graecum pag. D. III. de Sorano Barauo: *επιψιμν*que, *arcu dum pendet in aere te-*

*lum ac redit, ex alia fixi frogique sagitta.* Vel quod de Domitiano Sueton. cap. 19. in pueri procul stantis praebentisque pro scopo disraptam dextrae manus palmam, sagittas tanta arte direxit, et omnes per intervalla digitorum innocue euaderent.

Homerus pag. 292. b.

Ἰαμβέειν ἀρχαῖον, ὡς λυσιτελέστερος πᾶσι τῷ προπετῆς ὁ ἀσφαλῆς ἡγεμών. pag. 278.  
Versus ipse exstat apud Suetonium Augusto cap. 25. Ἀσφαλῆς γὰρ ἔς ἀμείνων, ἢ θρασυὺς στρατηλάτης.

Neptuniani Physica pag. 301. b. Φιλοπονών περὶ τὴν τῷ παρόντος συγγράμματος ἐκθεσιν, ἀνέγων ἐν τοῖς Νεπτινιανῶν φυσικαῖς etc.

Οἱ Κυντίλιοι. pag. 301. b. Quinctilii fratres, qui sub Commodō, imp. clari scripserunt de re rustica.

Eundem fuisse Sextum \*) Iulium Africanum, qui Chronographiae libros V. ff) ab orbe condito ad a. C. 221. scripsit, et Iulium Africanum, Cestorum scriptorem, credemus potius Eusebio, Photio, Syncello, et Suidae, hoc adfirmantibus, quibus Petavius, Vossius, Labbeus, Lambecius, Wetstenius, Tillemontius [Needham, Hambergerus, Saxius etc.] adsentiantur; quam Ios. Scaligeri et H. Valesii virorum licet maximorum coniecturis contra nitimur. Ceterum, [P] quod Chronographiae et κεῶν libros pro vno eodemque opere habuit Petavius XII. 40. de doctrina temp., hoc merito retractavit ipse VIII. 2. auctarii diss. [Chronographiae pars fuit, non peculiaris liber ἐπίτομος, quando legitur in Eusebii Chron. Ἀφρικανὸς ἐν ἐπιτομῶν, vti Fabricius in nota msta ad Suidam Basileensem apud Niclas ad Geoponica, prolegg. pag. XLVII. not. 5. docuit contra Meurfium, qui in biblioth. graeca pag. 1199. ex illo Eusebii loco singulare Africani opus, Ἐπίτομον, exsculpit. Harl.]

Alia de Africano eiusque scriptis apud accuratissimum Tillemontium tom. III. 3. Mem. eccles. pag. 115. et praestantissimum Causum [tom. I. pag. 110 sq.] in parte vtraque Hist. literariae lector euoluet, quibus ambobus in mentem venit suspicari, quod Cestos forte scripserit Africanus, nondum Christi sacris initiatus: licet in altera parte Caueus malit subscribere eorum sententiae, qui cestos ad alium referunt Africanum. Sed de tota re melius iudicare liceret, si opus ipsum exstaret, quod paucis forte fragmentis exceptis, vt iam notavi, intercidit. Nam et Boiuius prima vix 44. capita Africano audet tribuere, cum 45. vsque ad 59. fere ad verbum sint descripta ex Aeneae Tacticis, et sexagesimum cum reliquis propter vocabula barbara et stili diuersitatem, alium et recentiore auctorem referant: e quibus illa περὶ Φυλάκων pag. 315. Heronis forte iunioris esse idem eruditissimus Boiuius coniicit. Ceterum Christianos etiam τερατώδη σεβαστος, ac superstitionibus satis crassis quandoque deditos fuisse, ne ab haereticis praeceis Gnosticis, Priscillianistis etc. vel ex nostra aetate ducam argumentum, vetera conuincunt exempla, et Geoponicon scriptor, (haud dubie Christianus,) et Tryphonis, martyris, exorcismus insectorum hortis vineisque noxiorum apud Lambecium VII.

H h 2

pag. 247.

ee) Sextum vocat Suidas in Ἀφρικ. et Σωσιων. Neque adsentendum viris doctis H. Valesio ad Euseb. pag. 127. et Labbeo I. de Script. eccles. pag. 659. qui Cestum dictum volunt a Cestorum opere.

ff) Iam vero historiam tibi tradituri sumus ex quinto libro Africani, scriptoris chronici: — is quaecumque de nostris regibus (Arme-

niae) narrat, ea depromsit vniuersa ex tabulario Edessae, quae est Vrha: cuius quidem tabularii libri de fanorum historiis e Nesibi et Sinope Pontica fuere eo aduecti, sit Cheronenfis Moses, qui Africani historiam Edessae excerptit, pag. 101. edit. Whiston, Londin. 1736. vid. Niclas ad Needhami prolegom. ad Geoponicos pag. XLVII. nr. 5. Harl.

pag. 247. et plura eiusmodi non adeo inobuia futura si quis diligentius inquisierit: inque his frequentata quaedam superstitiosa ita publice, vt conciliorum decretis prohibenda fuerint, de quibus *Brutus*, oratorii Iesu presbyter, parte tertia libri, gallice ann. 1702. 12. editi, quem inscripsit: *Histoire critique des pratiques superstitieuses qui ont seduit les peuples et embarassé les Savans*. Ex eodem Geoponicon scriptore recte colligas, Africanum Christianum fuisse, quum Cestos scriberet, in quibus commendauit efficax aduersus vini corruptionem remedium, si dolio inscribantur Θεῶν haec verba (Psalm. XXXIV. 8.) *Gustate et videte, quoniam suauis Dominus*, vel, si pomum, his verbis inscriptum, proiciatur in vinum. XIV. 5. Ἀφεικίαν. Ἀμύχανον τραπήνην τὸν οἶνον εἰς ἐπιγνάψης ἐν τῷ ἀγγεῖῳ ἢ ἐν τοῖς πίθαις ταῦτα τὰ Θεῶν ἡμέματα. Γευσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Καλῶς δὲ ποιήσεις καὶ εἰς μῆλον ἔτω γνάψων, ἐμβάλλων τὸ μῆλον εἰς τὸν οἶνον. Plura huiuscemodi farinae ex Geoponicis infra libro VI. refero, vbi de Hippiatricis quoque dicturus sum, quorum collectio et ipsa ex Africani Cestis quaedam habet adnotata, vti alius liber MS. Constantini Porphyrogennetae iussu, vt videtur, [P] collectus, de quo Boiuinius in castigationibus ad Africanum pag. 360. *Fabric.* Add. *L. El. du Pin* nouv. bibliotheque tom. I. pag. 115. *Stoll's* Nachrichten von den Kirchenvätern, p. 134 sqq. qui alios V. D. laudat, Ienae 1733. 4. — *Io. Fabric.* in historia biblioth. *Fabric.* part. II. pag. 379. et part. III. pag. 359. *Io. Christ. Neu* in accessionibus ad Wherari relection. hiemales, pag. 255.

Pergo, ea, quae Fabricius vol. IV. pag. 269 sqq. de Iulio Africano scripserat, hic adicere.

„Praecipuum Africani opus fuit *Chronographia*, annorum 5623. siue libri V. de temporibus, ab orbe condito vsque ad a. Chr. 221. Olymp. 250. I. Grato et Seleuco Cons. Ex quo, licet hodie deperdito, multa Eusebius in suo Chronico et Syncellus, Io. Malala, [qui oelies eum citat, plerumque addito τῆ σοφωτάτης epitheto,] Theophanes, Cedrenus aliique chronologi, atque in his auctor chronici paschalis, quod Alexandrinum vulgo vocant, tum latino-barbarus scriptor excerptorum utilissimorum ex Eusebio, Africano et aliis, quae Scaliger edidit ad calcem chronici Hieronymiani pag. 58 sq. [Sed fragmenta Africani, Eusebii et Syncelli Scaliger confuse posuit; contra *Iac. Goarus* sollicite discriminauit in sua editione.] At enim liber *de diuisionibus et generationibus gentium*, *Caniso* tom. II. antiquar. lection. pag. 579. atque emendatius *Labbeo* tom. I. bibl. nouae MSS. pag. 298. editus latine, quem Iulii Africani esse suspicati sunt *Vossius* III. de histor. latin. part. IV. cap. 3. pag. 756. et *Sandius* ad *Vossium* pag. 279 sq. potius referendus est ad *Hippolytum*, Portuensem, Africani aequalem. Quamquam Africani etiam Chronicon haere, qui latine interpretarentur, et fortasse, vt *Dodwelus* diu. de successione pontificum pag. 98. ex antiquo MS. latino chronici Eusebiani codice Mertonensi colligit, antequam Eusebii chronicon verteret Hieronymus. Illi interpretes vel etiam librarii, aut qui describendum sibi Africani opus curauerunt, diuersis deinde temporibus ad suam cuiusque, qua vixit, aetatem continuarunt seriem consulam, aliaque pro suo quisque captu addiderunt vel omiserunt interpolatum. Cestos Africani cum chronologia confundit *Petauius* XII. 40. de doctrina temporum, quod ipse retractat VIII. 2. ad Vranolog. Africanum ἐν ταῖς ἡγενογραφίαις laudat etiam *Maximus* ad Dionysii pseudo Arcopagitae epistolam IV. Alia veterum loca, Africanum laudantia, quoniam a viris doctis, Scaligero et *Valesio*, ad Euseb. Allatum ad Eusiath. Antiochen. pag. 5 sq. *Labbeo*, *Tillemontio*, *Caueo* et *Wetstenio* (in notis ad epistolam ad Origenem de Susanna p. 148 sq.) adlata sunt, omitto.



Ex eodem Africani opere petita videtur, quam MS. in bibl. Vindobonensi exstare testatur *Lambecius* tom. V. pag. 297. [pag. 623. edit. Kollarii.] διήγησις Ἀφρικανῆ περὶ τῶν ἐν Περγαῖδι γενεαλογιών διὰ τῆς ἐνανθραπήσεως τῆ Κυρῆς καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Incipit: ἐκ Περσίδος ἐγενήθη ἀπ' ἀρχῆς ὁ Χριστός· εὐδὲν γὰρ λαοδύνας τὸς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς ἀπαντα φιλοποιούντας. Ὅσα γὰρ κ. τ. λ. Vide et Africani fragmenta apud *Lambecium* lib. I. pag. 141. et lib. III. pag. 39. [adde catal. codd. gr. Venet. D. Marci pag. 42. fin. et catal. bibl. Monach. Bauar. pag. 35.]

Etiam acta martyrii *Symphorosae* filiorumque eius, sub Hadriano passorum, in mssis codicibus Iulio Africano tribuuntur, et sub eius nomine a Mombritto Mediolanensi tom. II. act. Sanctior. et in postrema Surii editione ad 18. Iulii edita sunt. vide *Baronium* ad Martyrolog. rom. 18. Iul. Et quidem fieri potuit, inquit *Theodoricus Ruinartus*, qui iterum recudi curavit in actis selectis martyrum 20. in actis SS. Antwerp. ad d. XVIII. Iul. pag. 358. tom. IV. ut in *Africani libris de Chronographia inserta fuerint*. Sed in temporibus a Christo nato longe breviorum, quam in antecedentibus aetatibus fuisse, testatur *Photius* cod. XXXIV. Itaque, si verum est Eusebii, quod in iisdem actis additur, testimonium, quod Africanus acta martyrum, quotquot Romae et per Italiam passi erant, litteris consignauerit, in alio opere, ac in Chronographia fecerit. [Enimvero, illa esse supposititia, demonstravit *Sam. Basnage*, *Annal.* tom. II. pag. 46 sq.]

Denique *Hebed Iesu* in catalogo librorum chaldaeorum nr. 15. adfirmat, exstare *B. Africani, episcopi Emaus, commentarios N. T. et chronicon*. Sane *Origenes* pag. 244. epistolae de *Sofanna* Africanum laudat, ut πολλὰς διατριβὰς ἔχοντα ἐν ταῖς ἑξήτάσει καὶ μελέταις τῆς γραφῆς. Et *Iulius* quidam subinde in catenis citatur, et in catena *Corderiana* in *Ioannem* vocatur *Iulius Episcopus*. Lauatur etiam *Iulii* commentarius in *Ioannem* a *Mose Barcephala*, Syro, de paradiso. [In *Nicotae* catena siue sylloge interpretum *Euang. Lucae* ex Africano quaedam esse excerpta, ait *Montfaucon* in bibl. ioth. Coisliniana pag. 63.] Confer *Pauli Colomesti* de scriptoribus ecclesiasticis paralipomena.

De epistola ad *Origenem* scripta de *Sofanna historia* et *Origenis* ad Africanum responsione, quae graece et latine exstat, dictum est abunde in cap. de *Origene*. Meminere illius *Euseb.* VI. 31. hist. *Hieronymus* in catalogo cap. 63. *Photius* cod. XXXIV. *Nicophorus* V. 21. et *Suidas* in Ἀφρικανὸς ac Σωτῆνας. — [edita est illius

Epistola ad *Origenem* de *Sofanna*, cum initio responsionis *Origenis*, graece per *Dau. Hofmannium*, cum *Africanii* illogice in sacras litteras. Augustae Vindelic. 1602. 4. — et cum responsione *Origenis*, gr. et lat. cum notis *Io. Rudolphi Wetsteinii*, cum *Origenis* dialogo contra *Marcionitas*. Bafil. 1674. 4. pag. 220. — Pars epistolae *Origenis* ad Africanum est in cod. Coislin. XXI. olim CCXXXVII. teste *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 63. *Harkl.*]

Ex epistola ad *Aristidem*, qua *Matthaei* et *Lucae* narrationes de genealogia Christi inter se conciliantur, profert nonnulla *Eusebius* lib. I. histor. cap. 7. atque ex illo *Nicophorus* lib. I. cap. 11 sq. et catena MS. in *Lucam* apud *Lambecium* III. pag. 62. Licet traditionem, ab Africano in illa epistola laudatam, pro suspecta habeat *Dedesius* pag. 38. ad *Irenaeum*. Laudat illam epistolam *Eusebius* iterum VI. 31. ac praeter *Hieronymum*, *Photium*que ac *Nicophorum* V. 21. *Augustinus* II. 7. retractationum.

Quae Io. Trithemius ab Africano scripta refert de *S. Trinitate*, de *circumcisione*, de *Atalo*, de *Pascha*, de *Sabbato*, nullus veterum, quod equidem sciam, commemorat.

Commentum absurdum de *Abdiae* Babylonici libris ex hebraico per *Eutropium*, nescio quem, graece, atque inde a Iulio Africano latine versis, et quae in *Abdia* ipso lib. VI. cap. 20. de *Cratonis*, discipuli apostolorum, *libris decem aduuum apostolicorum*, per Iulium Africanum latine translatis, leguntur, reiectum a me videre, si tanti est, licet in codice apocrypho noui testam. part. II.

*Iulium* nostrum *Africanum*, Cestorum et Chronologiae scriptorem, in duo vel tres praeter rem distrahunt viri docti. In longe plures autem *Hendreichius* in pandectis *Brandenburgicis*. — Fuere tamen a nostro distincti 1) *Iulius Africanus*, orator, quem concitatioem, sed in cura verborum nimium et compositione nonnumquam longiorem, ac translationibus parum modicum fuisse, scribit *Quintilianus* X. 1. — 2) oratoris nepos, *Iulius Africanus*, de quo *Plinius* VII. 6. epist. 3) *Sextus Caecilius Africanus*, Ictus, et alter iunior, *Papiniani* discipulus, de quibus dixi in bibliotheca latina. Illud vero lepidum, quod *Africanum* poetam, coecum, ab *Ennio* laudatum, exsculpit *Hendreichius* ex *Lactantii* lib. I. institut. diuinar. cap. 18. quum ibi *Lactantius* adferat versus *Ennii*, quibus loquens inducitur *Scipio Africanus*, iactansque clades, generi humano a se illatas, hisce verbis:

*Si fas caedendo coelestia scandere cuiquam est;*  
*Mi soli coeli maxima porta patet:*

Quibus deinde *Lactantius* subiungit: *O quantis in tenebris, Africane, versatus es, vel potius poeta, (Enni!) qui per caedes et sanguinem patere hominibus adscensum in coelum putas.* Hactenus *Fabricius*. *Harl.*

VIII. Claudit collectionem *Theuenotianam tractatus*, *Casaubono* pridem ad *Polybium* et *Aeneam* lectus, atque in *Barberina* aliisque bibliothecis obuius, [vid. notitiam codicum supra datam,] atque a *Parisiensibus* itidem graece tantum editus de obsidione toleranda et repellenda, nescio cuius scriptoris; sed, ut videtur, *Christiani*, sub titulo: *ὅπως χρεὶ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάσσεσθαι*<sup>88</sup>), καὶ οἷοις ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρέεσθαι. pag. 316 — 330. et pag. 361 — 364.

E *Polybio*, *Arriano*, *Polyaeno* et *Flauio Iosepho* pleraque ad verbum descripsisse, iam ab editoribus adnotatum est. *Archimedes* *εὐμήχανον σοφίαν* laudat pag. 319. 326 sq. Non valde antiquum esse patet, quod pag. 323. *Iosephum* accenset *τοῖς παλαιοῖς*. Et *Heroni* tertio tribui in codice *Vindobonensi*, iam supra dixi, §. VII. [vid. *Lambec.* et *Kollar.* VII. comment. de bibl. *Caesar.* pag. 431. *Africano* tribuitur a *Rigaltio* et in cod. *Leid.* Anonymum poliorceticum vocat *Casaubon.* ad I. 8. *Aeneae.*]

## IX. Alios

gg) Est vocabulum militare, *Iacobi* IV. 6. *Plutarchus* in *Pyrrho* tom. II. edit. *Oxon.* pag. 466. *ἀντιτάσσεσθαι μὲν ἰσθρήθησαν*, in aciem procedere

timuerunt. [conf. *Krebs* *Obfl.* in *N. T.* e *Iosepho* pag. 222. et quae ego notavi ad *Demosthenis* orat. de corona cap. 82. pag. 547. *Harl.*]

IX. Alios scriptores rei militaris infra cap. de Polybio §. XI. breuiter persequutus, hoc loco mechanicos recensere institueram, nisi eum laborem iam praecepisset erudita accurataque Francisci Iunii, filii, industria, catalogus locupletissimus architectorum, mechanicorum, pictorum aliorumque artificum, secundum seriem litterarum digestus, subiicitur editioni postumae librorum eius III. de pictura veterum, Roterod. 1694. fol. His pauca quaedam nomina e veterum scriptis, plura ex antiquis marmoribus obseruari posse accedere. In praesenti vero vnum tantummodo locum supplementi loco adscribam ex Africani celsis, de *Bardesane* <sup>hh</sup>) quodam, Partho, qui tam probe calluit pictoriam et simul artem iaculandi, vt ictibus telorum potuerit imaginem eius, quem vellet, describere, quod Africanus festiue vocat *ζωγρα-Φῆσαι βέλτισιν* siue *τοξέειν γραφάς*, vel denique *γράφειν τοξέυμασι* <sup>ii</sup>). Verba eius haec sunt pag. 301. Ἦν δὲ ἄρα σοφὸς τοξότης Βαρδησάνης ἔπερ τις ἕτερος, εἶδα δὲ ἀνδραπον τοξέυσαντα εἶα ζωγράφον. ὁ δὲ τρόπος τοιόσδε. Ἄνδρα καταντικρυ ποτὲ ἔστησε νεανίαν [P] καλὸν καὶ εὐρωστον, ὃν καὶ γραφεὺς ἀν' ἐξέκαμε μιμύμενος, πρὸς βάλετο δὲ τὴν ἀσπίδα ὁ νεανίσκος. τῆτο γὰρ προσέταξεν ὁ Βαρδησάνης, ἐνδεικνύμενος τὴν τέχνην ἡμῖν θεαταῖς. Ὁ δὲ εἶα ζωγράφος ἀγαθὸς τὸν κατέχοντα μετέθηκεν ἐπὶ τὴν ἀσπίδα, πρῶ-την μὲν δὴ τὴν κεφαλὴν ἔγραφεν ὀρθοῖς βέλεσι κύκλον κεφαλῆς μιμύμενος. Εἶτα τῶν ὀφθαλμῶν τὰς βολὰς, χέλεων ἀρμονίας, ῥυθμὸν γενεῶν, καὶ ὁ λοιπὸς ἀνδραπος ἠκολούθει τῇ τάξει τῆ σῶματος. Ὁ δὲ ἐσεμνύετο τοξικῆ γραφικῆν συλλαβῶν, καὶ γράφων τοξέυμασι καὶ τοξέων γραφάς. Ἐθαυμάζομεν δὲ ὄρῶντες, ὡς πολεμικὸν ἐπιτήδευμα τὸ τοξέυμα

hh) Alius et antiquior fuit *Bardesanes*, Babylonius, quem sub Alexandro Seuero vixisse, (adeoque Africani fuisse aequalem,) male adfirmat *Vossius* lib. IV. pag. 483. de Hist. graec. Nam licet *Porphyrius* IV. *περὶ ἀποχῆς* illum scripserit ait aetate *πατέρων* illud tamen latius accipiendum est, et Antonini tempora respicit, vt testatur *Porphyrius* ipse fragmento de styge, vbi refert narrationem illam de aqua probationis *Tantalia Brachmanum*, tradidisse τὰς ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶ Ἀντωνίνου τῶ ἐξ Ἐμεσῶν εἰς τὴν Συρίαν ἀφικνεύμενος Βαρδησάνη τῶ ἐκ Μισσοποταμίας εἰς λόγους ἀφικνεύμενος. Ex hoc loco colligitur quoque, eundem esse *Bardesanem*, qui de indorum philosophis, scripsit, teste *Porphyrio* et *Hieron.* II. contra *Iouinian.* et qui dialogum de fato ad *Antoninum*, imper. edidit, de quo infra lib. V. Neque difficultia solutu sunt argumenta *Friderici Strunzii* in historia *Bardesanis* et *Bardesanistarum*, quibus contendit, duos diuersos fuisse. Sub *Elagabalo* *Antonino* vixisse contendunt *Grabe* I. *Spicilegii* pag. 317. et *Dodwellus* IV. 35. diss. ad *Irenaeum* ex *Porphyrii* loco de *Styge*. *Fabric.* — *Fabricio* accedit *Iac. de Rhoeer* ad *Porphyrium* de abstinentia ab esu animalium lib. IV. §. 17. pag. 356. *Porphyrii* illud fragmentum publicarunt primus *Andr. Schottus* ex cod. *Augustini*, in obs. human. pag. 229. et

post eum *Luc. Holsten.* emendatius inter opuscula *Porphyrii* Rom. 1630. pag. 148 — 153. ex cod. Vaticano. Post *Holstenium* latine eum vertit *Tollius* in *Fortuitis* cap. 28. Emendatorem tamen dedit locum cl. *Heeren* in *Ioann. Stobaei* eclog. physicae. et ethic. libris II. part. prima, (*Gottingae*, 1792. 8.) pag. 140 sqq. et in notis accurate lateque discriet de *Bardisane* et *Babylonio* et *Syro*, cuius nomen in haeretices historia haud obscurum est. Oppugnat autem *Fabricium* et docet, a *Bardisane* *Syro* plane diuersum esse *Bardisanem* *Babylonium*, quem sequitur *Porphyrius* in fragmento citato, Vossique iudicio, illum *Babylonium* floruisse sub *Alexandro Seuero*, adeoque centum circiter annos a *Bardisane* *Syro* auiisse, subscribit, et statuit, τὸν Ἀντωνίνου, τὸν ἐξ Ἐμεσῶν non esse *Marcum* illum philosophum; sed potius *Heliogabatum*, *Alexandri* *Seueri* antecessorem, qui, ex vrbe *Emesa* ortus, quum imperator factus esset, *Antonini* nomen recepit. Concludit igitur, constitui inde aetatem scriptoris, *Bardisanis* *Babylonii*, eamque vtique ad *Heliogabali* et *Alexandri* tempora cum *Vossio* reiciendam esse. *Hartl.*

ii) De *Gratiani*, imper. *spiculis* semper *serientibus* destinata dictum τὰ Γρατιανικὰ βιβλ. *Φρίσας* *Ἰχαν*, *Cangius* ad *Zonaram* pag. 42.

τόξευμα ἦν, ἀλλ' ἦν τι καὶ τερπνόν, καὶ κίνδυνος ἦδενῆ. Ὁ δὲ καταθέμενος τὴν ἀσπίδα εἶδεν αὐτὸν ἐπὶ τῷ αἰκείῳ ὄπλῳ γεγραμμένον, καὶ ἔχαιρεν γένόμενος στρατιωτικὸν ζωγράφημα.

X. Concludam hoc caput indice scriptorum de re statuaria ac pictoria, petitum ex eodem *Francisco Iunio* lib. I. de pictura veterum cap. 3. praeter quem de hoc argumento scripsere Aldus Manutius, Julius Caesar Bolognerus et Lud. Demonstiosus, (qui exstant recusum tom. IX. thesauri Gronou.) tum Io. Schefferus, [Winckelmann, Busching, Heyne aliique.]

*Adaeus*, Mytilenaeus περὶ ἀγαλματοποιῶν de statuariis. *Athen.* Deipnosoph. XIII. pag. 606.

*Alcetas* libro II. περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων, de iis, quae Delphis consecrata. id. XIII. pag. 591.

*Alexis*, poeta, fecit drama, inscriptum: γραφή, *πίκтура*. Videtur autem fabulae istius argumentum ab argumento scriptorum, qui hic recensentur, non plane abhorruisse; siquidem coniecturam facere licet ex eo loco, quem adduxit *Athenaeus* XIII. pag. 605 sq. Id ipsum quoque sentire licet de Pherecratis γραφεῦσι, *Πικτορίβις*, apud eundem *Athenaeum* IX. p. 395. quemadmodum etiam de Diphili ζωγράφῳ, *πίκτορε*, apud eundem VI. pag. 230. VII. pag. 291. De Alexandridis denique ζωγράφῳ apud *Pollucem* Onomast. lib. X. cap. 14. Plurima adhaec e Pomponii, (Comici latini,) *Πικτορίβις* loca passim adducit Nonius Marcellus.

*Anaximenes* scripsit de picturis antiquis, teste *Fulgentio Planciade* lib. III. *Mytholog.* in Actaeone.

*Antigonus*, statuarius, condidit volumina de sua arte. *Plin.* XXXIV. 8. Idem XXXV. 10. alterius, ut videtur, Antigoni meminit, qui de pictura scripsit. Antigoni opus περὶ πινάκων de *Tabulis* memoratur *Laertii* in *Chrysippe* VII. 188.

*Apelles* de arte sua ad *Perseum*, discipulum, scripsit, ut est apud *Plinium* lib. XXXV. sub finem capituli 10.

*Aristodemus*, *Carius*, operam singulorum, qui pingendi artem altius euexerunt, [P] litteris prodidit, ac simul recensuit, quot reges vrbesque bene erga eam fuerint affecti. Testis *Flau. Philostratus* in prooemio iconum, qui *Aristodemum* artis pictoriae causa per quadriennium domi suae aluisse se testatur, ipse clarus circa a. Chr. CCXX. ut infra libro IV. dicitur.

*Artemon* περὶ ζωγράφων, de *pictoribus*. *Harpocratio* in *Πολύγνωτος*.

*Callistratus* in imaginibus, quae typis descriptae exstant inter scripta *Philostrati*: de quibus infra suo loco.

*Callixenus* scripsit ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφὴν, *pictorum et statuariorum descriptionem*. Atque ex hoc *Callixeni* scripto refert *Photius* cod. CLXI. coaceruatam fuisse librum XI. excerptorum variorum *Sopatri*.

*Chrestodorus*, *Coptita*, scripsit ἐκφρασιν τῶν ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἀγαλμάτων descriptionem statuarum in gymnasio *Zeuxippo*. Vide *Suidam* in *Ζευξίππος* et *Χρηστόδωρος*. Haec descriptio

descriptio superest hodie, ac legitur libro V. Anthologiae Epigrammatum Graecorum. [vid. infra in catalogo poetarum epigrammatiorum h. v.]

*Democritus*, philosophus, scripsit *περὶ ζωγραφίης*. Laertius IX. 48. in Democrito.

*Democritus Ephesus* scripsit de templo Dianae Ephesiae. Laertius IX. 49. Librum primum illius operis laudat Athenaeus XII. pag. 525.

[*Davidis Durandi* historia picturae antiquae, Londini 1725. edita, recensetur et laudatur in bibl. angloise, tom. XIII. pag. 225. *Heumann.*]

*Duris Δῆρις* *περὶ ζωγραφίας de pictura*. Laert. in Thalete I. 38.

*Euphorion Eύφοριών ἐν ποτηριεγλύπτῃ in poculorum sculptore*, citatur a scholiaste Theocriti ad vers. I. Eidyllii secundi.

*Euphranor* Isthmius pictor volumina composuit de symmetria et coloribus. *Plin.* XXXV. II.

*Hegesander*, Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, *Hegesander Delphus in commentario, quem perscripsit de statu et imaginibus.* Athen. V. 210.

*Hippias Eleus* sophista disputavit de pictura et statuaria, teste *Philostrato* lib. I. de vitis sophistarum.

*Hypsicrates* *περὶ πινάκων de Tabulis*, memoratur *Laertio* in Chryippo VII. 188. Vide et infra in Xenocrate.

*Iamblichus* *περὶ ἀγαλμάτων, de imaginibus* (earumque cultu,) quod opus eius confutare adgressus est *Io. Philoponus*. De viroque vide *Photium*.

*Iuba* (filius), rex Mauritaniae, studiorum claritate memorabilior etiam, quam regno, ut est apud *Plinium* V. 1. Hist. scripsit *περὶ ζωγράφων [Ῥ] de pictoribus*, atque operis eius librum VIII. citat *Harpocration* in Παράσιας. Scripsit etiam *περὶ γραφικῆς de pictoria*, eodem *Harpocratione* teste in Πολύγνωτος. *Photius* quoque in Sopatri variis excerptis citat *Iubae* librum secundum *περὶ γραφικῆς, de pictoria*. [vid. *Memoir. de l'academ. Paris.* des I. et B. L. tom. IV. pag. 457 sqq.]

*Malchus*, Byzantinus, sophista, scripsit τὸν ἐμπρησμὸν τῆς δημοσίας βιβλιοθήκης καὶ τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀύγαστις, *Consecrationem publicae bibliothecae et statuarum Augustalis.* *Suid.*

*Margeus*. Aufonius Mofella:

*Forfan et insignes hominumque operumque labores  
Hic habuit decimo celebrata volumine Margei  
Hebdomas — — —*

ad quae verba vide *Eliam Vinetum*.

*Melanthius* pictor *περὶ ζωγραφικῆς de pictoria*. Laert. IV. 18. in Polemone. [de quo loco vide *Ignatii Rossii* commentat. Laert. pag. 60 — 63.]

*Menaechmus*, statuarius, scripsit de sua arte. *Plin.* XXXIV. 8.

*Menacchmus, Sicyonius, περὶ τεχνιτῶν de artificibus. Athen. II. pag. 65. XIV. pag. 635.*

*Menetor περὶ ἀναθημάτων de donis sacris. Athen. XIII. pag. 594.*

*Menodotus Μηνόδοτος ὁ Σάμιος περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἑρας, de iis, quas visuntur in Iunonis Samiae templo. Athen. XIV. pag. 655. Quamquam Menodotum hunc nonnulla etiam de pictoribus scripsisse ex Laertii II. 108. discimus, vbi de variis Theodoris agit.*

*Pamphilus scripsit περὶ γραμμῆς καὶ ζωγραφῶν ἐνδόξων, de pictoria et pictoribus illustribus. Suid.*

*Pasiteles quinque volumina scripsit nobilium in toto orbe operum. Plin. XXXVI. 5.*

*Philostrati utriusque imagines exstant, de quibus infra lib. IV.*

*Polemon περὶ πινάκων, de tabulis. Laert. in Chryssippo VII. 188. περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων, de tabulis Sicyoniis, Athen. XIII. pag. 576. περὶ ζωγραφῶν πρὸς Ἀντίγονον, de pictoribus ad Antigonom, Athen. XI. pag. 474. Harpocration in Λαμπάσι. Πόλεμων ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀγορῆς. Polemon, qui orbem descripsit, quatuor libros composuit de donariis in Athenarum arce, ut testatur Strabo IX. Geograph. pag. 396. Videturque idem esse, ac ille, quem saepe [P] nominat Clemens Alex. in protreptico, et Laertius lib. II. in Theodoro Atheo. Polemon περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων. Athen. XII. pag. 529.*

*Porphyrius περὶ ἀγάλματων, de imaginibus. Adfert ex eo quaedam Stobaeus cap. XXV. Eclogarum Physicarum. Ceterum is non tam de arte, quam de cultu simulacrorum scripsisse putandus est, ut Iamblichus quoque, de quo supra.*

*Protogenes pictor reliquit περὶ γραμμῆς καὶ σχημάτων βιβλία β'. de pictoria et figuris libros duos. Suid.*

*Sopatri liber XII. variorum excerptorum continebat plurima pictorum ac statuariorum historiam spectantia. Vide, quae paullo ante de Callixeno, et Iuba rege dicta sunt.*

*Theophanes περὶ γραμμῆς de pictoria. Laert. II. 104. in Theodoro Atheo.*

*Xenocrates statuarius [et sculptor.] de sua arte composuit volumina. Plin. XXXIV. 8. et rursus XXXV. 10. Testatur idem, quod Antigonus et Xenocrates de pictura scripsere. Quamquam ibi forte Hypsicrates legendum ex Laertio, qui lib. VII. 133. in Chryssippo tres περὶ πινάκων de tabulis scriptores coniungens, Polemonem, Hypsicratem et Antigonom nominat. [Xenocratis nomen in gemma quadam, inter Socraticas, a Chiffletio editas, comparet: Menagius ad Laertium IV. 6. putabat, ibi repraesentari Xenocratem, philosophum, asino insidentem: sed iam dubitavit Perizon. ad Aelian. H. V. lib. III. cap. 13. p. 245. edit. Abr. Gronou. Atque Hermann Vlrich von Lingem in minor. opusculis, germanice scriptis, part. I. pag. 95. monuit, reuera exhiberi Silenum cum thyrso, asino insidentem, et nomine addito indicare sculptorem, artificem nostrum. adde notam ad vol. III. pag. 191 sq. Harl.]*

## CAPVT XXV

DE MONVMENTO ADVLITANO PTOLEMAEI EVERGETAE,  
ET DE COSMA INDICOPLEVSTE.

I. Monumentum Aduliticum siue Adulitanum. II Cosmographia Christiana, lecta pridem a Photio sine nomine auctoris, quod doctissimo editori haud obseruatum. III. Eius auctor num Cosmas? IV. Index scriptorum, in illa laudatorum. V. Scripta Cosmae deperdita. [P]

[Studio G. C. Harles.]

I. Monumentum Aduliticum siue Adulitanum.

EXimum monumentum PTOLEMAEI Evergetae I. <sup>a)</sup> in *Adule*, Aethiopum ciuitate maritima, suo adhuc tempore superstes obseruauit <sup>b)</sup> atque Cosmographiae suae christianae inseruit scriptor quidam graecus sub Iustino imp. clarus, qui mercaturae causa illa se loca aduisse testatur. Reperit vero *Μεγαν* siue fellam e candido marmore ad urbis ingressum a rege consecratam Marti, et in posteriori parte imagines Herculis atque Mercurii habentem insculptas, tum vndique inscriptam litteris graecis, et ingentes expeditiones, a Ptolemaeo feliciter susceptas, amplissimasque victorias satis gloriose celebrantem. Hoc monumentum primus edidit [e Vaticano, vt videtur, codice] cum latina sua versione *Leo Allicius* (non, Lucas Holstenius, vt memoriae lapsu adsumat *M. V. la Croze* in iudiciis veterum scriptorum, pag. 140.) Romae 1631. 4. recuf. Lugd. Bat. 1674. 8. sed edidit vitiose admodum, vt notat *L. Vossius* ad Melam III. cap. 8. pag. 263. [pag. 353. edit. Abr. Gronou. Lugd. Batau. 1748 8. Eiusdem tamen Allatiani, (ait cl. *Saxius*.) exempli fide et argumento vti *Christian. Alom. Rupertus*, quoad Arfinoes cum fratre Philadelpho matrimonium obiter vsus esse videtur in *Obseruatt. ad Besoldi* synopsis cap. XI. pag. 193. edit. Franegu. sic totam chartae Allatianae formulam repererunt *Abra. Berkelius* ad calcem genuinorum *Stephani Byzantini fragmentorum*, Lugd. Batau. 1674. 8. sub titulo: *Ptolemai Evergetae III. Aegypt. regis monumentum Adulitanum* et vndecim annis post *Carolus Sponius* in miscellan. Erudit. antiquit. sect. X. nr. CIII. pag. 358 sq. *Harl*] Integrius e codice Topographiae mundi christianae Florentino descripsit vir illustris doctrinae *Emericus Bigotius*, a quo acceptum *Theuotus* vna cum gallica versione inseruit tomo primo operis praeclariss. quod in tria distinctum volumina prodit Parisiis 1666. fol. sub titulo: *Relations de diuers voyages curieux qui n'ont point esté publies*. Ex hac editione descripuit graece exhibet *Daniel Caspar a Lohenstein*, poetarum germanorum sublimissimus, in notis ad Cleopatram suam pag. 180. sed vitio typographi perquam inemendate. [Eundem Florentinum codicem, vt verbis vtat humanissim. *Sacii*, paullo ante inspexit *Isaac Vossius*, vnde excerpta quaedam Allatiani meliora leguntur in eius annotationibus ad III. Melae pag. 387 et 390. edit. Franecquer. (pag. 249 et 252 sq. edit. II. Abr.

Ii 2

a) Circ. A. M. 3783. Olymp. CXXXIV. 3. ante Ch. N. 120. a. V. C. 532. secundum *Saxii* rationes, *Onomast.* I. pag. 112. vbi de hoc monumento diligenter disserit: eiusque ego verba suo loco inserui. *Harl.*

b) Cosmae Indicopleustes lib. II. pag. 140. <sup>iv</sup>

τῆς Ἀδύης τῆς καθ' ἑνὴν τῶν Αἰθιοπῶν πόλεως παραλίω. Confer de hoc oppido et portu *Guil. Stuckium* ad Arriani periplum maris Erythraci, fol. 10. *Cosmae Indicopleustes* Africanam antiquam p. 95. Hodie *Brano* dicitur, vt Sponio notatum est.

Abr. Gronou.) Labentibus annis, uti *Bernardus Montefalcon.* integram *Cosmas*, monachi Aegyptii, *topographiam christianam*, sic eam ea marmorei istius solii, dudum deperditi, epigraphen, siue monumentum *Adulitanum* ad veriusque codicis, cum Vaticanani, tum Florentini fidem recensuit in *Collectionis novae patrum*, Paris. 1706. fol. tom. II. p. 141 sqq. additis non modo *Cosmas sanctis* in *Ptolemaei inscriptionem*, sed suis etiam animaduersionibus, nec non pictura *διΨες Πτολεμαεινῶ*, ad pag. 188. (Ex hac Montf. sylloge repetierat Fabricius h. l. monumentum *Adulitanum* cum adnotationibus; sed ego omisi, quoniam illud cum insigni observationum adparatu postea locum inuenit in *Edm. Chishullii* antiquitatum asiaticarum, part. I. Londini 1728. fol. pag. 79 — 87. Specimen codicis Florentini e bibl. Laurentiana dedit quoque *Montfuccon* in *Palaeographia graeca* pag. 282. adde *Chishullii* bibl. aenienne et moderne tom. IV. pag. 45 sqq.) Ab illo tempore nemo dubitavit, quin maxime sincerum esset *Montefalconis* exemplum. Vel sic tamen huic intercessisse visus est *Theoph. Sigfr. Bayerus*, qui primam partem huius monumenti ex apographo codicis Vaticanani summa accurate secundum versus et litteras a *Iosepho Simone Affmanno*, (conf. hic ipsius *Affmanni* epistola ad Bayerum in *Sylloge Vhliana*, vol. IV. pag. 3 sq.) descriptam edidit in dissertatione *de numis duobus Ptolemaei Lagidae*, tom. IV. commentarii. academiæ Petropolitanae a pag. 248. inserta. Ceterum non eadem omnibus huius monumenti auctoritas visa est. Sunt, qui probae vetustatis esse credant, quorum sententiae me nondum poenitet. Alii *videlicet* accusarunt: in quibus fuerunt *Harduinus*, *Begerus*, *Io. Sartorius*, aliquantulum dubitans, et *Erasm. Froelichius*. *Harduini* iudicium, in *chronologia veteris testamenti* pag. 579. Operum select. de eo latum, vanitatis conuicit *La Crosius* in *Vindiciis veterum scriptorum* p. 140 — 145. *Begeri* dubitationibus, in thesauro *brandenburg.* tom. III. p. 31 sq. expositis, occurrit *Chishullus* in animaduersionibus ad monumentum *Adulitanum* I. ante I. Et si vero defensio *La Crofiana* virorum doctorum suffragia tulit, ipsique *Gisberto Cupero*, testibus eius *litteris criticis* pag. 6. (adde *Cuperi* epist. ad *La Crofium* in thes. epistol. tom. III. pag. 268.) placuit; tamen *Io. Sartorio*, *Gedanensi* Professore, non usquequaque satisfaciebat, nonnullis ei scrupulis subortis, quorum causa ad *La Crofium* singulares scripsit litteras in thesauro epistolico *La Crofiano* tom. I. nr. 267. obuias. Respondit ei humaniter docteque *La Crosius*, eiusque epistolam ipse *Io. Sartorius* in libello, qui penes me est, satis raro *de Ostracismo litterario*, *Gedani* 1710. 4. pag. 78 sqq. promulgavit, a *Iordano* deinceps in historia vitae et scriptorum *La Crofii*, *Amstelod.* 1741. 8. pag. 108 sqq. typis renouatam. (adde tom. III. thes. epistolici *La Crofiani*, epist. 149. pag. 288 — 291. ubi locus quidam in monumento emendatur.) Neque tamen *Sartorius* herbam porrexisse videtur, quaedam denuo suspicatus, ut adparet ex aliis litteris, ad eundem *La Crofium* datis, in thesauro *La Crofiano*, tom. I. nr. 268. (conf. epistolam *Wolffi* ad *La Crofium* in eodem thesauro epistol. tom. II. epist. II. pag. 18 sq. vnde adparet, *Sartorium* rivis *La Crofii* suos irrigasse hortos.) Tandem uti totius monumenti fidem in dubium vocare ausus non est *Erasmus Froelichius* in inscriptionibus antiquis, ad *Annales Syriae* regum illustrandos idoneis, pag. 125. ita alteram duntaxat illius partem sibi de *inexacta* antiquitate suspectam esse scribit. Cuius tamen dubitationum remedia iam antea occupauerat vir litteratissimus *Theoph. Sigfr. Bayerus*, l. l. Haecenus cl. *Saxius. Harl.*



II. Opus ipsum in quo monumentum hoc exstat, inscribitur *Χριστιανική τοπογραφία παντός κόσμου* <sup>δ</sup>), *descriptio mundi uniuersi, e mente Christianorum*, et distributum est in *libros duodecim*, etsi non simul ab auctore vulgatos, quia initio non tot libros mente conceperat. Duodecimus in Vaticano MS. desideratur, in medico codice mutilus extrema parte [n. ultimo folio postremi libri amisso,] est repertus, atque ita a *Montfaucon* cum reliquis XI. integris, [vid. Fabric. in Bibl. Gr. vol. XIII. pag. 835 sqq.] editus. Argumentum operis succincte persequitur *Photius* <sup>α</sup>), cuius locum doctissimo editori haud obseruatum adscribam. Ita vero ille codice XXXVI.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, ἃ ἡ ἐπιγραφή· Χριστιανῶν βιβλος, ἐρμηνεία εἰς τὴν ὀκτάτευχον <sup>δ</sup>). Παμφίλω <sup>ε</sup>) δὲ τινὶ προσφανεῖ τὸ βιβλίον· ἦν δὲ ταῖς Ἰουδαίαις <sup>β</sup>) τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ἡμέραις ἐναυμάζων. Ἀπαίρεται μὲν ἐν ὑπὲρ τινῶν ἐκκλησιαστικῶν δογματῶν, γραφικαῖς, ὡς ἐδοκεῖ, μαρτυρίαις ἀγωνίζεσθαι. Ἐστὶ δὲ ταπεινὸς τὴν φράσιν <sup>η</sup>) καὶ συντάξεως ὁδὸς τῆς κενῆς μετέχων· ἀλλὰ καὶ τινὰ κατὰ τὴν ἰσορίαν ἀπίθανα συντίθησι <sup>ι</sup>), διὸ καὶ μυθικώτερον μᾶλλον ἢ ἀληθές ἐστιν

Lectum opus est, cuius titulus *Christiano-rum liber*, tractatus octo voluminum, Pamphilo cuidam dicatus ab auctore, qui Iustini, imp. romani, temporibus floruit. [P] Initio statim ecclesiastica quaedam dogmata, S. Scripturae, vt ipsi quidem videtur, testimoniis propugnat. Dictione vititur humili, et plus quam vulgari compositione. Sed et incredibilia quaedam narrat vt fabulosis potius quam fide dignis accensere scriptoribus hominem fas sit. Pro quibus vero maxime

Ii 3

propugna-

c) Lib. I. sub init. et pag. 114 sq. lib. II. pag. 125. 126. lib. VII. pag. 275.

d) Vid. Bibl. Gr. vol. IX. pag. 386. Harl.

e) Nullo modo huic operi conuenit titulus *expositionis in octateuchum*, siue in primos octo sacrae scripturae libros. Itaque haec verba innuunt potius expositionem siue tractatum, libris octo constantem, siue in octauo libro desinentem. Nam quamuis mox ab ipso Photio duodecim numerantur libri, tamen postremi quatuor interiecto demum tempore scripti et prioribus additi sunt, et a Photio referuntur separatim.

f) Pamphilo Hierosolymitano. Vide lib. I. pag. 114. lib. II. pag. 124. et lib. VIII. pag. 305. Hunc *Παμφίλω* vocat lib. II. pag. 185. lib. VI. p. 266. ἢ *τιμῆα κεφαλῆ* ad eundem lib. V. p. 260.

g) Lib. II. pag. 141. *παρόντι ἐν μοι ἐν τοῖς τόποις πρὸ τῶν τῶν ἰουδαίων ἄκοσι πέντε πλέον ἢ ἕλαττον, ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας Ἰουδαίων τῶν Ῥωμαίων βασιλείας, ὁ πηνικῆτα βασιλεὺς τῶν Ἀζωμιτῶν μίλλων ἰξίταις ὡς πόλιμον πρὸς τὰς Ὀμηρίτας τὰς πέρην etc.* Expediit illa Elcubani, Aethiopiū regis, facta est a. Ch. 522 (confer *Pagium* tom. II. Critic. Baron. pag. 517.) Iustini imp. quinto: Ergo auctor ista scripsit Alexandriae, (vide lib. II. pag. 114. lib. VI. pag. 6. pag. 264.) a. Ch. 547. Iustiniani 21.

h) Ipse lib. I. pag. 114. libenter fatetur *κεῖνός πως καὶ ἀνωμάλως* argumentum suum διεξίται καὶ γὰρ, inquit, *ἰουδαίων ἄρθων, ἃ φράσεων δόταις ὁ χριστιανός*. Nimirum a Pamphilo, qui Hierosolymis Alexandriae accesserat, etiam atque etiam ad hoc excitatus permisit se ad scribendum impelli, cum alioqui mercaturam fecisset et a litterarum elegantiorum studio fuisset alienus, praetereaque per morbos exhaustus etiam corporis viribus. *Ἐποχλῶν ἡμῶν περὶ τὰτα ἃ διέλιπε, ἀσθενῶν ἡμῶν τυγχανόντων τῶ σώματι, τοῖς τε ὕψει καὶ τῇ ξηρότητι τῆς γαστρὸς πιεζομένων, καὶ συνεχῶς λαπτόν ἐκ τῶν ἀσθενείας συχνοῖς προσιπτόντων, ἄλλως δὲ καὶ τῆς ἔξωθεν ἰγκυκλῆς παιδείας λαπομένων, καὶ ἑσπερικῆς τέχνης ἀμειψάντων καὶ σαρμυλίαις λόγων ἢ κόμπα χωρικῶν συνθέσθαι λόγον ἐκ εἰδῶν, καὶ τοῖς τῶ βίβ. πλοκαῖς ἀσχολεμένων* lib. II. pag. 124. itaque pag. 125. ait, se scribere *ἀνευ κεκομψομένης καὶ τεχνικῆς λόγια ἐν ἰδιωτικῶς τε καὶ ἀπλάτοις ῥήμασι*. Et pag. 132. *Ἐμπερίως γὰρ χάρις ἐπὶ πλεονα τὰς τῆς κίλλας τῶν τῶν κατὰ τὴν Ῥωμανίαν (in ditioe Romanorum) καὶ τὸν Ἀραβίον, καὶ τὸν Περσικόν, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκάντων δὲ ἢ καὶ πλεόντων τῶν τόπων, ἀκριβῶς μεμαθηκῶς*. Adde lib. III. pag. 173 sq.

i) Videtur respicere ea, quae libro XI. tradit de variis animantibus arboribusque, quae tamen si quis

ρον ἠγεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, δίκαιον. Ὑπὲρ  
 ὧν δὲ δόγματα ἐνίσταται, ἐστὶ ταῦτα. Ὅτι ὁ  
 θρανὸς ἔκ ἐστι σφαιρικός, ἐδὲ ἡ γῆ, ἀλλ' ὁ  
 μὲν ὡσεὶ καμάρρα <sup>κ)</sup>, ἢ δὲ ἑτερομήκης <sup>λ)</sup>, καὶ  
 κεκόλληται <sup>μ)</sup> τὰ πέρατα τῶ θρανῷ πρὸς τὰ  
 πέρατα τῆς γῆς. Καὶ ὅτι πάντες οἱ ἀστέρες  
 κινῶνται, ἀγγέλων <sup>ν)</sup> αὐτοῖς τῇ κινήσει διακο-  
 νούντων, καὶ ἕτερα ἅπαντα τοιαῦτα. Ποιεῖται  
 καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει <sup>ο)</sup> μνήμην καὶ τῆς Γενέ-  
 σεως καὶ τῆς Ἐξόδου, διατριβὴ δὲ τῇ διηγήσει  
 καὶ τῇ θεωρίᾳ, ὡς ἐπίπαν τῆς σκηνῆς <sup>π)</sup>, ἐπι-  
 τρέχει δὲ καὶ τὰς Προφῆτας, καὶ κείθεν τὰς  
 Ἀποστόλους. Λέγει δὲ ὅτι τὸ μέγεθος ἔχει ὁ  
 ἥλιος δύο κλιμάτων <sup>ρ)</sup>, καὶ ὅτι οἱ Ἄγγελοι ἔκ  
 εἰσὶν ἐν τῷ θρανῷ <sup>σ)</sup>, ἀλλὰ μόνον ὑπὲρ <sup>τ)</sup> τὸ  
 σερῶμα καὶ μεθ' ἡμῶν. Καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς  
 ἀνεβῆ ἀπὸ τῆς γῆς, εἰς τὸ μεταξύ τῶ θρα-  
 νῶ καὶ τῶ σερῶματος <sup>υ)</sup> εἰσηλθε. Καὶ ὅτι τῶ-  
 τό ἐστι καὶ μόνον ἡ βασιλεία τῶν θρανῶν <sup>φ)</sup>.  
 Λέγει δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ἀδόκτα <sup>χ)</sup>. Προσ-  
 φωνῆ δὲ τὰς μὲν ἐξ αὐτῶ λόγους Παμφίλου  
 τινί

si quis legat nostro tempore, quo historia natura-  
 lis tot hominum solertium longissimis itineribus  
 non leuiter locupletata est, facilius iis habebit  
 fidem. Certe praeclara mihi videntur et neuti-  
 quam contemnenda, quae scriptor ille obserua-  
 uit. Totum vero illum librum XI pridem e co-  
 dice Mediceo a Bigotio descriptum cum Gallica  
 eius versione vulgauerat Theu notus tomo primo  
 collectionis itinerum Paris. 1600. fol.

κ) Quod nempe scriptum esset Ef. XL. 22 ὁ σῆ-  
 κος ὡς καμάρρα τὸν θρανόν. Confer Eusebium ad  
 illum locum pag. 511. et laudata ab auctore Topo-  
 graphiae Seueriani atque Chrysostomi verba, Al-  
 latium ad Eustadium in Hexaemeron, p. 26 sqq.  
 Pelauui dogmata theolog. de mundi opificio lib. I.  
 cap. 12.

λ) Instar mensae in sacro tabernaculo. Vide lib.  
 II. pag. 138. ἐπιμήκη ipse vocat pag. 129.

μ) Lib. II. pag. 129. τὸν θρανὸν κατ' ἄκρα τοῖς  
 ἄκροις τῆς γῆς συνέδησε.

ν) Lib. II. pag. 150. 155. lib. III. pag. 161. lib.  
 IV. pag. 189. lib. VII. pag. 287. lib. IX. pag. 310  
 et 312 sq.

propugnationem suscepit dogmata, haec sunt:  
 Coelum non esse orbiculari figura, nec ter-  
 ram [P] adeo, sed illud fornicis instar ter-  
 rae incumbere, hanc longiorem esse, quam  
 latiore, et extrema coeli vltimis terrae iun-  
 gi: Astra singula moueri ministerio angelo-  
 rum, et id genus alia. Digressus in men-  
 tionem Geneseos et Exodi, cum primis insilit  
 enarrationi et contemplationi tabernaculi.  
 Hinc Prophetas percurrit, ac deinde Aposto-  
 los. Solis magnitudinem duobus climatibus  
 metitur terrae, et angelos non in coelo ver-  
 fari, sed tantum infra firmamentum et no-  
 bificum degere contendit. Christum vero,  
 ascendente e terris, ingressum esse locum  
 medium inter coelum ac firmamentum, id-  
 que solum esse regnum coelorum. [P] Ad-  
 fert et alia absona: ac libros quidem sex Pam-  
 philo alicui consecrauit; e sex reliquis autem,  
 (vniuersi enim duodecim sunt,) septimum  
 Anastasio, in quo coelos dissoluendos negat,  
 et

ο) Libro quinto.

ρ) Quia apostolus tabernaculum vocat ἄγιον  
 κοσμοκόν Hebr. IX. 2. Vide lib. I. pag. 115. lib.  
 II. pag. 134 sq. lib. III. pag. 163. 173 sq. lib. V.  
 pag. 179. 200 sq. lib. VII. pag. 297. lib. IX. pag.  
 309. 311.

σ) Lib. VI. pag. 255. 267.

τ) Sententia auctoris perspicue patet e figura.  
 Angelos autem in supremo coelo esse, negat lib.  
 II. pag. 157. lib. VII. pag. 286 sq. 289. lib. IX.  
 pag. 313.

υ) Non super stercora siue firmamentum, sed  
 intra atque subter illud. Nam ex mente auctoris  
 nihil supra firmamentum praeter aquas supracae-  
 lestes et regnum coelorum.

φ) Ac primus quidem. Vide lib. VII. p. 277.  
 lib. IX. pag. 314.

χ) Lib. III. pag. 283.

ψ) Vt de monte Conico, columnis coeli, terra,  
 ultra Oceanum inaccessa etc. De monte eiusmodi  
 geminam Bramauium doctrinam refert Abra-  
 ham Rogerus in: Indiamischen Heidenthum pag.  
 221. adde Mem. de Trevoux 1713. pag. 1861.

τινὶ <sup>w)</sup>, τῶν δὲ λοιπῶν ἕξ, (οἱ γὰρ πάντες αὐ-  
τῶ δώδεκά εἰσι.) τὸν μὲν ἔβδωμον Ἀναστασίῳ <sup>x)</sup>,  
ἐν ᾧ ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ ἔρανοι <sup>y)</sup>. Τὸν  
ἕβδομον δὲ, ὅς ἐστιν εἰς τὴν ἀσὴν Ἐζεκιᾶ <sup>z)</sup> καὶ  
εἰς τὸν ἀναπαρισμὸν τῆ ἡλίου, Πέτρῳ <sup>aa)</sup> προσ-  
φώνῃ, ἐν ᾧ, ὅτι καὶ ὑπομνημάτισε τὰ ἄσμάτα  
τῶν ἄσμάτων <sup>bb)</sup> λέγει. Οἱ δὲ λοιποὶ τέσσα-  
ρες ἔπρὸς τι πρόσωπον αὐτῶ συνετάγησαν.

et octavum dicavit Petro, in quo Canticum  
Ezechiae et regressionem solis interpreta-  
tur, testatus, se etiam Canticum Canticorum  
commentario explicuisse. Reliqui quatuor  
libri ad neminem sunt ab auctore diferte di-  
recti.

III. Patet ex hoc loco, Photium in codice suo nullum auctoris nomen adscriptum reperisse.  
Vocatur tamen a viris eruditus *Cosmas Indoplenstes*. *Allatius* pag. 20. 47. de mensura tempo-  
rum citat *Christinum* siue *Christianum*, in christiana topographia. [Alia Allatii loca adtulit  
Fabric. §. III. versus finem.] In codice medico [cod. 28. plut. IX.] hic index est operis,  
αὐτῆ ἢ βιβλος χριστιανικὴ τοπογραφία περιεπιτικὴ παντὸς τῶ κόσμου παρ' ἡμῶν ἀνωμασίμην.  
[.] *nainius* in catal. msst. graec. biblioth. Laurent. tom. I. pag. 437—449. de illo cod. fac-  
culo X. scripto, de argumento operis et de Cosma ipso copiosus est. In cod. Laurent. pag.  
20. b. post prologos II. legitur tamen Κοσμῶ μοναχῶ λόγος ἁ πρὸς τὰς χριστιανίξην μὲν ἐθέ-  
λοντας, κατὰ τὰς ἕξωθεν δὲ σφαιροειδῆ τὸν ἔρανόν νομίζοντας καὶ δεξάζοντας. Bandinius  
iam memorat, in codice bibliothecae Caesarsae apud Lambec. in comm. de illa biblioth. lib.  
III. cod. IX. existare solummodo laciniam. Atqui *Kollarius* in nota ad Lambecii comm. III.  
pag. 47 sq. ostendit, esse tantum quatuor excerpta, quae quoque, editione Montfaucon. col-  
lata, diligenter designat. Vaticanus codex vnciali caractere circiter faec. IX. in membranis  
manu exaratus est, cum figuris ex vetustiori exemplari, et, opinante Bandinio, ex autogra-  
pho depictis; sed caret libro XII. Cosmas enim, ait Bandinius, editam a se topographiam  
christianam secundis curis aliam in formam plerisque in locis deduxit, multis partibus auxit,  
et quum oblitentibus naviterque pugnantis adversae sententiae viris, obiecta refellere  
opus esset, libros addidit novos <sup>cc)</sup>, unde accedit, ut ea, quae a primo manarunt autogra-  
pho exemplaria, longe breviora sint aliis, quae post factum et rectum opus exscripta sunt.  
Postremi generis est Laurentianus codex faec. X. ad cuius fidem Montfaucon in collectione  
nova patrum tom. II. editionem suam curavit, adiutore Antonio Maria Saluino. *Iac.* ta-  
men *Gronovius* ad Minucii Felicis cap. 37. sententiam, ait, *hanc non meminisse legisse speciosius*  
*illustratam, quam a Cosma Monacho in ista christiana topographia, nuper ita Parisiis edita, ut*  
*potuisset emendatius id praesari.* Idem Montfaucon tabulas nonnullas, quibus bene multis to-  
tus exornatus codex, fecit describi: dolet tamen Bandinius, omittas esse elegantissimas et ab  
antiquitatis studiosis maximi faciendas. Saluinium tulisse opem, docet Bandin. ex ipsius  
Montfauconii

w) Supra dixerat Photius, Pamphilo totum  
opus esse dictatum. Nunc lectione ulterius pro-  
gressus, recte monet, ei inscriptos esse ab auctore  
libros solummodo sex primores.

x) Lib. VII. pag. 274. ἢ Φιλοπόνικατα ἀνδρῶν  
Ἀναστάσι. Eundem Φιλόχριστον vocat pag. 275.

y) Lib. VII. pag. 275 sq.

z) Esaiac LVIII.

aa) Lib. VIII. pag. 300. 307 et 308. vbi φιλό-  
χριστον appellat.

bb) Illud in Canticum Canticorum ἐπίμνημα, ait  
dedicasse se Theophilo amico, lib. VIII. p. 300.

cc) Quod a Cosma Alexandriae a Chr. 547. factum  
esse, docet *Hamberger* in zuverlässigen  
Nachrichten etc. part. III. p. 387. vbi de Cosma  
differit. Ad eundem annum actam Cosinae re-  
fert *Saxius* Onom. litter. I. pag. 43. *Harl.*

Montfauconii epistolis, ad eundem Saluinium datis ann. 1700. editisque tom. II. pag. 149 sqq. Symbol. litter. Gorii. Ex epistola vero quinta pag. 200. efficitur, curam depingendarum tabularum, quae deletae paene erant in cod. Vaticano, demandasse Anselmo Mar. Bandurio, a quo tamen nonnullae inscriptiones, difficiles captu, fuerunt praetermissae. — Cosmae prooemium εἰς τὸν ψαλτῆρα citatur a Niceta Choniate in thesauro orthod. fidei, teste Bandinio tom. I. catal. laud. pag. 432. b. Prologus ipse in Psalmos est in cod. Venet. D. Marci, (catal. pag. 261.) Prologum huius Cosmae in Psalmos integriorem, quam *Montfaucon* tom. II. pag. 223. editurum se promisit *Magnus Crusius* diss. epist. pag. 27. Lipsiae 1728. Nec tamen confundenda est Ecphrasis in Psalmos, in codd. Vindob. tom. III. pag. 272. et tom. IV. pag. 475. neque enim est, vt Lambecius opinabatur, a Cosma, Hierosolymitano, neque carmine iambico, sed versibus politicis scripta, vt docet Kollar. ad vtrumque Lambecii locum. Conf. Fabric. Bibl. Gr. vol. X. pag. 218. vbi plures Cosmae enumerantur: quibus adduntur h. l. a Fabricio *Cosmas*, diaconus Apostolopitanus, tempore Chrysostrami, Lambec. VIII. pag. 300. *Cosmas*, cuius sermo paraeneticus ad peccatorem contumacem, Lambec. VIII. pag. 449. Nessel. V. pag. 24. *Cosmae Hieromonachi* Ἐμμηρία τῆς ἐπισήμης τῆς χειροποιίας, mstum in cod. regio, et Laurent. vid. Bandin. III. pag. 356. *Cosmas*, alexandrinus episcopus, Asseman. tom. II. biblioth. oriental. pag. 474. Fabricio ignotus fuit *Cosmas Cypariissota*, cuius officium supplex in Iesum, in cod. Laurent. medic. apud Bandinium tom. I. catalogi, cod. XVII. pag. 40. ibid. pag. 530. occurrunt *Cosmae* sub imperat. Romano seniore magistri officiorum sententiae duae de colonis. Decretum illius περὶ παροίκων existat in cod. Veneto D. Marci, (catal. pag. 103.) *Harl.*] — Geographum christianum mst. biblioth. medicae de animalibus indicis citat *Theom. Bartholinus* lib. de vnicornu cap. 24. pag. 211.

Sed vereor, vt proprium hoc, n. Cosmas Indopleustes, eius nomen sit. Nam vt *Indopleustes* quidem dictus est a suscepta in longe dilata loca <sup>ad</sup>) navigatione, ita *Cosmas* adpellatus videtur, quod scripsisset topographiam κόσμος siue mundi <sup>et</sup>). Similiter Ioannes, abbas Sinaita dictus est Climacus, quod scripsisset librum, cui titulus κλιμαξ, vt omittam alia huius generis exempla. iam nota eruditis, et partim collecta ab *Adriano Baillet*o in libro gallico, quo scriptores sub falso vel nullo nomine latentes recensuit, p. 322. Video etiam, de auctore addubitare *Is. Vossius* pag. 275. ad Melam: *Quom antiquum sit vocabulum, liquet ex auctore topographiae christianae, siue is sit Cosmas Indopleustes, siue alius.* Et pag. 276. *Cum hoc conuenit Cosmas Indopleustes, siue quicumque alius τοπογραφίας χειροποιίας est auctor.* *Cosmum* [P] nescio an nostrum, libro primo Αἰγυπτιακῶν laudant scholia graeca

in

<sup>ad</sup>) Conf. Casauboni et Salmastii notas ad haec *Vopisci* in Firmo naues quoque ad Indos negotiatorias saepe misit, tom. II. p. 709 sq. *Fabric. conf. Robertson* in libro: an historical disquisition concerning the Knowledge which the Ancients had of India etc. Londin. et Edinburg. 1791. mai. 4. qui de Cosma agit, [p. 91 sq. versionis germ.] et distinguenda putat ea, quae ipse viderit Cosmas ab illius hypotheseos physicis. Cl. Heeren librum similis fere argumenti qui nuper prodit, nondum vidi. *Harl.* [A. H. L. Heeren Commentat. de

Graecorum de India notitia et cum Indis commercii, Commentat. Soc. etc. Gott. vol. X et XI. Eiusd. Com. de Romanorum de India notitia, ib. vol. XI. Eiusd. Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt, Carthager, Aethioper, Aegypter. Gött. 1793. 8.]

<sup>et</sup>) Enimvero haec dubitatio, seu coniectura leuis esse videtur: nam plures, qui Cosmae auctores dicebant, existisse, certum est. *Harl.*

in *Apollonium* IV. vl. 262. Cosmas tamen Indopleustes citatur a *Corderio* in *Psalmos* tom. I. pag. 53. 303. a *Petro Gyllio* lib. II. topographiae Constantinop. cap. 35. Certissime Nestorianum esse auctorem topographiae, notat *M. V. la Croze* in bibl. Bremensi, tom. V. pag. 653. in museo Bremensi tom. I. pag. 85. et in historia christianismi apud Indos pag. 27 sqq. edita gallice, Hagae 1724 12. licet non diffiteatur, Mariam ab eo dici Θεοτόκον pag. 260. C. add. *Ioseph. Sim. Affmannus* lib. III. bibl. orient. part. 2. pag. XCI. DCXVII. qui circa a. Ch. 539. scripsisse eum pronuntiat. *Cosmae* tres inter patriarchas Alexandrinos referuntur in chronico orientali pag. 126. 132. 133. Topographiae quidem auctor in Aegypto diu versatus est, atque Alexandriae scripsit, ut testatur II. pag. 114. VI. pag. 264. Mercaturam exercuisse non vno se loco prodit, II. pag. 132. III. pag. 178. XI. pag. 336. Eundem monachum vocat inscriptio libri: Κοσμά Αλεξαντρίε μοναχῶς ἑξήστιασιν ἑπορχασι. Officium exercuisse monachos olim, satis constat vel ex *Epiphano* LXXX. 3 sq. et *Polladii* Lausiaca pag. 92. 142. 143. etc. ne adferam, quae in hanc rem collegerunt *Altezza* in *Afeticis*, *Thomassinus* de disciplina ecclesiastica et *Gundlingius* ad *Eufiratii* delineationem ecclesiae graecae pag. 21 sq. Sed rationes commerciorum et frequentia itinerum cum monachi institutis minus congruere videntur. Igitur commerciorum auctor forsitan quum valedixisset, monachi vitam est amplexus: nisi dicamus, eum fuisse instar Iesuitarum missionariorum nostro tempore, qui mercatores sunt et monachi. Patriarcham Cairensim, *Ioannem Abulmagedum*, antequam ad patriarchatum descendisset, exercuisse mercaturam, et saepius transiecit in Indiam, leges in chronico orientali fol. 139. ad ann. 6707. Libro quinto topographiae plura occurrunt, quae fisdem prope verbis meminisse me legere in *Chronico Pasihali*, quod vulgo adpellant Alexandrinum. Fortasse uterque scriptor ex communibus hausit fontibus. Hinc *Allatius* in consensu de purgatorio p. 942. *Cosmam*, suspicatus est, auctorem esse chronici Alexandrini. Idem *Allatius* pag. 50. de libris Graecorum ecclesiasticis locum adferens ex topographia christiana, auctorem vocat *Christinum* sive *Christianum*: ita et pag. 528. de consensu utriusque ecclesiae. Sed de purgatorio p. 976. et de consensu pag. 260. auctorem antiquum vocat, nomine nullo addito. [conf. *Vossius* de histor. graecis II. cap. 23. pag. 219. *Fabric.* infra in vol. VI. lib. V. cap. 4. pag. 142 sqq.] Praecipue vero iucunda est huius topographiae lectio, quod ex ea veterum Christianorum sententia de orbe terrarum arcam Noae referentem, haud sphaerico, sed plano non modo explicata sit perspicue, sed etiam propugnata variis argumentis, atque ita proposita, ut, quomodo secundum hanc hypothesein eclipses, ortusque et occasus siderum animo suo conceperint atque intellexerint boni illi homines, perspicatur. Similem fere *Saundersii* opinionem refert *Laderius* in descriptione regni Siamensis, gallice edita, tom. I. pag. 199. *Laderus* *Lancus*, *M. m. de Tournoux* 1713. pag. 1861. *Theodori Mopsuestini* apud *Io. Philoponum* in *Hexem. S. Theodori Tarsensis* apud *Photium*, *Chrysostomi* et aliorum apud *Petauium* lib. dogmat. theol. de mundi officio cap. 12. *Lactantii* III. 24.

#### IV. Index scriptorum et aliorum quorundam, in Topographia Christiana memoratorum.

*Amphilochius*, familiaris *S. Basilii*, in *Iambis* ad *Seleucum*. Lib. VII. pag. 292.

*Anastasius*,

ff) Conf. *Laabec* III. pag. 21. *Chronis* pascuale pag. 237. 238. [*Hofsten* in *Lilienthalii* se-

lectis historiceis et litterar. Obseru. IV. pag 94 sq. *Harl.*

- Anastafius, mechanicus. VI. pag. 264. Idem, ut videtur, cui librum septimum inscripsit, *Φιλοπονικάτους ἀνδρῶν*. VII. pag. 274. *Φιλίχριστος* 275.
- Apion, grammaticus, Aegyptiacarum rerum scriptor. XII. pag. 341.
- Apollinaris, haereticus. V. pag. 242. [P]
- Apollonius, Molo, quem inter scriptores rerum Aegyptiacarum, (e Iosepho, ut videtur,) refert. XII. pag. 341.
- Archimedes, geometra et arithmeticus incomparabilis. III. pag. 182. Eius *τετραγωνισμὸς κύκλῳ*. ibid.
- Aristoteles. I. pag. 121. III. pag. 177. 179. Contra eundem, quod coelum non constat e quinta quadam essentia. I. pag. 117 sq. Eius sententia de duplici qualitate singulorum elementorum explosa. pag. 123.
- Arius, haereticus. V. pag. 242.
- Athanasius, Alexandrinus episcopus. VII. pag. 292. Ex eius epistolis festalibus secunda, quinta, sexta, vicesima secunda, vicesima quarta, duo et vndetricesima, quadragesima, quadragesima secunda, tertia et quinta. X. pag. 316 — 319.
- Οἱ ἔξωθεν Ἀπτικοί. V. pag. 197.
- Babyloniorum opinio, coelum esse sphaeram. VIII. pag. 305.
- Basilus, Amphilochii amicus. VII. pag. 292.
- Berosi *χαλδαϊκὰ γράμματα*. XII. pag. 340.
- Brachmanes. II. pag. 137.
- Cadmus e Tyro litteras in Graeciam intulit. V. pag. 206. XII. pag. 343.
- Chaeremon, Aegyptiarum rerum scriptor. XII. pag. 341.
- Chaldaei ἐκ τῆ γένεσ τῆ Ἀβραάμ barbaricam sphaeram Aegyptiis tradidere. III. pag. 159.
- Christianus scriptor, qui, coelum sphaericum professus, illud dissoluendum esse aduersus ethnicos docuit, impugnatur VII. pag. 274. 299.
- Dius et Menander, qui Tyrriorum antiquitates in graecam linguam transfulerunt. XII. p. 342.
- Ephorus, e cuius historiae libro quarto profertur insigne fragmentum. II. pag. 148. Hoc graece ex Mediceo Cosinographiae codice excerptum ediderat *Iac. Gronovius* in calce appendixis ad Geographica antiqua. Lugduni Batav. 1699. 4-
- Epiphanius de mensuris ac ponderibus. X. pag. 326.
- Epistolae catholicae Iacobi, Petri, Ioannis, Iudae non omnes ab omnibus ecclesiis recipiuntur. VII. pag. 292.
- Οἱ ἔξω, οἱ ἔξωθεν, οἱ ἐκτός. III. pag. 175. IV. pag. 190. IX. pag. 310. etc.
- Euclides, arithmeticus et geometra. III. pag. 182. [P]
- Eudoxus, Cnidius, Pythagoras ac Plato in Aegypto astrologiam didicerunt. III. pag. 159.
- Eusebius Pamphili. III. pag. 174. Eius Historia ecclesiastica. VII. pag. 292.

- Eutyches, haereticus. V. pag. 242.
- Graeci, Ἑλληνικὴ πλάνη. VI. pag. 260. 272. etc.
- Gregorii Nazianzeni sermo de Paschate. X. pag. 319.
- Epistolae ad Hebraeos auctor Paulus, apostolus. V. pag. 254. 255.
- Hebraei in deserto plurimis lapidibus memoriam profectionis suae litteris Hebraicis insculpsere, quos vidisse se testatur auctor. V. pag. 205.
- Homerus numquam νόμος<sup>gg)</sup> vocabulo usus. XII. pag. 343.
- Hyperidis oratio contra Patroclum. V. pag. 197.
- Ioannes rogatus a fidelibus euangelium scripsit velut in supplementum reliquorum quae praebuit euangeliorum. V. pag. 248.
- Ioannis Chrysofomi sermo de Eleemofyna. X. pag. 327. Commentarius in epist. ad Ephesios. ibid. ad Hebraeos. pag. 328.
- Iosephus. III. pag. 174.
- Irenaeus. VII. pag. 292.
- Iudaei ἠλειμμένον siue Messiam expectantes. VI. pag. 271.
- Lycurgus, legislator. XII. pag. 342.
- Lysimachus, Aegyptiarum rerum scriptor. XII. pag. 342.
- Manetho de rebus Aegyptiis. XII. pag. 341.
- Manichaei. V. pag. 242. 262. VI. pag. 271. 272. 273.
- Μαρκιωνισαί. V. pag. 242.
- Menander, historicus. Supra in *Dius*.
- Menander, comicus. V. pag. 198.
- Μοντανοί, Montanistae. V. pag. 262.
- Moyfes, primus scriptor a deo litteras edoctus. III. pag. 174.
- Origenes. VII. pag. 298. 299.
- Pamphilus, Hierosolymitanus, cui primos sex libros inscripsit auctor. I. pag. 114. II. pag. 124. VIII. pag. 305. ὃ τιμία κεφαλή. VI. pag. 260. πᾶτες θεοφιλέσατε. pag. 266.
- Patricius, mathematicus, e Chaldaea profectus in Aegyptum, a quo edoctus auctor, quae de mundo tradit. VIII. pag. 306. Idem forte, quem [C] θειότατον διδάσκαλον vocat II. pag. 132. V. pag. 192. Byzantii defunctus II. pag. 125.
- Petrus, cui inscripsit librum VIII. pag. 300. 307. Φιλόχριστος. pag. 308.

K k 2

Philonis

gg) Hanc observationem, ut alia, e Iosepho mutuatus est nosset. Vide lib. I. contra Apion. pag. 1071. Occurrit quidem νόμος vocabulum

hymno in Apollinem v. 20. non tamen de lege civili siue morum, sed ἡθῶν.

- Philonis Carpathii commentarius in Canticum Canticorum. X. pag. 329. in Hexaëmeron. pag. 330.
- Plato. III. pag. 177. 179. Eius Timaeus. XII. pag. 341. Vide et supra in Eudoxo.
- Procli commentarius in Timaeum Platonis. XII. pag. 341.
- Ptolemaeus ὁ τῆν Αἰθιοπίαν πολέμησας. VI. pag. 268. Ptolemaeus nempe Euergetes primus, cuius monumentum Aduliticum refert II. pag. 141 sq.
- (Claudius) Ptolemaeus. III. pag. 177. Astronomus incomparabilis. pag. 182.
- Pythagoras. III. pag. 179. Vide et supra in Eudoxo.
- Pytheas, Massiliensis. II. pag. 149.
- Pro Salomone <sup>hh)</sup> legendum Solon. XII. pag. 342.
- Samaritani. V. pag. 262. VI. pag. 271. 272.
- Seueriani, Gabalorum episcopi, liber primus, secundus, tertius, quartus et sextus in Hexaëmeron. X. pag. 320. liber contra Iudaeos. VII. pag. 192.
- Socrates. III. pag. 179.
- Solon. Vide paullo ante in Salomon.
- Sopater mercator, cum quo auctor versatus. XI. pag. 338.
- Stephanus, mathematicus, presbyter Antiochenus. VI. pag. 264.
- Syri. VII. pag. 292.
- Οἱ Τετρατόλογοι. V. pag. 205. 213.
- Teucer, Locrorum legislator. XII. pag. 342.
- Theodosius, Alexandrinus schismaticus CPoli degens, tunc, quum auctor scriberet, adhuc superstes. Eius in quadragesima assumptionis. X. pag. 331. alia ἐξήγησις. ibid. In dictum, *Pater si possibile est, transeat calix iste*, ibid.
- Theophili, Alexandrini, epistola prima festalis. X. pag. 320.
- Thomas, Edeffenus, Patricii discipulus, archi-episcopus et catholicus Perfidis. II. p. 135.
- Timaeus, philosophus, (apud Platonem). XII. pag. 340. [P]
- Timotheus ὁ ναός, Theodoti Alex. decessor. X. pag. 332 sq.
- Tryphon, Phalereus, quem consuluit Philadelphus de libris sacris Hebraeorum in graecam linguam transfrendis. XII. pag. 344. Tryphonem pro Demetrio appellat auctor, ex memoriae vt videtur lapsu.
- Xenophanes. II. pag. 149.

## V. Scripse-

<sup>hh)</sup> Similem errorem observabis apud Theophilum Antiochenum lib. III. ad Autolycum pag. 120. edit. Paris. et in Nazianzeni orat. XV. pag. 226.



V. Scripserat et alia hic auctor Cosmographiae, quorum ipse partim facit mentionem. Sunt autem haec:

1) Descriptio terrae ad Constantinum. *πρὸς τὸν Φιλόχριστον Κωνσταντῖνον βιβλίον, ἐν ᾧ περὶ γέγραπται πλατυτέρως πᾶσα ἡ γῆ, ἢ τε πέραν τῶ Ὀκεανῶ καὶ αὐτῆ καὶ πᾶσαι αἱ χῶραι ἔτι τε καὶ νότια μέρη τὰ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως τῶ νοτιαῖς Ὀκεανῶ, λέγω δὴ ὁ Νεῖλος ποταμὸς καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τῆς τε Αἰγύπτου πάσης καὶ Αἰθιοπίας, ἔτι τε καὶ Ἀραβίας κόλπος καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι καὶ ἔθνη ἕως πάλιν τῶ αὐτῶ Ὀκεανῶ, ὁμοίως καὶ ἡ μέση γῆ τῶ τε ποταμῶ καὶ τῶ κόλπου καὶ αἱ χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐν αὐτῇ.* lib. I. pag. 113. Huius operis vel lacrimis deploranda iaciura videtur Montfaucono.

2) Adumbratio siue imago vniuersi et motus siderum facta ad imitationem sphaerae armillaris Graecorum, atque de illa imagine liber ad Homologum, diaconum. Ὁ σκιάριφος τῶ παντὸς καὶ τῆς ἀέρας κινήσεως ὁ παρ' ἡμῶν γενόμενος κατὰ μίμησιν τῆς ὀργανικῆς τῆς ἔξωθεν σφαιρας, καὶ ὁ περὶ αὐτῆ λόγος πρὸς τὸν Θεοφιλέστατον διάκονον Ὁμόλογον ἀποσταλῆς. lib. I. pag. 114. Idem forte opusculum respicit VII. pag. 274. vbi ait, se ἐτέρῳ συγγράμματι docuisse, quod coelum non sit sphaera, nec circulariter moueatur.

3) Commentarius siue ὑπόμνημα in canticum canticorum, ad Theophilum, amicum suum. VII. pag. 300.

4) *Cosmas* citatur in catena MS. Macarii Chrysocephali in Matthaeum. [An vero intelligendus est *Cosmas Hierosolymitanus*? Hic enim cum multis aliis vet. theologis teste *Lamberto* commentar. III. pag. 165. vti in cod. CCI. Coislin. teste *Montfaucon* in catal. bibl. Coislin. pag. 251. citatur in catena, siue commentario amplissimo in euangelium S. Lucae. Illum quidem scripsisse etiam in Lucam, coniecit *Cancus* part. II. hist. litterar. Sed locus, quem adfert, hoc non probat, et quod *Fabric.* in nota infra obseruat, petitum est e libro V. cosmographiae pag. 247. Similiter argumenta quatuor euangeliorum, quae in Matthaeum et Marcum sub nomine *Cosmae Indicopleustae*, in Lucam et Ioannem sub *Cosmae Indicopleustae* nomine ex veteri cod. exhibet *Marthius Flavius* in praeclara glossa sua ad N. T. desumpta sunt, adnotante *Fabricio* in nota infra. ex eod. in cosmographiae loco, Basil. 1570. fol. gr. et lat. Inde forsitan desumptae quoque sunt praefationes *Cosmae Indicopleustae* in Matthaeum, Marcum, Lucam et Ioannem in codd. VIII et XI. *Nanianis* pag. 6 et 8. catalogi graecorum codd. MSS. apud *Nanios*-adseruatorum *Harl.*]

5) *Ἐκπόσιον ἐν Ψαλμοῖς*, [de qua iam ad §. III. quaedam adnotata sunt. Codex membran. est in bibl. Taurinensi, et in catalogo graecor. MSS. p. 67 sqq. late describitur. Primum animadverterunt editores, illo codice amplissima contineri commentaria in Psalmos et cantica vtriusque testamenti, quae profecto eadem videantur, ac illa, quae refert *Carolus Du Rhois* in glossario medicinae et infimae graecitat pag. 516. sub titulo, qui legitur in cod. Colbertino, Κοσμῶ Ἰνδικοπλεῦστε ἐξηγήσεις εἰς τὰς Ψαλμοὺς ἱσορικῶς γε καὶ ἀναγκαγικῶς. etc. Praefatio cum epigrapha, quae *Cosmae Indicopleustae* nomen praefert, aiunt editores, eodem sane modo, quo in Barocciano codice apud *Oudinum* tom. I. p. 1412. Κοσμῶ τῶ Ἰνδικοπλεῦστε πρόλογος εἰς τὰς Ψαλμοὺς. Hanc praefationem in Psalmos edidit *Montfaucon*, tom. V. Opp. Chrysostomi pag. 53c. ex mss. Orthoniano, in quo *Io. Chrysostomo* adscribitur. Praefationem alteram excipit textus *Psalmerum* cum expositione leuorem diff.

sciliorum. Consensum tamen cum iis, quae Corderius in Catena vulgavit, deprehenderunt editores illius catalogi. Est quoque huius Colinae commentar. in prophetam David, (vbi scripsit *Plüer* in itinerario per Hispan. p. 163.) s. Psalmos in bibl. Escorial. et in cod. XIX. gr. bibl. reg. Neapolitanae. *Harl.*] — Expositio *Cosimae* in Psalmos cum prothecoria de ratione Psalmorum in cod. Colbertino 1476. Ex cod. Barocciano descriptum habere se testatur *Io. Christophor. Wolfius* pag. 28. de catenis patrum, et ibidem graece describit expositionem *Cosimae* in Psalmum CX. 4. ex Nicetae thesauro orthodoxae fidei. Prologum illum, a laudato Wolfio ex cod. Barocciano XV. mihi communicatum, vidi, nihil aliud esse, quam ἀποσπασμάτιον, quod topographiae p. 223. legitur, sed nonnullis post verba p. 224. εἰ μὴ τῷ Δαβὶδ auctius. Laudatur etiam ab *Alletio* p. 595. de processione Spiritus Sancti. — [In cod. XXVII. nr. 2. bibl. reg. Neapolitanae est *Cosimae*, monachi, κανὼν τῆ κυριακῆ τῶν βεβίων εἰς τὴν μεγάλην ἐβδομάδα. *Harl.*]

## CAPVT XXVI (olim XXI) DE APOLLONIO, RHODIO.

I. De Apollonio, Rhodio, eiusque aetate. II. Libri IV. Argonauticon, qui exstant. III. Alii scriptores de hoc argumento, deperditi. IV. Scholiastae et interpretes Apollonii, qui intercederunt. De scholiis graecis editis, ibid. V. Scripta Apollonii deperdita. VI. Codices mssti et editiones Argonauticon. VII. Alii Apollonii. VIII. Index scriptorum, in scholiis ad Apollonium citatorum.

[Cum supplementis *W. Jaegeri* et *G. C. Harles.*]

### I.

[**V**itam huius poetae persequuti sunt et de eius ingenio atque carmine iudicarunt aut aliorum collegerunt iudicia

*Vossius* de poetis graecis cap. VIII. pag. 66. et de histor. graecis I. cap. 16. pag. 82 sq.

*Laurentius Crassus* in Historia de' poeti greci etc. Neapoli 1678. fol. pag. 52. admodum breuiter et tenuiter scripsit de nostro.

*Adrien Baillet* in Jugemens des Savans, tom. III. edit. III. Amsterd. 1725 4. p. 145 sqq. nr. 1127. qui iudicia tam veterum, quam recentiorum, e. g. *Tanaq. Fabri*, Abreg. de poët. grecs pag. 159. *Olai Borrichii* diss. de poetis graecis nr. 46. *Ren. Rapin Reflex.* partic. sur la poët. etc. II. part. reflex. XV. etc. protulit.

Eorundem aliorumque de Apollonio iudicia collegit aliaque de eo narravit *I. G. de Chauffepié* in Nouv. dict. histor. et crit. h. v. pag. 397 sq.

Plura dedit auctor *Biographiae classicae*, (anglice scriptae et a *Murinna* in linguam germanicam conuerſae,) Halae Sax. 1767. 8. part. I. pag. 175—180.

*Thomas Pope Blount* in censura celebrium authorum etc. Geneuae, 1710. 4. pag. 43 sq.

*Sulzer* in Allgemeine Theorie der schönen Künſte, tom. I. voc. Argonautica, ibique ill. de Blankenburg.

Rariores Argonauticorum editiones recenset *Dau. Clement* in *Bibl. curieuse historique et critiq.* tom. I. pag. 418 sqq. *Harl.*]

APOLLONIVS, Sillei vel Illei F. Alexandrinus <sup>a)</sup> fuit, siue, vt Athenaeo placet, Naucraticus <sup>b)</sup>, Aegyptius, ab aliis plerisque, quia ius ciuitatis apud Rhodios accepit, ibique rhetoricam per aliquod tempus cum laude professus est, dicitur *Rhodius*, Callimachi discipulus fuit; sed postea inuissimus, adeo, vt illum sub *Ibidis* nomine deuoueret diris, quemadmodum supra in Callimacho dixi. Qua demum tantopere ratione [P] offenderit Callimachum, incertum est, siue quod ipse sibi libros Apollonius arrogauerit, vt in Callimachi vita tradit vir doctus, siue quod eius scripta contemserit famaeque eius detraxerit. Apollonium quoque perstringi putat *Jf. Vossius* <sup>c)</sup> a *Callimacho* hymn. in Apollinem v. 105.

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' ἅτα λάθριος ἔπειν  
Οὐκ ἄγομαί τὸν αἰδῶν, ὅς ἐδ' ἔσα πάντος ἀδάσ.

Eratostheni successit Apollonius, Rhodo Alexandriam reuertens, in praefectura bibliothecae <sup>d)</sup> sub Ptolemaeo Euergeta I. vt Apollonio Aristonymus, teste Suida <sup>e)</sup>. Tzetzes ad Lycophronem ait, eum fuisse e Pleiade poetarum, certe in tragicorum Pleiade non fuit <sup>f)</sup>, et ab aliis, illum referentibus, recte omittitur. Callimacho in vita quantumuis inuisus, tamen post mortem tumulo eius illatus fuit, si auctori graeco vitae Apollonii credimus: quod si ille sensisset, non minus fortassis moleste tulisset, quam *Patruuius* <sup>g)</sup>, per somnium indignatus, se sepultum [P] esse prope mendicum. Verum in morte non modo disparitas omnis cessat, sed discordia quoque, vel inuitis stolidis mortalibus.

II. Exstant libri IV. Ἀργοναυτικῶν siue de *Argonautarum expeditione*, scripti carmine heroico, tanta cura, vt Longinus poetam ἀπρωτον <sup>h)</sup> adpellet, siue nusquam lapsum vitii- que

a) *Strabo* lib. XIV. p. 655. *Suidas* in Ἀπολλωνίῳ Ἀλεξανδρείῳ, [tom. I. pag. 289. Küsteri, cui fere consensit *Eudocia* pag. 61. nisi vt haec in fine ultimam lineam omitteret, aut librarius duo ultimos versus permisceret.] Auctor graecus vitae Apollonii: τὸ μὲν γένος ἦν Ἀλεξανδρεὺς, υἱὸς δὲ Σιλλίου, ὡς δὲ τινες Ἰλλεύς, Φυλῆς Πτολεμαῖδος. De hac tribu Ptolemaide vide, si placet, *Ioan. Brodacum* ad anthologiam pag. 284.

b) *Athenaeus* libr. VII. pag. 283. ex quo, vt multa alia, hoc petiit *Aelian.* XV. 23. de animal. Ἀπολλώνιος ὁ Πέδιος ἢ Ναυκρατίτης ἐν Ναυκράτει κτίσας etc. Conf. *Ionsum* de scriptor. hist. philof. I. cap. 2. pag. 15 sq. et *Vossium* lib. I. cap. 16. de histor. graecis.

c) Pag. 342. ad Catull.

d) Ab A. M. 3809. Olymp. CXLVI. i. ante C. N. 194. ab V. C. 553. bibliothecae Alexandrinae praefuisse videtur *Saxio* in *Onom. lit.* I. pag. 120. *Harl.*

e) Confer successionem praefectorum biblioth. Alexandrinae apud *Ionsum* pag. 101.

f) Sed in altera poetarum varii generis, quae non fuit nulla. vid. *Nagel* diss. de Pleiadibus poetarum graecorum, Altdorf. 1762. 4. p. 9 sqq. *Jaeger*.

g) Notum *Petri Patruuii* siue *Patrisii*, gubernatoris Limorensis, somnium, quod incipit: *je songeais cette nuit etc.* vid. *Niceron* tom. 24. *Memoires etc.* pag. 171. *Brokesii* irridiculus Vergnügen etc. tom. II. pag. 357. metaphrasis in *Poesse der Niedersachsen*, tom. I. pag. 299. gallice et latine in *Francisci Vauafforis* epigrammatibus pag. 115.

h) Longinus περί ὕψους XXXIII. 6. ἐπὶ τοι γὰρ καὶ ἀπρωτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητής, [Tour. in not. ad h. l. p. 344. malit legere, ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητής,] ἀρ' ἂν Ὀμηρος ἂν μᾶλλον ἢ Ἀπολλώνιος ἐθίλοι γινώσθαι; Casaubonus epist. pag. 565. De Apollonio, Rhodio, critici pronuntiarunt, eum ἀδιάπτωτον ἄσαι, quum denotare vellent, plus studii et curae in eo fuisse, quam ingenii; igitur

que nullius reum. Quum enim admodum iuuenis specimen huius operis in patria praelegisset et pro laude risum et contemptum tulisset, Rhodum concessit, ibique illud expoliuit tam diligenti studio, ut, a dentibus criticorum minus iam sibi metuens, lucem videre posset non cum venia tantum, sed cum laude quoque. *Quintilianus* X. 1. 54. *non contemnendum opus vocat, compositum aequali quadam medietate.* Prima illa *περὸ ἐκδοσὶς* Apollonii memorari videtur ex Cuperi obseruatione in scholiis graecis ad libr. I. vl. 515. 688. et 801. *Fabric.* [Apollonium argonautica sua bis edidisse, contendit quoque *Ruhnken.* in epist. critica, edit. II. — *Quintilianus* tamen iudicium aliquantum seuerius est. — Geographiam Argonautarum fabulosam secundum Apollonium Rhodium diligenter exposuit atque illustrauit *Car. Traug. Gottl. Schoenemann* in commentatione de geographia Argonautarum, Göttingae 1788. 4. pag. 49 — 65. adde cel. *Heynium* ad Apollodori biblioth. pag. 206 sqq. 210 sqq. Catalogum Argonautarum vide apud *Eudociam* pag. 220 sq. *Harl.*] — Argonautarum notitiam tradere adgressi sunt *Eduardus Simson* in Chronico, *Thom. Galeus* ad Apollodorum sed diligentius ante Valerium Flaccum suum *Petrus Hermannus*: [cuius catalogum ego etiam praefixi meae Valerii Flaccii editioni, paucis additis adnotatiunculis.] De Iasone adeundus *Claudius Bachetus Meziriacus* in erudito commentario ad Heroid. epistolam sextam Ouidianam Hypsicles ad Iasonem. [Adde notas cel. *Heynii* ad Apollodori biblioth. pag. 177 sqq.] Quare Argonautae dicti *Minyae*, idem *Bach. Meziriacus* exponit tom. II. pag. 56. [itam schol. *Pindari* Isthm. I. 79. *Heyne* ad Apollodorum pag. 143 et 178.] de naue Argo pag. 69 sqq. [et *Heyne* l. c. pag. 207 sq.] De Phaside, fluuio, pag. 93 sqq. Idem pag. 83. de Argonautis dicturum se promisit in commentario ad Apollodorum.

III. Argonautica praeter Apollonium apud Graecos scripsere:

[*Animachus* ἐν Ἀλύγ. vid. supra in vol. I. p. 379. 358 sqq. *Groddeck* l. c. p. 102 sqq.]

*Cleon*, Curientis, e quo multa nostrum transtulisse, adfirmat *Asclepiades*, Myrleanus, Apollonii discipulus, apud scholiasten ad lib. I. vl. 156. [conf. *Toup.* emendat. in Suidam III. pag. 374. edit. Lips. *Groddeck* über die Argonautika, in Bibl. der alten Litt. und Kunst part. II. pag. 70. *Harl.*]

*Dionysius*, Milesius, siue ut *Suidae*, *Mitylenaeus*, auctori scholiorum itidem laudatus. *Fabric.* — *Mitylenaeum* vocat eum quoque *Euaena* pag. 132. traditque, eum scripsisse Argonautica ἐν Σιδώνιο Ἰ. Ab eadem pag. 416. *περὶ Ἰωνίου* citatur quaedam *Dionysii* narratio ἐν τοῖς Ἀργοναυτοῖς. adde infra in catalogo *Dionysiorum*, pag. 801. vet. editionis et supra in vol. I. de Homero pag. 378. not. 99. *Harl.*

*Epimenides*,

tur magis vitii carere, quam ut magnam laudem sit adeptus. Confer *Cunaei* praefat. ad librum III. de rep. hebr. *Dan. Heinsius* in diss. de Nonni *Dionysiacis* pag. 183. *Apollonius*, Rhodius, magis de verbis et structura, et grammaticus, quam de ipsa periodo et oeconomia sollicitus, diuersorum actiones sed vnius itineris, neque multum diuersi temporis, descripsit. Quom profecto et subiectum et inscriptum et exempla aliorum in eodem subiecto descripsit. Inaequalitatem aliquam dictionis in Apollonio obseruasse, sibi est vi-

fus *Tan. Faber* libro de poetis: geographicae rei imperitiam *Casaubonus* ad *Dionem Chrylostom.* pag. 102. et *Vossius* lib. I. Inst. Poet. cap. 3. §. 6. Languescere nimium et varietate iucunda destitui, conqueritur acerbus poetarum censor, *Renatus Rapinus* in obseru. de poeti §. 15. *Fabric.* adde cl. *Heynii* iudicium in opusculis academ. tom. I. pag. 82 sqq. 92 sqq. pag. 94. not. *Groddeck* l. cit. pag. 65 sqq. aliosque, ab initio huius capituli a me laudatos. 1747.

*Epimenides*, de quo dixi lib. I. cap. 6. *Fabric.* [vol. I. pag. 33. *Groddeck* über die Argonautika etc. lib. cit. part. II. pag. 78 sq. *Harl.*]

[*Eumelus*, Corinthius. *Groddeck* l. c. pag. 94 sqq. supra in vol. I. pag. 379. *Harl.*]

*Herodorus*, cuius Ἀργοναύταις siue Ἀργοναυτικὰ plus simplici vice in scholiis ad Apollonium citantur. *Fabric.* vide supra in vol. I. pag. 515. *Groddeck* in diss. de hymnis homericiis p. 13. imprimis in laudata bibliotheca antiquae litteraturae et artis l. c. p. 72 — 78. ubi copiose eruditeque disputat de eius aetate, patria, poematibus et ratione, qua cum imitatus sit Apollonius. *Harl.*

[*Hesiodus*, si auctor est poematis, *Aegimius* inscripti, de quo supra in vol. I. pag. 592. et *Groddeck* l. mem. pag. 79 sqq. *Harl.*]

*Orpheus*, cui tributa Argonautica etiamnum exstant, ut dixi lib. I. cap. 18. [P] [Num ex Orphicis haurire potuerit Apollonius, inquit, idque negat *Schneider.* in fragm. Pindaric. pag. 76.]

*Pindarus*, pythionica quarta. Adde *Mich. Neandri* aristolog. pindaricam p. 172 sqq.

*Pisander*, quem in Theogonia heroica Argonautarum expositionem descripsisse refert *Zosimus* lib. V. histor. cap. 29. [conf. supra in vol. I. pag. 590. *Muncher.* et *Staurer.* ad Hygini poetic. astronomic. pag. 475.] Ne dicam de *Argonauticis* a *Mich. Neandro* Lips. 1588. 8. editis, quae incipiunt ἦν τῶν Ἰησονίης ἠὲς ἑσάτες ἔλλαβεν ἀρχὴν, cuius poemati pro antiquo scriptore a nonnullis habiti, ut ceterorum, eidem adnexorum, auctor est *Laurentius Rhodomannus.* Id latine vertit *Petrus Laurembergius*, vix XI. annorum puer, ut narrat *Ioann. Cothmannus* in eius vita apud *Reinh. Henr. Rollium* in memoriis philosophorum, decade II. pag. 164.

[*Simonides*, genealogus, nepos Simonidis, lyrici poetae, circa Olymp. LXXXII. vid. *Groddeck* l. mem. pag. 99 sqq. supra in vol. II. pag. 151. not. *Harl.*]

IV. Commentariis illustrauerat Argonautica Apollonii *Charon* quidam, (diuersus a Charonte, Lampfaceno, prisco illo historico, ut recte *Vossio* <sup>1)</sup> obseruatum,) qui αὐτῷ τῷ Ἀπολλωνίᾳ γνώριμος ἐν τῷ περὶ Ἰσσεριῶν τῷ Ἀπολλωνίᾳ laudatur a scholiaste ad lib. II. 1055. *Hyrtian* praeterea ὑπόμνημα Ἀπολλωνίᾳ siue commentarium in Apollonium scripsisse notat *Suidas.* *Irenaeus* ἐν πρώτῳ Ἀπολλωνίᾳ citat schol. ad lib. I. vs. 1299. [et ad libr. II. vs. 127. conf. *Nouas* miscell. obseruat. tom. II. pag. 121. *Fabric.* B. Gr. vol. IV. pag. 518.] *Aristophanem* quoque, grammaticum, in recensendo Apollonio occupatum fuisse, suspicor e scholiis ad IV. 972. *Marianus* quidam, sub Anastasio, imp. clarus, metaphrasin graecam Argonauticorum Apollonii composuit, teste *Suida*, iambis 5608. Praecipue *Lucillus Tarrhaeus*, (e Tarrha, Cretae ciuitate,) *Sophocleus* (Σοφοκλεῖος aliis, sed in Stephani Byz. codicibus Σοφοκλῆς,) et *Theon* <sup>2)</sup>, (Alexandrinus ille, ut existimo, de quo dicturus sum libro V.) eruditus Apollonium commentariis illustrarunt, e quibus excerpta sunt, quae habemus, praecleara

1) *Voss.* hist. gr. pag. 102 et 442.

2) In *Ambrosii Camaldulensis* XVI. epist. i. col. Vol. IV.

lectionis Martenianae pag. 489. pro *Athenoae* lege et *Theone.* *Fabric.* conf. *Warton* tom. I. edit. *Theocrit.* pag. 135 sq. *Harl.*

clara in poetam nostrum *scholia graeca*, vt praeter titulum, scholiis ipsis praefixum, testatur scholiastes *Aristophanis* ad nubes vl. 397. vbi laudans ea, quae in scholiis ad Apollonium IV. 264. leguntur, τῆτο δὲ τῆπος καὶ εἰ περὶ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Ταρβῆαιον καὶ Σεφῶνλειον καὶ Θῆωνα ἐρμηνεύοντες τῶδε Φασίν. Confer praefat. Stephani in Apollonium, [*Ruigerij* V. Lect. lib. IV. cap. 18. p. 435 sq. et quae ego adnotavi ad schol. Aristophanis mem. p. 308 sq.] *Holsenium* ad Stephanum pag. 262. *Colemesium* ad Gyraldum pag. 154. *Meursium* ad Hefychium illustr. pag. 197. et *H. Dodwelli* diss. de scriptis et aetate Marciani, Heracleotae, §. 10. tom. I. geographor. graecorum Ioh. Hudsoni pag. 156.

Latino carmine Argonautica Apollonii transtulit olim totidem libris *P. Terentius Varro*, (*Atacinus* <sup>h)</sup>), quem his verbis celebrat *Quidius* IV. ex Ponto 16. 21.

*Veliuolique maris vates, cui credere possis  
Carmina caeruleos composuisse deos.*

Et II. tristium 439. [P]

*Is quoque Phasiacas Argo qui duxit in undas.*

Tum *Propertius* II. 25 et 85.

*Haec quoque perfecto ludebat Iafone Varro.*

Apollonium quoque effingendum sibi, sed paullo liberius proposuit is, cuius poema insigne latinum Argonauticon, quamuis mutilum hodie habemus, *Valerius Flaccus*: sed ita eum effinxit, vt saepe superauerit, quemadmodum vno alteroque specimine ostensum a *Petro Burmanno* praef. ad Flaccum. Loca Apollonii a *Virgilio* expressa vide apud *Iul. Scaligerum* libro V. poetices cap. 6.

V. Alia etiam scripsit Apollonius noster, quae post *Meursium* <sup>m)</sup> *Vossium*que paucis recensebo, quum nihil ex illis amplius exstet.

Περὶ Ἀρχιλόχου. *Athen.* X. pag. 451.

Ἐπιγράμματα. *Antonin. Liberal.* cap. 23. *Metamorph.*

Κανωπὸς πρῶτος καὶ δεύτερος. *Steph. Byz.* in Κόρινθος et Χώρα, [cuius locum emendat *Toup.* in emend. in *Suidam* et *Hefych.* tom. II. pag. 555 sq. *Harl.*]

Κτίσεις *Origines urbium*; cuius partes, Ἀλεξανδρείας κτίσεις. *Schol. Nicandri Theriac.* Καῦνος siue Καῦνε κτίσεις. *Parthen. Erotic.* cap. I et II. Κυλίδης κτίσεις *Steph.* in Ψυκτῆριος. Ναυκράτειος κτίσεις *Athen.* VII. p. 283. *Aelian.* XV. 23. de animal. Etiam Πεν-  
τικῶ,

<sup>h)</sup> Vide *Vossium* lib. I. hist. lat. cap. 16. *Fabric.* — b. *Wernsdorf* ad poetas latinos minores, tom. I. pag. 154 sqq. in primis tom. V. part. III. pag. 1385 sqq. et pag. 1392 sq. de eius opere Argonauticorum; vbi. neque ipsum, ait, Apollonium ita credo expressisse *Varronem*, vt nihil aliud, quam verteret laine: imitatus est et vertit frequenter,

vt carminis eius reliquiae docent; sed tam libere vertit et imitatus est, vt multis in locis suo uteretur ingenio. Hoc enim dignum erat nomine poetae etc. *Harl.*

<sup>m)</sup> *Meursius* in notis ad Apollonium *Dyscolum*, libr. II. de Rhodo cap. 6. et in bibl. graeca. *Vossius* de hist. gr.

τιμὰ, quorum librum I. laudat schol. Apollonii II. vers. 159. Apollonio tribuere malit eruditissimus Galsus; quam Apollodoro.

[Critice et grammaticæ Homerum aut loca homerica pertractasse videtur. vid. scholia Veneta ad Iliad. α. vers. 3. β'. 436. et indices auctorum, ab Eustathio reliquisque scholiasticis citatorum, supra in vol. I. Num id in singulari, nunc deperdito, opere *πρὸς Ζηνόδοτον*, ad quod schol. Venet. ad Iliad. γ', vers. 657. prouocat, an in aliis quoque fecerit libris, mihi incertum videtur. adde *Villoison* prolegg. ad Homerum pag. XXV. et supra in vol. I. pag. 504 sq. *Harl.*]

Apollonii dictum ἀνάγκησιν τρεφὴν λέξεσιν *lectio alimentum orationis* refertur a Theone pag. 5. progymnasticum.

### VI. *Apollonii Rhodii Codd. MSS. atque editiones.*

[Praeter codicem, vnde descripta fuit editio princeps, eumque, ex quo, teste Brunckio, emendata passim est edit. Parisina, nec non illos, qui ad Venetam editionem concinendam adhibiti esse traduntur, sunt

*Parisii*, in *bibl. regia*, antiqui et bonae notae *codices quinque*, nr. MMDCCXXVII. MMDCCXXVIII. MMDCCXXIX. MMDCCCXLV. MMDCCCXLVI. notati, quorum ex catalogo *bibl. reg.* notitia peti potest.

*Viennae*, in *bibliotheca caesarea*, codex, cuius lectiones communicatae fuerunt cum nouissimo editore, Brunckio.

[*Venetis* in *bibl. D. Marci*, in *cat. MSS. gr. pag. 252. Harl.*]

*Guelpherbyii*, in *bibliotheca ducis*, codex, cuius lectiones iidem, Heynio conciliatore, ad Brunckium peruenerunt.

[*Neapoli* in *biblioth. regia* nr. 82. Argon. lib. 2. 3 et 4. pars vsque ad vers. 494. — nr. 131. Argon. cum versione lat. interlin. cod. chart. saec. XV. — nr. 222. libri IV. cod. membran. saec. XV. *Harl.*]

[In *Laurent. medica* cod. membr. VII. plut. XXXI. teste *Bandinio*, in *cat. MSS. gr. tom. II. pag. 82.* — cod. XI. *ibid.* pag. 86. cum scholiis ad marginem, ex quo princeps editio profuxit videtur *Bandinio*: cod. XXVI. *ibid.* p. 98. cum scholiis: cod. IX. plut. XXXII. saec. X. cum scholiis, *ibid.* pag. 133. *Banlin.* de hoc insigni cod. copiosus est: cod. XVI. *ibid.* pag. 142. — cod. XLV. *ibid.* pag. 204. — cod. XXV. plut. LXX. *ibid.* p. 685. — gr. commentarii cum vitis Apollonii: cod. VIII. plut. XCI. tom. III. pag. 427. *Harl.*]

In *Scorialensis Crenobii bibliotheca* codex, cum scholiis incerti auctoris, (nondum a quoquam adhibitus.) teste *M. Cor. Christ. Plier*, in *Reisen durch Spanien*. Lips. 1777. 8. p. 157. In *Eduard. Clarkii Briese von — Spanien*, Lemgoviae, 1765. 8. p. 395. idem codex non nisi librum primum Argonauticorum exhibere creditur; verum, cum *Plier*, longe ille diligentior *Clarkio*, libros quatuor eo contineri testetur, nulla ratio habenda est istius incuriae vel scriptoris, vel interpretis *Kochleri*, vel typothetae. [conf. *Iriart*, *cat. codd. gr. reg. Matrit.* pag. 537. qui ex illo cod. deorum epitheta publicauit.]

[In bibl. regia *Matrit.* cod. LXI. Apollonii vitae, argumentum, velleris aurei notitia, (quam *Iriarte* l. c. pag. 213. graece primus dedit,) Apoll. Argon. libri IV. cum notis Lascaris. *Iriart.* pag. 212—214.

In biblioth. *Vratislau.* Rhedigeriana cod. ann. 1488. scriptus, Argon. libri IV. cum vita Apollonii et ἑπιπέσεις τῶν ἀργοναυτικῶν. *Harl.*]

*Editiones Argonauticar. Apollonii Rhod.*

*Florentina*; Apollonii Rhodii Argonautica, graece, c. scholiis graecis in margine, litteris quadratis L. capitalibus, per Laur. Flor. de Alopa, 1496. 4.

Hic annus in calce libri typis est expressus; alii ponunt ann. 1498. vid. *Clement* biblioth. cur. etc. tom. I. pag. 418 sq.

*Veneta*, in aedibus Aldi et Andreae Soceri, graece, c. scholiis non in qualibet pagina appositis, verum seorsum subnexis, curante Francisco Asulano, ann. 1521. 8.

Plura, vt supra memorauimus, exemplaria manuscripta se contulisse in praefat. ait Asulanus. [In bibl. Leidenfi est exemplar, cui multa adscripsit *Gerardus Falckenburg* teste catal. pag. 260. nr. 606. *Harl.*]

*Parifina*, graece, sine scholiis. 1541. 8. Prioribus emendatior editio et passim e scripto codice emendata.

*Francofurtensis*, graece, c. indice et scholiis ad calcem libri coniectis et separatim excusis, ex offic. Petri Brubachii, 1546. 8.

Haec edit. Venetana expressit, sublatis aliquot operarum erroribus. [De hac edit. Fabricius haec scripserat: „Huius editionis, non admodum nitidae, exemplum possideo, quod fuit Philippi Melanthonis”), qui in fronte haec ei verba manu sua inscripsit: *Deo iuuante cras hora septima inchoabo interpretationem carminis Argonautici, quod magna cum laude ab Apollonio scriptum est. Oro autem filium dei, vt, sicut in arca Noe vexit suos Argonautas, ita nunc quoque rogo, vt hanc suam nauem vehat, in qua et nos sumus remiges et ἑπιπέσεις inter magna pericula, in quibus sua nos seruet clementia.* Franciscum quoque Portum, interpretantem Apollonii Argonautica Geneuae, auscultauit Sibrandus Lubbertus, vt refert Sixtinus Amama in oratione Lubberti funebri.“]

*Basileensis*, graece, cum scholiis, separatim additis; dehinc poema integrum heroico carmine lat. non infelici, licet a sententia Apollonii interdum aberrante, redditum a *Valentino Rotmario*, Salisburgensi, cum eiusdem decuria annotationum, quarum 1) capite ritus varii ex Apollonio et eius scholiaste exponuntur, 2) prouerbia et sententiae, 3) mythica et geographica varia, 4) auctores, qui in scholiis allegantur, nec exstant, 5) descriptiones chronographicae, crepusculi v. g., aurorae, vesperae etc. 6) quae Virgilius et Ouidius ex Apollonio transfulerunt, 7) fabulae, variaque ἀπίστεα et ἀδόκιμα, in Apollonio occurrentia, 8) festa et sacrificia, 9) Epitheta Iouis, Apollinis et Neptuni, et 10) varia miscellanea. Ex officina Henricpetrina, 1573. 8.

Haec

n) Melanthonis enarrationes exstant insertae in biblioth. publ. Noribergensi. *Harl.*



Haec edit. expressit Aldinam et Francofurtensem, teste Brunckio. Annum impressionis alii perhibent 1570. Verum 1572. indicant non solum *Fabricius et Clement*, supra laudatus, sed confirmat etiam *catalog. bibliothecae Moerlianae*, part. I. pag. 81. [Vir quidam doctus in litterar. ephem. Salisburg. ann. 1792. plag. 95. habuit duo exempla, ubi in calce textus graeci et scholiorum graec. scriptum est: Basil. ex offic. Henricpetrina ann. c1010LXXII. Sed tum sequitur novus titulus cum Rotmari dedicatione, Ingolstadii 1570. metrica versio constans pagg. 309. cum notis pag. 127. *Harl.*]

*Genevensis, Henrici Stephani*, ann. 1574. 4. graece, cum scholiis in margine cuiusque paginae adpositis, et castigationibus, (trium non amplius paginarum,) reiectis ad calcem. In praefat. etiam nonnullis Poetae et scholiorum locis Stephanus lucem adfundit.

Parisinam fere sequitur, adsumtis e Florentina et Aldina lectionibus, quas meliores esse censuit, paucisque in locis, e sola graecae linguae peritia, abluta foediore illuue; nam codicem nullum adhibuit. In Petri Francii et Schæbruchii p. 150. bibliotheca fuit haec editio, resecta multis notis et emendationibus descriptis e codice *Odoardi Bifiti*; quod narrat *Fabricius*, sed ita, ut nihil praeterea de illius codicis conditione commemoret. Laudatur accurata huius edit. interpunctio a *Fabricio*; sed non praetermittenda est observatio *catalog. Moerl.* pag. 65. in ea libr. I. v. 90. Τόσι δ' ἔπ' Αἰωνίδου μετεπίθετον· ἔ μὲν ἄμ' ἄμφω totum esse omissum. [vid. *D.nis* Merkwürdigkeiten der Garellischen Bibliothek, pag. 333. *Harl.*]

[*Henr. Stephanus* non edidit, ut quidam scripserunt, adnotante iam *Hambergero* in *zuverläß. Nachr.* tom. I. pag. 359. Apollonii Argonautica inter *Poetas principes heroici carminis*, *Parisi.* 1566. fol. at in *Iac. Lestii Corpore Poetarum Graecorum*, graece, cum vers. lat. Io. Hartungi, *Genevae*, 1616. fol. typis sunt exscripta. *Harl.*]

*Lugduno-Batava: Apollonii Rhodii Argonauticorum libri IV. ab Ieremia Hoelzolino in Latinum conuersi; commentario et notis illustrati, emaculati; scholiis ad carmina numerato additis concinnati. Commentarius in verborum et rerum Indicem contractus.* Lugd. Bat. ex officina Elzeviriana. 1641. 8.

Haec editio, cui ad calcem commentarii Hoelzoliniani adiectae sunt *Lucae Holstenii* Observationes aliquot ad Apollonii Argonautica et graecum eius scholiasten, cum multis emendationibus Martini Sladi fuit in biblioth. Petri Francii. Ceterum de Hoelzolini commentario non vsque quaque praeclare sentit et nimium illi in captandis Hebraismis studium vitio vertit *Argid. Menagius*, tom. I. *Anti-Bailleti*, pag. 390. Inclementius adhuc de eo iudicat *Ruhnkenius*, epist. crit. I. pag. 32. II. pag. 68. et *Brunckius* in praefat. pag. IV. et vir doctus in *biblioth. crit.* (Amstelod. 1780.) vol. II. part. II. pag. 31. [conf. *Bayle* Diction. voc. Hoelzlin. not. 2.]

*Oxonienfis: Apollonii Rhod. Argonauticor. libri quatuor. Edidit, noua fere interpretatione illustravit, priorum editorum notas praecipuas selegit, Sanctamandi nunquam prius editis nonnullas suas adiecit, nec non indices tres addidit Ioannes Shaw, A. M.* II. voll. 4. mai. Oxon. e typographeo Clarendoniano, 1777.

Chartae et typorum elegantia haec editio reliquis praestat; cetera omnia ita comparata sunt, ut ei vix in mediocribus locus concedatur, Sanctamandi notae, breues illae et paucae, meras habent coniecturas, neque ultra medium secundum librum pertinent. Praeferunt ta-

men plerumque significationem acuminis et doctrinae; quae etiam tribuitur notulis Io. Vptoni, in libri titulo non commemoratis. Shawius textum Hoelzlini sequitur, ac de eius *conjectura* ita iudicat, ut suam ipsius rei criticae imperitiam turpiter ostendat. Volumen primum complectitur ipsum graecum carmen; deinde seorsum versionem latinam, quam editor ipse ex duabus versionibus, Hartungiana et Hoelzliniana, confecisse videtur. Altero volumini insunt interpretum animaduersiones et indices. Shawianarum animaduersionum praecipua dos est breuitas: monstrant tamen interdum Valerii Flacci imitationem, et leuiter exercitatis non nihil lucis et adiumenti adferunt. Ex Hoelzlini notis editor multa circumscripsit et sustulit, ita tamen, ut iudicii elegantis in earum delectu vix vlla reperiatur significatio. Ex tribus, qui adiecti sunt, indicibus primus exhibet memorabilia e notis interpretum; alter continet auctores, in scholiis laudatos, diuersus ab eo, quem dedit Fabricius, sed eo minus perfectus et absolutus; tertius, isque vtilissimus, profert verba omnia, quae in Apollonii poemate leguntur. vid. *Biblioth. Crit.* vol. I. part. III. pag. 213 sqq. et *Brunck.* praefat. p. IV sq.

Eadem edit. ibidem repetita est ann. 1778. 8. mai.

*Argentoratensis: Apollonii Rhodii Argonautica e scriptis octo veteribus libris, quorum plerique nondum collati fuerant, nunc primum emendate edidit Rich. Fr. Phil. Brunck. — Argent. ap. — Bauer et Treuttel. 1780. 8. et 4.*

Nouam recensionem exhibet editor, locis permultis non solum e libris, sed etiam e coniectura cum sua, tum aliorum emendatis, ita, ut difficultates, quibus antea obsitum erat poema, pleraeque sublatas esse videantur. Brunckii tamen coniecturas sub examen vocauit *Rohrkencius*, in II. epistola crit. adiecta *Homeri Hymno in Cer.* Lugd. Bat. 1782. p. 189 — 228. in qua Apollonius passim illustratur et quinque versibus nouis ex Etymologico MS. biblioth. Paris. augetur. Lectionem diuersitas vitium magnum in eam adduxit sententiam, ut duplicem huius carminis editionem a poeta publicatam fuisse statuatur. De cetero *Brunckius*, ommissa versione latina et scholiis graecis, textum tantummodo Argonauticorum dedit, eique varias lectiones, notas et emendationes, et his postremo adpendicem subiecit. Quamquam opera viri doctissimi praecipue in crisi exercenda, constituendisque lectionibus versatur, non neglexit tamen munus interpretis, sed passim explicationem, et comparisonem versuum Apollonii cum aliis notis criticis interseruit.

### *Versiones Argonauticorum Apollonii.*

*Latinae: Apollonii libri IV. prosa primum donati a Iohanne Hartungo. Basileae, 1550. 8. apud Ioh. Oporinum. In epistola ad Ioh. Venatorium testatur Hartungus, sibi in hoc scriptore vertendo fuisse saepe arduos vngues, saepius scabendam caput, aum, quae hinc inde corrupta erant, restituere, obscurioraque utcumque explanando eruerit. Praemittit etiam emendationes et castigationes eorum, quae in editione graeca Aldina et Francofurtensi perperam legi non dubitat. conf. *Rutgersii* var. lection. VI. 6. Haec versio textui poetae adiuncta est in Corpore Poetar. Graecor. a Iac. Latio, Geneuae, 1606. fol. edito. De versione metrica *Valentini Reimari*, subiuncta editioni Argonauticorum Basileensi, 1572. iam supra mentio facta.*

*Hoelzlinus*, qui in prolegom. pag. 41. Hartungi interpretationem assis non esse adfirmat, nouam dedit, quae quidem prioris illius, verbis graecis nimia religione adhaerentis, obscuritatem vitat, sed contra saepius a poetae sententia temere discedit.

*Shus* nouam versionem suam ex duabus superioribus, Hartungiana et Hoelzliniana, concinnauit, inuilem fere nunc post tot, tantasque emendationes a Brunckio in textu graeco factas.

*Italicae*: [Orphei et Apollonii Argonautica italicis versibus reddidit *Anton. Mar. Salvini*. vid. *Giornale d'Italia* tom. XIV. pag. 132.] *L'Argonautica di Apollonio Rodio tradotta ed illustrata. Roma, 1791. 4.* [tom. I. a patre purpurato *Filangieri*, cum graeco textu e rec. Brunckii, et obseruat. textui partim subiectis, partim, si longiores essent, adiectis. In praefat. de fabula carminis, de consilio poetae, iisque, quae ad litteraturam carminis pertinent, agitur. Tomus II. continebit duo posteriores carminis libros. *Harl.*] Nimis fidus interpretes, dum epitheta singula reddere laborat, eneruata et verbosa oratione elegantiam poetae tantum non omnem perimit; interdum et a vera eius sententia aberrat. Textui subiectae sunt a notat. breuiore; ampliciores, in quibus bona malis, protrita reconditoribus miscentur, ad calcem cuiusque libri additae reperiuntur. Ceterum hic tomus exhibet librum I et II. Argonauticorum. vid. *Allg. Litteraturzeit. ans. 1793. nr. 130.*

*Anglice*: *The loves of Medea and Iason. A Poem — translated from the Greek of Apollonius Rhodius's Argonautics, by I. Ekins, M. A. etc. London, 1779. 4.*

Haece partem tantum carminis, scilicet amores Medae et Iasonis, exhibet: totum, versibus anglicis redditum et notis illustratum, dedit *Eduard Burnaby Green*, Lond. 1780. 2. voll. 8. min. et *Franc. Parkes*, cum Coluchi carmine de raptu Helenae, ibid. 1780. 8. mai. vid. de utraque versione *N. Bibl. der schön. Wissensch. 25. B. pag. 168.*

*Germanica*: versibus hexametris a *Io. Jac. Bodmoro*, Turici, 1779. 8. [*Hohl* in: *Kurzer Unterricht in den schönen Wissenschaften für das Frauenzimmer*, Chemnit. 1772. 8. oeconomiam carminis docuit, et versionem quarundam particularum dedit. *Harl.*]

### *Scripta, 'Apollonium' illustrantia.*

Praeter *Dau. Rahukienii* supra iam laudatam epistolam criticam alteram, in cuius editione auctiore ann. 1782. publicata pag. 203. de cognomine Poetae *Ἠλίοσ* diligitur, hic merentur commemorari:

*Iac. Tollii* Comparatio Apollonii et Ouidii, (Metamorph. VII.) qua Apollonius ut plurimum praefertur, in *Iani Berkelii* disert. selectis criticis de poetis graecis et latinis. Lugd. Bat., 1707. 8. pag. 387 sqq.

*Io. Iertinii* Obseruationes quaedam in Apollonium Rhodium, subiunctis B. (h. e. *Iac. Phil. Dorvilli*) castigationibus, in *Miscellan. Obseru.* vol. 4. tom. 2. pag. 192 — 196.

*Georg. d'Arnaud* Lectionum graecarum libri duo, Hagae Comit. 1763. 8. pag. 235 — 245.

*I. F. Facii* Epistola critica in aliquot Orphei et Apollonii Rhod. Argonautic. loca ad *Theoph. Christ. Harlesum*, Erlangae, 1772. 4.

De huius libelli laude vid. Klotz. Act. Litt. vol. 7. pag. 245.

G. E. Groddeck über die Argonautika des Apollonius Rhodius. in *Biblioth. der alten Literatur und Kunst*, 2. Stück. Gøtt. 1787. pag. 61 sqq. Quae in fine praeclaræ huius commentationis pag. 113. promissa est clausula, adhuc expectatur.

G. A. C. Scheffler von den griechischen Heldendichtern ausser dem Homer, — in *Humanist. Magazin*, Helmstädt, 1787. pag. 264—280.

A. Matthiae Observaciones Criticæ — . Goettingæ, 1789. pag. 26 — 31.

[Paull. Vindingii prælect. insstæ in Apollonium Rhodium.]

Io. Sal. Semlerus emendat. scholior. Apollonii protulit in *Miscellan. Fasc. 2.* (Norimb. 1749.) pag. 30. laeger.

[Io. Toup. in emendat. in Suidam et Hesychium tom. I. pag. 233. emendat schol. locum, in tom. III. pag. 224. emendat Apollonii locum: pag. 335 sq. explicat alium. *Dorvilleus* in animadu. ad Chariton. multis locis idem præstitit etc. *Harl.*]

VII. Apollonii nomen multis iam pridem commune fuit, quorum plerosque recensere Io. Meursius in syntagmate de Apolloniis, quo editionem historiae commentitiæ Apollonii, Alexandrini, ornauit Lugd. Bat. 1620. 4. et in bibliotheca Graeca p. 1234. sq. [Repeti iussit et auxit Lud. Henr. Teucherus, in edit. Hist. commentitiæ Apollonii Dyscoli, Lips. 1792. 8.] Post Meursium Vossius de histor. graecis lib. I. cap. 23. Ioniusque lib. III. cap. 9. pag. 258 sq. et in pandectis Hendreichius. Horum [P] obseruatis quum addere me nonnulla posse videam, volo et ipse catalogum Apolloniorum hoc loco subiicere.

*Apollonius*, cuius mentio in veteri inscriptione graeca Alexandri Seueri, Mem. de Trev. 1717. pag. 1765.

*Apollonius* inter duces Romanos, qui Persis regiones ademerunt post Odaenathum Palmyrenum, memoratus ab *Euagrio* III. 41. pag. 373.

*Apollonii*, Abderitani, mentio apud *Hippocratem* III. de morbis epidem. tom. I. pag. 739.

*Apollonius*, *Acharensis*, qui scripsit de festis. Harpocrat. et schol. Aristoph.

*Apollonius*, *Adramyttenus*, citatur in antiquis editionibus Strabonis lib. XI. sed Casaubonus pro Apollonio recte reponit Apollodorum.

*Apollonium*, *Aegyptium*, citat *Theophilus Antiochenus* III. ad Autolyicum p. 127. 136. 139. vbi ex eo refert, quosdam computasse tum annos ab origine orbis terrarum 15003075. siue 15000375. vt habes pag. 136. *Athenaeus* V. pag. 191. Καὶ παρ' Αἰγυπτίαις δὲ τὸ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶν συμποσίων γένος, καθάπερ ἔρηκεν Ἀπολλώνιος περὶ τέτων γεγραφώς. Porro plures fuere Apollonii Aegyptii. Vide infra Alexandrinus et Memphites. *Apollonius*, Aegyptius, qui Caligulae mortem praedixit, teste Dione pag. 663. A.

*Apollonius*, *Alabandensis*, Car, cognomento *μαλακὸς* siue *mollis*, qui postea Rhodum se contulit, teste rursus Strabone XIV. pag. 655.

*Apollonius Alabandensis* alter, cognomento *Molon*, rhetor eximius, quem Rhodi audiverunt Caesar et Cicero. Vide *Ciceronem* I. de Oratore cap. 17. et in Bruto cap. 91.

*Plutarchum*

*Plutarchum* in *Caesare* p. 708. et in *Cicerone* p. 862 sqq. *Suetonium* in *Caesare* cap. 4. atque ibi *Torrent.* ac *Casaubon.* *Arlian.* XI. V. H. cap. 25. Meminit eiusdem *Cicero* alibi, ut lib. I. de inuent. cap. vlt. lib. II. ad *Atticum* epist. 1. et lib. I. de *Oratore* cap. 28. vbi merito probat, quod hic *Apollonius*, quum mercede doceret, tamen non passus est eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud sese perdere; verum eos dimisit, et ad quamcumque artem putaret esse aptos, ad eam potius impulit sicutque hortatus. Laudat et *Strabo* loco laudato ac *Quintilianus* III. 1. XII. 6. Ex *Iosepho* autem lib. II. contra *Apionem* p. 1065. 1069. 1077. 1079. et 1080. adparet, hunc *Apollonium* quaedam scripsisse aduersus sacra *Iudaeorum*. Male *Μήλων* apud *Euseb.* IX. 19. praepar. euangel. Etiam in *Homerum* scripsisse nonnulla, colligas e *Porphyrrii* quaestionibus *Homericis* pag. 10. *Λύες δὲ τὴν ἀπορίαν αὐτὸς ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τῆς Μόλωνος παρῖσις.* [conf. supra in vol. I. p. 305. et *Villoison.* praef. ad *Apollonii* lexicon *Homeric.*] Ex *Rhetorico* quodam illius scripto definitionem figurae promittit *Phoebammion* lib. I. p. 98. *Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ ἐπίκλην Μόλων ὠρίσατο. σχῆμά ἐστι μεταβολὴ εἰς ἡδονὴν ἐξάγεται τὴν ἀκοήν.* Ceterum [P] hic esse, videtur qui, ut refert *Plutarchus* p. 862 sq. cum *Ciceronem* in eloquentia etiam graece declamantem triumphare videret, *Te nempe, Cicero, et laudo, inquit, et admiror: sed Graecorum fortunae me miseret, cum videam eruditionem et eloquentiam, quae sola bonorum nobis reliqua erant, per te Romanam accessisse.* Idem porro est *Apollonius Molo*, et qui a *Plutarcho* ac *Porphyrrio* vocatur *Apollonius Molonis* 9). Sic *Athenodorus*, *Tarsensis*, *Sandonis* F. *Plutarcho* dicitur *Ἀθηνόδαρος ὁ Σιέndon.* Conf. *Vales.* ad *Ammian.* XIV. 8. S. similiter *Herodes Atticus* passim audit, qui *Attici* erat filius, et *Apion Plistonices* *Gellio*, *Clementi*, aliis; qui *Suidae* *Ἀπίων ὁ Πλευρονίκος.* Sic *Sol Hyperion*, pro *Hyperionide*; aliis *Lycaon*, pro *Lycaonide*; *Amphitruo*, pro *Amphitruonis* filio; *Moliones*, pro *Molionidis* etc. vide notas *Ervasmi Schmidii* ad *Pindar.* pag. 270 sq. *Burmanni* ad *Quintii* *Fast.* VI. pag. 235. Immerito igitur reprehenditur *Plutarchus* tum ab aliis, tum a *Ioh. Rualdo* animaduers. XXVIII pag. 116 sq. Vide et *Meursii* lib. de *Rhodo* pag. 101. *Allatum* ad epistolas *Socraticorum* pag. 215 sq.

*Apollonius, Alexandrinus*, peripateticus, *Plutarch.* *περὶ Φιλαδέλφ.* Fuit et *Alexandrinus* patria *Apollonius*, *Argonauticon* scriptor, de quo ante dixi, et *Apollonius* alter, grammaticus, cognomine *δύσκολος*, de quo infra lib. IV. *Fabric.* *Apollonius, Alexandrinus*, alio nomine *Anteros*, qui *Claudii* temporibus *Romae* docuit. vid. *Fudacia* pag. 62 sq. *Fabric.* B. Gr. vol. VII. pag. 50. vbi quidam *Apollonii* grammatici nominantur. *Hart.*

*Apollonius, Antiochi* *Grypi*, *Syriae* regis *Parasitus.* *Athen.* VI. pag. 246.

*Apollonius, Antiochus*, pater et filius, medici *Herophili* atque *Empirici.* Meminit utriusque auctor *Ilagoges*, quae legitur inter scripta *Galenii* tom. IV. pag. 373. Incertum, utrius sit *περὶ μύρων* liber laudatus *Athenato* XV. pag. 688. *περὶ εὐπερίτων Φαρμάκων*

o) Acerrime contradicit *Casaubonus* ad *Suet.* *Caes.* cap. 4. et ad *Strabon.* lib. 14. pag. 156. edit. *Geneu.* 1587. Ridiculo errore hunc *Apollonium* auctorem *Argonauticonum* facit *C. H. Heinecke* in vers. german. *Dionysii* *περὶ ἑρως* edit. 1738. pag.

245. not. *Jaeger.* *Apollonius ὁ τῆς Μόλωνος* in *schol. Veneti* D. *Marci* vid. *Villoison.* l. c. et in *Anecdotis* gr. II. pag. 184. not. Atque *Alexandrinum Molonis* cum vocari vult *Huetius* demonstrat. euangel. propof. IV. cap. 2. §. 5. *Hart.*

μείκων quem plus simplici vice citat Galenus. Vide infra in Apollonio Pergameno. Et idem forte patria Antiochenus, sed quod apud Pergamenos reges versaretur, Pergamenus vocatus est. Ἀπολλώνιος ὁ πρεσβύτερος, Zenoni Herophilio repugnans, laudatur ab Erotiano in Ἀμφιβάλλεσσι. Forsan haud alius, qui Galeno aliquando dicitur ὁ βυβλάς.

Apollonius, Ἀφροδισιένσις, ἀρχιερεὺς καὶ ἱστορικὸς, γέγραφε Καρμικά, περὶ Τρεάλλων, περὶ Ὀρφείως καὶ τῶν τελετῶν αὐτῆ. Suid. [et Eudocia p. 50. collato supra, vol. I. p. 142.] Καρμικά pluribus constabunt libris, ut ex Etymologici auctore patet, et Stephano, qui XVIII. librum citat in Χωλὸν Τεῖχος. Voss. de hist. gr. pag. 505. Apud eundem Stephanum Byz. vbi citatur Apollodorus περὶ Ἀλεξανδρείας, περὶ γῆς, et ἐν Καρμικαῖς, Apollonii, Aphrodisiensis, nomen reponendum esse contendit Tho. Galeus in diss. de scriptoribus mythologicis pag. 18.

Apollonius, Ἀρχεβυλῖς sive Ἀρχεβίῖ F. grammaticus, Apionis Plistonicae [P] praeceptor. Suid. in Ἀπίων. Scripsit περὶ λέξεων Ὀμηρικῶν ordine alphabetico, ut constat ex eodem Suida in Ἀπολλ. et Hesychio praef. Lexici. [Plura leges supra in vol. I. pag. 505 sq.]

Apollonius, Ἀρχιερᾶτωρ, cuius trochiscum sive pastillum refert Galenus tom. II. pag. 388. edit. graecae Basil.

Apollonius, Ἀσκαλονίτης, historicus. Steph. Byz. in Ἀσκαλῶν.

Apollonius, ἀστὺλόγος. Vide infra in Λαοδίκενσι et Μυνηδίω. Etiam Apollonius, Τυανένσις, libros quatuor περὶ μαντείας ἀστέρων scripserat, teste Philostrato III. 13. Ptolemaeo Hephaestioni lib. V. memoratur Apollonius Ptolemaei Philopatoris temporibus, ἐπ' ἀστερονομίᾳ περιβόητος γεγονώς, qui cognominatus est ἔψιλον, quod littera haec accedat in figuram lunae, in cuius ille considerationem plurimum temporis studiique contulisset. [De antiqua litterae illius scriptura memini iam supra agere.]

Apollonius, Ἀθηνιένσις, sculpsitor, Nestoris F. quem e Gruteri inscript. pag. XLII. 2. observavit Franciscus Iunius in catalogo Artificum. Confer Ionsum pag. 251. et Sponii Misc. pag. 122.

Apollonius, Ἀθηνιένσις, sub Severo, imp. clarus sophista, de quo Philostratus II. de Sophist. pag. 597. [pag. 600. edit. Olearii, cuius not. conferes.] qui pag. 598. e declamationibus eius laudat Calliam (ἢ), qua Atheniensibus voluit dissuadere, ne corpora sepienda cremarent. Vixit annos LXXV.

Apollonius, Αἰτάληνσις (ὁ Ἀτταλένης) cuius librum II. Onirocriticon laudat Artemidorus I. 34. et III. 28. pag. 33. et 175.

Apollonius Βυβλάς sive Βυβλαϊκός, (quasi belluo quidam librorum, confer Reinesf. var. lect. pag. 412.) medicus empiricus, qui de σημασίαις apud Hippocratem scripserat aduersus

p) Olear. I. c. pag. 601 sq. putat, Calliam, Atheniensem, tale quid suasisse, nisi iam obvium esse, et nomen, quod istas partes sustine-

ret, pro arbitrio sibi forsitan finxisse sophistam. Harl.

aduersus Zenonem Herophileum, teste Galeo tom. V. edit. Basil. pag. 413. 414. [vid. infra in vol. XIII. elenchum medicorum, vbi p. 74 sqq. permulti Apollonii, medici, recensentur. *Harl.*]

Apollonius, *caclator*, *Spon.* p. 123. Misc. vbi et memoratur *Apollonius*, Archelai, sculptoris, pater.

Apollonius, *Cappadox*. Infra in *Tyanensfs*.

Apollonius, *Car*. Supra in *Alabandensfs*. et mox in *Cronus*. 'Ο τὰ Καρμὰ γράψας, in *Aphrodisiensfs*. Pro hoc Apollonio male *Apollodorus* legitur apud Stephanum.

Apollonius, *Chalcedonenfs* siue *Calchidensfs*, praeceptor M. Aurelii Antonini. De hoc supra in Stoicis dixi, [vol. III. pag. 539. vbi tres alii Apollonii, Stoici, indicantur.]

Apollonius, *Chaerisfs* F. Schol. *Aristoph.* ad Vespas vs. 1190. *Fabric.* — Apollonius ὁ τῷ Χαίριδος schol. Vener. ad Hom. Iliad. γ'. 448. Sic bis quoque vocatur ab Apollonio, Archibii filio. Sed *Villoison* in prolegom. ad Homerum Iliad. cum scholiaste Aristophanis legere malit ὁ τῷ Χαίριδος. additque: „Huius fortasse pater, *Chaeris*, Χαίρις, laudatur ad Iliad. B'. 311. Z'. 71 et I'. 601. Ad Boeotiam vs. 372. pro οἱ περὶ Χαίρον καὶ Διόδωρον, καὶ τισὶ τῶν κατ' ἡμᾶς lego οἱ περὶ Χαίρον etc. vbi vides, nostrum de suae aetatis criticis loqui. Diodorus, qui cum Chaeride hic laudatur, fortasse Tarfensis est, ab Eustathio Ἀριστοφάνους vocatus, et de quo vid. *Fabric.* B. Gr. lib. III. cap. 31. p. 777. tom. II.“ Haecenas *Villoison*, cuius quoque prolegomena ad Apollonii lexicon homeric. pag. 20. consules. adde supra in vol. I. pag. 504 sq. *Harl.*

Apollonius, *Cilius*, medicus, quem *Timotheo*, patriarchae Constantinopolitano, (ann. 1621.) venenum praebuisse, arguit *Allatius* de consensu pag. 1074.

Apollonii duo, [tres] *Chrysiensi* scriptores antiqui, saeculo II. post Christum natura ciari, quorum vnus contra Montanistas scripsit, alter volumine, pro fide sua edito, martyrium sub Commodio imp. fortiter subiit Romae. Vide, quae viri docti ad *Euseb.* V. 18. et 21. Hist. atque *Hiern.* cap. 42. Catalogi. [vide plura de his infra in lib. V. cap. 1. §. II. pag. 191. vol. V. adde *Tuchet* l. c. p. 30 sq.] De Apollonio *Collatino*, latino scriptore saeculi XVI. dixi in bibliotheca latina. De *Guil. Apollonio*, theologo [P] reformatae ecclesiae, et aliis recentioribus huius nominis dicere de industria omitto.

Apollonius, *Chronicorum* scriptor, *Steph.* in *Χαλκηπέριον*. Sed videtur legendum *Apollodorus*, vt visum praestantissimo Galeo.

Apollonius, *Citius*, medicus. *Strab.* XIV. p. 683. Scripserat libros XVIII. pro Bacchio Tanagraeo aduersus Heracidiis, Tarentini, libros tres de vocibus Hippocratis, teste *Erotiano* siue *Herodiano* in praef. Eidem in Ἀμφιβάλλουσαυ laudantur quatuor *Apollonii*, medici, πρεσβύτερος, de quo supra in *Antiochenus*, *Apollonius*, Μειφιτης, ἐν τῷ περὶ ἄεθρων, *Apollonius*, ὁ Θηρ, et *Apollonius*, *Citiensis*, ἐν τῷ περὶ ἄεθρων. *Apollonios* duos, qui chirurgiam inuentis suis locupletarunt, laudat *Celsus* libro VII. praef. Memphiten intelligens, ni fallor, et Citiensem, qui ambo de articulis scripsere. *Apollonius*, *Citiensem*, libro II. de Epilepticis laudat *Cochius Aurelian.* lib. I. cap. 4. chronicar. passionum. Idem lib. III. cap. 4. *Alii phlebotomiam recusarunt in leuicis, vt Apollonius*,

- nus, *Citiensis*, alii probauerunt. [adde *Halleri* biblioth. chirurgic. tom. I. pag. 26. *Harl.*]
- Claudii Apollonii Theriaca* refertur a *Galeno* II. de antidotis tom. II. pag. 450.
- Apollonius, *P. Crassi libertus*. Dixi supra in Stoicis. Cic. ad diuers. XIII. 16.
- Apollonius, *Cronus*, patria Iassius, Car, a quo discipulus eius, Diodorus, dialecticus, Croni nomen tulit, teste *Strabone* XIV. pag. 658. Confer *Laertium* II. 111.
- Apollonium, *Cyclada*, memorat *Woweranus* cap. 17. polymathiae nr. 20. e latinis Galeni edition. sed legendum Apollonius *Βυβλάς*, de quo supra.
- Apollonius, *Drepanitanus*, Cic. in Verrem. Quinctil. IX. 2. pag. 782.
- Apollonius *Dyscolus*, patria Alexandriaus, sub M. Antonino clarus grammaticus, pater Herodiani, itidem grammatici, de quibus utrisque dicendi locus infra libro V. [add. *Teucher* ad Meursii syntagma de antiquis Apolloniis p. 10 sqq. edit. Apollonii Dyscoli hist. commentit.]
- Apollonius, poeta *ὁ εἰδογράφος*, schol. *Pindari* ad Πυθιονικ εἶδος β'. pag. 181.
- Apollonius, *Empiricus*. Supra in *Antiochen*.
- Flavius Apollonius*, Procurator Augusti. Vet. inscript. apud *Sponium* p. 52. Miscell.
- Apollonius, *Pergaeus*, *geometra*, de quo supra.
- Apollonius *Glaucus*, medicus. Eius libros de interioribus siue περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν citat *Caelius Aurel.* IV. 8. tardar. passionum.
- Apollonius, *grammaticus*, quem in καταλόγω νεῶν citat scholiastes ad Iliad. 9. 284. non est diuersus ab Apollonio, Rhodio, cuius catalogus nauium et heroum ex lib. I. Argonauticon respici nr, vt ex schol. *Pindari* ad Nem. Od. V. notauit praestantissimus *Galens*. [P] [*Teucher* ad Meursium l. c. pag. 17. eidem adtribuit ἐξήγησιν de vita Aeschini et duplex argumentum in orat. aduersus Timarchum; ἐξήγησιν Ἡροδότης γλωσσῶν laudatam ab auctore Etymologici MS. in Σοφιστῆς et Κωφῆς. ex hac desumptam esse putat *Mauslacus* particulam ἐξηγήσεως, in Herodotum nonnullis Herodoti editt. praefixae, etc. *Harl.*]
- Apollonius, *Herophilus*. Vide in Apollonius, *Antiochenus*, et *Mus*. [et *Teucher* pag. 18.]
- Apollonius et *Dexippus*, *Hippocratis* discipuli, quos ab Erasistrato male reprehensos, quum nullos ipsorum libros ostendere posset, notatum *Galeno* tom. V. pag. 83. edit. *Basil.*
- Apollonius, *Laodicensis*, quem libros quinque de astrologia apotelesmatica edidisse et Aegyptios de variis aduulasse erroribus, testatur *Paulus Alex.* in praef. Isagoges. Huius forte *Apollonii* Apotelesmata leguntur MSta in codice reg. Paris. MDCCCLIII.
- Apollonius, *Logisticus*, *Vossio* p. 149. memoratur, sed *Laertio* I. 25. et VIII. 12. est Apollodorus. Idem de Apollonio *Leimnio* *Heidenreichii* obseruabis e *Varrone*, *Plinio* et aliis.



Apollonius, *mechanicus*, Agesiſtrati praeceptor. *Athenaeus*, *mechanicus*, pag. 3. de machinis bell.

Apollonius, *medicus*, tempore Antoninorum ſive Apuleii, qui eius meminit *Metamorph.* lib. IX. ſub init. Incertum, quiſnam notetur e variis Apolloniis, medicis, quos memoravi in *Antiochenſis*, *Citienſis*, *Memphites*, *Mus*, *Θηρ*, *Pergamenus*, *Pitaneus* etc.

Apollonius, *Memphites*, citatur a *Caelio Aureliano* IV. 8. tardar. paſſionum, ſchol. *Nicandri* ad *Theriaca* et *Erotiano* in Ἀμφιβάλλουσα, ubi eius ſcriptum περὶ ἄρθρων commemorat. Meminit et *Nicolaus Myreſus*, epithema eius auriculare referens. [fuit ſecta *Eraſiſtrateus*. Eius medicamentum ad ſugillata in oculis apud *Aetium* libr. VII. cap. 20. — *Galen.* in iſagoge, et II. antidotorum, atque *Aetium* *Tetrab.* II. ſect. II. cap. 33. et ſect. III. cap. 20. notat *Teucherus* pag. 19. *Harl.*]

Apollonius *Mollis*. Supra in *Alabändenſis*.

Apollonius *Molo* ſive *Molonis*, rhetor. Supra *ibid.* Inter *Aegyptiacar.* rerum ſcriptores laudat *Cofmas*, *Indicopleuſtes*, lib. XI. pag. 341.

Apollonius, qui Μύρων. *Plin.* indice libri XXVIII. Supra in *Antiochen.*

Apollonius *Mus*, *Herophileus* ? *Celf.* praef. libri V. qui eundem videtur etiam reſpicere praef. libri I. [*Caelius Aurelianus* *Oxeon* lib. II. cap. 13. *Teucher* pag. 31.]

Apollonius ?), *Myndius*, qui apud *Chaldaeos* ſtudiſſe ſe profeſſus eſt, peritiſſimus inſpicendorum natalium, tempore *Alexandri M.* *Seneca* VII. 3 et 17. nat. quaerit. Neſcio an alius, quem *grammaticum* vocat *Stephanus* in *Μύνδος*.

Apollonius, *Naucratites*, ſophiſta, *Adriani* et *Chreſti* auditor, de quo *Philoftratus* lib. II. de *Sophiſt.* pag. 596. 608. [?] [pag. 600. edit. *Olear.* cuius notam conferes.]

Apollonius, *Nefloris* F. Vide ſupra in *Athenienſis*.

[In inſcriptione apud *Paciaudum*, monument. *Peloponn.* tom. II. pag. 238. Ἀπολλωνίου Ἀπολλωνίου Νικολαοῦ Ηρακλίου Ηρακλίου Χρησοῦ Χειμετε. *Harl.*]

Apollonius, *Nyſaeus*. Vide ſupra in *Stoicis*.

Apollonius, *Organicus*. *Galen.* tom. II. pag. 391.

Apollonius, Ὀφίς, *Erotian.* in prooemio. Neſcio idemne ſit Apollonius ὁ Θηρ, eidem laudatus *Erotiano* in Ἀμφιβάλλουσα.

Apollonius, *Panormitanus*. *Cic.* in *Verrem.* V. 7 ſq.

M m 3

Apollonius,

q) Conf. *Fabric.* *Bibl. Gr.* vol. XIII. p. 74 ſqq. ubi multi *Apollonii*, medici, recensentur, et *Io. Henr. Iugleri* *biblioth. ophthalmicam*, *Hamburg.* 1783. 8. pag. 48 ſqq. qui multus eſt de Apollonio noſtro eiusque medicamentis oculariis, et contra *Hallerum*, in *biblioth. botan.* tom. I. pag. 51 et 100 ſq. ac *bibl. chirurg.* tom. I. pag. 61. duo diſtinguentem Apollonios *Herophil.* diſputat. *Harl.*

r) Huic Apollonio pridem in mentem venit, cometas eſſe propria ſidera, quae altiora mundi ſecant, et tum demum adparent, quum in imum ſui curſus venerint. Quae ſententia hodie probatur mathematicis eruditiffimis. Idem cum *Epigene Chaldaeos* adiit, teſtatus, apud eos exiſtare obſervationes 720 annorum, coſtilibus laterculis inſcriptas.

- Apollonius, *Parianus*, nullus est, quem ex loco male accepto Steph. in Πάρος, Meursius commentus est. vid. *Allatium* de Georgiis, pag. 320.
- Apollonius, *Pergaeus*, *geometra* de quo egi supra.
- Apollonius, *Pergamenus*, medicus, *Plinio* lib. VIII. etc. *Oribasio* lib. I. Euporiston. cap. 9. laudatus et VII. 19. collect. Videtur is ipse Apollonius, qui περὶ τῶν εὐπορίσων Φαρμάκων, teste Galeno, scripsit. Eius de virtutibus herbarum refert rursus *Oribasius*. Euporist. praef. Idem liber Apollonii περὶ βοτανῶν citatur et a scholiaste Nicandri ad Theriaca. Atque ideo fortassis inter rei rusticae scriptores a Varrone et Columella reponitur.
- Apollonius, *Pitanaeus*, medicus. *Plin.* XXIX. 6. sed *Myronides* XXVIII. 1.
- Apollonius, *Platonicus*, Syrus. *Spartian.* Hadriano cap. 2.
- [Apollonius, *poeta ἰσοδογέας*. *Teucher* pag. 31.]
- Apollonius, *Priemensis*, Archelai, sculptoris, pater. *Spon.* pag. 123. Misc.
- M. Vlpus Apollonius, *propheta*, in inscriptione graeca apud Montfaucon tom. II. supplem. antiq. tabula XLVIII. συνθεσθέντων ἐν Αἰγύπτῳ Θεῶν Μ. Οὐλπίος Ἀπολλωνίος προφήτης.
- Apollonius, *rhetor*. Supra in Alabandensis. Alius, ut existimo, de quo *Seneca* con- trouers. XIX. *Apollonius Graecus et Buteo fatuam quaeestionem mouerunt primam* etc.
- Apollonius, *Rhodijs*, *statuarius*. *Plin.* XXXVI. 5.
- Apollonius *Senior*. Supra in *Antiocheus*.
- Apollonii, *Smyrnaei*, Epigramma lib. IV. Antholog.
- Apollonius, *Solenis*, praceptor Demetrii Aspendii. *Laert.* V. 83. Peripateticus.
- Apollonius, Atheniensis, *Sotadis* F. de patris sui Poematis scripserat teste *Athenaeo* XIV. pag. 621. De *Sotade* dixi lib. II. cap. 22.
- Apollonii *Stoici* fuere multi, Nysaeus, Tyrii etc. de quibus supra cap. XV.
- Apollonius, *strategus* Mytilenaeorum, in nummo apud *Sequinum* pag. 61. cui stoicus videtur.
- Apollonius ὁ ἀπὸ Στρατόντος, cuius de pulsibus laudatur a *Galeno* IV. de differentia pulsum. Hunc *Tiraquellus* cap. 31. de Nobilitate, *Stratonis filium* adpellat. Sed malim *Stratonium*, e *Stratonis*, Peripatetici, schola.
- Apollonius, *Syrus*, *Platonicus*. *Spartian.* Hadriano cap. 2.
- Apollonius, *Tarsensis*, medicus, saepe laudatus *Galeno* libris de medicam. secundum genera et secundum locos.
- [Apollonius ὁ τῆς Θεωρίας laudatur in scholijs *Hom. Venetis*. vid. *Villoison* prolegom. ad *Homeri Iliad.* pag. XXIX. sub finem.
- Apollonius, *technicus*, idem cum *Dyscolo*, vid. *Villoison* l. mem. *Hartl.*]

Apollonius, ὁ Ὀηζ. siue *bestia*, medicus. Erotian. in Ἀμφιβάλλεσαι. Vide supra Apollonius Ὀφίς. [P] [Apollonius, *Tyrius*, sub Hadriano, imperatore. vid. Fabric. lib. IV. cap. 24. pag. 61. vol. III.]

Apollonius, *Thespiensis*, medicus, nullus est. Vide *Galen.* tom. II. pag. 266.

Apollonius, *Tyanensis*, sub Nerone clarus, de quo infra lib. IV. [Meursius et Teucher l. c. pag. 25 sqq.]

Apollonius, *Tyanensis, iunior*, sub Hadriano, imp. de quo Suid.

Apollonii duo *Tyrii*, de quibus dixi supra in Stoicis.

*Historiae poeticae scriptores antiqui.* *Apollodorus, Atheniensis*, Conon grammaticus, Ptolemaeus, Hephæst. F. Parthenius Nicaeus<sup>(de)</sup> Antoninus Liberalis, graece et lat. Accessere breues notae et indices necessarii. Paris. typis F. Mugunt. Prostant apud R. Scot, bibliopol. Londinensem. 1675. 8.

Praemissa est docta disp. de scriptoribus mythologicis. Galeus textum quidem nec curauit, nec recensuit: sed tamen eius notae sunt eruditae et acutae, quamquam male digestae et tumultuariae. vid. *Heynium* pag. 948 sqq.

*Collectio*

dá) Cononis narrationes et Ptolem. Hephæst. libri VII. sunt potius excerpta e Photii biblioth. cod. CLXXXVI et CXC.

*Collectio graeca ex Apollodori bibliotheca, Luciani dialogis mortuorum et Demosthenis oratione de pace.* Versionibus adiectis et Apollodori fere noua: in usum iuuentutis scholasticae. Halae 1762. 12.

*Kirchlerus* in utili hac collectione dedit duo priores Apollodori libros, emendationibus Galei indubitatis in textum admittis, et in praefatione docet exemplis, (a Fabricio ad §. II. not. o. maximam partem adductis,) Fabrum ex quibusdam dicendi formulis male suspicatum esse, Apollodorum fuisse Christianum.

*Apollodori Atheniensis bibliothecae libri tres ad codd. MSS. fidem recensiti a Chr. G. Heyne.* Göttingae. tom. I. (qui continet textum graecum) 1. 82. 12. tom. II. III. et IV. qui peculiarem habent inscriptionem:

*Ad Apollodori Atheniensis bibliothecam notae, auctore Chr. G. Heyne, cum commentatione de Apollodoro, argumento et consilio operis, et cum fragmentis.* part. I. II. III. Göttingae 1783. 12.

Haec est praestans illa et optima editio, ad quam saepe prouocauimus. Quorum codd. mssorum varias lectiones et quem adparatum V. D. habuerit, iam supra declaratum est. Nactus quoque est ex venditione publica librorum P. Burmanni II. tria exemplaria Apollodori, variis lectionibus, manu adscriptis, instructa, ex quorum unico, lectione codicis Dorvilliani stipato, fructum tantummodo capere potuit. Sed quomodo versatus sit in restituendo, emendando illustrandoque auctore, ipse clare copioseque exposuit in commentat. part. III. pag. 953 sqq. Notae praebent critices, litteraturae, antiquitatis et mythologiae antiquae thesaurum:

*Apollod. Biblioth.* cum indice verborum graeco-german. locupletissimo a *K. H. Iovdens*, Berol. et Libau. 1789. 8. Textus gr. repetitus est ex recensione Heyniana. conf. *len. Allgem. Litteraturz.* m. Aug. 1789. nr. 271. pag. 619 sq.

Latinam *Argii* versionem, eiusque editiones iam supra in notitia principis editionis memorauimus. — *Gallice* vertit *Iana: Possinatius*, Paris. 1605. 12. — *germanice* cl. *I. G. Meusel*, in praesenti Prof. histor. Erlangensis, Halae Sax. 1768. 8.

*Bachet Meziriac.* in notis, gallice scriptis, ad Ouidii epistol. her. passim et frequenter illustrat Apollodori loca. — *Chr. Guil. Metzgerlich*, in praesenti Prof. Göttingensis, eruditam scripsit *Epistolam criticam in Apollodorum* ad V. III. C. Gotlieb Heyne. Accedunt nonnulla in Statium et Catullum. Göttingae 1782. 12. — *Koen* ad Corinth. grammat. aliquot Apollodori loca; multo plura autem *Henr. Verheyk* in notis ad Antoninum Liberalem passim illustrarunt aut correxerunt. *Harl.*

#### V. Editiones promissae.

Dolendum est *Bacheti Meziriaci* et *Henrici Valefii* commentarios in Apollodori bibliothecam intercuisse. De illo \*) *Claudius Sarravius* pag. 99. epist. ad Alex. Morum data 14. Martii 1644. *Burgii Sebastianorum diem* obiit ante decem aut circiter annos vir insignis *Caspar Bachetus*

\*) Vide *Simonii* biblioth. critic. tom. IV. cap. 16. pag. 129 sq. *Heumann.*

*Bachetus Meziriacus. Habere se dicebat paratum Apollodorum cum eruditissimis commentariis, in quibus omnis mythica theologia explicatur. Vir erat doctus et accuratus, ut constat ex eius libello de Aesopo et fabulis Aesopiceis aliquotque sacris epistolis ad Ovidianarum exemplum concinnatis, quae omnia video a magnis viris in summo pretio haberi. Sane concidisse ff) fertur spes omnis edendi huius operis, etsi anno 1661. adhuc Tan. Faber scripsit in notis ad Apollodorum pag. 259. Praeterea nondum fortasse desperandum est, promissos olim Meziriaci commentarios editum iri; ille certe aliquid praesclarum et se dignum praestiterit, qui quidem longe doctissimus fuerit, rem amplam habuerit, et otio abundavit plurimo. — De Henrico Valesio Colomesius in opusculis pag. 97. Parmi ses ouvrages Manuscrits il me dit qu'il avoit des remarques sur l'Apollodore qui écrit de Dieux gentium, qu'il distingue tres doctement avec l'excellent Mr. Vossius sur Pomponius Mela, de celui dont nous avons la Bibliothekue. Fabric. — Simile fuit studium et consilium Bignoni, vid. eius Elogium in Hist. de l'Acad. des Inscrip. tom. XVI. pag. 337. — Cl. Schow, Danum, novam Apollodori, eamque codd. italic. correctionem paraturum esse cognovi. Harl.*

#### VI. Scripta Apollodorī deperdita.

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιριδῶν. Athen. XIII. pag. 567. A. pag. 583. D. XIV. p. 586. A. 591. C. Etymol. M. Harpocrat. et Suidas in Νάννιον ac Φανοςστράτη. [vid. Heyne, qui fragmenta collegit atque illustravit, part. III. pag. 163 sqq.]

Ἀντιγραφή πρὸς τὴν Ἀριστοτέλους ἐπιστολήν. Athen. XIV. pag. 636. [vid. Heyne pag. 1172.]

Γῆς περίοδος, κωμικῶ μέτρῳ <sup>ss)</sup>. Chorographia, versibus iambicis. Strabo XIV. pag. 677. Steph. in Ἄβυλλοι et Ἀβρίλα, Γαυρόμηλα, Νῆβαι et Ὀρεβίται, vbi vide Holsten. [Apud Stephanum Byzant. in Γαυρόσεισ occurrit Apollodorus ἐν πρώτῳ γεωγραφουμένων.] At apud Tzetzem III. hist. 100. τὸ περὶ νήσεων, πόλεων καὶ δήμων βιβλίον non referendum est ad Apollodorum, cuius nomen praecessit, sed Stephanum Byz. cuius nomen sequitur, quod ex particula δὲ videtur esse perspicuum. [vid. Heyne pag. 1126 sqq. qui plura collegit et partim examinavit.]

[Ἐν γλώτταις. Citatur Apollodorus in scholiis Venetis ad Homerī Iliada, α. 244 et 567. Nisi hoc opus idem fuerit, quod dicitur alias περὶ ἐτυμολογιῶν, aut pars illius: multa fragmenta aut nomina, quae ab Heynio ad lib. de etymologiis referuntur, ex opere γλώτταις deperdita videntur. Harl.]

Περὶ Δηλίων non videtur librum scripsisse Apollodorus, sed obiter de illis quaedam tradidisse in opere etymologiarum, vel alio volumine. [P] Vide Athen. IV. pag. 172 sq. In insidem

ff) Vide Rich. Simonis lettres choisies, bibl. critique. tom. IV. epist. 16. Essais de literature, tom. V. pag. 247. ann. 1715. spes facta est commentariorum Meziriaci Parisiis edendarum. vide Acta eruditorum, germanice scripta, tom. IV. pag. 625 sq. Ipse Meziriacus prouocat ad illos commentarios in notis ad Ouidii Heroides tom. I. pag. 343. 349. tom. II. pag. 83. 151. 181. 205.

gg) Metrum comicum, (ait Heyne pag. 1075.) de iambis senariis, quales in comicis occurrunt paullo liberiores, accipiendum esse; nullus dubito: translatum hoc ad rerum expositionem brevem, quae memoria facile ita ligata oratione comprehendi posset, a Scymno, Chio, videmus, Apollodori, ut ipse ait, exemplo. coll. p. 1072 sq. vbi Scymni, Chii, versus adfert atque explicat. Harl.

iisdem etymologiis forte tradidit quoque rationem prouerbii γράϋς σερκφίος, quam ex Apollodoro repetunt Hesychius et alii. Sic rursus apud Athenaeum XI. pag. 482. Κύμβα ποτήριον. Ἀπολλόδορος παφίους, male de dramate Apollodori, comici, cui titulus fuerit πάφιοι, cogitarunt viri docti: nam sensus est, apud Paphios cymbam fuisse nomen poculi, idque tradidisse Apollodorum ἐν τῷ περὶ ἐτυμολογιῶν, vt diserte legas pagina proxima 483.

Δογματῶν συναγωγή. Laert. Chrylippo VII. 181. est Apollodori Ephilli, Stoici, de quo dixi cap. 10. huius libri, [tom. III. pag. 539.] et quem Laertius in Zenone VII. 39. diserte laudat ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὰ δόγματα εἰσαγωγῶν.

Περὶ Ἐπιχάρμου sextum librum citat Suidas in Καρδιώττειν. Epicharmum Κωμωδιογράφον in tomos siue volumina decem digessit Apollodorus, Atheniensis, teste Porphyrio in Plotini vita [cap. 24. vid. Heyne pag. 1142 sq.]

Ἐτυμολογίαι. Varro lib. IV et V. de lingua lat. Harpocrat. Etymol. M. schol. Apollionii III. 281. et librum secundum Athen. II. pag. 63. D. [Multo plura congeffit Heyne pag. 1144 — 1162.]

Ἡθική, quam laudat Laertius in Zenone, Apollodori Ephilli fuit.

Περὶ Θεῶν opus de diis in XXIV. libros distributum, teste Photio: quo tempus ἀδελον illustrauerat Apollodorus, vt in bibliotheca, quae exstat, tempus μυθικόν, et in chronicis tempus ἱστορικόν. Vide Galii diss. de scriptoribus mytholog. cap. 4. [cuius tamen opinionem reiecit et rem melius explicuit Heyne pag. 1040 sqq. et Sopatri, qui Constantini M. temporibus vixit, locum adfert et sub examen vocat. Harl.] Sopatri eclogas περὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι μυθευομένων Θεῶν, ex Apollodoro concinnatas, memorat Photius cod. CLXI. Librum primum Apollodori περὶ Θεῶν citat Steph. in Δωδώνη. Secundum Stobaeus eclog. phys. et Erotianus siue Herodianus in Χάριτες. Sextum Harpocrat. in Ἀποποιμαίς. Nomen Steph. in Ἄρεος πάργες. Quartum decimum Macrobi. I. 17. Sat. Decimum sextum Steph. in Ἀρεάς. Decimum septimum schol. Sophoclis Oedip. Col. v. 481. Vespasianum Porphyrius fragmento de Styge apud Stob. eclog. I. [vid. Heyne pag. 1074 sq. qui locum explicat.] Quamplurimis aliis idem opus laudatum sine librorum discrimine, vt idem praestantissimus Galeus adnotauit, [pluribusque ostendit exemplis Heyne, qui p. 1039 — 1072. loca, ex opere de diis seruata, persequitur.] Saepius illud respicit Tzetzes ad Lycophronem, quando Apollodorum, historicum, Atheniensem, citat.

Περὶ Θεῶν. Ἀλέξ. XV. pag. 681. D. [Alien. H. A. VIII. 7. schol. ad Nicandr. aliquoties: Sed Heyne pag. 1170. dubitat, an ille liber ad nostrum Apollodorum recte possit referri. Harl.]

Apollodorum ἐν τῷ περὶ κρηστῆρες ἕρπιδίω de vocabulo crateris citat Athenaeus XI. pag. 501. videtur respicere idem scriptum XI. pag. 479. a. et 497. f. [et alibi. vid. Heyne pag. 1165 sqq. qui putat, non singularem librum, sed caput operis etymologici fuisse. Harl.]

Περὶ νεῶν καταλόγος vel περὶ νεῶν vel simpliciter περὶ καταλόγος, libri XII. de nauium catalogo apud Homerum. opus [?] luculentum. Porphyrius apud Eusebium ad Iliad. B. pag. 139. καὶ Ἀπολλόδορος ὁ ἑλληνιστὴς ἐπραγματεύσατο τὰ περὶ τῆς καταλόγος

ἀριστα ἐν δώδεκα βιβλίοις. Laudat et respicit passim praeter eundem, sed cuius tempore iam perisse videtur, Eustathium, et auctorem schol. minorum in Homer. *Strabo*, ut VI. pag. 254 IX. pag. 405. 416. X. pag. 453. 457. 460. XIV. pag. 677. 678. 680. Reprehendit et quandoque ut VII. pag. 298. XII. pag. 553 sq. XIV. pag. 677 sq. [Plura Strabonis loca profert, interdum corrigit explicatque *Heyne*, qui a pag. 1099 — 1125. fragmenta illius operis colligit.] Librum primum citant scholia minora ad Iliad. β'. 103. Steph. in Ἀργύρεα, et Πλαταιά, secundum Strabo I. pag. 51. VII. pag. 298. scholia minora ad Iliad. α'. 42. *Tzetzes* Chil. VII. v. 761. quintum *Athenaeus* III. pag. 82. septimum *Steph.* in Κερώνη. Laudatur etiam hoc opus a schol. *Apollonii* III. 1039. et Steph. in Τένεδος. [Conf. *Villoison* prolegg. ad Apollonii lexic. Homer. pag. 24.]

Περὶ νομοθετῶν librum secundum citat *Laert.* in Solone lib. I. sect. 58.

Apollodorus ἐν τοῖς Ὀμήρῃ. *Schol.* Nicandri pag. 80. Videtur respicere libros in nauium catalogum, de quibus iam dixi.

Περὶ μύρων καὶ σεφάραν. *Athen.* XV. pag. 675. Forte Apollodori, medici. [vid. *Heyne* pag. 1173.]

Παρθικά. *Athen.* XV. pag. 682. sunt Apollodori Artemitae, de quo infra.

Περὶ Σώφρονος de Sophrone siue commentariorum in Sophronis mimos, [et quidem εἰς τὰς ἀνδρείας μίμους et εἰς τὰς γυναικείας μίμους Sophronis] libri, *Athen.* III. pag. 89. VII. pag. 281. *Etymol. M.* in Ἀλφεισίς, Ἀσαλὶς etc. Librum tertium citat *Athen.* VII. pag. 281. quartum schol. Aristophanis ad Vesp. v. 483. Confer *Casaubonum* ad Athenaeum VII. 6. Vetus scholion graec. in Nazianzeno apud B. de Montfaucon in diar. ital. pag. 214. [*Heyne* pag. 1138. *Villoison*. prolegom. ad Homeri Iliad. pag. 29.]

Περὶ φιλοσόφων αἰρίσεων. *Laert.* in Solone lib. I. sect. 60. nisi sit Apollodori Ephylli, Stoici.

Τραγιάμβων primum auctorem fuisse Apollodorum, scripsit Suidas in Ἀπελλόδῳ et Τραγιάμβω, [et Eudocia pag. 63.] forte, quod primus iambis <sup>h)</sup> scripsisset res serias, historiam scilicet et geographiam. Confer *Galei* diss. de scriptoribus mytholog. pag. 47 sq. [Is vero tragiambos cum comicis iambis idem fuisse putat.]

Φυσική, siue Φυσική κατ' ἀρχαίαν. *Laertio* in Zenone laudata, auctorem potius habuit Apollodorum Ephyllum, Stoicum.

Χρονικά, siue χρονική σύνταξις a Troia capta ad sua vsque tempora, versibus iambicis, opus, historiam annorum 1040. <sup>ii)</sup> complexum, atque Attalo, Philadelpho <sup>h)</sup>, Pergami regi, dedicatum,

<sup>h)</sup> Sed tragicī iambi a comico metro, (vid. notam antecedentem,) diuersi videntur: nec nostrum Apollodorum forsan alium inuentorem esse tragi iambi, et Suidae locum negligenter exscriptum, fit credibile. vid. *Heyne* p. 1075 sq. *Harl.* — *Cercidae* μιλαμβοί. *Laert.* VI. 76.

<sup>ii)</sup> A Troia capta ad Olympiadem primam annos 408. intercessisse, Apollodorus docuerat. In-

cidit igitur ex eius calculo Troiae excidium in annum ante C. N. 1184. subductis inde annis 1040. supra memoratis, chronica patet substitisse in Olymp. CLIX. 1. A. C. 144. V. C. 610. Ptolemaei Euergetae II. anno altero, et anno XVI. Attali, Philadelphi, adnotante *Heynio* pag. 1074. qui a pag. 1072 — 1099. fragmenta aut memoriam illorum congeffit partimque illustrauit. Sed vide notam supra ad §. I. et Scyrius ann. 3. Olymp. CLXII.

dedicatum, teste Scymno, Chio, [in periegesi v. 16—49.] Vide Galei diss. de scriptoribus mytholog. cap. 6. *Menagium* ad Laert. lib. I. sect. 37. et II. 2. Librum primum, secundum, tertium, et quartum Chronicorum laudat Stephanus Byz. tertium etiam Laertius IV. 23. 28. *ostanum* huius, ut videtur, operis *Synceilus* pag. 185. Citantur etiam [P] Apollodori Chronica a Diodoro Sic. Strabone, Luciano in longaeuis, Gellio XVII. 4. et aliis quam plurimis. Confer *Ionsium* pag. 194. Praecipue diligenter eo in aetate philosophorum adsignanda usus est Laertius. [Apollodorus enim non solum epochas illustriores, sed etiam virorum clarorum aetates passim designauerat in isto opere, cuius iactura deploranda est.]

VII. *Apollodori plures* 11).

*Apollodorus, Adramythenus.* Strab. XI. pag. 525, sed legendum videtur Artemites. Ita quoque fortassis pag. 516.

*Apollodorus, architectus,* de quo supra cap. 24. huius libri §. 2. Vide et notas elegantissimi *Hemsterhuisii* ad Pollucis X. cap. 51.

*Apollodorus, Artemites,* siue ut Stephano Byzant. audit, Ἀρτεμητενός, Parthica scripsit, memorata Straboni II. pag. 118. XI. pag. 509. et initio libri XV. *Athenaeo* XV. 682. vbi librum quartum. [vid. *Heyne* pag. 1177.]

*Apollodorus, Aspendius,* philologus, in veteri Inscriptione Ephesina apud praestantiss. Sponium: ἡ βεβλή ἐτίμησεν Πόπλιον Αἴλιον Φλαβιανόν Ἀπολλόδορον Ἀσπένδιον Φιλόλογον. Τὸ δὲ μνημεῖον κατεσκευάσεν Πόπλιος Αἴλιος Φλαβιανὸς Ζαῖλος ὁ ἀδελφὸς αὐτῆ.

*Apollodorus, Atheniensis,* pater Archelai, qui Socratis magister fuit. *Laert.* II. 16. *Iustinus Mart.* Alius, pro quo Isaei oratio, ὑπὲρ τῆ Ἀπολλοδώρου κλήρου.

*Apollodorus, Atheniensis,* comicus, de quo supra lib. II. cap. 22.

*Apollodorus, Atheniensis,* pictor, infra in *Σκιαγράφος.*

*Apollodorus, Carystius,* comicus, de quo supra lib. II. cap. 22.

*Apollodorus Κασσανδρεὺς, Cassandriae* tyrannus, in Thracia ab Antigono, Macedoniae rege, oppressus; de quo vid. *Huinsius* ad Ouid. II. ex Ponto v. 43.

*Apollodorus, Citiens,* (al. Scilleus) ac *Tarentinus* laudentur a *Plinio* XX. 4. Forte alter horum, Galeno laudatus scripsit, περὶ θηρίων de bestiis venenatis, schol. *Nicandri* p. 50. b. et *Plin.* Indice lib. XI. Περὶ μύρων καὶ σεφείων, *Athen.* XV. pag. 675. *Plin.* de odoribus indice lib. XII et XIII. Περὶ βετανάν. schol. *Nicandri* pag. 47. b. *Apollodorus, medicus,* in volumine, quo suasisit *Ptolemaeo,* regi, quae vina biberet. *Plin.* XIV. 7. [conf. *Heyne* l. c. pag. 1171 et pag. 1173.]

P p 2

*Apollodorus,*

CLXII. laudat Apollodori chronographiam. vid. *Fabric. Biblioth. Graec.* vol. III. pag. 35. vet. edit. *Harl.*

kk) De hoc Philadelphi cognomine vide *Edm. Chishull* antiquitt. asiaticas pag. 148 sq.

ll) Conf. *Ionsius* II. 17. pag. 204. *Heumaun.*

*Apollodorus, Coreycus, Clem. Alex. V. Strom. pag. 570.*

*Apollodorus, Cumanus, grammaticus primus et criticus dictus Clem. Alex. I. Strom. pag. 309. Amphiclyonibus honorem tribuentibus. Plin. VII. 37. Hist. [vid. Heyne p. 1176.]*

*Apollodorus, Cyrenaeus, grammaticus, schol. Eurip. Oreste v. 1485. Etymol. M. in Βωμολόχος. Athenaeus XI. pag. 487. Suid. in Ἀντικύριος, Βωμολόχος, Νέαιον et Βδελίσσω. De poculis scripsisse innuit Athen. XI. pag. 573. Etiam de diis aliqua composuit, si credimus Natali Comiti III. 16. 17. 18. et IX. 5. nisi Cyrenaeum cum Atheniensi, grammatico, confudit. [P] [conf. Heyne pag. 1174 sqq. et pag. 1167. num hic, an Atheniensis de poculis scripserit.]*

*Apollodorus, Cysicenus, Laert. in Democrito IX. 38. male Apollodotus legitur apud Clementem II. Strom. pag. 417.*

*Apollodorus, Damascenus, architectus. Procop. lib. IV. de aedificiis Iustiniani.*

*Apollodorus, Democriti adfectator, qui magica scripsit. Plin. XXIV. 17.*

*Apollodorus ὁ Δωριεύς. schol. Theocriti Idyll. I. v. 52.*

*Apollodorus Ephillus, Stoicus, cuius est ἡθική laudata Laertio in Zenone et Φυσική (κατὰ τὴν ἀρχαίαν) quam citat idem Laertius et Stobaeus pag. 20. eclog. Vide, quae notavi supra cap. 10. huius libri, [vol. III. pag. 539.] et Suidam in Θεῶν. Idem forte est Apollodorus, quem cum Chrysippo iungit Tertull. cap. 15. de anima.*

*Apollodorus, Epicureus <sup>mm)</sup>, ἐν πρώτῳ περὶ τῶ Ἐπικύρου βιβλ. Laert. X. 2. Mentio eiusdem sect. 10. et forte 25. vbi κηποτέραν vocatur, quasi regnum quoddam tenens in horto siue schola Epicuri, et quadringentorum amplius voluminum auctor, ac praeceptor Zenonis, Sidonii. [conf. supra in vol. III. pag. 600.]*

*Apollodorus, Erythraeus. Laert. lib. I. cap. 6. ex Varrone, et de ira dei cap. 22. Photius quaeft. 160. ad Amphilochem.*

*Apollodorus, Gelous, comicus, de quo supra lib. II. cap. 22.*

*Apollodorus ὁ γεραίψατος τῶ ὕμνων. Erotian. in Τέρψεν. [Alias ignotus.]*

*Apollodorus, Lemnius, περὶ γεωργίας. Aristot. Politic. lib. I. cap. 7. Varro de re rust. Plinius indice libri XIV. XVII. XVIII.*

*Apollodorus, Logisticus. Laert. Solone I. 25. et Pythagora VIII. 12. Ἀριθμητικὸς Athenaeo X. pag. 458. Male Apollodotus apud Plutarchum de non suau. viii. secundum Epicur. pag. 1094.*

*Apollodorus, mechanicus, et architectus, de quo dixi cap. 24. huius libri §. 2.*

*Apollodorus ὁ Μεγαρεῖτης, Megarensis, citatur a Stobaeo, ut notauit Scipio, Tettus, et, qui ex eo pleraque retulit, Simlerus in biblioth.*

*Apollodorus, Nicaenus. Stephanus in Νικάεια. Male Καίανος in Meursii biblioth. graeca pag. 1232.*

*Apollodorus,*

*mm)* Hunc confundit cum Apollodoro, Atheniensi, Bosius ad Cic. Attic. XII. 23. Harl.



*Apollodorus, Parius*, Apollonii F. de quo inscriptio graeca apud *Sponium* pag. 336. miscell. et emendatius apud *Bernardum de Montfaucon* in diario italico pag. 38.

[*Apollodorus, Pafonis* F. Hunc, qui multas dixit causas orationibus, quas Demosthenes scripserat, habitis, *Heynius* V. C. pag. 1178. apud *Athenaeum* XIII. pag. 573. B. intelligit. *Harl.*]

*Apollodorus, Pergamenus*, rhetor, qui Augustum imp. Apolloniae instituit, auctor sectae Apollodorea. *Strabo* XIII. p. 625. qui et eius *τέχνας* memorat. Citatur saepiuscule a *Quintiliano*, etiam in dialogo de oratoribus. Vide et *Sueton.* Augusto cap. 89. Meminit et *Plinius*, (nisi Apollonii nomen repenendum, indice lib. XV.) *Eusebius Chron.* et *Lucian.* *Macrobiis*, qui 32. annos vixisse testatur.

*Apollodorus, Peripateticus*, forte, ad quem epistola a *Lynceo Sainio Theophrasti* discipulo scripta laudatur ab *Athen.* IX. 14.

*Apollodorus, Phalereus*, Socratis amantissimus, aliis omnibus asper, ideo *μαυνικός* dictus. *Plato* *Symposio*, *Plutarch.* *Catone minore*. In epistolis Socraticis *Allatianis* pag. 46. vocatur *μελακός*, forte, quod Socrati [P] morituro tulit tunicam ex pretiosa lana pulchreque textam et simile pallium, rogavitque, ut sic ornatus demum cicutam biberet. *Aelian.* I. var. *Hist.* cap. 16.

*Apollodorus, rhetor.* Vide supra, *Pergamenus*. — Alius *Apollodorus*, rhetor, iunior, quem *S. Nilus* lib. I. epist. 75, reprehendit, quod, quam Christo nomen dedisset, ad idola reuertisset.

*Apollodorus σκιαγράφος* circa Olymp. XCIII. *Plin.* XXXV. 9. *Eustath.* ad *Iliad.* κ'. *Franciscus Iunius* catalogo pictorum pag. 24.

*Apollodorus, Scilleus.* Supra in *Citico*.

*Apollodorus, Socraticus*, vide paullo ante, *Phalereus*.

*Apollodorus, statuarius.* *Plin.* XXXIV. 8.

*Apollodorus Syllus.* *Cic.* I. de natura deor. [cap. 34. vbi vide *Dauis.* est supra inter *Stoicos* de *Apollodoro*, *Ephillo*, vol. III. pag. 539.] Nisi potius distincte legendum *Apollodorus*, *Syllus*.

*Apollodorus, Tarentinus.* Supra in *Citico*.

*Apollodorus, Tarsensis*, tragicus, de quo supra lib. II. cap. 19. [Alius *Tarsensis*, grammaticus. vid. *Heyne* pag. 1174.]

*Apollodorus, Telmiffensis*, ἀνήρ ἐλλόγιμος, de somniis scripssisse videtur. Laudatur *Artemidoro* lib. I. cap. 82.

*Apollodorus, Tyrannus*, memoratur *Platoni*, *Aeliano*, *Plutarcho*, *Valerio Maximo*, *Senecae* II. 4. de ira et VII. 19. de beneficiis, et, qui sepulcrum eius memorat, *Pausaniae* in *Atticis*. *Euphorionis* *Chalcidensis*. poema, cui titulus Ἀπελλέδωρος, teste *Parthenio*, *schol.* *Apollon.* et *Lycophron*.

Non raro etiam *Apollodori* nomen pro *Apollonia* positum obseruauit viri docti, vt apud Stephanum, vbi *Apollodori Carica* citantur, vel vbi *Pontica*, vt in scholiis ad Apollon. Rhodium. [II. 159. conf. *Heyne* p. 1177 sq.] Etiam *Apollodorum*, Ephesium, ingerunt nonnulli pro *Artemidoro*.

Fuit et *Apollas*, aduersus quem scripsit Chrysippus, teste *Laertio*, VII. 193. 197. nescio, an is, qui *Apollodorus* dicitur apud *Ciceronem* I. de natura deor. cap. 24. *Zeno quidem non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceteros sigebat maledictis* etc. Ita enim rectius videtur locus iste legi in melioribus edit. quam, vt alii coniungunt, velut vnius hominis nomen, *Apollodorus Syllus*. At *Apollas* ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων, laudatus *Athenaco* IX. pag. 369. idem videtur viris doctis, qui *Marciano* *Heracleotae* pag. 63. est Ἀπελλᾶς ὁ κρηναῖος, et cuius *Δελφικᾶ* citat *Clemens* protreptico pag. 31. Fuit et *Apellias*, scepticus, apud *Laert.* *Timone* IX. p. 597. vbi citatur eius liber, cui ab alio sceptico huius nominis titulum fecerat *Agrippam*. Etiam apud *Sextum Empiricum* mentionem huius *Apellae* fieri, notauit *Meursius*, qui locus me fugit. Alios *Apellas* refert *Menagius* ad *Laertii* *Chrysippum* pag. 342. et *Grotius* ad *Rom.* XVI. 10.

Non omittendus et *Apollo*s in sacro *Actorum Apostolicorum* libro XVIII. 24. et *1 Cor.* I. 12. III. 4. etc. et *Tit.* III. 13. atque in *Clementis Romani* epistola cap. 47. memoratus, quia Ἀπολλῶς per contractionem [Π] pro *Apollodoro* dictum esse notauit *Salmasius* epist. ad *Menagium* de *Herode* infanticida pag. 65. Ἀπολλῶς ὁ Ἀλεξανδρεὺς λόγιος, ὁ ποτιστὴς τῶν Χριστῶν μαθητῶν inter discipulos Christi rigator, ita enim reddenda mihi videntur verba *S. Nili* II. 49. epist. vir *Alexandrinus* ex *Iudaeis* valde eloquens et perfectus in lege, episcopus *Corinthiacorum*. *S. Hieron.* in *Tit.* III. 13. De eo consulendi *Io. Prideausius* *Opp.* latin. pag. 463 sq. et *Vitringa* III. 21. var. obs.

*Apollodorus* ἐν ῥύτινῳ citatur a *Plutarcho* quaest. graec. pag. 301. nec dubitarunt aliqui, ῥύτινον *Apollodori*, comici, dramatis adscribere. Sed locum consideranti patebit, historicum opus respici, *Apollodori* forte *Tarentini*, et fortasse pro ἐν ῥύτινῳ legendum est *Ταρεαντῖνος*, licet de *Tarentinorum* duce *Dinone* alius quoque *Apollodorus* tradere hoc potuerit, quod commemorat iam dicto loco *Plutarchus*, eum praecone suffragia plura contra sententiam lata iactante, praetulisse pauciora, ἀλλ' ὄντως, inquit, βελτίες, at haec meliora sunt.

Praetereo alios *Apollodoros*, vt *Tyrannum Cassandrensem*, de quo *Aelianus* XIV. 41. XV. 15. Var. Excerpta Peiresc. pag. 265. *Plutarch.* de sera numinis vindicta pag. 555. 556. *Polyaenus*, *Muret.* XVII. 17. var. lect. etc. *Cyzicenum*, ducem *Atheniensem*. *Aelian.* XIV. 5. Var. *Apollodorum*, *Amphipolitanum*, praefectum *Babylonis*, *Diodor.* Sic. XVII. pag. 538. *Curt.* V. 9. *Arrian.* VII. pag. 161 sq. *Apollodorum*, *Siculum*, *Plutarch.* *Caesare* pag. 731. *Apollodorum* sub *Honorio* et *Arcadio* imp. Comitum et *Procos.* *Africae*, ad quem aliquot *Symmachi* epistolae exstant. Conf. *Iac. Godofredus* in *prosopographia* cod. *Theodosiani* pag. 350 sq. tom. VI.

111) Non huius, sed *Apellis* pictoris facit mentionem *Sextus Empir.* I. *Pyrrhon.* sect. 28. [conf. *Fabric.* not. ad *Sextum Empir.* pag. 41.]

tom. VI. Fuerunt et *Apollodori* inter Archontes Athenis Olymp. LXXXVII. 3. CVII. 3. CXIV. 4. CXV. 2.

VIII. Apollodoro subiiciam ANTIGONVM, illo licet antiquiorem, vtpote qui sub Ptolemaeo Philadelpho scripsit <sup>oo</sup>). Huius vnicus libellus ad nos peruenit *ισοριῶν παραδόξων συναγωγή*, *historiarum mirabilium collectio*, qua mirandae <sup>pp</sup>) et singulares obseruationes de animalibus et aliis rebus naturalibus breuiter referuntur, excerptae ex auctore libri de admirandis auditionibus, qui inter Aristotelis scripta <sup>qq</sup>) legitur (a cap. XXXII—CXXVII.) tum e *Callimachi* <sup>rr</sup>) *ἐκλογῇ τῶν [P] παραδόξων* (a cap. CXLIV—CLXXXIX. siue ad finem libri) et aliis quibusdam scriptoribus, quorum catalogum e Meursii editione subiunxi, [et ego ex Beckmanni edit. aliquantulum auxi:]

Aeschylus *τοξότισι* cap. 127.

Alcman 27.

Amelesagoras, Atheniensis, *Ἀτθίδι* 12.

Aimometi *ἀνάπλες ἐκ Μέμφεως εἰς τὴν καλυμένην ἴσιδος κρήνην* 164.

Archelaus, Aegyptius, *περὶ παραδόξων*. 23.

*Περὶ Θαυμασίων* 96.

Aristoteles 18. 23. 24. 26. 31. 32. 43. 52. 66. 97.

127. 159. 185.

*Περὶ ζῴων* 66.

Callimachus 177. Aegyptius 51. Callimachi,

Cyrenaei, *ἐκλογὴ παραδόξων* 144.

Ctesias 16. 128. 160. 165. 181. 182.

Eudoxus 135. 144. 153. 162. 169. 177. 178.

Hellanicus, Lesbicus 139.

Heraclides 167.

Herodorus 48.

Herodotus 25.

Hesiodus, nomine quidem non addito, 25.

Hippon (Hippys), Rheginus, 133.

Homerus 28.

Lycus 66. 148. 170. 175. 185. 188. Rheginus 154.

Megasthenes *Ἰνδικοῖς* 147.

Myrsilus *λεσβιακοῖς* 5. 17. 129.

Nicagoras 173.

Phanias

<sup>oo</sup>) *H. Dodwell*. *diff. de aetate peripli Hanno-*  
*nis* §. 21. pag. 33. *Voff*. *Hist. gr. lib. I. cap. 12.*  
*pag. 78 sq. Fabric.* — *Saxius* in *Onomast. lit. I.*  
*pag. 103.* aetatem illius confert ad A. M. 3733.  
Olymp. CXXVII. 1. ante C. N. 270. a. V. C. 482.  
aut paullo post: *Hamberger* in *zuverlässigen*  
*Nachrichten etc. tom. I. pag. 325.* ad A. M. 3700.  
ante C. N. 284. *Harl.*

<sup>pp</sup>) Alios mirabilium et paradoxarum narra-  
tionum scriptores retuli lib. I. cap. XXII. §. IV.

<sup>qq</sup>) Vide, quae supra cap. V. §. XXI. p. 245.  
*Fabric.* — cl. *Schneider* *Periculo critico* in *Antho-*  
*logiam Constantini Cephalae*, (Lipsiae 1772. 8.)  
subiecit cap. V. pag. 132—147. emendationes in  
Aristotelem et Antigonum Carystium; in quo ut  
per multa loca, a Meursio non curata, ex ipsis Ari-  
stotelis libris felicitate ingenii sui restituit; ita ex  
Antigono Aristotelis loca emendauit. Statim ve-  
ro ab initio capitis, „ego vidi, ait, mirabundus,  
nullum fere caput esse in Antigono ex Aristotele

sumtum, quod non corruptelae aliquam maculam  
ignoratione librorum conceperit. Duo in vnum  
capita confusa; verba omissa, sine quibus sensus  
laborat. — Fatendum tamen est, saepe An-  
tigonum eximiam opem corruptis philosophi locis  
emendandis praestare: qua in re tamen cautione  
esse vtendum magna facile video, quia Antigonus  
interdum verba aliquot de suo addit, resque ab  
Aristotele traditas saepe aliis verbis eloquitur.  
— Mira fuit interdum Antigoni socordia,  
qua philosophum exscripsit, ea, quae vel caput  
rei faciunt, vel sine quibus reliqua vix intelli-  
gi possunt, omittentis.“ *Harl.*

<sup>rr</sup>) Obseruatum hoc post Stanleium clarissimo  
Bentleio, qui multa Antigoni loca egregie illu-  
strat atque emendat in fragmentis *Callimachi* pag.  
328 sq. *Fabric.* — f. tom. I. edit. Ernesti, 1761.  
8. pag. 444—455. coll. *Schneidero* l. c. p. 136.  
qui tamen de loco quodam culpat Bentleium.  
*Harl.*

Phanias 171. 187.

Philetas (ἐν Ἑρμηνείᾳ) 8. 23.

Philo Αἰθιοπικοῖς 160.

Philoxenus 141.

Pindarus 155.

Polyeritus 150.

Σαμιακῶν ὄρων auctor 132.

Theophrastus 145. 174.

Theopompus 14. 15. 131. 152. 156. 180. 186.  
189.Timaeus 1. 149. 155. 168. Eius Σικελικῆ  
ἱστορίας 1.

Zenophilus 166.

Primus Antigonum graece et latine cum versione sua edidit Guil. Xylander, descriptum e bibl. Palatinae<sup>55)</sup> vetustissimis membranis, rarissimo mihi quae alias nunquam viso litterarum genere conscriptis, quae eius sunt verba in praef. ad Albertum a Steten. Prodiit Xylandri editio una cum M. Antonini libris εἰς ἑαυτὸν et Apollonii, Dyscoli, Θαυμασίου, ac Phlegonte Tralliano, graece, et seorsim latina Xylandri horum librorum versione, per Thom. Guarinum, Basil. 1568. 8. [adnotat. ad Antigonum leguntur pag. 320 — 322.] — Ioannes deinde Meursius Antigonum seorsim edidit cum interpretatione Xylandri, addiditque eruditas notas Lugd. Bat. 1619. 4.<sup>56)</sup> exemplis quibusdam huius editionis annum 1622. praeferebantibus. Nam Londinensem Hendreichio memoratam chimaericam esse existimo, [P] neque vidi alteram Xylandri Argentoratensem, quam idem commemorat anni 1590. 8. Fabric. Conf. Clement bibl. curieuse etc. I. pag. 369 sq. — Nouissima, plenissima optimaque est editio:

Ἀντιγώνη — Antigoni Carystii historiarum mirabilium collectanea, explicata a Ioanne Beckmann, Prof. Gotting. Additis annotationibus G. Xylandri, I. Meursii, R. Bentley, I. G. Schneideri, I. N. Niclas aliorumque cum interpretatione G. Xylandri. Subiectis sub finem annotationibus ad Aristotelis auscultationes mirabiles. Lipsiae 1791. 4.

Praemissa sunt excerpta ex praefatione Xylandri, praefat. Meursii, excerpta ex Schneideri periculo critico in antholog. (ex quo libro, quae ad Antigonum adnotata sunt, excerptit;) et ex Dodwelli diss. de periphi Hannonis aetate. Notae criticae separatae sunt ab exegeticis, quae multa historiae naturalis capita egregie explicant. Censor in ephemerid. litter. Gotting. nr. 89. pag. 977. a. 1791. quaedam adnotat et corrigit. — Salmastius, qui Solinum multa debere Antigono, perperam, credo, arbitratus est, in Exercitatt. Plinianis passim, e. g. pag. 107. b. D. pag. 157. b. A. pag. 173. 179. et alibi varia Antigoni loca tentauit aut exposuit. Harl.

Praeter hanc ἱστορίων παραδόξων συναγωγὴν Phlegonti cap. 28. mirabil. et Stephano Byz. laudatam in<sup>57)</sup> Γύραρος, scripserat Antigonus, Carystius, etiam alia, ut:

55) Conf. Sylburg. in catalogo MSSorum in Bibl. Palatina in Monumentis pietatis et litterariis virorum — illustrium, Francof. ad Moen. 1701. 4. pag. 124. cod. CCCLXXXIX. qui praeter alios continet Parthenii de amatoriiis affectionibus, historiolas XXXVI. Antonini Liberalis metamorphos. fabb. 41. Apollonii historias mirabiles, Antigoni historiarum incredibilium collectionem etc. De editionibus conf. Beckmann. praef. p. IV sqq. Harl.

56) Apud Isaac. Elzevir. Meursius permulta loca egregie sanauit, et, collato Aristotele, restituit. Illa editio repetita est in Operibus Meursii, a Io. Lamio collectis vol. VII. pag. 3 — 72. Harl.

57) Xylander in Stephano suo Byz. adnotauit, Antigonum, Carystium, hunc ipsum esse, cuius Θαυμασία nuper in lucem emiseric. Non primum itaque hoc a Meursio obseruatum fuit.

B'as siue vitas philosophorum, Laertio et Athenaeo, *Eusebio* XIV. 18. praep. et Hieron. de script. eccl. celebratas, de quo opere videndus *Iosius* II. 4. 1. Respicit et *Suidas* in Ὠπεθλαδίας.

Περὶ ζώων *Hesych.* in Ἰλίοι.

Περὶ λέξεως *Athen.* III. pag. 88. VII. pag. 297. 303.

Poema heroicum, cuius titulus Ἀντίπατρος. *Athen.* III. pag. 82. qui duos inde versus adducit.

Videntur etiam huic *Antigono* tribuendae ἀλλοιότητες siue metamorphoseon liber, quem laudat *Antonius Liberalis* cap. 23. At ἱστορικὰ ὑπομνήματα, quae ex *Athenaeo* XIII. p. 610. inter scripta huius *Antigoni* doctissimus *Vossius* refert, *Carystio Pergameno* tribuenda sunt ex plurimis aliis *Athenaei* locis, non *Antigono*, qui a patria *Carystio*, *Euboeae* civitate, *Carystius* dicitur. Alii fuerunt 1) *Antigenus*, *Alexandrinus*, grammaticus, citatus ab *Erotiano* in prooemio et in *Πηγυρά*. Hic forte respicitur a scholiaste *Nicandri*, ubi citat *Antigonum*. 2) *Antigonus*, *Cumanus*, qui de re rustica scripsit, laudatus *Varroni*, *Plinio*, *Columellae*. 3) *Antigonus*, pictor, qui de pictura scripsit, teste *Plinio* XXXV. 10. περὶ πινάκων, de tabulis πίθων. *Laert.* *Chryippo* VII. sect. 138. Diversus, ut videtur, 4) *Antigonus*, qui de toreutice scripsit, teste rursus *Plinio* in indice libri XXXIV. Hunc, inter statuarios commemoratum, de arte sua scripsi fuisse ait XXXIV. 8. Videtur etiam fuisse 5) *Antigonus* quidam, mathematicus, ut ex auctore scholiorum graecorum in tetrabiblion *Ptolemaei* pag. 201. *Maurusius* colligit, idem, ut suspicor, qui inter *Arati* interpretes recensetur. 6) *Antigonus*, rex *Macedoniae*, cuius epistolam ad *Zenonem*, *Citium*, refert *Laertius* VII. 7. Eruditionem huius *Antigoni* *Dionysius* in epistola περὶ φυλακτικῆς apud *Paulum* *Aeginetam* lib. I. cap. vi. praedicat his verbis: ἐπαθὴ σοι συμβαίνει μεσοκράτα πάντων βασιλέων γενεῆς, καὶ πλεῖστον χρόνον βελτιωμένης, φιλοσοφίας τε πάσης ἔμπειρον ὄντα τυγχάνειν, καὶ τοῖς μαθηματικοῖς πρωταγωνιστὴν, ὑπελαμβάτων βασιλικὴν καὶ οἰκίαν εἶναι τὴν φιλοσοφίαν τὴν περὶ τῶν ὁρμητῶν ἀσκήν τε [P] καὶ θεωρίαν, γέγραφα σοι etc. Fueritne is auctor περιηγήσεως *Macedonικῆς*, laudatae a *Stephano* in Ἄθραις, dubito. Alius certe 7) *Antigonus*, *Italicae* historiae scriptor, quem laudat *Festus* in, *Romam*, et *Dionysius Hal.* I. antiq. pag. 5. At *Plutarchus* in *Romulo* pag. 28. *Antigoni*, regis, dictum refert, non, ut *Vossio* visum, *Antigoni*, scriptoris, *Italicam* historiam respicit. 8) *Antigonus*, medicus insignis *castrensis*, cuius passivum ad capitis dolorem refert *Galenus* II. de medic. secundum locos cap. 2. Meminit eiusdem *Marcellus Empiricus* et collyrium eius commendat cap. 8. [conf. *Fabric. B. Gr.* vol. III. in clencho medicor. pag. 63 sq.]

IX. Cum *Apollodoro Galeus* edidit *PARTHENII* <sup>oo</sup>, *Nicaeni*, volumen, quod de amantibus composuit, uti *Prabus* ad *Elog.* 3. *Virg'lii* vocat, ad cap. 15. huius libri respiciens: siue narrationes, soluto sermone scriptas, de iis, quae amantibus acciderunt: Παιθενίς Νικαέως περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων ad *Cornelium Gallum* <sup>uu</sup> qui sub *Augusto* imp. floruit et suavitate

uv) Vide *Bayle* didion. supplem. voc. *Parthenius*. *Harl.*

uu) De hoc *Gallo* videndus vir, doctus et

Vol. IV.

ingenio praestans, *Iustus Fontanini* libro de scriptoribus *Foroiulienibus*. *Fabric.* — *Iust. Iontanin.* histor. litterar. *Aquileiensis* libr. *Romae*

Q 9

1742.

tate carminum excelluit; ad quae componenda perquam opportunam huiuscemodi narrationum lectionem ipsi commendat. Τὰ πλεῖστα αὐτῶ τε παρέσθαι εἰς ἐπιήκει ἐλεγείας ἀνάγειν τὰ μάλιστα ἐξ αὐτῶν ἀερόδια etc. Μεταμορφώσεις eius memorat Suidas in Νέτωρ, quem et ipsum ait librum eo titulo scripsisse. Scriptores <sup>xx</sup>) e quibus narrationes suas collegit *Parthenius*, hi sunt:

Alexander, Aetolus, ex cuius carmine elegiaco, cui titulum fecerat Apollinem, profert versus quatuor et triginta cap. 14.

Andrisci Ναξιακά cap. 9.

Apollonii, Rhodii, Ἀργοναυτικῶν ἀ. cap. 28. Καῦνος cap. I. siue Καὺνος κτίσις, cap. II. Poema epicum, cuius decem versiculos *Parthenius* conseruauit, emendauit *Jf. Vossius* ad *Melae* lib. I. cap. I. 16.

Aristocritus cap. II.

Aristodemus ὁ Νυσαεὺς ἐκ ἀ. ἱστοριῶν cap. 8.

Aristoteles cap. 14.

Afclepiades, Myrleanus, Βιθυνιακῶν ἀ. cap. 35.

Cephalo, Gergithius, ἐν Τρωϊκοῖς cap. 4 et 34.

Declades cap. 13.

Diodorus ἐπαίτης (Gesnero *medicus*, *Vossio circulator*: sed interpres [P] forte rectius legit *Elaites*.) ἐν ἐλεγείαις cap. 14. Galeus in notis ad *Parthenium* pro *Diodoro* inuault *Dionysiodorum*, Troezenium. *Vossius* lib. de poetis graecis, memoriae, ut videtur, lapsu pro *Diodoro* *Dionysium* posuit.

Euphorion Ἀπολλοδώρω cap. 28. Θρακί cap. 13 et 26.

Hegesippus Μιλησιακῶν ἀ. cap. 16. Παληνικοῖς cap. 6.

Hellanicus Τρωϊκῶν ἀ. cap. 34.

Hermesianax cap. 22. Λέοντι (siue rectius *Λεοντίω*, ut apud *Athenaeum* et *Antoninum Liberalem* cap. 39.) cap. 5.

Ὁ τὴν Λέσβε κτίσιν ποιήσας, (*Apollonius*, forte *Rhodium*.) cap. 21. vbi ex illo poemate versus heroicis viginti et vnum adfert.

Licymnius, Chius, μελοποιός cap. 22.

Οἱ τὰ Μιλησιακά cap. 14. Vide supra in *Hegesippo*.

Moero,

1742. 4. pag. 1 — 61. Ego quoque de eo plura dedi in introductione in notitiam litteraturae romanae, tom. I. pag. 333 sqq. et in notitia breuiore litterat. rom. pag. 231 sq. Hinc *Saxius* in *Onomast. lit.* tom. I. pag. 182. adligat *Parthenii* aetatem A. M. 2975. Olymp. CLXXXVII. 3. ante C. N. 28. a. V. C. 714. Adde *Vossium* de histor.

graec. II. cap. 1. pag. 129 sq. et de poetis graecis cap. VIII. pag. 70. *Harl.*

xx) *Le Beau* iunior, nominat et explicat auctores, e quibus *Parthenius* libros suos amatorios concinnauit in *Histoire de l'Academie des Inscrip.* vol. 34. Paris. 1770. pag. 63 sqq. *Harl.*

- Moero, Μοιρώ, (poetria Byzantia.) ἐν ταῖς ἀρχαῖς cap. 27.  
 Neanthes ἐν β'. cap. 33.  
 Nicaenetus cap. 11. Δύρκω cap. 1.  
 Nicander cap. 34. ἐν τῷ περὶ ποιητῶν cap. 4.  
 Phanias, Erefius cap. 7.  
 Philetas ἐρμῆ cap. 2.  
 Phylarchus cap. 25 et 31. ἐν ιε. (interpres libro IV.) cap. 15.  
 Simmias, Rhodius cap. 33.  
 Sophocles Εὐρυάλω cap. 3.  
 Theophrastus ἐν τῷ πρὸς τὸς κωμῆς (interpres libro IV.) cap. 9. ἐν α'. τῶν πρὸς τὸς κωμῆς cap. 18.  
 Timæus Σικελικοῖς cap. 29.  
 Xanthus Λυδιακοῖς cap. 33.

Primus hunc scriptorem in lucem edidit cum versione sua *Ioannes Cornarius*, Zuicciavienfis, Basil. 1531. 8. apud Frobenium. — Cum eadem interpretatione prodiit iterum Basil. 1555. fol. inter scriptores de exemplis virtutum et vitiorum, quos infra in Aeliano recenseo, et ex officina Commelini graece et latine iunctus Achillis Tatii, et Longi Eroticis a. 1601. 8. [Habeo editionem: *Achillis Tatii* — lib. VIII. *Longi* sophistae — lib. IV. *Parthenii Nicoenensis* de amatoriis affectibus lib. I. *iterum* edita graece ac latine in bibliopolio Commeliano. MDCVI. (1606.) 8. Praefatio Iudae et Nicolai Bonnuitorum ad Gruterum scripta est 1601. prid. Kal. April. Estne igitur intra quinquennium in offic. Commelin. bis excusa illa collectio; an tantum primi folii pagina et inscriptio mutata? *Havl.*] Vidi etiam latine cum Eustathii siue Eumathii amoribus excusum Lugduni Bat. 1618. 12. Gallice vertit *Iohannes Fornerius*, Montalbanensis, vna cum Plutarchi narrationibus amatoriis, Lugd. 1555. et Paris. apud Aegidium Robinetum 1556. 8. Denique cum Apollodoro et aliis gr. et lat. nitide recudi curavit *Tho. Galeus*, additis breuib. sed erudit. notis, quibus interpretis etiam sub. inde errata quaedam emendavit Paris. 1675. 8. [P] pag. 341—402.

Eundem esse Parthenium, qui has narrationes prosa scripsit et poetam huius nominis, docet auctor ipse, versus suos de Biblide et Cauno referens cap. 11. Tum *Plutarchus*, qui in parallelis minoribus pag. 308. quum de Leucone et Cyanippo narrationem e capite 10. repetiisset, subiungit: ὡς Παρθένιος ὁ ποιητής. Itaque non dubito, eum ipsum esse, cuius *Stephanus* in *Noua* meminit, *Lucianus* vero de scribenda hist. tom. I. pag. 637. iungit cum Euphorione et Callimacho: quemque *Suidas* [et *Eudocia* pag. 357.] tradit Heraclidis et Eudorae, siue ex Hermippo quodam iuniore, (Smyrnaeus enim ille, qui de vitis scripsit, Parthenio antiquior fuit,) Tethae filium Nicaensem vel Myrleanum ἐλεγειαποιὸν καὶ μέτρων διαφύραν ποιητὴν, captum a Cinna in bello Mithridatico, (anno V. C. saltem 670.) postea propter doctrinam liberum dimissum, usque ad Caesaris Tiberii tempora vixisse. Tibe-

rius <sup>yy)</sup> imperare coepit A. V. C. 767. centum fere post Cinnam interfectum annis. Itaque Tiberii nomen vel a Suida, vel ab alio quodam praeter rem esse adiectum non dubito, quamquam Parthenio h. e. poe natis ipsius delectatum Tiberium auctor est *Suetonius* cap. 70. *Fecit et graeca poemata, imitatus Euphorionem et Rhianum et Parthenium, quibus poetis admodum delectatus, scripta eorum et imagines pulchris bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores collocavit.* Virgilium Parthenio praeceptore usum in graecis, et quaedam illius versibus suis expressisse, notant *Macrobius* V. 17. et *Gellius* IX. 9. et XIII. 26. sed et in codice bibl. Ambrosiana <sup>zz)</sup> Moreto Virgilii haec verba adscripta observavit *I. Vossius*: *Parthenius Moretum scripsit in graeco, quem Virgilius imitatus est.* Scripta Parthenii haec commemorantur in veterum monumentis:

Ἀνθήπη. Steph. in Κρανίδες, Λάμπεια.

Ἀρήτης (coniugis) ἐγκώμιον. Libris III. Suidas [et Eudocia] in Παρθ.

Ἀρήτης ἐπικήδειον. id. [Eudoc. post ἐπικηδ. addit τῆς γεμετῆς.]

Εἰς Ἀρχελαΐδας ἐπικήδειον. *Hephaestio* pag. 4. qui totum elegiacum fuisse testatur, solo extremo versu iambico adiuncto.

Εἰς Ἀὔξειθεμιν ἐπικήδειον. Steph. in Γαλλήσιον.

Δῆλος Steph. in Βεληθόνιοι et Γεύννοι, et Ὀλυγος vbi vide *Holsten.* et *Salmas.* [P] ad *Solin.* p. 842. ex quo loco videtur referendum hoc poema ad Parthenium, Phocensem. [vid. infra in catalogo *Dionysiorum*, voc. *Dionysius*, *Alexandrinus*.]

Ἐλεγεία. *Aitemidor.* IV. 64.

Ἐλεγεία εἰς Ἀφροδίτην. Steph. in Ἀκαμώντιον, *Suid.* [et Eudocia] Παρθ. Male ad *Chium Parthenium* referuntur in schol. graecis recentibus ad anthologiam epigrammatum graecor. II. 50. pag. 236.

Ἡρακλῆς Steph. in Ἴσση et Οἰώνη *Etymol. M.* in Ἀγρόσχας et Ἐρίσχηλος.

Ἴφικλος Steph. in Ἀράφεια.

Κριναγόρας. *Etymol. M.* in Ἄρπυς.

Λευκάδια. Steph. in Ἰβηρία.

Μεταμορφώσεις. *Suid.* in Νέτωρ, (licet *Parthenio*, *Chio* <sup>aaa)</sup>, tribuit in Παρθ.) *Eustath.* ad *Dionys.* vl. 420. ὡς Παρθένιος ὁ τὰς μεταμορφώσεις γεράσαι λεγόμενος. Vide et ad *Iliad.* β'. pag. 248. edit. *Basil.* His usum *Ovidium*, non dubitant *Gyraldus* et *Vossius*. [Add. *Mellmann* *Comm.* de auctor. narrat. de mut. form. p. 79 sqq. *Beck.*]

*Moretum,*

yy) *Dositimus Vossius* existimat, verba *Suidae* accipi posse de tempore, quo *Tiberius* flozere et rem gerere coepit, 29. antequam imperaret annis. Sed vsu veterum scriptorum constat, tempora imperatorum non de aliis, quam imperii annis computari. De *Parthenio*, *Tiberii* liberis, vide sis *Gundlingiana* XXX. 3.

zz) Vide *Vossium*, patrem, de poetis graecis p. 70. *Fabric.* — cel. *Heyne* ad *Donati* vitam *Virgilii* pag. CLV sq. tom. I. *Opp. Virgil.* et tom. IV. p. 208. in prooemio in *Moretum*, edit. II. *Harl.*

aaa) Hunc discernit *Eudocia* l. c. *Harl.*



*Moretum*, quod imitatus est Virgilius, vt paullo ante dixi.

Προπεμπτικόν. Steph. in Κάρυκος.

Memoratur praeterea *Parthenius* in veteri epigrammate Polliani pag. 236. libr. II. Anthol. cap. 25. a Stephano in Νεμῶδες, Νικαία, Βορυσθένης et Ἐλεφαντίνη, quae loca in indice scriptorum, editioni Berkelianae subiecto, vt non pauca alia desiderantur.

Vir insignis, Ianus Cornarius, suspicatus est, *librum de fumis*, de quo inter Plutarchi scripta dicam, auctorem agnoscere hunc Parthenium; sed parum verisimilitudinis habet illa sententia.

Fuit et *Parthenius, Phocensis*, Stephano memoratus in Γότθοι, Δεκέντιοι et Ὀγενοσ, nisi Φωκαεὺς scriptum aliquando pro Νικαεὺς, aut Nicaeni illius, quem Stephanus quoque in *Nikaea* agnoscit, cum Phocensis scriptis a Stephano confusa. Ceterum Phocensis iste Parthenius haud diuersus <sup>bb)</sup> mihi videtur ab eo, quem *Parthenium, Dionysii* (discipulum) vocat *Athenaeus* laudato primo eius libro περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἰσορικοῖς λέξεων ζητημένων XI. pag. 467. 50r. et XV. pag. 680. eundem respicit *Eustathius* ad Iliad. ψ. pag. 1412. et in Odyss. ó. pag. 567. Hunc grammaticum vocat Suidas in Διονύσι. et Dionysii, Alexandrini, a Nerone vsque ad Traianum clari, discipulum fuisse testatur. Minus praeclare sensisse de Homeri poematis, nec dubitasse Iliadem *stercus* <sup>cc)</sup>, vel *stercus*, Odysseam lutum appellare, adparet [P] ex epigrammate veteri graeco, quod in lucem edidit doctissimus Negerus ad Suidam in Πασέριος. Ibidem Suidas [et Eudocia] alterius *Parthenii* facit mentionem, patria *Cili*, *Thestori*, quem carmine celebravit, filius: qui ad Homerum originem generis sui referebat, sed, (propter genus forte scribendi parum lucidum atque digressum,) cognominatus est *Chaos*. Huic *Metamorphoses*, quae *Parthenii* Nicaeni sunt, male isthoc loco tribui, ipso Suida auctore constat in Νέστωρ. vt paullo ante notabam. [Eudocia Parth. Chio non tribuit *Metamorphoses*.] Alius *Parthenius*, poeta, Domitiano a cubiculo, cuius vna cum *Sigerio* meminit Dio, vbi narrat Domitiani caedem [lib. 67. cap. 15. tom. II. pag. 113. edit. Reimari, cuius notam conferes, et cap. 17. pag. 115. adde *Sext. Aurel. Victor. Epit. XI. II. sub Nerua* autem misere interfectus est a milibus. vid. *Aurel. Victor. epit. XII. 8.*] Nec minus *Mertals* III. 42. IV. 79. XI. 1. XII. 2. *Sueton. Domit. cap. 16. et Tertullian. cap. 35. apologici*. Praeterea *Parthenium*, filium sororis Ennodii, ad quem Aratoris elegia exstat, edita a Simondo ad Ennodium, qui illius saepe meminit. De *Partheniis*, seruis imperatorum, Nic. Hieronym. Gundling. in Gundlingianis XXX. 3.

X. Collectionem scriptorum historiae poeticae Galeanam claudit ANTONINVS LIBERALIS, de quo et ipso pauca hoc loco addere, atque ita capiti huic colophonem imponere constitui. Nihil huius scriptoris habemus, praeter *Μεταμορφώσεων συναγωγήν* sive *transformationum narrationes* capitibus XLI. collectas ex scriptoribus, quorum nomina sequi pagina vides:

Q 9 3

Antigonus

<sup>bb)</sup> Phocensem a Parthenio Dionysii distinguit G. I. Vossius lib. II. de Hist. graecis cap. 1.

<sup>cc)</sup> Πιλὸν Ὀλοσάνη καὶ βίτον Ἰλιάδα. Pro βίτον Küsterus legit πῆτον.

Antigonus ἐν ταῖς ἀλλοιώσεσι cap. 23.

Apollonius, Rhodius, ἐν ἐπιγράμμασι cap. 23.

Areus, Laco, Ἄρεὺς ὁ Λάκων ἐν ἄσματι κύνων cap. 12.

Athanadas Ἀμβρακικοῖς cap. 4.

Boeus, (Plinio etiam et Athenaeo laudatus,) ὀρνιθογονία cap. 3. xi. libro primo cap. 7. libro secundo cap. 16. 18. 19. 20. 21.

Corinna cap. 10. ἑτεροισμένων α. cap. 25.

Didymarchus μεταμορφώσεων γ. cap. 39.

Hermesianax Λεοντίω β. cap. 39.

Hesiodus ἐν μεγάλοις ἡρίαις cap. 23.

Menecrates cap. 35.

Nicander cap. 35. ἑτεροισμένων α. cap. 1. 2. 4. 22. 23. 38. β. cap. 13. 17. 30. 31. γ. cap. 1. 2. δ. cap. 8. 9. 10. 12. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 32.

Pamphilus α. cap. 23.

Pherecydes cap. 33.

Simtias, Rhodius, Ἀπόλλωνι cap. 20.

Xanthus Lyciacis cap. 35.

Quis demum fuerit hic *Liberalis*, vel quando vixerit <sup>ddd</sup>), perquam est incertum, etsi antiquum esse et scribendi ratio et, quibus usus est, monumenta, iam pridem vniuersa deperdita, fidem faciunt. Certe non multo iuniorem esse mihi persuadeo Aebutio Liberali, cui libros de beneficiis [P] *Seneca* inscripsit, quemque laudat epistola XCI. neque M. Antonio Liberali, rhetore, Palaeomonis aemulo, de quo in libri de claris rhetoribus parte deperdita Suetonius, vt ex indice capitum adparet, quemque in Chronico sub Claudii, imp. temporibus memorat S. Hieronymus <sup>eee</sup>). Non eundem <sup>fff</sup>) autem cum isthoc rhetore latino esse praesentem metamorphoseon scriptorem graecum, facile crediderim *Iosepho Scaligero*, qui pag. 193. ad Euseb. et in animaduers. ad Rob. Titium pag. 15. 16. atque alibi Antonii,

<sup>ddd</sup>) Cl. *Saxius* in *Onomast.* I. pag. 303. aetatem nostri refert ad tempora Antonini Pii, imperatoris, circa a. Ch. 147. et, „nominis, ait, saltem ratio haudquaquam impedit, quo minus Antoninorum siue Pii, siue Marci libertum, eorumque temporum aequalem sumere liceat. Nam, quum nonnulli eundem esse opinantur, atque *M. Antonium Liberalem*, rhetorem, temporum Claudianorum, apud *Hieronym.* in *chron.* Euseb. ad Olymp. CCVI. pag. 160. ad discrimen, quod interest inter *Antonium* et *Antoninum*, item rhetorem latinum et mythographum graecum, ani-

num non aduertisse videntur.“ Hinc *Hamburger* in *zuverläss. Nachrichten* etc. tom. II. p. 41. num alios sequutus Antonini Liberalis aetatem temporibus Claudii a. Chr. 50. recte adsignarit, ex his colligi poterit. *Harl.*

<sup>eee</sup>) Crediderim, verum auctorem esse *Antoninum* illum, graece doctissimum, ad quem exstant tres *Plinii* epistolae, lib. IV. epist. 3 et 18. ac lib. V. epist. 10. Idem lib. II. epist. 11. et lib. III. epist. 9. meminit *Saluii Liberalis*. *Heumann.*

<sup>fff</sup>) Pro eodem habent *Jf. Casaub.* ad *Sueton. Abr. Berkelius* et alii.

tonii, (non Antonini,) Liberalis metamorphoses laudat. Diuersum esse, non vno etiam argumento contendit *Vossius* III. de Hist. graecis pag. 326. Confer *Mauffaci* diss. ad Plutarchum de luminibus pag. 30. vbi testatur, nonnullos istum quoque de luminibus librum Liberali, metamorphoseon scriptori, leui coniectura tribuisse. Primus συναγωγὴν Antonini Liberalis e codice Palatino <sup>833</sup>) vna cum Parthenio edidit graece vir praestantissimus *Guil. Xylander*, suamque seorsim subiunxit latinam interpretationem Basileae a. 1568. 8.

[At eodem anno correctius editi sunt ab eodem Xyandro

*Antonini Liberalis* transformationum congeries, *Palegentis Tralliani* de mirabilibus libellus, *Antigoni* histor. mirabil. et *M. Antoninus* de vita sua, gr. et lat. *G. Xyandro* interprete; cum adnotationibus et indice. Basileae per Thom. Guarinum 1568. 8. Admodum raram esse hanc editionem, testatur *Clement* in Bibl. curieuse etc. tom. I. pag. 386. not.

Separatim post centum annos edidit Antoninum Liberalem notisque paucis iisque ieiunis instruxit *Abraham Berkelius*, gr. et lat. Lugd. Bat. apud Dan. a Gaesbeck. 1674. 12.

Melius, quam Berkelius, de Antonino Liberali meritis est *Thom. Gale*, quamquam in notis ad Antoninum illustrandum parum operae contulit. Is autem Berkelii editionem, etiam in mendis presse sequutus est in *Historiae poet. scriptoribus antiq.* Paris. 1675. 8. gr. et lat. — Eiusdem Berkelii recensionem notasque reddidit *I. Georg. Walch*. ad calcem editionis suae *Phaedri* fabularum, Lipsiae 1735. 8.

Multo meliorem et doctiorem editionem debemus diligentiae atque eruditioni *Munckeri*, in editione:

*Antonini* — gr. et lat. *Guil. Xyandro* interprete. *Thomas Muncker* recensuit, et notas adiecit. Amstel. Ianfl. Waesberg. 1676. 12.

Hic annus, auctore typographo, in fronte conspicitur: nam editio a. 1675. iam typis descripta erat. vid. ipsum *Muncker*. ad iteratam *Hygini* editionem cap. 59. et epistolam VII. Kal. Nou. a. LXXV. ad *Nic. Heinsium*, vna cum Liberali recens edito scriptam. Dolendum est, eius curas secundas aut nouam editionem Liberalis, quem, nouis eruditionis antiquae reconditaeque luminibus illustratum, *Graeuio* testatur *Nic. Heinsius*, tarditate et ignorantia heredum periisse. vid. *Verheyk* praef. ad suam editionem, qui multus quoque est de iniquitate atque iniuria, qua *Munckerum* adfecit *Berkelius*. Hic enim, arbitratus, multas sibi emendationes, quas olim cum *Gipione* quodam communicarat, a *Munckero* subiectas esse, mutato, vt noua videretur editio, titulo, editionem suam anno sequenti repetiit, et adnotationibus aduersus *Munckerum* iniuriis et peracerbis infamauit et oneravit potius, quam ornavit. Contra *Munckerum* in altera sua mythographorum latinorum editione placide et moderate, oblata occasione, defendit Antoninianas suas adnotationes a proteruitate et calumniis *Berkelii*, huius notas, si necesse visum fuerit, honesto modo at docte refellit, et ita passim, idque frequenter Antoninum Liberalem explicuit aut illustravit. — Has *Munckeri* notas, et editioni illius subiectas et in notis ad mythographos Latinos sparsas, collegit, digessit, mutavit interdum aut diminuit *Verheyk* in luculenta doctaque editione, sic inscripta:

ΑΥΤΑΥΤΗΣ

833) Vnicus is est, qui hucdum repertus est, in quo esset Antonin. Liberalis.

ΑΥΤΩΝΙΟΥ — *Antonini Liberalis Transformationum congeries, interprete Gulielmo Xylandro, cum Thomae Munckeri notis: quibus suas adiecit Henr. Verheyk. Lugd. Batav. apud Sam. et Ioan. Luchtmanns. 1774. 8.*

Verheyk de mythologia et antiquitate bene meritus, superioribus editoribus praeflitit; multas doctas congeffit animaduersiones, multa bene acuteque vidit, et egregie interpretatus est. Neque tamen pauca, aliis denuo inuestiganda, meliusque explicanda, ab ipso relicta esse, facile patet. Antoninus enim, qui e poetis multa sumpsit, idcirco multas immiscuit poeticas dicendi formulas, omnia hausit ex antiquioribus mythologiae scriptoribus, res narrat aut potius congeffit lepidas mireque fabulosas, quae ad intelligendam atque inuestigationem scientiae et religionis antiquissimae facerent, et viam quasi munitent. Quare originem quoque ac diuersitatem causasque illarum fabularum penitus inquirere, cum aliorum narrationibus comparare, et, quantum fieri potest, sensum illarum abditum eruere atque exponere debuerat; aut alius, rei mythologicae non minus quam criticae peritus, exemplum vestigiaque Heynii, in Apollodori bibliotheca monstrata, sequi poterit. Atque in ephemer. litterariis Gotting. ann. 1775. plag. 217. multa, ratione methodi atque interpretationis, culpantur. Neque sagacis illius censoris monitis obsequutus est *Teucherus*, nouissimae auctor editionis, sic inscriptae:

ΑΥΤΩΝΙΟΥ — *Antonini Liberalis transformationum congeries, cum notis Guil. Xylandri, Abrah. Berkelii, Thomae Munckeri et Henr. Verheykii. Accesserunt Aesopi fabulae aliquot, quae in Aesoppearum editionibus haud leguntur, et Babrii nonnullae<sup>hh)</sup>. Curauit Ludou. Henricus Teucherus. Lipsiae 1791. 8.*

Xylandri et Berkelii notas, quas praetermiserat Verheyk, etiam omisit Teucherus; contra interdum contraxit aut omisit quasdam Verheykii aliorumque adnotationes. — Idem *Teucherus* edidit solummodo correctum graecum contextum, et interdum recepit certiores criticorum emendationes:

*Antonini* — congeries, graece, cum *Gabrias* siue *Ignatii Diaconi* fabulis iambicis tetraesticis et *Babrii* nonnullis in usum scholarum edidit *L. H. Teucherus*. Lipsiae 1791. 8.

Hic praeter ea memorandus est: *Antoninus Liberalis puer in stellationem, ex historia illustratus* ab *Hermann von der Hardt*, in huius Aenigmatibus prisca orbis, Helmstad. 1723. fol. pag. 22. *Harl.*]

Fuit et *Tiberius* quidam *Claudius Liberalis*, cuius mentio in veteri inscriptione apud *Sponium* pag. 61. Misc. et praefectus fabricarum, in *Fabretti* Inscript. pag. 253. — Metamorphoses e veteribus graecis scripsere praeter *Liberalem* et, quos ipse laudat, *Antigonum*, [*Boeum*] *Corinnum*, *Didymarchum* et *Nicandrum*, *Callisthenes*, *Dorotheus* siue *Theodorus*, *Nestor*, *Larandensis*, *Parthenius* et *Adrianus*, *sophista*. [P] [Multo subtilius et doctius in iis auctoribus recensendis versatur *Commentatio de causis et auctoribus narrationum de mutatis formis ad illustrandum maxime et iudicandum opus metamorphoscom Ouidianum, auctore Io. Guil. Lud. Mellmann*, A. M. Class. gr. et lat. in gymn. Moscov. Rect. Lipsiae et Gött. 1786. 8. vbi de *Antonino* pag. 89 sq. agitur. *Beck.*]

hh) Illae nempe, quas Tyrwhitt ediderat, et ego recudendas curavi.

## CAPUT XXVIII (olim XXX)

DE POLYBIO ET AENEA TACTICO ALIISQUE REI  
MILITARIS SCRIPTORIBVS.

I. Polybii aetas, dignitas, diffio. II. Libri quadraginta historiarum. III. Quot ex illis supersint, et num excerpta, quae exstant, sint ex M. Eruti epitome. IV. V. Polybii codd. mssti et editiones. VI. Scripta virorum doctorum, quibus Polybiana quaedam illustrantur. VII. Perfectiones Polybii in linguas vernaculas. VIII. Scripta Polybii, quae interciderunt. IX. Alii Polybii. X. De Aenea Tactico. XI. De strategico Onesandri. XII. Catalogus scriptorum strategorum et de re militari, qui in bibliothecis adhuc delitescunt, XIII. vel plane periere.

[Cum supplementis G. C. Harles.]

## I.

[Quod cl. Schweighäuser, Professor Argentoratensis, nouissimus Polybii editor, in tomæ V. post praefationem diligentius et curatius egit, quam Vossius atque Fabricius, de vita, aetate, ingenio scriptisque Polybii, tam iis, quae supersunt, quam quorum aut memoria tantummodo, aut fragmenta seruata sunt, et veterum testimonia sollerter collegit, atque, si necessarium visum fuerit, docte explicuit; idemque errores aliorum castigauit: equidem praecipue in maximæ huius paragraphi parte ita eum sequar, vt, quae latius ille exposuit, contraham, ii.que, quae Fabricius scripserat, haec aliaque notata immisceam.

*Polybius* \*) natus est Megalopoli in Arcadia Olymp. circ. CXLIV. vel Olymp. CXLV. inter A. V. 550 et 556. †) Atque iam *Casaubonus* in synopsi chronologica historiae Polybianae definiuit aetatem Polybii, hunc ineunte Olymp. CXLIV. i. e. circa A. V. 550 vel 551. natum statuens, regnante apud Aegyptios Ptolemaeo Epiphane. Pater fuit *Lycortas*, non *Lycus*, (vt male tradiderunt *Suidas* in Πολύβιος et *Eudocia* pag. 350.) vid. Vossium l. c. et in arte histor. cap. 22. Is vero praetor fuit Achaeorum post Aratum Philopoemenemque nobilissimus, cuius res pace belloque gestae meritoque a Polybio ipso passim, a *Liui* XXXVIII. 30. XXXIX. 35 sqq. *Plutarcho* in Philopoem. pag. 368. *Pausan.* VII. 9. *Iustino* XXXII. 1, 9. celebrantur. Polybius iuuenis Philopoemeni se adiunxit eiusque disciplina formatur; (*Plutarch.* an seni gerenda republ. pag. 790 sq.) et in exsequiis Philopoemenis urnam defuncti portat, (id. ibid. p. 368.) Quum minor adhuc esset aetate legitima ad rempublicam capeffendam, decernitur ei cum patre legatio ad Ptolemaeum Epiphaneum, Aegypti regem, Olymp. CXLIX. 4. A. V. C. 574. *Polyb.* XXV. 7. Bello Persico Polybius cum patre Lycorta, metu potentiae Romanorum, primum censuerat, neque Perseum, neque Romanos iuuandos esse ab Achaeis. (*Polybius* XXVIII. 3 et 6.) Praefectus deinde nominatur equitum Achaeorum, qui

a) Vide *Prideaux* histor. V. T. tom. II. pag. 336. *Polybius* et *Macrobius* sunt synonyma. *Heumann.*

b) Claris argumentis id firmavit *Schweighäuser*, et refutauit *Vossium*, qui lib. I. cap. 19. natum esse Polybium, scripserat, Olymp. CXLIII. a. 4. a. V. C. 548. eumque sequuti sunt *Fabricius* et *Saxius* in *Onomast.* lit. I. pag. 133. *Hamberger*

in zuverläss. Nachrichten etc. tom. I. pag. 382. posuit A. M. 3780. ante Ch. N. 204. — De Megalopoli eiusque praetoribus praeter alios consulendus est *Reinrius Reinneccius* tom. III. historiae Iuliae pag. 522 sqq. et de Lycorta pag. 529. de causis interitus reipublicae Achaeorum *Iac. Gothofredi* oratio in eius variis opusculis, Geneuae 1654. 4.

qui auxilio destinantur Romanis. (id. ibid. 6.) et legatus A. V. C. 585. ab Achaeis ad Q. Marcium, Cos. bellum cum Perseo gerentem. (id. ibid. 10 sq.) A. autem V. C. 586. pro praefecto equitum auxiliarium ab Achaeis petunt eum Ptolemaei fratres, Aegypti reges. (id. XXIX. 8 sq.) Postea A. V. C. 588. cum mille ex nobilissimis Achaeis, a Callicrate adu-  
fatis, quasi bello Persico Romanis parum fauissent, Romam euocatur; at, ceteris exsulibus per Italiae oppida diuisis, ipse rogatu Fabii et Scipionis, Aemilii Pauli filii, veniam impetrat a praetore Romae manendi. (*Polyb.* XXXII. 9. *Pausan.* VII. 10.) Quod quidem postea et ipsi et patriae aliisque et litteris admodum salutare fuit: ipse vero artificiosam contraxit cum *Scipione Aemiliano* <sup>c)</sup>, annum decimum octauum tunc agente, consuetudinem. Quanta autem Polybius gratia valuerit apud Romanorum principes, vel inde patet, quod illo auctore Locri leuati sunt onere et sumtu militiae aduersus Dalmatas, (*Polyb.* XII. 5.) atque exsulibus Achaeis, Scipione in gratiam Polybii apud Catonem intercedente, concessus est tandem A. V. C. 604. anno decimo septimo, postquam euocati erant, reditus in patriam. Veri cognoscendi causa, et ut certiora, quam alii, tradere posset, et ne, quam in Timaeo reprehendit, locorum ignoratione ipse historiam concinnaturus peccaret, itinera per Alpes, Africam (a. 607 sq. *Plin.* H. N. lib. V. cap. 1.) Hispaniam, Galliasque suscepit, et maria traiecit, nullis deterritus periculis. (*Polyb.* III. 48 et 59.) Scipioni in pluribus bellis, praefertim illi consuli (secundum *Saxii* calculos) A. M. 3859. Olymp. CLVIII. 3. ante C. N. 144. A. V. C. 607. et initio a. 608. Carthaginem oppugnanti expugnantique comes ac socius bellicorum laborum aderat. (*Appian.* Libyc. pag. 82.) Anno post vidit Corinthum incensam a L. Mummius, qui illam ingenti clade subiecit Romanis. Sane Corinthii expugnationi eum praesentem fuisse, constat ex *Plutarchi* extremo vitae Philopoemenis, et testatur ipse Polybius apud *Strabonem* lib. VIII. pag. 381. Quo facto in patriam rediit, cui iam antea (A. V. 604.) utilis esse coepit, dum popularibus suis de seruanda inter se concordia et de colenda maiestate populi Romani salubria consilia dedisse videtur, quibus si paruissent, in calamitatem non incidissent, ut ipsi falli sunt in inscriptione, mox memoranda. In patriam redux, apud imperatorem romanum et decem legatos honores Philopoemenis et Arati, virorum de Achaeis immortaliter meritorum, defendit, impetrauitque, ut eorum et Achaei statuac, quum iam ex Peloponneso in Acarnaniam transportatae essent, suis reponerentur locis. *Polyb.* XL. 8. tom. IV. pag. 720. edit. Schweighäuf.: quae res adeo placuit Achaeis, ut statuam ei e marmore ponerent. Post discessum legatorum romanorum ex Achaia Polybius ex eorum mandato vrbes obiens, controuersias earum iudicauit, res earum legesque constituit, ciuitates ordinauit, ac Romanos iratos illis, qui dicto suo audientes esse volebant, reconciliauit <sup>d)</sup>: in quo negotio ita se gessit, ut summo beneficio ab illo adfectos omnes se profiterentur,

c) Excerpta Peirescii e lib. 31. pag. 149. *Plin.* VIII. 16. ibique Harduin. pag. 158. *Salmas.* ad *Solin.* p. 304. *Plutarch.* IV. 1. *Sympos.* *Velleius Patere.* lib. I. cap. 13. *Aelian.* *Tactic.* cap. 1. *Ammianus* XXIII. 2. *Pausan.* in *Arcadic.* siue lib. VIII. cap. 30. pag. 663. vbi ait, omnia, quaecumque e Polybii monitu gesserit Scipio, feliciter ei cessisse, in aliis ipsum offendisse, n. in rebus, ad Carthaginem gestis. Scipionis *διδοικαλο*

vocat Polybium *Appianus* in *Punicis* pag. 31. Scipionis *ἡγεμόν* siue praeceptorem dicit *Diodorus Siculus* pag. 329. Excerptor. Peirescii, [pag. 585 sq. edit. Wesseling.] *Fabric.*

d) Excerpta Peiresciana pag. 192. siue in edit. Schweighäuf. tom. IV. lib. 40. cap. 10. pag. 721 sqq. ad Olymp. CLIII. 3. V. C. 609. *Plutarch.* in *Catone* maiore pag. 341. *Pausan.* *Arcad.* cap. 30.

tur, et certatim statuis aliisque eum honoribus prosequerentur. Statua autem eius memoriam coluerunt Mantineenses, teste *Pausania* in Arcadicis siue libro VIII. cap. 9. Megalopolitani, idem ibid. cap. 30. Pallantienses, idem ibid. cap. 44. Tegeates, idem ibid. cap. 48. tum Methydrini, ibid. cap. 37. cum inscriptione: ἐξ ἀρχῆς τε μὴ ἀν σφαλῆσαι τὴν ἑλλάδα, εἰ Πολυβίῳ τὰ πάντα ἐπέθετο, καὶ ἀμαρτέσῃ δι' ἐνεῖνον βοήθειαν αὐτῇ γενέσθαι μόνον, et initio effugiturore fuisse *Gracciam*, si *Polybii* monitis per omnia paruisset: et deinde, postquam peccauit, illi vni salutem suam debere. In Aegypto quoque postea, circ. A. V. 611. versatus est sub *Ptolemaeo* *Physcone* s. *Evergete* \*), qui anno V. C. 603. fratri *Philometori* in regnum successit. Post haec historiarum opus, antea iam praeparatum, perfecit, (*Polyb.* III. 1—5.) anno tamen vrbis 620. *Scipionem*, iterum consulem, videtur in Hispaniam comitatus, indeque, absoluto iam reliquo perpetuarum historiarum opere, historiae belli Numantini componendae occasionem cepisse. Tandem, rure domum repetens, quom ex equo excidisset, et morbo inde fuisset correptus, diem obiit supremum, annos octoginta duo natus †), Olymp. CLXIV. 2. ante Chr. N. 124. secundum *Fabricium*: ille autem Olympiados annus conspirat apud *Saxium* l. c. I. pag. 141. cum A. M. 3882. ante C. N. 121. vrbis conditae a. 631. apud *Schweighäuser*. pag. 15. tom. V. circa A. V. C. 634. Si *Manueli Malaxo* credimus, cadaver eius sub *Ioanne Comneno* imperatore integrum repertum est: vid. *Nic. Comnenum* pag. 387. praenot. myslagog. ex *Malaxi* memoriis rerum Peloponnesiacarum. *Harl.*]

In scribendo laudem tulit viri nec in dictione prorsus negligentis, sed bene ac perspicue narrantis et docentis \*), licet iis, qui collocationem verborum non admodum curarint, adnumeratur a *Dionysio Halicarnasseo* †). At longe maiorem habuit rationem rerum, quarum peritissimus, et veri, cuius amantissimus fuit: vsque adeo, vt *Zenonem*, *Rhodium* †), reprehendat, quod dictionis elegantiae magis quam rerum inquisitioni et argumenti sui tractationi studium impenderit, iubeatque, se †), sicubi de industria mentiri compertus fuerit, citra veniae spem increpari, vti vicissim ex ignoracione lapsus sibi, tamquam homini, in tam longo praesertim opere dari cupit veniam. A *Iosepho* XII. 9. 1. ἀνὴρ ἀγαθὸς, vir probus, adpellatur: [ab *Aeliano* in *Tacticis* cap. 1. ἀνὴρ πολυμαθὴς, vir multiiserae erudicionis. *Liuius*, qui, cum inprimis sequutus, integros etiam libros, tantum non presso vbiuis pede latinum in sermonem conuertit, (vid. *Schweighäuser* praef. tom. I. pag. VI.) libr. XXX. cap.

R r 2

45.

e) *Strabo* lib. XVII. pag. 797 sq. et in editione *Polybii* *Schweighäuseriana* inter reliquias libri XXXIII. cap. 14. tom. IV. pag. 655 sq.

f) *Lucianus* in *Microbiis* cap. 25. tom. III. edit. *Reitzii* pag. 225.

g) *Casaub.* dedicatione *Polybii* ad *Henricum* IV. pag. 43. *Fabric.* Conf. *Degorei* *Whear* relectiones hietales, sect. XIII. pag. 61 sqq. edit. *Neu*, *Tubingae* 1715. 8. et *Neui* accessiones pag. 3. in primis pag. 1-7 sqq. qui *Casauboni* praefationem incomparabilem plane et dignam iudicat, quae ab vnoquoque historiarum studio non legi tantum, sed relegi saepius debeat. *Telliauo-*

nia et iudicia veterum collegit *Schweighäuser* tom. V. pag. 16—23. adde *Thom. Pope* *Brount* censuram celebrium auctorum pag. 46 sq. *Harl.*

h) *Περί σωθῆς διουσίτου* tom. II. pag. 5. [cap. 4. tom. V. edit. *Reiskii* pag. 28 sq. coll. *Schweigh.* cit. I. pag. 20 sq.]

i) *Excerpt. Peiresc.* pag. 75.

k) *Excerpt. Peiresc.* pag. 81 sq. adde lib. XII. cap. 5. *Ubertus Folieta* in dissertatione de similitudine normae *Polybianae*, siue verum historia non sit, nisi verarum rerum narratio, vt sentit *Polybius*: tom. I. thesauri Italiae *Graciani* pag. 1241 sqq.

45. nominat eum *haud quaquam spernendum* (h. e. maximae auctoritatis,) *auctorum* <sup>l)</sup>, (vid. Ducker. et Drackenborch. ad locum Livii, et *Vossium* de hist. graecis I. cap. 19. pag. 123 sq.) ac lib. XXXIII. 10. *non incertum auctorem cum omnium rerum, tum praecipue in Graecia gestarum; Cicero* de offic. III. 32. *bonum auctorem imprimis.* *Hartl.*] — In omni re accuratissimus et praeclarae religionis bonitatisque studiosus celebratur a *Philosopho* XVII. 1. epistol. Singulare est, quod *Ioh. Hoornbeeckius* p. 39. Orationum refert de Carolo Maetio, qui, quando ad correctionem interpretationis Belgicae biblicorum se accingeret, crebra Polybii lectione mentem imbutat, quod eius phrasin ad graeci in novo testamento textus intelligentiam non parum momenti adferre arbitraretur. Vide et, si placet, *Alex. Morum* ad Galat. II. 13. vbi notat, Paulum, apostolum, frequenter vocibus vti Polybianis. *Jf. Casaubon.* ad Matthaeum I. 19. *Casauboniana* pag. 69 sq. *Meric. Casaubon.* pag. 210. ad Polybium, *Christoph. Wollium* diss. an novum testamentum sit auctor classicus, Lipsiae 1733. 4. §. 17. vbi Diodorum Siculum, Arrianum, Laertium Polybii imitatores commendat. Hinc dictionem Polybianam cum N. T. contendendi consilium se cepisse scribit *I. Chr. Wolfius* in notis ad *Casauboniana* pag. 275. atque idem ut quam diligentissimo studio exsequendum susciperet, spero, me persuasisse *Georg. Raphaelio*. Immo hic praeclearas suas e Polybio et Arriano in N. T. observationes edidit *Hamburgi* 1714. 8. (rec. *Lugd. Bat.* 1747. cum aliis, II. voll. mai. 8.) Miror tamen, quod pag. 321. Atticorum non postremum adpellat Polybium. Scribit enim, genere sermonis, non speciatim attici, sed illo, quod *Κωvόν* dicit *Plutarchus*. vid. *Salmastium* de Hellenistica pag. 3. Pariter *παραλληλισμὸν* noui foederis et Polybii ratione dictionis edidit *Georg. Guil. Kirchmaier*, addita *Io. Eriici Ostermanni* oratione de stilo N. T. vere graeco. *Wittebergae* 1725. 4. Idem *Kirchmaierus* edidit Noui foederis Polybiano maxime stilo exarati defensionem a soloecismis etc. *Witteberg.* 1732. 4. — *Polybium scriptorem Lucae lectum* vocat *Grotius* ad Acta apostol. XI. 26. *Polybus quem sequi amat Lucas*, id. ad Acta apostol. XVII. 18.

II. Scripsit ἹΣΤΟΡΙΩΝ βιβλία μ'. *Historiarum* de rebus toto fere terrarum orbe per annos LIII. <sup>m)</sup> gestis, (vnde ipse opus suum vocat *Ἱστορίαν καθολικὴν*) <sup>n)</sup> ab anno primo Olymp. CXL. [ab V. C. 535.] et initio belli Punici secundi, vbi deserant *Timaeus* <sup>o)</sup> et *Aratus*, *Sicyonius* <sup>p)</sup>, ad euerfionem regni Macedonici, siue Persen, Macedonum <sup>q)</sup> regem, a [P] Romanis

l) De hoc elogio diuersa vide iudicia apud *Crenium* animaduersion. philolog. parte IV. p. 51 sqq. v. *Barthii* Aduersaria lib. XXVI. cap. 1. *Biblioth. Angl. tom. XV.* pag. 516. (*Linius* X. 30. *praemia haud quaquam spernenda*, et cap. 40.) *Buchnerus* lib. I. de commutata dicendi ratione cap. VI. Eodem modo apud *Origenem* saepe occurrit *ἐκ ὑπεραφρόνητος*, obseruante *Boherlio* in notis criticis ad eius opus contra *Celsum* pag. 4 et 40. *Heumann.* Sic *Horat.* Od. I. 1. 20. *Nec partem solido desmere de die Spernit*: vbi vid. *Lambin.* et rel. interpr. *Linium* tamen malum aut infidum Polybii interpretem carpit *Reiske* in praefatione ad *Tua* Polybiana, vol. V. animaduersion. ad grae-

cos scriptores pag. 767 sqq. adde *Fabricii* notam infra in notitia de editione Gronouiana. *Hartl.*

m) *Polybius* praefat. lib. III. cap. 1 et 4. *Χρόνον πενήκοντα καὶ τετρατή.* *Zosimus* lib. I. sub init.

n) *Polybius* lib. II. [cap. 37. *γράφεται καθόλου*, lib. III. 32. [conf. *Schweighäuser* adnot. tom. V. pag. 105 sqq.]

o) Lib. III. cap. 32. lib. I. 5. vbi traditur *Timaeus* in Olymp. CXXIX. desisse.

p) Lib. I. cap. 3. [conf. *Casaubon.* ad Polyb. I. 1. 5.]

q) Lib. III. cap. 32. *Steph.* in *Μεγάλη πύλω.* *Suid.* in *Πολύβ.*



Romanis victum Olymp. CLIII. 1. [f. 3. A. V. 587.] *libros quadraginta*, vid. lib. III. 32: quorum duo primores veluti *προκατασκευῆς* et introductionis loco praemissi strictim persequuntur \*) reip. romanae res a capta per Gallos vrbe, duce Brenno Olymp. XCVIII. ad primam traiectionem in Siciliam, factam Appio Claudio Cos. A. V. C. 490. atque inde paullo discretius vsque ad initium belli Punici secundi †). Ut vero diligentissimus fuit in rebus Romanorum describendis; ita egregie quoque explicauit res Carthaginiensium, Achaeorum, Macedoniae, Syriae, Aegypti, Ponti, Cappadociae, Persidis aliarumque gentium, multa de ingenio ducum, de re militari, de ratione et forma rerumpublicarum, de causis interioribus, initiis ac modo gestorum praeclare obseruauit, vbique praestans recti etiam in hoste laudatorem, inimicum vitis, prudentiae ac virtuti plus tribuentem quam fortunae et confictis prodigiis, cultorem tamen dei diuinaeque prouidentiae religiosum †): Historicum denique, non minus narratione integra ac fide digna, quam saluberrimis monitis studentem, prodesse lectoribus suis †), licet ob hoc ipsum non desinat, qui eum insectentur, vt post *Seb. Maccium*, Italum †) satis acerbe fecit *Vignolius Maruillius* Miscellaneorum tom. II. pag. 21. Latinae linguae peritus Polybius libros Censuales et alia eiusmodi monumenta Romae commendatione Scipionis e Capitolina aede vtenda accepit †), de pluribus ex Laelii ore et memoriis factus est certior, testatur etiam †), se incidisse in indicem siue tabulam aeneam scriptam et Lauinii positam ab Hannibale, quum in Italia ille versaretur, et hanc se sequutum, vnde Punice etiam calluisse possis suspicari. Ex historicis, qui ante ipsum scripserunt, plurimum tribuit Arato, minus contra fidendum docet Philino III. 26. Fabioque (vid. I. 14. III. 8 et 9) et Phylarcho, Chaeraeaeque ac Sosilo, quorum duorum scripta non historiam, sed fabulas ex tonforis officina referre adfirmat, lib. III. 20.

III. Ex illis quadraginta libris, (quibus adhuc integris vsus Caesarem Bryennium suspicatur Poslinus in notis pag. 114.) non plures hodie integri exstant, quam *primores quinque*. E libris VI. vsque ad [P] XVII. excerpta tantummodo ad nos perueniunt, quae *Isaacus Casaubonus* suspicatus fuit esse partem epitomes, quam e Polybii opere fecisse extremis vitae suae temporibus traditur *M. Brutus* †). Sed merito haec viri docti coniectura

R 1 3

partum

r) Confer Synopsin Chronologicam Hist. Polybianae tom. II. edit. Gronou. pag. 1586 sq.

s) Tu vero confer Schweighäuser. l. c. tom. V. pag. 110 — 112. et pag. 495 sq. *Harl.*

t) *Casaub.* dedicatione Polybii pag. 41 sq. *Motianus Vayerus* tom. I. Opp. pag. 245. edit. in folio. Vide et *Xiphilinum* in Augusto pag. 41. vbi Polybium excusat, quod prodigiorum in historia rationem non habuerit. *Εἰ μὴν εἰδ' ἂν γελᾶσαι τομῶν, μεμπῶς, πλήρη γὰρ τῶν τοιούτων ἡ ἱστορία. Εἰ δ' ὡς εἶχ' ἰσορροῖας γε αὐτὸς, συγγνωστῶς, συγγνωστὴν γὰρ προσηχέρητο.* Polybii iudicium de iis, qui *εὐσεβείας χάριν* incredibilia intexunt scriptis, vide lib. XVI. cap. 11.

u) Quo sensu Polybius historiam suam *πραγματικὴν* dixerit, enquirat *Schweighäuser* in notis ad

Polyb. I. 2. pag. 125 sqq. et interpretatur *historiam civilem vel politicam. Harl.*

v) A quo lib. II. de Hist. cap. 20. Polybius, vt fordida stirpe prognatus, traducitur; at reprehenditur ab Augustino Mascardio, de arte histor. p. 290 sqq. hic tamen lib. III. cap. 2. culpatur eum copiosorem longioremque in digressionibus, licet lectu dignissimis.

w) Veterem latinam linguam primorum consulum temporibus vsitatam, sic notat et b illa, quae deinde obtinuit, differre, vt vix peritissimi possint illam adsequi, lib. III. cap. 22.

x) *Polybius* lib. III. cap. 33 et 56.

y) *Plutarchus* in Bruto p. 985. *Fabric.* Omnino conf. est *Schweighäuser*. in praefat. ad tom. I. pag. 7 sqq. qui de excerptis atque eclogis et alio fragmento plene disserit. *Harl.*

parum credibilis visa est Henrico Valefio, qui eam refellit et excerpta ab epitome distinguere docet in prolegomenis ad excerpta Peiresciana, licet probatam etiam Mottano Vayero, viro ingeniosissimo. In bibliotheca <sup>2)</sup> Augustissimi imperatoris in codice Historico XXV et XXX. atque adeo bis exstant manu exarata excerpta adhuc inedita libri XVIII et XIX. quae in lucem protrahi operae pretium sit. Post haec enim verba, quae in editione Casauboni et Gronovii vltima sunt libri XVII. εὐ ἐκνήσομεν διασαφεῖν τὰ παρακλεθήσαντα ταῖς ἔξοχταῖς αὐτῶν ἀπρεπῆ, sequuntur in illis codicibus: Πολυβίε ἐκ τῆ ἡ. λόγῳ. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βιβλίον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, ὅτι λαβὼν τὸν ἀρμόζοντα καιρὸν σύγκρισιν ποιήσωμαι τῆ καθοπλισμῆ Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων. Ὅμοιον δὲ καὶ etc. Deinde post excerpta e libro XVIII. Πολυβίε ἐκ τῆ 19. λόγῳ. Περί τῆς Σκιπίωνος τῆ Ἀφρικανῆ ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῶτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρεδίωκα κατὰ τὴν ἀκμὴν καὶ τὸ κατὰ κάλλος διαφερόσῃ τῶν ἄλλων γοναμῶν etc. Denique excerptum περὶ Μηδίας, quod incipit: ἔστι τοιοῦτον ἡ Μηδία κατὰ τε τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἀξίόχρεως etc. <sup>aa)</sup> Libri quinque primores et excerpta iam edita e libris sexto vsque ad decimum septimum <sup>bb)</sup> exstant etiam in manuscripto codice praestantissimo Augustae Vindelicorum, cuius varias lectiones edidit et illustri viro Iohanni Capellano dicavit *Iohannes Henricus Boeclerus*, Argentorat. 1670. 4. [et nouo ac diuerso titulo, ibid. 1681. 4. de consilio et opera Boecleri grauiter iudicat *Reiske* in praef. ad sua Polybiana, in Animaduersion. ad graecos auctores, vol. V. Lipsiae 1766. 8. pag. 793 sqq.] Alia ex historiis Polybianis excerpta de legationibus iussu Constantini Porphyrogeniti <sup>cc)</sup> pridem selecta, graece edidit *Fulsius Ursinus* Antwerp. apud Plantinum 1582. 4. additis eruditis suis notis et aliis fragmentis a se collectis, in quibus sunt quaedam e Suida, quae ipse ex sola coniectura parum certa, imo, vt Valefius <sup>dd)</sup> obseruauit, non raro falsa Polybio tribuit. Denique alias praeclaras [P] eclogas de virtutibus et vitiis ex eodem Polybiano opere eiusdem Constantini iussu excerptas <sup>ee)</sup>, codice

2) *Nesselius* parte V. catalogi biblioth. Vindob. pag. 54 sq. et pag. 56. [Reimmani praef. ad bibl. Vindobonens. §. XI.]

aa) Inedita esse, quoque putarat *Lambecius* libro nono commentariorum de bibl. Caesarea Vindob. cuius initium ex MSto edidit *Schelhorn* in amoenitat. literariis, tomo V. pag. 110 sqq. Sed Fabricium incuria *Nesselii*, qui codicem Vindobonensem negligenter inspexit, deceptum esse, et illa, quae putabantur, inedita fragmenta, esse excerpta excerptorum ex libris X. XI et XVII. quae in editis iam sua occuparunt loca, primus perspexit et demonstrauit *Kollarus* in epistola in Actis eruditor. Lipsiens. ann. 1760. mense Maio pag. 286. quod etiam ex *Kollarii* epistola notarunt *Ernesti* in praefat. ad tom. I Polybii pag. XIV. et paullo vberius explicuit *Schweighäuser* in praef. ad tom. II. pag. XI sq. At diligentius et copiosius fraudem illam aperuit *Kollarus*, idemque loca, vbi fragmenta illa, quae perperam habeban-

tur inedita, in editione *Ernesti* iam excusa deprehenduntur, indicauit in supplementorum ad *Lambecii* commentarios libro primo codd. LXXVII et LXXVIII. pag. 479 — 486. *Hart.*

bb) Decimi octauum quoque excerpta legi in illo codice, notauit in suo catalogo *Elias Ehingerus*. Sed errore numerorum deceptum virum optimum, notauit *Boeclerus*.

cc) De his excerptis ago infra lib. VI. [Constantinus ille Porphyr. malo consilio et instituto Graecorum historicorum opera minutas in partes concidenda, ex istisque particulas eas, quae prae ceteris maximi viderentur esse momenti, in his excerpta illa de legationibus, per LIII. titulos siue locos digerendas curauit.]

dd) *Valefius* praef. ad excerpta Peiresc.

ee) Quae in hisce excerptis pag. 146 sq. leguntur de Scipione, ea *Io. Henr. Boeclerus* noua versione et adnotationibus illustrauit Argentorat. 1659. 4. sub titulo: *Scipio Polybii colloquio Academicum*

codice Fabricii Peirefcii vsus *Henricus Valefus*, vir eruditiffimus, graece et latine in lucem edit cum notis Parif. 1634. 4.

[IV. V. *Codd. MSS. et editiones.*

*Antonius Sanderus* libro de claris Antoniis, Louanii 1627. 4. pag. 169. Antonium Eparchum, Corcyraeum, narrat, aliquot Polybii historiarum libros, nondum aut graece aut latine editos, in latinum sermonem transfuliffe, adnotante Fabricio in margine sui exemplaris.

Codd. MSS. atque editiones quod intelligenter pleneque iam recensuit cl. *Schweighäuser* in praefationibus ad tom. I. II. et V. primum eos codd. quos laudauit ille, tantummodo paucis nominare licebit. Sunt vero 1) *Bauaricus*, qui continet historiarum Polybii libros *quinque*, (perperam in catalogo nr. 197. dicitur, *obfo* inesse libros,) priores. Idem est codex, quo vsus est olim Obsopoeus ad procurandam primam Polybii editionem, (vid. *Schweighäuf.* praef. tom. I. p. XXXIV sq. et tom. V. p. XV.) 2) *Auguftonus*, quem quidem Boeclerus iam contulit, et lectiones, ex illo excerptas, in fingulari libello, supra memorato, vulgavit; at multas bonas probasue lectiones vel prorsus praeteriit, vel parum recte enotauit. Continet V. priores Polybii libros et excerpta ex reliquis libris a sexto ad decimum octauum. 3) Regii *Parifienfes* III. *Schweigh.* praef. tom. I. pag. XXXVIII et LII—LVII.) qui quoque V. priores libros continent. In catalogo MSS. Parif. regg. praeter tres illos codd. enumerantur quatuor de variis rerumpubl. formis, et quinque, excerpta praebentes. 4) *Vaticanus*, vnus omnium, qui hodie superfont, antiquiffimus, et circiter saec. XI. exaratus. Hi omnes ex communi fonte per diuerfos canales atque variis temporum fucceffionibus deriuati sunt. Alii codd. Polybiani in bibl. Vaticana custodiri dicuntur. 5) *Florentini* duo, alter in bibl. Benediictinorum B. Mariae, a. 1417. exaratus, alter ex illo a. 1435. descriptus in bibl. Laurentiana Medicea. (*Bandin.* in *catal. codd. Laurent. graec. memorat* vol. II. pag. 628. cod. IX. qui continet Polyb. histor. libros V. et excerpta ex eiusdem Polybii historiar. libris XII. a sexto vsque ad XVII. *ibid.* p. 641. cod. XXI. Polybii historiar. excerpta ex libris VI. VII. VIII. IX. et X. vol. III. pag. 203. cod. XIII. nr. 11. Excerpta III. ex libro VI. et XVIII. et X.) 6) *Vrbinas* f. *Vrbino Florentinus*, praebet is excerpta ex quinque prioribus, et ex VI. ac fequentibus libris. 7) *Vrsini*, qui et codicem, ex quo edidit Eclogas de legationibus, et alium, qui quinque priores libros Polybii complectitur, (nisi fuit idem ipse Vaticanus, sed vide praef. ad vol. II. pag. XVII sq. vbi *Schweigh.* suam deserit sententiam,) adhibuisse videtur *Schweigh.* pag. XLVIII sq. praef. ad I. volumen. 8) cod. *Suida* Polybianus, de quo idem *ibid.* pag. XLIX sq. vberius disserit #). — 9) Cod. *Perotti*, ex quo versionem latinam is confecit,

*demico accommodatus.* Haec diatriba, paucis foliis constans non legitur inter dissertationes Boecleri academias, iunctim editas Argentor. 1701. 4. [Fabr. in ora adfcripsit: Elogium Scipionis in excerpto e lib. 31. illustrat *I. H. Boecler.* tom. II. diff. academ. pag. 576 sqq.] In *Nic. Bellerfontani* dissertationibus academicis ad optimos veteris et nouae historiae scriptores, vndiquaque vt

Iac. Thomafius §. 239. de plagio obseruat corrasis, et excufis Francof. 1626. sunt etiam Polybium spectantia quaedam pauca.

ff) Idem vir doctiffimus Polybii fragmenta ad expeditionem Antiochi M. arabicam pertinentia ex Suida collegit in diff. *Emendat.* et obseruat. in *Suidam fascic. I.* pag. 19 sqq. Argentor. 1789.

confecit, et quem in biblioth. Vaticana, signatum numero 1005, adhuc superesse suspicatur *Schweighäuser* l. c. pag. L sq. 10) *Veneti*, vnus in bibl. Dominicanorum, et duo in Marciana. 11) *Oxonius* in bibl. Laudiana, qui nr. 493. continet libros III et IV, et est alterum volumen et continuatio codicis Paris. nota C. a Schweighäusero signati, qui est eiusdem formae et scripturae atque complectitur libros I ac II. — 12) In *Bodleiana* secundum catalogum, sunt, praeter modo memoratum, nr. 3364. 3366 — 3368. pag. 163. excerpta ex variis Polybii libris histor. — pag. 264. nr. 26 — 28. *Jf. Casauboni* notae et curae Polybianae et pag. 266. Casauboni obseruat. de vocc. ac phrasibus Polybianis. 13) Codex *San Germanensis* nr. 318. vid. Montfaucon. catal. Coislin. pag. 430. et biblioth. MSSr. tom. II. pag. 1063. 14) *Leidensis*, 15) *Doruillianus*, 16) *Avenii*, vid. Schweigh. praef. ad vol. II. p. XII.) De codd. qui *Excerpta* siue ex libris deperditis siue ex quinque etiam prioribus habent, curate copioseque agit *Schweigh.* in praef. ad vol. II. Sunt 1) *Vrbinar*, siue Vrbino-Vaticanus, 2) *Vrsini*, 3) *Augustanus*, 4) *Mediceus*, 5) vna cum *Baroccianis*, et regio Paris. (vid. Schw. praef. ad vol. II. pag. XIII sq.) de quibus antea iam sermo fuit et de duorum codd. *Vindobonensium* conditione supra iam adtulimus cognitu necessaria. Alii codd. habent excerpta ex vno potissimum libro sexto Polybii, notabile illud argumentum de reipublicae ac militiae romanae ratione ac praestantia, et fragmenta nonnulla ex aliis libris decerpta, n. *de armatura et aciei instructione Romanorum atque Macedonum; de Scipionis animo imperatorio et exercitationibus militaribus*. 6) cod. *Tubingensis*; incipit a libro VII. desunt libri XI et XII. habet quaedam ex libris X et XVII. quae male inscribebantur titulo epitomes librorum XVII et XIX. (viri in aliis codd. quoque factum est: vid. *Schweigh.* praef. ad vol. II. pag. XI.) quem cod. diligenter descripsit, variis illius lectionibus ex illo curate collectis et cum aliis codd. atque editionibus collatis, cl. *Ier. Dau. Reuss*, (in praesenti Professor Gottingensis,) in *Beschreibung einiger Handschriften aus der Universitätsbibliothek zu Tübingen*. Tubingae. 1778. 8. — 7) cod. *Vesontinus*, ad biblioth. abbatae S. Vincentii, quae Vesontione in comitatu Burgundiae est, pertinens: quem *Schweigh.* contulit. vid. praef. ad vol. II. pag. X. vbi p. XIV sqq. fufe disserit de codd. *Paciano*, *Vrsiniano*, *Schottano* et *Bauario*, (cuius contenta indicat pag. XXVI sqq.) excerpta *περί πρεσβευων*, vulgo *πρεσβευων*, exhibentibus, et de Vrsini atque Casauboni emendarionibus, item de collectore illarum eclogarum: adde *Reiskium* in praefat. ad sua Polybiana, vol. V. animadu. pag. 772 sqq. Vrsinus autem de iis, quae in ipsius codice scripta erant, sua auctoritate mutauit: tum pag. XXII. de *Thuani* cod. qui fingebatur. 8) Codex *Peirescianus* eclogarum de virtutibus et vitiis. vid. *Fabric.* B. Gr. vol. VI. pag. 491 sqq. *Schweigh.* II. pag. XXVII. qui pag. XXVIII sqq. prooemium, codici illi praemissum gr. et lat. cum variis cod. Schottani lectionibus, formulis typographicis curauit describi. — In monte *Athone* seruari nouem integros Polybii libros ex Ieremiae Constantino-  
politani fide scribit *Graevius* in epistola ad Nic. Heinsium, tom. IV. pag. 69. sylloges Burmannianae. — Inter codd. quibus Mendozam donauit Solimannus II. Turcarum imperator, fuerunt ex *Polybii* libris libri XII. a VI. usque ad XVIII. vid. *Iriart.* catal. codd. MSS. graec. regionum Mairit. pag. 277. — Inter codd. gr. *Esforial*. Polybius de variis rebus publi-

cis

8. — *Toup.* in Emendat. in Suidam et Hesychium, octo in Suida odoratus est, et partim emendauit, partim explicuit fragmenta, quae Polybio

adsignare non dubitauit: nempe tom. I. pag. 18. 220. 400. 419. II. pag. 104. nr. 307. 349. III. pag. 65.

cis et potestatibus, teste *Plüero* in itiner. per Hispan. pag. 188. — In bibl. regia *Neapolitana* cod. CXXI. Polybii historia in epitomen redacta a VII. libro ad XVII. et cod. CLX. eadem epitome a libro VI. ad XVII. — In bibl. Augustinensium et Ioannis ad Carbonariam *Neapoli*, Polybii histor. liber VI. sequuntur reliquorum excerpta vsque ad lib. X. cod. chart. saec. XV.

*E d i t i o n e s* <sup>65</sup>).

Primum libros *Polybii* V. priores, sed latine a se versos edidit *Nicolaus Perottus* cum praefat. ad *Nicolaum* V. pontificem rom. in calce: *Conradus Smeeynhaym: Arnoldus pammartzque magistri, Romae impresserunt.* M. CCCC. LXXIII. (1473.) fol. vid. *Audiffredi* catal. histor. criticum roman. edit. saec. XV. pag. 130 sq. *Zeni* Dissertazioni Vossiane, tom. I. p. 262 sq. catal. biblioth. Ducis de la *Valliere*, tom. III. nr. 4879. qui est codex manu exaratus, et nr. 4480. quae est editio ipsa. — rec. Brixiae 1488. fol. — Venetiis per Bernardin. Venetum, 1498. fol. (in biblioth. acad. Erlangensi.) — cum Titi Liuii epitome, Luc. Flor. in aedibus Aldi et Andreae Soceri, mense Martio, Venet. 1521. 8. (vid. *Maittaire* A. T. IV. p. 504. 661. II. pag. 613.) — *Florentiae* 1522. 8. (vid. *Goetzii* Mem. bibl. Dresd. II. pag. 102. et *Bardini* Iuntarum typographiae annales tom. II. p. 175.) — *Lugduni* 1542. 8. — *Basileae* cum Sexti Ruffi epitoma de gestis Romanorum, excud. Henr. Petrus, mense Martio, 1530. fol. (*Maittaire* A. T. indic. f. tom. V. part. II. pag. 169.) — Perotti versione postea a libro VI. vsque ad libr. XVII. addidit latinam Epitomes et fragmentorum nonnullorum interpretationem *Vuolfgangus Musculus*:

*Polybii Megapolitani historiarum libri priores quinque, Nicolae Perotto Sipontino interprete, item Epitome sequentium librorum, vsque ad XVII. Vuolfgango Musculo interprete, Lugduni 1554. 8. Basil. apud Episcopium iuniorem, 1557. 8. Geneuae 1597. et 1608. 12. In edit. Basileensi pag. 533. lib. VI. legitur: „Quae sequuntur, ab A. Iano Lascari sunt versa, et iam antea a. 1537. vulgato:“ pag. 750. fin. lib. XII. „Ingens hic lacuna in graeco exemplari est, quod Augustae Vindelicorum in bibl. publica adseruatur.“ pag. 767. in fine libri XIII. *Reliqua desiderantur.* Perotti versio valde liberalis est. Montfaucon tamen praetulit Perotti interpretationem Casauboniana, de qua postea sermo erit. Tanto autem hominum adplausu excepta fuit Perotti versio, vt ex aemulis eius nonnulli, quemadmodum a Paulo Louio scriptum est, illam antiquissimam furtoque surreptam dicerent: quod ridiculum videtur *H. Stephano* de graecae linguae studiis, de infidis gr. linguae magistris pag. 116. neque credibile diarii eruditorum Italiae scriptoribus tom. 13. pag. 452. Atque *Huetius* de claris interpretibus, (Stadae 1680. 8.) iudicat, Perottum quidem habuisse litterarum latinarum exquisitam peritiam; sed a fidelis interpretis absolute auisse longissime, et tam leui graecae linguae cognitione fuisse imbutum, vt vix in eius scientiae cortina videretur adlitisse. adde infra, a Fabricio de edit. Casaubon. adnotata, Schweighäuf. praef. I. pag. L sq. et Mitarellum in adpendice librorum saec. XV. ad bibliothecam codd. MSS. monasterii S. Michaelis Venetiarum etc. pag. 382.*

Pars

gg) De his docte et copiose egerunt *Roiske* *nefti* atque *Schweighäuser* in praefationibus ad praefat. ad Polybiana sua, in vol. IV. Animadversionum ad graec. auctor. pag. 771. etc. et *Er-*

Pars graecae primum prodiit:

*Liber, ex Polybii hystoriis excerptus, de militia Romanorum et castrorum metatione inventu rarissimus, a Iano Lascare in latinum translatus, ipso etiam graeco libro, ut omnia conferri possint, adiuncto. Io. Antonius de Sabio excudebat Venetiis M. DXXVIII. (1529) Kal. Martiis. 4.*

*Maittaire A. T. vol. V. part. II. pag. 169.*

*Polybii hystoriarum libri quinque. Graecae, adiuncta in fine Perotti versione latina. Hagenaë, typis Secerianis. 1530. fol.*

*Vincentius Obsopoeius, Auspaciensis, graecum contextum ex codice, a Iac. Ottone Aetzelio, caussarum patrono Noribergensi, communicato, qui in ora varias lectiones habuit scriptas, cum fide et religione, primus edidit. vid. Ernesti praef. pag. XIII. Schweigh. praef. ad vol. I. pag. XIV sqq.*

*De Romanorum militia et castrorum metatione, ex Polybii hystoriis per A. Ianum Lascarem excerptus, et ab eodem latinitate donatus, ipso etiam graeco libro — adiuncto. Eiusdem Iani Lascaris epigrammata et graeca et latina. — Item Iacobi Comitum Purliliarum de re militari lib. 2. Basileae (curante Io. Oporino,) Balth. Lafer et Tho. Platter. 1537. 8. — cum notis et animaduersionibus Ratbodi Hermannii Schelii, cum eiusdem Hygino, Amstel. 1660. 4. et in thes. antiqq. roman. I. G. Graevii, tom. X. adde paullo post ad §. VI. notata.*

De eclogis atque excerptis ab Ursino ac Valesio editis, a me et a Fabricio iam antea disputatum est. — Quinque fragmenta decerpta ex Polybii hystoriarum libris XL. *Raphael Cyllenius* vertebat Venet. 1549. 8. *Cinelli* IV. pag. 87 sq. — *Marci Pauli Tartesii, Cremonensis, qui a. 1560. obiit, versionem latinam ineditam memorat Francisc. Arifus* tom. II. *Cremonae literatae* pag. 243. notante Fabricio in margine exempli sui. — *Polybii opuscula aliquot graeca, in latinum conuersa per Alb. Torinum.* Basil. 1544. 4. *Catal. bibl. Burmann.* II. pag. 60.

*Πολυβίῃς — Polybii — hystoriarum libri priores quinque, Nicolao Perotto, episcopo Siphontino, interprete. Item epitome sequentium librorum usque ad decimum septimum, Wolfgang. Musculo interprete, Basil. per Io. Heruagium. 1549. fol.*

Græcam orationem curauit *Arlenius*, qui in praefatione ad *Diegum Hortadum Mendozam* profitetur, se ex illius codice, e *Coreyra* adlato, duodecim posteriorum librorum epitomen nunc primum adiecisse. Idem insignem lacunam, quae in *Obsopoei* editione lib. I. cap. 19. fuit ex codice *Augustano* suppleuit. Hunc autem cod. Aug. MDXLVIII. contulit *Xystus Betuleius* in gratiam *Wolfgangi Musculi*, qui, dum *Tiguri* exsulabat, aetate iam grandi versionem *Perotti* alieno rogatu ad illos codd. correxit et fecit plenior. Undenam vero illud initium et finem epitomae sextae habuerit *Heruagius*, et an epitome sexta *Parisiis* apud *Io. Lodaicum* fuerit excusa, quod *Arlenius* significare videtur, definire non possum cum *cl. Schweighäusero*, praef. ad tom. I. pag. XVI sqq. de illa editione, ab *Hagenaensi* pluribus locis modo iure, modo perperam discrepante, at permultis locis culpa librorum vitiosa, latius iudicante. Adde *Ernesti* praefationem pag. XIII sq. et *Reiske* l. c. pag. 775 sqq. et *Goetzii* memor. bibl. *Dresd.* II. pag. 100 sq. vbi aliae quoque editi. recensentur.

Excerptum e libro XVI. de proelio nauali circa Chium primum *græce* vulgarat illustraueratque *Lazarus Baysius* libro de re nauali edito primum a. 1537. et recuso tom. XI. antiquit. thesauri Gronouiani pag. 581 sqq. Profitetur autem Baysius, illud accepisse se a Victore Fausto: cuius, inquit, copiam mihi fecit Victor Faustus, dum Venetiis a rege christianissimo legatus commorarer. Edidit et illustrauit quoque *Meibomius*. vide paullo post, §. VI.

*Polybii fragmentum ex legationibus*, collatum cum Liuii loco de honoribus, Attalo et Rhodiis ab Atheniensibus habitis. Paris. apud Fed. Morel. 1594. 4. vid. *Maittaire* A. T. III. pag. 806.

*Πολυβίου ἐκλογὴ περὶ ἐλευθερώσεως τῶν Ἑλλήνων*. gr. (forsan apud Prevoſteau,) 1604. 4. *Maittaire* ibid. tom. V. part. II. pag. 169.

Noua lux accensa est textui Polybiano cura operaque If. Casauboni in editione, a Schweighäusero pag. X sqq. et XIX sqq. atque Ernestio in præfationibus et a Reiskio l. c. pag. 784 sqq. diligenter copioseque descripta, et sic inscripta:

*Polybii historiarum libri, qui supersunt. Isaacus Casaubonus ex antiquis libris emendauit, latine vertit, et commentariis illustrauit. Aeneae vetustissimi Tactici commentarius de toleranda obsidione. Isaacus Casaubonus primus vulgauit, latinam interpretationem ac notas adiecit. Parisiis apud Drouardum. 1609. fol.*

Sunt exempla, in quorum titulo hæc leguntur: *Typis Wecheliansis apud Claudium Marnium et haeredes Aubrii MDCIX*. nullo vrbis nomine adiecto. At ex eo Fabricius aliique perperam collegerunt, editionem Parisiensem ad verbum eodem anno recusam esse *Hannouiae* 1609. <sup>hh</sup>) fol. *typis Wecheliansis*. Primum illi librarii in priuilegio Caesareo Marnio et Aubrii heredibus dicuntur *cuius et typographi Francofurtenses*. Tum, vt Schweigh. pluribus demonstrauit, res ita se habuit. Casaubonus, Geneuae adhuc degens, de Polybii editione egerat cum heredibus Wecheliansis, qui illam suis sumptibus Francofurti suscipiendam ei sponponderant. — Ille vero, postquam Lutetiam commigravit, negotium, vt ipse operis praeesset, detulit Drouardo, qui propter commercium frequens cum Wecheliansis heredibus Polybii causa societatem ea lege contraxisse videtur, vt, quae exempla Francofurtum mitterentur, ipsorum nomen in titulo praeferrent. Hinc, quoniam vna eademque est editio, nulla in pagina nec vlla quidem syllaba discrepant exempla, quae Wecheliana citantur, a Parisiensibus. — Fabricius de egregia illa editione, cuius basis est exemplum Basileense, hæc, quae sequuntur, scripsit. „*Casaubonus* libros quinque primores e codicibus MSS. tribus, regis Galliae, Bauarico et Antonii Verderii, (sed in quo duo tantum primi libri erant,) emendauit, adhibitis insuper vetustissimis membranarum Urbini Ducis, in quibus excerpta ex primis libris XVII. atque adeo quinque etiam illis continebantur. Excerpta e libris VI—

Ss 2

XVII.

*hh*) *Benzel* in nota mssta obseruat, exemplum Hanou. in biblioth. Vpsaliensi præferre annum 1619. edit. illam ann. 1619. notat laudatque *Harwood* in edit. et versione Pinelli, (Prospetto di varie edizioni degli autori classici etc. Venet.

1780.) pag. 54. In catalogo biblioth. Burmanni II. pag. 10. occurrit *Polybius* gr. et lat. If. Casauboni, Paris. 1619. fol. an nouus titulus præfixus erat editioni superiori?

XVII. recensuit ad fidem tum earundem membranarum, tum aliorum codicum MSS. regii, Memmiani, et Francisci Pithoei, quod, inquit, *deprehendimus, esse illud ipsum, unde Basilienfis editio fuerat defunta.* Codicem Cardinalis Ioyeufii, Rothomagensis archiepisc. de- mum inspexit absoluta iam sua editione. Excerpta legationum, a Fulvio Ursino pridem edita, emendauit et suppleuit e codice MS. Andreae Schotti, et e codice excerptorum a nes- cio quo Theodosio paruo<sup>ii)</sup>, quae tum idem Schottus ad Casaubonum miserat, tum Ca- saubonus ipse in bibliotheca repererat Thuana. Vniuersa iam recensita, et eclogas qui- dem legationum primus vir doctissimus fide, eruditione, et elegantia insigni vertit latine, fragmenta non pauca collectis a Fulvio Ursino adiunxit, et Synopsi chronologica Polybium illustrauit. Addidit etiam Aeneae Polybio memorati Poliorceticum incditum haecenus, cum versione et adnotationibus, de quo infra hoc ipso capite dicam.

Ex commentariis vero, quos in Polybium molitus fuit Casaubonus, illos tantum ha- bemus in capita vicesima libri primi, tanto viro dignissimos, atque, vt vere *Morhofus* I. Polyhist. pag. 220. aureos, qui post auctoris obitum lucem viderunt Parisiis<sup>kk)</sup> ann. 1617. 8. deinde, Boeclero curante, cum notis in Theophrasti characteres, recusi Argentorati a. 1654. 8. ac denique in Gronouianam Polybii editionem, de qua mox, recepti. Ex horum lectio- ne incertum est, maioremne vsu et voluptatem capiant studiosi, an dolorem, quod non minus maxima elegantissimi operis parte carere coguntur, quam *Adparatu* Casauboni ad *Commentarium Polybianum*, quo militiae graecae et romanae aliarumque gentium veterum explicationem, fortunam et cum hodierna comparationem tradere instituerat, tum *indice graeco in Polybium et tractatu de stylo Polybiano*, quae parentem suum in adfectis habuisse testatur in praefat. ad notas suas pag. 201 sq. et 222. filius Mericus Casaubonus. Polybii Ca- saubono praemissa est dedicatio siue epistola lectu dignissima ad Henricum IV. Galliae re- gem, qua praeclare differit de vsu ac praestantia historiae, tum de Polybio ipso eiusque vir- tutibus, quem cum aliis historicis veteribus confert, et ab impietatis crimine absoluit.

Eodem Casaubono interprete, libri V. et ex libris VI—XVII. excerpta, tum excerpta de legationibus et *Aeneae* *Tactica*, cum prolegomenis eiusd. Casauboni ad Polybium Francof. typis Wecheliani ann. 1610. 8. Ad hanc versionem suscipiendam plus simplici vice hortatus Casaubonum est Iosephus Scaliger. *Nam illa Musculi, inquit, ridicula est: Perotti ad quin- que libros, manca, aliam non vidi.* Epist. 114. Casaubonus ipse epist. 413. *Perottus latine qui- dem loquitur, sed longe ab auctore discedit. De Musculo nihil dico, in quo praeter egregiam voluntatem nihil inuenio, quod laudem. Habeo in manibus Pompilii Amassii versionem eorum, quae ex interpretatione Musculi vulgo leguntur. Vellem vidisses, vt consilium dares, acq- uisendumne in ea sit, annon. Elegans profecto est et comita. Sed vir probus hac cautione vsus est, vt obscurissimas quasque περιπέτειας non attingeret, contentus, lectorem monere, peti posse eorum versionem a Musculo. Nobis vero non licet esse tam securis.* Respicit Casaubo- nus

ii) Titulus excerptorum MS. codice Thuaneo: *Ἐκτράκτα τῶν πρὸς Θεοδοσίῳ ἐστὶ ὁ μυσκέας.* vid. in- fra IV. 10. 10. [conf. Schweighäuf. praef. ad tom. II. pag. XVIII sqq.]

kk) In Lipenii bibl. philosophica perperam tra- ditur, Polybium Casauboni graece et latine pro- diisse Paris. 1617. 8.



nus eclogam primam et tertiam e sexto Polybii libro de diuersis rerump.<sup>4)</sup> formis deque Romanae praestantia, quae Alexandro Farnesio Cardinali dicata<sup>mm)</sup> *Pompilio Amasaeo*, (Romuli Amasaei, qui Pausaniam et Xenophontis quaedam latine conuertit, filio,) interprete prodierunt Bononiae a. 1543. 4. apud Io. Baptistam Phaëllum. Idem Casaubonus epist. 425. „ Tandem imperaui ipse mihi, et versionem a me expressi, vel potius initium versionis. Kalendaris enim Nouembris (a. 1505.) prima eius ducta est linea. Scis, quam non contemnendus Perottus sit, qui vir, si graecarum litterarum cognitionem habuisset, in eo genere scriptio- nis paene mihi regnare videretur. Sed rudem fuisse τῆ ἑλληνισμῶ reapse deprehendimus, sic tamen, vt τὸν κελουαγαδὸν Musculum, qui fragmenta vertit, multis parasangis anteaeret. Epist. 426. *In Polybio scis me nunc esse, cuius versionem ne me poeniteat fuisse adgressum, Perotti interpretis fatuitas facit, qui mille amplius locis omisso Polybio Lini- um descripsit nobis, quare merito Itali tui latinitatem hominis sunt admirati: sed de fide illius, quod praedicat Iouius<sup>nn)</sup> quis ferat aequo animo? irascor et vehementer quidem.* Confer Casauboni praefationem, pag. 71 sq. qui ne vnam quidem paginam Polybii recte intellectam a Perotto arguit. Etiam Vincentio Opfopoeo notante, Perottus non paucos locos praetermisit, et interdum totas subterfiliit paginas, quamuis *Franciscus Sabinus* in apologia aduersus L. L. calumniatores, Perotti Polybio nihil adfirmet esse politius. Confer [supra ad primae edit. s. Perotti versionem notata.] *Anton. Borremansii* varias lect. cap. X. pag. 117. et *Leonhardi Nicodemii* additamenta ad biblioth. Neapolitanam Nic. Toppi pag. 185 sq. *Haellenus Fabricius*.

S. s 3

Casau-

1) Hanc Polybii elegantissimam dissertationem expressisse videri potest *Machiauellus* lib. I. diss. in-decadem primam Liuii cap. 2.

mm) Praeter illas duas eclogas ex eius versione editas Casaubonus in praefat. ad Polybium testatur e Sylburgii biblioth. ad manus suas peruenisse scedam paruam, titulos XVI. continentem, variarum lucubrationum, quas hic vir doctissimus Amasaeus illustrando Polybio composuerat. *Postea, inquit, etiam litteris viri Magnifici Marci Velseri sumus admoniti, exflare adhuc alibi in Italia eorum libellorum nonnullos, qui si ab eruditissimis hominibus fuerint aliquando publicati, fructuosam eorum lectionem studiosae inuenturi futuram non dubitamus.* Nos eorum nihil vidimus, praeter versionem eclogarum, quas Musculus sermone Romano expresserat, in quo multum admirati sumus difficillima quaedam fragmenta ab Amasaeo non esse versa, sed Musculi translationem retentam, a Pompilio leuiter castigatam. Erant tamen in ea, quam diximus, schida aliquot tituli, prolixam explicationem pollicentes, et eius eclogae, qua Romana militia declaratur, et omnium penitus locorum huius secundae partis affinis argumenti, quae

omnia haellenus cum inuisa nobis atque incomperta sint, nihil habemus, quod amplius de iis dicamus. *Pompilii Amasaei* obseruationes in Polybium memorat Velserus in litteris ad Robert. Titium, (in Velseri scriptis pag. 872.) et missurum se ad Casaubonum testatur ann. 1604. Sed illas Casaubonus non accepit. *Fridericus Sylburgius* in epistola ad Ios. Scaligerum, data 1588. scribit, se versionem Polybii, a Pompilio Amasaeo interpolatam, accepturum ex Italia, tom. II. sylloges Burmann. pag. 317.

nn) Iouius pag. 34. elog. *Exinde Romae Graecas litteras pertinaci studio consecutus* (Perottus) *fretusque Bessarione, generoso Maecenate, adeo exacte feliciterque profecit, vt ab eo Polybius grauisissimus historiarum scriptor latinitati donaretur.* Non defuere tamen ex aemulis, qui eius auctoris translationem antiquissimam fuisse furtoque surreptam existimarunt, quod Thucydidem, Diodorum, Plutarchum et Appianum clarissimo ingeniorum certamine conuersos vnus Polybius egregia fide latinum aequabili ac praedulci romani sermonis puritate prorsus antecedit.

Casaubonianum textum cum vitii operarum typographicarum, quibusdam tamen autum accessionibus, reddidit *Jac. Gronovius* in editione, cuius hæc est inscriptio:

*Polybii historicorum libri, qui supersunt, interprete Isaaco Casaubono. Iacobus Gronovius recensuit, ac utriusque Casauboni, Ful. Vrsini, Henr. Valesii, Jac. Palmerii et suas notas adiecit. Accedit Aeneas commentarius de toleranda obsidione, cum interpretatione ac notis Isaaci Casauboni, Tomi I—III. Amstel. Io. Iansff. a Waesberge et Io. a Souceren. 1670. 8.*

Praeter ea, (inquit Fabricius,) quae in Parisiensi leguntur omnia, in hac reperies 1) commentarios Casauboni postumos in librum Polybii primum, 2) excerpta de virtutibus et vitii e Polybiano opere, cum versione et notis *Henrici Valesii*: 3) *Merici Casauboni* notas ante hac ineditas in quinque primos Polybii libros, ex parentis ipsius Isaaci castigationibus collectas, quas orae codicis Basileensis vel etiam Parisiensis suae adleuerat, in quibus modo vera lectio Polybio restituitur, modo versio castigatur, quae interdum iam tum non graecis editis, sed illis correctionibus respondet. 4) *Fulvii Vrsini* notas ad excerpta legationum, quibus praecipue confert Polybium cum 5) *Liivio*, qui eum frequentissime est sequutus, et non raro ad verbum expressit, licet nonnumquam etiam ab eo dissentiat nominatim, vt lib. XXXIX. 52. 5) *Iacobi Palmerii* a *Grentemefnil* animaduersiones ad varia Polybii loca, quas ediderat in obseruationibus suis ad scriptores graecos *Lugd. Bat. 1668. 4. p. 78—95.* 6) Polybii fragmenta, post *Fulvii Vrsini* et *Casauboni* curas ab *H. Valesio* et *Iacobo Gronouio* e *Suida* potissimum collecta et ab *Aemilii Porti* hallucinationibus hinc inde vindicata. 7) *Iacobi Gronouii* ad Polybium notas, in quibus *Casauboni* quoque plus simplici vice notatur interpretatio. 8) Indicem pleniorem et accuratiorem. Haecenus Fabricius.

Gronovius tamen, multa suae editioni deesse probe perspiciens, post illam absolutam, omnia subsidia ad nouam Polybii editionem procurandam in Anglia, Italia et Parisiis conquisiuit. Londini ex exemplo editionis Basileensis, quo vsus erat *Is. Casaubonus*, multiplicem obseruationum, ad Polybium pertinentium, materiem, ab eodem *Casaubono* congestam, atque in ora illius exempli simul cum lectionibus codicis msti Vrbinatis adnotatam, descripsit, atque in singularem libellum in forma octaua retulit. Indicem graecitatis Polybia-

nac

oo) De *Liuii* et *Diodori Siculi* imitatione, qua Polybium in historiis suis expresserunt, notata etiam nonnulla sunt a *Boeclero* ad calcem variar. lectionum e codice Polybii Augustano Argentor. 1670. 4. [adde *Liuium*, edit. *Drackenb. tom. VII. pag. 81.*] pag. 169 sq. Idem dixeris de *Arriano*, quem ideo cum Polybio recte coniunxit *Georg. Raphaelius*, utriusque dictionem cum dictione facra *N. T.* conferens. Quod vero Polybius a *Liivio* XXX. 45. non alio elogio maectatur, quam *haudquaquam spernendi auctoris*, (h. e. testis, vt vocabulum illud recte intellexit illustris *Grotius*.) non duxerim loliginis vel inuidiae esse cum *F. Vrsino*, *Palmerio*, *Clerico I. artis Criticae* pag. 463. non magis, quam impietatis, cum *Iouem*, dixit

non contemnendum, sed *λιτότητα* grauitati historiae conuenientem et Polybio non minus honorificam, quam quod *Ciceroni* III. offic. cap. 32. audit *Polybius bonus auctor inprimis*, et *Straboni* IX. pag. 422. *ἀπὸ ἀξιόλογος*. Confer exempla huius figurae apud *Gellium* II. 6. et plura notata a *Casaubono* pag. 1547 sq. edit. *Gronouii*, *Vossio* IV. 10. 8. *Instit. Orator. Crenio* IV. animaduersh. pag. 51 sq. *Ioh. Ruatdo* in vita *Plutarchi* p. 58 sq. *Eliæ Boherello* ad *Origenem* contra *Celsum* p. 4. *Menagio* ad *Laert.* II. 97. *Ioh. Weitzio* ad *Terrentium* p. 644. *Drusio* ad *Sirach* XV. 13. *Tan. Fabro* ad *Longinum* pag. 223. edit. *Tollii*. [adde supra iam notata de illa formula *Liuiana*.]

nae ex Casauboniano ad Polybium adparatu accepit: qui index hodie compactus est cum tomo tertio exempli Polybii Gronouiani in bibl. Lugdunensi. Oxonii et Parisiis codd. nonnullos excussit, eorumque varias lectiones ad oram exempli suae editionis adscripsit. Parisiis accepit ab Henr. Valesio fragmenta nonnulla, ad Polybium pertinentia, ex Heronis libro de repellenda obsidione excerpta; in his fragmentum de obsidione Ambraciae, quod dissertationi epistolicae in loca quaedam T. Liuii, tomo II. Liuii Gronouiani pag. 65 sqq. tom. autem VII. pag. 148 sq. Liuii Drackenb. adiunctae inseruit. Florentiae e tribus quatuorue codd. L. V. enotauit: domum reuertens variarum obseruationum siluam et supplementum notarum, in Polybium olim a se editarum, vel exemplis suae editionis adscripsit, vel in peculiare digessit schedas. Qui *adparatus Gronouianus ad Polybium*, diu in obscuro latens, a Ruhnkenio in bibliothecam publicam Leidensem illatus, postea cum Schweighäusero, (vid. praef. ad vol. I. pag. XIII et XXIII sqq.) communicatus est.

Graecus textus Gronouianus, nonnullis manifeste vitiosis hinc inde correctis, cum versione Casauboni latina renouatus est Lipsiae, cum praefatione Ernesti, ad regendum illud institutum a librario rogati, qui praeter ea adiecit praefationem Valesianam ad excerpta Peiresciana, et emendationes *Fuluii Vrsini*, ad edit. Basil. factas, atque glossarium s. lexicon Polybianum, de quibus ornamentis aliisque mutationibus factis Ernesti ipse in praefat. more suo, h. e. erudite disseruit, et historiam editionum criticam concinnauit. Inscripta vero est editio haec utilis et satis correctae:

Πολυβίῃς — *Polybii, Lycortae F. historiarum quae supersunt*, interprete If. Casaubono: ex recensione *Iac. Gronouii*, cum notis Casaubonorum, Vrsini, Valesii, Palmerii et *Iac. Gronouii*. Accessit *Aeneas Tassici* comm. de obsidione toleranda cum interpr. et notis *Isaaci Casauboni*. Praefationem et glossarium Polybianum adiecit *Io. Aug. Ernesti*. tom. I. Lipsiae 1764. (quo anno absoluta est integra haec editio, et generalem accepit inscriptionem,) apud *Io. Paul. Krausium*, bibliopol. Vindobon. 8. — tom. II. qui continet *Eclogas libr. VI—XVII. et Legationum*. Vindobonae 1763. — tom. III. qui continet *excerpta Valesii, fragmenta et indices*. Vindob. 1763. In Lexico multa loca etiam critice pertractantur.

Nouam plane recensionem gr. textus e codd. et edd. nec non ex ingenio aut de coniectura aliorum fecit, ordinem vulgarem mutauit, ita, vt fragmenta excerptaque suo quoduis libro infereret, versionem correxit, eruditas adnotationes, quae partim in interpretatione verborum, cum grammatica, tum maxime critica, versantur, partim in rerum et historiae illustratione, seu plenum commentarium, a contextu gr. et omni lectionis variae et coniecturarum silua seiunctum, duobus reseruauit voluminibus, in praefationibus denique historiam codd. msstor. atque editionum criticam composuit, et de subsidiis varii generis, quae nactus est ad ornandam editionem, disseruit, atque adeo egregiam procurare coepit editionem cl. *Schweighäuser*, cuius studium operamque saepe laudauimus. Inscriptio haec est:

Πολυβίῃς — *Polybii Megapolitani historiarum quidquid superest. Recensuit, digessit, emenda ore interpretatione, varietate lectionis, adnotationibus, indicibus illustrauit Iohannes Schweighäuser, Argentoratensis. Tomus primus, liber I. II et III. Lipsiae in libraria Weidmannia. 1789. m. 8. — Tomus II. liber IV et V. cum reliquiis libr. VI et VII. ib. 1789. — tom. III. Reliquiae libr. VIII—XVI. ibid. 1790. — tom. IV. Reliquiae libr. XVII—XL. 1790. — tom. V. 1792. continet praefationem litterariam, testimonia*

monia veterum de Polybio, spicilegium reliquiarum ex certis libris historiarum ex libr. VI. et reliquis, tum reliqua fragmenta ex Suida maxime et Stephano Byzantino collecta, et Schweigh. adnotatt. ad lib. I—III. — tom. VI. adnotatt. ad lib. IV—X. 1792. — tom. VII. 1793. Indices aliaque, quae defunt, nondum exierunt praelo. Vfus quoque est Schweigh. notis Scaligerianis, Vossianis, Reiskianis, de quibus postea sermo erit, et adparatu Gronouiano, supra memorato. vid. praefat. ad tom. II. pag. 34 sqq. et V. pag. XV sqq. vbi quoque institutum suum et consilium, quod in curanda sua editione tenuit, vberius exposuit.

Oxonii a pluribus annis editio noua Polybii sub praelo sudat: textus erit Gronouiano-Ernestinus, addita variarum adnotationum farragine. *Harl.*

VI. Post Gronouianam editionem nonnulla *Polybii* loca illustrauit *Marcus Meibomius* in libro de fabrica triremium<sup>pp</sup>) pag. 70 sq. castigatis subinde Casaubono, gallico interprete *Reyero*, (quem errores augere potius, quam tollere adfirmat,) et *Iacobo Gronouio*. Idem pag. 148 sq. exhibet pugnam naualem ad Chium, a Polybio lib. XVI. descriptam, cum noua sua versione et eruditis animaduersionibus, ad quarum calcem subiungit haec verba: *His perlectis spero, iudicaturum lectorem, antiquitatis peritum, interpretatione, quam edidit Casaubonus, et castigationem fieri posse, (hoc aliquot exemplis etiam docuerat H. Valesius praefat. ad excerpta Peiresciana,) et Romani sermonis perspicuitate aliquanto ornatiorum. Notas huius viri in primum librum, quod post obitum sint editae, rigidius excutere nolim. An praestare passim in ceteros, quantum ab illo fuit expectatum, malle, si [P] otium esset, in publicum prolato hoc scriptore perpetuis commentariis illustrato probare, quam varia sollicitatione doctos homines suspensos tenere.*

Inter *Antonii Quaerengi* scripta video laudari, de *Platonis, Aristotelis et Polybii in politicis rebus dissensione*: Item, de *historiae pragmaticae Polybianae triplici fine*. — *Vberti Folietae de similitudine normae Polybianae* ad Rainaldum Corsum, Ictum, inter varia eius Opuscula, Romae 1573. 4. et tom. I. thesauri Italiae Graeuiani p. 1241—1246. Intelligit autem normam conscribendae historiae. In Ludouici Morerii Lexico perperam excusum est *Nomina Polybiana, Fabric.* — [Polybium, Scaligerianis notis onustum, a Nic. Heinsio petiit Graeuus in tomo IV. pag. 340. sylloges Burmannianae. Illae Scaligerianae notae, edit. Basileensi 1549. adscriptae, post varios dominos ad clar. Car. Segaar, Professore graecae linguae in academia Traiectina peruenerunt, a quo illas accepit Schweighäuser, qui eas in adnotationibus suis laudauit. vide paullo ante de edit. Schweighäuseri adnotata. — *Io. Iac. Reiske* integrum volumen *quartum animaduersionum suarum ad graecos auctores*, Lipsiae 1763. 8. dicauit emendandis illustrandisque Polybii reliquiis; praefationem vero ad sua Polybiana, in qua de fide et editoribus Polybii superioribus libere copioseque iudicauit, volumini quinto animaduersionum etc. pag. 757 sqq. inseruit. — *Car. Christoph. Foersteri* lib. in quo locos quosdam Polybii a latinis interpretibus, Liuio, Casaubono et Valesio perperam translato propofuit et examinauit, subiunctis animaduersionibus I. Iac. Reiskii ad libellum Plutarchi de tarda Numinis ira, Lipf. 1755. 8. *Harl.*]

Quum

Quum diligentissimus fuerit in re militari Romanorum describenda *Polybius* libro VI. excerpt. cap. 17 — 40. illum locum separatim latine non infeliciter transtulit *Ianus Lascaris*, homo graecus, Basil. 1537. *περὶ τῆς τῶν ἐπιλιτῶν καταστάσεως*, cum eiusdem Lascaris epigrammatis et Iac. Comit. Purliliarum libris duobus de re militari: latine etiam Lugd. 1592. 8. 1607. 4. [Castrametatio Romanorum ex Polybio lib. VI. a Lascari. versa, inserta quoque legitur editioni *Vegetii* a Steuwichio curatae Antwerp. 1584. 4. Lugd. 1592. 8. etc.] Postea eruditus commentariis illustrarunt illum *Franciscus Patricius* in opere de militia romana, (quod ex hetrusco idiomate in latinam linguam a Ludolpho Neocoro translatum in thesauri Graeuiani tomo decimo habent studiosi.) tum *Iustus Lippius* <sup>99</sup>) in libris V. de militia romana, de quo videnda censura Casauboni in epist. 21. ad Bongarsium. Ab eo tempore *Hermannus Ratbodus Schellus* <sup>100</sup>) in dissertatione de castris et agmine Polybiano, quae cum aliis huius argumenti ab eodem viro elegantissimae doctrinae concinnatis diatribis in eodem thesauri antiquitatum romanarum tomo decimo occurrit. *Fabric.* — [Separatim excusus atque vberioribus notis et criticis et vero antiquariis instructus est ille libellus:

*Πολυβίου* — *Polybii, Megapolitani, de militia romana libellus*, versione latina, commentatione perpetua et iconibus illustratus; nec non indice rerum et dictionum latino et syllabo vocabulorum graecorum locupletatus, studio et opera *Io. Georgii Poeschellii*, ill. Gymn. Heilsbronnensis Conrectoris. Norimbergae 1731. 8. conf. quoque Acta eruditorum germanice scripta, 164. tom. 14. pag. 563. Fränkische acta erudita etc. fasc. 23. Noribergae 1732. 8. pag. 977 sqq. *Harl.*]

Italice, Florent. 1552. 8. — *Polybius de armis Romanorum*, cum apophthegmatibus quibusdam ex Plutarcho et nominibus ordinum militarium ex Aeliano. Florent. 1552. 8. — Conferendus est praecipue *Salmasii* de militia romana liber postumus, quo et alia Polybii loca illustrantur.

Interpretibus Polybii quodammodo etiam accensendus *Leonhardus Aretinus* est; eius enim de bello Punico libri duo in MS. cod. in bibliotheca MSS. S. Michael. Venetiarum, de primo bello punico et de bello Romanorum cum Gallis. Est quoque in bibl. Mediceo-Laurentiana plut. LXV. nr. 14. conf. *Mittarelli* bibl. codd. MSS. bibl. S. Mich. Venet. p. 659. — Princeps editio ita inscripta: *Polybius, historicus*, de primo bello Punico, latine, *Leonardo Aretino* interprete. *Plutarchi* paralela a Guarino Veronensi in latinum versa; primum prodiit *Brixiae* per Iac. Britannicum, 1498. fol. vid. *Maittaire* A. T. tom. IV. part. II. p. 661. *Gertsii* memor. bibl. Dresdens. II. pag. 103. — tum *Ventis* die oct. Nouembr. 1504. fol. in bibl. publ. Erlangens. Paris. 1512. et Augustae Vindel. 1537. 4. <sup>99</sup>) veluti in *Liuii* supplementum editi magnam partem e Polybio sunt expressi <sup>100</sup>). Prior agit de bello Punico primo, poste-

99) Conf. *Gabr. Naudaei* Bibliograph. militar. ibique not. *Cronii*, in huius opere de eruditione comparanda p. 510 sq. *Harl.* *Ter. H'ordäcke* Index bibliothecae militaris scrip. vet. (Hauniae, 4)

100) *Hyginus* et *Polybius* de castris Romanorum, cum notis et dissertat. de re militari populi romani: R. H. S. (i. e. Schellii.) Amstelod. 1660. 4. *Heumann.*

99) De hac edit. rara vide *Clement* bibl. curicuse etc. II. pag. 29. qui vero facit iniuriam *Fabricio* ac si h. l. scripsisset Paris. edit. produsse 1552. *Harl.*

100) Conf. *Apost. Zeni* dissertazioni Volliane, tom. I. pag. 90 sq. *Harl.*

posterior de seditione militis conductitii, et populorum Africae a Carthaginienfibus defectione, bello item Illyrico et Gallico. [Partem priorem Leonardi Aretini, italice versam, Florent. 1526. 8. et Venet. 1545. 8. notauit Clement I. c. Sed illam quidem Liuii e Polybio et aliis optimis scriptoribus supplendi spartam longe plenius feliciusque ab eo tempore ornavit *Ioh. Freinshemius*, vir egregius, de quo dixi in bibliotheca latina. Continuationem historiarum Polybii siue libros τὰν κατὰ Πολύβιον olim composuerat *Strabo*, quorum secundum laudat libro XI. Geograph. pag. 515. XLIII. libris illud Strabonis opus constituisse testatur *Suidas* in Πολύβιος, vbi addit, *Posidonium* quoque, Olbiopolitem, sophistam, Polybii historias continuasse. Libris LII. constituisse, testatur idem *Suidas* in Ποσειδάσιος, vbi male tribuit hoc opus *Posidonio*, Stoico, Alexandr. Ille fortassis *Posidonius* citatur a *Plutarcho* in Fabio Max. fol. 185. [add. *Eudocia* in *Violario* pag. 365. supra inter Stoicos, vol. III. pag. 573. *Harl.*] *Scylax* vero, Caryandensis, mathematicus et musicus, scripserat, teste eodem *Suida*, ἀντιγραφήν πρὸς τὴν Πελοπιβίς ἰστορίαν, quod viri docti ita intelligunt, vt aduersus Polybium scripserit. Potest et ita accipi, vt composuerit historiam, Polybianae aemulam, quemadmodum *Alanus* hoc sensu poema suum latinum inscripsit Anti-Claudianum: et *Homero* Amazonas adpellantur ἀντιάνειραι *Iliad.* γ'. 189. quod scholiastes bene explicat ἀΐ ἴσαι κατὰ δύναμιν ἀνδράσιν. [conf. infra, lib. IV. cap. 2. §. 6. vol. IV. pag. 32. edit. vet. *Vossius* de histor. graec. lib. I. cap. 19.]

Apud *Vossium* hist. gr. libro IV. pag. 510. legas e *Suida* [quocum conspirat *Eudocia* pag. 267.] referri, *Cleoxenum* et *Demeoclitum* egisse de *Persis*, eorumque historiam exornatam [P] a Polybio. Sed *Suidae* locus ita legendus: Κλεόξεινος καὶ Δημόκλειτος, ἔγραψαν περὶ πυρσῶν, (de ratione significandi in bello per faces elatas siue ignes,) ὧν (scil. πυρσῶν) τὴν πραγματείαν ἐπεξεργάσατο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης. [Atqui περὶ πυρσῶν iam correxit *Paul. Leopardus* in *Emendatt.* lib. V. cap. 11. et rescripsit illustravitque *Kiisterus* in sua *Suidae* editione tom. II. pag. 324. adde notam ad §. IX. circa fin. —] — Confer *Polybii* lib. X. excerpti. cap. 41 et 42 sq. *Colomesium* ad *Gyraldum* pag. 403. *Suidam* ipsum in *Διεύσις*.

## VII. *Versiones Polybii in linguas vernaculas.*

*Germanice* e versione *Guil. Xylandri*, Basil. 1574. fol. quae reliquis vernaculis longe praefertur a *Casaubono*, dedicat. pag. 23. Non etiam desuere, qui in vulgares linguas tantum Polybii vertent, quantum latine expositum inueniebant: si tamen vertere est romanae interpretationis sexcentos errores aliis totidem cumulare, atque interim graecae linguae peritiam in prima libri fronte mentiri. Vnicam excipio germanicam versionem, ab homine longe eruditissimo profectam, sed quod res arguit, et alia eius scripta testantur, variis semper curis occupato. *Fabric.* conf. *Goetzii* memor. bibl. Dresd. II. pag. 103. Beiträge zur kritischen Historie der deutschen Sprache etc. part. IX. (Lipsiae 1734. 8.) pag. 237 sq. A Centurione *de Oelsnitz*, cum interpret. et adnotatt. *Folardi* et *Guifchardi* etc. Breslau. ac Berol. 1755—1769. VII. tom. 4. cum figg. — (a *Blone*.) Viennae, Pragae etc. 1759. VI. tom. 4. e lingua gallica male versus est Polybius: — a *D. C. Seybold*, cum adnotationibus et excerptis ex *Folardi* et *Guifchardi* operibus, ad artem veterum militarem spectantibus, Lemgou. 1779—1783. 8. IV. tom. conf. Vollständige Sammlung aller Uebersetzungen der Griechen und Römer,

Römer, (Francof. et Lips. 1785. 8.) pag. 74 sqq. et Einige Schriften der Altdorf. deutschen Gesellschaft, pag. 162 sqq. noua litteraria Lipsienf. german. 1760. pag. 83 sqq. *Harl*]

*Italice* per *Lud. Dominicum* Venet. 1546. 8. tom. I. ac 1553. tom. II. iterum 1564. 4. quae posterior longe praestit editio. *Fabric.* — *Dominicus*, linguae graecae ignarus. versione tantum *Perotti* uti potuit. Hinc illam versionem *Iulius Landi* secundum graecam orationem correxit, et suppleuit, notasque subiecit, Veronae 1741. mai. 4. cum tabulis geographicis, II. voll. addiditque vol. III. ibid. 1743. *Le Ambascierie tratte dalla Storia di Polibio — dal Greco in Italiano* — vid. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern etc. tom. III. pag. 425 sqq. et *Pattoni* voc. Polybius. — *Polibio dell' accampare per Philippo Strozzi.* — con *Eliano* de nomi militari, tradotto per *Lelio Corani.* Florent. 1552. vid. *Maittaire* A. T. Indic. voc. *Polybius.* *Harl.*

*Gallice* post veterem versionem, e latina *Perotti* concinnatam a *Ludouico Maigreto*, Lugdun. 1548. it. 1558. ac Paris. 1557. editam, qua Polybium libenter et saepius perlectum a *Carolo V. imp.* narrat *Christophorus Pezelius* praef. ad chronicon *Strigelii* a. 1586. editum, transtulit *Petrus Ryer*, Casaubonum fere secutus, Paris. 1655. fol. 1670. 12. III. voll. 1669. 8. II. voll. Amstel. 1670. 12. III. voll. [conf. *Goetzii* mem. bibl. Dresd. II. pag. 103.] Nouam versionem gallicam meliorem cum supplementis notisque criticis, politicis et historicis ac militaribus nec non iconibus proeliorum aliarumque rerum parauit *Anton. Vincentius Thuillier*, Benedictinus congregat. S. Mauri, additis *Folardi* obseruationibus, [VI. tomi, Paris. 1727 sqq. 4. conf. *Baumgartenii* Nachrichten etc. III. pag. 428 sqq. *Goetzium* l. c. pag. 104.] vid. *Journ. des Sav.* 1721. pag. 237 sqq. *Mem. de Trevoux* 1727. pag. 1552. — *P. Bougeant*, S. I. epistola de illa versione in *Mercurio* a. 1724. *Thuilleri* ad illam responsio. — Add. *Philippi le Corfbibl. histor. et critique des Auteurs de la Congregation de S. Maur.* etc. p. 473 sq. *Bibl. françoise* tom. X. pag. 156 sqq. *Histoire lit. de l'Europe* 1727. Oct. pag. 273. *Journ. des Sav.* 1728. pag. 516. m. Mai. pag. 32. Octob. pag. 226. de tomo II. a. 1729. pag. 611. de tomo IV. *Mem. de Trev.* 1729. pag. 1893. — rec. Amstel. VI. voll. 4. vid. *Bibl. raisonnée* tom. IV. pag. 44. tom. V. pag. 109. *Bibl. françoise* tom. XVI. p. 180. Sexto, siue vltimo tomo, nulli a *Folardo* additi sunt commentarii, quia illos censurae et conditionibus praescriptis noluit subicere auctor. *Journ. des Sav.* 1730. Nouembr. pag. 424. de commentariis in V. tomum vid. pag. 472 sqq. [rec. et supplemento locupletatum est opus Amstelod. 1753. tom. I—VII. 4. conf. *Acta erudit. Lips.* a. 1754. pag. 233 — 237. *Gottschedii* Neustes aus der anmuthigen Gelehrsamkeit, a. 1753. pag. 414 sqq.] Contra *Folardum*, *Journ. des Sav.* 1733. Iul. pag. 421. sentiment d'un homme de guerre etc. lettres serieuses et badines tom. II. pag. 90. tom. IV. pag. 461. 465 sqq. et supplement au IV. tome pag. 473. — *Folardi* apologia in *bibl. françoise* tom. XVI. pag. 17. — *Nous perdons malheureusement une bonne partie du grand Ouvrage de M. Follard par les Intrigues et cabales de gens, qui ne peuvent souffrir la sincerité et la vérité*, iudicatur in *Bibl. raisonnée* tom. VIII. pag. 328. — *Reflexions sur les Commentaires de M. Folard sur le 1 et 2. livre.* Paris. 1728. 12. *Journ. des Sav.* 1729. pag. 232. *Bibl. franç.* tom. XIV. pag. 150. — Huc pertinent *Folardi* nouvelles decouvertes sur la guerre, dans une diss. sur Polybe. Paris. 1724. 12. vid. *Mem. de Trev.* 1724. pag. 1230 et 1729. pag. 551. *Fabric.* — *Folardi* et *Guischardi* siue *Quinti Icilli*, (qui *Folardum* multorum errorum fecit

reum,) opera pluribus iam indicaui in Introd. in histor. L. Gr. pag. 568 sq. adde *Saxii Onomast. I.* pag. 135 et 556. *Harl.*

*Anglice*, interprete *Henrico Sheers*, cum vita Polybii et iudicio de eius scriptis, auctore *Johanne Dryden*. Lond. 1693. 1699. 8. 2. voll. [*Edward. Grimeston*, Londini, 1634. fol. *Hamton*, Londini, 1756. 4.]

### VIII. *Scripta Polybii deperdita.*

Scripterat praeterea *Polybius libros III. de vita et rebus gestis Philopoemenis*, ducis Achaeorum, ut ipse testatur lib. X. (excerpt. Peiresc. pag. 28.) Εἰ μὲν ἔν μὴ κατ' ἰδίαν ἐπεποιήμεθα τὴν περὶ αὐτῆ (Φιλοποίμενος) σύνταξιν, ἐν ἣ διασαφῆμεν καὶ τίς ἦν καὶ τίνων, καὶ τίσιν ἀγωγαῖς ἐχρήτατο νέος ὢν, ἀναγκαῖον ἦν ὑπὲρ ἑκάσθε τῶν προειρημένων φέρειν ἀπολογισμὸν. Ἐπει δὲ πρότερον ἐν τρισὶ βιβλίοις ἐκτὸς ταύτης τῆς συντάξεως τὸν ὑπὲρ αὐτῆ πεποιήμεθα λόγον, τὴν τε παιδικὴν ἀγωγὴν διασαφῆντες καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πράξεις, δῆλον κ. τ. λ.

Suos de *instruenda acie commentarios* [s. *commentarios tacticos*.] commemorat *Polybius* lib. IX. excerpt. cap. 16. [cap. 20. vbi vid. Schweighäuser, tom. VI. pag. 522. et tom. V. pag. 24 sq.] ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ παρατάξεων ὑπομνήμασιν ἀκριβέστερον δεδήλωται. Etiam inter scriptores *τακτικῶν* laudatur *Polybius* ab *Aeliano* cap. 1. in *Tactic.* et cap. 3. et cap. 19. pag. 37. edit. *Arcerii*, item *Mauricio* lib. *Tactic.* [¶]

Singulari opere descripsisse bellum Numantinum, a Scipione Aemiliano gestum <sup>uu</sup>), colligitur ex his *Ciceronis* lib. V. epist. 12. ad L. Luceium: *Deesse mihi nolui, quin te admonerem, cogitares, coniunctene mallet cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, POLYBIVS Numantinum: qui omnes a perpetuis suis historiis, ea, quae dixi, bella separauerunt, tu quoque it in ciuilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres.*

*Epistolae suae ad Zenonem Rhodium* de Laconicae situ, quem perperam ille in historia sua tradiderat, meminit *Polybius* lib. XVI. (Excerpt. Peiresc. his verbis: Περὶ δὲ τῆς τῶν τόπων ἀγνοίας τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι τὴν παράπτωσιν, ἐκ ὠνήσας γράψαι καὶ πρὸς αὐτὸν Ζήωνα etc. Ceterum de illa situ Laconicae ignoratione, eo, quod grauis esse error videretur, (confer, quae in iisdem excerptis dixerat *Polybius* pag. 73 sq.) ad ipsum *Zenonem* litteras scribere non dubitauit, hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent; sed non nostris tantummodo, verum etiam alienis commentariis utilitatis publicae gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere.

De habitatione circa aequinoctialem, [s. sub aequatore,] siue, quod Zona torrida (s. duae zonae aequatori vicinae,) non sit destituta incolis, singulari libro disputasse *Polybium*, docet *Geminus Element. Astronomic.* cap. 13. in *Petauii Vranologio*, tom. III. pag. 31 sq. Πολύβιος

uu) Quo Numantia Hispaniae decus a Romanis euerfa est A. V. C. 620. Olymp. CLXI. 3. octo vel nouem ante obitum Polybii annis,



Πολύβιος ἔν ὁ ἱστοριογράφος πεπραγμάνευται βιβλίον, ὃ ἐπιγραφῆν ἔχει περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκίσεως. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένη ζώνῃ, καὶ φησὶν οἰκεῖσθαι τὰς τόπους, καὶ εὐκρατοτέραν ἔχειν τὴν οἰκίσιν τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώνης οἰκόντων. Hoc Polybii opus respicit *Achilles Tatius* in *Uagoge ad Aratum* cap. 31. notans, Polybium sex numerasse zonas, αἱ μὲν γὰρ ἕξ ζώναις ἔπεν, ὡς Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, τὴν διακεκαυμένην εἰς δύο διακεκέντες. Polybius enim sex faciebat Zonas; duas, aequatori proximas, duas tropicis, et duas frigiditas, vt Strabo testatur. [vid. *Alannert. Geographie der Griechen und Römer*, tom. I. pag. 99 sq.] Confer *Strabonem* lib. III. p. 96 sq. *Ios. Acystum* lib. II. de natura noui orbis, *Huetium* in *Huetianis* pag. 262 sqq. *J. C. Celeri* auserlesene theologifche Bibliothek, tom. VI. pag. 975 sqq. *Fabric.* — *Schweighöuser* in tom. V. p. 25. not. f. suspicatur, libellum illum fortasse non nisi partem fuisse libri XXXIV. historiarum, in quo geographica ex professo tractauit Polybius. *Harl.*

*Librum* etiam, vel *libros de Rebus publicis*, ab historiarum opere diuerfos, scripserit Polybius, si credimus Lipsio in praefatione ad militiam. Sed e loco, e quo hoc repetit vir doctus, nihil tale necessario colligitur. Ecce tibi eius verba lib. X. excerpt. cap. 16. ὑπὲρ τέ-  
τε δὲ τῆ μέγας εἰρηται ΠΡΟΤΕΡΟΝ ἡμῖν διὰ πλείονων ἐν τοῖς περὶ πολιτείας. *De hac re*, (quomodo milites iureiurando adigantur ad fidem seruandam,) *dicta sunt nobis plura superius, quum de reip. romanae institutis ageremus.* Manifesto respicit locum lib. VI. excerpt. cap. 31. [P]

### IX. Alii Polybii.

Fuit et alius *Polybius*, Megalopolitanus, senior, qui Philopoemeni adfuit in praelio aduersus Machanidam, Lacedaemoniorum tyrannum, Olymp. CXLIII. 2. cuius mentionem facit noster lib. XI. excerpt. cap. 13. Alius *Polybius*, itidem Megalopolitanus, cui Iosephus inscribit sermonem de Maccabaeis, in codice, quo vsus est Erasmus. Praetereo *Polybum* (v), medicum, quem Polybium nonnulli adpellant, de quo dixi lib. II. cap. 24. §. 5. tum *Polybium* quendam, ineptum et insulsum hominem, cui glorianti, quod ab imperatore ciuitate donatus esset, Demonax, philosophus, vtinam, inquit, Graecum te potius, quam Romanum fecisset, vt refert *Lucianus* in *Demonacte* tom. I. pag. 867. *Polybium*, libertum Augusti, *Dio Cass.* pag. 590. *Sueton.* cap. 101. cuius mentio in veteri inscript. apud Graecum in notis pag. 797. alium *Polybium*, Claudii libertum, (*Sueton.* cap. 28. *Dio LX.* pag. 684.) cui Seneca consolationem inscripsit, fratris mortem lugenti. *A. Firminum Polybium*, e collegio Puteolano Dendrophorum, apud Sponium pag. 55. *Miscell.* *Polybium*, episcopum Trallensem, cuius meminit *S. Ignatius* epist. ad Trallian. Denique *Polybium*, episcopum Rhinocurorum, scriptorem vitae S. Epiphanii tom. II. pag. 353 sq. laudatum Meursio Cangioque in glossariis graeco-barbaris, cuius nomine epistola ad Sabinum, episcop. Constantiensem, tom. II. Epiphan. edit. Petau. pag. 379 sq. *F. bric.* — latine tantum; sed graece exstat in cod. Mediceo; teste *Bandinio* catal. MSS. graec. tom. I. pag. 503. nr. 7. ibid. nr. 6. est *Polybii* il-  
T t 3  
lius

v) Fuerunt et Polybus e procis Penelopes vnus, Polybus vates apud Homerum et Cic. I. de

diuinat. Polybus, Corinthiorum rex, Oedipi expositi nutritor: Polybus, rex Sicyoniorum etc.

lius in reliquam vitam Epiphanii, episcopi urbis Constantiae, insulae Cypri. — Addatur *Polybius*, Sardinianus, cuius libelli manu exarati de solocismo et de speciebus ornamentorum orationis reperiuntur in biblioth. *Melica*, (auctore *Bandinio* l. m. tom. III. pag. 391. cod. X. nr. 13. ac 14.) atque regia *Matritens*, teste *Iriarte* pag. 147 sq. cod. XL. ubi non solum indicat libellum huius Polybii mistum de solocismo, sed etiam eiusdem de acyrologia, et vtrumque valde breue opusculum, (quae potius fragmenta maioris operis esse videntur,) primus publici fecit iuris. Vtrumque opusculum, at emendatius, in eadem bibliotheca exstat in cod. XCV. quem cum superiore contendit, et varias vitiosque enotavit lectiones *Iriarte*. l. c. pag. 373 sq. Aliae autem eaeque plures particulae grammaticae, quae in vtroque codice, a reliquis partibus separatae, nec ulli adscriptae auctori inveniuntur, ad eundem Polybium pertinere et maioris operis grammatici membra esse videntur. *Iriarte* id etiam odoratus est: saltem pag. 374 sq. duas particulas *de figurata loquendi ratione*, (*περὶ σχηματισμῶν*), et *de structurae* (orationis) *speciebus*, Polybii esse coniecit, et formulis typographicis describendas curavit. *Harl.*

X. Post Polybium dicendus mihi AENEAS, ἥλο licet antiquior <sup>100</sup>), *Tacticus* vulgo dictus, cuius librorum epitomen confecit *Cineas* <sup>101</sup>), Thessalus, a Pyrrho legatus Romam missus Olymp. CXXV. 2. [P] Composuerat hic *στρατηγικά* <sup>102</sup>) βιβλία siue commentarios *de arte imperatoria*, e quibus superest *τακτικὸν καὶ πολιορκητικὸν* siue *liber tacticus et de toleranda*

<sup>100</sup>) Non ab te dubitari posse, adfirmat *Cassiodorus*, siue hic *Aeneas* ille *Stymphalius*, Arcadum imperator, qui, sicut testatur *Xenophon* in secundo *ἑλληνικῶν*, circa tempora pugnae ad Mantineam h. e. anno 2. Olymp. CIV. (quale in editione *Aeneae* Amstelod. p. 1637. legitur XIV.) [A. M. 3642. ante Chr. N. 361. A. V. C. 391. ratiocinatore *Saxio* in *Onom.* I. pag. 73.] vivebat, et res Arcadum non sine laude fortitudinis et prudentiae administrabat. *Idioma sane Peloponnesiacum ac nominatim Arcadum probe sibi notum fuisse*, cap. 27. de voce πάντων agens, ostendit. *Equidem ut pro vero adfirmare hoc non ausim, ita de eo nullus dubito, Aeneam nostrum aut aequalem illorum temporum fuisse, aut non longo certe intervallo ab illis absuisse. Argumento sit etiam illud, quod machinas obsidionales commemorans, quae Aristotelis aetate, ut ipse scribit, frequentius paullo usurpari a graecis hominibus incipiebant, arietis quidem et ἀντιπεῖθ nec non catapultae ac testudinis saltem leviter meminit, helepoleos vero et περροβίλων manganorum ac similibus, quae posterius sunt inventa; nullam facit mentionem.*

<sup>101</sup>) *Aelianus* cap. 1. *Tactic.* ἔφαγγόσατο δὲ τὴν στρατείαν τὴν τακτικὴν Αἰνείας τε διὰ πλαιῖων ὁ στρατη-

γικὰ βιβλία ἰκανῶς συναζάμενος, ἂν ἐπιτομὴν ὁ θεοταλὸς Κινέας ἐποίησε. De hoc *Cineae* opere *Cicero* IX. epist. 25. ad *Pactum*. *Summum me ducem litteras tuae reddidere. Plane nesciebam, te tam peritum esse rei militaris. Pyrrhi te libros et Cineae video lectitasse.* *Fabric.* vid. ad §. XIII. voc. *Cineas*. *Harl.*

<sup>102</sup>) *Suidas*: Αἰνείας ἔτος ἔγραψε περὶ πυρσῶν, ἃς φησι Πολύβιος, καὶ περὶ στρατηγικῶν ὑπομνήματα. Legendum περὶ στρατηγικῶν ὑπομνήματα ex *Polybii* X. 40. ubi de facibus, in signum elatis, pyrfutarum φρυκταρῶντος vocat *Onofander* cap. 25. pag. 74. [pag. 90. edit. *Schwebelii*, cuius notam conferet.] siue περὶ πυρσῶν agit: Αἰνείας βεληθῆς διορθώσασθαι τὴν τριτάτην ἀπορίαν, ὁ τὰ περὶ τῶν στρατηγικῶν ὑπομνήματα συντεταγμένος. Vide et quae notantur supra pag. 596. et pag. 598. [vet. edit. de *Iulii Africani* cecsis.] De *pyrsoas* modo antiquo *Is. Casauboni* epistolam separatim vulgavit *Ioach. Morfius*, *Rostochii*, 1617. 4. vid. *Thom. Crenii* epistola ad *Io. Frid. Leopoldum*, in novis litterariis maris *Balthici* supra ad §. VI. fin. *Schwebel.* ad *Onofandrum* p. 35 sq. *Wernsdorf.* ad *Himerii* orationem, a me editam, *Erlangae* 1785. 8. pag. 60 sqq. *Harl.*

*leranda obsidione*, quem in Vaticana biblioth. <sup>aa)</sup> manu exaratum exstare pridem testatus est Simlerus. Verba ex illo graeca laudato Aeneae nomine produxit Turnebus XXII. 26. et XXVII. 7. Aduersar. denique ex codice biblioth. regis Galliae manu Angeli Bergicii, hominis graeci, scripto edidit et versione ac notis illustratum subiecit Polybio *Iſaacus Casaubonus*, qui e Vaticano codice regium manasse suspicatur. Paris. 1609. fol. et Amstelod. 1670. 8. <sup>aaa)</sup> Ac latine tantum ad calcem Polybii e Casauboniana versione Francof. 1610. 8. et cum scriptoribus rei militaris, Vegetio, Frontino et Aeliano, a Petro Scriuerio recensitis, Lugd. Bat. 1633. 1644. 12. [Vesaliae Cliuorum, 1670. 8. graece, inter mathematic. vett. Paris. 1693. fol.] In codice Mediceo <sup>bbb)</sup> membranaceo DCC. amplius annorum non *Aeneae*, sed *Aeliano* tribuitur, legiturque hoc titulo: *Ἀλιανῆ Τακτικῆ ὑπόμνημα περὶ τῆ πῶς χρῆ πολιορκούμενες ἀντι-χεῖν*. Quod Rigaltio significans Frid. Lindenbrogius in litteris, datis 20. Iul. a. 16. 8. addit iudicium suum his verbis: *Casaubonus Aeneae nomine vulgavit, quam bene, ipse viderit, didionem enim aliud arguere puto*. Sed non dubito, veriore esse Vaticani et regii codicis inscriptionem, et minus notum Aeneae nomen a librario forte mutatum in notius Aeliani, praecipue quum in calce MSti medicei legatur *Ἀινεῖς πολιορκητικὰ ἢ Ἀλιανῆ, καθὼς ἢ ἀρχή*. Longe alia quoque scribendi ratione vitur hic scriptor, quam Aelianus, et ad alios commentarios suos hinc inde prouocat, vt ad *παρασκευαστικὴν βιβλον* cap. 7. 8. 20. *πρῆξι-κὴν* (fortasse *περὶ πόρος χρημάτων*.) cap. 14. et *στρατοπεδικὴν* cap. 21. tum *ἀκρόματα* siue *βιβλον ἀκρομάτων* exemplorum librum cap. 11. 22. 28. 38. et in calce libri acturum se recipit *περὶ ναυτικῆς τάξεως*. Quamplurima exempla adfert; sed antiqua omnia et Aeneae aetati congruentia: memorantur siquidem ab illo praeter populos varios Aristagoras, Artabazus et Astyanax, Lampfaci tyrannus, cap. 31. Athenodorus, Imbrius, cap. 24. Chares, Atheniensis, cap. 11. Charidemus, Orita, cap. 24. Datames cap. 40. Dionysius, [P] tyrannus, cap. 10. Euphratas, Lacon, cap. 27. Glus nauarchus cap. 31. Iphicrates cap. 24. Iphydiades, Abydenus, cap. 28. Istiaeus cap. 31. Leuco, Bospori rex, cap. 5. Nicocles, praesidii praefectus post nauale ad Naxum certamen cap. 22. Pisistratus cap. 4. Pytho, Clazomenius cap. 28. Temenus cap. 18. et Timoxenus cap. 31. Non pauca ex Aenea ad verbum repetit Iulius Africanus in Cestis, Casaubono obseruante <sup>cc)</sup>: sed nominatenus nec ille, nec Polyaeus, qui eo aliquando vitur, nec reliqui scriptores rei militaris mentionem eius fecerunt, nisi in codice Tacticorum Leonis imp. Vindobonensi, cui praefixa Lambecius vncialibus litteris reperit nomina scriptorum, quibus Leo vsus est, sub nomine ΜΗΝΑ, quod suspicor, latet ΑἴΝΕΙΑ <sup>ddd)</sup>. Loca quaedam ex MSto Mediceo Aeneae emendauit ac restituit *Jacobus Gronouius* in supplementis lacunarum in Aenea Tactico, Dione Cassio et Arriano de expeditione Alexandri. Lugd. Bat. 1675. 8.

## XI. De

<sup>aa)</sup> Est quoque cod. elegans et figuris necessariis ornatus in biblioth. electorali Bauarica. *Harl.*  
<sup>aaa)</sup> Conf. *Gronouii* supplementa in Aenea etc. pag. 4 sqq. *Harl.*

<sup>bbb)</sup> Vide *Baudini* catal. MSS. gr. bibl. Laurent. tom. II. pag. 230 sq. *Harl.*

<sup>ccc)</sup> Vide *Gabriel. Naudaei* bibliograph. militarem, ibique *Crenii* not. pag. 498 sq. in *Crenii*

collectione opusculorum de eruditione comparanda. Lugduni Bat. 1699. 4. *Harl.*

<sup>ddd)</sup> At *Kollar.* ad illum citatum locum in Lambecii comm. de bibl. Vindob. VII. pag. 455. notat, clavis litteris scriptum esse ΜΗΝΑ, et censet, deperditis, qui de re militari scripserunt, auctoribus, hunc *Menam* esse accensendum. *Harl.*

XI. De AELIANI et ARRIANI Tacticis dixi infra libro IV. suo loco scripta vtriusque referens: De commentariis *Vrbicii*, *Leonis et Constantini*, Porphyrogeniti, etc. libro V. *Leonis* Naumachica dedi vol. VI. pag. 372 sqq. *Basilii Patricii*, VIII. pag. 136 sqq. Itaque praesenti loco Aeneae tantum a me subiicietur ONOSANDER, Platonicus philosophus, qui scripsit *στρατηγικὸν λόγον de imperatoris institutione* s. de arte imperatoria eximium librum, (Suidas vocat *Τακτικά περὶ στρατηγημάτων*<sup>eee</sup>), more suo, vt supra in Aenea, confundens *στρατηγήματα* et *στρατηγικά* ad Q. Veranium<sup>fff</sup>), illum fortasse, cuius Tacitus meminit, vnde de aetate Onosandri coniecturam licet facere. Memorat librum etiam Leo imp. in Tacticis p. 215. *Ὀνήσανδρος δὲ καὶ αὐτὸς στρατηγικὸν συντάξας λόγον.* [P] *Fabric.*

[*Liber Buro de Zur-Lauben* in praefatione ad suam gallicam Onosandri versionem et *Schwebel.* in praef. ad suam editionem de Onosandro, eius aetate, opere, codicibus atque editionibus iam bene et copiose disseruerunt. Paucis igitur comprehendam, quae illi fusius probarunt atque exposuerunt. In tacticis Leonis constitutionibus, (cap. 14. §. 112.) et codice olim Busbekiano, qui nomina auctorum, per quos profecit Leo, operi praefixa habet, et nunc in biblioth. caesarea Vindobon. adseruatur, diserte adpellatur *Ὀνήσανδρος*. Ex aetate Q. Veranii, *Zur-Lauben* pluribus demonstravit, Onosandrum vixisse sub Claudio, imperatore, et Veranio anno LIII. post C. N. dedicasse strategicum suum; cui *Schwebelius*, (qui aliorum rationes et opiniones de Onosandri aetate commemorat,) et *Saxius* in *Onomast. lit. I.* pag. 248. adfentiuntur. In philosophia sectatus est Platonem et in scribendi genere a Xenophonte, quem potissimum ad imitandum proposuit sibi, colorem orationis in primis duxit. Hinc praene omnes veteres, et Graeci et Romani, qui post eum de re militari scripserunt, in primis Leo, imperator, vestigia eius legerunt aut compilarunt, atque recentiores eum mire laudarunt. Vide *Gabr. Naudaeum* in bibliographia militari et *Thomae Crenii* not. ad eum in *Crenii* collectione plurium libellorum *de eruditione comparanda* etc. Lugduni Bat. 1699. 4. pag. 470. 501 sq. (vbi Crenius repetit Fabricii nostri iudicia de Onosandro eiusque imitatore Leone, imperatore, ex eius centuria plagiariorum ac pseudonymorum,) 509 et 510. — *Zur-Lauben* ex Montfaucon. bibl. bibliothecarum XIII. codd. *Onosandri MSSos* commemorat, nempe III. in bibl. regia *Parif.* vnum in bibl. *Selincourt.* (secundum catalog. MSS. in bibl. regia *Parif.* VII. codd. Onosandri Strateg. occurrunt.) duo in biblioth. *Ambros.* Mediolanensi, vnum in bibl. *Laurentio-Medicea*; (de quo vid. *Bandin.* catal. codd. gr. biblioth. Laurent. tom. II. pag. 232.) et reliquos in biblioth. electorali *Bauarica*, *Patauina*, et *Vaticana*: praeterea alium codicem in biblioth. quadam anglica, ex eodem Montfaucon tom. I. pag. 682. nr. 6058. — *Rigaltius* varias lectiones, ad calcem editionis suae reiectas, excerpfit ex quatuor codd. mssis; quorum vnus fuit vetustus membranaceus, *Mediceus*; alter recentior *Mediceus* ex biblioth. reginae Catharinae; tertius itidem recentior; quartus *Frederici Morelli.* (vid. *Rigaltii* praefat.) — *Schwebel.* tres codd. in biblioth. *Vaticana*, in his vnum quondam *Palatinum*, exstare tradit. Insuper contulit cod. *Bauaricum* et alium, quem *Nagelius*, Prof. quondam *Altdorfianus*, possedit, qui vero recentiores, ex vno eodemque fonte

eee) In edit. Küster. II. p. 699. male distinguitur *τακτικά περὶ στρατηγημάτων*. Vnum enim est opus. *Harl.*

fff) confer *Salmasium* de militia rom. cap. 13. pag. 1389. tom. X. thes. antiq. rom. *Triflanum* tom. I. pag. 284.

fonte profluxisse videntur. Idem Schwebelius habuit V. L. codicis cuiusdam *Florentini*, et ex biblioth. *Leidenſi* ineditas emendationes, quas Iof. Scaliger et Ifaacus Voſſius ad Onofandrum ſcripſerant. Atqui Onofandrum, manu Scaligeri pluribus locis correctum habuit *Vofſius*, vt ipſe in litteris ad Crotium, ann. 1622. 8. Auguſt. teſtatur. — In biblioth. *Taurinenſi* cod. XLIX. (catalog. MSſt. graecor. pag. 153) Onofandri ſtrategicon. — In biblioth. regia *Neapolitana* cod. XXX. faec. XIV. Onofandri *ἑκατημύχιον* ad Q. Veranium.

*E d i t i o n e s.*

Lucem *Onofander* vidit latine primum interprete *Nicolao Saguntino*:

*Onofander ad Q. Veranium de optimo imperatore eiusque officio per Nicol. Sagundinum* (ſic) *e graeco in latinum traductus. cum Vegetio*, (vbi in calce: *Romae impreſſum per Euchaſium Siber Alamannum. anno M. CCCC. XCIII. (1493.) die XXIII. Oct.*) et *Sexto Iul. Frontino, Modesto et Aeliano de inſtruedis aciebus*. In Onofandro quidem aliae occurrunt ſignaturae, maiuſculis litteris expreſſae, ab A ad DII. pertinentes; neque vlla temporis nota adiecta eſt: ſed omnes illi auctores ſunt eodem romano minusque eleganti Silberi charactere. vid. *Audiſſredi* catalogum editt. roman. faec. XV. pag. 329 ſq. — Ex hac editione, aliis ignota, fluxiſſe arbitror editiones Onofandri ex Nicolai Saguntini interpretatione, *Baſil. 1541. 12. 1558 et 1570. 8.* memoratae a Fabricio, qui in margine exempli ſui manu adſcripſit: „*Secundinus* dicitur in MS. Iosephi Valettae. vid. *Neuen Bücherſaal LVIII. pag. 762. Giornale d'Italia tom. 24. pag. 80. et tom. XIV. pag. 385.* vbi mentio codicis MS. apud Apoſtolum Zenum, cum praemiſſa dedicatione ad Alphonſum, regem Neapolitanum.“ Editionem ab eodem in margine notatam, *Venetis cum Vegetio* non reperi. — Nicolaus autem Saguntinus, ſcriptoris mentem ac ſtilum minus adſequutus, optimo tamen exemplari vſus Rigaltio videtur.

Ex Saguntini verſione latina, an e cod. gr. manarint interpretationes gallicae et italicae, equidem nescio. Prior inſcripta eſt in praef. *L. B. Zur-Lauben*:

*L' Art de la guerre, composé par Nicol. Machiavelli; l'état auſſi et charge d'un Lieutenant-Genéral d'Armée, par Onofander, ancien Philoſophe Platonique: le tout traduit en vulgaire francois, par Jehan Charrier natif d'Apt en Provence etc. Paris. 1546. fol.*

Italica eſt huius ſententiae:

*Onofandro* — dell'ottimo capitano generale — tradotto di Greco in lingua volgare Italiana per *M. Falio Cotta*, nobili Romano. In Vinegia appreſſo Gabriel de Ferrari. 1546. 4. et 1548. 8. vid. *Pinelli* Catalog. tom. IV. pag. 81.

*Onofandri* commentarius de re militari, in ſermonem latinum conuerſus a *Ioachimo Camerario*, et nunc primum a filiis editus, cum prooemio ad Laſſarum Schwendium et epiſtola ipſius, praeter ea *Franc. Petrarcae* de officio et virtutibus imperatoris. Noribergae ex offic. Gerlachiana. 1595. 8.

Camerarius vnicum eumque corruptiſſimum librum naſtus, ingenio, (iudice Rigaltio,) quo valebat plurimum, et doctrina Onofandrum ſelicius atque elegantius expreſſit; ſed ita, vt veluti partes et membra, quae in codice graeco decrant, in eius quoque verſione non ſemel deſiderentur.

*Graece* primus editus est a Rigaltio:

*Onosandri Strategicus et Orbicii inuentum*, graece et latine: Nicolaus Rigaltius nunc primum e vetust. codd. graecis publicauit: Latina interpretatione et notis illustrauit: Lutetiae 1599. apud Abrah. Saugranium etc. ad calcem: excudebat Stephan. Prevoftreau. M. D. XCIIX. (1598.) 4.

Vid. *Maittaire* A. T. tom. III. part. II. pag. 833. qui in notis magnam praefationis Rigaltianae partem recudi fecit: et de codd. quos Rigaltius contulit, supra in notitia MSSorum. Rigaltius in notis eruditus, uti in glossario suo tactico Parisiis 1601. 4. edito, passim citat scriptores poliorceticos tacticosque, tum temporis adhuc ineditos. Addidit Rig. Onosandro Ουρεβικίς *Vrbicii ἐπιτήδευμα* siue inuentum, quomodo pedites romani equestres barbarorum copias feliciter pollint debellare, pag. 123—130. Incipit αἱ μὲν προτεταγμένα τάξεις, petitum ex libro duodecimo στρατηγικῆ, quod sub *Mauricii* nomine deinde, (ut Fabricius in nota ista animaduertit.) Io. Scheferus vulgauit pag. 364. In codice regio *Neapolitano* XXX. *Mauricii* strategico adpendicis loco adhaeret *Vrbicii ἐπιτήδευμα*, quod incipit αἱ μὲν προτεταγμένα τάξεις εὐρημα τῶν παλαιῶν εἰσὶν ἀνδρῶν. — *Hadriani*, imperatoris, τακτικά sub *Vrbicii* nomine exstare, docet *Salmasius* ad *Spartianum* pag. 83. conf. *Naudacum* in bibliographia militari pag. 508 sq. in *Crenii* collect. opusc. de eruditione comparanda.

*Onosandri et Aristotelis mechanica*, graece et lat. per *Henr. Monantholium*, cum eiusdem commentariis, Lutetiae Paris. 1599. 4.

In catalog. biblioth. Lugdunenf. Batau. pag. 182. nr. 239.

Rigaltiana editio gr. et lat. recusa est, adiunctis *Aemilii Porti* castigationibus. in bibliopolio Commeliniano. 1600. 4.

In titulo etiam memoratur vberior *Iani Gruteri* commentarius. Fabricius scripserat, se eum in libri exemplis, in quae incidisset, frustra quaesuisse. Enimvero et in catal. biblioth. Askeu. pag. 92. ita citatur *Onosandri* strategicus, gr. et lat. a Nic. Rigaltio cum notis *I. Gruteri* et *Aemylii Porti*. apud *Commel.* 1600. 4. et *Schwebelius* in praefat. notat, istos *Varios discursus* siue vberiores commentarios *Gruteri* ad insigniora loca *Taciti* atque *Onosandri*, anno illo editos, se ad manus habuisse. Fuit quoque in biblioth. *Thomastiana* exemplar illius editionis cum copiosioribus *Iani Gruteri* commentariis ad aliquot *Taciti* et *Onosandri* loca insigniora, apud *Commelin.* pars I. 1604. 4. pagg. 182. pars II. 1605. 4. pagg. 194. At *Gruterus*, ut *Chokierius* rerum tantum, non verborum aut criticae rationem in suis commentariis habuerunt <sup>egg</sup>. *Chokierii* vero editio haec est:

*Onosandri strategicus*, gr. et lat. (cum Rigaltii versione,) notis siue dissertationibus Io. a *Chokier* illustratus. Additae in extremo operis variantes lectiones, ex codd. diuerforum MSS. (n. Rigaltian.) depromptae. (sine anno: dedicatio tamen et praefatio scriptae sunt Romae 1610.) 4. repet. Moguntiae 1613. 4. (hunc annum etiam *Zur-Lauben* posuit: sed *Fabric.* manu correxit 1615.) et parte II. thesauri politicor. aphorism. *Leodii*, 1643. fol. — *Coloniae* 1653. 4. — In catalog. bibliothecae *Lugdun. Batau.* pag. 151. duae huius operis editiones ita citantur:

egg) Conf. *Naudacum* in bibliographia militari pag. 509 sq. ibique *Crenii* notant.

*Ioannis à Chokier thesaurus aphorismorum politicorum. Onofandri* strategicus, cum notis *I. a Chokier*. Moguntiae 1613. 4. Item auctarium istorum aphorismorum, Francof. 1615. 4. II. vol. (Forſan inde, nescio quo casu aut qua de re? Fabricius sustinuit anni notam mutare.) — Idem *thesaurus cum auctario*; accedunt eiusdem disertat. in Onofandri strategicum, spectantes disciplinam militarem. Moguntiae 1619. 4.

*Rigaltii* versio separatim fuit recusa Helmſtadii 1619. 4. cum *Basilii*, imperat. exhortationibus ad filium, itidem latine tantum subiunctis, et *Ferrandi*, diaconi Carthaginiensis, VII. praeceptis, duci religioso obseruandis.

Post longum temporis interuallum noua, e codicibus emendata et doctis instructa animaduersionibus editio lucem vidit:

*Ὀνοσάνδρου στρατηγικὸς, Onofandri Strategicus, siue de imperatoris institutione liber* ad codicum MSSi. fidem expressus, et ex antiquorum tacticorum potissimum collatione, notis perpetuis criticis emendatus, nec non figuris, aeri incisus, illustratus. Accedunt duo indices, vnus rerum, alter verborum et locutionum graecarum: vna cum versione gallica *L. B. de Zur-Lauben* etc. ad calcem libri adiecta. Cura et studio *M. Nic. Schwebelii*, Gymnasti patrii Redt. et P. P. Impensis Georgii Lichtenstegeri, chalcographi Norimberg. Norimbergae, 1762. fol.

Conf. *Klotzii* acta litterar. vol. I. part. I. pag. 23—28. Noua acta erudit. 1763. mens. Maio pag. 201—211. et iterum 1768. Iul. pag. 313—319.

### V e r s i o n e s.

De antiquis italica et gallica versionibus iam supra in catalogo editionum disputatum est. Gallice quoque Onofandri opus verterunt *Blaſus de Vigenere*, Paris. 1605. 4. — *L. B. de Zur-Lauben*, Paris. 1754. cuius versionem Schwebelius suae adiecit Onofandri editioni; et *Carolus Guisſhard* s. *Quintus Icilius*, in Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains etc. Hagae Comitum 1757. 4. tom. II. pag. 49—106. — *Hispanice* *Iac. Diegen. Gratianus*, Barcinone, 1567. 4. — *Germanice*: *Onexander* von den Kriegshandlungen und Raethen der hocherfarn guten Hauptleut. cum *Frontino*, germanice reddito, Moguntiae, apud Iuonem Schoeffer. 1531. fol. Catalog. biblioth. Bunau. I. pag. 145. In hac versione deprehendit *Zur-Lauben* caput de Atheniensibus, Lacedaemoniis et Macedonibus, populis pugnandi peritissimis; quod neque in editionibus graecis, neque in vlla alia Onofandri versione iruenit. vid. Histoire de l'Acad. Paris. des Inscr. vol. XXXVI. ann. 1774. pag. 164 sq. — *Onofanders* Unterricht eines Feldherrn. Uebersetzt und mit Anmerkungen erklüert von *A. H. Baumgaertner*, Mannheim, (sub titulo, et iuncto Claudio Aeliano: Vollständige Sammlung aller Kriegsschriftsteller der Griechen) 1777. tum seorsim, adsumto titulo, primum memorato, 1786. 4. cum figg. aeneis. *Harl.*

In bibl. Sarraziana pag. 67. memoratur *Dominicus Syllenius Graecus* de vetere et recentiore scientia militari, omnium bellorum genera terrestria perinde ac naualia, nec non tormentorum rationes complectente. Venet. 1599. fol.

Onofandri librum non vna ex parte corruptum esse, queritur *Salmasus* ad Spartianum tom. I. pag. 96.

Commentaria Onofandri in Platonis Politiam, Suidae memorata, interciderunt.

Salmasium antiquae militiae graecae scriptores illustratos atque in his Onofandrum edere constituisse, testatur *Gabriel Naudaeus* in syntagmate militari pag. 498. *Fabric.* Salmasii inedita et ad rem militarem pertinentia aduersaria, nec non scriptores tacticos atque strategicos, Aelianum, Athenaeum, Apollodorum, Onofandrum, notis eiusdem msstis ornatos, post varios casus in bibliothecam regiam Parisinam tandem translatos fuisse, adnotauit Schwebel, in praefatione. vid. *Niceron.* Memor. clarissim. virorum etc. ex interpretatione Baumgartenii germanica tom. II. pag. 428. med. 452. et *Labbeum* bibl. nou. MSS. pag. 181. 4. Praeterca *Rigaltius* plenior et correctior Onofandri editionem curaturus erat. vid. eius praefat. pag. 13. Hugonis Grotii epist. 163. ad Gerh. Io. Vossium, pag. 62. Amstel. 1687. fol. et If. Casauboni epist. 441. ad Gruterum edit. Roterod. a. 1709. fol. *Gruterus* quoque Onofandrum cum reliquis Tacticis atque strategicis e codd. Palatinis erat publicaturus. vid. Ios. Scaliger. in epist. pag. 420. *Fabric.* lib. V. cap. 5. pag. 370. not. vol. VI. Sed haec omnia in herbis exaruerunt aut euanuerunt. adde *Naudaeum* in bibliogr. militari §. X. pag. 515 sqq. in Crenii collectione saepius memorata, ubi de Salmasio aliisque, qui de militia antiquorum scripserunt, et §. XI. pag. 518 sqq. de iis, qui militiam veterem cum noua comparauerunt, a Naudaeo et Crenio copiose agitur. *Harl.*

XII. *Scriptores Graeci de re militari, qui in Bibliothecis adhuc delitescunt* <sup>hhh</sup>).

*Alexius.*

*Anonymus* περί καταστάσεως ἀπλήτους de fossatorum metatione, a Rigaltio citatus in glossario tactico etc. Paris. 1601. 4.

Alius *Anonymus*, quem *Nicolaus Sophianus* latine vertit et dicauit cardinali Barberino. *Nicolai Sophiani* de machinis bellicis ad Card. Bessarionem, MS. inter libros Bessarionis, Venetiis: [conf. *Naudaei* bibliograph. militar. pag. 503. in Crenii collect.] — *Anonymi* liber de re militari et instrumentis bellicis ex graeco latine versus a Sophiano ad spectatillimum virum Laelium de Valle MS. in bibl. Rostgaardiana pag. 468. *Fabric.* — In cod. regio Neapolit. CXLIII. praeter alios *anonymi* ὑποδείγματα πρὸς πολιορκίαν εἰρησίου. item κατασκευὴ ἐλεπόλεως κόρακος λεγομένης (forte *Epimachi.*) it. *Anonymi* strategica. Atque ita in aliis bibliothecis e. g. Laurentio-Medicea tom. II. pag. 218. 225. 227. 229. 232. 234. 565. III. 114. 148 et 14. codices eiusmodi *anonymorum* tacticorum etc. reperiantur. *Harl.*

*Anthemii*

<sup>hhh</sup>) Adde supra synopsin veterum mathematicorum Bernhardinam, de vol. IV. (ubi quoque de *Urbicio*.) et V. — In codd. Medic. Florent. (*Bandini* catalog. graecor. MSS. II. pag. 218 sqq.) cod. IV. sunt collectiones Tacticorum auctorum cum cognitorum tum *anonymorum* et ineditorum *Urberrimae*. *Bandin.* pag. 221. ex prior collectione s. *Urbicii* militaribus virtutibus collegit et se-

cundum alphabeti ordinem digessit extraneas ac barbaras loquutiones et voc. de reliquisque opusculis fuse differit. *Guil. Naudaeus* in bibliographia militari, §. VIII. pag. 496 sqq. collect. Crenii, dedit notitiam eorum, qui in biblioth. latent, Graecorum et Latinorum etc. pag. 508. de *Urbicio.* *Harl.*



*Anthemii* περὶ παραδόξων μηχανημάτων memoratur a Philandro ad Vitruvium X. 15. et in Vaticana atque aliis bibliothecis exstat MS. sed de aliis potius, quam militaribus machinis agit. Dixi de hoc *Anthemio Tralliano*, qui Iustiniani, imp. temporibus claruit, supra pag. 548 et 563. (vet. edit.) Meminit eius *Procopius* Caesarensis lib. I. περὶ κτισμάτων. I. A. *Tassius*, (cuius bibliotheca in Ioanneam Hamburgensem transit,) in litteris ad P. Lambecium cal. Maii 1650. testatur, se hunc *Anthemii* cod. MS. accepisse ex Italia, dignum, qui lucem publicam adspiciat; sed ultimis partibus mancum. *Fabr.* — In bibl. Laurentio-Medicea tom. III. pag. 114. est anonymi de terrae motuum causis ac de *Anthemii*, mechanici, machina aduersus rhetorem, Zenonem, quam construxit ad eius domum succutiendam. Citatur quoque liber V. adde *Lambec.* et *Kollar.* VII. pag. 405 sqq. 411. *Harl.*

*Artemidorus* de militia, Possuino in bibl. selecta memoratur.

*Asclepiodorus* siue *Asclepiodotus*, cuius τέχνη τακτική citatur a Lambecio ad Codinum, nr. 65. [P] Ex reginae *Christinae* codice descripsisse se testatur *Huetius* de vita sua pag. 319. vbi, *Theuenotium* et *Casaubonum*, narrat, molitos fuisse *Tacticorum* editionem. *Asclepiodoti*, philosophi, τακτικά κεφάλαια, MSS. Leidae inter libros *Vossianos*. Exstat quoque cum iconibus, in bibliotheca *Medicea* et in XII. capita diuiditur. [vid. *Bandini* catal. MSS. gr. tom. II. cod. IV. qui plurium *tacticorum* scripta continet, pag. 229. vbi legitur *Asclepiodotus*, et *Bandinius* pag. 234. notat, *Io. Theoph. Coberum*, Saxonem, *Asclepiodoti* opusculum et duo alia inedita ex hoc codice a. 1760. descripsisse.] conf. *Bandurius* p. 798. ad antiquitatt. Constantinop. [*Lambin.* ad *Georg. Codinum* de originib. Constantinopol. I. cit. Paris. 1655. fol. et ad comm. de bibl. Vindob. tom. VII. pag. 85. supra in vol. III. pag. 164. h. v. *Harl.*]

[*Constantini*, imperator. fragmentum strategici etc. e cod. *Mediceo* primus publicauit *Lamius* in edit. Opp. *Io. Meurfii*, tom. VI. pag. 1409. Florent. 1745. fol. In bibl. *Heinsianae* catalogo parte II. pag. 155. fuerunt *Constantini* *Porphyrogeniti* imperat. *Constantin.* libri de militia equestri, pedestri et nauali, mssti. — In bibl. *Medicea*, plut. LV. cod. IV. (*Bandin.* II. pag. 235.) est illud *Constantini* fragmentum, a *Lamio* editum, strategici de variarum gentium moribus, et quomodo vnaquaeque earum pugnat, et quomodo ei pugnando resistere oporteat. adde *Lambec.* comm. de biblioth. Vindob. VII. pag. 429. *Harl.*

*Daimachi* commentarios obsidionales *MStos* ex *Creta* *Venetias* aduectos vidisse se testatur *Magius* II. 8. Misc. tom. II. facis artium *Gruterianae* pag. 1330. confer, quae supra pag. 588. notabam in *Athenaeo*. In bibliographiae militaris *Naudaei* vtraque editione, tum quam *G. Schubartus*, tum quam *Thom. Crenius* curauit, perperam excusum est *Daimachi*. Δαίμαχον ἐν πολιορκητικαῖς ὑπομνήμασι laudat *Eustathius*.

*Epimachi* *Helepolin* siue descriptionem *Helepoleos* in *Vaticana* et aliis bibliothecis exstare testatur idem *Naudaeus*: [in cod. CXLIII. *Neapolit.* regio.]

*Lapi* *Biragi* s. *Lampi* *Buragi*, στρατηγικὸν contra *Turcas*. MS. in biblioth. *S. Marci* *Venetis*. *Monfaucon.* in diario italico pag. 42. *Fabric.* Confer notam *Crenii* ad *Naudaei* bibliograph. militar. p. 505 sq. in collectione opusculorum de eruditione comparanda. *Harl.*

*Leonardi Fortii* siue *Phortii*, Romani, *στρατηγικῆς πραγματείας*, de re militari et variis instrumentis bellicis, quorum expreſſae ſunt imagines, libellus, graeco vulgari ſermone ſcriptus verſibus prodiit Venetiis 1531. 8. *Rigaltius* in gloſſario p. 132. 202. citat.

*Dionyſii Longini* ſiue *Longiniani* *Tactica* multi laudant et exſtare ſerunt, *ſed ubinam locorum, neminem haſtenus vidi, qui diceret*, inquit *Naudaeus*.

*Nicephori Blemmidae* libellus de officio imperatoris, quem inter *Miſcellanea* edere voluerat *Leo Allatius*.

*Nicephori, imp.* de euentibus bellicis et excuſſione, *περὶ παραδρομῆς*, in pluribus bibliothecis exſtat, Vienneniſi, [vid. *Lambecii* comment. de bibl. Caef. VII. pag. 453] Ingolſtadienſi, Vaticana, aliſque, quas refert *Naudaeus*. *Fabric.* — In biblioth. Vindobonenſi, teſte *Lambecio* in commentariis, tom. VII. p. 432 ſq. exſtat codex graecus, *Nicephori*, imperatoris *Conſtantinopolitani*, liber de re militari, in capita LV. diuiſus, cuius prooemium incipit his verbis *περὶ παραδρομῆς πολέμου, τῷ Κυρῷ Νικηφόρῳ τῷ βασιλέως* etc. Citatur hic liber, tamquam ineditus, ſaeppiſſime a *Ioanne Meurfio* in gloſſario graeco-barbaro e cod. mſto Palatino, et imperatori *Nicephoro* adtribuitur. Quod vero auctor in praefatione, (cuius longam particulam dedit *Lambecius*), profitetur, ſe ex *Barda Caefare*, ex *Conſtantino Meleino*, *Patricio*, et *Nicephoro*, imperatore, profeciſſe; *Lambecius* dubitat, id opus *Nicephoro* poſſe adſcribi. At *Kollarus* notat, facile intelligi poſſe, opus illud imperatoris *Nicephori* iuſſu ab anonymo quodam ſcriptum, eidem ipſi imperatori, non ſine exemplo perſimilium ſcriptorum, ſiue adulatione, Graecis admodum familiari, ſiue ſacri mandati reuerentia fuiſſe tributum. Atque *Fabricius* ipſe infra de *Nicephoris* variis, libro V. cap. V. tom. VI. pag. 346 ſq. animaduertit, illum librum *iuſſu Nicephori*, imperatoris, II. *Phocae* eſſe conſcriptum. — Eſt quoque in codice *Taurinenſi* LX. fol. 175. (catalog. pag. 160.) — In bibl. *Monaco-Bauarica*, cod. LX. *Nicephori* de bellico adparatu *διατάξεις* XIV. cum lacunis non paucis, item cod. CLXXXVI. et cod. CCXV. — In bibl. regia *Neapolitana* cod. CXLIII. de excuſſionibus: incipit *τὴν τῆς παραδρομῆς μέθοδον παραδῆναι βεβλόμενοι* etc. ibid. cod. CCXXX. *Nicephorus* *περὶ παραδρομῆς πολέμου* in capita 26. cum praefatione diſtinctus, quorum primum *περὶ βήλων καὶ πόσον διάστημα ὀφείλει ἀπὸ ἀλλήλων μίαν ἐκάστη διῆσασθαι*. Conuenire videtur cum codice Vindobonenſi. *Harl.*

### XIII. *Scriptores deperditi graeci de re militari.*

*Alexander, Pyrrhi* F. *Aelianus* et *Arrianus*.

*Archytæ* *Tactica* ex *Aeliano* memorat *Scaliger* epiſt. 132. ſed in *Aeliano* non reperio.

*Artemonis* machinis in bello aduerſus *Samios* uſus eſt *Pericles*, teſte *Plutarcho* p. 167.

[*Bardas* *Caesar*. vid. paullo ante in §. XI. ad *Nicephorum* notata. *Harl.*]

*Bion*. *Aelian*. vbi *Gaza* legit *Βεῶνων*, *Archerius* *Βίτων*.

*Cineas*. *Cicero*, [Tuſcul. quaef. I. 24. vbi *Dauif.* plures laudat, qui eius fecerunt mentionem, *Cic.* ad diuerſ. IX. 25. 1. *Pyrrhi* te libros et *Cineae* video lectiſſaſſe, vid. ſupra, not. ad §. X.] *Aelian*. [Tactic. cap. 1.] *Sud.* voc. *Κινέας*, *Liuius* epitom. libri XIII.

[vbi

[vbi vid. Ducker.] et lib. XXIV. 4. *Plutarch.* in Pyrrho p. 391 sq. [vbi Pyrrhus de hoc suo oratore traditur praedicasse, plures captas esse sibi vrbes eius orationibus, quam suis armis.] *Valefii excerpta Peiresciana* pag. 586 sq. [*Eutrop.* II. 12. vbi vid. *Hearnium* et *Verheyk.* pag. 78. edit. *Verheyk.*] *Himerius* apud *Photium* pag. 600. [in editione *Himerii Wernsdorfiana*, eclog. X. 15. pag. 190.] cuius locus non est praetereundus: ὁ ποσῶτεν ἰσχύσας τοῖς λόγοις, ὅσον καὶ τὸν Θετταλὸν ἀκῶω Κινέαν (lege *Κινέαν*.) εἰς σὺν βασιλεῖ Πυρρῶ γῆν ἐπιῶν πᾶσαν καὶ θάλασσαν, πρὸ τῶν μηχανημάτων τοῖς λόγοις τὰς πόλεις ἐκλίεν. [Plura vide apud *Reimarum* ad *Dionem Callium* tom. I. pag. 18.] *Baptist. Fulgosus* VIII. 7. pag. 604.

*Clarchus.* *Aelian.* et *Arrianus.* Solensem, *Peripateticum*, *Naudaeus* intelligit, *Arcerius* du-  
cem Graecorum in expeditione Cyri: Sed hunc diserte remouet *Arrianus*.

[*Constantinus Meleinus.* vid. §. XII. voc. *Nicephorus.* *Harl.*]

*Demetrius Phalereus.* *Polyb.*

*Democritus.* *Laert. Suid.* [vid. supra, vol. III. pag. 640. an legendum est *Damocritus*? qui scripsit *Tactica* duobus libris, apud *Suidam* I. pag. 507. et *Eudociam* pag. 128]

*Euangelus*, cuius *Tacticis* delectatus *Philopoemen*, existimans τὴν τακτικὴν τῶν ἀκρῶν τῆς πολεμικῆς τέχνης εἶσαν. *Plutarchus* *Philopoemene* pag. 358. 364. *Aelian.* *Arrianus.*

*Eupolemus.* *Aelian.* et *Arrian.*

*Fronto.* *Aelian.* [de *Frontone* vid. *Corfini* vitam *Plutarchi*, eius edit. de placitis philosopho-  
rum praemissam pag. IV sqq. *Harl.*]

*Harpocratio.* *Naudaeus* ex *Aeliano*, sed apud *Aelianum* non reperio. [P]

*Hermias.* *Aelian.*

*Hermolytus, Tacticus.* *Eustath.*

*Iphicrates.* *Aelian.* et *Arrianus*, qui monet, duces non intelligi.

*Miacri militarium libri II.* Index pandectis *Pisanis* praemissus.

*Arrii Menandri libri IV.* Idem.

[*Menas*, iudice *Kollario.* vid. ad §. X. not. fin. *Harl.*]

*Pausanias.* *Aelianus* et *Arrianus.*

*Polybius.* Idem.

*Julius Pollux* tacticum et strategicum librum promittit lib. I. *Onomast.* cap. 10.

*Pofidonius, Rhodius, Stoicus.* *Aelianus* et *Arrianus.*

*Pyrrhus*, rex. *Cicero* IX. 25. epist. ad *Paetum*, *Aelianus*, *Plutarchus* tom. II. pag. 441.  
edit. *Oxon.* *Donatus* in *Eunuch.* IV. 7. *Pyrrhus* peritissimus strategematum fuit, pri-  
musque, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit.

*Stratocles.* *Aelianus.*

*Syrianus.* *Constantinus Porphyrog.* commendat πρὸς πολέμους καὶ κατσομαχίας βιβλία  
ἰσορικά, ἐξαίρετως δὲ τὸν Πολύαινον καὶ τὸν Συριανόν.

*Tarentini Paterni militarium libri IV. Index Pandectis Pisanis praemissus.*

*Theodori, Rhodii, [f. Rhodiorum imperatoris] πραγματεῖα ὑπομήματα. Suidas in Παιδικῷ δέσματι.*

*Theodorus, Syracusanus. Τακτικῶν scriptor. Laert. II. 104. [vid. Mongitor. Biblioth. Siculam, tom. II. pag. 248. quo tamen notante, Iacobus Boncompagni in Syrac. illustr. lib. II. pag. 345. dubitat, an fuerit opus historicum, vel de praeseptis militaribus. Alias ille inter oratores extimos locum occupavit. Historiam quoque graecam scripsisse illum, ex Eusebio in Chron. Ioannes Iacobus Adria apud Mongitorem colligit. Harl.]*

*Xenocrates, tacticus, valde antiquus, memoratur a Laertio IV. 15.*

## CAPVT XXIX (olim XXVI)

### DE NICANDRO, COLOPHONIO.

I. *De Nicandro et illius aetate. II. Eius Theriaca, et in haec scholia graeca, quae exstant, tum scholiastae varii deperdit.* III. *Alexipharmaca et duplicia scholia edita, Euteuicque inedita paraphrasis. Epigrammata Nicandri in Oihryadem. IV. Scripta deperdita Nicandri. V. Codices et variae editiones atque interpretationes. VI. Nicandri plures. VII. Index scriptorum, in scholis graecis citatorum. VIII. De Andromacho et aliis Theriacis scriptoribus deperditis.*

[Cura supplementis G. C. Harles.]

#### I.

**N**ICANDER, Damnaei filius, ut ipse [et *Eudocia* pag. 308.] auctor est, (*Xenophanis*, ut *Suidas* habet) grammaticus, medicus et poeta inclutus fuit; patria passim a veteribus dicitur Colophonis, etiam in veteri <sup>a)</sup> epigrammate lib. I. *Anthol.* cap. 39. in medicos pag. 85. quo Colophon. Ioniae ciuitas. celebratur eo potissimum nomine, quod duo insignia lumina protulit, Homerum et Nicandrum. Scriptor quidem graecus vitae Nicandri testatur, Dionysium Phaselitem, (libro de poesi Antimachi, cuius imitator et *ζηλωτής* Nicander fuit,) tradidisse, quod Aetolus genere fuerit. [Atque *Eudocia* l. c. *Αἰτωλός*, ait, τὸ γένος ἔσθ', (quoniam diu et forsitan iam ab ineunte aetate aut iuuentute, in Aetolia versatus est, in Aetolia natus facile credebatur,) καὶ ἱερέως κληρέϊα Ἀπέλλωνος.] At idem Dionysius libro de poetis retulit, Nicandrum a maioribus suis hereditate accepisse sacerdotium Apollinis Clarii, qui lucum et sanum habuit non procul Colophone <sup>b)</sup>. Oppidum quoque fuisse

a) Καὶ Κολοφῶν ἀπὸ τῆς ἐτῆς etc.

*Ciara urbes inter Colophon, quae mente valentes (ἀριστικές)*

*Praestanti natos educat una duos.*

*Maconidem primum, Nicandrum deinde, Ciaronis*

*Aethereis quoniam carus uterque fuit.*

conf. *Benedict. Aueranius* tom. II. pag. 345. diff. 75. ad *Ciceron.* [Nicandrum Colophonium dicit quoque *Cicero* de orat. I. 16.]

b) Conf. *Schneider* ad Nicandri *Alexipharm.* pag. 81 sq. *Harl.*

fuisse Clarum, (quod video, eruditissimum *Cellarium* addubitare tom. II. notitiae orbis antiqui pag. 77.) docere videtur Nicander in extremo Theriaca, ita de se loquens:

Τὸν ἔθρεψε Κλάρεκ νιφόμεσα πολίχνη.

Ceterum in Aetolia quoque versatum, vitae auctor ait, patuisse ex eius de Aetolia commentariis, quibus non modo res Aetolorum, sed quoque situm regionis, plantasque, quas illa profert, diligentissime descripserat. [Quam temere Eudocia aut eius interpolator omnia corraserit, vel inde fit manifestum, quod principio ab ea dicitur Nicander genere fuisse Aetolus; et tamen paullo post traditur commoratus esse in Aetolia, διέτρεψε δὲ ἐν Αἰτωλίας τὰς πλείονας χρόνους ὡς Φανερόν ἐκ τῶν περὶ Αἰτωλίας συγγραμμάτων καὶ τῆς ἄλλης ποιήσεως, ποταμῶν τε τῶν περὶ Αἰτωλίαν καὶ τόπων τῶν ἐκείσε τε καὶ ἄλλων διαφορῶν διηγήσεων ἔτι δὲ καὶ φυτῶν ιδιότητος, ἀέρος τε καὶ εὐκρασίας. Floruit temporibus Attali, Pergami regis, qui sceptrum tenuit ab Olymp. CLV $\frac{2}{3}$ . ad Olymp. CLX $\frac{3}{4}$ . [Secundum cel. *Ackermann.* in institution. historiae medicinae p. 385. a. Olymp. 158. ante C. N. 147. V. C. 605. floruit Nicander: secundum *Hambergerorum* vero in zuverlässigen Nachrichten etc. tom. I. pag. 398. ab A. M. 382 $\frac{2}{3}$  — 384 $\frac{1}{4}$ . ab A. C. N. 102 $\frac{2}{3}$  — 107 $\frac{1}{4}$ .] Illi regi librum inscripsit, (vnum ex iis, qui perierunt,) adloquutusque regem est his versibus:

Τευθρανίδης ὃς κληρὸν ἀπὸ πατρίων ἔσχας  
Κέκλυθι· Μὴ δ' ἄμνησον ἀπ' ἕατος ἕμνον ἐρέξης [P]  
"Ατταλὴ ἐπὶ σέο βίβαν ἐπέκλυον Ἡρακλῆος  
Εἰσέτι Λυσιππίης τε προΐφρονος, ἣν Πελοπῆτις  
Ἰπποδάμεια φύτευσεν ὅτ' ἀπίδος ἤρατο τιμῆν.

Facile ex hac temporum differentia scriptor graecus O vitae Arati, sub Ptolemaeo Lagoe ac Philadelpho clari poetae, refellit fabulam, quam nonnulli pridem temere tradiderunt, quasi aequales ambo vixissent Aratus et Nicander apud Antigonum, Macedoniae regem; et hic Arato, qui medicus fuerit, praecepisset, ut phaenomena coelestia scriberet, Nicandro contra astrologo et rei medicae imperito iniunxisset scribenda Theriaca et Alexipharmaca <sup>d)</sup>. Tam parum credibilis est haec fabula, totaque commentitia, ut ne Gyraldo quidem velim adsentiri, qui ex ea Nicandrum quemdam, a poeta nostro diversum, Arati aequalem, astrologum, colligit. Neque scriptori graeco vitae Theocriti, per Aldum edito, credo, aequales fuisse sub Ptolemaeo Philadelpho Aratum, Callimachum, Nicandrum. Hoc saltem est certissimum, diu posteriorem Arato Nicandrum nostrum fuisse; et in Georgicis quidem, ut docet Cicero de Orat. I. 16. non autem in ceteris suis monumentis res, a scientia sua et studio alienas, litteris tradidisse. Effigies Nicandri, qui medicis a Plinio plus simplici vice accensetur, inter medicos occurrit altera manu tenens librum, altera serpenti medicamen obuertens, in vetustissimo codice MS. Dioscoridis bibliothecae augustissimi imperatoris, ex quo dedit illam *Lambecius* tom. II. comment. pag. 551. [pag. 183. edit. Kollarii, et *Lamb.* pag. 209 sq. de Nicandro videndus est,] et e *Lambecio Nesselius* parte III. pag. 7. et *Gronovius*

c) In Vranologio Petavii pag. 149. edit. Amst.  
d) Auctor vitae Arati apud *Iriart.* in catalog. codd. gr. Marit. pag. 202. quoque tradit, nonnullis placere, Aratum fuisse facultate medicum,

totumque genuinum opus *Theriaca* scripsisse *Nicandro*, mathematico, eique tradidisse; ipsum vero ab eo vicissim accepisse *phaenomena*, et quasi propria descripsisse. *Hart.*

*Gronovius* thesauro antiquitatum graecar. tom. III. litt. hh. [item *Winkelmann* in monument. antiq. ineditis nr. 185. pag. 242. sed compara *Schneideri* de illa Nicandri imagine iudicium in praefat. ad suam Nicandri editionem p. XVIII. De Nicandro vid. *Ger. 10. Vossium* de histor. graecis, lib. IV. cap. 14. *Io. Iosium* de scriptor. hist. philos. II. cap. 13. 7. *Thom. Bartholin.* in diss. de medicis poetis, Hafniae 1669. 8. pag. 100 fq. *Petr. Castellan.* de vitis illustrium medicor. pag. 76 fq. et alios historiae medic. conditores. *Harl.*]

II. Ex scriptis *Nicandri* duo tantum haec poemata heroica supersunt, quamquam poemata negat esse *Plutarchus* <sup>e)</sup>, quia, licet versibus scripta sint, nihil tamen fingunt more poetarum. Unum est ΘΗΡΙΑΚΑ <sup>f)</sup> siue de bestiis venenatis et aduersus illas remediis ad *Hermesianactem*, amicum suum. Hoc sine ratione *Nicandro* abiudicare ausus fuit [?] scholiastes ineditus *Dionysii Thracis* in loco quem descripsi supra lib. II. cap. 8. §. II. [vol. I. pag. 576.] Tribuunt enim *Theriaca* *Nicandro* praeter veterum codicum fidem scriptores antiqui sine controuersia, *Strabo* lib. XVII. pag. 641. *Galenus* de theriaca ad Pisonem tom. II. p. 461. (vbi versum 150. cum seq. adducit) *Athenaeus*, *Plutarchus*, *Apuleius* in apologia, *Artemidorus* II. 13. *Epiphanius*, *Tertullianus* in limine Scorpiaces, aliique quamplurimi. Metaphrasin Θηριακῶν *Nicandri* iambis graecis 1370. scripserat *Marianus* quidam sub *Anastasio*, imp. teste *Suida*. *Nicandri Theriaca* olim latinus poeta *Aemilius Macer* imitatus libris *Theriacon*, *Quintil.* [X. 1. 56. f. edit. *Burmman.* tom. II. pag. 894. vbi vid. notas.] Hodie graeca scholia in istud *Nicandri* carmen exstant incerto auctore, antiqua tamen et docta, quae forte legit auctor etymologici magni in Ἀντίζων quum ait: ἔτιως εὖρον ἐν ὑπομνήματι *Νικάνδρου* ἐν *Θηριακῶς*. Multi autem *Nicandrum* olim et hoc potissimum poema interpretati sunt grammatici; *Stephanus* enim *Byz.* in Κορώπη, quum verba e *Nicandri Theriacis* v. 613. protulisset, subiungit: εἰ δὲ ὑπομνηματίσαντες αὐτὸν Θέων καὶ Πλάταρχος καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς φασὶ etc. *Plutarchum* intelligit *Chaeroneum*, inter cuius scripta *Lamprias* memorat εἰς τὰ *Νικάνδρου Θηριακά*. Sed *Demetrius* vtique iunior aliquis intelligendus, quia celebris ille *Demetrius Phalereus* *Nicandro*, vt notum est, antiquior fuit, vnde vocabulum *Phalerei* ab aliena manu in *Stephani* codices irrepsisse suspicabatur *Ionius* pag. 210. *Demetrium* vero medicum, *Galenus* aequalem et *M. Aurelii*, imp. archiatrum, respici existimaverim, cuius meminit ille cap. 12. de *Theriaca* ad Pisonem et lib. 1. de *Antidotis* cap. 1. vel *Demetrium Chlorum*, qui in scholiis graecis subinde citatur <sup>g)</sup>. Porro iam animaduersum est

e) *Plutarch.* de audiendis poetis p. 16. [cap. 2. pag. 10. edit. II. *Krebsii.*] ἐκ τῶν μὲν δὲ ἀμύθων εἰδὲ ἀψευδῆ ποιῆσιν. τὰ δ' Ἐμπεδοκλείου ἔπη καὶ Παρμενίδου καὶ Θηριακὰ *Νικάνδρου* καὶ γκαμελογίας *Θεόγυιδος* λόγοι αἰεὶ, κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς ὡς περ ὄχημα τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον ἵνα τὸ πρὸν διαφύγῃσιν.

f) *Galenus* IV. in 6. *Epidem.* tom. V. pag. 525. edit. *Basil.* καλᾶται δὲ ἀλεξιφάρμακα μὲν ὅσα τοῖς δηλητηρίοις ἀντίσταται. *Θηριακὰ* δὲ, ὅσα τὰς τῶν θηρίων ἰσχυρὰ διζῆται. In non paucis locis confundentem res hallucinari *Nicandrum* et falsa tradentem notat *Salmajus* p. 10. ad *Solinum. Fabric.* —

Ex utroque carmine potiora momenta scite excerptit *Kurt Sprengel* in: Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneikunde part. I. Halae Saxon. 1792. pag. 424 fqq. *Harl.*

g) Item a *Sexto Empirico* I. contra grammaticos sect. 84. Ab illo *Demetrio Chloro Bandinius* in catal. codd. graec. in bibl. *Laurent.* tom. II. pag. 32. distinguendum iure censet alium *Demetrium Chlorum*, astronomum, cuius methodus, qua ratione inueniatur *Horoscopus*, seu pars oriens sine errore, manu exarata custoditur in illa bibliotheca: atque ex iis, quae excerptit *Bandiu.*

est a doctiss. Holstenio, ea, quae ex grammaticis illis Stephanus dicto loco profert, in scholiis, quae habemus, non reperiri. *Pamphili*, grammatici Aristarchei εἰς τὰ Νικάνδρος ἀνεξήγητα Suidas [et Eudocia pag. 359.] memorat in Περμφ. <sup>h)</sup> *Diphilum*, Laodicensem, ἐν τοῖς περὶ τῶν Νικάνδρος Θεσιακῶν citat schol. Theocriti Idyll. 10. *Athenaeus* VII. p. 314. *Isaacium Tzetzen*, Nicandri interpretem, Ambrosius Calepinus in dictionario, vbi agit de locustis; quod Gesnero mirum merito visum. *Eutecni*, (alii Eutechnium vel Euthenium male scribunt,) Sophistae, paraphrasis [quondam] inedita Theriacorum et Alexipharmacorum Nicandri latet in bibliotheca imperatoris, teste *Lambecio* lib. II. commentar. p. 566. 594. [pag. 260 sqq. edit. Kollarii, qui locus est consulendus, tom. VI. pag. 205 sq. vbi Kollar. videndus est.] latet etiam in bibliothecis Galliae, vt notat *Labbeus* in bibl. nou. MS. pag. 123. 336. <sup>i)</sup> At icones insectorum venenatorum, quae describit Nicander, ex codice bibl. Caesareae cum interpretatione exhibuit *Lambecius* lib. VI. pag. 294 sq. [in edit. Kollar. pag. 436 sqq.] et post *Lambecium Nesselius* catalogo MSS. biblioth. Caesareae parte III. post paginam octauam. [P]

III. Alterum poema heroicum *Nicandri*, quod habemus, inscribitur ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ, de remediis aduersus venena, (non ictu, vel morsu bestiae inflictis; de illis enim Theriaca agunt, sed per cibum vel potum hausta,) ad Protagoram, Cyzicenum. In haec praeter Eutecni paraphrasin [olim] ineditam, de qua iam dixi, duplicia scholia graeca existant saepius vulgata, breuiora altera, altera prolixiora, incertis auctoribus: quamquam *Mi-*

X x 2

chael

*Bandin.* adparet, eum vixisse saec. XIV. Plures *Demetrius* medicos recenset *Fabricius* infra, in clencho medicorum vet. vol. XIII. pag. 136 sq. *Harl.*

<sup>h)</sup> Conf. *Lambecii* comment. de bibl. Caes. lib. II. pag. 141 sqq. edit. Kollarii, vbi de *Pamphilo* hoc in multis diseritur. adde pag. 164. pag. 167. vbi locus Suidae emendatur, ac tom. VI. pag. 205. Sed compara *Küster.* ad Suidam, voc. Πάμφιλος, tom. III. pag. 14. *Needham* ac *Niclas* prolegomena ad Geoponica, pag. LXIII sqq. *Harl.*

<sup>i)</sup> *Nicandri Theriaca* et *Alexipharm.* cum paraphrasi *Eutecni*, Sophistae, cod. in bibl. Escorial. apud *Pluer.* in itiner. per Hispan. pag. 183. vbi operarum forsan vitio *Eutecni* editum est. *Eugenium* in illo codice scriptum esse, alius fidem et narrationem aut errorem sequutus, *Fabricius* in vol. XIII. B. Gr. pag. 345. tradit. — In codice medico Florentino IX. plut. 86. nr. IV. fragmentum Eutecni in *Nicandri Theriaca*, et nr. VI. ac VII. legitur *Eutecni Sophistae* paraphrasis in *Nicandri Theriaca* et *Alexipharmaca*, ex quo et ex cod. Vindob. paraphrasin aut, vt pariter in cod. dicitur, metaphrasin Eutecni descri-

ptam primus in lucem protulit *Bandin.* in sua *Nicandri* editione, et in catalog. codd. gr. medicorum tom. III. pag. 327. vbi de illo codice multus est, lacunarum, quas in editione reliquerat, supplementa dedit satis ampla. In eodem codice exstat initium *Dioscoridis*, (vti scriptum est,) de antipharmacis, quod tamen, *Fabricio* in *Bibl. Gr.* vol. III. pag. 96. edit. vet. et *Bandinio* docentibus, iudicio *Francisci Redii* in *Observationibus* de *Viperis* pag. 199. auctorem habet *Eutechnium*, *Sophistam*. adde *Vossium* in epist. ad *Nic. Heinsium* tom. III. syllog. *Burm.* pag. 633. — Codex *Nicandri Gottingensis* habet quoque in marginibus paginarum fragmenta paraphrascos *Eutecneae* manu recentiore adscripta. Conf. *Schneideri* praefat. ad *Nicandrum* pag. XI sqq. vbi de illa *Eutecneae* paraphrasi et codicibus vberius differit. *Haller* in *biblioth. Botanica* tom. I. pag. 54 sq. vbi de *Nicandro* agit, *Eutecni* paraphrasin, paulo seuerius iudicat, satis inutilem esse. — Cod. XXXVIII. chart. saec. XV. codicum graecorum MSS. qui adseruantur *Neapoli* in *biblioth. Augustinensium* S. *Ioannis* ad *Carbonariam*, continet scholia in *Nicandri Θεσιακῶν* quae cuius sint generis, equidem dicere nequeo. *Harl.*

*chael Neander*, vbi scriptores, in Gnomologia Stobaeana citatos, recenset pag. 11. laudat *Athenaeum*, scholiorum graecorum in Alexipharmacis Nicandri auctorem. *Iulius Caesar Scaliger* lib. V. poetices cap. 15. vbi Nicandrum confert cum Lucano: *Nexer*, inquit, *vulgaris*. *Lucanus sententiis anxius*. *Nicander verbis atque numeris accuratus*. *Vix inuenias apud Graecos poelam politioem*. *Magna ei laus, quum ne quid ineptum, aut inepte dicat*. Itaque nitidissime suos describit serpentes, quo nitore atque elegantia tantum acquisiuit gloriae in *Georgicis Maro etc. Fabric.* — Longe distat iudicium *Halleri* in bibl. botanica l. cit. saltem, quod ad res, quas tractat Nicander, adinet: „superest, inquit, poema *περὶ εἰλεξιφάρμα*. cuius alia est editio nostra ab ea, quam *Plinius* legit, (lib. XX. nr. 96.) In ea enim *Hippomarathrum* desiderabatur, quod in nostris non omittitur. — Describit venena, eorum malos effectus, ex herbis quidem. — — — Descriptio vix vlla, Symptomata fusc recensentur, et magna farrago et incondita plantarum, potissimum alexipharmacarum, subiicitur. “ Tum „*Θηριακῶν* aliquanto longius [et vero multo difficilius ad singula remedia recte cognoscenda et interpretanda,] est poema. Ad rem herbariam ob plantas pertinet, quas ad variarum bestiarum morsus vtilis esse credit; longa, incondita, et nullius fidei farrago: hactenus vtilis, vt plantarum nomina teneas, et vnam forte alteramue notam. *Dioscorides* tamen multa videtur ex Nicandro habere. “ Immo vero et alii. vid. *Schneideri* praefat. pag. XV sq. A *Galeno* saepius citatur Nicander, tom. I. pag. 262. tom. II. pag. 135. 137. tom. III. pag. 269. tom. V. pag. 618. et alijs in locis. *Harl.*

*Epigramma* in *Othryadem* sub Nicandri nomine, (incertum an nostri,) occurrit in anthologia lib. III. cap. 5. pag. 299. Legitur et alius versiculus *Nicandri* in eadem anthologia lib. I. pag. 125. sed quem petiit ex *Theriacis* (v. 767.) iam obseruauit *Ioh. Brodaeus. Fabric.* — Tria Nicandri epigrammata dedit *Bruck.* in analectis vett. poet. graec. tom. II. pag. 2. qui tamen in lectit. et emendat. siue tom. III. pag. 121. primum, putat, in *Planudea* pag. 250. verisimilius tribui *Nicarcho. Harl.*

#### IV. Scripta Nicandri deperdita.

*Αἰτωλικά.* Etymol. M. in *Ἀσέληνα*. Tzetza ad *Lycophronem*: scriptor graecus vitae Nicandri tum Nicandri et *Apollonii* scholiastes, qui tertium librum citat. Tertium etiam librum *Athenaeus* VII. pag. 296. Primum ibidem et XI. pag. 477. et *Harpocratio* in *Θύσιον*. et *Macrobius* V. 20. [Scholiast. Venet. in edit. Villois. ad *Iliad.* XIII. 824. p. 329.]

Ex Nicandri *Βοιωτικῶν* binos versus hexametros profert *Athenaeus* VII. pag. 329.

*Γεωργικά.* Suid. Laudat et *Eustathius* et schol. *Aristoph.* et saepe *Athenaeus*, [qui multa eaque insignia, at mire vitiata a librarijs seruauit fragmenta.] *Cicero* autem I. de *Oratore* cap. 16. de rebus rusticis, inquit, *Nicander*, homo, ab agro remotissimus, poetica quadam facultate, non rustica, scripsit praeclare. Nicandrum tamen non imperitum fuisse agriculturae, probare sustinet *Benedict. Auernanius*, diis. 73 sq. tom. II. Opp. p. 341 sqq. *Fabric.* conf. *Haller* Bibl. bot. I. pag. 54. et tom. II. in addendis pag. 625. *Triller* in obseruat. criticis libr. III. cap. 7. p. 180 sqq. locum e *Georgicis* apud *Athen.* XV. p. 684. face critica operose illustrat. *Hadr. Iunius* in animadu. lib. I. cap. 10. in *Gruteri* lampade s. thesauro critico tom. IV. pag. 322 sq. agit de ciborio et colocasia. *Harl.*



Γλωσσαι. Eustath. scholiastes *Aristoph.* [Equit. 406. ex hoc *Eudocia* p. 87.] *Athenaeus* VII. pag. 288. Νίκανδρος ὁ ἐποποιὸς ἐν τρίτῳ γλωσσῶν.

[De *epilepsia* tertium librum citari ab *Aureliano* Chron. III. notat *Haller.* I. bibl. botan. pag. 54. *Harl.*]

Ἐτεροισμένων, s. de alterationibus formarum, (ita legendum, non ἑτεροισμένων, viderunt viri docti, *Rutgerius* II. 18. var. lect. *Ionsius* pag. 183. (217.) *Harduinus* ad *Plin.* tom. I. pag. 122. *Vossius* IV. 14. de hist. gr.) libri quinque. *Suid.* [vbi vid. *Küster.* tom. II. pag. 621.] Primum *Stephanus Byz.* in Ἀσπυλάθρα. Quartum citat *Antoninus Liberalis* cap. 12. et *Athenaeus* VII. p. 305. [conf. *Casaubon.* ad *Athen.* VII. cap. 12. contra quem *Vossius* et *Rutgerf.* II. cit. disputant.] Respicit hoc opus *Antoninus Liberalis* cap. 35. <sup>4)</sup> et *Tzetzes* ad *Lycophronem.* Laudat et schol. *Apollonii* ad lib. I. v. 47. *Athenaeus* III. pag. 82.

Εὐρωπείας sive περὶ Εὐρώπης librum II. citat schol. *Apollonii* IV. 7. Confer *Rutgerium* II. 18. var. lect. *Vossium* pag. 474. de hist. graecis. Librum quintum laudat *Stephanus* in Ἄθως. [P] [vid. *Verheyk* ad *Antonin. Liberal. metam.* cap. 1. pag. 3]

Ἡμίμβοι. Schol. *Nicandri.*

Θεβαϊκῶν librum tertium laudat schol. *Nicandri.* Respicit *Plutarchus* de *Herodoti* malignitate.

Θρακικὰ *Nicandrum* scripsisse, suspicatur *Ionsius* ex loco schol. *Apollonii* lib. I. v. 29. sed non est necesse, cum *Thraciae* vrbs, *Zonae*, in alio meminisse opere *Nicander* potuerit.

Ἰάσεων συναγωγή. *Suid.* Nescio, unde hauserit doctissimus *Bartholinus*, quod pag. 100. de medicis poetis adfirmat, hoc *Nicandri* opus scriptum fuisse versibus senariis.

Κολοφονιακῶν librum III. *Athenaeus* VII. pag. 296. XIII. pag. 569. Librum sextum *Harporatio* in Πείδημος.

Μελισσοεργικά. *Athenaeus* II. pag. 68.

Νύμφιοι. Schol. *Nicandri.*

Ὀπταϊκῶν librum I. Schol. *Apollonii* I. 50. librum II. *Athenaeus* VII. p. 282. et IX. p. 411.

*Nicandrum* ἐν Ὀφιακῶν laudat schol. *Nicandri.* *Suidas* in Πάμφιλος ait, grammaticum hunc scripsisse εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, καὶ τὰ καλέμενα Ὀπιακά. Quo in loco *Küster.* legit Ὀφιακὰ, quod malim, quam Ὀφιακὰ cum *Lambecio* II. de biblioth. *Vindob.* pag. 541. [pag. 166. edit. *Kollar.*] suspicato, *Nicandrum* fuisse auctorem illorum Ὀφιακῶν, quae sub commentitii *Conchiacis* nomine edita memorat et explodit *Galenus* lib. VI. de simplic. medicament. tom. II. pag. 68 sq. *Fabric. Küsteri* sententiam comprobant *Needham* et *Niclas* in prolegom. ad *Geoponica* pag. LXIV sq. *Harl.*

<sup>k)</sup> *Antoninus Liberalis* in perturbatis metamorphoseon capitibus multas fabulæ ex quatuor *Nicandri* libris de alterationibus, nullo librorum ordine seruato, refert: at ex quinto libro, (si re-

de memini,) nihil distincto nomine adlatum reperit. Conf. *Munker* et *Verheyk* ad initium primi capituli, atque *Verheyk* ad caput XXIII. *Harl.*

- Nicander ἐν ἔκτῳ περιπετειῶν. *Athen.* XIII. pag. 906. *Ionfius* pag. 153. legit περὶ πετεινῶν.  
 Περὶ ποιητῶν. *Parthenius Erotic.* cap. 4. περὶ τῶν ἐν Κολοφῶνι ποιητῶν, *Schol. Nicandri.*  
 In hoc libro Nicander Homerum Colophonii adferuit, vt ex vita Homeri et illa, quam  
 Plutarcho tribuunt, et illa, quam Allatius edidit, obseruat Ionfius.  
 Προγνωσικῶν. Hippocratis metaphrasis carmine heroico. *Suid.*  
 Σικελία. *Schol. Nicandri.* Librum decimum *Steph.* in Ζάγκλη.  
 Ὑάκινθος. *Schol. Nicandri.*  
 Ὑπνος. *Schol. Nicandri.*  
 Περὶ χρηστηρίων πάντων libri III. *Suid.* Male *Lonicerus*, libros quinque.

V. *Nicandri codices MSSti et editiones atque versiones.*

*Codices.* Ii, qui in bibliothecis *Vindobonensi* et *Laurent.-medicea* atque *Escorialensi* cum Eutecni paraphrasi, tum in biblioth. *Neapolitana* custodiuntur, iam ad §. II. supra sunt memorati: atque de iis quoque vberius egit *Schneider*, qui l. c. reliquos etiam, quos partim adhibuit, diligenter recensuit. Sunt vero *Riccardianus* cum scholiis, quem nominavit *Lamius* biblioth. *Riccardianae* pag. 294. at falso tradidit, sola complecti *Theriaca*; *Goettingensis*, qui praeter scholia non solum integriora multis in locis, sed etiam auctiora, manu gemina, altera vetustiore, recentiore altera scripta, et glossas interlineares, habet quoque in marginibus paginarum adscripta recentiore manu fragmenta paraphraseos Eutecneae, (hunc cod. a bonitate lectionum valde laudat *Schneiderus*;) *Parisiensis*, nr. MMCCVII. *Mosquensis*, *Dresdensis* et *Augustanus*. De hoc vid. quoque *Reiseri* catalog. codd. mss. biblioth. *Augustanae* pag. 69. nr. XL. Codicem *Theriacorum* cum scholiis in biblioth. *Ambrosiana*, *Mediolani*, memorat *Montfaucon* in diario italico pag. 16. et pag. 238. *Nicandrum* cum scholiis, *Romae* in aedibus *Chiggiis*. — In biblioth. *Laurent. Medicea*, in cod. XVI. plut. 82. sunt *Nicandri Theriaca*, sine principio, et *Alexipharmaca*; varias lectiones dedit *Bandinius* in sua editione tom. II. pag. 142. (catalog. codd. gr. tom. II. pag. 142.) eadem in cod. X. plut. 91. (catalog. tom. III. pag. 430.) — In biblioth. *Venetia* D. Marci eadem cum scholiis marginalibus, bis in cod. CCCCLXXVII et cod. CCCCLXXX. (catalog. codd. gr. pag. 251 et 252.) — In bibl. *Leidensi*, inter codd. *Vossianos*, vtrumque carmen. (catalog. pag. 398. nr. LIX.) — In bibl. regia *Parif.* bis, nempe nr. MMCCCCIII. et MMDCCXXVI. teste catalogo.

*E d i t i o n e s.*

Paucis eas designat *Schneider* in praefat. pag. X. Litterariam tamen carminum *Nicandreorum* historiam, qua quidem in praesenti aegre caruimus, se in altero tomo concinnaturum esse promisit.

Princeps editio est *Aldina*:

*Dioscorides* graece: *Nicandri Theriaca* atque *Alexipharmaca*, graece, cum scholiis graecis, (margini adscriptis.) *Venetis*, apud *Aldum*, 1499. fol.

Vid. *Seemilleri* biblioth. acad. *Ingolstadt.* incunabula typogr. fasc. IV. pag. III sq. in cuius exemplari typis aliis adnexa sunt seorsim scholia in *Alexipharmaca* *Nicandri*.

*Nicandri Theriaca et Alexipharmaca*, graece. Interpretatio innominati auctoris in *Theriaca*. Commentarii diuerforum in *Alexipharmaca*: cum ἐξηγήσεις σαθμῶν, μέτρων, σημείων καὶ χαρακτήρων. Venet. Ald. mens. April. 1522. 4. scholia prodire ann. 1523.

Vid. Serie dell' edizioni Aldine ed. II. pag. 55 sq. Hinc editio illa interdum, vt in catalog. Askew. pag. 91. dicitur prodidisse ann. 1523. Ab Aldina recensione feriores multis in locis discesserunt, et verba poetae variis vitiarunt modis, iudice Schneidero. — Hallerus l. c. ex Seguiet. citat *Venetani* edit. ann. 1506. fol.

Νικάνδρου — *Nicandri Theriaca*. eiusdem *Alexipharmaca*. Interpretatio innominati auctoris in *Theriaca*. Commentarii diuerforum auctorum in *Alexipharmaca* graece. Coloniae opera Io. Soteris. ann. MDXXX. (1530.) 4.

Soter in epistola nuncupatoria de ratione, qua versatus est in curanda hac editione, nihil adtulit: post vitam tamen Nicandri, e Suida sumtam, et post epigrammata in poetam, libet, ait, h. l. indicare tibi, vnum aut alterum locum aliter alibi, quam vulgata habent exemplaria, deprehensum.

Ioannes Lonicerus latina prosa et Nicandrum et scholiorum selecta transtulit, quae versio lucem vidit Coloniae 1531. 4. Haec interpretatio quoniam casu aut voluntate primi possessoris adhaeret interdum exemplaribus graecis superioris editionis: fit, vt, quamquam minus accurate, illa Soteris editio, vti in catalogo Menkeniano I. pag. 107. et ex eo apud Hamburgerum, ita citetur: *Nicandri Ther. et Alexiph. graece et lat. ex interpretatione Io. Loniceri*, cum scholiis graecis et adnot. lat. Coloniae opera I. Soteris 1531. 4. A meo quidem graeco exemplo abest Loniceri interpretatio.

*Nicandri Theriaca* carmine latino heroico reddita et scholiis explanata a Petro Iacobo Esteve, Valentino, Valentiae 1551. 8. (a Fabricio in margine, sed apud Hallerum ex Bumal-do, et in catal. bibl. Bodlei. p. 225. voc. Nicander, a. 1552. a. 1550. apud Schneider. in praef. pag. XI. et apud Fabric. in elencho medicorum vet. s. vol. XIII. B. Gr. pag. 345.)

*Nicandri Alexipharmaca*. graece cum Io. Gorraei latina metrica versione et adnotatt. Paris. apud Vascosanum. 1549. 8. vid. *Maittaire* A. T. III. pag. 580. In catalogo bibl. Bernensis tom. I. pag. 326. dicitur *Coloniae* 1549. haec Gorraei editio prodidisse.

*Nicandri Theriaca*. — *Alexipharmaca*. gr. et lat. interprete Io. Gorraeo, Parisiensis. Eiusdem interpretis in *Alexipharmaca* praefatio, omnem de venenis disputationem summam complectens et adnotationes. In *Nicandri Theriaca* scholia auctoris incerti et vetusta et vtilia. In eiusdem *Alexipharmaca* diuerforum auctorum scholia. gr. (cum ἐνδέσεις de mensuris et ponderibus, graece.) apud Guil. Morelium, in graecis typographum regium. 1557. 4.

Tres sunt partes, quarum quaeuis suam habet inscriptionem, quae tamen vnum efficiunt volumen. vid. *Hamburger* Kurze Nachrichten tom. I. pag. 189. et *Gortz*. memor. bibl. Dresdens. tom. II. pag. 180 sq. Hinc in catalogo Menken. et bibl. Bernensis I. pag. 326. ita citatur, vt partes totius operis esse videantur, *Nic. theriaca*, gr. lat. Paris. apud Morel. 1557. 4. (1556. apud Menken.) — *idem* liber, graece apud Morel. 1557. 4. adde catalog. biblioth. Thortianae tom. IV. pag. 104. nr. 514. — Exemplari in bibl. Leidensi multa adscripta sunt manu Ios. Scaligeri. (catal. pag. 141.)

*Alexipharm. et Theriaca* non infeliciter quidem, at paullo licentius atque arrogantius, mutato etiam, ubi commodum videbatur, ordine, *carmine latino* reddidit *Euricius Cordus*, medicus Marpurgenfis ac poeta, (mortuus Bremae, d. 24. Dec. 1535.) separatim, Francof. 1552. (sic correxit manu Fabricius numerum anni 1532. olim signatum,) 8. tum inter Cordi poemata ab *Henrico Meibomio* collecta, Helmstad. 1614. 8. conf. *Th. Bartholin.* de medicis poetis, pag. 100.

*Heur. Stephanus* auctoritate scholiorum et beneficio ingenii multa in verbis graecis correxit, atque *Nicandri* carmina, graece, sine scholiis edidit inter *Poetas principes heroici carminis*, Paris. 1566. fol. — Textum *Nicandri* graecum, a Stephano constitutum, reddidit *Iac. Lactius* in *Poetis graecis veteribus carminis heroici* etc. Aureliae Allobr. 1606. fol. gr. et lat. Lactius, notante Schneidero, *Theriacis* latinam poeticam *Iac. Greuini*, Galli, versionem subiunxit: *Alexipharmacorum* vero versionem a *Io. Gorraeo* profectam iuxta posuit. A Lactio tamen in elencho eorum, qui poetas graecos, illo volumine collectos, latine interpretati sunt, *Alexipharmacorum* interpretem vitio et tarditate forsitan operarum nominat *Io. Gerraecum*, (num pro Greuino, an, vt Goetz. opinatus est in memor. bibl. Dresd. II. p. 332. pro *Iac. Gorraeo*, nescio, qui opus ad manus non habeam,) et *Theriacorum* interpretem, *Iac. Gorraecum*. Fabric. in B. Gr. VII. pag. 724. Greuini metaphrasin, scribit, vtrique carmini esse additam. Ex *Iac. Greuini*, qui versibus latinis *Nicandrum* reddidit, metaphrasi locum adfert *Io. Rhodius* ad *Scribonium Largum* pag. 269. 274. et in catalog. biblioth. Bodlei. II. pag. 225. *Nic. Ther. et Alex.* in latinum carmen translata per *Iac. Greuinum*. Ant. 1571. 4.

*Io. Gorraei Opera. Nicandri Theriaca et alexipharmaca.* Item *Hippocrates* — ex interpretatione et cum notis *Gorraei*. Paris. 1622. fol.

Vid. catalog. biblioth. Leidens. pag. 136.

*Nicandri theriaca et alexipharmaca.* *Io. Gorraeus* latinis versibus reddidit; italicis vero, qui nunc primum in lucem prodeunt, Ant. Mar. Saluinius. Accedunt variantes codd. lectiones, selectae adnotationes, et graeca *Eutecni*, sopherstae, metaphrasis ex codd. *Mediceae* et *Vindobon.* bibliothecae ac nondum edita, curante *Ant. Mar. Bandinio*, Florent. 1764. 8. conf. *Klotzii* acta litterar. vol. IV. part. IV. pag. 449 sq. *Kollar.* ad *Lambecii* comment. VI. pag. 205 sq.

*Νικάνδρου Ἀλεξ.* *Nicandri Alexipharmaca*, seu de venenis in potu ciboue homini datis eorumque remediis carmen, cum scholiis graecis et *Eutecni* sopherstae paraphrasi graeca. Ex libris scriptis emendauit, animaduersionibusque et paraphrasi latina illustrauit *Io. Gottlob Schneider*, Saxo, eloq. et phil. Prof. in *Viadrina Vniu.* *Halae* 1792. 8.

Novae est recensio carminis, ex codd. supra iam memoratis, veteribus gr. commentariis, editionibus et comparatione medicorum graecorum, qui ex eodem cum *Nicandro* fonte plurima praeccepta hauserant, aliisque subsidiis facta. In eruditis animaduersionibus tum in *alexipharmaca* tum ad scholia graeca, multo hic correctiora, de lectionis varietate atque veritate non minus, quam de rebus, iis praefertim, quae ad historiam naturae et medicinam antiquam pertinent, docte copioseque disputat vir doctus, *Eutecni* paraphrasin, per lacinias excerptam singulis locis, integram tamen eodemque ordine quo edita a *Bandinio* exstat, multis tamen in locis ex codice *Gotting.* et ingenii felicitate correctam adposuit.

fuit. Optandum est, vt alterum carmen, a Schneidero emendatum illustratumque, lucem adspiciat. *Harl.*

Ottonem Brunfelsium in Iatrii sui Medicaminum libr. IV. veluti epitomen retulisse totius Nicandri, notauit Gesnerus in bibl.

### G a l l i c a.

Versibus gallicis Nicandrum complexus est *Iacobus Grevinus*<sup>1)</sup>, quem nec latino vtut nitido interprete Gorraeo, nec graecis ipsis cedere elegancia scripsit Thuanus ad ann. 1570. Prodiit *Greuini* interpretatio vna cum duobus eius libris de venenis et antidotis Antwerpiae apud Christoph. Plantinum. ann. 1567. 4. *Fabris.* — [in catal. bibl. Barber. pag. 116. tom. I. citatur illa versio, Anuers. 1568. 4.

*Io. Caroli Zeune* animaduers. ad Nicandri carmen vtrumque. Vitebergae 1776. 4. conf. Schneideri censuram in noua bibl. philolog. part. II. Lipsiae 1777. pag. 322 sqq. — *Caspar Hofmann* var. lection. lib. III. cap. 20. pag. 126. de quatuor castaneorum generibus ad interpr. Alexiph. — Errores quidam notantur in scholiis ad Nicandri alexipharmaca a *Marfilio Cagnato* in variarum obseruat. libro II. cap. 22. pag. 167 sq. Romae 1587. 8. ibid. lib. I. cap. 12. pag. 35 sq. varietas lectionis Nicandri in theriacis de amphisbaena expenditur. Nicandri carmina aut schol. permultis locis emendat, aut explanat citatue *Salmafus* in Exercitatt. Pliniae et exercitatt. de homonymis hyles iatricae. — *Toup.* in emendationibus in Suidam et Hefychium libr. II. III. in primis IV. permulta loca Nicandri eiusque schol. emendat: plura ad Hefychium illustrandum laudat. — *Doruillius* in animaduers. ad Charit. passim haud pauca Nicandri et schol. loca laudat aut corrigit. *Harl.*]

### VI. A l i i N i c a n d r i.

*Nicander*, Alexandrinus, cuius *περὶ τῶν Ἀριστέλης μαθητῶν* laudat Suid. in *Αἰσχίων.* [P] [vid. supra in vol. III. pag. 500.]

*M. Fontius Nicander*, medicus. in vet. inscriptione apud Fabretum, pag. 6. et apud *Spon.* pag. 142. mis. erudit. antiq. *Francisci a Cruce Caenomana* bibl. gallicam pag. 187. *Io. Neandrum* de medicinae laudibus et origine pag. 196 sq.

*Nicander*, sacerdos Delphicus apud Plutarch. *περὶ τῆς Εἰ.* pag. 386.

*Nicander*, Apolloniatarum praefectus, in numo apud Laur. Begerum tom. I. thesauri Brandenburg. pag. 610.

*Nicander*, Chalcedonius, quem *ἐν τετάρτῳ τῶν Περσῶν* (Bithyniae regis) *συμπρωμάτων* citat *Athenaeus* XI. pag. 496.

*Nicander*, Euthydami F. quem colloquentem inducit Plutarchus lib. de sollertia animalium et in symposiacis. Eidem librum *περὶ τῆς ἀνέου* inscripsit.

*Nicander*, ineptus sophista, cuius mentio apud *Philostratum* in Damiani vita pag. 601.

[*Nicandri*,

<sup>1)</sup> Vide sis de hoc Greuino et eius scriptis *Verderii* Biblioth. Gallicam pag. 604 sq.

[*Nicandri* Nūcii peregrinationes, Libr. II. graece cod. in bibl. Bodleiana f. Guil. Laudr. nr. DCLXIX. catalog. MSS. Angliae et Hiberniae, pag. 55. *Harl.*]

*Nicanter*, Thyatirenus, cuius Glossis Atticis saepius vitur Athenaeus et Harpocratio, qui librum XVIII. Ἀττικῆς διαλέκτου laudat in *Σηραλοφῶν* et librum *περὶ τῶν δήμων*, (de populis Atticae) in *Θυραϊδῶν* et *Τιτανιδῶν*. Sed Thyatirenum a Colophonio haud distinguendum, coniciet ex Stephano in *Θυάτεραι*.

*Nicanter*, pater Zenonis, apud Goltzium in numo. Ionius pag. 117.

*Ambrosius* denique *Nicanter*, Toletanus, qui circa a. Chr. 817. S. Cyriaci episcopi Anconitani martyrium versibus latinis scripsisse, et Cataleptes siue argumenta in Siliii Italici libros composuisse traditur.

VII. *Index Scriptorum in Scholiis graecis ad Nicandrum laudatorum, confirmatus a me ad editionem Aldinam 1523. 4.*

Pag. 27. incipiunt scholia in Theriaca.

Pag. 63. b. scholia priora breuiora in Alexipharmaca.

Pag. 66. scholia posteriora prolixiora.

Acusilaus 27. b.

Aegyptii 35.

Aeoles 44. b.

Aeschylus 71.

ἐν βασιλεύσει 38.

Aetoli 38. 50. 67. b.

Agathocles ἐν τῷ περὶ διαίτης 50.

Aglaias 64. b.

Alcibijs, Alcibii herbae repertor, 46. b. 47. 51. b.

Alexander ἐν τῷ περὶ Θηριακῶν 62. b.

[*Amphilochus* ad Theriac. 617. est corrigendum pro vulgato *Archilochus*: docente *Ruhnkenio* ad Vellei. Patere. I. cap. 5. pag. 20 sq. vbi de Archilochos et nominis illius confusione acute disputatur. *Harl.*]

Amyntas 58.

Anacreon ἐν τῷ περὶ ξιζοτομικῆς 49.

Andreas, medicus 58. b. 65. b. 86. 88. b. ἐν τῷ ἐπιγρᾶφομένῳ νάρθηκι 52. b.

Antigonus 36. 41. b. 48. a. b. 55. 56. b. 59. b.

Antimachus 58. b. 44. b.

eius imitator *Nicanter* 27.

Apollodorus 56. b. 87. 88. ἐν τῷ περὶ Θηρίων 54. b. 80. ἐν τῷ περὶ βοτανῶν. 47. b. [P]

Apollodorus 56. b. 87. 88. ἐν τοῖς Ὀμήρῳ 80. b. ἐν τῷ περὶ βοτανῶν 47. b.

Apollonius 38. b.

Apollonius, Memphites, 28. b.

Apollonius, Rhodius, ἐν τῇ τῆς Ἀλεξανδρείας κτίσει 27. b.

Aratus 32. b. 42. b.

Archaeus (forte leg. Achaeus) ἐν τοῖς περὶ Ἀρχαιμαναντιδὴν καὶ τὸν πρὸς Ἐρυθραίων πόλεμον 49. b.

οἱ ἀρχαῖοι 28. b.

οἱ νεώτεροι 50. b. 69. b.

Archelaus ἐν τοῖς διφύεσι 58. b.

Archilochus 34. 35. b. 39. 49. b. [Sed vide paullo ante, voc. *Amphilochus*.]

Aristarchus 55. b.

Aristeus 52. b. forte leg. Crateus.

Aristides 41.

Aristophanes ἐν τῇ γήρᾳ 38. b.

Aristoteles 29. b. 45. b. 54. 58. 64. b. 65. 78. 80. b. διαλεγόμενος περὶ ἡρώγε 51. ἐν τῷ περὶ ζώων 64. b. 78. b. ἐννεακαιδεκάτω περὶ ζώων 67.

Aesclepius, siue Aesculapius, Coronidis F. medicus 52. b.

- Attici 28. b. 32. 44. b. 51. 60. b. 65. 82.  
 Ο Βασιλεύς ἐν τῷ Θηριακῷ 54. regem Mi-  
 thridatem potius intellexerim, quam scri-  
 ptorem, cuius nomen proprium Βασιλεύς,  
 vt video in mentem venisse Meursio in  
 bibl. gr.  
 Βῶλος vide Γῶλος.  
 Callimachus 29. 40. b. 46. 63. b. 64. a. b.  
 65. 66. b. 69. b. 70. 73. 82. a. b. 88. b. ἐν  
 τῇ Ἐκάβῃ ἢ Ἐκάλῃ 62.  
 Chiron, Chironii inuentor 45. b.  
 Chrysipus ἐν τῷ περὶ λαχάνων 59. b.  
 Cleanthus 43. b.  
 Conilus, herbae κοιλίης inuentor 50.  
 Corinnus 28.  
 Crateus 46. 51. 60. ἐν ῥιζοτομικῷ 52. b. Su-  
 pra in Aristeus.  
 Demetrius 34. 50. 56. b. χλωρὸς 41. b. 46. b.  
 48. b.  
 Demophon ἐτυμολογῶν 64. b. 80.  
 Diocles 50. ἐν τῷ ῥιζοτομικῷ 51.  
 Diogenianus 36. b.  
 Δίων ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως  
 49. b.  
 Dionysius Periegetes 34. b.  
 Dionysius ἐν τοῖς ῥιζοτομικοῖς 46. Poeta 49.  
 Dionysius Phaselites de Antimachi poesi. *Vit.*  
*Nicandri.*  
 Dioscorides 28. b.  
 Empedocles 44.  
 Epactes, inuentor herbae 50. b. ad versum  
 Theriac. 694.  
 Epaeetus ἐν τῷ περὶ λαχάνων 48. b.  
 Erasistratus ἐν τῷ περὶ θανασιμῶν 64. 69.  
 Eratosthenes 44. b. ἐν ἔρηνύϊ 42. [P]  
 Euphorion 28. b. 29. 34. b. 38. 42. b. 60.  
 70. b.  
 Euripides Oreste 42. b.  
 Glossographi 64. b. 77.  
 Hephaestio 50.  
 Heraclitus 64. b. 73.  
 Hermesianactis Περσικὰ καὶ τὰ λεγόμενα  
 εἰς τὴν ἐρωμένην 27.  
 Hermesianax iunior, Nicandri aequalis 27.  
 Hermonax ἐν κρητικαῖς λέξεσι 45. b.  
 Δαιμάσσει σε χεῖλος ὡς ἠρώδης 44. b.  
 Herodotus ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ ἄλλαις 49. b.  
 Hesiodus 28. 44. 50. 51. b. 65. 70. 82. b. ἐν  
 τοῖς πραιτομένοισι 27. b.  
 Hippocrates 64. 67. b. 69. b.  
 Hipponax 44. b. 83. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Λυ-  
 δίας Ἰάμβων 50. b.  
 Homerus 27. 28. b. 33. b. 34. b. 35. b. 39. 40.  
 42. b. 44. a. b. 48. b. 49. b. 50. b. 55. 57.  
 61. 63. b. 64. b. 65. 66. 69. 70. a. b. 71.  
 73. b. 74. b. 77. 80. b. 86.  
 ἐν τοῖς εἰς Ὀμηρον ἀναφερομένοισι ὕμνοισι  
 71. Homeri imitator Nicander 33. b.  
 Iambe, iambici inuentrix carminis 64. 71.  
 Iolus 52. b. ἐν τῷ περὶ πελοποννησιακῶν πό-  
 λεων 46.  
 Iones 75. b.  
 Lycon 48.  
 Lycophon 44. 68.  
 Lysimachus 65. Ἴππικράτης 80.  
 Menander 74. b.  
 Menecrates 64. b. 72. b.  
 Metrodorus ἐν τῷ περὶ συνηθείας 49. b.  
 Μήτων ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῶν 49. b.  
 Nicander 35. 40. b. 44. 56. b.  
 περὶ τῶν ἐν κολοφῶνι ποιητῶν 27.  
 ἐν τρίτῳ Θηβαικῶν 35. b.  
 περὶ τῶν εἰς Αἰταλίαν ἐρχομένων διηγ-  
 μένων 36. Ἐν ἡμιάμβοις 41. b. ἐν τῷ  
 ἐπιγραφόμενῳ ὕμνῳ. *ibid.*  
 ἐν Ὀφιακῷ *ibid.*  
 ἐν Σιμελίᾳ *ibid.*  
 ἐν ὕμφοις *ibid.*  
 ἐν ἐπιγραφόμενῳ ὕμνῳ 48. b.  
 Nescio quid sibi velit pag. 70. περσέης δὲ  
 εἶπα τὸ ἀρχαῖον ἀπὸ τῆς Θεοδοσιακῆς  
 Νικάνδρου μεταγεγραμμένον.  
 Nicandri exegiae 29.

Νικέων ἐν ταῖς δυνάμεσι 48.  
 Numenius 37. ex eo expressit quaedam Nicander 36: b.  
 ἐν τῷ Θηριακῷ 50. b.  
 Oppianus 31. b. 48. b.  
 Ὁρφέως δρῦες 44.  
 Parmenio ἐν τοῖς ἰάμβοις 58.  
 Πέτριχος ἐν Ὀφιακῶις 47. b. ἐν Ὀφιακῷ 50.  
 Phariacus, Cretensis, inuentor herbae cuiusdam 80. b. vbi male excusum Φαρμακῆ pro Φαρμά. [P]  
 Philetas 27.  
 Phocylides 65. 82. b.  
 Plutarchus 31. b.  
 Praxagoras 65. b. 78. 80. b. 87. b.  
 Promenus, Cretensis, inuentor pomi cuiusdam 84.  
 Protagoras, Cyzicenus, cui Nicander Alexipharmacā inscripsit 66.  
 Οἱ τὰ ῥιζοτομικὰ γράψαντες 69. Vide supra in Anacreon, Crateuas, Diocles, Dionysius, Micton.

VIII. Nicandro non absurde subiciam alios de Theriacis scriptores, ANDROMACHVM praecipue, Cretensem, insignem medicum et Neronis archiatrum, ad quem *de Theriaca* <sup>m)</sup>, siue, vt ipse adpellauit, ἀντιδότῳ γαλήη, carmen non inelegans elegiacum scripsit, cuius primos versus dat *Tzetzes* Chiliad. XII. vl. 397 sq. sed integrum exhibet *Galenus* libro de Theriaca ad Pisonem, et lib. I. de antidotis tom. II. pag. 428 sq. edit. Basil. Latinis versibus reddiderunt *Iulius Martianus Rota* et *Ioh. Guinterius Andriuanus*.

[Conf. de hoc, etiam de eius filio, *Gerh. Io. Voff.* de philos. cap. XII. pag. 95. *Bayle* dict. tom. I. pag. 235. voc. *Andromaque*, qui contra *Vossium*, de Andromacho, astrologo, disputat. — *Dan. le Clerc* hist. de la Médecine, part. III. lib. II. cap. I. pag. 585 et 598. — *Halleri* bibl. chirurg. tom. I. p. 63. atque in bibl. botanica, tom. I. p. 76. ac de filio p. 103 sq. [De utroque Andromacho etiam *Spiengel.* Versuch einer pragm. Gesch. der Arzneykunde tom. II. p. 44 sq. egit.] Quod vero *Fabricius* de utroque vberius disputauit in elencho medicorum veterum, s. infra in vol. XIII. pag. 60 sq. totum illum locum huc referam. *Harl.*]

*Andromachus*, senior, Cretensis, Neronis imp. archiater, i. e. primarius medicus, cui salutiferam illam γαλήης siue *Theriaca* <sup>n)</sup> compositionem acceptam ferunt medici, vt

m) Conf. *Marsilii Cagnati* Obs. variarum lib. II. cap. 24. pag. 171 sqq. edit. romanae. *Harl.*

n) *Plinius Valerianus* lib. III. cap. 57. et lib. IV. cap. 38. ait, theriacam apud insulam Coum in

Ῥῶλος ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν 56. lege Βῶλος. [vid. *Marsilii Cagnati* variar. obs. libros. IV. Romae 1584. pag. 123. sunt *Doti Mendefi* commentaria. *Harl.*]

Sophocles 64. ἐν αἰχμαλώτοις 28. b. ἐν κωφοῖς (Σατύροις) 40. b.

Sophon 46. 60. ἐν μίμοις 34. b.

Sostratus 55. ἐν τῷ περὶ φύσεως ζῶων 47. b. ἐν τῷ περὶ βλητῶν ἢ δακετῶν 55. b. et 56. vbi male. Σώκρατος.

Theo ἐν ὑπομνήματι (in Nicandrum) 36. b. [conf. *Warton*, ad Theocrit. tom. I. pag. 135 [q.]]

Theocritus 31. b. 48. 50.

Theophrastus 28. b. 39. b. 42. b. 45. b. 47. b. 51. 60. 61. 64. 65. b. 88. b. περὶ φυτῶν 49. b. 51. ἐν τῷ τεσσαρεσκαίδεκάτῳ τῶν φυτικῶν 70.

Tyrannion 28. b.

Zenodotus Theophilus 28.

templo Aesculapii incisam fuisse lapide et versibus dedicatam. Codex latinus a. 1479. exaratus, in quo theriacaeficiendae ratio ex *Democrito* et *Andromacho* MS. in bibl. Vffenbachii. Vide catal. eius MSS. pag. 689 sqq.



ex Galeno refert *Aetius* p. 648 sq. edit. H. Stephani, meminitque *Eutychius* tom. I. Annal. pag. 339. Eam graecis versibus ad Neronem scripsit, quos Galenus (locis citatis) integros exhibuit. Ita autem de eo loquitur statim post princip. lib. de Theriaca, quod medicam artem non solum experientia rerum probe calluit; sed etiam sermonis elegantia rationem in ipsis copiose exercuit quinque libris. *Ioannes Tzetzes* Chiliad. XII. hist. 397. initium illius operis, Neroni dicati, refert his versibus:

Κλῦθε πολυθρόνῳ βριαρὸν εὐνοῖ ἀντιδότοιο  
 Καῖσαρ, ἀδεμάντα δώτορ Ὀ) ἰλευθερίας.  
 Κλῦθε Νέρον ἰλαρὴν μιν ἐπικλέσσει γαλήνην.

Hoc est, ex versione Iulii Martini Rotae:

*Antidotum multis insignem viribus audi,  
 Caesar, qui nobis otis tuta facis.  
 Tranquilla haec hilarisque suo pariterque serena.*

Vertit etiam fidelius, quantum memini, Io. Guinterius, Andernicus, cuius mihi non est iam ad manus interpretatio.

[Separatim editum est carmen cum prosaica Tidicaci et poetica Iulii Martiani Rotae versionibus, aliisque illustrationibus, a Galeno ad plenam Andromachi intelligentiam profectis, in libro:

De theriaca et eius multiplici vtilitate, ac recta conficiendi ratione, in *Andromachi* senioris carmen graecum, de theriaca ex viperis inscriptum, commentarius. — Auctore *Francisco Tidicaco*, Torunii, A. Coten. 1607. 4. vid. *Hamberger* Zuverläß. Nachricht. II. pag. 119.

*Andromachi* senioris antiquissimum de *Theriaca* carmen ad imperatorem Neronem, recusum occasione Theriacae recens paratae in officina Leinkeriana. Noribergae 1754. 4. graece et cum noua editoris latina versione poetica. In praefatione de Andromacho et versione Rotae et alius V. D. latina quaedam adnotantur.

*Theriaca Andromachi. conscribente Mose Charas.* Geneuae (s. a.) sumt. Ioan. Ludcu. du Four. mai. 4. III. part. I. vol. cum figg. aen.

In vltima pagina 275. ad finem poematis adiuncti et *Echiosophium* inscripti, legitur: *Pargebat M. Charas, Parisiis, a. M.DC.LXXIX. (1679.)* Neque vero est carmen Andromachi, sed examen errorum, qui in praeparatione huius Theriacae committi solent: et Moses Charas in praef., quod pericula, quae instituit, chemica non omnibus, qui viderunt, fidem fecerunt, traditurum se, scribit, rationes, propter quas celebris huius antidoti praeparationis generalis et particularis aliqualem emendationem adgressus sit, per septem aut octo saecula omnino illibatae et intactae. De vipera, eius natura, viribus, veneno etc. multa obseruantur, et tom. III. exhibetur „series nouorum experimentorum circa viperam susceptorum, cui addita est dissertatio de natura illius veneni, respondens epistolae, a *Francisco*

Y y 3.

cisco

*cisco Redi*, nobili Aretzino, conscriptae ad Bourdelotium et Morum, editae Florentiae ann. 1670. auctore Mose Charas. " codd. gr. sunt in bibl. *Galei*, (citante Hallero, bibl. botan. II. pag. 630.) et Vindobonensi, de quo in fine huius additamenti. adde bibl. MSS. Vffenbach. part. II. §. 26. et part. IV. §. 106. Andromacho aut eius filio probabiliter inscripsit Erotianus glossarium suum: quamquam *Marsilius Cagnatus* variat. obseruatt. libr. II. pag. 189 sq. Romae 1587. 8. veretur, ne recentior aliquis, temporum ignarus, falso titulo et simulata dedicatione librum Erotiani ediderit, vt opinione vetustatis auctoritatem ei compararet. Sed conf. *Fabric. B. Gr.* vol. IV. pag. 573. edit. vet. inprimis *Franz.* praef. ad Erotiani, Galeni et Herodoti glossaria in Hippocratem etc. pag. XII sqq. *Harl.*

*Andromachus* iunior, prioris filius, itidem Neronis archiater, scripsit libros duos *περὶ συνθέσεως Φαρμάκων*, quorum primus externa medicamenta τὰ ἐκτὸς siue τὰ ἔξωθεν ἐπιδήμενα Φάρμακα tradebat, secundus interna, τὰ εἰς τὸ σῶμα τῶν λαμβανόμενα, quibus accessit tertius de medicamentis, quae oculis medentur τὰ τῶν ὀφθαλμῶν siue τὰ κατὰ τὸς ὀφθαλμὸς Φάρμακα, *Galen.* tom. V. pag. 647. tom. II. pag. 352. 325. [conf. *Io. Henr. Ingler* bibliothecae ophthalmicae specimen I. pag. 78.] Idem opus hoc respiciens *Andromachum* laudat *Galenus* saepissime, vt tom. II. pag. 162. 191. 234. 242—246. 252. 261. 263. 267. 269. 272. 273. 274. 275. 276. 280. 281. 284. 286. 289. 291—296. 298. 300. 305. 308. 309. 321. 322. 324. 329. 330. 331. 332. 333—337. 339. 342. 344. 357. 358. 363. 365. 366. 367. 370. 383. 384. 385. 388. 390. 396—404. 411. 419. 420. 423. 430. ἐν Φαρμάκοις ἔχων μέγιστην ἔξιν, iudice *Damachare* apud *Galenum* tom. II. pag. 402. Multa collegit medicamenta, et non pauciora, quam libris decem, dederat *Aesclepiades* cognomento ὁ Φαρμακίων *Galenus* tom. II. pag. 235. ὁ Ἀνδρόμαχος πολλὰς ἡδύσειε δυνάμεις, καὶ σχεδὸν ἐκ ἐλάττω τῶν ἐν ταῖς δόξαις τῶν Φαρμακίων Ἀσκληπιῶδες. Sed reprehenditur, quod praeparationem et rationem vtendi adnotare neglexit: tom. II. pag. 323. 325. 358. χωρὶς διορισμῶ τὰ Φάρμακα γράψας tom. II. pag. 363. 399. Ideo libri eius, quamplurima licet optima medicamenta complexi, a medicis negliguntur, tom. II. pag. 397. Citatur *Andromachus* frequentissime ab *Aetio*, qui etiam medicamentum eius cyphoides describit. De codice arabico in isto, in quo descriptio *theriacae* *Andromachi* senioris continetur, vide *Lambecium* tom. VI. pag. 143. [pag. 321 sqq. edit. *Kollarii*. In illo cod. XXXIV. est nr. 3. ex *Galeno* I. de antidotis fragmentum, quo continetur *Andromachi* senioris carmen de compositione *theriacae* per admixtionem carnum viperarum: per quam occasionem describit codicem illum arabicum, fol. inter codices orientales caesareos, magna ex parte litteris aureis exaratum, et multis aequae antiquis imaginibus, in his *Andromachi*, exornatum, quo ex professo accurate agitur de *viperis* et de *Theriaca Andromachi senioris*. *Kollarius* in nota A. pag. 323 sqq. primum obseruauit, arabici huius commentarii auctorem esse *Iahja*, grammaticum *Alexandrinum*, de quo pluribus egisse se scribit in *Παρασημείωσις* lib. I. pag. 377. (adde *Casiri* bibl. arabico-hispan. tom. I. pag. 283. idem commentatus est in varia *Aristotelis* opera. vid. *Casirium* ibid. pag. 304 sq. — et 244 sqq.) Tum subiicit *Kollarius* exordium illius operis in linguam latinam conuersum, in quo *Iahja* de *Andromacho* quoque sen. et occasione, per quam ad inuentionem *Theriaca* ductus fuerit, quoque differit. Aliquot de ea *theriaca* libellos *Arabum* exstare et *Iudaeorum* ex *Herbeloti* biblioth. orientali pag. 966. docet *Haller*. Bibl. botan. I. p. 76.] — *Lepidus* error *Riccioli*, qui hunc *Andromachum* inter astrologos tanquam primum *theriacae* inuentorem e *Clauio* refert in *almagesto*. [adde *Bayle* l. c. not. A.]

Galenus eodem libro de Theriaca ad Pisonem cap. 12 sq. confert Theriacam descriptam a Xenocrate, Damocrate, Demetrio et Magno pag. 464 sq. Et libro de Theriaca ad Pamphilianum, Critonis de Theriaca scriptum memorat pag. 472. et Menecratis pag. 471. Idem libro I. de antidotis, quum retulisset Mithridatis Attalique regum in exploranda antidotorum vi studium singulare, testatur, de Theriaca commentatos praeterea Heraclidam Tarentinum, Crateum, Dioscoridem, Nigrum, Iollam et Rufum Ephesium pag. 424. Exponit etiam, quae de Theriaca scripserat Andromachus, filius, in libro, prosa composito, cui *διδασκαλίαν τῶν ἐν τῷ Φαρμάκων* titulum fecerat, pag. 430. tum suos ipse versus undecim [P] *Hexametros de Hydrychoi magnatis compositione* pag. 431. Galenus adscribit, et pag. 437 sq. Damocratis <sup>9)</sup> versus iambicos plusculos de Theriaca ex eius carmine de antidotis, hinc aliam descriptionem, nescio quo auctore, *carmine hexametro* pag. 438 sq. Denique, quae Crito de Theriaca scripserat tertio τῶν Φαρμακικῶν βιβλίων. Libro secundo de antidotis Galenus refert Mithridaticae confectionem ex praescripto Andromachi, filii, tum Antipatri et Cleophanti, variaque alia antidota Orbani Indi, Aphrodae, Nicosrati, Aelii Caii p. 441. (Galli leg. ex pag. 447 sq.) et Zopyri, quae idem Andromachus descripserat. Hinc Mithridaticam et alia *quamplicitima antidota versibus iambicis a Damocrate tradita* pag. 441 — 444. et 453. 454. Similiter, quae Aselepiades, Bithynus, in quinto τῶν ἐν τῷ πατρῷ, quam Ἄσωνες (Mnafonis, pag. 449. Νείσωνες) inscripsit, et quae propinavit Apollonius Mus. Hinc pag. 443. improbat scripta de veneris, Orphei, theologi, Hori Mendesii iunioris, Heliodori Mendesii et Arati <sup>10)</sup>, versibus quibusdam Heliodori hexametris productis ἐκ τῶν πρὸς Νικόμαχον ἀπολυτικῶν. Sequuntur deinde antidota varii generis variorum pag. 446. Claudii Tufci, Apellae, Zopyri, Mithridatis Eupatoris p. 447. Aelii Galli, p. 448. Archibii, Antipatri, Aelii Galli, Euclidis Palatiani, Zenonis Laodiceni et Minuciani, Nicosrati et Xenocratis, p. 449. Nili Antipatri (ὡς Νείλος Ἀντιπάτρως.) Aselepiadis Bithyni, Antonii, Coi Cratippi (ἀνδρὸς καὶ ἐπισήμου καὶ κονοτρόφου.) Herae Cappadocis, Belchionii, qui a Caesare antidotum suum accepisse se aiebat, et Xenocratis, Laodiceni, pag. 450. Claudii Apollonii, Menippi, Menelai, Baphulli, et Abscanti, qui Lugduni medicinam fecit, pag. 451. Zoili et Epaphroditi Carthaginienfis, Arabae Thebani, Charitonis ὀχλαγωγῶ, Simmiae, Medi, quem et ipsum infra ὀχλαγωγὸν adpellat, Andreae Apollodori, (ἦν καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐν τῷ πρὸς Ἀσδοάμαντα ἀναγραφῆσει), pag. 452. Dorothei Elei, Apollodori ac Sofrati Eudemi, (cuius versus hexametros de Theriaca Antiochi Philometoris <sup>11)</sup> Galenus scribit,) Heraclidis [P] Tarentini

p) Scripserat etiam Andromachus filius *δυναμῶς πρὸς τὰ ἑκαστὴν* libris tribus. Meminit Galenus de composit. medicament. per genera. Fuit et Grammaticus hoc nomine, de quo infra in Grammaticis. [vol. VII. pag. 49. *Androm. rhetor*, vol. IV. pag. 478.]

q) Hic *Damocrates*, huc, ut Plinius XXIV. 8. vocat, *Democrates*, sanavit filiam M. Seryilii Gemini, qui consul fuit anno urbis conditae 756. tertio post Christum natum, vnde de aetate *Democratis* constat. Laudat praeterea Galenus eius *φιλίατρων, κληρικῶν* et *Ποδικῶν*, ut observavit Meur-

sus in biblioth. graeca. Porro valde probantur Galeno compositiones medicæ, versibus scriptæ, quod in illis facilius adpareat, si quid in verbis numerisue sit ab exscriptoribus peccatum. [conf. infra in elencho medicor. vet. s. vol. XIII. pag. 135.]

r) *Arati σύνθεσιν Φαρμάκων θηριακῶν ἐπιπέδιων* memorat Suidas, et respicit Galenus pag. 445. Sed Eudocia pro *θηριακῶν* habet *ιατρῶν*. vid. supra pag. 108. *Harl.*

s) *Plinius* lib. XX. cap. 24. tum alter, qui *Valerianus* vulgo vocatur, lib. III. de re medica cap. 57.

Tarentini, Hybristae Acutirostri (Υβριστῆ ἀκρογυχίτῃ) et Apollonii Memphitae: pag. 452. Herae Cappadocis, cuius iam supra meminerat, et pag. 456. Nicostrati atque Amaranti, grammatici. [adde *Epiphani* locum I. adu. haeres. pag. 3. a Fabricio infra ad Dioscoridem §. VI. vol. III. pag. 100. vet. edit. laudatum.] Obiter addam, quod apud Plinium XXIX. 1. vbi Theriaces meminit, locus ita mihi legendus videtur: *Theriace vocatur excogitata compositio luxuriae. Fit ex rebus sexcentis, cum tot remedia dederit natura, quae singula sufficerent.* Pro sexcentis male puto in libris editis esse externis. *Fabric.*

[*Fabricius* subiecerat poetam antiquum de viribus herbarum deo alicui consecratarum, quem iisdem, quibus Nicandrum typis graece pridem edidit Aldus, ac Dioscoridi subiecit, Venetiis 1518. 4. At virorum etiam praestantissimorum ita fugit industriam, vt pro inedito haberent laudarentque *Lucas Holstenius* notis ad Stephanum Byz. pag. 270. *Isaac Vossius* ad Barnabae epistolam pag. 23. et *Thom. Bartholinus* de medicis poetis pag. 103. In codice msto, quem memorat *Labbeus* pag. 125. biblioth. nouae MSSorum subiicitur Ioannis, Damasceni cuiusdam medici, libro de pharmacis, ad purgandum idoneis. Adiecerat *Fabricius* versionem notasque doctas *Io. Renatorfii*, Hamburgensis, denati Hamburgi d. VI. Nouembr. 1723. Ego vero illud carmen, cum versione et notis Rendtorfii, si viris placuerit doctis, et deus vires mihi vitamque concesserit, in volumen supplementorum coniciam; hoc vero loco pauca adhuc adnotabo.

De auctore non consentiunt viri docti. *Manethonem* esse, suspicatur *Bernard* in epistola ad Reiskium, in huius vita pag. 356. Ex *Pamphili*, grammatici Alexandrini, historia herbarum esse fragmenta, scribit *Lambecius* in comment. de biblioth. Caesarea tom. VI. pag. 206. (vbi in codice Vindob. illud carmen inustum adseruatur,) sed Pamphilum, Alexandrinum, oratione illigata et ordine herbarum alphabetico scripsisse, tradidit Galenus, et *Kollarius* in nota ad illum Lambecii locum, et multo copiosius in nota ad librum et vol. II. cap. 7. de codice Dioscoridis, pag. 121 sqq. (vbi quasdam Lambecii alucinationes refert et confutat,) monet, carmen illud non esse Pamphili, Alexandrini, sed *Rufi*, forsan *Ephesi*, sub cuius nomine fuit ab Aldo cum Dioscoride excusum. *Fabricius* quoque ad hunc locum manu scripserat: *Rufus*, forsan *Ephesus*. conf. eundem *Fabric.* infra in vol. III. pag. 103. vet. edit. XIII. pag. 385. Atque *Rufus Ephesus* e Galeno supra §. VIII. inter eos numeratur, qui de *Theriaca* commentati sunt. Adde *Kollarii* epistolam in Actis erudit. Lipsiens. mense Maio 1760. pag. 285 sq. *Harl.*]

cap. 57. et lib IV. cap. 38. narrant, descriptionem huius Theriacae versibus dedicatam fuisse apud insulam Comi in limine aedis Aesculapii. *Fabric.* — At *Marsilius Cagnatus* variat. obsl. libro II. cap. 25. pag. 174 sqq. edit. Rom. negat, Antiochum *Philometoris* cognomine vllum occurrere, sed *Antiochum M* regem ex mente illius Galenum et Eudemum dixisse oportuit: eam enim describunt theriacam, qua secundum *Plin.* N. H. lib. XX. cap. 24. *Antiochus*, rex, aduersus omnia

venena vsus traditur. Nec versus, quos Galenus scripsit, Eudemii fuisse videntur Cagnato, qui opinatur, Eudemium potuisse illos versus ex lapide, in quo in limine aedis Aesculapii incisi fuisse dicuntur, in suum volumen transfuisse. Idem Plinium, Galenum et inscriptionem illam comparat atque explicat. *Hallerum* igitur in biblioth. botan. I. pag. 53. fugit Cagnati suspicio, dum Antiochum Philomet. e Galeno laudauit. *Harl.*

C A P V T XXX (olim XXXI)  
DE DIODORO SICVLO, ALIISQVE DIODORIS.

I. *Diodori Siculi aetas.* II. *Quibus auctoribus profecerit, et qua ratione in historia scribenda sit usus.* III. *Eius historiae catholicae libri XL.* IV. *Librorum XV. qui ex his exstant, argumentum.* Ex reliquis fragmenta quaedam. *Diodorus a variis defensus.* V. *Eius editiones atque interpretes.* VI. *Epistolae sub Diodori, Siculi, nomine editae, italico idiomate, tamquam e graecis translatae.* VII. *Index scriptorum, in Diodori, Siculi, bibliotheca memoratorum.* VIII. *Varii Diodori.*

[Cum supplementis G. C. Harles.]

I.

[P R A E M O N E N D A:

**D**e vita, aetate, stilo fideque historica Diodori, Siculi, plures egerunt:

*Gerard. Io. Vossius* de historicis graecis lib. II. 2. et *Mallinerotii* paralip. de histor. gr. p. 75. f. p. 133. in supplementis et obsf. ad Vossium de historicis gr. et lat. a Fabricio editis.

*Degoreus Whear* in relectionibus hiemalibus, cap. XI. pag. 56 sqq. it. pag. 41 sqq. 45. et alibi; ac *Io. Christ. Neuii* accessiones ad Whear. relect. pag. 104 sq.

*Anton. Mongitor.* in biblioth. Sicula, tom. I. pag. 156 sqq.

*H. Stephanus, Rhodomannus* ac *Wesselingius*, in praefationibus ad suam quisque editionem; atque duorum priorum eruditas praefatt. *Wesselingius* primo suae edit. volumini praemisit.

*Com. de Caylus* in histor. academ. Paris. Inscript. tom. 27. pag. 55. ann. 1755. qui iniquius iudicat de Diodoro eumque ceteris Graecorum historicis longe postponendum censet. — *Graue* quoque iudicium tulit *St. Croix* in *Examen critique des Anciens Historiens d' Alexandre le Grand.* Paris. 1775. 4. pag. 31 sqq.

*Larcher* de chronologia Herodotea, vol. VI. versionis gallicae Herodoti pag. 176 sqq.

De fide historica atque oeconomia operis et fontibus, ex quibus hausit Diodorus, Siculus, doctissime disputat *cel. Heyne* in recitationibus tribus ann. 1782 — 1785. praelectis in commentat. societatis regiae doctrin. vol. V. Gotting. 1783 sqq. [cum Epimetro repetitis vol. I. edit. Bipontinae Diodori Sic. p. XIX sq. ubi etiam p. CV sq. *Ier. Nic. Eyring* quaestio de operis Diodori genere et virtutibus, et p. CXXIX sq. eiusdem *Eyringii* descriptio accuratior bibliothecae hist. D. S., e vernaculo sermone vtraque in lat. conuersa et aucta, habetur. *Beck.*] adde ad §. III. notata, et *cl. Meuselii* biblioth. histor. I. part. I. pag. 55 sq. et part. II. p. 312 sq. *Richey* in nota mista laudauit quoque *Reinharti* theatrum prud. eleg. p. 143. *Boecleri* bibliogr. critic. pag. 178. *Pope Blount* in censura pag. 43. *Eyben* in Eponymol. Magiri pag. 276 sqq. *Du Pin* biblioth. des Histor. pag. 229 sqq. *Harl.*]

DIODORVS, ex Argyrio siue Agyrio \*) , Siciliae oppido, genus se duxisse [P] ipse testatur,

a) *Diodorus* lib. I. cap. 4. ἡμῶς δὲ Ἀργυρίου τοῦ γένους τῆς Συρακῶν ὄντος. *Philippus Cluverius* II. 6. Siciliae antiquae contra Fazellum disputat scribitur.

bendum Ἀργυρία, et sane dictum fuit Ἀργύριον, Ἀργύριον, Ἀγύριον, sed Tzetzae quoque ad Lycophronem v. 1017. vocatur Ἀργύριον, et hodieque nomen

testatur, licet a Plinio in indice libri V. vocetur *Diodorus, Syracusanus* <sup>b</sup>). Vixit sub Iulio Caesare, (vt *Eusebius* in Chron. ad ann. MDCCCCLXVII.) et sub Augusto, vt *Suidas* auctor est, certe superuixisse videtur annum V. C. 746. quo Augustus <sup>c</sup>) tricesimo sexto post interfectum Iulium anno, calendarium culpa pontificum iterato deprauatum emendauit et bisexti non, vt ante post triennium, sed post quadriennium <sup>d</sup>) intercalandi rationem restituit, quae *Iosephi Scaligeri* obseruatio est pag. 156. ad *Eusebium*, probata itidem *Vossio* lib. II. de hist. graecis cap. 2. [— *Hieronimus* quidem in Chron. Eusebiano pag. 152. indicauit nominis eius celebritatem ad Olymp. CLXXXII. 4. V. C. 705. sed *Saxius* in Onomast. litterar. I. p. 198 sq. ratione bisexti romani motus, floruisse, notat, Diodorum A. M. 3997. Olymp. CXCIH. 1. ante C. N. 6. V. C. 746. Aliorum calculos et errores refert *Mongitor*. l. c.] Post Caesaris mortem scripsisse se innuit *Diodorus* lib. V. pag. 208. καὶ ἡμᾶς δὲ Γαῖος Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις ἐπονομασθεὶς ὁ Θεός. et pag. 211. ὃν ἐν τοῖς καὶ ἡμᾶς χρόνοις Καῖσαρ ὁ κληθεὶς Θεός. et in prooemio cap. 4. vbi ait, se historiam suam deduxisse vsque ad bellum, a Romanis gestum contra Gallos, καὶ ὃν ἠγόμενος Γαῖος Ἰβλῆς Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις προσεγορευθεὶς Θεός etc. Similiter loquitur lib. IV. pag. 158. Sub Tiberio militasse, nescio, quo auctore, tradit *Constantinus Lascaris*, idem, qui ait, se omnes *Diodori* libros quadraginta vidisse in biblioth. imperatoris constantinopolitani, in epist. de illustribus Siculis ad *Ferdinandum Acunam*. [conf. *Fabric*. *Bibl. Gr.* vol. XIV. pag. 29. nr. 9. *Villoison*. anecdot. graec. tom. II. pag. 264. not. *Wesseling*. praefat. circa finem. Sed vana res est, vti quoque aliud fuit figmentum, quod *Fabricius* in nota msta obseruauit: *M. Velferus* epist. ad *Robert. Titium* ann. 1607. (pag. 881. Opp.) „Passò di quà questi giorni, chi mi affermò trovarsi in Firenze in mano del Signor Riccardo Riccardi intiero tutto *Diodoro Siculo*, che senza altro sarebbe grandissimo Tesoro da stimar più, che tutta la preda portata da *Bertoni* di S. A. quest'anno. Mà per dirlo ingenuamente, non ne credo nulla, la fama potrebbe essere nata da *Fragments*, che si vedono in stampa, cavati dal libro de' Sign. *Ludouico Alemanni*.“ Ex illo cod. edidit eclogas *Hoeschelius*, vt in notitia editionum adnotauimus. *Harl.*]

II. In eodem prooemio libri primi testatur *Diodorus*, se, quo magis accurate de singulis scribere posset, nec locorum ignoratione peccaret, magnam Asiae et Europae partem, Aegyptum quoque (lib. I. pag. 29.) non absque periculis atque aerumnis perlustrasse, Latinae etiam linguae gnarum ex praeicis Romanorum commentariis ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ὑπομνημάτων ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένων res et gesta illorum describenda petuisse: quemadmodum res Aegyptiorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Graecorum, Carthaginiensium, Sicularum, Rhodiorum petiit ex *Herodoto*, *Ctesia*, *Beroso*, *Thucydide*, *Xenophonte*, *Philisto*, *Callisthene*, *Theopompo* Chio, *Apollodori* Chronicis, *Hieronimo* Cardiano et *Marsya*, rerum Macedonicarum scriptore, tum *Ephoro*, *Timaeo*, *Zenone* Rhodio, *Antiocho* Syracusano

nomen illi est *S. Filippo d' Argirone*. *Fabric.* ἐξ Ἀργυρίου defendit *Rhodomannus*, et rescripsit *Wesseling*. ad locum *Diodori* citatum pag. 8. codd. mssos et ipsum *Diodorum*, urbem Ἀργυρίον adpellantem, XIV. 9. XVI. 83. etc. sequutus. *Harl.*

b) Hunc a nostro *Diodoro* alii distinguunt. vid. infra in catalogo *Diodororum*. *Harl.*

c) Vide *Solinum* cap. 1. et *Petauium* IV. 3. de doctrina temporum.

d) Cum Olympiade, h. e. quadriennio, bisextum confert *Diodorus*: ἡ δὲ Ὀλυμπιάς πληρῆται κατὰ τέτταρας χρόνους. ἐστὶ δὲ ἕναρ εἰς Ῥωμαῖοι καλῆσι Βίσεκτον.

Syracufano aliisque: res Cretenfium ex Epimenide, Dofada, Soficrate et Laofthenide <sup>γ</sup>). Nimis frequenter vsum orationum et rhetoricationum reprehendit in limine libri XX. ridens eos, qui *περσθήμην ἐποίησαντο τὴν ὅλην ἱστορίαν τῆς δημηγορίας, totam historiam velut adpendicem concionum fecere*: contra praeclarum ducit historiae encomia [P] digna virorum praestantium et malorum vituperationes intexere, (lib. XI. pag. 266.) quibus iusta de rebus fama constet, et *εἰς ἅπαντα τῶν αἰῶνα ἰν ὀμνι αἰῶνα* (pag. 262.) posteris tradatur. Quae vero sola lectorem offendere potest in eiusmodi opere, vniuersalem plurium gentium historiam per annorum ordinem tradente, interruptio narrationum, eam excusat lib. XX. (tom. II. pag. 780.) Prouidentiae diuinae assiduus est praedicator, bonis praemia, sceleratis iustas, licet quandoque seras tribuentis poenas: sed quas praeterea memorat hinc inde diuinationes, prodigia et innumeras variis populis traditas creditasque fabellas, non ita se illis habuisse ostendit fidem, vt propterea superstitiosus scriptor a Vayero <sup>ς</sup>) dici iure meruerit, sed eas fideliter referendo boni historici officium impleuit. [Atque potest temporis vulgique superstitione excusari.] Atheis vero adscribi a Stillingfleeto in originibus sacris et a Ienkinio Thomasio in historia atheismi pag. 141. omnino magnopere miror.

III. Scripsit Diodorus historiam catholicam, siue res ab vltimis inde aetatibus vsque ad Olymp. CLXXX. 1. *per cognita loca orbis* (ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκμένης lib. 19. tom. II. pag. 651.) res per annos mille et centenos (lib. III. sub init. tom. II. pag. 133.) gestas *libris XL*. Tempus annorum triginta in hoc opere componendo insumsisse se testatur in prooemio, titulumque illi fecit *Bibliothecam* <sup>δ</sup>), quod hanc ex quorumcunque superiorum historicorum scriptis contexuisset, vt recte obseruat *Ioannes Rainoldus* praelect. 100. de libris apocryphis tom. I. pag. 1233. *Plinius* praefat. histor. natural. *Apud Graecos desit nugari Diodorus, et βιβλιοθήκην historiam suam inscripsit. Iustinus Martyr*, Cohortat. ad Graecos pag. 10. καὶ ὁ ἐνδοξότατος δὲ παρ' ὑμῖν τῶν ἱστοριογράφων Διόδωρος ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμῶν ἐν τριάκοντα ἔλοισ ἔτεσιν <sup>η</sup>), Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην, ὡς αὐτὸς γέγραφε, διὰ πολλὴν ἀκρίβειαν περιελθὼν καὶ αὐτόπτης τῶν πλείστων γεγονόσ, τεσσαράκοντα ἔλα τῆς ἑαυτῆ ἱστορίας βιβλία γέγραφε. *Theodoretus* eum laudat ἐν τῷ τεταρτῷ τῶν βιβλιοθηκῶν, lib. 3. pag. 42. θεραπευτ. *Eusebius* lib. I. Praeparat. cap. 6. ὁ Σικελιώτης Διόδωρος γνωριμώτατος ἀνὴρ τοῖς Ἑλλήνων λογιωτάτοις ὡς ἂν ὑπὸ μίαν συναγνηχῶς πραγματείαν ἀπασαν τὴν ἱστορικὴν βιβλιοθήκην. [vid. elogia et iudicia auctorum de Diodoro Siculo, collecta et posita a Weiselingio tom. I. edit.] Praecipue diligentem rationem habet notationis temporum, [P] complexus vniuersis quadraginta libris historiam annorum a Troia <sup>ι</sup>) capta 1138.

Lz 2

vt

e) Vide *indicem* scriptorum in Diodori bibliotheca memoratorum, infra §. VII. et cel. *Heyne* l. c. *Harl.*

f) *Mottanus Vayerus* tom. I. Opp. edit. in fol. pag. 302. loquens de Diodoro, Siculo: *Si j'avois à le blamer, ce seroit bien plutôt de la grande superstition qu'il fait paroître dans tous ses écrits, aussi bien que Tite Live parmi les Latins.* Atqui *Liuium* ipse alibi *Vayerus* tuctur et super-

stitutionis notam ab eo remouet, vt in latinis scriptoribus notauit.

g) Vide *Stephani* praefat. init. *Harl.*

h) Male interpres: *triginta totis annis Asiam et Europam peragravit*. Nam verba ἐν τριάκοντα ἔλοισ ἔτεσιν referri debent ad praecedentia, vt ex *Diodori* praefat. s. cap. 4. constat.

i) Troiam captam supponit 408. annis ante Olympiades, sequutus *Apollodorum* in *Chron.* ad *Euseb.*

vt ipse in prooemio libri I. [cap. 5. p. 9. vbi vid. Wesseling.] et XIII. adnotauit. Et quamquam dolendum est, in Romanis praecipue rebus, non semper accuratissime temporum calculum ponere <sup>6)</sup>, et nomina, vt queritur Dempsterus, corrumpere: pauci tamen scriptores veteres exstant, e quibus tanta lux definiendis temporibus et seriei rerum, a Graecis et aliis gentibus gestarum adfulgeat, quam e Diodoro, licet ne dimidia quidem pars illius operis ad nos peruenit. Exstant enim libri duntaxat quindecim; *primores quinque* nimirum et *undecimus*, quique hunc excipiunt *vsque ad vicefimum. Fabric.* [— Nostra aetate quaestio agitata est, num Diodorus scripserit, et vero primus fuerit, qui concinnaret historiam *catholicam* siue, quam vocant, *uniuersalem*, nec ne? Omnis quidem controuersiae cardo vertitur in notione eiusmodi historiae, et finibus rite definiendis. conf. *Ernesti* praefat. ad volumen primum historiae vniuersalis, a Guthrio anglice scriptae, et a variis in linguam theoticam translatae, et *Ier. Nicolai Eyringii* in diss. de historiae vniuersalis apud Graecos Romanosque et nostros iam scriptores diuerla ratione. Gottingae 1763. 4. pag. XVI sq. inprimis eiusdem viri doct. et humanissimi commentationes II. (in *I. C. Gattereri* historische Bibliothek, Vol. IV.) a) *Gedanken von der Stelle, welche Diodor unter den Schriftstellern, und besonders unter den Geschichtschreibern verdient.* Defenditur Diodorus Siculus, ab iniquis acerbisque Io. Ludouici Viuis, Bodini et de la Mothe de Vayer, seu de Burigny, Ernestique etiam Cayli iudiciis, nec ad collectancorum auctores; sed ad classem eorum, qui historicorum nomen, dignitatem fidemque mereantur, quamquam non ad primam et nobilissimam, tamen non ad infimam refertur: id quod diligentius fufiusque demonstratur in sectione altera, in qua consilium, institutum seu oeconomia operis et ordo rerum per singulos libros dilucide explanantur, f. b) *von dem Plane des Diodors aus Sicilien*, p. 20 — 214. tum in vol. V. p. 29 — 38. continuatur ille labor, et de vitiiis ac, quae plures nitent, virtutibus nostri historici agitur. Rerum quidem compositio, (*Plan*) vitiosa censetur; sed tamen et opus historis, quae vocantur, vniuersalibus, et Diodorus, historicis, qui dicuntur, pragmaticis, adnumeratur, p. 30 sqq. Compositio rerum quoque valde culpatur, et historiam f. bibliothecam Diodori actorum fere diurnorum et annalium formam prae se ferre, iudicatur a *Iacobo Moor* in periculo de historica compositioe, ex *Moore* Essays read to a Literary Society etc. Glasguae 1759. 12. sumto et ab *Eyringio* in eodem V. volumine histor. bibliothecae p. 38 sqq. germanice versō, p. 66 sqq. *Eyringii* Commentatt. latine redditae tom. I. edit. Bip., vt supra dictum est. — Saepe vocabulis, e medio petitis, Diodorum vti, notat *Salmasius* de modo vsurarum pag. 476. plagium vero in Posidonium ei obiicit *Casaubon.* ad Strabonem pag. 64 et 65. *Harl.*]

IV. *Primi quatuor* libri theologiam resque antiquissimas et magnam partem ante Troianas Aegyptiorum, Babyloniorum, Chaldaeorum, Indorum, Scytharum, Arabum, Aethiopyum, Libycorum, Graecorumque persequuntur, et in his fabulosa quidem non pauca, sed inter gentes illas pro veris gestis atque originibus iactata et credita; liber *quintus*, (*Βιβλος η̄ισιωτική* dicta ipsi Diodoro,) insularum celebriorum origines et praecipuas antiquitates perstringit. In quinque proximis erat memoria totius vetustatis regnorum <sup>7)</sup> Orientis, quae multum

Euseb. pag. 156. licet aliorum alia fuerit sententia, vt notauit *Ioh. Christoph. Artopaeus*, Prof. Argentoratensis, in dissert. de incertitudine notationis temporum per Olympiades ann. 1699, edita,

6) Vid. *Scaligerum* ad Eusebium pag. 156.

7) *Scaliger.* ad Euseb. pag. 156.



multum historiae sacrae allucebat, tum Corinthiorum aliorumque graecorum populorum, Romanorumque origines, et res, per totum orbem gestae, a Troia capta usque ad Xerxis in Graeciam expeditionem. Sed de illis nihil nobis praeter exigua fragmenta superest. Liber undecimus incipit a Xerxis in Graeciam irruptione Olymp. LXXV. i. et Annalium more historiam persequitur, notatis ad singulos annos archonte Atheniensi ac Romanis, quos minus quidem accurate digere, Consulibus, et ad singulas Olympiades Olympionicis, quam laudatissimam industriam in omnibus reliquis libris adhibet, et res, ab illo, quod dixi, tempore, per totum orbem gestas, continuat usque ad tempora Philippi, Macedonis, cuius temporibus liber XVI. et Alexandri Magni, cui liber XVII. destinatus, tum Alexandri successorum, quorum bella et varias res, illorum aetate gestas, in tribus proximis libris exponit usque ad bellum, quo Antigonus ab aemulis regibus superatus occubuit Olymp. CXIX. romanas res parce et breuiter attingit Diodorus in libris, quos habemus; fusius disserit de rebus Carthaginensibus, quaeque in patria sua Sicilia contigerunt, [P] fusissime de Graecis. In postremis viginti libris historiae telam eodem modo pertexuerat usque ad Olymp. CLXXX. et bellum a Caesare contra Gallos gestum: sed, ut dixi, illi iam pridem interciderunt, exceptis eclogis nonnullis ac fragmentis, ab H. Stephano, F. Vrsino, H. Valesio [et Wesselingio] editis. Ex libro septimo fragmentum de origine urbis Romae seruauit *Synceillus* pag. 194. Dictionem Diodori simplicem ac perspicuam historiaeque congruentem laudat *Photius* cod. LXX. Contra acerbiores Bodini et Lud. Viuis censuras eum defendunt [Degor. Whear,] Gerh. Vossius ac Mottanus, Gallus, de hist. graecis, et ante vtrumque, apologiam Diodori scripserat Henricus Stephanus.

V. Primus quinque <sup>m)</sup> libros primores latine vertit *Poggius Florentinus*, si modo versionis ille auctor, quae Vincentii Opsopoei iudicio non recte Poggio adscribitur. *Neque enim verisimile est*, inquit, *adeo spurciloquum et virulentum sycophantam et vitilitigatorem quidquam Graecitatis calluisse, qui ne latinam quidem linguam, cuius sibi videbatur peritissimus, recte calluit.* Nec desunt <sup>n)</sup>, qui verum auctorem dicant fuisse *Ioh. Phream* <sup>o)</sup>, Anglum, Balliolensis collegii focium, qui litteras elegantiores sub Paulo I. in Italia docuit, et a. 1465. Episcopus Bathoniensis designatus diem obiit supremum.

## Z z 3

[Antequam

<sup>m)</sup> Numerantur quidem a Volaterrano et antiquis illius versionis editionibus libri sex, sed primus in duos ab interprete diuisus est, quia Diodorus librum illum, uti decimum septimum quoque, in duo *πρῆματα* distribuerat, quorum posterius incipit pag. 28. edit. H. Stephani.

<sup>n)</sup> Cum primis *Brianus Twynus* in antiq. acad. Oxoniens. lib. III. p. 371. atque *Guil. Burtonus* in historia L. Gr. p. 55. aut in *Groschuffii* noua librorum rarior. collectione, fascic. IV. pag. 698. *Harl.*

<sup>o)</sup> Vide *Io. Leland* de scriptoribus Britanniae pag. 467. qui grauiter abnegat Poggio, *Baylii* Lexicon in Phrea, et *Vossium* Hist. latin. p. 549. vbi de Poggio. [Sed *Io. Bapt. Recanatus* in vi-

ta Poggii cap. XI. et alii in vita Poggii, ipsius historiae Florentinae, Venetiis 1715. mai. 4. praemissa, *Apostolus Zenus* in Giornale de' letterati d'Italia tom. VIII. pag. 174 sqq. et 454 sqq. atque in Dissertazioni Vossianae, tom. I. pag. 41 sqq. *Niceron* in memoriis etc. tom. X. pag. 44 sqq. ex interpretat. Baumgartenii germanica, *Mansius* in edit. bibl. lat. med. et inf. aetat. Fabric. tom. V. pag. 307. vbi pag. 305. plures, qui vitam Poggii persequuti sunt, nominantur; *Freitag* in apparatus litter. tom. II. pag. 1228 sqq. *Wesseling.* in praefat. plura argumenta protulerunt, quibus ducti Poggio illam adferentem versionem: atque *Freitag.* et plures laudat V. D. et argumenta bene explanat. Add. *Iul. Nigri* histor. scriptor. Florent. pag. 474. *Harl.*

[Antequam ipsas editiones persequar; *codices mssos*, mihi cognitos, enumerabo. Wesselingius statim in limine praefationis suae recenset codd. quos et ipse et Francisc. Dionys. Camusatus, qui nouam Diodori editionem parauerat, vel cum editis contulit, vel aliorum opera collatos adeptus est. Nominantur vero *Coislinianus* saec. XV. qui complectitur libros Diodori priores et XI. XII. XIII. XIII. XV. omniumque quos Camusatus vidit, optimus, et quo vsus est H. Stephanus. in procuranda sua Diodori editione. (vid. *Montfauc. bibl. Coislin. pag. 213 sq. cod. CXLIX.*) — Duo *Claramontani*, quorum alter sub saeculum XV. exaratus, et Coisliniano in plerisque consentaneus censetur; in altero autem sunt libri XI. XII. XIII. XIV. XV. Praeter ea Camusatus adleuerat exemplaris sui margini V. L. ex codice regio Paris. MMDXXXVIII. qui sequentes quinque siue postremos eius decadis libros lecturo offert: tum ex cod. *Mulinensi*, a Michaele Apostolio in Creta ex antiquo et optimae notae libro descripto excerpta, e bibliotheca autem *Leidensi* Ios. Scaligeri ac I. Vossii coniecturas, vtriusque libro adpositas, nec non II. Casauboni manu transcriptas veteris codicis lectiones libr. XVIII et XIX. nactus est. *Wesseling.* copiose describit codices, quorum lectiones habuit, n. tres *Parisienses*, *Vaticanum* CXXX. membr. alium bombycinum, schedas ad libros XI—XV. aliasque ad quinque postremos; cod. *Venetum* D. Marci, aliumque monasterii Dominicanorum S. Ioannis et Paulli. *Vindobonensem*, olim Neapolitanum, et *Mediceos* Florentiae nominauit quidem, sed contendere aut vsura lectionum frui non licuit. [conf. Notitia litt. praemissa tom. I. edit. Bipont. pag. CLXV sq.]

De *Vindobonensi* cod. saec. XI. exarato, multus est *Kollarius* in supplement. ad Lambecii commentarios pag. 486 sqq. et cum edit. ac notitia Wesselingiana comparat. Accessit cod. LXXX: olim Iani Pannonii, dein Brassicani, nunc Vindobon. hinc inde mutilus, manu Ioan. Scutariotae Florentiae 1442. scriptus, qui continet libr. XVI—XX. ex quo Obsopoeus illos libros primus publicauit. vid. *Wesselingii* praef. et *Kollarium* l. c. p. 491 sqq. — In eadem bibl. cod. initio XVI. saeculi scriptus, quo continentur Diodori Sic. bibliothecae liber primus et quintus. vid. *Kollar.* l. mem. pag. 496 sqq. et *Lambecium* in *S. helhornii* amoenitat. litter. tom. V. pag. 113 sqq. — Denique in eadem bibl. codex, saeculo XV. exaratus, qui teste *Kollario* l. c. pag. 498 sqq. comprehendit *Georgii Gemisti Plethonis* ex Diodori Siculi bibl. historicae libro secundo excerptum de Assyriorum et Medorum regibus, (in Wesselingii edit. tom. I. pag. 113. v. 27 — pag. 148. v. 17. conf. Wesselingii not. 2. pag. 113.) eiusdem Plethonis ex Diodori Siculi et Plutarchi operibus narrat. rerum gestarum post pugnam Epaminondae ad Mantineam: (compara Diodor. edit. Wesseling. tom. II. pag. 72. nr. 25.) denique eiusdem Plethonis excerpta quaedam ex Diodoro Siculo. (vid. Wesselingii editionem tom. II. pag. 92. nr. 60.) Gemisti epitome de Assyr. et Medor. regibus e libro II. Diodori est quoque in cod. alio *Vindobonensi*, (vid. *Lambec.* comment. VII. pag. 210. et vol. I. pag. 241 sqq.) *Leidensi* inter Vossianos, nr. 73. (catalog. pag. 399. et pag. 493. nr. 6. inter codd. Perizon.) et in cod. *Bauarico*. vid. Reichardi praef. ad edit. Georgii Gem. Plethonis lib. II. de iis, quae post pugnam Mantinensem apud Graecos gesta sunt. Lipsiae 1770. 8. — In bibl. regia *Neapolitana*, Diodori — libri V. priores, codex bombycinus saec. XIV. mutilus in principio et in fine. — In bibl. S. Io. de Carbonaria *Neapoli* Diodori bibl. — In bibl. regia *Parisiensi*, secundum catalog. tom. II. pag. 383 sq. cod. CLVIII et CLIX. *Diodori* — libri V. priores. — cod. CLX. libri decem ab undecimo ad vicesimum. — cod. CLXI. ab libro XI. ad XVII. qui mutilus est. — cod. CLXII et CLXIII. a libro XI. ad XV. — cod. CLXIV et CLXV. lib. XV.

ad XX. — cod. CLXVI, lib. XV—XVIII. verum imperfecti ordineque inuerso et perturbato. — codd. CLXVII. CLXVIII. CLXIX. liber XVII. — In eadem *Parif.* bibliotheca inter codd. latinos cod. MMMMMDCCLXXXIX. Diodori libri V. priores a *Poggio Florentino* latine versi. — MMMMMDCCLXXII. Diodori Siculi lib. XI. XII. XIII. XIV. interprete *Georgio Trapezuntio*. In bibl. Benedic. *Rem.* et *St. Vincentii, Befontii*, Diodori biblioth. apud *Montfaucon* — *Traiecti Mosae* (*Montpellier*) Diodori libr. XI—XVII. apud eundem. — In bibl. *Laurentiana, Florent.* teste *Bandinio* in catal. graec. codd. tom. II. cod. I. plut. 70. Diodor. lib. I. II. III. V. (pag. 654 fqq.) — cod. V. nr. X. ex XXXII. libro excerptum, (pag. 661. conf. edit. *Wesseling.* tom. II. p. 519.) — cod. IX. nr. IV. libri IV. (p. 670.) — cod. XII. lib. XI—XX. (pag. 672.) — cod. XV. libri V. priores, (pag. 676 sq.) — cod. XVIII. libri I. sectio altera, (in *Wesselingii* edit. tom. I. pag. 51—170. lin. 30.) ac libri II. III. V. (p. 677 sq.) — cod. XXXIV. (p. 690 sq.) lib. I. in duas partes diuisus, lib. II. III. cuius tamen magna pars deest, vti liber IV. integer, et ex libro V. hic tantummodo superest fragmentum. Clauditur codex epigrammate graeco et graeca amanuensis s. scriptoris *Georgii Diaconi Chryfococcae* subscriptione, a. 6935. h. e. anno Chr. 1427. quod latine tantum *Montfaucon* in *Palaëogr. graeca* p. 77. refert. — Citatur in *violar. comp.* apud *Bandinium* tom. I. pag. 549. — In bibl. *Venetæ* *D. Marci* cod. CCCLXXV. Diodori libri ab XI. ad XX. vid. catal. codd. gr. illius bibl. pag. 179 sq. vbi variarum lectionum specimen exhibetur: — cod. CCCLXXVI. libri V. a XV—XX. (ibid. pag. 180.) — in bibl. regia *Taurinensi* lib. V. priores. (catal. pag. 69.) et inter codd. latinos cod. DCXXX. pag. 172. versio latina ab anonymo, (editor catal. suspicatur a *Franc. Philelfo*.) versa et *Paullo II.* pontifici rom. dedicata. — In bibl. *Escorial.* *Diod. Siculi* — libri XV. demtis 6. 7. 8. 9. 10. (*Plüeri itinerar.* pag. 165.) — In bibl. *Mediolan.* *Diodori epitome*, apud *Montfaucon*. — In bibl. elect. *Bauarica* *Diodori* libri XI—XV. (catal. pag. 74.) — in bibl. *Augustana* *Vindel.* plut. V. *Diodori* fragmenta. — In *Anglia* in bibl. *Bodleiana* inter codd. *Barocc.* codd. CXIV et CXVII. Excerpta ex *Diodoro Siculo*. — In bibl. *Cantabr.* collegii *S. Benedicti* cod. MDLXXXV. *Diodor.* a *Poggio* olim latinus, nunc anglicus a *Skeltono* factus. — in bibl. *Westmonaster.* cod. MCLVI. *Diodori* libri quidam, lat. — et in biblioth. *Norfolciana* *Diod.* libri VI. latine, teste catalogo codd.

E d i t i o n e s.

*Diodori Siculi* historiarum libros V. priores *Poggius, Florentinus*, (vti iam memoratum est,) latine primus vertit: sed quia primum librum in duo diuisit, sex libri in fronte nominantur. Princeps editio latina est:

*Diodori Siculi historiarum priscae. libri VI. e graeco in latinum traducti per Fr. Poggium.* Acc. *Cornelii Taciti* de situ, moribus et populis Germaniae libellus aureus. *Bononiae* 1472. fol.

Catal. bibl. ducis de la *Valliere* tom. III. nr. 4835. (vbi nr. 4833. elegans illius versionis codex mstus saec. XV. describitur: cuius initium: *Prohemium in libros Diodori Siculi quos Poggius florentinus latinus fecit ad Nicolaum V. summum Pontificem.*) Catal. bibl. *Pinell.* tom. II. nr. 2482. pag. 33. *Maittaire* A. T. IV. pag. 319. *Orlandi* *Origine e progressi della Stampa*, pag. 110 et 321. vbi sequentes quoque nominantur. — *Saepius* enim repetita est haec versio, cuius princeps editio olim habebatur:

*Diodori Siculi historiarum libri VI.* sine titulo, custode, paginaque in fine: *Diodori Siculi bibliothecae historiae libri*: in quibus priscae res, fabulae et multa ac varia de situ locorum ac moribus gentium continentur: *Impressi Venetiis per Andream Iacobi (filium) Katharensem* — M. CCCCLXXVI. (1476.) prid. Kal. febr. acc. Taciti de situ — Germaniae libellus aureus. fol.

Diligenter describit hanc editionem et Poggio adserit versionem *Denis* in memorab. bibl. Garellianae pag. 60 sq. adde *Goetzii* memorab. bibl. Dresdensis II. pag. 403. *Maittaire* A. T. IV. part. I. pag. 360. *Io. Bened. Mittarelli* bibl. codicum MSS. monasterii S. Michael. Venetiarum, in appendice librorum edit. saec. XV. pag. 136.

*Diodori Siculi sex libri latine, interprete Poggio et Cornel. Tacitus* de moribus Germanorum. — Impressi per Thomam Alexandrinum, *Venetiis* 1481. fol.

*Maittaire* l. c. part. II. pag. 422. *Mittarelli* l. mem. bibl. *Smithian.* pag. CCXV. *Seemiller.* incunab. bibl. Ingolstadt. III. pag. 3 sq. et *Pinelli* catal. l. m. pag. 33.

*Lucianus* de veris narrationibus et *Diodorus Siculus.* In calce. *Explicit feliciter opus Diodori Siculi diligenter ac accuratissime emendatum atque Venetiis impressum per Philippum Pincium Mantuanum.* 1493. fol.

*Goetzii* memor. laud. II. pag. 122. qui monet, *Maittar.* IV. pag. 558. perperam addidisse *Iustinum et Florum.* *Pinelli* catal. tom. III. pag. 288. nr. 7583.

*Diodorus Siculus.* tum inc. pag. I. *Liber primus. Poggius Florentinus ad Nicolaum V. Pon. max.* — In calce: *Explicit foeliciter opus Diodori Siculi diligenter ac accuratissime emendatum per Bartholomaeum Merulam: Acque Venetiis impraessum Magistrum Ioannem de Cere-to de Tridino alias Tacuinum. Anno salutis dominice. M. CCCCLXXXVI. (1496.) Kalen. Octobris.* fol.

In bibl. acad. Erlangeasi. adde catal. bibl. *Schwarzianae* tom. II. pag. 239 sq.

*Diodorus Siculus. Denis Rose* etc. *Venundantur in vico Sancti Iacobi* etc. 4. Est versio Poggii, rec. *Parisis* circa initium saec. XVI. vid. *Freytag.* adpar. litterar. tom. II. p. 1297 sqq. qui multus est de Poggii versione: *Baumgarten* Nachrichten von — Büchern. IX. pag. 307 sqq. *Aegidius de Maleris* editor esse dicitur in nota *Fabricii* msta. Idem *Fabricius* adscripsit, *Poggii* versionem repetitam esse *Basil.* 1530. (an rectius 1531?) 1559. (quam et eam a. 1578. postea amplius indicabimus,) 1628. *Parisi.* 1531. 8. apud *Simon. Colinacum,* (de qua vide *Maittaire* A. T. II. pag. 754.) *Lugduni* 1552. 1559. 12. apud *Sebast. Gryphium.* (vid. *Smithian.* biblioth. pag. CXLVII.)

*Diodori Siculi scriptoris graeci libri duo, primus de Philippi regis Macedoniae, aliorumque quorundam illustrium ducum, alter de Alexandri filii rebus gestis. Vtrunque latinitate donauit Angelus Cospus Bononiensis. Alexandri regis vita, quam graece scriptam a Io. Monacho (f. Zonara.) Ang. Cospus vertit in nostram linguam. In calce: Impressum Viennae Pannoniae per Hieronym. Vietorem. Mensis Aug. Anni 1516.* fol.

Luculentis typis excusum exemplar est in bibl. acad. Erlang. Sed hanc admodum raram editionem quia *Denis* in Memor. bibl. Garellianae pag. 263 — 265. diligenter et copiose descripsit, equidem tantummodo adnotabo, a *Cospo* hic versos esse libros XVI et XVII. ex cod.

cod. Budensi graeco, qui libros sex graecos a lib. XVI—XX. (ita quidem scripsit et numeravit Cuspinian. in Cassiodor. Coll. pag. 123. notante Denifio,) continet, et quem cum libris Cuspinianis in biblioth. caesaream Vindob. migrasse opinatur idem Denif. — Recuf. *Venetis* per Ioannem de Tridino, alias Tacuinum a. 1517. fol. (Maitt. A. T. indic. pag. 340.) tum auctior et inscripta :

*En damus Diodori Siculi historici graeci, quae nunc quidem extare noscuntur opera, nempe de illustrium regum Philippi et Alexandri, nec non aliquot aliorum nobilium ducum Macedoniae praecclare factis, Bartholomaeo Cospo Bononiensi interprete, lib. II. de fabulosis Aegyptiorum gestis — a Pogio Florentino latinitate donatos, lib. VI. Io. Monachi ex libris historiarum suarum de vita Alexandri ab eodem Bartholomaeo versum, lib. I. Bocatii aliquot insignium foeminarum, quarum apud varios autores crebro fit memoria, historias, ex eiusdem lib. X. Nunc denuo diligenter recognita et a mendis, quibus haecenus laborabant, studiose vindicata. Basileae excudebat Henr. Petrus mense Aug. MDXXXI. (1531.) fol.*

Est exemplar in bibl. acad. Erlang. adde Wesselingii praefat. et Freytag. adparat. litter. III. pag. 573 sqq. vbi magna pars praefat. H. Petri est repetita. — Praeter ea, adnotante Fabricio, ibid. rec. 1535. 1545. fol.

Libri XVI. XVII. XVIII. XIX et XX. non emendatissimi quidem, variis tamen locis meliores illis editionibus, quae cultissimae sunt habitae, Wesselingio iudice, graece primum prodierunt,

*Diodori Siculi historiarum aliquot, quae extant, opera et studio Vincentii Obsopoei in lucem editi. Basileae, apud Io. Oporin. sumt. Robert. Winter. 1539. 4.*

Vide supra in notitia codd. de cod. Vindobon. *Modicas has, inquit Obsopoeus, Diodori reliquias a Iano Pannonio quondam, Quinque ecclesensi episcopo, ab interitu vindicatas ac deinceps ab eruditissimo viro Io. Alexandro Brassicano nobis per Ioh. Petreium communicatas, et nunc tandem a me transcriptas edimus.*

In catal. biblioth. Leidensis pag. 226. nr. 473. citantur. *Diodori Siculi libri VI. priores. Dictys Cretensis de bello troiano. Reliqua Diodori Siculi, Basileae 1548. fol.*

*Διοδώρεσ — Diodori Siculi bibliothecae historicae libri quindecim de quadraginta. Decem ex his quindecim nunquam prius fuerunt editi. Anno M. D. LIX. (1559.) Excud. Henricus Stephanus, illustris viri Huldrici Fuggeri typographus. fol. Parisiis: graece.*

Libros quinque priores et vndecimum ad XV. sumfit ex MSS. Claromontanis, non optimis utique, haud neglectis tamen, quod Wesselingio clarissimum in modum adparuit, aliis; inter quos num etiam Fuggeri, cui suam *Ἱστορίαν* inscripsit, liber fuerit manu exaratus, sicuti memorarat Fabricius, dicere non potest Wesselingius. Addidit Stephanus, qui inter historicos graecos ex sua officina Diodorum Siculum primum in lucem prodire iussit, libros ab Obsopoeo editos, et adnotationes, sed festinato, vt saepe indicauit, nec tamquam per otium scriptas. Hinc plura reliquit aliis feliciter sananda. Praeterea adiecit fragmenta quaedam, ex libris Diodori perditis, cum versione a se confecta, illisque supplementum libri XVII. ex Arriano et Curtio desumptum subnexuit. Praemisit diatribam de scriptis Diodori et apologiam aduersus Viuem. Conf. Goetzii memorab. bibl. Dresdens. tom. II. pag. 40r. in primis

*Freytag.* in adparatu litter. II. pag. 1300 fqq. vbi quoque Rhodomanni et Wesselingii editiones recenset, et quaedam de Diodoro Siculo tradit.

Idem *Henr. Stephanus* vulgavit, sed ignarus, Diodori esse, illustre fragmentum de *Cleonide et Aristomene* inter Polemonis et Himerii declamationes, Paris. 1567. 4. — Id tamen fragmentum *H. Vossius* reperit in cod. Florentino sub nomine Diodori Siculi. vid. *Ger. Io. Vossium* in addendis de historicis graecis pag. 529.

*Diodori Siculi bibliothecae historicae libri XV. hoc est, quotquot graece extant de quadraginta, quorum quinque nunc primum latine eduntur, —. Adiecta his sunt ex iis libris, qui non extant, fragmenta quaedam. Sebastiano Castalione totius operis correctore, partim interprete. Praeter ea interiecta est Dicitys Cretensis et Daretis Phrygii de bello Troiano historia, ad supplendam lacunam quinque librorum, qui inter quintum et undecimum desiderantur. Basileae per Henr. Petri. 1559. fol.*

Est collectio plurium interpretationum latinarum. Priores V. libros Poggius, libros XI—XIV. anonymus, librum XV. Marcus Hopperus, lib. XVI et XVII. Angelus (alias, Bartholomaeus,) Cospus, reliquos Castalio verterunt. — Illa collectio recusa est et post Daretem, Phrygium, additum *Thryphiodori* Ilii excidium, *Guil. Xylandro* interprete, et in calce accesserunt fragmenta historica Diodori latine versa, ibidem in offic. Henripetrina 1578. fol. curante *Io. Iac. Grynato.* vid. *Goetz.* l. c. II. pag. 403 sq. et thesaurum bibliothecalem tom. II. pag. 345 fqq. Noriberg. 1738. 4. vbi *Schurzschleischii* et aliorum iudicia de Diodoro memorantur.

*Excerpta ex Diodoro Siculo de legationibus, cum notis Fulvii Vrsini: cum Excerptis ex Polybio de legationibus, Antwerpiae. 1582. 4. conf. infra, in vol. VI. pag. 230. Dau. Hoeschelii* eclogas seu fragmenta e libr. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV et XXVI. dedit ex codice *Ludouici Alemanni*, Florentini, a R. Thomson, Britanno, exscriptas, sed mire vitiosas, (vid. *syllog. epistol. P. Burmanni*, tom. II. pag. 354.) in *Excerptis e Diodoro graece*, ad calcem *eclogarum de legationibus*, Augustae Viudelic. 1603. 4. pag. 150 — 172. conf. infra, vol. VI. pag. 491. 492. scholia tamen adiecta, quae a Rhodomanno profecta esse docet Wesseling. in praefat., ad vitia eradicanda bene faciunt.

Stephani hortatu libros Diodori, quos habuit, latine vertit vir vtriusque linguae peritus *Laurentius Rhodomannus*, Cheruscus, nullo alio MS. codice, sed sola Stephani editione vsus. Inscriptio haec est:

*Diodori Siculi biblioth. historicae libri XV. de XL. quorum V. priores Aegypti, Asiae, Africae, Graeciae, insularum et Europae antiquitates continent: Reliqui decem res a Persis, Graecis, Macedonibus et ceteris orbis terrarum populis; ab expeditione inde Xerxis in Graeciam vsque ad Antigoni caedem, gestas exponunt. His accesserunt eclogae seu fragmenta, ex libris quibusdam auctoris, qui desiderantur. Omnia cum interpretatione latina, summis rerum capitibus in margine ac temporum annotatione illustrata. Cui adiecta chronologia duplex; Archontum atticorum et magistratum rom. ad Mundi, Olympiadum et vrbs C. annos succincta rerum quolibet anno gestarum indicatione, supputatorum. Index praeterea tergeminus et phraseologia ex V. libris mythologicis, ac tandem (Stephani ac Rhodomanni) in contextum graecum. Studio et labore Nicolai Rhodomanni. Hannouiae typis Wecheliana. 1604. fol.*

De rara hac editione vid. *Goetz.* memorabilia cit. II. pag. 402 sq. *Car. Henr. Langii* vitam Laurentii Rhodomanni cap. III. §. 34. pag. 371 sqq. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, part. IX. pag. 300 sqq. — Rhodomannus addidit cum versione sua eclogas s. fragmenta e deperditis Diodori libris, tum illas, quas Stephanus adiunxerat, e libro XXXI. XXXII. XXXIV. XXXVI et XXXVII. tum alias ex libro VI et VII. ab Eusebio et Syncello seruatas, et quas e libro XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV et XXVI. cum ipso communicauerat Hoefchelius, et quas e libro XXXI. XXXII. XXXIV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII et XL. excerpfit *Photius* Patriarcha cod. CCXLIV. conf. infra, vol. IX. pag. 398 et 495. Omissit tamen, incertum qua de causa, legationum eclogas *F. Vrsini*.

Rhodomanni versio latina separatim in lucem emissa est: *Diodori Siculi bibl. historicae libri XV.* reliqui. Quibus accesserunt eclogae —. Omnia ex interpretatione *Laur. Rhodomanni*, Cherusci, suis capitibus seu paragraphis distincta: quibus respondet cod. locupletissimus. Hanouiae typis Wecheliani, apud haeredes Io. Aubrii 1611. 8. Omissa tamen est in margine temporis notatio, quam optimo consilio addiderat Rhodomannus, et e re lectoris erat, in singulis paginis superiore loco adnotari. — Posthaec accesserunt

*Fragmenta ex Diodori Siculi libr. histor. VI. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXXIV. XXXVI. XXXVII.* graece et lat. cum *Henrici Valefi* notis, in *H. Valefi* Excerpt. Peiresc. Paris. 1634. 4. pag. 220 sqq.

Nouam editionem parauerat *Ios. Waffeur*, vid. Acta erudit. Lips. a. 1711. pag. 523. Giornale d'Italia tom. IX. pag. 454. Clerici bibl. select. tom. 21. pag. 376. Mem. de Trevoux 1716. pag. 118. infra in vol. IX. de scriptoribus in Photii biblioth. pag. 495. item *Francisc. Dionys. Camusatus*, vt iam ex praefatione Wesselingii supra adnotaui. adde Act. erudit. 1727. p. 287. At enim lucem non adspexerunt illorum editiones promissae.

Fragmentum Diodori, sine nomine auctoris ab H. Stephano editum, *Io. Boiuius* latina donauit versione et triplici lingua vulgavit in tomo II. Memoriae. academ. Paris. litterarum humaniorum, Paris. 1717. 4. pag. 84. et edit. Amstel. 1719. 12. tom. III. pag. 106 sqq.

Tandem omnia, quae Stephanus ac Rhodomannus collegerant, vna cum excerptis ab *Vrsino* et *Valesio* in lucem proditis, nouisque fragmentis hinc inde conquisitis edidit, e codicibus, (quos supra iam enumeravi,) aliisque litterarum ingeniique praesidiis, docte verecundeque recensuit, sagacissimis et eruditissimis adnotationibus ornauit Diodori reliquias, ineditas *Ios. Scaligeri*, *H. Vossii*, *Cl. Salmasii* et *F. Vrsini* coniecturas aliorumque V. D. notas adiecit et latinam Rhodomanni interpretationem, mutatis tamen, vbi graeca dari poterant meliora, nonnullis, adponendam curauit *Wesselingius*, vniuersitatis Ultraiectionae ad Rhenum quondam ornamentum, in splendida editione, inscripta:

*Διοδώρε* — —. *Diodori Siculi bibliothecae historicae libri, qui supersunt, interprete Laurentio Rhodomanno: ad fidem MSS. recensuit Petrus Wesselingius, atque Henr. Stephani, Laur. Rhodomanni, Fuluii Vrsini, Henr. Valefi, Iac. Palmerii et suas adnotationes adiecit.* tom. I. II. Amstelodami. 1746. fol. cum sex indicibus.

Doctam Wesselingii praefationem excipiunt Stephani et Rhodomanni et Grynaci dedicationes ac praefationes aliaque iam memorata: in fine tom. I. leguntur excerpta ex *Io. Chr. de Jordan* adparatu chronologico etc. sect. V. de chronologia Diodori Siculi. conf. *Baumgar-*

tenii Nachricht. etc. l. c. p. 363 sqq. Acta erudit. 1747. p. 1 sqq. bibl. raison. tom. XXXVI. part. I. art. 6. part. II. art. 2. — Excerpta dederunt *Schütz*. in Chrestom. gr. et *Stroth*. etc. *Harl.*

[Editio Wesselingii repeti nuper coepit Biponti in typographia Societatis, curante Extero: *Διοδώρος*. *Diodori Siculi bibliothecae historicae libri, qui supersunt, e recensione Petri Wesselingii, cum interpretatione lat. Laur. Rhodomanni atque annotationibus variorum integris indicibusque locupletissimis. Noua editio, cum commentationibus III. Chr. Gottl. Heynii et cum argumentis disputationibusque Ier. Nic. Eyringii. Volumen primum. 1793. 8. Quod praeter Stephani tractatum, et Heynii atque Eyringii commentatt. p. 361. indicatas, continet p. CLX. Notitiam litter. editionum D. S. plenam, Wesselingii praefat., et librum Diodori I. cum animaduersf. — Volumen secundum. Lib. II et III. In margine argumenta capp. notata sunt. — Clar. Ludou. Wachler. Gymn. Herford. Rect. editionem parabiliorem tribus voll. se curaturum esse ostendit. *Beck.*]*

Nonnulla Diodori loca illustrat *Jacobus Palmerius* in exercitationibus ad optimos auctores graecos pag. 96—150. et *Latinus Latinus* tomo II. bibliothecae, pag. 76. *Io. Iensius* in epistola ad Graeuum de locis aliquot Diodori, subiecta eius lectionibus *Lucian. Hugae* 1698. 8. *Petri Fabri* notas ineditas ad Diodorum Siculum memorat *Francisc. Grauerol.* in notis ad epistol. *Petri Bunelli*. [Loca plura emendantur aut illustrantur a *Corfussio* in fastis atticis II. pag. 15. III. pag. 250. IV. pag. 27. 63. a *Valckenariis* in Herodoti editione Wesselingiana, passim, a *Doruillio* in animad. ad *Charitona*, a *Toupio* in emendatt. ad *Suid.* et *Hesych.* tom. I. pag. 76. 174. II. 205—310. 625. n. *Casp. Fr. Muentzii* obsl. philol. in sacros N. T. libros ex *Diodoro Siculo* collectae. *Hafniae* 1755. 8. Accedit index vocum *Diodorearum*, quibus lexica locupletari et suppleri possunt etc. *Harl.*] Praecipue notatu digna sunt, quae de *Iudaeis* scriptor ille tradidit et de *Moyse* in *Ecloga* \*) libri XXXIV. XL. et libro I. pag. 84 sq. licet locum illum aliter longe acciperet *Iustinus*, et e *Iustino* *Cyrillus*, quam in rem videndi *Huetius* pag. 104. demonstrat. *Euangelic.* et *Simon Patricius*, episcopus *Eliensis*, ad *Exod.* IV. 16. [P]

Librum XVI et XVII. latine vertit ante *Rhodomannum Bartholomaeus*, (sive vt in libro ipso vocatur *Angelus* q),) *Cospius*, Bononiensis, et cum *Iohanne*, monacho, de vita *Alexandri M.* edidit. [Editiones iam supra indicatae sunt.] Fragmenta quaedam Diodori Siculi, *Melanthone* suadente, latine vertisse *Fridericum Staphylum*, lego in huius vita, praemissa scriptis *Staphyli* iunctim editis, *Ingolstadii* 1613. fol. — Tres postremos libros, versos ab *Andrea Dudithio*, notauit *Nic. Comnenus* tom. II. hist. gymnasiai *Patauini* pag. 89.

*Gallice* versus prodiit *Diodorus* a libro XI. ad XVII. *Iacobo Amioto* interprete, *Parisi.* apud *Mich. Vascosan.* 1554. [1654. in catal. *Bunau.* I. pag. 149. vitiose forsan.] fol. Tres primos libros verterat in eandem linguam *Antonius Maccaultus*, *Parisi.* 1535. 4. *Diodorus Siculus*, gallice ex *Roberti Maccault.* et *Iac. Amioti* versione, cum notis *Ludou. Regii.* *Parisi.* 1585. fol. *Claudius Seyffelius* gallice composuit e libris 18. 19. 20. *Diodori* et *Plutarchi* vitis, libros

p) Videtur haec respicere *H. Stephanus* pag. 7. *Apologiae pro Herodoto: il me souvient aussi d'avoir leu en une librairie d'Italie un fragment de l'Histoire de Diodore Sicilien, auquel il accoufite Moyse de toutes façons.*

q) *Angelum* etiam vocat *Bumaldus* in biblioth. *Bonon.* p. 18. *Fresius* in epit. *Gesner.* p. 51. *Richey* not. mst. *Angelum* semet ipse in versione sua *Diodori* vocat. *Harl.*



libros quatuor historiae successorum Alexandri Paris. 1530. fol. et apud Sim. Colinaeum et inde apud P. Gualterum a. 1545. 12. Luxembourg. 1705. 12. [Histoire universelle de Diodore de Sicile, traduite en François par M. l'Abbe Terrasson, Amsterd. 1737 sqq. 8. (al. 12.) IV. tom. cum notis, interdum criticis et erudita praefatione de Diodoro Siculo, eius historia, oeconomia, fide historica, fragmentis, editionibus; versionibus tum latinis tum gallicis de suaque opera et consilio. conf. quoque Baumgartenii Nachrichten etc. l. c. pag. 308 sqq. Bibl. raison. tom. XX. part. I. art. 5. vbi aliae versiones in varias linguas recensentur. Harl.]

[Germanice verterunt Io. Herold; Diodori des Siciliens sechs Bücher — verdeutscht durch Io. Herold, cum tabb. ligno incisiss, in Heroldi Heydenwelt, Basel 1554. fol. Francof. 1643. fol. et Stroth, Francof. ad Moen. 1782 sqq. 8. VI. voll.

Italice. Paitoni in bibl. degli autori-volgarizzati; (vbi sub voc. Diodoro persequitur ita-licas Diodori versiones,) pag. 288 sq. incertus citat ex Osservazione letterarie tom. II. Diodoro Siciliano da Girolamo Sopravatico. Venezia 1481. sed est latina Poggii versio, ibidem eodem anno cum Ieronymi Squarciafeci epistola, (quam reddidit editor catalogi Smithiani pag. 215 sq.) recusa. vid. supra in notitia editionum ad h. a. — VI. priores libri, (ex Poggii diuisione,) italice versi prodierunt, Florent. apud heredes Philippi Iuntae 1526. 8. — Venetijs per Gabriel Iolium, Ferrariensem, 1542. 8. ibid. 1547. 8. 1566. 8. — In catal. biblioth. Barberinae l. p. 344. citatur: Nauigatione di Iambolo Mercante, tradotta di Greco da' libri di Diodoro dal Ramusio. — Historia, ovvero libreria istorica di Diodoro Siculo — tradotta di Greco in latino da diversi Auttori et nella nostra lingua da M. Francesco Baldelli. Venet. apud eundem. II. tom. 1574. 4. vid. Paitoni l. c. pag. 290 sq. et Iust. Fontanin. della eloquenza Italiana etc. Venet. 1737. 4. pag. 610 sq. adde Mongitor. l. c. Harl.]

Anglice, G. Boothus, Cestriensis, Londin. 1699. (1700.) fol. vid. Works of the Learned. 1699. pag. 570.

Danica, Michaelis Wogelii interpretatio supra lib. II. cap. 25. §. 13. memorata, lucem nondum adspexit; quod sciam.

Vtinam verum esset, inquit H. Stephanus epistola ad Huldricum Fuggerum, quod olim ex doctissimo viro Lazaro Bayssio audiveram, et quod ille ad se scriptum legere mihi solebat, nimirum totos quadraginta libros visos in Sicilia nostro tempore fuisse. Saltim verum fuisset, quod Gesnerus audiuisse se tradit in bibliotheca, libros, qui quintum sequuntur usque ad decimum in Sicilia superstites asseruari, et in appendice ad bibliothecam apud Cardinalem S. Crucis Romae et Augustae Vindelicorum apud D. Ioh. Iacobum Fuggerum. [adde Mongitor. loc. cit.]

Auctor Chronici Paschalis, (quod Alexandrinum vulgo vocant) pag. 44. relato epitaphio Iouis, quod monstrabant Crentenses, addit, *περὶ ἧ συνεγράψατο Διόδωρος ὁ Σοφωάτος χρονογράφος, ὃς καὶ ἐν τῇ ἐκδίσει τῆ συνγραμματος αὐτῆ περὶ Θεῶν ἔπεν ὅτι Ζεὺς ὁ τῆ Κρονε υἱὸς ἐν τῇ Κρήτῃ νῆταρ.* Caue tamen, ex hoc loco colligas, Diodorum Siculum peculiarem de diis librum composuisse.

[VI. De spuris Diodori Siculi epistolis huc reducam, quae Fabricius noster in vol. XIV. pag. 227. notarat. Antonius Mongitor in bibl. Sicula, edita Panormi a. 1707. fol. tom. I. pag. 158 sq. de Diodoro Siculo disserens refert, sub eius nomine, italica lingua produsse epi-

*stolas* LV. in *Petri Carrerae* historia Cataniae, tom. I. pag. 457. Prodiit illa historia italice; Cataniae 1639. fol. in qua notas nonnullas Carrera addidit, et pag. 492. tradit, epistolas illas latine e graeco translatas a. 1470. a Cardinali *Bessarione*, Nicaeno: italice vero ex latino versas nonnullas ab *Octavio Archangelo*, nobili Catanensi, qui circa a. Chr. 1600. floruit. Nec graeca hactenus in lucem protulit quisquam, nec latinam, quam Bessario dicitur concinnasse, versionem. Quamquam vero idem Carrera dubitat, sitne Diodori Siculi, an *Theocriti Chii* <sup>7)</sup>; tamen neutrius videntur esse, quum nemini veterum memorentur, neque instus illarum codex vsquam potuerit reperiri, ac minime obscura *υεθεΐας* et recentioris aetatis argumenta in ipsis deprehendantur epistolis: vnde *Placidus Reina* pro recenti eas otiosi ingenii commento habet <sup>8)</sup>, et laudatus *Mongitor* tom. II. pag. 107. *apocryphas putantur a nasutionibus non sine rationum pondere.* Idem visum *Gisberto Cupero* Exerc. I. de elephantis in numis, capite IX. tom. III. thesauri antiquitatt. rom. Sallengriani pag. 87. et *Petro Burmanno*, qui praefat. ad tom. X. thesauri splendidi scriptorum Siciliae, ex officina Petri van der Aa, Lugduni Batau. 1723. fol. in quo cum Carrerae historia, Cataniae recusa, epistolae illae exstant italice cum versione ex italico latina, antea inedita *Abrahami Preigeri*: *Addit deinde aliud argumentum (Carrera,) quod nulli, credo, critico placebit, ex epistolis Philanthropi, pontificis maximi Catanensium ad Cocalum, et Catanensium ad Daedalum, quas e graeco vertit Bessarion latine, et Diodori alicuius Siculi esse iactantur. Has enim spurias et recentioris alicuius sophistae esse quis non videt? Mentio ibi fit Iulii mensis et legionis, naumachiae, et cirsi, quae ipsa nomina diu post Cocali tempora inualuerunt. Has epistolas, quarum auctoritate passim utitur, et se decipi patitur, dicit versas ex latino in italicum sermonem ab Octavio Archangelo, et seruari in primo volumine chronicorum Cataniae: ipsum tamen eas non potuisse Romae, quum ibi a. 1636. esset, reperire.* — Idem Burmannus pag. 9. *Vt lectoribus aestimandi copiam Carrera dare posset, qua auctoritate fretus plurima inaudita eruditus tradat, Diodori illius epistolas, ab Archangelo italice versas adiecit operi suo: Quod sane docet, bona fide Carrerae his fidem habuisse, quum e re sua consultius aliter fuisset, eas aeterno silentio promere: manifestissimas enim fraudis et spuriae ignobilitatis notas praefereunt, quas hic longo ordine exponere nihil adinet, quum nemo humanitatis et elegantiae veteris studiosus non statim eas deprehendere queat. Lepidum vero, quod suspicatur, non Diodori Siculi esse, sed forte THEOCRITI CHII, quia Suidas eius historiam Libycam, (quam belli inter Libycos et Catanenses gesti esse credit,) et epistolas admirabiles memorat. Infirmo certe argumento, quum illas epistolae *Θαυμασίας* videantur argumenta verum incredibilem <sup>9)</sup> habuisse, ut eo titulo *περὶ Θαυμασιῶν* Phlegon librum inscripsit, quem in sensum si quis illas velit referre epistolas, per me licet. Sed si ipsi ineptissimarum epistolarum lectio eas falsitatis non statim damnet, quateso videat, an Theocriti Chii aetate, qui aequalis Aristoteli et Theopompo tempore Alexandri vixit <sup>10)</sup>, ut adparet ex *ATHENAEO* libr. XII. cap. 9. conveniat *Marcellius et Laelius Metellus,**

7) Vid. supra in vol. III. pag. 775. §. IV. *Havl.*

8) Idem senserunt *Moshemius* in epistola ad *Crozium* in thesauro epistolico La Croziano tom. I. p. 297. et *Dorville* in *Sculis* cap. XII. p. 204. qui, epistolas, ait, illas Diodori nugaces et recentissimas valere iubeamus cum ipso Carrera, homine nugacissimo. *Havl.*

9) Hoc minus verisimile mihi videtur: nam ita dixisset epistolas non *Θαυμασίας*, sed *περὶ Θαυμασιῶν*. Consuetum autem Suidae, epistolas, quas laudat, admirabiles nuncupare. Ita de Phalaride: *ἔγραφεν ἐπιστάδης Θαυμασίας πᾶν.*

10) *Lib. III. cap. 16. §. IV. pag. 775. vol. III. Havl.*

*Metellus*, (ignobilis homo,) quorum epistolas etiam hic producit. Certe Marcellum toto saeculo Alexandro iuniorem fuisse constat. Haecenus Fabricius, qui ipsas Diodori epistolas LXV. integras cum historiola notabiliorum dictorum et factorum Catanensium e versione Abrahami Preigeri latina ex opere illo grandi caroque exhibuit: quas equidem, quia Wesselingius easdem, rescisis Carrerae notis, volumini Diodori sui secundo subiecit, in hac editione omittendas duxi. *Lennepe* in Valckenarii praefat. ad Phalaridis epistolas pag. V sq. suspicatus est, Phalaridis epistolas propter magnam in quibusdam conuenientiam esse eiusdem, cuius sunt epistolae sub Diodori Siculi nomine italice et latine vulgatae. Et si non idem sit, Phalaridis tamen epistolas sequutum esse, ex collatis quibusdam epistolis collegit *Lennepe*us. Enimvero Valckenarius bene dissentit, et, ex his, ait, horumque similibus (exemplis) nihil aliud conficias, nisi id vnum, has ficti Phalaridis epistolas a litterato nugatore lectas, qui, homo forsan Italus, ad simile quid tentandum hoc exemplo motus, istas sub Diodori Siculi nomine latine scripserit, vel italice, tamquam a se de Graecis conuersas. Adde supra in vol. I. pag. 664. not. g. adscriptam.

*Diodoro Siculo Crassus* in Historia poetarum graecorum pag. 155. adtribuit comoedias, quas *Diodoro Sinopenfi* ab Athenaeo rectius, opinor, adscriptas fuisse, supra in vol. II. pag. 437. notatum est. adde *Mongitor.* l. c. pag. 158. *Hartl.*]

[VII. Inferam ex editione *Wesselingii* indicem scriptorum in Diodori Siculi bibliotheca memoratorum: quorumdam nomina Fabricius in margine exempli sui notauit, quorum quaedam intericiam. De plerisque consulendus est *Heynius* in Comm. de fide Diod. Sic. in primis Comm. tertia.

*Agatharchides*, Cnidius, tom. I. pag. 81.

*Aeschines*, Socraticus, II. 62.

*Aleman* I. 252.

*Anaxagoras* I. II. 46.

*Anaximenes*, Lampfacenus, II. 62. 73.

*Anaxis*, Boeotus, II. 78.

*Antander*, Syracusanus, II. 492.

*Antimachus* I. 234. 650.

*Antiochus*, Syracusanus, I. 528. (cuius libri IX. τῶν Σικελικῶν a Cocalo, Sicanorum rege, ad Olymp. LXXXIX. i. libr. XII. pag. 120. edit. Rhod. *Fabric.* not. msta.)

*Antiphon* II. 641.

*Apollodorus*, Atheniensis, I. 9. 626. 630.

*Aratus* I. 323.

*Aristophanes* I. 504.

*Aristoteles* II. 62.

*Artemidorus*, Ephesius, I. 81.

*Astydamas* I. 676.

*Athanas*, Syracusanus, II. 77. (vbi *Wesseling.* notat, Athanam res maioris Dionysii primore Sicularum rerum libro obiter perstrinxisse, et de poetico eius studio ineptisque verborum

borum compositionibus quaedam admiscuisse. adde *Mongitor.* biblioth. Siculam tom. I. pag. 89. *Harl.*)

*Athenaeus* I. 154.

*Cadmus*, Milesius, I. 44.

*Callias*, Syracusanus, II. 492. 561.

*Callisthenes* I. 246. 731. II. 93.

*Carcinus*, tragicus, I. 334.

[*Charondae* leges XII. pag. 79 sq. Fabric. not. msta.]

*Clitarchus* I. 120.

*Ctesias* I. 66. 114. 117. 120. 128. 135. 146.

*Daphne*, Tiresiae F. I. 311.

*Democritus* I. 47. 647.

*Demophilus*, Ephori F. II. 93.

*Demosthenes* II. 147. 267.

*Dionysidorus*, Boeotus, II. 78.

*Dionysius*, Milesius, I. 220. 236. [Ex eo Diodorus sua passim sumfit. vid. *Heyne* ad Apollodori biblioth. pag. 227. 923. inprimis p. 980 sqq. vbi discedit a *Wesselingii* opinione I. pag. 220. prodita infra in catalogo *Dionysiorum.* *Harl.*]

*Diyllus*, Atheniensis, II. 93. 147. 491.

*Dosiades* I. 396.

*Duris*, Samius, II. 50. 490.

*Empedocles* I. 608. (versus XIII. pag. 204. Fabric.)

*Ephorus* I. 13. 44. 48. 246. 330. 505. 572. 584. 589. 606. 647. 685. II. 141.

*Epicurus* II. 509.

*Epimenides* I. 396.

*Euemerus* II. 633.

*Eumolpus* I. 15.

*Eupolis* I. 505.

*Euripides* I. 11. 46. 626. II. 416. 435.

*Fabius*, Pictor, II. 636.

*Hecataeus*, Abderites, I. 44. 56. 158.

*Hellanicus* I. 44. II. 636.

*Hermias*, Methymnaeus, II. 31. (libri X. vel, vt alii distinguebant, XII. *Σικελικῶν* in anno I. Olymp. Cl. definentibus, lib. XV. pag. 355. Fabr. nota mst. *Wesseling.* vero negat, *Vossium* facile obtenturum, vt cetera, quae *Hermiae* nomine citantur, huius sint opuscula.)

*Herodotus* I. 44. 46. 145. 433.

*Hesiodus* I. 252. 328. 383. II. 633.

*Hieronimus,*

*Hieronymus*, Cardianus, II. 289. 351. 395.

*Homerus* I. 14. 15. 16. 23. 55. 80. 108. 128. 169. 175. 235. 252. 276. 319. 328. 331. II. 99. 126. 633.

*Hyperides* II. 264.

*Iambulus* I. 167.

[*Inscriptio tropaei Delphici*, pag. 13. aliae pag. 26. 47. Fabric. not.]

*Lactenidas* I. 396.

*Linus* I. 236.

*Lycurgus* II. 149.

*Lysias* I. 724.

*Marsyas*, Pellaeus, II. 443.

*Matris* I. 28. (*Heyne* ad Apollodorum pag. 340. Diodorus, ait, IV. 12 sq. res Herculis rhetorice ornauit ad pragmaticae historiae morem, sequutus, vt suspicor, *Matridem*, cuius encomium Herculis olim lectum: v. c. *Athen.* X. pr. pag. 421. B. *Harl.*)

*Menodotus*, Perinthius, II. 513.

*Moses*, Iudaeus, II. 544.

*Oenopides*, Chius, I. 50.

*Orpheus* I. 15. 16. II. 633.

*Philemon*, comicus, I. 487. II. 502.

*Philinus*, Agrigentinus, II. 502. 509.

*Philistus* I. 334. 625. II. 73. 505.

*Philoxenus* I. 679. II. 7. 8.

*Polybius* II. 686.

*Polycletus*, Larissaeus, I. 608. (*ἐν ταῖς ἰσοπέτοις* lib. XIII. p. 204. 376. Fabr. in not.)

*Polydus* I. 679.

*Pronapides* I. 237.

*Psaon*, Plataeensis, II. 490.

*Simonides* I. 412.

*Solon* II. 317. (*lex de ἐπικλήσει* pag. 83. Fabric. in nota.)

*Sophocles* I. 625.

*Sophocles* iunior I. 684.

*Sostocrates* I. 396.

*Sofilus*, Iliensis, II. 513.

*Telestes*, Selinuntius, I. 679.

*Thales* I. 46.

*Theopompus* I. 44. 246. 573. 709. II. 84. 139.

*Thuryzides* I. 44. 502.

*Thymoteles* I. 257.

*Timaeus* I. 267. 339. 384. 584. 589. 606. 607. 608. 614. 631. 685. II. 470. 492. 560.

*Timotheus*, Milefius, I. 679.

*Tyrtaeus* II. 54.

*Xenophon* I. 44. 573. II. 62. 73.

*Zenon*, Rhodius, I. 373. *Harl.*]

VIII. Agam hoc loco de aliis etiam *Diodoris*, qui doctrinae vel scriptorum laude celebres fuerunt. Observati sunt in scriptis veterum hi<sup>7)</sup>:

*Diodorus*, *Praxipii*, sophistae, amicus, quem commendat epistola 12.

*Diodorus*, praeter *Aëromyctinum*, philosophus, academicus, caudidicus ac rhetor, cuius meminit *Strabo* XIII. pag. 614.

*Diodorus* ex *Alexandria* Troadis, tragicus, cuius meminit idem *Strabo*.

*Diodorus*, *Alexandrinus*, mathematicus, quem citat *Eudorus*, philosophus, apud *Achillem Tatium* *Isagoge* ad *Aratum*. [P]

*Diodorus*, *Antiochenus*, ad quem *Basilii M.* epistolae. Infra in *Diodoro*, *Tarsi* epist.

[*Diodorus*, Apollinarista, haereticus, vid. infra. in vol. VIII. pag. 332.]

*Diodorus*, *Aristophanicius*. Vide infra in *Diodoro* *Tarsin.*

*Diodorus*, *Aspendius*, Pythagoreus, de quo lib. II. cap. 13. Cynicis cum moribus vixisse, notat *Athenaeus* IV. pag. 163.

*Diodorus*, Comicus. Vide infra *Diodorus*, *Sinopenfis*.

*Diodorus*, Iastus, cognomento *Cronus*, ab Hieronymo *Socraticus* appellatur et a *Lactantio* refertur lib. II. qui est de Socraticis. [vid. supra in vol. II. pag. 720. §. 44. et vol. III. pag. 629. *Eudaeus* pag. 136. quae cum dialecticis adnumerat.] Apollonii, dialectici, cognomine *Croni*, auditor fuit, praceptor vero *Philonis*, dialectici, ac *Zenonis*, *Sidonii*, quem eundem cum *Cirio* *Ionfas* suspicatur pag. 116. Vide et 119 sq. ubi de quinque huius *Diodori* filiabus, itidem dialecticis, et de sophismatis, ab eo repertis. Aequalis fuit hic *Cronus* *Callimachi*, ut constat ex epigrammatibus huius, quae adferunt *Sextus* I. *Mathem.* pag. 62. et *Lactantius* II. 111. De dogmatibus eius consulendi idem *Sextus*, *Cicero*, *Lactantius*, *Clemens* alique. *Fabris*. — conf. supra in vol. III. pag. 359 sq. ubi plura de hoc sunt adnotata. *Harl.*]

*Diodorus*, *Crotoniata*, Pythagoreus, de quo feci mentionem lib. II. cap. 13.

*Diodorus*,

e) Conf. supra in notitia tragicorum deperditorum, vol. II. pag. 295. voc. *Diodorus*. *Harl.*

*Diodorus, Cynicus.* Supra in Diodoro Aspendio.

*Diodorus, dialecticus* siue *Sapientiae dialecticae professor*, ut vocatur a Plinio VII. 53. De eo dictum paullo ante in *Diodoro, Crono*.

*Diodorus, Elaites*, cuius elegias laudat *Parthenius* cap. 15.

*Diodorus, Ephesius*, qui de Anaximandro scripsit, teste *Laertio*. Hic mihi videtur laudari a *Chalcidico* p. 291. Alius *Diodorus*, Ephesius, tyrannicida et sub Demetrio Plutarchus, de quo *Polyaen*.

*Diodorus, Ephyreus*, qui sibi ipsi necem conscivit gulamque praesecuit, ut refert *Seneca* de vita beata cap. 19.

[*Diodorus*, Theophili F. Halacensis, vel Synodi Iouis hospitalis, vel nruclerorum et mercatorum *πρόξενος*, cuius mentio est in decreto Musei Nantii, et de quo copiosus est *Clemens Bongi* in tractatu de decretis Atheniensium, Romae 1735. 4. cap. 34. pag. 295 sqq. *Harl.*]

*Diodorus, medicus*, qui *Empirica* scripsit, *Plin.* XX. 12. et XXIX. 12. At XX. 8. *Diodori Petronii antilegomena* citantur, licet et ibi quidam *Diodorum* legant: uti apud *Athenaeum* X. pag. 434. pro *Diodoto Erythraeo*, qui *Ephemerides Alexandri* scripsit. *Diodori*, medici, etiam mentio apud *Galenum* aliquoties, ut iam notauit *Tiraquellus* pag. 355. de nobilitate. [conf. in elencho medicorum, vol. XIII. pag. 141 sq.]

*Diodorus, Megaricus. Eustath.* ad *Odyss. c.* pag. 1397. edit. Roman. Idem cum dialectico siue *Crono*, de quo supra.

*Diodorus, monachus*; infra in *Diodoro*, *Tarsi* episcopo.

*Diodorus, Periegetes*, qui *περὶ μνημάτων* scripsit, teste *Plutarcho* in *Themistocle*, *Theseo*, *Cimone*. [P] Idem forte, qui *περὶ ἔθνων* siue populis, (non, de bellis,) atticis scripsit, teste *Harpocrat*.

*Diodorus*, peripateticus, *Critolai* auditor, de quo dixi supra in catalogo *Peripateticorum*.

*Diodorus, Prieneus*, qui scripsit de re rustica, teste *Varrone*, *Plinio*, *Columella*.

*Diodorus, Sardinianus*, rhetor senior. Vide infra in *Diodoro Zona*. *Rhetorices* definitionem e *Diodoro* refert scholiastes *Aphthonii*, ut *Meursio* obseruatum, quod sit *εὐρετικὴ διάνοις καὶ ἐμπειρικὴ μετὰ κόσμῳ τῶν ἐπιδεχόμενων πιθανῶν ἐν παντὶ λόγῳ*.

*Diodorus, Sardinianus*, rhetor iunior, *Strabonis* amicus, qui testatur, eum scripsisse *ἱστορικὰ συγγράμματα*, carmina lyrica aliaque poemata, libro XIII.

*Diodorus, Sinopensis*, comicus, de quo ex *Athenaeo* et *Suida* mentionem feci lib. II. cap. 22. [tom. II. pag. 435. *Diodoro Siculo* illas comoedias adscribi a *Craffo*, supra fin. §. VI. iam notauit.]

*Diodorus, Socraticus*, ab *Hieronymo*, I. contra *Iouinianum* dicitur, qui aliis *Cronus* et *dialecticus*, de quo supra dixi.

*Diodorus, Stoicus*, quem citat *Achilles Tattius* in *Aratum*. Idem forte, contra quem scripsit *Chrysippus*, cuius cum illo controuersia *περὶ τῆ ἀδιαιτήσεως* memoratur etiam a *S.*

Hieronymo. [Supra in catalogo Stoicorum III. pag. 559. idem dicitur *Diodorus*, *Cronus*, de quo paullo ante.]

Pro *Diodoro*, Stoico, Ciceronis magistro, meliores codices referunt *Diodotum*. [vid. supra loco memor. pag. 559.]

[*Diodorum*, Syracusanum, quem Plinius inter eos adducit auctores, ex quibus librum tertium et quintum historiae suae naturalis collegit, aetatis obscurae, diuersum esse a *Diodoro* Siculo, bibliothecae auctore, *Bonannus* Syrac. illustr. lib. II. pag. 345. et *Mongitor*. bibl. Sicul. I. pag. 156. statuunt. *Gesner* in biblioth. pag. 198. de utroque *Diodoro* differens, illum Syracusanum forsan eundem cum *Diodoro* Siculo suspicatur. *Harl.*]

*Diodorus*, Tarsensis, grammaticus, cuius esse ἀπομνημονεύματα Laertio laudata, γλώσσας Ἰταλικὰς et πρὸς Λυκόφρονα, quae citat Athenaeus, tum librum περὶ σαθμῶν a Suida in τάλαντον, (et auctore scholii graeci ad Nazianzenum in diario italico Montfauconii pag. 214.) citatum putat Meursius, quem vide pag. 21. ad Chalcidium. Idem *Diodorus*, ut notatum Meursio, laudatur ab Erotiano siue Herodiano in Κάμορον et Hesychio in Διαγώρας. Eundem existimo, qui ab Eustathio Ἀριστεφάνους adpellatur. [Citatur in scholiis Marcianis ad Homerum. vid. *Villoison* prolegom. ad Homeri Iliada pag. 29.]

*Diodorus* siue *Theodorus*, ex antiocheno presbytero *Tarfi* episcopus, clarus sub extremum quarti a Christo nato saeculi, scripserat praeter alia, (de quibus Photius, Suidas et e recentioribus *Caveus* histor. litter. ecclesiastica ad a. Chr. 378.) commentarios in libros V. T. in quibus sensum historicum sectatus, allegorias missas fecit, teste *Socrate* VI. 3. De libro contra Photium, Sabellicum, Marcellum Ancyranum et Malchionem vide *Theodoritum* libr. II. cap. 11. haeret. fab. Liber politicorum huius *Diodori*, quem Syriace exstare scripsit Hebed Iesu, haud diuersus est a libro eius de prouidentia, ut notatum *Rich. Simoni* III. 19. epist. select. *Fabric.* [Plura de hoc *Diodoro* leges infra in vol. VIII. pag. 358 sqq. aliisque locis, in indice notatis. Per hanc occasionem obseruabo, auctorem quaestionum ad orthodoxos, quae inter opera Iustini Martyris edi solent, (vide infra in vol. V. p. 58. nr. 10.) esse *Diodorum*, *Tarsensem* episcopum, probatum iuisse *Maturinum Veysiere la Croze* de scriptore quaestionum ad orthodoxos, in epistola ad Io. Laurent. Moshemium in bibliotheca histor. philol. theol. Bremensi, class. V. pag. 656 sqq. Argumenta, quibus utitur, haec fere sunt. Auctorem quaestionum ante *Isidorum Pelusiotam* vixisse, et quidem temporibus Iuliani, ostenditur et ad *Diodorum* Tarsensem refertur, hunc esse auctorem illius libri, probatur ex formula, qua utitur, qua de Christo homine loquens, eum τὸν δεσπότην Χριστὸν, Christi autem dei et hominis mentionem faciens eum, τὸν κύριον Χριστὸν adpellat. Qua phrasi tum utebantur Nestorianismo fauentes, in cuius suspensionem et hic *Diodorus* venit. Non esse *Theodoretum* foetum, ut *Sylburgius* initio notarum ad quaestiones illas arbitratur, ex sili efficitur diuersitate, qui in *Theodoretum* est elegantior. *Diodorum* esse auctorem, porro ostenditur, quod et *Diodor.* et *Theodoretus* fuerit monachus et Synusiastarum aduersarius et sphaeram damnauit, matrem domini non adpellauit Θεοτόκον. Quod *Suidas* in operum eius catalogo, quem vnus seruauit nobis ex *Theodoro* Lectore, minime recensuerit, respondet *Croze*, quaestiones forte esse easdem, quae ita ibi memorantur,



πρὸς Εὐφρόνιον Φιλόσοφον κατὰ πρῶτον καὶ ἀπέκρυσιν, et Theodor. Haseus in nota obseruat, addi posse, quod pleraeque materiae illae, de quibus libros scripsisse Diodorum hunc, siue, vt Photius vocat, Theodorum, Tarsensium episcopum, commemorat Suidas, tractentur quoque in illis ad orthodoxos quaestionibus: Basilus M. Caesareae Cappadociae archiepiscopus, meminisse videtur illius scripti, ad se missi in Epistola CLXVII. ad Diodorum, Oper. tom. II. pag. 951. Laudatur ab Athanasio, Epiphanio, Meletio, Basilio, Ioanne Chrysofostomo et pluribus aliis, infamatus Cyrillo in epistola I. ad Succensum; quo factum est, vt eius scriptorum memoria oblitteraretur, aliis in nominibus, praefixis iis operibus, quae inuito aduersariorum eius odio ad nostram vsque aetatem peruenerunt.

*Haseus* in not. p. 656. addit, Wilhelm. Ern. Tenzel. in Exercitt. selectis p. 187 sqq. et 436 sqq. de illius libri auctore plures laudare sententias. vid. Ern. Grabium in Spicilegio patrum saec. II. pag. 164. Dallaeus in lib. de Confirm. libr. II. cap. 12. abnegat quoque Iustino: huius, inquit, operis auctor Irenaeum et Origenem laudat, vtrumque Iustino, vt notum est, iuniorem. Manichaeorum meminit, quorum parens A. D. 261. primum emerfit, ascetas et monachos memorat, ab Antonio exortos, qui A. D. 358. est denatus, de anachoretis agit, eos *ἀνδρας ἀρχαίους* vocat; sic loquitur, quasi euerfus suis temporibus fuerit Paganismus, imo hunc a Christianismo debellatum dicit, quod nonnisi sub Christianis Augustis vere dici potuit; et alia multa habet, quae hominem produnt, nonnisi quarto, quintoue saeculo viuentem. *Harl.*

*Diodorus*, tragicus. vid. supra *Diodorus*, Alexandrinus.

*Diodorus*, Tryphon, presbyter, Magnetis, quem ignotum prius hospicio exceperat, deinde aduersarius. Vide *Epiphanium* de mensuris ac ponder. cap. 20. et haeresi LXVI. cap. 11. Ad hunc Diodorum epistola Archelai, edita a Valesio ad Socratem pag. 200. et a Zacagnio. Idem forte *Diodorus*, quem XXV. libris contra Manetem scripsisse refert Photius, cod. LXXXV. licet videam inter scripta Diodori, Tarsi episcopi, referri etiam ab Hebed Iesu librum aduersus Manichaeum. Tryphonis inter aduersarios huius haeresiarchae meminit etiam *Photius* libro I. contra Manichaeos, cuius opus tetrabibulum etiamnum ineditum mihi olim legendum concessit, qui eius editionem meditabatur, D. *Abraham Hinkelmannus ὁ μακαρίτης*.

Omitto *Diodorum*, Tryphonem, qui Syriae rex fuit Olymp. CLIX. et Liuius aliisque memoratur.

*Diodorus*, Tyrius, episcopus, ad quem S. Athanasii epistola.

[*Diodorus* cognomine *Valerius*, patria Alexandrinus, Pollionis filius, Teleclis discipulus, quem Suidas et Eudocia pag. 136. testantur scripsisse τὴν ἀπτικὴν λέξιν. Vixit sub Hadriano. Fabricius infra, lib. IV. cap. 34. 4. pag. 517. vol. IV. eundem esse putat cum *Theodoro*, cuius atticæ glossæ laudantur ab Athenaeo. add. Photium cod. CXLIX. Fabric. l. cit. pag. 583. et vol. IX. pag. 418. Suidas in Πωλίων citat huius ἐξήγησιν τῶν ζητημένων παρὰ τοῖς ἰζητορῶσιν. *Harl.*]

*Diodorus*, cognomento *Zonæus*, rhetor. Supra in *Sardianus*. Strabo lib. XIII. Zonæ cuiusdam (huius, vt videtur,) epigrammata graeca leguntur in anthologia. [vid. infra in catalogo poetar. epigrammaticariorum. *Harl.*]

C A P V T X X X I (olim XXXII)  
DE DIONYSIO HALICARNASSENSI ET ALIIS DIONYSIIS.

- I. *Dionysii Halicarnassensis aetas et Antiquitatum Romanarum opus XX. librorum.* II. *Libri priores XI. supersites, et ex aliis fragmenta.* III. *Codices MSSi, editiones et interpretes Antiquitatum.* IV. *Ioh. Canabuti in locus Dionysii commentarius graecus.* V. *Laus accusationis et stili Dionysiani.* VI. *Epitome Antiquitatum Dionysii et commentatio neque xpoiar deperdita.* [r] VII. *Critica et rhetorica eius scripta, composita ante Antiquitatum libros.* VIII—XV. *Recensentur, ubi et de singulorum interpretibus.* XVI. *Scripta deperdita Dionysii.* XVII. XVIII. *Utrum auctor sit libri neque ignavias, qui sub Demetrii, et vitae Homeri, quae sub Plutarchi nomine exstat.* XIX. *Index scriptorum, a Dionysio citatorum.* XX. *Alii Dionysii.*

[Cum auctario G. C. Hartes.]

I.

[D]e *Dionysio Halicarn.* eius aetate, scriptis, ingenio, fide dicendique genere disputarunt

*Ger. Io. Vossius* de historicis graecis lib. II. cap. 3. pag. 169 sqq.

*Martin Hankius* de romanarum rerum scriptoribus, Lipsiae 1669. 4. part. I. cap. 8. pag. 52 sqq. et part. II. pag. 227 sqq.

*Degoreus Whear* in relectionibus hiemalibus etc. sect. XVI. pag. 69 sqq. edit. I. Christiani Neuii cum huius accessionibus pag. 110 sqq.

*Bellanger* in praefatione ad suam Dionysii etc. versionem gallicam, Paris. 1723. 4.

De Dionysii aetate *Henr. Dodwell*, qui etiam tabulas confecit chronologicas, additis adnotationibus, in editionibus Hudsoni ac Reiskii.

*Boivin* maior composuit canonem Dionysii chronologicum, in *Memoir. de litterature* — des I. et B. L. tom. III. pag. 17 sqq. edit. Amsterd. 1719. 12. f. tom. II. edit. Paris. 1717. 4. pag. 373 sqq. vbi pag. 379. Vossii, vel potius Meursii errorem, quemdam *σύγχρονον* Polybii occurrere apud *Polybium* lib. XIV. (vbi nullus occurrit Dionysius Halic.) repetit; quum scribendum sit, apud *Strabonem*. Ibidem idem opinatur, opera, quae in tomo II. (probabiliter edit. Sylburgii,) exstant, alterius esse Dionysii; at praeter fidem historicam: sed non noua est illa opinio. vid. notam graecam infra in noticia MSS. ex cod. Laurent. Medic.

Plurium tam veterum quam recentiorum de eo testimonia sunt collecta ab *Hankio* l. c. a *Thoma Pope-Blount* in censura celebrium authorum pag. 80 sq. et ab *Hudsono*, huius et Reiskii edit. praemissa.

Cur ionice non scripserit, disquirat *M. V. la Croix* pag. 120. vindic. veterum scriptorum. *Hart.*]

DIONYSIVS, Alexandri F. e Caria Halicarnassensis \*) , cuius Herodoti, vir doctissimus

\*) Fuit et alius *Dionysius Halicarnassensis* Adriani, imperatoris, temporibus celeberrimus, Aelius

praenotat, e nostri posteris, quem Atticistam Suidas vocat, et cuius de atticis vocibus libros V. recenset

simus et criticus <sup>b)</sup>, ac rhetor sua aetate praestantissimus, in Italiam venit <sup>c)</sup> post finem bellis civilibus impositum ab Augusto Caesare circa mediam Olymp. CLXXXVII. (A. V. C. 723. ante Christum anno XXX.) atque ab eo tempore <sup>d)</sup> per annos XXII. Romae versatus latinae linguae facultatem et alia, ad historiam romanam scribendam necessaria monumenta ac subsidia, sibi comparavit, partimque e familiaritate cum viris eruditis, partim e commentariis latine scriptis Porcii [P] Catonis, Fabii Maximi, Valerii Antiatis, Licinii Macri, Aeliique et Gellii et Calpurnii et multorum aliorum materiam sibi amplam et vberem ad futurum opus digerendum concessit. Manum admovit operi Olymp. CXCIII. 1. <sup>e)</sup> Anno urbis conditae Catoniano 745. (Varroniano 746. Dodwell. 747.) ante Christum VIII. [apud *Saxium* Onom. litt. J. pag. 195. A. M. 3996. Olymp. 192, 4. ante C. N. 7. V. C. 745.] et stilo facili ac perspicuo, et singularem elegantiam <sup>f)</sup> prae se ferente scripsit *Antiquitatum* siue *Originum Romanarum* Ῥωμαϊκῆς

recenset *Photius* cod. CLI. De hoc dixi infra §. 20. et libro IV. Sed Dionysius Halicarnasseus ὁ κατ' ἡμῶν Διονύσιος συγγραφεὺς *Straboni* XIX. p. 656. ubi de Halicarnasso agit, laudatus idem plane est cum nostro, tum, quum Strabo ista scriberet, iam defunctus, ut notatum *H. Dodwello* in diss. de Dionysii aetate pag. 326. [p. LV. tom. primo edit. Reiskii.] At *Meursius* ad *Helladium* pag. 36. Polybio pro *Strabone* nominato Dionysium Halicarnasseum commentus est, nostro longe antiquiorem. [Eundem errorem commisit *Vossius* de graecis histor. lib. IV. cap. 13. pag. 471. qui me diu vexarat, *Polybium* quoque pro *Strabone* (XIV. pag. 970. Almel.) ponendo. *Meursium* coeae fide sequutus videtur. *Harl.*] — Verum hic recte omissus est in *Meursii* libro de Dionysii tom. X. *Antiquitat. Graecar.* pag. 587.

b) *Eunapius* in *Porphirii* vita: Λογγίνος δὲ κρίναν γὰρ τὰς παλαιὰς ἐπιτίτυκτο, καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοὶ τοιοῦτοι ἔτεροι, καὶ ὁ ἐν Κερύσιος Διονύσιος πάντων ἀρισταίτερος. Etiam *Suidae* Dionysius noster dicitur παντοῖος λόγιος, *Vir usquequaque doctissimus.* [adde *Gregor. Nazianzen.* in epist. 121. et *H. Vales.* de re critica lib. I. cap. 2. pag. 149. addit. eius *Emendat.* a *Burinanno* editis. *Harl.*]

c) *Dionysius* ipse lib. I. pag. 6. ἐγὼ κατακλιθεὶς εἰς Ἰταλίαν ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἰμφύλιον πόλεμον ὑπὸ τῆς Σεβαστῆς Κλαύδιου ἐβδόμης καὶ ὀγδοηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος μεσότης, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνης χρόνου ἐτῶν δύο καὶ ἄκοντι μέχρι τῆς παρόντος γεόμενον ἐν Ῥώμῃ διατρίψας, διάλεκτόν τε τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκμαθῶν etc. [Secundum *Dodwell.* de aetate Dionysii Halicarn. sect. IX. ille natus est intra annum Varronianum 676 et 700. s. Olymp. CLXXV—CLXXXI.]

d) Fallitur itaque *Rogerus Aschamus*, qui lib. I. epist. 12. Dionysium nostrum confundit cum Dionysio, qui docuit in aedibus Ciceronis, aut cum liberto M. Varronis, uti *Franciscus Philelphus* XXIII. II. epist. ad Ioannem, episcopum cardinalem Portuensem: *Dulcissima illa mihi videri servitus debet, quam qui servit, et melior redditur et illustrior. Quum et Alemander penes Lycurgum, et penes Platonem, Phaeton servos gerunt, et Dionysius Halicarnasseus penes M. Varronem: videmus, hunc in historiographum nobilem evasisse, Phaetonem in philosophum non ignobilem; at Alemandrum ex temerario atque importuno adolescente in virum continentem ac frugi.* Dionysium Halicarn. σύνχευον fuisse Apionis, Plistoniceae, notat *Suidas* in Ἄπτιον.

e) *Claudio Tiberio Nerone* II. et *Cn. Calpurnio Pisone* Coss. anno imperii Augusti 24. vnde nullo modo est credibile, *Virgilium*, quem anno 13. Augusti constat mortuum, ex Dionysio partem materiae *Aeneidos* hausisse, quod viris quibusdam praeclaris, [Voltaire in periculo de poesi epica, et censoribus in biblioth. Françoisé, tom. XII. part. I. nr. 2. vid. ephem. liter. Lipsiens. a. 1729. mense Jul. pag. 548 sq.] in mentem venisse video: eos quidem ante oculos potuit habere *Virgilius*, quorum vestigiis institit etiam *Dionysius*.

f) *Photius* cod. LXXXIII. Scriptorem vocat τὴν Φράσιν καὶ λέξιν κακοπραπέη. [Varie iudicantur de nostro viri docti: vid. testimonia, ab *Hankio*, *Blount* et *Hudsonio* congesta: quibus addes graue *Reiskii* iudicium in praefat. ad tom. I. meam sententiam dixi in *Introduct.* in *histor.* L. Gr. tom. I. pag. 592. *Harl.*]

μαϊκήσ' Ἀρχαιολογίας <sup>g)</sup> libros XX. De Romanorum genere, originibus, republica et rebus gestis ab vrbe condita vsque ad Olymp. CXXVIII. 3. siue initia belli primi Punici, a quo incipit *Polybii* <sup>h)</sup> historia, quam aemulatus videtur Dionysius Herm. Conringio iudice de ciuili prudentia cap. 14. vt *Iosephus* vicissim Dionysii exemplo creditur historiam suam iudaicam libris viginti complexus esse, et inscripsisse Ἀρχαιολογίαν Ἰουδαϊκὴν.

II. E libris <sup>i)</sup> XX. Dionysii Originum siue antiquitatum non plures exstant, quam *priores undecim*, desinentes in anno vrbis CCCXII. et fragmenta quaedam de legationibus, quae ex posterioribus libris vulgauit graece *Fuluius Vrsinus*, tum fragmenta quaedam e libro XII. quae in excerptis Peirescianis graece et latine edidit *H. Valesius* pag. 529 — 545. notisque illustrauit. [P]

III. [De codicibus *msstis* primum agemus. Ex *Vaticano* Vrbinat. nr. 103. et antiquitate et bonitate praestantissimo, lectiones habuit *Hudson* (cuius vid. praefat. in primis pag. XXIX. tom. I. edit. *Reiskii*, coll. ipsius *Reiskii* praefatione) et saepius *Reiskius* textum emendauit. Recentioris codicis *Vaticani* nr. CCCCL. ex aliquo peruetusto libro exscripti, nec multum illi, quem habuit *Lapius*, dissimilis, lectiones in libro XI. adhibuit *Hudsonius*, quem vide in praef. l. c. Ex alio *Romano* et *Veneto* *Sylburgius* *Stephanei* exemplaris lacunas suppleuit, multaque sanauit vitia: Idem fragmenta legationum, a *Fulvio Vrsino* publicata, ad *codicem msst. Iulii Pacii* emendauit. In edendis *rhetoricis* libris idem *Sylburgius* sex codices, vnum ex bibl. *Bononiensi* per *Amusaeum*, quatuor ex bibl. *Dudithii* et alium aliunde habuit, sed, quum serius aduenissent, non potuit omnes conferre, vt ipse testatur in praefatione, cuius particulam recudi feci in *Introductione* in hist. L. Gr. pag. 588 sq. tom. I. — In *Montfaucon* bibl. bibliothecarum traditae sunt codicum notitiae, at, vt *Reiske* in praefat. pag. XXIII. iam conquestus est, tam perplexae et ambiguae, vt aenigmati sint similiores, quam plano atque perspicuo testimonio, eamque biblioth. vocat ille vastam et indigestam molem, parum fructuosam farraginem. — Alios adhuc nominabo. *Romae* in biblioth. *Barberina* sunt cod. CCCXXVII. chartac. saec. XV. *Dionys. Halic.* de arte panegyri. et cod. chartac. saec. XV. de *Thucydide*. — *Ibidem* in bibl. *Angelica* cod. membr. XV. qui vero et quot libri insint, nescio. — *Ibidem* in bibl. *Chiggiana* cod. membr. nondum collatus, saec. IX. (vid. *Introd. meam*, prolegomen. pag. 62. 65 et 66.) atque hic *Chiggianus* cod. idem esse videtur, de quo *Montfaucon*. in *palaeographia graeca*, libr. I. pag. 24. nec non in *diario italico* pag. 238. (vbi eum cod. saeculo X. adsignat, proditque, se nullum eius scriptoris vidisse pari antiquitate et praestantia

g) Sunt, qui titulum Ἀρχαιολογίας putent tantum conuenire primis libris, non toti operi. Vide *Vossium* II. 3. *Hist. Gr.* *Photius* quoque illius tituli plane non meminit, sed vocat βιβλία ἱστορικῶν λόγων ἁποσι. A *Cyrillo Alex.* VI. in *Iulian.* pag. 193. laudatur Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεὺς τὰς Ῥωμαίων ἱστορίας εὖ μάλα συντεθειμένος. At *Stephanus Byz.* in *Κιρισάνταξ* laudat *Dionysium ἑπτακαίδεκάτω Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*, vnde patet, totum opus ab eo lectum fuisse hoc titulo.

h) Notauit hoc etiam *Euagrius* lib. V. cap. vlt. *Histor. Eceles.* et *Photii* cod. LXXXIII. Confer *Dodwellum* ad *Chronolog.* *Dionysii Halic.* p. 106.

i) Falli *Gelenium*, qui libros XX. a *Dionysio* absolutos negat, *Photii*, *Stephani Byz.* aliorumque testimoniiis reuincit *Vossius* II. 3. *Histor. Gr.* et *Martinus Hankius* lib. II. de *Rom. rerum scriptoribus* pag. 228.

stantia codicem,) et vberius tom. I. biblioth. bibliothecarum pag. 174. exposuit, atque Lucae Holstenii retulit iudicium. Ille codex suppeditavit imaginem Dionysii, quam aere caelatum Montfaucon in palaeographia gr. dedit, et ex eo Reiske titulo voluminis I. edit. adponendam curavit. — *Nepoli* in bibl. regia in cod. LII. chart. saec. XV. Dionysii Hal. ars rhetorica, *περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελεμένων, περὶ λόγων ἐξετάσεως, περὶ τῶν Θεουκλίδε ἰδιωματῶν*: ex Demetrio Phalereo, (sic) *περὶ γλαφυρῆ χαρακτῆρος*: ex Dionysio *περὶ τῆ πῶς δεῖ ἐπιπέλλειν*. — *Taurini* in bibl. regia cod. LXXVI. (catalog. p. 171 sq.) Dion. Hal. de constructione orationis liber, ad cuius calcem subiiciuntur problemata rhetorica in status orationis, (eis τὰς εἰσείσεις.) siue argumenta varii generis. — In bibl. *Veneta* D. Marci cod. CCCLXXII. chart. saec. XIV. Dionysii Hal. antiqq. rom. libri X. priores, ex quo Theupolus in catalogo pag. 177 sqq. variarum lectionum specimen exhibuit. — cod. CCCLXXIII. membran. in fol. saec. XV. romanar. antiquitatum libri XI. postremus sine mutilus est. (catalog. pag. 179.) cod. CCCCXV. membran. in 4. saec. XV. Dionysii Halicarn. de structura orationis, — cod. CCCCXXIX. membran. in 4. saeculi XV. Dion. ars rhetorica. — cod. CCCCXLIV. chart. in 8. saec. XIV. Epitome operis Dion. Hal. de verborum compositione. — cod. DVIII. chartac. in 4. saec. XV. Dion. de verborum compositione, *περὶ τῶν ἐν ταῖς μελέταις πλημμελεμένων, περὶ Θεουκλίδε ἰδιωματῶν*. — cod. DXXII. membran. in 4. saec. XV. de characteribus Lysiae rhetoris. (in catalog. pag. 201. 210. 220. 273. 281.) — In bibl. *Laurent. Medicea*, Florent. (teste Bandinio, in catalog. codd. gr. tom. II.) cod. XXII. chart. in 4. saec. XV. plut. 58. Dionysii Halic. ad Ammaeum de iis, quae Thucydidi propria sunt. (pag. 463.) — cod. XI. chart. in 4. saec. XV. (cuius meminit Montfaucon. Palaeogr. gr. pag. 86.) methodus orationum panegyricarum etc. s. ars rhetorica ad Hechecratem. Hic vero obseruanda est nota ab scriptore codicis cap. X. *περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελεμένων* praefixa: *Τῆτο τὸ μονόβιβλον, οἶμα, Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεύς συνέταξεν ὁ Πρώτερος· μέμνηται γὰρ ἐν αὐτῷ ὡς ἐκδεδομένε αὐτῷ τῆ περὶ μιμήσεως*: tum (nec non in cod. XVI. plut. 60. et cod. XVIII. plut. 111.), quae Thucydidi propria sunt, quam epistolam ad Ammaeum omisit Montfaucon in suo catalogo; sed male libellum de *imitatione* citavit, et fortasse pro titulo operis notam illam scriptoris paullo ante memoratam perperam accepit. — porro, de compositione nominum siue de structura orationis, (catalog. pag. 499 sq. 605 et 608.) — cod. XVIII. plut. 60. et cod. XXV. nr. VIII. de compositione nominum epitome: initium tamen conspirat cum edit. Sylburg. reliqua, in compendium contracta, ab ista plane discrepant, (pag. 608 et 615.) — cod. XV. plut. 59. (pag. 527.) de compositione nominum, et de oratoribus atticis ad Ammaeum commentarii, quos Victorius descripsit misitque ad Petrum Anton. Iacominum, vid. epp. lib. IX. pag. 210. — Dion. Hal. romanarum antiquitatt. liber XI. in fine diuersus est codex. — Dion. Hal. epitome, gr. inter codd. Io. Rhodii msstos, in Tomasini bibliothecis *Patauinis* msstis. Vtini 1639. 4. pag. 139. — Teste *Montfaucon* in diario italico pag. 13. in bibl. *Ambrosiana Mediolanensi*, Dion. Hal. recens cod. — pag. 365. *Florentiae* in bibl. monasterii etc. Dion. Hal. de nominibus, cod. membran. saec. XV. — *Mabillon* tom. I. Musci italici pag. 171. narrat, in bibl. abbatiae S. Mariae *Florentiae* exstare MS. Dion. Halic. *de compositione nauium*; sed legendum erit *uocum*. — In bibl. regia *Parisiensi* perinulti codices modo plures, modo pauciores libros rhetoricos; pauci archaeologiam Dionysii Halic. continent: in cod. chart. MDCLIV. a. Chr. 1535. exarato sunt antiquitatum romanarum libri V. priores, in cod. chart. MDCLV. a. Chr. 1540. scripto, libri II. VII. VIII. IX.

et X. in cod. chart. MMCMXXXIII. a. Chr. 1474. scripto, excerpta e libro primo historiae. Contra lib. de structura orationis in *undecim* codd.; ars rhetorica in *duobus*; de antiquis oratoribus iudicium in *quinque*; de aetate scriptorum Demosthenis et Aristotelis in *uno*; de iis, quae Thucydidis propria sunt, in *octo*; de Herodoti et Xenophontis scriptis iudicium, in *uno*; de admirabili vi dicendi in Demosthene in *quatuor*; et Lyfiae vita in *uno*; Epistolae denique in *quatuor* codd. secundum catalogum exstant, quorum omnium plenam enumerationem fore longiorem molestamque arbitror. — In bibl. *Coislina*, auctore Montfaucon in catalogo MSS. illius bibliothecae pag. 302. in cod. CCXLIX. Excerpta pauca ex Dionysio Halic. — pag. 214 sq. cod. CL. romanarum antiqq. libri XI. ex eodem exemplari scriptus hic cod. videtur Montfauconio, unde manarunt editiones. Mihi quidem videtur codex quidam peruectus, qui forsitan periit, at undecim tantum Dionysii archaeologiae libros comprehendit, vnicus fons fuisse reliquorum codicum, variis temporibus varia ratione scriptorum. — pag. 593 sq. in cod. CCCLXXXVII. ex quo Montfaucon longum exhibuit locum graecum, Dionysii Hal. definitio rhetorices laudatur et explicatur, idemque pag. 597. inter grammaticos refertur. — In cod. *Matritensi*, teste Iriarto pag. 357. 1. Dion. Hal. iudicium de Lyfiae rhetore. — In cod. *Escorialensi*, auctore Plüero, itiner. per Hispan. pag. 165 sq. Dion. Hal. methodus panegyricorum; epitome de compositione nominum; problemata de rhetorica; de V. dialectis, unde et ex quibus dialectici (sic) ortum habuerunt; de Thucydidis proprietatibus. — In biblioth. *Vindobonensi*, teste Nesselio, catalog. part. IV. cod. LX. pag. 37. Dionysii Hal. ars rhetorica; de figurata oratione; de caractere Thucydidis, et de compositione nominum. — pag. 129. 237. Dion. Hal. de compositione nominum. — In biblioth. *Heidelbergensi* olim fuerunt Dion. Hal. de Thucydide, Demosthene etc. rhetorica, bis; de dictione. — In biblioth. *Guelferbytana*, Dion. Halic. sed quinam sint libri, nescio: tum ex biblioth. *Gudiana*, Dion. Hal. rhetorica. — In biblioth. *Monaco-Bauarica*, excerpta ex libro I. Dion. Hal. et lib. de compositione. (vid. catal. pag. 72 et 81.) — In biblioth. *Wratislauensi* (teste Kranzio pag. 88. Memorab. biblioth. Elisabetanae Wratislau.) multa Dionysii Halicarn.

### *E d i t i o n e s.*

Libros XI. latine primum e duobus codicibus vaticanis transtulit *Lapus Biragus*<sup>k)</sup>, Florentinus, dicauit Paulo II. quem Platina quidem notat summo odio humaniorum litterarum studia habuisse. Princeps editio post dedicationem habet inscriptionem:

*Dionysii*

<sup>k)</sup> Nomen illius vario modo scriptum reperi: in *Adelungii* Fortsetzung und Ergänzung des — *Jocher. Gelehrten-Lexic.* vol. I. pag. 1883. scribitur *Birago*, *Lampugnino*, sine *Lappus*, *Lampus*, patria *Mediolanensis*. *Mazzuchelli* distinguit *Lapum* de Castellione et in *Scrittori d'Italia*, vol. II. part. II. p. 1259. tradit, *Biragum*, (*Lampugninum* s. *Lampus*.) *Mediolanensem* medio saec. XV. familiarem Franc. Philelfi, in latinum sermonem transtulisse *primum librum* Dion. Ha-

*lic.* eamque versionem mstrm latere in bibl. Ambros. Mediolanensi. In bibliotheca codd. MSS. Monasterii S. Mich. Venetiarum edit. *Mittarelli* in adpendice librorum saec. XV. pag. 86. (adde pag. 139.) vocatur *Biragus Lappus*, dicitur etiam *Lampus*. In epistola nuncupatoria ad Pontificem rom. Paullum II. quam recudendam curauit Paschalius in bibliotheca Smithiana (Venetiis 1755. 4.) pag. CXCIX sqq. ab initio exaratum est nomen: *Lapus Biragus, Florentinus*, in sine autem

*Dionysii Halicarn. Originum sive antiquitatum romanarum liber I.* (insunt vero libri decem, cum vndecimo imperfecto:) in calce: *Tarvisii per Bernardinum celerium deluere.* a. Ch. n. M. CCCC. LXXX. (1480.) Biffexto Kk Mart. fol.

De hac rarissima edit. et Birago eiusque versione vide praeter eos, quos in nota laudavi, Cardinal. *Quirin.* adpend. ad Mich. Canensii vitam Paulli II. §. 24. p. 273. *Ger. Io. Voff.* de histor. lat. lib. III. cap. 10. pag. 807. *Bure* bibliogr. instruct. Histoire, tom. I. nr. 4796. pag. 522. *Braunii* notit. de libris — bibl. monasterii ad SS. Vdalt. et Afram, tom. II. pag. 77 sq. *Bellangerium* in praef. ad versionem gallicam pag. XXI sqq. Catal. biblioth. Pinellian. tom. II. nr. 2491. vbi scribitur *Lampus Biragus*; *Goetzii* memorab. bibl. Dresdens. tom. II. (vbi nr. 200 sqq. plures Dion. Hal. editiones recensentur,) pag. 155. *Seemilleri* incunabula typogr. bibl. Ingolstadt. fasc. II. pag. 50 sq. vbi est exemplar, cui Glareanus suas correctiones et mutationes manu adscripserat. Rec. est illa edit. Regii 1498. fol. per Francisc. de Mazalis, d. XII. Nouembr. fol. (vid. *Maittaire* A. T. tom. IV. part. II. pag. 660. catal. biblioth. Bernens. tom. I. pag. 281. in *Seemilleri* incunabulis mem. fasc. IV. pag. 101.) Tum eadem repetita est: *Dion. Hal. — insignes historiae in XI. libros digestae. — Parisiis* M. D. XXIX. (1529.) *venundantur ab Gallio Pratenfi et Petro Vidouaeo, vniuersitatis Parisiensis bibliopolis. cum privilegio supremae curiae Parlamenti. Galliot du Pr.* fol.

Hanc valde incognitam edit. vberius describit, et de illis bibliopolis ac Birago agit *Freytag.* in adparatu litter. tom. III. pag. 577 sqq. — *Sylburgius* de versione Biragi ita iudicat: *Etsi vero Lopus pleraque parum latine, multa etiam sinistre vertit; tamen, quia duos vetustos rodd. quos a Paulo II. acceperat, in sua versione sequutus est, et verbum verbo reddere studuit, saepe mihi ad verae lectionis inuigationem viam potescit.* adde, quos citat *Freytag.* libr. mem. tom. II. pag. 1305 sq. Quare *Henricus Glareanus* recognouit Biragi versionem, et, se 6000 errores sustulisse professus est in editione inscripta:

*Dionysii Halicarnasi antiquitatum sive Originum rom. libri XI. a Lapo Birago Florentino latine versi, ac per Henricum Glareanum P. L. recogniti, ab innumerisque mendis repurgati, et illustrati annotationibus (300.) Adiuncta est per eundem chronologia temporum in Dionysii historia comprehensorum.* Basileae in offic. Frobeniana. 1532. fol. vid. *Goetz.* l. c. pag. 155. — *Rhetorica* quaedam graece ediderat Aldus Manut. in collectione rhetorum, Venet. 1508. fol. (conf. infra §. VIII sqq. et in vol. IV. lib. IV. cap. 31. §. 16. pag. 457.) sed libri antiquitatum primum graece prodierunt:

*Διονυσίου* — *Dionysii Halicarn. antiquitatum roman. libri X. Ex bibl. regia — Lutetiae.* ex officina Rob. Stephani, typographi regii, typis regii. M. D. XLVI. (1546.) fol. et

Ccc 2

*Διονυσίου*

tem *Lappus Biragus Flor.* A Phileso, eius magistro, in epistola ad Leonardum Aretinum scripta 1436. dicitur *Lopus Castelliunculus*, a *Fabricio* in bibl. lat. mediae et inf. act. tom. IV. pag. 244. vbi de eo agitur, *Lopus Biragus, de Castellione Florentinus, obiit Florent. saec. XV. vergente.* Atqui metrum pugnare videtur pro scriptura, *Lopus.* Nam *Vgolinus Verinus* in eum scripsit: *Tē, Lape, mors iuuenem nimis in-*

*vidiosa peremit, Ingenii sed multa tui monumenta supersunt.* Adde de illo *Iul. Nigrum* de scriptor. Florentin. pag. 343. Manus tamen ad Fabricii loc. *Lapum* seu *Lampum* nominat eum. Eniuvero cl. *Morellius* in litteris ad me datis, *Lampus*, ait, *Biragus*, *Mediolanensis*, *dissert a Lapo, Florentino, qui Castelliunculus potius, quam Florentinus esset adpellandus.*

*Διονυσίου* — *Dionysii Hal. de compositione, seu orationis partium apta inter se collatione ad Rufum. Item, quo genere dicendi sit usus Thucydides, ad Ammaeum.* Lutet. ex offic. Rob. Stephani. M.D.XLVII. (1547.) fol.

Opusculis rhetoricis Rob. Steph. addidit nonnullas emendationes, ad varios codd. expressas. Plura de splendida hac editione et libris, quos illa continet, docte disputat *Freitag* in *adpar. litter. tom. II. pag. 1304—1313.*

*Dionysii, Alexandri F. Halicarn. antiquitatum s. originum rom. libri X. Sigismundo Gelenio interprete.* Addidimus undecimum ex versione Lapi, *chronologiam Henr. Glareani, P. L. simulque indicem, commonstrantem, quicquid est antiquitatum etc. Basileae per Her. Frobenium et Nic. Episcopium.* 1549. fol. — item apud Seb. Gryphium, Lugduni 1555. 12. II. voll. et ibid. apud Vincentium 1561. 12. in quibus tamen minoribus edd. exclusa est *chronologia Glareani.*

Gelenius, (de quo copiosus est *Bellanger* in praefat. ad vers. gallicam pag. XXIII sqq.) meliorem quidem, nec tamen omnibus omnino probatam, *latinam* dedit versionem *decem* tantummodo librorum; undecimi enim libri ordo est in codd. gr. perturbator.

*Dionysii Hal. scripta quaedam critica, graece. scil. Prooemium Dionysii de antiquis rhetoricis tractatus, quod deest in impressis libris; Dionysii responsio ad Cn. Pompeii epistolam de Platonis stilo; eiusdem comparatio Herodoti cum Thucydide, et Xenophontis, Philisti, Theopompi inter se; eiusdem ad Ammaeum epistola, aduersus eos, qui Demosthenem ab Aristotele praecepta eloquentiae didicisse contendebant; eiusdem de praecipuis Graecorum poetis, historicis, rhetoricis elogia: Maximi illius, qui Iuliani imperatoris praeceptor extitit, libellus de oppositionibus insolubilibus.* Graece apud *Carolus Stephanum, edente Henr. Stephano.* Lutetiae 1554. 8. H. Stephan. quaedam primus inuenerat apud amicum quemdam in Italia, ut ipse testatur in praefat. ad Victorium et adiecit emendationes. Illius praefat. tam graece quam latine scriptae maximam partem recudi fecit *Maittaire* in *Ann. typogr. III. part. II. pag. 641 sqq.* De singulis opusculis criticis ac rhetoricis, eorumque editt. paullo post disputabitur.

*Dionysii Hal. nonnulla opuscula, latine, Stanislaeo Ilouio interprete, ex officina Rob. Stephani,* Lutet. 1556. 8.

*Maittaire* loc. cit. pag. 682.

Post Stephanum de opp. Dion. Hal. egregie meruit, et nouam recensionem, certe meliorem et locupletiolem *Sylburgius* parauit editionem, sic inscriptam:

*Dion. Hal. scripta, quae exstant, omnia, et historica et rhetorica, gr. et lat. E veterum librorum auctoritate, doctorumque hominum animaduersionibus, quam plurimis in locis emendata et interpolata: cum latina versione ad graeci exemplaris fidem denuo sic collata, et conformata, ut plerisque in locis sit plane noua. Addita fragmenta quaedam, cum Glareani chronologia et duplici appendice. Additae etiam notae, quibus de utriusque textus vel emendatione vel explanatione agitur. Adiecti praeter ea duo locupletissimi rerum et verborum indices, alter graecus, alter latinus. Opera et studio Frid. Sylburgii Veterensis. Francof. apud heredes Andreae Wecheli. 1586. fol.*



Fabricius de hac editione ea, quae sequuntur, iam scripserat: „*Sylburgius* graeca ad varios codices MSS. doctorum virorum opera recensita emendauit, atque e Romano potissimum ac Veneto codice suppleuit, Gelenii versionem innumeris locis castigauit, librum vndecimum et fragmenta de legationibus, a Fulvio Ursino edita, et iam recens ad Iulii Pacii codicem emendata, de integro vertit, Glareani chronologiam, Aurelium Victorem de origine gentis Romanae cum notis A. Schotti, leges regias et decemuirales cum notis et glossario, notasque e Victorii, Mureti, Brodae, Leopardi, H. Stephani, Camerarii, Guil. Canteri, Xylandri, Wolfique scriptis excerptas et suas propria industria concinnatas, indices in Dionysium, qualibus solet editiones suas ornare, locupletissimos graecos et latinos subiunxit. — Recusa est *Sylburgii* editio graece et latine, Lipsiae ann. 1691. fol. minus emendate, nec verbulo adiecto, quo ex virorum doctorum saeculi integri industria aliquid noui ornamenti Dionysio accederet.“

De altero tomo, qui rarior est et separatim editus atque continet libros rhetoricos et criticos, e codicibus et de coniectura tam aliorum quam Sylburgii emendatioribus, duobusque nusquam ante vulgatis auctos, cum notis eruditis, vberius egi in *Introduct. in hist. L. Gr. I.* pag. 587 sq. Versiones libellorum latinae, textui gr. adiectae, a diuersis interpretibus sunt profectae. H. Stephani epistola aut praefatio, graece scripta, excipit praefationem Sylburgii breuem, in qua trium, quibus is vsus est, exemplarium ineminit, primi, quod ab Roberto Stephano cum priore Dionysii tomo Lutetiae est editum 1547. alterius, quod ab Henr. Steph. ibidem a. 1554. in lucem est emissum; tertii, quod e medica bibliotheca *P. Victorii* opera prolatum, Lugduni Io. Tornefii typis exaratum est.

Latine versa separatim prodierunt:

*Dionysii Halic. scripta, quae extant, omnia, historica et rhetorica; nunc primum vni-versa latine edita: illa quidem olim per Gelenium; sed ita modo interpolata per Fridex. Sylburgium, ut pene noua verso dici queat: Haec vero a variis translata etc.* Hanouiae, (male scripsit Bellanger in praefat. cit. pag. XXV. *Hauuer*.) typis Wecheliani, apud hered. Io. Aubrii. A. 1615. 8. II. tom.

Posthaec libros solos Dion. Hal. XI. antiqq. rom. latine vertit suisque illustrauit notis *Aemilius Portus*, Francisci F. *Excud. Eustathius Vignon sibi et Henr. Stephano* 1588. fol. (vid. *Pinelli* catalog. tom. II. pag. 34.) — 1590. 12. apud Anton. de Harfy. — et cum notis suis, H. Stephani et If. Casauboni<sup>1)</sup>; item excerpta de legationibus ex triplici versione et cum notis H. Steph. Frid. Sylburgii et ipsius Porti. Lugd. 1592. fol. apud Vignonium: (teste Fabricio nostro. adde Hudsoni praefationem.) — Libri XI. antiqq. rom. *Dionysii*, e Porti versione separatim recusi, cum argumentis librorum et Gnomologia Dionysiana, Geneuae, apud Iac. Stoer. 1603. 12.

Διονυσίου — *Dionysii Halicarn. Opera omnia, graece et latine, scil. cum versione lat. Aemilii Porti emendata, notis obseruationibusque variorum et variis lectionibus codd. vaticanorum;*

Ccc 3

<sup>1)</sup> Notae in Dionys. Halic. a se editas memorat *Aem. Portus* ad Polybium pag. 123. *Niceron* in Mem. clar. viror. tom. XIII. pag. 122. vers. german. *If. Casaubono* tribuit edit. cum versione *Aem. Porti*. Geneuae 1588. fol. et *Casauboni* notae parum laudantur.

*norum; accedunt Excerpta de legationibus, graece, cum versione Henr. Stephani, et variorum notis; Peiresciana, cum H. Valefi interpretatione, et Observationibus H. Dodwelli, dissertatio de aetate Dionysii ac tabulae chronologicae Dionysianae. Opera et studio Io. Hudsoni. Oxoniae e theatro Sheldoniano, 1704. II. tom. fol.*

Conf. de hac splendida, nec adeo frequenter obuia editione Act. erudit. 1704. p. 529 sqq. Bibl. ancienne et mod. de M. Clerc. tom. XIV. pag. 246 sqq. History of the works of the learned 1704. pag. 417. 490. Fabric. de illa ea, quae sequuntur, notauit. „Graeco textui ad editionem Sylburgii recensito adiungitur Porti translatio hinc inde emendata <sup>m)</sup>, et singulis paginis superius adscripta temporis notatio ex mente viri egregii *H. Dodwelli*, infra autem praeter notas et obseruationes variorum substratae variae lectiones codicis Vaticani ante 700. annos scripti per libros primores decem et per vndecimum alterius Vaticani recentioris, quas viris praestantissimis Laur. Zacagnio et Jac. Perizonio in acceptis refert editor humanissimus. Excerpta de legationibus cum versione H. Stephani et variorum notis, Peiresciana cum Henrici Valefi interpretatione, et obseruationibus exhibet, operique praemittit veterum recentiumque <sup>n)</sup> de Dionysio testimonia ac iudicia, ad calcem tomi II. reiectis notis quibusdam variorum in quaedam Dionysii loca copiosioribus F. Vrsini, Is. Casauboni, H. Stephani, Sylburgii etc. In his pag. 323. H. Dodwelli, supra laudati, dissertatione de aetate Dionysii, et vocabulo *γενεά* <sup>o)</sup>, tum ab eodem Dodwello concinnatis et summo studio elaboratis tabulis chronologicis Dionysianis.“ Haecenus Fabricius Sed non omne, quod nitet, aurum est. Atque de illa editione, mendis typographicis contaminata, quae praeter ea Sylburgianas animaduersiones, non integras, sed inuitatas exhibet, *Bellanger* in praef. ad vers. gall. pag. XXVII—XLII. multis locis vitiose siue versis, siue expositis, in medium prolatis limaue adhibita, et *Reiskius*, cui Hudsonius neque ingenium, nec industriam quidem approbavit in Dionysio ornando, in praef. pag. XV—XX. grauiter aperteque iudicant. — *Reiskius* vero, Georgii, librarii Lipsiensis, qui Dionysium Hudsoni typis repetere coepit, precibus motus, quamquam aliis laboribus districtus, curam Dionysii, postquam plures primi voluminis plagulae iam praelo exierant, suscepit, et non solum textum a vitiiis typographicis sedulo purgavit; sed fide quoque codicum, praecipue Vaticani saepius, et ex ingenio interdum correxit, singulisque tomis notas adiecit, maximam partem criticas, quas ante absolutum opus et ante obitum adhuc parauerat; in praef. ad tom. I. dedit siluam lectionum a pag. 2—464. vbi demum folia singula a praelo mustea recensere coepit, a mendisque purgare, quae vel vitiose excusae erant, vel ab Hudsono e cod. Vaticano rescribendae videbantur. Inscripta autem est editio:

*Dionysii*

<sup>m)</sup> Quoiqu'il proteste dans sa preface, qu'il l'a corrigée, il y a cependant laissé plusieurs fautes, *Bellangerius* praef. pag. XXVII—LIX. add. *Mercure Galant* d'an. 1723. Ianv. Fevr. et Mars.

<sup>n)</sup> Plura collegerunt *Martinus Hankius* libro vtroque de Rom. rerum scriptoribus, *Christianus Wilhelmus Ebenius* ad *Ioh. Magiri Eponymologicum*, *Thomas Pope Blount* etc. Prae ceteris

lectu iucunda sunt, quae de Dionysio obseruat *Mottanus Vayerus* tom. II. p. 305 sq. edit. in fol.

<sup>o)</sup> Hac voce plerumque non certum numerum annorum, sed stirpes ac successiones notari, contendit vir doctissimus, perinde vt *Matthaei* primo capite. Confer eiusdem exercitat. de aetate *Pythagorae* pag. 170 sq.

*Dionysii Halic. Opera omnia, graece et latine. Cum annotatt. Henr. Stephani, Frid. Sylburgii, Franc. Porti, Isaaci Casauboni, Fulvii Ursini, Henr. Valesii, Io. Hudsoni et Io. Iac. Reiske.* Lipsiae 1774—1777. VI. voll. in 8. cum icone Dionysii Halic. ex cod. Chiggianno. Volumen sextum, cuius curam post Reiskium mortuum gessit Morus, etiam nunc inter coelites triumphans, ornant a pag. 1170 sqq. *Capperroneri* obseruationes codici regio Paris. arte typographica recentiori adscriptae et vel ex alio cod. ductae vetustiore vel ex ingenio viri cuiusdam docti profectae, quas Capperron. in Mem. de l'acad. des Inscr. tom. XXIV. pag. 1—29. in Observat. sur l'ouvrage de Denys d'Halic. intitulé *περί τῆς λεκτικῆς Δημοσθένος δεινότητος* publicarat. Accesserunt *Toupii* cogitationes et emendationes \*) ex eius curis in Suidam nouissimis, eiusque emendationibus in Suidam excerptae. Addi etiam solet vita Reiskii, a Moro eleganter scripta et seorsum edita. — Futuro tamen editori, quum Reiskius propter temporis penuriam operisque festinationem nec satis instructus a praesidiis necessariis, accederet, nec omnino praeparatus ad operam historico criticoque nostro commodandam a bibliopola inuitaretur, plura supersunt, in quibus emendandis illustrandisque ingenium atque eruditionem ostendere possit. Plures codices sunt excutiendi, et historia tam illorum quam editionum critica est conficienda. Permulta loca egent medicina, ad vulnera, quae multa, vel tarditate librariorum, vel incuria operarum editorumque facta, restant, caute provideque sananda, aut ab aliorum praua curatione et corruptione vindicanda. Plura desiderant legitimam interpretationem cum grammaticam, tum vero historicam. Namque inquirendum erit, quos Dionysius Halic. sequutus sit auctores, et qua ratione id fecerit; tum in quibus ab aliorum narratione et iudicio differat. In opusculis criticis et rhetoricis scriptores ipsi, de quibus ille differit, curatius diligentiusque sunt conferendi. Denique, quae adhuc supersunt, fragmenta plura sunt conquirenda. Amplius igitur patet campus, in quo editor virtutes ingenii atque litterarum copiam cum laude exponere possit. Atque censor ultimi tomi Reiskiani in Berolin. bibl. vniuers. supplement. III. a 1779. pag. 1865 sqq. haud paucas nouas adtulit coniecturas. Bene praeiuit *Grimmii*, idemque modestum tulit iudicium de edit. Reiskiana, et plura loca particularum, quas ex libris antiqq. Dionysii excerpfit, critice, grammaticae, historiceque persequutus est in libro bonae frugis et commendando inscriptoque:

*Dionysii Halicarnassensis Archaeologiae romanae, quae ritus romanos explicat, synopsis. Adornauit, animaduersionibus interpretum suasque et indicem in usum tironum locupletionem adiecit David Christian. Grimm, A. M. et Lyc. Annaemontani Recl. Accedunt auctaria quaedam, Lipsiae sumtu Weidman. hered. et Reichii. 1786. 8.*

*Selcti Dionysii Halic. de praeis scriptoribus tractatus. gr. et lat. cum adnotatt. Guil. Holwell, et diss. de vero mediae vocis vsu. Lonini. 1766. 8. — Idem ab Eduardo Rowe Mores, gr. Oxon. typis Clarend. 1781. 8.*

*Ex Dionysii Halicarn. archaeologiae romanae lib. X. cap. I—VIII. explanauit Io. Sam. Horsligius. Lips. 1790. 8. Textus Reiskianus cum noua versione latina et adnotationibus tam*

p) Repetitae illae sunt passim in tribus prioribus voluminibus Operis Toupiiani; *Emendationes in Suidam et Hesychium* etc. Oxonii 1790. 8. IV. voll.

tam criticis; quam antiquariis et grammaticis bonis exhibetur. conf. *Ien. Allgem. Litteraturz.* a. 1791. *menfe Aug. nr. 208. pag. 239.*

*V e r s i o n e s,*

1) *italice, Francisci Venturi*, Florentini, Venet. per Nic. Bascarium, 1545. 4. — cum vita Dion. a Tommas. Porcaccio (Porcacchi) scripta, cum adnotationibus, tabulis geographicis et chronologicis etc. est septimus annulus, (il settimo anello della Collana historica greca.) Veronae 1738. 4. (vid. *Freytag. anal. litter. pag. 291.*) — *La Militia Romana di Polibio*, di Tito Livio e di *Dionigi Alicarnaseo*. Da *Francesco Patricii dichiarata*, e con varie figure illustrata etc. Ferrariae per Dominicum Marmarellum. 1583. 4. De his vid. *Paitoni bibl. degli autori* — volgarizzati, tom. I. pag. 303 sq.

2) *gallicae*: veteris gallicae versionis *Petri Missonier*, medici Lugd. meminit *Anton. Verderius* in bibl. gallica; sed non videtur esse edita nec illam umquam fuisse repertam, obseruat P. le Iay in praef. ad suam versionem. — Libros tres priores gallice e latino Lappi translato a *Claudio de Tesserat*, nobili Parisino, testatur Franc. a *Cruce Cenomane* in *biblioth. gallica*, pag. 64. Neque hanc memorat *le Iay*, qui profitetur, se primum gallice vertisse libros Dionysii Halic. — *Les Antiquitez Romaines* de *Denys d'Halicarnasse*, traduites du Grec par *le Gabriel François le Iay*, de la *Compagnie de Iesus*. Avec des *Notes historiques, critiques et géographiques*. tom. I. II. Paris. 1722. 4. Iay in praefat. valde laudat Dionysium, eumque fere praefert T. Liuius, et multos laudat, de eo benigne iudicantes. Notae, maximam partem historicae atque antiquariae futurum editorem quodammodo iuuare possunt. Bene vero fecit Iay, quod formas nominum propriorum latinas retinuit, nec more reliquorum suorum popularium truncauit et peruertit. Le Iay quidem adseuerat, se e graeco sermone secundum Hudsoni editionem vertisse; at alii ex latina versione gallicam confectam esse censent. Melior quidem, ex ipsa graeca oratione concinnata esse iudicatur interpretatio *Bellangerii*, Doctoris Sorbonici: *Les Antiquités Romaines de Denys d'Halicarnasse*, traduites en François, avec des *Notes historiques, géographiques, chronologiques et critiques*. Par M \* \* \* tom. I. II. Paris. 1723. 4. Docte eruditeque in praef. agitur de Dionysio Halic. eius caractere, virtutibus historicis et scribendi genere, atque editionibus, interpretibus, in primis pag. XLII sqq. de versione P. le Iay, cuius versionis plura loca seuerè examinantur. Ipsa versio Bellangerii ab aliis V. D. praefertur superiori, et notae subiectae cum criticae tum historicae atque antiquariae dignae sunt, quae a futuro editore conferantur atque expendantur. In plerisque actis litterariis gallicis vtriusque versio recensetur, et patres societatis Iesu mire laudarunt socium *le Iay*. vide, si vis, *Mem. de Trevoux* a. 1722. pag. 550. a. 1723. nr. 50. a. 1724. nr. 5. pag. 64 sqq. pag. 645. *Le Iay*, (iudicatur,) à donné une traduction (des pensées,) *Bellanger une version* (des mots.) adde *Iourn. des Sav.* pag. 470. a. 1724. pag. 304. pag. 426. In *bibl. Françoisise* tom. XIV. pag. 101. dicitur: *Le Pere le Iay peut être mieux écrit, mais Mr. Bellanger à incomparablement mieux traduit.*

*Traité de l'arrangement des mots traduits du Grec de Denys d'Halicarn.* avec la *Langue grecque* et la *Tragédie de Polieucte* de P. Corneille avec les *Remarques* par M. l'Abbé *Batteux*. Paris. 1788. 8. conf. *ephem. litter. Gothan. ausländische Litteratur.* 1790. nr. 17. *Ien. Allg. Litteraturz.* *menfe Dec. 1789. pag. 538 sqq.*

3) *Anglice vertit Edward Spelman*, cum notis et dissertatt. Londini. 1759. 4.

4) *Germanice, Io. Laur. Benzler*, Lemgou. 1771 sq. 8. conf. philol. bibl. vol. I. part. 7. Göttingae 1772. 8. pag. 431 sqq. *Coriolani* historiam in Thomsons Agamemnon et Coriolan. Lipsiae 1760. 8. — de caractere Thucydidis libellum vertit *Meusel* in bibl. histor. Gatterer. vol. VI. nr. 1.

*Versiones latinae iam antea memoratae sunt.*

### *Scripta illustrantia.*

*Io. Christiani Gottleberi* Obseruatt. in quaedam loca Dionysii Halic. specim. I—IV. Annaemontan. 1769 et 1770. 4. et in nouis actis erudit. Lips. 1771. mens. Maio et Iun.

*Grimmii* progr. lectio. Dionysian. fasc. I—IV. Annaemont. 1782 sq. cf. eiusd. praef. ad edit. Archaeol. Dion. pag. XIII.

*Chr. Frid. Matthaei* progr. de Dionysio Halicarn. Wittebergae 1789. 4. Insunt obss. in Dionysii epistolam ad Ammaeum et iudicium de Isocrate.

*Schlosseri* Apologie des Thucydidés gegen einen Tadel des Dionysf. von Halikarn. in: Neuen Deutschen Museum, part. II. m. Febr. 1790. pag. 153 sqq.

*Boivin* tres commentatt. in Mem. Paris. des Inscr. vol. II. pag. 319 sqq. 374 sqq. 400 sqq. item *Couture* diss. sur un endroit du II. Livre de Denys d'Halic. ibid. tom. III. pag. 573 sq. — In Historia illius societatis Paris. varia loca Dionysii explicantur aut emendantur; a *Baudelot* tom. I. (ex versione Gottschediae germanica,) pag. 217 sq. Dionysius ex Thucydidé corrigitur, de Acantho, qui primus in ludis Olymp. nudus certauit de praemio; tom. IX. pag. 126 sqq. a *Frereto* de origine primorum in Italia populorum, et quidem de coloniis pelag. ac graecis. Is putat, primum Halic. archaeologiae librum similem esse libello romanensi. Alios libellos iam antea memorauit, et paullo post in notitia minorum Dionysii opusculorum indicabo. *Hark.*

IV. In locum libri I. Antiquitatum de insula Samothrace ac diis Troicis prolixos commentarios graece scripsit *Iohannes Magister*, cognomine *Canabutus* siue *Canabuxa*, [paullo ante a. 1462. origine forsan Italus, natione vero Graecus,] quos memorat *Labbeus* pag. 108. bibl. nou. MSS. et edere pridem constituerat *Leo Allatius*. [vid. *Leon. Allatium* de mensura temporum etc. edit. a Bartoldo Nihusio, Colon. Agripp. 1645. 8. in adpendice pag. 249. nr. 46.] Exstant etiam manu exarati in biblioth. Vindobonensi imperatoris, distincti in capita XCVI. quorum titulos 96. post *Lambecium* edidit *Nesselius* in catalogo MSS. inter codices historicos pag. 165 sq. [P] *Fabric.* — Sed de Canabutio codice Vindobonensi, et argumento, longe copiosius diligentiusque disseruerunt *Lambecius* et *Kollarus* in supplem. ad *Lambecii* commentarios, cod. LXXXIII. pag. 504—534. — De codice Paris. inscripto: *Ἰωάννης Καναβάτζης τῆ Μαγίστορος πρὸς τὸν αὐθέρη* (lege, ut est in cod. Vindobonensi, *αὐθέρην*) τῆς Αἴβης καὶ Σαμοθράκης, multus est *St. Croix* in: Notices et Extraits des MSS. de la Biblioth. du Roi lûs au Comitè etabli par Sa Majesté dans l'Acad. des Inscr. tom. I. Paris. 1787. 4. pag. 538—541. Cum cod. Parisino conuenit cod. CCXXXIV. in bibl. regia *Taurinensi*. vide catal. codd. graecorum illius bibl. pag. 316 sqq. vbi prooemium integrum, (quod

etiam maximam partem a Lambecio et Kollaro factum esse, scire nondum potuit editor illius catalogi,) graece cum versione latina promulgatum est. *Petrus Morinus*, (notante Fabricio in nota mista,) in *Opusculis* pag. 405. ait, Canabuzium ibi maxime se probasse, ubi refellit Dionysii Halicarn. errorem, ex illis Hellenismi tenebris ortum, quas lux euangelica discussit. *Harl.*

V. Testatur Dionysius ipse <sup>q)</sup>, se in historia sua voluisse referre ac servare characterem ἐξ ἀπάσης ἰδέας μικτὸν, ἐναγωγὸς τε καὶ θεωρητικῆς quiddam ex rerum gestarum narratione et speculatione philosophica mixtum, itaque ut diligentissime et romanis ipsis scriptoribus longe accuratius describit rempublicam romanam ritusque, et temporis notationem, adfidue magno studio adiungit; ita hinc inde digreditur, et orationes quandoque longiores inter-iungit, quo ipso iucundiorum lectu esse iudicavit Photius. Stoicae philosophiae fuisse, *Vof-fius* obseruat lib. I. de Idololatria cap. 10. Dictione autem vitur tam pura ac dilucida, ut cognitionem graecae linguae consequi cupientibus Dionysii lectionem, non ab-re prae ceteris commendarit Hermannus ab Hardt in *Studio* <sup>r)</sup> suo graeco. *Hugo Grotius* epist. 189. ad Gallos, in romana, inquit, historia obliuiscendum non est, plus ferme frugis e graecis au-ctoribus, quam e romanis hauriri, quia mores ritusque publicos exteri diligentius obseruant traduntque. Idem Polybii et Dionysii exemplo probat auctor dissertationis, gallice editae, in diario litterario Hageniensi, *Lettres serieuses et badines*, tom. IV. p. 550 sqq. que les Etran-gers sont plus en état d'ecrive l'histoire d'un pais, que les naturels memes. Dionysium ta-men, hominem graecum, interdum esse falsum imperitia proprietatis vocum latinarum, no-tat *Salmassus* pag. 698. de modo vsurarum.

VI. Scripserat praeterea Dionysius *Epitomen harum antiquitatum libris quinque*, *Stepha-no Byz.* laudatam in Ἀρίστεα et Κορίολλα, sed illa iam pridem intercidit. De ea videndus *Photius* cod. LXXXIV. et *H. Stephanus* operae I. in Dionysium cap. 5 et 7. Etiam librum περὶ χρόνων scripsisse se, innuit *Dionysius* lib. I. p. 60. in quo docuit, qua ratione graecam supputandi ad romanam rationem liceat dirigere. Meminit et *Clemens Alex.* I. Strom. p. 320. Παλαιότερα δὲ τῶν Ἑλληνικῶν <sup>s)</sup> τὰ Ἀργολικὰ, τὰ ἀπὸ Ἰνάχης λέγω, ὡς Διονύσιος ὁ Ἀλι-καρνασσεὺς ἐν τοῖς χρόνοις διδάσκει. *Suidas*: Εὐριπίδης τραγικὸς, τῶν προτέρων ἀδελφῶν δὲς ὡς Διονύσιος ἐν χρόνοις. Sed haec *Hudsono* pridem obseruata. [*Boivin* l'ainé in *Mem. de Litterat. des Inscr.* vol. II. pag. 380 sqq. probatum it, Epitomen illam et librum de tem-poribus fuisse vnum idemque opus, aut librum quemdam epitomes fuisse canonem tem-poris.]

VII. Nunc ad alia Dionysii scripta accedere par est, critica et rhetorica, tum illa, quae exstant, tum, quae perierunt. Exstant vero haec sane eximia et lectu digna, nisi quod acer-bam nimis criticam quandoque exercere videtur Dionysius, in his scriptis, quae iunior aetate et feruentior edidit, neque enim dubium est, haec ante antiquitates ab eo composita fuisse. Conf.

q) Lib. I. pag. 7.

r) Editus est Helmstadii 1700. 8.

s) Pro Hellenicis alii male posuerunt Graecos;

quod reprehendit *Boivin*, neque tamen emen-datum est in noua editione *Clementis Oxoniensi* pag. 379.

Conf. de edit. Works of the Learned 1704. pag. 422. . [De Dion. critico Vales. emendat. et de critica pag. 149.]

VIII. ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ὈΝΟΜΑΤΩΝ <sup>1)</sup> *de structura Orationis* liber, ad Rufum Melitium <sup>2)</sup> siue, vt Sylburg. Minucium <sup>3)</sup>. Graece primus edidit et [P] Aldus inter veteres Rhetoras, Venet. 1508. fol. Prodiit et graece Argent. 1550. 8. cum aliis Dionysii opp. edit. Rob. Stephani in fol. et Sylburgio curante in tomo posteriore operum Dionysii Wecheliano. — Latine vertit vtrumque et exempla latina addidit *Samuel Birkouius*, Polonus, in academia Samoscesi professor. Prodiit graece et lat. Samoscei a. 1604. 4. [plura de rara hac editione notat *Io. Dan. Janoski* in Nachricht von den in der Zaluskischen Bibl. sich befindenden raren polnischen Büchern, part. V. pag. 214 sqq. vbi a. 1602. per errorem editum scribit librum, sed in catalog. biblioth. Bernensis I. pag. 281. idem annus 1604. notatur. Illam edit. laudat *Casaub.* lib. de Enthusiasmo cap. IV. pag. 118.] Eadem *Bircouii* versio ab *A. Schotto* recensita et breuibus scholiis illustrata exstat in editione Dionysii latina Hannon. 1615. 8. — Longe emendatiorem versionem edidit, graeca castigauit, et notas Sylburgii variorumque et suas addidit *Jacobus Vptonus*, Etonensis, Lond. 1702. 8. cuius editionem laudatam, si placet, vide in actis erud. a. 1703. pag. 44.

[In hac editione Sylburgii recensitionem erat sequutus. Postea secundis curis, vsus subsidiis, quas *Hudson.* a *Michael Lequienio* acceperat, emendatiorem emisit editionem, in qua, vt ipse *Vptonus* in praefatione ait, multa prius aut mutila aut luxata e codicibus calamo exaratis, duobus praecipue regis et vno *Colbertino* feliciter in hac impressione restituta sunt. Epigraphie autem haec est:

Διονυσίος Ἄλιμ. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. *Dionysii Halic. de structura orationis liber.* Ex recensitione *Iac. Vptoni*, A. M. collegii regalis apud Cantab. nuper socii: qui et veterem interpretationem emendauit, et notis integris *Frid. Sylburgii* selectisque aliorum, suas passim animaduersiones adiecit. His accesserunt *Simonis Bircouii* exempla latina, (graecis *Dionysii* respondentia,) cum duobus indicibus. Londini, impensis R. Kniploek. 1728. 8. — Tertium emendatusque ibidem 1747. mai. 8. (vid. Acta erudit. Lips. a. 1754. m. Febr. pag. 57 sqq. vbi quaedam corriguntur,) *Bircouii* versionem valde carpit *Vpton.* in praefatione.

*Fabricius* in margine manu scripserat: „*Theodorus Gaza* librum *Dionysii Halic.* de compositione orationis latine vertisse traditur apud *Oudinum* tom. III. de scriptoribus ecclesiasticis pag. 2541.“ Idem tom. IX. B. Gr. pag. 195. ex *Volaterrano* lib. XV. comm. vii.

Ddd 2

fol. 157.

f) Etiam *Dionysius Longinus* hoc de argumento duobus libris scripserat post nostrum *Dionysium* [vid. *Longin.* de sublimit. sect. 39.] et longe acriore atque exquisitiore iudicio valuisse videtur *Tan. Fabro* in notis ad *Longin.* pag. 208. edit. *Toilianae*, pollicito, hoc se ostensurum in locis, quos vterque examinauit. *Io. Hudson* praefat. ad *Longinum* suspicatur, illi potius adtribuendum hunc librum, quam *Dionysio Halicarnaseo*. [*Io. Siciliota* in comment. msto in Her-

mogenem multum praefert *Longino Dionysium*: sed iure dissentit *Ruhnken.* in diss. de *Longino*, §. 6 et 12. *Havl.*]

u) In msto regio *Parisi.* et *Colbertino Melitium*.

v) Conf. *Morhof.* polyh. lit. VI. 1. 4. *Dionysii Halic.* librum *Valesius* ad *Eusebii* histor. eccles. VII. 25. pag. 137. errore memoriae nominat *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Heumann.*

fol. 157. refert, Gazam vertisse; addit vero, neminem se vidisse, qui illam interpretationem memorasset. Enimuero reuera exstat illa versio, typis descripta, et a cel. *Morellio* in nota ad *Pinelli* bibl. tom. III. p. 9 sq. rarissimi illius libri editio diligenter curateque notatur, ita inscripta:

*Dionysii Hal.* praecepta de oratione nuptiali, de oratione natalitia et de oratione epithalamio a *Theodoro Gaza* latine reddita. Oratio in nuptiis Hugutionis Contrarii et Camillae Piae. *Claudiani* carmen de Phoenice. Cremonae sine anni et typographi nota, saec. XV. 4. (ante annum 1492. fortasse per *Bernardin. de Misintis* praelo exiisse illam editionem, animaduertit *Morellius*, vir humanissimus.) Idem *Morellius* l. c. pag. 21. et *Saxius* in historia lit. typogr. Mediol. p. DCX. alteram editionem indicant huius sententiae:

*Chirii Consulti Fortunatiani* rhetoricorum libri III. Dialectica et computus. *Dionysii Halic.* praecepta de orat. nuptiali, natalitia et epithalamiis, latine reddita a *Theodoro Gaza* etc. edente *Francisco Puteolano*; absque vlla nota, (Mediolani,) saec. XV. 4. Add. *Denis* supplem. annal. typogr. Maitt. pag. 553. *Harl.*]

Denique ex *Vptoni* editione hunc librum in posteriorem *Dionysii* sui tomum recepit *Hudsonus*, versione locis quibusdam interpolata et graecis castigatis ad codices binos regis Christianissimi, et vnum *Colbertinum*, quorum vsum *Michael le Quien* ipsi comparauit. [*Hardionis* emendatio loci cuiusdam, in: *Hist. de l'acad. des Inscript.* vol. V. pag. 138. aut secundum vers. *Gottschediae* germ. tom. III. pag. 254 sqq. *Harl.*]

IX. *TEXNH, Ars Rhetorica* ad *Echecratem*, duodecim capitibus constans et omnium, quae ex *Dionysii* scriptis exstant, *Hudsono* iudice, mendosissimum. Graece inter *Rhetoras Aldi* 1508. fol. et in editione *Dionysii Parisiensi* *Rob. Stephani*, et *Wecheliana*. Prima quatuor capita *περὶ τῶν πανηγυρικῶν, μέθοδον γαμηλιῶν, γενεθλιακῶν* et *ἐπιθαλαμίων* latine vertit *M. Antonius Antimachus*, *Ferrariensis*, quae versio ex edit. *Basil.* 1539. fol. legitur in calce editionis *Wecheliana* tom. II. pag. 199. At caput V. *μέθοδον προσφωνηματικῶν* et VI. *ἐπιταφίων* latina interpretatione donauit *Guil. Gratius*, *Brugensis*, *Iesuita*. Caput VII. *προτροπικὸν ἀθληταῖς* et VIII. *περὶ ἐσχηματισμένων* translulit *Andreas Schottus*. IX. *περὶ ἐσχηματισμένων* siue de figurata dictione tractatum posteriorem, tum et X et XI. *περὶ τῶν ἐν μελέτῃ πλημμελεσμένων* et *περὶ τῶν ἐν μελέταις ἀτεχνίας* *Guil. Gratius*. Caput XII. *περὶ λόγων ἐξετάσεως* *A. Schottus*. Latine haec omnia leguntur in editione *Dionysii* latina *Hapnouiensi* ann. 1615. 8. sed capita X. XI. XII. a prioribus male distracta sunt, et reiecta ad pag. 168 sq. *Hudsonus* versionem hinc inde emendauit et graeca castigauit ad codices binos regis *Galliae*, tum ad *Colbertinum*, *Iamesii* item, *theologi Cantabrigiensis* et *Rogeri Galei*. *Tan. Faber* in notis ad *Longinum* pag. 135. *τέχνην* *Dionysii* nostri, quod miror, esse negat: atqui *Dionysii* dictionem habet ac characterem, pollicetur etiam librum de imitatione pag. 64. quem a nostro scriptum constat. Laudat sane *Nicostrati* dictionem pag. 36. λέξες δὲ χρησίων ἀφελῆι μᾶλλον ἔγγυς Ξενοφῶντος τε καὶ Νικοστράτου βαίνοντα. Sed neutiquam intelligendus *Nicostratus*, *Macedo*, sub *M. Antonino* [P] clarus, de quo *Suidas*, *Philostrotus* de *Sophist.* pag. 618. et *Alciatus* II. 49. *parergon*, non magis quam *sophista iunior Tarpezuntius*, qui historiam scripsit a *Philippo Arabe* ad *Odenatum* vsque *Palmyrenum* et *Valeriani infelicem* in *Persas* expeditionem, teste *Euagrio* lib. V. cap. vlt. *Historiae Eccles.* Constat enim, plures floruisse *Nicostratos* antiquiores, vt illum, aduersus quem *Demosthenes* dixit *Orationem* LIX.



nem LIX. ne de aliis in praesenti memorem. Menander quoque siue Alexander, rhetor, (Dionysium, ut videtur, nostrum sequutus,) Xenophontem ac Nicostratum coniungit, eorumque, sed et Dionis Chrysofostomi ac Philostrati dictionem eius, qui heroica atque imagines scripsit, adfirmat ἀπλῶς εἶναι καὶ ἀσφωλευτέραν. [In biblioth. Bessarionis quondam fuisse *Nicostrati* libellum hodie deperditum, de *senatu habendo*, ex aliorum narratione refert *Villoison*. anecd. gr. tom. II. pag. 263. not. Illum libellum laudat *Pompeius Festus* voc. *Senacula*. adde *Nicostratum*, comicum, de quo supra in vol. II. pag. 472. *Harl.*] — De Mureti vero errore, qui ex loco τέχνης huius, quo pag. 37. Dionysius Isocratem ἐταῖρον suum vocat, iuniorem quendam Isocratem est commentus, dixi lib. II. cap. 26. §. 5.

X. ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ <sup>w)</sup> siue τῶν ἀρχαίων κρείσσις, graece primum cum aliis quibusdam Dionysii scriptis criticis, mox commemorandis, prodiit Paris. an. 1554. 8. edente *H. Stephano*, qui e Cicerone et Quinctiliano iudicia de iisdem scriptoribus adiunxit. Latine vertit *Stanislaus Iouius*, Polonus, Basil. 1557. 8. inscripsitque *de praecipuis graecae linguae auctoribus elogia*. Iouii translatio recusa est in editione Wecheliana tom. II. pag. 206. et in latina Hanouiuensi, et in graecolatina Hudsoniana. Scriptores, de quibus iudicium fert Dionysius in praesenti libro, hi sunt: Homerus, Hesiodus, Antimachus, Panyasis, Pindarus, Simonides, Stesichorus, Alcaeus, Aeschylus, Sophocles et Euripides: Herodotus et Thucydides, Philistus et Xenophon, ac Theopompus, tum Pythagorei et Plato atque iterum Xenophon et Aristoteles. Lysias praeterea et Isocrates, Demosthenes, Aeschines, et Hyperides.

XI. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ἈΤΤΙΚΩΝ ῬΗΤΟΡΩΝ ὑπομνηματισμοὶ πρὸς Ἀμμαῖον. *De Oratoribus Atticis ad Ammaeum commentarii*. Horum prima pars duntaxat extat, περὶ τῶν πρεσβυτέρων, de antiquioribus, *Lysia, Isocrate, Isao*. Ex altera de iunioribus Oratoribus Atticis, *Demosthene, Hyperide et Aeschine* superest tantummodo caput, initio mutilum et hinc inde hians, περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος, et tractatio non integra de *Dinarcho*. Tertia pars de Historicis et ceteris scriptoribus Atticis, a Dionysio promissa incertum, an perfecta, certe ad nos non peruenit. Quae de *Lysia et Isocrate* commentatus est Dionysius, primus cum Lysiae orationibus et Isocratis graece edidit Aldus ann. 1518. fol. post Aldum R. Stephanus ad calcem Antiquitatum Dionysii ann. 1547. fol. [Prooemium in *H. Steph.* scriptis Dionysii criticis, in 8. — Dion. iudicia de pluribus oratoribus Reiske inseruit editioni suae oratorum graecor. atque illustrauit. *Harl.*] Latine translulit [P] *Matthias Martinez de Waucquier*, Middelburgicus, et quae de Isocrate, Hieron. Wolfius, cuius versionem Sylburgius quoque in Wecheliana editione exhibuit. Tom. II. pag. 211. Quae autem de *Isaao et Dinarcho*, P. Victorius graece vulgavit e biblioth. Medicea Lugd. 1580. 8 [in catal. Pinell. III. pag. 8. indicatur a. 1541. 4.] apud Tornaes. — Vertit latine A. Schottus, ac de

Ddd 3 Dinarcho

w) De caractere σημῶν, in quo χνῆς ἀρχαιοπινῆς et χάρις ἀβίαιος, vid. Hist. de l'Acad. des Inscri. tom. III. pag. 191 sqq. *Salmas.* ad Tertull. de pallio pag. 233 sq. et contra Cercoetium pag. 173 sqq. *Gedoy*n in Hist. de l'Acad. des Inscri.

vol. V. pag. 126 sqq. et *Hardio* pag. 136 sqq. aut sec. versionem Gottschediac german. tom. III. pag. 239 sqq. et 251 — 254. prior contra *Salmasium* disputat, et *Petauii* expositionem maximam partem amplectitur. *Harl.*

Dinarcho idem, quem dixi, Martinesius siue Martinus. Quae de dicendi vi denique, quae singularis fuit in *Demosthene*, primus e recentiore MS. codice et schedis, e Lollini bibliotheca a Don Zellino communicatis graece edidit Frid. Sylburgius, latine Martinesius conuertit. Exstant haec latine in editione Hanouienfi a. 1615. 8. Graece in Wecheliana, graece et latine in Hudfoniana, qui duobus MSS. biblioth. regis Galliae ad graeca castiganda vsus est, et in Isaeo ac Dinarcho et Demosthene, codice ex MS. biblioth. Bodleianae.

XII. EPISTOLA I. AD AMMAEVM, (quem *φίλατον* siue amicissimum vocat,) de aetate scriptorum *Demosthenis et Aristotelis*, siue quod Demosthenes artem rhetoricam non didicerit ex Aristotele, neque orationibus suis ad eius praeccepta conformatis omnium oratorum praestantissimus euaserit. Graece primus edidit *H. Stephanus* 1554. 8. [— gr. et lat. item Franc. Fabricii vita Demosthenis, Colon. 1573. 8. in catal. bibl. Bernens. I. pag. 281.] latine vertit et textum graec. addidit in sua Demosthenis editione *H. Wolfius*, (Francof. 1604. fol. pag. 50 sqq.) cuius versionem recudi curauit Sylburgius tom. II. pag. 223. *A. Schotti* \*) translatio cum eius notis exstat in editione Dionysii Hanouienfi latina a. 1615. 8. et in graecolatina Hudfoni, qui vsus MS. codice regio ad graeca castiganda.

XIII. EPISTOLA II. AD AMMAEVM *περὶ τῶν Θεουκλίδος ἰδιωμάτων*, de iis, quae *Thucydidi propria sunt*. Scripta post librum copiosorem de Thucydide, de quo mox, et graece vulgata ab Aldo [cum Thucydide, Venet. 1502. fol. et a Iunta, Florent. 1526. fol. ab Aldo itidem] inter graecos rhetoras a. 1508. fol. tum a Ioachimo Camerario a. 1540. et aliis quibusdam Thucydidis editoribus, et ab Rob. Stephano cum antiquitatibus Dionysii a. 1547. fol. et in editione Dionysii Wecheliana. Latine *Matthia Martinez* interprete in editione latina Hanouienfi et in graecolatina Hudfoni, qui ad graeca emendanda adhibuit duos regios gallicos codices et vnum Colbertinum.

XIV. DE THUCYDIDE, *Liber ad Q. Aulum Tuberonem περὶ τῆς Θεουκλίδος χαρακτῆρος καὶ τῶν λοιπῶν τῆς συγγραφῆως ἰδιωμάτων*. Graece primus e codice *Andreae Dudithii*, Pannonii, quem a Paulo Manutio acceperat, edidit Sylburgius in editione Wecheliana. Subiunxit idem tom. II. pag. 241. perelegantem Dudithii translationem, quae prodierat Venet. 1560. 4. apud Manutium, et Basil. 1579. 8. [in Penu artis historicae, tom. I. pag. 915] Exstat etiam in latina Dionysii [P] editione Hanouienfi et in graecolatina Hudfoni, qui vsus ad graeca castiganda codice MS. Bodleiano, erudita H. Saulii manu hinc inde notato. Laudant hunc librum ex merito Rogerus Aschamus in epistola de imitatione, scripta ad Ioh. Sturmium, et adnexa etiam *Rolandi Marefi* epistolis pag. 602—604.

XV. EPISTOLA AD CN. POMPEIVM (*πρὸς Γναῖον Πομπήσιον*) de Platone, qua exponit, quid in eius philosophi dictione et quam ob rem improbarit, adiuncto iudicio de historicis, quos praecipue imitatione dignos esse putat, *Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philisto, Theopompo*. Hanc epistolam graece primus cum aliis quibusdam Dionysii

\*) Confer Vitas Demosthenis et Aristotelis comparatas A. Schotto auctore, Augustae Vindel. 1603. 4.

nysii scriptis vulgavit Carol. Stephanus, Paris. 1554. 8. [vid. supra in notitia editt. ad hunc annum.] latine vertit *Stanislaus Houur*, Polonus, Basil. 1557. 8. diuisam in bina opuscula, quorum vnum sub titulo comparationis excellentissimorum historicorum inscriptum dedicauit Ioh. Teacinio Comiti, alterum inscripsit Caclio secundo Curioni, praeceptori suo. Haec versio recusa legitur in editione Wecheliana, tom. II. pag. 229. et in latina Hanouisiensi, atque in graecolatina Hadsoni, qui codice MS. regis christianissimi vsu se testatur ad graecum contextum castigandum. *Geaoyv* gallice vertit, vid. *Histor. acad. Paris. Infer. tom. III. pag. 187. 201. 203.*

Quod Sylburgius in praefat. ad tomum posteriorem promittit primi tomii spicilegium et secundi auctarium, lucem non vidit, sed cum praestantissimo auctore intercudit.

XVI. Perierunt etiam scripta varia critica et rhetorica Dionysii ipsius, vt eidem Sylburgio iam obseruatum.

Desiderantur sane haec, praeter epitomen operis antiqq. rom. supra, §. VI. memoratam:

1) *Περὶ μιμήσεως, de imitatione ad Demetrium ὑπομνηματισμοὶ γ' commentarii III. an,* et quinam et quomodo imitandi sint scriptores eximii <sup>9)</sup>. *Dionys. Epist. ad Pompei. pag. 128. et lib. de Thucydide sub init. Scholiast. Hermogenis 1) περὶ ἰδεῶν pag. 378. laudat Dionysium περὶ μιμήσεως, χαρακτήρων καὶ συνθέσεως ὀνομάτων,* quae tria distincta sunt scripta. Nam eadem pagina citat Dionysium ἐν τῷ πρώτῳ χαρακτήρων, mox ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, atque iterum ἐν τῷ περὶ μιμήσεως, ex quo etiam proferuntur quaedam pag. 411. atque ex secundo περὶ χαρακτήρων. Recte igitur *Meurfus* in libro de Dionysiiis distinxit scripta περὶ μιμήσεως ἢ περὶ χαρακτήρων. [adde *Valesii* emendatt. III. cap. 14. pag. 96. *Harl.*] — Non absurde autem Sylburgius operis περὶ χαρακτήρων ἐκλογὴν esse putabat τῆς τῶν παλαιῶν χαρακτῆρας, de quibus dixi supra §. 10. et de libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, §. 8.

2) *Περὶ τῆς πραγματικῆς Δημοσθένους δεινότητος,* de Demosthenis in rerum tractatione admirando acumine ac vi, (vt περὶ λεκτικῆς δεινότητος eiusdem oratoris differuit in ὑπομνηματισμοῖς, quos habemus de rhetoribus Atticis ad Ammaeum.)

3) De Hyperide et Aeschine, tum historicis, philosophis, ac ceteris scriptoribus Atticis ὑπομνηματισμοὶ. [P]

4) Liber περὶ τῆς ἐκλογῆς ὀνομάτων, *de delectu verborum*, quem Rufo promittit in lib. de verborum compositione. *Fabric. Schol. Venetus* ad Hom. Iliad. ὁ. 705. laudat Dionys. Halic. ἐν τετάρτῳ ἀττικῶν ὀνομάτων et particulam excerpit. Sed Aelium Dionysium habuisse auctorem videtur *Villoisonio* in proleg. ad Hom. pag. fin. *Harl.*

5) Liber

9) Vide supra in notitia codicum de cod. medic. Florent. et *Reiskium* in praefat. ad vol. I. pag. XX. vbi locum citat ex schol. ad Hermoge-

nem ab Aldo editis pag. 411. lin. 15 — 29. e libro περὶ μιμήσεως, et pag. 412. lin. 15 — 36. alium ex libro Dionysii περὶ χαρακτήρων, *Harl.*

5) Liber de Lysia et internoscendis eius orationibus ἰδίαν δὲ περὶ τῶν ῥήτορες πραγματείαν συνταττόμενες etc. *Dionysius* in Lysia pag. 86. Confer in Isaeo sub init.

6) Ὑπὲρ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας πρὸς τὸς κατατρέχοντας αὐτὴν ἀδίκως, adversus eos, qui politicam philosophiam iniuste reprehenderunt. *Dionys.* lib. de Thucydide pag. 137.

Denique Dionysium Halicarnasense inter eos, qui *Epicuri* famam scriptis lacerarunt, refert *Laertius* lib. X. sect. 4. quod forte in libro iam dicto de civili philosophia factum.

XVII. Citatur praeterea Dionysius Halicarnasenseus περὶ ἑρμηνείας in scholiis ad Aristoph. Nubes v. 400. Vnde librum de elocutione, qui legitur sub nomine *Demetrii Phalerei*, et in quo locus a scholiaste comici laudatus occurrit, Dionysio nostro tribuunt *Angelus Politianus* l. 64. miscell. et lib. I. epist. I. *Aldus Manut.* siue *Marcus Musurus* in orthographia dictionum graecar. ad Statium voc. *Sunion*, *H. Valesius* ad excerpta Peiresciana pag. 65. [et de re critica pag. 156. ubi tamen in nota dissentit *Burm.*] *Is. Vossius* ad Catull. pag. 153. et in libro de poematum cantu et viribus rhythmici, *Menagius* pag. 59 et 222. ad *Laertium*. *Bernard. Moneta* tom. III. Menagianorum p. 580 sq. Sed hoc de libro dictum a me est infra lib. IV. cap. 31.

XVIII. Dionysio etiam nostro librum de vita *Homeri*, qui sub *Plutarchi* nomine exstat, tribuit praestantissimus vir, *Thomas Galeus*, qua de sententia vide, si placet, quae dixi lib. II. cap. I. §. 4.

XIX. Index scriptorum, a *Dionysio Halicarnasensi* citatorum, accommodatus ad paginas editionis *Wschelianae*, cuius paginas *Oxonienfis*, vnde hic elenchus depromptus est, in ora paginarum interiori adscriptas habet. A. Tomum priorem, B. posteriorem aenotat.

|  |                               |   |  |
|--|-------------------------------|---|--|
| Acufulzus, Argivus-                          | B. 138.                       | Anaxilaus                                     | A. 1.                                    |
| Aelii  | A. 6.                         | Anaximenes                                    | B. III. 120. 167.                        |
| Aelius Tubero                                | A. 67.                        | Andocides                                     | B. 82. 161.                              |
| Agathyllus A. 58.                            | Agathyllus, Arcas, poeta      | Antias. Vide Valerius. [P]                    |  |
|  | A. 39.                        | Antigonus (seu potius Antiochus)              | A. 5.                                    |
| Aeschylus B. 22. 69. 187.                    | Aeschylus ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ | Antilogus (vel potius Antiochus), Syracusanus | A. 5.                                    |
| Aeschines B. 71. 120. 196. 185.              | eius locus B. 185. 197. etc.  | Antimachus B. 68.                             | Antimachus, Colophonius B. 23.           |
| Alcaeus                                      | A. 336. B. 19. 28. 69.        | Antiochus pag. 5.                             | Antiochus, Syracusanus                   |
| Alcidamas                                    | B. III. 120.                  | A. 10. 18. 27. 59.                            | Antiochus, Xenophanis f. A. 10.          |
| Amelesagoras (seu Melesagoras), Chalcedonius | B. 138.                       | Antiphon B. 120. 162. 167.                    | Antiphon, Rhamnusius B. 9. 23. III. 161. |
| Anacreon                                     | B. 26. 188.                   | Antisthenes, Socraticus                       | B. 161.                                  |
| Anaxagoras                                   | B. 47. 57.                    |   | Aphareus,                                |

|  |   |  |   |
|--|---|--|---|
| Aphareus, Ifoer. f.  | B. 102. 119.  | Cephalo, Gergithius  | A. 39. 58.  |
| C. Aquilius  | A. 200.   | Cephisodorus B. III. 120. 127.                                     | Cephisodorus,   |
| Aratinus <sup>2)</sup> . Vide Arclinus.  |   | Atheniensis  | B. 102.   |
| Archilochi versus  | B. 16.  | Chaeron (seu potius) Charon  | B. 129.   |
| Archinus   | B. 178.   | Charon, Lampfacenus  | B. 138.   |
| Arclinus   | A. 55. 56.  | Chrysiippus, Stoicus B. 5.   | ὁ γράψας παρὶ   |
| Argiuorum sacerdotum commentarii   | A. 50.  | τῆς συντάξεως τῶν τῆ λογῆ μορίων                                   | B. 5.   |
| Aristaeus (siue Aristaeas), Proconnesius   | B. 146.   | Cincius A. 105. 106. L. Cincius, senator, A.                       | I. 5. 60. 64.   |
| Aristocles   | B. 115.   | Cratinus   | B. 47. 67.  |
| Aristophanes B. 23. eius locus   | B. 29.  | Cratippus  | B. 143.   |
| Aristoteles A. 58. B. 2. 27. 28. 192. ἐν τῇ πρώτῃ βιβλῷ sc. τῆς ῥητορικῆς                                    | B. 121. eius  | Critias  | B. 28. III. 161.  |
| τοπικαί, ἀναλυτικαί et μεθοδικαί συντάξεις memorantur B. 121. 122. locus eius ἐν τῇ δευτέρῃ βιβλῷ τῶν τεχνῶν | B. 123. 124. 125. ἐν τῇ τρίτῃ βιβλῷ τῶν ῥητορικῶν τεχνῶν. | Ctesias, Cnidius   | B. 9.   |
| Aristoxenus B. 192. Aristoxenus, musicus   | B. 11.  | Damastes, Sigensis   | A. 58. B. 138.  |
| Aristus vel Arithous ὁ γράψας τὰ Ἀρκαδικὰ  | A. 39.  | Deiochus, Proconnesius   | B. 138. [P]   |
| Artamenes  | B. 151.   | Demades  | B. 76. 119. 124.  |
| Asiani oratores  | B. 80. 81.  | Demagogas  | A. 58.  |
| Bacchylidis locus  | B. 30.  | Demetrius B. 127. Demetrius, Calantianus                           | B. 5. Demetrius, Magnes ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμώνυμων πραγματείᾳ        |
| Cadmus, Milesius   | B. 146.   | B. 112. Demetrius,   | B. 113. 127. 166. 195.  |
| Caecilius  | B. 130.   | Phalereus  | B. 113. 127. 166. 195.  |
| Callaeschri dictum   | B. 39.  | Democles, Phygelenis (seu potius Phygaleus)                        | B. 138.   |
| Callias ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράφας  | A. 58.  | Democlidis   | B. 117.   |
| Calliocrates   | B. 1. 18.   | Democritus   | B. 28.  |
| Callimachus  | B. 105. 112. 116. 171.                                    | Demosthenes B. II. 17. 20. 28. 39. 46. 53. 61. 69. etc. eius locus | B. 7. 8. 30. 45. 71. 168. 196. 197. 180. ἐν τῇ Δισχίνης κατηγορίᾳ |
| Callistratus   | A. 55.  | 171. ἐν τῇ Ἀριτοκράτους κατηγορίᾳ                                  | B. 28. 29. 171. ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν                           |
| Calpurnii  | A. 6.   | ἐν τῷ κατὰ Κάνωνος   | B. 170. ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος                                    |
| Calpurnius Piso A. 64. Vide Piso.  |   | B. 29. 172. 182. 183. ἐν τῷ περὶ παραπροσβείας                     | B. 58. ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου  |
| Cato A. II. 220. quaere reliqua in Porcius.  |   | B. 28. 163. 175. 176. 190. ἐν τῷ περὶ τῆς πρὸς Βασιλέα πολέμου     | B. 162. ἐν τῷ περὶ τῆς Στεφάνου                                   |
| Censoriae tabulae  | A. 60. 225.   | B. 18. 56. 57. 124. ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν                       | B. 46. 56. eius orationes   |

<sup>2)</sup> Falsam esse hanc scripturam et lectionem in Dionysio Hal. patet quoque ex eo, quod Ioan. Magister Canabucius legit τὴν γράψαν ὁ ποιητὴς ἄρ-

κτῆνος etc. vide Ioannis illius locum apud Kollarium in suppl. ad Lamb. comm. pag. 51. Harl.

- tiones memorantur B. 120. 123. 124. 125.  
 126. 171. 191. 197.  
 Demus (seu potius Demetrius) Magnesium  
 B. 112.  
 Demarchus ὁ ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν B.  
 112. etc. ὁ τὰς περὶ Κρήτην συναγαγὼν  
 μυθολογίας B. 112. ὁ Δήλιος B. 112. ὁ  
 περὶ Ὀμήρου λόγον συντεθεικῶς B. 112. Di-  
 narchi rhetoris locus ἐν τῷ κατὰ Προξένου  
 B. 113. orationes eius recensentur B. 114.  
 116. 117. 118. 119.  
 Dion B. 178.  
 Dionysius, Chalcidensis A. 58.  
 Dionysius ipse Halicarnassensis A. 7. etc.  
 Duris B. 7.  
 Empedocles, physicus B. 23.  
 Ennius, vel Euenus, vel Euxenus A. 27.  
 Ephorus B. 26. 111.  
 Epicuri dictum B. 28.  
 Eratosthenes, chronographus A. 60.  
 Eudemus, Parius B. 138.  
 Euenus, vel Evenus, vel Euxenus A. 27.  
 Engaeon (vel Eugeon), Samius B. 138.  
 Eupolis B. 47. 67.  
 Euripides B. 16. 26. 69. etc. eius locus B. 4.  
 16. 29. 32. ἐν τῷ Διόλω B. 57. ἐν Ὀρέσει  
 B. 10. ἐν τῷ Μεναλίππῳ σοφῆ B. 47. 57.  
 Euxenus A. 27.  
 Fabius A. 67. 70. 105. 106. 107. 211. 220. 234.  
 261. Fabius Maximus A. 6. Q. Fabius A.  
 5. 475. Q. Fabius Pictor A. 64.  
 Gellii A. 6. Gellius A. 131. 211. [P] 349. 416.  
 Cn. Gellius A. 100. 136.  
 Gergithius. Vide Cephalo.  
 Gorgias, sophista B. 92. 94. Gorgias, Leonti-  
 nus B. 11. 111. etc.  
 Hecataeus, Milesius B. 138.  
 Hegesias, Magnes B. 5. 18. eius locus B. 7.  
 18.  
 Hegesippus ὁ περὶ Παλλήνης γράψας A. 39.  
 Hellenicus B. 129. 139. 140. Hellenicus ἐν τοῖς  
 Τρωικαῖς A. 38. ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ  
 B. 141. Hellenicus, Lesbius A. 18. 22. 28.  
 B. 138. ἐν τῇ Φορανίδι A. 22.  
 Heraclides B. 5.  
 Hermippus ὁ τὸς Ἴσικράτους μαθητὰς ἀνα-  
 γράψας B. 104.  
 Herodotus A. 21. B. 3. 26. 28. 51. 69. 128.  
 139. etc. eius locus A. 23. B. 3. 4. 33. 65.  
 128. 189.  
 Hesiodus B. 26. 33. 68. 188.  
 Hieronymus A. 6. B. 45. Hieronymus, Car-  
 dianus B. 5.  
 ἐν τῇ περὶ τῶν Ἐπιγόνων πραγματείᾳ  
 A. 5.  
 Hieronymus, peripateticus B. 99.  
 Hippias B. 126.  
 Hippodamas B. 127.  
 Historiae communis auctores A. 292.  
 Homerus A. 36. 476. 479. 480. B. 15. 61. eius  
 locus A. 43. 476. 477. 479. B. 1. 3. 4. 5. 6.  
 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 31. 32. 37. 42. 48.  
 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 93. 59. 60.  
 67. 87.  
 Hyperides B. 71. 81. 112. 114. 120.  
 Iphicrates B. 85. ἐν τῷ περὶ τῆς εἰκότος B. 85.  
 ἐν τῷ περὶ τῆς προδοσίας B. 85. eius locus  
 ἐν τῷ περὶ Ἀρμεδίου B. 103.  
 Ilaeus B. 104. 120. 167. etc. eius locus ἐν τῇ  
 ἀμφισβητήσει ὑπὲρ χωρῆς τῆς ὑπὸ τῶν  
 δημοτῶν κατεσχημένης B. 107. ἐν τῷ ὑπὲρ  
 Εὐμαθῆς B. 105. 106. ἐν τῷ ὑπὲρ Εὐφιλίτου  
 B. 110. eius orationes memorantur B. 105.  
 107. 108. 110.  
 Isocrates B. 20. 26. 30. 31. 49. etc. ἐν τῷ περὶ  
 τῆς ἀντιδόσεως B. 57. 102. 172. ἐν τῷ Ἀρεο-  
 παγιτικῷ B. 30. 96. ἐν τῷ Ἀρχιδάμῳ B.  
 97. ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης B. 90. ἐν τῷ  
 Παναθηναίῳ B. 94. ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ B.  
 57. 99. ἐν τῇ παρανήσει πρὸς τὸν Ἰππο-  
 κῆν B. 37. ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον B. 96.  
 57. eius locus ἐν τῷ Ἀρεοπαγιτικῷ B. 27.  
 ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης B. 100. 102. 172. etc.  
 ἐν τῷ πανηγουρικῷ B. 99. 183. ἐν τῷ Τρα-  
 πεζιτικῷ

- περιτιμῶ* B. 102. Isocrates iunior (vt quidam male arbitrantur) B. 37.  
 Licinius A. 115. 211. 314. 337. 349. 417. Licinius Macer [P] A. 6.  
 Licymnius B. 82. 133. 148. 179.  
 Lycurgus B. 71. 119. 120.  
 Lyfias B. 39. 82. etc. 162. 164. 165. *ἐν τῷ περὶ τῆ Ἰφικράτους εἰκόνας* B. 85. etc. eius locus B. 92. 93. *ἐν τῷ πρὸς Ἀργεβιάδην* B. 106. *ἐν τῷ κατὰ Διογεitonos* B. 88. 89. 90. *ἐν τῇ κατὰ Νικίε ἀπολογία* B. 86. *ἐν τῷ κατὰ Τίσιδος* B. 169. *ἐν τῷ περὶ Φερειῆς ὑπὲρ τῆ Ἀνδροκλείδου κλήσε* B. 105. 106. eius orationes memorantur B. 85. 86. 88. 92. 105. 106. 169.  
 Macer. Vide Licinius.  
 L. Mamius A. 16.  
 Melesagoras. Vide Ainelesagoras.  
 Menander B. 67. 69.  
 Menecrates, Xanthius A. 38.  
 Menesacchimus B. 117.  
 Molo B. 115.  
 Myrsilus, Lesbius A. 19. 22.  
 Naucrates B. 111. Naucrates, Isoeraticus B. 39.  
 Nicostratus B. 36.  
 Oraculum A. 16. 55.  
 Panyasis B. 68.  
 Pergamenses Grammatici B. 112.  
 Philodemus ὁ τὴν Ἀττικὴν γράψας ἀρχαιο-λογίαν A. 50.  
 Pherecydes, Atheniensis A. 10.  
 Philagrius. B. 115.  
 Philarchus. Vide Phylarchus.  
 Philiscus B. 220. etc.  
 Philistus B. 69. 70. 111. 120. 128. 131. etc. *ἐν τῷ περὶ Διονυσίε* B. 131. *ἐν τῷ περὶ Σικελίας* B. 131. *ἐν τῇ δευτέρῃ τῶν περὶ Σικελίας* B. 131. Philistus, Syracusanus A. 18.  
 Philochorus B. 119. *ἐν ταῖς ἱστορίαις* B. 113. 118. *ἐν ταῖς Ἀττικαῖς ἱστορίαις* B. 113. *ἐν τῇ ὁδοῦ* et *ἐν τῇ ἐνάτῃ*, scil. Ἀττικῶν ἱστοριῶν B. 113. *ἐν 5. τῆς Ἀτθίδος βιβλα* B. 122. 123.  
 Philonicus, dialecticus B. 99.  
 Philoxenus B. 19.  
 Phylarchus B. 5.  
 Pindarus B. 19. 22. 68. 187. eius locus B. 13. 23. 81. 129. 167. 179.  
 Piso A. 106. 107. Piso, Cenforius A. 105. L. Piso *ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐνιαυσίων ἱστορίᾳ* A. 220. L. Piso, Cenforius A. 105. L. Piso Frugi *ἐν ταῖς ἐνιαυσίαις πραγματείαις* A. 213.  
 Plato B. 28. 166. *ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογία* B. 46. 57. 178. *ἐν Κρατύλῳ* B. 14. eius locus B. 33. 65. 66. 178. 179. *ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογία* B. 46. 56. *ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ (ἢ Μενεξένο)* B. 8. 17. 78. 175. 180. 181. *ἐν Φαίδρῳ* B. 128. 166. 167. *ἐν Φιλήβῳ* B. 177. *ἐν τῇ πολιτείᾳ* B. 30. *ἐν τῷ συμπόσιῳ* B. 54.  
 Polus B. 82. 126. 133. 148.  
 Polybius A. 5. 6. B. 5. Polybius, Megalopolitanus A. 25. 60. [P]  
 Polycrates B. 167. Polycrates, Atheniensis B. 111.  
 Pontificum tabulae A. 525.  
 Porcius Cato A. 6. 9. 60. 64. ὁ τὰς γενεα-λογίας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων συναγαγὼν A. 8.  
 Priapei versus B. 4.  
 Prodicus B. 126. Prodicus Ceius B. 94.  
 Protagoras A. 717. ed. Oxon. B. 94. 126. 138.  
 Praxenus, pag. 3. fragmenti Valesiani.  
 Pyrrhus, rex; *ἐν ἰδίαις ὑπομνήμασι* ibid. [Psaon vid. Saon.]  
 Pytheas *ἐν τῇ Δημοσθένε καταγορίᾳ* B. 104.  
 Rhetoricarum (seu Oratoriarum) tabularum auctores B. 121.  
 Rhodiaci rhetores B. 115.  
 E e e a Saon

|   |                                |  |
|---|--------------------------------|--|
| Saon <sup>aa</sup> )  | B. 5.                          | 67. 69. 82. 113. etc. 128. etc. 137. etc. eius   |
| Sappho B. 19. 26. 37. 183.  | eius locus B. 26. et<br>B. 29. | locus B. 4. 7. 17. 24. 25. 47. 58. 65. 67. 129.<br>133. 134. 135. 136. 139. 140. 141. 142. 143. 144.<br>145. 146. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154.<br>155. 156. 157. 158. 159. 160. 164. 187.  |
| Satyrus ὁ τὰς ἀρχαίας μύθους συναγαγὼν  | A. 55.                         | Timaeus A. 6. B. 82. 115. Timaeus, histo-<br>ricus A. 54. Timaeus, Siculus A. 5. 60.   |
| Sempronius A. 11. C. Sempronius   | A. 9.                          | Timotheus B. 19.   |
| Silenus   | A. 5.                          | Tifias, Syracusanus B. 94.   |
| Simonides B. 26. 62. 69. 72. eius locus   | B. 32.                         | Tubero. Vide Aelius.   |
| Socrates  | B. 47.                         |  |
| Sophocles B. 28. 69. 73. eius locus   | B. 8.                          | Valerius Antias A. 6. 86.  |
| ἐν Ἰσάκῳ A. 20. ἐν Λαοκρόντῃ A. 33. ἐν<br>Τριπτολέμῳ  | A. 10.                         | Varro (Terentius) A. 112. ἐν Ἀρχαιολογίαις<br>A. 11. 12. ἐν τῇ Θεολογικῇ πραγματείᾳ<br>A. 260.   |
| Sofigenes   | B. 115.                        | Venonius (feu Vennonius) A. 220.   |
| Sotadea carmina   | B. 4.                          |  |
| Stesichorus   | B. 19. 28. 69. 72.             | Xanthus, Lydus A. 22. eius locus A. 22.  |
| Telestes  | B. 19.                         | Xenagoras A. 58.   |
| Terentius Varro. Vide Varro.  |                                | Xenomedes, Chius B. 138.   |
| Theodectes B. 2. 111. 120. 192. ἐν τῷ Ἀλκ-<br>μαίωνι  | B. 125.                        | Xenophon B. 9. 36. 128. 130. ἐν τῇ ἀναβάσει<br>B. 49. 57. ἐν τῇ ἀναβάσει τῶν νεωτέρων Κύ-<br>ρου B. 130. ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν B. 57.<br>ἐν τῇ Ἑλληνικῇ B. 130. ἐν ἰσορίας λόγῳ 1c.<br>ἐν τῷ εἰς Ἀγισίλαον τὸν βασιλέα λόγῳ<br>B. 57. ἐν τῇ παιδείᾳ B. 47. 57. ἐν τῇ Κύρου<br>παιδείᾳ B. 130. |
| Theodorus B. 120. 126. 167. Theodorus, By-<br>zantium   | B. 111.                        | Zeno B. 138.   |
| Theophrastus B. 83. 95. 113. 165. ἐν τοῖς περὶ<br>λέξεως B. 95. eius locus ἐν τοῖς περὶ βασι-<br>λείας A. 336. ἐν τοῖς περὶ λέξεως B. 86. |                                | Zenodotus, Troezenius A. 112.  |
| Theopompus A. 1. B. 26. 111. 128. Theopom-<br>pus, Chius  | B. 131. etc.                   | Zoilus 112. 116. 127. 167. Zoilus ὁ τὰς καθ'<br>Ὁμήρου συντάξεις καταλιπὼν B. 111. rhe-<br>tor B. 126.   |
| Theramenes  | B. 94.                         |  |
| Thrasymachus B. 83. 120. 116. Thrasyma-<br>chus, Chalcedonius B. 111. 165. eius locus   | B. 165.                        |  |
| Thucydides A. 20. 22. B. 22. 40. 42. 46. 58.  |                                |  |

XX. Dio-

<sup>aa</sup>) Enimvero iam Sylburgius in indice, qui hic esset Σάων, merito dubitavit. Nec vero, ut Vossius de hist. gr. III. pag. 410. refert, is est, qui ab Athenaeo Saeus vocatur. Melius Henr. Fa-lesius emendat. libr. III. cap. 14. pag. 96. et Ionisius de scriptor. hist. philos. lib. I. cap. 2. probante Burmanno ad Valerii locum, correxerunt Ψάων

us ex Diodoro Siculo lib. XXI. atque recepit Reiske. Fuit autem Ψάων Plataeensis, qui Diylli, Atheniensis, historiam continuavit libris XXX. circa tempora Agathoclis, teste Diodoro, lib. XXI. s. tom. II. pag. 490. edit. Wesseling. vid. supra, in vol. II. pag. 744. Harl.



XX. Dionysios alios quam plurimos Io. Meursius ad Helladium et singulari libro, qui in tomo decimo thesauri Grolouiani pag. 1580. exstat, commemorauit, de multis monitum etiam Vossio atque Iouio III. 8. de nonnullis praeterea mihi obseruatum: itaque catalogum eorundem hoc loco subiungere conueniens instituto meo dixi: [conf. indic.]

*Dionysius*, ad quem Libanii epist. 33. lib. I. conf. epist. 41. 84.

*Dionysius, Aegienfis*, Διτυνακῶν scriptor. Phot. cod. CLXXXV et CCXI.

*Aelius Dionysius*, Halicarnassens, auctor historiae musicae, libris XXXVI. ῥυθμικῶν ὑπομημάτων libris XXIV. Μουσικῆς παιδείας sive διατριβῶν libris XX. et de iis, quae mutice dicta sunt apud Platonem libris V. Suid. [secundum *Eudociam* pag. 131. scripsit ῥυθμικῶν ὑπομημάτων βιβλία εἴκοσι τέσσαρα· μουσικῆς ἰστορίας βιβλία λς· μουσικῆς παιδείας, ἢ διατριβῶν, βιβλία κβ'. *Harl.*] qui sub Hadriano, imp. clarum et sophistam ac musicum vocatum esse refert. *Iosio* III. 8. idem videtur cum Aelio Dionysio, qui Lexicon Rhetoricum et Atticum scripsit, de quo infra lib. IV. et cum eo, cuius libro de Alexandria vsus Sopater apud Phot. cod. CLXI. *Fabric.* — Num hic Dionysius sit Cyzicenus, aut idem cum Dionysio, Milesio, sophista, et epigrammatum auctor, inquit *Rei ke* in noticia poetarum anthologicorum pag. 206 sqq. subiecta Antholog. graecae Cephalae. In schol. Venetis D. Marci ad Hom. Iliad. O. 705. citatur ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἀπτικῶν ἰοματίων. Quem nostrum esse arbitrat *Villoison*. in Prolegom. ad Hom. pag. XXIX. circa fin. aliosque, qui in scholiis illis memorantur, adducit *Dionysios*. adde infra tom. VII. pag. 57 sq. vbi praeterea plures *Dionysii, grammatici*, recensentur. *Harl.*

*Dionysius* quod Atheniensibus suasis, vt numis aeneis vterentur, dictus *Aeneus*, teste Athenaeo XV. pag. 669. poeta et rhetor perantiquus Atheniensis, cuius *Poemata* laudat *Plutarch.* Nicias. pag. 526. *Elegias Aristoteles* III. 2. Rhetor. et *Athenaeus*. X. pag. 443. et XV. pag. 668. *Fabric.* Num ad hunc, an ad alium referri possint duo Hymni, satis noti, quaerit *Suedof* de hymnis veterum graecorum, pag. 62 sq. *Harl.*

*Dionysius, Afer*, a quibusdam dicitur scriptor *περὶ μνήσεως*, quae exstat. De eo infra lib. IV.

*Dionysius, Albanus*, schol. *Apollon.* II. v. 660.

*Dionysius, Albae* in Italia episcopus. *Niceph.* IX. 33.

*Alius Dionysius, Alexandri F. Halicarnassens.* Supra in *Aelius Dionysius*. [¶]

*Dionysius Alexandrinus* a plerisque vocatur *περὶ μνήσεως* scriptor, quam habemus et de qua me dicturum recepi infra lib. IV.

*Dionysius Alexandrinus*, Glauci F. grammaticus, sub Nerone deinceps clarus vsque ad Traianum, qui in peratori fuit ab epistolis et legationibus ac responsis et bibliotheca. Suid. [et *Eudocia* pag. 133.]

*Dionysius, Alexandrinus*, priore, vt videtur, antiquior, ab eo distinguendus, (licet apud Suidam confundi videatur) noster Partheni, grammatici, Chaeremonis vero, philosophi, discipulus et in Alexandria successit. *Parthenius* Dionysii (scil. discipulus, memoratur apud Athenaeum, vt notauit supra pag. 678. [vet. edit.] vbi Parthenium

nium intelligebam Phocensem, quod forte de Parthenio accipiendum erat Nicaeno, quem imitatus est Virgilius.

*Dionysius, Alexandrinus*, Teri F. grammaticus, discipulus Aristarchi, et Dionysii Thracis nomine notior, de quo et scriptis eius dixi lib. IV. [conf. *Villoisonii* prolegg. ad Homeri Iliada, edit. Venetae pag. 29. fin.]

*Dionysius Magnus, Alexandriae episcopus*, discipulus Origenis, quem ab Alexandro Dionysio, cuius commentar. inchoatus in Ecclesiasten memoratur Eusebio, Hieronymo et Suida, perperam distinguit doctiss. Meursius. De eo consulendus egregius vir *Gust. Cauus* in vitis patrum tomo I. et in hist. litteraria scriptor. eccles. ad A. C. 254. In bibliotheca Augustana occurrit catena MS. in epistolam ad Romanos, tum ex aliis, tum e Dionysio Alex. congesta. vide B. D. Reiseri catalogum MSS. pag. 9.

*Dionysius, Alexandrinus, rhetor*, iudem Christianus, superiore longe iunior, cuius sunt commentarii in Dionysium Areopagitam, quos in bibl. cuiusdam nobilis Veneti Lollini manu exaratos exstitisse auctor est veterum librorum helluo, sed non satis accuratus criticus, Franciscus Turrianus. Vide *Albertinum* de Eucharistia pag. 261. et Ephemerides Parisienses a. 1702. 20. Martii.

*Dionysius, Anthropographus*, qui homines tantum pingebat. *Plin.* XXXV. 20.

*Dionysius, Antiochenus, sophista*, de cuius epistolis, quae exstant, dixi supra lib. II. cap. 10. §. 31.

*Dionysius, Apollinaris, haeretici, discipulus*. Infra in *Areopagita*.

*Q. Aquilius Dionysius*. Vet. inscriptio apud Rhodium pag. 296. ad Scribon.

*Dionysius, Aerei, philosophi, F.* cuius contubernium iniit (Alexandriae, ut e [P] Plutarcho constat,) eruditionis graecae causa Augustus, imp., teste *Sueton.* cap. 39. [vbi vid. Ouden-dorpii aliorumque interpretum notas.]

*Dionysius, Areopagita*, cuius Act. XVII. 34. mentio, et sub cuius nomine scripta etiamnum multa exstant, quae ab Eutylianis primum edita in lucem obseruat *Morinus* de sacris Ecclesiae ordinat. p. 241. Dionysio, Apollinaris, haeretici, discipulo tribuit illustris *Stillingfleetus*. Vide quae infra lib. IV.

*Dionysius, Argiurus*. Clemens Alex. I. Strom. pag. 321.

*Dionysius, Argiurus, statuarius*. Vide Francisc. Iunium in catalogo artificum.

*Dionysius, Aristarcheus, grammaticus Alexandrinus*, qui vulgo Dionysius Thrac. De eo infra lib. IV.

*Dionysius, Ascalaphus*. Etymol. M. in Διονύς. Idem, iudice Meursio, qui *Athenaeo* XI. 475. λεπτός siue *gracilis*, vbi eius commentarium in Theodoridam siue carmen de amore memorat.

*Dionysius, astronomus*, apud Ptolemaeum a. 463. Nabonassari, h. est, ante Christum 285.

*Dionysius, Atheniensis, τῶν κήσεσι* schol. Apollon. II. v. 279. Etymol. in Πηρόνησες, ἐν τῶν κτήσεσι, pro quo emendant κτίσεσι. Vide supra pag. 282. not. Κτίσεσι scripserat etiam Dionysius, Chalcidensis, de quo suo loco. Fuit praeterea Dionysius, Athe-niensis,

niensis, qui *Aeneus* dicitur. Dionysium quoque Atheniensem in numo apud Goltzium Ionius obseruauit. Athenis Dionysium, Stoicum, audiuit Atticus, teste Cic. II. Tusc. De Dionysio, Attico, rhetore, infra in *Pergamenus*. De Atticista, in *Aelius*.

*Aurelius Dionysus*, Inscriptio vet. apud Gruterum pag. 845.

*Dionysius Bar Salibi*, *Syrus*, *Iacobita*, a. Chr. 1171. defunctus. De eo leges in epistolis Huntingtonianis pag. 111 sq. 113 sq.

*Dionysius, Bithynus*, dialecticus, *Strab.* XII. p. 566. auditus a Theodoro, atheo. *Laert.* II. 98.

*Dionysi, Byzantii*, ἐνάπλεν βοσπόρος, Stephano ac Suidae memoratum, edere promisit tomo tertio geographorum graecorum minorum laudatissimus Hudsonus. Initium e MS. regis christianiss. graece vulgauit *Cangius* in CPoli christiana. Eiusdem Dionysii Threnos siue poema epicedis refertur Suidas memorat, et alibi in Διονυσ. Μεσσηνίς Periegesin quoque ait Byzantii Dionysii sibi videri, nisi ibi legendum *Bithynus* pro *Byzantio*, vt volunt viri docti. [conf. *Eudæc.* pag. 132. Fabric. Bibl. Gr. lib. IV. cap. 2. §. 19. pag. 83. tom. III. edit. veter. *Harl.*]

*Dionysius e Caria*, criticus, apud Eunapium proem. haudquaquam diuersus est a Dionysio, Halicarnass. cuius scripta exstant.

*Dionysius Calchedonius* Ionisio memoratus nullus est: nam apud *Clementem* I. [P] Strom. pag. 333. inter antiquissimos scriptores memoratur Dionysius ὁ Καρχηδόνιος *Carthaginiensis*.

*Dionysius, Carthaginiensis*, *Laert.* II. 106. nisi legendum cum eodem Ionisio Χαλκηδόνιος pro Καρχηδόνιος, vt Dionysius Bithynus intelligatur, de quo supra. Chalcedon enim ciuites Bithyniae.

*Dionysius, Carthusianus*, de quo *Caueus* siue *Warthonus* ad a. C. 1450.

*Dionysius, Chalcidensis*. Quinque libros ἀποσων scripsit, teste Marciano in periplo. Meminit et *Strabo* XII. pag. 566. Laudatur in scholiis ad *Apollon.* [l. 558. 1024. inprimis IV. 264.] et *Aristoph.* [Sub. 397. vbi vide, quae notati,] tum a Suida et Harpocrations. Meminit et *Plutarchus* lib. de Herodoti malignitate pag. 860. Respicit *Clemens* I. Strom. p. 333. vbi ex Dionysio refert, Thasum conditam Olymp. XV. *Dionysius Halic.* lib. I. p. 53. et forte *Zenobius*, Dionysium, Chalcedensem, laudans V. 64. prouerb. Vide *Rutgerf.* IV. 18. var. [et cl. *Heynii* opuscula academ. II. pag. 339. not. b.]

*Dionysius, Chalcas*, supra *Aeneus*.

*Dionysius, Charmidae* F. schol. *Pindari* Nem. VII. pag. 381.

*Dionysius, chirurgus*. Scriben. *Largus* composuit. med. cap. 212 sq.

*Dionysius*, praeceptor *Ciceronis* filiorum, de quo VIII. 30. ad Atticum: *Dionysium dimisi a me, vt magistrum Ciceronum, non libenter, vt hominem ingratum, non inuitus.* Confer VI. 1. VII. 4. 8. 16. VIII. 4. IX. 3. 14. XIII. 1. De eodem forte *Cicero* XIII. ad fam. 77. *Dionysius, seruus meus, qui meam bibliothecam multarum voluminum tractauit, quum multos libros surripuisset, nec se impune satorum putaret, aufugit.* Haec e Ionisio pag. 251.

- Dionysius, filius eius Dionysii, qui Ciceronis filium docuit, elegans magis declamator, quam vehemens. Sen. lib. I. controuers. 4.*
- Dionysius, Colophonius, qui sub Menippi nomine libros edidisse fuit creditus. Vide Laert. VI. 100.*
- Dionysius, Colophonius, pictor nobilis, de quo Franciscus Iunius in catalogo artificum et Ionsius pag. 254. [Aelian. V. H. lib. IV. 3.]*
- Dionysius, Corinthius, poeta epicus, cuius ὑποθήκας, Αἴτια et Μετεωρολογέμενα, tum profa scriptum commentarium in Hesiodum Suidas [ex eoque Eudocia pag. 132.] memorat, testatus, etiam Periegesin a quibusdam ad eum veluti auctorem referri. Eius forte fuere libri λιδικῶν carmine scripti, de quibus infra.*
- Dionysius, Corinthi episcopus et martyr, de quo vide Caucum ad a. Chr. 170. et quae infra libro IV.*
- Dionysius κερτικῶν scriptor apud Laertium I. 36. non diuersus videtur a Dionysio Halicarnasico, cuius scripta exstant.*
- Dionysius, Cyclographus. Vide infra in Dionys. Mileso, historico et Samio. [P]*
- Dionysius Cyrtus, medicus insignis Aegyptius. Steph. in Κύρτες.*
- Dionysius, Cyzicenus, cuius epigramma in Eratosthenis funus legitur III. Antholog. p. 420.*
- Dionysii, Delphici, filios, Aeacidem et Aristotimum, aequales suos, laudat Plutarchus de solertia animal. pag. 965.*
- Dionysius Diacenus: infra in Dionys. Philadelphienfi.*
- Dionysius, dialecticus: supra in Dionys. Bithyno.*
- Dionysius, Diogenis F. geographus, laudatus a Marciano in Periplo.*
- Dionysius Exiguus, auctor aerae vulgaris christianae, quae ab illo Dionysiana adpellatur. Floruit circa A. C. 530.*
- Flavius Dionysius, consularis Phoenices A. C. 328. de quo Vales. ad Euseb. IV. 42. de vita Constantini.*
- Dionysius, Γρυαντιᾶδος scriptor. Steph. in Κελαδῶνη et Νέσσων.*
- Dionysius, Glauci F. supra in Dionys. Alexandrino.*
- Dionysius, grammaticus, cuius mentio apud Platonem ἐρασαῖς et Platonis ipse magister, si Laertio III. 4. et Apuleio fides: licet dubitet Ionsius pag. 250.*
- Dionysius Halicarnassensis maior: de quo hoc capite satis dictum.*
- Dionysius Halicarnassensis junior. Supra in Aelio Dionysio.*
- Dionysius, Heliopolites. Artemidor. II. 71. pag. 152. e quo loco Onirocritica scripsisse colligitur.*
- Dionysius, Heracleotes, Arati praeceptor, ut traditur in vtraque Arati vita. Idem, ut videtur, cum Metathemeno, de quo dixi supra cap. XV. et quem anno actatis LXXXI. ut*

vitæ abiret, cibo abstinuisse, refert *Censorinus* cap. 15. Sophocli Parthenopæum supposuisse *Laert.* V. 92.

*Dionysius* Ἡρακλείτειος *Laert.* IX. 15.

*Dionysius*, *Historicus*, qui sub postremis imperatoribus scripsit et a Iornande cap. 19. de rebus Geticis citatur.

*Dionysius*, *Hydragogus*. *Plutarch.* quaest. nat. pag. 914.

*Dionysius*, *Iambus*. *Plutarch.* de musica pag. 1136. *Clemens Alex.* V. Strom. pag. 569. vbi versum hexametrum adfert. Eius περὶ διαλέκτων. *Athen.* VII. pag. 284. vbi sine causa Casaubon. suspicatur legendum ἰαμβοποιός vid. *Guil. Cuper.* III. 13. Obsl. pag. 317. Aristophanis, grammatici, praeceptor, circa Olymp. CXL. clarus, vt e Suida in Ἀριστοφ. Ionius obseruauit. *Fabric.* Floruit Olymp. CXLV. Fuit poeta acer et iambicus: hinc eius cognomen *Iambus*. conf. *Burret.* comment. soc. Paris. Inscr. tom. XIII. p. 232. Hunc Dionysium fuisse auctorem duorum in Musas et Apollinem hymnorum, coniicit *Burettius* in *Histor. acad. Paris. Inscript.* tom. V. conf. *Suedorf.* l. cit. pag. 57 sq. *Harl.*

Διονύσιος ὁ Ἰτακῆϊος. ἔστι δὲ Ἰτακῆ πύλις Σικελίας (imo Λιβύης) schol. *Luciani* tom. I. pag. 38. Vide infra *Dionys.* *Vticensis*.

*M. Iunius Dionysius*, medicus. Inscriptio vetus apud Rhodium pag. 297. ad *Scribon.* [P] [vid. *Symmachus* lib. VIII. epist. 4. *Heumann.*]

*Dionysius*, *Leptus* siue *gracilis*, supra in *Ascalapho*.

*Dionysius*, *Leuētricus*. *Athen.* XIII. pag. 609.

*Dionysius* scriptor Λιθιακῶν, (f. λιθιακῶν) poeta, idem forte cum *Periegete*. *Eustath.* prooemio, siue epistola ad Ioh. *Ducain.* Maximus ad *Dionys.* *Arcopagit.* de myst. theol. cap. 2. tom. II. pag. 28. *Suid.* in Διονύσιος. Κεφελιδιος.

*Dionysius Longinus*, de quo infra lib. IV.

*Dionysius Magnus*, rhetor, Olymp. CLXXIII. Ciceronis, annum XXIX. agentis, praeceptor in Asia fuit, teste *Cic.* in *Bruto* cap. 91. *Plutarcho* in *Cic.* pag. 862.

*Dionysius*, medicus, *Cels.* VI. 6. *Plin.* XX. 3 et 11. Supra in *Iunio* et *Cyrto* ac paullo post in *Mileso*, *Sallustio* et *Samio*. [conf. infra, in elencho medicorum vett. f. vol. XIII. pag. 143. vbi plures quoque *Dionysii*, *medici*, enumerantur.]

*Dionysius*, confessor, episcopus *Mediolanensis*, a. ante C. N. 360. de quo *Acta Sanct.* tom. VI. ad diem 25. Maii pag. 9 sqq.

*Dionysius*, *Melitenis*, *Plutarchi* familiaris IX. 14. *sympos.* quaest.

*Dionysius*, *Heracleotes*, *Metathemenus* dictus, quod a Stoicis ad *Cyrenaicos* vel *Epicurum* defecisset, vt dixi supra cap. XV. Vide *Ionium* pag. 250.

*Dionysius Milesus*, *Historicus*, clarus circa Olymp. LXV. teste *Suid.* in Ἐκατθαῖος, *res Darii*, (*Hystaspis*, sub quo fuit,) scripsit *libris V.* teste rursus *Suida* in Διονύσιος. qui praeterea

ter a eius *Persica*<sup>bb)</sup>, ionica dialecto composita, commemorat: tum libros tres de rebus Troianis, itemque *Μυθικά* et *Κύκλον ἰσοριθμὸν* libris septem. (sive, ut Clemens in proreptico p. 30. vocat, *μέγιστοι*.) At undecimus laudatur in schol. ad Euripidis Phoeniss. v. 1125. [ad quem locum conf. notam Valckenarii pag. 734. qui eum Dionys. Samium vocat.] De hoc opere, quod *Σέφρων* vocat Socrates III. 23. et ex eo Niciph. X. 36. Tripartita VII. 2. et Samio Dionysio Athenæus tribuit, dixi supra lib. II. cap. 2. §. 24. [vol. I. p. 378. vbi plura de eo adnotavi. Harl.] Suspicio autem, *μυθικά* sive *παλαιὰ μυθοποιήσας*, ut vocat Diadorus Sic. III. 66. p. 140. (200.) et *Τρωικά*, Suidæ memorata, non fuisse diuersa a Cyclo illo historico. Vide *Diodorum Siculum* lib. III. cap. 52. pag. 129. (185.) Forte nec *Persica* eius diuersa fuere a libris *τῶν κατὰ Δαρξῆον*<sup>cc)</sup>, quod expono de rebus Dario imperante gestis. Sic apud Plutarchum de sera Numinis vindicta pag. 363. *τῷ γενομένῳ μεθ' ἡμῶν Πρωτογένεος*, recte Xylander: qui nobiscum fuit, non, qui post nos. Ceterum *periagesin Orbis* etiam Suidas [atque Eudocia pag. 128 sq. vbi libros Dionysii indicat,] tribuit huic et mox Samio Dionysio. Perperam sane, si illam, quam hodie habemus, intellexit; alium enim, illo longe iuniorem Dionysium, auctorem habet; ut dicturus sum infra lib. IV. *Argonauticorum* Dionysii Milessii primum et secundum librum laudat schol. Apollonii<sup>dd)</sup>, nisi Mytilenæum intellexit, quem et ipse alibi et Suidas tradit scripsisse Argonautas. Quamquam Dionysium quoque Milessium, (sed in cyclo historico, [P] vt suspicor,) de Argonautis scripsisse tradit Diodorus Sic. loco laudato, et respicit, vbi de Argonautis loquitur, Apollodorus in bibliotheca sua, historici, vt alibi dixi, Cycli epitome.

*Dionysius, Milessius, medicus*, eius mentio ap. Galenum IV. 7. *κατὰ τόπος* et alibi II. de antidot. *Plinium* lib. XII et XXII. *Caelium Aurel.* etc.

*Dionysius, Milessius, Sophista*, Isaci Assyrii auditor, sub Hadriano imp. clarus. Vide *Philostrophat.* I. de Sophist. pag. 513. et pag. 522 sq. *Dionem* LXIX. pag. 789. [tom. II. pag. 1152. edit. Reimar.] De epistolis, quas huic Dionysio male tribuit Meursius, dixi supra lib. II. cap. X. §. 31. Epigrammata quoque Dionysii Sophistæ, quæ in Anthologia leguntur, Antiocheno libentius tribuerim. *Fabric.* — Adde *Eudociam* p. 130 sq. *Harl.*

*Dionysius, Musicus.* supra in *Aelius Dionys.* Alius apud Nepotem in Epamin.

*Dionysii Musonii* F. Samius, vel secundum alios, Rhodius, scripsit, Suida teste, *ἰσορίας πομπικάς* libris VI. Ex his forte fuerunt *Βασσαρικά*, Stephano memorata et Eustathio ad periegeten. Addit Suidas [quocum consentit Eudocia p. 129.] *ἰσορίας παιδευτικῆς* libros X. et (quæ alterius Dionysii est) *οἰκεμένης περιήγησιν*. Samio etiam libros *περὶ τῷ Κύκλῳ* tribuit Athenæus sed Dionysius ὁ κυκλογραφεὶς alius Milessius est, vt paullo ante dixi.

*Dionysius,*

bb) Dionysii *Persica* laudat etiam Cicero de N. D. I. adde *Κεῖνυσι* var. lectio. pag. 325. [qui lectionem *Dionysii* defendit. Locus autem Ciceronis est in libro I. de diuin. cap. 23. vbi vero Gruterus, Dauisius, Ernesti et Hottinger, sprete *Dionysii* lectione, rescripserunt ex Dinouis *Persicis*. *Harl.*]

cc) Eudocia pag. 128 sq. Suidam, tom. I. pag. 601. sequuta, distinguit τὰ μετὰ Δαρξῶν ἐν βιβλίῳσι πῶτε a *Persicis*. *Harl.*

dd) Vide supra in hoc vol. pag. 282. not. v. c3 pag. 264. *Harl.*

*Dionysius, Mytilenaeus.* Infra in Scytobrachion.

Alius *Dionysius, Mytilenes* metropolita, qui Philippi Solitarii dioptram recenserit et a Philalito quodam dictionem illius operis graecam castigari iussit.

*Nestor Dionysius*, Nouariensis Minorita, auctor dictionarii latini, editi Argentinae 1502.

*Dionysius, Olynthius*, inter eos, qui de Homero eiusque genere et aetate scripserunt, laudatur a Tatiano. At *χρονικὴ* apud Suidam in *Εὐρυπίδης*, non huius sunt Dionysii, ut Meurfio visum, sed Halicarnassei.

*Dionysii duo*, Ὀψαρτυτικῶν scriptores, ab Athenaeo citantur.

*Dionysius, Oxymachi* F. medicus, a Rufo laudatus libro de partibus humani corporis.

*Dionysius, Parisiensis*, quem ab Arcopagita distinguere docuit Io. Launoius.

*Dionysius, Pergamenus*, cognomine *Atticus*, Apollodori, rhetoris, qui Augustum imp. docuit, discipulus, *σεφιστὴς ἰκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος.* *Strab.* XIII. p. 625.

*Dionysius, Phaselites*, citatur in schol. ad *Pindarum* Od. 2. Pyth. p. 421. edit. Oxon. eius, *περὶ τῆς Ἀντιμάχε ποιήσεως* et *περὶ ποιητῶν* ab auctore graeco vitae Nicandri.

*Dionysius, Philadelphicus*, siue a Ptolemaeo Philadelpho in Indiam missus cum Megasthenes, ut vires gentium proderet, teste *Plinio* VI. 17. Ὀρνιθιακῶς, illi tributa a quibusdam, refert Eustathius ad Dionysii periegesin, addens, illum dictum vulgo *διάκωνον* siue *ινανέμ*, *διὰ λέξεως ἀκυρολογίαν.* [C]

*Dionysius, Platonis* seruus, *Laert.* II. 42.

*Dionysius Marcus Pomponius*, libertus. *Cic.* IV. 7. 11. 15. ad *Attic.* ad diuers. XII. 24.

*Dionysius, Rhodius*: supra in *Dionysii Musonii* F. *Tertull.* de anima cap. 46.

*Dionysius, episcopus Romanus* ab A. C. 259. ex cuius epistola ad Dionysium Alex. legitur iragmentum apud Athanas. de decretis Synodi Nicaenae. Nam, quae ipsi praeterea tribuit Lud. Iacobus a S. Carolo in bibl. Pontificia, atque in his librum de situ orbis siue periegesin e fabuloso Luitprando, recte exposuit praestantiss. Caueus. *Fabric.* — Hic *vir eruditissimus et plane admirandus* vocatur ab Eusebio hist. eccl. VII. 7. vid. ibid. cap. 26 et 27 et 30. fin. *Heumann.*

*Dionysius Sallustius*, medicus. *Plin.* XXXII. 7.

*Dionysius, Samius*, vide supra in *Dionys. Musonii* F.

*Dionysius, Samius, medicus.* *Galen.* IV. 13. de medic. secundum genera.

[*Dionysia*, saltatrix. *Cic.* orat. pro Q. Roscio 8. *A. Gellus* I. 5. *Harl.*]

*Dionysius, Scymnaeus.* *Tzetz.* ad Lycophronem v. 1247. *An forte intelligitur Aelius Dionysius Halicarnassensis iunior, qui Scymno Lexicon suum inscripsit?* ita Ionius pag. 242.

*Dionysius, Scytobrachion*, siue *Scytecus*, paullo ante Ciceronem vixit, Ionisio obseruante ex Suetonio de Grammat. cap. 7. Auctor fuit historiarum, quas alii ad Xanthum Lydum retulere, teste *Athenaeo* XII. pag. 515. Citatur ab Eustathio ad *Iliad.* γ'. Huic Dionysio *Coronam* tribuit Ionius, a Socrate, (ipse ex memoria lapsu Eusebium citat.)

laudatam, idemque esse putat opus XXXIII. librorum de Nymphis apud Suid. in Νύμφῳ. Sed coronam illam haud diuersam existimem a Κύκλω historico Dionysii Milelii, de quo supra. Praeterea Dionysius iste, Mytilenaeus, Suida teste, scripsit carmine Epico τὴν Διονύσει καὶ Ἀθηναῖς στρατιάν, tum Μυθικά ad Parmenontem, denique *Argonautas* sex libris sermone profano, quod opus in scholiis ad Apollon. laudatur: *Fabric.* — vide supra, in hoc volumine pag. 264 et 282. schol. Venet. D. Marci ad Hom. Iliad. γ. 40. Inter poetas epigramm. veteres occurrit *Scythius* quidam: quem *Dionysium Scythium* nostrum, (qui hic tamen scribitur *Scyteus*,) esse opinatur *Reiske* in notitia poet. anthologicorum, pag. 261. *Harl.*

*Dionysius*, Seleuciae episcopus, qui interfuit concilio generali quinto Constantinop. 553. Dubitant, fueritne episcopus Seleuciae in Syria, an in Isauria. Sed Syriae Seleuciam intelligendam esse, patet ex vita Simeonis iunioris, stylitae nr. 154. tom. V. Maii p. 365.

*Dionysius, Siculus*, Syracusarum tyrannus, de cuius scriptis videndi praeter Suidam viri docti, laudati a me lib. II. cap. 19.

*Dionysius, Siculus, iunior*, superioris filius, tyrannus et ipse Siculorum, quem epistolas et de poematibus Epicharmi scripsisse Suidas [ex eoque Eudocia pag. 136.] testantur. Epistolam eius ad Speusippum exhibet *Laert.* IV. 2. De hoc prouerbum *Dionysius Corinthi.* Vide *Iustin.* XXI. 5. *Fabric.* Adde *Stauerem.* ad Corn. Nepot. X. cap. 5. edit. min. De Dionysio, magistro Corinthi, disputarunt Heumannus, qui negauit, et Frid. Guil. Roloff, qui narrationem illam bis defendit. vid. *Roloffii* progr. siue *Nouas* veterum auctorum, qui Dionysium F. Siciliae tyrannum litteras Corinthi docuisse tradant, vindicias, Traiecti ad Viadrum, 1737. 4. *Harl.*

*Dionysius* et Cephalo, leges, qui e Corintho in Siciliam venerunt. *Plutarch.* Timoleonte pag. 248.

*Dionysius, Sidius*, Etymol. M. in Ὑποπτεῶν, forte legendum Σιδώνιος pro Σιδίος.

*Dionysius Sidonius.* Varro lib. IX. de lingua lat. et Eustath. ad Odyss. α. [P] [schol. Venet. D. Marci ad Homer. variis locis, et ad Iliad. ξ. 40. atque Iliad. γ. 128. simpliciter vocatur *Sidonius.* vid. cl. *Villoison* prolegg. ad Homeri Iliad. pag. XXIX. fin. *Harl.*]

*Dionysius, Sinopensis*, comicus, circa Olymp. C. cuius dramata quaedam laudari ab *Athenaso* notabam lib. II. cap. 22.

*Dionysii, Stoici*, duo vel tres, de quibus supra cap. X. [vol. III. pag. 560.] vnus Heracleotes, [Cic. acad. quaest. IV. 22.] alter, quem citat *Laertius* VI. 43. et contra quem scripsit *Chrysippus*: tertius, quem Athenis *Atticus* audiuit teste Cic. 2. Tusc. cap. 10.

*Dionysius, Syrus*, saeculo XII. post Christum natum clarus. Supra in *Dionysius Bar Salibi.*

*Dionysius*, dictus etiam *Terus*, a patre, et ab eiusdem patria *Thrax.* Grammaticus, discipulus *Aristarchi*, de quo infra lib. IV. Videtur etiam pictoriae peritus fuisse et sculptoriae. Confer *Athenaeum* XI. pag. 489. et Etymol. M. in Διονύσι. Franciscum Iunium catalogo pictorum pag. 79. Si idem fuit, de quo *Athenaeus*, docuit *Rhodi.*

*Dionysius, Thebanus*, musicus antiquissimus, de quo dictum lib. II. cap. 15.



*Dionysius, Theophrasti F. supra in Dionys. Metathemenus.*

*Dionysius, Tryphonis F. grammaticus, qui περὶ ὀνομάτων scripsit, laudatus Athenaeo, Harpocrationi et Stephano Byz.*

*C. Valerius Dionysius, cui ius Quiritium siue ciuitatis Romanae a Traiano dari rogat Plinius, X. epist. 105.*

*Cassius Dionysius Vticenus, qui Magonis, Carthaginienfis, libros XXVIII. γεωργικῶν, punice scriptos, libris XX. graeca lingua est complexus et Sextilio, Praetori, misit, teste Varrone, lib. I. 1, 10. Meminit huius operis Plinius quoque et Columella I. 1, 10. et Athenaeus. Citatur etiam Dionysius in Geoponicis lib. I. cap. 11. licet Magonis opus eiusque epitome, tum illa Dionysii, tum altera sex librorum, a Diophane, Bithyno, missa ad Deiotarum, regem, iam perisse videantur, quum Geoponica iussu Constantini, Porphyrogeneti, concinnarentur, tantum abest, vt, quod viris quibusdam doctis in mentem venisse video, Geoponica, quae exstant, sint ipsi illi XX. libri, a Dionysio Vticensi e Magone compositi. Πιζοτομικὰ huius Dionysii memorantur in scholiis ad Nicandrum v. 520. et a Stephano Byz. in Ἰτῶκη, atque respiciuntur, vt Meursius obseruat, etiam a Seruio ad I. Georgic. Fabric. Dionysii, Itacaci s. Vticensis, liber quartus γεωργικῶν laudatur ab Athenaeo XIV. pag. 648. Idem scripsit περὶ φυτῶν. vid. Fabric. infra in elencho medic. vol. XIII. pag. 143. et Needham in prolegom. ad Geoponica pag. LVII. edit. Niclas. Harl.*

*Dionysius, Zopyrus. Schol. Aristoph. ad aues v. 1299. Nisi legendum Dionysius et Zopyrus. Nam, vt Laertius VI. 100. notat, Dionysius et Zopyrus, Colophonii, sub Menippi, Cynici, nomine libros ediderunt. [P]*

## C A P V T XXXII (olim XXVIII)

### DE ANTHOLOGIA SIVE FLORIDIS EPIGRAMMATVM GRAECORVM.

- I. *Breuis Anthologiae graecae historia, et de prima collectione, a Meleagro facta et de edit.*  
 II. *De Philippo, Thessalonicensi, et Strabone.* III. *De Agathia et Constantino Cephalae huiusque collectione et edition.* IV. *De Maximo Planude.* V. *Codd. mssti et editiones anthologiae Planudae.* VI. *De editionibus promissis Menardi, Salmasii, Clerici et aliorum.* VII. *Catalogus poetarum, qui epigrammata composuerunt, cum variis obseruationibus et accessionibus.*

[Studio G. C. Harles.]

#### I. *Breuis Anthologiae graecae et antiquiorum illius collectorum historia et de Meleagro.*

**H**istoriam epigrammatum quamdam, ex *Francisci Vauassoris* libro de epigrammate, cap. XVI. Paris. 1669. 8. (rec. 1678. 8. et in eius operibus, Amstelod. 1709. fol. p. 85 sqq.) repetitam, Fabricius huic capiti praemisera, et paucis illustrarat obseruationibus. Enimvero Vauassor, quamquam multa praeclare scripserat, et quaedam, suo tempore adhuc inedi-

ta, primus produxerat in lucem: tamen, quia post illius et ipsius Fabricii tempora viri docti, in historia et collectione epigrammatum diligenter versati, multo plura praestiterunt, et multa curatius de antiquioribus epigrammatum collectoribus disseruerunt, atque e codicibus mstis eruerunt permulta, illis incognita; valde mancam conficere potuit historiam et amplum aliis reliquit spicilegium. Praeter ea edidit epigrammata, quae posthaec ab aliis cum saepius meliusque emissa sunt in lucem, tum curatius explicita, et vero alia, quae a nostro abessent instituto, inseruit. Quare priores quinque paragraphos ita immutavi, aut potius refeci, ut ea, quae mihi essent cognita ab aliis melius excogitata probataque, substituerem, breuitati tamen maxime inseruirem. Adhuc vero desideratur plena adcurataque anthologiae graecae eiusque poetarum historia, in qua varia illius poeseos generis fata secundum ordinem temporis ab infantia paene usque ad senectutem rite deducantur clareque exponantur. Illam tamen a Schneidero, aut Iacobso, aut Mansone, VV. CC. qui quidem illius spem fecerunt, forsitan licet exspectare. Primas tamen lineas antiquioris historiae primaeque periodi scite duxit cl. *Carolus Gottlob Sonntag* in: *Historia poeseos graecae breuioris ab Anacreonte usque ad Meleagrum ex Anthologia graeca adumbrata*. Lipsiae, 1785. 8. Conferenda etiam sunt, quae *Lessing* in: *Vermischten Schriften*, part. I. et *Herder* in: *Zerstreuten Blättern*, Gothae, fasc. I. 1785. 8. pag. 99. et fasc. II. pag. 103 sqq. de origine et natura epigrammatis acute ingenioseque disputarunt; quamquam in diuersas partes abire videntur. Epigrammatis vero vocabulum duplici sumitur sensu, vel *etymologico*, eoque antiquissimo, qualia in ἀναθημασι<sup>ς</sup> erant in vsu, et mere historica, quae praeter nomen hominis, qui dedicauit ἀναθημα<sup>ς</sup>, et dei, cui aliquid consecrabatur aut offerebatur, nihil, nec semper causam, cuius causa figebantur, continere solent; vel sensu *nobiliore*, vbi, ut postea videbimus, per varias occasiones, aut etiam animi delectandi ludendique causa, modo ad laudem et commendationem, modo ad vituperationem rei hominisque, modo ioci libidinisque causa, ornatus verborum aut ingenii acumen adhibebatur, sensusque animi, siue pii gratique, siue ira odioque aut amore commoti, varia ratione diuersoque scribendi genere, prouti rei conditio mentisque et ingenii natura exigebant, sententiose acuteque, (a bonis quidem poetis,) at breuiter, exprimebantur. Ab ortu lyricae poeseos id genus epigrammatum florem atque incrementum accepit, et plures exstiterunt homines ingeniosi, qui illis conficiendis nominis celebritatem consequerentur. Enimvero non tam historiam et doctrinam epigrammatis, quam breuem anthologiarum veterum graecarum notitiam hoc loco daturus, primum quosdam excitabo, qui post Vauastorem historiam aliquam epigrammatum atque collectionum, nec non poetarum epigrammatariorum modo breuiorem, modo longiorem concinnarunt.

*Leo Allatius* in epistola ad Gabr. Naudaeum inter *F. Liceti responsa de quaesitis per epistolae*. Bononiae, 1640. pag. 308.

*Emman. Martin* in epist. var. a *Wesselingio*, Amstel. 1738. editis, V. ep. IV. libr. pag. 184. (quam epistolam recudi fecit *Meincke* sub finem edit. suae *Meleagri*.) et VI. lib. V. pag. 216.

*Io. Henr. Leichius* in praefat. ad carmina sepuleralia, et *Io. Iac. Reiske*, primum in *no-uis miscellaneis Lipsiensibus*, vol. IX. Lipsiae, 1752. 8. tum in praefatione ad Anthologiam graecam, a *Constantino Cephala* conditam, atque in notitia poetarum etc. subnexa; de quibus libris in sectione de *Constantino Cephala* paullo fusius disputabimus.

*Christian. Adolph. Klotzius* in praef. ad Stratonis aliorumque veterum poetarum graecorum epigrammata, nunc primum edita. Altenburgi 1764. 8.

*Richard. Frid. Phil. Branch.* in praefat. ad Analecta veterum poetarum graecorum, tom. I. Argentorati. 1772. 8.

*Frid. Jacobi* in praef. ad Emendationes in epigrammata anthologiae graecae. Lipsiae 1793. 8.

Adde *Sulzer* in: allgemeine Theorie der schönen Künste etc. tom. IV. voc. *Sinngedichte*, ibique cel. de *Blanckenburg*, qui nubem aliorum excitavit, qui scripserunt de epigrammate, vel in diuersis linguis epigrammata confecerunt, aut luserunt; *Burmann*. II. in epistola dedicatoria, vol. I. Anthologiae vett. latinorum epigrammatum et poematum etc. Amstel. 1759 4. praemissa, et cel. *Beck*. in comm. de litteris et auctoribus gr. ac lat. part. I. sect. I. pag. 12 sqq.

Ritu autem antiquissimo fuit sancitum, vt, quemadmodum antea paucis significauimus, homines inscriptionibus aut breuibus carminibus vel res, variis de causis consecratis diis, tum ad religionem testificandam, tum ad vota concipienda ornarent, vel magnos illustresque homines, aut ingenio scriptisque, aut eximiis in patriam singulosue homines meritis, aut victoriis in bello, certamine ludoque partis, claros, etiam feminas celebrarent, vel memoriam defunctorum cum significatione grati moestiue animi studerent conseruare vel publica priuataque loca, aedificia aliaque monumenta, pictas tabulas, statuas hermasque illustrarent. Hinc in corporibus Inscriptionum, a Grutero, Reinesio, Sponio, Muratorio Donio aliisque, de quorum studio et operibus hic differere non vacat <sup>o)</sup>, solleter collectis, multa occurrunt eiusmodi epigrammata, seu breuia carmina. Alii homines faceti atque ingeniosi lepidique sensa animi paucis argutisque, interdum lasciuioribus versibus conclusa exprimere, iocari, etiam pungere et lacerare alios consueuerunt: vnde orta sunt epigrammata amatoria, dedicatoria, sepulchralia aliaque diuersi mixtique generis. Sic Anytes, Myrus, Nossidis, Leonidae, Callimachi, aliorumque epigrammata supra in capite de lyricis poetis et alibi laudauimus, eorumque indicauimus collectiones atque editiones. Ipse Meleager in carmine, quod coronae suae proemii loco addidit et post Vauassorem ac Fabricium a Reiskio, Brunckio aliisque repetitum atque explicitum est, poetas, e quibus contexuit illam, suo cuique flore assignato, seite recensuit. Breuibus vero illis carminibus quum homines valde delectarentur, exsisterent, qui illa colligerent, ordinarent et collectionem nomine *Anthologiae* aut *Coronae* insignirent. Neque enim Meleager primus fuit aut vnicus, qui ea ratione variorum epigrammata aut inscriptiones seruaret ab interitu. Atque iuuat, hoc loco Fabricii notam inserere. Ille enim, postquam Vauassoris de Meleagro aliisque Anthologiae gr. conditoribus narrationem repetierat, „non tantum, ait, ex collectionibus hactenus recensitis epigrammatum, et ex omni genere scriptorum graecorum; sed et ex *Epitaphiis* et *Inscriptionibus antiquis*, in Graecia tum obuiis, et ex parte hodieque superstitibus, collectam fuisse anthologiam, obseruat *Iacobus Sponius* pag. 91. Misc. antiquit.

et

<sup>o)</sup> Vid. *Burmannum* l. c. et *Io. Frid. Christii* ke — — von Io. Carl. Zeune, Lipsiae, 1776. 8. Abhandlungen über die Litteratur und Kunstwerke sect. III. pag. 48 sqq.

et pag. 94. itineris sui edit. germanicae, a Menudierio curatae. Idem testatur, Florentiae in bibl. medicae descripsisse se inscriptiones eiusmodi graecas quindecim ex membrana, in qua Monachus quidam ante quadringentos vel quingentos annos illas congesserat. Neque heri vel nudius tertius probari coepisse studium istud epitaphia et veteres inscriptiones consulendi, satis patet ex Herodoto, Dionysio Halicarn. Pausania aliisque, ad illarum testimonium hinc inde prouocantibus. *Philochorus* quoque, Atheniensis, inter alia collegerat ἐπιγράμματα ἀττικά, teste *Suida*, et *Polemonis periegetae*, qui a singulari in hoc genere studio σηλοκόπας dictus fuit, περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων laudat *Athenaeus* X. pag. 436. 442. Confer, si placet, *Casaubonum* VI. 5. *Aristodemi* librum I. *Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων* citat schol. *Apollonii* II. 906. *Neoptolemus* Parianus ἐν τῷ περὶ ἐπιγραμμάτων. Athen. X. pag. 455. Notum praeter ea est, ab *Euhemero* historiam deorum contextam esse ex titulis et inscriptionibus sacris, quae in templis habebantur, ut testatur *Laëtantius* lib. I. cap. XI. *Diogeniani ἀνθολόγιον ἐπιγραμμάτων* memorat *Suidas* in *Διογεν.* "Hactenus *Fabricius*.

Sed inter *Graecos*, (nam de latinis epigrammatibus horumque Anthologia hic sermo non est, et *Burmamnus* II. in epist. dedic. memorata copiose doctèque agit,) quorum nomina, labores, meritaque in colligendis vet. epigrammatibus adhuc celebrantur, et quorum anthologiae partim supersunt in mssis codd. partim ope formularum typographicarum vulgatae ab omnibus, quibus volupe erit, legi possunt, imprimis *Meleager Gadareus*, *Strato*, *Philippus Thessalonicensis*, *Agathias*, *Constantinus Cephala* et *Planudes* eminauerunt. De his igitur, et primo quidem de *Meleagro* paucis agemüs.

*Meleager* autem fuit *Eucratis* F. natione *Syrus* et oppido *Gadareus*, aut verius forsan ortus *Atthide*, oppido aut pago non satis nobili, in regione *Coelesyriae* sito, haud procul *Gadara*, in qua tamen vrbe magnam vitae partem consumpsisse videtur. (vid. *Martin.* apud *Meinecke* pag. 150. coll. *Reiskio* in notitia poetar. anthol. pag. 232. de sensu voc. *Atthidos* disputante, et *Mansone* in praef. atque ad carmen 126. *Meleagri* pag. 157.) Quando autem fuerit in viuis, magna inter viros doctos intercedit controuersia. *Vauassor*, cui non repugnat *Fabricius*, *Reiskius* in notitia pag. 131 sqq. vbi de *Meleagro* fufe differit, aliique contendunt, eum vixisse *Seleuco* VI. (qui regnum iniit *Olymp.* CLXX. 3.) rege *Syriae* vltimo. Accedit fides et testimonium schol. graeci, ἡμασεν ἐπὶ Σελεύκῃ τῇ ἑσχάτῃ. Atque *Saxius* in onomast. litter. I. pag. 142. annum, quo ille floruit, sic designauit, A. M. 3967. *Olymp.* CLXX. 3. ante C. N. 96. V. C. 656. Contra ea aequalem fuisse *Antipatro Sidonio* seu *Tyrio*, qui circa *Olymp.* CLX. floruit, *Reiske* ex carmine 620. suae collectionis et quia laudes *Antipatri* canat, probatum iuit. *Salmasius* in prolegom. ad homonyma hyles iatr. pag. 4. *Martin.* l. c. et *Klotz.* in praefat. ad *Stratonis* epigramm. pag. 7. potissimum ex *Diogene Laertio* lib. VI. cap. 8. §. 99. effecisse sibi videntur, *Meleagrum* fuisse *Menippi* aequalem atque ciuem, et in scurrilibus aemulatorem eiusdem cum eo sectae. Ideo aetatem *Meleagri* referunt ad a. *Olymp.* CXLVIII. 1. ante C. N. 186. quo *Seleucus Philopator*, *Antiochi* M. filius regnum cepessit. At enim id argumentum esse parum validum, monuit *Manso*, qui quidem ipse ob carmen 50. *Anal.* II. p. 20. in quo *Corinthi* excidium, (*Olymp.* Cl.VIII. 4.) ut casus recens, memoratur, aetatem *Meleagri* imperio *Demetrii* II. *Nicatoris* eiusque successorum adligare malit; neque tamen, quoniam *Meleager* se in carmine 126.

πολυτέα vocat, Vauassoris Reiskiique rationes plane reiicit. Ab his omnibus discedit cl. Schneider, in periculo critico pag. 65 sq. opinatus, Meleagrum in epigrammate Anthol. VII. pag. 450. imitatione expressisse et corrupisse Stratonis carmen XII. (apud Klotzium,) adeoque iuniorem esse Stratone, qui tempore Augusti vixit. Quid? si dicamus, Stratone ante oculos habuisse et ornasse Meleagri carmen. In vrbe patria, nobilissima Tyrionum, Menippi quoque, quem in scribendo exemplum, quod imitaretur, proposuisse sibi dicitur, patria, maximam iuuenilis aetatis partem transegit, urbem quoque Tyrum incoluit, senex autem in insula Co, quo se forte ob bella, Syriam tum vastantia, contulit, ibi diem obiit supremum. vid. epigramma in Meleagrum, quod post Vauassorem e cod. Barberino produxit Martinus l. c. apud Meineck. pag. 151. qui praeter ea arbitratur, Meleagrum, senio iam confectum, ante funus id sibi ipsum exarasse, in qua sententia quoque versatur Reiske in notitia pag. 233. Brunck. vero in analectis gr. poet. tom. III. p. 271. epigr. 572. inter ἀδάποτα ἐπιγράμματα refert et in lectionibus pag. 285. probat Holstenii, qui in notis ad Steph. Byzant. voc. Γάδαρα idem edidit, emendationem (a Martino quoque pag. 151. et Crenio ad Casaubon. de satyrica poesi lib. II. cap. II. pag. 205. edit. Rambachii propositam,) Μενιππέαις loco vitiosae, quam dederat Fabric. μελιππέαις. Holstenius vero suspicionis suae praesidium reperit in alio epigrammate lib. III. Anthol. cap. VI. pag. 302. vbi Meleager profitetur in iuuenta Menippi, cuius sui, imitatore se fuisse: Πρῶτα Μενιππέαις συντροχάσας χάρισον. Crinagoras in epigrammate, quod edidit Salmas. ad Solinum p. 850. 6) (apud Brunk. anal. II. pag. 146. epigr. 24.) Σύν τι μοι ἄλλα, Μένιππε, λάβευ φίλος ἴσθρα κύκλον Γράψας, ᾧ πάσης ἰδρι γεωγραφίης. Eum in insula Co defunctum esse vita, testatur versus, a Martino ex margine cod. Palatini et ab Holstenio ex cod. Barberino prolatus:

ὁ Μελέαγρος Γαδαρῶν ἦν τὸ γένος  
Σύρος, ἐπελεύτησεν ἐν Κῷ τῇ ἰήσῳ.

Quando autem Fabricius supra vol. III. pag. 521. Meleagrum nostrum in catalogo Cynicorum recenset, iam ibidem prouocauit ad catalogum poetarum epigramm. Hic igitur adnotabo, aliis Meleagrum et Cynicum et nostrum videri vnum eumdemque fuisse, aliis secus, eosque plane diuersos. Atqui moribus quidem et inuerecundia, saltem genere scribendi compar fuit noster Cynicis notae peioris: et Schneider distinguit eum ab eo, qui Cynicus audit. Atque aliquantum quoque dubitasse videtur Reiskius in notit. pag. 232. sed ex eo, quod Fabricius eum inter Cynicos refert, nondum sequitur, eum fuisse Diogenis Cynici discipulum aut aequalem temporibus regulorum Alexandri M. prouincias lacerantium, h. e. Olymp. CXVIII. ferme. Namque potest aliquis philosophi cuiusdam placita sequi, neque tamen eius discipulus semper dicitur, multo minus eidem aequalis. Certe Fabricius neutrum discrete scripsit, (quod tamen Schneiderus ac Reiskius, ex verbis illius colligunt,) et ipse quod ad aetatem adinet, secum pugnet. Nostrum vero Meleagrum et Cynicum Vossius in libro III. de historicis gr. pag. 388. et Gesnerus apud Ionsium alique discernunt. Contra Menagius ad Laertium pag. 266. Ionsius et Crenius alique haud distinguunt, nostroque vti etiam

6) Menippus in epigrammate Crinagorae esse videtur cel. Heynio diuersus a Gadarensi. Est Pergamenus.

etiam Reiskius citat in notitia p. 233. tribuunt *συμπόσιον* sed cl. *Schneider* p. 109. Reiskium referaturus, scribit, ab *Athenaeo* pag. 502. C. (qui *Μελέαγρος*, ait, ὁ *Κυνικός ἐν τῷ συμπόσιῳ ἔτρωσι γράφει*) id clare *Meleagro Cynico* vindicari adeoque eum distingui a *Gadarenſi*, additque, se de ea re plura alias disputaturum esse. Id si omnino certum est et exploratum, ex alio *Athenaei* loco colligi potest, *Meleagram Cynicum* etiam fuisse *Gadarenſem* atque *libros*, quos alii nostro *Meleagro* \*) adſcribunt, *Χάριτας* et *σύγκρισιν λεκίδε καὶ Φακῆς* ab illo *Cynico* confectos. *Athenaeus* enim libro IV. cap. 14. pag. 157. ubi *lex Cynici* et *Carneus Megarenſis* (de quo tamen vide ſuprà in vol. III. pag. 513. notata,) in conui-  
vio diſcumbunt, eosque adloquitur *Nicium*, ſcortum, (ἡ *κυναμύια Νίκιον*.) inter alia, ἡ *καθάπερ*, ait, ὁ *πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεὺς ἐν ταῖς Χάρισιν ἐπιγεγραφομένης ἔφη. τὸν Ὅμηρον Σύρον ἔντα τὸ γένος. ἢ μόνον ἀνέγνωτε σύγγραμμα αὐτῆς τὸ περιέχον λεκίδε καὶ Φακῆς σύγκρισιν;* etc. an ut in opere, quod *Gratias vocant*, ſcribit *uſter auus Meleager Gadarenſis, Homerus genere Syrus* —. an vero eius opus ſolummodo legiſtis, quod *lentis* et *oleariae trullae* \*) contentionem atque comparationem continet? Toram hitoriam et nomina habere ficta, quum durum ſit, *Meleager Gedarenſis* auctor illorum opuſculorum et *Cynicus* declaratur: at enim res nondum confecta videtur. Namque quod *πρόγονος* illorum *Cynicorum* dicitur a *Nicio*, nondum omnino ſequitur, *Meleagram* ipſum fuiſſe *Cynicae diſciplinæ* addictum; atque fieri potuit, ut *Nicium* erraret aut per iocum et ad *Cynicos* illos praefentes irridendos quaedam adfingeret. Noster igitur *Meleager* innui potuit; nec tamen philoſophus fuit *Cynicus*, aut, quod veriſimilius mihi eſſe videtur, *Cynicus* a nostro diuerſus etiam *Gadaris* ortus et opuſculorum memoratorum parens. Haec omnia a probabilitatis ſpecie minus abhorrere ſentio, et certiora edici potuerant, ſi *Athenaeus Cynicos*, quos diſcubiſſe ſcribit, clare nominaiſſet, eorumque aetas curate definita eſſet, ſed licet ſecundum vllum dirimere non conor. Quidquid eſt, id certum eſt, *Meleagram* noſtrum colligendis veterum poetarum epigrammatibus ſuiſque ipſius, quae ad noſtram peruen-  
nerunt memoriam, maiorem perpetuamque conſequutum eſſe nominis celebritatem. Gem-  
nam vero *coronam*, (h. e. corpus, collectionem, vid. *Salmaſ. exercitt. Plin. pag. 596. edit. Ultraieſt. et Reiskii notit. pag. 241 ſq.*) ſeu *anthologiam* carminum graecorum nexuit, alteram eamque perulantioris atque laſciuioris argumenti, in amores puerorum; alteram in amores puellarum omnesque vitae humanae caſus atque inſtituta. Priori praefixit epigramma, in quo finxit, ab Amore ipſo hanc *Coronam Veneri* eſſe contextam, puerosque quorum formas in ea cecinerat, floribus comparat et quod incipit *πάγκαρπον σοι, κύπερ. καθήμεσθε* etc (vid. in *Reiskii notitia pag. 244 ſq. in Brunckii analect. I. et in Meineckii edit. nr. 2. in Manonis editione nr. 47.*) Illam deinceps auxit *Strabo*, nomine tamen *Meleagri* oblitterato, ita, ut de ſolo *Stratone* nomen acciperet \*); ſed *Agathias* atque *Planudes* arcuerunt a ſuis  
collectio-

c) *Pausanias* pag. 284. meminit *Meleagri* cuiusdam τῶν ἑστῶν ποιησάντων κύπερα

d) Si, ut in textu eſt, retines *λεκίδε*, vertendum eſt *iſſi*; ſed ſi *trullae obayiae* reddis, ſcribendum *λεκίδε* — quum cel. *Hegius* id verius eſſe videtur, et, ut verbis illius utar, „fuit, puto,

ſatyra *Meleagri*. (ſeu *Menippi*, videtur enim nomen corruptum eſſe,) qua comparatur vita lautior et mollis cum tenui victu. *Ἀγῶδος vas unguentarium.*“

e) Vid. *Reiske* pag. 244. Scilicet cenſori *Brunck. analectorum* in *biograph. critica Amſtelod. vol. I. part. II.*

collectionibus. Posteriores vero Agathias, Cephalas et Planudes ad suum quisque ingenium, reflexerunt. Hanc coronam ita texuit Meleager, ut (more forsitan aliorum, qui ante illum eiusmodi collectiones curarunt,) ex diversis totius antiquitatis sex et quadraginta scriptoribus epigrammatum decerperet flores, Diocli dedicaret atque inscriberet, *Στέφανον ἐπιγραμμάτων*. (vide *Salmast.* ad Solin. pag. 848. f. p. 595. edit. Ultraiect. et Holstenii notas ad Stephanum Byzantin. in *Γεώγραφα*, ubi testatur, collectionem Meleagri, nobilis poetae, exstare in bibliotheca Cardinalis Barberini). Ordine alphabetico posuit nomina eorum, ex quibus contexuerat coronam, et prooemii loco carmen versuum quinquaginta et octo adfinxit, ubi et poetae<sup>f</sup>) nominatim et flores adpellantur, atque, ut suis cuique adsignatus flos est, inter se iunguntur. Id carmen post Vauassorem et Fabricium aliquoties editum hic omisi. Equidem id recudi feci in Anthologia graeca poetica, Byruthi 1792. pag. 252 sqq. Antea vero e cod. quondam Palatino, nunc Vaticano *Emman. Martinus*, cuius epistol. V. libri IV. consules, tum *Brunck.* in *Analect.* poetarum graecorum, tom. I. pag. 1 sqq. collatis notis in tom. III. pag. 335. et Reiskius in notitia poet. epigrammat. pag. 234 sqq. ediderunt, emendarunt atque illustrarunt. — *Brunck.* quoque l. cit. a pag. 1—38. omnia, quae supersunt, Meleagri carmina iunctim edidit, et CXXIX. numeravit; in his carmen XXXII. quod tamen sub *Posidippi* nomine exstat in *Planudea* edit. Wechel. pag. 587. et in tom. III. pag. 3. *Lection.* *Posidippo* tribuere ille malit, quamuis parui referat, nosse, num hunc, an Meleagrum habeat auctorem. [Apud *Jacobsum* in *Anthol. gr.* leguntur tom. I. pag. 1—40.] Plura vel integra vel eorum disticha exstant in *Anthologia Planudea* et a viris doctis passim edita, interdum emendata sunt. Qui vero vel primi ediderint singula aut correxerint quaedam, diligenter adnotavit cl. *I. C. F. Mansjō*. Ab illo autem V. D. separatim edita sunt

*Μελεαγρε τὰ σωζόμενα. Meleagri reliquiae: lectionis varietatem, versionem metricam et commentorum perpetuum adierit I. C. F. Manso, (in praesenti Rector et Professor Gymnasii Breslau.) Ienae in officina libraria Croeckeriana 1789. mai. 8.*

Ordo carminum hic non is est, quem fecerat *Brunck*; sed secundum argumenta illorum constitutus. Numeravit autem CXXVIII. epigr. quoniam ex carin. 61 et 62. apud *Brunckium*

part. II. pag. 23. videtur *Strato*, *Sardianus*, epigrammata, quibus de puerorum amore luserat, volumine peculiari edidisse: atque contendit, quod *Reiskius* putarit, ab *Meleagro* priorem quoque coronam esse factam et a *Stratone* auctam, id falsa niti *meleagrici* carminis interpretatione.

f) Scholion graecum quod recenset nomina, *Fabricii* margini exempli sui adscripsit, quod hic ponam: Οὗτος ὁ Μελέαγρος Φοίνιξ ἦν τῶν ἀπὸ Παλαιστίνης πόλεως· ἐποίησε δὲ τὸν θανμάσιον ταυτοὶ τὸν τῶν ἐπιγραμμάτων στέφανον· συνέταξε δὲ αὐτὸν κατὰ σοιχῶν. Ἄλλὰ Κωνσταντῖνος ὁ ἐπονομαζόμενος Κεφαλή συνέχειν αὐτὸν ἀφάρσις ἢ κεφάλαια, ἢ γενεωτικὰ ἴλιος, καὶ ἀναθήματα, καὶ ἐπιτύμβια, καὶ ἐπιδακτικά, οἳ τῶν ὑποτίκταται ἐν τῷ παρότι κυκλίω.

Ὅτι ὁ Μελέαγρος Γαδαρηὸς ἦν, τὸ γένος Σύρος ἐκλεύτεθη ἐν Κῷ τῇ νήσῳ. Οἱ τῶν ἐπιγραμμάτων ποιηταί, ἕς αὐτῆς ὁ Μελέαγρος ἐν τῷ παρ' αὐτῆ πλανκντι σέφῳ, Σιμωνίδης, Πλανος, Ἄλι... (Ἀλικαῖος,) Διονύσιος, Ἀνύτη, Μυρῶ, Σαπφῶ, Μελένικκος, Νάσιος, Ἡριονα, Σιμμίας, Νασαάλκας, Πάμφιλος, Παγκράτης, Τύμης, Νικίας, Εὐφῆμος, Δικμήγης, Καλλίμαχος, Εὐφορίων, Ἠγίαππος, Πέρσιος, Διοτρεμος, Μενεκράτης, Νικαινετος, Σιμμίας, Περθέσιος, Βακχυλίδης, Ἀνακρέων, Ἀνθέμιος, Ἀρχιλόχος, Πολύκατος, Ἀντίπατρος, Ποσίδεικος, Ἠδύλος, Σιπελίδης, Πλάτων ὁ μέγας, Ἄρατος, Χαιρήμων, Φαίδιμος, Ἀνταγόρας, Θεοδωρίδης, Φασίας καὶ αὐτὸς ὁ Μελέαγρος. Ἐγραψε δὲ τὸν στέφανον πρὸς Διοκλίαν. Ἠκασται ἐπὶ σελεύκῃ τῷ ἰσχύῳ.

ekiom effecit unum, nr. 64. Textui graeco a pag. 57. addidit selecta Meleagri carmina, versibus latinis expressa. Laudatur haec editio, ita tamen, ut quaedam emendantur aut aliter explicentur, in Ephemerid. litterar. Göttingensibus a. 1789. nr. 88. Lipsiensibus, eiusd. anni, nr. 74. Noribergensibus, nr. 84. mense Octobr. Annal. litterar. Helmst. mense Julio 1789. pag. 22 sqq. bibl. uniuers. Berol. II. part. 2. pag. 536 sqq. adde, Esprit des Journ. tom. VI. pag. 144.

Ordinem et ut plurimum recensionem Brunckii retinuit, singulis carminibus bene praefixit argumentum, notas criticas textui subiecit, historicas autem et grammaticas seorsum cum Martini epistola adiecit cl. *Albert. Christ. Meineke*, (in praesenti Rector scholae Soest.)

*Μελέαγρος τὰ σωζόμενα* edita e recensione Brunckii cum commentario. Lipsiae 1789. 8. conf. Ephem. Noriberg. Lipsiensis, (nr. 28.) et reliquas citatas.

Idem *Meineke* separatim euulgauit graece cum Hugonis Grotii metrice versione latina, et interpretatus est

*Meleagri Idyllium in Ver*, Göttingae 1788. mai. 8. — Ego quoque inserui illud cum tribus aliis Meleagri carminibus Anthologiae meae gr. poet. edit. Baruthin. pag. 255. item *Koepfen* in Griechischer Blumenlese, part. III. pag. 206 sqq. — Germanice auferunt *Geducke* in Leipzig. Musenalmanach. 1781. atque *Gotthelf Guil. Christoph Starke* inter sua carmina, Bernburg 1788. edita. — Id carmen quamquam iam diu fuit cognitum et vulgatum in editione principe Anthologiae Florentina in fine prioris libri, et ex ea, sine mutatione et aberratione in Stephaniana (1566. 4.) Frobeniana, Basil. 1549. fol. pag. 170. sine nominis auctore, atque Wecheliana (1600. fol. vbi pag. 180. *Vinc. Cypriani* versio latina metro elegiaco seruatur,) tamen Italus quidam *Io. Bopista Zenobetti* illud, praefixo titulo,

*Ver, Idyllium Meleagri, e cod. Vaticano msto editum et illustratum*, Romae 1759. 4. tamquam hucusque ἀνεκδοτον et egregium venerandae antiquitatis monumentum, quasi recens detectum primus sibi videbatur e cod. Vaticano edidisse, atque doctis censoribus in Journ. de Trevoux, Ian. 1760. vol. I. pag. 61. fucum fecit: adde ibid. pag. 180. sed breui post errorem detexit personatus auctor epistolae, ibid. mense Martio pag. 763. datae, cui infera est quoque Grotii versio metrica e codice primum eruta. vid. *Brunck.* in lectionibus tom. III. Analect. pag. 104 et 314. vnde illam narrationem *Meinecke* pag. 20. illius carminis et in edit. Reliquiarum Meleagri pag. 133. et *Manso* pag. 5. edit. repetierunt: adde hunc quoque in notis pag. 98.

II. Meleagri insinuito atque exemplo *Philippus Thessalonicensis*, nouam concinnauit anthologiam ex poetis, qui floruerunt post Meleagrum, huiusque more in recta litterarum serie singulos, e quibus delegit carmina. poetas, pro cuiusque ingenio cum singulis floribus, vel plantis vel arbuticulis comparauit suumque librum adpellauit *coroniam*, adiectis suis quoque haud paucis carminibus acutis aequae ac venustis. In praefatione apud *Vauassorem*, Martinum locis cit. *Brunck.* anal. tom. II. pag. 211. epigr. I. nominauit poetas <sup>g)</sup>, e quibus

g) Schol. ad cod. Palat "Ετερος, α'ε, ε'ίθνος Μελέαγρος. Σύνηξε καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἐπιφανέστερων Φιλίππου Θεσσαλονικίου, ὃν ἐποίησε ἐν καταμμήσει ποιητῶν ἐξ Ἀντιπάτρως, Κριναγόρου, Τολλίου, Φιλιστράτου, καὶ



quibus contexit coronam: addit vero, exemplo Meleagri, se ex aliis quoque poetis, suis aevi, ἀρετιζύτης dixit eos, flores in suam legisse coronam.

Philippum claruisse Augusti Caesaris Octaviani aetate, Vauassor ex tribus epigrammatibus euicisse sibi persuasit. Primum ex carm. LXI. apud Brunck. aut in edit. Stephan. p. 26. Φοῖβον ἀνηγαμένη ποτὲ Δάφνη etc. quo Caesari sponte enatam ex eius ara saxea lauream gratulatur. Tum ex carm. in psittacum, pag. 84. Anth. Stephan. qui doctus *salve domino* dicere euoluit dimissus in siluam, eandemque formulam reliquas docuit aues: psittacus autem, referente Macrobio, Augustum ab actiaca victoria redeuntem formula, *que Caesar, victor imperator!* consalutauit. Tertium argumentum petitur ex carmine pag. 97. Steph. quo elephantum praedicantur currum Caesaris triumphalem agentes. Duo posteriora argumenta per se minus valida sunt atque idonea ad aetatem Philippi definiendam. At dictio carminis in elephantum, collati cum alio pag. 444. edit. Steph. in apes, mel in rostris Actiacis facientes, tum carm. in Herum, h. e. Herodotum aut Herodorum, Laodicensem athletam, qui etiam in Actiacis et Pergamenis vicisse dicitur Anth. Steph. pag. 295. et carm. pag. 426. Anth. Steph. quo auctor pro aegrotante Caesare vota et sacra fecisse ait, inprimis carmen pag. 321. Anth. Steph. in quo moles in sinu Puteolano ab Agrippa condita A. V. 717. praedicatur, haec igitur aliaque carmina Reiskio in notitia etc. pag. 268 sqq. grauiora esse videntur argumenta ad aetatem Philippi aevi Augusti imperatoris adferendam. Enimvero, quod in hanc coronam recepta sunt nomina poetarum, Antiphili aliorumque, Vespasiano atque Hadriano iuniorum, in carmine pag. 119. Steph. mors violenta Aelii Hadriani imperatoris, sponte suscepta, celebratur, et vocabulum sequioris aevi, κἀνδρος pro ἐφθαλμὸς occurrit <sup>h)</sup>, ex his acute sane coniecit Reiske, duo fuisse Philippos, alterum antiquiorem C. Iulii Caesaris Dictatoris et Augusti Octaviani aequalem, alterum sesqui saeculo ferme iuniorem, cui Anthologiam debemus. Atqui plures fuerunt Philippi, vid. infra in catalogo poetar. epigramm. Forsan tamen ita rem expedire licet, ut existimemus, Philippum, Thessalonicensem, fuisse conditorem atque collectorem illius, quae sub nomine eius circumferebatur, anthologiae, quae vero deinceps a librariis aliisque aucta fuit similibus carminibus: aut opinemur, alterum Philippum recognouisse anthologiam, a Philippo Thessalonicensi factam, et quibusdam serioris aevi carminibus auxisse. Reiskius ex carm. quod in Iensianis nr. 134. (in Anthol. Cephalae Reiskiana nr. 785. pag. 168. coll. pag. 257 sq.) legitur in Glyconem, Pergamenum athletam, ab Horatio Epist. I. i. 30. celebratum probabili specie, (namque id alii nostro Philippo, alii Antipatro tribuunt.) concludit, Philippum Augusti aetate floruisse. Lessing quoque in vernischren Schriften, part. I. Berol. 1771. 8. pag. 323. epigramm. a in Glyconem confert ad illustrationem loci Horatiani. Item censor libri Lessingiani in biblioth. philologica vol. I. part. VI. Gottingae, 1772. pag. 325. multus est de hoc carmine, idque a Philippo, Thessalonicensi, profectum, eundemque auctorem fuisse proemii in hanc, quae

Ggg 3

si

μν. Περαιῶνες. Ἀντιφῶνα, Ἀντιφῶντος, Ζωνῶ. Βιγῶνα, Ἀντιφῶνα Δ. κ. Εὐθῶνα αὐτὸν Φιλίππον. Ἔργον δὲ τοῦ ὁ Φίλιππος τὸν ἐφθαλμὸν πρὸς τὴν Κἀνδρῶνα.

h) Brunck. tamen in Anal. tom. III. pag. 182.

non offenditur illo vocabulo; contra scribit, id vocabulum exemplo atque auctoritate antiquiorum etiam poetarum, in his Moschionis apud Stobaeum in florilegio Grotii pag. 437. posse deseri.

ei vulgo tribuitur, coronam, adeoque sub Augusto, imperatore, floruisse. Id si verum est, ille verus fuit collector, et meae coniecturae accedit aliquid ponderis. Haec autem est summa illius disputationis omnino erudita. In Anthologia pag. 445. occurrit quoque Philippus, Macedo, auctor duorum epigrammatum, quae in indice Reiskiano desiderantur. Duorum igitur Philipporum alter confecit epigrammata in donaria et statuas nuda, ab omni ornatu, sententia didactica, aut ingenioso carminis exitu destituta, versibus *iambicis*. Hos iambo vnum eundemque habere auctorem, sibi persuadet censor, quamquam duo eiusmodi carmina in vulgari Anthologia pag. 445. Macedoni, tria autem eiusdem generis in Cephalae Anthologia pag. 3. 23 et 89. Thessalonicensi tribuantur.

Alter autem Philippus, pariter multas inscriptiones s. epigrammata in donaria, metro elegiaco, at maiore adhibita sermonis venustate et puritate leporeque scripsit. Ingeniosus quidem saepe videri cupit, quamquam haud felici successu. Horum neutrum carmina fuisse amatoria, existimat censor; posteriori tamen adscribit epigrammata in quosdam imperatores. Quod igitur in Anthol. Cephalae Reiskiana pag. 7. Philippo, Thessalonicensi, epigramma, metro elegiaco confectum, diserte adtribuitur, idemque eodem metro praefationem ad coronam exaravit, concludit censor, eundem parentem esse reliquorum metro elegiaco conditorum carminum. Contra *Iambico* versuum genere concinnata epigrammata Philippo, Macedoni, huiusque aetatem aeuo Augusto adserit ducibus inscriptionibus in duas statuas duobus athleticis, Damostrato, Sinopeni, (pag. 284. vulg. anthologiae,) et Herae, Laodicensi, (pag. 434. pag. 295. Steph.) in ludis Pergamenis, ab Augusto primum institutis, victori positis. Concludit igitur, Heram et Philippum <sup>i</sup>), Macedonem, sub Augusto vixisse. Haec tamen omnia in coniecturis, quamquam acutis ac probabilibus, posita sunt.

Multa Philippi, Thessalonicensis, carmina reperiuntur in Anthologia tam Planudis quam Cephalae: et passim a viris doctis per occasionem edita sunt. Iunctim ea atque correctius recudi fecit atque aliis auxit Brunckius in Analect. tom. II. pag. 211 — 235. et critice pertractavit in Lectionibus, s. vol. III. pag. 179 — 186. vbi praeter ea ex codice epigramma Philippi ineditum euulgavit: sed de aetate poetae ne γῶν quidem. Pag. 180. incertum illi videtur, utrum Leonidae, Tarentino, an Philippo carm. IX. sit tribuendum. [Apud Iacobium in Anth. tom. II. pag. 194 — 219. sunt LXXXV. Philippi carmina.]

Inferendus est *Straton*, qui *Sardianus* dicitur a *Salmasti* ad Solin. pag. 239. F. Maius quidem in Obseruatt. sacris (vbi quaedam carmina e cod. Vffenbachiano edidit,) libri IV. pag. 1 et 65. et in Catalogo MSS. Vffenbach. pag. 574 sq. scribit τῶν Καρδιανῶν, (vbi etiam, teste Schneidero,) in periculo pag. 130. in carminis primi inscriptione in cod. Dresdensi et schedis Thryllitsch.) et intelligit *Cardiani filium*; Fabricius vero in catal. poet. epigram. voc. *Strato* interpretatur in nota in sta, *patria Cardianum*. Ego vero putem, primum scriptum fuisse CAPΔΙΑΝΟΥ. Figuram vero illam lunatam C librarius, ignarus, ita quoque in monumentis antiquis litteram Σ, h. e. S scribi, (vid. *Villoison*. in anecdotis gr. tom. II. pag. 158 sqq.) et C Latinorum arbitratus, mutasse videtur in Graecorum K. Rectius igitur Salmastius, Brunck. aliique legisse atque edidisse videntur *Sardianum*. At de eius aetate vitaeque ratione

V. V.

i) Philippum, Thessalonicensem, pro auctore carminis in Heram a Reiskio haberi, antea notavimus.

V. V. D. D. non consentiunt. *Reiskius* in praefat. ad Cephalae anthologiam pag. XII sq. imprimis in notitia poet. antholog. voc. *Στρατόνων* pag. 261 — 265. (vbi aliquot Stratonis carmina dedit.) Stratonem cum propter silentium Meleagri et Philippi, Thessalonicensis, tum propter multa poetarum, Augusto, Tiberio, Hadriano atque etiam Seuero aequalium, nomina, quae in Musa hominis exstant, inter Philippum atque Agathiam collocandum esse, et tertio saeculo post Chr. nat. aeuo Seueri, imperatoris, vixisse suspicatur. Neque enim illi videtur probabile esse, tot poetarum carmina post Stratonem ab alio fuisse addita, quae Musae illius partem haud contemnendam efficiunt. Stratonem tamen Meleagro esse antiquiorem, coniecerat *Schneider* in periculo etc. pag. 45. et pag. 109. vti iam supra monuimus; at suam retractauit sententiam pag. 46. imprimis pag. 130. et clarius eius aetatem aeuo Hadriani assignauit: „Quod enim, ait, perstringit *Capitonem*, medicum, lib. II. pag. 215. edit. *Wechel.* rem conficit. Est is *Artemidorus Capito*, qui scripta Hippocratis recensuerat, suamque *ἔκδοσιν* Hadriano, imperatori, aliisque probauerat; sed Galenus eum Hippocratis verba saepissime interpolasse docet tom. V. pag. 4. edit. Basil. atque idem Galenus eum per totum commentarium perstringit. Inde adparet clarissime aetas Stratonis.“ Ab illo distinguit duo *Capitones*, qui non fuerunt medici, nempe *Capitonem*, Alexandrinum, poetam, cuius *ἔρωτικὰ* laudat *Athenaeus* pag. 427. eiusdem ad Philopappum commentarios pag. 350. et *Capitonem* quemdam, ad quem *Aristides* orationem tertiam Platonicam, tom. II. pag. 315. edit. Oxon. scripsit.

Sub nomine eius collectio carminum, *Παιδικὴ Μῦσα* inscripta et in variis codicibus, seu potius apographis, de quibus postea disputabimus, seruata est. Omnes autem, qui tractauerunt exempla, profitentur, inter illa epigrammata reperiri complura, quae ob rerum turpitudinem et verborum obscenitatem summa reprehensione, nec luce digna sint. Iam in Anthologia edita et inter illa, quae *Maius* et *Reiske* promulgarant, sunt Stratonis quaedam, quae verecundiae et pudoris leges imigrent. vid. *Klotzii* praefat. pag. 36 sq. Strato autem num priorem Meleagri anthologiam in amores puerorum, tantummodo auctam, nomine tamen Meleagri obliuiscato, iterum ediderit, quae est *Reiskii* aliorumque sententia, an, quod est censoris *Amstel.* iudicium, volumine peculiari epigrammata, quibus de puerorum amore saepe obscenius luserat, euulgarit, hanc quaestionem iam supra adtigimus. Ex musa autem Stratonis puerili permulti viri docti, *Salmalius*, *I. Henr. Maius*, *Doruillius*, *I. Christianus Wolf*, *Pierfon*, *Reiskius* aliique, quos paullo post in sectione de Constantino Cephalae excitabo, et quorum plurimos idem *Reiske* in indice carminum Musae puerilis a viris doctis editorum penultimo, eius Anthologiae Cephalae subiecto, nominauit, passim euulgarant. Separatim tamen non ex codice quidem Stratonis epigrammata edidit *Klotzius*; sed ex apographo *Vimariensi* alicuius hominis, qui ex alio quo apographo *Salmaliano* apographi partem carminum enotarat. Is igitur quaedam, antea non vulgata, eaque, quae, licet laudent pulcherrimum puerorum, tamen verborum rerumque minus careant obscenitate, quam aeta iam edita e codice in lucem prodire iussit, et inscriptionem praefixit:

*Stratonis aliorumque veterum poetarum Graecorum epigrammata nunc primum a Christ. Adolpho Klotzio curata. Altcuburgi. ex officina Richtera, 1764. 8.*

Praemisit longam praefationem, in qua de anthologiis graecis, de quibusdam codicibus, de Tryllitschio, aliisque rebus erudite disputat. Subiecit paucas et suas et viri cuiusdam doctas adnotatiunculas. Conferri tamen debet

*Periculum criticum in Anthologiam Constantini Cephalae, cum editam, tum ineditam. Accedunt emendationes in Aristotilem et Antigonom Caryssiium. Scripsit Ioan. Gottl. Schneider. Lipsiae 1772. 8.*

In cap. I et II. anthologiae a Reiskio in miscellaneis Lipsiensibus editae, epigrammata multa, in his quaedam Stratonis, emendantur et explicantur: Cap. III. perlustrantur epigrammata, a Klotzio edita. Cap. IV. epigrammata Musae Stratonis, partim edita, partim inedita illustrantur: vbi pag. 80. admiratur ingenium molle et facile *Melsagri* et *Stratonis*, quo duleissimas amoris imagines fingunt, omniumque artium, philosophiae, physices, atque adeo ipsius Homeri spoliis eandem rem exornant, quae fastidio lectorum occurrant. Quaedam inedita hinc inde primus euulgauit; et pag. 106. in addendis promittit catalogum poetarum epigrammatographorum, cuius editio omnibus, credo, illarum deliciarum studiosis, haud ingrata erit. Pag. 110 sqq. ad carmina Klotziana varietates lectionum enotauit, petitas illas ex apographo codicis *Dresdensis*, qui vbique, atque etiam in numero carminum conspirat cum schedis Tryllitschii. Dicitur in inscriptione sumtus esse ex eclogis Anthologiae *H. Vossii*: notae et emendationes adscriptae in eodem codice *Dresdensi*.

Omnia epigrammata (XCIX.) e Stratonis Musa, (neque vero omnia ipsius sunt Stratonis) recensuit et reposuit *Brunckius* in *Analect. poet. graec. tom. II. pag. 359 sqq.* et in *tom. III. p. 207 sqq.* tum, vnde singula sumserit, indicauit, tum critice pertractauit. *Toupius*, qui in emendationibus in Suidam pauca Stratonis epigrammata tentauerat, in nota ad *tom. III. pag. 114.* nouae editionis distichon apud Suidam in *Κωμασσομαι*, cum *Brunckio Anal. III. pag. 45.* reddidit *Asclepiadae*, quod in priore editione tribuerat *Stratoni*.

III. Sequitur nouus conquisitor epigrammatum et collector idemque historicus, *AGATHIAS*, *Asianus* et *Myrinaeus*, qui quoque scholasticus adpellatus est. Vixit autem regnante *Iustiniano*, exeunte saeculo sexto, et *Saxio* in *Onomast. litter. vol. II. p. 64.* (vbi plures, qui de eo egerunt, *V. D. nominat.*) ipsique *Fabricio* nostro infra in *vol. VI. libr. V. cap. 5. pag. 261.* vbi de eo, qua historico, disputat, videtur *Agathias* ante *A. C. 593.* historiam suam non absoluisse, nedum publicasse. Adde quoque *Fabricium* paullo post in catalogo poetarum epigr. voc. *Agathias*. Hic exstitit nouae anthologiae auctor, qui praeter antiquiora, sua quoque et aequalium poetarum epigrammata collecta vno in septem libros diuiso volumine edidit. Ipsius *Agathiae* epigrammata *LXXX.* quae leguntur in *Anthologia*, metaphrasi a *Ios. Scaligero* et *Iano Doufa* donata gr. edidit cum illius historia *Bonau. Vulcanius*, *Lugduni Bataui. 1594. 4.* — repet. *Agathiae Scholastici de imperio et rebus gestis Iustiniani imperatoris libri V. Ex bibliotheca et interpretatione Bonau. Vulcanii. Accesserunt Agathiae epigrammata* [at non ex nouo codice petita, sed ex anthologia *Stephani* transcripta,] cum versione lat. *Parisi. 1660. fol.* — rec. *Venet. 1729. fol.* — *Epigrammata graecae, cum adnot. Io. Brodaei et Vinc. Obsopaei.* In *Epigr. graec. Francof. hered. Wechel. 1600. fol.* *Brunck.* autem, aliis additis, emendatius reddidit *XCV. epigr.* in *Analect. tom. III. pag. 33—68.* et in eodem volum. inter *Lectiones etc. pag. 240 sqq.* illa criticis vt plurimum

num obseruationibus illustrauit, et libros laudauit, vbi plurima iam antea promulgata fuerunt atque emendata. Agathias vero Meleagri anthologiam, a Philippo, Thessalo, auctam, prouentu cum suo, tum aliorum, aut aequalium sibi, aut paullo vetustiorum, locupletauit, (conf. Brunck. praef. pag. XI sq.) at carminum ordinem, a Meleagro et Philippo seruatam, deferuit. Atque Reiskius, qui in praefatione ad Anthologiam Cephalae pag. XII sqq. tum in notitia poetarum anthol. pag. 178 sq. vbi versus ex eius praefatione, quibus ordinem suae anthologiae exposuit, a Vauassore olim excerptos, recudi fecit, denique pag. 115. multus est de illius collectione, opinatur, duce ipso Agathia in prooemio, primum librum tenuisse dedicatoria, secundum sic dicta *ἐπιδεικτικά* seu descriptiones variarum rerum <sup>4)</sup>; tertium sepulcralia; quartum ea, quae casus humanae vitae tractent, quintum satyras, seu aculeatas inscriptiones, sextum amatoria; (seu potius lusus in amores feminarum <sup>5)</sup>; septimum tandem laudes vini et conuiuialia. Idem collectionem Agathiae non eo ordine, quo ille digesserat, in codicibus <sup>m)</sup> seruatam esse, animaduertit pag. 115. Carmini 555. subiecti sunt in codice quidem Lips. sqq. tituli: *Τέλος τῶν ἀναθηματικῶν ἐπιγραμμάτων Ἀγαθίῃ σχολαστικῆς. καὶ ὁ τῶν ἀναθηματικῶν ἡμῶν ἐπιγραμμάτων χαρακτήρ πεπλήρωται, ἰκανῶς ἔχων ὡς ἑμαυτὸν πείθει.* — — Transit ad sepulcralia, quae hoc habent primordium: *ἀρχὴ ἐπιτυμβιδίων ἐπιγραμμάτων, ᾧ* (R. coniicit *ὡς* vel *ὦν*) *ἔσχεδιάσεν ὁ Κύρις Κωνσταντῖνος ὁ Κεφαλαῖς* etc. Num carmen 278. Agathiae a Reiskio in nouis miscell. Lips. IX. pag. 99. editum loco praefationis ad illius anthologiam fuerit scriptum, nec ne? Reisk. pag. 100. et pag. 438. disputat. Posteriore tamen loco priorem quidem sententiam reuocat; suspicatur autem, quum Agathias et iambico et heroico genere saepius praefatus sit Anthologiae suae, eundem elegiaco quoque idem fecisse. Postquam codicis quondam Vffenbachiani, nunc Lipsiensis libros duo primos in Agathiae collectione locum habuisse nullum monuit; qui in codice, iudicat, nostro tertio loco positus, et a nobis anno superiore (in nouis miscell. Lips.) publicatus fuit, eum librum fuisse sextum, secundum constitutionem Agathiae. Dedicatoria, quae hactenus et edidimus et exposuimus, in codice Agathiae duxisse agmen, quae nostri codicis abdita fuere medio sinu, et quartum obtinere locum iussa. Sepulcralia, ad quae nunc accedimus, quintam et extremam partem nostri codicis, tertiam fuisse in Agathiae chartis. Absesse a nostro codice illam, quae penes Agathiam secunda erat, ea ipsa, si quid video, quam Iensius ante nos primus prodidit, nos ex eo repetemus deinceps. — — Fieri nequit, vt haec ordinis, ab Agathia instituti, turbatio illi Constantino Cephalae non debeat, quem et prolatus a nobis hic loci titulus ait carmina sepulcralia *σχεδιάσαι*, h. e.

4) In praefat. pag. XIII. vbi idem argumenta septem librorum refert, argumenta II. priorum librorum aliter designat et paululum a semet ipse discedit: nam ad primum, ait, caput redibant carmina, laudes decorum celebrantia, secundum dabat dedicatoria, etc.

5) Poeta ipse in prooemio *ἐκταῶν*, ait, *ὅτι μῦθος εὐλαμπῆς Κυθήρη αἰς ὄργας ἔλλατο παρατρέψαι πορῆν, καὶ γλυκερῆς ἰς ἔρωτος* h. e. *Venus, sextum volumen sibi furtim vindicans, elegiae institutum ad*

*amatoria cum feminis colloquia et dulces amores detorquebit.* vid. Menagiana tom. III. pag. 162. Aliter vertit Vauassor.

m) Ipsi tamen collectionis, ab Agathia factae, codices non amplius existant. Meleagri enim et Philippi coronae perierunt; nec non Agathiae collectio. Seruatus est Cephalas in vno cod. Palatino. Sola Planudta in pluribus existat codd. msstis. Conf. quae de Cephalae paullo post adnotauimus.

h. e. in schedas suas deposuisse, et aliud elogium, quod e codice msto Vaticano Coronae Meleagri citavit Emman. Martinius epist. pag. 193. et ex eo repetiit Leichius pag. V. praefationis ad carmina sepulcralia, a se hoc ipso ex codice Lipsi. eiusque illo capite depronta, cuius iam limina salutamus. Haecenus Reiske, qui doctrinam atque ingenium Agathiae admiratur atque veneratur. Stephanus tamen, et Ios. Scaliger apud Vauassorem et Brunck. in praefat. pag. II. minus benigne sentiunt de illius carminibus. Recte tamen Reiske (praef. pag. XV.) et ante eum Vauassor. iudicarunt, satius futurum fuisse, et ad maiorem animi delectationem et auctores multorum, quae nunc dicuntur, ἀδήλων indagandos, ad iudicium de ingenio aetateque singulorum curatius ferendum et ad cognoscendum, quomodo alius alium imitatus sit, multo aptius, si carmina ad temporum, quae sua cuique fors tribuit, ordinem, ab Agathia iisque, qui sequuti sunt, disposita, ipsique a se poetae non discerpti, nec aliorum aliis admixta epigrammata, nec mala cum bonis propemodum alternis confusa fuissent. Agathias autem suum opus ad Theodorum decurionem τὸν Κοσμά conscripsit, et, (vt notam Fabricii eaque, quae manu adscripsit, hic ponam,) fecit titulum: Ἀγαθίας Σχολαστικῆ Ἀσιανῶ Μυρναίῃς (male Σμυρναίῃς apud Salmasium pag. 849. ad Solinum,) συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων. Ipse auctor etiam σέμμα vocat in praefat.

— — — — — μίξ δ' ὑπὸ συζυγίβιβλῳ  
 Ἐμπορίῃν ἤθροισα πολυζάνοιο μελίσσης  
 Καὶ τόσον ἐξ ἐλέγγο ἢ) πολυσπερὲς ἄνθος ἀγάρου  
 Στίμμα σοι εὐμύθοιο καθήρμοσα Καλλιόπης.

Suidas, (vbi vid. Küsteri notas.) Ἀγαθίας συνέταξε τὸν Κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὃν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. Meminit huius operis sui etiam Agathias in prooemio historiae: ἔδοξε δὲ μοι πρότερον κακῆν ἀξιόπεινόν τι εἶναι, καὶ ἐκ ἀχάρη εἶγε τῶν ἐπιγραμμάτων τὰ ἀρτιγενῆ καὶ νεώτερα, διαλανθάνοντα εἶτι καὶ χυδῆν ἐτώσι παρ' ἐνίοις ὑποψιδυριζόμενα ἀγείραμι τε ὡς εἶν τε εἰς ταυτὸ, καὶ ἀναγράψομι ἕκαστα ἐν κόσμῳ ἀποκεκριμένα. — Schol. graecum: Ἀγαθίας σχολαστικῆ Μυρναίῃς ἢ σέφανος, ἀλλὰ συναγωγή νέων ἐπιγραμμάτων. Ἦμασε δ' ἔτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰστυριανῶ τῷ μεγάλῳ Ἐγραψε δὲ ταῦτα τὰ ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκερλίονα. Fertur inter alia Agathiae huius epigramma in imaginem Theodori illustris et bis Proconsulis. — Quaedam epigrammata et historiae loca emendat explicatque Toupius passim in Emendatt. in Suidam et Hesychium. Quam tamen mutationem in epigr. Agathiae in Anthol. Cephalae miscell. Lipsi. vol. IX. pag. 69t. Toup. III. pag. 66. fecerat, eam examinavit et deseruit, atque illud carmen late explicuit Schneiderus in periculo critico p. 27 sqq. Praeter ea Salmasius, Pier-son, Doruillius aliique in emendandis explicandisque Agathiae carminibus versati sunt.

Successit Constantinus Cephalas qui veterem Anthologiam ita reformavit, vt et mutaret illam et augetet. Quorum autem veterum poetarum bene multorum carmina in Constantini Cephalae collectione prostant, ea index amplius, a Reiskio confectus et illius editioni Cephalae subiectus, suppeditabit: asterisco notati sunt, quorum epigrammata non reperiuntur in Planudea collectione. At cod. Lipsiensis non continet integram illius Anthologiam;

n) Sic Fabric. sed vitiose, puto.

logiam; sed tantum partem, libros III. Quis vero fuerit *Constantinus* ille, inquisiuit Reiskius in notitia poetar. antholog. pag. 225 sq. Duorum enim Constantinorum, alterius Rhodii, alterius Siculi, epigrammata, quae absunt Planudea, in Cephalae collectione (nr. 637 -- 640. edit. Reiskii) occurrunt. *Rhodium* autem Reiskio videtur idem esse, atque *Constantinus* Cephalae auctor huius collectionis. „Aetatem, ait Reiske, ipse suam prodidit et parentes patriamque in carmine 639. (pag. 106.) quo ait, se, filium Ioannis et Eudociae, regnante Leone et eius fratre Alexandro filioque Constantino, Lindo oriundum, Rhodi oppido, crucem in patria dedicasse. Vixit ergo saeculo decimo post C. N. ineunte et scripsit illud carmen circa a. Chr. 906—911. Nam illo natus fuit celebrer ille tot libris relictis *Constantinus*; hoc a studiis litterarum quoque clarus Leo, pater eius, obiit.“ Contra ea *Siculum Constantinum* fuisse Rhodii magistrum, conicit Reiskius, ex titulo τὸ μακροῦς, qui ipsi trihuitur carm. 637. et quandoquidem, addit, carmen scripsit, ad quod Theophanes, historicus saeculi IX. respondit. vid. carm. 636 et 637. Idem suspicatur, eundem esse illum *Constantinum Siculum*, philosophum, cuius carmen graecum alphabeticum Anacreonticum super periculo parentum et fratrum suorum in mari, mstum in biblioth. Caesarea memorat Lambecius, indice Fabricio B. Gr. tom. X. pag. 282.

Quod autem *Agathiae* collectio illius aevi ingenii, quae dudum a verae pulcritudinis sensu descuerant, aptior videbatur: antiqua illa, a *Meleagro* et *Philippo* collecta carmina, paulatim abierunt in oblivionem, et forsitan interciderent, nisi *Constantinus Cephalas* novam condidisset anthologiam. Hic enim multa quidem ex *Agathia* et posterioribus poetis, haud pauca tamen ex *Meleagri* quoque et *Philippi* coronis legit, vel potius *Agathiae* collectionem pro fundo fecerat, suaque sub finem subiecerat; aut illius collectioni suam ipse superstruxerat, rescisis aliis, aliis additis; priorem quoque *Meleagri* partem, siue si malis, *Stratonis* *Musam* puerilem et alia fortassis, quae in nulla trium antecedentium Anthologiarum exstarent, adiecit: et syllogen epigrammatum graecorum in capita secundum argumentorum genera reduxit: sequutus in hoc quoque *Agathiam*. Vide *Allatum* cap. 14. de patria *Homeri*, pag. 1831. vbi meminit codicis msti antiquissimi, qui e bibliotheca Palatina venit in Vaticanam; item *Reiskium*, *Leichium* et *Brunck*. ll. cit. ac schol. gr. supra ad sectionem de *Meleagro* adscriptum. Atque idem, quod *Meleagri*, *Philippi* atque *Agathiae* collectiones, a vetustate temporisque absuntae iniuria, fatum expertae sunt, forsitan mansisset *Constantini* opus, nisi *Sylburgius*, cum primis *Salmasius* in bibliotheca Palatina exemplum, antea parum cognitum, reperisset, et descripsisset sibi: quo factum est, ut ex eo pluribus apographis et excerptis factis in plurium hominum notitiam manusque perveniret. De illo tamen, quo vsus est *Salmasius*, codice, qui in praesenti custoditur in biblioth. Vaticana, fatisque illius postea differemus. *Salmasius* vero ad *Solinum* et *historiae augustae* scriptores, *Küster* ad *Suidam*, (qui multa carminum ex illa collectione fragmenta sparsit per *Lexicon* suum,) *Warton* et *Toup* ad *Theocritum*, *Klotz* in lectionibus *Venusinis* et ad *Tyrtaeum*, *Io. Christian. Wolf* in editt. *Sapphus* et poetiarum graecarum, *Holstenius* ad *Stephan. Byzantium*, *Wesseling. Bentleius*, *Valckenar. Albertus, Koen, Goensius, Musgravius* aliique in notis ad varios auctores, *Pierston* in verisimilibus, *Ruhken* in epist. crit. *Wasse* in *Obsl. belgic. miscell.* *Doruillius*, novam paraturus editionem, in *Vanno critica*, in primis in animaduersionibus ad *Charitonem*, *Bandinius* in catalogo bibl. *Laurent. Zeune* in animaduersionibus ad *Anacreontem* etc. multa epigrammata,

nondum euulgata, in lucem protulerunt, emendarunt atque illustrarunt. Plura tamen ex apographis separatim ediderunt Iensius, I. H. Maius, Leich, inprimis Reiske atque Brunck. De postremi studio opereque postea in catalogo editionum disputatur: hic reliquorum labores paucis persequemur. *Iensius* igitur edidit

Lucubrationes Hefychianas: Obseruata in stylo Homeri: *Vetera epigrammata pro anecdotis prodeuntia*. Roterd. typis Io. Dan. Beman. 1742. mai. 8.

Iensius epigrammata illa 154. quae iater schedas varias casu repererat, hic tamquam inedita sine versione pag. 305 — 354. in lucem emisit, perpaucis emendationibus additis. Enimuero et vitiose sunt edita, et multa iam antea promulgata erant. vid. ad Steph. Byzant. voc. *Αυδία* et *Θύμβρις*, Ruhken. in epistola I. critica et ex ea noua acta erudit. 1750. nr. X. pag. 475 et 476. Dorville ad Chariton. pag. 81 sq. vbi Epigrammata a Iensio inconsulto consilio edita ille scribit, ac pag. 185. idemque pag. 370. 433 sq. 600. castigat quaedam. At Dorville dum inuehitur in Iensium et Leichium, quod illi epigrammata quaedam, olim iam ab aliis in lucem protracta, tamquam haecenus inedita venditarint, ipse reprehensionis immemor et labilis memoriae atque infirmitatis ipse testis, in notis ad Chariton. pag. 332 et 348. duo, quasi nondum edita, euulgauit, quae iam dudum alii dederant, indice Reiskio in nou. misc. Lips. IX. pag. 87 sq. Hoc exemplum criticos seueros docere potest imbecillitatem humanam et maiorem in aliis reprehendendis verecundiam atque modestiam, Plura Iensiana face critica perscrutatus illustrauit *Adrianus Heringa* in Obseruatt. criticarum libro, *Leowardiae*, 1749. 8. capp. 17. 22 et 31. — Antea I. C. S. (h. e. Io. Conrad Schwarz, Director quondam Gymnasii Coburgensis,) nouis miscellaneis Lipsiensibus vol. IV. part. I. pag. 94 — 138. inferuit *Explanationem epigrammatum quorundam graecorum a Io. Iensio pro ἀνεκδότοις editorum*, atque permulta epigrammata graece repetiit, latine vertit et copiose illustrauit: sed non satisfecit criticorum subtilitati. Enimuero paullo durius est iudicium Doruillii ad Chariton. pag. 82. vbi, „fateor, inquit, haec, (quae a Iensio et Leichio scripta notauit,) iocum et ludum esse, si compares cum iis, quae nescio quis in Misc. Lips. vol. IV. pag. 1. ad Iensiana illa epigrammata conscribillauit, nec sine fastu: quibus nihil par aut secundum in his litteris vniquam obuium habuisse fateor.“ — Omnia illa Iensiana carmina Reiskius recepit in Anthol. suam Cephalae et pag. 174 — 265. vario obseruationum, maxime criticarum, genere illustrauit, et quae ab aliis iam antea promulgata aut correctae explicitaeque fuissent, sedulo indicauit.

In amplissima *Vffenbachii* bibliotheca olim duo fuisse codices, vel potius exempla, (Copien) paullo post indicabitur. Ex altero aliquot epigrammata *I. H. Maius*, Professor quondam Giessensis, primus euulgauit in suis Obseruationum sacrarum libris: ex altero plura idem dedit et latine vertit carmina in Bibliotheca MStae *Vffenbachiana*, pag. 578 sqq. Hic codex *Vffenbachianus* postea transit in bibliothecam Lipsiensem Senatoriam. Hinc ex eodem paullo post *Io. Henr. Leichius* carmina sepulcralia selegit, edidit, docte illustrauit praefixa inscriptione:

*Sepulcralia carmina ex Anthologia M. S. graecorum epigrammatum delecta cum versione latina et notis. Accedunt ad graecos Muratorii Inscriptiones, in miscellaneis Lipsiensibus tom. 1. part. III. explicatas, curae secundae et nouae emendationes.* Lipsiae 1745. mai. 4.



Leichius, quamquam diligenter versatus erat in emendandis explicandisque hisce reliquiis, operam tamen viris, harum rerum intelligentibus, haud omnino probavit, cum primis, acrius interdum, notatus a *Doruillio* ad Charitonem pag. 78 — 82. 185 sq. 251 — 254. 409. 516 — 518. 531 et 532. Atque a *Ruhnkenio* in epist. I. critica arguitur, Musis Gratiisque inuitis ad epigrammata graeca emendanda accessisse. Modeste quaedam notavit censor in nou. Act. erud. Lips. 1746. m. Iunio. pag. 318 sqq.

Denique *Reiske* de Anthologia graeca, maxime de ea, quam *Cephalas* contexit, bene meritus, e codice Lipsiensi, olim *Vffenbachiano*, omiſſis *Stratoniceis* aliisque, tertium caput et librum, qui 118. carmina continet amatoria in foeminas, in quatuor, vt scripsit, *missus* diuisum, exhibuit in vol. IX. nouorum Miscellan. Lipsiensium in part. I. pag. 80 — 148. *primum* missum, *secundum*, in parte II. pag. 297 — 323. *tertium* in parte III. pag. 434 — 481. et *quartum* in parte IV. pag. 661 — 697. gr. cum versione latina, et animaduersionibus tam *historicis*, quam *criticis*. Postea quartum et quintum librum, s. *dedicatoria* et *sepulcralia* carmina ex eodem codice separatim edidit, adiectis *Iensianis*, h. e. a *Io. Iensio* quondam publicatis, latine vertit, doctamque poetarum anthologicorum notitiam, et copiosas eruditae ad carmina notas subiecit, praefationem autem longam eamque haud spernendam de hac praesertim inedita et edita Anthologia praemisit. Inscriptus vero est liber:

*Anthologiae graecae a Constantino Cephalas conditae libri tres. Duo nunc primum, tertius post Iensium iterum editi, cum latina interpretatione, commentariis et notitia poetarum.* Lipsiae in bibliopolio *Gleditschiano*. 1754. 8. — iterum Oxon. 1766.

Indices utiles adiecti sunt: 1) poetarum, quorum carmina in *Constantini Cephalae* collectione prostant: 2) poetarum, quos *Meleager* in praefatione ad suam coronam laudat, et quorum carmina illi intexit. Asterisco notantur, quae defunt *Anthol. Cephalae*. 3) poetarum, quos *Philippus*, *Thessalonicensis*, adhibuit et in praefatione nominauit. 4) carminum *Musae puerilis*, a *VV. DD.* editorum. 5) *vocum*, vnde carmina quaeque ordiuntur. *Vberior* huius editionis notitia exstat in nouis actis eruditorum Lips. m. Mart. a. 1757. pag. 115 — 125. doctior autem, interspersis pluribus animaduersionibus, in *Gottingenſibus* relationibus de libris nouis, fasc. XI. s. a. 1754. pag. 133 — 161. auctore, ni fallor, *I. M. Gesnero*. — De *Schneideri* periculo critico iam supra pluribus disputauit.

IV. Venio ad MAXIMUM PLANVDEM, postremum inter antiquiores collectorem epigrammatum. Is autem fuit Monachus Constantinopolitanus, grammaticus, rhetor et theologus suae aetatis clarus doctusque, et ab *Andronico II. Augusto*, cui carus erat, a Chr. 1327. orator ad Venetos missus. Quando naturae debitum persoluerit, non constat *Saxio* in *Onomast. liter.* II. pag. 355. vbi plures, qui de eo egerunt, V. D. memorat; refert quidem, esse, qui eum a. 1353. superuixisse existimant; sed, quum *Doruillius* in *Obs.* miscell. vol. II. tom. III. pag. 429. scribit, *Maximum Planudem ab omnibus obisse tradi MCCCLIII.* locupletem sane eius samae auctorem requirit. *Fabricius* sane B. Gr. lib. V. cap. 45. vol. X. p. 533. vbi scripta recenset *Maximi Planudae*, hunc adnotat, adhuc a. 1353. vixisse. adde *Vittorſon.* in *anecdotis* gr. tom. II. pag. 153. not. Nos vero hic tantum eius operam considerabimus in colligendis epigrammatibus gr. positam. Nemini enim, (vt *Fabric.* in margine manu notauit,) persuadebit *Io. Harduinus*, quod pag. 495. *Opp. select.* illum,

scribit. non repurgatorem tantum, ut virgo habetur, sed verius auctorem esse anthologiae. Auctor tamen lemmatum, quae epigrammatibus praefixa sunt, habetur, notantibus Huetio pag. 34. et Fabricio, qui etiam de titulo *ἀνθολογίας* citat *Benedicti Aueranii* diss. I. tom. I. Opp. et in eius laudem diss. 21. Cephalae autem anthologiae nouam induit formam, ita, vt illam, Agathiae exemplo, in septem libros distribueret, neque tamen eadem, quae Agathias, in quodque referret volumen. Multa enim omisit carmina, et quam plurima obsceniora vel refecuit, vel interpolauit. Atque schol. graec. libro VII. praemissum: ἐν τῷδε τῷ ἔβδωμῳ τμήματι περιέχεται ἑταίρικὰ τινὰ ἀποφθέγματα, τὰ μὲν ὡς ἐγκώμια· τὰ δ' ὡς ἐπιστολαί· τὰ δ' ὡς ἀν' ἑκάστων ἔτυχεν· ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ αἰσχρότερον ἀποκλίνει. Τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρέλιπε, Φησὶν ὁ Πλανύδης. Fuluius autem *Vrsinus* in suo codice adnotauit: ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐν παλαιῶ ἐἴσι παρ' Ἀγγέλου τῆ Κολλωτίου. Planudes vero, quod obscena refecuit, id bene ac prudenter egit, nec ea iterare et quasi commendare, personam monachi decuit. Enimvero quum neque historicus, neque poeta bonus esset, haud debuerat interpolare, multo minus, multa Meleagri, Philippique proscribens obscena, ex recentiore tamen aeuo Silentiarum, Macedonii aliorumque nibilo illis castiora recipere. Id igitur fecit, vt multa relinqueret, alia refecaret, non tam pudoris, quam compendii ratione ductus, Cephalaeque volumen ad minorem redacturus molem. Alioquin non omisisset per multa, eaque pudica epigrammata dedicatoria. Illius quidem itidemque monachorum causam strenue defendit Vauassor; at tamen eum non absoluit. conf. Brunck. praefat. pag. IV sq. Quaestio autem atque illius examen, num et quatenus carmina veterum flagitiosa typis euulgare liceat, ad nostrum non pertinet studium; et multi in hanc palaestram descenderunt. vid. quae Reiske et Klotz. in praefat. suis disputarunt, aliorumque adtulerunt indicia.

Ista a Planude compilata Anthologia per plura saecula litterarum typis sola erat vulgata. — In bibl. *Coisliniana* exstant quoque *anecdota Anthologiae graecae*, *Leonardi Philarae*, vulgo *Villeret*, Atheniensis, (qui Cardinalis Richelii tempore vixit circa a. 1630.) manuscripta: sunt autem epigrammata, ex variis auctoribus collecta ab eodem Leonardo Philara, qui multa in fine, a semet ipso adornata, descripsit. vid. *Montfaucon* catal. illius bibliothecae pag. 519. qui quidem, vtrum illa sint anecdota, iussit inquirere, nomina autem auctorum ibidem posuit.

V. *Codices atque editiones Anthologiae epigrammatum graecorum, praecipue Planudae.*

*C o d i c e s.*

Antiquissimus codex esse videtur *Mediolani* in bibl. *Ambrosiana*, membranaceus, saeculi XI. teste *Montfaucon* in diario italico pag. 18. Quenam tamen sint epigr. aut cuiusnam, aut a quo collecta, *Montfaucon* non indicauit. An igitur hic codex is est, vnde

Lascaris

o) Atqui *Vrsinus* videtur anthologiam Cephalae respicere, et ex his *Vrsini* verbis colligere licet, ipsum illum codicem *Palatinum* fuisse antea *Angeli Colloii*.

p) Diu tamen multo post, quum *Muratorii* anecdota graeca Patav. 1709. 4. in manus sumerem, in mentem venit, in illo cod. forsan reperiri *Gregorii Nazianz.* tantum carmina.

Lascaris suum (qui in praesenti est Matriti,) descripserit? Comprehendit quidem varia id volumen. — Est autem in bibliotheca regia *Matritensi* cod. XXIV. densiore charta atque optime leuigata, totus Constantini Lascaris manu descriptus, Mediolani a. MCDLXIV. fol. ab Iriarto autem in catalogo codd. etc. pag. 86 — 120. diligenter lateque recensitus. Is praeter *Musaei* de Herone et Leandro carmen, *Orphei* Argonautica et Hymnos, item Hymnos *Homeri* et *Callimachi*, continet veterum 490. epigrammatum collectanea. In anthol. edita Planudea, Francof. 1606 fere omnia, sed non eodem ordine posita deprehenduntur. In illa tamen edit. desiderantur septem et viginti epigrammata, quae ex hoc codice Iriarte notitiae suae inseruit luceque publica donauit: sedulo autem indicauit, in quo capite et libro editae anthologiae singula huius codicis epigrammata reperirentur. Id etiam notatum est ab Iriarto, nonnulla codicis illius vel nomen auctoris, vel lemma, siue titulum, ab eo diuersum, praeferre, quam in edita reperias anthologia, multa plenius exhiberi, multa vero praetermitti; frequentissime plura vnius auctoris, in editione distributa, in codice in vnum quasi coire: quaedam in misto nomen auctoris praebere, quae in excusis anonyma referuntur ac vice conuersa, etc. Porro auctorum nomina, ex quibus deprompta sunt, quosque ipse Lascaris diserte adpellat, secundum litterarum ordinem pag. 117. digessit Iriarte. Multa praeter ea memorantur vel ἀδηλας vel ἀδύσποτα. Cui notitia Iriarti, tum maxime codicis ipsius collatio futuro anthologiae editori omnino erit fructuosa et vero necessaria. — Tum cod. LXXII. eiusdem biblioth. (pag. 257 sqq. Iriarti,) continet inter alia *Maximi Planudis* aliquot epistolas et versus, — epigrammata varia ex graecorum epigrammatum anthologia; alia tamen quoque, quae neque in Planudea anthologia, eiusue adpendice, neque in Cephalea reperit Iriarte vid. pag. 260 sqq. — Pag. 262. protulit *Ioannis Tzetzae* epigramma, antea ineditum. — pag. 263. primus euulgauit *Maximi Planudae* carmen in laudem Ptolemaei, Geographi, versibus heroicis XLVII. qui etiam exstant in bibliothecae Coislinianae cod. CCCLV. atque in eius catalogo pag. 520. memorantur: tum primus excudi fecit epigramma *Aristotelis* elegiacum in templo Corinthi, et *Eumeli*, poetae, de Aeeta versus VIII. hexametros, s. fragmentum. — Agathiae ineditum, Hadriani, Luciani aliorumque perpauca epigrammata pag. 450. in cod. CXIV. indicantur. — Codices duo, qui grammatica Planudeae opuscula continent, ab eodem Iriarto pag. 372. 387 sq. et 391 sq. recensentur. — Ibidem pag. 526 sqq. passim, coll. pag. 562 sq. inter *Vincentii Marinerii Valerii* opera inedita, quam plurima occurrunt epigrammata varii generis.

In bibl. *Laurentio-Medicea*, Florent. (teste Bandinio tom. II. catal. MSS. gr. p. 99 sqq.) cod. XXVIII. saec. XV. chartae, optime seruatus diligenterque conscriptus, in 4. plutei 31. continet *Anthologiam* s. florilegium variorum epigrammatum, in VII. libros diuisum et a Maximo Planude collectum, vt ex primi libri titulo, paene euanido, eruitur. Singulis autem libris ind. x capitum praecedit, rubrica conscriptus; itemque vniuscuiusque epigrammatis titulum, auctorisque nomen rubrae litterae distinguunt. Nec desunt interdum in margine parua quaedam scholia, ab eadem manu exarata. In fine legitur rubris characteribus conscripta haec nota: (gr. scripta, quam ex latina versione reddimus:) „Finis septimi tomi Anthologiae diuersorum vna simul comprehensorum epigrammatum, quae plane expendimus, et vt licuit, emendauimus, ego *Demetrius Chalconiyta* et *Ioannes Laurentii* anno a natiuitate Domini MCCCCLXVI.“ Bandinius, se, quidem gloriatur, hunc codicem praecipua quadam recensione dignum existimasse, ideoque singula epigrammata, in ipso contenta,

contenta, cum Florilegio edito in corpore poetarum graecorum veterum Iac. Lectii ita contulisse, vt eorum initium ac finem in utroque exemplari inter se componens, quae vel deesse, vel abundare in alterutro compererit, ea omnia lectori significaret. Enimuero cur Bandinius codicem non contulit cum principe editione, quam ipse paullo post, neque tamen diligenter descripsit, vt videremus, num et quomodo illa differret et num Florentinus codex fuerit apographum codicis Matritensis, Lascaris manu scripti, an ex communi fonte manarit, an plane sit diuersus, quum ipse Lascaris in praef. ad editionem principem nec fontem, vnde hauserit, nec, quem codicem sit sequutus, indicarit? Ex indice et collatione Bandiniana id tantum cognoscimus, in Florentino codice, alia aliis auctoribus, ac in Lectii editione, interdum tribui, alia alio loco posita, aut omissa esse, aut auctiora, aut plura legi epigrammata etc. Ipse sensit incommodum, et circa finem contulit quoque edit. Francof. a. 1600. fol. Cur id non fecit perpetuo? — Teste eodem Bandinio in eodem tomo pag. 140. cod. XVI. epigrammata nonnulla, ex anthologia fortasse desumpta, et p. 145. in eodem codice epigrammata XXVII. ex anthologiae libro V. descripta: alia varii generis in cod. L. membranaceo. — pag. 382. cod. XXIX. nr. 12. permulta epigrammata. — p. 575. cod. XLIV. plutei 59. nr. 11. ex Anthologia praeter Empedoclis sphaeram epigrammata XXIII. Antipatri, Archiae, Asclepiadis, Leonis philosophi, Leonidae, Mnasalcae, Philippi et anonymi, tum duo Planudae opuscula grammatica. — pag. 622. in cod. II. plut. 69. et in cod. XVI. p. 638. cum Thucydide, tetraestichon ἀδελφον in illum historicum, quod, quoniam differt ab edito in anthologiae libro I. c. 44. Bandinius excudi fecit: tom. III. p. 110. cod. XIII. plut. 74. nr. 46. epigrammata quaedam, ex anthologia forsitan sumpta, solutae tamen orationis instar exarata. — pag. 425. cod. VIII. plut. 91. nr. 3. epigr. 50. Antipatri, Archiae, Archilochi, Demarati, Gauradae, Hadriani Caesaris, (al. Germanici,) Leonidae, Leontii, Luciani, Metrodori, Moschi, Nearchi, Orestis, Pauli Silentiarrii, Philippi, Platonis, Posidippi, (sic exaratum est nomen,) Simonidis et Zenodoti.

*Io. Lamius* in Deliciis eruditorum Florent. 1743. 8. edidit catalogum gr. codd. incertae cuiusdam bibliothecae, saec. XVI. a monacho quodam scriptum, cum versione Elmii lat. In illo p. 186. memoratur cod. paruae longitudinis, qui continet *Epigrammata* et Theognidis ad Cynrum.

In bibl. D. Marci *Veneta*, cod. CCCCLXXXI. pag. 252 sq. Anthologia epigramm. in sectiones VII. distributa: Omnia paucis exceptis, etiam existant in edit. Lubini. 1604. sectionum tamen tituli nonnumquam differunt ab editis, et aliquando plures sunt, aliquando pauciores.

*Planudae anthologiae codex cum scholiis* est in bibliotheca *Monacensi*.

*Planudes* vero quod Cephalae collectionem eamque ex libro, parum emendato, fere excerpserat, epigrammatibus in capita per locos communes digestis, Cephalae anthologiae memoria per plura saecula penitus oblitterata fuit. Vnicum tamen exemplar, (vt plurimi credunt,) ab interitu seruatum, quod Heidelbergae in bibliotheca illa, quondam celeberrima et optimis libris scriptis referta, custodiebatur, tandem, (vt supra, vbi de Cephalae anthologia egimus, iam ostendimus,) sedulitate et solertia Claudii Salmasii detectum, in plurimum venit notitiam. (vid. *Leich.* praefat. pag. VIII sqq. qui coniicit, Michaellem Sophianum e Graecia secum adtulisse illum codicem, et de Sophiano fusius disserit. Salmasius enim,

enim,

enim, quum Heidelbergae ante direptum illum, et maximam partem postea Romam delatum thesaurum tres annos commoratus, omnia excuteret, in veteres, (vt verbis vtat Brunckii, praef. pag. VII sq.) incidit membranas: quas quidem ante eum adtigerant viri aliquot docti, sed supine, et non eo, quo par erat, studio inuestigauerant et perscrutati fuerant, ita, vt, licet cognosceretur, graeca in iis haberi epigrammata, non satis tamen perspectum esset, quantum ab editis cum numero, tum singulorum integritate differrent. Salmasio nostro reseruatam erat, vt pretiosissimas illas veteris aevi reliquias e tenebris erueret, hocque incremento rem litterariam bearet, qui, diligenter euolutis his membranarum, quum primum comperisset, veterem illam ibi contineri anthologiam, omnia sedulo, quae edita erant, ad exemplar editionis Wecheliana a. MDC. contulit, cuius in oris varietates membranarum adnotauit, quaecumque autem essent anecdota, separatis descripsit in chartis, e quibus orta est *Anthologia illa inedita*, quae solius Claudii Salmasii studio debetur, quo nomine summo viro immortales gratiae habendae sunt. Haeslenus *Brunck.* qui praeter ea quorundam apographorum, ex Salmasii schedis descriptorum, fata et conditionem enarrat. Salmasius quidem ipse paraturus erat editionem, (vide quae Fabricius ipse de editionibus promissis postea, et Brunck. e vita Salmasii praef. pag. XV. notarunt;) neque tamen aliis inuidit illas dapes. Ex illis igitur schedis plurima deriuata sunt ἀντίγραφα; in quorum tamen plerisque multa menda remanserunt, multae corruptelae, quales scribarum aut ignorantia aut praua corrigendi sedulitas inuehere solet. Alii ex illis apographis fecerunt excerpta, aucta mox aliis vndeunque petitis et adscriptis: vnde orta est horum diuersitas. Prioribus quoque, vt adnotat Brunckius, non eadem omnibus insunt, nec eodem ordine: alia aliis vberiora, prout variis temporibus a Salmasio communicatum fuit exemplar, quod habebat in manibus, et assiduo studio in dies ornabat magis. Ex eo, at nondum integro, nec curate scripto, primum manauit id, quod descripsit Fr. Guetus, (quod tamen Salmasianis coniecturis perspersum est,) deinde in bibliothecam Menagii, denique in bibl. regiam Parisiensem illatum est, et a *Boiuinio* in actis acad. Parisiensis Inscript. tom. II. pag. 261 sqq. late expositum. Idem Boiuinius poetas, quorum epigrammata in illa collectione occurrunt, secundum ordinem alphabeti nominauit; ad hoc quaedam epigrammata graece cum duplici versione, altera gallica profana, altera latina metrica excerptit, doctaque explicauit. Guetiano apographo vberius et melius est *Bouherianum*, Diuione, nec tamen ipsum omnibus partibus integrum. Vtrumque apographum habuit et sequutus est Brunck. Ex Boiuiniano codice formatus esse videtur Reiskio cod. *Bigotianus*, quo se vsum fatetur Küster ad Suidam voc. Θήλαξ.

In Biblioth. Lugdunensi Bataui, duo sunt codd. mssii. Alter (teste catalogo pag. 335. nr. 34. b.) *Στεφάνως παιδὸς Μῆσα*, cum aliis epigrammatibus, quae inter doctos *Anthologiae* vocabulo dicuntur, sed obscens, manu Ios. Scalgeri, vnde plurima facta sunt exemplaria. (Haec sunt excerpta ex apographo Salmasiano:) alter (ibid. pag. 399. nr. 8.) *Anthologia, h. e. epigrammata collecta ex variis partibus, numquam edita, quorum primum est Stratonis.* Hic est celeberrimus ille codex *Vossianus*, ex quo multa fluxerunt apographa et excerpta facta sunt; et ex quibus Bataui, Angli Germanique passim et quasi certatim per occasionem publicauerunt epigrammata. Sic, quum Vossius in Anglia commoraretur, ex Vossiano codice *Eduard. Bernardus* librum suum confecit, vnde a Rich. Bentleio et in fragmentis Callimachi et disert. Phalaridea passim citatur, quod exemplum hodie pars est biblio-

thecae *Bodleianae*. (conf. tamen *Iablonsk. epist.* in thesauro *Lacroziano epist. I. pag. 176 sq.*) Ex eodem *Ezechiel Spanhemius* magnam anthologiae partem exscripsit, e quibus schedis *Berolinum* translatis, natae sunt schedae *de la Croze*, quarum exemplum habuit *I. C. Wolfius* et postea illatum est in biblioth. publ. *Hamburg.* *Croz. schedae* *Lipſiam* in bibl. *Senator.* pervenerunt. De schedis *la Crozianis* vide *Reiske* in *novis miscell. Lips. IX. pag. 147 sq.* et *la Croze* hanc eis praefixit inscriptionem: *Epigrammata graeca inedita, descripta primum a Friderico Sylburgio e cod. M to bibliothecae Palatinae, ex cuius apographis, quod erat apud Isaac. Vossium, ea descripsit Ill. Ezech. Spanhemius, ex cuius codice ego ea descripsi Berolini A. C. 1716.* Differunt pauculum ea, quae scripsit *Croze* in *Thesauro epistol. tom. III. p. 43.* adde *tom. II. pag. 341.* Tum excerpta ex illo *Vossiano* facta continet *codex Vimariensis*, quondam *Schurzleischmannus*, ex quo *Klotzius* *Stratonis* aliorumque ediderat epigrammata, et de quo atque *Vossiano* codice idem multus est in praefatione sua: idem observat *pag. 13.* *Vimariensem* *codicem* non esse manu *Trylliti* scriptum, (vti *Gesnerus* scripserat,) sed ab hoc in margine tantum ea carmina notata, quae in *Anthologia* edita iam essent. Sed quia *Vossianus* *codex*, a *Frid. Sylburgio* olim e *cod. biblioth. Palatinae* descriptus, (teste *Colomesio* in *Opp. a I. A. Fabricio Hamburgi a. 1709. editis, pag. 860. coll. Klotz. in praef. pag. 27 sq.*) a *Salmasiano*, quantum constat, multis differt rebus, v. c. dispositione capitum, et quod multa sunt in vno, quae desunt alteri, quaestio orta est, num reliqui omnes codices, quos constat *Palatini* propagines et veluti furculos esse, ex vno *Salmasiano* apographo creuerint, an ex aliis quoque apographis alii? vid. *Reiskii* praefat. *pag. XIX.*

Videtur quidem posse his ita componi, vt cum *Brunckio*, (vti supra adnotatum est,) dicas, non ex vno, sed ex pluribus diuersisque apographis *Salmasianis* aut ex eo exemplo *Salmasii*, prouti hic variis temporibus siue plenius siue alio ordine instructum in manibus habuerat, diuersisque temporibus cum aliis communicarat. Enimvero id, quod a *Sylburgio*, decem amplius ante annis, quam *Salmasius* *Heidelbergam* venerat, in summa senectute iam mortuo, scriptum erat, e *Salmasiano* manare non potuit, nec, utroque apographo multis rebus discrepante inter se, *Salmasius*, cui omnes thesauri *Palatini* a *Iano Grutero* recluderentur, temere descripsisse videtur *Sylburgianum*. Quare *Gesnero*, (quem censorem fuisse opinor *Anthologiae graecae* *Cephal. a Reiskio* editae in relationibus *Gottinſibus* de libris novis *I. cit. pag. 139 sq.*) probabile videtur, diuersa esse apographa, ac forte ne vnus quidem libri *Palatini*, *Sylburgianum* et *Salmasianum*, atque adeo *Sylburgianum* illud, quod *Vossianum* postea factum est, a *Salmasiano* esse diuersum, et ex alio plane codice, *Palatino* ipso quoque, descriptum, cuius notitia *Salmasium* fugerit<sup>9)</sup>. Nam quae varietas profertur, ea, vt ait *Gesner*, maior est, quam vt ab ingenio alterius viri docti, aut ab erroribus posteriorum descriptorum profecta possit videri. Ex viro autem illorum fluxerit *cod. Lipsiensis*, quem ab *Isaaco Grutero*, qui superiore saeculo ad finem vergente ludum litterarium apud *Haganos* (vti opinatur *Reiskius* *p. XX. praef.*) moderatus decellit, habuerit *Gisb. Cuperus*, haud omnino certum est. *Isaacus* ille *Gruterus*, *Iano*

*Grutero*

9) In *Sylburgiano* *MSS graec. bibl. Palatinae* catalogo in monumentis pietatis equidem, nisi oculi aberrauerint, bis inueni mentionem epigrammatum factam, n. *pag. 41. nr. 130. Epigram-*

*matum Anthologiae* e diuersis auctoribus collecta et in *VII. libros* digesta, in quarum prima scholion *Maximi Planudis* fol. et *pag. 128. nr. 418. Epigrammatum folia VIII. 4.*

Grutero iunior, si exscripsit codicem Heinſianum, ſequutus eſt apographum quoddam Salmaſianum, cuius copiam Dan. Heinſius a Scaligero impetrarat. Probabilius tamen e codice Voſſiano ductus eſt Lipſienſis. Hic autem primum a Cupero ad Vffenbachium peruenit, et inde cum ceremoniali Conſtantini Lipſiam. Quare quum *I. H. Maius*, et *Reiske*, ille in Bibl. MSS. Vffenbach. hic in initio primi miſſus in nouis Miſcell. Lipſienſ. et in praef. ad edit. Cephalae nec non *Leichius* in praef. ad earm. ſepulcralia pag. XI ſq. iam copioſe diſputarint de illo, equidem hic nolo eſſe multus. Ex Vffenbachiano MSto exemplum ſibi ſumſit *Steinheilius*, quod in manibus habui; et *Maius* ipſe, cuius exemplum eſt in bibliotheca Giſſenſi atque a viro quodam docto in bibl. philologica, vol. III. Lipſiae 1781. 8. part. I. pag. 4 ſqq. non modo deſcriptum, ſed etiam variae lectiones, cum Brunckii editione comparatae, inde enotatae, atque continuatae ſunt in noua biblioth. philolog. et critica, Gottingae 1782. vol. I. faſc. I. pag. 91 ſqq. et faſcic. II. pag. 193 — 220. — In Bibl. Leidenſi inter codd. Voſſianos ſunt quoque in cod. LIV. pag. 398. *epigrammata graeca*, item cum ſcholiis, et in cod. XVII. pag. 402. epigr. quaedam graeca. — *Coſtlinianus* codex, cuius Montfaucon in catal. Coſtlin. pag. 519. meminit, ex Anthologia formis excuſa deſcriptus videtur *Leichio* in praef. pag. XI. qui etiam pag. XII. memorat exemplar *G. C. Gottzii*, Lipſienſis, e ſchedis Holſtenianis deſcriptum. Quod Doruille quaedam publicauit epigrammata, quae in reliquis haud leguntur apographis, id nihil ad rem facit decernendam. Nam illum, conſtat, ipſum Romae codicem Palatinum accurate deſcripſiſſe, nouamque (vt iam memorauit,) paraturus erat editionem. Schedae autem illius poſt mortem in Britanniam ad heredes delatae, num adhuc illaeſae ſuperſint, aut quo loco in praefenti lateant, equidem ignoro. Ad eum miſerat I. A. Fabricius epigrammatum graecorum mſta duo vetera et notas ineditas virorum doctorum. vid. Fabricii vitam, a Reimaro ſcriptam, pag. 57. Forſan alterum fuit id, quod acceperat Fabric. a Io. Baptiſta Deforſet. vid. ibidem pag. 247. — In cod. quodam *Vindobonenſi* eſſe epigrammata ἀνεπιγραφα, conieceram ex Georgii Wallini epiſtola ad Croſium. vid. Theſ. epiſtolic. Lacrozianum tom. I. pag. 344. At, quum cel. *Alterum*, Prof. L. Gr. in vniuerſ. Vindob. per litteras adirem, vir ille humaniſſimus reſpondit, ibi non exſtare cod. anthol. gr. Anthologiū, a Neſſelio memoratum. eſſe librum eccleſiaſticum Graecorum, neque philologicum: ſe tamen in cod. phil. CCCXI. apud Neſſel. reperiſſe nonnulla epigramm. gr. variorum veterum auct. in IV — VI. fol. a Neſſelio omiſſa.

Romae quoque eſt in bibliotheca *Barberiniana* apographum, quod Allatio et Holſtenio praeflo fuit; ſed illud vnde ſumtum fuerit, dubium nonnullis videbatur. At iam Geſnerus in Relat. Gotting. l. c. pag. 138. et Brunckius praef. pag. XII. diſtinxerunt et quaſi edixerunt, vtrumque authentico illo Heidelbergenſi eſſe uſos. Certiora tamen mihi per litteras, Romae poſtridie nonar. Mai. 1789. exaratas. ſignificauit cl. *Schow*. (qui in praefenti vniuerſitatem ornat Haſnienſem.) Neque ego ingratum me feciſſe lectoribus arbitror, quod longiorem ex illis particulam huc tranſtuli. (Diu haec ſcripſeram, quum in eph. litt. legiſſem. cl. *Schow* in peculiari comm. de illo cod. nuper egiſſe: at ego nondum vidi illam.)

„Praefenti tempore in apographum illud celebre Holſtenianum inquirō, in quo epigrammata graeca continentur, quodque ipſe Holſtenius interdum vt codicem bibliothecae Barberin. citat. Id autem apographum tranſcriptum eſt ipſa Holſtenii manu, quae mox agnoſci-

agnoscitur ex celebri illo apographo Salmasiano, quod, dum Lucas Holstenius Parisiis agebat, in bibl. regia servabatur. Patet ex apographo Holsteniano, Salmasium Heidelbergae haud alia ex codice Palatino descripsisse epigrammata, quam ea, quae suo tempore aut vitiose edita erant, aut prorsus incognita. Hinc selectum tantum quendam epigrammatum MS. Holstenianum exhibet, multis ex iis, quae in edd. hodiernis et analectis leguntur omisissis. Postea vero quam Holstenius Romam adierat, apographum suum cum ipso codice Palatino, qui in bibl. Vaticanam iam translatus erat, contulit, atque multa inde emendavit. Ex hac collatione natae sunt animadversiones, emendationes, variaeque lectiones, quae hinc inde in margine apographi sunt notatae. Vides igitur, quam feliciter Brunckius veritatem diuinaverit in praef. Analect. dum de hoc MSro bibl. Barberin. loquitur. Textus apographi Holsten. adeo vitiose et negligenter scriptus est, ut vix mihi fingere possim, quomodo vir doctus tali modo transcribere potuerit, nisi forte culpa huius negligentiae temporis angustiae, qua premebatur, tribuenda sit. En titulum apographi Holsten. et ordinem epigrammatum, qui idem est, ac in cod. Palatino, nisi ut hic epigrammata Christianorum omittantur: *Paulli Silentiarrii ἔκφρασις magnaε ecclesiae S. Sophiae et Ambonis eiusdem ecclesiae. Ex MSS. codd. Palatinae bibliothecae. Ex Cl. Salvassii exemplari transcripsit Lucas Holstenius c1010CXXVI. ad IX. Kal. Sept. et revidit Romae ad ipsum codicem Palatinum Vatic. biblioth. c1010XXIX. a. d. VII. id. April. In MS. Holsten. quod fol. CLXXXI. constat, continentur* 7)

I. Παύλος ποιητῆ Σιλεντιαρίε Κύβε ἔκφρασις εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, εἴ τε τὴν αἰγίαν Σοφίαν, fol. 1 — 23.

II. Παύλος Σιλεντιαρίε ἔκφρασις τῆ Ἀμβωνε fol. 23 — 35.

III. Μελεάγρε ποιητῆ Παλαιστίνε σέφανος διαφόρων ἐπιγραμμάτων fol. 35 — 40.

IV. Φιλίππε ποιητῆ Θεσσαλονικέως σέφανος ὁμοίων καὶ διαφόρων ἐπιγραμμάτων fol. 40 — 44.

V. Ἀρχὴ τῶν ἑρωτικῶν ἐπιγραμμάτων fol. 44 — 55.

VI. Ἀρχὴ τῶν ἀναθηματικῶν fol. 55 — 73.

VII. Ἀρχὴ τῶν ἐπιτιμβίων ἐπιγραμμάτων, ὧν ἐσχέδιασεν ὁ κύριος κωνσταντῖνος ὁ καβαλάς, ὁ μακάριος καὶ αἰμνήτος καὶ τριπόδητος ἄνθρωπος fol. 73 — 105.

VIII. Ἀρχὴ τῶν ἐπιδεικτικῶν fol. 105 — 133.

IX. Ἀρχὴ τῶν προτροπικῶν fol. 133 — 135.

X. Ἀρχὴ τῶν σκαπτικῶν καὶ διαφόρων fol. 135 — 141.

XI. Ἀρχὴ τῶν Στρατῶνος τῆ Σαρδιάνε fol. 141 — 157.

XII. Κομητᾶ fol. 157 — 158.

XIII. Διαφόρων μέτρων διάφορα ἐπιγράμματα fol. 158 — 163.

XIV. Γυμνασίας χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόνοις προτίθημι, ἵνα γνῶς, τί μὲν παιδαίων παῖδες, τί δὲ νέων fol. 163 — 181.

XV. Ἰωάν.

7) Si hunc indicem contuleris cum eo, quem Brunck praef. pag. IX sq. exhibuit, et quem in fronte ipsius cod. Vaticani scriptum esse idem testatur, ipse facile cognosces utriusque indicis

discrimen. Brunck itidem notavit, integras Meleagri et Philippi coronas s. collectiones non ibi existare, nec praeter prooemia, singulis praeposita, aliquid earum amplius superesse. Harl.



xv. Ἰωάννης γραμματικῆ Γάζης ἐκφρασις τῆ κοσμικῆ πίνακος τῆ ἐν χειμερίῳ λέτρῳ  
 fol. 181. quo folio finitur “ Hactenus cl. Senow, cui gratias me debere maximas, lubenter  
 profiteor. Adiunxit nonnulla epigrammata et animadversionum marginalium Lucae Holste-  
 nii exempla, quae paucis tantum notabo. In epigrammate, in Analectis Brunckii tom. II.  
 pag. 262. III. in secundo versu cod. habet ἔδωκαν Ἀπην. Ad marginem vers. 3. ἦς etc. no-  
 tavit: „In ms. habetur lacuna III. versuum, quam aliquis recentior quatuor versibus subse-  
 quentibus iterum adscriptis ineptissime repleuit.“ Carm. in anal. tom. II. p. 249. II. legitur  
 sine lacunae suspitione. Ad primum vero versum in margine scripsit Holsten. „Desunt in  
 edis. praefigenda autem sunt epigr. Πάντα λίθων. lib. VII. pag. 481. in ultimo versu scribitur  
 πο. ἐν (pro ποιῶν) Ibid. p. 392. VIII. legitur in cod. vers. 4 μηλῶν καὶ ῥόδων. — vs. 5.  
 ὃ πόσος — — κάλλος. — vs. 6. — ἐτρεχες ἡλικίης, et subiicitur in parenthesis: ἄλ-  
 λως: ἠνίκά πρωτοβόλων λάμπεν ἀπὸ βλεφάρων. ad marg. versus 5. scripsit Holsten. *Hi  
 du. versu additi sunt manu recentiori.* — Epigramma ibid. tom. II. pag. 184. II. inscriptum  
 est: Λακίλλίς, οἱ δὲ· Πολεμῶνος τῆ ποντικῆ.

Cel. Barthold. Nicol. Krohn, praeco verbi diuini apud Hamburgenses, notat in catalo-  
 go suae bibliothecae, (Hamburgi 1793. 8.) pag. 187. nr. M<sup>CC</sup>CCCCXLIV. *fragmenta codicis  
 iusti membranacei Anthologiae graecae, VIII. folior. saec. XIV. med. 4.* Continentur epi-  
 grammata numero XLVI. Do t. possessori videtur codex ille excerpta ex Anthologia Planu-  
 dae exhibere. Neque tamen epigr. vt in Planudis collectione, in suas classes sunt relata; sed  
 promiscue alia excipiunt alia. Ego vero, quantum ex nota V. D. conicio, codicem illum,  
 si tantae est vetustatis, singularem, et diligentiore comparatione dignum esse censeo, nisi  
 fuerit vnus ex Fabricianis. — In bibl. publica *Hamburg.* est codex iustus in 12. qui sedecim  
 scripta et tum Graecorum completitur, a I. Mich. Dilherro donatus. In eo est Antholo-  
 gia epigr. graecorum, XXX. pagg. quae cl. Pitiscus descripta esse videtur.

Plena igitur integraque epigrammatum editione, quae Palatinum exemplum fideliter  
 accurateque expressum referat, certoque contextu adhuc caremus; quamquam Brunckii  
 fetularit, diligentiae atque ingenio praecaram epigrammatum cum editorum tum inedito-  
 rum, et in vnum quasi corpus redactorum editionem debemus, inscriptam:

*Anal. et veterum poetarum graecorum editore Rich. Frid. Phil. Brunck. graecae. tom. I.  
 Argentor. 1772. II. 1773. III. 1776. 8.*

Editio, non nisi titulo mutata, quarto volumine augenda, ibid. 1785. — tomo tertio  
 adiecit acutas *le Nonet* seu notas, maximam partem criticas, raro sedem aut auctorem carmi-  
 nis inquisiuit, aut historicam dedit notitiam; grammatica autem interpretatio, quae sensum  
 verborum aut artem ingeniumue poetae declaret, propemodum plane desideratur. — Or-  
 dinem epigrammatum mutauit et poetas sua cuique carmina adtribuens, secundum aetates  
 disposuit, initio a Meleagri carminibus facto.

Studuit igitur, quantum potuit, epigrammata omnia, etiam Stratonis, integra et  
 emendata edere: hisque adiunxit quaedam diuersi quidem generis, ab Anthologia tamen ex  
 mente illius non alieni, qualia sunt Theocriti, Bionis et Moschi bucolica variaque idyllia,  
 Anacreontia et lyrica quaedam, Callimachi, Cleanthi et Procli hymnos, fragmentaque  
 aliorum aliquot poetarum, quorum integra carmina in Meleagri collectione olim lecta fuisse

certum sit. Praeter apographum Guyetianum eoque melius neque tamen omnibus partibus integrum Bouherianum, et praeter praestantissimas Planudeae anthologiae et reliquorum poetarum editiones aliaque subsidia, de quibus copiosus est in praefatione, habuit quatuor haud optimae notae codd. scriptos ex biblioth. regia Parisiensi, quorum vnus epigrammata nonnulla praebuit, quae in editionibus non exstarent. Sed longiorem et accuratam eruditamque huius editionis notitiam, interspersis multis correctionibus et suspicionibus, leges in bibl. critica Amstelod. vol. I. part. II. pag. 20 — 42. Adde cl. *Frid. Jacobs*, (qui maius opus et commentarios in anthologiam molitur,) emendat. in epigrammata anthologiae graecae, Lipsiae 1793. 8. qui in praef. pag. X. sobrie prudenterque iudicat de Brunckii editione. Cum Iacobii libello compares censuram in ephem. Gotting. 1793. plag. 109. pag. 1089.

[Repeti Iacobius, multorum VV. DD. suafu, textum graecorum epigramm. Brunckianum, sed ita, iussit, vt infereret, quae Brunckius vol. III. inter Var. Lect. aut alibi edidit, suo loco, ommitteret gnomiorum poetarum, et Anacreontis, Sapphus, Erinnae, carmina, Callimachi hymnos, Bucolicorum Idyllia, et alia, denique varietatem lectionis nonnullis epigrammatis adderet: *Anthologia Graeca sive poetarum Graecorum lusus. Ex recensione Brunckii. Tom. I. II. Indices et Commentarium adiecit Frider. Jacobs. Lipsiae, MDCCXCIV. 8.*]

De *Bosckii* consilio Anthologiae cum versione Grotii metrica edendae, infra in notitia editionum promissarum egi.

Progredior ad editiones anthologiae epigrammatum graecorum Planudeae.

Princeps est *Florentina*:

Ἀνθολογία διαφορῶν ἐπιγραμμάτων, ἀρχαίαις συντεθειμένων Σοφοῖς, ἐπὶ διαφοραῖς ὑποθέσεσιν, ἐρμηνείαις ἐχόντων ἐπίδειξιν καὶ πραγμάτων ἢ γενομένων, ἢ ὡς γενομένων ἀφήγησιν. Διηρημένη δ' εἰς ἑπτὰ τμήματα τῆ βιβλίου, καὶ τῶν εἰς κεφάλαια κατὰ σειρῶν διακτεθειμένων, τὰδε περιέχει τὸ πρῶτον. Εἰς ἀγῶνας. Εἰς ἀμπελον . . . .

Haec est inscriptio rarillimae editionis, graecis litteris capitalibus ex recensione Ioannis Lascaris Rhindaceni, quam vberius describit *Clement* in bibl. curieuse historique etc. tom. I. pag. 361 sq. vbi et alias raras anthologiae editiones recenset: item *Firdin. Fossius* in catal. codd. saec. XV. impressor. — in bibl. Magliabechiana, Florent. 1793. fol. pag. 106 sq. in qua seruatur exemplar et membranaceum et chartaceum. Vltima septem folia in quamplurimis desiderantur exemplis, in iis autem est Io. Lascaris epigramma graecum, praefatio latina eiusdem ad Petrum de Medicis, denique subscriptio: *Impressum Florentiae per Laurentium Francisci de Alopa Venetum. III. Idus Augusti. M.CCCC.LXXXIII. (1494.) 4.* Omnia litteris quadratis. Quod septem illa folia plurius absunt exemplis, (vid. *Montfaucon* in diario italico pag. 410. *Scemiller* loco mox citando etc.) fieri solet, vt illa editio saepe occurrat et citetur sine loco et anno. Sed *Maittaire* A. T. tom. I. edit. primae p. 272 — 283. maiusculis litteris illa septem folia ita typis renouanda curauit, vt singulis paginis lineisque priuae editionis omnia responderent. Idem *Maitt.* ibid. pag. 268 sq. 284. vol. IV. part. I. pag. 98. pag. 102. (vbi animaduertit vitium typographicum apud *Leonem Allatum* animadu. in antiqq. Etrusc. fragm. Paris. 1640. 4. pag. 61. 62. qui scribit, editam esse illam Florentiae 1484.) it. pag. 103. *Fabricius* errorem typogr. a. 1497. in suo ipse exemplo manu correxit, et verum annum restituit. *Bandinius* quoque in catal. codd. graec. Laurent. Medic. vol. II. pag. 105. epigramma et praefationem Lascaris, (docte fuseque probantis, litterarum figuras, quibus

quibus praefici Graeci utebantur, omnes fuisse capitales,) litteris minusculis excusa repetiit, adiunctis paucis animadversionibus. Adde de hac editione *Iriart. catal. codd. msst. gr. p. 179. coll. pag. 243 sqq.* ubi exemplari addita sunt anecdota quaedam mssta ab Iriart. ibi publicata. *Semiliter* in incunabulis typograph. biblioth. Ingolstadt. tom. IV. pag. 54. *Goetz. memor. bibl. Dresd. I. pag. 29. cel. Pausan. in annal. typogr. vol. 1. pag. 421 sq.* qui plures laudat. In bibl. Finer. fuerunt duo exempla; alterum membranaceum, alterum chartaceum. vid. *catal. tom. II. pag. 256 sq.* — *Lehmann praefat. pag. VIII sqq.* multus de hac editione, animadvertit, notatum partem in exemplo bibl. Senat. Lipsiensis passim editis illis haberi auctoritatem. — *Cl. Pitjot, Prof. Hamburg. in litteris ad me scr. videtur ex codice peruetusto litteris vniculis olim in magna Graecia exarato, 170. fol. descriptus Praefationem Lascaris in posterioribus editionibus per typographorum avaritiam esse omissam, dolet Colomseus ad Gyraldum p. 515. Nridilimum exemplum, in membranis excusum, fuit in bibl. Kryfiana, Jac. Kryfii, Hagae Comitum 1727. 8. p. 94. — Anni 1468. nota litteris capitalibus: in bibl. Markiana, Hagae Comit. 1727. 8. part. I. p. 111. apud Clement cum hoc mihi vitiosa videtur.*

*Florilegium diversorum epigramm. in septem libros digessum. graece.* Post Aldinum stemma sequens novus totus. (qui est in Florentina principe edit.) *Ἀπολογία διαφόρων ἐπιγραμμάτων* etc. In calce legitur brevis graeca epistola Scipionis Carteromachi ad Aldum, et post illam: *Venetiis in aedibus Aldi mense Nouembri M. DIII. (1503.) 8.*

Exemplar membranaceum fuit in bibl. Askew, (vid. *Cat. pag. 35.*) et est in bibl. Laurentio-Medicea. vid. *Bandinii Catal. MSS. gr. tom. II. pag. 104.* qui epistolam gr. reddidit et notavit, Scipionis Fortiguerrae, Carteromachi dicti, vitam a Iusto Fontanino descriptam esse in *Diario litteratorum Italiae tom. XX. art. XI. §. II.* Exemplar cum notis msstis viri docti saec. XVI. fuit in bibl. Pinelliana. vid. *catal. I. c.* adde *Goetz. mem. bibl. Dresd. I. p. 30. et Serie dell'Edizioni Aldine etc. p. 23.* [Aldina exempla a. 1503 et 1521. habet bibl. Paullina Lips.]

Alteram Aldi editionem: *Florilegium epigramm. graec. in aedibus Aldi et soceri. Venet. 1517. 8. mense Nouembri* memorat *Maittaire A. T. pag. 303.* sed, quoniam eodem, uti prior, mense *Nouembri* finita dicitur, nec memoratur ab auctore serie dell'ediz. Ald. neque a Pinello ad Harwoodiam, suspicor, eam vel dubiam esse, vel vitium tantum folium mutatum, addita anni illius nota.

*Florilegium diversorum epigrammatum in septem libros Ἀπολογία διαφόρων ἐπιγραμμάτων* etc. — *Impressum Florentiae per heredes Philippi Iunioris Florentini: 1519. 8. graec.*

Vid. *Bandinii Iutarum typograph. annal. part. II. pag. 151.* Est in biblioth. Gotting. Exemplar cum notis msstis est in bibl. Bodleiana. vid. *Catal. vol. I. pag. 398.*

*Basileense a. 152. 8.* memoratur in catalogo biblioth. Bigotiana II. pag. 202. Sed esse dubia videtur. Forfan est editio: selecta epigrammata graeca, laetne versa ex septem epigr. gaeorum libris, Basileae ex aedibus Io. Bebelii. mense Aug. 1529. 8.

*Florilegium diversorum epigramm. in septem libros. Selecti nuper repurgatum cura M. D. XXI. (1521.)* Nunc exit castigatius, quam alias unquam proficis illustratum erroribus, ne sitque aduersum aduersus epigrammatibus. gr. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae soceri. mense Ianuario. 1521. 8. vid. *Clement. Mem. biblioth. Dresd. I. pag. 22. Clement. I. c. pag. 352 sq.* Est quoque in bibl. Grassenii, Göttingensi etc. Exempl. in bibl. Bodleiana I. c.

cum

cum V. L. manu Ios. Scaligeri. Haec editio ad codicem Palatinum a Frid. Sylburgio collata fuit quondam apud Graevium, ut ipse refert in praefat. ad Callimachum.

*Florilegium epigrammatum, solerti uiper cura repurgatum.* Paris. 1531. 8. apud Iodoc. Badium. — Est in bibl. Hamburg. publ. et Gottingensi. Fuit quoque in bibl. Sarraziana nr. 1328. et Pinell. l. m. etc. Repetitio superioris Aldinae esse videtur. Quae enim illa in titulo profitetur, eadem haec editio gloriatur. At enim de hac editione idem pronuntiandum erit iudicium, quod H. Stephanus tulit de Aldina recentiore, et quod postea referemus.

*Epigrammatum graecorum libri VII. annotationibus Ioannis Brodae Turonensis illustrati.* Quibus additus est in calce operis rerum ac uocum explicatarum index diligentissime conscriptus. Froben. Basileae 1549. fol. graece.

Sigismundus Gelenius in praefatione s. epistola ad Io. Frisium, Tigurinum, nuncupatoria mirifice laudat Brodae commentarios et variam illius exactamque omnis generis librorum cognitionem. Commentarii, epigrammatibus subiecti, sunt omnino docti et a multis VV. DD. laudati: at enim iusto copiosiores, interdum tenues; admodum raro, (quantum equidem animaduerti,) de lectione critica disputatur; sed ex mythologia, aut antiquitate aut grammatica interdum vel res tritae uerius explicantur: bona epigrammatum pars latine uersa est. Num uero Brodaeus plagii sit reus, et adnotationes oleant Tullani, regii graecae linguae Professoris Parisiis, auctore quodam apud Maittarium A. T. II. p. 356 sq. alii iudicent. conf. *Freitagii* adparat. litt. II. pag. 781 sq. In biblioth. Leidensi est exemplar plurimum conscriptum a viro docto. Sequuntur septem volumina, ruditer colligata, in quibus sunt versiones epigrammatum latinae a variis tentatae, ut Railleto, Volcardo, Castellio, Labaeo, Mekercho etc. uti notatur in Catal. pag. 335. nr. 25.

*Anthologia siue florilegium diuersorum epigrammatum,* cum nonnullis epigrammatis recens inuentis, reiectis ad calcem, gr. Venetiis apud Aldi liberos. 1550. 8.

Hic annus assignatur illi editioni, laudatae ab auctore ferie dell'ed. Aldine pag. 90. in catal. Pinelli l. cit. a Fabricio nostro aliisque. Exemplum, quod est in bibl. Hamburg. illum quoque annum praese fert. Contra Maittaire in A. T. III. pag. 604. refert eam inter libros, qui a. 1551. prodierunt. Verum tamen titulum exemplaris, quod est in bibl. Gottingensi, vir quidam doctus mihi quaeque amicus his uerbis indicauit: *Florilegium diuersorum epigrammatum in septem libros distinctum, diligenti castigatione emendatum.* Cui nonnulla uiper inuenta epigrammata in fine adiecta sunt, una cum indice tam rerum, quam auctorum copiosissimo. — Venetiis apud Aldi filios. M. D. L. (1550.) — Illam editionem, filiam forsitan superioris Aldinae editionis, ualde reprehendit H. Stephanus in praef. ad suam editionem, quod editor non erubuerit, pro magna epigrammatum accessione, quam in titulo pollicitus fuerat, septem aut octo uersiculos Anacreontis dare deprauatos: et editionem multis mendorum millibus locupletatam esse, grauius pronuntiat. Fabricius in marginae B. Gr. manu scripsit, illam editionem cum notis MSS. Lucae Langermanni, collatam cum MS. Palatino fuisse apud Schelium, Hamburgensem, se quoque apud eundem eoluisse *anthologiam ineditam* et plurima collectanea, castigandis epigrammatibus graecis ac supplementis idonea, etiam notas MSSas ex Hugonis Grotii editione excerptas.

*Florilegium epigrammatum graecorum.* Venet. apud Petrum et Io. Mariam Nicolinos Sabienfes. 1550. 8. vid. Catal. bibl. Thottianae, vol. IV. pag. 278. nr. 620. Hanc edit. ratifsimam adpellat *Brunck Anal.* III. pag. 39. Atque vel ipsis Venetiis adeo rara est, vt cel. *Morrellius* se nullum exemplar vinqum vidisse mihi significaret.

Ἀνθολογία. — *Florilegium diuersorum epigrammatum veterum, in septem libros diuisum, Magno epigrammatum numero et duobus indicibus cuiusdam.* — gr. M.D.LXVI. (1566.) *Excudeb. Henr. Stephanus* — 4. Duplici indici subiiciuntur σχόλια Μαξίμου, ἢ μνείαν ἐποιήσάμην σελίδι ζτ'. et Henr. Stephani adnotationes in quosdam *Anthologiae epigrammatum locos; et potissimum eos, qui secus, quam in hac eius editione aut scripti aut interpuncti inueniuntur scholia et adnotationes.* — Nova quodammodo est recensio. Multa quidem in lectione, plura in interpunctione, titulis, et separatione aut coniunctione epigrammatum mutauit: heroum epitaphia epigr. e codice Mediceo, γριφώδη pag. 835. ex vetere cod. epigrammatum, quem Louanii habebat Ioan. Clemens, Anglus; alia ex Herodoto aliisque graecis auctoribus descripsit. — Quis vero *Maximus* ille auctor scholiorum graecorum fuerit, non omnino certum habemus atque exploratum. *Andr. Riinus* in praef. ad *Anthol.* pag. 2. adscribit ea *Maximo Planudae.* Verum *Fabricio* nostro auctor videtur admodum recens, et ex vulgaribus libris, *Suida*, *Eustathio*, schol. in *Apollonium*, *Athenaeo*, *Stobaeo*, *Pausania* aliisque, quos nominatim citat, pleraque collegisse. Hinc suspicatur, esse pleraque alicuius *Planudae* etiam iunioris; licet alia recte tribuantur *Maximo*, vt, quae in *Wecheliana* edit. occurrunt ante notas *H. Stephani*, referenda ad pag. 98. Conf. *Freytag.* adpar. litter. II. pag. 733 — 787. *Baumgart.* merk. Bücher etc. tom. V. pag. 63 sqq. — In bibl. *Leidensi* duo sunt exemplaria cum variis virorum doctorum notis msstis. vid. Catal. illius biblioth. p. 260. nr. 9 et 10. et in bibl. *Comit. de Thott* fuit exemplar cum multis adnotat. margini manu adscriptis. vid. Catal. tom. IV. pag. 34. aliud exemplar cum not. msstis in bibl. *Bodleiana.*

*Epigrammatum graecorum annotationibus Iouannis Brodaci, Turonensis, nec non Vincentii Opsopaei et graecis in pleraque epigrammata scholiis illustratorum, libri VII.* Accesserunt *Henr. Stephani* in quosdam *Anthologiae epigrammatum locos* annotationes. Additi sunt indices tres, pernecessarii. *Francos.* apud *Andr. Wecheli* heredes *Claudium Marnium*, et *Io. Aubrium:* a. 1600. fol.

Haec editio satis nota, raraque quidem, nec vero tantae raritatis, quanta superioribus, in graecis sequitur *H. Stephanum.* Praeter adnotationes *Vincentii Opsopaei* et *Brodaci* animaduersiones, e chirographo illius auctas, et singulis vtrasque epigrammatibus subiectas, nec non *H. Stephani* castigaciones vna cum indicibus ad voluminis calcem coniectas. in ora libri passim exhibet scholia graeca, in quibus nonnulla loca haud infeliciter illustrantur, ex cod. *Francisci Pithoei*, quem cum altero *Paulii Petau* typographus contulit. Adde *Clement.* l. c. pag. 363 sq. *Goetzii* memor. bibl. *Dresd.* l. pag. 50 sq. Ad scholia graeca pertinere videntur,

5) Huius adnotationes antea seorsum prodierunt inscriptae: *In graecorum epigrammatum libros quatuor annotationes longe doctissimae iam primum in lucem editae.* *Vincencio Obsopoeo auctore,* cum indice. *Basilaeae* in officina *Nicol. Brylingeri* 1540. 4. Quatuor tantum libros enar-

rauit, I. II. III et VII. cuius consilii rationem in praefatione declarat. Obseruat. sunt grammaticae atque eruditae, et sensum vel carminis vel vocabulorum diligenter explicant. Multorum epigramm. vel suam vel aliorum VV. DD. versionem latinam eamque metricam adiecit *Opsopaeus.*

videntur, quae *If. Casaubon.* lection. Theocrit. cap. 2. scripsit. „Vidimus, partim etiam habemus quam plurimas ἐξηγήσεις et scholia in plerosque omnes poetas antiquos, etiam in *graeca epigrammata* et in Oppianum; quae omnia olim a nobis, discendi cupiditate inflammatis, avidissime comparata, lectione deprehendimus esse plane, quod Theocritus ait ἄπαν ἔύπον; λῆρον ἐπὶ λῆρον“ aliud nihil.“

*Anthologia seu florilegium graeco-latinum*; h. e. veterum Graecorum epigrammata: quae iam olim ex trecentis plus minus auctoribus, ab *Agathia* scholastico et *Maximo Planude* fuerunt collecta: Quotquot in hanc usque diem, doctissimorum virorum opera, latino carmine conuersa exstant: cum ipsis interpretationibus nunc recens edita ab *Henrico Magifero*. — Praemissi sunt tres indices, locorum videlicet communium, seu capitum, auctorum atque interpretum huius operis. Francofurti sumt. Authoris, excudit *Ioachimus Brathering*, 1602. 8. — rec. dicitur 1613. 8.

Haec editio rara continet VII. libros. In tertio indice enumerantur 93 interpretes. vid. *Hamberger* zuverläss. Nachrichten, tom. IV. pag. 570. Fabric. eam edit. enumerat in catalogo librorum singulorum vel epigrammatum selectorum.

Ἀνθολογία. — *Florilegium, h. e. veterum graecorum poetarum epigrammata, comprehensa libris septem, Interprete Eilhardo Lubino*, (Professore quondam in vniuersitate litterarum Rostochiensis.) In bibliopolio Commeliniano. 1604. 4. vid. *Clement.* l. c. pag. 364. In bibl. Lugd. Batav. est exemplar, ad cuius oram aliqua sunt adscripta a viro docto: vbi autem illa editio a. 1603. designatur. Exemplar tamen, quod est in bibl. Hamburg. habet quoque a. 1604. praefixum, et sic alia. [Nimirum epistola dedic. est d. 2. Sept. 1603. scripta.]

*Variorum epigrammatum libri VII. gr. et lat. interprete Eilhardo Lubino.* in Corpore poetarum graecorum tragicorum, comicorum et epigrammaticorum. Colon. Allobrog. 1614. tom. II. pag. 495 sqq.

Ἀνθολογίας διαφορῶν ἐπιγράμματων εἰς ἑπτὰ βιβλία διηρημένης τὸ πρῶτον. In aduersa pagina *Racolta di vari Epigrammi divisa in sette libri* ex regia typographia. Neapoli 1788. imper. 4.

Quatuor volumina, quorum primum duobus tomis lucem adspexit, necdum ultra primum librum opus processit, Planadis; duo autem alii Constantini Cephalae Anthologiam comprehendent. Gaetanus Carcani metricè vertit in linguam italicam. Splendidum esse dicitur opus; sed expectationi atque votis censoris in ephem. litterar. Gotting. a. 1789. pag. 117. minime respondet: equidem id nondum vidi.

*Anselm. Bandurius* in Imperio orientali, s. antiquitat. CPolitanis, Venet. 1729. fol. tom. I. pag. 115 — 153. librum septimum dicauit variis epigrammatibus, (ex libr. III. IV. et V. anthol.) et poematibus tum veterum tum recentiorum poetarum atque inscriptionibus in celebriora vrbis CPolitanae monumenta: atque Bandur. in tom. II. varii generis obseruationibus illustrauit.

De Iensii, Reiskii, Brunckiique editionibus epigrammatum gr. iam supra est disputatum.

*Libri singuli vel epigrammata selecta.*

Graecae literaturae dragmata *Io. O. colampatio* autore, Basileae apud Andr. Cratandr. a. MDXXI. — Compendium grammaticae graecae Jac. Ceporini iam de integro ab ipso auctore castigatum et locupletatum. Hesiodi georgicon ab eodem Ceporino breui scholio adornatum, ubi dictiones et sententiae quaedam obscuriores atque obiter graecorum carminum ratio declaratur. *Epigrammata quaedam lepidiora vice coronidis adiecta* etc. Basileae apud Valentinum Curionem. min. 8. Epigrammata Posidippi, Metrodori, Archiae, Luciani, Palladae et aliorum habent inscriptionem suam: ἐπιγράμματα τινὰ σποράδιον συγκομισθέντα. Exstat in bibl. publ. Gieslensi et Lipsica.

*Epigrammata graeca veterum elegantissima eademque latina per Io. Soterem collecta.* (e libr. I. II. III. IV.) Coloniae 1525. 12. — 1528. 8. — rec. Friburgi Brisgoiae, Stephanus Melechus Grauius excudebat 1544. 8. quam editionem typographus Grauius praedicat, Soteriana esse multo castigatorem, ex collatione emendatorum codicum a mendis repurgatam et nonnullis epigrammatibus ex graeco exemplari adiunctis locupletiore. vid. *Freytag. adpar. litt. II. pag. 796 sq.*

*Selecta epigrammata graeca latine versa, ex septem epigrammatorum graecorum libris* 9). Accesserunt omnibus omnium prioribus editionibus ac versionibus plus quam quingenta epigrammata, recens versa ab *Anthonio Illiatio, Ottomanno Luscinio, ac Iano Cornario, Zuicauienti.* — Basileae ex aedibus Io. Bebelii. mens. Aug. MD. XXIX. (1529.) 8.

Quod Cornarius in praefatione, (cuius partem dedit *Maittaire* A. T. II. pag. 725.) ait, se hunc libellum *tribus centuriis a se versorum auctum* mittere; suspicatus eram, sequentem librum, cuius notitiam amicus mihi per litteras dedit, sed anni notam, (qua num liber ipse careat, nescio,) non adscripsit, prius in lucem exiisse. Eius exteriorem titulum:

*Seria iocisque* dulcissimo litterarum Mecoenati D. Antonio Fuggero ab *Ottomanno Luscinio* non sine insigni delectu congesta, quorum elenchum sequens monstrabit pagella. — Interior, autem titulus in aversa pagina hic est:

Plutarchi — commentarius, quo non alius utilior, docens, quibus argumentis deprehendas, circa virtutem, morem vitaeque integritatem te certo profecisse, *Ottomanno Luscinio* interprete. — *Epigrammatum graecum centuriae duae, latinitate per eundem donatae*, singulis illustratorum argumentis, vnde graecas illas argutias leporumque incomparabilem facile assequaris licebit: ita ut ad res serias, iocos, in vniuersa acta vsui esse possint. — Index rerum per epigrammata sparsim digestarum, quo sint inuentu faciles. Sed quum cl. *Am. End.* comment. doctam de vita scriptisque *Ottomari Nachtgalli*, (qui etiam nomen saepius mutauit more illius aevi et se nominauit *Luscinium, Philmelam, Prognum, Aidon.*) in cl. *Strobelii* Miscellaneen literarischen Inhalts, part. IV. Norib. 1781. 8. conferrem, pag. 51 sqq. reperi, librum illum in lucem prodixisse *Argentor.* 1529. 8. et dedicationem esse datam ex *academia F. il. urgenfi, idibus Ianuar.* 1529. Ibi quoque notatur, Epigrammata, a Luscinio versa, interdum mutata, in aliis eiusdem generis collectionibus fuisse repetita, e. gr. in Epigrammatibus graecis veterum — per Soterem collectis, Colon. 1528. 8. in selectis epigram-

Kkk 2 mat.

8) Est Soteriana collectio.

mat. graecis latine versis — a *Iano Cornario*, Basil. 1529. 8. (diuersa igitur omnino est haec editio paullo ante memorata, et vtriusque edit. exempla in B. Gott.) atque in collectione latina, inscripta: scholae christianae epigrammatum libri duo ex variis christianis poetis decerpti, in vsum adolescentulorum. Basil. 1539. 8. Plura de illa editione et *Luscini iocis* adnotauit cl. *Am-Ende*.

*Caspari Vrsinii Velli* epigrammatum graecorum in latinum sermonem verforum liber, in eius poematibus editis Basil. 1522. 8.

Epigrammata veterum poetarum cum epitaphiis et epigrammatis *Ioachimi Camerarii* et *Iac. Micylli* \*). Basileae ex officina Heruagiana. — In calce: Basileae apud Io. Heruagium et Io. Erasm. Frobenium. Anno M.D.XXXVIII. (1538.) 8.

*Anthologiae graecorum epigrammatum liber primus vniuersus per Franciscum Bellicarium Peguilionem in latinum sermonem metricum conuersus*. Excud. Ludouicus Grandinus. IX. Kalend. Mart. Paris. 1543. 4. *Maittaire* A. T. III. pag. 354.

*Epigrammata* quaedam excusa graece. Paris. 1544. 4. exflare, notauit Fabricius; nisi haec eadem sit editio, quam modo ex *Maittario* indicauimus.

*Epigrammata selectiora e graecis scriptoribus. Epigrammatum centuriae duae*. Tiguri apud Frosch. (Froschouerum.) MDXLIX. (1548.) 8.

Singulari quidem titulo insignita est haec collectio: sed esse adpendicem libri, quem Ioannes Frisius, Tigurinus, hoc emisit titulo: *Hesiodi Aseraci poema inscriptum* "Εργα καὶ Ἡμέραι, i. e. *Opera et dies*. *Accedunt in idem breuia scholia a Iacobo Ceporino primum conscripta, nunc per Ioannem Frisium Tigurinum insigniter arcta*. — *Item selecta aliquot Graecorum epigrammata, quibus propter vtriusque linguae studiosos latinam translationem adieci- mus*, — patet non solum ex hac generali libri inscriptione, sed etiam ex praemissa *Rodolphi Gualthi* epistola. vid. *Freytagii* adpar. litter. II. pag. 779 sqq.

*Anthologia epigrammatum Luciani*. graece. Paris. apud Guil. Morellium. 1551. 4.

*Anthologia epigr. Antipatri*. graece. Paris. apud Guil. Morellium 1551. 4.

Vid. *Maittaire* A. T. III. part. II. pag. 605.

Ἀνθολογικὸν ἑλληνιστὶ καὶ ῥωμανιστὶ — per *Mich. Neandrum*. Basil. per Io. Oporin. 1556. 8.

*Epigrammata graeca in S. Dionysium Areopagitam*. Paris. apud G. Morellium. 1562. 8. In bibl. Sarraziana. sect. IV. pag. 92.

*Epigrammata graeca selecta ex Anthologia. Interpretata ad verbum et carmine ab Henr. Stephano; quaedam et ab aliis. Loci aliquot ab eodem annotationibus illustrati*. — *Eiusdem interpre-*

\*) Titulus huius editionis est graece scriptus: *Νεωτερικά* Politiani, pag. 100. Micylli, pag. 103. *Επιγράμματα Ἰλληνικὰ τῶν παλαιῶν ποιητῶν καὶ ἐπιτάφια μετὰ τῶν ἐπιγραμμάτων Ἰακώμου Καμεραρίου* pag. 138. *Ὀμηροκρατικῆ* pag. 145. *Versiones nonnullorum latinae*.



*interpretationes centum et sex unius distichi, aliorum item quorundam epigrammatum variae.*  
Anno M. D. LXX. (1570.) Excud. Henr. Stephanus. 8.

*Vauassoris* reprehensionem iam Fabricius paullo post in notitia edit. Riui ni memorauit, adde *Freytag.* l. cit. pag. 786 sq.

*Epigr. graeca* in Homerum ex libris Anthologiae, ab *H. Steph.* aliisque latine versa. apud *H. Stephanum.* 1573. 8. In bibl. Bodleiana.

*Selecta quaedam de moribus epigrammata, ex primo Anthologiae libro: gr. et lat. ex variis interpretibus.* Paris. apud Ioan. Bene. nat. 1577. 4.

*Epigrammata in Homerum.* gr. ex offic. Feder. Morelli. Paris. 1587. 4.

*Epigrammata latina* ex anthologia Graecorum petita: latino carmine reddita a *Paullo Stephano.* *Eiusdem Pauli Stephani iuuenilia.* Lugduni (Geneuae) apud Francisc. le Preux. M. D. XCIII. (1593.) 8.

*Anthologiae seu epigrammatum graecorum (91.) liber I. ad usum scholarum hoc modo seorsim excusus.* Colon. Agrippinae. In offic. Birckmannica, sumtibus Arnoldi Mylii. 1598. 8. gr. sine vlla praefatione.

*Florilegii diuersorum epigrammatum veterum in septem libros distributi, primus, cum interpretatione* (latina metrica, eodem quo Graeca, carminis genere ita expressa, vt versus versui, et verbum verbo paene respondeat,) *Eilhardi Lubini, e regione opposita.* — Rostochii: e praelo Myliandrino. 1600. 8.

Num eadem sit, aut quomodo differat, (differt quidem forma,) alia, mihi per litteras ab amico quodam ex bibl. quadam publica indicata:

*Ἀνθολογίας διαφόρων ἐπιγραμμάτων, εἰς ἑπτὰ βιβλία διηρημένης, τὸ πρῶτον, μεταφράζοντος Ἐλάδου Λεβινε.* Florilegii variorum epigrammatum in septem libros distributi primus, interprete *Elardo Lubino,* Professore poeseos in academia Rostochina publico. 4. sine anni et loci nota, equidem dicere nequeo. An est illa Lubini editio, quam supra in notitia editionum integrae Planudeae anthol. ad a. 1604. indicaui? an pars tantum?

*Excerpta ex Anthologia Martiale et Theocrito quaedam.* Paris. 1606. 8.

*Epigrammata in imagines ducum, regum, imperatorum, ex graeca anthologia selecta, latinis versibus a Fed. Morello reddita; inscriptio vetus in via Appia effossa, quae dedicationem fundi continet ab Herode factam, graece, latinis heroicis ab eodem Morello expressa.* Lutet. apud eundem Mor. 1607. 4.

*Maittaire* A. T. III. pag. 851. Catal. bibl. *Menken.* I. pag. 84. bibl. *Askew.* pag. 146. nr. 3548.

*Epigrammata ex libris graecae anthologiae a Flor. Christiano selecta et latinis versibus reddita.* — *Accessit Musaei poemation versibus lat. ab eodem expressum.* Lutet. ex typogr. Rob. Stephani. 1608. 8. *Askew.* bibl. pag. 61. et *Maitt.* l. c. pag. 853.

*Epigrammata selecta ex florilegio et alia quaedam ex veteribus poetis, comicis potissimum, latino item carmine conuersa.* Romae 1608. 12. apud Barthol. Zannetum. vid. *Freytag.* l. c. pag. 791 sq.

*Graeca veterum epigrammata in imagines regum, ex secundo anthologiae libro, Paris. e typographia Io. Libertij. 1609. 4.*

*Omnium horarum opsonia, siue graeca epigrammata ex septem libris Anthologiae selecta, cum metaphrasis variorum. Francof. 1614. 8.*

*Epigrammatum graecorum selectarum pars prima. Ingolstadii ex typographico Ederiano. 1617. 8. et pars secunda, ac pag. 124—241. Επιγράμματα ἐκ τῆς Ἀνθολογίας ἐπιλεγμένα, tamquam pars tertia, τὴν τρίτην. quamquam ante Moguntiae prodidisse, ex praefatione colligas.*

*Anthologia poetica graeco-latina. Antwerpiae 1617. 8.*

*Ἀνθολογία διαφόρων Ἐπιγραμμάτων παλαιῶν — Florilegium diuersorum epigrammatum veterum in centurias distributum, a M. Elia Cüchlero, Gorlic. P. C. Opus nou-anti-quum, Lusatae litteratae sacrum, Versione latina gemina, soluta et ligata, cum autoris perpetua, tum aliorum diuersorum saepius textu adornatum. Centuria prima — Gorlicii Iohannis rhaMbae typi eXCVDebant. (h. e. 1618.) item Centuriae II—V. 1618—1619. 4.*

*Epigrammata selecta cum latina versione. Monachi, 1622. 8.*

*Anthologia epigrammatum graecorum selecta et ab omni obscenitate vindicata. Cum latina interpretatione κατὰ λέξιν. Flexiae apud Ludou. Hebert. — M. DC. XXIV. (1624.) 8. vid. Freytag. l. cit. pag. 792 sq.*

*Florilegium epigrammatum graecorum. gr. et lat. editore Th. Farnabio. Londini 1628. (1629. in catal. bibl. Bodleian. I. pag. 398.) — 1650. 8.*

*Io. Laurenbergii otium Soranum, siue epigrammata ex graecis latinisque scriptoribus. Hafniae 1640. 4.*

*Graecorum epigrammatum libri duo auctore Io. Cottunio, cum eiusdem versione latina. Patavii 1653. 4.*

*Epigrammata selecta. graece ad calcem Cyclopi Euripidei cum metaphrasi latina Q. Septimii Florentis Christiani. Helmstad. 1653. 4.*

*Bohuslai Balbini, S. I. examen melissaeum, seu epigrammatum libri quinque, quibus sextus ex graecis fontibus additur. Praegae 1663. 12.*

*A. Licinii Archiae et Luciani Samosatani epigrammata graeca, in rem et commodum studiosorum Φιλελλήνων edita a M. Christiano Saalbach, humaniorum litterarum P. P. — Gryphiswaldiae ex officina Starkiana. 1692. 8.*

In *Valentini Acidalii* epigrammatibus Helmstad. 1589. 4. pag. 37—42. versa e Graecis; — in *Viti Amerbachii* poematibus Basil. 1550. 8. pag. 22—30. — in *Io. Matthaei Toscani* florilegio s. epigrammatibus selectis graecis, latinis versibus redditis, Burdigalae 1620. et Geneuae, 8. — in *Dan. Heinsii* carminibus, Lugd. Batav. 1640. 8. viginti prope-modum ex anthologia inedita occurrunt graeca epigrammata cum latina versione metrica; conf. *Reiske* in nouis misc. Lipsiens. IX. pag. 146 sq.

Riui editio in fronte, nouam instituti rationem amplis verbis ipsa declarat:

*Anthologia* — seu *Florilegium* graeco latinum diuersorum epigrammatum veterum, e CCLXXVII. auctoribus graecis rarioribus, et quorum opera intercederunt, ab *Agathia Scholastico* et *Maximo Planude* iam olim collectorum, et in VII. libros digestorum, nunc in trium chiliadum centurias distributorum, recens vero et superioribus retro seculis a CCCXXX. varietum nationum latinis poetis famigeratissimis ciuitate praetextaque romana donatorum, et carminibus totidem latinorum translatorum; praemissa sua cuique epigrammati secundum litteram et ad verbum prosaica, in bibliopoliis haecenus desiderata *Eliae Cuchleri* aut *Eil. Lubini* versione, iunctis rerum, auctororum et interpretum indicibus. Cura studio atque opera, ut et collectione, confectione, et impensis *An. Riini*, *Halis-Saxonis*, *Philos. et Medic. D. C. P. Caesar. Poeticaeque P. P.* — Opus nou-antiquum — utile etc. Gothae. Prelo Reyheriano, excud. Io. Mich. Schall. aera Dionysii 1651. Venund. Lipsiae ab editore. 8.

De hac rara edit. vid. *Clement.* l. c. pag. 365. et *Fabricius* ea, quae sequuntur, adnotavit. „*Andreas*, inquit, *Bachmannus* siue *Riinius* v), Professor, Lipsiensis, variis scriptis haud ineruditis et illustratione poetarum quorundam veterum Christianorum latinorum clarus, nouam integri florilegii epigrammatum in trium Chiliadum centurias diuisi editionem molitus est hoc consilio, vt singulis epigrammatis, graece descriptis, subiiceret versionem profariam, qua redditur verbum verbo, tum poeticas metaphrasas adiungeret, non vnā vel duas, sed denas et amplius, bonas, malas, mediocres, aliorum et suas ipsius. Non inutile hoc fortassis institutum esse duxit, pro tironibus, docendis, quid distent aera lupinis, et quomodo eadem sententia suauius tersiusque efferri possit et debeat. *Henrici* vero *Stephani* studium, qui postremum distichon epigrammatis graeci VI. 6. *Anthologiae*, quod incipit *Σὸς πέσις Ἀγγίσις*, in editione anni 1566. quinquaginta distichis latinis extulit, quinimmo, (quo virum sagacissimum fugisse miratur *Colomelius*.) inter selecta epigrammata a. 1570. vulgata, centum et quatuor distichis latinis est interpretatus, reprehenditur a *Vauaflore* cap. 17. libri de epigrammate pag. 202. tamquam puerile, quod distichorum illorum vel optimum nauo quodam suo non careat, cetera in plerisque absone et incondita reperiuntur. Sic *Christianus Danmius*, *Cygnae* 1625. 8. edidit *Μενοσιχοποιλοπαίγμων*, seu versiculum ex anthologia lib. I. cap. 8. epigr. 6. πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι παῖδες δὲ τε βακχοί, latinis hexametris plus trecentis redditum. Atque in schedis adhuc habuisse aiunt eundem versum expressum hexametris 2000, phalaicis 250. vide *Godofr. Ludouici* historiam rectorum et scholarum, part. III. pag. 113. — In *Riini* collectione occurrunt fere ad pleraque epigrammata interpretationes vna vel plures satis bonae et amoenae, quales fere sunt *Io. Gorraei*, *Q. Sept. Florentis Christiani*, *Iani Doufae*, *Pauli Stephani* et aliorum. Sed non peruenit

v) Rector primum scholae Nordhusanae, deinde in Academia Lipsiensi Poeseos ac denique Pathologiae Professor, diem obiit supremum a. 1655. natus Halae Saxonum a. 1601. Vide *Io. Henr. Ernesti* Orat. de professoribus poeticis per saeculum XVII. Lips. 1702. 8. *Henningi Witte* memorias philosophorum, part. II. pag. 251. Eius filii tres nostra aetate patriam illustrarunt atque vno extincto etiamnum ornant triplici genere studio-

rum egregii viri, *Tillemannus Andreas Riinius*, verbi diuini praeco disertus ac grauis piusque et linguae hebraeae, quam publice docebat adprime gnarus, defunctus initio anni 1692. De qua consulendae *Henrici Pippingii* Memoriae Theologor. p. 406 sq. *Quintus Septimius Florens Riinius*, iuris romani et Saxonicum consultissimus, et *Augustus Quirinus Riinius*, medicus ac botanicus excellens.

venit ultra librum secundum, cum quo primum etiam epigrammatum graecorum millenarium absoluit. Prodiit Gothae a. 1650. <sup>w)</sup> 8. licet exempla quaedam (folio tituli, vt fieri solet interdum, recuso,) prae se ferant annum 1637. Catalogum latinorum poetarum, quorum metaphrasas in hoc opere vndique congestae sunt, editor praemisit vaegrandem; e quo illos tantummodo referam, qui plura epigrammata e graeco sunt interpretati, vt sunt: e veteribus *Ausonius*, e recentioribus praeter *Riinum* ipsum, *Andreas Alciatus*, *Benedictus Brugnotus*, (in Laertii versione,) *Bonaventura Vulcanius*, *Caspar Barthius*, *Vrsinus Velius*, *Christianus Daunius*, *Claudius Minor*, *Claudius Rosellius*, *Daniel Heinsius*, *Daniel Alsuortus*, *Desj. Erasmus*, *Eilhardus Lubinus*, *Elias Cuchlerus*, *Publ. Faustus Sabaeus*, *Franciscus Bellicarius*, *Franciscus Modius*, *Franciscus Schottus*, *Fridericus Morellus*, *Georgius Buchananus*, *Gregorius Bersmannus*, *Guilelmus Canterus*, *Guarinus Veronenfis*, *Hadrrianus Iunius*, *Henricus Stephanus*, *Hieronymus Megiserus*, *Hugo Grotius*, (sed cuius versionem totius Anthologii, de qua infra dicturus sum, Riinus non habuit,) *Iacobus Thomastus*, *Ioannes Benedictus*, *Ianus Cornarius*, *Ianus Doufa*, *Io. Fidlerus*, *Reichenbacensis*, *Ianus Gruyerus*, *Ianus Guilelmus*, *Io. Gorraeus*, *Io. Lauterbachius*, *Ianus Lernutius*, *Io. Pannonius*, *Io. Pierius Valerianus*, *Io. Sleidanus*, *Io. Stigelius*, *Io. Seter*, *Io. Venatorius*, *Ioach. Camerarius*, *Iosephus Scaliger*, *Iulius Caesar Scaliger*, *Is. Casaubonus*, *Lambertus Alardus*, *Leodigarius a Quercu*, *Lucas Frutirius*, *Martialis Monerius*, *Matthaeus Toscanus*, *Nich. Bentinus*, *Natalis Comes Venetus*, *Nicodemus Frischlinus*, *Nicolaus Borbonius*, *Ottomarus Luscinus*, *Paulus Meliffus Schedius*, *Paulus Stephanus*, *Petorius Tiara*, *Philippus Melanchthen*, *Polycarpus Wirthius*, *Q. Septimius Florens Christianus*, *Scaeuola Sammarthanus*, *Stephanus Paschasius*, *Theodorus Bessa*, *Tho. Morus*, *Thomas Venatorius*, *Valens Acidalius*, *Vincentius Obsopoeus et Zacharias Friedenreich*. Praetereo reliqua Riino memorata nomina ultra trecenta ac viginti, quia nemo fere est, qui poesin latinam vel primis adigit digitis, quin in vno vel altero epigrammate graeco expertus sit vires, saltem de latino vertendo in aliud latinum,

Ab eo tempore, qui operae pretium in hoc genere fecerit memorare iuuat vnum *Petrum Francium*, Amstelodamensium Musarum decus, in cuius Poematis bene multa exstant epigrammata translata de Graeco suauissime et felicissime. Viderunt lucem Amst. 1682. 12. et 1697. 8.

Nouus Graecorum Epigrammatum et Poematum delectus cum noua versione et notis, opera *Thomae Johnson*, editio III. et emendatior Lond. 1706. 8. typis Io. Barber. "Hactenus *Fabricius*.

*Himerii*, *Sophistae*, oratio *εἰς βασιλέα* etc. et epigrammata quaedam graeca, ex Anthologia mst. Omnia in vsum praedlectionum publ. ex codd. Vffenbach. nunc primum in lucem emissa a *Io. Henr. Maio*, F. Gieslae 1709. 8. cum versione lat. et adnotatt. Maii ad orat. et anthol. calamo adscriptis, in bibl. *Krohnii* V. Cl. vid. huius catal. pag. 199. nr. 6.

Ἀνθολο-

<sup>w)</sup> Num. anni 1651. habet exemplar, quod vidit quidam in bibl. publ. eel. itemque Clement. et in catal. bibl. Menken. I. pag. 117. duplex edi-

tio occurrit, Gothae 1651. et alia, (nisi tituli folium sit tantummodo mutatum,) Lipsiae. 1651. *Hartl.*

*Ἀνθολογία* *sive epigrammatum ex Ἀνθολογία edita MS. Bodleiana, aliisque auctoribus, delectus*, Oxon. 1724. 8. — noua edit. Londini 1780. 8. in usum scholae Westmonasteriensis.

*Ἀνθολογία δευτέρα sive poematum graecorum minorum delectus in usum scholae Westmonasteriensis.* — Edit. altera, aucta et emendata. Londini sumtib. Guil. Ginger, ad insignia collegii Westmonaster. iuxta scholam regiam. 1769. 8. Haec tamen editio continet non tam epigrammata, quam potius particulas ex Hesiodo, Theocrito, Bione, Callimacho, Pindaro, Anacreonte, et carmen de Herone atque Leandro.

*Nouus graecorum epigrammatum seu ποιεμάτων (sic) delectus cum noua versione et notis (criticis.) Opera Th. Johnson.* edit. noua recognita et emendata. Etonae. 1777. 8.

*Raymundi Cunichii e S. I. Anthologica sive epigrammata Anthologiae Graecorum selecta latinis versibus reddita et animaduersionibus illustrata.* Romae typis Mich. Angelli Barbiellini. 1771. 8.

*Kleine Anthologie. Aus den Brunkischen Analekten gesammelt, und zum Behuf der Schulen herausgegeben.* Duisburg. 1789. 8.

*Carmina ex antiquis lapidibus — obseruationibus et notis illustrata a P. Franc. Maria Bonada.* Parmae 1751 et 1753. 4. II. voll.

*Scelta d Epigrammi greci, tradotti in versi latini ed italiani.* Liorno, 1772. — tum X. epigrammatibus et nonnullis prosaicis aucta, Pesciae 1780. — Edit. III. auct. X. epigrammatibus. Florent. 1790. 4. Auctor est *Auerardo de Medicis*, nobilis Florentinus.

Centum epigrammata in italicos versus transtulit *Girolam. Pompeius*, quae cum textu graeco exstant in eius Operibus, italice scriptis, tom. II. Veronae 1790. 8. — Inter *Io. Thomasi Cavazzae* scripta in Giorn. d'Italia tom. XVIII. pag. 288. memorantur *Gli Epigrammi greci tradotti in verso Italiano.*

*Il Satirico innocente Epigrammi trasportati dal Greco all' Italiano da Antonio Giulio Brignole Sale.* Genova per il Calenzana. 1648. 12.

*Varj Epigrammati (130) della greca Anthologia recati in lingua volgare etc.* Venet. apud Anton. Zatta 1752. fol. — *Anton. Maria Saluinius* multa epigrammata italice vertit. vide *Novelle letterarie di Venezia* 1729. et *Paitoni* biblioteca degli autori antichi — volgarizzati, tom. I. pag. 68.

*Opuscoli postumi di Giovanni Paolo Ricolvi*, continenti 1) Saggio sulla critica, poema del Signor Alessandro Pope etc. 2) *Dissertaz. sopra l' Antologia, o sia Raccolta di Epigrammi Greci.* 3) *Lezione acad. sopra Menandro* etc. 4) *Homeri Batrachomyom.* lat. atque italo metro reddita. In Torino. 1777. 4. De historia atque ingenio diuersitateque epigramm. primum pauca, eaque nota refert Ricolui: tum ex Anth. edita inagnum epigrammatum, secundum classes suetas distributorum, numerum delegit, eaque graece cum versione metrica tam latina quam italica posuit et quaedam est interpretatus.

Ex Scipionis Maffei opusculis in *Giornale de' letterati d'Italia* tom. 32. pag. 213. a Fabricio notatur: „*Il Maggi* avendo tradotti dal Greco alcuni epigrammi dell' *Antologia*, quasi essi fossero imperfetti o rozzi, aggiunse a cia scheduno la chiusa, cioè una sentenza nel fine, con che vengono i più di que' componimenti a deformati, e a perdere ogni bellezza.“

*Herder* in zerstreuten Blättern, collect. I et II. et *Car. Gottlob Sonntag* in: zur Unterhaltung für Freunde der alten Literatur etc. part. I. Rigae 1790. 8. multa epigrammata graeca germanice verterunt et partim illustrarunt.

[Plurium epigr. versiones vernaculae collectae sunt in libro: Griechische Blumenlese in deutschen Uebersetzungen, Grottkau, 1788. 12.]

Epigrams translated into english verse from the original Greek and selected from the Compilation of Rich. Fr. Phil. Brunk etc. Londini 1791. 8. conf. the monthly Review for April. 1792. pag. 381 sq. et Neue Bibl. der schönen Wissenschaften etc. tom. 50. part. I. pag. 175 sq. et in part. II. pag. 337. laudatur A selection of greek Epigrams or Inscriptions from Bruncks Anthologia; to which is annexed a Translation in english verses, with Notes. Oxon. 1792. 8.

*Gallice* pauca quaedam epigrammata vertit in poematis suis *Ludou. Hestellus*, (Hesteau,) Io. Aurati discipulus. Paris. 1578. 4. — *Menardierii* Galli paraphrasin epigrammatum quorundam Anthologiae laudat *Io. Capellanus* pag. 253. Melanges litteraires; atque Fabric. in margine memorat *Hippolyti Iulii Pilet de Mesnardiere* imitationes quasdam Anthologiae, in eius poematibus, Paris. 1656. fol. — *Francisc. Carpentarius*, se non pauca epigrammata vertisse, testatur in Carpentarianis pag. 189. — Exstant et alia ex gallica Tamiserii versione, hoc titulo: *Anthologie*, ou Recueil de plus beaux epigrammes grecs, pris et choisies de l'Anthologie grecque. Mis en vers Français, sur la version de plusieurs doctes personnages. Avec les opuscules de Phocylide, Naumache et Pitagore, aussi traduits du Latin. Par *Pierre Tamiser*. Lugduni. 1597. 1617. 8. — *Longapetraeus* vertit quaedam versibus gallicis, in notis ad Anacreontem, Moschum etc.

Nonnullis codicibus atque editionibus addita esse scholia, ex recensione codd. mstorum atque editionum, facile est cuilibet intellectu. Nec mirum, quum multis, e quibus conflata est Anthologia, poetis, iam antiquioribus temporibus contigissent interpretes: e quorum commentariis grammatici serioris aevi varia fortuna compilarunt scholia sua suisque interdum auxerunt et vero contaminarunt obseruatiunculis, ex quibus deinceps alia diuersi generis pretiique orta sunt scholia, codicibus poetarum et ipsarum anthologiarum adscripta.

Quare fieri potuit, vt etiam Planudeae collectionis codicibus scholia vel ex superioribus anthologiis petita, vel ab imperitis lectoribus facta, adponerentur. Hinc gemmae quoque in stercore quasi reperiuntur. Atque tanta illius tempestatis inscitia obseruationes, quo leuiiores et quo peiores erant, eo faciliores interdum visae sunt, eoque magis placuerunt librariis.

Quaedam scholia ex recentioribus scriptoribus congesta fuerunt. vide ad notitiam edit. Stephan. a. 1566. et edit. Wechel. a. 1600. notata. Quibusdam epigramm. addita fuisse videtur paraphrasis, interdum, vt videtur, vel misera vel frigida. Cel. quidem atque humanissimus *Morellius*, per litteras, nuper demum mens. Decembr. 1793. ad me exaratas, hancce dedit graeci cuiusdam epigrammatis notitiam, ex qua hominem quemdam leuis armaturae cognoscimus. „Est apud me, ait V. D. in codice msto saeculi XVII. epigramma graecum εις τὸ σπῆλαιον τῆ Μακεδονίᾳ, in insula Cretenfi cum glossa interlineari et paraphrasi Ζαχαρίας ἱερέως τῆ Μαλαφραῖ τῆ Κυδωνιάτῃ. Epigramma post Gruterum et Muratorium *Doruillius* denuo edidit et explicauit pag. 491. ad Charitonem; postea *Reiskius* in Anthologia recusum

recusum dedit pag. 109. Graeculi mei paraphrasis vix vllius pretii est; eaque profecta ab homine, qui epigramma vel suis oculis non vidit, vel legit perperam. Namque versu primo pro ἔρεσι τᾶλλαίσις ἰδρύμενσ habet ἔρεσι ἀτᾶλλᾶσις ἰδρίε versu decimo pro διπλῆν habet δῆλην et alia eius modi.

Recentiorum commentatorum plurimi criticis, pauci grammaticis aut historicis observationibus illustrarunt epigrammata, vt e notitia editionum et ex iis, quae ab initio passimque adnotauimus, facile patebit. Qui vero singula vel primi in lucem protulerint, vel per occasionem interpretati sint aut emendarint, qui multi sunt, eos omnes enumerare, aut sedes singulorum inquirere, id et longum foret, et a nostro instituto alienum. Atque de permultis Reiskius, Brunck. aliique iam bene monuerunt. Enimuero vt plenus, quantum fieri potest, catalogus tum veterum, tum recentiorum commentatorum conficiatur, addito iudicio, et sedes singulorum epigrammatum inuestigetur, id optandum est: namque is labor ad historiam atque intelligentiam anthologiae permultum faciet. Forsan cl. *Jacobs*, quem supra iam laudavi, et qui in: *Biblioth. der alten Litteratur und Kunst*, part. IX. a. 1792. scripsit p. 22 sqq. obseruat. in nonnulla epigramm. anthol. gr. et in *Einendatt.* in auctores gr. et lat. *Gothae* 1786. multa epigr. emendauit, id praestabit. *Harl.*

#### VI. Editiones promissae.

Cum in Anthologia edita non modo quamplurima epigrammata, [P] etiam honestissima et eruditissima, desiderentur, quae in MStis codicibus collectionum Meleagri et aliorum, qui supra sunt commemorati, occurrunt; sed et in illis, quae edita sunt, multa legantur inemendata et parum intellecta ab interpretibus: viri docti iam pridem de noua aliqua pleniore et emendata Anthologiae editione cogitarunt, qua non dubium est et ad graecae linguae et ad antiquitatis cognitionem, haud exiguum aliquid posse accedere. Vetusti eiusmodi ac plenioris codicis meminit *Iosephus Scaliger* in epistola ad Gruterum CCCCXXX. *Audiui non semel ex Francisco Porto Cretenfi, optimo et eruditissimo sene, se in manibus Nicolai \*) Sophiani, hominis graeci, integrum ἀνθολογίας codicem summae vetustatis vidiſſe, in quo omnia illa Epigrammata, quae narras, exſtabant, quae non dubium est propter praetextata verba et obscenitatem a Planude Monacho damnata fuiſſe.* Anthologiam nouam ex codicibus Vaticanis se editurum pollicitus est *Lucas Langermannus*, teste *Colomesio* pag. 515. ad *Gyraldi* dialogum extremum de veterum poetarum historia. *Christian. Daumius* epist. ad *Nic. Heinsium*, a. 1673. tom. V. fyllog. pag. 217. *Quid ampliff. Langermannus agit? Ecquando anthologia graeca auctiore nos beabit et ceteris promiffis?* *Heinsius* pag. 218. ad *Daumium* respondit, totum illum foro deinde addictum esse. Cumprimis autem dolendum, quod *ὁ πᾶνο Salmasius* institutum non peregit, qui testatus est, se optimi libri Palatini ope, (qui nunc est in bibl. Vaticana,) aliquot millia optimorum epigrammatum partim in lucem editurum, partim nitore suo restitutum, ad *Trebellii Pollionis Claudium* cap. 5. tom. II. scriptor. *Hist. Augustae* pag. 361. \*) *Passim idem vir doctus in scriptis suis, ad So-*

LII 2

linum

x) *Michaelis Sophiani* legendum, vt notauit *Colomesius* cap. 18. cimeliorum litterariorum. *Fabr.* De illo egit *Leich.* in praefat. ad suam *Anthol.* etc. *Harl.*

y) XXV. Epigrammata, e cod. msto bibl. Palatinae ad *Iac. Gujionium* a *Salmasio* missa, graeca exhibet *Philippus de la Mare* in *vita Gujioniorum*, pag. 139 sqq. *Heum.*

linum praecipue, et ad illos, quos dixi, Historiae Augustae scriptores inedita epigrammata graeca producit et explicat; et non tantum editionem Anthologiae integrae; sed et ad eam commentaria molitum se innuit, ut p. 262. ad Tertull. de pallio. Confer etiam, si placet, *Iosephi Scaligeri* ad *Salmasium* epistolam CCXLV. et sq. quibus inter alia eum monet, ut addat epigrammata, quae pallim apud auctores veteres leguntur, et alia praeterea, quae in veteribus inscriptionibus exstant <sup>2)</sup>. Vidi in bibliotheca Gudiana *Salmasii Suidam*, in cuius ora libri praecipue notauerat, quae ad epigrammata facerent. *Suidas* enim innumeras lacinias tum ex edita, tum ex inedita Anthologia, ut notum est, adducit. Verum ea loca diligentissime obseruata et erudite excussa sunt a praefato *Suidae* editore *Ludolpho Neocoro*. Non pauca [XXXXV.] inedita epigrammata difficillima, Arithmeticos complexa griphos, ex libro *Salmasiano* descripsit, et versione sua ac notis illustrata edidit eruditissimus *Claudius Bachetus Meziriacus* ad *Diophantum*, Tolosae 1670. lib. V. pag. 262 sq.

[*Gotthold Ephraim Lessing* in libro: *Subsidiorum ad historiam et litteraturam etc.* (Zur Geschichte und Litteratur, aus den Schätzen der Herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel.) part. I. pag. 135 sqq. memorat codicem mstum graecum, quondam Gudianum, nunc *Guelferbytinum* in quo praeter quaedam *Libanii* opuscula aliaque etiam continentur plura epigrammata graeca, in his *Pauli Silentarii eis τὰ ἐν Πυθίοις θερμὰ, ἡμιάμβια διμετρα κατὰ πληκτικά*, quibus *Aldus* suam Anthologiae editionem primus auxit: de quo carmine infra in catalogo poetarum epigrammatar. voc. *Paulus Silentarius* fusius disputabitur. Idem *Lessingius* ibid. part. II. pag. 421—446. notat, in illo codice interdum meliores deprehendi lectiones: praecipue autem de problematibus et gryphis arithmetis, a *Bachetio* publicatis atque ab *Heilbronnero* in historia matheseos, (*Lipsiae* 1742. 4.) pag. 845. iteratis agit, et obseruat, problem. XLI. XLII. XLIII et XLIV. iam in *Anthol. Planudea*, lib. I. sect. 46. profare, et XLV. ab *Aldo Manutio* in adpendice anthologiae fuisse antea editum. Idem tamen ex codice primus graece euulgauit, additis scholiis graecis atque eruditis et suis et *Heusingeri* atque *Leistii* adnotationibus, problema XXXXVII. ὅπερ Ἀρχιμήδης ἐν ἐπιγράμμασι εὗραν, τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ περὶ ταῦτα πραγματευμένοις ζητῶν ἀπέσειλεν, ἐν τῇ πρὸς Ἐρατοσθένην τὸν Κυρηναῖον ἐπιστολῇ, vna cum tribus aliis aenigmatibus, hexametro versusum genere scriptis, diuersis vero ab quinque illis, ἐπιγράμματα γριφώδη inscriptis, quae *Henr. Stephanus* ex vetere codice epigrammatum, quem *Louanii* habebat *Io. Clemens Anglus*, descripta, editioni suae Anthologiae adiecerat. *Harl.*]

*Iohannem* quoque *Laurembergium* [P] graeca epigrammata non dissimilis argumenti cum interpretatione sua et commentariis edidisse constat *Hafniae* 1640. 4. Sed illorum ipse est auctor. *Planudis* Anthologiam variis ineditis <sup>aa)</sup> locupletatam, latinis versibus interpretatus

<sup>2)</sup> *Ezech. Spanhemius* epist. ad *Nicasium* data a. 1697. à l'age ou j'étois de 15 à 16 ans, MS. de *Saumaïse* voulut me confier l'édition des Epigrammes grecs anecdotes, qu'il avoit tirés du MS. et qu'il ne croyoit plus de saison dans sa vieillesse. Un demelé qui survint par sa faute entre feu mon pere et luy, me priva de l'honneur,

que j'en aurois tiré à cet age là et du secours, qu'il m'y auroit donné. vid. *Leibnitiana miscelanea*, pag. 100.

aa) *Grotius* epistola 527. ad *Gerh. Ioh. Vossium*: Adieci epigrammata non pauca praeter ea, quae suae editioni subnexerat *Henricus Stephanus* ex inscriptionibus et libris. Ad *Grotium* autem



tatus est elegantissime, ut solet, vir maximus *Hugo Grotius*. Ex eius metaphrasi, quae necdum integra vidit lucem, epigrammata quaedam produxerunt viri docti, *Franciscus* praecipue *Iunius* libris de pictura et catalogo Artificum, tum ad *Plinium* praecipue ad libr. 34. et *Themistium* *Io. Harduinus*, *Io. Clericus* in siluis philologicis, ac, ne alios in praesenti commemorem, *Franciscus Vauassier* libro de epigrammate cap. 17. ubi *Ios. Scaligeri* interpretationem quorundam cum *Grotiana* confert, et *Grotio* palmam merito tribuit. *Grotius* ipse versionem suam diu pressit exspectatione *Salmasianae* editionis, ut scripsit ad *Salmasium* a. 1633. Epistola 314. *Vtinam et Anthologia prodiret: nam sola ea mora est, quo minus de edenda nostra Planudae συλλογῆς versione cogitem, quia prius velim videre, quae abs te aut ex libris aut ex ingenii felicitate emendata sunt, ne corrupta Graecae intelligendo faciam, ut nihil intelligam.* Idem innuit epistola 368 et 418. a. 1635. in quibus *Salmasium* rogat, ut, quoniam editionis spes in longum protrahatur, ne dedignetur secum castigaciones suas communicare. Has ab illo impetrasse se testatur in litteris, eiusdem anni mense *Decembri* scriptis ad *Gerh. Io. Vossium* (epist. 527.) *Cum scirem, Salmasium τὸν πᾶν illa eadem epigrammata cum antiquae fidei codicibus contulisse, impetraui ab eo, quae annotauerat, quaeque ego ex coniectura notaueram, in iis vidi mihi librorum auctoritatem accedere. Nunc parata sunt omnia, ut in vulgus dari possint, graeca et latina eodem modulo quo *Stobaeana* illa et scenica, ut velut ad duos fratres pari cultu tertius addatur.* Confer epist. 573 et 692. ad eundem *Vossium*; et *Vossii* epistolam CCCXX. e qua videbis, *Blauwium* novas operi moras iniecisse. *Isaacus Vossius* ad *Nic. Heinsium* (tom. III. syllog. *Burm.* pag. 648.) *Amstelod.* 1652. d. 18. Octobr. *Quod veretur, ait, Lucas Langermannus, ne Salmasius eum in edenda anthologia praeueniat, id frustra veretur. Numquam huic operi manum adhibebit. Diem obiit Salmasius d. 3. Sept. 1653.* Addenda etiam, quae *Heinsius* ad *Vossium* *ibid.* pag. 656. Ceterum ex inedita *Anthologia* graeca a multis viris doctis producta epigrammata videre licet, ut, si quis ea colligere adgrediatur, non exiguum numerum sit reperturus in *Salmasii* scriptis, *Allatio* de *Simeonibus*, sed et in *Helstenii* notis ad *Stephanum Byzantinum*, illustris *Spanhemii*, *Bentleique* ad *Callimachum*, et doctissimi *Neocori* ad *Suidam*. *Petri Francii* poema graecum ad *Iacobum Goierum* (*Γωιῆρον*.) qui ineditam *Anthologiam* ad eum miserat, legitur pag. 491. poematum. Et videtur vir ille doctus singularem operam in epigrammatis graecis illustrandis [P] collocasse; nam in catalogo bibliothecae exquisitissimae *Francianae* pag. 133. memoratur editio *Brodacii* *Basileensis* cum notis *MSS.* et pag. 138. *Anthologia* inedita *MS.* tum editionis *H. Stephani* a. 1566. aliquot exempla cum notis *Canteri*, *Palmerii*, *Hugonis Grotii* et, (quas *Grotio* communicauerat,) *Salmasii*, *Vulcanii*, item et <sup>bb)</sup> *Berkelii*, *Petri Francii* et aliorum; et pag. 143. editio *Aldina* anni 1551. cum notis perpetuis *Petri Francii*. Tum editio *Aldina* prior anni 1521. collata cum *MS.* *Palatino* per *Sylburgium* et *Gruterum*:

LII 3

praeterea

autem iure quis transferat, quod de *Paullo Stephano* *Rich. Thomsonus*:

*Quum tua compono graecis epigrammata, Groti!*

*Dispeream, ni te surripuisse putem*

*Et genium ingeniumque illis laudemque rotundi*

*Oris et hanc penitus quae placuit Venerem.*

*Scilicet hoc, quod Roma tibi nec Bilbilis illi*

*Dofla dedit, tu das; Graecia victa iacet.*

<sup>bb)</sup> Vide *Io. Clerici* *bibl. selectam* tom. VII. pag. 210.

praeterea Florentina a. 1519. quae olim Jani Rutgerfii et If. Gruteri fuerat, cum perpetuis observationibus et emendationibus MSS. Marci Sladi. Intelligo etiam, *Petrum Menardum* (c), Turonensem, inter alia ingenii sui monumenta reliquisse itidem ineditam hactenus latinam poeticam interpretationem Anthologiae graecae, plus dimidia parte locupletioris. Eius specimen quaedam habes lib. I et II. CPolis Christianae praestantiff. Cangii.

IOANNES CLERICVS, tomo VII. bibliothecae selectae pag. 191. nouam epigrammatum graecorum editionem <sup>ad</sup>) adornare se, scribit hoc titulo: *Epigrammatum graecorum Anthologia duobus libris auctior, emendata et latinis versibus reddita ab HVGONE GROTIUS, cuius accedunt prolegomena. Subiecta sunt scholia Graeca, ac notae Ioannis Brodae, Vincentii Opsopoei, Henrici Stephani, Petri Danielis Huetii* (d) *et aliorum* (ff). *Accefferunt collationes MSS. Codd. veterumque* [P] *editionum et animaduersiones. Quo adparatu autem hoc opus adgressus sit, ipse testatur his verbis, quae non dubito gallice subiicere, cum illam linguam paucissimi hodie ignorent. Pour commencer par le texte Grec, celui qui a entrepris cette edition, a l'exemplaire de Grotius, dans lequel ce grand homme a corrigé de sa main quantité d'endroits, et sur lequel il se reglera parce qu'il mettra a côté sa belle version latine de cet ouvrage. Neanmoins il ne se contentera pas de cela, parce qu'il a là dessus des secours que Grotius n'a pas tous eus. Il a un exemplaire collationné par Sylburge et par Gruter, avec un Manuscrit de la Bibliothèque Palatine, qui est apparemment à présent dans celle du Vatican; et dans ce MS. il y avoit divers auteurs des Epigrammes qui ne sont point dans les editions communes, des vers entiers suppléés, et quelques Epigrammes qui n'ont jamais été publiés. Outre cela, on a l'ancienne edition de Florence de MCCCCXCVII.*  
qui

cc) Menardus hic ante paucos annos septuagenario maior Turoni defunctus nihil edidit praeter *Academiam principum* a iuvene vulgatam in usum Delphini; et *Concordiam Chronologorum*, gallice. Ceterum plura dicitur reliquisse in seriniis, digna luce, *uitas philosophorum veterum tomis IV. Philosophiam Pythagorae, Commentarium in Gellium et Anthologiam, l'Anthologie des Epigrammes Grecques, traduites en vers latins et augmentée de plus de la moitié de ce qu'on en a recueilli jusqu'à présent.* Vide memorias litterarias Triuultinas siue Dombenses a. 1701. mense Febr. pag. 102. Diuersus ab hoc *Iacobus Menardus*, quem laudat magus Graeuus praef. ad Ciceronis Orationes; *Claudius Menardus*, qui edidit indiculum de haeresebus tributum S. Hieronymo; *Hugo* denique *Menardus*, Benedictinus, cuius notissima eruditio scripta in Barnabae epist. in Sacramentarium S. Gregorii M. luculenta S. Gregorii editione reculum; dissertatio de unico Dionysio, Martyrologium Benedictinorum et Concordia Regularum Benedicti Abbatum Anianensis etc. Obiit Paris. 1644. 21. Iun.

dd) Adde acta erudit. Lips. tom. VI. supplement. 85 sq. vbi *Saluni* emendationum, ad Clericum ab Henr. Newtono missarum, sit mentio.

ee) *Huetii* loca quaedam Anthologiae subiiciuntur eius poematis edit. III. Vltraiecti 1700. 12. Implent paginas 49. Cetera vsque ad p. 82. sunt vberiores adnotationes ad Paulli Silentiarii carmen de thermis Pythiis et aliorum epigrammata quaedam, quae adpendicis loco H. Stephanus subiicit.

ff) Harum notarum quibus Ios. Scaligeri castigationes insertae sunt, mentio occurrit in litteris illustris Huetii ad Petrum Francium datis Abrinciae 3. Eid. Sept. MDCXCVIII. *Nunc quidem penes me non est in hoc secessu Anthologiae exemplar Scaligeri notis auctum, de quo scribis — perpaucae sunt notae illae et satis leues. Si quid bonae frugis est, relatum a me fuit inter observationes, quas ante annos aliquot expressit a me Graeuus noster, et oppressit calamitas temporum. Inter epistolas ad P. Francium p. 434.*

qui est toute en lettres capitales, et qui paroît être la première de toutes. On a encore diverses anciennes éditions, d'Alde, des Juntas, de Badius etc. sans parler de celles d'Etienne, de Froben et Veshelius, avec les notes de Brodaeus et Opsopoeus. On a eu aussi soin de faire acheter dans l'Auction de la Bibliothèque de feu Mr. Francius, Professeur en Eloquence à Amsterdam, tous les exemplaires de l'édition d'Etienne, qu'il y avoit, avec les remarques de divers savans hommes écrites aux marges. Tout cela servira beaucoup à établir la véritable manière de lire du Texte, et l'on en rendra compte très exactement dans les notes nouvelles, ou l'on mettra toutes les variétés de quelque conséquence. Grotius avoit eu sans doute connoissance du MS. Palatin, ou de quelque autre, car il y a beaucoup de ses corrections et de ses suppléments, qui s'y rapportent. Outre cela il avoit eu de quelcun, peut-être de Saumaise, diverses Epigrammes, qui n'ont point été imprimées, et dont il a fait une addition considérable à la fin de son exemplaire. On a résolu de faire des additions d'Henry Etienne et de celle là un livre VIII. car comme l'on sait, il n'y a que VII. livres dans les éditions ordinaires. De plus on a de quoi faire un livre IX. de diverses Epigrammes anciennes, que l'on tirera d'un Recueil MS. d'Epigrammes, que leur extrême obscenité ne permet pas de publier toutes. On en prendra seulement ce qui peut paroître aux yeux des honnêtes gens. [P]

Ceux qui liront la version de Grotius, admireront également et le génie heureux et la patience de cet excellent homme; qui a traduit tout ce livre en autant de vers, qu'il y en a dans l'Original, qu'il égale très-souvent et qu'il surpasse même quelque fois. Pour les additions nouvelles qu'il n'a pas traduites parce qu'il ne les avoit pas, on les mettra seulement en prose; aussi bien qu'un endroit de l'Édition d'Etienne<sup>gg)</sup> qu'il n'a pu traduire. On aime mieux en user ainsi, que de joindre à Grotius des vers qui n'égaleront pas les siens, et d'ailleurs les lecteurs n'y perdront rien pour l'intelligence de l'Original. Il y aura d'abord une très-belle préface de Grotius, où il traite et de l'Anthologie et de la version qu'il en a faite. Les notes seront sous le Texte, et outre toutes celles qui ont été imprimées sur ce recueil et dont le titre parle, 1) l'Auteur aura soin de ramasser de tous les plus illustres Critiques les endroits dans lesquels ils ont éclairci ou corrigé quelque passage d'Anthologie: 2) il recueillera toutes les variétés de lecture de diverses éditions qu'il a pu trouver, toutes les conjectures et les explications qu'il jugera bonnes, des marges des exemplaires qu'il a, et les confirmera par de nouvelles raisons; ou s'il y en a de fausses, qui pussent tromper quelcun, il ne manquera pas de les réfuter en peu de mots, 3) il ajoutera diverses remarques qu'il a faites lui-même sur quantité d'endroits de l'Anthologie. Pour les scolies Grecques je ne sai pas si elles sont anciennes, mais assurément elles ne le sont pas<sup>hh)</sup> toutes, puisque Henri Etienne y est quelque fois cité  
comme

gg) Pag. 483 sq. Vide quae infra in catalogo poetarum epigrammaticariorum, vbi de Paulo Silentiario.

hh) Recte hoc notatur a viro doctissimo. Totus enim scribendi genius, latinissimi, et ratio citandi scriptores docent, haec scholia composita esse non a Graeco antiquo, sed Gallo aliquo vel Italico XVI. saeculi. Varias lectiones notat auctor,

quisquis fuit, non tantum e codicibus scriptis, quorum duos potissimum evoluisse videtur, vnum ἀρχαιότατον ἀντίγραφον Πύλα τᾶ Βουάρκ in Παταβίῳ pag. 43. sed etiam ex impressis Anthologiae editionibus pag. 426. ἐν ἄλλοις βιβλίοις εὐρίσκειται μόνον αἱ Κράτηνα Ἰκρυκωθίη. Planudes citatur pag. 589. Arsenius pag. 14. Interdum inemendata sunt excusa illa scholia, vt pag. 82. εὐάχα, legendum pro  
επιυάχα,

comme à la page 264. (de l'édition de Wechel) *Ces scolies ressemblent fort à celles de Biset sur l'Aristophane, et elles pourroient bien être de lui ou de quelque autre habile moderne de son tems*". [P] *Fabric.*

Illos vero labores, quorum fructus neque Grotius neque Clericus percipere potuit; edendos ac profligandos suscepit *Hieronymus de Bofch*, et consilium declaravit in peculiari programmata, inscripto: *Hieronymi de Bofch descriptio edendae anthologiae gr. ab Hug. Grotio latinis versibus redditae*, anno 1793. typis Wildii et I. Altheer, typographorum Ultraiectinorum in forma 4. excuso. Mandatum ipsius Grotii in epistola ad Isaac. Vossium nr. 1698. p. 733. expressum sequuturus, graecum contextum ex edit. Francofurtana a. 1600. ad quam Grotius suam versionem vnice composuit, paucis mutatis in duobus voluminibus in forma quarta repetendum curabit versione Grotii latina in altera paginae parte adposita. Tertium volumen continebit Brodaei, Opsopoei, Stephani, Huetii, Doruille, Reiskii, Eldickii, Schneideri, Toupii, Ruhakenii, Wyttenbachii, Brunckii et aliorum ipsiusque Boschii animaduersiones, vna cum carminibus a Vauassore, Salmasio, Iensio, Küstero, Holstenio, Wolfio, Leichio, Doruillio, Reiskio, Toupio, Ruhakenio, Brunckio aliisque sparsim editis, quibus Boschius suam adiiciet versionem latinam. Quartum volumen comprehendet versiones latinas, quas a renatis litteris permulti confecerant viri eruditi. Grotii versio a Burmanno II. e codice Doruillii, (illam olim edituri, vid. Obseru. miscell. tom. VII. pag. 67.) descripta peruenit ad Boschium, qui praeter editiones Anthologiae duo habet exempla editionis Wechelianae, cum adnotationibus Burmanni II. et Schraderi aliorumque scriptis, nec non II. codices s. apographa, e quibus inedita publicaturus est epigrammata, cum animaduersionibus Lennepii ac Schraderi, quibus accedent ineditae Boiunii notae ad Anthologiae graecae editionem Aldinam et epigrammata anthologiae, a Planude mutilata, nunc vero ex vetustis codd. MSS. in integrum restituta. Haec est summa programmatis, in quo editio illa haud adeo commoda annunciatur. Quaedam tamen prudenter monentur et adnotantur de isto Boschii consilio in ephem. litter. Götting. a. 1793. nr. 109. m. Iulio.

*Chardon de la Rochette* Anthologiae editionem gr. parare perhibetur, atque Abb. *Fontani*, bibliothecae Riccardianae Florentinae praefectus supplementa promisit et 900 fere inedita reperisse dicitur: item *de Foncemagne*, qui suam versionem gallicam et obseruat. misit Brunckio. vid. Histoire de l'acad. des Inscrip. tom. XLV. pag. 82.

*Oddyum*, Anglum, nouam epigrammatum graecorum e cod. Bodleiano paraturum fuisse editionem, narratur in Neuen Bücherfaal der gelehrten Welt, part. 28. Lipsiae 1731. pag. 285.

*Petrus Violletus* ex S. I. cuius MSta seruabantur Lugduni, grandaeuus adhuc epigrammata tam veterum quam recentiorum iocosa lepidaque in linguam graecam transferre sueuerat,

σπειράζων. p. 150. ἐν Ἀρχαίοις pro Ἀρχαίοις. p. 216. Πολυδεύκης βιβλίον δ'. pro βιβλίον ρ'. Interdum loco mota sunt, vt pag. 314. vbi scholion graecum existat, quod pertinet ad epigramma primum paginae proximae 315. Etiam pag. 193. pro Πολύ-

δεύκης legendum Πολυδεύκης. Mentio enim δορυδευκῶν apud Pollucem lib. I. sect. 120.

ii) De conspectu hoc et de ipsa Anthologia sinistrum et iniquum iudicium legitur in Mem. de Trev. 1705. Dec. pag. 2158 sq.

rat, teste *Domino de Colonia* tom. II. pag. 724. histor. liter. Lugdun. qui illud Didonis apud Aufonium,

*Infelix Dido nulli bene nupta marito,  
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris,*

a Violleto ita graece versum,

ἡ ἀτυχὴς Διδὼ εὔθδενι ἀνδρὶ γυμᾶσαι  
τῷ Φίγες ὀλλυμένε, τῷ δὲ Φυγόντος ἔλε,

exempli loco adtulit. — A *Wolfgango Schoewstadero*, S. I. anthologiam graecorum epigrammatum latino carmine redditam esse, memoratur a Philippo Alegambe in Bibliotheca Iesuitica. De *Cypriaco Anzonitano*, qui primus fere inter Italos inscriptiones et epigrammata vetera, carminibus composita, summo labore congestit, vid. *Leich.* in nouis miscell. Lipf. tom. I. pag. 450 sqq. et *Burm.* II. praefat. ad vol. I. Anthol. veter. latinor. epigrammat. pag. IX sqq. et *Fabricii* notam ad I. paragr. Sed haec sufficiant. *Harl.*

## VII. CATALOGVS POETARVM VETERVM

qui epigrammata graeca condiderunt.

*Quibus signum crucis additum, illorum tantummodo in inedita anthologia aliquid seruatum legitur:*

*Quibus asteriscus praefixus est, sub eorum nomine nulla Epigrammata in Anthologia edita leguntur, in qua plurima quoque occurrunt ἀδελφα, siue quae nullum; multa, quae falsum auctoris nomen habent adscriptum<sup>kk</sup>).*

*Abbianus*, Lucillii aequalis, circa extremum saeculi a Christo nato quarti vixit; vterque enim Flaccum, rhetorem barbarum, perstringit lib. II. Epigr. eis ἑπτοξας, pag. 251. Forte autem *Annianus* pro Abbiano legendum. Nam litterae β et μ frequenter in MSS. confunduntur. *Fabric.* Atque sub *Anniani* nomine *Brunck.* anal. II. pag. 385 sqq. edit XXVII. epp. *Harl.*

[*Abiabius illystrius*: in discum *Asclepiades* pag. 379. *Henr. Steph.* in MS. *Brunck.* anal. II. pag. 451.]

*Aceratus,*

kk) *Cl. Schneider* in *Periculo critico*, in primis in *Analectis criticis* in scriptores veteres graecos et latinos, fascicul. I. (Traiecti ad Viadrum 1777. 8.) nr. 1. dedit notitiam quorundam epigrammatographorum, quorum nomina et fragmenta in *analectis Brunckianis* extant. Ipse *Brunck.* tom. I. praefixit catalogum poetarum alphabeticum, quorum carmina recepit in *Analectis poet. graec.* Eiusmodi nudum catalogum eorum, quorum epigrammata in codd. *Parifino* et *Vffenbachiano* continentur, *Boiunius* confecit in *Mem. de l'acad. Parif. des Inscr.* tom. II. pag. 264. et

*Maius* in *biblioth. msta Vffenbachiana.* *Copiosus* disseruit *Reiske* in *notitia poetarum anthologicorum*; qui praeterea in indice primo nomina poetarum, quorum carmina in *Constantini Cephalae* collectione prostant, dedit: tum quot carmina, et quo in illa collectione loco reperirentur, memorauit, denique asterisco notauit, quae in *Planudea* non essent: quod ideo hic praemonendum censui, vt in sequentibus vna tantum alteraque littera syllabaque posita breuitati inseruire liceat. *Harl.*

*Acrotatus*, grammaticus, cuius exstat epigramma lib. III. cap. 14. in Heclorem Homericum poemate celebratum. [Brunck. II. pag. 189.]

*Adacus* siue *Addaeus*, *Mytilenaeus*. Vnicum sub huius nomine occurrit epigramma III. 22. [In Brunck. anal. II. pag. 241 — 243. *decem* epigr. *duo* in Boiuii in isto.] Num legendum *Alcaeus*? Etiam in H. Stephani editione pag. 421. et in Aldina pag. 246. b. excusum *Ἀδδαίε Μακεδόνος*, quod ipse Stephan. alibi legit *Ἀλκαίε*. Fuit tamen et *Adaeus*, Mytilenaeus, cuius liber *περὶ ἀγαλματοποιῶν* et *περὶ διαθέσεως* laudatur Athenaeo pag. 471 et 606. Idem forte, ad quem Polemo scripsit, ut idem Athenaeus auctor est. Alius *Addeus*, Comes et Magister vtriusque militiae per Orientem, ad quem lex de Iudaeis coelicolis et Samaritanis lib. 8. cod. Theodof. *Fabric.* [Plura vide in *Brunckii* lection. pag. 188. in primis in *Reiskii* not. pag. 178 sq. qui carmen Iensian. 67. tribuit *Adaeo* iuniori. *Hartl*]

*Adrianus*, imperator, cuius etiam latina quaedam epigrammata exstant. Confer *Barthium* XXXIII. 12. Aduersar. *Graecis studiis impense imbutum* refert *Spartianus* cap. 1. *ingenio eius sic ad ea declinante, ut a nonnullis Graeculus diceretur. Poematum et literarum omnium studiosissimus* — *Nam et de suis dilectis multa versibus composuit, amatoria carmina scripsit.* id. cap. 14. Ineditum huius Adriani epigramma graecum in Traiani imp. donaria Ioui Casio de spoliis Geticis adpenfa primus publici iuris fecit *Salmafus* ad Hist. Aug. tom. I. p. 133. [deinde *Boiuii* pag. 268 sq. gr. cum versione sua lat. et p. 275 sqq. notas adiecit et pag. 297 sqq. disput. de Ioue Casio.] In vulgatae Anthologiae codicibus lib. I. cap. 54. vnicus Hadriani versus hexameter legitur [P] in Magni Pompeii tumulum, is ipse quem refert *Dio* lib. LXIX. pag. 792.

Ἐν ναυῖς βελθόντι πύση σπάνις ἐπλετο τύμβος,

*Paene caret tumulo, cui tot modo templa fuerunt.*

*Fabric.* *Brunck.* II. pag. 285 sq. dedit quinque epigr. praeter vnum illum versum hexametrum; adde eiusdem Lection. p. 196. *Reimar.* ad Xiphilin. pag. 1120. *Reiske* notit. pag. 180. in primis in notis ad carmen 540. quod est Hadriani, pag. 107 sq. *Hartl.*

[*Admetus*. Vnus versus hexam. apud *Brunck.* II. pag. 308. *Hartl.*]

*Aegis*, alius, ut opinor, ab Aegide siue Aegia, historico, quem laudat *Clemens Alex. I.* Strom. pag. 321. MS. *Ἄγιδος* pro *Ἀγιδος*. *Fabric.* Atque *Brunck.* I. pag. 185. dedit *Ἄγιδος*. Sic quoque editio princeps. *Schneider* in peric. pag. 129. *Agis*, inquit, poeta *Amphiptolemi* filius occurrit apud *Pausan.* pag. 124. Forte idem, cuius *ὄψαγτικά* laudat *Athenaeus* pag. 516. *Hartl.*

*Aemilianus Nicaenus*, diuersus a Palladio Aemiliano scriptore latino rei rusticae et ab Aemiliano Maurusio, quem in *Diphrosophistis* colloquentem inducit *Athenaeus*. Inter tria eius epigrammata [apud *Brunck.* II. pag. 275. coll. lect. pag. 194.] vnum in *Venerem Praxitelis*, vulgata Anthologia exhibet.

[\**Aeschines*, rhetor, aequalis *Straboni*, ut ex eius geographia XIV. pag. 942. patet, suspicante *Reiskio*, notit. pag. 180. Epigrammata apud *Boiuii*. et in *Brunck.* anal. tom. I. pag. 176. et in *Reiskii* anthol. pag. 62. carm. 539. coll. notis, pag. 106. *Hartl.*]

ΑΙΣΧΙΩΝΟΣ τῆ Σαμῆς, pag. 222. edit. H. Stephani, quod incipit: Ἐγὼ Φιλανίς etc. *Fabric.* — Apud *Brunck.* I. pag. 189. inscribitur *Δισχέλωνες. Harl.*

*Aeschylus*, tragicorum princeps, cuius ἔλεγεια citat *Plinius* XXV. 2. praeter alios lib. II. cap. 16. §. 8. a me laudatos. *Fabric.* — *Brunck.* I. pag. 148. et II. pag. 523.

[\* *Aesopus. Brunck.* I. pag. 76.]

*Agathias Myrinaeus*, e Myrina, Aeolidis ciuitate, Scholasticus <sup>11)</sup>, sub Iustiniano, imp. clarus praeter alia, de quibus libro quinto dicendi erit locus, non modo κύκλον τῶν νέων Ἐπιγραμμάτων ex aliis poetis collegit, de quo supra §. III. hoc capite dictum est; sed et ipse libr. VII. plura de suo epigrammata addidit, quae ex anthologia edita iunctim cum latina sua versione, (singula enim versibus reddidit non infeliciter,) ad calcem historiarum Agathiae exhibet *Bonauentura Vulcanius*: it. *Ios. Scaliger*, nonnulla etiam Ian. Doufa. Vnum perquam difficile de Iusu Zenonis, imp. illustrat *Salmaf.* ad *Vopiscum Proculum*, *Tho. Hyde* in historia *Nerdiludii* pag. 44 sq. et feliciter *Io. Corn. de Paw* in diatriba de alea veterum, Traiecti 1726. 8. *Grotii* metaphrasis in *Bibl. anc. et moderne* tom. 25. pag. 224. Mentio Agathiae epigramm. apud *Tzetzen* proleg. in *Lycophronem* et apud *Suidam* in *Μέγας βιβλίους*. Ineditum quoddam, quod incipit εἴλαι καὶ γραφίδες etc. a Valent. Hermanno *Thryllitio* vulgatum, habes in nouis litterariis *Lipsiensibus* ann. 1719. pag. 175. *Fabric.* Praeter ea, quae supra disputavi de *Agathia*, add. *Boivin*, *Iriarte* cat. mssto graec. *Matrit.* pag. 107. nr. 124. Illud a *Thryllitio* publicatum est ep. LVIII. pag. 53. *Brunck.* tom. I. inter 95. Agathiae epigrammata a *Brunckio* ibid. pag. 33 sqq. edita. conf. *Brunckii* lectio. pag. 240 sqq. *Reiske* notit. pag. 177 sq. *Harl.*

*Aitistylus* lege *Antistylus*.

*Alcaeus Macedo*, an *Addaeus*? *Fabric.* — *Boivin.* adde *Schneid. anal.* pag. 10. et *Reiskium* in *Adaeo. Harl.*

*Alcaeus Messenius*, *Philippo*, regi *Maced.* aequalis; *H. Steph.* pag. 254 et 272. siquidem is fuit *Alcaeus*, quem epigrammate ἀντεκαμαδῆιτο *Philippus* apud *Plutarchum* *Flaminio* pag. 373. Conf. *Is. Vossium* ad *Catull.* pag. 42. *Fabric.* Conf. supra, in vol. II. p. 88. *Henslerhus.* ad argumentum *Plauti Arilophan.* pag. 7 sq. Is intelligit cum *Alcaeam*, qui *Philippum*, *Macedoniae* regem, a *T. Quintio* debellatum, virulentis carminibus profudit, commemoratum quoque a *Plutarcho* in romani imperatoris vita pag. 255. D. et locum schol. veteris ad *Homerum* nostro *Alcaeo* e membran. erutum ex *Anth. II.* cap. 47. ep. 5. interpretatur atque emendat. adde *Boivin. Brunck.* I. pag. 486 sqq. dedit XXII. eius epigrammata, coll. lectio. pag. 114 sq. qui ad carm. XIX. de confusione vniusque *Alcaei* et de auctore illius epigr. cuius interceptio olim erat Ἀλκαῖς Μισυλαγναῖς, sed quod nostro est vindicandum, paullo vberius differit. *Reiskius* in notit. pag. 180 sq. opinatur, eundem esse posse cum *Alcaeo, Epicureo*, circ. A. V. C. 580. seu *Olymp. CXLIX. 1.* quem *Aelian.* V. H. lib. IX. 12. ob epicureae sectae professionem

<sup>11)</sup> Σχολαστικὸς ἐν Σαύρη pag. 341. *H. Steph.* in *MS.*

Roma eiectum perhibet, aut cum *Alcaeo*, Polybio aequali; vid. Excerpt. legat. 122. pag. 133. 10. Reiskii coniecturam haud spernendam esse censet *Schneider* in Anal. vbi pag. 10 — 13. copiosus de Alcaeo eiusque carminibus, Vossii de Alcaeo; comi o atque epigrammatis auctore, et Scaligeri de duobus Alcaeis, epigrammatum scriptoribus, altero Macedone, altero Messeniō, sententias reuocit. *Harl.*

*Alcaeus Mytilenaeus*, cuius epigrammata, (ὄμοσπόλεον enim vocat.) intexuit Coronae suae Meleager. Licet aliud videatur Alla i) de patria Homeri cap. 14. p. 1331. De hoc et aliis Alcaeis dixi lib. II. cap. 15. [vol. II. pag. 84 sqq. adde *Iriart.* cat. p. 90. 97. *Villoison.* proleg. Homer. pag. 33.]

*Alcaeus ἐπιγραμματογράφος* recentior, sub Vespasianis clarus; *Tzetz.* praef. ad Lycophronem. *Fabric.* Tzetzae errorem castigat *Schneider.* in per. crit. pag. 98. et anal. pag. 10. *Harl.*

*Alexander Aetolus*, temporibus Ptolemaei Philadelphi floruit, et praeter alia poemata, de quibus lib. II. cap. 19. [vol. II. pag. 283.] dixi, scripsit etiam epigrammata siue ἐλεγεία, quorum vnum in Agathodem ab Athenaeo refertur XIV. pag. 699. [vnum in Anthol. Cephal. nr. 780. vid. Reiskii not. pag. 180.] Alia tria leguntur in Anthologia: [plura in *Brunck.* anal. I. pag. 418 sqq. collatis lection. pag. 98. vbi quoque de Alexandris, altero Pleuronio, altero Ephesio, differit.] Videtur hic esse [P] Alexander quem inter eos laudat Meleager e quibus Coronam suam adornauit.

*Alexander Magnes.* H. Steph. pag. 432. Πίργης ὀρειθῶν. *Fabric.* Sed illud *Brunck.* tribuit Alex. Aetolo. *Harl.*

*Alexis*, cuius decastringon lib. VI. Anthologiae cap. 5. exstat, nescio, an comicus, de quo dixi supra lib. II. cap. 22.

*Alpheus* (Ἄλφειος), *Mytilenaeus*, Antipatro Sidonio iunior. Macrinum epigrammate quodam adloquitur, dubito, an imperatorem lib. I. cap. 12. *Fabric.* conf. supra, vol II. pag. 91. *Reisk.* not. pag. 180—182. *Brunck.* II. pag. 128 sqq. qui XII. dedit Alphei epigr. et in Lection. pag. 155 sq.

*Ammianus.* Vide supra in *Abbiانو.*

*Ammonidis*, Ἀμμωνίδε, distichon vnicum exstat lib. II. Antholog. cap. 13. *Ammonii*, H. Steph. pag. 339. εἰμὶ μὲν. *Fabric.* — in *Brunckii* anal. II. pag. 448. idem cum alio eiusdem epigrammate. *Harl.*

[*Amometi* nomen proprium quidam reperisse sibi visi sunt in versu 31. primi carminis Meleagruici; sed ibi vocab. ἀμωμήτειο est adiectiuum. vid. *Brunck.* lect. pag. 1. *Manso* edit. Meleagr. pag. 95. *Reiskio* not. pag. 237. videtur esse nomen poetae; cui consentit *Schneider.* in per. crit. pag. 109 sq. *Harl.*]

*Anacreon*, poeta lyricus, cuius carminibus Coronam suam illustrasse testatur se Meleager. De Anacreonte dixi lib. II. cap. 15. [vol. II. pag. 91 sqq.]

In *Anaxagoram*, Lampfacenorum epigramm. epitaphiam est apud Laert. II. 15. Corinthiorum in Periandrum. lib. I. sect. 97. Lindiorum in Cleobulum sect. 93. Priuenisium in Biantem sect. 85. Lesbiorum in Pittacum sect. 79. Lacedaemoniorum in Chionem sect. 73.



sect. 73. Epigramma nescio: cuius in imaginem Solonis sect. 62. et in Thaletem sect. 59 et 34. in Linum et Eumolpum sect. 3. 4.

[\* *And onicu*. *Boi* in. *Philarae* anth. ap. *Montfaucon* bibl. *Coisl.* pag. 519. vbi auctorum nomina pari et referuntur, *Brunck.* II. pag. 293. *Reiske* not. pag. 184. *Harl.*]

[\* *A. ius.* *Boi*uin. *Harl.*]

*Antagonus*, quo et ipso vsus *Meleager*, vid. vers. 52. carm. 1. Vide et *Laert.* IV. 21 et 26. *Fabric.* Carmen in edit. *Anthol.* pag. 526. aliud in adpendice *Wechel.* pag. 24. Duo in *Brunckii* An. I. pag. 260. Familiariter vsus est *Antigono* primo, quorum mutua scommata refert *Plutarch.* *Apophth.* pag. 192. idem scomma refert pag. 668. adnotante *Schneider.* in per. crit. pag. 129 sq. qui nam cum *Antigora*, *Rhodio*, *Arati Solensis* aequali, idem esset, adhuc haesitabat: sed in *Anal.* pag. 3. *Rhodium* fuisse et epigrammatum et *Thibaidos* auctorem, vberius iuit demonstracum. Diuersa disputant de *Antigora*, *Rhodio*, *Hemsterh.* ad *Callimach.* tom. I. pag. 591. *Burmans.* II. ad *Propert.* pag. 472. a. *Schellenberg* ad *Antimachi Colophonii reliquias* pag. 25 sq. *Harl.*

\* *Anthemius* videtur esse nomen poetae in hoc versu *Meleagri*, eos, e quibus coronam suam concinnauit, celebrantis: εἰς δ' ἐλέγχεσ' εὖσπερον Ἀνθέμιον. Memoratur quoque in graeco scholio inter nomina poetarum, e quibus *Meleager* coronam suam contexuit. *Fabric.* *Vauallor* non intelligit nomen proprium, sed accipit pro flore *anthemio*; cui accedere videtur *Reiskius* pag. 183. et copiosius de eo voc. disputat p. 237 sq. ad vers. 36. carminis: vbi vocabulum littera minuscule excudi fecerant *Brunck.* et *Manso*, cuius notas pag. 3 et 95. vide. *Harl.*

\* *Antigonus*, *Caryilius*, cuius epigrammata suae inferuit collectioni *Philippus*, *Thessalonicensis*, [et dedit *Brunck.* II. pag. 244.]

[*Antimachus*, *Colophonius*. *Hew. Stephan.* pag. 340. *Brunck.* I. pag. 167. et in *Lectio.* p. 29. *Schellenberg* in *Antimachi reliquiis* pag. 33. et pag. 115. supra, in vol. II. pag. 104 sqq. *Harl.*]

*Antimedon*, *Cyzicenus*, vid. infra, *Automedon*.

*Antiochus*, forsitan *Aegaeus*, *Sophista*, de quo *Philostratus*. *Fabric.* II. epigr. in *Brunckii* anal. II. pag. 305. *Harl.*

*Antipater Macedo*, videtur mihi ille *Antipater*, cuius mentio fit a *Meleagro* inter eos, e quibus Coronam suam contexuit. *Fabric.* Vixit aetate *Philippi*, aut patris *Alexandri M.* aut penultimi regis *Macedoniae*, patris *Persei*, circa *Olymp.* CXL. usque ad CL. iudice *Reiskio* in not. pag. 185. vbi de hoc et duobus reliquis *Antipatis* est copiosus, eique tribuit epigr. τὸν πάρος Ὀρβείλει, *Steph. anthol. gr.* pag. 435. et, quamquam valde haesitans, carm. 37. et 94. in len. iam: sed *Brunck.* illud, quod incipit τὸν πάρος Ὀρβ. tom. II. pag. 10. nr. 18. recepit inter epigrammata *Antipati Sidonii*, cuius CXL. epigrammata pag. 6—37. dedit, et pag. 527. duo alia posthumi in illar. reduxit. Adde *Iriart.* catal. pag. 109. et saepius in notis. illius cod. *Anth.* *Harl.*

*Antipater Sidonius* paulo ante *Ciceronem* clarus, quo tempore bellum cum *Mithridate* gerebant *Romani*. vid. *Scaliger* ad *Eusebium* pag. 152. [De illo, *Stoicorum* adfecta, vid.

supra, vol. III. p. 537.] Huius epigrammata collectioni suae inferuisse videtur Meleager, cuius epigramma in Antipatri huius obitum edidit et illustravit *Io. Corn. de Paw* in diatribe de alea veterum pag. 115. aliud Antipatri pag. 133. Epigramma pag. 465. in Venerem Apellis Anad. eleganter exprimit latine *Ausonius* epigr. 106. et illustrat *Bened. Aueranius* diss. 19. 20. tom. I. Opp. pag. 57 sqq. *Fabric.* — De aetate illius fuse disputat Reiske not. p. 185 sqq. et ex pluribus epigrammatibus efficere studet, eum floruisse ab Olymp. CLVI. vsque ad Olymp. CLXXI. et fuisse aequalem L. Crassi atque M. Antonii, neque multum ab aetate M. T. Ciceronis, secundum *Ciceron.* de Orat. III. cap. 50. Idem disputat, num *Antipater Tarsensis, Stoicus*, idem sit cum Sidonio, quod cum Vollio et Ionio existimat haud improbabile esse: dissentit *Fabric.* supra in vol. III. p. 537. *Leich.* in sepulcr. carminibus dedit, latine vertit atque illustravit Antipatri Sidonii carm. X. XI. XIII. XIV. XVI. XVIII. pag. 12 sqq. et in notis pag. 16 sq. addidit aliud eiusdem tum ineditum: in praefatione adnotat, eius in Homerum carmen et alia, manu *Io. Thessali Scutariotae* a. 1452. descripta haberi in bibl. Laurentiana, teste *Montfauconio* biblioth. MSS. pag. 306. D. *Boivin.* l. c. pag. 268 sqq. dedit graece cum versu gallica et latina tam soluta, quam ligata, et pag. 284 sqq. adiecit obseruationes, in quibus etiam animaduertit, in Anthologia edita, Sidonium et Thessalonicensem saepe confundi. (quod etiam notauit Reiske l. c.) Idem *Boivin* ex Anthologia edita atque msta pag. 287 sqq. plura edidit, vertit atque exposuit vtriusque Antipatri epigrammata. Adde *Brunck.* lection. pag. 121 sqq. cui pleraque, quibus in codice nomen gentile non adpositum est, et ille asteriscum praefixit, Thessalonicensi tribuenda videntur, et pag. 155. reposuit ex *Buheriano* apographo epigramma corruptum, cui manum adhibuit medicam. *Schneider* in peric. pag. 120. ex edit. Florentina iungit, cum *Huetio*, duo disticha carminis in *Anacreontem*, in aliis editionibus separata. In codd. *Matrit.* apud *Iriartum* pag. 92. 97. 108. 238 etc. saepe occurrunt epigrammata vtriusque Antipatri. *Harl.*

*Antipater, Thessalus*, siue vt lib. I. Antholog. cap. 87. et in cod. *Hug. Grotii* et apud *Küster* ad *Suidam* in "Aqns, legitur, *Thessalonicensis* <sup>mm)</sup>, tempore Augusti, imper. clarus. Hic est, qui nouem lyricas poe'trias et *Alcmanem* versibus celebravit. Memorat et *Archilochi* et *Homeri* natales cultos. *Fabric.* De eius aetate plura disputat *Reiske* l. cit. adde *Boivin* l. mem. *Schellenberg* in reliquiis *Antimachi* pag. 40 sq. vbi ex *Brunckii* anal. II. p. 115. repetit carmen in laudem *Antimachi* additque versionem *Grotii* ligatam. *Brunck.* in anal. II. pag. 109 — 127. carmina 69. Antipatri, Thessalon. recepit, et in *Lection.* pag. 149 sqq. illustravit: carmen tamen quartum Antip. Sidonio malit, assignare. add. pag. 235 sq. — *Schneider* in peric. crit. pag. 105. carmen vulgavit, antea a nemine editum. *Harl.*

*Antiphanes*, Macedo, Megalopolita, quo in collectione sua vsus se profitetur *Philippus, Thessalonicensis*. [IX. epigr. in tom. II. pag. 204 sqq. et aliud III. p. 331. dedit *Brunck.* add. *Reiskii* not. pag. 190. *Brunck.* lect. pag. 309. *Toup.* emendat. in *Suid.* pag. 499. edit. *Lipf. Harl.*]

*Antiphilus*

<sup>mm)</sup> Thessalonicensem a Thessalo distinguit *Baudelot de Dairval* in explicatione gemmae antiquae, in *Mem. de Trev.* 1711. pag. 537.

*Antiphilus Byzantius*, cuius et ipsius epigrammata collectioni suae Philippus intexuit. [U] — Tiberii Neronis tempore vixit. eum, adparet ex epigrammate lib. I. pag. 119. quo illius imperatoris beneficium, Rhodiis praestitum, [a Chr. 53. V. C. 806. teste *Tacito* Annal. XII. 58.] celebrat. *Fabric.* — vid. *Leich.* praefat. pag. V. et epigramma quoddam cum versione lat. et interpretatione pag. 1 sq. *Boivin.* ac *Brunck.* in cuius tom. II. pag. 169 — 181. XLIII. Antiphili exstant epigrammata, atque *Reiske* not. pag. 191 sq. qui variis diuersorum carminum rationibus motus, parum abest, quin statuat, duo fuisse *Antiphilos*, alterum aequalem Augusti et Tiberii, alterum Neronis et Domitiani: immo vero suspicatur, tertium fuisse *Antiphilum* saeculi III. post C. N. auctorem epigrammatis, quod *Du Cange* add. ad Constantinop. Christ. p. 192. et emendatius *Salmas.* exercit. Pin. pag. 449. ediderunt, in horologium aquatile, ab Athenaeo mechanico factum: neque tamen sibi constat. Adde *Brunckii* lection. pag. 1 sq. et 172 sq. vbi ex apographo Buheriano duo edidit epigrammata, quae *Reiske* in *hol.* Cephalae pag. 141. coniecturis suis interpolata vulgauerat. *Iriart.* in catal. codd. gr. pag. 108. nr. 125. *Harl.*

*Antifstii* vnum epigramma in Psiapum, agri custodem, lib. IV. Anthologiae pag. 478. edit. Wechel. Antifstii, medici, mentio apud *Suetonium* Caesare cap. 82. — *Antifstii Sossani*, qui, factitatis in Neronem carminibus probrosis, exsilio est multatus, apud *Tacitum* XVI. 14. In *Antifstium Veterem*, (qui A. V. C. 747. Consul fuit,) epigramma latinum Laureae Tuillii apud *Plin.* XXXI. 2. *Fabric.* — *Mait* catal. pag. 375. *Boivin.* *Reiske* not. pag. 190. *Brunck.* II. pag. 284. vbi tria edidit Antifstii epigrammata, et in lection. pag. 195. aliud ex Doruillii adnot. ad Charitonem pag. 57. *Harl.*

*Antonius Argiuis*, cuius bina epigrammata graeca exstant in florilegio edito, in vrbes dirutas vtraque, Mycenae, (quod alius cod. tribuit Munatio,) et Argos. *Fabric.* Vnum in *Brunck.* anal. II. pag. 240. *Harl.*

\* *Antonini*, poetae, epigrammata graeca impense laudat *Plinius* iunior in epistola ad eum scripta IV. 3. adde eundem IV. 18. et V. 10. *Fabric.* — De illo Antonino plura scripserunt *Catanaeus* et reliqui interpr. in edit. Cortii ad primum Plinii locum pag. 251 sq. *Harl.*

\* *Anytes* epigrammata fuere in Corona Meleagri. De ea dixi supra lib. II. cap. 15. [tom. II. pag. 106 sq. add. *Reiskii* notit. pag. 192 sqq.]

\* *Apion* in epigrammate. *Suid.* in Ἀγύρτης, Σπυλάδες, Σφάραγγον, Τριγλιννα.

*Apollinaris*, diuersus, vt existimo, ab Apollinari, poeta Christiano. *Fabric.* In *Brunckii* anal. II. pag. 283. dicitur *Apollinarius*, et duo eius leguntur epigrammata; in lection. autem pag. 195. *Apollinaris.* *Harl.*

*Apollonides*, Smyrnaeus, quem Augusti imp. aetate vixisse notat *Casaubonus* ad *Suetonii* Tiber. cap. 14. *Fabric.* — *Boivin.* et *Reiske* in not. pag. 194. ducibus epigrammatibus distinguunt duo *Apollonidas*, alteram Smyrnaeum, quem cum Apollonida, Nicaeno, (vid. *Jouff.* de script. hist. phil. III. 3) eundem fuisse existimant, tempore Augusti, alterum, aetate Hadriani imperatoris, et sua cuique assignat carmina. *Brunck.* II. pag. 132 — 139. vnius Apollonidae Smyrnaei XXX. dedit epigr. adde eiusdem lection. pag.

- 156 sqq. et pag. 159. reposuit epigramma illius corruptum, a Salmasio e cod. Vatic. descriptum. *Harl.*
- Apollonius*, grammaticus: in edit. H. Stephani pag. 95. distichon, quod incipit: Καλλιμαχος τὸ κάθαρμα etc. *Fabric.* — in *Brunck.* anal. II. pag. 358. *Harl.*
- Arabius*, *Scholasticus*, sub Iustiniano clarus, Longinum, praefectum CPol. celebrat in epigrammate lib. IV. Antholog. pag. 431. *Fabric.* Tria dedit epigr. *Brunck.* III. pag. 109. *Harl.*
- Aratus* cuius epigrammatis Meleager vsus est ad coronam suam concinnandam. Vide, quae de Arati ἐλεγείων libro dixi capite 20. huius libri §. 9. Epigramma eius ineditum, quod incipit ἀρχηγὸς Φιλοκλήσ, in bibl. litter. Londini 1722. 4. nr. 2. pag. 28. [In *Brunck.* anal. I. pag. 253. incipit Ἀργεῖος etc. et aliud Arati epigr. editum est. *Harl.*]
- Arcefilai*, philosophi, epigrammata producit *Laertius* IV. 30 sq. *Fabric.* In *Brunck.* anal. II. pag. 62. adde supra, in catal. Platoniorum, III. pag. 162. *Harl.*
- Archeloi*, (al. Aсклеpiadae) epigramma in statuam Alexandri, factam a Lysippo. Lib. IV. Antholog. pag. 554. *Fabric.* *Brunck.* II. pag. 58. et tria alia ex Antigono Caryllio p. 77 et 22. tom. III. pag. 330. vid. *Lectio.* pag. 309. pag. autem 137. is notat, Archelaum vixisse sub Alexandro M. et, quod etiam cum Ptolemaeo, Lagi F. in Aegypto commoratus est, ab *Antigono Car.* hist. mir. cap. XXII. dici Aegyptium. *Harl.*
- [\* *Archestratus.* *Boivin.* *Harl.*]
- Archias*, Antiochenus, pro quo exstat Ciceronis oratio, qui in iurificam illius in versibus graecis pangendis facultatem celebrat cap. 8. Eius epigrammata collecta sunt et iunctim edita cum versione *Nicodemi Frischlini*, vna cum Callimacho. Etiam gr. Christoph. Salbachio curante, Grypswald. 1692. 8. cum Luciani epigr. Latinis vers. reddita sunt a *Dan. Alsworto*, Anglo, Rom. 1596. 8. eodem, qui Virgilii Bucolica Graeco reddidit carmine. conf. *Cinelli* bibl. volante II. pag. 11. Ei quoque in MS. quod olim Lipsiae inspexi, tribuitur epigramma, quod in Wecheliana editione pag. 76. incipit, Σὸ πατρὶ Θεσσαλίη. *Fabric.* Eius epigramma in Delphinum publicavit Küster ad Suidam voc. Φωνίσσω. — In *Boiuii* apographo et Iensian. carmen 108. inscriptum est *Archiae recentiori.* Quare coniecit *Reiske* notit. pag. 197. vel alium postam, illo Tulliano posteriorem, claruisse, aut voc. νεωτέρη Graeculo inepto esse imputandum, aut suspicandum, Ἀρχύτῃ legendum esse pro Ἀρχίῃ. — *Brunck.* II. p. 92 sqq. edidit 34. *Archiae* epigr., et in his illud Iensianum et aliud pag. 528. Id autem, quod *Fabricius* notavit, equidem inter *Brunckiana* non deprehendi. adde *Br. lectio.* pag. 145 sqq. qui tamen obseruat pag. 148. in cod. Vaticano alia tribui *Archiae* *Mirylenaeo*, [vt semper in cod. quem contulit H. Grotius.] aliud *Archiae*, *Macedoni*; aliud *Archiae*, *Bytantio*, [sic quoque in edit. H. Stephani pag. 257.] aliud *Archiae*, grammatico, aliud denique *Archiae recentiori.* adde eiusdem *Lectio.* pag. 236. *Harl.*
- Archilochum* inter eos, e quibus coronam suam contexuit, memorat Meleager. De Archilocho dixi lib. II. cap. 15. Elegos eius laudat Athenaeus. *Fabric.* vid. *Brunck.* I. 40. et in *Lect.* pag. 156. pag. autem 236. duo alia ex Athenaeo pag. 447 et 594. dedit. *Harl.*

*Archimedis* primum. H. Steph. pag. 274.

*Archimelus* Ἐπιγραμμάτων ποιητῆς laudatus Athenaeo, qui eius epigramma in nauem praegrandem Hieronis mille modiis tritici a rege remuneratum refert lib. V. pag. 209. [duo dedit *Brunck.* II. pag. 64. adde *Lection.* pag. 138 sq. *Harl.*]

*Arenaeus*, Ἀθηναῖος Παιφερονδάρσιος, cuius vnicum epigramma in mulierem, lasciuie et pro-caciter se gerentem, exstat lib. VII. Antholog. pag. 606. [P]

*Argentarius.* Infra *Marcus Argentarius.* [*Reiskii* notit. pag. 195 sq.]

\* *Arias*, hoc enim nomine poetam epigrammatarium innuere videtur Meleager his versibus 43 sq. vbi eos, e quibus coronam concinnauit suam, commemorat:

Καὶ μὲν καὶ Ἄριον σαχνοῦτραχα θήκατο νόρον,  
Ἵμνοθέτας ἐρμῆ δῶρον ἀδόμενον.

*Fabric.* At enim *Reiske* not. p. 239. item *Brunck.* edidit καὶ μὴν καὶ Συρίαν, et *Manso*, cuius notam consules,) cum *Salmasio Συρίην.* *Harl.*

[*Arion.* *Brunck.* III. pag. 327. et *Lection.* pag. 308. supra vol. II. pag. 110. *Harl.*]

[*Ariphron.* supra II. pag. 111. *Brunck.* I. pag. 159.]

*Aristo*, idem ni fallor, qui citatur a Mario Victorino in arte grammatica. Vel *Aristo*, philosophus, cuius versum in *Arcefilam* profert *Laertius* IV. 33. *Fabric.* — *Aristonis* carmen 739. in *Anthol.* *Cephalae* tria in *Brunckii* anal. II. pag. 258 sq. *Schneider* in *peric. crit.* pag. 127. tribuere malit *Aristoni*, *Ceio*, de quo plura disputauit supra in volum. III. pag. 467 sq. *Harl.*

[*Aristocles.* *Brunck.* II. pag. 108.]

\* *Aristodemi* librum primum *Ἰηβαϊκῶν Ἐπιγραμμάτων* citat *schol. Apollonii* II. vs. 906. [conf. *Valcken.* ad *schol. Euripid. Phoen.* p. 732. vbi plura de eo sunt collecta. *Harl.*]

[*Aristodicus*, *Rhodium*; *Boiui.* H. Steph. pag. 266. duo epigr. in *Brunckii* Anth. II. p. 260. coll. *Lection.* pag. 191. *Harl.*]

*Aristoteles.* Vide *Laertium* V. 6. et quae de peplo, ei tributo, dixi supra cap. V. huius libri §. 35. [vol. III. pag. 275 sq. vbi etiam de eius carmine in *Hermiam.*]

\* *Arriani* epigrammata apud *Athenaeum* citantur. Sed legendum *Rhiani*, vt habent quoque meliores editiones.

[\* *Artemidorus*, grammaticus: epigr. in *Theocritum*, (vbi de eo quaedam sunt notata,) et aliud, in *Brunckii* An. I. pag. 263. *Harl.*]

[\* *Artemon.* *Boiui*; *Mains*; *Brunck.* II. p. 79. *Reiske* notit. p. 196. qui suspicatur, illum esse eundem cum *Artemone*, τῷ μελοποιῶν, de quo supra in vol. II. pag. 112 sq. vbi plures quoque recensentur *Artemones.* *Harl.*]

*Asclepiades*, qui epigrammate celebrat *Berenicem* p. 438. edit. *Wechel.* et *Cleopatram* p. 490. Non videtur esse idem auctor epigrammatis in *Iacem* pag. 344. quod parodia in *Cynicos* imitatus *Mnesalca* apud *Athenaeum* IV. pag. 163. et sine nomine auctoris affert *Eustathius* ad *Iliad.* β. c. *Porphyrio.* *Asclepiadi* tribuit MS. ἠὲ μακρῆν, quod *Meleagro*

H. Stephanus pag. 451. et *Φείδη παρθενίας* aliud apud Ezech. Spanhem. pag. 334. ad Iuliani Caesares. *Fabric.* — Vtrumque illud epigr. et praeter ea 37. alia sub nomine *Afclepiadis*, Samii, et aliorum eiusdem nominis dedit *Brunck.* I. p. 211 — 219. coll. *Lectio.* p. 43 sqq. De *Afclepiade* Samio, qui Theocrito fuit aequalis, et aliis cognominibus plura disputauit *Reiske* not. pag. 197 sqq. et tria inferuit *Afclepiadis*, lyrici siue *Adramytteni*, epigrammata. adde, quae supra sunt notata in vol. II. p. 113 sq. *schol.* ad *Theocr.* VII. 40. *Schneider.* in *Anal.* pag. 1 sq. de *Afclepiade* Samio, tum in per. crit. pag. 14 sq. pag. 37. vbi repetit epigr. quod dederat *Toup.* ad *schol.* *Theocriti* pag. 215. et *Klotz.* ad *Tyrtaeum* pag. 26. edit. sec. et pag. 119. aliud ex notis *Klotzii* ad *Tyrtaeum* pag. 3. *Harl.*

[\* *Afclepiodotus.* *Brunck.* II. pag. 490. et in *Lectio.* pag. 231. *Harl.*]

*Afinius Quadratus.* Ei in MS. epigr. vltimum p. 203. edit. H. Stephani. *Fabric.* — *Brunck.* anal. II. pag. 299. in eos, qui ab Sulla, Romanorum consule, interfecti sunt, vnde eius aetas adparet. *Harl.*

*Afydamas*, tragicus, se ipsum epigrammate efferens *Suid.* et *Apostolius* in *Σαυτὸν ἐπαινεῖς.* *A. Schottus* ad prouerbia pag. 151. *Fabric.* — *Brunck.* III. pag. 329. vbi dicitur tragicus poeta, eiusd. *Lect.* pag. 309. supra vol. II. pag. 289. *Harl.*

*Athenaeus ὁ ἐπιγραμματοποιός.* *Laert.* VI. 14. VII. 30. et X. 12. *Tzetza* prooem. ad *Lycophron.* [*Brunck.* II. p. 257. epigr. II. dedit. *Iriart.* catal. p. 103.]

*Athenodori* epigramma in *Sodamidem* piscatorem lib. III. *Anthologiae* pag. 369.

*Automedon*, *Cyzicenus*, cuius epigrammatis ad suam collectionem concinnandam *Philippus Theffalonicensis* vsus est. *Fabric.* — *Brunck.* II. 207 sqq. vndecim edidit illius epigrammata et aliud tom. III. pag. 331. conf. *Br.* *Lectio.* pag. 200. qui opinatur, eum in Italia aut saltem sub Romanorum imperio, primo aut secundo post Chr. N. saeculo vixisse. *Harl.*

*Bacchylides* cuius carminibus coronam suam illustrauit *Meleager.* Dixi de eo lib. II. cap. 15. [vol. II. pag. 114 sq.]

[*Ioannes Barbucallus.* *Brunck.* III. pag. 11. et *Lectio.* pag. 238. XI. exstant epigrammata. *Harl.*]

*Lollius Bassus*, *Smyrnaeus*, in msto, quod *Grotius* inspexit, *Lampin* amicum suum adloquitur in epigrammate p. 101. edit. *Wechel.* quod *Horatius* videri possit imitatus esse. *Βάσσοσ Λέλλιος* vocatur pag. 244. [et apud *Maium.*] *Bassi* fuere multi, quos infra lib. VI. in *G* oponicis recensio. *Lampis* haud alius occurrit, quam *ναυκληρικὸς* ille apud *Plutarchum* an seni gerenda *Resp.* pag. 787. Idem *Lampon* videtur adpellari pag. 789. *Lamper* *Aegineta* apud *Themistium* in *Orat. Sophista* pag. 297. [P] *Fabric.* — At num *Lolli Bassi* carmen in *Anthol. Planud.* pag. 6. *Horatius* imitatione expresserit, dubium et vero falsum esse videtur: nam in *Cephalae* *anthologia* apud *Reisk.* *carm.* 603 in *Leichii* *carm.* sepuler. *carm.* I. pag. 2 sq. et *carm.* X. in *anal. Brunckii*, qui tom. II. pag. 160 sqq. vndecim *Basso* tribuit epigrammata, est *Bassi Lollii* epigramma in *Germanicum*, *Caesaris* nepotem, *Neronis* patrem, et quidem in eius mortem, a Chr. 19. V. C. 71

vel 772. Vel igitur antiquior Bassus fuit carminis illius in Germanici victorias, vel probabilius Horatius et Lollius Bassus ex communi fonte hauserunt. Atque Leichius in praef. pag. VI. dubitat, omnia, quae in Anthologia Bassi nomine feruntur, debere ad vnum Lollium Bassum referri. adde *Reiske* in notitia pag. 200 sq. *Brunck.* Lectt. pag. 167 sq. *Harl.*

*Bianor*, cuius epigrammata suae intexuit collectioni Philippus Thessalonicensis. Inter alia pag. 150. luget Sardiniam cladem, quae motu terrae concussae sunt anno quarto Tiberii imp. teste *Tacito* II. 47. annal. Alius *Bianor*, cuius mentio in *Chionis* epistola XI. *Fabric.* In *Brunckii* anal. II. pag. 154 sqq. leguntur XIX. epigr. adde eiusd. Lection. pag. 165 sq. *Reiske* notit. pag. 201. *Schneider* per. crit. pag. 16 sq. *Harl.*

[*Bias.* Eius scolia recepit *Brunck.* I. pag. 154 sq. *Harl.*]

*Bisantinus*, incertum, an Befantinous (Helladius), an Byzantinus, (ita in cod. msto, quem contulit Hugo Grotius,) (Antiphilus forte.) Huic male etiam in codice MS. quem olim Lipsiae inspexi, tribuitur distichon, quod pag. 33. edit. Wechel. Theognidi restitutum est. *Fabric.* — Sed *Schneider* per. crit. pag. 129. intelligit *Phaedinum Bisantinum*. In codice Matrit. *Bisantino* dilucide assignatur distichon, quod etiam in nota ad oram capitis CXV. Stobaei sermonum adposita tribuitur vel *Theognidi* vel *Bisantino*, teste *Iriarto* in catal. mstor. graec. pag. 106. qui Bisantini nomen tuetur et varietatem lectionis Pentametri in cod. Matrit. adnotat. — In *Byzantina* autem quaedam monumenta reposuit epigrammata *Brunck.* in anal. III. pag. 132 sqq. et explicat in Lection. pag. 256 sqq. *Harl.*

*Boethus*, Tarfensis, poeta *Straboni* XIV. pag. 675. memoratus. Pyladem pantomimum sub Augusto imp. celebrem effert epigrammate, quod legitur lib. I. Antholog. pag. 23. et emendat *Scaliger* ad Euseb. ann. 1995. illustratque *Benedict. Aueranius* tom. I. diss. XVI sqq. pag. 49 sqq. *Fabric.* — adde *Schneider* per. crit. pag. 17. *Harl.*

*Callias Argivus*, cuius vnicum tetraslichon exstat in Polycritum compotorem p. 243. *Fabric.* — *Brunck.* II. pag. 3. *Harl.*

*Callicerus*, Rhodonem, medicum furacem perstringit disticho, quod legitur pag. 217.

*Nicolaus CALLICLES*, Alexii Comneni archiater, ab Anna Comnena memoratus libr. XV. pag. 496. cuius poesin et iambos plurimi fecit Georgius, episcopus Corinthi, libr. de constructione orat. ad quem etiam exstant epistolae Theophylacti, Bulgariae archiepiscopi 33. 39. 56. 57. Illius sunt epigrammata aliquot, iam olim ab Hieronymo Contio edita, quorum duo dat etiam Cangius ad Alexiadem pag. 424.

*Callister.* Καλλίστρως Μεντισίης in msto distichon, quod pag. 179. edit. H. Steph. *Parmenioni* tribuitur. *Fabric.* — *Callister* in apogr. Boivin. atque *Reiske* not. p. 219. conicit, legendum esse Κλέε τῶ ἤπτερος, et quaedam de eo obseruat. — *Callister* apud *Brunck.* qui in Anal. II. pag. 294. sub eius nomine tria recepit epigrammata, et aliud pag. 529. addidit: conf. eiusdem Lection. pag. 197 et 236 *Harl.*

*Callimachus* cuius epigrammatis vsus etiam Meleager ad coronam suam contexendam. De iis dixi capite 17. huius libri: [vol. III.]

*Callinus*, cuius ἐλεγῆες ab *Athenaeo* citantur XII. pag. 527. Nomen eius quandoque cum *Callimacho* confunditur. Pro Κελλωνίς edit. H. Steph. pag. 25. Grotius adnotauit Κυλλωνίς. *Fabric.* — vide notam *d. l.* ad vol. I. p. 726. H. *Valesium* emendation, lib. IV. cap. 14. ibique notam *Burmanni* II. pag. 116. *Dodwelli* exercitat. II. de aetate Pythagorae pag. 110 sq. qui eius aetatem adsignat Olymp. XXXVI $\frac{1}{2}$ . *Brunck.* anal. I. pag. 39. et quae ego notaui in *Anthologia graeca poetica* edit. *Baruth.* pag. 40. *Harl.*

[*Callistratus.* *Brunck.* I. pag. 155. Plura scripsi in *Anthol. mem.* pag. 90 sqq. *Harl.*]

*Capito.* Huic tribuitur in *insto* pag. 481. H. *Stephani* elegans distichon Κάλλος ἄνευ etc. [quod etiam *Brunck.* anal. II. pag. 199. dedit sub illius nomine,] deinde sequitur hoc *Archiae*: Ὀπλίξεν Κύπρι τόξα, etc.

[*Carcinus*, tragicus. vid. supra in vol. II. p. 290 sq. Eius decastichon iambicum de Cerere eiusque filia, in cod. *Matrit.* 114. qui multa plurium continet epigrammata, teste *Iriar-*  
*to* catal. pag. 450. *Harl.*]

*Carphylides*, cuius elegans epigramma in senem singulari felicitate vitae et coniugii vsum legitur pag. 279. edit. *Wechel.* [duo epigr. in *Brunckii* anal. II. pag. 401.]

*Carpyllides*, idem vt videtur, cum superiore.

*Cerealis* epigramma vnicum sed scitum ac prudens in *Rhetorculos* obscura affectatione ineptos exstat pag. 246. [Tria *Κερεαυλίδς* epigr. in *Brunck.* anal. II. pag. 345.]

*Chaereimon* inter eos laudatus a *Meleagro*, e quibus coronam suam adornauit. Ineditum eius epigramma in *Eubulum*, *Athenagorae* filium, produxit *Cangius* addendis ad *CPolin* *Christianam* pag. 193. [Tria illius epp. in *Brunck.* an. II. p. 137. qui illud, a *Cangio* publicatum, alii *Chaereimoni* tribuere malit.]

*Christodorus*, Coptites *Thebanus*, cuius epigrammata de imaginibus, in *Gymnasio CPolitano* *Zeuxippo* dedicatis, leguntur libro V. *Anthologiae*. Vide *Suidam* in *Ζεύξιππος*. Vixit *Christodorus* post *Leonem* *Thracem* sub *Anastasio* *Dicoro*, vt ex epigrammate in *Pompeii* statuam collegit praestantissimus *Cangius* in *CPoli* *Christiana* lib. I. pag. 91. quem vide de *Zeuxippo* erudite differentem. *Fabric.* — *Eudocia* in *violario* pag. 436. ex *Suida* tom. III. pag. 688. h. v. Χριστόδωρος Πανίσκος, ἀπὸ Κόπτης πόλεως τῆς Αἰγύπτου, ἐποποιός etc. Tum prodit, illum floruisse sub *Anastasio* imperatore, et scripsisse 1) Ἰσαυρικὰ ἐν βιβλίοις 5. h. e. expugnationem *Isauriae*, ab *Anastasio* factam; 2) *Epigrammatum* libros tres; 3) *epistolarum* libr. IV. 4) *descriptionem* *statuarum* in *gymnasio* *Zeuxippi*; quae hodie exstat; 5) *Origines*, Πάτρια, a) *Constantinopolis*, lib. 12. *carm. epico*; b) *Thessalonicas* lib. 25. c) *Nacles*, v. bis circa *Heliopolin*; d) *Mileti* in *Ionis*; e) *Trallium*, f) *Aphrodisiades* et alia forsitan: vide *schol. gr.* in *marginem* de *Claudio* adscriptum. — Ab hoc distinguit illa cum *Suida* *Christodorum*, *Thebanum*, *Illustrium*, qui scripsit ἱξευτικά δι' ἐπῶν et θεώματα τῶν ἁγίων ἀναγύρων (*Suidas* ἀναργύρων, sed *Küster* scribendum censet et in versione exprellit μαρτύρων.) Κοσμά καὶ Δαμιανῶ. — *Christodori* ἐκφρασις, siue *descriptio* etc. legitur quoque cum notis *Anselmi Bandurii* in libro VII. *antiquitat. Constantinopol.* *Paris.* 1711. fol. pag. 153 sqq. aut edit. *Venet.* 1729. fol. pag. 131 sqq. conf. *Bandur.* pag. 602. aut edit. *Venet.* pag. 464. Illa *descriptio*, ab *Aldo* et aliis in *particulas* male *discerpta* et *distincta*, a



*Brunckio* Anal. pag. 456 sq. ex edit. Florent. et Vaticano codice coniuncta et restituta est, addi is duobus aliis epigrammatibus iam olim editis, et explicata in *Lection.* p. 227 sq. In *to. Cinnami* hist. lib. VI. legitur epigr. Cruci inscriptum, in memoriam Hunnorum, bello victorum sub Manuele Comneno pag. 284. edit. *Tollii*, (fol. 152. edit. *Parisin.*) Adde *Reiske* notit. pag. 272. *Harl.*

[*Cillacter* f. *Cilliactor*. *Boiv.* et *Mai.* Nomen suspectum *Reiskio* in *Miscell.* *Lips.* IX. p. 114. vid. supra, *Callister.* *Harl.*]

*Claudianus*, inter latinos poetas celebratissimus, graeca quoque epigrammata non infeliciter composuit, quae in *Barthii* [*Burmanni* II. pag. 693 — 707 sq.] et aliis quibusdam editionibus collecta leguntur <sup>mm</sup>. [*P.*] *Fabris.* — Quinque in *Brunckii* analect. p. 447 sq. tom. II. — *Reiske* not. pag. 220. Scripsit quoque *Gigantonachiam*, carmen graecum, cuius insignia fragmenta e cod. primus vulgavit notisque instruxit, et de eo carmine copiosius disseruit *Iriarte* in *catalog. mss. graecorum Matrit.* pag. 215 — 222. addita notitia *Lascaris* et *Benbi* epistola de illo poemate. Particulam, (XI. prope vers.) *Arsenius*, *Monembasiae* in *Peloponneso* archiepiscopus, iam ediderat in libro: *Ἀποφθέγματα — praeclara dicta philosophorum, imperatorum, oratorum et poetarum* etc. line 1. et a. in 8. notante *Iriarto.* *Harl.*

\* *Cleobulines* aenigma e commentariis *Pamphilae* producit *Laertius* lib. I. sect. 91. *Fabric.* De *Cleobuline* et *Cleobulo* vide vol. I. pag. 578. et duo epigr. *Cleobuli* in *Brunckii* anal. I. pag. 76. *Harl.*

\* *Cleobuli* epigramma in *Midae* *Mausoleum* *Laertius* lib. I. sect. 89.

*Cometas*, *Scholasticus* et chartularius, idem ni fallor de quo dixi lib. II. cap. 2. §. 21. *Fabric.* *Boivin.* tum *Brunck.* anal. III. pag. 15. dedit VI. epigrammata: coll. eius *Lection.* p. 238. In *Antiqq. constantin.* edit. *Banduri* pag. 128. edit. *Venet.* exstat vnum epigr. *Harl.*

[*Constantini*, alter *Rhodium* et christianus; alter *Siculus*; *Maius* in *cat. MSS. Vffenbach.* et *Reisk.* in *collect. Cephalae*, *carin.* 637 — 640. et not. pag. 167 sq. *Reiske* in notit. pag. 225 sq. qui *Rhodium* habet eundem cum *Constantino Cephalae*, auctore collectionis s. anthologiae, *Siculum* autem suspicatur fuisse illius magistrum, eundemque, de quo *Fabric.* *Bibl. Gr.* vol. X. p. 282. — *Ineditum* vulgavit *Iriart.* in *catalog. MSS. gr.* p. 234. *Harl.*]

*Cornelius Longinus.*

*Cosmas*, *Mechanicus*, (leg. *Monachus* <sup>oo</sup>). Praeter *Cosmam*, *Aegyptium*, de quo supra cap. 25. fuit etiam *Cosmas*, poeta *Hagiopolites* siue *Hierosol.* saeculo VIII. post natum

N n n 3

Christum,

nn) Exstant etiam quaedam in *Anthologia* inedita. Sunt illa haud dubie Christiani; vt patet ex epigrammate in Christum seruatore, quod incipit ἢ Περὶς ἀνάγισσo etc. *Scholia* in *margin.*: *Κλαυδιανῶς εἰς τὸν Σατῆρα ἕτος ὁ Κλαυδιανός, ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταροῦ, Ἀναξάρτου, Βηρύτου, Νουαίου.*

*Fabric.* — Forſan *Chreſtodoros* eſt ſcribendum, et id epigr. a *Brunckio* omiſſum, ei tribuendum, quia in ſchol. auctor πατρίαν etc. originum dicitur. vid. quae, quamquam paulo diuerſa, modo de *Chreſt. doro* adnotauit. *Harl.*

oo) Sic in *Brunckii* Anal. III. p. 127. *Harl.*

Christum, auctor hymnorum et psalterii Davidici, versibus politice redditi; tum *Cosmas Βεσητωρ* siue Vestiarus, auctor quarundam orationum.

*Crates*, Thebanus, *Philosophus* Cynicus, cuius quaedam apud Laetium et Iulianum leguntur. Vide, quae de illo supra cap. 9. huius libri, [tom. III. pag. 514.] *Fabric.* — Vnum epigr. dedit *Brunck.* II. pag. 3. ducibus *Salmasio* et *Toupio*, quos laudat in *Lectio.* pag. 121. conf. *Schellenberg.* reliq. *Antinachi* pag. 40. *Harl.*

*Crinagoras*, *Philosophus*, cuius epigrammata collectioni suae intexuit *Philippus*, Thessalonicensis. In *H. Stephani* edit. pag. 84. pro *Φιλίππε* legendum e MS. *Κριναγόρας*. *Crinagorae* epigr. in *Tiberium* illustrat *Tristanus* tom. I. pag. 158. *Fabric.* — *Crinagoram* quoque legi, notavit *Lascaris* in cod. *Matrit.* apud *Iriart.* pag. 98. — *Brunck.* II. pag. 140 sqq. edidit 46. epigramm. et in *Lectio.* pag. 159 sqq. plura notavit; pag. 164. autem fragmentum epigr. post *Iensium* et *Reiskium* subiunxit atque emendavit. *Reiske* in notit. pag. 221. distinguit duo *Crinagoras*, alterum Aegyptium et antiquiorem, cuius aetatem secundum *carm.* 669. adsignat *Olymp.* CXXXIII. *Ptolemaeo* *Euergeta* rege; alterum, iuniorem, sub *Augusto*, imperatore, auctorem plurium epigrammatum, et de argumento atque occasione plurimorum epigramm. copiose differit. Adde *Valcken.* in *diatr.* *Euripidea* p. 290. de loco cuiusdam epigrammatis, et *Hysterhus.* ad *Lucian.* tom. I. pag. 145. b. *Harl.* *Cl. Manso* editio epigrammatis *Crinagorae* nuper promissa nondum prodiit.

*Cyllenius Petianus.* *Fabric.* *Brunck.* II. p. 282. et *Lect.* p. 195. *Harl.*

*Cyrillus*, grammaticus, ille fortassis cuius *Glossae* feruntur et cui vocabulorum diuerse *παραθεμένων ετεροσημασίας* nonnulli tribuunt. [*Brunck.* II. p. 491. et *Lect.* p. 231.]

*Cyrus* *Κύρος ἀπὸ ὑπάτων*, *Flavius Cyrus*, qui *CPoli* *Consulatum* gessit a. Chr. CCCXXLI. Idem poeta *Eudociae* [p. 271.] probatus. *Cyrus* *Panopolita* sub *Theodosio* iuniore, de quo *Euagrius* lib. I. cap. 11 et 19. *Valesius* ad *Euagrium* pag. 63. nec non *Suidas*, *Chronicon* *Paschale* pag. 318. ex *Prisco* *hist.* Est et alius, pater *Paulli* *Silentiarrii*, de quo *Hanckius* de *scriptor.* *Byzant.* p. 164. Alius denique, qui vulgo vocatur *Cyrus*, cuius verum nomen est *Theodorus Prodromus*, (*Kύρος* enim recentioribus *Graecis* pro *Κύριος* positum, *Dominum* significat) qui sub *Io. Comneno* vixit et cuius epigrammata *graeca* aliaque poemata viderunt lucem *Basileae* 1556. 8. De huius scriptis dixi infra libro V. *Κύρος τὸ μέγας* in MS. epigr. vltimum pag. 110. edit. *H. Steph.* Sed nostr. *Κύρος ὁ ποιητής*. lib. IV. *Anthologiae* p. 493. et lib. III. p. 334. *Fabric.* — *Brunck.* II. p. 254 sq. VII. epigr. et *Lect.* p. 226. *Reisk.* notit. p. 225. *Harl.*

*Damagetus*, cuius epigrammatis vsus est *Meleager*, quum *Coronam* suam necleret. *Fabric.* *Mal. Boiv.* *Brunck.* II. 38. dedit XII. epigr. et aliud tom. III. pag. 331. quod vero in *Lectio.* p. 309. abindicat *Damageto*. De eius aetate vid. *Reisk.* not. p. 203 sq. *Harl.*

*Damocharis* siue *Democharis*, grammaticus, *CPoli* vixisse videtur saeculo quinto vel sexto post natum *Christum*. [*Brunck.* III. 69. *Lect.* p. 245. Ab *Eudocia* p. 35. citatur *Damagoras Samius* de *Halecyonidum* numero. *Harl.*

*Damascius* cuius vnicum distichon habemus in *funus* *Zosimae* *seruae* p. 341. non diuersus a philosopho, de quo *Photius* ac *Suidas*. Nam in codice, quem *Grotius* inspexit, inscribitur

- scribitur *Δαμασκίῃ Φιλοσόφῃ*. *Fabric.* — Et eam quoque epigr. quod dedit *Brunck.* Anal. II. p. 475. habet inscriptionem. *Harl.*
- [*Damostratus*. Boiui. *Brunck.* II. pag. 259. et in *Lectio.* p. 191. arbitratur, illum in poetarum epigrammatariorum censum venire non debuisse, et titulum epigr. *Δαμασθέντῃ ἐν Ἀθήναις τῷ Νύμφαις* nomen eius, a quo dedicatio facta sit, tantummodo significare, nomenque poetae librarii negligentia omissum esse, quia in veteri codice epigrammata dedicatoria fere omnia praeter poetae nomen, illius etiam nomen praescriptum habeant, a quo dedicatio facta sit. In Iensiana edit. nr. 143. bis legitur *Δαμάσθετος* sed *Reiske* ad exemplum *Doruillii* dedit *Δαμόσθετος*, ratus, eum forsan eundem esse cum *Demostrato* *Apameensi*, senatore romano, auctore *Halieuticón* seu de piscatione operis saeculi primi a Chr. nato. vid. *Fabric.* B. G. vol. XIII. pag. 138. *Harl.*]
- Daphitas* siue *Daphidas*, *Telmisensis*, grammaticus, ob maledicentiam fixus cruci iussu *Attali*, *Pergami* regis. Versiculos eius regi iniurios servavit *Strabo* XIV. p. 647. De eodem meminere *Cicero* de fato, *Valerius Max.* lib. I. cap. 8. *Hesychius* illustris et *Suidas*. *Fabric.* — *Eudocia* p. 132. *Brunck.* III. p. 330. *Lectio.* p. 309. *Harl.*
- Demantes*, cuius epigramma de *Theano*, interim, dum eius maritus *Apellishus* nauigaret, mortua, exstat p. 336. [P]
- Demaratus* iunior, *Spartanus*, qui *Hadriani* vel *Germanici* *Caesaris* epigramma, quo Romanos *Graecorum* victores celebrauerat, repressit parodia ex *Homero* et *Archilocho*. Vide *Anthologiam* pag. 145.
- Demetrius B'thynus* in *Myronis* bouem epigrammata scripsit, quae leguntur pag. 444. edit. *Wechel.* [*Brunck.* anal. II. pag. 65. Variorum carmina in *Myronis* bouem germanice vertit et illustravit *Sonntag* in lib. zur Unterhaltung etc. pag. 100 sqq. *Demetrii* ep. in *inuidos* publicauit *Iriart.* p. 259.] Alius *Demetrius*, poeta, cuius versus profert *Laertius* V. 85.
- Demiurgus*. epigr. in *Hesiodum* pag. 270. edit. *H. Stephan.* Ἑλλάδος εὐρυχ. etc.
- Democharis*. Vide paullo ante, *Damocharis*.
- Democritus*, epigrammatum poeta *σαφῆς καὶ ἀνδρῆς*, laudatus *Laertio* IX. 49. Eius vnicum epigramma superest pag. 465. in *Venerem*, e mari emergentem: [et in *Brunck.* anal. II. pag. 260.]
- Demodoci* nomine tria epigrammata leguntur lib. II. cap. 43. sed primum, quod incipit *καὶ τὸδε Δημόδου* apud *Strabonem* et *Eustath.* ad *Dionys.* *Phocylidi* tribuitur, et non de *Chiis*, sed de *Leriis* agit, vt in graecis scholiis notatum <sup>pp</sup>): de *Demodoco* *Lerio* dixi nonnulla lib. I. cap. 5. §. 7. [III. epigr. *Demodoci*, *Lerii*, in *Brunck.* anal. II. pag. 56. lect. pag. 137. *Harl.*]
- [*Dicaeus Gallus*, cod. *Vffenbach.* *Mai.*]

[*Dicaeus**Phocylidis* epigr. leuiter immutarat *Demodocus*. *Harl.*

[*Diocles Carystius*. Boiv. et Maius. IV. epigr. in *Brunckii* anal. II. p. 182 sq. Lection. p. 173. qui notat, in cod. Vatic. titulum esse Ἰσλὶς Διοκλέους, non, vt in Planudea, Ἰσλιανῶ, quod fraudi fuisset *Reiskio* in not. p. 206. rato, vtrumque nomen esse rectum. *Harl.*

*Diodorus, Sardinus*, cuius epigrammatis Philippus Thessalonicensis suam locupletavit collectionem. Vixit Neronis tempore, vti patet ex eius epigrammate εἰς Νέρωνας. *Fabric.* — In epigrammat. occurrunt, adnotante *Reiskio* in not. pag. 205 sq. *Diodorus Sardinus Zonas*, alibi *Zonas* simpliciter dictus, senior ac rhetor, bello mithridatico clarus, et *Diodorus Sardinus iunior*, rhetor, ac Strabonis aequalis, qui nudo *Diodori* nomine interdum reperitur. Conf. *Strabo* pag. 931. de claris Sardinis. — *Reiske* addit tertium *Diodorum*, grammaticum, *Tarsensem*, in epigr. nomine *Diod. grammatici* insignitum. Atque *Diodori, Tarsensis*, MS. pag. 198. edit. H. Steph. Iuniori tamen Sardiniano *Schneider* in anal. pag. 15 sq. malit tribuere carmina, quam cum *Reiskio* tertium *Tarsensem* grammaticum adsumere, et plura disputat de illis *Diodoris*. *Diodori Sardiniani*, τῆ Διοπέδους in Neronem, quum ex Scyro Ilium peteret pag. 34. (ap. *Brunck.* II. pag. 187. nr. 6. qui id carm. ad *Diodor. iuniorem* retulit,) sed cod. Palat. omittit nomen τῆ Διοπέδους. *Brunck.* in anal. distinguit vtrumque, ac *Diodori Zonas* epigramm. dedit tom. II. pag. 80 sqq. et III. pag. 331. *iunioris* autem epigr. II. pag. 185—189. et interpretatur in Lection. pag. 140 sq. et pag. 174. Adde infra, in v. *Zonas*, et supra, cap. 30. in catal. *Diodororum* pag. 379 et 381. et *Bandin.* catal. bibl. mediceae, tom. II. pag. 607. *Harl.*

*Iulius Diocles*. Supra, in *Diocles*.

*Diocris* in *Myronis* bouem pag. 444.

*Diogenis, Phrygis, episcopi* Amiseni, in tumulum filii pag. 375. [*Brunck.* II. pag. 492.]

*Diogenes Laertius*, qui in opere de philosophis, quod exstat, passim epigrammata ex pammetro suo refert. Pammetrum ipsum non videtur Planudes vidisse; sed epigrammata, quae in Anthologiam retulit, e libris de vita philosophorum petiisse. [In cod. Mattit. ap. *Iriart.* pag. 100 sq. et pag. 103. epigr. in Chrysippum multum abhorret a vulgatis. conf. *Menag.* ad lib. VII. segm. 184.] De *Diogene Laertio* dicetur infra libro IV. Idem refert et aliorum quaedam epigrammata suo loco notata et nonnulla sine nomine, vt in *Pythagoram*, athletam, VIII. 48. in *Epicharmum*, 78. in *Heraclitum* IX. 16.

\* *Diogeniani Heraclitae*, grammatici, qui sub *Adriano* imp. claruit Ἀνθολόγιον Ἐπιγραμμάτων memorat *Suidas*.

Qui *Dionysio* pag. 32. Anthologiae tribuitur versus ὦρεν ἔραῖν, ὦρεν δε γαμεῖν, ὦρεν δε πεπαῦσθαί, *Timonis* est apud *Athenaeum* XIII. cui etiam tribuit *Grotius* in *Ecclesiasticae* III. Plura *Dionysii* in anthologia inedita leguntur.

*Dionysius Cyzicenus*, *Eratosthenis*, *Cyrenaei*, funus epigrammate decoravit, quod legitur p. 420.

*Dionysius, Sophista*, idem fortassis *Antiochenus*, cuius epistolae exstant. *Fabric.* — vid. *Brunck.* anal. II. pag. 253 et 529. Catal. *Dionysiorum* in cap. de *Dionysio Halic.* *Reisk.* notit. p. 207 sq. qui plurima tribuit *Dionysio*, cognomine *Musici* et *Sophistae*, sub *Hadriano*, imperatore. Adde *Schneideri* peric. crit. pag. 9 et 22 sq. *Harl.*

\* *Dionysii*

\* *Dionysii Aenei* (χαλκῆς) Ἐλεγγεία. *Athen.* X. pag. 443. XV. 688. Sed non [P] magis ea huc spectant, quam Critiae, vel Hermesianactis, Melanthii et Xenophanis, quae apud eundem laudantur.

[*Diophanes*, Myrinaeus, Boiv. Mai. *Reiske* notit. pag. 209. *Brunck.* anal. pag. 259. *Lectio.* pag. 191. *Harl.*]

[*Diophantus*. Eius problema arithmeticum edidit *Meziriac*, et *Brunck.* Anal. II. pag. 307. coll. *Lectio.* p. 199. *Harl.*]

*Dioscorides*, Vicopolita, poeta Meleagro antiquior, qui eius epigrammatis usus est ad texendam suam coronam. *Fabric.* — Eum in Aegypto post Anyten vixisse, imperantibus Ptolemaeis, post Olymp. CXX. suspicatur *Reiske* in notit. pag. 208. *Brunck.* edidit XXXVIII. illius epigr. in Anal. I. pag. 493 sqq. et explicuit in *Lectio.* p. 115 sqq. Carmen quoddam, a *Wartono* ad *Theocrit.* pag. 181. editum, emendat atque interpretatur *Schneider* in peric. critico pag. 95 sq. *Dioscuridam* tamen scribendum esse suspicatur. adde infra libr. IV. cap. 3. de *Dioscoride*, §. 11. nr. 3. *Harl.*

*Diotimus*, cuius epigrammatis idem Meleager coronam suam exornavit. Vide et *Salmaf.* ad *Tertull.* de pallio p. 262. — *Diotimus*, *Milesius*, p. 483. H. Steph. *Diotimi*, *Atheniensis*, τῷ Διοπέδῳ p. 208. H. Steph. *Diotimi*, *Myrinaei*, quaedam exstant in *Anthologia* inedita. *Fabric.* — *Diotimi*, nullo patriae nomine addito, XI. epigrammata edidit *Brunck.* anal. I. pag. 250 — 252. *Reiske* in notit. p. 208 sq. suspicatur, *Diotimum* *Anthologiae* intelligi debere illum *Diotimum*, rhetorem, quem cum aliis decem collegis *Antipater*, *Macedoniae* rex, sibi ad supplicium dedi flagitavit, teste *Suida* voc. Ἀντίπατρος. Plures *Diotimos* recenset *Ionsius* de scriptor. etc. II. 15. fin. Contra *Schneider* in per. crit. p. 129. existimat, *Diotimum*, a *Meleagro* memoratum, illum esse *Adramytenum*, qui *Gargaris* litteras docuit, in quem *Arati* epigramma *Stephanus* voc. Γάργαρα habet, et *Anthol.* p. 239. edit. *Wechel.* Idem *Stephanus* *Diotimi* παντοδαπά ἀναγνώσματα memorat voc. Πασσαργαθ. *Harl.*

*Dorieus*, (Δωριεύς ὁ ποιητής) cuius epigramma in *Milonem* *Athen.* X. pag. 412. [*Brunck.* anal. II. p. 63.]

*Duris*, *Elates*, siue, (vt *Steph. Byz.* in Ἐφέσος.) Ἐλαίτης. Epigramma in *Pherecydem* e *Duridis* secundo τῶν ἱερῶν refert *Laertius* lib. I. sect. 120. [*Brunck.* l. c. p. 59. εἰς τὸν κατακλυσμόν Ἐφέσῳ.]

*Empedocles*, *philosophus*, cuius epigramma in *Pausaniam* exstat apud eundem *Laertium* VIII. 61. et in *Acronem*, medicum, 65. *Empedoclis* itaque nomen addendum in *Anthologia* p. 348. edit. *Wechel.* [*Brunck.* l. p. 163. duo illius epigramm. edidit.]

*Epigonus*, *Thessalus*, siue potius *Thessalonicensis*, vt in edit. Ald. p. 13. et a *Grotio* adnotatum video pluribus locis; paucorum, sed non inelegantium epigrammatum auctor, quale est illud p. 121. quo ait, multos, etiam si vinum non bibant, insanire, Φεῦ, τίνες ὕδωρ πίνουσιν μανίην σώφρονα μαινόμενοι! *Fabric.* *Brunck.* II. p. 306. Ἐπιγόνος Θεσσαλονικέως duo epigrammata. In *Lectio.* p. 198. notat, in membr. titulum esse Ἐπιγόνος Θεσσαλονικέως, in ora adscriptum, Σικένδρα Ταραντίνε. *Harl.*

*Eratosthenes* iunior, sub Iustiniano imp. clarus, cuius epigramma in funus Anastasiae legitur p. 374. Idem videtur auctor distichi in Xenophontem ebriosum p. 571. vbi *Eratosthenes*, *Scholasticus*, adpellatur in MSto, quod Grotius inspexit, et edit. Wechel. p. 606. et in inedita Anthol. apud Vffenbach. *Fabric.* — *Brunck.* in Anal. I. p. 477. dedit tria poemata *Eratosthenis*, *Cyrenaei*, at tom. III. p. 123 sq. quatuor epigrammata *Eratosthenis*, *Scholastici*. adde eiusdem *Lection.* p. 111 et 254. *Reiske* not. p. 209 sq. *Harl.*

*Erinna Lesbica*, cuius epigrammata Meleager suae implexuerat coronae. De ea dictum lib. II. cap. 15. — *Erinna Mytilenaea.*

*Erycius.* Vide *Puteani* diatribam de Erycio cap. 7. et Menagii amoenitates iuris p. 198. — *Erycius*, *Cyzicenus*, p. 199. edit. Steph. — *Erycius*, *Thessalus*, ibid. p. 249. *Fabric.* — in cod. Matrit. apud *Iriart.* p. 97. legitur *Erycis* in Sophoclem. — Sub Erycii, *Cyziceni*, nomine *Brunck.* in anal. II. pag. 295 sqq. XV. edidit epigrammata et illustravit in *Lection.* p. 198 sqq. ad carm. autem XII. Eryc. Cyzicenum sub Augusto vixisse contendit, et dissentit a *Reiskio*, qui in notit. p. 210. Parthenium, in quem Homeri obrectatorem Erycius epigramma scripserat, (nr. 597. Anth. Ceph.) adeoque Erycium Traiano supparem fecerat. *Harl.*

*Etrusci, Messenii*, epigramma in Hieroclidam, piscatorem, lib. III. Anthol. p. 359. [*Brunck.* II. pag. 307]

Sub *Euclidis* nomine *Griphus* occurrit inter epigrammata, ab Aldo Anthologiae subiuncta: neque vero Euclides mihi auctor esse videtur; sed aenigma veluti proponi soluendum *Euclidi*: εἰπὲ τὸ μέτρον ἄριστε γεωμετρίας ἐπιπέδου.

Qui deinde sequuntur versus in septem planetas, leguntur etiam in Eclogis Stobaei, et velut ante non editi in Gronouii notis ad Manethonem.

*Euenus*, cuius epigrammata Philippus, Thessalonicensis, in suam collectionem retulit. Huic *Eueno* tribuebatur etiam in codice, quem [P] euolui Lipsiae, epigramma, quod exstat p. 18. edit. Wechel. et incipit κῆν με Φάγγης. Idem *Eueno* tribuit Carol. Neapolis ad Ouid. fastor. I. 357. In anthologia inedita *Euenus* hic dicitur grammaticus. De *Eueno* dicere me memini lib. II. cap. 11. §. 7. *Fabric.* — Sed supra vol. I. p. 729. *Reiskium* et *Schneiderum* laudavi, atque pluribus adnotavi, *Eueno* cuidam iuniori multa, quae in Anthologia exstant, carmina esse adscribenda. *Harl.*

*Eugenis* iambi in Anacreontem exstant p. 507. ex Leonida, vt videntur, expressi. [*Brunck.* II. p. 453. in *Lection.* p. 226.]

\* *Euhemerus*, perantiquus scriptor, historiam Deorum contexuit ex inscriptionibus (epigrammatis) sacris, quae in templis habebantur, vt refert *Lactantius* lib. I. cap. XI. De *Euhemero* ipso, quem Deorum ethnicorum contemptorem Atheis plerique accensent, et de eius opere, quod latine olim conuertit Q. Ennius, vide elegantissimum scriptorem et eruditissimum Hieron. Columnam ad fragmenta Ennii p. 212. edit. praeclarae *Westfalianae.* *Fabric.* conf. *Sevin.* in Mem. de litter. — des *Inscr.* vol. VIII. p. 107 sqq. supra in vol. III. p. 646. *Harl.*

[*Eunomianus* in titulo carminis Iensiani 40. et apogr. Boiui. non est nomen hominis, sed sectae. vid. *Reiskii* notit. p. 211. *Harl.*

*Euodus*, *Εὐόδος*. [*Brunck.* II. p. 288.]

\* *Euphemus*, cuius epigrammatis suam se exornasse coronam innuit Meleager. *Εὐφῆμος τ' ἀμμότροφον πᾶραλον.*

\* *Euphorion*, cuius epigrammatis idem vsus est Meleager ad coronam suam concinnandam. Eius quaedam in inedita anthol. *Fabric.* — Duo epigramm. edidit *Brunck.* II. p. 256. *Boiui.* *Reiske* notit. pag. 211. cum *Suida* aetatem illius adligat Olymp. CXXXVI. adde *Schneider.* in analect. p. 7 sq. *Toup.* epist. crit. p. 134. edit. *Lipf.* f. animadu. in *Suidam* et *Hesych.* tom. II. p. 603 sq. Supra in catalogo deperdit. tragicorum vol. II. pag. 304. *Harl.*

*Eupithius*, *Atheniensis*, grammaticus, ὁ σίξας τὴν καθόλου (scil. τέχνης.) qui *Herodiani* grammaticum opus interpunxit et recensuit. Vide p. 35. edit. *Wechel.* [*Brunck.* II. pag. 402.]

*Euripides*, tragicus, cuius epigramma refertur etiam ab *Athenaeo.* [*Brunck.* II. p. 57.]

*Eustathius* in suis ad *Homerum* commentariis epigrammata quaedam producit sine nomine auctoris, vt in aquas insalubres *Dienfes* p. 230. C. edit. *Rom.* In *Aiacem*, e *Porphyrio* p. 285. A. In *Nestorem* p. 296. B. in *Timotheum*, citharoedum, pag. 313. A. In *Erinnam*, poetriam, p. 327. A. In *Arcadionem* p. 746. C. in *Linum* p. 1163. C. In *Hecaten* p. 1197. B. In tripodem, a *Diomede* *Apollini* sacratum, p. 1312. C. In *Archilochem* p. 1320. A. In *Nioben* p. 1368. In *Phyallum*, *Crotoniatem*, p. 1591, 54. In *Medicum* *Acroneim* p. 1634, 10. Vide et p. 1400, 13. et 1457, 23.

*Eutolmius Illustris.* [*Εὐτολμῖς σχολαστικῶς Ἰλλεστῆς* IV. epigr. in *Brunck.* anal. III. p. 8.]

*Flaccus* (infra in *Statilius.*) [*Maius* citat duo *Flaccos.*]

[*Fronto*. *Φρόντωνος* duo epigr. edidit *Brunck.* II. p. 346. *Reiskio* in notit. pag. 271 sq. videtur esse *Fronto*, *Emesenus*, rhetor, tempore *Seueri Augusti.* vid. *Suid.* voc. *Φρόντων.* *Schneider* in peric. crit. pag. 34. explicat epigr. contra *Reiskium* in *Misc.* *Lipf.* IX. pag. 127. *Harl.*

*Gabriel*, praefectus *CPolis* <sup>99)</sup>, in cuius imaginem epigramma *Leontii* legitur initio libri quarti *Anthologiae.* Lusit et ipse versibus in *Amorem*, qui in libo, pipere insparso, effectus erat dormiens p. 471. [*Brunck.* II. p. 7.]

*Gaelus*, nisi sit truncum nomen *Γαιτς*, pro *Γαιτςλίς.*

*Gaetulius*, siue *Geulicus.* *Lentulus Gaetulicus*, de quo *Plinius* lib. V. epist. 3. [P] *Martialis* praef. libri I. epigrammatum. Vide *Sermondum* ad *Sidon.* p. 243. *Fabric.* — *Reiske* in *miscell.* *Lipf.* IX. p. 146. et in notit. p. 201. *Brunck.* II. p. 166 sqq. dedit IX. epigr. et in *Lectio.* p. 168. illa persequitur. *Schneider* in *Anal.* p. 13 sq. refutat *Reiskium* et de *Cn. Lentulo*, *Gaetulo*, qui ex triumpho, de *Gaetulis* reportato, cognomen *Gaetu-*

99) Vide supra inter astrologos ineditos in voc. *Io. Laur. Philadelph. Lydus.*

*lici* traxit, atque consulatum gessit A. V. 752. et de illius filio cognomine, a Caligula interfecto, atque historiarum et epigrammatum scriptore, copiose differit. *Harl.*

*Galli* in Tantalum Hexastichon p. 447. edit. Wechel. [vid. *Reiskii* notit. pag. 201 sq. Duo epigr. in *Brunckii* anal. II. p. 106. et in *Lectt.* p. 149.]

*Gaurades*, cuius carmen Doricum, postremas singulorum versuum syllabas recantans, protulit etiam *Politianus* cap. 22. misc. [*Brunck.* II. p. 440.]

*Geminus* infra in *Tullius Geminus.* [*Brunck.* II. p. 279.]

*Germanicus Caesar*, quem non latino tantum, sed graeco etiam carmine valuisse constat. Huic Grotius in msto notat, tribui epigr. secundum p. 44. edit. H. Steph. non vero primum, quod sit Hadriani imperatoris. [Vnum ep. dedit *Brunck.* II. p. 159.]

*Getulius* sive *Getulicus.* Vide paullo ante *Gaetulius.*

*Glaucus, Atheniensis*, (*Nicopolita* p. 252. edit. H. Stephani,) cuius epigramma in Baccham insanientem, a Scopis, sculptore, effictam, exstat p. 436. et cum Grotii versione apud Franciscum Iunium in catalogo artificum p. 197. Idem mihi videtur cum Glaucis, sophista, quem laudat *Philostratus* II. de Sophist. p. 597. *Fabric.* conf. *Reiske* in notit. p. 202. vbi vnicum Glauci, quod in Musa Stratonis nr. 49. exstat, inserit et vertit. *Brunck.* II. p. 347 sq. sex Glauci epigr. dedit. et supra, in vol. II. p. 122. *Harl.*

[*Glyco.* Vnicum eius epigr. recepit *Brunck.* II. p. 278. In Planudea quidem edit. p. 29. duo sunt epigramm. quorum neutri praefixum est auctoris nomen; sed vid. epigr. lib. I. p. 18. edit. H. Steph. Atque *Brunck.* secundum cod. Vatic. vbi integrum carmen Glyconi tribuitur, duo illa coniunxit. vide eius *Lectt.* p. 195. Quod addi debet iis, quae in vol. I. p. 122. de Glycone scripta sunt. *Harl.*

*Gregorius.* Anonymi epigramma p. 283. quod incipit ἐνθάδε τύμβος ἔχει etc. in cod. Palat. notatur petitum ἐκ τῶν ἐπιγραμμάτων τῆ ἀγίης ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τῆ Θεολόγου.

*Gregorii, Theologi, Nazianzen.* epigrammata plura edidit *Billius* in sua Nazianz. editione; inulto tamen plura ex cod. perantiquo *Ambrosiano* primus vulgavit, et copiose doctèque illustravit, ac vers. adiecit latinam *Lud. Anton. Muratorius* in Anecdotis graecis, ex msst. codd. etc. Patauii 1709. 4. p. 1—217. Opem illi tulerunt *Io. Boivin*, qui ex codd. Paris. quaedam descripsit aut contulit et *Io. Bapt. del Miro*, qui ex codd. Florent. Vaticanis quaedam inedita suppeditavit. *Harl.*

*Hadrianus*, imper. *Salmaf.* fol. 37. ad Spartian. *Küster.* ad Suidam in Κέσσιον. [vid. supra voc. *Adrianus.* Sex epigr. in *Brunckii* Anal. II. p. 285 sq. *Harl.*]

*Hedylus*, Siculus, est inter eos, e cuius epigrammatibus coronam suam Meleager concinnasse se profitetur. Eadem laudantur ab Athenaeo IV. p. 176. C. VIII. p. 345. Meminit etiam Strabo. vid. *Io. Meursii* biblioth. atticam. *Fabric.* — *Reiske* in miscell. nou. Lips. IX. p. 460. et in notit. p. 212. dissentit a Fabricio de patria, ratus, *Sicelidas* in versu Meleagri non ad Hedylum pertinere, sed esse nomen, per se positum, diuersumque Siceliden ab Hedylo. (vid. quoque *Mansō* ad Meleagri carm. I. vers. 46.) Hedylum Atheniensis, an Samius fuerit, dubitat *Athenaeus* VII. p. 297. Eum tamen aetate Ptolemaei, Philadelphi, vixisse, ex Anthol. Steph. p. 521. f. carm. IV. vbi Ctesibium, mechani-



mechanicum, memorat, efficit Reiske, et notat, in titulo quidem carminis 355. Anthol. Cephal. schedas de la Croze dare Παύλος scil. Silentiarü; sed praefert lectionem Ἡδύλος. — *Brunck.* p. 483 sq. septem illius dedit epigr. et quartum emendat in Lect. p. 235. — *Schneider* in per. crit. pag. 100. Hedylo aliquod epigr. tribuere malit: aliud epigramma, a Brunckio omissum, at a *Strabone* pag. 683. seruatum, addit in Anal. pag. 9 sq. vbi de Hedylo disputat. *Harl.*

*Hegesippus*, cuius epigrammata itidem Meleager suae Coronae intexuit. *Fabric.* — *Boiwin. Mai. Leich.* praefat. p. VI. *Reiske* notit. p. 212. nihil certi potuit de eius patria, aetate et rebus expiscari. *Brunck.* I. p. 254 sq. octo illius edidit epigrammata. *Harl.*

[*Heliodorus.* *Boiwin. Brunck.* II. pag. 306. *Harl.*]

*Helladius.* Huic in msto, quod inspexit Hugo Grotius, tribuitur distichon (pag. 90. edit. H. Stephani,) quod incipit: Φεύγετε τὰς πλατᾶντας etc. *Fabric.* — Aliud *Brunck.* II. pag. 438. *Harl.*

*Heraclides, Sinopenfis,* Ἐπιγραμμάτων ποιητῆς λιγυρῆς, *Laertio* V. 64. memoratus. [Tria epigr. in *Brunckii* anal. II. pag. 261.]

*Hermes Tryphon.* Infra in Tryphon.

Sub *Hermetis Trismegisti* nomine vel *Orphi* carmen περὶ σεισμῶν legitur in adpendice, iam ab Aldo libris septem Anthologiae subiecta. De eo dixi lib. II. cap. 9. §. 7. et cap. 18. §. 6.

*Hermocreon:* cuius bina exstant epigrammata; vnum p. 7. in fontem nymphis sacratum; alterum p. 41. in statuam Mercurialem sub platano, dedicatam a Nicagora quodam; dubito, an illo, qui Ἐλευσινίης ἱερῆ κήρυξ vocatur a *Philostrato* pag. 623. de Sophist. [*Brunck.* anal. II. p. 252.]

*Hermodori* epigramma in imaginem Veneris, lib. VI. anthologiae p. 464. *Fabric.* *Brunck.* II. pag. 262. *Schneider* in Anal. p. 2 sq. In Meleagri carm. I. 44. legitur ἐρμῆ δῶρον αἰετόμενον vnde, tanquam e latebris, Em. Martin. epist. p. 153. edit. Meineck. produxit *Hermodora* poetae nomen, probantibus Reiskio, Mansone, Meineckioque in notis ad illum versum. *Harl.*

[*Herodes, Atticus.* *Brunck.* II. p. 300. et in Lect. p. 198. *Harl.*]

*Herodicus, Babylonius,* cuius Cratetii, grammatici, in Aristarcheos legitur epigramma apud *Athenaeum* in extremo libri V. Dipnosophist. [*Brunck.* II. p. 65.]

[*Heronax, Sardinus.* *Boiwin.*]

[*Hippias, Brunck.* II. pag. 57.]

[*Hippo, id.* III. p. 330. ex *Clemente Alexandrino* p. 48. vid. eiusdem Lect. p. 309. *Harl.*]

*Hipponax.* Vide pag. 31. edit. *Wechel.*

*Homeri* in Midam epigramma pag. 319. exstat; sed integrius exhibet H. Steph. in adpendice p. 16. De illo vide *Tollium* ad Longin. p. 199. De aliis epigrammatis, Homero tributis, dixi lib. II. cap. 2. §. 5. Omitto illud, quod apud inferos composuisse sibi eum fingit *Lucianus* II. *Verac. Hist.* tom. I. p. 681. [P]

- Ἰλοδῆμος* in MS. epigramma alterum pag. 232. edit. H. Stephani.  
*Tiberius Illus.* Infra in *Tiber.*
- Ianus Lascaris*, epigrammata illius graeca excusa Basil. 1537. 8. cum Polybio de castrorum metatione, et Iacobi Comitris Purliliarum libris duobus de re militari. [In Iriarti catal. MS. gr. multa Lascaris citantur epigr. vid. paullo post, v. Lascaris (Constantinus.) *Harl.*]
- Ioannes, grammaticus*, p. 494. forte Tzetzes, qui perinde, vt Philoponus, hoc venit nomine. Sed e Lambecio et aliis constat, plures fuisse olim Iohannes, cognomento grammaticos.
- Ioannes Poeta Barbucallus*, Hispanus, qui inter alia Beryti conflagrationem deffleuit, Synesii scholastici aequalis. Vide lib. IV. Antholog. pag. 431. *Fabric.* — Vide supra, voc. *Barbucallus.* — *Brunck.* III. p. 11. et *Lect.* p. 238. *Iriart.* in bibl. reg. Matrit. codd. graec. pag. 114. b. negat, certo colligi ex schol. graeco, Barbucallum fuisse Hispanum. *Harl.*
- Ion, Chius*, cuius ἐλεγεία laudat Athenaeus. *Laert.* II. 121. *Fabric.* — *Brunck.* Anal. I. pag. 161 sq. *Iriart.* l. cit. p. 97. nr. 112. p. 199. nr. 115. *Harl.*
- [*Irenaeus*, referendarius, *Mai.* *Harl.*]
- Isidorus, Aegeates*, p. 357. [*Brunck.* II. p. 473 sq. *Lect.* p. 228.]
- Isidorus, scholasticus*, [Aegyptius,] p. 553. [*Brunck.* II. p. 474. *Lect.* p. 228.]
- Iulianus, imperator*, de quo infra libro V. [*Brunck.* II. p. 403. et III. p. 332.]
- Iulianus, antecessor*, idem forte, cui Priscianus, qui saeculo medio sexto grammaticam docuit CPoli, libros suos inscripsit. [*Brunck.* III. p. 9. *Lect.* p. 238. *Anecd. Iriart.* pag. 100 sq. e cod.]
- Iulianus, praefectus praetorio*, (ἀπὸ ὑπάρχων) sub Iustino imp. pag. 279. Aegyptius. [vide supra inter Lyricos, nr. 35. vol. II. pag. 126 sq.] Fuit et alius *Iulianus*, praefectus Aegypti, sub Theodosio magno. Confer *Iac. Godofredum* ad Codic. Theodosian. tom. VI. p. 369. vbi de pluribus Iulianis. [*Brunck.* II. pag. 493 sq. vbi dedit 71. epigr. *Lect.* p. 231 sqq. *Reiske* notit. p. 219. et in notis pag. 238 sq. a *Brunck.* *Lect.* pag. 232. valde notatus. *Harl.*]
- Iulianus* (sive vt p. 106. Iulius) *Diocles* p. 567. Versum, qui deest, supplet MS. Δικτυβόλες τέτρω δὲ παρ' Ἡρότων προκάλεισι. *Fabric.* vid. supra, voc. *Diocles.* *Harl.*
- Iulius Leonides*, pag. 105. edit. Wechel. *Fabric.* — conf. *Heringae* Obseruatt. pag. 168. *Brunck.* II. p. 190 sqq. illi 43. epigrammata tribuit: in *Lection.* tamen p. 174 sq. carm. XII et XXX. Leonidae, Tarentino, adserit. *Reiske* in notit. p. 218. notat, Ἰλῖς Λεωνίδης inscriptum esse in cod. Lips. carm. 25. Musae Stratonicae, schedas autem de la Croze dare Ἰσλῖς, notato tamen in margine, cod. Palatinum Ἰλῖς praestare. vid. in voc. *Leonides.* *Harl.*
- Iulius Polyaenus*, Sardinianus, pag. 50 et 59. Iulio Polyaeno Grotius etiam tribuit e cod. msto, quod in H. Steph. editione lib. I. p. 41. *Iuliano* adseribitur: incipit πολλοῖς ἐξαρμένω. [*Brunck.* II. pag. 287 sq. IV. epigr.]

[*Lacon.* *Maius* in catal. MSS. Vffenbach. Apud *Reiskium* in notit. pag. 226. tribuunt aliqui carmen 458. Laconi, poetae plane incognito; alii Philippo, Theſſalonicenſi. *Reiske*, at ipſe dubius, opinatur, eundem eſſe cum *Lacone*, quem Tacitus VI. ad A. V. 786. inter primores Achaeorum a Tiberio adſiſtum fuiſſe prodit. Sed cenſor in biblioth. philolog. vol. I. part. VI. (Gotting. 1772. 8.) pag. 327. contendit, nomen *Laconis* in catalogo poetarum epigrammat. eſſe exſtinguendum, idque carmen Philippo tribuendum. *Harl.*]

[*Conſtantine LASCARIS.* Eius epigr. varia in cod. Matrit. notante Iriart. pag. 461. 462 ſqq. in catal. MSS. graec. etc.]

*Laurea Tullius.* Infra in *Tullius*.

*Leo, philoſophus, imperator,* de quo infra lib. V. *Fabric.* — *Boivin.* duo apud *Maium.* *Reiskius* in notit. pag. 227. ſentit, Leonem illum, cuius in Anthol. Cephal. carmina quaedam leguntur, et vnum p. I. Anthol. Steph. non eſſe illum ſic dictum *Leonem*, philoſophum, imperatorem Conſtantinop. (qui a. Chr. 911. obiit,) nec alterum *Leonem*, philoſophum, ei aequalem, (de quo *Allatius* de Pſellis pag. 2 ſq.) ſed *Leontium τὸν Ἑλληνα*, patrem Eudociae, (cuius nomen cum *Leone* et *Leonida* ſaepe confundatur,) et diuerſum a *Leontio, ſchol.ſtico*, Anthol. Planudeae. adde infra in vol. XIV. p. 14. de Leone, philoſopho, et *Leonida* in cap. de *Allatii* catal. Symmicton. Sub nomine *Λέοντες φιλοſόφους* *Brunck.* anal. III. pag. 128 ſqq. edidit decem carmina; in *Lection.* autem p. 255. *Reiskii* opinionem acriter perſtingit, et vel Leonem, imperatorem, vel alterum Leonem, Mich. Pſelli diſcipulum cenſet fuiſſe epigr. auctorem. *Harl.*

*Leonides, Tarentinus,* cuius epigrammata, quae plurima ſuperſunt, ſuae iam coronae in-nexuerat Meleager. De eo pag. 94 et 408. Epigramma ineditum apud *Küſterum* ad Suidam in *Ῥωπικά.* De illius *Ἰσοψηφοῖς* <sup>rr)</sup> vide *Huetium* de vita ſua p. 146. *Huetiana* p. 254 ſq. et ad Antholog. p. 40 ſq. Octo carm. cum latina metaphraſi exhibet *Ioan. Iuuenis* lib. III. de antiquitate et fortuna Tarentinorum cap. 3. vbi de eruditis Tarentinis, in tom. IX. Theſ. Italiae part. V. *Fabric.* — Vixit circa Olymp. CXXVI. ante Chr. nat. 276. quod colligitur ex epigr. a *Pauſania* pag. 31. laudato et in *Brunckii* analectis tom. I. (vbi p. 220 ſqq. centum illius Leonidae epigrammata leguntur,) epigr. 21. pag. 225. repetito. Docte et copioſe diſſerit de *Leonida, Tarentino*, eius ingenio, et virtutibus vitis que poeticis atque praeſtans illius epigr. in *Anadyomenen* graece cum eruditis adnotat. ſubneſcit *Carl David Ilgen* nunc Profeſſor Ieneniſis cel., in ſpecimine poeſeos Leonidae, Tarentini, Lipſiae, 1785. 8. *Reiske* in notit. p. 228. pauca de eius aetate adfert; *Brunck.* in *Lection.* p. 47 ſqq. critice perſequitur loca difficiliora, et *Alb. Chriſtian. Meinecke*, apud Suſateneſes rector, *utriuſque Leonidae carmina* gr. cum *lectionis*

<sup>rr)</sup> Ἰσοψηφοῖς calculis aequata nomina, vel ἰσοψηφοῖς verſus vocant, qui, collecto litterarum ſingularum, quibus conſtant, valore, eundem expleant numerum. Vide *Muretum* XIV. 13. var. *lection.* et quae ad *Gellium* XIV. 6. viri docti notarunt, *Scaliger.* ad graeca *Eusebii* pag. 408. *Guil. Maſ-*

*ſeu* in tom. III. hiſt. acad. Inſer. pag. 311. — Anthol. pag. 94. Γράμμα Λεωνίδου, δις ἑκα γὰρ ψήφοις ἰσάζετο et pag. 244. Διαμαγόραν ἡδὲ λαμὸν ἰσοψηφός τις ἀκάστω etc. pag. 427. Λεωνίδα εἰς ἐπίκτητον, ἰσοψηφόν, pag. 562 ſqq. plura ἰσοψηφῶν Leonidae.

nis varietate et commentario separatim edidit Lipsiae 1791. 8. In praefatione enarrat vitam utriusque Leonidae. adde *Schneider* fragmenta Pindar. p. 36. nr. VI. *Harl.*

*Leonides, Alexandrinus*, sub Marco imp. clarus. vide pag. 562 sq. *Fabric.* — XXXXIII. epigr. dedit *Brunck.* II. p. 190 sqq. ac *Meinecke* l. c. conf. *Brunckii* *Lectio.* p. 174 sqq. *Reiskii* notit. p. 229 sq. qui docet ex epigr. eum floruisse sub Nerone, Vespasiano et Hadriano, h. e. a. Chr. 59 — 127. *Heringae* *Obseruatt.* p. 186 sq. *Harl.*

*Leonteus, Λεοντεύς.* pag. 69.

*Leontius, scholasticus*, CPoli vixit, et inter alia Gabrielem praefectum epigrammate decoravit, quod legitur p. 430. Citatur in Geoponicis. [vid. *Needham* prolegom. ad Geopon. p. LXI sq. de nominis varietate.] Fortasse referendarius ille sub Iustiniano. vid. *Alemannus* ad *Procopium* p. 151. De *Leontiis* pluribus scholasticis *Bandurius* p. 837. ad antiq. Constantinopol. *Fabric.* — Hunc ipsum *Fabr.* vide infra in vol. VII. p. 451. not. qui ibid. p. 455 sqq. variorum *Leontiorum* dedit catalogum. — *Brunck.* III. p. 103. dedit XXIII. *Leontii*, scholastici, epigrammata, coll. *Lectio.* p. 250 et 255. vbi *Reiskii* opinionem refellit. *Iriart.* in catal. MSS. gr. Matrit. pag. 109. dedit atque latine et hispanice vertit epigrammata quoddam. *Harl.*

*Libanius*, ep. in Iulianum penultimum, quod in edit. *Henr. Steph.* p. 219. Iuliano tribuitur. *Fabric.* — In *Brunckii* anal. II. p. 404. prostat sub nomine *Libanii.* *Harl.*

*Bassus Lollius.* vid. *Bassus.*

*Cornelius Longinus* p. 453. 555. *Fabric.* — vid. *Brunck.* II. p. 200. et *Lect.* p. 177. *Harl.*

*Lucianus*, Samosatensis, de quo dixi lib. IV. [*Brunck.* II. pag. 308. *Lect.* pag. 199. *Iriart.* pag. 104 sq. 108.]

*Lucillius*, cuius plurima epigrammata exstant. *σκωπτικά* pleraque et *διασερτικά*, vt notavit *Casaubonus* cap. 6. *lect.* *Theocrit.* [et qui epigr. quoddam p. 84 sq. edit. *Reiskii* interpretatur.] Cum *Lucillo* *Tarrhaeo* prouerbiorum scriptore, praeter rem, ni fallor, confundunt viri docti. Ad *Neronis* tempora male refertur in *Mem. de Literat.* tom. I. p. 80. Aetatem eius cognoscas ex eo, (p. 86. edit. *Wechel.*) quod fecit in funere *Magni* medici, illius, ni fallor, qui *Galenum* epigrammate decoravit pag. 485. diu post, sub extremum nempe saeculi quarti a Christo nato clarus. *Potamonem*, malum poetam, et *Hermogenem*, chirurgum et medicum pessimum, perstringit *Lucillius* p. 237. 217. [P.] *Fabric.* *Hermogenis* medici meminit *Galeni*. p. 13. edit. *Basil.* et *Xiphilini*. ait, illum, sub *Hadriano* vixisse. De hoc intelligendam esse inscriptionem epigrammatis, contendit *V. D.* in *bioblioth. philol.* tom. I. part. VI. *Gottingae* 1772. p. 311 sq. *Brunck.* II. p. 317 sqq. dedit 124. *Lucillii* epigrammata, et in *Lectio.* p. 201 sqq. est interpretatus. *Schneider* in *per. crit.* p. 131. explicuit carm. p. 187. edit. *Wechel.* in *Cratippum*, *λύκος* h. e. *Φίλοπυς.* *Harl.*]

*Lycæus* male codices quidam pro *Alcæo.*

[*Lysimachus.* *Boiui.*]

*Maccius*, in *MSto* *Boiui.* et epigr. quartum *MSt.* p. 114. edit. *H. Steph.*

*Macedo.* vide *Philippus.*

*Macedonius, Consul,* Agathiae et Pauli Silentarii aequalis, teste Suida in *Ἀγαθίας*. In msto, quod Grotius inspexit, *Μακεδονίς Θεσσαλονικέως*. Viderit Obsopocus, qui p. 339. Macedonium Alexandri M. aequalem fecit. *Fabric.* — Reiske notit. p. 231. Macedonio adferit carmen, quod p. 96. Anth. Steph. sub titulo *Μακέδονος*, h. e. Antipatri Macedonis, legitur. In *Brunckii anal.* III. p. 111 et 332. reperiuntur 42. carmina atque pag. 251 sq. ac 310. explicantur. *Harl.*

*Quintus Maecius* siue *Metius*, cuius varii in Priapum et Cupidinem lusus exstant, Etrusci Messenii aequalis fuisse videtur, quoniam et ipse Hieroclidem piscatorem epigrammate celebrat p. 117. [*Reiskius* in notit. pag. 230. argumentum Fabricii, Maecium aequalem fuisse Etrusci Messenii, quoniam vterque Hieroclem piscatorem carmine celebret, non satis firmum esse censet, quia nomen illud possit fictum esse, aut alterum fuerit imitatus, neque constat, quando vixerit ille Etruscus Messenius. Idem discernere non audet, atque equidem valde dubito, num Metius hic sit Metius Tarpa, aut Metius Pomposianus, a Domitiano sublatus, de quo vid. *Dio Cassius* p. 1110. — *Maecii Κείτης Μακίς*, epigramm. in *Brunckii anal.* II. p. 236 sq. et III. p. 332. atque explicantur in *Lectio.* p. 186 sqq. *Harl.*] Alius *Metius Tarpa*, criticus, auditor assiduus poematum et poetarum, qui carmina sua in aede Apollinis vel Musarum praelegebant. De hoc agunt viri docti ad *Sueton.* Augusto cap. LXXXIX, et ad *Horatium* I. Sat. X. 38.

*Magnus, medicus,* vide supra in *Lucilio.*

[*Marcellus.* *Brunck.* II. p. 302.]

*Marcus Argentarius* p. 444 et 622. et in catal. MSS. Vffenbach. p. 584. *Fabric.* *Boiwin.* *Leich.* praef. pag. VI. ac pag. 28 sq. edidit epigramma cum vers. latina et notis. Quo vixerit tempore, seriore quidem, non constat. *Reiske* notit. pag. 195 sq. haeret; sed vide eum; ego enim nolo hariolari. Apud *Schneider* in *peric. crit.* p. 114 sq. in cod. Dresd. Argentario tribuuntur epigr. quae alibi aliis. In *Brunckii anal.* II. pag. 266 et 529. epigramm. XXXIV. prostant, atque in *Lectio.* p. 192 sqq. explicantur. *Harl.*

*Marcus Pompeius.* Infra in *Pompeius.*

*Marianus, Scholasticus,* cuius epigramma *εἰς ἔρωτα ἐτεΦανωμένον* illustrat *Begerus* I. thesauri Brandenb. p. 39. [apud *Brunck.* II. pag. 511 sqq. sunt V. epigr.] Alius *Marianus*, Lupercaliorum poeta latinus, cuius fragmentum emendatur a *Rutgerio* p. 70. var. lect.

[*Marius,* Neapolitanus. *Boiwin.* *Brunck.* II. p. 446. *Fabric.* B. Gr. vol. VIII. p. 463. *Reiske* notit. p. 231. *Harl.*]

[*Matron:* ἐκ τῶν παραοιδιῶν λέιψανα VI. fragm. *Brunck.* II. p. 245 sqq. ex Athenaeo atque Eustathio pleraque iam dederat H. Stephan. in *Parodiis* cum certamine Homeri et Hesiodi etc. 1573. 8. vid. *Brunck.* *Lect.* p. 189. et supra in vol. I. p. 516. nr. LXX. et p. 550. infra vol. XIII. p. 623. *Harl.*]

*Melanippidis* epigrammata suae se coronae implexuisse testatur *Meleager.* [vid. *Eudoc.* p. 302. supra in vol. II. p. 129 sq.]

- Meleager*, Gadareus, Coronae epigrammatum, quam concinnauit e variis poetis, sua et ipse adnexerat: vt libr. I. p. 49. *τίνας ἀν ἐπικοί λόγους Μελέαγρος*. De eo fati dictum fuit supra §. 1. huius capituli. Floruit sub Seleuco VI. Syriae rege annis ante Christum natum fere 100. Bina in eum epigrammata leguntur pag. 405 sq. anthologiae edit. Wechel. Eius aliud anecdoton dat *Io. Coruel. de Pav* in diatr. de alea veterum p. 111. *Maius* Obseruat. IV. p. 147. quem vide etiam p. 150.
- Menandri* iunioris distichon exstat p. 287. Menandri, Byzantii, epigramma in Menandrum, comicum, legitur apud Scholiasten Hermogenis, quod produxi supra lib. II. cap. 22. *Fabric.* Menandri epigr. in Themistoclem atque Epicurum dedit *Brunck.* anal. p. 203. et supra in vol. III. p. 607. est exhibitum. *Harl.*
- Menecrates*, Smyrnaeus, cuius epigrammatis Meleager suam illustrauit coronam. *Fabric.* — vid. supra, in vol. I. p. 727. not. *uu.* — Duo epigr. dedit *Brunck.* I. p. 476. *Harl.*
- Mesomedis* carmen in vitri conflationem pag. 517. (lyricis numeris digestum a *Salmasio* ad Iulii Capitolini Antoninum Pium cap. 7.) Hic fuit Mesomedes, Cretensis, quem poetam Hadriano imp. carum eiusque libertum, praeter alia *μέλη* composuisse laudem Antinoi, testatur Suidas. Citharicorum carminum musicum poetam vocat *Hieron.* Chron. ad a. MMCLX. Lyricum poetam *Capitolinus* [P] loco laudato, vbi Antoninum narrat salarium ei imminuisse. Eius Aenigma, antea ineditum, vulgauit *Salmasius* ad Capitolin. Eiusdem, vt videtur, est hymnus in Nemefin, de quo supra, [in vol. II. p. 130 sq. et vol. III. p. 644 sq.] memoratus etiam Ioanni, Philadelphienfi.
- Metrodorus*, grammaticus, Ioannem quemdam alterum veluti Solonem celebrat p. 434. et Posidippi epigrammati, de vitae genere deligendo, contradicit p. 28. [II. epp. in *Brunck.* anal. II. p. 476.] De variis Metrodoris, (fuit enim alius Metrodorus, Smyrnaeus, poeta antiquior. Aristides tom. I. p. 495 sq.) dixi supra in catalogo Epicureorum, [tom. III. p. 606 sq.] Metrodorus vero iste, epigrammatum poeta, Chrestodori et Iuliani, Aegyptii, aequalis fuisse videtur, siquidem Ioannes iste idem est, qui a duobus his celebratur p. 279. epigr. apud *Salmas.* ad Solinum p. 1058. [*Brunck.* in Lect. p. 229. alterum Metrodoro Scepsio, Mithridatis aetate, alterum epigr. alii, cognomini, malit tribuere. *Harl.*]
- Michaelis*, grammatici, (sorte PSELLI,) epigramma p. 514. in Agathiam, rhetorem ac poetam, eiusque parentem Memnonium. Alia in Anthologia inedita. *Fabric.* — *Boiuii.* *Maius* in bibl. Vffenb. p. 582. *Reiske* in notit. p. 245. hunc, Agathiae probabiliter aequallem, discernit ab alio, cuius epigr. in imaginem Deiparae in cod. Lips. et Reiskii edit. carm. 642. siglam habet MH. atque interpretatur *Michael*; intelligit autem *Michaelens Psellum*, seniore, doctorem Leonis, imperatoris Macedonis, (vid. *Allarium* de Psellis pag. 2. in *Fabric.* B. Gr. vol. X.) — *Brunck.* III. p. 144. edidit *Μιχαηλὶς γραμματικῆς εἰς εἰκόνα Ἀγαθῆς Σχολαστικῆς*, atque in Lect. p. 253. tantum scripsit: „*MICH. PSELLI* epigr. edidit Cangius in additamentis ad CP. Chron. in calce Zonarae p. 151.“ *Harl.*
- Mimmermus*, Solonis aequalis. Vide *Laetium* lib. I. sect. 60. De Mimmerino dixi lib. II. cap. 11. §. 7. [vol. I. p. 733 sq.]

*Mnasilcas*, *Sicyonius*, siue, vt alii, Plataeensis, cuius epigrammatis coronam suam veluti flosculis exornasse se scribit Meleager. Laudat et *Athenaeus* IV. pag. 163. *Fabric.* — *Boiuii. Mai. Leich.* praef. p. VII. et carm. XXI. p. 28. gr. ac lat. cum notis. *Brunck.* I. p. 190 sqq. dedit XVIII. illius epigr. collat. *Lecht.* pag. 34 sqq. *Reiske* in notit. p. 245 sq. qui eum Alexandro M. supparem fuisse ex carm. 420. colligit, nec tamen audacter pronuntiat. Ortus fuit Sicyone ex *δημῶν* Plataeis, teste *Strabone* lib. IX. p. 632. qui initium inuidiosi carminis Theodoridae de poesi Mnasilcae dedit. Hinc *Schneider* pag. 6 sqq. anal. Mnasilcae aetatem ad Theodoridae tempora circ. Olymp. CXXXVI. retulit. *Harl.*

[*Moero*, Byzantia, alias *Myro. Boiuii. Maius.*]

*Moschus*, Bucolicon scriptor, de quo supra cap. XVI. huius libri. [vol. III. p. 805 sqq.]

*Mundus Munatius* ep. est in MS. pag. 100. edit. H. Steph. [quod sub eius nomine exstat in *Brunckii* anal. II. p. 240. in *Lecht.* tamen p. 188. monet *Brunck.*, vitium esse in praenominis. In edit. Planudea p. 147. adscribitur *Antonio Argiuo. Harl.*

[*Mucius Scaeuola. Boiuii.* — *Brunck.* II. p. 265. ex *Toupii* addendis ad Theocritum p. 391. vid. *Brunck.* *Lection.* pag. 192. *Reiskius* tamen suspicatur, nemine de *Mucii Scaeuolae* peritia graecarum litterarum memorante, in titulo errorem nominis accidisse. — An *Mufii*, vitio per compendium scribendi et inertiam librarii orto, et *Scaeuolae* nomine ab interprete, qui *Mucii* nomen in suo exemplo repererat, addito? *Harl.*]

*Muscus*, sub cuius nomine epigramma exstat p. 20. edit. *Wechel.* quod alii referre malunt ad *Platonem.*

[*M. Musurius. Mai.*]

*Myrinus* p. 193 et 410. <sup>55)</sup> [*Brunck.* II. p. 107. *Maius. Reisk.* notit. p. 247 sq. qui *Μυρίων Μωρενάμ*, *Varronis* filium adoptatiuum, qui periit A. V. 732. iussu *Augusti*, intelligit. *Harl.*]

*Myro*, Byzantia, cuius epigrammata suae coronae intexuisse se testatur Meleager. De ea dixi lib. II. cap. 15. [vol. II. p. 131 sq. *Brunck.* I. p. 202.]

[*Naucrates. Maius.*]

\* *Neoptolemus, Parianus*, ἐν τῷ περὶ ἐπιγραμμάτων. *Athen.* X. p. 455. <sup>6)</sup>

*Neroni*, imp. p. 305. tribuitur vox inhumana ἐμὲ θανόντος γαῖα μυχθήτω πορὶ, quae auctorem habet nec *Neronem*, nec *Tiberium*, licet vtrique probata. Vide *Dionem* LVIII. p. 634. *Suetonium* *Nerone* cap. 38. *Excerpta Peiresc.* p. 802. *Suidam* in *Τιβέρε.*

*Nestor*, Larandensis, idem ni fallor, de quo *Hesychius* illustris et *Suidas*. Sed ex msto ab *Hugone Grotio* adnotatum video *Νέστορος Νικαέος*. p. 67. *Νέστορος εἰς τὸν Πύθιον δρέκοντα*. *Huetius* putabat, esse fragmentum maioris operis. *Fabric.* vide supra, in vol. I. p. 134. *Nestorem*, Larandensem, h. l. intelligendum esse, adsentitur et ex in-

P p p 2

scriptione

55) An *Agathias Myrinus*? vel *Diotimus Myrinus*? *Myriini* etiam quaedam in *Anthol. inedita* *Vffenb.* et apud *Salmas.* ad *Solinum* p. 272.

6) *Conf. Groddeck* in *Bibl. der alten Litterat. und Kunst.* part. II. *Gotting.* 1782. 8. pag. 92. *Harl.*

scriptione carminis 797. quae illum claris verbis auctorem appellat, uti in apogr. Boiui-  
nii, *Reiske* docet in notit. pag. 248. Idem animaduertit, *Nestorem*, quem Antipater,  
Thessalus, carm. 283. adloquitur, videri potius *Nestorem*, *Tarsensem*, esse, de quo  
*Strabo* p. 992. narrat. Adde *Schneider*. per. crit. p. II sq. *Brunck*. anal. II. p. 344. tria  
fragmenta Νέστος Ασσανδέως, et alios duo versus tom. III. pag. 146. XX. profert illu-  
stratque in *Lectio*. p. 204. *Harl.*

*Nicaenetus Abderites* siue *Samius*, e cuius epigrammatis coronae suae aliquid decoris ad-  
ferre conatus est Meleager. Laudatur ab *Athenaeo* XV. p. 673. *Fabric.* — Quo au-  
ctore Fabricius eum faciat Abderitam, nescire se fatetur *Reiske* in notit. pag. 248 sq.  
Meleager in carm. I. 29. (vbi vid. *Reiske* p. 237. et *Manson*. in edit. p. 3.) eum fuisse  
Smyrnaeum, eidem cecinisse videtur. Quare hic suspicatur, quum ille ab Athenaeo  
dicatur *Samius*, vel Smyrnaeum diuersum esse a Samio, vel Nicaenetus nostrum e  
patria, Smyrna, Samum migrasse, ibique sedes fixisse. A *Reiskio* autem discedit *Schnei-  
der* in per. crit. 116—118. vbi late de poeta nostro differit. Monet igitur primum,  
ex Athenaei loco certum esse, illum fuisse Samium; tum apud Meleagrum voc. Σμυρ-  
ναίης, (pro quo in cod. Palat. legitur μύρρηναίης.) accipi non debere pro patria poetae,  
sed pro herba, foliis myrrhae Nicaeneti, vel sativae illius, vel siluestris. (Sic quoque  
interpretatur *Brunck*. in *lectio*. p. 1. ad vs. 29.) Denique defendit *Schm.* Fabricium,  
qui auctorem habeat Athenaeum, in quo lib. XIII. p. 590. — Νικανέτης τῆ Σαμίου  
ἢ Ἀβδηρίτης. Ex Athenaeo p. 672. patet, eum vixisse ante Phylarchum, historicum.  
*Stephan.* denique Byzantinus voc. Ἀβδηρεα Nicaenetus dicit Ἐποποιόν, eumque Abde-  
ris ortum prodit. Concludit igitur *Schneider* Nicaenetus, Samium, nulla re nunc  
differre ab Athenaei Nicaeneto. *Brunck*. in anal. I. pag. 416. dedit sex epigr. inscripta  
*Νικανέτης τῆ Σαμίου* et in *Lectio*. p. 96. explicuit. *Harl.*

*Nicandri* versus, qui pag. 125. Anthologiae legitur, est in Theriacis 767. epigramma in  
Othryadem Spartiatam p. 299. De Othryade agit *Loensis* II. 5. Epiphyllid. et *Meur-  
sius* IV. 13. Misc. Lacon. *Fabric.* — In *Brunck*. anal. II. p. 2. tria Nicandro tribuuntur  
epigramm. quorum primum quidem in Planudea *Nicarcho* adscribitur: quod etiam  
*Brunckio* in *Lectio*. pag. 121. videtur verisimile; sed, qui codic. Vatican. in titulis  
epigramm. semper sequitur, id quoque sub Nicandri nomine recepit. *Harl.*

*Nicarchus*, cuius plura epigrammata exstant. Ex his p. 215 sq. quibus perstringit malos  
medicos sui temporis, Phidonem, Diodorum, Agelaum, Alexin, et Zopyrum, quo  
postremo nomine medicum Epicureum Plutarcho memorari notavit Brodaeus. Sed  
*Nicarchus* hic Plutarcho iunior est, et sub CPolitanis imperatoribus scripsit, [P] vt col-  
liges ex epigrammate eius in Dulcitium, Procos. p. 278. Alius *Nicarchus* longe anti-  
quior, quem ab Aristophane perstringi notavit Suidas in Μικρός γε μῆκος et Φανών.  
p. 418. edit. H. Steph. *Fabric.* — *Boiui*. — *Reiske* in notit. p. 249. qui Fabricium,  
ex epigr. in Dulcitium, pocon colligit, quemdam esse Nicarchum iuniorem, refutat,  
animaduertendo, illud carmen in pr. edit. Florentina esse ἀδέσποτον; Nicarchum vero,  
ex eius epigrammatibus conicit, fuisse Samium, et vixisse saeculo post Chr. nat. primo  
aut secundo. *Brunck*. in anal. II. p. 349 sqq. dedit XXXVIII. epigrammata, in *Lectio*.



p. 205. de quibusdam locis disputavit, et p. 310. inter incertorum poetarum carmina, epigr. quintum tom. III. p. 334. Nicarchi quoque esse iudicavit. *Harl.*

*Niceratus*, cuius epigramma in Cratinum, vinosum poetam, pag. 122. *Fabric.* Sed in cod. Dresd. tribuitur *Nicaeneto*, sub cuius nomine etiam leges in *Brunck.* anal. I. p. 417. IV. et *Schneider* in per. crit. pag. 116. adfentire videtur, nonnulla quidem corrigit, atque variam adfert codicis Dresdensis lectionem. Nomen in cod. Dresd. recte scriptum esse, contendit *Brunck.* in *Lectio.* p. 96. Hinc *Nicerati* nomen non comparet in eius indice poetarum, volumini I. praemissio. *Harl.*

*Nicias*, Meleagro antiquior, qui eius epigrammata suae intexerat coronae. *Fabric. Boiwin. Maius.* — *Reiske* notit. pag. 249. conicit, eum cum illo Nicia, Milesio, medico, ad quem Theocritus scripsit idyllium suum vndecimum, esse eundem. Atque *Brunck.* I. p. 248 sqq. edidit nouem epigrammata Νικίᾳ Μιλησίᾳ. *Harl.*

*Nicodemi*, Hermacleotae ἀντιστροφοντα siue retrograda carmina lib. VI. antholog. cap. IV.

[*Nicomachus.* Boiwin. Maius. *Brunck.* II. p. 283. Patriam eius et aetatem expiscari non potuit *Reiske* in notit. p. 249 sq. *Harl.*]

*Nicomedis* epigramma in Hippocratem, (quod alii codices tribuunt Basso,) p. 85. Aliud in Aesculapium. *Possin.* p. 462. tom. II. ad Pachymerem. *Fabric. Brunck.* in anal. II. pag. 382. edidit, praeter epitaphium in Nicomedem, X. carmina, inscripta, Νικομήδῃς Σμυρναίᾳ ἰατρῆς, (in his sunt octo retrograda, ἀναστροφοντα ἢ ἀνακύκλικα,) et in *Lect.* pag. 216. haec adnotat: „Istae IX—XI. inscriptiones primum vulgatae sunt ab *Ostasio Falconerio* in *Inscript. athleticis*, Romae 1668. iterum a *Sponio* in *Misc. erud. antiquit.* p. 131. vnde eas repetiit *Fabric.* B. G. tom. XIII. p. 348. quorum ridiculum errorem correxerit *Gorius* *Inscript. antiquarum* tom. I. p. 271. *Harl.*

*Nili*, scholastici, in imaginem Satyri ex opere musiuo p. 480. *Fabric.* In *Brunck.* anal. III. p. 14. est epigr. in imaginem Satyri. — aliud in iconem Archangeli in anthologia inedita. *Harl.*

*Nossis*, cuius epigrammata coronae suae inseruisse se testatur Meleager. De ea dictum lib. II. cap. 15. [vol. II. pag. 133.]

[*Numenius*, Tarsensis. *Mai.* ex cod. Vffenbach. Quis fuerit et qua aetate, non constat. vid. *Reiske* in notit. p. 251 sq. Vnum ep. in *Brunckii* anal. II. p. 346. *Harl.*]

*Oenomai* (diuersi, vt suspicor, a Cynico huius nominis, de quo supra cap. XIII.) in Cupidinem, paterae insculptum p. 490. [*Brunck.* II. p. 402.]

*Onestus*, Corinthius, male alicubi *Orestus*; aliis *Onestes*. — *Onestus*, Byzantius, p. 253. edit. H. Stephani. *Fabric.* Atque in *Brunckii* *Lectio.* pag. 196. carminis IX. titulus in cod. Vatic. Ονίστῃ Βυζαντίᾳ. VI. autem et VII. tribuuntur Onesti, Corinthio: in ceterorum titulis non addita sunt gentilia. *Reiske* notit. p. 252. nil certi explicare aut augurari potuit. *Brunck.* in anal. II. p. 289. decem edidit epigrammata. *Harl.*

*Palladas*, Chalcidensis, grammaticus, qui de paupertate sua conqueritur lib. I. cap. 17. de eius aetate constat ex epigrammate, quod composuit in Themistium, quum praefectus CPoleos factus esset sub Valentiniano et Valente, p. 274. edit. *Wechel.* Meminit *Pal-*

- ladae *Tzetzes* praef. ad Lycophronem. Palladam *Alexandrinum* dici in msto, subinde notat Hugo Grotius. *Fabric.* — *Reiske* in miscell. nouis Lips. tom. IX. p. 128. in notit. p. 253 sq. vbi suspicatur, illum esse eum Paladium, ad quem et de quo non paucae exstant epistolae in Libanii illis, a Wolfio editis, atque fuisse rhetorem, h. e. iuuenum in agendis causis forensibus magistrum. Idem alia, vt plurimum in coniecturis posita, de illo atque, qui videntur illi, aequalibus, et de doctrina, num christianae disciplinae placita amplexus, an, (quod is probabilius esse putabat,) idolorum cultor fuerit, copiose disputat: at, num *Chalcidensis* fuerit, nondum Reiskio videtur certum atque exploratum, saltem id ex epigr. pag. 146. A. Steph. haud effici demonstrat. Atqui *Brunck.* anal. II. p. 406 sqq. epigr. 147. et alii, quod cum Salmasio ad hist. Aug. p. 132. adscripsit Palladae, tom. III. pag. 332. et in *Lectio.* p. 310. praefixit titulum Πάλλαδα Ἀλεξανδρεῖος. In *Lectio.* p. 120 sqq. quaedam notat: carm. 22. quod in membranis sine auctoris nomine legitur, et nouissimus editor inter Lucianea retulit, Palladae tribuit cum Salmasio; tum ex carm. 115. in Hypatiam, ab Alexandrinis christianis interfectam, definit aetatem et addit, ex multis illius carminibus adparere, eum non fuisse Christianum. — In cod. Matrit. apud *Iriartum* p. 104 sqq. plura citantur *Palladae* carmina, et p. 107 sq. *Iriart.* dedit vertitque epigr. in aurum. *Harl.*
- Pamphilus*, cuius epigrammata itidem suae coronae intexerat Meleager. [Duo epigr. in *Brunck.* anal. I. p. 258. *Lectio.* p. 57. *Harl.*]
- Pancratius*, siue *Paucrates*, cuius epigrammatis suam se exornasse coronam Meleager refert. *Fabric.* — vide supra in vol. I. pag. 153. L. β. *Reiske* not. p. 152 sq. *Brunck.* I. p. 259. *Lectio.* p. 57 sq. vbi recte monet contra Reiskium, de Pancrate, Alexandrino, Hadriani Athenaeique aequali, non esse cogitandum; coniicit vero, Pancratem, Arcada, cuius halieutica et Conchoreidem laudat Athenaeus, etiam epigrammatum, quae Meleager suae innexuit coronae, fuisse auctorem. *Harl.*
- Pantelii* in Callimachum et Cynaegirum epigramma p. 13. omissam legitur in calce edit. Wechel. [*Brunck.* anal. II. p. 404. *Lectio.* p. 219. *Harl.*]
- [*Panyasis*, Halicarnass. *Brunck.* III. p. 328 sq. quatuor edidit epigrammata et fragmenta, ex Clemente Alexandrino, Stobaeo, et Athenaeo. vid. *Lectio.* p. 308 sq. *Harl.*]
- Parmenion*, Macedo, (non ille Alexandri dux; sed Parmenio alius iunior,) cuius epigrammata suae implexuit collectioni Philippus, Thessalonicensis. Erit tamen forte, qui duci illi tribuendum non negauerit epitaphium distichon in Alexandrum, quod legitur p. 347. edit. Wechel. *Fabric.* Sed dux Parmenio mortuus est prior Alexandro M. vt constat e Curtio. *Heumann.* — Παρμενίων in cod. Matrit. apud *Iriart.* pag. 450. — *Parmenon*, Boiuin et Maius. *Reiske* in notit. p. 256 sqq. multus de eo, primum obseruat, eundem esse, qui *Parmenon* et *Parmenion* audiat; tum illum quoque probabili liter dici a Stephano Byzant. voc. Βεδίνοι et Φειξίον, *Parmenontem Byzantium*, (quia in Macedonia natus apud Byzantium aetatem egisse videatur,) et illum ipsum inter Ceph. carm. 263. (id si ad nostrum pertinet,) vocari *Parmenontem*. (Atque *Brunck.* recepit id inter ἀδίσποτα, carm. 121. et in *Lectio.* p. 265. animaduertit, titulum Παρμενόντος non esse auctoris, sed dedicantis nomen.) Denique inquit *Reiske*, num idem sit cum *Parmenide*, cui in schedis Crozianis tribuitur carmen, quod gr. et latine exhibet;

exhibet; dubium tamen ei videtur, vtrum hic titulus ad verfum praefationis ad coronam Meleagri 32. vbi Παρθένης, debeat refingi, an potius illo verfu reponi Παρμένιδος ad hoc exemplum, an tandem *Parmenis* et *Parthenis* sint diuerfi. — *Bruck.* II. p. 201 fqq. dedit XV. epigr. *Parmenionis Macedonis.* add. *Lectio.* p. 277. *Harl.*

[*Parthofus.* vid. *Bruck.* II. pag. 60. vbi tria exstant carmina siue fragmenta, et in *Lectio.* pag. 138. *Harl.*]

\* *Parthenis*, cuius epigrammatis ad suam adornandam coronam Meleager vsus est. [vid. *Bruck.* ad Meleagr. carm. I. 31.]

<sup>xx</sup>) *Eratosthenis* fragmenta, ad geographiam mathematicam spectantia ex Strabonis libb. I et II. collegit, doctissimoque commentario illustrata edidit cl. *Gunth. Carol. Fridr. Seidel*, Gotting. 1789. 8. ad ipsam regionum descriptionem quae pertinet, collectorem et editorem adhuc desiderant. [conf. supra in hoc vol. pag. 117 sqq.]

<sup>yy</sup>) *Strabo* XIV. 969. C. (636.) Athen. VI.

<sup>zz</sup>) *Strabo* VIII. 581. B. (379.) IX. 598. D. (390.) caet.

<sup>aaa</sup>) *Strabo* V. 350. A. (229.)

<sup>bbb</sup>) *Strabo* I. 13. C. (7.)

<sup>ccc</sup>) *Strabo* VIII. 562. C. (366.)

<sup>ddd</sup>) *Strabo* I. 3. B. 4. A. B. (2.) 12. A. B. 13. A. (6.) rel. *Strabo* *Homerum* remotissimas terras iam

*Iulii Caesaris* de bello gallico opus, de Gallia et de populis Alpes inhabitantibus, exponens, adhibuisse videtur <sup>ccc</sup>); de Britannia atque insulis septentrionalibus maris Atlantici agens, praeclare quidem e *Pythae*, Massiliensis, itinerario erudiri potuisset: sed nil nisi commenta illum proferre persuasus <sup>ddd</sup>), notitiis Romanorum ieiunis potius acquiesci debere censuit.

*Megasthenes*, Alexandri legatus ad regem Sandrocottum <sup>eee</sup>), licet in rebus Indicis, de quibus exposuit, veris non raro falsa miscuisse a Strabone accusatur, varia tamen haud eaque spernenda de Indiae fertilitate, natura, animalibus illi suppeditavit <sup>hhh</sup>).

*Nearchus* classis praefectus, qua Alexandri iussu ab Indo in sinum persicum vectus, Periplum scripsit; quo ex opere Strabo nonnulla praeclara petiit <sup>iii</sup>).

*Onesicritus*, navis regiae gubernator, de rebus Alexandri M. scripsit quo opere Strabo in Indiae descriptione non raro usus est <sup>kkk</sup>).

*Patroclus*, regionum, mari Indico adiacentium, sub Seleuco Nicatoris praefectus, omnium qui de Alexandri expeditione in Indiam scripsere praestantissimus Straboni habetur. Is, quum res Indicas describeret, commentariis, quos de Alexandri expeditione a *Baetone* et *Diogneto*, regis iussu descriptis, et a Xenocle, gazae Seleuci Nicatoris custode sibi traditis, usus est. Qua praecipue de causa Strabo fidem eius summe faciendam censet <sup>lll</sup>).

*Polybius* praecipuis Strabonis fontibus adscribendus est. Praeclara enim, et haud exigua, vel ad mathematicam et physicam geographiam, vel ad situm regionum et locorum finiendum, vel denique ad populorum historiam spectantia, Strabo ex hoc praestantissimo auctore petiit <sup>mmmm</sup>).

*Polykletum*, Larissaeum, in libris historiarum de rebus Alexandri multa et praeclara de situ regionum Asiaticarum exposuisse, e Strabone patet <sup>nnn</sup>).

*Posidonius*,

jam cognovisse probare studet. Nec enim minus maris externi, quo Europae et Africae occidua adluuntur, quam interni, omniumque, quibus id continetur, terrarum, praeterea Ponti Euxini ad ipsam usque Colchidem Bosphori Cimerii, et, quae inde superius ad arcticum pertingunt, locorum, Libyae demique et Asiae ad ea usque loca, quae prope oceanum orientalem coluntur, praeclara cognitione Homerum instructum fuisse, longe maiore libri primi parte et multis passim reliquorum locis declaratum iuit. *el. Hennicke* diss. laud. pag. 18. 19. — *conf. Strabo* III. 222. (149.)

<sup>ccc</sup>) *Strabo* IV. 267. C. (177.)

<sup>ddd</sup>) Iniqua de Pythae censura Strabonis exstat lib. II. 163 sqq. A sqq. (104.) Accedo iudicio *ecl. Mannert*, in libr. laud. qui Pythaeam vera quidem, sed multis commentis immixtis, protulisse censet.

<sup>eee</sup>) *Strabo* XV. 1028. A. 1035. C. (702. 709.) II. 121. D. (70.)

<sup>hhh</sup>) *Strabo* II. 119. 121. B. (70.) XV. 1015. 1032. A. B. (706.)

<sup>iii</sup>) De fluminum in India natura ex *Nearcho* petita sunt XV. 1013. A sqq. 1020. (691.) de elephantis 1031. C. (705.) adde 1032. (706.); de expeditione *Nearchi* XVI. 1051. — *Nearcho* non temere fidem habendam esse convincere conatur *Strabo* II.

<sup>kkk</sup>) *Strabo* II. 121. C. 70. XV. 1011.

<sup>lll</sup>) *Strabo* II. 118. 120. B. (68. 69.) In expositione 122. de India 118. et Asia superiori cact. auctoritate comitum Alexandri Strabo praecipue usus est.

<sup>mmmm</sup>) *Polybii* sententias, ad mathematicam et physicam geographiam facientes, exposuit praecipue II. 152 sqq. (109 sqq.) — De Italiae distantia II. 437. A. (285.) De populis, Alpes inhabitantibus IV. 318. 319. (207. 208.) De Aetna monte VI. 423. B. (276.) de Epiro VII. 496. C. (323.) de Corinthi excidio VIII. 584. B. (381.) rel.

<sup>nnn</sup>) Praeclare cumprimis de regionibus, Caspio mari versus orientem sitis, exposuisse videtur. *Strab.* XI. 777.



*Posidonius*, Apameensis<sup>ooo</sup>), Pompeii et Ciceronis amicus, historiarum et rerum geographicarum inter scriptores maxime inclaruit<sup>ppp</sup>). Orbis haud exiguam partem ipse exploravit, de quo variis in operibus, in rerum praecipue post Polybium gestarum enarratione<sup>qqq</sup>), et in libro *περι Ωκεανου* notitias accuratiores tradidit. Quae Strabo illi debet, magna sunt et praeclara. Namque non tantum, quae Posidonius in libro cit. *περι Ωκεανου* de mathematica et physica geographia disputauerat, in geographicorum libro primo et secundo repetiit<sup>rrr</sup>): sed singularum regionum descriptioni haud exigua, de populorum indole et moribus<sup>sss</sup>), de rebus naturalibus earumque causis<sup>uuu</sup>), de regionum natura et proveniendis, ab illo exposita, intexuit<sup>uuu</sup>). Praecipue autem illius auctoritatem adhibuit in Hispaniae eorumque regionum tractatione, quarum ampliorem cognitionem Romani bellis cum Mithridate gestis sibi parauerant; terrarum scilicet Europae septentrionalium, et Asiae inter Maeotidem paludem et Pontum sitarum.

E *Theopompi* historiarum libris praecipue praeter geographica varia, ad originem, constitutionem et fata urbium et rerum publicarum spectantia, petiit<sup>vvv</sup>).

*Timosthene* denique usus est in regionibus, quae mari mediterraneo adluuntur, describendi<sup>www</sup>).

Praeterea magnus aliorum scriptorum numerus illi citatur, inter quos eminent: *Ti-maeus*<sup>xxx</sup>), *Philochorus*<sup>yyy</sup>), *Heraclides*<sup>zzz</sup>), *Aristoteles*, *Theophrastus*, *Hipparchus*, alii, quorum recensio in tractationis calce videre est. Ex hac auctorum recensione euincitur, Strabonem diligentia haud vulgari operam dedisse, ut copia fontium amplissima instructus, ad orbis terrarum descriptionem accederet.

Quae diligentia in cognoscendis et inquirendis auctoribus, praeclara quidem, summaque laude digna habenda, tamen res, nec sola nec primaria est, qua Strabo effecit, ut opus ipsius praestantissimorum antiquitatis monumentorum numero adscriberetur; ad id maioris momenti id consequutus est: summo nempe illo studio in seligendis et adhibendis fontibus, et eximia illa arte in elaborando atque ornando suo opere demonstrata. Quo enim diligentia farraginem notitiarum immensam ordinavit et disposuit, quo ingenii acuminis in auctoribus ponderandis versatus est, quo studio indefesso exploravit, qua potissimum auctoritate in regionum singularum descriptione uteretur, qua traditione singula auctorum placita examinavit, refutavit, emendavit? At, virtutem suam Strabo praecipue

Bb bb 3

in

ooo) *Strabo* XIV. XVI. 1093. A. (753.)ppp) *Strabo* XIII. 517.qqq) Posidonius scripsit *ισοπικια των μεττα Πολυβιου* in LII. libris. vid. *Fabricii* B. Gr. tom. III. p. 573. edit. *Harl.*rrr) *Strabo* I. 10. A sqq. (4.) II. 150—162. (94 sqq.)sss) De Celtiberorum indole et vitae ratione locus praeclarus ex Posidonio petitus est *Strab.* III. 250. B. (165.) de illis Cimbrorum: VII. 450. B. C. (293.) de Gallis IV. 303. A. (198.) de Syrorum agricolis. XVI. 1125. C. (779.) caet. Adde X. 784.ttt) *Strabo* III. 261. B. (173.) 229. A. (154.) IV. 277. A. (182.) VI. 424. C. (277.) XVII. 1159. B. C. (779.)

uuu) De metalli fodinis Hispaniae III. 217—220. (147 sqq.) de Illyrici natura VII. 487. A. B. (361.)

vvv) *Strabo* VIII. 575. C. (375.) X. 683. B. (445.) XIII. 932. C. (629.) caet.www) *Strabo* XIII. 919. B. (619.) II. 148. B. (92.)xxx) *Strabo* VI. 599. B. (260.)yyy) *Strabo* VII. 507. A. (328.)zzz) *Strabo* VIII. 590. B. (385.)

in seligendis fontibus, e quibus singularum regionum descriptionem peteret, eorumque fide et auctoritate diiudicanda declaravit. In vnius enim cuiusque regionis tractatione maxima cum circumspeditione operam dedit, vt ex iis inprimis auctoribus notitias peteret, quos omnium iudicio praestantissimos esse, constabat. Sic, de Asia quum referret, in singulis eius partibus singulos illum sequutum esse auctores videmus; de India enim, Syria aliisque Asiae superioris partibus agens, solos quasi de rebus Alexandri scriptores adiit, et quo iudicii acumine illorum singulorum fidem examinaverit, de Patrocle, Daimacho, Megasthene aliis ab eo disputata demonstrant; Hyrcaniam reliquasque ad Caspium mare orientem versus sitas regiones illustrans, rerum Parthicarum scriptores adhibuit; et in terris Europae septentrionalibus et Asiae a Maeotide palude ad Colchiam vsque describendis vsus est, qui de bello Mithridatico egerunt <sup>a)</sup>. Iudicii praestantiam, et eruditionis copiam immensam iis, quae contra Eratosthenis, Polybii, Posidonii, aliorum pronuntiata disputavit, declaratam dedit.

Paucis nunc adtingenda sunt, in quibus Strabo qui reprehendatur dignus videtur <sup>b)</sup>.

1) Ob nimis honorificam de Homero opinionem, quem remotissimas antiqui orbis terrarum terras, de quibus sequiore demum aetate Graecis certum aliquid innotuit, accurate cognouisse contendit, non raro iniquus recentiorum censor euasit.

2) Herodotum plane neglexit, ideoque praestantissimi non solum in historicis sed etiam in notitiis ad regionum situm et naturam cognoscendam facientibus <sup>c)</sup>, auctoris subsidio se ipsum fraudavit. Quodsi enim eius auctoritatem non omnino reiecisset, in describendis non minus Europae partibus, trans Istrum circa Pontum Euxinum ad Paludem Maeotidem et Tanaim sitis, quam illis Asiae regionibus inter Pontum Euxinum et mare Caspium; et quibusdam Africae austrinae tractibus accuratius, quam factum esse videmus, versatus esset.

3) Nec minus in negligendis Romanorum scriptoribus modum excessit. Praeclare enim ex iis, de regionibus, in quibus bella gesserant, de Hispania, Gallia, Germania, Italia, deque variis Asiae atque Africae partibus erudiri potuisset <sup>d)</sup>, nisi, silentibus Graecorum libris, e Romanis nihil notatu dignum addisci posse, persuasus fuisset <sup>e)</sup>.

4) In regionum descriptione multa, ad accuratorem populorum locorumque naturam et conditionem spectantia, vel omnino omisit, vel non ea, qua debuit, cura, declaravit. Etenim,

a) De fontibus geographiae Asiaticarum regionum tractationis exstat ap. *Strabon* I. 26. B. (14.)

b) Rem doctissime exposuit cl. Hennieke in *diff. laud. pag. 18 sqq.*

c) Herodori auctoritatem in rebus, ad geographiam spectantibus, praecclare vindicauit *cel. Hecren* in praestantissimo libro: *Ideen für die Politik, den Verkehr und Handel der vornehmsten Völker der alten Welt.* Götting. 1793.

d) *Strabo* I. 26. C. (14.)

e) Multa, ad rem geographicam facientia, haurire potuerat e Romanorum auctoribus, e quibus

praecipue nominandi sunt: *M. Porc. Cato Censorinus* de bello Punico primo et secundo, *Sempronius Afellio* de rebus, in bello Punico secundo sub P. Scipione Africano in Hispania a se ipso gestis, *P. Rutilius Rufus* de bello Numantino, *Q. Lutat. Catulus* de rebus in consulatu suo et contra Cimbrum gestis, *E. Corn. Sulla* de rebus suis, *L. Sifenna*, de bello contra Sullam, *L. Luceius* de bello Marfico, *C. Iul. Caesar* de bello ciuili, *A. Hirtius* de bello Gallico, Alexandrino et Africano, *C. Sallust. Crispus* de bello Iugurthino, *Varron. Atacinus* de bello Sequano, *Hostius* de bello Istrico etc.

Etenim, praeclare licet de natura, prouentibus, indole quorundam locorum atque regionum exposuerit, praeclariora tamen, praecipue quibus res naturales earumque causas declarantur, reticuisse iure censendus est. Quem in errorem *confusio*, ea tantum tractandi quae vel ad animi delectationem facere, vel utilitatem et fructum aliquem comparare viderentur, Strabonem inductum esse, iam supra innui.

*De Codicibus manuscriptis f).*

1) *Codices textus graeci.*

a) *In Italia.*

*Romae Bibliotheca Vaticana* sequentes Strabonis codices possidet. 1) nr. CLXXIII. fol. max. sec. XV. chart. fol. 469. omnes Strabonis libros exhibet; est codex, ob lectionum varietatem praestantissimus; et ex antiquissimo exemplo descriptus, ut lacunarum frequentia indicare videtur. † 2) nr. CLXXIII. sec. XV. vel ineunte XVI. chartac. fol. min. fol. 284. duodecim libros priores continet; manu ineptissimi librarii descriptus, vitii enim calami scetet. Hic codex, etiamsi tenuiorem varr. lectt. messem praebet, ob id tamen memorandus est, quod pro dissertatione de climatibus ap. Strab. II. 194. B. (132.) vsque ad libri finem aliam exhibet de terrae figurae, ita inscriptam: *Στραβωνος περι μεγαθους και σχηματος της γης*, quae incipit: *Ἡ γη κεντρει λογον επεχει προς την σφαιραν του σφαιρωματος εχ οτι πασα κεντρει εστι παν γαρ κεντρει αδιαστατον υπαρχει και αμερες*; quam *Laurentino-Mediceo* cod. Plut. 128. cod. III. contineri, testis est *Bandinius* in catal. biblioth. Laurent. †<sup>g)</sup>

Inter codices *Urbinate*nsis, qui pariter in Vaticana bibliotheca adseruantur, est volumen fol. nr. CV. charta lineata sec. XVI. Geographicorum Strabonis X. libros posteriores continens. Conspirat iste codex fere in omnibus cum cod. Vatic. CLXXIII. †

*Florentiae* prostant in *Bibliotheca Laurentino-Medicea* 1) Plut. 28. cod. V. *Strabonis* libri X. priores, cod. chart. sec. XIV. 4. fol. 293. *Bandin.* pag. 15. 2) plut. eod. cod. XL. iidem *Strabonis* libri, cod. papyr. 4. sec. XIV. fol. 207. ap. *Bandin.* pag. 66. 3) cod. XV. ultimos septem *Strabonis* libros complectens, cod. sec. XIV. fol. 233. *Bandin.* pag. 31. 4) cod. XIX. iidem *Strabonis* libri, sec. XIV. 4. fol. 230. *Bandin.* pag. 37.

*Venetiis* in instructissima bibliotheca Marciana adseruantur: 1) nr. CCCLXXVII. Cod. membranaceus, fol. max. sumtibus immortalis *Cardinalis Beffarionis* manu, ut mihi quidem videtur, *Ioannis Rhesi*, Cretensis<sup>h)</sup>, descriptus, omnium *Strabonis* codicum, quos vidi, elegantissimus, et ob lectionis probitatem pretiosissimus, integrum *Strabonis* opus continet. † 2) nr. CCCLXXVIII. sec. XV. chart. fol. duodecim libros complectens posteriores. \* 3) nr. CCCLXXIX. chart. 8. libros septem ultimos exhibet. † [conf. *Viliosen* anecd. gr. II. pag. 248.]

*Cesena*

f) Codices, signo † notatos, totos cum impressis contuli, asterisco insignitos in locis tantum difficilioribus inspexi.

g) Hoc opusculum in anecdotis graecis fasc. I. formulis exprimi curabo.

h) Vid. *Montfaucon* Palaeogr. gr. pag. 101.

*Cesnae* in *bibliotheca Malatrarum* in coenobio fratrum minorum adseruata, exstat cod. chart. *Strabonis. Montfauc. Biblioth. bibl. tom. I. pag. 434.*

*Mediolani* in Bibliotheca Ambrosiana teste *Montfauc. l. cit. pag. 504.* cod. *Strabonis* geograph. cum scholiis vol. IV., cum aliis duobus eiusdem eodicibus adseruantur. *ibid. pag. 528.*

*Taurini*, in *bibl. reg. teste catal. codd. latin. p. 172.* *Strabonis* geogr. a *Guarino Veron.* in latinum sermonem translata.

b) In *Hispania.*

*Bibliotheca Escorialensis* possidet cod. *Strabonis* geograph. libros VII. priores complectens *Montfauc. l. cit. pag. 622.* [secundum *Puier.* in itinerar. per Hispan. pag. 190. cod. continet lib. XVII. — In *bibl. regia Matrit.* cod. chart. continens XVII. libros, copiose describitur ab *Iriarto catal. pag. 19 sq. Harl.*]

c) In *Gallia.*

In *regia olim bibliotheca Parisiensi* prostant sequentes *Strabonis* codices, secundum tom. II. catalogi bibliothecae regiae nr. MCCCXCIII. codex bombycinus, ex oriente a *Seunio a. 1727.* adlatus; e quo *Montfauconius* varietatem lectionis libri primi excerptit, eamque in tom. II. *bibl. pag. 1027 sqq.* inprimi curauit. MCCCXCIV. membranaceus, sec. XV. manu *Caesaris Strategii Lacedaemonii*<sup>1)</sup>; olim medicus. libros XVII. *Strabonis* complectitur, nr. MCCCXCV. chart. sec. XVI. integrum opus *Strabonis* exhibet. Notante catalogo, eo vsu sunt typographi, quorum opera *Strabo graecus* ex officina *Aldi* primum prodit. nr. MCCCXCVI. chart. sec. XV. pariter XVII. libros continet. nr. MCCCXCVII. sec. XII. cod. membr. X. libros priores exhibens. nr. MCCCCVIII. chart. sec. XV. libros XVII. continet.

d) In *Anglia.*

*Oxoniae* in collegio nouo mutilus *Strabonis* codex adseruatur. nr. MCCCXI. in *catal. MSS. Oxon. Montfauc. Bibl. bibl. tom. I. pag. 666.*

*Cantabrigiae* in academiae bibliotheca est codex quorundam *Strabonis* librorum. nr. MMCLXXI. *Montf. ibid. pag. 672.*

*Etonae* in bibliotheca collegii decimus *Strabonis* liber inuenitur. nr. MDCCCCXII. *Montfauc. ibid. pag. 674.*

e) In bibliothecis *Moscouensibus* exstant quaedam exempla *Strabonis* teste *Athanas. Schiada* in eorum recensione.

II) Codi-

1) *Montfaucon Palaeogr. gr. pag. 97.*

## II) Codices Latini.

*Florentiae* in bibliotheca Laurentino-Medicea plut. 30. cod. VII. membr. est codex, versionem *Guarini Veronensis* latinam Strabonis complectens. *Baudin.* Catal. pag. 301.

*Parisis* in bibl. regia cod. MMMMDCCXCVI. eandem versionem exhibet. Catal. bibl. regiae tom. II.

*Taurini* bibl. reg. codicem possidet, eandem vers. continens. *Montfauc.* tom. II. p. 1401.

*Editiones Strabonis.*1) *Graeca.*

1516. *Strabo de situ orbis*, Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Soceri, mense nouembri. [praemissis indice gr. et breuibus singulorum libror. praeter primum argumentis, quae in codd. occurrere, Casaub. quoque testatur, ac ab illo seorsim Straboni suo subiecta sunt] fol. Codex, quo Aldus in Strabone edendo fuerat, nunc in bibl. regia adseruatur. [In bibl. Monacensi seruatur exempl. cum notis criticis P. Victorii manuscriptis.]

2) *Latinae.*

Primam versionis latinae editionem Sweinshemius et Panarz circa ann. 1471. \*) sine anni mentione for. max. fol. 240. et dimid. ediderunt. Exemplum huius rarissimae editionis, quo ego vtor, primo statim folio ab epistola editorum nomine a *Ioanne Andrea*, episcopo Aleriae in Corsica, ad Paulum P. M. II. scripta incipit, in qua auctor contra Georgii Trapezuntii inuectiones se defendere molitur; quam fol. 3. ipsa Strabonis versio sequitur. Libri decem priores a *Guarino Veronensi*, septem autem posteriores a *Gregorio Triphernio* (Trifernate) translati sunt. Claudit opus fol. 241. index rerum, singulis in libris Strabonis contentarum, quem sequuntur versus, in quibus typographi nomina sua declarant:

*Aspicias illustris lector quicunque libellos  
Si cupis artificum nomina nosse: lege.  
Aspera ridebis cognomina teutona: forsitan  
Mitiget ars musis inscia verba virum.  
Cöradus suueynheym: Arnoldus panartzq: magistri  
Rome impresserunt talia multa simul.  
Petrus cum fratre Francisco maximus ambo  
Huic operi aptatam contribuere domum.*

Haec versio optimorum codicum lectionem ad verbum exprimit, seruata ipsa codicum interpunctio; ideoque quibus codices ipsos inspiciendi copia non est, pro codice inferuire potest.

1472. Eadem versio Venetiis recusa est per *Vindelicum Spirenses*. fol. de qua editione accurate egit cel. M. Denis in *memorabilibus Bibliothecae Garilleanae* pag. 40 sqq.

1473. Romae Sueinshemii et Panartzii editio repetita est. fol. vid. *Maittaire* in *ann. typogr.* tom. I. pag. 329. not. 1. [*Auliffred.* l. c. pag. 126 sq. *Panzer* l. c. pag. 437.]

1480.

\*) Cel. tamen *Semiler* in incunabilis typogr. bibl. Ingol. ad. tom. I. p. 19 sq. adferendam esse illam putauit editionem a. 1459. adde *Auliffre-*

*dum* in catal. rom. edit. saec. XV. ad h. annum pag. 28 sq. et cel. *Panzer* in *annal. typograph.* vol. II. pag. 413. *Harl.*

1480. *Strabo*, latine ex versione Guarini Veronensis et Gregorii Tifernatis, ultimam manum imponente Iac. Antonio Marcello. — ap. Ioan. Vercellensem. *Cat. Bibl. Bunau.* vol. I. pag. 153. <sup>A</sup>)

1484. *Strabo* de situ orbis latine vers. a Gregorio Typhernate. typis Ioann. Vercellensis. Maitt. l. c. pag. 458.

1494. *Strabo* de situ orbis libri XVII. et in calce Strabonis Amasini scriptoris illustris geographiae opus finit; quod Ioan. Vercellensis propria impensa viuentibus posterisque exactissima diligentia imprimi curauit A. S. MCCCCLXXXVIII. die XXVIII. Ianuarii. (sine loco.)

De hac editione copiose agit *Hoger* in *Geograph. Bücherfaal.* tom. I. pag. 19 fqq.

1496. *Strabonis geographia*, latine versa, Venet. fol. *Maitt.* tom. I. pag. 628.

1510. eadem Guarini Veronensis versio repetita Venet. apud Bartholomaeum de Zanis. fol.

1512. *Strabonis Geographia*, decem et septem libros continens, e graeco in latinum a Gregorio Tifernate et Guarino Veronense conuersa cum indice. Paris. per Egidium Gourmont. fol.

1523. *Strabonis geographici* commentarii, olim vt putatur a Guarino Veronensi et Gregorio Tifernate latinitate donati, iam vero denuo a Conrado Heresbachio ad fidem graeci exemplaris auctorumque, qui huc facere videbantur, recogniti. Basil. ex officina Valent. Curionis fol.

1539. *Strabo* ab Guarino et Gregorio Tifernate, vt putatur versus, sed recognitus et emendatus a Conrado Heresbachio. ex officina Curionis. Basil. fol.

Est repetitio editionis antecedentis.

[1540. *Strabonis Geographia* — lat. interprete *Pirckheimero*, cum tabb. opera *Seb. Münsteri*. Basil. ap. Henr. Petri. fol. vid. catal. bibl. Thottianae, tom. IV. pag. 23. *Harl.*]

1559. *Strabonis de situ orbis* libri XVII. cum indice locupletissimo. Lugduni apud Gabrieleum Coterium. tom. I. et II. 8.

*Brejuignius*

k) Fabric. scripserat, ultimam manum imposuisse Io. Anton. Marcellum: at *Richey* in nota haec notauit: „Iacob. Anton. Marcellus, Patricius et eques Venetus, armis sane illustrior, quam litteris, non quidem ipse imposuit manum vertendo Straboni, sed a Guarino, versum suo sumtu et cura ad integritatem operis promouit, quum Nicolaus V. pontifex rom. Guarinum in opere inchoato destituisset.“ — idem de edit. a. 1494. haec notauit: „Io. Vercellensis, typographus, Venet. in epist. ad Paulum II. pontif. Straboni lat. praefixa, Iacobo, ait, Angelo Florentino in mathematicis doctissimo, ab Alexan-

dro V. demandata est provincia, transferendi in latinum Ptolemaei; Strabonis vero a Nicolao V. Guarino Veronensi, et Gregorio Tifernati. Quorum ego in manibus sumtis exemplaribus, ex Gregorii Archetypis Asiam atque Africam describi feci. Guarini autem Europa perlecta, quod in ea multa deerant, fragmentis, vt puto, graecorum illius exemplarium, amicorum ope addi omnia curauit. In quo Theodoro meo Gazae, atque Andronico Lampo, item Birago, graece latineque doctissimis viris, non exigua gratia est habenda. adde Fabric. B. L. mediae et inf. aetat. tom. III. pag. 101 et 119. edit. Mansi. *Harl.*

*Brequignius* in praef. ad *Strabon.* pag. XII. hanc editionem forma sedecima impresam ait.

1652. *Strabonis*, de situ orbis libri XVII. editi quidem in eorum gratiam, qui Geographiae studiosi sunt, olim ut putatur a Guatino Veronensi et Gregorio Trifernate latinitate donati; recens vero a doctissimis viris quorum in praefatione fit mentio, emendatiores quam antea prodeunt. Accessit index locupletissimus. Amstelodami apud Ioan. Iansson. tom. I. et II. 12.

Est mera repetitio editionis 1539.

### 3) Editiones graeco-latinae.

1549. *Στραβωνος περὶ τῆς Γεωγραφικῆς Βιβλίου 17.* *Strabonis* de situ orbis libri XVII. graece et latine simul iam in eorum, qui pariter Geographiae et utriusque linguae studiosi sunt gratiam editi: olim quidem, ut putatur, a Guatino Veronensi et Gregorio Trifernate in latinum conuersi, ac deinde *Conradi Heresbachii* opera ad eius generis auctorum fidem recogniti, nunc vero postremum eruditorum aliquot industria ac studio, quorum in praefatione fit mentio, ab innumeris, quibus aequae et graecum exemplar et latina translatio featebat, mendis repurgati. Basil. per *Houarium Petri*. a. M. D. XLIX. mense Augusto.

Editor fuit *Marcus Hopper*, iuriam Professor Basileensis, ut praefatio ad Aegidium Trifernatum indicat, qui etiam, quae in Altdino graeco exemplari vitiosa erant, restituit; latinae versionis restituendae prouincia *Henrico Glareano* et *Iean. Hartungo* demandata. vide praefat. edit. praemissam.

1571. *Strabonis* rerum geographicarum libri XVII. graece, et latine interprete *Guil. Xylandro*, cum eiusdem notis et castigationibus ad calcem singulorum librorum subiectis, ex officina Henr. Petri. Basil. [Eiusdem *Xyl. lat.* versio separatim ibid. eodemque anno cum tabb. geographicis, eademque praefatione edita memoratur in *Catal. Thott. l. c.* et est in biblioth. Erlang. Inscripta autem, *Strabonis* — rerum geographicar. commentarii libri XVII. contenti, latini facti, *Guilhelmo Xylandro*, Augustano, interprete. Adiecimus eiusdem annotatiunculas. — Basil. ex offic. Henricpetrina, — in calce Basileae — c1515LXXI. fol.]

1587. *Strabonis* rerum geographicarum libri XVII. *Ijaacus Casaubonus* recensuit, summoque studio et diligentia, ope etiam veterum codicum, emendauit, ac commentariis illustrauit. — Adiecta est etiam *Guilielmi Xylandi* Augustani latina versio cum necessariis indicibus. Excudebat *Eustath. Vignou.* (sine loco.)

*Casaubonus* vix dum duodenti, iura annos natus, hac editione priores longe superauit. Graecum textum, in primis exemplaribus turpissimis mendis deprauatum, partim ope quatuor codicum, quorum lectiones a socero *Henrico Stephano* acceperat; partim ex ingenio multis in locis emendatiorem et auctiorem reddidit, notisque doctissimis illustrauit. Contra iniquos obtrectatores, qui de eo conquesti erant, quod *Xylandri* versionem non emendauerit, defensionem inliuit in praefatione ad *Polyaenum*.

1620. Altera *Casauboni* editio, sexto post mortem viri magni anno prodiit *Parisis*, curante *Morellio*, typis regijs.

Est priore spendidior et emendatior.

1707. *Strabonis* rerum geographicarum libri XVII. accedunt huic editioni ad Casaubonianam III. expressae, notae integrae G. Xylaudri, II. Casauboni, Fr. Morellii, Jac. Palmerii, selectae vero ex scriptis P. Merulae, I. Meursii, Ph. Cluverii, L. Hoffstenii, Cl. Salmastii, S. Bocharti, H. Vossii, Ezech. Spanhemii, Ch. Cellarii, aliorumque. Subiiciuntur Chrestomathiae graecae et latine. Amstelod. ap. Ioan. Wolters. tom. II. fol.

Hanc editionem imprimendam curavit Theod. Ianson. ab *Amulovern.* vid. praefat.

1763. *Strabonis* rerum geographicarum libri XVII. ad fidem mssorum emendati, cum latina Xylaudri interpretatione recognita, annotationibus et indicibus ab vno e focus regiae inscriptionum et humaniorum academiae. Adiunctae sunt tabulae geographicae ad mentem Strabonis delineatae. *Parisi.* 4. tom. I. tres libros priores continens.

Hanc splendidissimam editionem curare inchoavit *J. Brequignius*; textum recensuit ad fidem cod. reg. MCCCXCIII. qui is est, quem Scivinus ex oriente adportavit, cuique haud raro nimiam auctoritatem etiam apertis in mendis tribuit. Prodiit solummodo tomus primus, tres priores libros Strabonis complectens. *Brequignius* enim taedio captus rei, omnem, quem collegerat ad suam editionem ornandam, apparatus quibusdam Anglis doctis commississe fertur, qui eo in noua, quae summo splendore Oxoniae paratur, editione vterentur.

[Ipse cl. *Siebenkees*, auctor huius de Strabone narrationis, nouam parat editionem, ex codd. multo correctiorem atque vberiore cuius primum volumen Lipsiae hoc ipso anno prodit, 8.]

[Librum III. Strabonis de Hispania *Ioannes Lopez*, geographus regius, ex latino sermone in hispanicum transtulit, Madrid. 1788. 8. Additus est textus graecus, cum omnibus Casauboni notis, quibus ille suas et III. mappas geographicas veteris Hispaniae, et in quibus vetus ac noua Hispania comparantur, adiecit. *Hartl.*]

4) Versionem *Italicam* curavit *Alfonfus Buonasutius.* [Venet. 1562. 4. partt. II.]

5) Versio *germanica.*

Des *Strabo*, eines alten stoischen Weltweisen, aus der Stadt Amasia gebürtig, allgemeine Erdbeschreibung, von *Abraham Jacob Penzel.* Tom. IV. 8. Lemgouiae 1775—1777.

#### *De Henrici Scrimgeri codicum Strabonis collatione.*

Silentio praeterire hic non possum *Henricum Scrimgerum, Geneuensem*, olim de editione noua Strabonis critica procuranda cogitasse, et ad eam adornandam sex codicum manuscriptorum lectionem variam summo studio collegisse. Lectiones margini exempli Aldini, quo in hoc labore utebatur, adscripsit; quod post viri doctissimi mortem primum ad *Fulvium Vrsinum* peruenit, et deinde cum aliis, quos iste possederat, libris in *Bibliothecam Barberinam* adlatum est, in qua nunc adseruatur. Quos autem codices adhibuerit, ipse in nota, fronti exempli adscripta, indicat, quam iuris publici facere superuacaneum non puto.

1) „In primis ex bibliotheca Petri Bembi codicem habuimus sane antiquum, qui X. „priores libros continebat, ipse etiam multis in locis in margine veterem lectionem aliam ac „diuersam habens, quam etiam in nostro posuimus hoc signo: γρ.“

2) „Secundo loco Bessarionis, cardinalis, librum ex S. Marci bibliotheca habuimus „qui omnes Strabonis libros habebat; illius lectionem minio rubro adscripsimus, aut duo us „semi-



„femicirculis. prioris libri lectioni affixis, cum ea conuenire ostendimus.“ (Iste codex in bibliothecae Marcianae catalogo nr. CCCLXXVIII. notatur.)

3) „Tertio ex eadem bibliotheca vetustum codicem contulimus, qui quidem duodecim „libros priores habebat, huius diuersam lectionem, quia in omnibus fere cum Bessarionis co- „dice concordaret, lectionis illius diuersitati duobus semicirculis nigro minio apposuimus, „siquando autem diuersum haberet, in vltima parte id posuimus, et punctula frequenter, qui- „bus indicamus, idem in ipso deesse, quod in Bessarionis, in eadem margine notauimus, hinc „codicem Gemisti fuisse credimus.“

Est codex inter Marcianos nr. CCCLXXVIII.

4) „Quarto librum *Gemisti* habuimus, qui initio excerpta omnia ex Strabonis libris ha- „bebat veluti epitomen, aliquando etiam aduersus Strabonis sententiam disputationes. Hic „liber habet Strab. lib. XI. XII—XVII. huius diuersam lectionem, quia etiam multis in locis „cum Bessarionis conueniret, semicirculo eidem conuenire ostendimus, diuersam autem le- „ctionem vltimus in margine posuimus.“

5) „Ad extremum cum Romae essemus, duos antiquos codices habuimus, quorum al- „ter integerrimus et castigatus manu Lascaris in marginum notis indicabat, in quo libri „XVII. fuerunt; alter qui omnium longe vetustissimus fuit, et vetustate ipsa corrosus facile „indiciū fecit, vnde lacunae illae, quae in caeteris omnibus habentur, emanarunt, libros „nouem continebat, cuius lectionis varietatem ad interiorem marginem vel notis, quibus „conuenire cum optimis exterioris marginis notis indicare solemus, vel certe scriptis atque „positis illis, quo illius erant propriae varietates.“

Vbi antiquissimus iste codex hodie lateat, incertum est. Id autem, nisi plane fallor, e Scrimgeriana eius collatione euinci posse puto: libros nouem priores cod. Vat. nr. CLXXXIII. ex eo descriptos fuisse; accurata enim Scrimgerianarum cum Vaticano codice lectionum collatione insututa, deprehendi, eum, cum in lacunis, tum in varietate lectionis cum illo conuenire, quem Scrimgerus codicem antiquissimum habuit.

Hanc collationem forte Casaubonus respiciens ad *Petrum Iunium* scribit: *Quantum ad eam rem* (nouam nempe Strabonis editionem) *inuare nos tuae illae notae Scrimgerianae queant, ne dici quidem potest.* vid. Casaub. epist. 514.

### III. De chrestomathiis Strabonianis.

Habemus plures Geographicorum Strabonis chrestomathias, quarum vna tantum, reliquis adhuc in bibliothecis latentibus, formis impressa et iuris publici facta est.

#### 1) *Chrestomathia vulgata.*

Incertain, quo auctore, concinnata videtur, quo tempore Bulgarorum res fietit, inter annum Christi 976 et 976. sub Basilio II. Bulgaroctono dicto; quod *H. Dodwelius* in dissertatione *de eius p. 2. Saonis* colligit ex his eius verbis lb. III. pag. 1252. edit. Ameloven- και των δε παλαιων ηπειρων και Ἑλλάδα σχεδον και Πελοποννησον, και Μικροδονιαν Σιαιθαρ

Σκλαβοι νεμονται<sup>1)</sup>. Idem doctissimus *Dodwell* us obseruat, nullis graecobarbaris uti vocabulis hunc scriptorem, excepto unico, quod *PIXIAN* plus simplici vice dixit pro recessu aestus marini.

*Editiones Chrestomathiae Strabonianae.*

1533. Prodiit graece in vartiorum geographicorum collectione, a *Sigismundo Gelenio* editorum, sequenti titulo: Ἀρριανὸς περιπλῆς Εὐζένης ποταμοῦ, τὰ αὐτὸς περιπλῆς τῆς ἑρυθρῆς θαλασσοῦ. Ἀγγωνὸς περιπλῆς Λιβύας, Πλατῶναρχος περὶ ποταμῶν καὶ ὄρων, ἐπιτομῆ των τῶν Στραβωνοῦ γεωγραφικῶν. Ἐν βασιλείᾳ παρ' Ἰερωνύμῳ Φροβενίῳ καὶ Νικολαῶ τῷ Ἐπισκοπῶ, ἔτεσ τῆς Θεογονίας αΦλγ. 4.

1557. Latina *Hieronymi Gemusaei* versio post *Dominici Marii Nigri* libros XI. Geographiae prodiit Venet.

1703. Graece et latine cum versione *Hieronymi Gemusaei* et dissertatione *Henrici Dodwelli de Strabonis excerptore, et aetate qua vixerit*, notisque suis breuibus prostat in tomo secundo *Geographiae veteris scriptorum minorum*, a *Ioanne Hudsonio* Oxoniae editorum.

1707. *Almelouenius* eandem editioni suae Strabonis subiecit, sequutus ex asse editionem *Hudsonianam*, *Dodwelliana* dissertatione praefixa.

2) *Chrestomathiae ineditae.*

1) *In Italia.*

Romae in *Palatino-Vaticana* bibliotheca cod. nr. CV. (ap. *Sylburg.* pag. 129.) saec. XV. chart. 4. prostat, varia e variis historicorum et philosophorum scriptis a *Maximo Planude* excerpta, continens. Codex inscriptus est: Συναγωγὴ συλλεγεῖσα ἀπο διαφορῶν βιβλίων παρὰ τὰ σοφωτάτα καὶ λογιωτάτα καὶ τιμωτάτα ἐν μοναχοῖς Κυρίῳ Μαξίμῳ τῷ Πλατανδῆ παντ ὀφελίμος. Excerpta ex *Dione Cassio*, *Pausania*, quae CL. folia priora continent, excipiunt illa e *Strabonis Geographicorum* libb. I. II. IV. V. VI. VII. X. XI. XII. XV. XVI. XVII. amplissima, et ad textum *Strabonis* castigandum optima. † In *bibliotheca Vaticana antiqua* cod. nr. CCCCLXXXII. saec. XIII. vel XIV. bombycinus, 8. chrestomathiam *Strabonis* ineditam exhibet. Codex ob siglarum et syllabarum compendia lectu difficillimus est, atque aetate et blattarum morfu misere adfectus. \* nr. CLXXV. eiusd. bibl. cod. membran. saec. XIII. vel XIV. inter varia opuscula continet: Συναψιν των κολλῶν τῆς κατ' ἡμᾶς οἰκισμένης ἐκλεγεῖσα ἐκ τῆς γεωγραφίας Στραβωνοῦ. Excerpta sunt e *Strabonis* lib. II. pag. 182. (121.) vsque ad lib. VII. pag. 492. (320) † Cod. apud *Sylburg.* Xc II. exstat quidem inter *Palatino-Vaticanos* libros, sed alieno loco collocatus; ideoque mihi copia eum euoluendi non facta est.

Florentiae in *Medicea* bibliotheca plut. 28. cod. XXIX. chart. saec. XV. 4. continet 1) *Στραβωνοῦ περὶ μεγεθῶν καὶ σχηματος γῆς.* 2) ἐκ των περὶ Στραβωνοῦ γεωγραφικῶν περὶ τῆς γῆς τῆς οἰκισμένης σχηματος. Vtrumque opusculum *Straboni* auctori falso adtribuitur.

1) Quos auctor epitomes *Sclauos* nominat, *Bulgaros* fuisse, quorum imperio *Sclauii* tunc temporis subiecti erant, nemo nescit.

buitur. Namque potius est illud de terrae habitatae figura, quod in cod. Vatican. CLXXIV. operis Strab. exstat, posterius *Gemistum* potius auctorem habuit, cui etiam in cod. Vatic. CLXXIV. et Venet. CCCLXXIX. adscribitur. In bibliotheca Riccardiana excerpta Strabonis in codd. nr. XXVII et XXIX. sunt. vid. *Lamii* catal. bibl. Riccard. pag. 327.

2) In *Gallia*.

In *bibliotheca Parisensi* cod. nr. MCCCXCVIII. saec. XVI. locupletissima et ab editis plane diuersa Strabonis excerpta continet. Exemplum huius codicis, lib. X. completens, manu *Lucae Holstenii* descriptum adseruatur inter eiusdem viri, dum viueret, celeberrimi schedas, in instructissima bibliotheca Barberina, quod cel. *Casp. Garatonius* eiusd. bibliothecae praefectus, vir pari humanitate et eruditione mecum communicauit. nr. MCCCIX. exhibet e Strabone, Pausania, Dione, Aristotele, aliis, excerpta. Catal. bibl. regiae tom. II.

In *Anglia* inter codices *Isaaci Vossii* in bibliotheca collegii Etonensi cod. nr. MMCLXXI. continet Strabonis fragmenta. vid. catal. librorum mssorum Angliae et Hiberniae in vnum collect. Oxon. 1697. *Montfaucon*. biblioth. tom. I. 675. — [In bibl. *Londensi*, inter codd. Vossianos, sunt Excerpta ex scholiaste Strabonis, qui fuit penes *Patric. Iunium*. vid. *catallius* biblioth. pag. 399. nr. 7.]

IV. Emendatores operis Straboniani.

Saeculo iam XV. non defuerunt, qui de restituendo et emendando Strabonis opere, quantum fieri posset, cogitarent; inter quos praecipue eminet *Gemistus Pletho*, magni Bessalonis magnus praefector. Is 1) opusculum edidit, *Διορθωσις ἐπισημίων τῶν ἐκ ἑξῆς ἐν τῇ γεωγραφικῇ ὑπὸ Στραβῶνος λεγομένων* inscriptum, in quo varia, a Strabone parum accurate tradita, emendauit. Auctor praecipue in his corrigendis versatur, quae de *Caspio* mari Strabo tradiderat. Incipit autem opusculum: Οὐτε τὴν θαλάσσιον τὴν Κασπίαν ἑξῆς λέγει Στραβὼν τῶν ὀνομάτων συμβαλλεῖν κατ' αὐτὴν γὰρ ἐστὶ αὐτὴ παντοδαπὴ καταλαμβάνεται; et vltima eius verba ita sonant: Ἄρα ἐν ἀξίᾳ λόγῳ τῶν Στραβῶνι ἐκ ἑξῆς ἐν τῇ γεωγραφικῇ λεγομένων ταύτη ἰσχυροῦς, ταύτ' ἐστὶ τε καὶ τοιαύτης τῆς τε διορθώσεως πρὸς ἡμῶν τογγῆται. εἰ δὲ τι αὐτῶ καὶ ἄλλο ἐκ ἑξῆς λέγεται, ἐκ ἐν δὲ μὲγα τι εἴη ταὐτὰ δὲ πολλὰ αὐτῶ εἶτε καὶ καλῶς λέγεται. Hoc opusculum, quod particula tantum amplioris *Gemisti* operis esse videtur: *Lucas H. Hestius* in geographicorum syntagmate edere voluit, teste *Lamio* lib. I. de biblioth. Vindobon. pag. 114. m) — 2) Anterioris momenti, et ad restituendum Strabonis opus praecipue facientia, sunt eiusdem *Gemisti* excerpta e decem Strabonis libris prioribus, quae in cod. Veneto CCCLXXIX. exstant. Summa enim cura, et haud nimis succelle *Gemistus* plurima Strabonis loca, nullius codicis ope sananda, partim ingenio acuminis, partim forte eo scilicet, nonis emendationum, auxilio, hoc in opere ita restitit et in meliorem ordinem redegit, vt ex eo largior

m) Exstat hoc opusculum in cod. Veneto nr. CLXXIV. Veneto CCCLXXIX. et in codice Vindobonensi nr. 1200. eiusque meminit *Lambertus*

libl. noua MSS. pag. 100. [In cod. Veneto in libl. Londensi est. teste catalogo bibl. Londensis pag. 100. nr. V. fragmentum geographicum, correctum per D. Georg. Gemistum. *Marli*]

ad magnam operis Straboniani partem restituendam, messis colligenda sit, quam ex quouis integro Strabonis codice. †

*Cyriaci Anconitani scholia* in Strabonem graeca, quibus *Lucas Langermannus*, Ictus Hamburgensis, vsus esse dicitur, in bibliothecis a me perlustratis, frustra quaesivi \*).

De locis Strabonis in opere geographico emendandis et illustrandis praeclare meruerunt:

*Jacob. Palmerius*, in exercitationibus in auctores graecos. Ultraieci. 1694. 4. p. 287 sqq. [Strabonis de Mose et religione iudaica historiam illustrat *Tolandus* in Originibus iudaicis, quae cum eius *Liuius Antedeisidaemone* prodierunt, Hagae Com. 1709. 8. *Heum.*]

Animaduersiones in Strabonis Geographiae libros IX. depromptae ex manuscripto codice Mediceo, exstant inter varia geographica ab *Abr. Gronouio* edita Lugd. Batau. 1739. 8. pag. 149 sqq.

*Emilio Giannuzzi*, osservazione sopra un luogo di Strabone Geogr. lib. II. in Raccolta di opusculi scientifici, e filologici. tom. XVIII. pag. 364—369.

In Voyage litteraire de la Grèce, cahier V.

In plurimis dissertationibus, actis academiae Inscriptionum Parisiensis insertis; praecipue in iis, quarum *Brequignius* auctor est.

*Oberlinus V. cel.* ad *Vibium Sequestrem* Strabonem culpat, defendit, emendat.

*Thomas Tyrwhittus*, in Coniecturis in Strabonem Oxon. 1783. recus. Erlangae 1788. cum *Harlesii* praefatione.

*Goffelin*, in Géographie des Grecs analysée, ou les Systemes d'Eratoſthènes, de Strabon, et de Ptolemée comparés entre eux, et avec nos connoissances modernes. à Paris 1790. 4 max.

Quibus addas miscellaneas obseruationes in auctor. vet. vol. II. tom. I. pag. 1 sqq. \*) et *Lucam Holstenum*, in notis ad *Stephanum* de urbibus.

#### V. Strabonis scripta deperdita.

Strabo alios ante scripserat libros, quam geographicum opus condendum adgressus est, de historia tractantes, quos intercidisse dolemus. Quorum ipse mentionem facit, haec sunt:

n) De hisce scholiis *Almelouenius* in praefat. ita: Foret profecto egregium ornamentum, si comparari posset *Cyriacus Anconitanus Scholiastes Graecus Strabonis*, qui tempore *Frederici III.* in Strabonem videtur Graeca Scholia conscripisse, quibus vsus est *Lucas Langermannus*, Ictus Hamburgensis, uti colligi potest ex *Reineſii* Inscriptionum syntagmate p. 223 et 368. [Conf. *Villoſi*. prolegg. ad *Homerum* etc. p. XXXII. not.]  
o) Suas in Strabonem notas memorat *Cornelius Bonauentura Bertramus*, cap. III. lucubratio-

Ἰπομνή-  
num *Frankenthalens.* *Philippus* quoque *Cluuerius* III. cap. 40. Germaniae antiquae, notas in Strabonem pollicetur; et cap. 49. adfert verba *Casauboni* in epistola ad ipsum scripta *Cluuerium*, hortantis ad hoc opus suscipiendum. Verum nec *Bertrami* nec *Cluuerii* notae lucem viderunt, nec *Roderici*, Collegii regalis praefecti, quem *Cantabrigiae* novam huius scriptoris editionem molitum esse fama fuit. *Lucas Holsteni* notae in Strabonem haecenus anecdotae adseruantur in bibliotheca Barberina.

Ἑπομνήματα ἱστορικὰ nominat lib. I. (13.) ad librum eorum sextum prouocat XI. 784. B. (515.) quo ex loco patet, Polybii historias hoc in opere suppletas et continuatas fuisse; id quod etiam Suidas voce Πολυβίος innuit: ἐγράψε δὲ αὐτὸ καὶ Στραβὸν Ἀμασσεὺς τὰ μετὰ Πολυβίον ἐν βιβλίῳ μν. Citat quoque Strabonis ἑπομνήματα ἱστορικὰ Plutarchus in Lucullo pag. 511. edit. Francof. eademque videtur respicere in Sylla pag. 468. Iosephus quoque XIV. cap. 8. Strabonem inter scriptores rerum Pompeii magni gestarum refert, vt optime, de hoc loco commentans monet Montacutius in Apparatu ad Origines ecclesiasticas pag. 147.

De rebus Alexandri, et vt videtur in singulari opere se exposuisse, ipse declarat II. 121. (70.) SIEBENKEES.

VI. Fuere item alii Strabones in veterum scriptis memorati, vt 1) C. Fannius Strabo, Consul, anno V. C. 592. a quo lex sumtuaria Fannia nomen accepit et quo Consule rhetores ac philosophi Roma sunt pulsi, teste Gellio XV. 1. 2) Strabo, Siculus, quem per 135000. passuum quod abesset vidisse referunt Cicero, Varro, Strabo ipse noster, Plinius ac Solinus. Confer Brodaecum VIII. 1. Misc. et Petauium VII. 10. diss. ad Vranolog. 3) Cn. Pompeius Strabo, Magni Pompeii pater. Plutarch. in Pompeii vita et de sera vindicta Numinis. 4) Strabo, tragicus latinus, cuius meminit Marius Victorinus pag. 2456. Grammaticae. Strabo qui et sesquiculus (leg. sesquiculus) dictus est, primus de Tecnesa scripsit tragoediam suam et in scena pronunciarum iussit. 5) Seius Strabo praetorianarum cohortium sub Augusto praefectus, pater Seiani. Hunc puto intelligi a Macrobio II. Saturnal. cum refert, Augustum Straboni, in adulationem Caesaris male existimanti de pernicacia Catonis, dixisse: quisquis praesentem statum ciuitatis commutari non volet, et ciuis et vir bonus est. 6) Acilius Strabo, praetor, abfolutus a Nerone. Tacit. XIV. 18. annal. 7) Aemilianus Strabo, vir consularis, quem laudat Apuleius in floridis. 8) Theodoricus Strabo, Ostrogothorum dux, cuius meminit Paulus Diaconus lib. XVI. 9) Strabo siue Strabus, Gallus, Hortuli auctor, Pseudo-Macro laudatus in poemate de herbis. De eo Thom. Bartholinus lib. de Medicis Poetis pag. 117 sq. 10) Walafridus Strabo, monachus, Fuldenfis postea Decanus S. Galli ac denique Abbas Augiae diuitis a. Chr. 849. defunctus, de quo Vossius II. 33. Hist. lat. et Caueus Hist. litterar. ad a. 842. etc. Dicti primum Strabi siue Strabones a specie deprauata oculorum, quod hi illis essent distorti, siue σφειβλοί. Meminit Plinius VII. 12. et XI. 37.

Strabo pro Geographorum Principe in epitaphio Seb. Münsteri:

Germanus Esdras hic Straboque conditur. [P]

VII. Index Scriptorum et virorum, ingenio ac doctrina illustrium, a Strabone laudatorum.

Acusilaus, Argiuis, 472.

Aeschinem, Atheniensem, eiusque matrem perstringit Demosthenes, 417.

Adeimantus, Lampiacenus, 589.

Adelphius, 523. nisi leg. Dalius, cum Ca-  
faubono.

Aeschines, Milesius, rhetor, ob dicacitatem in  
Pompeium Magnum exsul mortuus, 635.

Aeschylus,

p) Ad paginas edit. Paris. quas Almeloueniana in margine, vt dixi, annotauit. Sed indicem hunc in vtraque frustra quaeres.

- Aeschylus, 43. 182. 258. 300. 341. 387. 393.  
447. 470. 728.  
ἐν Ἰκέτισιν ἢ Δαναΐσι, 221.  
Μυρμιδόνει, 616.  
Νιόβῃ, 580.  
Pontio Glauco, 447.  
Prometheo, 183. 299. Prometheo solu-  
to, 33.
- Agatharchides, 779. Cnidius, Peripateticus,  
Hillocicus, 656.
- Alcaeus, 37. 411. 412. 600. 610. 617. 661. In-  
fra in *Callias*.
- Alcmaeonidis auctor, 452.
- Alcman, 43. 299. 340. 446. 460. 482. 580.
- Alexander M. Homeri studiosus, eius διόρ-  
θωσις Ὀμηρικὴ ἐκ νάξου, 594.
- Alexander, 768. Aetolus, 566. 681.
- Alexander, rhetor, Lychnus cognomine,  
patria Ephesus, 642. eius historia et  
ἐπι astronom. et geograph. *ibid.*
- Alexander Philalethes, 580.
- Amphiaræus, vates, 399. 404. 642. 762.
- Anacreon, 151. 633. 638. 661. Teius, 644.
- Anaxagoras, Clazomenius, physicus, 645.
- Anaxarchi διόρθωσις Ὀμήρου ποιήσεως, 594.
- Anaxicrates, 768.
- Anaximander, Milesius, Thaletis discip. 1.  
635. primus πίνακα γεωγραφικὸν ἐκδι-  
δῆς, 7.
- Anaximenes, rhetor, 589. Lampfacenus,  
635. a.
- Anaximenes, Milesius, Anaxagoræ præce-  
ptor, 635. c. 645.
- Andro, 392. 456. 475. 476.
- Andronicus, Rhodius, Peripateticus, 655.
- Androsthenes, Thasius, 766.
- Anniceris, Cyrenaicae sectae emendator et  
auctor sectae Anniceriae, 837.
- Anticlides, 221.
- Antigenides, Alcaei, poetae, frater, 617.
- Antimachus, 345. 364. 387. 409. 588. [P]
- Antiochus, 242. 252. 255. 257. 262. 264. 265.  
278. 759.
- ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας, 254.
- Antiochus, philosophus, Ascalonites, 759.
- Antipater, 757. Tarsensis, Stoicus, 674.
- Antiphanes, 102. εὖ πολὺ ἀπολείπεται ταῦ-  
τα τῶν Πυθίων καὶ Εὐμήρου καὶ Ἀντι-  
φάνους ψευσμάτων. Vide infra, *Ber-  
gaeus*.
- Apellicon, Teius, 644. Φιλόβιβλος μάλ-  
λον ἢ Φιλόσοφος libros Aristotelis ac  
Theophrasti magna pecunia redemit a  
Neleo Scepsio, et lacunis passim male  
suppletis inemendate descriptos edidit.  
Eius Bibliotheca captis Athenis venit in  
Syllae potestatem, 609.
- Apollodorus, 43. 44. 45. 61. 303. 328. 338.  
339. 368. 370. 460. 464. 474. 514. 553.  
555. Grammaticus, 661. nauium catalo-  
go, 31. 254. 298. 405. 677. 678. 680.
- Apollodorus, rhetor, ὁ τὰς τέχνας συγ-  
γράφας, 625. auctor sectae Apollodo-  
reae, Augustum instituit, et praeceptor  
fuit Dionysii, Attici, idem.
- Apollodorus, Adramyttenus, 525. nisi leg.  
Ἀρταμιτινός.
- Apollodori, Artemitae, Παρθιά, 118. 509.  
519. 685. Grammaticus, 661.
- Apollonides, 309. 523. 528.
- Apollonius, Adramyttenus, 516.  
Citicius, medicus, 683.
- Cronus, Cyrenaeus, 837.  
Malacus, 661.  
Mys Erythraeus, 645.  
Molon, 651. 661.
- Argonauticorum scriptor, Alexandrinus  
fuit, sed dictus est Rhodius, 655.
- Stoicus, patria Nysaeus, Panaetii audito-  
rum optimus, 650.
- Tyrius, qui non diu ante Strabonem edidit  
πίνακα τῶν ἀπὸ Ζήνωνος Φιλοσόφων  
καὶ τῶν βιβλίων, 757.
- Aratus, 3. 103. 346. 387. 478. 484. 486. 672.
- Arcefilus, 15. Academicus, 614.
- Archdamus, Tarsensis, Stoicus, 674.
- Archelaus,

- Archelaus, physicus, 645.  
 Archemachus, Euboënsis, 465.  
 Archilochus, 370. 457. 487. 549. 647. Calli-  
 no iunior, 648.  
 Archimedes, 55.  
*περὶ τῶν ὀχρμένων*, 54.  
 Archytas, Tarentinus, 280.  
 Arete, Cyrenaica, 837.  
 Aristarchus, Homeri enarrator, 30. 31. 33.  
 103. 609. 650. praeceptor Menecratis,  
 Nysaei, 650.  
 Aristeus, Proconnesius, 21. Homeri praecep-  
 tor, 639. auctor Arimaspeorum car-  
 minum, 589.  
 Aristippus, Cyrenaicus, Socraticus, 837. eius  
 nepos *μητροδίδακτος*; idem. [P]  
 Aristo, 15. Ceus Iuletes, peripateticus, Bio-  
 nis Borysthenitae discipulus, 486. eius  
 liber de Nilo, 790.  
 Aristo, Cous, Cei auditor et heres, 658.  
 Aristobulus, 509. 518. 671. 691. 694. 695. 707.  
 730. 766. 824. eius locus de Sophistis  
 Taxilensibus, Brachmanis, 714.  
 Aristocles, Rhodius, grammaticus, Strabonis  
 aequalis, 655.  
 Aristodemus, Nysaeus, Menecratis F. gram-  
 maticus, quem decrepitum audiuit Stra-  
 bo, 650.  
 Aristodemus, prioris consobrini, qui Pom-  
 peium magnum docuit, 650.  
 Aristonicus, grammaticus, Strabonis aequa-  
 lis, *ἐν τοῖς περὶ τῆς Μενελάου πλά-  
 νης*, 38.  
 Aristoteles, 29. 94. 104. 150. 182. 299. 345.  
 373. 374. 380. 445. 447. 598. 695. 703.  
 790.  
*αἱ Ἀριστοτέλους πολιτεῖαι*, 321.  
*περὶ ἀνέμων*, 29.  
 Scriptorum eius fatum, 608.  
 discipuli, 618.  
 Aristus, historicus, Salaminius, 682. 730.  
 Artemidorus, Theopompi F. Cnidius, 656.  
 Artemidorus, Tarsensis, grammaticus, 675.  
 Artemidorus (Ephesius), 137. 138. 148. 157.  
 159. 164. 170. 172. 183. 198. 224. 245. 261.  
 267. 284. 285. 335. 368. 459. 460. 474.  
 485. 622. 640. 642. 663. 665. 670. 675.  
 760. 769. 774. 775. 776. 801. 803. 804.  
 825. 829. 830.  
 Asclepiades, Myrleanus, 166. *ἐν τῇ Τερδι-  
 τανία παιδεύσας τὰ Γραμματικά καὶ  
 περιήγησίν τινα τῶν ἔθνων ἐκδεδωκώς  
 τῶν ταύτη*, 157.  
 Asclepiades, Prusienfis, medicus, 566.  
 Asiatici rhetores, 614. 660. Stylus Asiati-  
 cus, 648.  
 Asinius, 193. Pollionem intellige.  
 Asius, poeta, 265.  
 Athenaeus, Seleuciensis, Peripateticus, sub  
 Augusto clarus, 670.  
 Athenodorus, 6. 55. 173. philosophus, Stra-  
 bonis amicus, 779.  
 Athenodori duo, Tarsenses, Stoici, vnus Cor-  
 dylio nomine, qui in Catonis contuber-  
 nio obiit, alter Sandonis F. Cananita,  
 Caesaris praeceptor, 674. 675.  
 Augusti imp. diuisio Galliae in quatuor par-  
 tes, 177.  
 Bacchylides, Ceus, Iuletes, Simonidis conso-  
 brinus, 486. 616.  
 Batho, Sinopenfis, *Περσικῶν* scriptor, 546.  
 Bergaeus (Antiphanes), 47. 100. 104.  
 Bias, Prienaicus, 636.  
 Bio, astrologus, 29.  
 Bio, Borysthenites, 15. 486.  
 Boëthus, Sidonius, *ὁ συμπιλοσοφῆσας τῶ  
 Στραύβανι τὰ Ἀριστοτέλεια*, 757.  
 Boëthus, Tarsensis, malus poeta et ciuis,  
 tempore M. Antonii, 674. [P]  
 Cadmus, 18. *λύσαντες τὸ μέτρον τ' ἄλλα  
 δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγρα-  
 ψάν ὁ περὶ Κάδμου καὶ Φερεκύδην καὶ  
 Ἐκατάμην*.  
 Caecilius, historicus, ὁ τῶν Ῥωμαίων συγ-  
 γραφεὺς, 230.

*Au. Orbis descriptio* exstat quoque in *Hudsoni* edit. geogr. veteris scriptorum graec. min. cum *Prisciani* periegesi latina, vol. IV. tum inter Opp. et fragmenta veterum poetarum etc. a Mich. *Maittario* collecta, Londin. 1713. fol. vol. II. pag. 1325 sqq. — in *collectione Pisaurensi* omnium poematum — latinorum, tom. IV. Pisauri 1766. 4. pag. 166. — inter Poetas lat. minores a *Wernsdorfo* editos, vol. V. part. II. quae est plenissima optimaque editio. — Separatim cum notis Schraderi, Nic. Heinsii, Casp. Barthii, Cl. Salmasii aliorumque: impensis et curis *H. Friesemannii*, qui hic illic sua addidit. Amstelod. 1786. 8.

*Editiones Prisciani Latinae.*

Quibus textus graecus est additus, eae in catalogo editionum Dionysii indicabuntur. Editt. *Prisciani* ac *Dionysii* rariores refert *Clement.* in biblioth. curieusae etc. tom. VII. pag. 413 — 416.

*Prisciani interpretatio ex Dionysio de orbis situ:* in antiquissima Operum *Prisciani* editione *Romana* fol. f. l. et a. et typographi nota, (typis *Vdalt.* Han. circa a. 1471. notante *Audiffred.* in catal. edit. rom. saec. XV. pag. 394.) — tum in editione, quam *Wernsdorf.* primam habuit, *Veneta* a. 1475. continuata a. 1476. in fine: *Impressum Venetiis impensis Iohannis de Colonia sociique eius Iohannis mather de Gherritzem. a. domini MCCCCLXXVI.* fol. — Probabiliter *Prisciani interpret. ex Dionysio* etc. fuit quoque in antiquioribus editionibus *Prisciani* Opp. *Venet.* f. n. typographi, (forte *Vindelini*) 1470. fol. et f. l. ac typogr. nota (*Venet.* ap. *Vindelin.*) 1472. fol. vid. *Bibl. Smithian.* *Venet.* 1755. 4. pag. 389. *Freitag.* adp. III. pag. 75.

In *Prisciani* Operibus *Venet.* 1481. fol. vid. *Goetzii* memor. *bibl. Dresd.* I. p. 453 sq. ubi plures cdd. indicantur.

*Pomponii Mellae Cosmographi Geographia. Prisciani Caesariensis interpretatio ex Dionysio de orbis situ.* In calce: *Erhardus ratdolt. Augustensis impressit Venetiis* — a. 1482. 4.

*Prisciani interpr. de situ orbis;* inter *Prisciani* Opp. ex recognitione et emendatione *Benedicti Broguolli,* *Veronensis,* impressit *Hannibal Foxius Parmensis* et socii, cum epistola *Cypriani Cornelii,* *Parmensis.* *Venetis* M. CCCC. LXXXV. (1485) fol. vid. *Denis* Mem. *bibl. Garcil.* pag. 115. et *Appendicem* librorum impress. saec. XV. ad *Io. Bernad. Mittarelli* *bibl. codd. msst. monasterii S. Michaelis Venet.* pag. 384. et ex hoc *Denis* in *supplem.* ad *Maittair.* *Annal.* I. pag. 204. — tum *ibidem* typis *Georgii Aeriabeni,* *Mantuanii,* 1488 fol. — et *ibidem,* corrigente *Bernad. Palolo,* per *Philippum Pincium,* *Mantuanum,* 1495. fol. — cum *Mela,* sine vila nota. — vid. *Mittarellum* l. c. pag. 384 et 385.

*Dionysij Alexandrini philosophi de situ orbis Translatio per Priscianum (Priscianum) grammaticum.* In calce: *Impressum Vienne a Ioanne Winterburg. Emendatum autem a L. (lectore) Io. Cuspiniano* etc. circa 1493 — 1494. 4.

Vid. *Denis* *supplem.* part. II. pag. 553.

*Cosmographia Dionysii Tholosanicus de situ terrae habitabilis per Priscianum e graeco in latinum traducta.* *Impressa Coloniae prope conuentum praedicatorum* a. 1499. fol.

In *Prisciani* editionibus *Veneta* per Philippum Pincium, 1500. fol. et *Mediotanensi* per M. Leonh. Pachel. 1511. fol. de quibus copiose disserit *Freitag.* in adpar. litt. III. p. 73 sqq.

*Dionysii Afri de situ orbis: sive Geographia, Prisciano aut Fannio Rhemnio interprete liber unus. Io. Camertis in eundem commentariolum. Ad calcem: Viennae Pannoniae, in aedibus Hieron. Vietoris et Io. Singrenii etc. 1512. 4.*

Vid. *Wernsdorf.* l. c. 230 et 243. Male in catalogo biblioth. Thuanae citatur haec edit. Viennae 1512. cum notis *Camerarii:* (forsan, quia in catal. msto ab auctore primum exaratum fuit *Camer.* vnde alius, qui catalogum pararat praelo, fecit *Camerarii,*) quem tamen errorem repetierunt *Morhof.* *Fabricius* et alii. vid. *Georg. Lixel.* in historia postar. graecorum Germaniae, pag. 44. et *Clement.* Bibl. curieuse etc. tom. VII. pag. 415. not. 14.

*Rhemnio Fannio* male tribui illam interpretationem, iam adnotatum est. Enimvero non solum in *Camertis* editione is dubie nominatur, sed disertius quoque in aliis: sic in *Pinelli* catal. tom. I. p. 356. nr. 2138. citatur: *Dionysii de situ orbis latine, interprete Rhemnio Fannio Palaemone, ex recensione Pomponii (Laeti).* Absque ulla nota. saec. XV. 4. — *ibid.* pag. 354. in edit. Ferrar. graece cum versione *Rhemnii Fannii Palaemonis.* (vbi in titulo clare dicitur, carmen latinum falso haftenus *Prisciano* adtributum,) 1512. 4. etc. Atqui *Grh. Io. Vossius* de poet. lat. cap. V. pag. 65. arbitratur, verius illos censere, qui *Rhemnium Fannium* auctorem esse statuunt. conf. quoque testimonia et iudicia V. D. de *Prisciano* eiusque *periegese,* quae *Wernsdorf.* collegit l. c. pag. 253 sqq. *Morhof.* Polyh. liter. lib. VII. cap. 2. sect. 21. p. m. 1053 sq.

*Pomponius Mela, Iulius Solinus, Vibius Sequester, P. Victor, Dionysius Afer de situ orbis, Prisciano interprete.* Venetiis apud Aldum 1518. 8. Multos haec editio habet versus institutos. — Editio *Lipsiensis* cum scholiis *Petri Mosellani* a. 1518. dubia est. — *Florentinam* quoque *Wernsdorfius* se non vidisse testatur: at *Baudinius* in annalibus Iuntar. typographiae tom. II. pag. 136. non modo indicavit eam, sed etiam *Antonii Francini Varchiensis* epist. nuncupatoriam ad *Petrum Victorium,* in qua is se multa *Melae* loca e codice vet. castigasse atque emendasse declaravit, typis repetendam curavit. Inscriptio haec est:

*Pomponius Mela, Iulius Solinus, Itinerarium Antonini Aug. Vibius Sequester, P. Victor de regionibus urbis Romae, Dionysius Afer de situ orbis, Prisciano interprete, Florentiae per heredes Phil. Iuntae. 1519. 8. Ex Aldina edit. maximam partem fluxisse videtur editio. — In alia Prisciani Opp. edit. ibid. 1525. 4. deest Dionysius de situ orbis etc. vid. Goetz. mem. bibl. Dresd. I. pag. 455.*

*Dionysii sive Libyos, sive Hibernasii, de geographia elegantissimus libellus a Prisciano vel, (vt aliis placet,) a Fannio Rhemnio e graeco versus. in sine: Impressum Ingolstadtii per V. V. M. Andr. Lutzen. 1519. 4. — lat. per Priscianum 1521. 16. in catal. bibl. Barber. I. pag. 346.*

*Dionysius de situ orbis a Rhemnio Fannio latinitate donatus: a Christophoro Torchillo Morfano ad exemplar graecum diligenter castigatus, et cum memorabilium rerum et celebrium locorum nominibus in marginibus illustratus. Coloniae apud Euchar. Cernicorum. 1538. 8.*

Hanc editionem *Fabricius* inter edit. graeco-latinas retulerat: at *graecum* *Dionysium* non habet: atque *Wernsdorf.* V. part. I. pag. 230 et 244 sq. adfirmat, *Torchillum* sequutum esse



esse Aldinum exemplar, adeoque et versus spurios et interpolationes habere, quaedam tamen hinc inde castigasse, ac nonnullas Camertis emendationes suscepisse videri.

Antonini itiner. Vibius Sequester — Victor de regionibus urbis Romae. *Dionysius Afer de situ orbis, Prisciano interprete.* Lugduni ap. hered. Sim. Vincentii. (1550. 8.)

*Dionysius Afer de orbis situ, Prisciano interprete,* (cum praefat. Henr. Brucaei.) Rostochii, excusa per Jac. Lucium. 1578. 4. Hanc editionem expressam esse ex Antwerpensi Papii, adnotat Wernsdorf. pag. 246.

Denique *Prisciani* interpretatio est inter epigrammata et poemata vetera a *Pithoeo* edita, Parisi. 1590. pag. 363. — Lugduni a. 1596. pag. 496. — inter *Hudsoni* Geograph. minores vol. IV. — inter Opp. et fragmenta veterum poetarum a *Mich. Maittaire* collecta, vol. II. pag. 1632. — in collectione *Pisavaensi* omnium poematum — latinorum, tom. IV. pag. 243. — inter poetas latinos minor. a *Wernsdorfio* editos, tom. V. part. I. pag. 262 sqq.

*Dionysii periegesin* quoque verterunt Antonius Becharia, Abel. Matthaeus, Bernhardus Bertrandus, Henr. Stephanus, et metrica Andr. Papius: quorum postremorum versiones, quoniam adhaerent graecis ipsorum editionibus, eos h. l. omittam, et reliquorum memorabo labores atque editiones, de quibus iudicium tulit Wernsdorf. l. c. p. 234 sq. *Camertis* versio profana, quam memorat Fabricius, non exstat: confusa forsitan cum eius commentario.

*Dionysii Periegetae de situ orbis poema, e greco carmine in latinam prosam traductum per Antonium Bechariam.* Venetiis per Bernardum pictorem et Erhardum Ratdolt cum Petro Roslein de Langenzen eorum correctore et socio. Venetiis 1477. 4. (Bure bibliogr. instruct. nr. 4176. pag. 19 sq. in Pinelli catal. tom. I. pag. 356) — ibidem per Franciscum Renner de Haibrun. 1478. 4. (vid. *Crenemae* catal. tom. V. pag. 6 sq. edit. 4.) — ibidem per Christoph. de Pensis dictum Mandello 1498 fol. de quibus tribus edit. multus est *Festus* in catal. codicum. saec. XV. impressorum, in bibl. Magliabechiana, Flor. 1793. fol. pag. 623 sq. — tom. Parisiis cum nomine et insignibus *Jean. Petit*, in fronte: per Georg. Wolf et Thielmannum Kerver, 1499. 4. (*Maittaire* A. T. IV. pag. 685. qui in nota, aliud exemplar illi per omnia simillimum se vidisse, testatur, quod tamen in fronte habet apud signum *Uli auri*, et in fine, sine anni nota, pro *Ioanne Paruo*, omissis *Wolf* et *Kerver* nominibus;) — ibid. 1501. 4. et Basileae apud Henr. Petrum 1534. (al. 1533.) 4. conf. *Clement. Bibl. etc.* tom. VII. pag. 413 sqq.

*Abel. Matthaeus*, Carnotensis Ictus, *Dionysii periegesi carmine versae Eustathii commentarios*, latine a se translato, adiunxit. Parisi. 1556. 4. ad Cardinalem Carolum Lotharingum. — sine a. nota: in bibl. Thottiana. IV. pag. 105.

Versionem latinam commentariorum Eustathii, a *Vincentio Marinerio* Valentino, bibl. regiae Escorialensi praefecto, factam, adhuc in scriptis latere, tradunt Nic. Antonius in bibl. Hispana et Iriart. circa finem catal. codd. graec. in bibl. Matrit. — Quando Fabricius et alii e Simlero referunt, *Dionys. de situ orbis ex Sim. Lemnii* versione latina metrica, heroicis versibus edit. Venet. 1543. quaerendum cuidam fuit visum an non manus operarum aut ipsius Simleri a vero aberraverit, et *Rhemnii* nomen fuerit reponendum; at est in *Menckenii* cat. et *Maittaire* in indice A. T. pag. 344. eam memorat, addito nomine Sim. Lemnii et typographi Bartholomaei ac Francisci.

*Editiones graecae secundum temporis ordinem.*

*Dionysii de situ orbis*, gr. et lat. ex versi ne Rhemii Fannii Palaemonis, cum castigationibus, Coelii Calcagnini adnotatione super Anchiale et Rhemiani carminis pensitatione. Ferrariae, apud Ioan. Maciochum Bondenum 1512. 4. Editio haec, admodum rara, fuit in bibl. Pinelli, vide catalog. I. pag. 354. et in bibl. Auriuill. cat. sect. I. pag. 103. nr. 1195. adde *Maittaire* A. T. II. pag. 240. in primis V. part. I. siue indic. pag. 344. ubi plena est inscriptio.

*Dionysius de situ orbis* cum Pindaro, Callimacho et Lycophrone. graece. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri, mense Ian. 1513. 8.

*Maittaire* A. T. II. pag. 248. recudi fecit Aldi epist. nuncupat. ad Andr. Navigerium. — Num *Dion.* cum Chrysolorae erotem. apud Aldum 1512 lucem viderit, equidem cum Rewickio (catalog. pag. 52.) nescio, et vero dubito: sicut in serie dell' ediz. Ald. vbi pag. 31. illa Chrysolorae editio memoratur, nulla sit Dionysii perieg. mentio.

*Dionysii Afri de situ orbis opus studiosis necessarium, graece scriptum. Idem in latinatatem a Rhemio Grammatico translatum, falso hactenus Prisciano adscriptum. In idem Coelii Calcagnini annotatiunculae, ex libris eiusdem excerptae.* Basileae apud Val. Curionem. 1522. 8. Breuem praefationem praemisit *Valens Curio.*

*Dionys. cum Arato* etc. gr. et lat. cum notis *Ceporini*, Basil. 1523. 1534. Colon. 1543. Basil. 1547. 1561. 1585. Antwerp. 1554. (al. 1533.) 8. vide supra in hoc vol. cap. de Arato pag. 99 — 101. — Edit. *Cantabr.* Dionysii etc. graec. 1533. 8. memoravit Fabricius.

*Dion. de situ orbis graece. cum graecis Eustathii commentariis, ex bibl. regia. ex officina Roberti Stephani regis typis.* Lutetiae. 1547. 4. vna cum variis lectionibus. Exemplar huius accuratae editionis cum emendationibus mssis Xylandri et M. Sladi fuit in biblioth. P. Francii.

*Dionysii Periegesis, graece, cum variarum lectionum adnotatione. et latine, Rhemio Fannio grammatico interprete.* Paris. apud Guil. Morel. 1536. 4. et 1559. 4. *Maittaire* III. pag. 684 et 715. — Separatim est versio latina versibus exposita. ibid. apud G. Morel. 1536. 4.

*Dionysii orbis descriptio, graece et lat. ad verbum, ut conferri a studiosis possit.* Basil. 1556. 8. vid. *Askew* catalog. pag. 60. — Num haec diversa sit ab edit. Basileensi, *Dion.* gr. et lat. interprete *Bernhardo Bertrando*, qui similiter Dionysii poema et *Eustathii* comment. latine vertit, Basil. 1556. 8. apud Io. Oporin. alii decernent.

Novam instituit recensionem, patris tamen sui, ut ipse in fine ait, editione levatus; at lectiones quoque interdum audacius mutavit *Henr. Stephanus*, qui *Dion.* periegesin graece dedit emendatam, additis in margine lectionibus, inter Poetas principes heroici carminis, Paris. 1566. fol. tom. II. pag. 360 sqq. — Eum sequutus *Lesius* in Corpore poet. graec. Geneu. 1606. fol.

*Dionysii de situ orbis liber, interprete Andrea Papiro, Gandensi. Cui subiungitur Prisciani Periegesis et Dionysio, ex emendatione Andreae Papii, cum eiusdem notis ad eam: et Musaei Hero et Leander, interprete eodem.* Antwerpiae, ex officina Christoph. Plantin. 1575. 8. — Papius, tum vix duodeciginti annos natus, Dionysium haud infelici labore reddidit

dit versibus, et V. L. notasque calci adiecit criticas: praeter ea Prisciani interpretationem ad tres codd. msstos Caroli Langii, Gemblacensem et Buslidianum duasque Venetas editiones recensitam adiunxit.

Paullo post H. Stephanus de Dionysio iterum egregie meruit in collectione, hodie haud adeo frequenti:

*Dionysii Alex. et Pomponii Melae situs orbis descriptio.* Aethici Cosmographia. C. I. Solini polyhistor. In *Dionysii poematum commentarii Eustethii. Interpretatio eiusdem poemati ad verbum, ab Henr. Stephano scripta: nec non annotationes eius in idem et quorundam aliorum etc.* Excudeb. Henr. Stephanus. a. M. D. LXXVII. (1577.) 4.

Editionem patris sui fecit fundum: contulit tamen edd. Aldinam, Ceporini Basileensem, a. 1523. Morellii atque Papii, suam inde recensionem formavit, suo ingenio adiutus, lectiones illarum excerptas et quas pater Robertus enotarat e libris ser. modo in margine contextus, modo in adnotationibus, maximam partem criticis, interdum geographicis, protulit; hi quae inferuit potiores Ceporini Papiique notas. Pro patre suo pag. 141 sq. quaedam contra Papium modeste et grauiter scripsit. — In catal. bibl. Graeuianae pag. 208. memoratur exemplar, *consultatum cum cod. msto, in quo aliquot versus inediti reperiuntur.* — Prisciani metaphrasis, quam Wernsdorf. l. c. pag. 246. additam esse scribit, saltem in meo exemplo, nusquam deprehendi: neque illius sit mentio in titulo libri, neque in praefatione epistolaque.

*Dionysii orbis ambitus*, graece. Paris. apud Prevosteau. 1603. 8.

A Pinello et Harwood. vocatur *bella et rara editio.*

*Dion.* cum notis *Antonii Bassoli*, e soc. Iesu, gr. et lat. Mussiponti. 1620. 3. e Fabricio. — *Dionysii periegesis*, gr. Paris. apud Io. Libert. 1631. 4. Maitt. A. T. III. pag. 336. *Dion.* de situ orbis, graece. Lugduni, 1633. 4. in bibl. Pinelli I. pag. 355. et Askew. pag. 49. in cuius catal. pag. 60. duae edit. graecae *Eton.* s. a. notantur.

*Διονυσίου* — *Dionysii orbis descriptio; commentario critico et geographico, in quo controuersae sicut pleraeque, quae in veteri geographia occurrunt, explicantur et obscura plurima elucidantur, ac tabulis illustrata, a Guiljelm. Hill, A. M. collegii Merton in acad. Oxoniensi elin socio, iam vero Gymnasarcha Dublinensi. Textui etiam subiungitur figurarum, (grammaticarum) quae apud Dionysium occurrunt, cum dialecticis et aliis grammaticis minutis, systema, in usum tironum; ut non modo philologis et geographiae studiosis verum et scholis inferuiatur, in quibus geographia vetus, historiae lux, una cum poesi graeca ex hoc fonte imbibi poterit.* Londini, typis M. Clark. impensis I. Martyn. 1679. 8.

Haec est satis longa editionis, quam habeo, inscriptio, ex qua consilium editoris clare adparet: margini textus graeci adpositae sunt lectiones variae potiores, a Roberto Steph. collectae, aut Hilli opiniones. Aditae Stephani versioni in margine quoque adiecit emendationes. Huic editioni Hill. additurus erat Eustathii commentarium, si libelli quodam re sua futurum censuisset. Sed plures Hilli exstant editiones, a Fabricio iam memoratae, et in Pinelli aliorumque catalogis obuiaae; quae, quoniam do. distant, equidem dicere n. queo. Antiquior igitur est Londini 1657. (ap. Fabricium, sed in bibl. Bodliana et Pinelli catal. a. 1658.) et cum *Eustathii* commentario, notis Steph. Morellii, Ceporini Papiique, Londini 1688. 8. — *Dion.* gr. Londini. 1668. 8. ap. Fabric. — gr. et lat. Londini. 1679. 8.

*Dion.* cum versione H. Stephani et notis atque A. Papii metaphrasi, et T. Fabri animaduersionibus. Salmur. 1676. 8.

*Dion. orbis descriptio*, cum veterum scholiis et *Eustathii* commentariis. Accedit *Periegesis Prisciani* cum notis *Andree Papii*. Oxoniae, e theatro Sheldon. 1697. 8.

Cum versione H. Stephani, (ex cuius editione a. 1577. illa est recusa,) singulis paginis vna cum *glossis interlinearibus graecis* ac *paraphrasi graeca* anonymi scholiastae substrata, *Eustathii*que commentario cum breuibus notis et quinque tabulis geographicis de nouo factis ac Dionysio et Eustathio adcommo- datis. In hac praeclara editione, (vt Fabricius ait,) quam studiosi debere se norint V. Cl. (nomen enim ipse suum distululauit,) *Eduardo Thwaites*, collegii Reginae socio, occurrunt praeter ea variae lectiones ex editionibus Stephano- rum et codd. Bodlei. Etonens. et Cantabrig. atque ex interpret. priscis Dionysii diligenter col- lectae, tum editoris breues ad Dionysium notae siue castigationes; metaphrasis item Prisciani ex A. Papii editione cum eiusdem notis, supplementum lacunae in commentariis Eustathii, quod ex cod. msto bibl. Claramontanae descripserat Holstenius, ac denique indicem editio- num Dionysii, vocabulorum omnium, quae in Dionysio reperiuntur, et scriptorum, quos Eustathius in commentariis suis citat. Huius anni editionis exemplaria interdum addita sunt, vt exemplo in bibl. Noribergensi, et in bibl. Pinell. posteriori, I. pag. 357. nr. 2143. loco quarti voluminis, Hudsoni scriptoribus gr. minoribus geographiae veteris. Atque Hud- sonus primum adiunxerat illam tamquam particulam totius operis: sed postea mutauit con- silium, et quartum volumen auctum iterata editione euulgauit, vt ipse testatur in praefatio- ne. vide descriptionem illius ad annum 1710.

*Διονυσίῳ* — *Dionysii orbis terrae descriptio, systemate figurarum et troporum, quae in ea eminent, indice item vocum rerumque rariorum et notabiliorum ac nominum propriorum omnium, et notis denique, quibus versionis lectionisque mutatae aut mutandae ratio redditur, dubia quaedam explicantur, obscura illustrantur, aucta in usum Gymnasi Ratisbon.* — edita a *Georgio Henrico Vrsino, Gymn. eiusdem Rectore et Prof. publ.* (Ratisbon.) 1705. 8.

In constituendo textu graeco H. Stephanum, in systemate figurarum Hillum maxime sequitur, ita tamen, vt suo etiam iudicio vtatur. Et index et notae ad intelligenda verba resque geographicas sunt admodum vtilis: ipsum poetam Vrsinus interdum refutat; saepius tamen Hillum, quem alias haud spreuit ducemque delegit. In praefatione de aetate et pa- tria Dionysii disserit.

*Τῆς πάλαι καὶ τῆς νῦν οἰκισμένης περιήγησις siue Dionysii geographia emendata et locu- pletata, additione scil. geographiae hodiernae graeco carmine pariter donatae, cum 16. tabulis geographicis.* Ab *Ed. Wells, A. M. aedis Christi alumn.* Oxon. e theatro Sheldon. 1704. 8.

Non est Dionysiani carminis recensio nouaque editio; sed Dionysii periegesiu fecit ille tantum basin, ita, vt illam ex suo ingenio ad faciem hodiernae geographicae disciplinae digereret, emendaret, in XXXVI. distribueret capita, multaque mutaret, amputaret, et quae ad recentiora pertinerent tempora, Dionysii rationem genusque dicendi imitaturus, suo quaeque loco infereret adiiceretque. Graecum textum, qui constat 1459. versibus, (genuinum Dionysii carmen 1187. versibus constat,) excipiunt notae geographicae; et has interpretatio latina. Haec noua geographiae antiquae et recentioris forma mire placuisse videtur

videtur Wellſii popularibus: recuſus enim liber eſt Oxon. 1705. 8. 1709. 8. Londini 1726. 8. et gr. Londini 1761. 8. vid. Pinelli catal. I. pag. 355 ſq.

*Dionyſii orbis deſcriptio* (græce et lat.) cum commentar. *Euſtathii, archiep. Theſſalonic.* Oxoniae e theatro Sheldon. 1710. 8. ſine vlla præfat. Exemplo huius edit. adſcribi feci lectio. var. cod. Bavar.

*Dion.* ab Andr. Papio, gr. et lat. accedit *Ariſtophanis Plutus* gr. cura *Sigeberti Haver-*  
*campi.* Lugd. Bat. 1736. 8.

Inter *Hudſoni* geographos minores locum vltimum, inſcriptum:

*Geographiæ veteris ſcriptores græci minores, cum diſſertatione in Dionyſum, annota-*  
*tionibus etc. vol. IV.* Oxoniae e theatro Sheldoniano 1712. 8.

*Dionyſii periegeſis* obtinet. Neque tamen omnibus illorum geographorum exemplari-  
bus adhaeret noua hæc Hudſoni editio. Atque ipſe Hudſon in præf. ad I. volumen ait, ſe  
decreuiſſe, opus in tria volumina partiri. Hinc multa reperiuntur exemplaria, quibus loco  
quarti voluminis addita eſt editio Dionyſii a. 1697. vid. ad illum annum notata et Morellum  
V. C. ad Pinelli catal. I. pag. 356 ſq. in primis *Bure Bibliogr. inſtructive, Hiſtoire*, tom. I.  
nr. 4176. pag. 11—19. vbi is contenta quatuor voluminum exponit, et de diuerſitate exem-  
plarum quarti vol. curate agit. Idem tamen tradit, volumen illud quartum, a. 1712. ſigna-  
tum, nouo tantum titulo in fronte inſtructum et nihil aliud eſſe, ac editionem Dionyſii  
Periegetæ a. 1710. etiam a cenſore in *A. Erud.* a. 1712. pag. 536. memoratam, huius ſen-  
tentia:

*Dionyſii orbis deſcriptio, cum Euſtathii commentariis et anonymi paraphraſi græca:*  
*accedunt antiquæ verſiones Prifiani et R. Feſti Auieni.* Oxon. 1710. — Idem Bury notat,  
eamdem editionem illo titulo ornatam et recuſam eſſe Oxonii 1717. 8. atque hoc anno no-  
tatam editionem *Dion. periegeſeos, nouiſſimam et locupletiffimam* indicauit *Hamberger* in zu-  
verläſſ. Nachr. I. pag. 591. atque in kurzen Nachricht. I. p. 238. add. *Crevenna* Cat. tom. V.  
pag. 5. Hudſon. in præf. ad vol. IV. non ſatis clare explicuit mentem ſuam remque ipſam.  
Sibi, (narrat,) vti Holſtenio, placuiſſe, vt Dionyſii orbis deſcriptio ſeorſim prodiret, ita  
tamen, vt ſibi liceret Dionyſium vel ſeparatim a reliquis in lucem emittere; vel iisdem,  
tamquam particulam totius operis adiungere, nec ab initio de Dionyſio edendo cogitaſſe;  
ſed, quum a Godefr. Chriſtiano Goetzio, bibliothecæ Lipſienſi præfecto, Holſtenii notas  
ad Dionyſium et Euſtathium, et ab Abbate Bignonio paraphraſin gr. locupletioſam, ſcholia-  
que græca in Dionyſium inedita accepiffet, viſum ſibi eſſe, nouam parare editionem. Huic  
igitur addidit illa, ex ſcholiis tamen ea tantum, quæ ad geographiam aliquid conferrent,  
aliaque ex anonymi libello excerpta: *Nicephorum autem Gregoram* in Dionyſium, quia id  
ſolum præſtitiffet, vt periegeta carminis vinculis liberaretur, eiusque ex oratione bona  
ligata fieret ſoluta, non bona, bibliothecarum latebris recondi in æternum reliquit. Verum,  
quæ in genuina iterataque editione contineantur, paucis perſequemur. 1) *Henr. Dodwelli* o)  
docta diſſertatio de ætate et patria Dionyſii, Periegetæ. 2) *Dionyſii orbis deſcr.* gr. et lat.  
cum

o) Huius operam et diſſ. non omnino probat *St. Croix* in memoire ſ. notitia nouæ editionis, infra  
laudanda.

cum *Eustathii* commentario, per singulas paginas poetae subiecto. 3) *Rufi Festi Aueni* descriptio orbis terrae, cum breuibus notis criticis. 4) *Periegesis Prisciiani* cum not. criticis. 5) *Aueni* ora maritima, cum not. crit. 6) Anonymi paraphrasis, integrior, quam *Twaite* fuis publicarat, 7) *Parecholae* e quibusdam scholiis gr. in *Dion.* ineditis. 8) Excerpta gr. geographica inedita. 9) Fragmentum gr. ex *Constantino Porphyrogenito* et 10) fragmenta de urbium et regionum nominibus, in alia mutatis, ex notis *Leonis Allatii* ad *Georgium Acropolitam* p. 244. et ex is, quae subiiciuntur *Codino* pag. 404. edit. *Parif.* aliaque apospasmata geographica, vel inedita haecenus vel emendatius edita, graece, cum notis. 11) *V. L.* et adnotationes in *Dionysii* *periegesin*, interspersis *Lucae Holstenii* notis, antehac ineditis, et ad versionem. 12) *V. L.* emendationes et notae ad *Eustathium*. 13) coniecturae et emendatt. ad *Aueni* *periegesin* atque oram maritimam. 14) Indices. — *Conf. Acta* *crudit. Lips.* a. 1712. mens. Dec. pag. 532 sqq. ubi praecipue in compendium redacta est *Dodwelli* dissertatio.

*Eustathii commentarius in Dionysium Periegetam, latine, ex interpretatione Alexandri Politii.* Coloniae Allobrogum 1741. 8. vol. II. vid. *Pinelli* catal. tom. III. nr. 6291. p. 110. — *Idem Politus* edidit observationes criticas in *Dionys.* Romae 1742. vide *de Sainte-Croix* in *Memoire* siue notitia futurae edit. geographor. min. veterum, nr. 9. ubi de *Dionysii* *periegesi* *Eustathii*que commentario et lacuna in eo paullo copiosius disserit. — Loca quaedam in *Eustathii* comment. acute emendat illustratque *Tan. Faber* in epistolis criticis, parte I. (*Salmuri* 1674. 4.) epist. 9. pag. 33 sqq. et epist. 21. pag. 70 sqq. in epist. 20. pag. 67 sq. corrigit locum *Dionysii* in epist. 14. pag. 49 sqq. refutat *Eustathii* de *Euripo* narrationem. *Harl.*

#### *Versio Gallica.*

*Carmine gallico* donauit *Benignus Salmastus.* *Parif.* 1597. 12. Hoc politissimum disertissimumque vocat filius *Claudius Salmastus* praefat. ad *Tertullianum* de pallio. [¶] [*conf. Clement.* l. m. pag. 416. not. *Italica Saluini* adhuc in scriptis latet. *Versio anglica* per *Th. Twine.* London. 1572. 8. *Harl.*]

#### *Editiones promissae.*

- 1) *Claudii Salmastii.*
- 2) *Lucae Holstenii.* *Lambec.* tom. I. de biblioth. *Vindob.* pag. 114.
- 3) *Nicolai Lloydii.* *Confer* eius praefat. ad *Dictionar. Historico Geograph. Poeticum Caroli Stephani* locupletatum.

IV. Dicitur et alia scripserit hic *Dionysius*, quae omnia intercidere. *Eustathius*: Διονύσιος δὲ Λίβυς μὲν ἰσραεῖται τὸ γένος, συγγράψαι δὲ καὶ ἄλλα βιβλία λέγεται, Λιθιακά τε, καὶ Ὀρειθιακά καὶ Βασσαρικά (meminit *Suid.* in *Διονύσ. Κερύνθιος*) ἐκρίθησαν ἴδια Διονυσίε τὰ λιθιακά διὰ τὴν τῷ χαρακτήρι ομοιότητα. τὰ δὲ Βασσαρικά (*Stephano Byz.* simpliciter vice laudat) διὰ τὴν τραχύτητα ἐκ ἄξια τῶν κρηθέντων εἰς τὸν Σάμιον ἀνηχέθησαν Διονύσιον. Τὰ δὲ Ὀρειθιακά εἰς ἄλλον τινὰ Φιλαδελφίαν Διονύσιον, ἐν δὲ λέξεως ἀκυρολογίαν ἐπεκάλεον διάκενον.

[Excerpta ex *Dionysii Byzantii* *anaplo Bospori Thracici*, latine seruata a *Petro Gylilio* dedit *Hudson* in III. vol. *minor. geograph. graecor.* vid. *infra* in catal. edit. §. VII. *Harl.*]

V. Index Scriptorum ab Eustathio ad Dionysium citatorum:

ex editione Oxoniensi a. 1697-8. P)

Asteriscus notat epistolam Commentariis praemissam, numerus versusum Dionysii.

|   |  |   |
|---|--|---|
| Ἀθήναιος  | 479. 1134.   | 362. 364. 369. 373. 378. 409. 414. 419.       |
| Ἀθηνοδώρος  | 215.   | 423. 431. 437. 451. 453. 457. 458. 467.       |
| Διλιανός  | 39. 492. 1134  | 476. 479. 498. 513. 525. 533. 546. 558.       |
| — ἐν τοῖς περὶ προνοίας   | 453.   | 566. 596. 609. 647. 663. 680. 689. 692.       |
| [Aelius Dionysius ἐν τοῖς περὶ ἀττικῶν λέξεων. ad vf. 912. pag. 161.] |  | 695. 730. 759. 766. 767. 772. 783. 787.       |
| Δισχύλος  | 31. 69. 92. 414. 739. 767. 791. 1181   | 805. 815. 820. 828. 830. 837. 847. 852.       |
| Ἀλέξανδρος *  |  | 855. 857. 859. 867. 874. 918. 936. 970.       |
| Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος  | 558  | 988. 990. 992. 1017. 1073. 1082. 1086.        |
| Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Λύχνος   | 591  | 1095. 1096. 1134. 1139. 1140. 1141. 1153.     |
| Ἀλλκίαιος   | 306  | 1166  |
| Ἀμασεύς Γεωγράφος (Στράβων) *   | 7  | Γράψας τὰ ἔθνικὰ (Στέφανος Βυζάντιος)         |
| Ἀναξίμανδρος *  |  | 11. 38. 66. 78. 260. 305. 310. 513. 530. 625. |
| Ἀπολλοδώρος   | 384  | 694. 787. 815. 916. 927. 954                  |
| Ἀπολλώνιος  | 321. 384. 803. 1134  | Δαβὶδ   |
| — ἐν Ἀργοναυτικοῖς  | 1134   | 666   |
| — ὁ ποιητής   | 32   | Δαμασκηνὸς ὁ γράψας τὸ θεῶμα Σωσάνδης         |
| Ἀρατος *  | 288  | 976   |
| Ἀρίστανδρος   | 747  | Δημοκρίτος *                                  |
| Ἀριστοτέλης   | 76. 226. 262. 298. 373. 557. 867. 939. 976   | Δικαίαιαρχος                                  |
| — ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου   | 1140   | 767   |
| [Aristophanes, vid. Κωμικός. Harl.]                                   |  | Διόδωρος                                      |
| Ἀρξίανος  | 14. 66. 140. 222. 270. 322. 378. 391. 44. 451. 453. 498. 511. 517. 525. 530. 548. 558. 647. 669. 767. 772. 775. 783. 791. 793. 803. 805. 809. 828. 847. 861. 867. 874. 939. 976. 1005. 1086. 1088. 1096. 1139. 1143. 1153. | 375. 467. 689. 772. 791                       |
| — ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου   | 976. 1097 [P]  | Διονύσιος Σάμιος *                            |
| Ἀρχίας  | 498  | Διονύσιος Φιλαδελφεύς *                       |
| Ἀρχίλοχος   | 533. 767   | Δίων  |
| Γεωγράφος (Στράβων) *   | 7. 11. 38. 64. 88. 140. 144. 195. 198. 218. 226. 254. 258. 288. 298. 304. 306. 321. 322. 357. 358.   | 209. 350                                      |
|   |  | Δῆρις   |
|   |  | Ἐθνικὰ (Στεφάνος Βυζάντιος)                   |
|   |  | Ἐθνικῶν ἀναγραφεὺς                            |
|   |  | Ἐθνικῶν καταγραφὴ                             |
|   |  | Ἐκαταῖος *                                    |
|   |  | Ἐπιγραμμα                                     |
|   |  | Ἐπιμενίδης ὁ ποιήσας δι' ἐπῶν καθαρμῶς        |
|   |  | Ἐρατοσθένης *                                 |
|   |  | Ἐρμείας ὁ Πλατανικός                          |
|   |  | Ἐρμογένης *                                   |
|   |  | Εὐδοξος *                                     |
|   |  | Εὐριπίδης                                     |
|   |  | — ἐν Ἴωνι                                     |
|   |  | Ggg g 2                                       |
|   |  | Εὐριπίδης                                     |

p) Hudson volumine IV. etiam subiecit indicem auctorum in commentariis Eustathii; at pagi-

nis illius editionis accommodatum. Ex illo quaedam suppleui, versu Dionysii laudato. Harl.

|   |           |  |
|---|-----------|--|
| Εὐριπίδης ἐν Ῥήσῳ                                 | 270       | Λυκόφρων 76. 92. 157. 218. 248. 259. 270. 306.   |
| — ἐν Περσίδῳ                                      | 1134      | 327. 347. 414. 423. 444. 457. 467. 483.          |
| Εὐφορίων  | 558       | 508. 511. 524. 525. 530. 536. 620. 692. 767.     |
| Ἐφορες  | 523       | 809. 854. 1017. 1143                             |
| Ἡρόδοτος 1. 7. 14. 31. 41. 48. 66. 140. 144. 147. |           | Νικίας   |
| 163. 175. 180. 185. 211. 213. 217. 218. 222.      |           | Ξενοφῶν 242. 322. 766. 772. 787. 976             |
| 226. 232. 242. 260. 252. 267. 270. 298.           |           | — ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς                             |
| 304. 305. 309. 310. 311. 322. 323. 347. 364.      |           | Ὅμηρος * 1. 64. 75. 88. 117. 135. 140. 144. 185. |
| 378. 398. 409. 414. 419. 423. 431. 437. 511.      |           | 239. 260. 270. 321. 358. 369. 373. 378.          |
| 513. 517. 520. 525. 533. 538. 561. 566. 581.      |           | 409. 444. 461. 467. 473. 483. 520. 524.          |
| 620. 653. 669. 689. 694. 721. 739. 749.           |           | 525. 530. 533. 560. 599. 620. 638. 680.          |
| 752. 764. 772. 784. 793. 809. 823. 830.           |           | 707. 739. 749. 767. 809. 830. 857. 867.          |
| 854. 857. 874. 916. 933. 939. 976. 988.           |           | 927. 994. 1017. 1031. 1153. 1166                 |
| 1005. 1056. 1069. 1073. 1097. 1107. 1143.         |           | — ὁ ποιητής 38. 66. 112. 135. 157. 347.          |
| 1153  |           | 378. 419. 451. 467. 483. 492. 533. 581.          |
| Ἡρώδιανός   | 215. 566  | 769. 809. 994. 1010. 1097. 1107                  |
| — ἐν τῇ καθόλου προσφθιά                          | 457. 504. | — ἐν Ἰλιάδι 135. 248. 527. 919. 1107             |
| 533. 1140   |           | — ἐν Ὀδυσσεΐᾳ 144. 205. 428. 458. 492.           |
| — ἐν τῷ περὶ παθῶν                                | 859       | 498. 425. 647. 680. 739                          |
| Ἡσίοδος * 498. 638. 666. 707. 927. 1181           |           | — Ἀ τῆς Ὀδυσσεΐας 66. 179                        |
| Θαλῆς *   |           | — Ω τῆς Ὀδυσσεΐας 492                            |
| Θαυμάζων (ὁ Ἡρόδοτος)                             | 248       | — τὰ εἰς τὸν Ὅμηρον (Εὐσαδικὴ παρ-               |
| Θεῶα γραφή  | 195       | εκβολαί) 994                                     |
| Θεοδέκτης   | 855       | — τὰ εἰς τὴν Ἰλιάδα 302                          |
| Θεόκριτος 121. 232. 350. 511. 805. 823. 956.      |           | — τὰ εἰς τὴν Ὀδυσσεΐαν 66. 112. 163.             |
| 1005. 1055. 1134                                  |           | 180. 259. 420. 431. 461. 479. 591. 725           |
| Ἰβλιανός  | 976       | Ὅππιανός   |
| — ἐν τινὶ τῶν αὐτῆ λόγων                          | 301       | — ἐν ἀλιευτικοῖς 370. 272. 803                   |
| Ἰππάρχος  | 473 [P]   | — ἐν ἀλιευτικοῖς 538. 1055                       |
| Ἰππίας  | 270       | Ὄρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας                  |
| Ἰσορία ἱερά                                       | 322       | 1  |
| [Istius v. 513. pag. 96.]                         |           | Ουράνιος 38                                      |
| Καλλίμαχος  | 414       | Παρθένιος ὁ τὰς μεταμορφώσεις γράψαι λε-         |
| Καμικός (Ἀριστοφάνης) 374. 520. 530. 764.         |           | γόμενος 420                                      |
| 809. 1056   |           | Παυσανίας in lexico attico 525                   |
| — ἐν Βατραχίοις                                   | 337       | Πίνδαρος * 1. 64. 66. 144. 172. 211. 213. 403.   |
| — ἐν ὄρνισι                                       | 347       | 409. 426. 467. 508. 511. 530. 805. 809.          |
| — ἐν Λυσιστράτῃ                                   | 525       | 820. 1181  |
| Καμωδία (Ἀριστοφάνης)                             | 525       | — ὁ γλυκὺς λυρικός *                             |
| Λεξικὸν Λατινικόν                                 | 384       | — ἡ Θηβαία λυρὰ *                                |
| Λιβάνιος  | 39. 815   | Πλάτων *   |
| Λεκιανός *  |           | Πλέταρχος 285. 775                               |
| Λέπερκος  | 492       | Ποιητὴς τις 476                                  |
|   |           | Πολύβιος 187. 321                                |
|   |           | Πορφύριος 939                                    |
|   |           | Ποσειδώνιος                                      |



|   |                             |     |   |                             |               |
|---|-----------------------------|-----|---|-----------------------------|---------------|
| Ποσειδάωνιος  | -                           | 1   | Σιβύλλα   | -                           | 467           |
| Πτολεμαῖος  | 48. 298. 568. 591. 718. 721 |     | Σιμοκάτου οἰκουμένη ἰστορία                           | -                           | 730           |
| [Rhianus poeta 114. p. 75. vbi in textu Ἀρξικωνός, ex cuius carm. versus citatur: sed in V. L. emendatur ῥίανος. Atque Ταμαq. Faber in epist. critic. lib. I. ep. 21. pag. 72. iam illum sustulit errorem, atque obseivauit, in Graecorum praecipue commentariis Arrianum saepe confundi cum Rhiano, siue, vt ille scribit, Riano. Hart.] |                             |     | Σοφοκλῆς  | -                           | 145. 148. 419 |
| Ῥήτωρ (Ἡλιοδώρος)   | -                           | 180 | [Stephanus Byzant. vid. Γράψας τὰ Ἐθνικά, et Ἐθνικά.] |                             |               |
| Σέσωπρις ὁ Αἰγύπτιος *  |                             |     | [Strabo: vid. Γέωγραφοs.]                             |                             |               |
|   |                             |     | Στρατόνικος   | -                           | 593           |
|   |                             |     | Σωφρόνιος   | -                           | 384           |
|   |                             |     | Τιμόθεος ὁ κισθαρωδὸς                                 | -                           | 520           |
|   |                             |     | Φίλων   | -                           | 752           |
|   |                             |     | Φακυλίδης   | -                           | 530           |
|   |                             |     | Χάραξ   | -                           | 687. 689      |
|   |                             |     | Χρησμος   | 473. 525. 591. 803. 867 [P] |               |

## Auctores citati in Supplemento Eustathii.

|   |   |               |          |   |                    |
|---|---|---------------|----------|---|--------------------|
| Ἰλῖος Διενύσιος ἐν τοῖς περὶ Ἀττικῶν λέξεων |   |               | Ἡρόδοτος | - | 904. 907. 911. 912 |
|   |   | 912           | Ὅμηρος   | - | 916                |
| Ἀρξικωνός                                   | - | 907           | Ὀππιανός | - | 916                |
| Γεωγράφου                                   | - | 899. 907. 911 |          |   |                    |

## Auctores citati a Paraphraste.

|                          |   |     |                                   |   |               |
|--------------------------|---|-----|-----------------------------------|---|---------------|
| Εὐκλείδης                | - | 175 | Ὅμηρος                            | - | 67. 113       |
| Ἡσίοδος                  | - | 672 | — ὁ ποιητής                       | - | 442. 540. 872 |
| Καλλιμάχος               | - | 464 | Πτολεμαῖος                        | - | 718           |
| Μάριον                   | - | 113 | Χάραξ, qui corrupte vocatur Γάραξ | - | 687           |
| Μένανδρος ὁ Βορυσθενίτης | - | 311 |                                   |   |               |

[Addam indicem auctorum citatorum a Paraphraste etc. ex Hudsoni vol. III.]

|   |        |         |   |   |         |
|---|--------|---------|---|---|---------|
| Abron ἐν τοῖς Παρανόμοις                    | -      | pag. 41 | Dionysius                               | - | pag. 41 |
| Apollo, Stoicus                             | -      | 40      | — Cyzicenus                             | - | 37      |
| Apollodorus ἐν τῇ περὶ γῆς β'.              | -      | 40      | Euclides                                | - | 6       |
| Apollonius philos.                          | -      | 40      | Euphorion                               | - | 34. 36  |
| Apollonius, grammaticus, ἐν τοῖς παρανόμοις | -      | 41      | Heliodorus ἐν ἰ. Αἰθιοπικῶν             | - | 39      |
| Aristarchus                                 | -      | 41      | Herodorus ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν κατ' Ἡρακλέα | - | 40      |
| Aristophanes ἐν Τριφάλητι                   | -      | 41      | Herodotus                               | - | 35      |
| Artemidorus ἐν β' τῶν γεωγραφεμένων         | 40. 41 |         | Hesiodus                                | - | 20      |
| Athenaeus ἐν δειπνοσοφιστῶν β'.             | -      | 41      | Hierax, grammaticus                     | - | 40      |
| Callimachus                                 | -      | 34. 38  | Homerus                                 | - | 35. 37  |
| Charax                                      | -      | 37      | Isidorus, grammaticus                   | - | 40      |
| — ἐν ἰ. Χρονικῶν                            | -      | 41      | Lycander, philosophus                   | - | 40      |
| — ἐν Ἑλληνικῶν γ'.                          | -      | 41      | Lycon, philosophus                      | - | 40      |
| Dardanus, philosophus                       | -      | 40      | Marcianus ἐν περιπλῶ Ἰβηρίας            | - | 44      |

|                          |         |                                   |         |
|--------------------------|---------|-----------------------------------|---------|
| Menander Borysthenites   | pag. 10 | Porphyrus                         | pag. 37 |
| Menander ἐν Ἀσπίδι       | 41      | Ptolemaeus                        | 21      |
| Parthenius ἐν Λευκαδίαις | 40      | Quadratus ἐν Ῥωμαϊκῆς Χιλιάδος ἐ. | 41]     |
| — ἐν ταῖς Μεταμορφώσεσι  | 30      |                                   |         |

VI. Iam ceteros deinceps Geographos graecos paucis persequar, quorum alii antiquiores etiam Dionysio sunt, alios plerosque aetate ille antecessit. Antiquior <sup>9)</sup> est SCYLAX, Caryandensis, e Caryandis Cariae oppido, quem Darius Hystaspis <sup>10)</sup> misit ad Indum fluuium et oras maritimas lustrandas, ex quo itinere tricesimo mense reuertit, vt auctor est *Herodotus* IV. 44. [pag. 300. edit. Westeling. qui contra *Dodwellum* quaedam notat.]. Condidit hinc *Περίπλουν*, quem eidem inscripsit Dario, vt *Aelii Dionysii* testimonio <sup>11)</sup> constat. Mentionem eius facit *Aristoteles* VII. 14. Politic. et in *Cianorum* politia apud scholiasten *Apollonii Rhodii* lib. I. ad vs. 1177. atque varia ex eo fabulosa legas apud *Phil. Stratum* III. 14. Vitae *Apollonii*, et *Io. Tzetzam* Chiliade VII. hist. 144. Huic Scylaci malo tribuere [P] PERIPLVM, qui hodie exstat, quam vel cum viris doctis <sup>12)</sup> comminisci sine veterum suffragio *Scylacem* alterum, *Caryandensem*, qui priore sit iunior, sed ante *Alexandri M.* tempora sub *Dario Notho* vixerit: vel cum *Suida*, cuius sententiam sequitur *Dodwellus* <sup>13)</sup> referre hunc librum ad *Scylacem* tertium, *Polybii* aequalem. En *Suidae* verba: Σκύλαξ Καρυαίδεὺς, (πόλις δὲ ἐστὶ τῆς Καρίας πλησίον Ἀλικαρνασσῶ τὰ Καρύανδα.) Μαθηματικὸς καὶ Μουσικὸς ἔγραψε περίπλουν τῶν ἐκτὸς τῆ Ἡρακλέους σπηλῶν, τὰ κατὰ Ἡρακλείδην τὸν Μυλασσῶν

9) Antiquiores etiam sunt *Hanno*, de cuius Periplo dixi lib. I. cap. 6. et *Dicaearchus*, de cuius ἀναγραφῇ ἐλλάδος vide si placet lib. III. cap. 8. [vol. III. pag. 487. De *Scylace* vid. *Relandi* *Palaeft.* lib. III. cap. 7. pag. 431.]

10) *Darius Hystaspis* obiit Olymp. LXXIII. 4. ante *Christum*, natum 485.

11) *Graecus* auctor incertus, cuius testimonium periplo *Scylacis* praefigitur, non dubitans, hunc ipsum, quem habemus, *Scylacis* libellum esse eundem antiquissimi illius scriptoris, *Dario* illum dicatum ab auctore suo refert: Ἀλλῆλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησὶν, ὅτι Δαρῶν προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόνησιμα. *Darium* II. *Vossius* *Nothum* intelligit; sed videtur *Aelius Dionysius* de eodem potius cogitasse *Dario*, a quo *Scylacem* ablegatum *Herodotus* narrat. Atqui ille fuit *Darius Hystaspis F. Notho* antiquior. Edito quidem periplo nulla eiusmodi προσφώνησις ad *Darium* praefigitur, quae sane potuit temporum iniuria perire atque amitti.

12) Ita *Vossius* pater lib. I. de Hist. Graecis cap. 19. et *Is. Vossius* ad *Melan* I. 16. pag. 393. ita ibid. II. 3. pag. 446. vbi eum vocat *Pseudo-Scylacem*, et pag. 448. atque in praefat. ad *Scylacem*. Meminit enim *nofter*, inquit, σκελῶν μακρῶν τῆ Πα-

ραείας, quod tamen *Themistoclis* opus: Meminit et *Amphipoleos*, quam condidit *Brasidas*, quam antea ἐνία ἔδοι dicebantur. *Cleostrati* quoque *Astrologi Tenedii* et *Callistrati*, rhetoris, *Atheniensis*, mentionem facit, quos diu post illum *Hystaspidem* floruisse certissimum. Ex his quaedam sunt, vt *Cleostrati* mentio, quae non male congruunt scriptori temporum *Darii Hystaspis*: nam *Cleostrati* *Oetaeridem* primam, qui serius computant, ab *Olympiade* LXI. repetunt, alii ab Olymp. LIX. *Themistocles* paucis post *Hystaspidem* obiit annis. *Callistratus*, *Atheniensis*, *Dati* conditor, antiquior videtur et diuersus a *Rhetore*, de quo *Plutarchus* de vita *Demosth.* Denique *Amphipolin* a *Brasida* demum hoc nomen accepisse aegre mihi persuadeo, et contrarium innuit *Diodorus Sic.* XII. 68. Quid? quod idem *Vossius* *Epitomen* tantum *Scylacis* nos habere affirmat, in qua multa legantur contra sententiam *Scylacis*, in quibus epitomator errauerit. Mirum igitur, ad hunc non retulisse potius, si quae offendit vir doctus, manifesta recentiorum *Darii Hystaspidis* aetate temporum testimonia.

13) *H. Dodwellus* in diss. de *Periplo Scylacis* aetate, tom. I. *Geographor. graec. minor.* Io. *Hudsoni*.

λασσῶν βασιλείᾳ, Γῆς περίοδον <sup>v)</sup>, Ἀντιγραφήν <sup>w)</sup> πρὸς τὴν Πολυβίᾳ ἰσορίαν. Valde vereor, ne Suidas, in distinguendis homonymis scriptoribus minime adcuratus, confuderit Scylacem antiquum, Caryandensem, cum Scylace, Halicarnassico, mathematico, de quo Cicero II. de diuinat. cap. 42. *Scylax Halicarnassicus familiaris Panaetii, excellens in astrologia, idemque in regenda sua ciuitate princeps, totum hoc Chaldaicum praedicendi genus reliquit.* Certe veteres, vt Strabo, vnicum norunt Geographum Scylacem, Herodoteum illum, quem propterea παλαιὸν συγγραφέα vocat idem Strabo XIV. pag. 658. scriptor graecus incertus, cuius testimonium edito periplot praefigitur, [P] ἀρχαιότατον ἄνδρα, *Stephanus Byz.* in Καρύανδα, παλαιὸν λογογράφον. Iam certo constat, periplus, quem hodie habemus, lectum eidem Straboni: nam in hoc Troadis initium ab Abydo deducitur, quod a Scylace fieri ille notauit XIII. pag. 583. Idem quoque lectus a Marciano Heracleota, Auieno in orae maritimae descriptione, aliisque. Quid igitur? num Suidae plus fidei, quam Straboni habebimus? aut credemus, scriptorem Polybii aequalem Tyrum βασιλεῶν ἡσῶν adpellaturum, aut Thebas τῆχος, aut memoraturum Olynthum, aut <sup>x)</sup> Lyfima-chium et Antiochiam Syriae itemque Thessalonicam, et in Aegyptiacae orae descriptione Alexandriam praetermissurum? Non sane. Relinquatur igitur per me antiquissimo illi Herodoteo Scylaci, quem vnum veteres nouerunt, periplus iste, qui non plaue integer, ne dicam parum, (etiam post virorum doctissimorum curas,) emendatus <sup>y)</sup>, ad nos peruenit. In hoc ab Herculis columnis in Hispania facto initio ultra quas ipsas Carthaginensium emporia, (qualia etiam ante primum bellum Punicum habuisse ex Polybii lib. I. cap. 10. iam obseruarunt viri docti.) commemorat, vniuersas deinceps Europae et Africae oras persequitur, ad columnas Herculis in Africa denique subsistens. Narrat etiam diaphragmata, siue vias, quibus e Graecia in Asiam vel ex Asia in Graeciam commode liceat traicere. *Fabric.*

## E P I M E T R O N.

Secundum Saxium in Onom. litt. I. pag. 29. floruit Scylax, Caryandensis, geographus, circ. a. m. 3497. Olymp. LXVIII. 1. ante Chr. N. 506. V. C. 246. Fabricii de aetate Scylacis sententiam amplexi sunt atque ornarunt Hagerus atque de Sainte-Croix. Prior scripserat progr. de Scylace, geographo antiquissimo illiusque periplot, Chemnit. 1765. 4. quod postea in compendium quasi redactum et tamen interdum locupletatum germanice vertit in Palaestra geographica, (Geographischer Bücheraal) vol. I. Chemnit. 1765. 8. p. 560 sqq. Is igitur loca Herodoti, Ciceronis, Suidae, et reliqua, a Fabricio iam laudata et ab Hudsono collecta, positaque ante Scylacis periplus in illius editione minorum geograph. graecorum,

v) Ex hac Scylacis Periodo siue descriptione orbis terrarum Dodwellus §. 3. hausisse existimat Strabonem, quod lib. XII. pag. 566. e Scylace tradit, circa lacum Afcanium habitasse Phrygas et Myfos. Sed et in periplot Scylacis, qui mutilus ad nos peruenit, loca mediterranea quandoque perstringuntur. Itaque poterat illa Strabo petere e loco periplot, qui in nostris codicibus desideratur.

w) Vide, si placet, quae de hac ἀντιγραφῇ notauit lib. III. cap. 28. §. 6. [in h. vol. pag. 330.]

x) Iac. Gronouius praefat. ad Geographica antiqua.

y) Rich. Bentley Apologia diss. de epistolis Phalaridis pag. 327. *Scylax one of the most corrupted books in the World.*

corum, paulo vberius recitat, errorem Suidae ostendit, refutatque Dodwelli opinionem atque argumenta, Fabriciique rationes pro Scylace Herodoteo copiosius explicat. Denique editiones et peripli Scylacis argumenta s. contenta persequitur. Posterior autem n. de *Sainte-Croix* Fabricii sententiam tuetur et amplificat in *Histoire de l'acad. — des Inscr.* vol. 42. Paris. 1786. dedit quoque obseruationes geographicas et chronologicas in Scylacem. Idem pag. 328. n. pag. 374. n. ostendit, multos in textu errores esse ab interpolatoribus profectos; atque pag. 373. nec non in *Examen des Hist. d'Alexandre* pag. 272. et in *Mem. s. notitia de noua Geographorum editione*, (de qua in fine huius capituli copiosior ero,) nr. 2. obseruat probatque, plures textus errores ignorantiae ac festinationi librariorum, qui vocabula et integras *phrases* transposuissent, originem debere. — *Holstenius* in epistola ad Peirescium de Scylace caussaque corrupti textus et remediis illius emendandi tam intelligenter disseruit, vt particulam epistolae, a *Sainte-Croix* in notitia etc. nr. 2. not. b. repetitam, huc transferre haud dubitarem. „Auctor, (Scylax,) ait, ipso Herodoto antiquior. Errant enim, qui sub ipso Dario Codomanno vixisse arbitrantur: quae Vossii opinio est libro de historicis graecis. Nimis temere est sequutus ea in re Iosephi Scaligeri fidem, qui id in fronte libri sui adnotarat, quem olim ab ipso Vossio Lugduni Batauorum vtendum habui. Meminit enim eius Herodotus libro IV. et ipsum opusculum aperte auctoris aetatem testatur. Inter omnes illos minores geographos nullus exstat hoc corruptior. Sed bona fide tibi committo, quid maxime mihi ad persanandum felicissime, paucis locis exceptis, profuerit: obseruaui crebro legendo et errorum similitudine, quum Oxonii hunc auctorem tractarem, vitia omnia orta fuisse ex litterarum maiuscularum confusione. Vnde deprehendi, librum scriptum fuisse caractere antiquissimo litteris capitalibus, sed fugientibus et vetustate exesis. Ita A Δ Λ et E C, O ⊙ item A I Φ N aliosque caracteres minimum in modum confusos obseruaui. Itaque quotiescumque mihi aqua haerebat, locum ita depingebam, et dein in varias figuras litterarum vicinitate et coniunctione vel diuisione transformabam, donec veram scripturam nullo negotio erueram. Profuit etiam omnium locorum Herodoti et Hellanici, in primis vero Hecataei, quae apud Stephanum exstant. Adeo enim conueniunt, vt non dubitem, quin alter alterum κατὰ πρόδω transcripserit. Haecenus *Holstenius*.“ Vossius in praefat. ad suam edit. censet, Periplus Scylacis esse *ἐπιτομήν* et compendium maioris operis; multa enim hic legi, quae plane sint contra sententiam Scylacis, in quibus epitomator errauerit. *Harl.* Copiose de Scylace nuper disputauit Cl. *Conr. Mannert* Geogr. der Griechen und Römer part. I. pag. 64—72. qui enim discernit ab illo quem Herod. memorat, ineunte bello Peloponn. floruisse, et periplus e variis variorum narrationibus diligenter compositum esse censet. De illo cuius opera Darius vsus est, vid. *Robertson* über die Kenntnisse der Alten von Indien pag. 13 sq. et *Cel. Heeren* de Graecorum de India notitia, *Commentatt. Soc. Gött.* tom. X. pag. 101 sq.]

VII. [Codd. mssti pauci exstant. Ex codice *Palatino* edidit Scylacem Hoefchelius. vide Sylburg. caral. MSS. gr. nr. 142. In bibl. Bodleiana codex esse traditur. — In biblioth. *Parisiensi* sunt quidem tres codices, nr. XXXIX. MDCIII. et MMMLIV. qui continent geographica quaedam et fragmenta; at incertorum auctorum: atque *Sainte-Croix* testatur, se in illa nullum reperisse Scylacem. In bibl. *Augustana* Vindel. *Artemidori* geogr. epit. *Scylax*, *Isidorus Charac. Diacarch.* et Periplus Paphlag. — In biblioth. *Vindob.* (teste Kollarario in Supplem.

Supplem. I. ad Lambecii comment. pag. 527.) cod. LXXXIV. nr. 4. est incerti auctoris schol. de duodecim ventis, et fragmentum s. excerptum hydrographicum navigationis per pontum Euxinum a Bosporo Thracio vsque ad Bosporum Cimmerium, vid. supra in notit. codd. Dionysii Periegetae. — In bibl. quadam incerta cuius catal. dedit Lamius in deliciis eruditorum, Florent. 1743. 8. pag. 8. cod. III. bis praebet *Agath. geographiam. Harl.*]

Primus graece edidit Scylacem *David Hoefchelius* vna cum Marciano Heracleota, Artemidoro Ephesio, Dicaearcho Messenio et Isidoro Characeno: Augustae Vindel. 1600. 8. <sup>2)</sup> additis breuibus notis siue castigationibus. Edidit autem ex codice Palatino, in quo hunc reperit titulum: *Σκύλακος τῆς Καρυανδέας περίπλος τῆς οἰκουμενης Εὐρώπης καὶ Ἀσίας καὶ Λιβύης, καὶ ὅσα καὶ ὁποῖα ἔδυν ἑκατα ἕξης καὶ χῶραι καὶ λιμένες καὶ ποταμοί, καὶ ὅσα μὴ τῶν πλῶν καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ <sup>α)</sup> αἱ οἰκουμένη καὶ ὅτι ἐκάστη κῆται τῆς ἐπέξε.* — Postea lucem vidit graece et latine cum tralatione et notis eruditis atque calligationibus *Isaaci Vossii*, tum vix vnum et viginti <sup>bb)</sup> nati annos, Amstelod. 1639. 4. subiuncto Anonymi periplo Maeotidis Paludis et Ponti Euxini, quem a Salmasio acceperat <sup>cc)</sup>, cui etiam librum dicauit <sup>dd)</sup>. *Ita enim par erat, inquit, ut [P] primitiue inuentae nostrae primo, si pateris, virorum cederent.* — Loca quaedam Scylacis ab eo tempore illustrauit, ne Phil. Cluuerum, Meursium, Bochartum, Hollstenium, Salmasium aliosque paucos, qui hoc obiter in scriptis suis fecerunt, iam memorem, *Iacobus Palmerius* Grentesmenilius in Exercitationibus ad optimos auctores graecos Lugd. Bat. 1648. 4. pag. 268 — 282. et sparsim in Graecia antiqua. De hoc Isaacus Vossius ad Catullum pag. 257. *Multus est in hoc Scylacis loco vir doctus Iacobus Palmerius, ubi excutit obseruatiunculas, quas pueri olim edidimus, sed ut hoc, ita quoque ceteris in locis feliciter instituire potuisset censuram.* — Ab eo tempore *Iacobus Gronouius* edidit geographica antiqua Lugd. Bat. 1697. 4. in quibus Scylax Vossii, Palmerii et Gronouii ipsius notis illustratus et emendatus praemittitur Anonymi Periplo, Agathemeri Hypotyposi geographiae et expositioni mundi a Iacobo Gothofredo editae.

[Inscriptio haec est:

*Geographica antiqua, h. e. Scylacis periplus maris mediterranei. Anonymi periplus Maeotidis et Ponti Euxini. Agathemeri hypotyposis geographiae. Omnia graeco-latina. Anonymi expositio totius mundi latina. Cum notis Is. Vossii, I. Palmerii, S. Tennulii et emendationibus Iacobi Gronouii. Lugduni Bat. 1697. 4. Huius editionis quaedam exemplaria, in sine aucta, nosam acceperunt in fronte inscriptionem, ut innox videbimus. — Hudsoni enim cura paullo post lucem viderunt saepius iam memorati*

*Geogra-*

2) In biblioth. Leidensi est exemplar, cui quaedam adscripsit Is. Vossius, vid. catal. illius bibl. pag. 142. nr. 133. etiam catalog. libr. MSS. Angliae etc. inter codd. Vossianos pag. 70. nr. 2721. *Harl.*

aa) Ad calcem libri non septem tantum sed duodeuiginti insulas periplus Scylacis memorat.

*Vol. IV.*

Confer H. Dodwell. §. 16. dissert. de Scylacis aetate.

bb) Natus Is. Vossius Lugduni Batauorum 1618. fatis concessit Londini 1691.

cc) Vid. Casauboniana pag. 2 et 200. *Heum.*

dd) In bibl. Leidens. (catal. pag. 201. nr. 602.) est exemplar cum Is. Voss. not. mistis. *Harl.*

Hh h h

*Geographiae veteris scriptores. Cum interpretatione latina, dissertationibus et annotationibus.* vol. I. Oxoniae 1698. 8.

In his *Scylacis Periplus*, graece cum versione Isaaci Vossii latina, locum obtinuit secundum. Textui subiectae sunt variae lectiones et coniecturae, maximam partem e Vossii et Gronouii editionibus sumtae. Notae Palmieri, Berkelii, Vossii. Gronouii cum paucis Hudsoni adiectae sunt in calce, p. 7—62. Praeter ea in hoc primo volumine continentur, *Harmonis* per. *Agatharchides* de mari rubro, (de quo vid. lib. III. cap. II. vol. III. pag. 32 sq.) e Photii cod. CCL. cum Laur. Rhodomanni versione, *Pemplus* uterque *Arriano* adscriptus, *Nearchi* paraplus, ex eiusdem Arriani Indicis, *Marcini Heraclotae* periplus cum fragmentis *Artemidori* ac *Menippi*, et *anonymi periplus Euxini ac Mceontidis putidis*, (Arriano in cod. Vossiano adscriptus teste Catal. pag. 399. nr. 71.) ab H. Vossio et Iac. Gronouio iam editus, quem, adnotante Fabricio, ex Scymni Chii atque ex Arriani periplus maximam partem ad verbum collectum esse, crediti obseruarunt, auctore siue *Alypio*, de quo Iulianus epist. 30. siue, vt H. Vossius existimabat, iuniore quodam, licet *H. Dodwellus* in diss. de hoc scriptore suspicetur nescio, quem Diocletiani imp. temporibus propinquum. Singulorum textui Hudson. praemisit testimonia veterum, et subiecit varias lectiones cum suis aliorumque emendationibus, et in fine suas aliorumque notas posuit vberiores. Praefationem vero excipiunt *Henrici Dodwelli* de geographorum, quos primum hoc volumen continet, aetate et scriptis, doctae dissertationes. At Grononius aegre tulit, quum istos auctores tam repente reculos suasque notas integras quidem ad summam, sed pro lubitu tamen truncatas, mutatas, etiam, (vt conquestus est,) alienis verbis adulteratas cerneret: nec Dodwelli rationes de aetate Scylacis, suis crebro oppositas, probare potuit. Quare exemplaribus editionis suae, a librario nondum venditis, operi nouum titulum praefigere iussit, et adiecit acerbam quidem, at doctam disquisitionem, in qua editionem Oxoniensem, Hudsonique consilium grauius culpauit praecipue Dodwelli de Scylacis aetate sententiam argumentaque late persequutus acriter impugnavit. Singulas autem Dodwellianae dissertationis paragraphos recudi fecit, iisque examen et responsiones saepe virulentas subiecit. Huic disputationi, quae LX. paginis constat, praemisit inscriptionem: *Iacobi Gronouii animaduersione in recentem ab Oxonio Scylacis editionem et dissertationis de Scylacis aetate examen. Accedit excerptum Ephori ex typographia christiana seruatum in bibliotheca medica et ab eodem descriptum.* Inde, mutato tantum et a. 1700. signato folio, altera inscriptio enata est:

*Geographica antiqua — — et emend. Iacobi Gronouii. Cuius accedit anim. in Oxon. edit. et examen dissertationis, de aetate Scylacis cum fragmento Ephori.* Lugduni Batav. ap. Iordanum Luchtmans. 1700. 4.

Excepta illa animaduersione editiones a. 1697. et 1700. non diuersae sunt nec repetitae, sed vna eademque. Hudson autem Gronouii obreclamationibus modeste et paucis respondit in praefat. ad II. volumen. Quoniam vero Grononius *Ephori* fragmentum suo examini subiecerat, id forsitan commouit Hudson. vt illud, quamquam bis promiserat, collectione sua excluderet.

Ad Scylacem illustrandum et emendandum pertinent *Theoph. Sigfr. Bayeri* comm. de situ Scybiae sub aetatem Herodoti, tom. I. commentar. Petropolis. pag. 401 sqq. et *Bocchi Stothower*. I. V. D. et Rectoris Documani, titocinium criticum in veteres aucto-

res, praefertim Orpheum, *Scylacom* et Apollonium. Leoward. 1792. med. 8. conf. ephemer. litter. Gottingenf. a. 1792. nr. 192. pag. 1923 sqq.

Per hanc occasionem ea, quae *Hudson.* in *tertium* Geogr. minorum graec. volumen, Oxoniae 1712. 8. recepit, eo quem Hudson. ipse in praefatione significauit, ordine indicabo. Nam quoniam singula fere opuscula separatim posita, suos habent paginarum numeros: factum est, vt in exemplaribus aliis alius librorum esset ordo, prouti bibliopegae forsau visum aut commodum fuerit. Sic exemplar, quod ego in manibus habeo, et illud, ex quo Fabricius in B. Gr. vol. XIII. pag. 812 sq. contenta tomi III. repetiit, et inter se et ab ordine, ab Hudsono praescripto, valde discedunt.

i. Excerpta e *Dionysii Byzantii* Anaplo Bospori Thracici, *latine* seruata a Petro Gyllio, cum notis. Fragmentum *graecum* ex duobus codd. Vaticano et Paris. exhibuit *Carolus du Fresnoie* sub initium suae Constantinopoleos christianae, et repetiit Hudson. in prima nota. (conf. infra in hoc capite notam ad §. XIX. supra in catalogo *Dionysiorum*, cap. XXXI.) Idem pag. 7. publicauit fragmentum gr. auctoris incerti de septem turribus Byzantinis, quod ex cod. Vatic. descriptum, cum Hudson. communicarat Godefred. Christian. Goetz. Ille Dionysii Byzantii periplus graece adhuc exsistit saec. XVI. quoniam Petrus Gyllius in libro de Bosporo Thracio magnam illius partem latine vertit. Nicol. Sophian. habuit cod. mst. illius peripli graec. cuius meminit Gesner. *De Sainte-Croix*, (quem vide l. cit.) reperit in tribus mstis Paris. regijs, ab Holstenio collatis, nr. 1405. 1406. in quo meliorem cuiusdam loci lectionem deprehendit de S. Croix, quam Du Cange dederat, et 2554. fragmentum, graece scriptum: at capiti Agathemeris vltimo sine vlllo intervallo adiunctum. — In bibl. Ambrosianae catalogo citatur titulus istius peripli; sed S. Croix suspicatur, esse tantummodo fragmentum.

ii. *Arriani* siue potius anonymi periplus s. descriptio Ponti Euxini, et locorum vtriusque continentis, videlicet Bithyniae, Ponto adiacentis, Paphlagoniae etc. collecta ex Seymno, Arriano, Marciano aliisque, quam Holstenius pridem vulgare constituerat ex codice Vaticano, cum versione Ioannis Hudsoni. *S. Croix* l. m. nr. 18. miratur, Hudson. huius descriptionis fragmentum ab eo, quod in primum vol. receperat, discreuisse, quum partes essent vnius operis, adhuc tamen manci. — *Arriani* periplus et anonymi periplus ponti Euxini fuit in cod. Palatino nr. CCCXCVIII. in Sylburgii cat. MSS.

iii. Excerpta ex Syntaxi Persarum *Georgii, medici Chrysoctae*, primum ex biblioth. Paris. ab Ismaele Bullialdo euulgata, ab Hudson. ex duobus codd. Bodleianis emendata, gr. et lat.

iv. *Claudii Ptolemaei* tabula longitudinis et latitudinis vrbium insignium ex vetusto cod. Barocciano cum Var. Lectt. duorum alterum mst. ab Hudsono primum eruta, gr. et latine.

v. *Anonymi* vetus orbis descriptio, pridem vulgata a Iac. Gothofredo, recusa latine ex Iac. Gronouii editione.

vi. *Variae* lectiones in anonymum geographum Rauenatem, ex msto Vrbinat. Vaticanae bibl. nr. 673.

VII. *Ptolemaei Arabia*, ope codicis msti vetustissimi ac praestantissimi innumeris locis emendata a Ioanne Grauiō <sup>ee</sup>), ex edit. Londin. 1650. 4. gr. et latine.

VIII. Ex *Abulfeda* tum inedita Arabiae, maris Persici et Alcolzum siue rubri: arabice et latine per Ioan. Grauiū.

VIII. Chorasmiae et Mawaralnabrae, h. e. regionum extra fluuium Oxum descriptio *Abulfedae* Ismaelis ex tabulis Principis Hamah, arab. et lat. cum Grauii praefatione, edita pridem a Ioanne Grauiō, Londini 1650. 4.

Binae tabulae geographicae, vna Nassir Eddini Persae, altera Vleg Beigi Tatari, arabice cum versione Io. Grauii, ex edit. Londin. 1651. 4. Accedit arabici auctoris fragmentum in Ioannesium apud Oxonienses bibl. repositum, cum versione Simon. O. kleii.

X. *Claudii Ptolemaei ἐκθεσις κανονικῆ τῶν ἀστέριασμων*, s. catalogus fixarum stellarum, graece e MSSis emendatus.

XI. Indices 1) locorum, populorum etc. 2) ad arabica. *Harl.*

VIII. ISIDORVS, Characenus, Dionysii, de quo sub initium huius capituli, cuius scripsit post fugam Tiridatis <sup>ff</sup>), quam anno Tiberii XXII. post Christum natum XXXV. <sup>ss</sup>) contigisse, innuit *Tacitus* VI. Annal. 44. licet Augusti imp. temporibus illam adscribat *Dio* lib. LI. [P] pag. 456. Neque diuersus videtur ab hoc *Isidorus*, Characenus, quem laudat *Plinius* inter externos scriptores, e quibus librum II. Nat. Historiae digessit, et lib. V. cap. 31. vt adeo scripsisse videatur ante imperium Flauii Vespasiani. Artaxerxes vero, quem *Isidori* Characeni parentum aetate annos natum XCIII. decessisse e vita narrat *Lucianus* in *Macrobiis* tom. II. pag. 472. non fuit Artaxerxes Ochus, vt aliquando visum *Vossio* IV. 10. de Hist. Graecis; sed longe iunior Artaxerxes quidam e regibus Persarum, qui Parthis Arfacidis subiecti fuerunt, vt pulchre obseruauit doctiss. *Dodwelus* in diss. de *Isidoro* Characeno §. 1. Scripserat hic *Isidorus*, Marciano etiam *Heracleotae* laudatus, Παρθίας περιηγητικόν, quem citat *Athenaeus* III. *Dipnosophist.* pag. 93. Huius operis deperdati pars esse videntur, qui hodie exstant σαθμοὶ Παρθικοὶ <sup>hh</sup>), *mansiones Parthicae*, quibus distantias locorum in XVIII. regnis, imperio Parthico tum subiectis, (non tantum Parthyenes proprie sic dictae) *Isidorus* adnotauit. Primum graece cum *Seylae* et aliis lucem viderunt cura optimi *Hoeschelii*, deinde ad codicem Parisiensem cast. gatae cum versione *Hudsoni* et notulis meis <sup>ii</sup>) in tomo secundo geographorum minorum editae sunt Oxoniae a 1703. 8. in quo volumine praeterea habentur *Dicaearchi* βίος Ἑλλάδος et montis *Pelii* descriptio, *Seymi*, *Chii*, quae supersunt,

ee) Conf. *Grauii* vitam, a *Smitho* editam p. 30.

ff) Meminit eius *Isidorus* pag. 4. ἐνταῦθα γάρφα ἢν Φραάτα τῆ ἀποστράξαντος τὰς παλλακίδας ἢ Τηριδάτης Φυγῆς ἂν ἀσέβαλιν. Confer *Vossium* lib. de *Philologia* pag. 55.

gg) An. vrb. c. 789. *Fabricii* rationibus subscribit *Saxius* in *Onom.* I. p. 237. adde *Hamberger* *zuverl. Nachricht.* II. pag. 22 sq. et supra in hoc vol. pag. 20. §. XV. *Harl.*

hh) De his σαθμοῖς, siue, vt apud *Io. Malalam* tom. II. *Chron.* p. 21. vocantur, μοναῖς, earumque varietate praeter ea, quae ad *Isidorum* notauit, vide, si placet, *Eduardi Bernardi* lib. 3. de mensuris et ponderibus pag. 248 sq. Sic *Amyntas* quidam scripserat σαθμοὶς Περσικὰς et σαθμοὶς τῆς Ἀσίας. Laudat *Athenaeus* et *Aelian.* XVII. 7. de animal.

ii) Quas valde laudat de *S. Croix* l. m. nr. 9. *Harl.*



superant, *Plutarchus* de fluviis, *Agathemur*, et *Strabonis* epitome, atque de singulis hisce scriptis eorumque aetate dissertationes eruditissimi *Dodwelli*.

IX. SCYMNVS, Chius, post Apollodorum, cuius <sup>kk)</sup> *χρονολογίαν περιήγησαν ἄλλοι τῶν βιβλίων* compositam verbis iambicis et Attalo Philadelpho. Pergami regi, inscriptam, tacito Apollodori nomine, laudat, scripsit ad regem Bithyniae Nicomedem, (tertium Chrestum cognomine, ut videtur H. Dodwello, Olymp. CLXXII. 3. <sup>ll)</sup>) ante Christum natum XC.) carmine itidem iambico *Περιήγησιν* siue *enarrationem orbis*, qua Eratosthenis maxime vestigiis insistere se profiteretur vl. 112 sq. Mutila sub falso *Marciani Heracleotae* nomine primum graece ab [P] *H. Eschel'o* vna cum Scylace et aliis edita est e cod. Palat. et cod. Casauboni, cum notis et V. L. in margine Augustae Vindel. 1600. 8 p. 1—30. — deinde latino carmine reddita et graece ac latine vulgata a *Fed. Al. Vello* Paris. 1606 8. Hinc cum profana versione et notis *Erasmii Vindingii* Paulli F. Hafniae 1662. 8. Verum iam *Iohannes Voslius* ad Anonymi periptum p. 38. recte monuerat, Scymnum Chium esse illius periegetae auctorem, quod postea confirmavit *Lucas Holstenius* ad Porphyrinum p. 82. et ad Apollonii Rhodi IV. Argonaut vl. 284. ac nouissime *H. Dohle* II s. diss. de Scymno Chio § 7. ita, ut nullus dubitandi locus super sit. Igitur doctissimus *Hudsenus* non dubitauit, poemati huic verum Scymni Chii nomen praefigere, qui illud non modo recudi fecit in tomo secundo geographorum graecorum cum latina versione Vindingii notisque, et castigationibus: sed etiam sub eadem alia Scymni ex eodem opere *fragmenta*, ex Anonymi maxime periplo, quem Is. Voslius ediderat, collecta, quae cum versione iambica *Lucae Holstenii*, ad calcem notarum summi eius viri ad Stephanum Byz. in lucem protulit Theodorus Ryckius Lugd. Bat. 1692. fol. <sup>mm)</sup>) Mentio Scymni Chii apud Apollonium Dyscolum hist. commentitiae cap. 15. (vbi Menisio probe obseruatum.) et Stephanum Byz. variis in locis, et scholiasten Apollonii IV. 277. vbi ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας et 284. vbi ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης citatur; ita enim pro ἐν τῇ ἰσ'. legendum docuit idem laudatus Holstenius.

X. MARCIANVS ex Heraclea Ponti oriundus, iunior fuit Claudio Ptolemaeo. Stephano autem, qui eum saepius laudat, antiquior. Incertum, idemue Marcianus, qui Creteorum scriptor memoratur a Phrynicho apud *Photium* cod. CLVIII. vel quem Synesius epist. CI. ad Pylaemenem ἐξ μὲν λογίᾳ τύπον adpellat, et quem Valens imp. filius Anastasiae et Carolam, grammatica praecepta docuisse refert *Socratus* IV. 9. Hist. [Hinc circa A. C. 410. homo ille videtur.] Scripsit prosa *Περὶ πλάνης τῆς ἕξ θαλάσσης ἐξ ἑσ τε καὶ ἐσπ. ρίε καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μεγίστων νήσων* *Periptum maris externi* <sup>nn)</sup>) maximarumque, quae in isto

Hh h h 3

litae

<sup>kk)</sup> Vide, si placet, quae de Apollodori Chronico-scripti lib. III. cap. 27. [supra in hoc vol. pag. 287 et 299.] Quod vero *Stephanus Morinus* pag. 42. diss. periegetin Marciani Apollodoro tributam scribit a Salmasio, error est haud dubie, siue Salmasii, siue, quod magis mihi persuadeo, Morini.

<sup>ll)</sup> Secundum Saxii *Onom.* I. pag. 143. A. M. 3915. ante C. N. 58. V. C. 664. *Hartl.*

<sup>mm)</sup> In catal. biblioth. Bünaui. I. pag. 148. adiecta ista fragmenta dicuntur *Holstenii* notis in Stephanum Byz. Lugd. Bat. 1684. fol. pag. 373. *Hartl.*

<sup>nn)</sup> Mare externum opponit mari intra Europam, Africam, et Asiam, quod satis accurate adfirmat descripsisse Artemidorum. Τῆς μὲν γὰρ ἐν τοῖς Ἡρακλείων σπηλαίων ἀπόσεως θαλάσσης ἀκριβῆ τὸν περίπλαν πειρομήθρα ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς τῶν ἰσ βιβλίων Ἀρτεμιδίου

sitae sunt, insularum *libris II.* quorum prior integer exstat, de mari orientali et meridionali, posterior, qui oceanum occidentalem et septentrionalem persequitur, capitibus tribus postremis de Africa, et capite de distantis ab Roma ad insignes orbis habitabilis vrbes mancus [P] ad nos peruenit. Ante hos duos libros, in quibus Claudii Ptolemaei<sup>90)</sup> et Protagorae geographia atque ἀναμετρήσει θαλάσσιον vsum se fuisse testatur, idem Marcianus composuerat *Ἐπιτομὴν βιβλίων ὑνδεκῶν γεωγραφίας Ἀρτεμίδωρου Ἐφεσίου*, e qua prologus tantum et Ponti vtriusque, Bithyniae et Paphlagoniae periplus superest. Neque vero solum in hac epitome sequutus est *Ἀρτεμίδωρον*, quem Olymp. CLXIX. hoc est centum circiter ante natum Christum annis claruisse refert, sed etiam alios, quos laudat his verbis: Οἱ γὰρ δὴ δεκόντες ταῦτα μετὰ λόγων ἐξητακίαια ΤΙΜΟΣΘΕΝΗΣ ὁ Ῥόδιος ἐστὶν ἀρχικυβερνήτης τῆ δευτέρῃ Πτολεμαίῃ γενοῦσ. καὶ μετ' ἐκείνων ἘΡΑΤΟΣΘΕΝΗΣ<sup>91)</sup> ἐν βῆται ἐμάλεσαν οἱ μετῆς προσάντες. Πρὸς δὲ τέτες ΠΥΘΕΑΣ τε ὁ Μασσαλιώτης καὶ ἸΣΙΔΩΡΟΣ ὁ Καρραϊκός. Καὶ ΣΩΣΑΝΔΡΟΣ ὁ κυβερνήτης τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γεωγραφίας. ΣΙΜΜΕΑΣ τε ὁ τῆς οἰκισμένης ἐκείνης τὸν περίπλεον, ἐστὶ μὲν ἈΠΕΛΛᾶΣ ὁ Κυρηναῖος καὶ ΕΥΘΥΜΑΝΗΣ ὁ Μασσαλιώτης καὶ ΦΙΛΕΑΣ ὁ Ἀθηναῖος καὶ ἌΝΔΡΟΣΘΕΝΗΣ ὁ Ἰάσιος καὶ ΚΛΕΩΝ ὁ Σκελιώτης, ΕΥΔΟΞΟΣ τε ὁ Ῥόδιος καὶ ἌΝΝΩΝ ὁ Καρχηδόνιος — Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ ΣΚΥΛΛΑΣ ὁ Καρυανδεὺς καὶ ΒΟΤΘΑΙΟΣ — Μετὰ δὲ τέτων τὸς πλείους ἈΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ ὁ Ἐφεσίος γεωγράφος, καὶ ΣΤΡᾶΒΩΝ γεωγραφίαν ὁμῶ καὶ περίπλεον συντεθεικότες, ΜΕΝΙΠΠΟΣ τε ὁ Περγαμικός<sup>92)</sup>, διάπλεον γεωγραφίας, ἀκριβέτεροι δεκῶσι πάντων τῶν προειρημένων τυγχάνειν — Ἐγὼ τοίνυν πάντων τῶν μνημενουθέντων προερίκτας ἈΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ τὸν Ἐφεσίον ἐπιτομὴν τῶν ἑνδεκα βιβλίων τῆ μνημενουθέντος ἐπισητάμην προσδεῖς καὶ ἘΞ ἘΤΕΡΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ τὰ ἐλλείποντα, καὶ τὴν διάρρησιν τῶν ἰά βιβλίων φυλάξας, ὡς μετρίαν μὲν γεωγραφίαν, τελειότατον δὲ περίπλεον ἀπεργάσασθαι. *Primus Marcianum e codice Io. Georgii Herwatti graece luci dedit David Hoeschelus, Augustae Vindel. 1600. 8. cum Scylace, Dicaciarcho et Isidoro Characeno<sup>93)</sup>.* — [gr. et lat. interprete

<sup>90)</sup> Ἀρτεμίδωρος τῆ Ἐφεσίου Γεωγράφος, ὃν νομίζομεν τῆς κατ' ἡμᾶς θαλάσσης ἐπιμελέστατον περίπλεον ἐν τοῖς τῆς γεωγραφίας βιβλίοις πεποιῆσθαι. Lib. II. p. 35.

90) Holsten. animaduertit, totum hoc opus esse concinnatum ex vno Ptolemaeo; quod verum esse testatur de *Sainte-Croix* in *Memoire* etc. nr. 17. additque, non modo contextum Marciani, valde corruptum; emendari posse ope Ptolemaei; sed etiam caput de distantis sumtum esse ex scriptis geographicis Protagorae: at numerorum signa interdum esse vitiosa. Conf. eiusdem Exam. critiq. des *Histor. d'Alexandre* pag. 303. *Harl.*

91) De Timosthene et Eratosthene dixi lib. III. cap. 20. [de Pythea supra in hoc vol. pag. 14 sq.] 92) Idem Marcianus pag. 65. Μένιππος ὁ Περγαμικός καὶ αὐτὸς τῆς ἐντὸς θαλάσσης περίπλεον ἐν τρισὶν ἤθροισε βιβλίοις, ἰσορικήν τινα καὶ γεωγραφικὴν ἐποίησατο τὴν ἐπαγγελίαν. Hoc Menippi opus, cuius nouam editionem curasse se Marcianus pag. 66.

testatur, Ἰσορὰ κύκλον vocat *Crinagoras* in Epigrammate, quod edidit *Salmasius* ad *Solin.* pag. 580. edit. primae. Hinc constat, *Menippum* non demum floruisse sub Imp. Commodus, ut conieciat doctissimus *Dodwellus* dist. de aetate Marciani *Heracl.* §. 7. sed iam ante Augustum, sub quo fuit *Philippus*, Thessalonicensis, qui *Crinagorae* Epigrammata, cuius meminit et *Strabo*, coronae suae intexit.

93) In codice quondam *Palatino*, (teste *Sylburgio*, nr. 142. pag. 44. catal. MSS. gr. bibl. Palat.) fuerunt 1) *Marciani*, *Heraclototae*, *Periplus*, *Ponti*, *Eoique* et *Heiperii* maris ex *Artemidoro* et aliis in II. libris contractus. mutil. 2) *Artemidori* geographicarum epitome, cum supplemento incerti. 3) *Scylacis* periplus per epitomen. mutil. 4) *Isidori* stathmi parthici. 5) *Dicaciarchi* Graeciae descriptio. 6) *Marciani* alia terrarum orbis descriptio, mutila et passim corrupta. *Harl.*

prete Erasino, Paulli F. *Wind'ngio*. Hauniae 1662. 8. — sed est Scylac. vid. §. super.] Latine vertit et cum notis edidit in volumine primo Geographorum minorum saepe iam ex merito in hi laudatus *I. Hudsonus*, Oxoniae 1698. 8. subiunctis *Menippi*, Pergameni, et *Artemidori*, Ephesii, elogiis atque fragmentis.

[Flura *Artemidori*, cuius opus valde desideratur, fragmenta passim sunt a scholiastis graecis tum editis tum ineditis servata, et digna, quae colligantur. conf. indicem scriptorum, in Steph. epit. citatorum, voc. *Artemidorus Ephesus*. Duo fragmenta publicavit *van Goeus* in animadversion. ad Porphy. de antro Nymph. pag. 87. Ipse Hudson aliud dedit fragmentum tom. III. geogr. min. pag. 40. *Artemidorum* Ephesium laudat schol. Apollonii Rhod. ad lib. IV. 259. ex quo *Schoenemann* in comment. de geographia Argonautarum, (Gotingae 1788. 4.) pag. 41. acute corrigit alterum schol. ad Apoll. IV. 284. et pro *Hecataeo*, *Artemidorum* Ephesium, item pro *Hesodo*, *Hecataeum* sublinuit. Sub Marciani Heraecleotae, nomine a Fed. Morello, Scymni Chii orbis descriptionem editam esse Paris. 1606. 8. in superiore paragrafo iam monuit Fabric. *Harl.*]

*Marcianum* respiciunt scholia ad Apollonium [P] quando III. 558. in illis laudatur Artemidorus ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν γεωγραφεμένων.

XI. AGATHEMER, Orthonis, (al. Othonis,) F. Marciano antiquior esse creditur a viris doctis<sup>55)</sup>, et ad Septimii Seueri tempora propius accedere, licet argumenta, quibus utuntur, non plane certa atque explorata sint<sup>56)</sup>, et ab alii, (vt a Salmasio,) Agathemerus iste suppar habetur Georgio Gemisto Plethoni, qui saeculo XV. post Christum natum claruit. Equidem compendiarii eiusmodi scriptores frequenter antiquiorum verba transferunt, e quibus aetatem illorum colligere valde lubricum est. Claudio Ptolemaeo<sup>57)</sup> plurimum tribuit Agathemerus; sed quam longe ab eius fuerit aetate remotus, nullo indubitato docet indicio. Laudat in lumine libri prioris etiam alios antiquiores. ἌΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΣ, inquit, ὁ Μιλήσιος ἀκέρως Θάλεω πρῶτος ἐτόλμησε τὴν ἀκερμένην ἐν πῶσει<sup>58)</sup> γράψαι. M. J.

55) *Godfrid. Wendelinus* apud *Tennulium* praefat. ad Agathemerum, *H. Dodwellus* diss. de Marciani aetate §. 9. et in diss. de Agathemero. [addae *Saxii* Onomast. liter. I. p. 350. Post A. C. 191. ponit eius aetatem *Hamberger* in *zuverl. Nachr.* I. pag. 434.]

56) *De Sainte-Croix* in *Mem. etc.* nr. 14. ipsum circa Septimii Seueri tempora vixisse, ex eo potissimum probat, quod meminit monumenti seu vni per transversam insulam Britanniam ducti, de quo *Spartian.* in *script. hist. august.* tom. I. pag. 623. *Harl.*

57) Sequitur in opere praestanti principia *Timotheis*, ab *Cratosthene* et *Ptolemaeo* adoptata, notante eodem *S. Croix* *Harl.*

58) Tabulas geographicas primum e Graecis composuisse *Maxima* *Strabo*, testatur etiam *Strabo*, *Lactius* II. 2. et alii. Inter Aegyptios *Seju-*

*stri* hoc tribuit *Eustathius* ad *Dionys.* Καὶ Σίωσις δὲ φασὶν ὁ Αἰγύπτιος πολλὴν περιηγηθῆς γῆν, πίναξιν δὲ ἔδωκε τὴν περιήγον, καὶ τῆς πῶσις πίνακων ἀναγραφῆς ἐν Αἰγυπτίῳ μόνου, ἀλλὰ καὶ Ἐπίδαρος Colchis: vide *Marsham* *Can. Chron. saec. XIV.* pag. 365. et *Franciscum Bianchinum* in *Historia vniuersali e monumentis antiquis probata et italice edita Romae 1699. 4.* cap. 30. pag. 477 sq.) αἱ θάλασσα μεταδίδωσι ἡδέισιν. Post *Anaximandrum* *Hecataeus*, *Democritus* et *Eudoxus* similiter docuerunt breuibus in tabellis *πίναξιν εἰσαφέρει μῦθος*, vt *Propertii* IV. 3. 35. verbis ad sententiam graeci scriptoris efferendam utar. Idem *Eustathius*: *πινυκογραφίας κατὰ μέρος μὲν ἰσχύρηται Ἀναξίμαχος, Ἐκατόσις δὲ μετ' αὐτὸν τῇ παύσει τὴν ἰσχύρηται βυβλίον Μετὰ δὲ Ἀναξίμαχος μετὰ τετρακόμοις Θάλεως καὶ τετρακόμοις Ἐπίδαρος. Meminit etiam tabulae geographicae aereae, ab *Aristagora* *Mileti* tyranno, *Cicoum*.*

Μεθ' ἔν' ἘΚΑΤΑΓΩΣ ὁ Μιλήσιος ἀνὴρ πολυπλανὴς [P] διηκρίβωσεν ὡσεὶ Θουμασθῆναι τὸ πρᾶγμα. ἙΛΛΑΝΙΚΟΣ γὰρ Λέσβιος ἀνὴρ πολύτρωρ ἀπλάτως παρέδωκε τὴν ἰσορίαν. Εἶτα ΔΑΜΑΣΤΗΣ<sup>w</sup>) ὁ Σιγεὺς τὰ πλεῖστα ἐκ τῶν Ἐκαταίε μεταγεγράφας περίπλεν ἔγραψεν. Ἐξῆς ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ καὶ ΕΥ' ΔΟΞΟΣ καὶ ἄλλοι τινὲς (Timotheum et Ptolemaium, Stoicum, aliquibus interiectis etiam nominat.) τῆς γῆς περιόδου καὶ περίπλες ἐπραγματεύσαντο. Libros duos huius Agathemerii Compendiariorum Geographiae expositionum, ὑποτυπώσεων τῆς Γεωγραφίας ἐν ἐπιτομῇ, scriptos ad Philonem<sup>xx</sup>), discipulum suum, lectu-

que

Cleomeni, Lacedaemonio regi, allatae, Herodotus V. 49. Nec desuere, qui iam apud sacrum scriptorem libri Iosuae XVIII. 8 sq. tabularum geographicarum vestigium sibi viderentur reperire. Conferatur clariss. Kiloniensium ICTUS et Mathematicus, Samuel Reyherus Matheseos Mosicae capite XXXII. Ex scriptorum porro graecorum latinorumque monumentis varia de mappis geographicis testimonia collegerunt *Marsilius Cagnatus* IV. 5. Var. Obsl. *Nicolaus Bergierus* de publicis et militaribus Romani Imperii viis III. 17. tomo X. thesauri Antiqu. Rom. *Gerh. Joh. Vossius* libro de Philologia pag. 61 sq. *Matthias Berweggerus* Quaest. I. in Tacitum, *Menagius* ad *Laetii Theophrastum* lib. V. sect. 51. *Iac. Perizonius* ad *Aeliani* III. 28. Var. Hist. et *Cangius* in glossario latino, vocabulo *mappa mundi*. Apud *Stephanum Byz.* in Ἄβος et Ἀβδηρα per πίνακας et πινακογράφας *Xylander* et *Maussacus* putant denotari tabulas geographicas; sed *Holstenius* et *Abr. Berkelius* in notis ad illa loca recte observant, respici tabulas, siue indices doctorum virorum eorumque scriptorum, quales a *Callimacho* olim compositos dixi lib. III. cap. 17. [vol. III. pag. 821 sq.] quemadmodum patrum nostrorum memoria ferri, tor elegantissimus *Nic. Erythraeus*, libro, quo vitis doctorum virorum suavissimo stilo descripsit, titulum fecit *Pinacothecam*. Mirum est, quod *Io. Xiphilius* pag. 222. e *Dione* narret, *Metium* *Pompusianum* interfectum a *Domitiano*, quod imperium adfectare videretur τὴν οὐραμένην ἐν τοῖς πᾶσι ποταμῶν τάχους ἔχων ἐγγεγραμμένην. Vtrum vero *diabolus* *Matth. IV. 8.* quum Christo servatori regna mundi ostendit, hoc fecerit demonstrata mappa geographica, ut viro summo *Hugoni Grotio* in mentem venisse videtur, aliis iudicandum relinquo. Mihi quidem vel ideo hoc non videtur verisimile, quod nemini altus mons ascendendus sit, ut tabulam geographicam vel inspiciat ipse, vel alteri inspiciendam relinquat. Confule etiam, si placet, *Io. Danielis Maioris*, medici *Kilon.* *scrutinium Medicum Sata-*

nicae κοσμοδείξεως capite 2. [Haec *Hug. Grotio* non venerunt in mentem. Is potius statuit, effectis rerum imaginibus Christo exhibuisse omnem regiae fortunae apparatus: nec aliter capit *Calovius* in B. bl. illustrat. ad illum locum, ut *Heumannus* in dissertat. sylloge tom. I. part. I. pag. 169. monuit. *Harl.*] — Quales denique fuerint veterum πίνακες geographici, rudiores praesertim illi, ad iterum directionem comparati, nullo clariore testimonio constat, quam reliquiis tabulae Theodosianae e *Peutingeri* schedis a *M. Velfero* editae, de qua disserui in bibliotheca latina. De *Agathodaemonis* *Alexandri* tabulis geographicis dictum a me infra est in capite de *Claudio Ptolemaeo*. De diaphragmatis siue lineolis, quibus marium traiectus et itinera notabantur, conferendus *Dodwelus* diss. de *Seylacis* *Peripli* aetate §. 16. *Libellus*, qui nautis portus et intervalla locorum monstrat, apud Graecos vocatur πορτολάνος, de quo vocabulo *Cangius*. Tabulam veterem terrae sanctae vulgavit *Iacobus Bongarsius* in tomo posteriore praeclari operis, quod inscripsit *Gesta Dei per Francos*. ap. *Wechel.* 1611. fol. *Fabric.* — *Mapparum* geographicarum meminit eleganter *Eumenius* in orat. pro schola *Augustodunensi* cap. 20 et 21. *Heum.*

iw) De *Hecataeo* et *Hellamico*, vid. supra in vol. II. pag. 348 et 349 sq. de *Damaste* ibidem pag. 354. atque cl. *Seidel* in prolegom. ad *Eratosthenis* geographicorum fragmenta, (*Gottingae* 1799.) pag. XX sqq. *Hellanicus* libr. I. τῆς Δευκαλιωνίως citat *Eudocia* pag. 108. *Violarii*, pag. autem 249. eius librum I. *Φορωνίδος*. In scholiis *Marcianis* ad *Homorum* citatur *Hellanicus* ἐν πρώτῳ τῶν Ἀτλαντικῶν et ἐν Τρωϊκοῖς, *Harl.*

xx) Lib. I. cap. 6. τῶν δὲ τὰ τῆ αἰσθήσει ὡς ψεύδη ἀπολελεγμένα ἐπισημανικῶς διορθούμενοι, δὲν προσεποιήσαμεν καὶ αὐτοὶ, τὴν τᾶ παιτὸς ὡς ἐγγαστριδίῳ συνελθὼν πραγματείαν, ὡς δὲ ἐπὶ μνήμης ἔχης, ὡ φ' ἸΑΩΝ ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παρ' ἡμῶν ἀκήκουσ.

que haud indignos et nonnulla tradentes alibi haud obuia in lucem edere voluere viri docti M. Vossius <sup>yy</sup>), Lucas Holstenius <sup>zz</sup>) et Godfridus Wendelinus <sup>aaa</sup>): sed primus e codice Io. Iacobi Chiffletii cum versione et notis vulgavit *Samuel Tennulius*, Amstelod. 1671. 8. Deinde Scylaci subiecit *Iacobus Gronovius*, qui a. n. c. u. l. notis suas addidit et versionem plusculis locis emendauit. Lugd. Batav. 1697. 4. Denique in volumine secundo Geographorum minorum [P] e Gronouii fere editione repraesentauit recepsitque praestantissimus *Hudsonus*, Oxon. 1703. 8. qui codicis etiam Sauiiliani mentionem facit. [*De Sainte-Croix* l. mem. scribit, Hudsonum tantummodo reddidisse contextum, a Tennulio constitutum; neglexisse autem codd. quinque, qui numerorum signa multo rectius, quam editi libri, exhibeant, et plures easque bonas praebent varias lectiones, ab Holstenio comparatos, e bibl. autem Paris. habuisse Holstenium msstos codd. MCCCCV. MCCCCVI. et MMDLIV. Est quoque cod. in bibl. *Vaticana* forsitan is, qui quondam fuit in bibl. Palatina, teste Sylburgio nr. 62. in quo praeter alia sunt G. Plethonis chorographia Thessaliae, et Dionysii Byzantii nauigatio Bospori. In cod. *Vindobon.* est Agathemeri opusculum, at mancum, teste *Nesslio* in catal. codd. part. V. pag. 173. immo illud recenti admodum manu esse scriptum et erroribus scaetere, tradit *Kollarus* in supplemento I. ad Lambecii commentar. pag. 544. Quaedam sunt partes in cod. *Vossiano* in bibl. *Leidensi.* vid. Catal. pag. 399 nr. 7. — In cod. *Taurinensi*, chart. saec. XVI. (catal. codd. gr. pag. 366.) est Ἀγαθημέρης τῆ Ὁρθῶνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις. — Inter codd. Th. Gale, *Londini*, nr. 6065. Agathemer. — Idem, in cod. *Guelferbyfino* nr. 151. *Harl.*]

In veteribus inscriptionibus Agathemeri nomen plus simplici vice occurrit, vt notatum Wendelino. *L. Aelius Agathemer*, *C. Papius Agathemer*, *C. Iulius Agathemerus* et *C. Vatronius Agathemer* apud Gruter: et in marmoribus Arundelianis Γ. Αἴλιος Ἀγαθήμερος Ἐφέσιος et ἐπὶ τῆ ἱερῆ Ἀγαθημ... Denique epitaphium *Claudii Agathemeri*, medici, Myrtalesque, eius coniugis, quod integrum adscribam ex edit. *Prideauxii* pag. 77.

Κλαύδιος ἰατῆρ Ἀγαθήμερος ἐνθάδε κῆμα  
 Παντοίης δεικῶς κρασιῶν ἄκρομα νόσπ.  
 Ξυνὸν τῷτο δέ μοι καὶ Μυρτάλη ἄσα συνένω  
 Μνήμα μετ' εὐτεβέων δ' ἔσμεν ἐν Ἑλευσίῳ <sup>bbb</sup>).

Etiam in vita *Persii* pro *Claudio Agaterno*, medico Lacedaemonio, cuius conuictu ille apud *Cornutum* vsus esse traditur, *Claudii Agathemeri* nomen esse reponendum, haud dubitat *Reinesius* in epistolis ad *Hofmannum* pag. 538. et in syntagmate inscriptionum pag. 610.

## XI. Index

- yy) *G. Joh. Vossius* lib. de Philologia pag. 55.  
 zz) *Lambec.* I. de bibl. *Vindob.* pag. 113.  
 aaa) *Tennulius* praef. ad Agathemerum.  
 bbb) Quae *Wernsdorf.* Prof. quondam *Dantiscanus*, ita vertit:  
*Claudius en Agathemerus, arte fugare peritus*  
*Affutum morbos quoslibet, hic iacet.*  
*Myrtale habet necum hoc coniux commune*  
*sepulcrum*  
*Cumque piis campo viuimus Elyfio. Harl.*  
 Iiii

## XI. Index Scriptorum, in Geographis antiquis Graecis minoribus citatorum.

Ex editione Hudsoni, Oxon. 1698. et 1703. 8.

## Tomo primo.

- Aeschylus*, Agatharch. pag. 12. in *Prometheo soluto*. Arrian. peripl. ponti Euxin. p. 19. et Anonymus If. Vossii. pag. 1.
- Androsthenes*, *Thafus*. Marcian. Heracl. pag. 63.
- Antiphans*, *Bergaeus*. id. 62.
- Appellars*, *Cyrenaeus*. id. 63.
- Artemidorus*, *Ephesus*. id. p. 1. 6. 35. 37. 46. 63. 64. 65. 66. Anonymus periplus If. Vossii pag. 10.
- Basilis*. Agatharch. 48.
- Bottharus*. Marcian. 63.
- Cleon*, *Siciliensis*. id. 63.
- Cleostratus*, *astrologus*. Scylax pag. 35.
- Clinias*, *historicus*. Agatharch. 2.
- Demetrius*. id. 48.
- Demetrius Calatianus*. Anonymus If. Vossii pag. 10.
- Demosthenes*. Agatharch. 19. 21.
- Dionysius*, *Dogenis F.* Marcian. pag. 6.
- Diophantus*. Agatharch. pag. 48. [P]
- Ephorus*. Anonymus If. Vossii pag. 2. 3. 4.
- Eratosthenes*, *Cyrenaeus*. Marcian. pag. 6. 63. 64.
- Eutoxus*, *Rhodijs*. id. pag. 63.
- Euripides*. Agatharch. pag. 12.
- Eythymenes*, *Maffaliota*. Marcian. pag. 63.
- Hanno*, *Carthaginensis*. Marcian. pag. 63. Nearch. pag. 40.
- Hecataeus*. Agatharch. pag. 48.
- Hegesias*. id. 17.
- Hermesianax*. id. 19.
- Herodotus*. Arriani peripl. ponti Euxin. pag. 16. 18.
- Hesiodus*. Agatharch. pag. 6. 12.
- Homerus*. id. pag. 12. Arrian. peripl. ponti Euxin. pag. 3. 8. 23.
- Isidorus*, *Characenus*. Marcian. pag. 63.
- Lycus*. Agatharch. pag. 48.
- Menippus*, *Pergamenus*. Marcian. pag. 63. 65. 66. 67.
- Phileas*, *Atheniensis*. Marcian. pag. 63.
- Protagoras*, *geographus*. id. pag. 2. 35. 37. 55.
- Ptolemaeus*, *geographus*. id. pag. 2. 6. 35.
- Pythear*, *Maffiliensis*. id. pag. 63.
- Scylax*, *Caryandensis*. id. pag. 63.
- Simneas*, *geographus*. id. pag. 63.
- Sofander*. id. pag. 63.
- Strabo*. id. pag. 63.
- Timaeus*. Agatharch. pag. 48.
- Timosthenes*, *Rhodijs*. Marcian. pag. 63. 64.
- Xenophon*. Arrian. peripl. ponti Euxin. pag. 1. 3. 11. 13. 14. 15. 17. 24. et Anonym. If. Vossii pag. 15.

## Tomo secundo.

- Agatharchides*. Plutarch. de flum. pag. 22. *Samius*. id. pag. 20. de rebus Phrygijs. id. p. 22. quarto de lapidibus. id. p. 20.
- Agathocles*, *Milefus*. id. pag. 35. de fluminibus. ibid.
- Agathocles*, *Samius*, in *Rep. Pessuntiorum*. id. pag. 19.
- Agatho*, *Samius*, secundo de fluminibus. id. pag. 35. secundo rerum Scythicarum. id. pag. 29.
- Agathonymus in Perside*. id. pag. 37.
- Alexander Cornelius tertio rerum Phrygiarum*. id. pag. 21.
- Anaximander*, *Milefus*, primus edidit *πύξωνος τῆς ἀνατολῆς*. Agathem. p. 1. Excerpta e Strab. pag. 3.
- Antimachus*. Excerpta e Strabone pag. 119.
- Antiphanes*. id. pag. 16. *Bergaeus* ὁ γεωγράφος τὰ ἀπείρα. Scymnus pag. 37.

Antiphanes

- Antisthenes tertio Melecióyēides.* Plutarch. de flum. pag. 44.
- Apollodori Chronographia iambis scripta, a temporibus Troianis ad suam aetatem.* Scymnus pag. 2.
- Aratus.* Excerpta e Strab. pag. 120.
- Archelaus primo de lapidibus.* Plutarch. de flum. pag. 20. tertio de fluminibus. id. pag. 50.
- Archilochus.* Excerpta e Strab. pag. 137.
- Arctaxes ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς.* Plutarch. de fluminib. pag. 25. [P]
- Aristarchus.* Scymn. p. 2. Excerpta e Strab. pag. 8.
- Aristobulus decimo de lapidibus.* Plutarch. de fluminib. pag. 28.
- Aristonymus.* id. pag. 48.
- Aristoteles.* Excerpta e Strab. pag. 34. 194. quarto de fluminibus. Plutarch. de flum. pag. 50.
- Arrianus (de Alexandro M.)* Excerpta e Strab. pag. 143.
- Artemidorus. (Ephesus)* Agathem. pag. 12.
- Athenodorus.* Excerpt. e Strab. pag. 31.
- Caemaro primo Ἰνδικῶν.* Plut. de flum. p. 9.
- Callias.* Scymnus pag. 8.
- Callimachus.* Excerpta e Strab. pag. 44.
- Callisthenes tertio de venatione.* Plutarch. de flum. pag. 9. *Sybarita, decimo tertio Γαλατικῶν.* id. p. 13.
- Chryserius Corinthius octavo Ἰνδικῶν.* id. p. 3. tertio de fluminibus. id. p. 16. 40. primo Πελοποννησιακῶν. pag. 36.
- Cleantes primo de montibus.* id. pag. 34. tertio *Theomachiae.* pag. 12.
- Cleon Siculus.* Scymn. pag. 7.
- Clitonymus tertio Τροατικῶν (an Θρακικῶν).* Plutarch. de flum. pag. 8.
- Clitophon.* id. pag. 37. tertio κτίσεων. p. 14. decimo Ἰνδικῶν. pag. 39. *Rhodium.* id. pag. 50.
- Crates.* Excerpta e Strab. pag. 8.
- Crates, Milesius.* Agathem. pag. 2.
- Ctesias primo de fluminibus.* Plutarch. de flum. pag. 39.
- Ctesias, Cnidius, secundo de montibus.* id. pag. 43.
- Ctesias, Ephesus, primo Perseidos.* id. p. 36.
- Ctesiphon I. de Arboribus.* id. pag. 37. XIII. de arboribus. id. pag. 47. primo Περσικῶν. id. pag. 45.
- Ctesippus secundo Σκυθικῶν.* id. pag. 11.
- Damascus, Citiensis, periplus.* Agath. pag. 2.
- Demaratus tertio de fluminibus.* Plutarch. de flum. pag. 20. quarto de Phrygia. id.
- Demetrius Calatianus.* Scymnus pag. 7. 41. 46. 51.
- Democriti γῆς περίοδος.* Agathem. pag. 2.
- Demodocus primo Heracleae.* Plutarch. de fluminib. pag. 36.
- Demostratus, Apameensis.* id. pag. 19. secundo de fluminibus. id. pag. 25.
- Dercyllus primo de lapidibus.* id. pag. 39. tertio de montibus. id. pag. 3. 17. tertio Αἰτωλικῶν. Plutarch. de flum. pag. 44. primo Σατυρικῶν. id. pag. 22.
- Diogenes, Stoicus, Apollodori praeceptor.* Scymnus pag. 2.
- Dionysius, Chalcidensis.* id. pag. 7.
- Dorotheus, Chaldaeus, secundo de lapidibus.* Plutarch. de flumin. pag. 46.
- Empedocles.* Excerpta e Strab. pag. 119.
- Ephorus.* Scymn. pag. 7. 27. 31. 49. 50. 51.
- Epicharmus.* Excerpta e Strab. pag. 119.
- Eratosthenes.* id. pag. 5. 19. Scymnus pag. 7. 24. Agathem. pag. 2.
- Eudoxi γῆς περίοδος.* Agathem. ibid.
- Euemerides, Cnidius.* Plutarch. de flum. p. 21.
- Euemerus.* Excerpta e Strab. pag. 16. [P]
- Euphorion.* id. pag. 119.
- Euripides.* Dicaearch. pag. 22.
- Hecataeus, Milesius.* Excerpta e Strab. pag. 3. Agathem. pag. 2.
- Hellanicus Lesbicus.* Agathem. pag. 2.
- Heraclitus, Sicyonius, secundo de lapidibus.* Plutarch. de fluminib. pag. 27.

*Hermesianax*, Cyprius. id. pag. 5. 48. *secundo rerum Phrygiarum*. id. pag. 25.  
*Hermogenes*. id. pag. 24.  
*Herodotus*, Scymn. pag. 8. 32. Excerpta e Strab. pag. 8. 84. 150.  
*Hesiodus*. Eadem Excerpta pag. 119. 186.  
*Hipparchus*. id. pag. 16. 23. Agathem. p. 2.  
*Homerus*. Excerpta e Strab. pag. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 12. 13. 16. 45. 60. 63. 83. 84. 102. 104. 106. 107. 109. 112. 113. 115. 116. 118. 119. 122. 123. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 137. 155. 157. 160. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 178. 181. 214. 231. 228.  
*Iason*, Byzantius, ἐν Τετραγικαῖς (forte Θερακικαῖς). Plutarch. de flum. pag. 23.  
*Ion*. Excerpta e Strab. pag. 119.  
*Laon*, p. ἔτα. Dicaearch. pag. 17.  
*Leo*, Byzantius, in libris Βοιωτικῶν. Plutarch. de flum. pag. 5. *tertio de fluminibus*. id. pag. 48.  
*Lysippus*. Dicaearch. pag. 10.  
*Menippus* (Pergamenus). Agathem. pag. 12.  
*Nicanor*, Samius, *secundo de fluminibus*. Plutarch. de flum. pag. 33.  
*Nicias Mallotes de lapidibus*. id. pag. 40.  
*Pherecrates*. Dicaearch. pag. 19.  
*Pherecydes*. Excerpta e Strab. pag. 136.  
*Phileas*. Dicaearch. pag. 3.  
*Philisens*. id. pag. 20.  
*Pindarus*. Excerpta e Strab. pag. 55.  
*Plato*. id. pag. 12. 135.  
*Plesimachus δευτέρῳ Νόσων*. Plutarch. de flum. pag. 38.

*Polybius*. Excerpta e Strab. pag. 30. 41. 99.  
*Posidippus*, Comitus. Dicaearch. pag. 14. 23.  
*Posidonius*. Excerpta e Strab. pag. 31. 35. 75. 176. 208. 214. *Stoicus*. Agathem. p. 2.  
*Ptolemaeus* (Geographus). Agathem. pag. 17. Excerpta e Strabone pag. 21. 99. 226.  
*Pytheas*, Massiliensis. id. pag. 13. 16. 39.  
*Sophocles*. Dicaearch. p. 16. Excerpta e Strab. pag. 119.  
*Sosthenes XIII. Ἰβηρικῶν*. Plutarch. de flum. pag. 32. *Cnidius*. pag. 34.  
*Sostratus de fluminibus*. id. pag. 4. *in primo μυθικῆς ἰσορίας συναγωγῆς*. id. p. 29.  
*Thales*. Agathem. pag. 1. Excerpta e Strab. pag. 3.  
*Theophilus X. de lapidibus*. Plutarch. de flum. pag. 47.  
*Theopompus*. Scymnus pag. 22.  
*Thrasylus*, Mendesius, ἐν Τετραγικαῖς (forte Θερακικαῖς). Plutarch. de flum. pag. 24. ἐν Αἰγυπτιακῶν. id. pag. 31. *tertio de lapidibus*. id. pag. 24.  
*Timaeus*. Scymnus pag. 13. 24. Excerpta e Strab. pag. 55.  
*Timagenes*, Syrus. Plutarch. de fluminibus pag. 13. [P]  
*Timagoras de fluminibus*. id. pag. 42.  
*Timolaus primo Θερακικῶν*. id. pag. 19.  
*Timosthenes*. Scymnus p. 7. Agathem. p. 5. 13.  
*Timotheus ἐν Αἰγυπτιακῶν*. id. pag. 35. *XI. de fluminibus*. id. pag. 7.  
*Xenophon*. Excerpta e Strab. pag. 148.  
*Zeno*. Dicaearch. pag. 12.

[Volumini tertio nullus additus est index: qui in commentariis ad quartum volumen citantur scriptores, supra ad §. V. memorati sunt. *Harkl.*]

XIII. EVSEBIUS, Pamphili, Caesareensis episcopus, circa annum Christi 340. denatus, praeter tot alia doctrinae atque industriae singularis monumenta praeclara, quae capite postremo huius libri perstringam, scripserat ad Paulinum, Tyri episcopum, libros duos Περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομασίων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. *de nominibus locorum et urbium in sacra Scriptura*. Horum priore libro, qui intercidit, nomina illa locorum, quae hebraica in sacris litteris occurrunt, interpretatus in graecam linguam, subiunxerat *topographiam terrae Iudaeae et distinctas trium sortis, ipsius quoque Hierusalem templique in ea cum brevissima*



*breuissima excerptione p̄stanti*: Καὶ ἐπὶ τέττε ὡς ἐν γραφῆς τύπῳ (ita leg. pro γραφῆς) τῆς πάλαι διαβοῦτε μητροπόλεως αὐτῆς, λέγω δὴ τὴν Ἱερουσαλήμ, τὴ τε ἐν αὐτῇ ἱερῶ διαχαράξας μετὰ παραθέσεως τῶν εἰς τὰς τόπους υπομνημάτων. Libro posteriore, qui adhuc exstat, ordine alphabeti eadem nomina persequutus Eusebius, singulorum locorum situm et quomodo sua aetate appellarentur, explicauit. Hic diu lectus est latine tantum inter *S. Hieronymi* opera, qui librum istum Eusebii de locis hebraicis vertit, atque in Palaestina ipse diu versatus non pauca emendauit et addidit. [conf. *Reland.* Palaestin. lib. II. cap. II.] Pluribus tamen locis Hieronymi liber corruptus ad nos est delatus, vnde *mendosissimum* vocat Andreas Masius pag. 198. commentarii luculentii in Iosuae historiam, quo inter alia variis eum locis illustrauit correxitque. Graece primus edidit *Iacobus Bonfrerius* e soc. Iesu, naclus exemplar, (mendis scatens et ipsum,) in bibliotheca regis Christianissimi. Edidit autem praefixum eruditus suis commentariis in Iosuaam, Iudices, et Ruth. Paris. 1631. fol. atque iterum 1659. fol. apud Cramoisiū. Et quemadmodum Eusebium ex Hieronymo; ita hunc ex illo vicissim emendauit, faciliori omnia ordine digessit, nouam suam versionem, notas insignes et supplementa, tabulam item chorographicam Palaestinae subiunxit, vt merito habeatur hoc volumen siue Onomasticon vrbium et locorum S. Scripturae ad geographiam sacram illustrandam ex omnibus, quae haecenus exstant, praecipuum atque princeps. Ab eo tempore *Ioannes Marcianaeus*, monachus Benedictinus in praecleara sua operum Hieronymi editione tomo secundo Paris. 1699. fol. hunc Eusebii librum graece ad exemplar MS denuo recensitum cum versione Hieronymi ad MSS. codices castigata iterum exhibuit, ad-oque pluribus locis meliorem dedit, sed omissis Bonfrerii notis, quod [P] factum nollet Richardus Simon in epistolis criticis Basileae editis. Denique Bonfrerianam editionem integram, collata Marcianaei industria longe nitidius emendatusque recudi curauit, et castigationes suas addidit *Ioannes Clericus*, subiuncta Bonauenturae Brocardi, monachi Ord. Praedicator., qui circa a. Chr. 1283. in terra sancta versatus est, Palaestina, latine scripta. Amstelodami anno 1707. fol. Confer, si placet, eius bibliothecam selectam tomo XIII sub init. Etiam Petrus Bertius pridem geographiam sacram ad Eusebii librum περὶ τοπικῶν ὀνομάτων molitus fuit, vt ex eius digesto nouo de aggeribus et pontibus ad mare struetis refert *Vossius* cap. XLIV. §. 35. de scientiis mathematicis. Bertio defuncto, eius Eusebiana ex Menagii munere ad H. Vossium transmisit Claudius Sarranus, vt constat ex huius epistolis pag. 267. edit. prima. [seruantur adhuc in bibl. Lugdun. Batav. vid. Catal. pag. 391. 4.] Eusebium auctorem esse huius libri, praeter rationem dubitarunt nonnulli eruditi, vt Peranius ad Epiphan. Laudatur sub Eusebii nomine etiam a Procopio Gazaeco ad librum Iudicum pag. 503. *Fabrit.* — [Quatuor exstare dicuntur codd. gr. 1) Parisin. e quo edidit Bonfrerius et recognouit Martianacus, 2) Oxoniensis, e Parisino descriptus, 3) Lugdun. Batav. cuius inspiciendi copiam nemini adhuc factam Rhenferdus doluit, vid. Catal. pag. 391. nr. 4. 4) Vaticanus, nr. 1456. circa saec. X. scriptus; ex quo *Valartsius* tom. III. Opp. Hieronymi innumeris in locis tam correctum atque restitutum dedit Eusebii consensum, vt adfirmate non dubitaret, nunc demum integrum Eusebii textum prodire. *Harl.*]

XIV. STEPHANVS, grammaticus Byzantinus, auctor Ἑσικῶν siue Lexici, quod eruditorum manibus tenetur, geographici, Eugenio in schola, quae imperatorum auspiciis

auspiciis CPoli florebat, successit, si credimus Thomae de Pinedo, qui id probat ex his verbis in voce ἀνακτίρεα: Εὐγένιος ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλείᾳ σχολαῖς διακοσμήτας. Verum recte obseruatum a Guil. Xylandro, Theodoro Ryckio et Abr. Berkelio est, haec non Stephani, sed Epitomatoris *Hermolai* verba esse videri, de quo Suidas: Ἐρμόλαος γραμματικὸς Κωνσταντῆς πόλεως γράψας τὴν ἐπιτομὴν τῶν ἑθνικῶν Στεφάνου γραμματικῆ, προσφωνηθεῖσαν Ἰεσημιανῶ τῷ βασιλεῖ. Idem Suidas auctor est, Eugenium CPoli docuisse sub Anastasio imp. qui Iustinianum, cui Hermolaum epitomen suam inscripsisse constat, in imperio antecessit. Ex quibus perspicuum esse videtur, non Stephanum, sed Hermolaum Eugenio in schola successisse, licet fuerit etiam antiquior quidam Eugenius, Themistii pater; sed is non grammaticus, verum philosophus a Constantio celebratur. Non minus ambiguum est, utrum in aliis locis, quae ad probandam vel inquirendam Stephani aetatem Berkelius citat, loquatur Hermolaus, an ipse Stephanus. Ex Tzetzta autem, Stephani opus in Chiliadibus citante, ne minimae quidem notae coniectura de illius aetate peti potest, etsi non minimam posse colligi eidem Berkelio videbatur; qui vero possit, quum Tzetzta sexcentis propemodum annis scripserit post Hermolaum, nec hilum addat, ex quo aetatem Stephani discamus. Haec enim eius sunt verba Chiliad. 3. hist. 100. agentis de Heraclea, quae ante dicta Perinthus: [P]

Ὁ Ἀπολλόδωρος φησι ταύτην τὴν ἰστορίαν.  
 Τῷ περὶ νήσων, πόλεων καὶ δῆμων δὲ βιβλίῳ  
 Στέφανος ὁ Βυζάντιος ἔγραψε περὶ ταύτης,  
 Περὶ τῆς Ἡρακλείας δὲ γράφη τῆς ἐν τῷ Πόντῳ.

Vbi in transeursu cum doctissimo viro Thoma Galeo cap. 8. diss. de scriptoribus Mythologicis discedere liceat a celeberrimi Vossii sententia, qui in opere de historicis graecis putauit, a Tzetzta h. l. citari librum Apollodori περὶ νήσων, πόλεων καὶ δῆμων. Ceterum e fragmento Segueriano et ex iis, quae non ex epitome, sed ex Stephani opere ipso supersunt apud Constantinum Porphyrogenetum, patet, illum scripsisse non tantum post Athenaeum Naukratitam et grammaticum Herodianum, id est post Marci Antonini et filiorum tempora, sed et post Marcianum, Heracleotam, qui Synesii aequalis fuit, ut adeo eundem necesse sit vixisse post Arcadium Honoriumque, quae opinio fuit viri summi et de bonis litteris, Stephano autem cum primis, praeclare meriti Lucae Holstenii, *Hamburgerensis* (ccc). Itaque minus audiendus *Iohannes Trifstanus*, argumento leuiore ductus, cui ante Gallienum vixisse, longeque, quam vulgo, antiquior fuisse Stephanus videbatur, tom. II. operis praeclari numeri pag. 8r. Plane autem ratio fugit virum doctum (ddd), qui in Italia antiqua pag. 1234. Eustathium Stephano antiquiorem putauit, cum Eustathius tot saeculis illo iunior in commentariis ad Dionysium Periegetem et ad Homerum frequentissime Stephanum eiusque ἑθνικὰ, nec Stephanum modo, sed et Stephani epitomen, τὸν τὰ ἑθνικὰ ἐπιτέμνοντα citet, non quidem, quod integro Stephano vsus non fuerit Eustathius, ut Thomas de Pinedo suspicatur, quum contrarium pridem ostensum sit a Berkelio ex locis, vbi Eustathius

ccc) Atque *Saxius* in *Onom.* lit. I. pag. 520. Stephanum, putat, Marciano Heracleota, et Prisco Panite recentiore, vixisse circ. a. Chr. 472. *Hartl.*

ddd) Vide Berkelii praefat. ad Stephanum.

thius ex Stephano profert, quae in nostro hodie desiderantur: (confer *Neocorum* ad Suidam in Παρθένιος,) sed, quia Hermolaus nonnulla adiecerat passim operi, quod in epitomen contraxit. Unde puto etiam, minus tuto nos posse cum Holstenio, Berkelio, Theodoro Ryequio adfirmare, quod Stephanus religione Christianus fuerit, etsi in vocabulo Βητλεὲμ legimus verba Christiani procul dubio scriptoris: ἐν ᾗ γέγονεν ἡ κατὰ σάρκα γέννησις τῆς Θεᾶς καὶ σωτῆρος ἡμῶν. Equis vero nos docebit, haec Stephani esse, non Hermolai? Non miror igitur, viro doctissimo *Septimio Florenti Christiano* in mentem venire potuisse, ut Ἑθνικῶν auctorem Ethaïcis adscriberet in notis ad Aristophanis Irenem pag. 77. Quod etiam facit *Richardus Montacutius* p. 177. [P] Apparatus, Stephanum in originibus sacris et hebraïcis mire hallucinari obseruans. Quamuis aliud videatur Eduardo Bernardo, litterarum illarum peritissimo, qui pag. 49. ad Iosephum non dubitat, Stephanum laudare tamquam orientalium originum sedulum indagatorem. Confer *Bocharti* Chanaan II. 12. Ceterum rectius nos fortassis cum praestantissimo Petro Baelio in Lexico Historico-Critico nihil definimus, et hoc totum de "" religione Stephani in medio relinquimus. Quantum vero ii, qui veterum scripta in epitomas redegerunt, licere sibi in illa olim putauerint, non vno exemplo norunt viri eruditi, ut minime necessarium sit, ea de re hoc quidem in loco plura verba facere.

*Stephani* opus ab auctore videtur inscriptum fuisse Ἑθνικά: ita enim Suidas et saepe Eustathius adpellat, et suadet scopus operis haud postremus, qui ad grammaticam τεχνικὴν pertinet, et est, nomina gentilia docere, quomodo a gentium, regionum, insularum, urbiumque pagorum, et fluuiorum nominibus recte deduci debeant, quod veterum scriptorum auctoritate plerumque facit, imo semper hoc eum facere, si opus ipsum Stephani exstaret integrum, videremus: etsi ipsum saepe ex ingenio formare sua Ἑθνικά notat *Is. Vossius* ad Melam pag. 45. Ita etiam opus suum inscripserat Orus siue Orion grammaticus, cuius liber secundus περὶ Ἑθνικῶν Stephano citatur in Τάυα. Diuersum tamen institutum fuit Damastae Sigaeensis in Ἑθνῶν καὶ Πόλεων καταλόγῳ, Diogeniani ἐν πίνακι πασσῶν ἐν τῇ γῇ πόλεων aliorumque, qui de regionibus vel urbibus tractarunt geographorum more vel historicorum. Neque haec spectant Hippiae Delii vel Callimachi Ἑθνικαὶ ὀνομασίαι, Hellenicisque et Zenodoti scripta eiusdem argumenti, quibus in scriptis de vocabulis et idiomaticis, nationi alicui peculiaribus agebant, ut alio loco diximus. Ceterum in versione graeca catalogi Hieronymiani, quae ad Sophronium vulgo refertur, statim sub initium alio longe sensu εἰ τὰ Ἑθνικά συντάξαντες sunt scriptores Ethnici siue pagani. Stephani porro Ἑθνικά in plures libros digesta erant, ita quidem, ut cum littera O iam inciperet liber sextus et tricesimus, ut ex manu exarato epitomas codice Perusino et Salmasii, qui Palatino MS. vsus fuerat, obseruatione docuit Iacobus Gronouius. Hinc patet, falli *Ioh. Rualdum*, qui in vita Plutarchi cap. 1. citat Stephanum Byzantinum libro XXII. περὶ πόλεων, producens locum ex voce Ναϊσαρέϊα, et capite 6. adferens nonnihil ex voce Τάναγραϊα laudat librum XIX. Nempe singulis litteris singulos [P] libros a Stephano tributos, perperam putabat vir doctus. Equidem iam cum Nylandro non licet amplius dubitare, litterarum ordinem sequutum

ccc) Fateor tamen, me valde inclinare in eorum sententiam, quibus Stephanus videtur fuisse Christianus.

sequutum fuisse τὸν Ἐθνικογράφον, ita tamen, vt vnica littera plures interdum impleret libros, singulis praemisso indice nominum, de quibus esset dicturus. Vtrumque patet ex calce fragmenti, quod ex bibliotheca *Petri Seguierii*, Franciae Cancellarii, primus in lucem protulit *Samuel Tennulius*, addita latina versione et notis Amstelod. 1669. 4. Eidem fragmento Theophilus, nescio quis, qui illud in membrana descripsit, hoc triftichon adiecerat:

Σφάλματα καλλιγράφων πολυῶδυνα μύρια φεύγων  
 Χερσὶν ἑᾶς Θεόφιλος ὅλας ἐγράφατο βίβλους  
 Τῶν Ἐθνικῶν III) Στεφάνου σοφῆς σάξοντα μελίτης.

Titulus <sup>sss</sup>) autem hic praefigitur: *Στεφάνου γραμματικῆ Κωνσταντίνης πόλεως περὶ πόλεων νήσων τε καὶ ἔθνων δῆμων τε καὶ τόπων καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετανομοσίας καὶ τῶν ἐντεῦθεν Ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων*, qui titulus plenissime quidem, quae in Stephani libro continentur, exponit, sed librarii potius merces emtori venditantis, quam auctoris esse videtur. Nomina, quae fragmentum istud libri decimi pars postrema persequitur, sunt *δύμη*, vsque ad extremum litterae Δ, nisi quod in vocabulo *δάριον* magna et aliquot paginarum lacuna est. Facile autem patet, si quis vulgatos Stephani codices cum hoc fragmento conferat, quam multa omiserit *Hermolaus* in sua *Ἐθνικῶν ἐπιτομῇ*, quae sola nobis hodie omisso Stephani opere superest, adparetque, recte adfirmasse *H. Vossium*, qui idem fragmentum tum adhuc *ἀνέκδοτον* non semel laudauit in suis ad *Melam* notis, vix vicesimam partem *Ἐθνικῶν* descriptam ab *Hermolao*, vnde fuere, quibus in mentem veniret, non epitomen ipsam, sed epitomen epitomes nos duntaxat habere. Confer *Baileti* iudicia de praestantissimis quibusque scriptoribus tom. I. pag. 461. *Casspar* itaque *Barthius*, epitomatori indignatus, in Bibliotheca sua, siue libro octauo epidorpidon de Stephano ita scripsit:

*Cui iste fractus est liber; male incestus  
 In orbis ambitum coactor exiit.*

Ceterum id, quod dixi, integri Stephani fragmentum Seguierianum post Tennulium versione et notis illustrauit, cum *Hannonis* periplo, *Abraham Berkelius*, Lugd. Bat. [P] 1674. 8. <sup>hhk</sup>) idemque suae Stephani editioni postea suo loco pag. 312 sqq. inferuit, et iterum ad calcem sui Stephani noua versione et notis locupletatum exhibuit *Thomas de Pinedo*. Partem fragmenti, quae de *Dodone* agit, peculiariter, (post triumuiros illos,) academicis exercitationibus illustrandum sibi sumisit *Jacobus Gronouius*, Lugd. Bat. 1681. 4. gr. et lat. <sup>iii</sup>) adiecta Stephani *Lemonii* erudita de oraculo *Dodonaeo* epistola, et notis doctissimis *Eduardi Bernhardi* <sup>kkk</sup>). Pars illa fragmenti Seguieriani ex Gronouii editione recusa etiam est tomo septimo thesauri antiquitatum graecarum.

[Ibidem pag. 321. sunt *Iac. Triglandii* coniectanea ad quaedam loca obscura fragmenti de *Dodone*. *Montfaucon* in bibl. Coisliniana olim Segueriana pag. 281 sqq. animaduertit, illud

<sup>fff</sup>) Ita in MS. legi, non, vt editum est ab aliis, *τοπικῶν*, testis *Iac. Gronouius*. [Atque *Montfaucon* ex cod. scripsit *Ἐθνικῶν*.]

<sup>ggg</sup>) Pleniorem titulum *Montfaucon* dedit, vti paullo post adnotabitur. *Harl.*

<sup>hhk</sup>) In 12. in catal. *Pinell* I. pag. 360. *Harl.*

<sup>iii</sup>) Vid. *Aeta* erudit. Lipsi. 1682. pag. 224 sqq. *Harl.*

<sup>kkk</sup>) Exemplar cum notis msst. *H. Vossii* est in biblioth. *Leidensi*. *Harl.*

illud quidem longius ex opere ipso Stephani integro fragmentum, ex apographo Tennulii, ad fidem illius codicis Segueriani (saec. X.) exarato, at mendis grauissimis resperfo, aliquoties esse formulis typographicis descriptum. Quare id ipsum ex eodem codice emaculatum cum latina versione et notis rursus publicauit, et quatuor priores lineas, quae in edit. omisissae fuere, hic addidit. Quae in voc. Δωριον in editis magna est lacuna, ea in cod. post verbum μέγος τι mutila sunt, quia folium a summo ad inum abscissum est, ita vt extrema tantum linearum verba manserint; atque Montfaucon singula, quae restabant, vocabula, syllabas literasque reddidit. Sequens vero post abscissum codicis folium pagina sic incipit, γνώμην ἔχον τὴν ἀπειρίαν ἐκπέμπειν, quae in edito consequenter ponuntur, ac si nihil deficeret. In fine litterae Δ et voc. Δώριον titulum, quem paullo ante Fabricius ex editis repetierat, Montfaucon pag. 290. post voc. ὀνομάτων dedit hisce auctiorem, βιβλίον ἰά, ἔ τὰ κεφάλαια ταῦτα, vbi Tennulius male ὀγδοήκοντα κεφάλαια τὰ γε ταῦτα et Montfaucon in nota addit: „Hic tot capita numeranda, quot nomina, quae ad LXXVI. solum pertingunt.“ Idem posuit nominum catalogum, qui deficit in Ἐλαρες πόλις, cum versione latina: sequitur Tristichon, a Fabricio iam adductum, et articulus, Ἐλαρες, ἔθνος Ἰνδικὸν τῶν μετὰ Δωριᾶδε Διονύσω πελεμησάντων. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν δ. — Tum clausula:

Οἱ δὲ Θεῶς προγένοντο Διωνύσου κατὰ Φήμης. Harl.]

Equidem fatendum est, Stephanum per vniuersum opus non pauca adspargere de urbium populorumque veris et fabulosis originibus, recensere passim viros doctos, qui in ciuitate vel regione, de qua agit, claruerunt, aliaque tradere quam plurima historici et geographici argumenti; ita quidem, vt, si praecipue ipsum Stephanum, non Stephani ἐπιτομὴν haberemus, minimam operis partem tributam videremus exponendis nominibus gentilitiis et patronymicis, vnde vocem ἔθνικῶν paullo laxius a Stephano acceptam suspicabatur acutissimus Baelius, cuius verba ex tom. III. Lexici pag. 2793. adscribam: *il n'y a nulle apparence, que le dessein principal de ce Grammairien ait roulé sur l'explication de ces termes derivatifs. C'étoit apparemment la plus petite partie de son projet, et un accessoire de son ouvrage. J'avoue, qu'il est fort soigneux de marquer ces sortes de noms, mais cela n'occupe que tres peu de place en comparaison des faits qu'il rapporte, et des temoignages qu'il cite. Et que seroit ce si nous auions tout l'ouvrage, nous y verrions une ou deux lignes par article pour l'explication du nom adjectif formé du nom de la ville, et nous verrions quelquefois des pages toutes entieres dans un seul article. Je croi sans m'illeur avis que le titre ἔθνικὰ se rapporte à toutes les observations qui se peuvent faire sur un peuple, sur un lieu, en tant qu'on se borne aux origines et à l'histoire Geographique.* Integro Stephani opere praeterea vsus Constantinus Porphyrogennetus, vt patet conferenti caput XXIII et XXIV. libri de administrando in perio cum iis, quae in vulgata Henzoldi epitome de Iberia et Hispania leguntur. Ac iure mireris, Memfrum virum doctiss. in editione operum Constantini hoc non obseruasse, qui duo illa capita, quoniam de illis emendandis desperabat, sine interpretatione latina edidit. Sed caput XXIII. emendatum et latine versum Berkelianae Stephani editioni pag. 403 sq. integrum insertum est. In capite XXIV. omnia recte se habent, nisi vt verba Κελτες δὲ τῶν Ἰσπανίων πεδέρμασσι τε ἀμδουρίαις Ἰσπανίας delenda videantur, vixisse quae nihil aliud sit, quam nota ex ead. lib. in textum recepta: et postremum verbum Ἰσπανίας ex Plutarcho de nominibus [P] et Plin'o lib. III. cap. I. hist. mutandum est in Ἰαρία.

In libris eiusdem Constantini de thematibus imperii orientalis plura ex Stephano, longe iis, quae Herimolai epitome exhibet, locupletiora occurrunt. Vide lib. II. thema 6. 9. 10. 12. etc. etsi raro nominatur ipse Stephanus, quod tamen fit themate IX. de Sicilia, ubi Stephani, grammatici, nomen discrete exstat. Consultenda etiam excerpta Constantini Porefciana, ab Henr. Valesio cum versione ac notis vulgata, pag. 493. Stephanum ἐν τῷ περὶ κύπρου laudat magni Etymologici auctor et ex eo Varianus in Σφηκεία, quod apud *V. Ilium* pag. 416. de historicis graecis redditur *libro de Cypro*. Sed verisimilibus est, ab Etymologico non respici *Ἔθνη* Stephani in Κύπρου, (ubi σφηκείας hodieque meminit epitome,) quam singularem de Cypro librum. Aut in Etymologico non *Stephanus* legendum, sed *Philostephanus*, (Cyrnaeus ille fuit, Callimachi familiaris,) cuius περὶ Κύπρου laudat Clemens Alexandrinus in protreptico, atque idem Vossius partem esse putabat operis περὶ νησαν, eodem auctore, tot veteribus celebrati. Certe Isaacius Tzetza ad Lycophronem, qui Stephani quoque alibi meminit, eadem verba, quae apud Etymologum habentur, producit ex Philostephano ἐν τῷ περὶ Κύπρου. ut ante nos adnotavit Abrahamus Berkelius. Ab eodem observatum est, *Ἔθνογράφου* laudari praeterea a Suida in *Νακῶνῃ*, et *Ναξῆς*, ut auctorem scholiorum ad epigrammata graeca, Bisetum ad Lysistraram Aristophanis, aliosque iuniores innumeros silentio inuoluam. *Herimolai Epitomatoris* mentionem occurrere in *Eudociae Macrembolitae* Ioniis MSS. <sup>iii)</sup> testatur Carolus Fraxinetus siue du Fresneus in glossario graeco. In edita Stephani epitome desiderantur in littera K nomina quaedam, incipientia a KE, tum omnia a KH, KI, KA, KN, et non pauca a KO. Neque haecenus repertus est, qui illam lacunam suppleret, etsi Iosephus Scaliger epistola ad Ianum Gruterum, quae inter editas est 431. testatur est Nicolaus <sup>iiii)</sup> Sophiano, praeter alios codices graecos fuisse etiam integrum Stephanum, (hoc est integram epitomen Stephani,) cum toto K et Δ. Equidem in Δ nullam lacunam suspicari sunt vel primus editor Aldus, vel post eum alii: nullum tamen nomen, a ΔE incipiens, occurrit, et in reliquis huius litterae quoadque parcius esse videtur, vnde Scaligero venire in mentem potuit, etiam liberam Δ imperfectam in vulgatis codicibus circumferri. Praeterea Ioh. Passeratius integra Stephani epitome vsus fuisse perhibetur ex eo, quod Stephanum in voce *Κηφιστος* laudat, illustrans elegiam sextam [7] secundi libri Propertii, poetae. Quamquam Isaacius Lloydus, qui hoc cum eundem respiciens, hoc de Passeratio tradiderat ad Caroli Stephani dictionarium historicum in *A. Annis*, postea per litteras a Thoma de Pinedo rogatus referpsit, se de ipsius fide dubitare. Dubitat etiam iure meritoque Berkelius, et productam a Passeratio fabulam ex epitome Stephani in voce *Ἀγείνους* peti potuisse obseruat.

### [Codices MSSi.]

In bibl. regia *Neapolitana* est in cod. CCXXVI. chartac. saec. XVI. Stephanus Byzantinus de urbibus. — In bibl. Augustianensium et S. Ioannis ad Carbonarium *Neapoli*, in cod. chartac. XIII. Stephanus Byzant. περὶ πόλεων καὶ δήμων. — *Mediolani* in bibl. Ambros. Steph. de urbibus, cod. recens bombycinus, teste Montfaucon in diario ital. pag. 14. —

Venetis

iii) Vide pag. 168. edit. Villoisonii. *Harl.*

iiii) Non Nicolaus, sed Michael Sophianus illos graecos codices habuit. Vide Paulli Colomessii Opuscula pag. 57.

*Venetis* in bibl. SS. Ioannis et Pauli Dominicanorum Steph. de urbibus cod. saec. XV. teste eodem pag. 48. — In bibl. *Leidensi* inter codd. Vossianos cod. chart. ex Ethnicis Stephani per epitomen. Principium ab littera A in fine adscriptum: τέλος τῶν τοπικῶν Στεφάνου. vide catal. bibl. p. 392. nr. 20. — Plures laudantur codd. *Vossiani* in catalogo MSS. Angliae et Hiberniae pag. 59. cod. MMCLVI. Steph. Byz. de urbibus. vbi quoque in cod. MMCLIV. Stephani Byzantii commentar. in Aristotelem de anima: ib. pag. 60. et d. MMCCXX. et cod. MMCCCLXXII. fragmentum Stephani de urbibus, a Sam. Tennulio e bibl. Segueriana vulgatum: ad poster. cod. adnotatum est: „Stephanus glossographus idem forte cum Stephano geographo in expositione ἐνδιαιδέντων γραφῶν MS. laudatur a Pearsonio, praefat. apologetica pro 70. interpretibus contra Hieronymum. bibliis graecis, Cantabrigiae exculis, praefixa.“ — pag. 67. nr. 2677. iterum 2687. est Stephanus Nylandri cum notis msstis virorum doctorum. — In bibliotheca *Parisiensi* cod. MCCCCXII et MCCCCXIII. Steph. de urbibus. — In bibl. *Escorialensi* Steph. Byz. de urbibus et populis, teste Plüero in itiner. per Hispan. pag. 190. — In biblioth. quondam *Palatina*, teste Sylburgio in catal. MSS. nr. 57. Steph. ἐθνικῶν ἢ τοπικῶν epitome, qui cod. venit in Vaticanam.

### E d i t i o n e s.

Princeps editio est Aldina: *Stephanus Byzantinus* de urbibus, graece. in fol. sine ancora et Delphino, ad Ioan. Taberium Brixiansem. Praefatio data est *Venet.* XV. Kal. April. 1502. in calce: *Venetis apud Aldum Romanum* mense Ianuar. 1502.

Partem praefationis recudi fecit *Maittaire* A. T. II. pag. 160. Idem in indice pag. 255. notat, editionem *Venetam* 1498. fol. quam Orland. pag. 410. et Beughem. pag. 130. adferunt, sibi esse prorsus ignotam et valde suspectam; neque aliam esse putat, quam Aldinam, et forsitan legere eos potuisse M. IID pro M. DII. — Fabricii aliorumque notas msstas, orae exemplaris cuiusdam adscriptas, et a Ballenstedt quidem partim editas, mecum benevole communicavit cl. *Gurlitt*, quas infra post indicem in lucem prodire iussi, tanta Stephani editionum paucitate et propter egregii spicilegii, a cl. Gurlitto collecti, accessionem lectori, praesertim futuro editori, haud ingratis visu lectuque fore ratus.

Στέφανος περὶ πόλεων. *Stephanus de urbibus*. Florentiae per heredes Philippi Iuntae, prid. Kal. Maias M. D. XXI. (1521.) 8. graece.

Fluxit haec editio ex Aldina. *Har!.*]

Ab eo tempore *Conratus Gouerus*, Basil. 1553. 1560. fol. in secunda et tertia editione onomastici nominum propriorum, nomina locorum ex Stephano latine interpretatus adiecit, non paucis etiam castigatis, ut ipse in praefatione et epistola de libris a se editis pag. 23. testatur. In Gerhardi Iohannis Vossii libro de scientiis mathematicis pag. 410. leges, *fatis omnibus liquere, quod Stephanus multum abeat Xylo Betuleio*, quod olim Vossium sequutus et ipse in exercitatione de Lexici, a. 1609. Li. haec edita, scripsi. Sed iam non dubito, a Vossio perpetam nominum Xylo pro duobus o Xyli disopulo, *Cicilimo Xyloiro*, qui Basiliae a 1567. fol. Stephanum innumeris locis emendatum cum suis castigacionibus, graece, subiecto auctorum, ab ἐπινογησάφῃ laudatum, indice recudendum dedit, et haec

editione procul dubio optime de Stephano promeritus est <sup>ann)</sup>). Sunt, qui latinam versionem etiam simul edidisse adfirmant; sed et hos falli constat, quamvis versionem promississet molliusque esset Xylander, cuius partem Heidelbergae ab eius heredibus redemit, et a. 1626. ad Holstenium misit vir summus *Claudius Salmasius*. Hic et ipse Stephanum cum versione et animaduersionibus edendum aliquando in se suscepit, ut patet et eius notis ad Inscriptionem Herodis Attici pag. 29. verum a latine transferendi labore detertere eum non dubitavit Iosephus Scaliger his verbis epistola CCXLV. scripta a. 1607. 3. Id. Maii. *Tamen prius Stephani ἐδωκεν αὐτὸν ἐξ-επεκταμῶν, σὺ γὰρ πολλὰ ἔχεις: ἐν τῷ αὐτῷ ἀλλοτρίω μὲν ἄλλοις ἀλλοτρίως καὶ ἀλλοτρίως ἔχεις. Et praeterea multa sunt suspecta, alia perpicue vitiosa, quibus sine codice mendi non optima primum ingenia possunt. Quid est, quod e re litterarum magis facere possis, quam haec publicare. Sed quomodo vlla interpretatio latina e dignitate adici possit, non video; est enim merum lexicon, ut Pollux, cuius, qui versionem latinam dedit, magis sese illo factio traduxit, quam commendavit. Haec est sententia mea, non, qui te a tua dimovere posulem. Nam si tibi ita videtur, nolim te a proposito tuo detertere. [P] Melius tamen tibi consulum fere credo, si hoc labore supersederis, ex quo te missimus ad imperitos, nullus ad doctiores fructus, ad te vero nulla gloria prouentura sit. Quae viri maximi verba respiciens Iac. Gronovius Exercitat. de Dodone pag. 12. Vehementer, inquit, mihi placuit sententia Iosephi Scaligeri, negantis, se videre, quomodo e dignitate Stephano aliqua interpretatio possit adici. Vnde quoque Salmasium novimus consilium vertendi huius lexici, quod antea formauerat, abiicisse, et plane hunc laborem non dubitavit superuacuum vocare magnus Casaubonus. Forlan igitur memoria fecellit Antonium Clementium, qui in vita Salmasii pag. 28. quum retulisset, virum hunc, vel iuuenem potius supra laudes, (tunc enim vix <sup>ooo)</sup> viginti annorum fuit.) praeter alia Stephanum quoque sexcentis amplius locis emendatum ac maxima ex parte ex antiquissimo codice biblioth. Palatinae auctum ad praelum paratum habuisse, subiungit: *Cui, si bene meminimus, versionem etiam adecerat, potius temporis fallendi et styli exercendi gratia, quam quod necessarium iudicaret.* Sed et *Leo Allatius* pag. 147. apud vrbanae versionem pariter et notas eruditissimas in Stephanum a Salmasio ad praelum paratas fuisse testatur. Quod vero pag. 29. scribit idem Clementius, cerro sibi constare, non perisse eum thesaurum, nec in biblioth. τὸ μνημεῖον a multis retro annis exstitisse; sed haerere apud virum quemdam eruditissimum, cui usum codicis sui Salmasius concesserit, vix dubitem, verba haec, si non ad If. Vossium, ad Lucam certe Holstenium respicere, cui Salmasius et partem versionis Xylandri, quam fore pro Salmasiana habuit Clementius, et suum Stephanum utendum amice concesserat. Usus Holstenius praeterea codice *Isoaci Casauboni*, quem similiter non mediocrem operam in isto auctore castigando posuisse constat, vel ex lectionibus eius Theocriteis, in quibus cap. 1. Stephanum sexcentis mendis liberatum edere promittit, neque ob aliam causam illam curam abiicisse videtur, quam quod Salmasio idem cordi esse intellexisset, cuius Ste-*

phanus

<sup>ann)</sup> Ex officina Oporin. — In bibl. *Leidensi* sunt tria exempla, ad quorum primum in charta adiecta If. Vossius multa coniecit; alterum conscriptum est manu Thomae Brunonis; tertium manu Gerardi Falcoburgii nonnullis in locis conscriptum est et emendatum. *Harl.*

<sup>ooo)</sup> Antonius Clementius adfirmat, Salma-

sium natum esse a. 1596. Ita vix undecim fuisset annorum, quum ista ad eum scripsisset Scaliger. Sed verius videtur, quod alii aiunt, eum natum fuisse a. 1587. Atque ipse Clementius pag. 22. scribit, eum a. 1506. egisse annum actatis quartum decimum.



phanus tempore interiecto peruenit in bibliothecam Isaaci Vossii, qui Berkelio vtendum illum dedit. *Carolus* praeterea *Sigonius* de Stephano illustrando cogitasse fertur, vti *Iohannes Hartungus* quoque, teste *Simlero*, et *Aloysius Gradenicus*, bibliothecae Venetae S. Marci praefectus, teste *Koenigio* in biblioth. et *Colomesio* in biblioth. selecta pag. 48 sq. vt omnittam *Nicolaum Lloydium* et viros doctissimos, qui obiter non paucis Stephani [P] locis lucem adtulerunt, *Philippum Cluuerium*, *Abrahamum Ortelium*, *Ezechielem Spanhemium*, omnisque eruditionis ac veteris praecipue geographiae penu, *Isaacum Vossium*: etiam *Iosephi Scaligeri* manu notatus et castigatus Stephanus editionis *Xylandrinae* comparatus a *Seb. Tenguagelio* exstat *Viennae* in bibliotheca *Augustissimi* imperatoris. *Lubinum* quidem hisce addere nolum: nam *Thomas de Pinedo*, quum noisset, *Mich. Antonium Baudrandum Parisinum* ad *Philippi Ferrarii* lexicon geographicum tom. II. pag. 357. vbi de Stephano agit, non subiungere: *Quod nunc latinum reddidit, restituit et notis illustrauit doctissimus P. Augustinus Lubin Augustinianus*, testatur, sibi, veritatem huius rei scrutanti, per litteras, ad amicum scriptas, responsi loco obtigisse, *Baudrandum* hoc dixisse in fide parentum. Ac profecto non valde diligenter Stephanum triuisse videtur *Lubinus* ille, *Mercurii* geographici, gallice editi auctor, qui integrum eius nomen esse putauit *Etienne des Villes*, quasi *Stephanus de Vrbitur*, vt *Petrus de Natalibus*, vel *Nicolaus de Passeribus* adpellatus fuisset, quod non minus lepidum est, quam quod *Ferdinandus* quidam *Fabiani* in *Ioh. Ciampini* elogio laudaturus *Itinerarium* quoddam, gallice scriptum et duplici indice auctum, quum in titulo legisset verba *enrichi de deux listes*, id scriptoris nomen esse ratus, adpellauit *Dominum Henricum de Deux listes*. Latinam quoque Stephani *Ἐθνομῶν* versionem adornauit *Benedictus Aegius*, *Spoletinus*, quam e *Vaticana* biblioth. a *Stephano Gradio*, illius tum praefecto, acceptam vna cum graecis edere, *Hollstienique* notis praemittere volebat *Theodorus Ryckius*, nisi ex *Italia* in *Belgium* redux a nouis Stephani interpretibus, de quibus iam dicturus sum, praeventum se esse sensisset.

A. 1678. *Amstelodami* fol. lucem adspexit Stephani epitome illustrata animaduersionibus copiosis et latina versione *Iudaei Lusitani*, *Thomae de Pinedo* PPP), auctaque indice scriptorum, ab *Ἐθνομωρέων* etatorum, in quo quidem *Xylandrum* sequutus est, vt ipse fatetur, vbi de *Polo* agit. Non pauca tamen addidit, et *Xylandri* hallucinationes interdum correxit, vt cum inter alia sustulit, quod *Cornelium Alexandrum*, *Polyhistorum*, *Asclepiadae* discipulum, historicum in quinque diuersos scriptores *Xylander* distraxerat, notatus eo nomine a *Ioh. Ionio* pag. 13. libri de scriptoribus historiae philosophicae. Non me fugit alioqui. *Bernardum* pag. 87. de Peccato Orig. et *Ld. Bernardum* pag. 49. ad *Iosephum* et alios admodum finistre de *Iudaei* illius animaduersionibus sentire; modestia tamen illius industriae et rem literariam iuuandi studium nemini [P] cordato improbantur. Hinc non tantum a diligentia eum commendat. *Ioh. Daniel Maior* in diis. de numis graece inscriptis, sed et *Paulus Colomesius* notis ad *Gyraldi* dialogos de Foetis pag. 105. adpellare non dubitat virum multae lectionis atque ingenuitatis. Item athen in bibliotheca selecta pag. 46 sq. fatetur, se in Stephano *Thomae de Pinedo* non multum eximii deprehendisse. *Il y paroist j. l'auteur, qui l'que lecture, mais une lecture trèsielle et qui ne nous apprend rien de particulier.*

Kkkk 3

Pour

Pour les corrections ou les coniectures, outre que ce Juif Portugais en doit une bonne partie a Jean Hartungus, qu'il n'allegue que fort rarement; il y en a peu qu'on puisse nommer heureuses et de la force de celles des Leopars, des Scaligers, des Mauffacs, et des Saumaises. De plus il temoigne n'avoir lu que fort imparfaitement les ouvrages de ces grands hommes et de plusieurs autres, du travail desquels il auroit pu embellir et augmenter le sien. Je non pousse pas plus loin ma censure, parce que j'ay fait ailleurs quelques remarques sur la Critique de ce Juif. Fabric. — [Sunt exempla, (e gr. in cat. libr. Com. de Rewiczky, p. 53. et Pinell. I. pag. 360.) quae novum accepisse videntur titulum, in quo Amstelodami 1725. fol. Integram dabo inscriptionem ex Hambergero in zuverläss. Nachrichten tom. III. pag. 277.]

Stephanus de urbibus, quem primus Thomas de Pinedo Latii iure donabat, et observationibus, scrutinio variarum linguarum, ac praecipue hebraicae, phoeniciae, graecae et latinae detectis illustrabat. His additae praeter eiusdem Stephani fragmentum, collationes Jacobi Gronovii cum codice Perusino, vna cum gemino rerum et verborum indice ad Stephanum et Thomae de Pinedo observationes. Amstelod. typ. Jacobi de Jonge. 1673. fol. In bibl. Bodleiana est exemplar cum notis mssis Ed. Bernardi. Harl.]

A. 1684. Lugduni Bataurum fol. prodire *Lucae Holstenii* notae et castigationes postumae in Stephanum, non sane a viro praestantissimo, quod valde optandum erat, ad editionem paratae et elaboratae, sed quales ad oram Stephani ab Holstenio adscriptas velut filuam quamdam et apparatus elaborandorum commentariorum in codice Barberiniano, ex autographo, quod Serenissimae Christianae, Suecorum reginae, Holstenius legauerat, expresso, reperit, nec sine magno labore digessit descripsitque *Theodorus Ryckius* <sup>qqq</sup>). Nihilominus vel hae inter legendum in chartam a viro insigni coniectae nec ultimam manum expertae notae, plurimum longe lucis Stephano adferunt, plura loca tum illius tum aliorum scriptorum felicissime restituunt. Ac profecto non tantum MStis duobus Palatinis aliisque subsidiis praestantissimis instructus, sed et criticae ac geographicae veteris omnisque doctrinae callentissimus Holstenius fuit, ut, si ipsi commentarium in *Edvuzē* perficere atque edere concessum fuisset, nihil forte magis egregium in hoc genere potuisset requiri ac desiderari. Iam non adeo mirum est, in postumo opere nonnullos legentibus observari errores, quorum multos ex numis praecipue ostendi posse, Pyrrhique Ligorii auctoritati nimium saepe Holstenium tribuisse, notatum est ab illustri Ezech. Spanhemio epistola tertia ad Andream Morellum, quae huius specimini rei numariae subiungitur. Quantum vero lumen quamque haud vulgare Stephano ex numis possit accedere, docuit idem Spanhemius in incomparabili opere de praestantia numismatum, [P] ut Harduinum aliosque nunc praetermittam.

Francisci

qqq) Inscriptio haec est: *Lucae Holstenii* notae et castigationes postumae in *Stephani Byzantini Edvuzē*, quae vulgo *περι πολέων* inscribuntur: post longam doctorum exsiccationem editae a *Theodoro Ryckio*. Qui *Scymni*, Chii, fragmenta haecenus non edita: item dissertationem de primis Italiae colonis et Aeneae aduentu et alia nonnulla addidit. Lugd. Batau. apud Io. Hack. 1684. fol.

conf. act. erud. Lips. 1684. mens. Nou. p. 487 sqq. In nouis miscell. Obseru. tom. II. pag. 117 — 124. leguntur *Lucae Holstenii observationes ad indicem scriptorum a Stephano Byzantino citatorum*, quae Franc. Gallupus descripserat. *Crenenna* in catal. tom. V. pag. 11 sqq. duas Holstenii litteras ineditas itidem excudi fecit. Harl.

*Francisci Guicciardini* notas ad Stephanum, sed adhuc ineditas laudat Aegidius Menagius pag. 27. amoenitatum iuris ciuilibus.

Denique a. 1688. Lugduni Bataurum fol. Stephani epitome cum noua versione et commentario eximio *Abramam Berkelii* edita est, qui vir eruditus et diligens praeter codicem Salmasianum cum codd. Palatinis collatum, variis alii. adminiculis et MSto insigni Vossiano usus non tantum innumeris locis emendatiorem, sed et interdum auctiorem Stephani epitomatores dedit, ut in Ἄγρῶς, Ἀκυλῆξ et plurimis aliis uerbis lector non indiligens facile ex se obseruabit. Immortuus est huic operi bonus Berkelius, adeoque a littera H commentarius ultimam auctoris manum haud expertus, qualiscunque tamen in eius schedis exstabat cura *Iacobi Gronouii* adiectus fuit. Subiunctae sunt etiam ipsius Gronouii breues notae quaedam cum variantibus, lectionibus per eundem virum doctum ex MSto Perusino collectis. *Fabric.* Inscriptio haec est:

Στεφάνου — *Stephani Byzantini gentilia per epitomen: antehac περὶ πόλεων de urbibus inscripta:* quae ex codd. mss. Palatinis ab Cl. Salmasio quondam collatis et MS. Vossiano restituit, suppleuit ac latina versione et integro commentario illustrauit *Abrahamus Berkelius*. Accedunt collectae ab *Iacobo Gronouio* variae lectiones ex cod. MS. Perusino et admixtae eiusdem notae. Lugd. Batau. apud Dan. Guesbeek. 1688. fol. — iterum cum accessione quadam, (num praeter hanc et tituli solum totum opus resusum sit, ne scio:) — Inscriptio quidem haec est: *Stephani* — — a *Iac. Gronouio* variae lectiones ex codice MS. Perusino, intermixtis eiusdem notis, cum excusatione de excerptis Bocharti et Palmerii a se non publicatis. Lugd. Batau. apud Fred. Haaring. 1694. fol. — Exemplum huius anni inueniunt *Hamberger l. c.* et frequentius occurrunt exemplaria illius anni. *Hark.*

Sed Berkelio, tamen iam pridem defuncto, non leuem dicam scribit prolegom. ad Sam. Bocharti opera *Stephanus Morinus*, quod *Bocharti, Palmerii* suasque ipsius observationes in Stephanum illi transmissas, vel plane neglexerit, vel appositas ratissime suis, quibus debebat, auctoribus acceptas tulerit. Quae de re lector melius iudicabit, si Bocharti, Palmerii et Stephanum Morini ad Stephanum observationes, quae [in *Bocharti* geograph. sacra, Lugd. Bat. 1692. fol. pag. 791 sqq. et] tom. I. Operum Bocharti editionis Traiectinae post paginam 793. leguntur, conferet cum editione Stephani, a Berkelio concinnata, euoluetque Iani Berkelii filii praeterea in uindicanda fide paterna ad Iac. Gronouium *Fabric.* — Fragmentum e cod. Segueriano a Ternulio et Menestruon; nec non fragmentum de Dodone, a Gronouio editum, iam supra memorauit *Fabricius*. — In miscell. obseruat. vol. VII p. 76. 128. 108. quaedam Stephani loca emendantur. — In nouis miscell. obs. VII p. 769—797. exstant doctae *I. Gualt.* notae in Steph. Byzant. in quibus per multa Geoph. loca emendantur, aut explicantur, aut a crisi Berkeliana uoluantur. — Ibid. tom. VIII pag. 97—952. et tom. IX. pag. 971—976. *Hadrianus Heriagu* primum de quibusdam iudicium fert editionibus, tum de officio feruili editora benehiter dixerit: quibus praemissa, articulos primae litterae usque ad uoc. Ἄλλῃ usque persequitur et quae variis, maxime erit. l. illustrat observationibus, atque interitum a Gualt. opinioni dissentit. — *Notae in Stephani Byz. 20 uol.* a *J. S. Fabricio*, ut uidetur, et quae *Hadriani* editionis imaginibus adferuntur ex autographo communicantur a *Iul. Bernh. Bailestedt*, Helmstadtii 1774. 4. — *Uti*

*litti supplementis atque adnotationibus hic, uti supra iam promissi, cum lectoribus, critices atque antiquitatis amantibus, communicare haud incommodum videbitur. Harl.*

[Notae in *Stephani Byzantini Ἑθνικὰ*, ab *Ioh. Alberto Fabricio*, aliisque Aldini exempli marginibus adscriptae. Ex Autographo communicavit aliisque auxit *Ioh. Gurlittus*, magister superior scholae Bergensis prope Magdeburgum, Conventualis Monasterii Bergensis, rel.

Quas hic Bibliothecae graecae Fabric. insertas videt, lector erudite, adnotatiunculas in Hermolai Epitomen Stephani Ἑθνικῶν, iam quidem maximam partem edidit (Helmstad. 1774.), qui nuper e vivis discessit, *Iul. Bernh. Ballenstedt*, Rector scholae Schoeningensis in ducatu Brunsvicensi doctissimus, e cuius bibliotheca illud Aldinae editionis (a. 1502.) adeoque principis exemplum, quod nunc manibus tero, mihi comparavi. Sed quum vir clariss. eas programmate scholastico ederet, atque varendum adeo sit, ne, ut solent eiusmodi libelli paucis exemplis proponi neque a librariis per omnem eruditorum orbem dinendi, in paucorum manus venerint; gratiam aliquam me iis denuo edendis operique eius viri, a cuius manu maximam partem profectae videntur, quo et certius feruentur et cum pluribus communicentur, inferendis, apud graecarum litterarum doctos industriaeque Fabricianae fautores initurum esse non despero. Accedit, quod doctissimus Ballenstedt non omnium in marginibus illius exempli notatorum ratione habita, ea tantum excerpfit, quae maioris ad illustrandum illum auctorem momenti esse putavit.

Sed antequam eas ipsas adnotatiunculas prodire iubeo; et de auctoribus et de ratione utilitateque earum, quaedam e Ballenstedtii libello laudato partim desumpta, praemittenda sunt. Maximam illarum partem *Io. Alb. Fabricio* deberi, aperte testatur ductus et forma litterarum, quae cum scriptura nominis proprii et notitiarum litterariorum, Bibliothecae graecae postea insertarum, quae libri indici manus ipsius adiunxit, non male congruit. Habuisse utique Fabricium id moris, ut inter legendum notas suas margini librorum adlineret, praesertim iis, quorum aliquando illustrandorum consilium cepisset, et Reimarus, vir suavis, in vitae eius descriptione pag. 46. testatur, et aliunde mihi constat. — Alia quaedam esse vel a *Sopingio*, Theologo et Philologo Belgico, vel a *Palmerio*, doctissimo illo milite Francico, vel a *Valejo* adnotata, nota ad voc. *Ῥαγῖον μέδιον* adscripta prodit, in qua auctor *iussu Vossii ad Iustin.* pag. 72. *Hesychium emendasse se proficitur*. Hesychiani vero textus corruptum *ραγῖον* in voc. *Ῥαγῖον*, in *μέδιον* recte mutarunt et Sopingius et Palmerius et Valejus, ut adeo vnus ex his reliquae adnotationis ex parte saltem auctor videri possit. Quamvis et hoc omnino praestare nolim, quum non ex Morhofii tantum Polyhist. 1, 4, 7. sed ex ipsi quoque Albertina Hesychii editione satis constet, plures viros doctos olim ad emendandum Hesychium manus assumisse, qui castigationes suas vel ad marginem exemplorum <sup>III</sup>, quibus utebantur, adscripserint, neque dum ultimam manum expertas, aliasve de causis, separatim non ediderint, vel aliis libris, et iis, quos criticos vocant, et commentariis suis in auctores veteres occasione passim oblata inferuerint. Quare et alium adnotationis illius auctorem haberi posse, si quis pugnet, negare non auctim. Ceterum his, in quibus Fabricii manus non agnoscitur, adnotatis, Ballenstedtio praecedente, obelum (†) apposui.

Verum quisquis tandem eorum auctor fuerit, quem, etiam si diligenter exquisitum certissime deprehenderemus, ne operae quidem pretium ad usum eorum facturi videremur; dignae utique sunt, quae etiam *ἀναστυγῶν* in lucem emittantur. Quamquam enim ad rem criticam parum spectent, neque in varietate lectionis e codd. scriptis enotanda locisve depravatis felici ingenii acumine emendantis versentur; multa tamen collecta continent, quae ab aliis doctis viris, *Maurio*, *Casaubono*, *Valejo*, *Bentleio*, rel. ad emendandum Stephani opusculum in medium passim prolata sunt; pleraque autem adnotata ad rerum intelligentiam inuandam comparata sunt, usque, quae ab Ethnographo, siue vera, siue falsa, traduntur, lucem aliquam adlatura. In plurimis quidem non nisi nomina et loca scriptorum, vnde emendatio illustratione peti potest, indicata animadvertas; id tamen nemo in earum auctoribus

<sup>III</sup>) Eiusmodi exemplum edit. Aldinae (Venet. 1514.) Hesychii, multis Christi. C. Septimii Florentis

manu adscriptis castigationibus emendatum equidem ipse tanquam *καταμύθιον* seruo.

auctoribus reprehenderet, quum margo libri singulas quasque vitorum laudatorum animadversiones integris vix copere potuisset. Neque vero a me iure aliquis postulauerit, vt praeter ea, quae, vncinis inclusa, accuratius potui, quiquam praestarem, vtque loca laudata integra subiiciendi laborem susciperem, quum cauere deberet, ne libellus hic, Bibliothecae Fabricianae *παρρησια* modum excederet. Quia? quod sanguinem hanc ad illustrandum Stephani librum symbolam eruditorum maxime vsui aut futuro eius editori debitam velim, a quibus libri laudati facile adhiberi euoluque possunt. Quam ob rem etiam mearum partium duxi, vt ea, quae ipse, ex quo illo Stephani operis exemplo familiariter vtos, a viris doctis passim emendata in eo vel illustrata marginibus adscripsi, vna cum illis antiquioribus adnotatis publici iuris facerem; quorum auctoribus vt suis honos constaret, vncinis includenda mea qualiacumque ab illis distinxim. Neque in posterum plura ad illustrandum Stephanum praestitit e libris criticis et philologicis colligere desistam, communicaturus ea cum viris doctis singulari libello per occasionem scholasticam scribendo, simul satis magnam eorum vim comparauero. Nam profecto iam dudum optavi cum viris doctis, mallet editor quisque nouus auctoris alicuius veteris, quo quilibet in quolibet eius obscuro et difficili loco adhuc praestita vno obtuitu perspicere possit, bonas potissimum emendationes et enarrationes singulorum scriptoris edendi locorum congerere, quae et per libros criticam rem tractantes, et per commentarios in alios auctores scriptos aliosue libros dispersa reperiuntur, quam excerpendis commentariis priorum eiusdem auctoris editorum vnice insudare, siue potius operam, qua neque veteranis neque tironibus omnino fatisset, plerumque perdere. Atque huic desiderio vt tanto facilius quisque satisfaciat, vncinam detur nobis aliquando iuuenum litterarum adiuturam cupidorum et labori assidue ferendo parium societas, quae syllabam catholicum omnium ex omnibus scriptoribus veteribus, in libris criticis et philologicis cuiuscumque generis dispersis tractatorum, emendatorum, explicatorum locorum conficiat! nam Gruteri nam lampadem criticam nouam a Germanorum quidem irremissa industria, verum, qua nunc est germanorum res libraria conditione, non nisi ab Anglofaxonum, fortassis etiam aliquando ab Francorum, si pace restituta pristinus promouendi litteras animus redierit, insigni in studia artium liberalitate expectare licet.

Ceterum vt et nouus aliquando Stephani operis editor existat, qui denuo in verborum integritatem et rerum traditarum veritatem et intelligentiam studiose inquirat, mecum optabit, quicumque non pauca, quae ad emaculandum illustrandumque hunc ad omne antiquitatis studium vtilissimum librum faciunt, praestantissimorum eius editorum, *Luc. Holstenii*, *Abram. Berkelii*, *Iac. Gronouii*, *Thomae de Pinedo* diligentiam ingeniiue acumen subterfugisse, ex his ipsis adnotatis perspexerit. Sunt etiam multa geographiae, historiae, omninoque litteraturae antiquae loca post illorum editorum aetatem a nostris accuratius solertiusque perlustrata, vt Stephano nostro inde multum nouae lucis accendi posse sperare liceat. — Scripsi in schola Monasterii Bergensis, mense Decembr. 1793.

## A.

Ἄβαι, πόλις Φακίη] vid. Hesych. et Suid. in Ἄβαι. Plin. 4, 12. Strab. lib. X. — Ptolemaeus Alexandrinus meminit etiam oppidi huius nominis in Arabia felice. (In illa Phoenicium vrbe erat Apollinis delubrum locuples, vbi oracula reddita: vid. Herodot. 2, 53.)

— ἀπό Ἰρακῆ] Leonicius Tacitaeus 2, 45. var. hist. Virgil. A. 3, 256. — magni gestamen abantis.

— ἀποφάσσει] vid. infra voc. Ἄμφισ.

— καὶ ἀτάβη] delenda arbitror.

Ἄβαντες, ἢ Εὐβοῖη] Herodot. l. i. c. 145. Ἄβαντες μὲν ἐξ Εὐβοῖης εἰσὶν ἐκ ἐλαχίστην μοίην. Homer. II. p. 72. v. 15. p. 146. v. 27. (loci vni II. 2, 542. 4, 414. conf. Schlichthorst geogr. Hom. p. 110.)

— ὡς Ἡρόδοτος ἐν αἰγί . . . ] γοναικῶν legit Meursius in lectt. attic. Salmasius κατάλογον.

— Ἰτακῶν] Ἰτακῶν combiderunt (καὶ) ante Ἄβαντες, vitiosum esse, nec pertinere ad verum Callirachi, sed ad aliud testimonium, quod exciderit, aut omissum sit, arbitratur Ernest. ad Call. Tom. 1. p. 532.)

— Ἀπολλώνιος, περικλήτης] l. i. v. 932.

Ἄβυδος — ὡς Διοδώρος] Musaeus in Erotopaeogn. vid. Pareum p. 41 — 45.

\**Ἀγάθουρα*] *Ἀγάθουρα* Valefius pag. 35. ad Excerpta Peirefc.

(*Ἀγάθουρα* — ὡς Πασαύρος] est semper apud Stephanum Byz. Pisander Larandensis. vid. Heyne Exc. I. ad Aeneid. l. 2. p. 234. 235.)

\**Ἄγρα καὶ Ἄγρα*] vid. Petaulum f. 415. ad Themist.

\**Ἀγύρινα*] *Ἀγύρινα* — *Ἀγυρινοῖος* — *ἀγύριον*.

\**Ἀγχιόλη*] πόλις *Σικελίας*] leg. *Κιλικίας*.

\**Ἀγχιόλη* — *Ἀγχιόλην σὺν Ταρσῷ*] Genesius Byzant. MS. apud Bosium: *Νικηὶς βασιλεὺς Ἀγχιόλην καὶ Ταρσὸν καὶ Ἀγχιόλην ἐν ἑσέρι ἀγύριον* Haec ille lib. III. B. *παλαιῶν*. (Editus per modum est Genesius in tom. XXIII. Scriptor. Hist. Byz. Venet. 1733. fol. e. cod., qui vnus remanet, bibl. Paullinae Lipsi. cuius apographum, a Steph. Berglero factum, Io. Burke. Menkenius Venetis editoribus transmisserat.) adde nostrum infra in *Ταρσός*.

— *ἰθ.* Sardanapalum haec duas vrbes (Tarsum et Anchialen) condidisse, contendit etiam Phaurin. in *Ἀγχιόλη*. †

— *ἔστι καὶ τὸ ἐπιγραμμα*] de Epigrammate illo vid. Clem. Alex. II. Stromat. Cic. Tusc. 5, 35. Diodor. Sic. II. Bibl. add. Suidas voc. *Σαρδαν. παλαιῶν*. Plutarch *περὶ πόλεως Ἀλεξάνδρου λέγει* l. 2. Strabo I. XIII. p. 672. Arrian. II. Alexandr. Athenaeus I. VIII. Dipnos et XII. Augustinus II. de ciu. dei, ibique Viues et Leonhardus Coquaeus. Baptista Camposalgos. IX, 1. (collectan. de dictis factis-que memorab.) Crenius 7. animaduers. p. 83 sqq. Im tatus est Fridericus Caleiae comes; Sircicus de animae immortalitate p. 10. — ald. Tzetiz. Chil. 3. hist. 95. Excerpta chronologica cum Malala edita p. 21. Polyb. Exc. rpt. Peirefc. p. 22. Dio Chrysost. orat. IV. de regno p. 81. (tom. 1. p. 186. edit. Reiskii) Phaurin. in *Σαρδανάπ.*

\**Ἀδειαβηνή*] vid. Suidas h. v.

\**Ἀδρόττα*] Marinus c. 32. de vita Procli. Suidas in *Εὐσεβίος*. †

\**Ἀζίλις* — *ταὶς δὲ Ἄζι*] Spanhem. p. 104. ad Callimach. (ad H. in Apoll. v. 89. p. 139. edit. Ernesti. tom. 2.)

\**Ἀθήναι*] Condidit hanc urbem Minerua et Neptunus; cumque inter se contenderent, ab vtro nomen vrbs condita recipere deberet, Iupiter ab eo edixit, ὅς ἐν πάλαιον τῆ πόλις κτήμα ἐπίδα. Neptunus itaque *λεμέτι καὶ νεοίσις ταύτην ἐπόσμις*. Ἡ δὲ Ἀθήνη ἑλαιὸν ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀνέδειξεν ἐδά-  
λῃ τε καὶ εὐκαρσίῳ, καὶ ταύτην σεφαιωσαμένη καὶ ὑπὸ πάντων ὁμοδοῖσα νεώκηκε. Inde Athenae, vrbs nomen. Refert hanc fabulam auctor Geoponic. lib. IX. †

— *ὅτι ὁ Θερεὺς τὰς ἑδεκά] δάδα*. vid. Meursii Theisium cap. 17.

— *ὁ δὲ Θερυχὸς ἀνάτικον*] Haec non legas hodie in Phrynicis.

(— *παλλάδος κληρὴν πόλιν*] vid. Hemsterhuis' ad Aristoph. Plut. pag. 260.)

{*Ἄθως* — *βάλεις ἢ σικὰ* etc.] nempe vsque ad forum Myrinae. Plin 4, 23. Strabo I. VII. pag. 510. quem refutat Heyne ad Lecheualier d. situ vet. Troiae p. 57. conf. etiam Chancier's travels in Asia min. pag. 23. Mappam geograph. itinerario Choiseul-Gouttier praefixam. Riccioli geograph. reformata. De altitudine et umbrae iactu huius montis egit Kaestner ad Lecheualier pag. 231 — 245. — Montem rationemque eius perfodiendi ab Herze initum descripsit Herodot. 7, 22. 23.)

*Ἀιγάτης*] vid. Gronou. pag. 54. de Dodone.

*Ἀίγιαι* — *ἔτι δὲ τρεῖς κτὼν ἀπολοικῶν] ἔτι δὲ κατὰ τρόπον (vel τόπον) ἀπολοικῶν* legit Casaub. Theocrit. lectit. p. 15. (p. 58. edit. Reisk.)

*Ἀἰδηψος* — *Καλλιμαχὸς Δανδάλῃ*] vid. Bentley. pag. 410. ad Callimach.

— *Ἄρκιος* etc.] paratus. Bentley. pag. 319. ad Callimach.

*Ἀἰθίοπιον*] *Ἀἰθίοπιον* Bentley. pag. 427. ad Callimach. vid. Holsten: ad h. I.

(*Ἀἰθίων ὄμιος Κεραπίδες Φυλῆς*] vid. Morus ad Xenoph. Hellen. 2, 4, 17.)

(*Ἀίσυμη*, πόλις *Θαφίης*] Hom. II. 9, 204; sed Thueyd. 4, 17. dicitur *Οἰάρι*. Ergo vel vtrumque obtinuit, vel alterutrum deprauatum.)

\**Ἄκη* — *ἢ δὲ περὶ τὸν Βῆλον*] Fluuii nomen. vid. notas Varior. ad Tacit. hist. 5, 7.

\**Ἀκμόνικα* — καὶ *Ἀκμοιεύς*] *Ἀκμοιεύς*. Ezech. Spanhem. pag. 615. de numism.

\**Ἀκόνικα* — *ἐπιπυριαν Φάμακας*] Stapel (*loh. Brodterus* alias) ad Theodor. hist. p. 11. c. 11. p. 11. 2.

\**Ἄκρα* — *Συρρακῶν κτίσμα* etc.] locus corruptus, vid. Meurs. in Cypro I. l. c. 7.

- Ἀκρόγαντες] Baelij Lex. Tom. 2. pag. 1228.  
 Ἀκροθρόνοι] Acrothron Plinius; ἄδρος ἄκρον Ptolemaeus; hodie Cima di monte. (der Berg Atnos ist kegelförmig und viel höher als der Olymp; Björnåfahl Tom. 6. pag. 349.)  
 (Ἀκρόφαι) eundem esse cum ἄφαι Iliad. 3. 784. prout Hemsterh. ad Aristoph. Plut. pag. 116.)  
 Ἀλαρεφηνίδες — δῖροι τῆ ἀραρεφνίδος] Spanhem. pag. 248. ad Callim.  
 Ἄλαϊ — τὸ ἔθνην Ἄλαϊ] Spanhem. pag. 249. ad Callim.  
 Ἀλεξάνδρεια — ὄνομα δὲ καταπλάται] Pitiscus ad Curtium 4. 8. 6.  
 — λίαντος αἰνίου] Barthius ad Zachar. Myth. pag. 265. (in dialogo, qui inscribitur *Ammonius*. Lips. 1654. 4.)  
 — ἑπτακοσιτάτη — Σαγδιωτῆ] Pitiscus ad Curt. 7. 6. 13.  
 — ἔσι καὶ τόπος — Τρωικῆ] Spanhem pag. 776. de numisim.  
 — πέντε δὲ Δανίην — ἡ Φαλλόδοντος] vid. Adr. Iunii nomenclator. pag. 123. Salmas. ad Solin.  
 — πόλις οὐκ αὐθιμά] in Cluverio Barchali p. 170. Ἄλιξ πόλις ἔστις πόλις 13. ὅν καὶ προσηγορίᾳ αὐτῶν.  
 1) Ἀλεξάνδρεια τὴν πρὸς Πεντάπολιν, πρότερον Τεττὴν καλαμίνην, Μέμφως ἕσαν ἐμπορίον. 2) τὴν πρὸς Αἴγυπτον. 3) τὴν πρὸς Ἄρταν. 4) τὴν Κυβιῶσαν. 5) τὴν καὶ Σκυθίαν ἐν Αἰγυίοις. 6) τὴν ἐπὶ Περσῶν. 7) τὴν περὶ Κύπριδος ποταμίν. 8) τὴν ἐπὶ Τρωάδος. 9) τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος. 10) τὴν ἐπὶ Μεσαυραίας. 11) τὴν ἐν Πέρσαις. 12) τὴν Κύσαν.  
 (Ἄλιγρος — Ἀρμενίδος δ' ἐν τῷ ρ etc] male Pinedo corr. διὰ τῆ ρ. vid. obseru. miscell. Batav. Tom. X. pag. 431.)  
 Ἀλικαρνασσός — ὡς Καλλίμαχο.] Bentlei. ad Callim. pag. 420.  
 Ἀλύβη — ὡς τις μὲν ἕλεγχη] κατέβη. Casaub. Theocr. Lect. pag. 30. (pag. 66. edit. Reisk. conf. Stephani. voc. Ἀλύβη Douville geogr. ancien. pag. 100. Car. Stephanus diction. voc. Alyba.)  
 Ἄλυκος — Καλλίμαχος] Bentlei. ad Callim. pag. 383.  
 Ἄλυπέκη] vid. Hesychium h. v.  
 (Ἄμαθῆς — ἡ ἀπὸ τῆς ἑσπέρης Ἄμαθῆος] apud Plin. 7. 56. est Agriope; ap. Hesych. voc. Κυνύρας est Pharnace. vid. Heyne ad Apollodor. pag. 824.)  
 (Ἄμπελος — ἄλλη ἐν Κερύνη — ἀπελίτη ἄνη] vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum pag. 322.)  
- 5) *Monumentum Adulitanum*. Notat, primam Leonis Allatii editionem esse vitiosam: meliorem esse Chishulli in Antiquitt. Asiae pag. 73. et *Bayeri* secundum cod. Vaticanum, in comment. acad. Petropol. tom. IV. pag. 248. et in opusculis variis pag. 16. vid. supra in hoc volum. pag. 251 sq.
- 6) *Agatharchidis* peripli rubri maris excerpta. Hudsonus culpatur.
- 7) *Scymni Chii* orbis descriptio, cum Ephori fragmentis.
- 8) *Dionysii Periegetae* orbis descriptio, cum Eustathii commentario, paraphrasi graeca et scholiis selectis.
- 9) *Isidori Characeni* mansiones Parthicae.
- 10) *Arriani* indica.
- 11) *Arriani* periplus Ponti Euxini.
- 12) *Anonymi* periplus maris Erythraei.
- 13) *Ptolemaei* tabula longitudinis et latitudinis urbium insignium.
- 14) *Agathemeris*, *Orthonis* F. compendiarium geographiae expositionum libr. III.
- 15) *Dionysii Byzantii* de Bosporo Thracio fragmentum.
- 16) Fragmentum, epitome vndecim librorum *Artemidori Ephesii*.
- 17) *Marciani Heracleotae* periplus maris externi, tam orientalis, quam occidentalis, et maximarum insularum, quae in eo sitae sunt.
- 18) *Anonymi* periplus Ponti Euxini.
- 19) *Stephani Byzantii* de urbibus fragmentum.
- 20) *Nonnosii* ex historia legationum, (ad Aethiopas, Homeritas et Saracenos iussu Iustianiani susceptarum,) excerpta, ex Photii bibl. codi. VIII.



- 21) *Constantini Porphyrogeniti* de thematibus imperii orientalis et occidentalis libri duo.
- 22) *Anonymi*: periplus, siue per stadia maris dimensio, ex cod. Matrit. de quo supra egimus.
- 23) *Strabonis* epitome, siue Chrestomathia, ubi in nota longa doctaque Holstenii observatio de Strabone et schedis Scriingerianis adfertur.
- 24) *Anonymi* de Eparchiis siue prouinciis orbis opusculum, quod Bertius primum sub nomine Ptolemaei cum huius geogr. 1618. euulgauit; at non est ab illo auctore profectum: correctius id e codice edidit Montfaucon. in biblioth. Coislin. pag. 581. In cod. Paris. reg. nr. 1603. est illud multo plenius.
- 25) *Anonymus* de diuisione orbis cum alio inedito, quod est in msto regio, nr. 2492.
- 26) *Gemistius Pletho* de emendatione aliquot errorum Strabonis. In bibl. Paris. publica sunt quatuor codd. nr. 817. 1191. 1415 et 2426. Tertio cod. addita est tabula geographica; in eodemque titulus illius operis, quod in sex capita potest diuidi, est ἐκ τῶν γεωγραφικῶν βιβλίων, περὶ τῶν τῆς γῆς καὶ τῆς οὐρανῆς σχημάτων ἐπιδηρωθῆν παρὰ τὸ σαλῶ-τάτε etc. (sic quoque inscribitur in cod. Vindob. LXXXVII. nr. XVI. et *Kollar.* in supplem. I. pag. 556 sqq. copiosus est de illo libello. adde infra in vol. X. pag. 745.) In cod. *Vatic.* et *Scorial.* teste eodem Kollario, inscribitur ἐκ τῶν σράβωνος γεωγραφικῶν περὶ τῆς γῆς τῆς οὐρανῆς σχήματος: διερωθῆν παρὰ τὸ Πλήθωνος. Secundum codic. mstum collegii Claramont. nunc Meermanianum, est inscriptio Διερωθῆσι ἐνόντων ἐν ὁρῶσι ὑπὸ Στράβωνος λεγομένων. (vid. *Breguigny* catal. msstor. collegii Claram. pag. 326.) Pletho sibi quoque fecerat excerpta e Strabonis libr. IX et X. quae sunt in cod. Paris. nr. 1739. in his e libro IX. (vid. *Labbei* biblioth. noua msstor. pag. 120.) *Topographia Thessaliae* est in eiusdem bibliothecae codd. nr. 462 et 2376. cui opusculo inseruit Pletho, quae *Plutarchus* in quaeest. gr. cap. 13. de Thessalia retulit. — eadem in bibl. *Vindob.* cod. XC. nr. 7. (vid. *Lambee.* comment. libro VII. pag. 350.) et cod. LXXXVII. nr. 7. (vid. *Kollarii* supplem. pag. 555 sqq. ubi plura Gemisti scripta, in illo codice seruata, recensentur.)
- 27) Excerpta ex *Georgii Chrysococcae* syntaxi Perfarum, de Chrysococca vid. seq. §. notata.
- 28) Varia geographica ex *Hudsonii* editione *Dionysii Periegetae*, variisque lexicis atque scholiasticis excerpta.
- 29) *Michalis Pselli* opusculum de terrae situ, figura et magnitudine, sub nomine *Nicephori Blemmidae* in cod. Oxoniensi; sed Psello tribuitur in codice *Sirmondi.* St. Croix dubius est, num id differat ab eo, quod *Montfaucon* in biblioth. Coisl. pag. 599. nominauit *Blemmidae* geographiam synopticam, nec ne?
- 30) *Anon mi* compendium geographiae expositionis ex codice.
- 31) *Anonymus* de describenda terra in globo ex mente Ptolemaei.
- 32) *Pseudo-Plutarchus* de flumine.
- 33) *Anonymus* de litro fluuio, ex cod. *Vaticano.*
- 34) *Philo. Byzantinus*, de VII. miraculis mundi; ab *Allatio* minus curate emendate-que editus.

35) *Anonymi* opusculum de septem orbis miraculis. Leo Allatus in notis ad Philonem Byfant. quaedam dedit ex eo fragmenta, et integrum cum versione latina editurus erat; sed morte prius est abreptus, quam id illaque praeulo subicere potuit.

36) *Pomponius Mela* de situ orbis.

37) *C. Iulii Solini Polyhistor*, siue de situ et mirabilibus orbis.

38) *Rufi Avieni* descriptio orbis terrae.

39) *Rufi Festi Avieni* ora maritima:

40) *Anonymi* descriptio totius orbis et gentium.

41) *Claudius Rutilius Numatianus* de reditu suo, siue iter:

42) *Prisciani* periegesis.

43) *Aethici* cosmographia.

44) *Anonymi* libellus prouinciarum romanarum et ciuitatum prouinciarum gallicarum. Theodorus Gronou. ex cod. Mediolan. illum libellum primus a. 1739. at minus docte edidit, iudice de St. Croix.

45) Hic numerus omissus est.

46) Nomina prouinciarum et ciuitatum Galliae.

47) *Vibius Sequester* de fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, quorum apud poetas mentio fit.

48) *Anonymi Rauennatis* de geographia libri quinque.

49) *Pappi, Alexandrini*, descriptionis orbis epitome ex versione Armeniaca latine reddita.

50) *Petri Gyllii* de Bosporo Thracio, libri III.

Tum supplementi loco sequentur quidam Palaestinae et adiacentium regionum scriptores.

1) *Eusebius Pamphili* de nominibus locorum et urbium in sacra scriptura.

2) *Epiphanius, monachi*, enarratio geographica Syriae et urbis sanctae.

3) *Bedae* de nominibus locorum in actis Apostolorum libellus.

4) *Eucherius* de situ Iudaeae.

5) *Eugesippus* de distantis locorum terrae sanctae.

6) *Ioannis Phocae* compendiaria descriptio castrorum et urbium ab urbe Antiochiae usque Hierosolymam.

7) *Bushardi* de monte Sion, descriptio terrae sanctae.

8) *Perdiccae*, Protonotarii Ephesini, (a. 1345.) expositio thematum dominicorum et memorabilium, quae Hierosolymis sunt, versu graecis iambicis.

9) *Anonymi* enarratio locorum Hierosolymitanorum.

Denique adijcientur geographiae ecclesiasticae:

- 1) Graeca notitia patriarcharum.
- 2) Notitia ecclesiastica, siue diatyposis *Leonis Augusti*.
- 3) *Nili Doxopatrii* notitia patriarchatum.
- 4) Notitia latina quinque patriarchatum.
- 5) Notitia Thuana patriarch.
- 6) *Guil. Tyrii* notitia episcopatum, e cod. emendata: editio enim in Gestis Dei per Francos pag. 1045. haud exacta est. Haecenus index de St. Croix. *Harl.*

XX. Superfunt et alia geographica scripta graeca, manu exarata, in variis bibliothecis, ut in biblioth. *Laurent. Medic.* duce Bandin. catal. MSS. gr. II. cod. XVI. plut. 57. pag. 374. *anonymi* nomina fluminum, fontium, montium, urbium, gentium atque lapidum. — pag. 420. in cod. XXXII. *anonymi* pauca de proprietatibus aliquarum regionum, Scythiae e. g. quae nullis omnino fulminum ictibus obuoxia perhibetur. — p. 433. in cod. L. plut. 57. nr. 16. nomina ciuitatum graecarum vetera et noua. — in vol. III. pag. 326. cod. VIII. plut. 86. nr. 25. geographico-historica de Aegypti regione ac Nili adluuione; it. de proprietatibus quorundam populorum e Ptolemaeo et Agatharchide. In cod. *Vindob.* apud *Kollar.* Suppl. pag. 551 sq. est in cod. LXXXVII. nr. 20. *Lascaris*, cognomine *Canani*, historema de itinere suo, per Europam facta, vbi *Kollarius* optat, vt fragmentorum, praecipue si ex vetustioribus libris sint exscripta, geographicorum, maior ratio habeatur. — in cod. CXXXVI. nr. VI. (ibid. pag. 768.) nomina graecarum urbium recentiora, quae tempore vetustis fuere substituta. Alia in notitia de St. Croix et a *Fabricio* in nota *m* ad praecedentem paragraphum et alibi sunt memorata. Atque in pluribus bibl. latent geographica scripta, quorum *omnium* et singulorum anxia conquisitio obscuram ingrattamque potius proderet, credo, industriam, quam vtilitatis studium. Neque syriacorum atque arabicorum, (de quibus multus est *Cajiri* in bibl. hispan. arab. e. g. praef. ad tom. I. pag. XIV sqq. tom. II. pag. 1 sqq. pag. 9 sqq. etc.) scriptorum catalogus ad nostrum institutum pertinere videtur. Multorum tamen notitia inuare potest futurum geographicorum graecorum scriptor. editorum. Sic praeter memoratos libros superfunt] in *Augusta Vindobonensi*, *Androctae* *Tenedii*, (cuius periplum propontidis laudat scholiastes Apollonii II. 159.) [P] *ἰσομετρὸν περὶ τῆς γῆς ἀπὸ τῆς παρὰ τὸς*, teste *Laumbecio* tom. I. pag. 148. *Mich. Pselli*, quod rotunda sit terra, *Nicephori Blennidae* breuis geographia <sup>2)</sup>, *Georgii Chrysocatae*, medici, tabulae astronomicae et geographicae, quarum meminit *Labbeus* pag. 121. 124. bibl. nou. MSS. <sup>3)</sup> *Gemisti Plethonis* varia geographica, de quibus *Adrianus* libro de Georgiis pag. 386. *Anonymi* fragmentum historico geographicum de diuisione orbis terrarum inter tres filios Noae <sup>4)</sup>, eorumque posteros, quod auidem existat in *Vindobonensi* bibliotheca, teste *Nesselio*, part. I. p. 140. 230. [et in cod. *Matritensi* supra laudato.]

*Dependit s* *Geographos Graecos* <sup>5)</sup> persequi nihil adinet, quorum! praecipuos ex solis *Strabonis*, *Eulathii*, *Stephani Byz.* aliisque, [P] quos paullo ante dedi, indicibus, colligere cuius

<sup>2)</sup> In reg. biblioth. *Neapolitan.* est in cod. XV. *Niceph. Blennidae* *ἰσομετρὸν περὶ τῆς γῆς ἀπὸ τῆς παρὰ τὸς* *Harl.*

<sup>3)</sup> Vide supra in hoc vol. pag. 101. *Harl.*

<sup>4)</sup> *Conier* de hoc argumento *Genes. X.* et *Iose-*

phum lib. I. *Antiq. cap. VI.* cum *F. D. Bernhardi* notis. *Cosmae*, *Indopleusten*, lib. II. *Topographie Christianae* p. 131. 132. et *Samuelis Bocharti Phaleg*,

cuius facile est. Sed plerosque etiam notatos memini Vossio in praecelaro de historicis graecis opere, et in libro de Philologia cap. XI. ac de scientiis mathematicis cap. XLIII et LXIX.

E recentioribus Graeciam tabula descripsit *Nicolaus Sophianus*, Coreyraeus, circa A. C. 1480. Romae clarus, quam commentario illustravit *Nicolaus Gerbelius*, Basil. 1545. recuso tom. IV. thesauri Gronouiani. Quamquam vero et hanc et reliquas Geographiae veteris partes illustrarunt multi <sup>3)</sup>, nemo tamen plenius hoc accuratiusque fecit viro egregio *Christophoro Cellario*, cuius notitia orbis antiqui, siue Geographia plenior ab ortu Rerump. ad Constantinorum tempora prodiit Lipsiae et Cantabrig. 1701. 1706. 4. duobus vol. <sup>4)</sup> Hic septuagenario propior a. 1707. Halae Saxonum excessit e viuis, die quarta Iunii, quum non hoc tantum, sed quam plurimis aliis insignibus ingenii sui monumentis rem litterariam pariter et gloriam nominis sui insigniter locupletasset. Singularem praeterea lucem Geographiae priscae adfundit *Ioannis Harduini*, e soc. Iesu, opus eruditissimum, cui titulus *Nomi antiqui populorum et urbium illustrati*. Paris. 1684. 4. [Sed cfr. praeter alia Opera rei numariae veteris, et *Io. Christoph. Rasche* Lexicon vniuersae rei num. vet. Lips. 1785 sq. X. voll. 8. inprimis: *Populorum et regum numi inediti collecti a Franc. Neumann* Viadob. 1779. 83. II. 4. et *Ios. Eckhel* Doctrina numorum veterum, Pars I. Vol. I. II. Vindob. 1792 sq. 4. *Bek.*]

s) *Cicilius*, Argiuus, poeta epicus, scripsit ἀλιευτικά et Περιήγησιν Ἑλλάδος, teste Eudocia pag. 270.

*Polemon*, Euegeti F. ex oppido Iliaco Glycia oriundus, tempore Ptolemaei Epiphanis, scripsit orbis descriptionem, siue geographiam; vnde Periegetes dictus est: idem scripsit descriptionem Ilii, libr. III. origines (Κτίσεις) urbium, quae sunt in Phoeide pluraque alia. vid. *Suidam* voc. Πολέμων, tom. III. pag. 139. *Kiisteri*, *Eudociam* pag. 350. quae autem vel re ipsa, vel tarditate librariorum aut operarum paullo differunt. *Suidas* enim tradit, eum quoque scripsisse: Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων, καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν. Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, atque *Kiister* adnotat, se ex MSS. Paris. locum ita suppleuisse. In editione autem Eudociae ita et forsitan rectius distinguuntur verba: Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. aut ex *Suida* ita corrigi potest locus Eudociae Κτ. τ. ἐν Φωκ. πόλεων. Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, καὶ περὶ τ. π. Ἀθην. συγγενείας αὐτῶν. Adde supra ad cap. de Anthologia §. 1. et in catal. poetar. epigrammaticarior. v. *Polemo*. A Schol. ad Apoll. Rhod. IV. 324. citatur *Polemon* ἐν κτίσει Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν.

*Strabo*, Amasenus, apud *Suidam* III. pag. 382. et ex eo. apud Eudociam pag. 388. est *Strabo*, geographus.

*Timagetus*, cuius liber περὶ λιμένων, de portibus, laudatur a scholiaste ad *Apollon. Rhodium*

IV. 259. 284. 306. 330. vide *Mallincrot* in paralipomenis ad Vossii libr. de historicis graec. et lat. in Supplementis et Obseruat. ad Vossium a *Fabricio* editis. Hamburgi 1709. 8. pag. 114. in primis cl. *Schoenemann* in comment. de geographia Argonautarum pag. 43 sqq. Hi pauci e multis sufficient. *Harl.*

t) e. g. *Emmius*, *Spon*, *Wheler*, *Chandler*, *Choiseul*, *Guys*, *Gillies* alitque multi, quorum scripta passim enumerat *Gottlieb Henr. Stuck* im Verzeichniß von ältern und neuern Land- und Reisebeschreibungen etc. Halae Sax. 1784. 8. et in part. II. a *Webero* edita ibid. 1787. 8. vbi in indic. voc. *Griechenland*, loca, vbi recensentur, facile reperies. Nubem scriptorum diuersi generis aequi excitauit cel. *Meuselius* in biblioth. histor. vol. II. part. I. pag. 243 sqq. inter scriptores de rebus Osmanicis, (in quo tomo etiam scriptores de rebus Syriacis atque Arabicis recensentur,) et vol. III. part. II. p. 155 sqq. ac p. 371 sqq. *Harl.*

u) Iterum opus illud praestans, et adnotat. *Io. Conr. Schwarzii* locupletatum prodiit Lipsiae 1731. 4. II. voll. posthac Londini, cum 27. tabb. geogr. denique cum variis emendationibus et additamentis, cur. *Francisco Tirolio* Romae 1774. fol. Geographiae antiquae nouam lucem adfundit ac de veteribus geographis erudite iudicat ditte- ritque cl. *Conr. Mannert* in Geographie der Griechen und Römer aus ihren Schriften dargestellt. Noriberg. pars I. 1788. 8. pars II. 1789. pars III. 1792. *Harl.*

C A P V T III  
DE DIOSCORIDE.

I. *Dioscoridis nomen.* II. *Eius secta.* III. *Eius vita, aetasque.* IV. *Alii Dioscorides.* V. *Dioscoridis in botanicam et materiam medicam merita.* VI. *Libri de materia medica* V. VII. *Libri duo, alter de venenis eorumque praecautioe ac medicatione, alter de venenatis animalibus.* VIII. *Liber περί μίσηων καὶ σαδμῶν.* IX. *Liber de succidaneis medicamentis.* X. *Notha Dioscoridis.* XI. *Libri de parabilibus medicamentis duo.* XII. *Dioscoridis et Stephani Atheniensis alphabetum empiricum.* XIII. *Codd. Dioscoridis MSS. cum adpictis figuris.* XIV. *Codices graeci.* XV. *Codices latini.* XVI. *Codices arabici.* XVII. *Codices librorum de medicamentis, paratu facilibus.* XVIII. *Editiones graecae.* XIX. *Editiones graeco-latinae.* XX. *Versiones Dioscoridis latinae.* XXI. *Versiones Dioscoridis in aliis linguas.* XXII. *Commentarii.* XXIII. *Editiones libri de medicamentis paratu facilibus, et spuriorum.* XXIV. *Editiones promissae. Commentarii, qui lucem non viderunt.*

[Studio Io. Christ. Gottl. Ackermann, Med. D. et Prof. Altorfin.]

I.

**P**EDACIVS DIOSCORIDES aut DIOSCVRIDES vulgo adpellatur in libris scriptis, at non omnibus, editisque, quantum scio, omnibus. Hinc, quod in codicibus quibusdam, antiquissimo etiam Vindobonensi <sup>a)</sup>, *Pedanius* adpellatur, in aliis etiam, quos Ianus Lascaris et Cl. Salmasius inspexerunt, ac quod in Photii bibliotheca <sup>b)</sup> sub Pedanii nomine citatur, *Lambecius* <sup>c)</sup> a Pedania, Romanorum gente, *Pedanium* adpellandum censuit, quo nomine etiam antiquissimus excerptorum ex Dioscoride codex, qui in bibliotheca Vindobonensi exstat, inscriptus est. Difficultatem, nullo forsitan modo extricandam, facilis permutatio litterarum *x.* et *v.* et faciles librariorum errores inde nascendi, peperere.

II. Empiricae sectae addictum fuisse Dioscoridem, multi adfirmarunt, in iisque nostro adhuc tempore *Hallerus* <sup>d)</sup>. At hi ad empiriam Dioscoridis statuendam solo hoc argumento vsi sunt, quod plantarum aliorumque medicamentorum virtutes, nullo causarum, quae morbos produciunt, aut temporum discrimine addito, tradiderit. Quod etsi negari non potest, sciendum tamen est, dogmaticos, de medicamentorum virtute et vsu ad morborum curationem differentes, eodem modo plane scripisse, quo Dioscoridem esse commentatum, ex libris eius, qui supersunt, constat. In ea enim medicinae parte, quam, diducta medicinali scientia in tres partes, *ῤασημανεωτικὴν* nominarunt, dogmatici non aliter, nisi empiricorum modo scribere potuerunt; quam medicamentorum pertractandorum rationem etiam Galenus, dogmaticorum medicorum princeps, sequutus est. Ad eum modum, quem dogmatici omnes in scribendis medicamentis tenebant, Dioscoridem scripisse utique existimandum est, etsi non nego, eum, quoniam libris nobilissimorum empiricorum et Aesclepiadis disciplinae ac methodicorum sectae addictorum de medicamentis vsus est, etiam horum

a) *Lambec. Com. de biblioth. Caesar. Vindob. lib. II. cap. 7. pag. 590.*

c) *Commentar. de biblioth. Caesar. Vindobon. lib. II. cap. 7. pag. 591.*

b) *Photius in biblioth. nr. CLXXVIII.*

d) *In tom. I. biblioth. botan. cap. 36. pag. 80.*

horum medicorum placita in libros suos transtulisse \*). Postquam enim in ista rixarum, quas diuersae in medicinali scientia sectae, dogmaticorum, empiricorum, methodicorum, caet. mouerant, acerbitate, medici in diuersas partes transferant, et absurda quaeuis, dummodo sectae suae fauerent, tuebantur, quidam medici, postea eclecticici, siue heditici appellati, nati sunt, qui in θεωρία maxima quidem ex parte dogmaticos sequerentur, in aliis vero, quae ipsis maxime placebant, ex empiricorum aut methodicorum placitis adfumerent eoque modo systema sibi conderent, maxima ex parte quidem dogmaticorum systemati consentaneum, non tamen ex omni. Hanc in scribendis de medica materia libris rationem Dioscorides maxime sequutus est, quam et optime in praefatione ad lib. I. materiae medicae his exposuit: *μετὰ πλείστης ἀκριβείας τὰ μὲν πλείστα δι' αὐτοψίας γόντες, τὰ δὲ ἐξ ἰστορίας συμφάνεα τοῖς πᾶσι καὶ ἀνακρίσεως τῶν παρ' ἐκάστοις ἐπιχωρίων ἀκριβώσαντες περασοῦμεθα καὶ τῇ τάξει διαφόρῳ χρῆσασθαι, κ. τ. λ.*

III. De vita Dioscoridis non fere scimus, nisi ea, quae ipse memoriae prodidit. Anazarbae, Ciliciae vrbe <sup>f)</sup>, natus est. Militarem ipsam vitam egisse et iam in ea aetate materiae medicae, ex vegetabili maxime regno, operam dedisse, ipse disertis verbis memorat: peragrassae etiam multas regiones, maxime eam ob causam, vt medicinis exacte studeret, *ἡμεῖς, ὡς ἐστὶν εἰπεῖν, ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀλεκτόν τινα ἔχοντες ἐπιθυμίαν περὶ τὴν ἐπιγνωσιν τῆς ὕλης, καὶ πολλὴν γῆν ἐπελθόντες, οἶσθα γὰρ ἡμῶν στρατιωτικὸν τὸν βίον, συναγνώχαμεν τὴν πραγματείαν ἐν ἐξ βιβλίοις.* Qui locus prostat in praefatione ad lib. I. de materia medica pag. 2. edit. Goupyl. Tempus, quo libros suos scripserit, incertum est. Tamen Neronis aeuo cum vixisse et inscriptio libri de probabilibus medicamentis, (si is tandem genuinus est.) probat, quae ad Andromachum, Neronis archiatrum, est, et familiaritas, quae inter ipsum et Licinium Bassum fuit. Arcum enim, cui libros de natura medica inscripsit, cum laudat, *δέγμα, ἔσμιχρόν τῆς ἐν σοὶ καλοκαγαθίας καὶ ἡτῶ κραιτίστῃ* <sup>g)</sup> *Λικινίᾳ Βάσσει πρὸς σὲ διάθεσις, ἣν ἐγνώμεν συνδιάγοντες ὑμῖν.* Quae quum ita sint, Dioscori:

e) In praefatione ad Arcum p. 1. 3. ed. Goupyl. Paris. 1549. 8. Dioscorides ipse rationem tradit, qua in libro suo concinnando vsus sit. Legisse se empiricos nobiliores ipse docet, nominatque eorum, quos legit, adducit. Docet vero etiam, se legisse Aselepiadas, (sectatores Aselepiadis,) *Iulium Bassum*, (non Tullium, quem Caelius Aurelianus vocat lib. III. acutor. cap. 16.) *Niceratum*, *Petronium*, *Nigrum*, *Diodotum*, quos vero reprehendit ceu medicos, *ἔ τῇ πείρῃ τὴν ἐνεργάν τῶν φαρμάκων κινούνοντας.*

f) Qui negarunt, Dioscoridem ante Plinium vixisse, etiam hoc argumento vsi sunt, quod, si hoc tempore vixisset, Anazarbaeus esse non potuisset. Suida enim docente, Ciliciae vrbs, nomine Cyinda primum fuit, dein Diocaesarea, postremo Anazarbum, a Zarbae nomine, qui terrae motu euerfam reaedificauit, a Nerua imperatore missus.

vid. *Marfil. Cagnat.* lib. II. *variar. obseruat.* cap. 28. conf. quoque *Stephan. Byzantin.* in *Ἀναζαρβῷ*. Suidae vero errorem, qui Anazarbae nomen ante Neruae imperium inditum scribit, refellit *Valesius ad Amniam.* XIV. 8. et *Harduinus ad Plinium* lib. V. 27. vbi Anazarbenorum mentio, emendatione LX. Habet etiam de patria Dioscoridis quaedam *Salmasius* exerc. *Plinian.* cap. 30. et in homonym. hyles intricae, prolegom. p. 10. Vid. quoque *Hallerum* in tom. I. biblioth. botan. cap. 36. pag. 97. et *Dan. le Clerc* in *histoire de la medicine* part. III. lib. II. cap. 2. pag. 622 sq.

g) Solennis hic titulus virorum, in dignitate conditorum. Ita Paulus, apostolus: *κατίση ἡγεμόνι Φήλιππῳ*, Act. XXIII. 25. adde. XXVI. 25. Hinc patet quoque, Theophilum, cui Lucas euangelium et acta inscripsit, magistratum gessisse, quia et ipsum ita adfatur: *κατίση Θεόφιλε. Fabric.*

Dioscoridis aetas colligi poterit ex Licinio, siue, vt apud *Tacitum* XV. 33. vocatur, Lecanio Basso, qui consul fuit anno Christi LXIV. Neronis XI. Arcum hunc, cui Dioscorides libros de materia medica inscripsit, *Torrentius* ad *Sueton.* August. cap. 89. et *Lambecius* lib. II. commentar. pag. 559. eundem esse putarunt cum Areo, philosopho Alexandrino, quo familiariter vsus est Augustus, imperator. Sed Areus, quem amicum coluit Dioscorides, is potius fuit, quem Asclepiadeum, (Asclepiadis sectatorem,) vocat *Galenus* lib. V. de composit. medicamentor. secundum genera cap. vltim. tom. XIII. edit. Charter. pag. 801. *ὡς δὲ Διοσκόριδος ὁ Τερσεύς* (Lambecius pag. 561. legit Ἀναξαρεβέως) ἔδωκεν Ἀρεῖον τῷ Ἀσκληπιαδεῖο Φαρμακῶς κατέχων τὰς αἰμορροεγίας. (conf. Dioscoridem lib. V. mater. med. cap. 115. *περὶ χαλιπιεύς*) Is Areus, Asclepiadeus, igitur ab Areo, philosopho, diuersus fuit. Ex ipso etiam loco, in quo Dioscorides Licinium Bassum amicitiamque memorat, quae Areo cum hoc fuerit, clarissime adparet, alium esse Arcum, quem adiatur Dioscorides, ac philosophum illum Alexandrinum. Neque enim tam plumbeus fuisset, vt pro Licinio Basso non potius nominasset Augustum, imperatorem, apud quem adeo gratiosus erat ille Arcus. At Lecanias Bassus carbunculo iam perierat, quum scriberet *Plinius* XXVI. 1. *quo duo consulares obire, condentibus haec nobis eodem anno, Iulius Rufus et Q. Lecanius Bassus, ille medicorum inscientia seclusus, hic vero pollice lacuae manus enulso acu ab senet ipso, tam paruo vulnere, vt vix cerni possit.*

Neronis itaque acuo et ante Plinium vixisse Dioscoridem nostrum, librosque suos de materia medica post annum a Christo nato LXIV. et XI. a Neronis principatu composuisse, credibile est, etiam, *Suida* (s. v. *Διοσκορίδης*) maxime duce, qui Dioscoridem, sed non nostrum, verum potius Dioscoridem Phacam apud Cleopatram, Aegypti reginam, satis diu ante Plinii aetatem fuisse refert, quidam fuerint, qui eum longo ante Plinium tempore floruisse putarent; quidam vero, qui eum post Plinium, media fere inter clarissimum hunc auctorem et Galenum aetate floruisse statuerent <sup>b</sup>). Ante Plinium non vixisse eum, maxime inde probari posse quidam arbitrati sunt, quod Plinius libris de materia medica, a Dioscoride scriptis, non vsus sit. Ab eo sane non citatur, et licet saepius in vtroque auctore vna eademque legantur, id inde pendere videri potest, quod vterque auctor iisdem fontibus vsus sit. Quod etsi negari non potest, tamen, quae Plinius subinde refert, ita cum dictis a Dioscoride conueniunt, vt Plinium eo fuisse vsum verosimile sit. Sic quae de haematite profert *Plinius*, in libr. XXXVI. histor. natural. cap. 20. mire concordant cum dictis a Dioscoride de eodem lapide libr. V. de materia medica, cap. 141. ipseque Plinius ad Dioscoridem forte respexit, dicens: *hanc esse sententiam verum, qui nuperrime scripsere* <sup>c</sup>).

IV. Fuere et alii Dioscorides, quos diligenter recenset *Iouffus* II. 6. de scriptoribus historiae philosophicae, cuius obseruatis mea adiungam.

Q q q q 2

1) *Diosco-*

<sup>b</sup>) Probasse sibi videtur, Plinium a Dioscoride nihil accepisse, *Martius Cognatus* in lib. II. variar. obseruat. cap. 28.

<sup>c</sup>) *Salmastius* in exercit. Plin. cap. 50. p. 297. F. et in libro de homonym. hyles iatric. passim ipsum Plinium ex Dioscoride corrigit, auctore seilicet

eo, ex quo is sua desumerit. Sed nimis temere. Fieri enim potuit, vt vterque iisdem fontibus vteretur. Locus quaedam Plinii et Dioscoridis, inter se conueniunt, collegit *el. Sprengel*, in libro. *Vermuth einer pragmatifchen Geschichte der Arzneykunde*, Th. II. Abschn. V. III. §. 26. pag. 47.

1) *Dioscorides*, medicus, ob lentas, quas in facie habebat, cognominatus Φακῆς, teste Suida, (s. v. Διοσκειδῆς) qui eum apud Cleopatram sub Antonio vixisse et libros XXIV. medici omnes argumenti, scripsisse adfirmat. Sed male eum confundit cum nostro Anazarbeo, a quo diferte distinguit Galenus, Alexandrinum fuisse testatus, in expositione glossarum Hippocratis in Ἰνδικόν, et Herophileae addictum sectae, in praefatione ad eandem expositionem. Idem Galenus loco priore eum scripsisse τὰς ὀνομασίας τῶν Φαρμάκων refert accensetque de eodem argumento auctoribus, Menestheo, Andreae Chrysaridis, et Xenocrati (Aphrodisiensi: alius apud Erotianum Xenocritus, Cous, grammaticus) et Erotianus in praefat. ad glossarium suum Hippocraticum notat, Dioscoridem Phacam septem libris castigasse, quae interpretandis Hippocratis vocibus difficilioribus scripserant ante ipsum alii, Xenocritus Cous, Callimachus Herophileus, Bacchaeus Tanagraeus, Philinus Empiricus, et qui hunc in compendium misere, Epicleus Cretensis et Apollonius Ophis. Ordine alphabetico hos libros compositos fuisse, atque idem opus a Galeno respici, suspicatur *Lambecius* lib. II. cap. 7. pag. 565. Ex Dioscoride hoc Alexandrino, siue Phaca excerptum legitur, ex practico eius sine dubio opere, de terebintho, peculiari exanthematis genere, apud *Paulum Aeginetam* libr. IV. cap. 25. Quaedam de eo leguntur etiam apud Clericum, in *histoire de la medecine*, part. II. lib. I. cap. 7. pag. 326. part. II. lib. III. cap. 12. pag. 429. edit. Hagae Comit. 1729. in 4. [apud *Reimann*. praefat. ad biblioth. Vindob. §. 15. pag. 21. *Heum*.]

2) *Dioscorides*, Alexandrino et Anazarbeo iunior, quem patrum suorum memoria, hoc est, sub Traiano et Hadriano floruisse, refert *Galenus* in praefat. glossarum Hippocraticarum et γλωσσογράφον vocat in Ἰνδικόν, sed in praefatione addit, eum in pluribus libris, (huius forte fuere libri XXIV. Suidae memorati,) vix tertiam partem aut quartam vocum Hippocratis interpretatum, et plura ex Dioscoride Anazarbeo, Nigro, Pamphiloque, et qui hos aetate antecesserunt, Crateua, Theophrasto, Heraclide Tarentino et aliis descripsisse. Hic ipse videtur Dioscorides, qui perinde, vt Artemidorus Capito, cognatus ipsius, scripta Hippocratis recensuit et obelis dispunxit, in mutandis antiquis lectionibus audacissimus, vt supra a nobis notatum est, in huius bibliothecae libr. II. cap. 23. §. II. vol. II. pag. 517. Tarsensem a Galeno vocari, quod adfirmat *Tiraquellus* de nobilitate pag. 355. non reperi: nam in loco V. 15. de medicamentis secundum genera male excusum esse Ταρεῦς vel Ταρσεῦς pro Ἀναξαρβεῦς, iam notavit *Lambecius*. *Salmasius* in prolegomenis de homonymis hyles iatricae pag. 10. vbi tres hosce Dioscorides recte distinguit, tertium istum non putat fuisse medicum, sed grammaticum duntaxat, quod in medio relinquo. De eo quaedam litteris consignavit Clericus, in *histoire de la medecine*, part. III. lib. II. cap. 2. pag. 621.

3) *Dioscorides*, epigrammatum poeta, Meleagro Gadareno, qui 100. circiter annis ante Christum vixit, antiquior, de quo ita *Dan. Heinsius* p. 106. ad haec Horatii in arte v. 279. modicis instruit pulpita tigris: persuasum est nobis, versus Dioscoridis respexisse Flaccum — Fuit autem iste Dioscorides antiquissimus poeta, cuius tredecim in Graeca Anthologia epigrammata leguntur, iam edita: nos non pauciora cōvέδορα habemus. Eum sane cum Callimacho, Theocrito, Apollonio et aliis, circa Philadelphi tempora vixisse, existimamus. Aliquot enim εἰς τὰ Ἀδώνια conscripsit, quae potissimum ab Arsinōe tum colebantur, vt e decimo et quinto Theocriti Idyllio scimus, et eiusdem, nisi fallor, alibi meminit. Eius epigrammata exstant quaedam inter anecdota anthologiae graecae, quae scripta existunt in bibliotheca Coisliniana vid.



vid. Montfaucon biblioth. Coislinian. part. II. pag. 519. cod. CCCLII. [vid. supra in catalog. poetar. epigrammat. h. v.]

4) *Dioscorides*, Dionysii F. Atheniensis, Epicephisus, tribus Oeneidis, curator testamenti Theophrasti. *Laert.* V. 57.

5) *Dioscorides*, Isocratis <sup>k)</sup> discipulus, ab Athenaeo lib. I. pag. 11. laudatur, versus Homericos Iliad. l. 119. interpolans. Hunc igitur crediderim, quem ἐν τοῖς παρ' Ὀμήρῳ νόμοις citat Suidas in Ὀμηρος. Ex eodem petita quae Athenaeus pag. 8 sq. disputat περὶ τῶν Ἡρώων καὶ Ὀμηρον βίβλ. ut probe e Suida notavit Casaubonus pag. 27. Respicit et *Eustathius* ad Iliad. ὁ. pag. 1270. ὡς δὲ καὶ Ἀγαμέμνων ἀάσατο εἶνα μεθύων κατὰ τὸν Διοσκουρίδην. Eiusdem νόμιμα citat Schol. *Aristoph.* ad aues v. 1283. Suidas in Σκυτάλη. Idem forte *Dioscorides*, qui in schol. Apollonii l. 741. refertur tradidisse lyram datam Amphioni ab Apolline.

6) *Dioscorides*, Stoicus, Zenonis, qui Chrysippo successit, pater, ad quem plures libros scripsit Chrysippus. *Laert.* VII. 190. 193. 198. 200. 202. Huic Ionsius tribuit ἀπομνημονεύματα *Laertio* l. 63. et *Athenaeo* XI. pag. 507. memorata, licet Casaubonus malit ea referre ad superiorem, Isocrateum. Eundem Ionsius exemplo Zenonis, Persaei ac Sphaeri, Stoicorum, putat scripsisse πολιτεῖαν Λακεδαιμονίων, quam citat *Plutarchus* in Lycurgo p. 46. <sup>l)</sup> et *Athenaeus* IV. pag. 140. librum laudans secundum. Respicit et *Plutarchus*, Dioscoridem citans in Agesilao pag. 616.

7) *Dioscorides*, Cyprius, vniculus, discipulus Timonis, Pyrrhonii, qui temporibus Ptolemaei, Philadelphi, vixit. *Laert.* IX. 114. 115.

8) *Dioscorides*, Byzantinus, grammaticus, frater Hipparchi et Nicolai, Byzantini, Sophistae, qui cum Eustephio et Asterio, Lacharem, Heracleonis Sophistae discipulum, Athenis audiuit sub imp. Marciano et Leone. Suid. in Νικόλαος.

9) *Dioscorides*, astrologus. Censorin. cap. 17. Praeterea fieri potest, quod refert Varro, quodque *Dioscorides*, astrologus, scripsit, *Alexandriae* inter eos, qui mortuos solent conservare, constare, hominem plus centum annis vivere non posse.

10) Nescio sitne idem cum superiore, an, quod verosimilius dixerim, iunior *Dioscorides*, Aegyptius, quem cum Damide et Menippo, Apollonii, Tyanensis, in itinere comites celebrat *Philostratus* IV. 12. pag. 169.

11) Omitto *Dioscoridem*, Antigoni regis fratris filium. *Diodor. Sic.* XIX. pag. 704. 709. tum

12) *Dioscoridem*, Ptolemaei Romani legatum, qui cum Serapione interfectus est ab Achilla, teste *Caesare* III. 109. de bello ciuili.

Q 999 3

13) *Diosco-*

k) *Tiraquellus* pag. 355. de nobilitate in catalogo Medicorum pro Ἰσσηράτις, aliud agens legit Ἰποκράτης.

l) Cap. 11. pag. 204. edit. Leopoldi, *Plutarchi*

Theseus et Romulus, Lycurgus et Numa Pompilius inscriptae, Lips. 1789. 8. vbi vid. not. Leopoldi. *Harl.*

13) *Dioscoridem* praeterea, Apollonii, Neapolitani, patrem, in vet. Inscriptione apud Gruterum pag. 86.

14) *Dioscoridem*, sculptorem, qui Romae vixit et Octaviani Augusti imaginem gemmae insculpsit, qua Augustus, et postea successores eius signarunt. *Plinius* hist. natural. XXXVII. cap. 1. sect. 2. *Sueton.* Octau. cap. 50. Nonnulla eiusdem artificis opera, variis in museis adseruata, recensentur a *Buonarruotio* in osservazioni sopra alcune medaglie pag. 45. a *Phil. Stofchio* in gemmis antiquis caelatis sculptorum nominibus insignitis Amst. 1724. fol. tab. 21 sq. a *Io. Winkelmanno* in Description des pierres gravées du feu Baron de Stofch, Florent. 1760. 4. pag. 339. ab eodem, in historia artis tom. II. pag. 261. 266. edit. Mediolan. 1779. a *Braccio*, in opere: de sculptoribus, qui nomina sua gemmis et cameis immiserunt. Florent. 1785. fol. tom. I. a *Sponio*, in Miscell. pag. 122. Solonis faciem, in Amethysto ab hoc Dioscoride caelatam, Bagartius Peireskio ostendit, teste *Gassendo* in huius vita lib. II. ad a. 1605. pag. 115.

15) *Dioscoridem*, a quo dicta insula *διοσκορίδα* Plinio, Ptolemaeo, Stephano et auctori peripli maris Erythraei memorata, hodie Zogotara, de qua *Baelius* tom. I. Lexici.

16) *Dioscoridem*, Samium, qui tessellationem exercuit, vt declarat inscriptio tabulae vermiculatae, a. 1763. e Pompeianis ruderibus erutae: ΔΙΟΣΚΟΡΙΑΔΗΣ ΣΑΜΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ. vid. *Winkelmann* Nachrichten von den neuesten Herculanischen Entdeckungen. Dresd. 1764. 4. pag. 25 sq. Eiusd. hist. art. edit. Mediol. pag. 303.

Videtur etiam Dioscori interdum nomen expressum pro Dioscoride, vt apud *Oribasium* praef. *Ἐπιπέριον*, vbi Dioscorum de herbis laudat, et forte apud *Galenum* VIII. 7. de medicamentis sec. locos pag. 587. tom. XIII. edit. Paris. vbi *ἡπικτή τῆ διοσκός* memoratur: licet fuerit etiam medicus quidam *Dioscorus*, *Trallensis*, sed longe iunior, frater Anthemii, mechanici, diu post Galenum, Iustiniani imp. aetate clarus, cuius mentio apud *Ageliam* lib. V. p. 144. Neque *Dioscorides*, quem *ἔν σαδικαίς καὶ μέτραις* laudat *Tzetzes* Chil. XIII. v. 307. diuersus est a nostro Anazarbeo, de cuius scriptis deinceps mihi est paucis differendum.

V. Princeps post Theophrastum, Eresium, inter graecos *Ped. Dioscorides* est de re herbaria auctor, quam singulari studio agitavit, primusque omnium eorum medicorum, qui de medicinali materia scripsere, in hac disciplina illud adsequutus est, vt eius methodus pertractandae materiae medicae a Graecis, post eum viventibus, teneretur: vt eadem ab Arabes cum medicinali Graecorum disciplina transfret, ab his ad Arabitas eosque delineret, qui instaurandae Graecorum medicinae a saeculo inde XVI. operam dederunt, vique, qualis nostro adhuc tempore traditur in scriptis libris doceturque materia medica, ad Dioscoridis methodum normamque (sola fere Cullenio excepto, qui, aliorum experimento parum fretus, suo tantum usus est,) tradatur. Tradidit vero medicinalem materiam maxima ex parte ad empiricorum mentem, morbos captivi enumerans, ad quos vtile hoc vel illud medicamentum sit, non vero explicans, neque peculiarem statum morborum causarumque, neque adeo subinde ipsius medicamenti rationem. Hinc, etsi maximam gloriam Dioscoridem esse adsequutum merito existimandum sit in eo, quod omnes medici eum vnicum in medicinali materiae praeceptorem agnouerint: dubitandum tamen est, num hoc Dioscoridem sequendi eumque imitandi studium in commodum eius disciplinae cesserit.

Plantis maximam se dedisse operam, ipse fatetur in praefatione ad materiae medicae lib. I., etsi aliis naturalibus corporibus ex animali et minerali regno operam haud leuiorem impendit. Plantas descripsit: at quum systemate botanico villo eius aetas careret, ipseque multis similitudinibus comparationibusque singularum plantarum cum aliis vteretur, plurimas ita descripsit, ut agnosci nequeant. Signa enim ex colore, magnitudine, furculis, exque comparatione cum aliis sumta in foliis vulgaribus plantis, et in his non semper, perspicua sunt, recte monente *Hallero*, botanico insigni, in biblioth. botan. tom. I. cap. 36. pag. 79. Quare immensae demum lites de plantis Dioscoridis exstiterunt, quas, quum componi non possent, nec etiam ex antiquissimo codice Vindobonensi, infra enarrando, nec studio virorum praestantissimorum, qui rei medicamentariae Dioscoridis operam summam dederunt, desperatio tandem composuit.

Vt cumque vero haec se habeant, neminem tamen botanicorum famam et auctoritatem Dioscoridis attingisse, *Hallerus* l. c. pag. 80. recte refert. Eum *Galenus* laudat, perfectissimum et plenissimum de medicamentis scriptorem, in libr. I. de antidotis cap. 12. tom. XIII. p. 283. edit. Chart. in praefat. ad lib. VI. de simplicium medicamentor. facultatibus tom. XIII. pag. 144. in lib. IV. de compositione medicamentor. per genera cap. 1. tom. XIII. pag. 735. etsi eum etiam non raro reprehendit, ceu empiricum nimis, quique virtutes medicamentorum non satis definite enarret, vid. de simplic. medicamentor. lib. VII. f. v. *Κοζύαννον* tom. XIII. pag. 194. et lib. VIII. f. v. *Πολύγονον* pag. 221. de composit. medicamentor. per genera lib. II. cap. 1. tom. XIII. pag. 673. quique adeo vim vocum ignorauerit, vid. de simplic. medicamentor. facultat. lib. XI. f. v. *Πιμελή* pag. 301. Ex eo vero hausere Graeci, post eum viuentes permulti, *Galenus*, *Aetius*, et ex empiricis iaprimis *Lucius Apuleius*, siue quisquis est auctor libelli de herba vetonica et de virtutibus herbarum. Fuit, ad nostra fere tempora, vicus in medicinali materia praeceptor Hispanorum, Lusitanorum, *Andr. Laguna*e disciplinam sequentium. Mauri atque Turcae medici adhuc plantas earumque virtutes ex Dioscoride discunt, vid. *Shaw's travels, or observat. relating to several parts of Barbary and the Levant.* Lond. 1757. 4. pag. 263. Multo etiam frequentiores commentatores habuit, pluresque versiones et editiones repertus est, quam vllus rei herbariae aut medicamentariae scriptor. *Haller*, biblioth. botan. tom. I. pag. 80.

VI. Exstant eius *περὶ ὕλης ἰατρικῆς*, siue ut *Erotianus* in *Καρμάρω* edit. Franzii p. 214. vocat. *ὕληων*, aut, ut *Galenus* simpliciter *περὶ ὕλης*, de materia medica libri V. ad Arcum, *Alibiadiem* medium, quem Dioscorides ipse *ὀμότεχνον* adpellat. Eius operis quinque libros Dioscorides conscripsit, ut ipse dicit in praefatione libri I. ad Arcum: *οἷσα γὰρ ἡμῖν στρατιωτικὸν τὸν βίον συναγκάχαμεν τὴν πραγματείαν ἐν ἑ παραδεδομένην βιβλίαις, σὲ περὶ φαρμάκων ἃ καὶ τὴν σύνταξιν ἀνατίθεμεν*. Et ad quintum praefatus: *ἐν τῷ τῷ, ἰνκνιτ, τελευταίῳ ὑπάρχει τῆς ὕλης πραγματείας διαλεξόμεθα περὶ σῶων καὶ τῶν καλεσμένων μεταλλῶν*. Quintum etiam librum τῶν ὕληων sive *Erotianus*, l. cit. Neque *Galenus*, neque vllus alius veterum medicorum libros, quinto libro superiores, cognitos habuit.

VII. Superfunt praeterea libri duo, a *Pactio* in biblioth. cod. CLXXVIII. etiam sub Dioscoridis nomine, tamquam senus et septimus liber, de alexipharmacis et theriacis lecti, sextus

sextus quidem *περὶ Φαρμάκων ὅσα τε ἐπὶ τῶν δηλητηρίων καὶ ὅσα τῶν ἀλεξικάκων*, siue, vt in libris quibusdam editis inscriptio legitur: *περὶ δηλητηρίων Φαρμάκων καὶ τῆς αὐτῶν προφυλακῆς καὶ Θεραπείας*, et septimus *περὶ τῶν ἰοβόλων ζώων, καὶ τῆς τῶν ἀπ' αὐτῶν πληγέντων σημειώσεως καὶ Θεραπείας*, siue, vt in aliis legitur: *περὶ ἰοβόλων, ἐν ᾧ καὶ περὶ λυσσῶντος κυνός*. Hi in quibusdam editionibus discripti sunt in libros quatuor, vnde nouem libros Dioscoridis numerant. Verum an genuini <sup>m)</sup> Dioscoridi, sint, dubitari potest, quia Galenus etiam libro de antidotis, vbi optima erat occasio, horum non meminit, sed tantum libros quinque commemorat. Itaque praefatio ad Areum, libro sexto praemissa, videtur esse conficta, iisdem verbis fere, quibus libri V. prologus, constans, et ad eum, vt videtur, ab alio quodam simplici imitatione expressa. Neque forte lecta Photio, quia Photius librum sextum ait esse *τελευταῖον ὅλης προθέσεως*, quum tamen in libri sexti praefatione legas. *ἐν τῷ τελευταίῳ ὑπάρχοντι τῆς ὅλης πραγματείας καταλεξόμεθα περὶ τῆς τῶν ὠφελῆν ἡμᾶς ἢ βλάπτειν δυναμένων Φαρμάκων ἐνεργείας*. Haec omnia effecerunt, vt materiae medicae in aliis libris libri quinque, quod cum mente Dioscoridis conuenit, in aliis septem, in aliis octo, in aliis nouem, numerentur, vnice, vt et Hallerus recte monuit, ob aliter initos numeros. Sextus plerarumque editionum est Aldr, Cornacii, Ruellii, Matthioli, et *al' chirharmacorum ac theriacorum* nomine venit.

Ceterum etsi argumenta quaedam sunt, quae nos inducere possint ad credendum, hos duos modo nominatos libros a Dioscoride non esse profectos, tamen quaedam etiam pro genuinis eorum originibus pugnant. In his maxime  *Erotiani* citatio τῶν ὑλκῶν Dioscoridis, qui diserte haec dicit: *Διοσκουρίδης ἐν τῷ ἐ τῶν ὑλκῶν Φησὶ τὸ ἀκόνιτον εἰρησθεῖν ὑπὸ τινῶν κάμμαρον*. Hic vero locus Dioscoridis, in quo aconitum κάμμαρον a quibusdam dici refert, non in quinto, sed in quarto librorum editorum libro et quidem cap. 77. edit. Goupyli prostat. Haec saltem probant, libros Dioscoridis iam eo tempore, quod proximum post auctorem erat, fuisse confusos, facileque liber sextus septimusque, qui vterque partem quinti efficere, etiam ob argumenti similitudinem, potuit, postea separari potuerunt, praefatione ab librario, siue alio homine adiecta. Denique a Galeno non memorari hos duos libros, vtique certum est: verum id non probat, eosdem esse spurios.

VIII. Dioscoridis *περὶ μέτρων καὶ σαθμῶν* refertur a Galeno in libro eiusdem argumenti cap. 14. tom. XIII. pag. 932. edit. Charter. Meminit Io. Tzetzes, Chiliad. XIII. hist. 479.

<sup>2</sup> *Ἐν τοῖς σαθμοῖς καὶ μέτροις δὲ Διοσκουρίδης λέγει*

*Κοτύλας ἢ τ' ἡμίνας τρεῖς τὸν χονίκα ὑπάρχον*

<sup>3</sup> *Ἦγεν δύο καὶ ἡμισυ σαθμὸν λιτρῶν τυγχάναι.*

IX. *Περὶ συμβαλλεμένων*, siue de *succedaneis medicamentis* scripsisse Dioscoridem, nescio an noster, testatur Galenus in libro eiusdem argumenti tom. XIII. edit. Charterii p. 965. Nescio etiam, an Galenus hoc loco librum peculiarem Dioscoridis voluerit, siue num potius significare, Dioscoridem quaedam in libris de medicinali materia de substitutis etiam medicinis scripsisse.

X. Notha

<sup>m)</sup> Hos duo libros ab ipso Dioscoride scriptos esse, contendit Casaubon. in Casaubonianis p. 15. 16. Heum.

X. Notha etiam multa quibusdam scriptis editisque Dioscoridis libris addita sunt, editioni vtrique Aldinae, Iani Cornarii, Io. Ant. Saraceni, quibusdam versionibus etiam. Iam olim obseruatum est a Simone Ianuensi, tum a Remberto Dodonaeo, Io. Ant. Saraceno, aliisque, (Thoma etiam Reinesio p. 154. defensionis var. lect. varios in bibliothecis occurrere codices Dioscoridis, recentiore manu corruptos et alienorum ex Pamphilo, Alexandrino, aliisque iunioribus occasione interpolatos et confusos, relato ob claritatem nominis ad Dioscoridem, quidquid herbariis etiam inferioribus visum fuerat. Hisce interpolatoribus tribuenda sunt, quae ex MSS. codicibus iam leguntur ad calcem maioris et prioris Aldinae editionis, quae vero postea magnopere auxit ex diuersis codicibus *Hieronymus Rostius*, in altera editione Aldina, auctioraque deinde edidit a pag. 401. *Ianus Cornarius* in graeca Dioscoridis editione Basil. 1529. Repetiere eadem *Iac. Goupylus*, Io. Ant. Saracenus, qui ea omnium plenissima dedit, omisit *Marc. Vergilius* in graeco-latina Dioscoridis editione.

Haec spuria quum diuersas origines habeant, haecenus non satis illustratas, eas paucis expediam. Continentur nempe in iis

1) Nomina et synonyma plantarum graeca barbaraque alia, Aegyptia, Hetrusca, Gallica, magica quamplurima, subinde graecae linguae proprietatibus plane aduersa et ita efficta, vt adpareat, ea esse aut vehementer corrupta et interpolata, aut profecta ab incondito recentiore librario. Ea nomina Aldus in priore ac maiore editione in textum recepit, notauitque in praefatione, se ea in contextu omnium exemplarium scriptorum legisse. Neque Aldo absurdum visum est, Dioscoridem, qui multas terras peragrauerat, diuersa plantarum in diuersis regionibus nomina notare voluisse. Ex Aldi itaque mente haec pars spuriorum genuina videri possit. Ipse quoque olim credidi, haec plantarum diuersa nomina synonymaque a Dioscoride vere esse profecta, (in praefat. ad scriptores de medicamentis parata facitibus pag. 28. 29.) eadem enim in antiquissimo Dioscoridis codice, Vindobonensi, incunte saeculo VI. scripto, leguntur: sed vt in aliam sententiam nunc transeam, veritatis, quam quisque liberalis homo sequi debet, studium me cogit. Haec enim nomina, quae *Lambecius Comm. de biblioth. Vindobonensi lib. II. cap. 7. pag. 593.* a Pamphilo, Alexandrino, quem *Galenus* in praef. lib. VI. de simplic. medicamentor. facultatibus ceu nominum inutilium in botanicis inventorum citat, profecta esse putat, ex *L. Apuleii* de medicaminibus herbarem libro, nec non ex eiusdem auctoris libro de herba vetonica in Dioscoridem irreperant. Quod inde imprimis probari potest, quod omnia ista vana absurdaque, quae in eo libro *Apuleii* leguntur, graeca facta in his nothis Dioscoridis occurrunt, quod videre cuique lectorum licet, vbi praeter innumera alia caput de herba vetonica in *Apuleii* herbario cum his, quae *Saracenus* habet a pag. 461. oper. *Diosc. contulerit*.

2) Alia in hisce nothis transcripta sunt ex aliis auctoribus, notante iam Io. Ant. Saraceno. Sic caput integrum  $\pi\epsilon\gamma\lambda\alpha\sigma\pi\alpha\delta\alpha\iota\varsigma$ , quod legitur inter notha Dioscoridis apud *Saracenum* pag. 142. ex *Aetii* libro I. descriptum est. Alii loci ex *Plinio*, quo empirici omnes maxime sunt vii, descripti sunt, alii ex *Oribasio*, alii ex *Constantino Africano*. Ab empirico *Christiano* profecta esse ex parte, quae in hisce nothis proferuntur, et id docet, quod diebus parasceues quaedam medicamenta auctor sumi iubeat.

3) Quaedam in hisce nothis orta etiam sunt ex transpositione capitum eorumque mutato ordine. Dioscorides enim, vtut magis lectus fuerit, quam alius quisque, *Galeno*

forſan excepto, antiquus medicus, vtut editiones expertus ſit multiplices et a commentato-  
ribus mire tortus, nondum tamen ita editus eſt, vt vel bonam eius editionem exſtare dici  
poſſit. Quaedam etiam orta eſſe videntur a vano iſto ſtudio, ea, quae Dioſcorides de ſim-  
plicibus medicinis enarrauit, in alphabeti ſeriem redigendi.

XI. Exſtant denique *περὶ εὐπερίτων ἐπιπλῶν τε καὶ συνθέτων Φαρμάκων*, de facile  
*parabilibus* ſimplicibus et compoſitis *medicamentis* ad Andromachum *libri duo*, in editionibus  
antiquioribus omiſſi, et ſeparatim primum e manuſcripto Auguſtano-editi in lucem Argen-  
torati, 1565. 8. cum verſione *Io. Moibani*, medici Auguſtani, et, cum hic operi immortalis  
eſſet, Conradi Geſneri, qui et notas addidit et Galeni aliorumque *συμφωρίας*. Vti reliqua,  
ita praefentes libros de integro recensuit et verſionem nouam adiunxit Saracenus, in ſua  
Dioſcoridis editione. Andromachus ſenior, Neronis archiater, Dioſcoridis aequalis fuit,  
non iunior, qui ſeniore aeuo vixit. Hi libri num Dioſcoridis ſunt, dubitatum eſt. Ex libris  
de materia medica a Dioſcoride, Alexandrino, eſſe compoſitos, Ianus Cornarius aeſtimauit.  
Spurios eſſe, contendit Lambecius comm. de bibliotheca Caefar. Vindobonenſi lib. II. cap. 7.  
Ignorauerunt eos antiquiores Dioſcoridis editores, Aldus, Ianus Cornarius, Marcellus Ver-  
gilius. Neque multi eorum codices ſcripti exſtant. Ignoraſſe videntur eos Plinius, Gale-  
nus, a quo, idem argumentum pertractante, memorati ſine dubio fuiſſent. Neque, quod  
medicamenta tantum continent, paratu facilia ac vile pretium habentia, ab alio fere ſcribi  
potuiſſe putatum eſt, niſi ab empirico. Sed ad haec omnia argumenta facilis eſt reſponſio.  
Plinius ne libros de materia medica quidem Dioſcoridis memorauit, neque ſingulorum phar-  
macorum virtutes enarrans, auctores, quos uſus eſt, ſemper memorauit. Galenus Dioſco-  
ridem ſaepe quidem nominauit, at loca ex eo non, niſi fere vbi corrigere eum poterat,  
adduxit; facile igitur libros *εὐπερίτων* coram habere potuit, etſi eorum mentionem non  
fecit. Tandem non omnes hi empirici et a dogmaticorum medicina alieni putandi ſunt,  
qui paratu faciles medicinas perſcripſerunt. Temporum enim calamitate, qua tolerabilior  
illa hominum conditio, quae inter diuitias atque inopiam medium tenet, non exſtabat,  
medici adigebantur ad perſcribendas medicinas, paratu faciles. Ceterum pro genuino hunc  
librum declarauit Io. Moibanus, Conradus Geſnerus (in praef. ad euporifia) et Io. And.  
Saracenus (in praef. ad Dioſc.).

Verum etſi demonſtrari nequit, hos libros a Dioſcoride, Anazarbeo, eſſe profectos;  
tamen probari poteſt, eos aetati Dioſcoridis non penitus repugnare. Aretaeum in iis citari,  
Geſnerus refert, ſed locum, quem citat, typhotetarum errore corruptum eſſe, doleo.  
Uſum eſſe his *εὐπερίτων* libris Oribasium et quaedam ad verbum ex iis deſcripſiſſe, Achilles  
P. Gaſerus in epifſtola ad Geſnerum, editioni *εὐπερίτων* Argentoratenſi praefixa, refert.  
Aetius his libris uſus eſt, qui tetrab. II. ſerm. II. cap. 16. ramentorum loti laboris cremorem,  
epilepticorum auxilium, diſerte ad Dioſcoridem refert, de quo in libris de medicinali ma-  
teria nihil, in paratu facilium vero medicamentorum libris ſcriptum eſt. Etiam tetr. II.  
ſerm. I. cap. 88. et tetr. III. 5. 1. cap. 2 et 27. medicamenta, ex his libris deſumpta, citantur.  
Meminit a leo Aetius librorum Dioſcoridis *περὶ εὐπερίτων* tetrab. II. ſerm. IV. cap. 2. Ne-  
gari tamen nequit, quaedam etiam eſſe, quae hunc librum recenſent iorem Dioſcoride noſtro  
eſſe demonſtrent. Graecae in eo occurrunt voces, temporibus Dioſcoridis nondum uſita-  
tae:

tae: moschus nominatur, ferioris aevi medicamentum. Neque empirici, Dioscoride, Anazarbeo, superiores, hos paratu faciliū medicinarum libros citarunt.

XII. Liberali Augustini Gadaldini, medici Veneti, donatione Conradus Gesnerus Dioscoridis et Stephani, Atheniensis, librum, graece scriptum, *περὶ Φαρμάκων ἐμπειρίας* acceperat, isque codex, multis in locis deprauatus et obsoletis vocibus scatens, postea in Casp. Wolphii bibliothecam transit. Wolphius eum, in latinam linguam conuersum, edidit titulo: *Alphabetum empiricum, sive Dioscoridis et Stephani Atheniensis philosophorum et medicorum de remediis expertis liber iuxta alphabeti ordinem digestus. Nunc primum a Casparo Wolphio in latinam linguam conuersus et in lucem editus (Tiguri) 1581. 8.* Morbi secundum alphabeti ordinem pertractati sunt. Quae ad Dioscoridem referuntur, fere omnia ex libris de materia medica et de paratu facilibus medicamentis hausta sunt.

XIII. In enarrandis *codicibus* Dioscoridis MSS. cum ordinem seruabo, vt primum eos describam, in quibus aut cum textu Dioscoridis, aut cum epitome ex eo figurae continentur pictae, ad melius intelligenda naturalia corpora, quae Dioscorides descripserit. Gaudebant enim Graeci librarii maxime picturis et imaginibus, quibus res, ab auctoribus descriptas, nativis coloribus atque picturis repraesentabant. conf. *Montfaucon* palaeogr. Graec. lib. I. cap. 1. pag. 7. Quum enim, vt de plantis tantum loquar, Dioscorides fere ad 700. plantas descripserit, earumque post tot commentarios ac tam copiosas illustrationes tertia adhuc pars ignoretur, Hallero notante, qui in secundo libro, in quae notissimae alias plantae et olera continentur, XXV. reperit de CII. speciebus, quae vel omnino ignotae sunt, vel dubiae, vid. biblioth. botan. tom. I. cap. 36. pag. 85. utique sperandum est, fore, vt ii codices, quibus figurae plantarum adpictae sunt, rei herbariae Dioscoridis multum lucis adfundant, inprimis vbi hi codices tempore, a Dioscoridis aeuo non nimis longe remoto, scripti sunt.

1) Codex MS. qui in bibliotheca Caesarea Vindobonensi seruatur, omnibus antiquitate, forsan etiam nitore, palmam praeripit. Eum fusissime describit *Lambecius* in Comm. de bibliotheca Vindobonensi lib. II. cap. 7. a pag. 519. vsque ad pag. 594. neque tamen ita, vt de praestantia codicis recte iudicari possit. Icones etiam ex eo depingi sculpique curauit, sed non plantas vtiliūe alia, verum pavones, et medicorum antiquorum confessus, aliaque eius generis, minus vtilia. Eadem fere, tamen aliquantulum vtiliora, tabulas enim III. addidit, draconum, serpentum, scorpionum cet. picturas exhibentes, *de Nessel*, in catal. codd. MSS. biblioth. Caesar. Vindobon. part. III. nr. 1. pag. 3. Eundem ex *Lambecio* descripsit, addito specimine characteris, *Montfaucon*, in palaeographia graec. lib. III. cap. 2. pag. 195. Eum codicem *Busbeckius* Constantiānoli, penes Iudaeum, viderat, sed maiore pretio habitum, quam vt ab eo emi posset. Mentio eius codicis est etiam apud *Busbeckium*, in epist. Turcica IV. *Reinesium*, pag. 201. variatum lectionum, et *Colomesium*, in opusc. pag. 108. Post annum MDLXII. impressū *Busbeckii* a Maximiliano II. redemptus est et Vindobonam translatus in bibliothecam Caesaream. Membranaceus est, forma quadrata paullo maiore, continet folia CDXCI. quorum maxima pars iniuria vetustatis male habita et a tineis corrosa est. Litterae manifestae sunt, accentus desunt, voces sine vlla distinctione sibi cohaerent. Aetatem eius *Lambecius* eam aestimabat, vt, illum suo tempore mille et centum sexaginta tres annos superare, sine vlla controuersia existimaret. Continentur enim in eo, praeter veterum

medicorum effigies <sup>2)</sup>, quaedam picturae, quae eum scriptum esse docent temporibus Iulianae Anticiae, quae matrem habuit Placidiam, imp. Valentianiani III. filiam et imp. Theodosii junioris ex filia Eudocia neptem, patrem vero Flavianum Aulicum Olybrium, qui post imp. Anthemium imperare coepit in occidente A. C. 472. ac Constantinopoli floruit temporibus Anastasi Dicori et Iustini I. siue senioris, atque in principio imperii Iustiniani Magni mortua est. Ordo, in quo materia medica, maxime vegetabilis, in eo codice pertractata est, alphabeti est: prima enim planta, de qua scribitur, est *αείζων το μέγας*, v. t. *ακίμων*. Vnius cuiusque plantae descriptioni suae regione respondet figura artificiosissime ad viuum depicta. Contextui Dioscoridis vbiuis fere praefixae sunt variae adpellationes singularum plantarum, nempe quomodo vna eademque planta non solum a Graecis et Romanis, verum etiam a Persis, Aegyptiis, Hetruscis, Hispanis, Gallis, Dacis, cet. olim vocata sit. Icones ex hoc codice depictae, quae apud Dodonaeum reperiuntur, spem de his figuris magnam non faciunt. Aconitum lycotonum alliariae simile pingitur foliis vrticae, quae oporteret esse platani, vt descriptioni responderet. Sic rudis est figura alyssi, ex eodem codice descripta. foliis vtcunque, floribus valde obiter expressis in Franckii veronica thuzante. Figuras ei antiquissimo codici, aliique, quem Neapolitanum dicunt, quique Viennae seruator, quem adeo antiquiorem Constantinopolitano isto putant, aeri incidendas curauit nescio quis, an bibliopola, an homo doctus Vindobonensis. Tabulae plantarum, in his codd. MS. pictarum, aere exscriptae erant anno MDCCLXXIII. referente homine quodam docto in ephemeridibus literariis Gottingensibus ad ann. 1773. pag. 10 sq. CDXC. Earum CCXXXIV. oculis ipsis suis is doctus vir vsurpabat ac coram habebat. Erant hae tabulae in folio, quod vocant, oblongo, quali vero modo figurae plantarum, aeri incisae, comparatae sint, ex his, quae doctus is vir refert, non patet. Multae tamen plantae satis ex figuris cognosci quod possunt, patet, permultas nos pro Dioscorideis habuisse, quas saltim pictor, qui figuras codici addiderat, pro talibus non habuerat. Sic Periclymenum Diosc. conuoluolus est, Satyrium Diosc. est orchis, fucum referens, lichen Diosc. est hypnum, phalangion Diosc. ad acanthii genus pertinere videtur, onosum symphytum ecchii foliis referre videtur, sisymbrium vtrumque Diosc. ad menthae genus referendum est, serapias est orchis morio mas, polygonum foemina Dioscoridis est limnopoce; et sic porro. Quae quum ita sint, vtique optandum erat, vt a curatio earum tabularum cura in manus viri cuiusdam docti caderet. Cl. Iacquinum, botanicum egregium, ei operi maxime idoneum esse, iure putabat anonymus Gottingensis, qui de his tabulis refert. Sed, nescio qua de causa, hoc opus, quo sine dubio utilitatem qualemcunque rei herbariae veterum adiatum iri spes est, in tenebris ad nostra usque tempora iacuit, nec resciscere nobis licuit, quodnam infelix fatum hae tabulae expertae sint.

2) Alium

<sup>2)</sup> Medici illi sunt Machaon, Chiron-Centaurus, Heraclides Tarentinus, Pamphilus Alexandrinus, Xenocrates Aphrodisiensis, Manlius Herophileus, Sextius Niger, Crataeus, Apollonius Memphites, Andreas, Nicander, Rufus Ephesius, Galenus, et ipse denique Dioscorides, cuius imago editionis etiam Saraceni praemittitur: De singulis ibi prolixè Lambecius disserit. Imagines e

Lambecio dedit etiam Ioannes Petrus Bellorius, ad calcem illorum philosophorum, poetarum, rhetorum. Rom. 1685. fol. Singulas separatim exhibuit Gronouus, Machaonem et Chironem quidem tom. I. yyy sq. Crataeam tom. II. 70 et reliquos tom. III. ant. qq. Graecar. dd. II. cccc. kkkk. et Dioscoridem ooo.



2) Alium codicem, ante mille annos ad minimum scriptum, bibliothecae regiae *Parisinae*, in quo omnes fere, paucis exceptis, plantarum figurae, manu antiquarii, qui librum scripsit, graphice expressae sunt, laudat *Salmasius* in exercitat. *Plinian.* cap. 27. pag. 254. ed. *Traversin.* Multas in eo codice exstare plantas, ad veritatis naturam delineatas, idem refert. *Silphii* plantae imaginem, inde descriptam, simul exhibuit *Salmasius*, sed multa in ea figura vitia sunt, ipso momente *Salmasio* l. c. quae ad verum expressam credere vetent. Is forsan idem codex est, quem accuratius describit *Montfauconius* in libr. I. palaeogr. Graec. cap. 6. pag. 43. et libr. III. cap. 8. pag. 256. vbi et duo capita ex eo, de thymbra et de serpillio leguntur descripta. Scriptus est in membrana et numerum habet in bibliotheca regia *Parisina*. *MCMXXX.* Vetustate non multis *Dioscoridianorum* exemplarium; depictarum stirpium arborumque elegantia nulli cedit. Saeculi noni est, et in Aegypto scriptus esse videtur, hinc etiam forma characterum aliquid peregrinitatis habere videtur. Specimen eius codicis aeri in idi curavit *Montfaucon* l. c. pag. 258. Exemplar toto libro primo multisque hinc et inde partibus mutilum est. Ad singulas plantas nomina Arabica scripta, sed recentiore manu leguntur, item ad marginem aliae notae Arabico idiomate adscriptae sunt. Ad plantam, quae thymbra dicitur, eiusdem nomen Graeco-Coptico caractere exaratum legitur, videlicet *vermum*, quod vocabulum est Aegyptiacum. Ad alias etiam plantas nomen Aegyptium Graeco-Coptico caractere scriptum est, quo adferitur, codicem in Aegypto esse scriptum. Latina nomina singulis plantis recentior manus adscripsit. Plantae vivo colore, eleganter quidem, at rudi arte, sunt depictae, quod probant duo specimina, quae *Montfauconius* specimeni memorato, aeri inciso, addidit, thymbrae atque serpilli. Non infrequenter sub arboribus et plantis depinguntur homines, morbis, quibus curandis illae aptae sunt, laborantes. Hic vero *Dioscoridianus* codex, non alphabetico ordine descriptus est, ut *Caesareus* atque *Neapolitanus*, mox memorandus, (nr. 3.) sed quomodo ab ipso *Dioscoride* primum editus fuerat. Capitula in hoc codice alia, ac in editis, ratione numerantur: numeri enim ab initio primi libri incipiunt, et continuata serie per libros ad finem ducuntur, ita, ut serpilli capitulum in editis numero 46. libri tertii, hic trecentesimus quinquagesimus numeretur. Capitula in sectiones plerumque multas distinguuntur, ac sectiones singulae ad marginem notantur per literas numerales  $\alpha, \beta, \gamma$ .

3) Alium, qui adferatur *Neapoli*, in bibliotheca Patrum Augustinianorum S. Iohannis de *Cartharina Bernhardt* *Montfaucon* in diario Italico pag. 309. refert his verbis: *Codex Dioscoridis, elegant r descriptus, membranaceus, characteribus uncialibus quadris, sine accentibus, adpositis plantarumque figuris, minio depictis a priore manu. Huius auctoris multum vultu pari vetustate et elegantia exemplar exstare: nam regium, quod antiquitatis causa suspicitur, huic multum concecit aetate et pulchritudine. In initio mutilum his verbis incipit: ἀρβύροσ α εὶ δὲ βέρτος. estque quatuor, ut patet, saeculi. Is codex veterius describitur a *Montfauconio* in libr. III. palaeograph. Graec. cap. 3. Putat, Neapolitanum hunc codicem antiquiorem esse *Caesareo*, character enim partim quadrus, partim rotundus, ad formam inscripti omnium veterum propius accedere videntur. Est forma paene quadra, ut *Caesareus*. Spiritus est non inulto minus D. foliorum. In initio murelus est, et ut *Vindobonensis* codex, ad alphabeti seriem concinnatus. Vidit hunc *Dioscoridis* codicem *Richard*, *Voyage d'Italie*, apud Augustinianos, de qua collectione refert. [Hic codex a. 1717. a patribus Augustin. *Carolo VI.* dono oblatus in biblioth. *Vindobonens.* peruenit, et copiose descriptus est a *Kollar**

*Iavio* in supplem. ad *Lambecii* comment. pag. 343—393. Notat vero ille, hunc codicem multo minorem esse Byzantino illo Dioscoridis herbario, noto facto a *Lambecio* comment. lib. II. et VI. p. 202. ad quem utrumque locum *Kollarius* dedit adnotationes. Cod. est ab initio et fine mutilus: multo antiquiorem Byzantino esse, dem. instrat *Kollar.* et vberius explicat causam, cur hunc cod. inscripserit *Herbarii* titulo. In hoc cod. sunt 410. historiae seu descriptiones; imagines vero quaternis pauciores. Herbarum ordo est alphabeticus; at perturbatus. Subnectuntur praeter propria singularum herbarum nomina, etiam alia, cum graeca, tum barbara, quae a Dioscoride non proficiscuntur. Quare *Kollarius* pag. 355. posuit *daica* herbarum quarundam nomina, ordine alphabetico, quae quidem vel illyrica vetustissima, vel certe epirotica esse existimat. Subiungit longum et accuratum indicem herbarum plantarumque omnium, quae et hoc olim Neapolitano et Byzantino codice continentur. Denique dat specimen suorum schol. philologicorum in hoc herbarium. Sed Dioscoridis et herbarum studiosi ipsi legant *Kollarii* notitiam. *Harl.*]

4) *Antonius* *Musa* *Brassauolus* (examen omnium simplic. pag. 274.) in antiquo Dioscoride herbulam depictam vidit, quae posset esse caryophyllata. vid. *Haller.* in biblioth. botan. tom. I. pag. 85.

5) In bibliotheca *Leidensi* codex exstat Dioscoridis *Anazarbaei* de re medica, versus in Arabicam linguam ab *Honeino* et *Stephano*, cum figuris herbarum, florum, animalium, piscium et insectorum. vid. catalog. biblioth. public. Lugd. Batau. pag. 443.

6) In bibliotheca regia *Parisiensi* codex exstat Dioscoridis cum figuris II. n. MMCLXXIX.

7) Excerpta ex Dioscoride de animalibus et plantis cum figuris sunt in bibliotheca regia *Parisiensi* II. MMCCXCIV.

8) Dioscoridis tractatus de herbarum natura et virtutibus, in cuius margine appositi sunt singularum herbarum iconismi, coloribus eleganter depicti, exstat in biblioth. *Bodleiana*, teste catalog. MSS. Angliae et Hibern. nr. 3637. pag. 174.

9) Liber Dioscoridis de herbis foeminis exstat scriptus in membrana, cum adpictis viuo colore animalium et herbarum figuris in biblioth. *Bodleian.* teste catalog. MSS. Angl. et Hibern. nr. 7527. pag. 335.

XIV. Codices Dioscoridis alii, quotquot mihi innotuerunt, hi sunt, et Graeci quidem:

Codex MS. Dioscoridis graecus librorum V. de materia medica, at in fine mutilus, cuius vltimum caput est *περι ἀμραντις λιδς*, scriptus in serica charta, est in *Vossiana* bibliotheca bibliothecae publicae *Leidensis*.

Dioscorides de plantis, ordine alphabetico digestus, et multum ab editis discrepans: Idem de venenatis et alexipharmacis exstat graece in biblioth. *Vossiana* biblioth. public. acad. *Leidens.* teste catalog. eius bibliothecae, pag. 394.

Graecum Dioscoridis codicem in bibliotheca *Vindobonensi* recenset *Lambecius* comment. lib. II. cap. 7. pag. 597. Chartaceus est, in folio, a *Busbeckio* Constantinopoli comparatus. Continet praefationem Dioscoridis ad libr. materiae medicae primum. Finita praefatione incipit descriptio plantarum secundum alphabeti seriem, maxima parte ex Dioscoridis de materia

teria medica libris desumpta. Nomina plantarum, de quibus supra dixi, descriptioni insunt. Mutilus vero est codex, quinque tantum foliorum, ita, vt ne ipsum quidem A sit integrum, sed in Ἀλίω desinat.

Codex Graecus librorum de materia medica quinque, chartaceus, in folio, additis etiam alexipharmacis, in siue tamen mutilis, exstat quoque in bibliotheca *Vindobonensi*, teste *Lambecio* I. et pag. cit.

Alius codex Graecus, chartaceus, in folio, -Constantinopoli comparatus, exstat in eadem bibliotheca, teste *Lambecio* I. c. pag. 598. Continet is Dioscoridis et Stephani, Atheniensis, alphabetum empiricum titulo: βιβλος Διοσκορίδου καὶ Στεφάνου Ἀθηναίου τῆς Φιλοσόφου, περιέχουσα φαρμάκων ἐμπειρίας κατὰ ἀλφάβητον σεφῶς ἐκτεθεισα. Eiusdem alphabeti empirici exemplar manuscriptum graecum ex bibliotheca Gesneri redemit *Casp. Wolphius*, quo in latine edendo hoc alphabeto vsus est.

Onomasticon botanicum ex Dioscoridis libris quinque de materia medica ab anonymo auctore compositum, ordine alphabetico exstat Graece, in chartaceo codice in 4. in biblioth. *Vindobonens.* *Lambec.* lib. II. cap. 7. pag. 599.

Excerpta de herbis ex Crateua, Dioscoride et Galeno exstant in bibl. *Vindob.* graece. Videntur a recentiore graeco ex codice Dioscoridis antiquiore esse descripta.

Codex graecus XLVI. foliorum Dioscoridis librum I. de materia medica continet et lib. II. capita priora XXVI. cum anonymi cuiusdam auctoris antiqui scholiis marginalibus. His insuper accedunt variantes lectiones ex duobus vetustis codd. MSS. bibliothecae Venetae Cardinalis Bessarionis et ex tertio quodam Nicolai Leonici, quae propria Petri Victorii manu ibidem in margine adscriptae sunt. Is enim quatuor illos codices MSS. diligentissime accuratissimeque inter se contulit. *Lambecius* Comm. de biblioth. *Vindobonens.* adpend. lib. III. additam. 13. pag. 344.

Dioscoridis medicamenta varia ad morbos ordine alphabetico exstant Graece in Biblioth. *Bodleian.* nr. 150. teste catal. MSS. Angliae et Hibern. pag. 20.

Dioscoridis historia plantarum exstat Graece inter codd. MSS. *Isaaci Vossii*, teste catal. MSS. Angl. et Hibern. nr. 2157. tom. II. pag. 59.

Dioscorides de plantis, ordine alphabetico digestus, et multum ab editis discrepans. Idem de venenatis et alexipharmacis exstat inter codd. MSS. *Isaaci Vossii* teste catal. MSS. Angl. et Hibern. nr. 2168. tom. II.

Liber quintus de materia exstat Graece in biblioth. *Laurentiana* Medicea plut. LXXIV. *Montfaucon* tom. I. p. 380. Ped. Dioscoridis Anazarbaei e Cilicia de medica materia libri IX. exstant graece in bibl. *Laurent. Medicea* plut. LXXIV. *Montfaucon* tom. I. p. 387. [*Bandinius* in catal. MSS. gr. in indice voc. Dioscoridis partem cod. X. plut. 74. de simplicibus medicamentis ad Anthemachum tribuit Dioscoridi, at in recensione ipsius cod. tom. III. pag. 95. quoniam expunctum fuit auctoris nomen, suspicatur esse Galeni: incipit tamen, τῶν ἀπλῶν φαρμάκων παραδόσεις, ὧς τιμωτάτε Ἀνθράμαχος. quod est initium libri Dioscoridei. — in eod. XX. plut. 4. in eodem quo libri: ad eam em vero primi libri manu multo recentiore notatum est, superiora non esse Dioscoridis σημείωσαι ἔτι τὰ ἀνωθεν ἔχει εἰσὶ Διοσκορίδου. —

in adpendice, in vol. III. pag. 136. cod. X. qui continet Dioscoridem de facile parabilibus simplicibus et compositis medicamentis, vberius describit Bandin. Praebet cod. prolegomena ex aliis excerpta et Dioscoridis *εὐπόριστα*, et quidem capp. 1033. reliqua, quae sequuntur, vsque ad caput 1049. sunt alius auctoris. — in cod. XVII. plut. 74. nr. 14. est liber V. de materia medica: quaedam tamen defunt. — in cod. XXIII. nr. 1. eiusdem plutei sunt Dioscoridis de materia medica libri IX. quorum tamen primi quinque tantum de materia medica; alii quatuor de alexipharmacis et theriacis. Bandinius, qui tom. III. pag. 125. multus est de his libris, et qui spurii habentur, et de Dioscoride, ostendit quoque discrimen huius cod. ab editione Aldina: — in cod. VIII. plut. 75. est fragment. illorum libr. et nr. 6. excerpta ex illis: — cod. XIX. plut. 76. nr. 5. initium de antipharmacis, de quo vid. Bandin. III. pag. 328. — tom. II. pag. 432. cod. 50. praecipua, iambicis versibus comprehensa, sine auctore. vid. Bandin. indic. *Hort.*]

Dioscoridis codices Graeci tres, in quibus duo membranac. [in quibus cod. CCLXXIII. est notandus] chartaceus vnus, exstant inter codd. cardinalis Bessarionis in bibliotheca Diui Marci *Veneta*. conf. Montfaucon, tom. I. pag. 470. [vid. catal. codd. gr. pag. 133. add. quartus membran. 597. vid. Catalog. pag. 312.]

Dioscoridis de materia medica liber I. exstat Graece Patauii, ex museo Marci Mantuae Benavidii. Montfaucon. tom. I. pag. 488. Dioscoridis libri de materia medica omnes exstant Graece etiam Patauii, ex libris Io. Rhodii. Montfaucon. l. c. pag. 489.

Dioscorides exstat, sed incertum an Graece, Veronae, in museo Io. Saibantae. Montfaucon. l. c. pag. 490.

Duo Dioscoridis codices, Graeci sine dubio, exstant in biblioth. Ambrosiana Mediolanensi. Montfaucon. l. c. pag. 496. Alius codex exstat in eadem bibliotheca, teste eodem, pag. 529.

Dioscorides *περὶ ὕλης ἰατρικῆς* exstabat in bibliotheca *Guil. Pelliferii* Montfaucon. tom. II. p. 1199. Eiusdem opera quaedam exstabant in eadem. Montfaucon. l. c. p. 1200.

Dioscoridis opera *ἀνεφάλαια* exstant in bibliotheca *Scorialensi*. vid. Clarke epist. Anglice scriptas de praesenti statu regni Hispaniarum epist. VIII. sect. 2.

Dioscoridis quaedam de animalibus et herbis exstabant graece in bibliotheca *Thuana*. vid. catal. eius biblioth. Lauenb. 1704. 8. pag. 441.

Codex Dioscoridis de materia medica, vt puto, Graecus, exstabat in bibliotheca Michaelis Cantacuzeni. *Verdier*. pag. 62. Haller. bibl. botan. tom. I. pag. 86. et onomasticon botanicum ex Dioscoride (*Verdier*. pag. 599.) et excerpta ex Dioscoride, Crateua et Galeno (ibid. conf. Haller. l. c. pag. 86.)

Codex Dioscoridis, in quo mutata et transposita multa sunt, est in bibl. reg. *Parisi*. II. nr. MMCCCLXXXVII.

[Cod. *Πεδανίς διοσκορίδης* (sic) de virtute simplicium medicamentorum, de qualitatibus, quae ex re, sapore praedita, manifestantur, temperamentis, et de ordine atque abcessu temperamentorum, in bibl. reg. *Motrit*. cod. LXXXIV. fol. 132. secundum *Liarti* catalog. pag. 334. — item in cod. XC. fol. 86. catalog. pag. 435 sq. Haec duo capita siue sectiones frustra

frustra se quaesivisse apud Dioscoridem, vel in amplissima Iani Antonii Saraceni editione, utroque loco scribit Iriarte. In utroque cod. sequitur de quarundam herbarum virtute, quam enarrationem, existimat Iriarte, ineditam esse. In priore cod. fol. 133. est alphabetica plantarum ceterorumque simplicium descriptio ex Dioscoridis libr. V. de re medica a recentiore quodam facta, quam ineditam putat Iriarte pag. 345. vti aliam breuem 69. plantarum virtutum enarrationem. — In posteriore cod. est alia alius collectoris alphabetica expositio potestatum plantarum, fructuum etc. et fol. 147. partic. *περὶ ἀντιβαλλομένων*, quam vulgavit Iriart. pag. 436.]

Codex secundum alphabeti ordinem dispositus cum libro de theriacis, nuperus et saeculi XVI. exstat in bibliotheca regia Parisina II. MMCLXXXIV. Alius, recti ordinis, in eadem bibliotheca reperitur. Alius in libros VIII. et capita 1011. distributus cum indice, scriptus saeculo XIV. est in eadem bibliotheca II. nr. MMCCXXIV. Alius, librorum quinque, seu excerptorum ex iis libris, et lexico vocum botanicarum et ad rem iatricam pertinentium saeculi XV. est ibidem II. nr. MMCLXXX. Iterum plenum opus librorum de materia medica, librorum duorum de theriacis et alexipharmacis et de venenato et rabido cane II. MMCLXXXV. Alius, iterum pleni operis, a Demetrio Tribolo saeculo XV. accurate descriptus, cum indice II. nr. MMCLXXXII. Iterum alius totius operis, II. nr. MMCLXXXIII.

[In bibl. reg. *Matrit.* cod. CX. fol. 155. *περὶ λίθων Διοσκουρίδης*. „Is commentarius, ait Iriarte pag. 437. XXXVII. lapidum adpellationes, formas, medicasque potestates ordine litterarum breviter enarrat, videturque ex ampliore Dioscoridis opere, alienis tamen quibusdam adiectis, excerptus; inter eius tamen vel edita vel inedita, siue genuina, siue supposita scripta minime occurrit, neque de illo in MSSorum bibliothecis vlla exstat mentio.“ Hinc Iriarte brevem illum commentarium l. c. in lucem protulit. *Hartl.*]

Appendix ad Dioscoridem XVI. herbarum, quae sit ex Pamphilo. *Lambecius* libr. II. pag. 593.

[In catalogo codd. graec. incertae cuiusdam biblioth. a *Jo. Zamio* in deliciis eruditor. Florent. 1743. 8. edito pag. 168 sqq. est cod. membr. vetustissimus, qui continet Dioscoridem sine principio et sine cum descriptione figurata omnium, quae in ipso sunt, herbarum. Tres alii codd. qui Dioscoridis quaedam complectuntur, pag. 170 sq. ibidem memorantur. *Hartl.*]

Liber Dioscoridis de experientia medica, de simplicibus et compositis medicamentis, litterarum ordine, imperfectus; non enim excedit litteram A. et interiacet quaedam lacunae, est in bibliotheca *Laurent. Medicae* plut. LXXV. *Montfaucon.* tom. I. pag. 388.

Corrupta collectio et barbara Dioscoridis et Stephani, Atheniensis, sermone Graeco barbaro, 105 capitum, est in biblioth. reg. *Paris.* nr. MMCLI.

Dioscorides Aldinae editionis, cum viri docti emendationibus exstat inter codd. MSS. *Isaaci Vossii*, teste catal. MSS. Angliae et Hibern. nr. 2699. tom. II.

Dioscoridis libellus *περὶ εὐχόμενων* exstat graece in biblioth. Bodleian. nr. 150. teste catal. MSS. Angl. et Hibern. pag. 20.

De Rufi ac Plutarchi fragmentis in Dioscoridem Conr. Gesnerus in catalogo eorum, qui Dioscoridem illustrarunt apud Lambec. de bibl. Vindobonensi lib. II. cap. 7. pag. 608. haec habet: *Audio et Rufi ac Plutarchi quaedam fragmenta in Dioscoridis librorum explare Graece in Italia nondum excusa: quorum copia facta sit Aloisio Anguillarae, Romano, horti medicorum Patauii procuratori, ut fama loquitur et ipse, spero, propediem suis lucubraticibus declarabit.*

XV. Codices Dioscoridis latini minus copiosi profant. Dioscoridis latina versio, progressa iuxta alphabeti ordinem, initio facto a littera A, vbi primum vocabulum est *Acorus* et finit cum littera F, in voce *Ficus maritima* est in biblioth. publica vniuers. *Lugd. Bat.* vid. catal. eius biblioth. pag. 376.

Dioscorides, latine versus et iuxta alphabeti seriem digestus, exstat inter codd. MSS. *Isaaci Vossii*, teste catal. MSS. Angl. et Hibern. nr. 2431. tom. II.

Herbarium Antonii Musae, siue collectio Apuleii Platonici, Sexti Placiti et Dioscoridis exstat in bibliotheca *Laurentiana Medicea* plut. LXXIII. Montfaucon. tom. I. pag. 384.

Dioscorides, a Gaspare Gabriellio latine versus, exstat Patauii in libris ex museo Philippii Thomasini. Montfaucon, tom. I. pag. 489.

Codex Dioscoridis latinus, imperfectus, a Petro, Paduanensi, elucidatus, saeculo XIV. scriptus, exstat in bibliotheca regia *Parisi.* IV. nr. MMMMMMDCCCXX. Alius, ab eodem elucidatus, saeculi XIII. exstat in eadem bibliotheca, IV. nr. MMMMMMDCCCXIX. Duo alii codices latini saeculi XIV. exstant in eadem IV. nr. MMMMMMDCCCXXI.

Tractatus herbarum Dioscoridis, Platonis et Galeni, valde nuperus, exstat in bibliotheca regia *Parisi.* IV. nr. MMMMMMDCCCXXII.

Excerpta ex Dioscoride exstabant latine in bibliotheca Thuana. vid. catalogum eius bibliothecae Lauenb. 1704. pag. 443. In eadem bibliotheca exstabant, et Gallice quidem, recepta medicinalia, ex Dioscoride desumpta. catal. pag. 446.

Dioscoridis de antipharmacis exstat, vt puto, latine in biblioth. Laurentiana Medicea, plut. LXXXVI. Montfaucon. tom. I. pag. 406.

Dioscorides de herbis foeminis exstat inter codd. MSS. eccl'es. cathedral. *Wesimonsi.* teste catal. MSS. Angl. et Hibern. nr. 1258. tom. II. pag. 29.

Idem liber de virtutibus herbarum foeminearum exstat inter codices *Hew. Worsley* teste catal. MSS. Angl. et Hibern. nr. 6897. tom. II. et in bibliotheca *Laurentiana Medicea* plut. LXXIII. Montfaucon. tom. I. pag. 381. — [et in bibl. reg. Taurinensi. cod. membr. CCCCXXV. saec. XIII. fol. 12. teste catal. illius bibl. codd. latin. pag. 101. *Harl.*]

Pedacii Dioscoridis liber de scientia medicinae exstat, latine, ni fallor, in bibliotheca *Vaticana*, teste Montfaucon. tom. I. pag. 10.

Aesclepio, Dioscoridi et Bruno chirurgia tribuitur, quae exstat inter MSS. codd. bibl. S. Victoris *Parisi.* Montfaucon. tom. II. pag. 1371.

XVI. Praeter Arabicum Dioscoridis codicem in *Leidsensi* bibliotheca, quem supra §. 13 memorauimus, hi Arabici Dioscoridis codices exstant.

Dioscoridis de simplicibus, seu de materia medica libri V. MS. arabice adiectis in margine nominibus graecis per Th. Hyde fol. minori.

Eiusdem de venenis et eorum praecautione, s. de alexipharmacis liber vnus.

Eiusdem de venenatis animalibus, seu de theriacis liber vnus.

Supplementum eorum simplicium, quae in Dioscoride desiderantur, arabice per Ibn Gialjal Andalufenum. Haec omnia exstant in bibliotheca *Bodleiana*. vid. catal. MSS. Angl. et Hibern. nr. 6374. pag. 286.

Arabici codices librorum Dioscoridis de materia medica recensentur in *Casiri* biblioth. arabico-Hispan. Escor. tom. II. p. 283. [Sunt tres libri de re herbaria sine interpretis nomine: atque Casiri subiicit Dioscor. vitam et opera ex arabica philosophorum bibliotheca, fol. 201. arabice et lat.]

Hic quoque memorandus est *Ebn Beithar*, celeberrimus inter Arabes de botanica et medicinali materia scriptor, qui eam ob causam *Afchad*, s. herbarius dictus est. Is Dioscoride maxime vsus est. In Africa natus, anno Hegirae 646. a. Christi 1248. mortuus est. Scripsit historiam generalem simplicium vel plantarum, secundum alphabeti ordinem, quatuor voluminibus comprehensam. Scripsit quoque de vsu simplicium ad curationem morborum, qui singulas corporis humani partes occupare consuerunt, et alium librum: de utilitate animalium et arborum in medicina. Codices MSS. horum librorum exstant in biblioth. reg. *Parisi* et in biblioth. *Laurent. Medicea* Florentiae. vid. *Herbelot*. biblioth. orientale s. v. *Beithar. Dioscoride. Al Mogni*. [est codici passim adscripta marginibus latina plurimorum simplicium interpretatione, in bibl. Escorial. vid. *Casiri* l. c. I. pag. 275 sqq. qui copiosus est de argumento operis, quod vocat *eximium*, et latina interpretatione luceque publica dignum censet. Addit vitam Beitharis 1) ex Abulfedae historia vniuersali ad an. Egiriani 646. 2) ex Ioannis Leonis Africani libello de viris quibusdam illustribus apud Arabes, repetitam ex Fabricii B. Gr. tom. XIII. pag. 281. tum Beitharis prologum arab. et lat. — pag. 280. alterum exemplar, s. tomum secundum, at minus accurate, minusque nitide exaratum memorat: cod. DCCCXXXVI. etc. s. tom. III et IIII. ibid. pag. 280. vbi laudat alios II. codd. in biblioth. de Montiano et Lyando, Matriti, qui praebent II. et V. tom. et eiusdem epuscul. de ponderibus et mensuris ad medicinae vsum, ac de veterinaria medicina. — in tom. II. pag. 344. cod. MDCCCXVII. Bethar de medicam. simplicib. tom. I et V. *Harl*. Alius codex Albeitharis est in biblioth. Naniana Venetiis, vid. *Assemani* catalogo de codici Marocci Orient. della Bibl. Naniana tom. II. pag. 244 [q. *Beck*.] De simplicibus medicamentis opus Ebn Beithar Guil. Postellum secum ex oriente aduexisse refert *Conr. Gesnerus* in interpretum Diosc. catalogo, quam vid. apud *Lambec*. lib. II. cap. 8. pag. 608. In eo, vti *Postellus* in epistola ad *Gesnerum* refert, *simplicia quam plurima et remedia innumera, quorum nec nomen, nec vis, nec vsus nobis adhuc innotuit, sunt expresso: atque omnia ita absoluta, et quilibet super iisdem medicamentis apud Dioscoridem, Galenum et Oribasium imperfectum et mutilatum est, ex hoc volumine restitui et sarciri possit.*

Ceterum memorandum est, Arabes in medicamentorum scientia, praeter Galenum, quem in quacumque medicinae disciplina maximi faciebant, et sequebantur, maxime Dioscoride esse vsos, quaeque celeberrimi Saracenorum medici de simplicibus medicamentis, ex

vegetabili regno protulere, maxima ex parte ex Dioscoride esse defumta. In aetate vero Dioscoridis definienda hallucinatus est Gregorius Abulpharagius, qui historia dynastiarum VI. pag. 67. edit Pocock. haec habet: *Hoc tempore (Ptolemaei Physconis) floruit Dioscorides, medicus eximius, quo de plantis scripsit, ex incolis urbis Am Zab. Inquit Galenus; quatuordecim libros de medicamentis simplicibus reuolui, a diuersis authoribus conscriptos nec inter ipsos perfectiorem libro Dioscoridis vidi. Eundem laudat Iohannes Gonuatiens in historia sua, dicens hominibus perchorus, vir animo yrasanti, qui plurimum hominibus profuit, clarus, celebris, qui multis regionibus peragratis medicamentorum simplicium a continentibus, insulis et maribus scientiam acquisiuit eorumque formam descripsit.*

Vti Hippocratem et Galenum; ita et Dioscoridem in Syriacam linguam versum, in Arabicam ex ea Arabes transulerunt. Inueniri adeo refert Renaudotus in epistola ad Dacierium de exigua virtute, quae Arabum versionibus est, quae legitur in translatione operum Hippocratis Gallica ad calcem tomi secundi, Dioscoridis Arabicos codices cum Syriacis versionibus saepius collatos atque castigatos. Generatim vero his arabicis versionibus magna virtus tribuenda non est, etsi Salmasius consilium ceperat graeci textus Dioscoridis restituendi ex arabico codice, quem in Ebenbeitar legerat. vid. *Renaudot. l. c.*

XVII. Librorum de parabilibus medicamentis II. codices MSS. hi exstant:

Pedacii Dioscoridis Anazarbaei ad Andromachum de simplicibus medicamentis libri II. vbi ad calcem libri primi alia manu notatum est, eum non esse Dioscoridis, sunt in bibliotheca Laurentiana Medicea plut. LXXIV. Montfaucon. tom. I. pag. 387.

Codex etiam τῶν εὐπορίων, chartaceus in folio est in bibliotheca Augustana. conf. *Hoeschelii* index librorum MS. graecorum bibliothecae Augustanae nr. 112. pag. 54. Montfaucon, tom. I. pag. 594. Eo vsus est ad editionem suam Io. Moibanus. Eum codicem deprauatissimum esse, et suo auctore paene indignum, Gesnerus refert in epistola dedicatoria ad senatum Augustanum, εὐπορίων editioni suae praefixa.

Exstat quoque codex libri de paratu facilibus medicamentis in bibliotheca Caesarea Vindobonensi, teste Lambecio, lib. VI. pag. 598.

XVIII. *Editionum* Dioscoridis copia permagna est, quas nunc recensebo. Asterisco notatas omnes coram habui. Graecae tres exstant:

Πεδάκις Διοσκορίδης ἀναζαρβέως περὶ ὅλης ἰατρικῆς λόγοι ἔξ. Ἔτι περὶ ἰοβόλων ἐν ᾧ καὶ περὶ λυσῶν τῆ κυνός συμείωσις τε τῶν ὑπ' αὐτῶν δεδηγμένων καὶ θεραπείαι. Νικάνδρου τῆ κολοφώνις ποιητῆ θηριακά μετὰ σχολίων. Τῆ αὐτῆ ἀλεξιφάρμακα. In folio, cui titulus inscriptus est, legitur adhuc epigramma in Nicandrum. Locus, annus, reliqua omnia titulo defunt. \*

In auersa pagina huius editionis, quae in folio mediocris formae exscripta est, Aldi Manutii epistola ad Hieronymum Donatum, patricium Venetum, legitur, in qua Aldus rationem operis qualemcunque reddit notatque, se plura legisse Dioscoridis exemplaria. Scripsit eam epistolam Aldus Venetiis, octauo Idus Iulias, anno MID. Index sequitur deinde Graecus capitum alphabeticus, postea contextus, capitum numero non ad libros redacto, sed ad finem operis vsque vna serie decurrente. Notha quaedam adiecta sunt, sed in sequentibus editionibus



editionibus ea auctiora leguntur: iis enim *Hieronymus Roscius*, alterius editionis Aldinae editor, in primis operam dedit. Continentur Dioscoridis opus XV. quaternis, et nouissimo quaterno. Deinde *Nicander* sequitur cum scholiis. Haec est operum Dioscoridis editio princeps.

*Διοσκορίδης*. Dioscorides. (Is solus titulus est. In eius auersa pagina legitur:) Πεδάκιε Διοσκορίδῃ περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγοι ἔξ. Τῆ αὐτῆ περὶ ἰσθόλων, ἐν οἷς καὶ περὶ λυσσῶντος κυνὸς σημείωσις τε τῶν ἀπ' αὐτῶν δεδηγμένων καὶ Θεραπεία λόγοι δύο. Ἐλεγχος ἀπάντων τῶν φυτῶν, καὶ ζώων, καὶ μεταλλευμένων ὡς περὶ τὸ χρήσιμον ὁ συγγραφεὺς Διοσκορίδης ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ διδάσκει. Στίχοι περὶ δυνάμεως τινῶν φυτῶν ἐν τοῖς παλαιαῖς εὐρισκόμενοι ἀντιγράφοις.

*Pedacii Dioscoridis de materia medica libri VI. Eiusdem de venenatis animalibus lib. II.* quibus canis rabii signa et curatio eorum continentur, quibus venenata animalia morsum defixerint. In lex omnium plantarum, animalium, metallorum, quorum utilitatem auctor praesentis libri docet. Carmina de virtute siue facultate quarundam plantarum in antiquis reperta exemplaribus. Graeco, Veneto, in aedibus Aldi et Andreae Soceri. 1518. 8. seu potius forma inter quartam et octauam media.\*

Textum huius editionis recensuit *Hieronymus Roscius*, Patavinus, qui codice Nicolai Leonicensi usus est. Huic Roscio Franciscus Asulanus praesentem editionem inscripsit. Textus minus vitiosus est, quam in principe editione. Notha Dioscoridis, inprimis nomina ista plantarum, de quibus supra §. 10. dictum est, primum Roscii opera a textu separata et ad calcem addita sunt; quod etiam notauit Io. Ant. Saracenus, in praefat. ad notha Dioscoridis, in eiusd. edit. oper. Dioscorid. pag. 440.

*Διοσκορίδης*. Dioscorides. Basileae, ex aedibus Ioannis Bebelii, anno 1529. mense Aug.\*

In pagina tituli auersa legitur: Πεδάκιε Διοσκορίδῃ περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγοι ἔξ. τῆ αὐτῆ περὶ ἰσθόλων ἐν οἷς καὶ περὶ λυσσῶντος κυνὸς σημείωσις τε τῶν ἀπ' αὐτῶν δεδηγμένων, καὶ Θεραπεία λόγοι δύο. Ἐλεγχος ἀπάντων φυτῶν καὶ ζώων, καὶ μεταλλευμένων ὡς περὶ τὸ χρήσιμον ὁ συγγραφεὺς Διοσκορίδης ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ διδάσκει. *Pedacii Dioscoridis de materia medica libri VI. Eiusdem de venenatis animalibus libri duo*, quibus canis rabii signa et curatio continentur, quibus venenata animalia morsum defixerint. Index omnium plantarum, animalium, metallorum, quorum utilitatem Dioscorides praesentis in libro docet. Deinde sequitur dedicatio libri ad Ioannem Fridericum, Saxoniae ducem, cui editor, *Ianus Cornarius*, nomen suum subseripit. Eam excipit argumenti index alphabeticus Graecus. Deinde sequitur contextus graecus, capitum numero non diuiso cum libris; sed per totum opus decurrente. Pagina 393. opus Dioscoridis absoluitur. Dein notha sequuntur, vsque ad p. 446. quae operis vltima est.

Forma eius editionis media est inter quartam et octauam. Emendatior est prioribus: at ingenio suo etiam subinde indulsit in emendando Dioscoride Cornarius. Ipse hoc opus suum vehementer laudat, inquit in dedicatione: *Etsi nihil in hoc opere mihi arrogare vlim, hoc tamen vere dicere possum, nullum (hoc Dioscoride) Graecum auctorem emendatiorem ac maiore diligentia excusum in Germania produsse, mea quidem animaduersione, cet.*

## XIX. Editiones graeco-latinae hae exstant:

Πεδάκις Διοσκουρίδης Ἀναξαρεβέως περὶ ὕλης ἰατρικῆς βιβλία εἰ. Τῆ αὐτῆ περὶ δηλητηριῶν Φαρμάκων καὶ τῆς αὐτῶν προφυλακῆς βιβλίον αἰ. Τῆ αὐτῆ περὶ ἰοβόλων, ἐν ᾧ καὶ περὶ λυσσῶντος κυνὸς βιβλίον αἰ. Τῆ αὐτῆ περὶ σημειώσεως τῶν ὑπὸ ἰοβόλων δεδηγμένων βιβλίον αἰ. Τῆ αὐτῆ περὶ Θεραπείας τῶν ὑπὸ ἰοβόλων δεδηγμένων βιβλίον αἰ. *Pedacii Dioscoridae Anazarbei de materia medica libri V. De lethalibus venenis eorumque praecautione et curatione. De cane rabido: Deque notis, quae morsus istius animalium, venenum relinquuntium, sequuntur: Deque eorum curatione, Lib. unus. Interpretæ Marcello Vergilio, Secretario Florentino. Eiusdem Marcelli Vergilii in hosce Dioscoridis libros commentarii doctissimi, in quibus praeter omnigenam variamque eruditionem, collatis aliorum interpretum versionibus, suae translationis ex utriusque linguae autoribus certissima adferuntur documenta. Florborum praeterea atque humani corporis vitiorum genus omne, quorum subinde meminit Dioscorides, diligentissime explicatur. Coloniae, opera et impensis Ioannis Soteris, anno 1529. mense Augusto. fol. \**

Maximam operam in antiquioribus versionibus corrigendis et in Dioscoride melius latine reddendo insumpsit Vergilius, post tres versiones latinas, ante ipsius aetatem confectas. Textui minorem operam dedit: maiorem versioni Ruellianae emendandae et commentariis, in quibus loca parallela ex antiquioribus Graecis, Plinio, Galeno, copiosissima leguntur. Ceterum confecti ab homine docto quidem, at rerum botanicarum ignaro, ad rem Dioscoridis herbariam illustrandam parum faciunt. [In biblioth. Pinelli fuit exemplar cum notis mssis saec. XVI. vid. catalog. illius biblioth. tom. I. pag. 284.]

*Dioscoridis libri octo graece et latine. Castigationes in eisdem libros. Parisiis, impensis viduae Arnoldi Birckmanni, 1549. 8. \**

Curavit hanc editionem et ob formae commoditatem, et ob textus integritatem valde commendabilem, *Jacobus Goupylus*. Is exemplaria, prius excusa, cum multis veteribus libris MSS. ex bibliotheca Parisina contulit, locosque omnes, qui peruerse descripti, aut deficientes essent, asterisco notavit. Castigationes etiam addidit, breves quidem, at praeclare scriptas, maxime ductus Codd. MSS. quos coram habebat. Latina versio est *Ioannis Ruellii*, de qua infra exponemus.

Πεδάκις Διοσκουρίδης τῆ Ἀναξαρεβέως τὰ σωζόμενα ἅπαντα. *Pedacii Dioscoridis Anazarbei opera quae exstant omnia. Ex nova interpretatione Iani Antonii Saraceni, Lugdunaei, medici. Addita sunt ad calcem eiusdem interpretis scholia, in quibus variae codicum variorum lectiones examinantur, diuersae de materia medica, seu praeceptorum, seu etiam recentiorum, sententiae proponuntur, ac interdum conciliantur: ipsius denique auctoris corruptiora, obscuriora, difficultioraque loca restituntur, illustrantur et explicantur. (Francofurti) Sumptibus haeredum Andreae Wechelii, Claudii Mannii et Ioan. Aubrii 1598. fol. \**

Textum Goupyli sequutus est *Saracenus* eumque correxit atque, ubi meliores atque probatiores lectiones ex codd. MSS. in promptu erant, emendavit, meliorum semper codicum auctoritatem sequutus. Addidit varias lectiones *Ioannis Sambuci* in opere Dioscoridis apud Henricum Stephanum edendi immortui, ex Iac. Goupyli editione, cui Sambucas varietatem lectionis ex VI. codd. MSS. adscripserat, quaeque adhuc in bibliotheca Caesarea Vindobonensi

dobonensi seruator, (vid. Lambecius Comm. de bibliotheca Vindobonens. lib. II. cap. 7. pag. 599.) Io. Opfopoei ex codd. Palatinorum collatione, et interpretum aliorum animaduersiones. Maxime illustravit Dioscoridem ex Theophrasto et Plinio. Latinam versionem nouam effecit omniumque optimam, quum Ruelli versionem corrigere, ob errorum multitudinem, nequiret.

Ea Saraceni operum Dioscoridis editio est plenissima, nam et euporista continet, quae in libris aliis omnibus desiderantur, et accuratissima, hinc earum, quae haecenus prodire, optima, etsi, quod dolendum, a viro quidem docto, at rei herbariae ignaro, profecta est. Laudat ex merito hanc editionem Henricus Stephanus, de bene instituendis graecae linguae studiis pag. 30. et H. Casaubonus, graeco epigrammate, quod operi praemittitur.

XX. Versiones *latinae* Dioscoridis copiosae confectae sunt, eaeque saepius typis exscriptae, ut fieri solet in auctore, quem medici omnes manu versarunt. Antiquiorum versionum *latinarum* recensionem exhibent *Marcellus Vergilius* in praefat. ad Diosc. editionem, et *I. Ant. Saracenis* in praefat. ad suam Diosc. editionem.

Vsque ad Marcelli Vergilii tempora ea, quibus Dioscoridem graece et latine edebat, tres versiones prostabant *latinae*.

1) Versio vetus Dioscoridis, non ex graeco, sed ex Arabico Dioscoridis codice facta, Coloniae, et Hallerus ex Seguierio refert, ann. 1478. fol. edita, tamen ab acutissimo *Parezero*, in *ansalibus typographicis, ab artis inuentae initiis ad annum 1500.* vol. I. pag. 283. non memorata, fuit in bibliotheca Bigotiana. [Non Coloniae, sed *Colis*, cum correct. et expositione. marg. Petri Paduanens. edita est. vid. *Fessii* catalog. biblioth. Magliabech. I. pag. 825.] Ex hac versione multa transcripta sunt in Matthaei Siluatici pandectas medicinae et Io. Serapionis F. librum de simplicibus.

Exstat et editio veteris illius translationis Lugd. 1512. cum additionibus Petri Paduani. f. de Apono. Eius titulus est: *Index librorum in presenti volumine contentorum. Dioscoridis exactissimi indagatoris fidelissimique scriptoris virtutum simplicium medicinarum Liber CCCCXXVII continens capitula: cum nonnullis additionibus Petri Paduanensis in margine libri notatis. Eiusdem Dioscoridis de naturis et virtutibus aquarum tractatus vnus.* (In fine) *Explicit liber Dioscoridis de natura simplicium quem Petrus paduanensis post legendo correxit et exponendo quae utiliora sunt in lucem deduxit: impressus Lugduni per Gilbertum de villiers expensis non sissimi viri Bartholomei trat. Anno dñi MCCCXII. die po XXIX mensis Martii. 4. mai. \**

Eius etiam libri exemplar erat penes Hallerum biblioth. botan. tom. I. cap. 36. pag. 81. Ordo est alphabeticus. Versio mire abhorret a Graeco contextu et ex Arabico facta est. Petrus Paduanensis est *Petrus de Apono*, vir suo tempore celeberrimus. [Exemplum est in bibl. Erlang.]

2. Versio *Hermolai Barbari* prodit Venetiis 1516. in fol. additis eiusdem Hermolai notis siue corollariis et Io. Baptistae Egnatii in Diosc. annotationis. Versio Hermolai elegans quidem est, at, quod Plinio nimis in libris, parum fidelis et verbis Dioscoridis minus respondens. [conf. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. tom. II. §. 12.]

3) Ex versione *Io. Ruellii*, Sueffionensis, botanici insignis, graece et latine docti, eorum quoque, quae Saraceni de botanica habent, non negligentis, prodire Dioscoridis libri de materia medica sex annis:

1516. in fol. *Pedacii Anazarbei de medicinali materia libri quinque. De virulentis animalibus, et venenis, caue rabioso, et eorum notis libri quatuor Ioanne Ruellio Sueffionensi interprete. Habetur venale in officina Henrici Stephani e regione scholae Decretorum. (In fine legitur:)* Impressum est in praeclarissimo Parrhisiorum gymnasio hoc — opus in officina Henrici Stephani — absolutumque octavo Calendae Maias. Anno domini MDXVI. in folio. \*

1527. in 8. Venetiis. \* — 1529. in fol. Argentorati, c. *Hermolai Barbari* in Dioscoridem corollariis et commentariis Marcelli Vergilii per Ottonem Brunfelsium contractis. \*

1532. in 8. Basileae. — 1537. in 8. Parisiis. \* — 1539. in 8. Basileae. \* — 1542. in 8. Basileae. \*

1543. in 12. Lugduni. \*

1543. in fol. Francofurti et Marburgi, c. annotationibus Gualth. Rivii ac Loniceri scholiis. \*

1545. in fol. Francofurti, c. notis Gualth. Rivii, Valerii Cordi, nomenclaturisque herbarum vario idiomate, per Conradum Gesnerum. \*

1546. in 12. Lugduni. \*

1547. in 12. Lugduni, apud Frelonium. \*

1547. in 12. Lugduni, apud Theobaldum Paganum. \*

1549. in fol. Francofurti, additis annotationibus per Gualth. Rivium, Acc. Valerii Cordi annotat. in Dioscoridem; Euricii Cordi iudicium de herbis et simplicibus medicinae. \* — 1550. in 8. Lugduni, ap. Balthaz. Arnolletum, cum breuib. H. B. P. (Dalechampii) annotationibus. \* — 1552. in 8. Lugduni, cum annotat. H. B. P. et cum figg. \* — 1554. in 12. Lugduni. \* — 1593. in 8. Basileae.

Prodiit etiam Dioscorides ex *Martelli Virgilii* versione, cum eiusdem Marcelli commentariis amplissimis plenissimisque, non quidem scientiae rei herbariae, attamen lectionis librorum antiquorum. Hinc eius commentarii stirpibus Dioscoridis reuelandis non conferunt. Versio bona est ceterum, et emendatior praecedentibus. Prodiit ea cum commentariis: 1518. in fol. Florentiae, apud haereditas Phil. Iuntae. [conf. *Baudini* Iuntarum typograph. annal. tom. I. pag. 39 sqq. in primis tom. II. pag. 126 sqq.] — 1523. in fol. Florentiae, apud haereditas Phil. Iuntae, Florentini, titulo: *Pedacii Dioscoridis Anazarbei de medica materia: Libri sex. a Martello Virgilio Ssecretario Florentino latinitate donati: cum eiusdem commentationibus: nuperque diligentissime ex secunda interpretis recognitione excusis. Accedit insuper in Dioscoridem Index latine graecoque excusus: alius praeterea in commentationes eorum quae tum graece tum latine notata digna sunt.* \* [vid. *Bandin.* loco mem. II. pag. 190 sq.]

Ex *Iani Cornarii* etiam versione prodiit Dioscorides, cum notis, minus ad rem herbariam, magis ad voces illustrandas et ad praxin medicam pertinentibus, et quidem anno:

1557. in fol. Basileae, titulo: *Pedacii Dioscoridis Anazarbensis de materia medica libri V. Iano Cornario — interprete. Eiusdem Iani Cornarii emblemata singulis capitibus adiecta. Dioscoridis de bestiiis venenum iaculantibus et lethalibus medicamentis lib. II. eodem Cornario interprete. Eiusdem Iani Cornarii in eisdem libros expositionum libri II. Adiunctis in fine tribus tabulis locupletissimis.*\*

Ex Iani Antonii Saraceni meliore versione, de qua ego supra dixi, prodit Dioscorides, Francofurti, 1598. 12. \*

Non quidem nouam Dioscoridis versionem molitus est, sed Ruellii versionem correxit emendauitque *Petrus Andreas Matthiolus*, vir ad illustrandum Dioscoridem natus, philologus, criticus, botanicus insignis, vt adeo post Ruellium libri Dioscoridis demum in rei herbariae peritissimi viri manus inciderent. Prodit vero Dioscorides latine, edente *Petro Andr. Matthiolo*, forma vtplurimum nitida et cum figuris multo studio effectis: 1554. in fol. Venetiis, cum iconibus paruis, absque notis. \* — 1554. in 12. Lugduni. \* — 1558. in fol. Venetiis, cum figuris et apologia. \* — 1559. in fol. Venetiis. \* — 1560. in fol. Venetiis. \* — 1562. in 4. Venetiis, cum iconibus et apologia aduersus Amatam, indice curatiuo et notis. — 1565. in fol. Venetiis, quae editio figurarum, typorum et chartae praestantia reliquis superat. \* — 1569. in 12. Venetiis. — 1570. in fol. Venetiis. — 1571. in 4. Venetiis, addita Francisci Calceolari descriptione itineris sui a Verona in Baldum montem, plantis refertissimum. — 1583. in fol. Venetiis part. II. \*. 1604. in fol. Venetiis.

Ea Dioscoridis Matthioli editio, in italicam linguam versa, saepius prodit, et quidem 1548. in 4. Venetiis, titulo: *Il Dioscoride del eccellente Dottor medico M. P. Andrea Matthioli da Siena, con suoi discorsi, da esso la seconda volta illustrati et diligentemente ampliati.* \* — Figurae ei editioni desunt. Praecessisse editionem primam, titulus docet. Eam videre mihi non licuit. [prodit vero Venetiis 1544. fol. vid. *Paitoni* biblioth. I. pag. 306 sq. quem vide de edit. 1552. 4. — 1555. fol.] — 1549. in 4. Venetiis, quoque absque figuris. 1549. in 4. Mantuae, cum figuris plantarum et animalium. — 1550. in 4. Venetiis. *Dioscorides dell' P. A. Matthioli con li suoi discorsi da esso la terza volta illustrati.* \* 1555. in fol. Venetiis. \* — [ib. 1559. fol.] — 1562. in 4. Lugduni. — 1563. in fol. Venetiis. — [1568. fol. Venet.] — 1570. in fol. Venetiis. \* — [ib. 1573 et 1583. fol. — 1584. [f. 1585.] in fol. Venetiis. — [1593. Venet. et Bergam. 4.] — 1604. in fol. Venetiis. — 1621. in fol. Venetiis. \* — [1645. Venet. fol.] — 1711. in fol. Venetiis.

Ea versio Matthioli cum commentariis prostat quoque in operibus *P. A. Matthioli*, quorum editionem praestantissimam dedit *Casp. Bauhinus*, trecentis iconibus suis aut *Camerarianis*, et multis plantis auctam. Synonyma etiam ex auctoribus classicis adiecit. Prodit ea collectio Francof. 1598. fol. \* recusa 1674. fol. \* — Vide de hac Matthioli editione Dioscoridis et *Ant. Pasini* annotationi et emendationi nella tradottione dell' *Andr. Matthioli* de cinque libri della materia medicinale di Dioscoride. Bergam. 1591. 4. \* Editio etiam Bergomi exflare dicitur ab anno 1593. 8.

XXI. In alias quoque linguas, praeter latinam, conuersus Dioscorides saepius prodit. *Italicar* editionis *P. A. Matthioli* versiones iam dixi §. praecedente. Exstant adhuc sequentes versiones:

a) *Italicae* — [Venet. 1539. 8. sed est dubia.] — Interprete *Fausto di Longiano*. Venetiis, 1542. 8. Seguiet. Haller. [catal. bibl. Pinell. tom. IV. pag. 69.] vid. et Cour. Gesnerum in catal. eorum qui Dioscoridem illustrarunt apud Lambecium de bibl. Vindob. lib. II. cap. 7. pag. 605.

Interprete *M. Antonio Montignano*, Firenze 1545. 8.

Ea editio repetita est Florentiae, apud Bernhard. Iuntam, 1547. 8. \* — [Plura vid. in *Paitoni* bibliotheca degli autori — vulgarizzati. tom. I. pag. 306 — 314.]

b) *Hispanicae*. Inclaudit maxime *Andreas de Laguna* versione sua librorum Dioscoridis de materia medica.

*Dioscorides Anazarbeo acerca de la Materia medicinal, y de los venenos mortiferos, traducido de lengua Griega en la vulgar Castellana et ilustrado con claras y substantiales annotations, y con las figuras de innumeras plantas exquisitas y raras por el Doctor Andreas de Laguna, Medico de Julio III. Pont. Max. En Anvers, en casa de Iuan Latio. 1555. fol. \** — Eadem Andr. Lagunae editio repetita est, et quidem cum figuris: 1560. in fol. Madriti. — 1563. in fol. Salamanticae. — 1566. in fol. Salamanticae. \* — 1570. in fol. Salamanticae. — 1636. in fol. Valentiae. — 1677 in fol. Valentiae. \* — 1695. in fol. Madriti. — 1733. in fol. Madriti. — 1752. in fol. Madriti, duobus voluminibus, illustratus et valde auctus, curante *Suarez de Ribera*.

Exstat quoque *I. Iarava historia de las yerbas y plantas sacada da Dioscorides Anazarbeo y otros autores. Antwerp. 1557. 8. \**

c) *Gallicae*. — 1553. in fol. par *Martin Matthee*. Ea versio repetita est annis 1559. in 4. et 1580. in 4. — 1561. in fol. Lugduni ex editione Matthioli, par *Antoine de Pimet*. Repetita Lugd. 1566. fol. \* et Lugd. 1572. fol. \* — 1572. in fol. Lugduni, par *Iean des Moulins*. Eadem versio repetita est Lugduni, annis 1573. fol. 1579. fol. 1580. fol. 1619. fol. 1642. fol. 1656. fol. \*

d) *Bohemica*.

Ex versione Matthioli Bohemice reddidit Dioscoridem, cum magnis figuris *Thaddus Hagek*. Pragae, 1562. fol.

e) *Germanicae*.

*Des hochverühmpten Pedonii Dioscoridis Anazarbei — beschreibung aller materien und gezeugs der Artzney — in sechs bücher verfaßt und zum ersten mal aus der Griechischen und Lateinischen Sprachen gründlich vertentst durch Iohan Dantsen von Ast — Frankfurt am Mayn. by Cariaco lac bi zum Bart 1546. fol. \** — a *Ioach. Camerario* recusa Francof. 1586. fol. ibid. 1590. fol. 1598. fol. 1600 fol. 1610. fol. \* 1611. fol. 1614. fol. \* 1626. fol. cum iconibus Gesnerianis. Reuidit postremas edit. Petr. Vffenbach. — Ex editione Matthioli versi a *Georgio Handsch*. Prag. 1563. fol.

XXII. Commentatorum in Dioscoridem grex satis magnus est: at Ruellio et Matthiolo exceptis, qui tamen in frigidiore regione vixerunt, hinc plantarum calidiorum regionum, de quibus Dioscorides loquitur, cognitionem exiguam tantum habere potuerunt; vnde multa relique.

reliquerunt et minus recte explicata, et falsa, omnes botanice ignorarunt, omnes locis parallelis ex Theophrasto, Plinio, cet. colligendis insudarunt, aut saltem graecarum vocum explicationi operam dederunt. Hinc ii omnes ad Dioscoridem illustrandum parum praestitisse existimandi sunt. Desideratur enim adhuc, recte monente *Hallero* in biblioth. botan. tom. I. cap. 36. pag. 85. commentator, qui easdem, quas Dioscorides, regiones percurreret, plantasque, in clasico solo lectas, cum descriptionibus Dioscoridis comparauerit.

Indicem commentatorum in Dioscoridem composuit *Conr. Gesnerus*, qui legitur in *Valerii Cordi* annotat. in Dioscoridis de materia medica libros V. Tiguri 1561. fol. mox memorando. Eum indicem repetiit *Lambecius*, Comm. de bibl. Vindobonensi lib. II. cap. 7. pag. 603. Recensuit etiam commentatores, at non omnes, *Haller*, in bibl. botan. tom. I. cap. 36. pag. 83 sq. — *Io. Baptistae Egnatii* additamenta cum *Hermolai Barbari* corollariis prodierunt *Venetis* 1516. et vix vllius sunt momenti. Eas suo tempore nondum viderat *Gesnerus*, vir, antiquarum rerum alias studiosissimus.

*Hermolai Barbari*, patricii Veneti, cardinalis et patriarchae Aquileiensis, viri eruditio- nis nomine nunquam satis laudati, in Dioscoridem exstant commentarii. Multa in iis continentur docte et ingeniose dicta: at quod libros quidem cognitos habebat vir optimus, naturam vero ignorabat, hi commentarii Dioscoridem fere non, nisi ex Theophrasto et Plinio idustrant. Prodiere hi *Hermolai Barbari in Dioscoridem corollariorum libri V.* 1516. in fol. Venetiis, quae prima in titulo dicitur editio. — 1518. in fol. Haganoae. — 1530. in fol. Coloniae, apud Ioannem Soterem. \* — 1534. in 4. Basileae.

*Leonhardi Fuchsi* in *Dioscoridis historiam* herbarum certissima adaptatio cum earumdem iconum nomenclaturis graecis, latinis et germanicis *Argent.* 1543. fol. \* Herbarum figurae sunt, cum locorum, in quibus Dioscorides de iis dixit, mentione. Pertinet huc quoque clarissimi huius viri *historia plantarum*, Basil. 1542. fol. et saepius diuerso idiomate edita, in qua historias ex ipso Dioscoride descriptas plantarum permultas tradidit. Huc etiam pertinet: *eiusd. apologia, qua repellit malitiosas Gualtheri Ryff reprehensiones, quas Dioscoridi attulit* — Basil. 1544. 8. \* Huc pertinet quoque *Leonh. Fuchsi* aduersus mendaces et christiano homine indignas *Christiani Egenolphi* suique architecti calumnias responsio. Basil. 1545. 8. \* [conf. Freytag. adpar. litter. tom. II. pag. 899 sqq.]

*Ioannes Lonicerus*, Marpurgensis professor, scholia quaedam in Dioscoridis libros composuit, cum nomenclaturis graecis, latinis, hebraicis, germanicis. Ea scholia existunt in latina Dioscoridis editione ex versione Ruellii, supra memorata, quae Marpurgi, 1543. in fol. prodit.

*Andrae Lacu ac, Segolinis*, annotationes in *Dioscoridem Anazarbeum*, iuxta vetustissimorum ead. fidem, quibus *Iannis Ruellii* versio latina beneficio contextus graeci plurimis locis corrigitur et illustratur. *Luoduni*, 1554. 12. Hispanica etiam harum adnotationum existat editio ab ann. 1552. fol. Exstant eadem cum versione libror. Diosc. de materia medica Hispanica, ab eodem viro profecta, cuius edit. vide supra. Laudatissimus nostro quoque adhuc tempore in Hispania Dioscoridis interpres plantas multas, vbique delineatas, dedit. Codices etiam adhibuisse fertur. At magis praetici argumenti eius sunt annotationes, quam botanici et critici.

*Amatus Lusitanus* in duos priores Dioscoridis libros commentarios quosdam edidit nomine Ioann. Roderici Castellii albi Lusitani. Anewerp. 1536. fol. Deinde Amati Lusitani nomine *enarrationes in V. Dioscoridis libros*. Hae Venetiis primum excusae sunt 1553. 4. \* mox Argentinae, 1554. 4. \* Prodiere porro Venetiis, 1557. 4. \* Lugduni, in qua *acc. praeter correctiones lemmatum adnotat. R. Constantini, nec non simplicium picturae ex Leonh. Fuchso, Iacobo Dalechampio atque aliis*, 1558. 8. \* Totum ad rerum cognitionem inclinare et multa bona ac rara docere, Gesnerus refert. Fere Galenum et sequaces eum legisse et Arabes, nomina nupera quatuor linguarum adiecit, loca tamen natalia aliqua Hispanica addidisse et Italica *Hallerus* in bibl. botan. tom. I. cap. 36. pag. 83.

Anonymus, qui solum litteris H. B. P. innotescere voluit adnotationes breves, singulis capitulis Dioscoridis adiectas et aliquos icones edidit cum versione Ruellii supra dicta, Lugd. 1550. — Eaedem redeunt in editione versionis *Ruellii* Lugdunensi 1552. Auctor *Dalchampsius* sua ex Galeno et Matthiolo summissa fatetur, et icones nonnullas crassiusculas adiecit, triginta vero et sex novas ad calcem.

*Io. Cosmae Holzachii adnotationes in Dioscoridem*. Lugd. 1556. 12.

*Robertus Constantinus* edidit eruditas vtilisque correctiones lemmatum et adnotationes in Amati Lusitani enarrationes, cum illis pariter excusas Lugduni 1558. in 8. vna cum iconibus, ex Fuchsi fere libro desumptis, exiguis.

*Valerii Cordi adnotationes* doctissimae in *Dioscoridis libros V. secundo* ab auctore auctae et recognitae editae sunt Argentorati, 1561. fol. \* vna cum libris quatuor eiusdem, quibus descriptiones variarum stirpium continentur et alia quaedam. Prima adnotationum Valerii Cordi editio est in Dioscoride latino Ruellii ab ann. 1549. quam vide.

*Antonii Pasini* Obseruationes in Dioscoridem 1592. 4.

*Nicolai Maroncae* comm. in Diosc. et Plinii de amomo. Basil. 1608. 4. \* Adiectus est Io. Pone de plantis seu simplicibus, quae in Bado monte reperiuntur.

*Iacobi et Pauli Constant.* notae in Dioscoridem. Pictau. 1628. fol.

*Antonii Stupani simplicium medicamentorum facultates ex Dioscoride*. Lugd. 1561. 12. cum iconibus Matthioli.

Praeter dictos commentatores ad Dioscoridem illustrandum adhuc pertinent

*Bartholomaeus Marantha*, Venusinus medicus, qui *methodi cognoscendorum simplicium medicamentorum libros III.* scripsit, Venet. 1549. 4. Hi, Gesnero iudice, ad innumera Dioscoridis loca recte intelligenda vtilissimi sunt, vt commentarii quidem in eius libros, non grammatico tamen, sed philosophico more instituti videri queant.

*Benedictus Textor* libellum de stirpium differentiis ex descriptionibus Dioscoridis digessit. Prodiit titulo: *stirpium differentiae ex Dioscoride* secundum locos communes. Par. l. 1534. 12. \* 1537. 12. cum Trago Kyberi Argent. 1522. 4. Methodicus est in Dioscoridem index.

*Io. Agricolae Ammonii medicinae herbariae libri II.* quo vni primus habet herbas huius saeculi communes cum veteribus, secundus fere a recentibus medicis inuentas herbas, quae post Galenum accurrunt. Basil. 1539. 8. \* Indicem simplicium habet a Dioscoride proditorum.



*Ioannes Manardus* in doctissimis epistolis suis cum alia multa passim ad cognitionem medicaminum simplicium erudite docet, tum in prima libri VIII. epistola Marcelli Vergilii interpretationem in primum Dioscoridis librum examinat.

*Melchior Guilandinus* in *Theonte aduersus Matthaeolum*. Patauii 1558. 4. \* vitia Matthioli, in edendo etiam Dioscoride commissa, acerrime perstringit. Quaedam etiam ad Dioscoridem illustrandum occurrunt in *eiusd. de stirpibus aliquot epistolis* Patauii, 1558. 4. \*

*Alois. Anguillaria* in lib. *simpl. ci* Venet. 1561. 4. \* 1561. 8. \* latine ab *Bauhino* Bas. 1593. 8. Is loca, in quibus Dioscorides vixit, adiit. Is plantas Dioscoridis nominat, locum ipsius natalem assignat. Dioscoridis codicem passim emendat.

*Io. Franci* veronica theezans accessit mantillae loco coniectura de alyssis Dioscoridis Lips. et Coburg. 1700. 12. \*

*Corn. Petri* adnotatiunculae aliquot in quatuor libros Dioscoridis. Antwerp. 1533. 8. \*

*Ant. Pinaci* historia plantarum, earum imagines, nomenclaturae, qualitatis et natale solum. acc. simplicium medicamentorum facultates secundum locos et genera ex Dioscoride. Lugd. 1561. 12. \*

In Dioscoridis plantas etiam commentatus est, vt in Theophrasti, *Caspar Bauhinus*, in *pinace theatri botanici, seu indice in Theophrasti, Dioscoridis, Plinii et botanicorum, qui a saeculo scripserant, opera, plantarum fere sex millium nominibus, cum synonymiis et differentiis* Basl. 1623. 4. \* et saepius.

Dioscoridi illustrando porro insudarunt *Hier. Mercurialis*, in var. lectt. *Marsilius Cagnatus* in variis obseruat. *Caspar Hofmannus* in var. lectt. *Th. Renesius*, in varr. lectt. et in epistolis. Multa quoque ad interpretationem Dioscoridis adulerunt ii, qui Plinium interpretati sunt. Multi inprimis locis Dioscoridem illustravit *Cl. Salmasius* in exercit. Plinian. et in opere de homonymis hyles iatricae. Plantas Dioscoridis medicinales ac, quae eae fuerint, acutissimo examini subiecit, earum saltem partem, quas Hippocrates commentauit, *Ill. Grimmius* in Hippocratis libro de diaeta acutorum in vernaculam verso linguam, et in Germanica editione operum Hippocratis, de quibus praeclaris operibus ego dixi in huius bibliothecae libr. II. cap. 23.

XXIII. Nunc et librorum de medicamentis, paratu facilibus, et quorundam aliorum, quae spuria manifeste sunt, editiones memorabo:

Εὐπέριστα Dioscoridis vna tantum vice seorsim typis excusa sunt.

Εὐπέριστα *Ped. Dioscoridis Anazarbei ad Andromachum, Hoc est De curationibus morborum per medicamenta parata facilia libri II.* Nunc primum et Graece editi, et partim a *Ianne Moitano, medico Augustano, partim vero post huius mortem a Conrado Gesnero in linguam latinam conuersi: auctoris vero in parte symphonias Galeni aliorumque Graecorum medicorum. Argentorati, exc. Ios. Rihelius, 1565. 8.*

Textus est graecus a Moitano et Gesnero emendatus, manuscriptum enim erat vitiosissimum. Vt ille cum molli vltus est, ob consilia ad singulos morbos curandos separata. Notarum saepe parum dicta illustrantium, sarrago summa. In botanicis et ad naturalem histo-

riam pertinentibus neque Moibanus, neque adeo maximi iste nominis vir *Gesnerus* infudarunt, sed in practicis et in locis parallelis colligendis, quorum copia ad nauseam suppetebat.

Repetita est haec *Moibani* et *Gesneri* editio in operibus *Dioscoridis I. Ant. Saraceni*. In versionem emendavit.

*Dioscoridis et Stephani Atheniensis alphabetum empiricum* supra dixi §. 12. Spurium est opus et seriorum temporum.

*Dioscoridis tractatus de natura et virtutibus aquarum*, qui editioni Lugdunensi 1512. versionis antiquae, de qua supra dixi, additus est, scriptus est ab empirico Arabista. Continentur in eo qualitates aquarum simplicium, ad Galeni doctrinam de quatuor elementorum qualitatibus et compositiones aquarum ad diuersos morbos.

XXIV. Tandem etiam, quod humanis rebus solet accidere, multa etiam sibi in *Dioscoride* et edendo et interpretando proposuere viri docti: at proposito exciderunt.

*Hieronymus Bagolinus*, Veronensis, *Dioscoridem* verterat, eaque versio apud Io. Rhodium exstabat in *Scribon.* pag. 175. *Haller.* l. c. pag. 84. Verterat etiam *Caspar Gabrieli*.

*Montignanus*, Italicae versionis *Dioscoridis*, quam supra dixi, auctor, ei versioni suae alterum volumen addere volebat, in quo textus emendationes a se profectae continentur. Quod typographus *Bernardus Iunta* notat in prolog. ad versionem *Dioscoridis* italicam *Montignani* 1547. 8.

*B. Marantha* promisit commentarios in *Dioscoridem*, notante *Gesnero* in indice eorum, qui *Dioscoridem* illustrarunt apud *Lambecium*, *Comm. de bibl. Caesar. Vindob.* lib. II. cap. 7. pag. 604.

Editionem *Dioscoridis* parauit splendidissimam doctissimamque, multis notis et varietate lectionis ex codd. nobilissimis auctam, *Ioannes Sambucus*. Eius operis edendi *Henricus Stephanus* consilium ceperat. *Sambucum* in hoc laboris genere iam multa praestitisse, eius codex probat, qui *Vindobonae* in bibliotheca *Caesarea* est, et notis doctissimis scatet. At dira *Sambuci* mors exsequendi eius consilii opportunitatem praecidit. vid. de hac edit. quae *Iani Ant. Saraceni* editionis occasionem dedit, *Ian. Ant. Saracenus* in praef. ad editionem suam *Dioscoridis*.

*Ioannes Razendita* paraphrasin in *Dioscoridis* libros de materia medica scripserat, quae erat in bibliotheca *Michaelis Cantacuzeni*. *Verdier* pag. 62. et *Michaelis Pjelli* in bibliotheca *Manuelis Eugenii*, cuius pars dicitur anno 1570. proditisse.

Notas manu *Guilaminii* scriptas *Falconetus* possidebat, (in catalog. biblioth.)

*Salmasius* commentarios in *Dioscoridem* parauerat, *Guidoni Patino* dictos.

Commentarios in *Dioscoridem* inchoauerat *Grienuald*. Tabulae *Vindobonenses* codicis antiquissimi, de quibus ego supra dixi §. 13. etiam ad ea pertinent, quae, ut in docti ac periti viri manus perueniant ab eoque cum erudito medicorum ac philologorum orbe communicentur, est omnino optandum.

## CAPUT IV

## DE ARETAEO.

I. *Aretaei aetas, vita.* II. *Aretaei secta.* III. *Aretaei merita in medicinam theoreticam et practicam.* IV. *Libri eius qui adhuc exstant.* Libri de re pharmaceutica deperditi. V. *Codices manuscripti.* VI. *Editionum Aretaei historia.* VII. *Commentatores in Aretaeum.* *Alia scripta, Aretaeum illustrantia.*

[Studio Io. Chr. Gottl. Ackermann, Med. D. et Prof. Altorfin.]

## I.

**A**RETAEVS CAPPADOX <sup>a)</sup> diuersus fuit ab Aretaeo Corinthio, (Lucianus in Toxari). Sabinum etiam, Hippocratis commentatorem veterem, Gellio III. 16. et Galeno saepius memoratum, quo auctore Tiraquellus Aretaeum Sabinum adpellaret, haud comperi. Quonam vero tempore floruerit Aretaeus Cappadox, celeberrimus in medicina scriptor, haud facile suspicari licet, quod ipse nullius scriptoris, praeter Homerum et Hippocratem, meminit, neque vicissim ipse citatur a medicis antiquis, nisi ab *Dioscoride*, euporist. pag. 112. in edit. Saraceni, *Actio*, tetrab. II. s. 4. cap. 47. et tetrab. III. serm. III. cap. I. et *Paulo Aegineta*, lib. IV. cap. I. Ex his Aetius quinto saeculo vetustior non est, Paulus aetate inferior Aetio est, et teste Abul-Pharajio hist. dynast. pag. 114. 115. (edit. Pocock) saeculo ineunte septimo vixit. Dioscoridem libros de materia medica composuisse, aut vltimis annis imperii Neronis, aut saltem mox post Neronis decessum, supra probauimus cap. de Dioscoride. Hinc forsitan *Vossio* adsentiendum foret, cui Aretaeus antiquissimus scriptor et diu ante Caesarum tempora clarus fuisse videtur, de vitis sermôn. pag. 419. 782. et de philosophia pag. 96 et 107. Sed argumentum, quo *Vossius* hoc euincere conatur, quod nimirum Aretaeus Ionice scribat atque Ionisus et Dorisus ante Caesarum tempora usurpari desierit, abunde confutatur ex *Arriani* Indicis, quae Ionica dialecto exarata sunt, et exemplo *Cephaionis* atque *Dionysii*, *Milesii*, quos Ionice scripsisse *Suidas* testatur. Vnde a *Vossio* sententia discedit *Aegidius Menagius*, in amoenitatibus iuris, pag. 223. Ceterum quod post inuicia Caesarum vixerit Aretaeus, ex ipsius opere luculenter euinci potest. Etenim non modo antidori, a rege *Mithridate* confectae, sed etiam notante *Clerico*, hist. de la Medec. part. II. lib. IV. s. II. cap. 3. illius, quae, quoniam ei immiscerentur carnes viperinae, ab Aretaeo ἡ δὲ ἐχιδνῶν et ἡ διὰ Ἰνγίων, a ceteris vero Graecis *Ἰνγίων* vocata est, mentionem facit. Huius autem auctor fuit *Andromachus*, Neronis archiater, eiusque componendi rationem, versibus scriptam, quos *Galenus* seruaui, (de antido is lib. I. cap. 6. pag. 875. tom. XIII. edit. Charter.) ad eundem imperatorem misit. Quia et medicamentum *διὰ βίσασα*, quod

a) De Aretaei aetate, secta, medicinali scientia, cet. omnium plenissime doctissimeque scripsit *Io. Wigan*, in dissertationibus Aretaeo, ab ipso edito, praemissis. Multa quoque scitu vilia de Aretaeo habet *Dan. Clericus*, in hist. de la medecine part. II. lib. IV. s. II. cap. 3. pag. 508 sq. ed. Hagae Comit. 1729. 4. conf. *Carol. G. Kühn* de

dubia Aretaei aetate, Lips. 1779. 4. Aretaeus de pulmonum inflammatione. Contextum Graecum, adiecta versione latina, edidit cum emendat. et commentario *Carolus Weigel*, Lips. 1790. 4. *Sprngel*, in I. Versuch einer pragmat. Gesch. der Arzneykunde Th. II, Abschn. V. s. 43.

quod item, Aetio teste, ab Andromacho excogitatum est, adhiberi praecipit Aretaeus de curat. acutor. morbor. lib. I. cap. 6. pag. 98. edit. Wigan. Nominat etiam, iam Petro Petito notante in praefat. ad comment. in Aretaeum pag. 136. d. edit. Boerhaavii Aretaeum in lib. II. curat. acutor. morbor. cap. 5. in curatione ibi *αρχίατρον* nominare, idque nomen sane ante Andromachi Neronisque tempora in usu non erat, quod probavit *Heur. Meibom* in comm. in Marc. Aurel. Cassiodori form. archiattror. comitis pag. 13. nr. 2. et ego quoque probavi in tractatione: *Erläuterung der vornehmsten Medicinalgesetze bis zum XIII. Jahrhundert*, quae legitur in *Cl. Pyl Repertorium für die gerichtliche Arzneykunde* part. II. pag. 167 sq. — Patet etiam ex Caelio Aureliano, qui in praefat. ad lib. I. chronicor. expresse dicit, *neminem ante Themisonem remedia tardarum valetudinum scripsisse*, libros Aretaei post Themisonis aetatem esse conscriptos, qui breui ante Corn. Celsi tempora floruit. Ita minime dubium est, quin post initum a Nerone regnum medica Aretaeus sua monumenta literis mandauerit <sup>9)</sup>. Erravitque in Lindenio renouato *G. A. Merklin* pag. 87. cum affirmat, Aretaeum Strabonis et Gregorii Nazianzeni fuisse coetaneum; haec enim perspicue secum pugnant; quum trecentis amplius annis iunior fuerit Gregorius. Erravit etiam Petrus Petitus, qui eum Galeno inferiore facit, neque tamen Iuliani Caesaris principatu iuniorem esse putat. vid. praefat. in eiusd. comment. in Aretaeum pag. 136. d.

Cappadox Aretaeus vbinam vitam egerit, incertum: procul dubio tamen in aliqua regione scripsit, cui liberum cum Italia Romaque erat commercium, quippe qui vina aegrotantibus Italica dari praecipiat Fundanum, Falernum, Signinum. (de curat. acutor. morbor. lib. II. cap. 3. pag. 113. edit. Wigan.)

II. De secta Aretaei apud scriptores altum est silentium. *Dan. Clericus* in hist. de la medecine part. II. libr. IV. sect. II. cap. 3. primus ex Aretaei ipsius scriptis probare sibi visus est, eum pneumaticorum medicorum sectae fuisse addictum. Eius sectae conditor fuerat Athenaeus, Attaliae, Ciliciae vrbe, natus: eandem post Athenaeum sequuti sunt Theodorus atque Agathinus, Athenaei discipuli, deinde Archigenes et Herodotus, Agathini discipuli, Magnusque et Leonides. Floruit vero ea secta perbreui temporis spatio, a Vespasiano nimirum vsque ad Antoninum Pium <sup>9)</sup>. Ea secta praeter elementa, ab dogmaticis medicis atque Galeno stabilita, eorumque qualitates, calidum, frigidum, siccum, humidum, quintum elementum ex Stoicorum philosophorum mente statuebat, spiritum nempe, cuncta penetrantem, a quo cuncta contineantur, gubernenturque, quo spiritu recte constituto naturalia consistere ac hominem bene valentem esse, eodem vero offenso morbos procreari, (vid. *Osterhausen* diff. de hist. sectae medicor. pneumaticor. sect. II. §. 1. pag. 42.) eodem penitus compresso, hominem non permanere; sed repente mori adfirmabant. Spiritus offensiones varias existere posse in humano corpore tradidit Aretaeus. Si in casu epileptico intra pectus ferueat et inclusus omnia commoueat, facit ex eius sententia spiritus, vt ad os atque nares humorum inundatio

b) Ex Dioscoridis aetate temporeque, quo is euphorista scripserit, statuit Io. Wigan, Aretaeum non modo post susceptum a Nerone principatum, sed et ante exortum Titi imperium vixisse. vid. dissert. eius de Aretaei aetate l. c. pag. 15.

c) Vid. *Io. Carol. Osterhausen*, auditoris mei, dissertationem doctissimam, exh. historiam sectae medicor. pneumaticorum, Altorf. 1791. 8. p. 33 sqq.

inundatio prorumpat. Si frigidus atque iners spiritus in intestinis nascitur, ileum parit. Refrigeratum consequitur asthma: spiritus, humidus, aculosus lienis scirrhum efficit, subtilis, resolutus, tenuis et siccus phreniticum, congelatus apoplexiam<sup>d</sup>). Locus vero, ex quo Clericus et Io. Wigan maxime probare voluerunt, Aretaeum pneumaticorum sectae addictum fuisse, est in capite de synanche, quod VII. est in lib. I. de causis et signis acutorum morborum, pag. 6. edit. citat. In eo Aretaeus synanchen a spiritus in calidissimum siccissimumque conuersione deducit sine vlla membri cuiusuis inflammatione, inque probationem eius rei purat, homines in Charoneis specubus vno spiritus haullu interimi, quin etiam hominem sine morsu quouis, sed a lingua canis recepto tantum spiritu, in rabiem agi: eandem spiritus mutationem etiam intra hominem fieri posse.

Sed, vt fieri solet in scriptoribus practicis, quorum generi Aretaeus accensendus est, vt subitiores theorias aut negligent, aut non perspicue satis exponant, Aretaeus etiam sententiam suam de spiritu ita exposuit, vt ex ea, illum pneumaticorum sectae addictum fuisse, saltim non perspicue satis pateat. Sic locus de synanche Aretaei, in quo eum clarissime sententiam suam aperuisse referunt Clericus atque Wigan, quos viros deinde sequuti sunt in statuenda Aretaei theoria ad placita sectae pneumaticorum efformata, *Io. Conr. Barchusen*, hist. medicinae, Amst. 1710. 4. pag. 269. *Io. Henricus Schulze* in compendio historiae medicinae, Hal. 1744. pag. 332. et *Ab. de Haller* in biblioth. medicinae practicae tom. I. p. 192. probat tantum, Aretaeum duas anginae species statuisse, alteram inflammatoriam, alteram ab aere tetris exhalationibus corruptam; hinc non a spiritu isto Stoicorum offenso natam. In qua sententia quoque fuit doctissimus in Aretaeum commentator, *Petrus Petitus* in commentar. et animaduers. in VIII. Aretaei libros in edit. Aretaei Boerhaavian. Lugd. Bat. 1725. pag. 145. Reliqua etiam omnia loca, in quibus Aretaeus de spiritu loquitur, talia sunt, vt ex iis probari nequeat, hunc auctorem de spiritu Stoicorum, corpora omnia penetrante et elementum corporum quintum efficiente, verba fecisse. Omnia haec loca, ex quibus Aretaeum pneumaticum fuisse statuere auctores, collegit doctissimus *Osterhausen* diss. cit. sect. III. §. 1. pag. 79. probauitque, ex iis non parere, Aretaeum ei sectae fuisse addictum. Ceterum Aretaeus, in explicanda morborum natura, dogmaticorum theoria vtitur, omnia ex quatuor qualitibus elementorum explicans. Ad dogmaticorum igitur sectam eum pertinuisse, recte iudicauit *Petrus Petitus*, in praefat. commentar. in Aretaeum, pag. 135. f. A methodicorum secta alienissimus est.

III. Esi vero Aretaeus in ea medicinae parte, quae morbis medetur, tanta praestitit, quanta reliquorum medicorum praeter Hippocratem vix vllus; eius tamen inter antiquos medicos famam fuisse vel nullam, vel valde saltem exiguam, mirandum est. Citant Aretaeum tantummodo Dioscorides, Aetius et Paulus; et ne hi quidem medici quidquam ex eius scriptis excerpterunt, hauseruntue, sed eum tantum nominarunt. Silentio praetmittunt eum reliqui veteres medici omnes, collectores, etiam isti omnia complantes, Galenus atque Oribasius. Causa eius rei haec Wigano (de Aretaei aetate pag. 16.) fuisse videtur, quod Archigenes,

<sup>d</sup> Ea Aretaei loca omnia, ex quibus probari posse ipsi visum est, Aretaeum fuisse pneumaticum, collegit *Dan. Cirricus*, l. c. Repetuit ea *Wigan*, in diss. de Aretaei secta l. c. p. 19. 20.

chigenes, celeberrimus pneumaticus medicus, Romae florens, famam Cappadocis nostri nominis sui celebritate praefinxerit. Aretaeus etiam verbis Hippocraticis, sed obsoletis faepissime vtitur. Stilus eius a fuso isto Asiatico dicendi genere eorum temporum abhorret: scribit enim dialecto ionica, subtilique quadam ac venusta orationis breuitate vtitur, Homeri et Hippocratis imitatione ductus. Etiam postquam in occidentalibus Europae plagis excoli coeperunt graecae litterae, pauci eius scripta lectitarunt, et magis criticae, quam medicinalis scientiae causa. Nostro tempore ea frequenter vsurparunt ii, qui sacro codici veteris et noui Testamenti interpretando operam dederunt: morbos enim quosdam praecclare describit, de quibus in eo fit mentio, elephantiasin, maniae quasdam species, cet.

Esti vero hoc fatum habuit Aretaeus, vt a Graecis, post eum viuentibus, raro nominaretur, et ab omnibus retro saeculis vsque ad nostra tempora semper ea eius fuit fortuna, vt non nisi paucis admodum innotesceret, tamen, si Hippocratem excipis, nullum e medicorum antiquorum omnium grege inuenies, quem cum Aretaeo, siue dicendi genus, siue argumenti, quod tractauit, grauitatem, respicias, possis comparare. Homerum et Hippocratem in scribendo imitatur, Homerum, ita scribendo, vt ligatam eius orationem imitari videatur, Hippocratem, vt breuitatem eandem referat, vt paucis verbis multa comprehendat: vt, Aretaeum vbi legis, non medicum, primo post Christum saeculo florentem, sed ex aurea linguae graecae aetate legere tibi videare.

Anatomes scientiam, pro saeculi, quo vixit, ratione habuit magnam profundamque, maioraque sine dubio eius scientiae documenta edidisset, si argumentum, ad anatomen magis faciens, pertractasset. De eius anatomica scientia peculiarem dissertationem scripsit doctissimus *Wigan*, quae legitur in Aretaei editione, quam is vir doctissimus curauit, a pag. 22.

Maxime autem in ea pathologia, quae in morborum historia versatur, et in curatione morborum tradenda inclaruit. Eius merita circa pathologiam haec sunt. 1) Morbos quosdam, ante eum incognitos, primus descripsit, venae cauae acutum morbum, alios, quos hic enarrare non licet. 2) Aliorum historiam perfectiorem dedit, elephantiascos, maniae, melancholiae diuersarum specierum, tetani, cet. 3) In scribenda historia morborum talem se gessit, vt, vbi morbos, ab eo descriptos, legas, eos praesentes esse et coram intueri te sentias, atque, nisi superauit Hippocratem in scribenda hac morborum historia, illum saltim asequutus esse existimandus sit. De curandi ratione, quam tenuit Aretaeus, ita doctissime ac verissime iudicauit cl. *Wigan*, l. c. pag. 28. *Vti ex proprio, non ex alieno penu haec de medendi arte monumta depromsit Aretaeus, ita in eadem naturae dictum, et magistrum, quam ipse vocat optmam, experientiam secutus est, nec quidem illo magis in stilo efformando, quam in remediis adhibendis peritus artifex et concinnus. Eo ordine, eo iudicio, ita distincti planeque traduntur curandi rationes, vt vix quidquam in hoc genere ex summi scriptoris meritis extitit absolutius. Quae ab antiquioribus dicta, eorum alia, utpote optima, selegit, alia limauit et expoliuit: quaedam ipse primus haud infeliciter tentauit.*

IV. Exstant Aretaei *περί αιτιών και σημείων οξέων και χρόνιων παθών βιβλία δ'*. De acutorum et chronicorum morborum causis libri IV. initio manci. *Περί θεραπεύσεως οξέων και χρόνιων παθών βιβλία δ'*. De curatione acutorum et diuturnorum morborum libri IV. anci mutilique

mutilique omnes, ita, vt passim apud Aetium reperias ex Aretaeo citata, quae in exemplaribus nostris desunt. Librorum diuisio ea est, vt libris duobus prioribus de caussis et signis acutorum morborum, libris vero duobus posterioribus de caussis et signis diuturnorum morborum sermo sit. In libris quatuor de curationibus idem ordo est, duobus nempe prioribus curatio acutorum, posterioribus vero duobus curatio diuturnorum pertractatur. Desunt vero in exemplariis, quae habemus, libri primi de caussis et signis acutorum morborum cap. I. *περὶ Φρενιτικῶν.* cap. II. *περὶ ληθαργικῶν.* cap. III. *περὶ μαρασμῶ.* cap. IV. *περὶ ἀποπληξίης,* et initium capituli V. *περὶ ἐπιληψίης.* In libro primo de curatione diuturnorum morborum desunt cap. VI. *περὶ μανίης.* cap. VII. *περὶ παραλύσιος.* cap. IX. *περὶ ἐμπυρικῶν.* cap. X. *Θεραπεία τῶν ἐς τὸν πνεύμονα ἀποστάσιων.* cap. XI. *Θεραπεία ἀσθματος.* cap. XII. *Θεραπεία πνευμαδῶν.* cap. XV. *Θεραπεία ἰκτέρες.* cap. XVI. *Θεραπεία καχεξίης.* In libro II. de curatione diuturnorum morborum desunt cap. I. *Θεραπεία ὕδρωπος.* cap. IV. *Θεραπεία τῶν ἐν κύστι.* cap. VIII. *Θεραπεία κολικῶν.* cap. IX. *Θεραπεία δυσεντερίης.* cap. X. *Θεραπεία λειεντερίης.* cap. XI. *Θεραπεία ὕσερικῶν.* Multa etiam capita alia maiore, alia minore parte mutila sunt.

Libri Aretaei *de re pharmaceutica*, quos composuisse ipse perhibet, quorumque caussa medicamentorum formulas in opere suo non tradidit, intercidere temporum iniuria.

V. Codices MSS. librorum Aretaei neque copiosi existunt, neque valde antiqui. Ad eos, qui mihi innotuerunt, referendi sunt:

*Codex Harleyanus.* Eum Wigano communicauit Ill. Harley, Comitum Oxoniensis filius vnicus. Mancus est et mutua capitula plura exhibet, transposita alia. Scriptus esse videtur non ex vno exemplari, neque vno eodemque tempore, tamen vna et eadem manu. Licet trecentis vel quadringentis annis parum antiquior esse videatur, plurimisque passim mendis laborans, eas tamen ex boni potius exemplaris, quam ex librarii defectu contraxit. Eo vsus est, deque eo haec refert Io. Wigan, in praefat. ad Aretaeum pag. 6. *Ex eo codice plus adiumenti in emendando Aretaeo habui, quam sperare ausus sum: cum omnes huius auctoris MSS. de quibus ad me notitia peruenit, et parum veteres sint, et maculis etiam foedissimis inquinati; siquidem huius ope non modo verbis Ionicae suae terminationes passim redditae sunt, sed et proba ac sana sententiarum quarundam lesione nitido tersoque huic auctori sensus proprius atque elegans restitutus. Quare codicem Aretaei, Harleyano emendatiorem, haud vllibi existere crediderim.*

*Codex Vaticanus,* valde recens. Ex eo vix quicquam suppetiarum hausit Io. Wigan, nisi quod dialectum quandoque eius auctoritate, vbi ceteri codices deficiebant, emendauerit. Est perquam vitiose scriptus et aliis magis mutilus.

*Codex Augustanus,* pariter, vt omnes, mutilus. vid. de eo Dau. Hoefschelii catal. graecor. codd. qui sunt in bibliotheca reip. August. Vindelic. nr. 113. pag. 54. Eum imperfecte descripsit, etsi eo in editione Aretaei concinnanda vsus est, Georg. Henisch. vid. ei. praef. ad Aretaeum.

*Codex Bauricus,* qui in bibliotheca Monachiensis existit. Eum non descripsit Georg. Henisch, etsi eo vsus est.

*Codex Venetus*, in biblioth. D. Marci. Eo quoque usus est Georg. Henrich. Vid. Montfaucon, tom. I. pag. 466.

*Codex Parisinus*, qui in bibliotheca regia servatur. Plenissimus est omnium; continet enim libri postremi capita quinque, quae in aliis codd desiderantur, quaeque genuina esse ambigebat Henrichius. Eum codicem edidit *Jacobus Gouyus* in editione Aretaei Parisina, ab ann. 1554. in 8. quae graecarum Aretaei editionum princeps est. Duos insuper Goupylus codices habebat, alterum, quem suo sumtu sibi comparauerat, alterum, quam ex Capeni museo depromserat.

[*Codex Neapolitanus*, in bibl. regia, chartac. saec. XV. de causis et signis acutorum morborum liber II. qui incipit a dimidio capite 2. — de causis et notis diuturnorum adfectuum libri II. — de acutorum morborum curatione, libri II. deest caput vltimum libri II.]

*Codex Florentinus* est in bibliotheca Laurentiana Mediceo plut. LXXV. Papyraceus est titulumque habet: Aretaei Cappadocis de signis morborum et eorumdem curationibus libri V. Is codex est absque principio et fine. dialecto Ionica. Primum, quod legitur, caput est de tetano, vltimum de melancholia. vid. Montfaucon, tom. I. pag. 389. Bandini III. pag. 162.

In bibliotheca Cathedralis ecclesiae *Patauinae* exstat P. 129. Aretaeus Cappadox de diuturnis et acutis morbis, ex museo Phil. Thomadini, nescio an Graece. Montfaucon, tom. I. pag. 489.

Aretaei Cappadocis medica exstant in biblioth. Ambrosiana *Mediolanensi*. Montfaucon tom. I. pag. 493. Alius codex Aretaei, nescio an Graecus, exstat in eadem bibliotheca. Montfaucon, tom. I. pag. 529.

Aretaei Cappadocis certorum malorum curationes exstant in bibliotheca Scorialensi regis Hispaniae. Montfaucon, tom. I. pag. 617. [Plüer Itin. per Hispan. pag. 157.]

Aretaei libri VII. graece exstant mutili in bibliotheca reg. *Parisi* nr. MMCCII. Libri VI. ibidem nr. MMCLXXXIX. et, vt Hallerus putat, nr. MMCCCLXXXVIII. in quo forte scriptum Rufi de renum et vesicae morbis Aretaei nomen fert.

Libri de signis et causis acutorum et diuturnorum morborum, et de istorum curatione, cetera mutilus codex exstat in biblioth. reg. Paris. nr. MMCLXXXVI.

Libri quatuor de causis et signis et curationum exstant in biblioth. regia *Parisi* nr. MMCLXXXII. Solus liber I. de curatione acutorum est in bibl. reg. Paris. nr. MMCCXX.

In bibliotheca *Baerica* Monachii est praeter codicem, quo Henrichius usus est, etiam Aretaei liber de acutis morbis graece.

Tribus codd. MSS. usus est Petr. Petitus in comment. in Aretaeum, quorum vnum e bibliotheca collegii Claromontani Patrum societatis Iesu Coslardus, et bibliothecae praefectus, ipsi commodauit: alios duos ex bibliotheca Menteliana accepit. Sed hi libri omnes ab vno propagati videbantur. Menteliani tamen paulo melioris notae erant.

Io. Albertus Fabricius et Michael Maittaire Io. Wiganò varietates lectionum communicarunt, Aretaei exemplaribus impressis adscriptas. Eas ex aliquo MS. codice fuisse decerptas, autumat Wigan, in praefat. ad Aretaeum, pag. 7.



In bibliotheca publica vniuersitatis *Lugduno-Batauae* exstat Henischii graeco-latina editio Aretaei, in qua Iosephi Scaligeni nomen plurima Aretaei loca sanantur, Gerardo Vossio adferbente. Vid. catalog. eius bibliothecae, pag. 138.

VI. *Editionum Aretaei* historiam optime exposuit Io. Wigan, qui illustrandis omnibus, ad Aretaeum pertinentibus, maximo studio vacauit.

Aretaei scripta, priusquam graece lucem vidissent, *latine* prodierunt, *Iunio Paulo Crasso*, professore Patauino, interprete. Versio Veneriis, apud Iuntas impressa, anno 1552. in 4. In praefatione, ei interpretationi adnexa, Crassus refert, Aretaei codicem veterrimum et cariosum in manus suas incidisse, ipsum vero hunc codicem non sanum integrumque fuisse; sed mendis inquinatum, multis magnisque vulneribus concisum atque laceratum. Transtulit tamen eum codicem in latinam linguam, collatis tribus aliis exemplaribus MSS. ex quibus multa restituit, id prauata correxit, confusa in ordinem redegit, loca, in quibus de medela dubitabat, asterisco notauit. In margine libri paucae variantes lectiones notatae reperiuntur, non graece, sed latine conscriptae. Ceterum in hac Crassi editione libri de diuturnorum morborum curatione secunda capita quinque, secundum scilicet, tertium, quintum, sextum atque septimum desiderantur, quae postea in aliis editionibus tam graece quam latine, loco suo restituta sunt.

Aretaeum primum graece edidit *Iacobus Goupylus*, adiectis iis libri postremi capitibus quinque, quae in Crassi versione desiderabantur. Graece e MS. in Galliarum regis bibliotheca se expressisse testatur, duo um aliorum codicum ope, quorum vnum suis sumptibus comparauerat, alterum e Capeli musco depromserat. Exemplar hoc Parisiis nitidissime excusum est hoc titulo: *Ἀρεταίου Καππαδοκίου περί αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν, βιβλ. δ'. Ὀξέων καὶ χρονίων ἰσῶν θεραπευτικά βιβλ. δ'. Aretaei Cappadociae de acuto um ac diuturnorum morborum causis et signis lb. II'. De acuto um ac diuturnorum morborum curatione lb. V'. Ex bibliotheca regia Parisi, apud Ananiam Turretum, typographum regium, 1554. 8. \** Textus continetur paginis 195. Deinde tribus foliis continentur αἱ διαφέρει γραφαὶ καὶ σφαλμάτων τῶν ἐπανορθώσεως, variae lectiones ex MSS. codicibus cum comediuris aliquot non conuenientibus. Editio haec est nitidissima, charta purissima, margines spatiosi, graeci vero typi elegantes quidem, at minuti. Maximam in hac editione operam impendit Goupylus, qui praefationi ad Oddonem Castellionum, cardinalem, nomen suum praefixit, vt perpauci in ea typographi errores occurrant et trium istorum codicum collatione sententiae plurimae deprauatae castigentur.

Eodem anno, scilicet 1554. post graeca tamen publici iuris facta, Crassi interpretatio cum Ruso Ephesio Parisiis edita est apud Guilicelmum Morelium et Iacobum Puteanum in 12. \* Titulum plenum vid. cap. de Ruso Ephesio, §. 4.

Hic adnotatae sunt locorum fallaciae, qui in Aretaei codice graeco ab interpretatione Crassi discrepant, auctore *G. M. T.* quas notis suis ad varias lectiones intermiscuit in sua editione Aretaei Ioannis Wigan. Hic item capita illa quinque, quae Crassus non viderat, primum latine traducta sunt. Anonymum hunc fuisse Goupylum, vix dubitari potest. Iulium Crassum, Iunium Crassum, ex Goupyli editione vententem, fuisse Peditum auctorem Iul. Morelium auctorem esse eius versionis, putant alii.

Secundum proxime memoratam editionem latinam Aretaei versionem inter medicae artis principes impressit *Henricus Stephanus* anno 1567. in fol.\* omillis tamen notulis, quas sub fine anonymus iste editor adiecerat.

*Crassi* versio ab ipso recognita, traductis etiam ab eodem capitibus quinque, quae in priore eius editione deerant, Basileae, apud *Petrum Pernam*, anno 1581. in 4. primum impressa est: licet a *Crasso*, ut ex epistola eius, ad lectores data, patet, anno 1555. absoluta sit. Verum eam in publicum non prodisse ante annum 1581. mortuo iam *Paulo Crasso*, constat ex typographi ad lectorem epistola, ubi haec leguntur: *Ediderat iam ante Iunius Paulus Crassus Aretaeum a se e graeco in latinum versum Venetiis: nunc vero, ab ipso ante obitum recognitum, et multis capitibus ex graeco exemplari auctum, (ut in praefatione scribit) filius eius Celsus ad nos misit.* Ea versio prodit cum medicis antiquis graecis *Iunii Pauli Crassi*, quorum titulum plenorem vide cap. de *Rufo Ephesio*, §. 4.

Sequuta deinde est graeco-latina *Georgii Henischii* editio: *Ἀρεταίου Κεεππᾶδος ιατρικᾶς. Aetiologica, semeiotica et therapeutica morborum acutorum et diuturnorum Aretaei Cappadocis. Graece et latine coniunctim edita tribus mss. codicibus, Veneto, Bauarico, Augustano collatis. Cum commentario, quo obscura doctrina de nominibus et parte adfecta morborum singulorum cum suis signis perspicua methodo illustratur, Autore Georgio Henischio B. medico Augustano. Augustae Vindelicorum, sumptibus Georgii Willeri apud Davidem Francum, 1603. fol.\**

In praefatione sua dicit haec *Henischius*: *Tria inspexi manuscripta, Venetum, Bauaricum et Augustanum. Idem est initium in Augustano, quod in Lutetiano exemplari: deficiunt autem in illo sex (error hic Henischii est: nam quinque tantum capita in secunda editione adiecta sunt.) capita, quae desiderata in prima editione. Venetum et Bauaricum contractius est, utrumque a sexto capite πρὸς τετάρτῃς diuini incipiens, et sex illis capitibus similiter carens. Haec vero capita, quae non alibi, quam in regio codice reperiuntur, genuina esse, non sine causa ambigo. Aetium enim serm. II. cap. I. de diabete agens ex Aretaeo excerptis, quae in eius capite de diabete non leguntur, legi vero deberent, si legitimum esset.* Confutat *Henischium Wiganus* et id inde factum esse putat, quod Aretaei caput de diabete mancum sit. De editione sua haec amplius *Henischius*: *Addidi autem conuersionem Iunii Pauli Crassi. Pauca quaedam, inserta textui latino et diuerso caractere impressa sunt, ex notis anonymi Galli. In margine variae sunt lectiones, partim annotatae a Iacobo Goupylo, partim ex codice Augustano. Item, ne imperfectus (!) esset Aretaeus, et ad usum minus accommodatus, colores illius oblitteratos purpurisso Galeni, et Alexandri Tralliani, inprimis vero Pauli Aeginetae, reconcinnare et mancum suis partibus absolueri volui, etc.* Idque fecit inaniter atque infelicitur: quae enim desunt, omnia ex his auctoribus suppleuit, qui tamen in omnium manibus sunt, neque Aretaeo vel in medendi, vel adeo in scribendi ratione similes.

Typi solum in hac editione *Henischii* laudem merentur. Hi maiusculi sunt, oculisque legentis grati. Quae ex aliis in textum recepta leguntur, minore typo distincta sunt. In obeunda reliqua sui numeris parte inscium hominem et incurium se gessit. Codices, quod scio, oscitanter contulit, ut noua eorum collatione opus adeo sit. Aretaeum ne vno emendauit fere loco. Neque variae lectiones vllae ex Veneto ac Bauarico codice in libro leguntur. Excerptis varias lectiones partim ex *Goupyli* editione, partim ex codice Augustano.

Neque

Neque tamen etiam in hoc codice conferendo magnam diligentiam adhibuisse videtur. Verba quaedam e textu expulit, quae et auctoris sensui optime congruunt, et intellectu sunt facillima, in eorum vero locum quasdam inanes literas substituit, Augustani vero codicis varias lectiones quasdam, vtut optimas ac textui maxime congruentes, non recepit in textum. Textum cum omnibus erratis ex Goupyli editione, auctum erratis typographi edidit. Latinam versionem sine minima emendatione reliquit. Commentarii, quos ad-textuit, auctorem non illustrant, sed res continent, ab Aretaei ingenio alienissimas, quae omnium ex stolido capite profectae existimari possunt.

*Ἀρεταίῳ Καππαδόκι, περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα περὶ θεραπειᾶς ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα.* Aretaei Cappadocis de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. De curatione acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. Cum MSS. duobus Harleyno et Vaticano contulit: nonnullaque versionum dedit, Iohannes Wigan A. M. Aetis Christi alumnus. Accedit Praefatio: dissertationes in Aretaeum: Variæ Lectiones: Notae, et emendationes: Tractatus de Ionica Aretaei dialecto: quodque difficultiores huius auctoris voces exponit, lexicon. Oxoniae, typographo Clarendoniano, 1723. in-fol. mai.

Ea Wigani editio est omnium, quae hactenus prodire, splendidissima, accuratissima, plenissima. Suscepit Wiganus laborem eius editionis parandae impulsu Ioannis Freind. Fundamentum ei praebuit textus Goupyli, qui Henischii quoque erat: contulit vero diligenter duos MSS. codices Harleynum atque Vaticanum, nec non lectionis varietatibus ab Io. Alb. Fabricio atque Michaele Maittaire ipsi communicatis, paucis quidem, at vtilibus, usus est. Eo modo noua, et prioribus longe accuratior textus recensio nata est, eo magis commendanda, quod Wiganus in lectionibus recipiendis neque timidus nimis, neque audax fuit: sed medium tenuit. Latinam versionem de nouo dedit, quia Crassi traductio, non quidem prorsus adspernanda, tamen saepissime, quod MSS. vitiosis utebatur, obscura et dubia est. Haec Wigani versio optimis quoque atque probatissimis merito adnumeratur: etiam vbi graeca ita corrupta sunt, vt iis mederi plane desperaret, ea non sine sensu probabili auctorisque de iis rebus tractationi haud incongruo adumbrare tentauit. Variantium lectionum congeriem e libris editis et MSS. collectam, ad editionis huius paginas lineasque accommodauit, diligenter simul notatis omnibus, quas vel receperit, vel eiecerit. In notis, has lectiones sequentibus, copiosissimis, doctissimis, cur quasdam receperit, quasdam reiecerit, rationem dedit. Coniecturae eius in emendando factae, vtpurimum similibus vel Hippocraticis, vel Aetii, qui Aretaeo in. xii. usus esse videretur in compilandis libris suis, hinc magis ad Aretaeum illustrandum usus est, vel Aretaei ipsius loquendi modis stabiliuntur. Notae sequitur tractatus de Aretaei dialecto, auctore Michaele Maittaire, qui cum librum suum insignem de dialectis graecis edidit, nondum in Aretaei scripta incidere; verum vbi postea auctorem hunc euo uisset, et quaedam de eius dialecto collegisset, ea rogatu Ioannis Freind diligentissime receperit et vna cum Aretaei libris imprimenda permisit. Lexicon tandem adiectum est verorum, Aretaeo propriarum, antiquarum, poetiarum, Ionicarum, non nisi hic, qui primum in eius lectione versari sunt, intellectu difficultium. Sed lexicon alphabeti ordine digestum est, ita, vt et indicis loco haberi possit. Et lexico etiam loca aliorum medicorum veterum insunt, ex quibus compositiones medicamentorum, quae Aretaeus commen-

commendat, peti possunt. Praefixae sunt dissertationes doctissimae de Aretaei aetate, seclia, opinionibus, in anatomicis scientia, et praxi medica. Textus graecus vnius tantum vel alterius lterulae menda laborat, typis Oxoniensibus maximis atque optimis excusus. Notandum quoque est, Aretaeum primum medicum fuisse graecum, qui nunquam precio Oxoniensi fuerit subiectus. Eius editionis trecenta tantum impressa fuisse exemplaria, docet H. Boerhaave, in praefat. in Aretaeum. — [add. Acta erudit. Lips. ann. 1728. pag. 97 et 106.]

*Ἀρεταίῃς Καππαδόκῃς περὶ αἰτίων καὶ σημεῖων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα. Περὶ Θεραπείας ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα. Aretaei Cappadociae de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. De curatione acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. Cum commentariis integris Petri Petiti, medici Parisiensis atque clarissimi Ioannis Wiggani doctis et laboriosis notis et celeberrimi Met. civis operibus in eundem, tandemque eruditissimi atque celebratissimi Danielis Wilhelmi Tullii observationibus et emendatis. Editionem curavit Hermannus Boerhaave. Lugduni Batavorum, apud Ianssonios van der Aa, 1731. fol. mai. \* Ad manus etiam mihi est editio, quae videri posset, altera, ab anno 1735. fol. \* quae vero plane ea est, quae ann. 1731. Typographus tantum alium titulum cum anno 1735. imprimendum curavit. Meum exemplar adeo titulo, qui anno 1731. impressus est, at ob novum titulum lacerato, non caret.*

Quum veterum medicorum praeter Hippocratem et Galenum copia non esset, cogitabat Boerhaavius de eis eodem modo edendis atque iungendis, prouti Charterius Hippocratem et Galenum iunxerat, ita, vt bibliotheca Graecorum medicorum haberetur completa. Otio vero carens et secessu, Ioannem van Groeneveld, Iuris viriusque et medicinae Doctorem, excitavit, vt vellet cum ipso sustinere negotium, quod collatis consiliis vna publico destinarent. Id operis is alacer est aggressus, ita, vt totus textus graecus cum latina versione impressus fuerit anno 1719. vna cum subnexis notulis. Tum coepit Boerhaavius digerere Petiti commentaria in Aretaeum, Menagio memorata, et a Dan. Clerico desiderata. Interea temporis Richardus Mead Boerhaavius donabat Aretaeo, a Wigano edito. Doluit Boerhaavius gauisus. Doluit inprimis, se iam prius inprimendum curavisse hunc auctorem, seque, vbi scivisset Wigani propositum, ante impressum sub suis auspiciis Aretaeum, omnia Petitiona Wigano fuisse donaturum. Sed continuandum propositum editionis erat, a Boerhaavio, qui ingenue fatetur, nullam ipsi in ea procuranda deberi laudem, nullam gloriam. Textus Goupyli est. Versio latina, textui apposita, Crassi, quam Henricus Stephanus edidit in principibus artis medicae. In notulis subiunctis habentur, quae Iosephus Sc. liger adscripserat margini sui libri ex editione Henischii, quem librum postea Io. Gerardus Vossius, deinde Isaacus Vossius habuere, nunc bibliotheca academiae Leidensis (vid. supra §. 5.) possidet. Sunt hae emendationes fere quinquaginta per totum librum. Appositae etiam sunt in his notis correctiones Petri Petiti ex manuscriptis ingeniose, nec non emendationes Goupyli et Henischii. Varietates etiam in versionibus Iunii Pauli Crassi, Henischio, Petiti, Scaligeri, notatae sunt. Post textum auctoris curavit subnectendos integros Petri Petiti commentarios, qui anno 1662. scripti diu latuerunt, intereaque temporis, vbi editionem suam Boerhaavius parabat, Londini etiam typis excusi sunt 1726. 4. \* sed non integri, verum tantum in tres priores libros. Hinc huic Boerhaavianae editioni id proprium est, quod *integros Petiti commentarios in octo Aretaei libros* continet, alibi nuspjam editos. Addidit deinde omnia, quae Wiganus illustrando Aretaeo protulerat,

protulerat, dissertationes, varias lectiones, notas, Michaelis etiam Mattairii commentarium de dialecto Aretaei, indicem vocum, Aretaeo propriarum, cet. Addidit etiam Dan. Wilh. Trilleri coniecturas et emendationes in Aretaeum, quas ille in Actis publicauerat Lipsiensibus, aliasque praeterea, quas Trillerus ad eum misit. Index tandem appositus est, a Pellegrino confectus, rerum medicarum, in Aretaeo notabilium.

*Aretaei Cappadocis medici libri VII. accuratissime in latinum sermonem versi et ad Boerhaavianam editionem expressi* prodierunt latine Argentorati, 1768. 8. \*

Latine etiam prodit Aretaeus ex Io. Wigani versione, Vindobonae 1790. 8. \* Plena est ea editio errorum.

*Germanice* versum Aretaeum edidit *F. O. Dewez*, Viennae, 1790. 8. \* cum notulis, parum vitibus. [anglice *J. Moffat*, Londini 1785. 8.]

Editio Parisina Aretaei graeco-latina, quam auctam memorat Merklini Lindenius renouatus Petri Petiti annotationibus, non prodit.

VII. Commentarii in Aretaeum exstant Petri Petiti, medici Parisini, anno 1662. ad finem perducti. Hos breui prodituros sibi que inscriptos testatus est *Menagius*, ad Diog. Laert. anno 1692. editum, pag. 253. Eosdem commentarios memorat etiam Dan. Clericus in hist. de la medecine part. II. lib. IV. f. II. cap. 3. pag. 308. edit. Hagan. 1729. at ab eo non visos. Eos commentarios, Petiti manu scriptos, anno 1703. acre suo redemerat Ioannes Iensius, a quodam typhotheta, qui victum artis huius opera quaeritabat in typographia Pauli Schelti, Hagae Comitum. Ille vero referebat, se id manuscriptum volumen reperisse in cistella, Lutetiis Parisiorum Hagam delata, cum viri suppellectile ab anicula matertera, in Gallis defuncta, cuius paupercula ad eum hereditas peruenerat. Ab Iensio ad Boerhauium transierunt.

Editi sunt hi *Petri Petiti commentarii in tres priores Aretaei Cappadocis libros Londini*, 1726. 4. \* Editor est *Mich. Maittaire*. De Petri Petiti vita et scriptis commentatio praefixa est. Ex Graecianis schedis hi commentarii enati ab eoque publicati sunt. Sed non integri ad eum peruenerunt et pars eorum posterior ab eo non potuit reperiri. Integri vero *in octo Aretaei libros* commentarii redeunt in editione Boerhauiana. Philologici et critici sunt.

Ad Aretaeum illustrandum haec tandem scripta pertinent:

*Septa Voluex Io. van der Linden*. Prodit seorsim Lugd. Bat. 1653. 4. et exstat in select. Leid. 1653. 4. \* pag. 89. pertinet ad Aretaeum II. de causis et sign. acutor. cap. 6.

In Diario Britannico 1751. exstant *observations sur quelques maladies singulieres d' Aretée et de Caelius Aurelien*.

*Dan. Wilh. Trilleri* coniecturae et emendationes in Aretaeum, e Boerhaauio receptae, prostant in Actor. Lipsiens. ann. 1728. pag. 101 sq.

In *Io. Ern. Imman. Walchii* antiquit. medic. selectis, Ien. 1772. 8. \* in quibus commentationes academicae continentur, antea editae occurrit nr. VIII. pag. 159. commentatio *de morbis veterum obscuris*, et nr. IX. *de venae cauae acuto morbo apud Aretaeum*. Scripsit in his commentationes Ill. *Baldingerus* duo programmata, alterum *de venae cauae acuto morbo*

in *Arctaei lib. II. cap. 8. Ienae. 1771. 4. \** quod recusum legitur in *Gruneri diff. Ienenfib. vol. I. pag. 209* alterum quod docet *Arctaei ἄρθρα πνευμῶδες veteribus non esse ignotum. Ien. 1772. 4. \**

*Arctaeus de pulmonum inflammatione. Contextum Graecum adiecta latina versione edidit emendationes et commentarium adiunxit Casolus Weigel. Sect. 1. Lips. 1790. 4. \**

## CAPUT V DE RVFO EPHECIO.

I. *Rufi varii. Ephesii aetas, vita.* II. *Rufi libri qui supersunt.* III. *Codices MSS.* IV. *Editiones.* V. *Libri Rufi perdit.* VI. *Index alphabeticus auctorum, quos Rufus nominavit.*

[Studio Io. Christ. Gottl. Ackermann, Med. D. et Prof. Altorfina.]

### I.

**T**emporibus inter Platonem et Alexandrum Magnum Gregorio Abul-Pharajio referente in histor. dynastiar. IV. pag. 59. edit. Pocock. artis medicae perita claruit Rufus, atque ei docendae operam dedit. *Suntque,* inquit Abul-Pharajius, *de eo libri ab ipso compositi, quanquam tenues in eius theoria progressus fecerit et minus firmis probationibus utitur. Praeque ab ipso dicta consutavit Aristoteles in libris de naturali philosophia, ut et Galenus, qui argumentis perspicuis errores ipsius demonstrarunt.* Sed is Rufus longe ab Ephesio nostro alius fuit, si unquam exstitit: est enim inter eius Rufi tempora, eiusque, cuius anatomici libri adhuc supersunt, intervallum fere quingentorum annorum. Alius etiam fuit *Menius Rufus,* cuius meminit *Galenus* libr. VII. de compos. medicamentor. sec. genera cap. 6. tom. XIII. pag. 838. edit. Chart. *Rufum* vero *Hieratem Thebanum,* quem refert *Tiraquellus,* nullum reperio, licet *Hierax Thebanus* laudetur a *Galeno* libr. V. de compos. medicamentor. secundum genera cap. II. pag. 792. tom. XIII.

Quo vero tempore *Ephesius Rufus,* anatomicorum librorum, qui supersunt, aliorumque multorum, qui interierunt, auctor, vixerit, incertum est. Si *Tzerzæ* fides habenda est, in chiliadibus, vetustus auctor est, et *Cleopatrae* reginae Aegypti, medicus fuit: si vero *Suidae,* quem plerique in aetate Rufi Ephesii sequuntur, in usque *Guilielmus Clinch,* praestantissimus de *Ruso* et *Rufi* scriptis auctor <sup>a)</sup> nec non *Georg. Abr. Merkinus* <sup>b)</sup>, *Dau. Clericus* <sup>c)</sup> et *Hallerus* <sup>d)</sup>, cum *Critone* sub *Traiano* floruit. Quod etiam ex *Galeno* patet, qui *Hadriano* imperante natus, *Rufum,* quem saepius cum laude citat, inter recentiores numerat <sup>e)</sup>. Ipse vero *Rufus,* etsi multos medicos citat, hi tamen omnes ad antiquiores pertinent,

a) Praefixa ea est dissertatio operum *Rufi Ephesii* editioni, ab hoc viro profectae, Londini, 1726. 4.

b) In *Lindeno* renouato pag. 952. conf. quoque *Wölfg. Iusti* chronolog. medicor.

c) *Histoire de la médecine* part. III. lib. II. chap. 2.

d) *Bibliotheca anatomica* tom. I. pag. 78.

e) *Galenus* de atra bile cap. 1. tom. III. p. 155. edit. Chart. τῶν δὲ νεωτέρων αἰσῶν ὑπεραπταὶ περὶ μελαγχολίας τῶν Ἐφεσίων Ῥύφου. κ. τ. λ. Conf. eiusd. commentar. in libr. VI. *Hippocratis* de morb. vulgaribus comment. I. nr. 10. tom. IX. p. 373. edit. citat.

pertinent, de nullis vero, ut sibi coaetaneis, loquitur, ita, ut ex his nihil desumi possit, quod illius aetatem demonstraret. De vita eius auctores omnes silent. Neque ex scriptis eius adparet, quam vitam egerit. Eius imaginem, si modo vera est, ex Dioscoridis codice Vindobonensi sumtam, contueri licet apud *Gronovium*, in thesaur. antiq. Graecar. vol. III. tab. eeee. conf. *Nassus* de philosophia cap. XII. §. 14. p. 97. *Saxii* onomast. literar. tom. I. pag. 283.

II. Superfunt adhuc de scriptis Rufi valde numerosi tres libri, quorum duo mutili sunt. Nempe

*Περὶ τῶν ἐν κύσει καὶ νεφροῖς παθῶν*, de vesicae renumque affectibus, liber, extrema parte mutilus.

*Περὶ καθαρῶν καὶ καθαρῶν*, de purgantibus medicamentis. Eius tantum fragmentum exstat, cuius principium et finis deest.

*Περὶ ἀνομασίας τῶν τῶ ἀνθρώπου μερῶν*, de corporis humani partium adpellationibus libri III.

Dictione utitur Rufus in his libris Attica, simplici, graui, concisa, et breuitate, omni verborum pompa ornatiore. Minutissima quaeque in practicis libris morborum discrimina notauit, curandi viam indicauit, veri rem medendi methodum suggessit. Suppurationem viarum vrbicarum optime penetrasset, consilia ad eam curandam utilissima dedit. In medicina dogmaticorum sectae cum facile addictum et ex libro de renum et vesicae affectibus patet, in quo omnia ad dogmaticorum systema digessit, et ex fragmento de purgantibus, in quo diligenter humores notat, quos pharmaca, quae ab eo nominantur, purgant.

In anatomico opere et sententias quasdam veterum de rebus, ad *Φυσιολογίαν* pertinentibus, descripsit, nullibi alias reperiundas, et ipse miro artificio de partibus corporis humani scripsit. In libro primo externas partes primum recenset, deinde internas. Infundibulum primum in libro secundo descripsit, iuxta quod nerui optici discedant. Oculi eiusque partium descriptioni miram operam dedit. Ipse in dissectandis cadaueribus simiarum sese exercuit, tironesque monet, ne eius generis exercitia negligant, ac ita non solum de rebus anatomicis, sed etiam botanicis, praesensque scripsit, ut ab veteribus maximi sit aestimatus, a Galeno vehementer laudatur, ab Orisano vir dictus sit maximus. Eius merita circa rem botanicam recenset *Hallerus* in bibliotheca botanica, tom. I. §. 28. pag. 107. circa rem anatomicam, in bibliothec. anat. tom. I. §. 52. pag. 78. et circa medicinam practicam in bibliotheca medicinae practicae tom. I. §. 53. pag. 172.

III. Libri de adpellationibus partium corporis humani prima binæ, ut videntur, Rufi existere *ἐκδέσται*. Quae cum in *αἰτίαι*, quem vocant, libro primo Rufi de adpellationibus corporis humani partium a pag. 49. usque ad pag. 52. edit. Clinch. continentur, ea in praecedenti libro totidem fere verbis exprimitur. Quod aut ideo factum esse potest, quia Rufus suum librum postea iterum edidit, aut etiam a librariorum incuria forsitan profectum est. Praelectionis anatomicae nomen, quam suis habet Rufus, hunc alterum Rufi librum primum continere, Clinchii sententia est, in diss. de Ruso et Rufi scriptis, editioni Rufi

praefixa pag. 16. His librīs Königio videtur vsus esse Pollux, libro secundo onomastici, licet nusquam Rufum nominetenus laudet Pollux.

*Codices MSS.* librorum Rufi, et quidem eorum, qui typis exscripti sunt, nempe *libri de adpellationibus corporis humani partium, de renum et vesicae affectibus et fragmenti de purgantibus* hi exstant:

Codex graecus bonae notae libri de partium corporis humani adpellatione exstat in bibliotheca Caesarea *Vindobonensi*, teste de Nessel, part. IV. pag. 145. Exstare etiam eorum librorum codicem MS. in biblioth. Bernensi. notat *Guil. Clinck.* in diss. de Rufo et Rufi scriptis pag. 19. [et *Sinner* in catalog. codd. in biblioth. Bernensi, pag. 589.]

Rufi Ephesii *ἐνομαστικῆ τῶν τῆ ἀνθρώπου μερῶν* exstabant graece in bibliotheca cardinalis *Ottoboni.* Montfaucon, tom. I. pag. 186.

Rufus Ephesius de partibus humani corporis exstat, nescio an graece, in aliqua bibliotheca Romana, cuius nomen Montfauconio excidit tom. I. pag. 201.

Nomenclaturae Rufi Ephesii partium humani corporis exstant duo codices, ut puto, graeci, in bibliotheca Ambrosiana *Mediolanensi.* Montfaucon tom. I. pag. 504

Rufus Ephesius cum Aretaeo. — Idem cum Oribasio. — Rufi Ephesii opuscula medica exstant in biblioth. reg. *Parisi.* nr. MMMCLXI. MMMCLXII. MMMCLXIII.

Rufi Ephesii nomina partium hominis exstant graece in biblioth. reg. *Parisi.* ex biblioth. cardin. Radulphi. Montfaucon. II. pag. 769.

Rufus Ephesius de partibus corporis humani exstat in bibliotheca Colbertina. nr. MMMMMLXVIII. biblioth. reg. *Parisi.* Montfaucon. II. pag. 1011.

Rufi Ephesii medici opera exstant in biblioth. *Guil. Pell. serii.* Montfaucon. II. pag. 1199.

Rufus de partibus humani corporis exstabat in biblioth. Dn. Pr. de *Mesme.* Montfaucon. II. pag. 1327.

Rufi Ephesii nomenclatura partium humani corporis exstat in biblioth. regia *Taurinensi.* Montfaucon. II. pag. 1401. [catalog. codd. graec. biblioth. Taurin. pag. 415.]

Rufi Ephesii monobiblon de his, quae purgare oportet, et quando, et quibus medicamentis. Idem de morbis vesicae ac renum exstabat graece in bibliotheca *Isaaci Vossii.* vid. catalog. MSS. Angliae et Hibern. tom. II. nr. MMCLXXXII. Exstant iisdem libri graece in bibli. publ. vniuers. Leidens. vid. catalog. eius biblioth. pag. 395.

Rufi Ephesii *μονόβιβλον* de purgantibus exstat graece in biblioth. *Augustan.* vid. Hoefchelii catalog. MSS. gra. cor. biblioth. Augustan. pag. 54. Codex etiam est de purgantibus in biblioth. Laurent. Medicea. Bandini III. pag. 152.

Rufi Ephesii de vesicae et renum morbis liber, cuius et finis deest, et paginae quaedam corrosae sunt, exstat graece in biblioth. *Augustan.* vid. Hoefchel. pag. 54. qui simul memorat libellum vtrumque plura suppeditare, quam auctoris huius editionem Parisinam ab ann. 1554.



Chirurgica Rufi exstant in bibliotheca *Laurentiana Medicea*, graece, collectore et scriptore Niceta Plut. LXXIV. Montfaucon tom. I. pag. 385. Ea postea edidit cum aliis chirurgis eius collectionis Cl. Cocchi.

IV. *Editiones* librorum Rufi, qui ad nos peruenerunt, paucae sunt. Princeps haec est:

Ῥέφε Εφεσίς περὶ τῶν ἐν κόπῃ καὶ νεφεσίς παθῶν. περὶ τῶν φαρμάκων καθαρτικῶν. περὶ δίεσεως καὶ ὀσμασίας τῶν τῆ ἀνθρώπου μερῶν. Σαράνε περὶ μήτρας καὶ γυναικείσ αἰσίοις. *Rufi Ephesi de vesicae renumque morbis. De purgantibus medicamentis. De partibus corporis h. mani. Sorani de utero et mulubri pu. udo. Ex bibliotheca Regia. Parisiis, apud Andream Turnebum, typographum Regium, 1554. 8.\**

Prodiit ea editio eodem anno cum Aretaeo, eadem forma, ex eadem bibliotheca, et eodem editore, Iacobo scilicet Goupylo. Praefatio nulla legitur. Post locos vero ex Suida de R. fo et Sorano sequuntur variae lectiones quaedam, et paucae ex codd. reliquis graecis Rufi in bibliotheca regia Patina excerptae, has vero lectiones textus graecus.

Aliam editionem graecam ex Astrucci catalogo Paris. 1556. 8. notat Hallerus, biblioth. anatom. tom. I. pag. 79. de qua vero equidem dubito.

Graeca et latina Rufi editio vnâ tantum prodiit:

Ῥέφε Εφεσίς περὶ τῶν ἐν κόπῃ καὶ νεφεσίς παθῶν. περὶ τῶν φαρμάκων καθαρτικῶν. περὶ δίεσεως καὶ ὀσμασίας τῶν τῆ ἀνθρώπου μερῶν. *Rufi Ephesi de vesicae renumque morbis. De purgantibus medicamentis. De partibus corporis humani. Nunc iterum typis mand. uit Gulielmus Clinch, M. D. Qui et dissertationem de Auctore eiusque scriptis, vna cum commentariolo de usu idoneo vesicantium in morbis curandis adiecit. Londini, 1726. in 4.\**

Textus est Goupyli, versio Iunii Pauli Crassi et Goupyli, quam mox enarrabo. Crassi versionem aliquot locis emendauit editor. Praeterea editor in ea editione nihil praestitit, nisi quod eam accurate et nitide typis exscribendam curauerit.

Latina versio librorum Rufi de partium corporis humani adpellationibus *Iunium Paulum Crassum* auctorem habet. Dicitio in ea a graeco idiomate nimis recedit, notante Clinch in dist. cit. pag. 18. Ea primum prodiit cum Aretaeo Crassi Venetiis, hoc titulo:

*Aretaei libri VII. et Rufi Ephesi de corporis humani adpellationibus libri III. a Iunio Paulo Crasso latinitate donati. Venetiis, apud Iuntas, 1552. 4. mai.*

Postquam vero anno 1554. Goupylus Aretaeum Rufumque pleniorum ediderat, (fragmentum enim de purgantibus ac libellum de renum et vesicae morbis Crasses ignorauerat) Goupylus, siue, ut alii volunt, Morelius hoc fragmentum de purgantibus et librum de renum et vesicae morbis interpretatus est. Plenior haec Rufi versio latina cum Aretaeo prodiit hoc titulo:

*Aretaei libri VIII. Rufi Ephesi de hominis partibus libri III. Iunio Paulo Crasso interpretate, acc. J. quae Crassus non vertit, Aretaei aliquot capita, R. si liber de vesicae ac renum affe. sibus. Eiusdem de medicamentis purgantibus, Ad otaii nes l. corum, in quibus ab interprete Graeca differant. Parisiis, apud Guil. Morelium, 1554. 12.\**

Eam latinam Goupyli, sive Morellii editionem iterum edidit *Heni. Stephanus*, in artis medicae principibus, Parisi. 1567. fol.\*

Libri III. de partium corporis humani adpellatione redeunt latine, ad primam apud Iuntas editionem, in collectione Basileensi medicorum veterum graecorum, quae hoc titulo prodit:

*Medici antiqui Graeci, Aretaeus, Palladius, Rufus, Theophilus, Phisici et chirurgi. Partim nunquam, partim antea, sed nunc auctiores editi. Omnes a Iunio Paulo Crasso medico et Professore Patavino Latine donati. Quibus accesserunt Stephani Atheniensis et ipsius Crassi Quaestiones medicae ac naturales. Basileae, ex officina Petri Permae, 1551. 4.\**

In *Andreae Vesalii anatomia*, addita nunc postremo etiam antiquorum anatome, *Venetii apud Io. Anton. et Iacobum de Franciscis* edita sine anni mentione (et anno 1604.) fol. Rufi anatome, in tabulas redacta, et quidem appendicis loco, peculiari hoc titulo occurrit:

*Vniuersa antiquorum anatome tam ossium, quam partium externarum: ex Ruso Epheso medico antiquissimo: tribus tabellis explicata per Fabium Paulinum. Quibus accessit quarta ex Sorani medici antiquissimi fragmento graeco non antehac latino facta de matrice. Venetiis apud Io. Antonium et Iacobum de Franciscis, 1604. fol.\**

Nouam editionem Rufi ad MS. Bernense recensitam, graeco-latinam molitus est Martinus Bogdanus, teste Th. Bartholino, Cent. IV. medic. epist. pag. 37. Ea vero editio lucem non vidit.

V. Multos praeterea Rufus Ephesius libros scripsit, ex quibus aut fragmenta tantum prostant, seruata a Galeno, Oribasio, Aetio, Arabibus, Rhase maxime, aut quorum tituli tantum supersunt, quales vf. 9. collegit Suidas, aut qui denique exstant quidem adhuc, at in bibliothecis adhuc inter codices MSS. latent. Adducam titulos eorum librorum, simulque auctorum, a quibus memorantur, locos.

Suida referente hos libros scripsit:

*Περὶ διαίτης* libros V. Ex eo multa se fuisse scribit Oribasius, in med. collect. lib. V. cap. 3. Ex iis libris forsitan etiam sunt loci de aqua, quos habent *Galenus* in tomo VI. edit. Chart. et Aetius, lib. III. cap. 165. — De eduliis locum seruauit *Oribasius* med. coll. lib. IV. cap. 2. Multa alia ex iis libris loca collegit *Hallerus*, in biblioth. med. pract. tom. I. lib. I. §. 53. pag. 174. 175. Eos saepissime citauit Rhases. Sed plures libri erant, quam V. Ex Rufi de vino, qui est lib. XII. de diaeta, fragmentum habet *Oribasius* med. coll. lib. V. cap. 7.

*Περὶ διαίτης πλεόντων.* librum I.

*Περὶ τραυματικῶν Φαρμάκων.* librum I.

*Περὶ τραυματισμῶ ἀξέδρων.* librum I. Idem forsitan hic liber est cum eo, qui est *de morbis, qui articulis contingunt*, ex quo Oribasius *medic. collect. lib. VIII. cap. 47.* Hieram Rufi describit.

*Περὶ σύκων.* librum I. Excerpta ex hoc libro vid. apud *Oribas.* lib. I. med. collect. cap. 40.

Περὶ ἀρχαίης ἰατρικῆς. librum I.

Περὶ γάλακτος. librum I. Is tamen, ut videtur adparere ex Oribasio med. collect. lib. II. cap. 61. in quo excerpta ex eo leguntur, pars librorum περὶ διαίτης forsan fuit. De lactis Potione ex Ruso legitur in Oribasii synopsis lib. IV. cap. 40.

Περὶ εἴης. librum I. Eum quoque Rhafes citat.

Περὶ μέλιτος. librum I. Videtur is liber fuisse pars librorum περὶ διαίτης, quod adparet ex Oribas. med. coll. lib. II. cap. 63.

Porro scripti ab eo exstiterunt:

*Libri therapeuticonum*, quos memorat Galenus, in praefat. ad lib. VI. de simplic. medicam. facult. Hi libri cum libris eiusdem argumenti Archigenis, Galeni et aliorum veterum insignium medicorum exstant in b. bl. Laurent. Medicea plut. 75. vid. Montfaucon. I. pag. 389.

*Libri περὶ μελαγχολίας*, adeo adurate scriptus, ut nihil superesset ad dicendum, quam magnam laudem ei tribuit Galenus de atra bile cap. 1. tom. III. pag. 165. Ch. Locus ex eo libro exstat apud Aetium tetr. II. Serm. II. cap. 9. pag. 250. coll. Henr. Stephani. Excerpta ex hoc forsan libro redeunt in Hippocratis et Galeni editione Ren. Charterii tom. X. pag. 496. Περὶ μελαγχολίας ἐκ τῶν Γαληνῶ καὶ Ρέφου, καὶ Ποσειδωνίς, καὶ Μαρκέλλου, Σικαμίου τῶν ἑπιπέβιβλίων.

*Libri de rebus venereis* excerpta supersunt. Est apud Oribasium in synopsis lib. III. vnguentum de pene erigendo. conf. Synopsis lib. I. cap. 6. et med. collect. VI. cap. 38. Vnguentum ad sciendam venerem apud Oribas. synopsis lib. III. — Quae venerem adiuuant. Oribas. med. collect. lib. VI. cap. 38. — Qui seminis loco flatum emiserint. Aetius tetr. III. f. III. cap. 35. pag. 577. coll. Steph. Qui nullum semen in coitu emittebat, utriusque vero in somno, eum hominem sicis et candis et castoreo sanavit Aetius tetr. III. f. III. cap. 35. pag. 577. Codex eius libri est in bibliotheca reg. Paris. nr. MMCCXL. vid. quoque Montfaucon. II. pag. 735.

*Libri de peste* locus superest, apud Oribas. Synopsis lib. VI. cap. 25. conf. Aetius tetr. II. ferm. I. cap. 95. pag. 223. Paulus Aeginet. lib. II. cap. 36. pag. 406. collect. Stephan.

*Rufi Ephesii liber de medicina et collectiones medicae* exstant in biblioth. Scorialensi. vid. Montfaucon I. pag. 623. et Caliri in biblioth. Scorialens.

*Libri Rufi de rebus infantum. De medicamentis popularibus. De morbis oculorum. Liber ad vulgus. Liber de morbo iouis caecidi*, cui etiam Pössidonii nomen additum est, de ieiunio a Rhafse citantur. Citator etiam Rufus saepissime a Serapione. Generatim notandum est, Rufi Ephesii magnum apud Saracenos honorem fuisse. Eius liber *Ke. ab Athebb* translatus exstabat in linguam Arabicam. vid. *Har. bot* bibliothecae Orientale f. v. *Ke. ab Athebb* *Ab. Aristou*. Translati etiam exstabant in Arabum linguam multi alii Rufi libri, quod iam probant crebrae citationes Rufi, ab Arabibus factae.

Ρέφου ἰατρῶν ἐρωτήματα κ. α. quorum principium est: Ἐρωτήματα. Χρὴ τὸν νοσῶντα ἐρωτᾶν. et. Gra. ο. — h. r. Ermone scripta, sunt in bibliotheca Caesar. *Vindobonensi*. vide de Nessel catal. MSS. part. III. pag. 22.

Excerpta ex Ruso Ephesio exstant in biblioth. Vaticana. Montfaucon I. pag. 6.

*Synopsis de pulsibus*, quam exscriptor existimavit esse Rufi Ephesii, exstat graece in biblioth. Laurent. Medicea Plut. 75. Montfaucon I. pag. 388. Bandini III. pag. 151.

Rufi versiculos citat Galenus de composit. medicamentor. fec. loca. lib. I. cap. 1.

Περὶ βοτανῶν carmen, libris quatuor comprehensum, quod laudat Galen. praefat. lib. VI. de simpl. medicamentor. facult. tom. XIII. pag. 144. edit. Chart.

De glaucomate et suffusione ex Rufo caput habet Oribasius in synopsis. lib. VIII. cap. 47.

De arte coquendi Oribas. med. collect. lib. IV. cap. 2. Est forte pars libri de diacta.

Ex eodem opere forte sunt libri de aqua Oribas. medic. collect. lib. V. — de sapa Oribas. lib. V. medic. collect. cap. 7. de aceto et lora. Oribas. ibid. lib. V. cap. 7.

De machinis medicis. Scamaum Hippocratis ex Rufo citat Oribasius de machinament. cap. 28.

Περὶ ὑδάτων ἐκ Γαλήνης, Ὀριβασίης, Ρέφου, Διοκλῆς καὶ Ἀθηναίης τομίον exstat in edit. Hippocratis et Galeni Charteriana tom. VI. pag. 489.

Περὶ ὑγείας libri, qui inter Galeni libros sunt, Rufo tribuebat Rhafes.

De clysteribus. Ex hoc, ut videtur, peculiari Rufi libro excerpta leguntur prolixa apud Oribasium medic. collect. lib. VIII. cap. 24. Forfan eius quoque peculiaris liber fuit de glandibus, ex quo quaedam leguntur apud Oribasium, medic. collect. lib. VIII. cap. 39.

In Hippocratis quoque scripta commentatus est, ut colligo e Galeno, de libris propriis tom. I. pag. 35. edit. Charter. ubi Sabinum et Rufum vocat ἀνδρας τοῖς Ἱπποκράτους γραμμασιν ἀμιληκότας ἔπαρέργως. Eius enarrationes in Hippocratis libros de morbis popularibus laudat Galen. in comment. II. in VI. epid. text. 31. pag. 414. tom. IX. Chart. [Hippocratis aphorismos Casirius in biblioth. arabico-hispanica, tom. I. pag. 235. b. scribit, a Rufo in quatuor libros, a Sorano in tres, a Galeno, quem Arabum turba sequuta sit, in septem libros fuisse diuisos.]

Poema graecum de virtutibus herbarum Deo alicui conseruatarum, quod cum Dioscoride Aldus 1499. edidit, a Rufo profectum esse, suspicabatur Conr. Gesnerus.

VI. Auctorem, Asclepiade recentiorem, Rufus non citasse videtur. En indicem auctorum, a Rufo citatorum.

*Aristoteles*, in lib. I. de part. appell. pag. 26. 28. 42. edit. Clinch.

*Asclepiades*, lib. II. pag. 65.

*Chryssippi* emplastrum laudat in lib. de ren. et vesic. affect. cap. 5. pag. 4.

*Clitarchus*, lib. I. pag. 40.

*Cnidiae sententiae*, lib. I. pag. 40.

*Epicharmus*, lib. I. pag. 29.

*Erasistratus*, lib. II. pag. 65.

*Eudemus*, lib. I. pag. 29. 35. 42.

*Euryphon*, lib. I. pag. 32.

*Dionysius*, ὁ τῆ Ὀξυμάχε, lib. I. pag. 35.

*Herophilus*, lib. I. pag. 33. 36. 37. 40. 42. lib. II. pag. 55. 65.

*Hippocrates*, lib. I. pag. 25. 29. 30. 33. 37. 40. 42. Eius liber περὶ τόπων τῶν κατὰ ἀνθρώπων citatur lib. I. pag. 47.

*Homerus*, lib. I. pag. 28. 32. 38.

*Mnesitheus*, lib. I. pag. 44.

*Philistion*, ὁ ἀπὸ Ἰταλίας, lib. I. pag. 41.

*Proxagoras*, de ren. et vesic. affect. cap. 8. lib. I. pag. 42. 44.

*Sophocles*, lib. I. pag. 32.

*Zeno*, lib. I. pag. 44.

## C A P U T V I DE PHILONE IVDÆO.

I. *Philonis genus et aetas.* II. *Scriptorum editorum et deperditorum catalogus et ordo: suppositorum quoque cum variis observationibus.* III. *Codd. mss. et editiones.* IV. *Philones variis.*

[Cum supplementis G. C. Harles.]

### I.

[**D**e *Philone*, eius scriptis, ingenio, atque opinionibus, quod praeter Fabricium plures modo strictim, modo liberius scripserunt, nobisque fecerunt otium: primum producemus illos, qui in genere, aut paullo fusius de eo egerunt. Sunt vero:

*Hieronymus* de viris illustribus, cap. XI. vbi falsa quaedam de eo traduntur, et adnotatores in biblioth. eccles. edit. Fabricii, Hamburgi 1718. fol. pag. 61 sqq. plura obseruarunt notatu digna.

*Suida* voc. Φίλων, is vero catalogum operum Philon. ex Sophronio, graeco Hieronymi interpretare, sumit mutuum: de quibusdam pauca notauit *Küster*. in not. tom. III. p. 613.

— Ex *Suida* catalogum repetiit *Eudocia* in *Violario* pag. 425 sq.

*G. I. Vossius* de histor. graecis lib. II. cap. 7.

*G. Cane* in *Scriptorum ecclesiasticor. historia litteraria*, tom. I. Basil. 1741. fol. p. 21 sqq.

*R. Cœllier* *Hist. des Auteurs ecclesiastiq.* tom. I. pag. 547. vbi alios, historiam ecclesiasticam conferentis. *Du Pin* *Hist. ecclesiastique*, *Tillemont* mem. eccles. etc. omittam.

*I. Barnage* *hist. des Iuifs*, tom. I. pag. 564 sqq.

*Cudworth* in *systemate intellectuali*, passim, praecipue doctus eius interpret latinus *Mosheim* in *note* pag. 712 sq. pag. 824. imprimis in adnotatione docti longaque de philosophia et theologia Philonis, tom. I. pag. 328 sqq. edit. Lugdun. Bat. 1773. 4. vbi praeterea multos alios V. D. in vtramque partem disputantes laudat.

*Io. Christoph. Wolf* in biblioth. Hebraea tom. I. nr. 1828. pag. 973—977. et vol. III. cod. numero pag. 9-7. [et *Herm. Fr. Koecher* Nova bibl. Hebr. tom. I. pag. 113 sq.]

*I. I. Brucker* historia critica philof. vol. II. pag. 797 sqq. et in Adpendice siue vol. VI. pag. 452 sqq.

*Th. Mangey* in praefat. suae edit. Philon. quam recudi fecit doctisque auxit obseruationibus *Pfeifferus* nostras V. C. in vol. I. suae editionis.

*Io. Bened. Carpzovii*, Abbatis et Theologi Helmstad. *saecrae exercitationes* in S. Pauli epistolam ad Hebraeos ex Philone, Alexandrino. Praefixa sunt *Philoniana prolegomena*, in quibus de non adeo contemnenda *Philonis* eruditione Hebraica, de conuenientia illi Philonis cum illo D. Pauli in ep. st. ad Hebraeos et de aliis nonnullis varii argumenti exponitur. Helmstadii 1750. mai. 8. De iis, quae ad ortum Philonis, disciplinam, ingenium, philosophiam et theologiam pertinent, praecclare disputatur.

*Hambeger* in zuverlässigen Nachrichten etc. tom. II. pag. 28 sqq.

Ex his ita, quae ad historiam Philonis et ad controuersias, quae illius opiniones excitauerunt, curatus cognoscendas pertineant, harum rerum cupidus atque intelligens abunde haurire poterit. Atia, in quibus Philo illustratur, aut ad interpretandam scripturam sacram commode adhibetur, scripta passim in hoc capite commemorantur. Adde quae supra ad vol. III. pag. 182. notauimus. *Harl.*]

PHILO, gente ac religione *Iudaeus*, [Pharisaeorum sectae addictus, et dogmatum rituumque gentis suae tenacissimus, vid. *Mangey* praef. pag. IX sqq. edit. *Pfeiffer.* et cel. *Carps u.* in sacris exercitat. pag. 253 sq. et 434 sq.] patria Alexandrinus, sicut Alexandriae natus, *τεχθεὶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*, ut *Sophronius* uerit Hieronymum.] αὐτὸς τὰ πάντα ἔδοξος <sup>a)</sup>, e nobili inter suos ac sacerdotum familia fuit, Alexandri Lybimachi Alabarchae <sup>b)</sup>, Alexandrini, h. e. scripturae et vectigatum magistri, qui inter praecipuos ibi magistratus erat, frater <sup>c)</sup>. [Quando in lucem exiit sit, dissentient eruditi, alii eius natarem diem ad annum XX. ante C. N. aliis ad annum decimum referentibus. *Mangey* vero praef. pag. VI sq. et *Brucker*. I. pag. 797. not. r. amplectuntur ornantque *Barnabii* (in Hist. des Juifs lib. II. cap. 22. pag. 507 sqq) aliorumque rationes, qui Philonem natum esse statuant A. V. C. 723. ante C. N. tricesimo <sup>d)</sup>.] Aetate prouectus circa A. C. XL. caput legationis

a) *Ioseph.* XVIII. 10. antiqq. *Eusebius* II. 4. 5. 18. etc. hist. *Nicophorus* II. 9. *Fabric.* — Vid. veterum de Philone testimonia, a *Mangey* tom. I. pag. XXI sqq. collecta, et *Th. Pope Blount* in censura celebrior. authorum, pag. 102 sqq. edit. Geneu. *Harl.*

b) De hoc vocabulo vid. laudatos a *Grangaeo* ad *Iuuenal.* I. 130. et *Ciceron.* II. ad Attic. 17. *Fabric.* — et *Bosium* ad *Ciceronis* locum. *Rhenferd* singularem de *Arabarcha* scripsit disp. in *Opp. philol.* pag. 584. Alibi enim scribitur *Arabarches*; sed scripturam *Alabarchae* defendit *Cuiacius* Ob-

seruatt. lib. VIII. cap. 7. adde *Mangey* praefat. pag. 3—5. ibique *Pfeifferi* not. *Harl.*

c) Vide *Lysium* comment. in *Tacitum* p. 458. Philo a Iudaeo quodam, R. Azaria uocatur *Iedidaeus*. vid. *Abelii* adnotatt. ad *Saurini* tom. II. ad V. T. pag. 314. *Heumann.*

d) Causa, cur ita rationes subduceret *Mangey*, haec potissimum est, quod Philo, quum anno C. N. quarto, V. C. 793. legationem ad Caesarem suscepisset. se lib. de legat. pag. 545. senem adpellauit; Iudaeis autem sollemne fuit, (vid. *Pirke Avoth* cap. 5) non nisi septuagenarios adpellare senes. *Harl.*

nis) fuit, popularium suorum nomine, ad Caesarem imper. apud quem Alexandrini per Apionem graue calumniari Iudaeos fuerant. Et quamquam irrita fuit legatio; tamen scripta ipsa et memoriae, quas de ea reliquit, prudentiae, virtuti, ingenio atque constantiae eius testimonium reddunt luculentissimum. Quum iterum venisset ad Claudium imperator. Romae loquutum fuisse eum Petro apostolo, eiusque habuisse amicitias, scribit post *Eusebium* [II. 16. hist. eccl.] *Hieronymus* in catal. cap. XI. [pag. 62. additque, eum ob hanc causam Marci, discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus suis. Immo vero cap. VIII. de Marco tradit, respiciens ad librum Philonis *περὶ βίης θεωρητικῆς ἢ περὶ ἱερῶν*, Philonem, quum Alexandriae vidisset primam ecclesiam, adhuc *Ἰουδαίους*, quasi in laudem gentis suae, librum super eorum consuetudine scriptum; aut uti cap. XI. narrat, librum de prima Marci euangelistae apud Alexandriae ecclesia comp. fuisse et versatum esse in laude Christianorum, atque horum habitacula nuncupasse monasteria. Sed vide infra in catalogo scriptorum Philon. nr. 36. *Harl.*] — Atque [¶] Petrum ante Claudii fata Romam venisse, incredibile videtur *Sam. Basnagio* tom. I. annal. pag. 499. Magis etiam incredibile mihi videtur in illo vetustiorum silentio, quod *Photius* cod. CV. refert, eum Christo nomen dedisse; sed postea ex indignatione quadam et taedio iterum ad suos rediisse). In philosophia atque eloquentia ita profecit, ut vulgo etiam ferretur de eo prouerbium ἢ Φίλων πλατωνίζεις, ἢ Πλάτων φιλωνίζεις, neque enim iudaicam tantum, sed externam quoque gentium philosophiam, Pythagoricam praecipue ac Platonicam calluit, et cum iudaica coniunxit<sup>g)</sup>: vnde *Nicophorus* II. 15 Philonem *περιβόητον ἐπ' ἀμφοτέρωθεν Φιλοσοφίας* adpellat, quod contra viri docti *Ioannis Ioussi* sententiam, (qui lib. III. cap. 4. de scriptoribus hist. philosophicae, Philonem Platonicum fuisse multis negat.) confirmatum a me alias singulari dissertatione<sup>h)</sup>, Lipsiae

Yyy 2

a. 1693.

e) Confer de hac Philonis legatione *Tillemont* tom. II. hist. imperat. pag. 763 sqq. et *Martinum Hankiam* de scriptoribus rerum Byzant. lib. I. cap. VIII schismaticum non fuisse Philonem, contra *Bernhardi Lamy* sententiam probat idem *Tillemontius* tom. II. Memor. eccl. parte III. pag. 228 sqq. *Fabric.* — *Lamy* in diss. de paschate Iudaeorum pag. 429 ex eo, quoniam Philo nunquam fecisset mentionem Hierosolymorum templique, effectisse sibi visus est, illum pro schismatico, quem dicunt, esse habendum. Sed *Lamium* errasse, ostendit quoque *Mangey* praefat. pag. X. nec non ven. *Carpou.* in sacris exercitiis. pag. 474. qui praeterea *Schoettgenii* opinionem, (in horis hebr. tom. II. p. 38.) Philonem fuisse Semi-iudaeum, bene rescit. — adde *Brucker.* I. pag. 799. *Benzel.* in litteris ad *Fabricium*, in huius vita, a *Reimaro* scripta, pag. 221. *Harl.*

f) *Eusebi* historiae de Philonis conuersione et *Photii* de eius *ἀποστολικῶν* historiae ecclesiae christi-  
 g) Confer *Dion. Patauium* dogmat. theol. tom. II. lib. I. de Trinit. cap. I. §. i. pag. 18. *Harl.*

reperitur, adeo, ut ne semel quidem Christianorum meminerit, omnino repugnare et fabulis Milesiis adnumerandam esse, *Basnage* l. c. p. 579. *Petrus Allixius* in iudicio ecclesiae iudaicae contra Vnitarios cap. 6. *Heur. Scharbau* in iudaismo detecto pag. 98 sqq. *Brucker.* I. pag. 799 sqq. et *Mangey* praefat. p. g. VII sqq. copiose demonstrant. *Crellii* sententiam pluribus proposui in *Introd.* in hist. I. Gr. tom. II. §. 9. *Harl.*

h) Recusa est illa disputatio inter I. A. *Fabricii* opuscula. *Hamburgi* 1738. 4. pag. 147 sqq. Confer *Moshem.* ad *Cudworth.* I. pag. 826 sqq. nor. qui haud longe ab initio animaduertit, *Petrum Allixium* libro, in superiore nota laudato, cap. 23. pag. 354 sqq. edit. anglicae contendere, ecclesium ex schola Potamonis fuisse Philonem; id tamen iam antea visum fuisse erudito viro, qui praefationem praemisit *Philonis* Operibus, *Geneuae* 1613. fol. editis, nec non *Ioan. van der Wayen* in peculiari de λόγῳ, quam aduersus *Io. Clericum* exorauit, dissertatione, praefixa *Stephani Rittangelii* bil-

librae

a. 1693. edita de Platonismo Philonis iudaei, et a Io. Clerico demonstratum in epistolis criticis est aduersus *Ioannem von der Weyn*, theologum Franequeranum, epistola VIII. Credit interim, qui uolet audaciori magni Scaligeri *Q*uod esset, *hebraismi et syriacismi imperitiam esse fuisse Philonem, quam uetus Gallus uel Scythia, et hoc omnia eius scripta loqui: cap. XVIII. elench. trihaeref. [adde eundem Ios. Scaliger. in ep. 13. Guilb. Segnino et in notis ad Iosephii Chron. pag. 57]* Mihi quemadmodum constat, quod non satis est, Iudaeum natum esse, ut idem statim hebraice uel syriace doctus sit; ita doctorem tam celebrem legis e Iudaeis illa aetate, propter leues quasdam et minus congruentes, neque ad grammaticam formulam satis exactas, quae in Philone formalis obseruantur, etymologias, statim de ponte deicere, atque hebraismi et chaldaismi rudem pronunciare, uidetur haud aequum. Miror etiam virorum doctorum iudicium, qui e recentioribus Rabbinis Philonem hebraicorum rituum ignorantissimum *Q* fuisse concludunt *Q*. In expositione librorum Mosaicorum *Allego-*

*ris*

librae veritatis, Franck. 1698. 8. pag. 39. 54. 74. Item cel. *Carpzou.* in disput. peculiari cap. V. pag. 20 sqq. et in prolegom. laudatis lib. VIII. cap. 5. Allixii subscribit sententiae, Philonem iis philosophis ecclesiasticis esse adnumerandum, cui auctore Potamone, Alexandriae sub Augusto floruisse, nec adeo unico Platoni adhaesisse statuit, sed etiam I. I. et in ipsis exercitatur. passim obseruat, Philonem Peripateticos, Pyrrhonos, Pythagoram, Critolaum, Democritum, Stoicos aliosque esse sequutum. Atqui *Lipsius* in manu duct. ad stoic. philos. I. diss. 17. *Philonem stoicissare*, contendit, cui adsentit *Schoettgenius* in praefat. ad Philonem §. 6. De Philone, Pythagorae etiam placita sectante, vid. supra in vol. I pag. 862. et in vol. III. pag. 152 de Philone, Platonicus philosopho. Contra Moshemus, quum, quatenus Philo Platonis decreta amplexus, cum Mosaicis coniunxerit, quaedam disputasset, et Allixii opinionem examinasset, tandem omnia comprehendit et sic pronuntiandum esse censet: „Philonem non fecus, atque reliquos Iudaeos, qui Alexandriae sapientiae studiis dediti tum temporis erant, eius disciplinae fuisse socium, quae plurimis Alexandrinorum philosophorum placuerit; hanc autem disciplinam maximam partem cum Platonis consensisse placitis, tamen admixta quaedam alia habuerit dogmata, ex orientaliu[m] fortassis philosophia hausta, quorum explicatam saltem apud Platonem haud reperire mentionem licet: neque tamen ex toto huic philosophiae, adiectum fuisse Philonem; uerum omnem dedisse operam, ut ad legem et religionem Iudaeorum eam accommodaret.“ Deinde de theologia Philonis imprimis de iis, quas fouisse dicitur, sententiis de *λόγῳ* et de trinitate late disserit. Adde eundem *Moshe-*

*mium* in commentariis de rebus Christianorum ante Constantinum M. Helmstad. 1753. 4. pag. 25 sq. 313 sqq. *Brucker* l. c. *Mangey* praef. p. XXI sqq. pag. XXVI — XXXVIII. at notam confer Pfeifferi. Ille enim errat de *λόγῳ* Philonis. Hinc *I. Ben. Carpzou.* in docta disp. de *λόγῳ* Philonis non Ioanneo, aduersus *Mangey* Helmstad. 1749. 4. quam auctiorem postea inferuit prolegomenis ad Exercitatur. in epist. ad Hebraeos etc. pag. 155 sqq. de duplici Philonis uerbo, contra *Mangey*, Clerici opinionem reuocantem, eruditè disputat. *Herm. Witsius* in Miscellan. sacrorum tom. II. Lugd. Bat. 1736. 4. pag. 70 sqq. §. 7. 10. 12. 15 sqq. in exercit. III. *περὶ τῶν λόγων*, Philonis aliorumque argutias iam confutauit. Disputationis autem *Carpzouianae* summam leges in Vollständigen Nachrichten von dem — Inhalte — academ. Schriften, part. II. Lipsiae 1750. pag. 145 — 155. *Harl.*

i) *Mangey* praefat. pag. XLV sq. accedit Ios. Scaligeri et Huetii iudicio, Philonem hebraice et syriace nescuisse. *Schoettgen.* quoque in praefat. ad Philon. edit. idem sensit; sed bene respondit *Carpzou.* in prolegom. cit. p. 42 et p. 51. *Harl.*

b) R. Cudworth libro qui inscribitur: true notion of the Lord's supper pag. 17. *Philo Alexandrinus though Jew of nation, yet very ignorant of Jewish customs.* Hugo Grotius ad Matth. XXVI. 18. *In moribus Hebraeis Philo ipse Alexandrinus non satis certus est auctor.* *Fabric.* Philonem hebraice nescuisse, scribit *Gautminus* not. ad libr. de uita Moysi pag. 195. Contentum quoque de scriptis Philonis iudicat *Pitringa* Obs. sacrar. lib. V. cap. XI. §. 3. *Heum*

l) *Brucker.* l. pag. 798. not. t. manifestum esse putat, multis cum in locis satis crassam legis mo-  
saicae



riti<sup>m</sup>) nimis indulgit, fateor, atque idem ut in sacris scriptis facerent, auctor fuit Christianis, praecipue Origene exemplum eius auctoritate sua commendante, sed vel eo nomine carus esse Philo debet, quod tam amplum et locupletis de ratione illius aetatis ἀλληγορούμενα tradendi testimonium praebet Iudaeus. Unde vero habet vir incomparabilis, in acerrima illa sua Philonis censura<sup>m</sup>), cum nomenclaturis solis contritulum suorum hebraeo graecis instru-

Yyyy 3

stum

saicae ignorantiam proderet, nec id in homine, in gentiliū scholis educato, euenire aliter potuisse. — Atque Philonem loca V. T. non ex ebraeo fonte, sed ex versione τῶν LXX. excitasse, demonstratum iuit *Claud. Frees Horneman* in specimine exercitationum criticarum in versionem LXX. interpretum ex Philone, Göttingae 1774. 8. et quidem in praemissa comment. de textus LXX. interpretum ex Hexaplis Origenis interpolatione et vsu *Philonis* Iudaei in illo emendando pag. 3—37. § 6. et 7. postquam §. 5. adoptauit et comprobauit *I. Dau. Michaelis* iudicium in comm. de chronologia Moysi post diluuium §. V. Philonem non quidem omnino rudem fuisse linguae hebraicae; at, id quod ex eius etymologiae nominum proprietatem inprimis adpareret, subtili et grammatica sermonis hebraicae scientia caruisse. Adde eruditam libri *Hornem.* censuram in *Eneisti* neusten, theol. biblioth. vol. III. part. V. pag. 261 sqq. *Carpz.* in prolegomenis citatis, sobrium el. *Pfeifferi* iudicium ad *Mangei* praef. p. XLV sq. ubi *Mangeius* et ingenio atque eruditione Philonis egit. Contra el. *Christoph. Fridr. Lorenz.* in specimine lectionum Philonianarum, Lipsiae 1758. 4. non solum praedicat singularem Philonis amorem ac scientiam graeci sermonis, et studium poetarum graecorum, praecipue *Homeri* atque *Euripidis* aequae ac *elicem Platonis*, *Thucydidis*, *Hocraetis*, *Demosthenis* atque *Xenophonis* imitationem; sed statuit quoque, Philonem ebraica bene calluisse. Atque Philo dici potest, ex LXX. interpretibus eam potissimum ob rem dicta S. S. citasse, quoniam illorum versio graeca Alexandrinis vnice paene cognita, saltem in vsu fuerit: quare id argumentum ad Philonis ignorantiam linguae hebraicae demonstrandam valere non videtur. Etymologiarum autem venatores in quoniam dumeta absurdaque incidere solent? *Hart.*

m) *Mangei* in praef. pag. XIV. multus de Philonis studio allegoriarum, in eo potissimum versatur, ut docet, illud cum accepisse ex Phari-

saorum disciplina, eum nimium quantum allegoriarum esse sectatum, adeoque principem quidem, nec tamen solum et primum allegoristarum fuisse, et *Photium* cod. CV. errare, dum statuit, a Philone omnem allegoricum sacrae scripturae sermonem in ecclesiam peruenisse; ipsum nostrum antiquiores se interpretes, qui istud studium sine persequuti, memorare et esse auctorem, Essenos maximam philosophiae suae partem prisco ritu tradere per allegorias, atque *Aristobolum* \*) diu ante Philonem allegoricas scripturae protulisse explicationes. Diligenter quoque de ortu allegoriarum in S. S. interpretatione, earumque praecipuis patronis, Philone atque Origene disserit *Moshemius* in commentariis laudatis pag. 630 sqq. *Copiosius* autem de Philonis studio allegoriarum et etymologiae agit *Carpzom.* in prolegom. per totum librum secundum a pag. XXII—LII. ubi pag. XXXXVIII sq. quaedam de *Essenis* apud Philonem adnotat. — De *Essenis*, quos Philo vocat *Therapeutas*, h. e. medicos, (vid. *Theaur.* epistol. *Crozianum*, tom. III. pag. 168.) et quae Philo de iis tradidit, praeter *Fabricium* nostrum in luce salutari, toti orbi exoriente, cap. IV. p. 55. vide infra ad nr. 37. in notitia opp. *Philon.* et *I. Dau. Michaelis* Einleitung in die göttlichen Schriften des N. Bundes, vol. II. edit. quartae, (Göttingae 1788. 4.) §. 185. pag. 1244 sqq. qui alios V. D. quoque laudat. *Hart.*

\*) Quem tamen existitisse post *Simonem* et *Hodium* negat *Eichhorn* in vniuersali bibliotheca litterarum biblicae, vol. V. part. II. et historiam interpretationis allegoricae persequitur. Contra: quoque pollunt cel. *Rossmülleri* programmata, (quorum decimum prodit Lipsiae 1794.) de satis interpretationis sacrarum litterarum in ecclesia christiana.

n) Ed. *Bernhardus* apud *Caueum* in parte II. hist. literar. ad a. Chr. 40. *Fabric.* Sed *Bernhardus* est refutatus a cel. *Carpzouio* in prolegom. laudatis, lib. II. cap. 3. pag. LXXVIII collatis iis, quae idem V. D. per totum cap. III. praecclare disseruit. *Hart.*

Hum protulisse ea, quae de nominibus [P] hebraicis interdum argutatur. Quis enim non malit adferri Origeni, Eusebio et Hieronymo, diserte affirmantibus, Philonem ipsam nomenclaturam eiusmodi composuisse et librum de nominibus hebraicis eorumque etymologiis condidisse? *Fabric.* Illum Philonis librum de nominibus Hebraeorum adhuc Hesyhii tempore fuisse superstitem, et Hesyhium ex hoc Philonis opusculo in lexicon suum transduxisse, magnamque saepius illius etymologiarum, in V. T. nominibus eruendis obuiarum, cum Philoneis, quae iam restant, conuenientiam esse, cum *Io. Martiano*, Opp. Hieronymi editore, in commentario ad librum Hieronymi de nom. Hebr. I. pag. 90. censet et contra *Wesselingium*, in libro Probabil. cap. 32. p. 280. secus sentientem, ostendit *Carsson.* in prolegomen. Philon. lib. II. cap. 2. pag. 28 sqq. adde infra de scriptis Philon. nr. 42.

Philonis autem opera horumque interpretatio et collatio quantum conducant ad historiam philosophiae, cum primis ad restam vtriusque testamenti diuini intelligentiam, plures viri docti monuerunt atque exemplis docuerunt. Nam Philo. ipse Iudaeus, quod res sacras et biblicas, historiam et antiquitates Hebraeorum, ad quas etiam scriptores N. T. saepe adludunt, diligenter euoluit, ad mores, consuetudines, placita atque opiniones Iudaeorum sui que temporis, quod ab aetate scriptorum N. T. diuinorum prope abest, crebro respexit, et quod τῶν LXX. versionem plerumque retinuit: totum dicendi genus, permultae formulae loquendi, prouerbia, vis et potestas complurium vocabulorum, cum in LXX. versionibus tum praecipue in N. T. rectius et feliciter, quam ex aliis, haud raro explicari atque intelligi possunt. Quare Ernesti atque Michaelis ore et scriptis Philonis lectionem sedulo commendarunt ad loca N. T. illustranda. Quod ille a scriptoribus priorum saeculorum ecclesiasticis et allegoriarum amantibus studiose lectus est; etiam illorum dictis librisque lucem frequenter adfundit. In catenis in libros V. T. saepius occurrunt Philonis effata et sententiae. vid. infra, in libro V. cap. 17. vol. VII. pag. 734. 735. 736. etc. 790. Hinc *Ioannes Damascenus*, *Chrysostomus*, octauo iam saeculo conscripsit *ἑρμηνεία παλαιῶν βιβλίων*, in quibus praeter multorum, qui quidem interciderunt, scriptorum fragmenta, *Philonem* quoque cum dictis codicibus sacri contendit. Idem laudabile institutum *Io. Priscaus*, *Hugo Grotius* alique in adnotat. ad N. T. *Mangey* in notis ad Philonem, *Io. Alberti* in specimine obsl. in N. T. ex Philonis libro de officio mundi erutarum, in Museo Bremensi vol. I. part. I. pag. 106. obseruarunt, et Philonianas loquendi formulas atque sententias compararunt cum stilo N. T. — *Claudio Frees Hornemannii* specimen exercit. criticatum etc. iam laudauit. — Idem conscripsit observationes ad illustrationem doctrinae de canone V. T. ex Philone — *Hannae*. 1775. 8. quo quo libello vid. ephem. litter. Kiloniens. a. 1775. nr. 50. et ex illis Erlangentes in appendix. eiusdem anni, scid. 48. pag. 753 sqq.) — Hornemannii iudicium de canone V. T. hinc de libris, a Philone in illum receptis, et quos hic vel diuinae originis fuisse contendit, vel nude citauit, vel non memorauit, ut plurimum quidem, sed ita, ut quaedam ornaret, eruditeque explicaret, in quibusdam discederet a sententia Hornemannii, sequutus est *col. Eichhorn* in Einleitung ins alte Testament, tom. I. Lipsiae 1780. 8. pag. 53 — 68. — *Hesychius* ad S. Io. Damasceni homiliam et acrostichin, *Μωσῆς θεὸς προσάπτει ἐν θαλάσῃ* etc. Augustae Vind. 1588. 8. p. 95 — 104. Philonis loca emendat. — Vir quidam doctus (in Bibl. raison. tom. XXXII. part. II. pag. 304.) in Philonis scriptis versionis *Aquila*, qui tamen centum ferme annis recentior fuit, vestigia animaduertit: huius quoque cubilia detexit *Petr. Wesseling* in epistola ad H. Venemam de Aquilae in scriptis Philonis Iud. fragmen-

tis et Platonis epistola XIII. Traiecti ad Rhen. 1748. mai. 8. et multa de Philonis consensu cum LXX. interpretibus et dissentu ab illis docte disputat, Mangeii rationes aliquoties discutit a pag. 23. loca ex versione, siue Aquinae ea fuerit, seu alius, in orationem Philonis adscita, cum cura examinat, denique pag. 34. summam confecit, atque, ita, ait, obtinuisse mihi, quod proposueram, videor. Philonem Iudaicum Alexandrinorum versionem in exscribendis veteris testamenti verbis sedulo sectari, nonnunquam ab ea quidem parum dissociari, sed aut ornatus orationis gratia, aut amanuensium delecto, aut suo; *cum Aquila minime consentire*; si quae sint in commentariis versionis illius indicia, ea pleraque omnia vel intempere antiquariorum scholiis, ex Hexaplari *Origenis* editione arcessitis, tribuenda, vel dubiae esse auctoritatis.“

Cel. *Carpzouii* sacras exercitationes in Pauli epist. ad Hebraeos ex Philone et praefixa progymena Philoniana saepius laudavi. — Idem vir graece doctissimus edidit *Stricturas theolog.* in epistolam S. Pauli ad Romanos. Adpersi subinde sunt itores Philoniani: primum protherunt *Helmstadii* in nonnullas particulas dissectae 1752—1756. 4. Tum iunctum editu libelli, emendatius et auctius *ibid.* 1758. 8. vid. *Nachrichten von Niedersächsischen berühmten Leuten und Familien*, plag. 78 vol. II. *Hamburgi* 1769. 8. pag. 218. et pag. 217 sq. de sacris exercitationibus, ac pag. 223. de disputatione de *λόγῳ* Philonis; ubi plurimum V. D. censuræ et iudicia de utroque libro ac disputatione citantur.

Quos fructus ex lectione Philonis litterarum cupidus percipere possit, egregie ostendit cl. *Christoph. Fr. d. Loesner*, Professor Lipsiensis, cum in *Lectio-num Philonianarum Specimine*, Lipsiae 1758. 4. tum vero in *Observationibus ad N. T. e Philone Alexandrino*. Lipsiae 1777. 8. Verborum quidem vim atque notionem potissimum persequitur: neque tamen rerum atque antiquitatis, lectionisque verae aut falsae Philonianae curam negligit; hinc inde *Carpzouii* quoque opiniones atque interpretationes oppugnat. — *M. Adam Frid. Kühn*, Rector scholae Sorau. in Lusatia inferiore, scripsit II. progr. spicilegium *Loesneri* observationum ad N. T. e Philone Alexandrino, Sorau. 1785. 4. — rec. et auct. *Pfortae* 1785. 8.

*Chr. Guil. Thalemann* de nube super arca foederis cum vindiciis. Acc. comment. *de auctoritate Philonis et Iosephi* in hist. rituum sacrorum. Lipsiae 1771. 8. Contra *Rauium*, Rabbinozem commentis interdum maiorem, quam Philoni ac Iosepho, auctoritatem tribuentem, disputat, et Philonis scientiam rituum iudaicorum vindicat. conf. *Ernsti* *neueste theol.* Biblioth. tom. I. part. V. pag. 465 sqq.

De doctrina, disciplina, opinionibus stiloque Philonis docte pleneque agit *E. H. Stahl* in *Versuch eines systematischen Entwurfs des Lehrbegriffs Philo's von Alexandrien*, in *Eichmannii* *Allgem. Biblioth. der biblischen Litteratur*, vol. IV. part. 5. pag. 469—890. Lipsiae 1793. 8. *Harl.*

II. Scripta \*) *Philonis* complura exstant *digna meliore cum editione, tum interpretatione*, ut recte ait *Ceterius* ad tom. II. monumentor. ecclesiae graecae pag. 540. Adde etiam, ordis

\*) Sociniani cuiusdam hominis putidam coniecturam, quod scripta Philonis composita esse existimat ab antiquo huius nominis Christiano, qui circa

extremum saeculi secundi post Christum natum claruerit, confutavit *Petrus Aaxius* in iudicio ecclesiae Iudaicae aduersus Unitarios capite VI.

ordine meliori; nam qui in editionibus occurrit, est admodum perturbatus. Sed vniuersis his, vt spero, defectibus occurret et eruditorum expectationi abunde satisfaciet doctissimus vir *Ericus Benzelius*, *Erici* archiepiscopi dignissimi *F.* Praefectus doctissimus bibliothecae Vpflaliensis, qui, adparatu non contemnendo instructus, iam ab aliquot annis nouam Philonis editionem et vno alteroque opusculo auctiorem molitur <sup>o</sup>). Philo ipse in limine libri *περὶ ἀθλων καὶ ἐπιτιμῶν* oracula Moysis, quae plerisque scriptis suis illustrauit, in tres ideas siue tria distinguit genera: *τὴν μὲν περὶ κοσμοποιίας, τὴν δὲ ἱσρηκὴν, τὴν δὲ τρίτην νομοθετικὴν.* Hanc distinctionem sequuti sunt, qui scripta Philonis pleraque digesserunt in *Κοσμοποιητικά, Ἱσρηκὰ* et *Νομοθετικά.* Sed contra Philonis mentem ac minus commode ea sunt vsi. Mihi quidem, saluo aliorum iudicio, ita videntur Philonis scripta digerenda esse: [Littera *M.* significabo ordinem et paginam edit. Mangey.]

1) *Περὶ τῆς Μωϋσέως κοσμοποιίας.* De mundi opificio siue in *Hexaëmeron* pag. 1. edit. Paris. [et pag. 1. *M.*] Ex hoc libro locum proferens *Photius* VIII. 13. praeparat. *Πάλιν δὲν, inquit, τὸν Φίλωνα παριτέον ἀπὸ τῆ πρώτης τῶν εἰς τὸν ἴσον.* Laudat idem XI. 24. [Io. Damascenus in *Parallelis sacris* citat *ἐκ τῆς τῶν κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιίας.* Ipse Philo lib. de Abrahamo pag. 385. ita prouocat ad hunc librum *ὡς ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ δεδήλωται.* Hoc autem opusculum est commentarius partim literalis, partim mysticus in *Geneseos* cap. 1. Apud Hieronymum et Sophronium est titulus generalis, *in quinque libros Moysi.* vid. ibi notam *Fabric.* pag. 62. adde indicem *MS. cod. Antonii Eparchi,* infra in vol. X. pag. 480. nr. XIV. *Harl.*] Latine conuertit *Ioh. Christophorus*onus.

2) *Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον πρώτη* ad *Genes. II. vs. 1—17.* *Allegoriae sacrarum legum post Hexaëmeron* lib. I. pag. 46. (40.) Philonis allegoriam sacrarum legum legisse se testatur *Photius* cod. CIII. *Fabric.* — *Mangey* notat ad initium huius libri pag. 43. *Io. Damascenus*, huius opusculi locum addacentem, citare *ἐκ τῆ περὶ Μωϋσέως,* et illum in *parallelis sacris* tunc octauum, tum nonam allegoriarum librum saepius memorare; vnde concludit, vel hos libros olim fuisse aliter diuisos, vel partem eorum perisse. *Harl.*

3) *Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον δευτέρα* ad *Genes. II. 8 sq.* *Allegoriae* lib. II. pag. 1087. Hic liber ab *Hoefschelio* primum graece <sup>o</sup>) editus cum notis, et male

p) *Conf. Guil. Ern. Tenzel* obseruationem, in *Obseruationibus halensibus*, tom. V. pag. 428 sqq. Neque vero *Benzelii* editio vidit lucem. At suam ille versionem atque animaduersiones miserat *Mangeyo*, qui tamen promissa haud omnino seruauit. vid. *Commerciū epistolicū inter Benzeliū, archiep. huiusque fratrem, Gustau. Benzelsjerna, censorem librorum, Suecicę; a I. H. Lidén, Lincöping.* 1791. 8. editum, atque *Ien. Allgem. Litteraturzeit.* mensē Sept. 1791. nr. 251. pag. 582. Atque ipse *Mangey* in praefat. sin. scribit, se a *Benzelio* librum excusum accepisse, quem *Benz.* variis lectionibus ex *cod. August.* atque *Seldeniano* cum nonnullis coniecturis conspexerat;

ex his tum coniecturis, tum adnotationibus quaedam fecisse nota, plura ex iisdem editurum, nisi inaudiuisset, ipsum nouae Philonis editionis suscepisse consilium. Ex notis *Benzelii* manu exaratis vidi, et suis locis adnotaui, illum ordinem, a *Fabricio* praescriptum, rarius deseruisse. *Harl.*

q) *Francos.* 1587. cum duobus aliis opusculis, dein cum reliquis Philonis opp. Paris. 1640. *Morrellus* trium illorum opusculorum versionem confecisse arguitur imperfectam et ab auctoris mente alienam. *Libellus* ipse desideratur in *Turnebi* editione: nec in quouis *cod. Paris.* legitur. Hinc sequens liber etiam in multis *codd.* inseritur *ἀλληγορία δευτέρα.* In *cod. Vaticano* inseribitur

male in Geneuensi ac Partheniensi liber tertius inscribitur et a reliquis longe distrahitur. [*M.* dedit opusculo locum III.]

4) Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τρίτη ad Genes. III. 8 sq. *Allegoriae* lib. III. pag. 6a. [pag. 87. *M.* cuius not. vide.] Hic male in editionibus inscribitur liber secundus. [?] [A Damasceno, et aliis citatur liber III. allegoriarum. Commentar. in Genes. III. 1—7. periit.]

Librum quartum allegoriarum Philonis citat *Leontius* apud Turrianum IV. 2. Apologiae pro epistolis Pontificum. *Fabric.* Quae scripserat, (ait Mangey pag. 138.) Philo in Genes. III. 20—23. diu perierunt. Scripsisse vero liquet ex lib. de Sacrif. pag. 137. *Harl.*

5) Περὶ τῶν χειρῶν καὶ τῆς φλογίνης βομφαίας, καὶ τῆ κτισθέντος πρώτος ἐξ ἀνθρώπων Καὶν Ὁ ad Genes. III. 24 sq. *De Cherubim et flammeo gladio, de Caino, qui primus ex homine protritus est* pag. 108. [*M.* pag. 138. locus in codd. variat. vid. Pfeiffer.]

6) Περὶ ὧν ἱερεργῶσιν Ἀβελ τε καὶ Καὶν ad Gen. IV. 2 sq. *De sacrificiis Abelis et Caini* pag. 130. *Fabric.* [*M.* pag. 163. qui praefere malit lectionem cod. Vatic. περὶ γενέσεως Ἀβελ καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτῆ Καὶν ἱερεργῶσιν. *de nativitate Abel, atque iis, quae ipse et frater eius Cain sacrificant.* In cod. A. Monacensi et alio loco positus est et inscriptus περὶ ὧν ἱερεργῶσιν Ἀβελ καὶ Καὶν. *Harl.*

7) Περὶ τῆ τοῦ χεῖρον τῷ κρείττονι Φιλῶν ἐπιτίθεσθαι ad Genes. IV. 7 sq. *De eo, quod deterius potiori injurari soleat* p. 155. [*M.* pag. 191.] Laudat *Eusebius* XI. 15. praeparat. et ante eum *Origenes* in *Math.* pag. 369. Φίλων δὲ ἐν πολλοῖς τῶν εἰς τὸν Μωϋσέως νόμον συντάξων αὐτῆ εὐδοκιμῶν καὶ παρὰ συνετοῖς ἀνδράσι φησὶν ἐν βιβλίῳ ἐπὶ τῆ τοῦ χεῖρον etc. [ἐν τῆ Z et H. νόμων etc. citatur a Io. Monacho.]

[Post id opusculum Mangey inseruit aliud, et ex cod. Vaticano CCCLXXXI. exscriptum primus pag. 226 sqq. edidit περὶ τῶν τῆ δοκησιφόρου Καὶν ἐγγόνων, καὶ ὡς μετανάστης γίνεταί, *de posteritate Caini sibi visi sapientis, et quo patto sedem mutat:* continet commentarium. pro more mysticum, in Genes. IV. 16—26. et sapit stilum Philonis. Sed diu e plurimis codicibus excidisse videtur, quoniam *Eusebius*, *Hieronymus*, *Photius*, *Suidas*que id in catalogo scriptorum Philon. non recensent. Saepius tamen a *Ioanne Monacho* inedito sic citatur ἐκ τῶν Η καὶ Θ τῶν νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας. Adde *Lambec.* comment. codd. *Vindob.* III. pag. 211. cui titulus libri deperditi citatur, uti in catalog. Vatic. *Harl.*]

8) Περὶ Γιγάντων ad Gen. VI. 1. *De Gigantibus* pag. 284. [*M.* pag. 262.]

9) Περὶ τῆ ὅτι ἀτρέπτου τὸ θεῖον ad Gen. VI. *De eo, quod Deus sit immutabilis* p. 293. [*M.* pag. 272.] *Eusebius* II. 8. Hist. forte non male \*) veriusque libri, huius ac praecedentis, communem tradit fuisse titulum, περὶ γιγάντων ἢ περὶ τῆ μὴ τρέπεσθαι τὸ θεῖον. Sane libro priore, qui de gigantibus inscribitur, agitur etiam de divinae virtutis immutabilitate. *Fabric.*

Mangey

Φίλων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον. in *Mediceo* αἰτικοί Φίλων εἰς τὸ πρῶτον ἐπιτίθει τὸν αὐτὸν νόμον B. vid. *Mangey* pag. 66. *Harl.*

\*) A *Suida* et *Eudocia* citatur εἰς τὴν *Χερουβίμ*, ταῖς τὴν φλογίνην βομφαίας. *Harl.*

\*) Male omnino, et vid. cod. *Norf* occasionem vero huius inscript. ὅτι ἀτρέπ. τὸ θεῖον. v. p. 296. E. *Benzel.* in not. msta.

Mangey et iudicium et ordinem Fabricii sequitur, atque obseruat, quae a Io. Monacho inedito adducantur ἐκ τῆ περι Γιγάντων, in hoc opusculo occurrere. Mangeii autem verba fecit sua *Banti*. adde cl. Pfeifferi not. tom. II. pag. 357. et pag. 388 sq. Surdas et Ludocii memorant περι Γιγάντων, α. sequentis autem libri de immutabilitate Dei mentionem non iniiciunt. *Car. zou.* quoque in exercitatt. sacris, ad Hebr. VI. 17. pag. 284. pronuntiat, librum de immutabili deo esse partem libri de Gigantibus. *Harl.*

10) Περι γεωργίας Νῶε ad Gen. IX. 20. liber I. *De agricultura Noë* pag. 187. [*M.* pag. 300. περι γεωργ ομιλλῶ voc. Νῶε. Atque in toto libro nihil legitur de Nocho. vid. *Carp. zou.* sacr. exercit. pag. 516.]

11) Περι φυτεργίας Νῶε siue περι γεωργίας liber II. ad Gen. IX. 20. *De plantatione vineae a Noë factae* pag. 214. [*M.* pag. 329.] Libros duos περι γεωργίας scripsisse Philonem, testatur idem Eusebius, et hunc pro secundo agnouit etiam in versione sua Lilius Tiphernas. *Fabric.* Hunc esse librum secundum libri antecedentis Mangey, (Fabricium sequutus,) docet in not. pag. 300 et 329. Plurimi autem codices huncce librum priori haud subiungunt, et ipsi variant in loco, illi adsignato. vid. Pfeiffer. *Harl.*

12) Περι μέθης ad Gen. XI. 21. *De ebrietate* pag. 240. [*M.* pag. 357] Hic liber videtur olim diuisus fuisse in duos. Nam duos περι μέθης scripsisse Philonem, idem Eusebius testatum reliquit. *Fabric.* — Mangey pag. 328 in nota ad antecedentem librum dubitat, an ille ab hoc *de ebrietate* recte separetur, siquidem ad pag. 233. edit Parf. de plantatione desinat agere noster, et ad ebrietatem pergat. — Philo a pag. 265 B. — 270. B. integram dissertationem de veritate ac falsitate sensuum conscripsit, in qua Pyrrhonem plane sequutus, exempla adduxit, quibus postea saeculo II. Sextus Empiricus usus est, et eodem circiter tempore Diog. Laertius in vita Pyrrhonis. v. *Carp. u.* in sacris exercit. in Ep. ad Hebraeos V. 13. pag. 245 sq. — Plures antiquiores citarunt duo *de ebrietate*, (aut, vt priores interpretes venterunt, *de temul utia*, libros, quare coniecit cel. Pfeifferus vol. III. pag. 169. forsan Eusebium, Hieronymum et Suidam libellum, περι φυτεργίας, quem non noscant, pro primo περι μέθης habuisse. Sed illum ab aliis pro secundo περι γεωργίας libro habiitum fuisse, paulo ante vidimus. *Harl.*

13) Περι τῆ ἐξέτησε Νῶε Gen. IX. 24. *De verbis, euigilauit Noë* pag. 273. [*M.* p. 390.] Hunc ipsum librum nullo modo intelligi ab Eusebio, cum memoratur εἰς ὃ περι ὧν νήψας ὁ νῶς εὐχεταὶ καὶ καταραῖται. Neque opus est, vt pro νῶς legamus Νῶε — nam ad νῶν adplicat Philo, quae de Noë dicuntur. [Adsensit Mangey, cuius et Pfeifferi notas conferes. adde *Fabric.* ad Hieronym. pag. 62.]

14) Περι συγχύσεως διαλέκτων ad Gen. XI. 1 sq. *De confusione linguarum* pag. 319. [*M.* pag. 404.] Huius libri Eusebius facit mentionem et Hieronymus.

15) Βίος σοφῆ τῆ κατὰ διδακκαλίαν (Eusebius male δικαιοσύνην, licet videatur respici ad Gen. XV. 6.) τελειωθέντος ἢ περι νόμων ἀγράφων, *Vita Sapientis, per doctrinam profecti, siue de legibus non scriptis* pag. 349. Totus hic titulus [¶] in Eusebio exstat. Velgo aut in inscribi ut *de Abrahamo*: et sane maiorem partem de hoc agit, prius tamen de aliis ante Abrahamum piis hominibus, Enofo, Enocho, Noë, quos vocat προτέραν γενεὰν τῶν ἀρετῆν ἐπινοησάντων, tum paucis de Isaaco et Iacobo et Sara: singula κατὰ τὰς ἑκάστας γυναικῶν.

γραφὰς primum, deinde κατὰ τὰς ἀλληγορίας, ut loquitur, νόμους persequens. Porro in limine huius libri, Philo ait, se, postquam de mundi opificio disseruit, iam etiam de legibus agere velle, ac primo de vniuersalioribus illis atque antiquioribus non scriptis, sed scriptarum archetypis, ad quatum normam Abraam et alii amici dei vitam suam exegerunt. Ὁν μὲν ἐν τρέπον ἢ Κοσμοποιία διατίτανται, διὰ τῆς προτέρας συντάξεως ὡς οἶν τε ἦν ἡμεμβώσαμεν. Ἐπὶ δὲ τὸν νόμον etc. Non puto autem, a Philone alium librum hoc de argumento praemissum, quam vnicum, quem numero primo retuli περὶ κοσμοποιίας. Eundem respicit, quum de tetrade loquens δ' ἄς δ' αἰτίας, inquit, ἅγιος ἐλέχθη, διὰ τῆς προτέρας συντάξεως ἔρεται. Neque syntaxin vocat collectionem plurium librorum, sed vnicum librum. Περὶ Σιμωνθραπίας pag. 797. δεδίλωται πρότερον ἐν δυτὶ (lege τρεῖσι) συντάξεσιν, ἄς ἀνεγράψα περὶ βίᾳ Μωυσέως. Reliquos, separatim editos; interim hodie ordinem sacrarum litterarum, quas interpretatur, sequi tuto nos posse exillimo. Fabric. — Benz. in nota: „nr. 16. mihi 15. — nr. 17. mihi 16. — nr. 18. mihi 17. — nr. 19. mihi 18. Philo libro proximo, (quae Fabricii verba sunt in med. nr. 19.) — pag. 1052. c. — 20. mihi 19.“ Atque Mangey mutauit ordinem. Nam opusculum, quod Fabricius loco 15. collocandum putarat, Mangey post plura alia, demum in vol. II. loco primo pag. 1 sq. posuit, et inscripsit, uti apud Fabricium nostrum legitur, nisi ut in fine post ἀγράφων adderet, ἢ ἐστὶ, περὶ Ἀβραάμ. Ab Hieron. et Damasceno dicitur liber de vita sapientis, σοφῆ. A Suida et Eudocia male, περὶ βίᾳ Φιλοσοφῆ, et a Sophronio περὶ βίᾳ Φιλοσοφικῆ. Harl.

Bios σοφῆ αὐτομαθῆς ἢ κατὰ φύσιν, Vita Isaaci. Et Bios σοφῆ ἀσκητικῆ siue ἐξ ἀσκήσεως, Vita Iacobi, periit. Vide, quae dixi infra nr. 21.

16) Περὶ ἀποικίας ad Gen. XII. 1 sq. De migratione Abraami pag. 388. [M. pag. 430.] Meminit Eusebius.

Περὶ μισθῶν liber de mercede proborum ad Gen. XV. 1. [et quidquid Philo de capp. 13 et 14. scripserat.] inseruit. Memorat Philo pag. 424. ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης βιβλῶ περὶ μισθῶν ὡς ἐν ἑν ἐπ' ἀκριβείας διεξήλθομεν.

17) Περὶ τῆς τῆς ὁ τῶν θεῶν πραγμάτων κληρονομος ad Gen. XV. 2. p. 482. [M. I. pag. 437.] De eo, qui te. um diuinarum haeres sit. Eusebius alteram quoque partem tituli seruauit περὶ τῆς τῆς ὁ τῶν θεῶν ἐπὶ κληρονομος, Καὶ περὶ τῆς εἰς τὰ ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς. Agitur enim in hoc libro etiam de foedere Gen. XV. 10. quo deus iussit Abrahamum diuidere vaccam et cetera animalia et partes ex aduerso sibi iniuicem ponere.

18) Περὶ τῆς ὡς τὰ προπαιδέματα σοφῆ ad Gen. XVI. 1 sq. De congressu comparandae Menaei et tithi in capra pag. (424.) 458. [M. i. pag. 519.] Nimirum humaniores artes ac disciplinas philosophicas famulantes Philo confert cum Hagar, ancilla Abrahami. Apud Eusebium non προπαιδέματα legitur, sed παιδέματα. Sed προπαιδέματα magis proba. Et Philo ipse libro [?] proximo pag. 428. εἰρηκότες ἐν τῷ προτέρῳ περὶ τῶν προπαιδευμάτων καὶ περὶ καινώσεως etc.

19) Περὶ φυγῶν ad Genes. XVI. 6 sq. De profugis pag. (450.) 428. [M. pag. 546.] Apud Eusebium hic liber recte inscribitur περὶ φύγῆς καὶ εὐξέσεως ἀφ' ἡγάρας καὶ περὶ τῆς ἀφ' ἡγάρας ἐκφυγῆς. Atque ita legit Hieron. in catalogo et Sophronius. In quibusdam Eusebii codicibus sunt, [nec non apud Suidam, (ubi vid. Küster.) et Eudociam,] περὶ φύσεως

καὶ εὐρέσεως, ut patet ex Rufini versf. In alijs Valefius invenit περὶ φύσεως καὶ αἰρέσεως Nicephorus utramque lectionem coniunxit περὶ Φυγῆς καὶ αἰρέσεως. περὶ φύσεως καὶ αἰρέσεως. Male, ut opinor, si et in MS. Eusebii Northfolchiensi acceperim quoque legi περὶ Φυγῆς καὶ αἰρέσεως, περὶ Φυγῆς καὶ εὐρέσεως.

Περὶ διαθηκῶν de testamentis siue pactis dei libro duo interciderunt. Memini Philo libro proximo: τὴν δὲ περὶ διαθηκῶν σύμπαντα λόγον ἐν δὲ τὴν ἀναγέγραφα πράξει Memorat ex hoc ipso loco, atque ita, ut non vidisse se illos innotuit Eusebii, et ex eo Hieron. Male itaque apud Eusebium legitur περὶ διαθηκῶν πρώτης καὶ δευτέρας. Scripsit Eusebii α' καὶ β'. quod exprimi debet πρώτων καὶ δευτέρων, ἰσχυρῶς βιβλίον.

20) Περὶ τῶν μετονομαζομένων. καὶ ἂν ἕνεκα μετονομάζονται, ad Genes. XVII. 1 sq. De iis, quae in nomine in seripitur mutata memorantur, et quae illud factum sit pag. 1044. [M pag 578] Hunc librum primus graece ex codice Augustano edidit et notis illustravit David Heschelius, Francof. apud Wechel. 1587. 8. Latine vertit Frid. Mullus, Paris. 1593. 8. memorat Eusebii. Fabric. — Desit hoc opusculum in codd. Paris. Medicis Morgagninisque, et in edit. Turnebi. Pars autem huius libri desiderari videtur Mangeio, quod a Ioanne Monacho quam plurima ex τῶν μετονομαζομένων citantur, quae nullibi apud Philonem occurrunt. Idem Mangeius retinuit Morelli versionem latinam, hinc inde mutatam. In hoc opusculo desit Pfeifferi nostratis editio. Harl.

21) Βίος Πολιτικῆς (Photius cap. 103. περὶ βίᾳ πολιτικῆς ἔπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ. Vita viri civilis, siue de Iosepho pag. 526. In limine huius libri testatur, se scripsisse vitas trium virorum Abrahami, Isaaci et Iacobi, de quibus libro de Abrahamo: ὁ μὲν γὰρ πρώτος ἐπίκλησιν Ἀβραάμ σύμβολον διδασκαλικῆς ἀρετῆς ἐστίν· ὁ δὲ μέσος Ἰσαάκ Φυσικῆς, ὁ δὲ τρίτος Ἰακώβ ἀσκητικῆς. Sed Isaaci et Iacobi vtra interciderit, ut dixi supra post nr. 15. Iosephi vitam latine vertit praeter Gelenium Francijus Zivus, Venet. 1575. 8. Fabric. Mangeius hoc opusculum post id, quod Fabricius nr. 22. signavit, in tom. II. p. 41. posuit. In codd. et apud Photium cod. CIII. est inscriptio βίος πολιτικῆς Hieronymus de conversatione vitae; vnde Sophronius, et ex hoc Suidas et Eudocia περὶ ἀγωγῆς βίᾳ. Continet vero hoc opusculum et historiam et allegoriam vitae Iosephi. Harl.

22) Περὶ τῶν κατὰ τὸν Μωϋσέα θεοπέμπτων ἑναὶ οὐδέσ. Quod a deo mittantur in somnia. Libros quinque huius argumenti tempore Philonem, Eusebium, Nicephorus et Suidas testantur. Sed primus interciderit, si quis legatur pag. 565. edit. Paris. [M tom. I. pag. 620.] in cuius limine primus citatur: ἡ μὲν ἐν πρό ταύτης γραφῆ περιεῖχε τὰς κατὰ πρώτων ἑδὸς ταπτομένους τῶν οὐδέρων θεοπέμπτων. ἐφ' ἧ τὸ θεῶν ἐλέγομεν κατὰ τὴν ἰδίαν ἐπιβολὴν [ὑποβολὴν Mang. ex cod. Vatic.] τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις ἐπιπέμπειν [P] Φαντασίας Tertium habes pag. 1108. [M. pag. 699.] ab Hoeschelio primum vulgatum: graece ex codice Augustano, et illustratum notis Francof. apud Ioh. Wechelium 1587. 8. Quartus et quintus non exstant. Fabric. In utroque, quod restat, opusculo, neque codd. neque Hieronymus agnoscunt illud κατὰ τὸν Μωϋσέα, et omisit Mangeius. Suidas et Eudocia citant περὶ οὐδέρων ἐ Philo mystice agit in libro II. de duobus Iacobi somniis, Genes. XXVIII. et XXXI. memoratis. Alter, qui superest liber, continet mysticem commentarium in Ioseph praefectique pistrum ac pincernarum somnia, Genes. XXXVII. et XXXVIII. Quod raro in codicibus mstis occurrit, et contextus est vitiosus, Mangeius eum ope duorum co-



dicum et coniecturis pro viribus sanavit, et versionem de nouo sere confecit. In hoc opusculo. definit vol. I. edit. Mangeii. *Harl.*

Τῶν ἐν Γενέσει ζήτημάτων καὶ λύσεων. *Quaestionum et solutionum in Genesin libri VI.* praeter ea, quae exstant latine in Microprobyrico pag. 340—360. Basil. 1550. fol. post editionem Paris. 1520. fol. interceiderunt. Memorantur apud Euseb. et in titulo Codicis Caesarei. *Fabric.* — Damascenus in Parall. pag. 362. meminit libri secundi pag. 303. sexti: porro ibid. pag. 376. pag. 658. quinti. *Benzel.* in nota mista.

*Hastenus, quae ad Genesios librum illustrandum faciunt.*

23) Περὶ τῆς Μωϋσέως, ὅπερ ἐστὶ περὶ θεολογίας καὶ προφητείας. *De vita Moysi, sive de theologia ac prophetia etc.* I. pag. 602. [*M.* tom. II. pag. 80.] II. pag. 654. [*M.* pag. 134.] III. 664. [*M.* pag. 145.] Citar *Clemens I. Strom.* pag. 342. [Multa inde habent *Clem. Alex. Damascenus, Io. Monach. et catenae ineditae in Exodum.* vid. *Mangeium.*] Latine vertit praeter *Gelenium Franciscus Phileiphus,* (vide *Vossium* de hist. lat. pag. 591. [et *Zenium* in *Dissertaz. Vossianae,* tom. I. pag. 294.]) *Adrianus Turnebus* Paris. et *Franciscus Zuus* Venet. 1575. 8.

*Libri quinque ζήτημάτων καὶ λύσεων sive quaestionum et solutionum in Exodum* Eusebio, [*Suidae, Eudociae et Hie onymo*] et in titulo codicis Caesarei memorati non exstant. [*Quaedam seruauit Damascenus.*]

24) Περὶ τῶν δέκα λόγιων, ἃ κεφάλαια νόμων εἰσὶ. *De decalogo* pag. 744. Latine vertit *I. A. Keniaens,* Paris. 1544 [554. ap. *Maitt.*] 8. *Ioh. Christophorus* Antwerp. 1533. 4. *Fabric.* — [*Mangeius* tom. II. pag. 180. vertit *de decem oraculis, quae sunt legum capitula,* et notat, cod. Augustanum congruere cum editis in titulo huius libelli; in cod. Mediceo scribi *Φίλωνος περὶ τῶν νόμων ἰδέας,* reliquos codices habere *εἰς τὸν δεκάλογον Μωϋσεως.* Hieronymus (ubi vid. *Fabric.* pag. 63. not. 2.) *de decalogo libri II.* et *Suidas* arque *Pudocia* ex *Sophronio περὶ σκηπῆς,* (qui vero liber intercidit.) καὶ *Δεκαλόγος, δ.* Sed *Mangeius* animaduertit, *Philonem* non de decalogo, sed de legibus specialibus libros quatuor edidisse, neque aliter docere *Eusebium,* a quo *eccles. histor. lib. II. cap. 18.* scribitur *περὶ τῶν δέκα λόγιων.*

25) Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἶδει νόμων εἰς τὰ συντείνοντα κεφάλαια τῶν δέκα λόγιων βιβλία εἰ. *Libri quinque de legibus decalogi specialibus* Eusebio memorantur. Ex his primus intercidit <sup>1)</sup>, quo bina praecepta exposuerat (1) *περὶ τῆ μη νομιζέειν θεὸς αὐτοκρατεῖν εἰσέειν* et (2) *περὶ τῆ μὴ δειπλάσαι χειρὶ κρητον.* Haec enim duo acurate in illo tractasse, testatur *Philo* ipse nostro proximo; unde patet, binos libellos eius *περὶ μοναρχίας* huc non spectare, licet in illis quoque agat de cultu vnus summi dei.

*Libri secundi* pars prima, qua illustratur praeceptum (3) *περὶ εὐσεβίας καὶ σεβασμῶ* de *inueniunt et religio* legitur pag. 769. edit Paris. et quamquam titulus promittit etiam agere *περὶ τῆς ἱερᾶς ἐβδόμης καὶ γοιῶν τιμῆς* in libro isto haec desiderantur. Occurrit tamen altera pars, praeceptum (4) illustrans *περὶ τῆς ἱερᾶς ἐβδόμης καὶ τῶν ἑορτῶν de sancto sabbatho*

1) Non intercidit. vide *epimetron. Harl.*

*sabbatho et diebus festis* p. 1173 sq. edit. Paris. Primus haec graece edidit David Hoefschelius e codice MS. [Vaticano, nr. 379. vti coniicit Mangey,] Augustae Vindelicor. 1614. 4. Latine vertit Fed. Morellus Paris. 1614. 8. Sed tertia ad praeceptum (5) *περὶ γενέων τιμῆς* non exstat.

Liber tertius ad praeceptum (6) *τὸ κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκαλαστῆ* et ad praeceptum (7) *τὸ κατὰ ἀνδρῶφόνων καὶ πείσης βίας*. *Contra moichos, omnesque libidinosos, et omnes homicidas omnemque violentiam habetur* pag. 776. In quibusdam codicibus argumenta huius libri ita designantur: *περὶ Φθορᾶς*, [P] *περὶ ὑπογαμίας, περὶ ἀνδρῶφονίας, περὶ ἐπιτιθεμένων, περὶ ἀνασθίσεως Φόνου περὶ τῆ μη ἀναίσχυτῶν γενεῶν*. In hoc libro, vt in illo de decalogo, praeceptum de non occidendo posiponit Philo praecepto de non committendo adulterio, sequutus codices graecos Exodi XX. Sic et Lucas XVIII. 20. Marcus X. 19. Paulus Rom. XIII. 9. Syrus interpres Matth. XV. 19. *Tertullianus* de pudicitia cap. 5. *Clemens* VI. Strom. p. 685. *Iulianus* Parabates apud Cyrillum Alexandr. V. p. 152. *Synellus* p. 131. Chronographiae. [Adde *Mangeium* ad librum de decem oraculis, tom. II. p. 207. not. o.]

Liber quartus ad praeceptum (8. 9. 10.) *τὸ περὶ τῆ μη κλέπτειν καὶ ψευδομαρτυροῦν καὶ μὴ ἐπιθυμῆν, καὶ περὶ τῶν εἰς ἕκαστον ἀναφερομένων, καὶ περὶ ἀπιστίας, ἢ πᾶσι τοῖς δέκα λόγοις ἐφαρμύζει*. *De furto non faciendo, de non dicendo falso testi monio et de non concupiscendo, tum de iis, quae ad singula haec referuntur. Denique de i. f. titia, praeceptis vniuersis congruente*. [i. quae cum omnibus in vniuersum decalogi praeceptis cognationem habet.] Hic liber lucem nondum vidit, excepta particula *περὶ ψευδομαρτυροῦν ad praeceptum novum*, quae exstat sub titulo, *τὰ περὶ ἀπιστίας de iudice* pag. 718. [M. II. p. 344.] Latine translata a *Ioh. Christophorsono* u), tum a *Rolando Petreio* Francof. 1602. 8. cuius u) versio vna cum ipsius notis subiecta editioni Paris. Prodiit et seorsum graece et latine, cum versione *L. Humfredi* Basil. 1559. 8. Integrum vero ex MS. codice Seldeniano descripsit, et edendum in se recepit *Benzelius*. [Edidit Mangey tom. II. pag. 335.] Confer, quae de eodem codice *Seldenus* lib. II. de Syrtedriis cap. XIII. §. 12. *Fabric.*

#### Τ Ε Ρ Ι Μ Ε Τ Ρ Ο Ν.

In editione Mangeii librum de decalogo excipit pag. 210. liber *περὶ περιτομῆς, de circumcissione*, quae prima est pars, quam intercessisse puterat Fabricius. A cuius iudicio et plurimum, qui sequuntur, librorum, ordine, ab ea praescripto, quoniam Mangeius valde recessit, non solum ordinem, quem hic tenuit, indicavi, sed etiam illius notam, ab initio p. 210. scriptam, repetendam duxi.

Postquam notet, inquit Mangeius, de decalogo in genere eiusque decem capitibus differuisset, iam ad leges particulares descendit, quae ad capita ista referuntur. Merito igitur libellus hiecc, (de circumcissione,) cum quinque sequentibus, de Monarchia, Sacerdotibus, et Sacrificiis etc. librum de decalogo excipit, quum primi praecepti generalis leges speciales contineat: ad fidem enim vnus dei referat ista cultus ratio, quam ipse sacris et caerimonis instituit. Confirmatur hoc ex titulo huius libelli in codice medico. Sic enim iohi scriptum, *περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἰδει νόμων, εἰς Β. Κεφάλαια τῶν δέκα λόγων· τὸ τε*  
μή

u) Vide *Sturmi* epist. ad Aschamum ed. Ackerri, pag. 12. *Heum.*

v) Non est Rolandi, sed Christophorsoni versio. *Benzel.* in nota msta.

μη νομίζεν ἕξω ἐνὸς Θεῷ ἑτέρας αυτοκρατεῖς καὶ τὸ μὴ χειρότητα Θεὸν πλασεῖν (melius Iordan Θεοπλασεῖν.) Περιτομή. Unde liquet, nos hos de legibus specialibus libros in suum ordinem reduxisse, qui in editis mire sui turbatus; ibi enim libri de praecepto primo in vltimo sunt loco positi. Quod vero Eusebius eccles. hist. lib. II. cap. 18. scribit, *περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἶδει νόμων* — α. β. γ. δ. horum primus non intercedit, quod viris doctis visum; sed est hic ipse libellus, de quo agimus, cui tamen insuper adnectendi quinque sequentes, qui, quamuis in totidem titulos distribuuntur, pro vno solum libro sunt habendi. Haedenus *Mangey*.

Sequitur, 1) pag. 213 *περὶ Μοναρχίας λόγος α.* de *Monarchia liber primus*, et pag. 222. *liber secundus*. (apud Fabricium nr. 27.) Libellus I. est, ait Mangey, praecedentis continuatio, pertinetque similiter ad primum decalogi praeceptum, de vno deo colendo. In codice medico sequitur ordine continuo, nulla etiam distinctione adposita, solummodo nota haec in margine adicitur, *περὶ Μοναρχίας νόμοι*.

2) *Περὶ τῶν τινα γέρα ἱερῶν*, apud Fabric. nr. 28.

3) *Περὶ ζώων τῶν εἰς θυσίας καὶ τινα τῶν θυσιῶν τὰ εἶδη*, apud Fabricium nr. 29.

4) *Περὶ θυόντων*, de *sacrificantibus*, apud Fabricium nr. 30.

5) *Περὶ τῶν μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερόν μὴ προσδέχασθαι*, apud Fabricium nr. 31. Hos quinque libellos fuisse partes primi libri, iterum adfirmat Mangey in nota prima ad pag. 270. Hic enim incipiunt eae partes, de quibus Fabric. nr. 25. egit.

*Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἶδει νόμων, εἰς τριά γένη τῶν δέκα λόγων, τὸ τρίτον, τὸ τετάρτον, τὸ πέμπτον, τὸ περὶ εὐσεβείας καὶ σεβασμῶ, καὶ τῆς ἱεραῖς ἐβδόμης καὶ γονέων τιμῆς, de specialibus legibus, quae referuntur ad tria decalogi capita; videlicet tertium, quartum quintumque, de iurando religioneque, de festo sabbato, de honore habendo parentibus.* Sed liber de parentibus honorandis periit. At pag. 277. sequitur,

*Περὶ τῆς ἐβδομῆς de septenario, et festis diebus, cum versione Fed. Morellii latina, verum plane inmanata.* In edit. Turnebi desideratur, contra in editione Paris. a. 1640. ad eandem Philonis operum fuerat reiectus. In nullo codice reperit Mangey; sed ad eandem libelli praecedentis de legibus specialibus in cod. Mediceo notatum legit, *ἕξως ἐστὶ μετέσταν τὸ περὶ τῆς ἱεραῖς ἐβδόμης, ἢ μουσικῆ καὶ ἀναγκαῖα etc.* n. sic incipit hic libellus.

*Περὶ τῶν ἀναφερομένων* — — *τῶν δέκα λόγων τὸ ἕκτον καὶ τὸ ἑβδόμον, κατὰ μέγαν καὶ πάντας ἀκούσασθε. καὶ τὸ κατὰ ἀνδραφῶν καὶ πάσης βίας* pag. 299. est liber tertius, de quo abunde disputauit Fabricius. Continet vero liber, iudice Mangey, egregium commentarium in praecepta de adulterio et homicidio, in quo auctor iuris romani antiqui, qui vulgo Anterustianum appellatur, scientiam prodit singularem. — Illum excipit liber, antea ineditus:

*Περὶ τῶν ἀναφερ* — — *τῶν δέκα λόγων τὸ Η καὶ τὸ Θ καὶ Ι. τὸ περὶ τῶν μὴ ἐπικλέπτεν. καὶ ψευδομαρτυρεῖν etc.* ut iam Fabricius de libro quinto ad praeceptum 8, 9, 10. titulum notauit, cum versione latina *Christi Benzeli*, in operis Episcopi i. Post *ἐδαρμῶζα* additur tantum a Mangey ὅ ἐστι τῆς συντάξεως. Quod autem ex cod. Vindob. Lambecus I. comment.

comment. fol. 143. profert libri titulum τὸ Η καὶ τὸ Θ καὶ τὸ Ι. τὸ περὶ τῆς μὴ κλέπτειν — ὃ ἐστὶ ὄλης συντάξεως, Mangey coniicit, etiam deesse τὸ τέλος, vertique debere: qui quidem totius traditatus est finis, quippe quum περὶ δικαιοσύνης libellus ultimus eorum sit, quos de legibus scripsit noster. Descriptus autem est liber ex cod. Bodleiano nr. 3400 olim Seldeni, qui eum cum multis legauit academiae Oxoniensi. De praecepto, ἢ ψευδομαρτυρήσεις agit Philo pag. 342. segmentum autem τὰ περὶ δικαστῆ separatam quidem a superiore particula, pag. 344. sed est pars et membrum praecedentis de testimonio falso, conuenitque reliqua Philonis dicta ad praeceptum nonum. Malit tamen M. legere τὰ πρὸς δικαστῆν, vt habent cod. mediceus et Bodleianus, et ipse Philo in initio libr. de iustitia pag. 358. ἐν τῷ δικαιοσύνης ἢ βραχυῶς μέρος ἢ τὸ πρὸς δικαστῆρια καὶ δικαστῆν. — Pag. 348. sequitur ad praeceptum de non concupiscendo, et reliqua praecepta specialia.

Περὶ δικαιοσύνης de iustitia. pag. 358. cuius pars est sectio περὶ καταστάσεως Ἀρχόντων de constitutione Principum, pag. 361. apud Fabric. nr. 33.

Περὶ τριῶν ἀρετῶν, ἧτοι περὶ ἀνδρείας καὶ φιλανθρωπίας καὶ μετανοίας, de tribus virtutibus, siue de fortitudine et humanitate et poenitentia pag. 375. Hunc titulum Mangey. reposuit ex cod. Bodleiano. In codice medico et cod. collegii Lincoln. apud Oxonienses omittitur τριῶν, additurque καὶ εὐσεβείας post voc. ἀνδρείας. Forsan additum fuit, quoniam Philo sequentem libellum de humanitate ita inchoauit: τὴν δὲ εὐσεβείας συγγενεσάτην καὶ ἀδελφὴν καὶ διδυμον ὄντως ἐξῆς ἐπισκεπτέον φιλανθρωπίαν, nunc cognata geminae gemellaeque soror pietatis consideranda est humanitas. vbi adnotat M. pag. 381. vel se male ἀνδρείας pro εὐσεβείας, quia Philo in praecedenti non de pietate, sed de fortitudine egit, vel ea, quae auctor dixerit de pietate, iam perisse. Atque Philo de tribus tantum virtutibus hic egit; nec quicquam expresse inibi de pietate scripsit. De reliquis opusculis eorumque ordine in edit. Mangeiana ad numeros Fabricianos notabiliora scripsimus. [Mang.]

26) Τὰ ἐν μέρει διατάγματα. De praecipis specialibus varios commentarios deinceps scripsit Philo, ex quibus exstant: περὶ περιτομῆς de circumcisione, siue quare deus Iudaeis iniunxerit circumcisionem pag. 810. [M. II. pag. 210.] Causas, quas adfert Philo, ait, se accepisse ἀρχαιολογημένας παρὰ θεοπεσίους ἀνδράσιν, οἱ τὰ Μωϋσέως ἢ παρὶργως διημήνευσαν. Alias adferunt Iulianus quaest. 102. ad Orthodox. Photius epist. 248.

27) Περὶ Μοναρχίας λόγος α', β'. De Monarchia siue de colendo vno deo et templo ac cultu eius liber I. pag. 812. et II. pag. 820. Vocabulo Μοναρχίας eodem sensu in libro similis argumenti vsus est Iulianus Martyr.

Liber περὶ τῆς σκηνῆς. De tabernaculo apud Eusebium memoratus intercidit.

28) Περὶ τῆς τίνας γέγρα αἰσῶν de praemiis sacerdotum et honoribus pag. 830.

29) Περὶ ζώων τῶν εἰς θυσιάς καὶ τίνας τῶν θυσιῶν τὰ εἶδη. De animalibus idoneis sacrificio, deque victimarum generibus pag. 835. Eusebius vocat περὶ τῶν εἰς τὰς ἱερουργίας ζώων καὶ τίνας τῶν θυσιῶν εἶδη.

30) Περὶ θυόντων. De iis, qui victimas offerunt pag. 841.

31) Περὶ τῆς μίσθωμα πόρνῆς εἰς τὸ ἱερόν μὴ προσδέχεσθαι. Ad Deut. XXIII. 19. [P] De mercede meretricis non accipienda in sacrarium pag. 860. Graece cum notis edidit Hoeschelius e codice Augustano a. 1612. 8.

32) Περὶ τῶν προκειμένων ἐν τῷ νόμῳ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἀθλῶν, τοῖς δὲ πονηροῖς ἐπιτιμῶν καὶ ἀρῶν. *De praemiis et poenis exsecrationibusque in lege propositis* pag. 910. [*M.* pag. 405.] Meminat *Eusebius*, [hist. eccl. II. cap. 18] neque adfentior<sup>ω</sup>) *Guil. Canterus*, qui VIII. 7. nouat. lect. a libro περὶ ἀθλῶν καὶ ἐπιτιμῶν diuersum facit alterum περὶ εὐχῶν καὶ ἀρῶν. Recte porro existimat *Canterus*, illa περὶ ἀρῶν pag. 930. cum superiore libro esse connectenda. *Fabric.* Coniunxit quoque *Mangeius* librum περὶ ἀρῶν, et partem libelli de praemiis et poenis esse indicauit pag. 408. ita tamen, vt pag. 429. virgula distingueret, posita inscriptione, περὶ ἀρῶν de exsecrationibus, et prioribus libris suum daret titulum pag. 408. περὶ ἀθλῶν καὶ ἐπιτιμῶν, de praemiis et poenis. *Hieronymus*: nec non de uisum et raptationibus siue maleficiis, quae vertit *Sophronius* περὶ θυσιῶν, περὶ ὑποσχέσεων, ἤτοι καταρῶν. Sic quoque ex illo *Suidas* et ex hoc *Eudocia*. Neque *Suidae* testimonium et *Canteri* iudicium omnino spernit *Carpsou.* in sacris exercitatt. in Ep. ad Hebr. cap. VI. vers. 8. pag. 268. vbi ait, alteram libri partem esse περὶ εὐχῶν καὶ ἀρῶν „nam male, inquit, hi libri in editionibus descripti sunt. Scilicet liber de praemiis et poenis desinit pag. 922. D. in verbis καθ' ἃ γέγονεν ἡ αἴρεσις τῶν ἱερέων, ἀλογεῖν. vnde incipit alius περὶ εὐχῶν καὶ ἀρῶν. Libellus enim singularis in editis περὶ ἀρῶν, illius περὶ εὐχῶν pars saltem secunda est. Sic adducitur a *Suida*: περὶ ὑποσχέσεων, ἤτοι καταρῶν. quod idem est. — Patet quoque ex clausula prioris tractationis περὶ εὐχῶν, illam περὶ ἀρῶν partem esse secundam. Accedit, quod *Philo* in aliis locis εὐχὰς καὶ καταρῆς coniungit, vt, de migrat. *Abrah.* pag. 406. B. et alibi. “ *Harl.*]

33) Περὶ καταστάσεως ἀρχόντος [ἀρχόντων *M.* ex codd.] ad Deut. XVII. 15 sq. *De erectione principis* (non per sortem, sed suffragia) pag. 722. [*M.* pag. 361. post libellum de iustitia.] In extrema parte huius libri multis commendat iustitiam<sup>α</sup>). Latine conuertit *Ioh. Christophorus*onus.

34) Περὶ τῶν τριῶν ἀρετῶν. *De tribus virtutibus; περὶ ἀνδρείας, de fortitudine* p. 736. [*M.* pag. 375.] περὶ Φιλανθρωπίας de charitate pag. 697. [*M.* pag. 383] et, (de qua in huius libri extrema parte agitur) περὶ μετανόιας de resipiscencia<sup>β</sup>). *Philonem* scripsisse de tribus virtutibus, *Eusebius* testatur, περὶ τῶν τριῶν ἀρετῶν, αἵ σὺν ἄλλαις συνέγραψε *Μακρόβιος*. Male *Sophronius*, *Hieronymi* interpres, pro ἀρετῶν posuit διὰ μέσων. Porro titulus iste diserte tribuitur libellis, quos dixi, in codice *Bodleiano*, [coniunxit hanc particulam a superiore *M.* pag. 405. duobus codd. *Bodlei.* et *Paris.*] vt mihi adfirmavit eruditissimus *Benzelius*. Eiusmodi codicem memorans etiam *Gesnerus* in bibl. *Inuenio*<sup>γ</sup>) praeterea, inquit, librum *Philonis* graeco uerberi de virtutibus, fortitudine, pietate, humanitate, poenitentia. Vide et *Steph. le Moigne* varia sacra tom. I. pag. 520. [et epimetron in fine.]

35) Περὶ εὐπειρίας. *De nobilitate* pag. 903. [*M.* pag. 427. cum interpr. L. *Hunfredi.*] Prodit separatim cum versione *Laur. Hunfredi* ap. *Oron.* 8. et cum interpretatione atque analysi *Hermani Nohemi* *Basil.* 1581. 8. et gallice *Daniels d'Aluge*, professore graecae linguae

α) Sed ego quidem, *Benzel.* in not. msta.

β) Item in *Io. Damasc.* parallel. MS. *Benzel.*

γ) Immo pars est libri de iustitia. *Benzel.* in nota msta.

δ) Itaque fallitur *Boecler.* in *Iosepho Philon.* pag. 1. *Benzel.*

quae regio interprete Parif. 1550. 8. cum *Synefi* oratione de regno in eandem linguam translata. [*lac. Goupyli* versio lat. est in cod. MMCMLXII. Parif. vid. catal. codd. III. p. 357.]

36) Liber Philonis, quò probavit, πάντα δέλον εἶναι φαῦλον, *malum et insipientem quemlibet esse servum*, intercidit. Memorat *Eusebius* [hist. eccles. II. cap. 18.] et Hieron. et Philo ipse in proximi initio. At exstat alter eius ad Theodorum scriptus *περὶ τῶν πάντων σπαδαίων* <sup>aa)</sup> εἶναι ἑλευθερον. *Quod omnis probus sit liber* pag. 865. [*M.* pag. 445 vbi vid. notam. Multa ex hoc opere desumpsit *Euseb.* praeepar. euangel. lib. VIII. cap. 11.] In hoc libro inter alia agit de Esāeis, qui actiuam vitam ducebant, quorum ad quatuor millia, ait, suo tempore in Palaestina ac Syria versatos esse. Non plane certum est, an hoc sit proprium volumen, quod de Esāeorum vita edidisse Philonem ait Hieronymus II. contra Iouinian. [Ex poetis, praecipue ex Euripide, Philo multa loca adduxit.]

37) *περὶ βίης θεωρητικῆς ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν* <sup>bb)</sup>. *De vita contemplatiua vel supplicum* [¶] *virtutibus* siue de hominibus utriusque sexus, contemplatiuam et solitariam vitam ducentibus, quos Therapeutas ac Therapeutridas vocatos innuit, quod animae quamdam medicinam et dei cultum singularem profiterentur <sup>cc)</sup>. Edit. Parif. pag. 889. [*M.* II. pag. 471.] Pro *ἱκετῶν* Sandius maauit *ἀσκητῶν* sed *ἱκετῶν* apud *Eusebium* <sup>dd)</sup> legerunt etiam Rufinus, Hieronymus, Suidas, Nicephorus etc. Porro idem Eusebius et alii veteres, *Epirphanus* XXIX. 5. *Hieron.* in catalogo <sup>ee)</sup> *Syrom.* lib. I. cap. 12 hist. *Cassianus* II. 5. *Inst. monastic.* *Nicephorus* II. 16. hist. *Suidas* in *Φίλων*, *Pachymeres* ad Dionys. epist. I. exillimarunt, *Philonem* hoc libro agere de Christianis. Ita et titulus MS. apud *Lambecium* III. pag. 69. *Φίλωνος περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πισευσάντων ἐν Αἰγύπτῳ χριστιανῶν* <sup>ff)</sup> ἅμα καὶ μοναχῶν. Scholion MS. apud eundem p. 71. *Μέμνηται τῶν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλος* (II. 17 hist.) *Τινὲς δὲ Φασὶ, ταῦτα τὸν Φίλωνα περὶ τῶν κοινῶν Ἰουδαίων εἰπεῖν. Ἄλλοι περὶ Ναζαρηαίων Ἰουδαίων* (adde *Iosiphum* IV. 4. antiq.) Ἄλλοι περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστῶν καὶ πιστευκῶτων εἰς Χριστὸν καὶ φυλαττόντων τὸν νόμον Μωϋσέως τυπικῶς. Ἄλλοι περὶ τελείων χριστιανῶν. Οἷας δὲ ἦσαν αἰρέσεως, μοναχικὸν ζῶντες βίον Θεραπευτῶν εἰκότως ἀνομάζοντο.

aa) Voc. *σπαδαίων* quidem legitur in inscriptione huius libri: quae vero num a Philone profecta sit, dubito. Hieronymus tantum citat vnam libr. *quod omnis insipiens seruus sit*, quae vertit *Sophronius*, ὅτι πᾶς ἄφρων δῆλος εἶσιν. Ita quoque Suidas et Eudocia. Philo ipse in initio proficitur, se in sermone superiore, (qui perit,) scripsisse, *περὶ τῶν πάντων δέλον εἶναι φαῦλον* se in hoc, nempe posteriore, ostensurum esse, ὅτι πᾶς ὁ ἀσεβὴς ἑλευθερος. Atque sic librum citat *Carroux.* in prolegom. ad sacras exerciit. pag. LXXXVII. additque, „quem indicem sic vertimus: *sapientem esse liberum*, quod Stoicorum dogma est. Nam *ἀσεβος* idem notat, quod *σπαδαίος*. Neque recte transtulit Gelenius: *omnis probus liber*; nec Mangeius, *liber, qui virtuti studet*“ *Hark.*

bb) Ἡ *ἱκετῶν* citatur ab *Eusebio* *histor. eccles.*

lib. II. cap. 18. *Περὶ βίης θεωρητικῆς ἱκετῶν* citat Hieronym. lib. de scriptor. eccles. cap. XI. Hinc patet, vocem *ἀρετῶν* esse delendam, quae videtur varians lectio pro *ἱκετῶν*. Sed nec *ἱκετῶν* huc quadrat. Nisi forte *ἱκετῶν* h. l. significat *orantium, der Betenden*. vid. *Lamb. Bos.* *diff. de etymologia graeca*, §. 9. *Heum.*

cc) *Conf. Heumannii* *acta philos.* tom. III. pag. 503 sqq. *Hark.*

dd) *Hist. eccl.* II. 18. quī vero voc. *ἀρετῶν* omisit: quod abest quoque a nonnullis codd. v. *Mang.* notam. *Hark.*

ee) Et in vita Mosis pag. 51. et in vita Philonis, pag. 61. ad vtrumque locum vid. *Fabricium* notum. *Hark.*

ff) Sic quoque in margine cod. *Florent. Medicei.* *Hark.*

ζοντο. Καὶ ὁ μακάριος Διονύσιος ὁ Ἀρεσπαγίτης ὁ μαθητὴς τῆς ἀγίας Παύλες, ὁ γενόμενος Ἀθηνῶν ἐπίσκοπος ἐν τῷ περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας (cap. 6.) τὰς μοναχὰς ἐφη τὸ παλαιὸν καὶ Θεραπευτὰς ὀνομάζεσθαι<sup>gg</sup>). De Christianis agere Philonem, e Iudaismo transgressis, persuasere sibi quoque viri docti *Tillemontius* tom. II. mem. eccles. parte I. p. 167 sq. *Guil. Beueregius* in codice canonum vindicato pag. 374 sq. *Jf. Vossius* pag. 46 sq. var. obl. et *Thomas Bruno* in diatriba de therapeutis Philonis, a Colomefio post epistolam Clementis Romani edita<sup>hh</sup>). Sed verius utique est, Iudaeorum genus ab eo describi, non Christianos, idque agnuit *Photius* cod. CIV. et ostenderunt *Scaliger* cap. 29. trihaeresii, tum lib. VI. de emendat. temp. pag. 539. et ad *Eusebii Chron.* pag. 14. *H. Valesius* ad *Eusebii hist.* pag. 34. (qui in eo dissentit a *Scaligero*, quod Therapeutas Philonis negat fuisse Essenos, ad stipulante *Antonio Pagi* ad a. Chr. 62. nr. 3.) *Guil. Cauens* in vita Marci, euangelistae, anglie edita nr. 3. *Blondellus* lib. I. de Sibyllis cap. 7. *Hankius* lib. II. de rerum Rom. scriptoribus pag. 86 sq. *Fabric.* Nec non *Mangeius*, *Io. Bouhier*, qui in epistolis, gallice scriptis ad Bernh. Montfaucon. Paris. 1712. 12. contra notas Montfauconii ad versionem libri gallicam, (vide notam in ima ora et infra, catal. edd. circa finem,) ostendit, Therapeutas illos fuisse Iudaeos — *Brucker.* in hist. crit. phil. I. pag. 797. qui in nota r. docet, Philonem libros de Essenis et Therapeutis, tamquam specimen philosophiae suae ante C. N. scripsisse, adeoque per Therapeutas, non potuisse Christianos intelligere, quum eo tempore in Aegyptum nulla peruenerit de Christo praedicatio. Is laudat quoque *Barnage* hist. des Juifs lib. II. cap. 22. pag. 597 sqq. et ibidem pag. 765 sqq. late persequitur Essenorum historiam. Adde *Carpson.* in Prolegom. p. LXXI sq. et *Triller* in notis ad versionem suam: *Hugonis Grotii Leidender Christus, Trauerspiel.* edit. II. Hamburg. 1748. 8. pag. 285 sq. vbi multos is alios, qui de Therapeutis et Philonis opusculo egerunt, viros doctos laudat, et ipse de Essenis quaedam disputat. adde, quae supra ad §. 1. circa fin. notata sunt. — De hoc Philonis libro et controuersis, quas excitauit, vide quoque *Moshemium* in commentariis de rebus christianis ante Constantinum M. pag. 55 sq. *Harl.*

38) Libri περὶ προνοίας de prouidentia epitomen exhibet *Eusebius* VIII. 1. praeparat. et fragmentum lib. VII. cap. 21. [Recepit *Mangeius* utrumque *Eusebii* locum inter Philonis fragmenta, pag. 625 et 634 sqq. cum adnotatione, citari loca ex iis libris a Ioan. Damasceno in parallelis sacris et a Io. Monacho inedito tit. περὶ βασιλείας χριστοῦ. *Harl.*] Fragmenta duo ex *Michaelis Apostolii* Ἰωνῆ MS. edidit *Hoeschelius* vna cum libro περὶ τῆς ἐβδόμης, de quo supra nr. 25. Nisi liber in Flaccum simpliciter etiam inscriptus fuit de prouidentia, (vt infra dicam;) ex *Gesnero* colligo, hunc [P] ipsum integrum latine ex *Lilii Tiphernatis* versione exflare in bibl. Vaticana. Meminit etiam *Suidas*.

De Iudaeis ἀνομιῶν ἑστὸς ἕλερος, *Eusebio* II. 18. hist. memoratus, intercidit. Locum ex illo adlaturus idem *Eusebius* VIII. 6. praeparat. ") Πρῶτα δὲ, inquit, εἶπω Φίλωνος τὰ περὶ  
 Λα ααα 2  
 τῆς

gg) Idem scholion alieniptum est cod. Coislin. LXXXVI. et excubi fecit Montfaucon in catalog. codd. Coislin. pag. 140. *Harl.*

hh) Therapeutas fuisse Christianos, euincere studuit *Bernhardus de Montfaucon* in notis ad ver-

sionem suam huius libri Philoniani de vita contemplatiua gallicam, Paris. 1709. 12. *Harl.*

ii) Reposuit *Mang.* inter fragmenta Philonis, II. pag. 626 sqq. qui probat emendationem *Vigeri*, ἐποθετικῶν, et monet, hos libros diu intercidisse, nec a quouis, praeter *Eusebium*, agnosci. *Harl.*

τῆς ἀπ' Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἰουδαίων, ἣν πεποιήνται Μαυσιέως ἡγεμένε, ἀπὸ τῆ πρώτης συγγράμματος, ὧν ἐπέγραψεν ὑποθετικῶν, ἐνθα τὸν ὑπὲρ Ἰουδαίων, ὡς πρὸς κατηγορίας αὐτῶν ποιήμενος λόγον, ταυτὰ φησιν etc. Incertum est, quid sibi velit illud ὑποθετικῶν, vel ut in alio MS. legitur ὑποθετικῶς, neque satisfacit coniectura Vigeri, viri doctissimi: idem Eusebius VIII. 10. (8.) alium eiusdem operis locum producturus: τῶν δ' ἀπὸ τῆς ὑπὲρ Ἰουδαίων Ἀπολογίας λαβὼν σύ γε ἀνάγνωδι ταυτὰ. Quamobrem apud Suidam quoque in Φίλων pro περι Ἰουδαίων Neocois malit rescribere ὑπὲρ Ἰουδαίων. [quod probat Mangey et rescipit II. pag. 632. vbi inter fragmenta reddidit Eusebii locum. Harl.]

39) Εἰς Φλάκκον pag. 965. edit. Paris. [Mangey II. pag. 517.] siue, ut Syncellus p. 531. et Photius cod. CV. titulum refert Φλάκκος ἢ Φλάκκων ψευδόμενος. Aduersus Auillium Flaccum, Aegypti sub Tiberio et Caio praefectum, (adhuc a. Chr. 38.) qui Iudaeos male tractauerat, sed non diu post poenam dedit, dignitatibus a Caio deiectus, in exilium pulsus ac denique interfectus. Vnde colligit Philo, deum adhuc curam agere gentis suae. Hinc in versione Lili Tiphernatis hic liber inscribitur in Flaccum de providentia, teste Gesnero <sup>kk</sup>). Ceterum recte in MSS. et editionibus praefigitur legationi ad Caicum, quae post Flacci tempora demum accidit. Equidem Photius postponit, et Val. sius postponendum esse, contendit ex eo, quia Eusebius hunc librum in Flaccum respiciens II. 6. histor. citat Philonem ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ὧν συνέγραψε περὶ ἀρετῶν. Sed non plane certum est, an Eusebius per librum secundum περὶ ἀρετῶν respexerit librum aduersus Flaccum, nec Photii institutum est, libros eo, quo scripti sunt, ordine recensere.

40) Περὶ ἀρετῶν καὶ πρεσβείας πρὸς Γαίον pag. 992. edit. Paris. [M. II. pag. 545.] De virtutibus, (per ironiam hunc titulum fecit Philo, teste Eusebio II. 18. hist.) et legatione ad Caicum liber, a Philone iam senex, successu nullo suscepta Iudaeorum Alexandrinorum nomine anno Christi XL pro iure ciuitatis et profuecharum, quo per accusationes Apionis propter negatum imaginum imperatoris cultum erant carituri. Photius cod. CV. huius scripti titulum refert Γαίος ψευδόμενος <sup>ll</sup>). Deest autem in codicibus nostris pars postrema, qua alteram, ut videtur, admissionem ad Caicum, sed similiter irritam, descriperat. Haec enim postrema sunt libri, qualis hodie existat, verba: Εἴρηται μὲν ἔν κε Καλαικωδέξερων ἡ αὐτῶν τῆς [P] πρὸς ἀπάντων Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας Γαίω. Δευτέρον δὲ καὶ τὴν παλινοδίαν πρὸς Γαίον. [Atque Iosephus antiq. lib. XVIII. cap. 9. nonnulla de secunda coram Caio recitatione narrat, quae ex deperdita hausta videntur Mangeio, cuius primam ad h. librum conferes notam. Harl.] — Miror Valesium, qui per hanc Palinodiam intelligit librum in Flaccum.

<sup>kk</sup> Vid. Valesius ad Eusebii hist. eccles. lib. II. cap. 6. Heum. — Εἰς Φλάκκον etiam cod. medicus: in reliquis vero MSSus reperit Mangeius in criptionem: Φίλωνος Ἑβραίου ἱστορία ἀφ' ἑλισμὸς καὶ πάντων βίβ. χριστιανῶν. Τὰ κατὰ τὸν Φλάκκον, ἦτοι περὶ προνοίας. Mang. tamen suspicatur, olim scriptum fuisse κατὰ τῆ Φλάκκω, vti citatur a Ioanne Monacho, medito. Ex Eusebio (h. on. ad a. 39 (quae verba ex S. nullo refert Fabric. in sequenti num.) Mangeius coniecturam ducit, librum hunc esse

partem alterius deperditi, qui de Seiani iniuriis egerit, idque vterius liquere putat ex primis opusculi verbis. Mihi quidem id nondum omnino probabile videtur. Huic tamen libro demum post libros περὶ βίβ. θεωρητικῆς et περὶ ἀφθαρσίας κίσεως, (quem Fabric. nr. 4. designauit,) locum vindicauit. Harl.

<sup>ll</sup> Is quidem libri laudat excellentiam; tamen ipsi videtur Philo ἀλλόττω τῆς Ἰουδαϊκῆς φιλοσοφίας ἀλλόττω συγγραφόμενος. Harl.



Flaccum. *Eusebius* II. 5. hist. testatur, Philonem quinque libris descripsisse τὰ κατὰ Γαίον Ἰουδαίους συμβάντα. Horum *primus*, ut videtur, fuit liber Apologeticus, qui periit, et de quo dixi ante nr. 39. *Alter* similiter perditus, de iis, quae sub Tiberio per Seianum mala Iudaeis acciderunt. *Syncellus* pag. 328. Σημανὸς ἑπαρχὸς Τιβερίου Καίσαρος περὶ τελείας ἀπολείας τῆ ἑθνεῶν τῶν Ἰουδαίων πολλά συνεβέλευσεν τῷ Καίσαρι, ὡς Φίλων ὁ Ἰουδαῖος ἐξ Ἀλεξανδρείας διάγων ἰσορεῖ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς περὶ αὐτὸν πρεσβείας. *Tertius* liber aduersus Flaccum, qui adhuc inter Philonis scrip̄ta, ut iam dixi, legitur. *Quartus* et *quintus* περὶ ἀρετῶν, de virtutibus *Caii Caesaris*, quorum solus prior superest.

[Separatim editus est *Philonis Iudaei* lib. de virtutibus f. de legatione ad Caium imp. graece, cura b. S. F. N. *Mari*. Lipsiae. 1781. 8. — et diu antea, gr. Paris. ex typogr. Io. Libert. 1626. *Maitt* A. T. indic. p. 141. *Harl.*] — De legatione <sup>mm)</sup> ipsa vide *Iosephum* XVIII. 10. et e recentioribus *Ioh. Henrici Boelcheri* schediaσμα ad hunc Philonis librum diss. academie. X. p. 480 sq. et *Tillemontium* in imperatorum historia tom. I. p. 674 sq. qui inter alia p. 771. *Ioseph* *semb. e marquer une autre audience dans laquelle Apion ayant fort inuectivé des iuifs* etc. Haec latius forte descriperat Philo in palinodia. — Narrat *Eusebius* II. 18. hist. ferri Philonem Claudio imperante libros aduersus Caium, quos per cauillationem de virtutibus inscripserat, coram vniuerso senatu recitasse, illosque dignos fuisse visos, qui in bibliothecis adseruarentur, cuius rei fidem apud auctorem esse libenter iubeo. *Fabric.* — *Io. Christ. Gottleber*, illustris Afranei quondam rector, edidit quatuor prolusiones: Animaduersiones historicae et philologico-criticae ad Philonis legationem ad Caium, Misniae 1773 et 1774. Duarum priorum prolusionum censura est in *Ernesii* neuesten theologischen Bibliothek, vol. III. part. IV. pag. 381—384. Adde noua acta erudit. Lips. a. 1772. m. Octobr. pag. 507—522. Agit *Gottleber* de ipsa legatione, illius causis et tempore, de Philonis fide, eumque in hac narratione praefendum censet Iosepho, Dioni ac Suetonio. Vindicat eius scientiam litterarum et antiquitatum hebraicarum, locaque libri difficiliora explicat illustratue aut a *Mangeii* mutationibus emendationibusque defendit. — Narratio Philoniana cum aliis quoque in animaduersionibus ad versionem germanicam, fidam quidem, at minus venustam, vindicatur, inscriptam:

*Die Gesandtschaft an den Cäus, aus dem Griechischen des Philo, übersetzt von Io. Frid. Eckhard*, (Directore Gymnasii Henacensis.) Lipsiae 1783. 8. *Harl.*

41) Περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Quod *mundus sit incorruptibilis* p. 938. edit. Paris. [*M.* II. pag. 487] In calce mutilum esse, vel alterum huius argumenti librum desiderari <sup>nn)</sup>, patet ex clausula: ἀ μὲν ἐν περὶ ἀφθαρσίας κόσμου παρελήφαμεν, εἴρηται κατὰ δύναμιν. Τὰς δὲ πρὸς ἕκαστον ἐναντίας ἐν τοῖς ἔπιτα δηλωτέον. In verbi εἴρηται κατὰ δύναμιν definit liber περὶ κόσμου ἢ *mundus*, qui in edit. Paris. pag. 150. legitur et excepto exordio totus est ad verbum ex hoc de mundi incorruptibilitate expressus a verbis pag. 939. e. ad 1158. a.

Αα ααα 3

Τριττά

<sup>mm)</sup> Legationis illius meminit etiam R. Azarias in Imbre B. nah cap. 8. non aut. ante eam acceptam reuinitum solummodo Philo. em i dixi sē.

<sup>nn)</sup> *Fabricii* iudicium comprobat *Mangy*: qui praeter ea adnotat, hoc opusculum, quod in cod.

medie praeter rem et summam libri inscriptum est περὶ τῆς τῷ κόσμου γενέσεως, deesse in maxima codicum parte, nec recentiori in indicibus *Eusebii*, *Hieronymi*, *Photii* et *Suidae*; neque tamen, abudicandum esse Philoni. *Harl.*

Τριττὰ τοῖνυν δόξαι etc. nisi quod varia hinc inde sunt omissa. Nescio, an Philo duas eiusdem libri vulgauerit editiones, an alius e Philone ista sic digesserit<sup>90</sup>). Librum de mundo sub *Philonis* nomine video graece subiici operibus Aristotelis et Theophrasti, editionis Aldinae 1495. <sup>91</sup>) fol. et 1552. 8. Latine a. 1526. vertit et Iacobo Tusano dicauit *Guil. Budaeus*<sup>92</sup>), cum cuius versione edidit Simon Grynaeus, additum Aristotelis libro de mundo et Cleomedis libris duobus, a Georgio Valla latine versis, Basil. 1533. 8. exstat et in Micropresbytico pag. 389. Basil. 1550. fol. Prodiit illa versio [P] etiam Paris. 1545. 8. et inter opuscula Philonis, a Sichardo edita, Basil. 1527. fol. et 1583. 4.

42) Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἐρμηνείαι. Interpretatio nominum Hebraicorum in Legē ac Prophetis<sup>93</sup>). Meminit *Origenes* ad Iohannem pag. 79. sed sine Philonis nomine. Philonem auctorem laudat *Eusebius* II. 18. hist. et, qui latine nomina hebraica conuertit, Hieronymus: *Philo, vir disertissimus Iudaeorum, Origenis quoque testimonio comprobatur, edidisse librum Hebraicorum nominum, eorumque etymologias iuxta ordinem litterarum e latere copulasse* — *Origenes vero inter cetera ingenii sui praeclara monumenta etiam in hoc elaborauit, ut, quod Philo quasi Iudaeus omiserat, (nomina hebraica noui testamenti,) hic ut Christianus impletet*<sup>94</sup>). Hic liber inter Philonis opera haecenus non est ineditus; sed latine occurrit in Micropresbytico Basil. 1550. fol. pag. 361. tum inter scripta Hieronymi, tomo III. et nuper graeca eius fragmenta non pauca e MSS. restituit, et cum duplici versione latina, Hieronymi veteri et sua ipsius recenti vulgauit *Ioannes Marcianaus* tomo secundo operum Hieronymi

<sup>90</sup>) Libellus de mundo cum latina Guil. Budaei versione exstat in editione *Mangei*, tom. II. pag. 601. Atque hic in nota illum non tam genuinum esse auctoris foetum putat, quam collectionem ex eius operibus, in qua congesta sint dicta eius fere omnia de mundo creato, non interituro; maximam vero partem desumptam esse ex libro de mundi incorruptibilitate. Ex illius collatione se, fatetur *Mangey*, menda quam plurima, quae fugissent Guil. Budaeum, librum quoque Philoni adiudicantem, sustulisse, in codicum autem penuria, (vnicus enim libri codex, isque recens conscriptus, exstat in bibl. Vaticana,) quaedam loca adhuc restare deplorata. Idem primae notae ex cod. msto MMMDCCCXXXV. bibl. Paris. regiae adiunxit Budaei de sua editione et auctore opusculi incerto epistolam, Cal. April. a. 1526. scriptam. Secus sensit ecl. *Carpzou*. in sacris exercitiis ad Hebr. I. 11. pag. 47 sq. cui Budaei epistola et dubitatio plane non satisfacit, et „ego quidem, ait, signa, quae negent Philonis esse opus, non deprehendo; sed ingenium; quod allegorias captat, quod in numeris quaerit mysteria, quod in minimis rebus et plane nullius momenti subtile est, video: id quod omnino est Philonium. Loquutiones quoque et phrasēs a reliquo genere dicendi

similiter non differunt. Multa ad verbum desumpta sunt ex aliis Philonis libris, in primis ex illo de incorruptib. mundi, id, quod Philo saepissime facit, bis idem aut ter inculens. Praeter ea, librum aliquem ab Alexandrino nostro scriptum esse, in quo ad argumenta, in *περί ἀφθαρσίας κόσμου* recensita, data opera se respondurum dicit, ipse in clausula commemorati libri indicat: quam vide. Et quamuis in hoc libro responsionem istam non legamus; dubium tamen non est, quin adiecta in sequentibus fuerit. Neque enim integrum ad nos peruenisse puto; sed primam tantum illius partem: nisi plures de mundo conscripsit, quorum in secundo ex instituto responsionem adieci.“ *Hart.*

<sup>91</sup>) Vid. vol. III. Bibl. Gr. pag. 316. *Hart.*

<sup>92</sup>) Hic in praefatione negat, hunc librum de mundo esse Philonis Iudaei. Idem negat *Turnebus* et *Menagius*, quem vide in adnotat. ad *Laertium* pag. 203. *Hcum.* Msc. Budaei est in Libl. Paris. publ. vid. catal. codd. tom. III. p. 158. *Hart.*

<sup>93</sup>) Conf. supra ad §. 1. fin. *Hart.*

<sup>94</sup>) Fragmentum ex cod. Paris. coll. Ludou. dedit *Mangey* inter fragmenta Philonis, tom. II. Opp. pag. 663. *Hart.*

Hieronymi pag. 109 sq. Idem ex Philonis scriptis reliquis nominum hebraicorum interpretationem laudabili studio collegit et litterarum ordine digestam exhibuit pag. 95 sq. Paris. 1609. fol. Nemo negauerit, mūltas passim occurrere in hoc libro interpretationes atque longius petitas annominationes et etymologias, sed quas tamen scire refert ad intelligenda multa veterum loca et allegoricas, quibus passim vtuntur, sacrae scripturae expositiones. [adde *Iac. Rhenferdi* exercitt. philologic. Franeker. 1707. et infra, Fabr. libr. IV. cap. 35. §. 1. vol. IV. pag. 540 sqq. vet. edit. *Harl.*]

*Liber de Bibliis antiquitatibus.* ab Adāmo ad Saulis regis mortem, latine tantum exstat et Philoni suppositus esse videtur. Prodiit inter Philonis opuscula, latine edita a Io. Sichardo, Basil. 15. 7. fol. In Micropresbytico ibid. 1550. fol. pag. 295. Inter scriptores antiquae historiae, quos *Iuda Bonutius* edidit, Heidelbergae apud Commelin. 1599. 8. Vide *Martinum Hankum* de Romanar. rerum scriptoribus lib. II. pag. 90. et pag. 99 sq. Huic libro *Tritheimius*, Gesnero notante, titulum tribuit *de generationis successiv.*

Cum bibliis hisce antiquitatibus non confundendum *Breuiarium* \*) *temporum, in tres libellos* diuisum, quorum primus tempora ab Adamo percurrit, vsque ad captiuitatem Babylonicam; secundus vsque ad Maccabaeos; tertius vsque ad Agrippam, tertium Iudaeorum regem, quem ait auctor nugiuendus regnasse annis XXX. *vsque ad hunc vltimum annum aetatis meae decrepita.* Hoc breuiarium, Philoni a *Iohanne Annio Viterbiensi* suppositum, editum et commentario illustratum cum ceteris eius commentis saepe prodiit post editionem primam Romanam a. 1498. fol. \*\*) [P] Vide *Hanckium* libro laudato p. 90 et 96 sq. Tantum addam in praesenti, quod R. Azarias in Meor Enaiim cap. XXXII. idem breuiarium Pseudo-Philonis, siue, vt ipse hebraice vocat, *Iedidae*, Alexandrini, sed hinc inde interpolatum, retulit hebraice, e quo latine conuersum exhibet *Guil. Henricus Vorstius* in commentario ad chronologiam Davidis Ganz. pag. 308 — 312. Neque aliud puto esse scriptum, quam hoc Pseudo-Philonis breuiarium, quod in catalogo bibl. Bodleianae memoratur inter Philonis scripta *liber de Genealogia Christi* latine cum commentario Ioh. Annii Paris. 1612.

Liber, in quo *reges Iuda erum* recensuit Philo, intercidit. Mentio est apud *Clementem* Alex. I. Strom. pag. 337. Φίλων δὲ καὶ αὐτὸς ἀνέγραψε τὰς βασιλείας τῶν Ἰουδαίων διαφώνως τῷ Δημητρίῳ. Demetrium intelligo Iudaeum quemdam, qui scripserat librum de regibus Iudaeorum sub nomine fortassis Demetrii Phalerei. Ac *Philo* et ipse hic fortassis alius.

### III. Codices MSSTi et Editiones Philonis.

Quoniam *Mangeius* et *Pfifferus*, collega mihi amicissimus, codices manu exaratos, quos vel ipsi conulerunt, vel quorum lectiones varias prior ab aliis acceperat, in praefationibus

\*) De huius *breuiarii* *origi*ne vid. Fabricii proleg. ad libr. Iudith §. VII. pag. 14. *Heerann.* Est in cod. DCH. Taurinensi. vid. catal. cod. lat. biblioth. Taurin. pag. 167. *Harl.*

\*\*) Romae 1499. 4 sine commentario. vid. *Andredi* catalog. roman. edd. saec. XV. pag. 348 sq.

qui multus est de hac edit. et Iairii atque Maittairei erroribus. Sin. commentar. cum Pausaniae descriptione Atticae, lat. Venet. impress. Bernardinus Venetus, 1498. 4. vid. *Maittaire* A. T. IV. part. II. pag. 667. *Harl.*

nibus diligenter descripserunt, praeter ea ad singulos Philonis libros, qui in singulis codd. inessent, significarunt, Pfeifferus quoque in notis ad Mangeii praefat. pag. LVI lqq. Mediceos codd. ex Bandini catalogo enumeravit; equidem paucis illos indicabo: aliorumque adiuciam commemorationem. Codicum igitur, e quibus profecit *Mangeius*, hic est index:

*Vaticanus* cod. nr. CLII. qui largam variarum et meliorum lectionum copiam suppeditavit.

In biblioth. publica *Parif.* tres codd. nr. MDCCCXCV. MMCCCL et MMCCCLI. quorum vltimus videtur esse egregius. At enim secundum catalog. MSSt. codd. sunt in biblioth. regia vel alii codices vel alio ordine numerati. Cod. CCCXXXIII. manu Sophiani maximam partem exaratus continet Philonis opp. omnia, exceptis sex vltimis libris, quos exhibet editio *Parisiensis*. — cod. CCCXXXIV. saec. XVI. comprehendit 19. opuscula Philonis, et anonymi historiae V. T. compendium, ad Iuditham vsque deductum. — cod. CCCXXXV. saec. XI. praebet Philonis libror. 1) vita sapientis, per doctrinam perfecti, siue de legibus non scriptis, 2) vita ciuilis; 3) vita Moyfis lib. primus; 4) de caritate; 5) de resipiscentia; 6) de nobilitate; 7) de virtutibus et legatione ad Caium; 8) anonymi Paschalion, siue canon paschalis, manu recentiore scriptus. — In cod. MMCCXXI. sunt Philonis vita viri ciuilis, siue de Iosepho; eiusdem liber de vita contemplatiua. — In cod. MMLXXV. Phil. opusc. omnem probum esse liberum. — In cod. MDCXXX. nr. 32. Excerpta varia e Philonis operibus. — Ex catena inedita cod. regii nr. MDCCCXXV. accepit *Mangeius* quam plurima Philonis perditam, quae edidit inter fragmenta, vol. II. pag. 675. — item collationem cod. *Coisliniani* nr. XLIII. de quo vide *Montfauc. catal. pag. 115.* — In cod. *Coislin.* CCCLXXI. in *Montfauc. catal. illorum in Opp. Maximi pag. 474 — 479.* plura Philonis, (num nostri semper, an, quod suspicor, aliorum quoque, nescio,) occurrunt loca. — in cod. CLXV. pag. 222 sq. in *Theodori Metochitae Logothetae opere de rebus philosophicis est quoque sectio περί Ἰωσήφου et περί Φίλωνος.* — In codd. V et VI. catal. pag. 41 et 42. in catenis duabus in *Leuiticum — Ruth.* — (Pariter in catena in *Genes. ex Exod. in cod. Mosquensi. vid. Matthaei notit. codd. etc. pag. 29.) in cod. XXXVII. in Niconis collectione etc. pag. 111. sed ex cod. CXXII. (catal. pag. 198.) qui etiam continet Niconis collectanea etc. patet, loca esse excerpta ex Philone *Carpathio.* — in cod. LXXXVI. catal. pag. 140. et Philonis de iis, qui in Aegypto ex circumfusione crediderant, Christianis simul et Monachis, ex libro, qui inscribitur, de vita contemplatiua, ἢ περί οικετῶν (sic, lege ἰκετῶν.) cum scholio, supra ad nr. 37. notato. — In cod. CCXCIV. (catal. pag. 412.) et cod. CCCV. (catal. pag. 421.) sunt excerpta ex Philone Monacho et *Philone Iudaeo*, aliisque scriptoribus. — Ex cod. collegii *Ludouici M. excerptorū Philonis apographum accepit Mangey, inscriptum Ἰωάννης πρεσβυτέρου καὶ Μοναχοῦ τῆς Δαμασκηνῆ ἐκλογῶν βιβλίον.* Excerpta tamen, adprime vtilia, ad multa Philonis loca emendanda atque restituenda, longe alia videntur *Mang. a Ioannis Damasceni sacris parallelis.* Ab illo vt distingueretur, adpellauit eum *Mangey Ioannem Monachum ineditum*, et illa euulgauit excerpta in vol. II. pag. 660.*

In *Britannia* sunt codd. quos contulit *Mangeius*, 1) *Lincolniensis collegii.* 2) *Bodlianus*, olim *Seldenii*, ex quo antea inedita de praeceptis decalogi octauo, nono et decimo primus publicauit. 3) *collegii noui*, a. quidem 1533. manu exaratus, at ex antiquissimo *Patauiuo* cod. descriptus. 4) *Cantabrigiensis.*

*Florentiae* in biblioth. *Medicea*, plures sunt codd. quorum e Bandinii catalogo mentionem iam fecit Pfeifferus pag. 56 sqq. ad praefat. Mangeii. Antiquissimi et praestantissimi collationem (apud Band. tom. I. pag. 437.) habuerat Mangeius, qui forsitan aliorum quoque codd. medic. L. V. acceperat, (vid. Bandin. II. pag. 634) Nam praeter illum custodiuntur alii in illa bibliotheca; lib. de opificio mundi et legis allegor. lib. primus, in cod. XX. plut. 10. cod. XI. plut. 69. in cod. X. plut. 85. et liber secundus in cod. XI. plut. 69. et cod. X. plut. 84. — quaedam Philonis opuscula, in cod. memorato XI. (Bandin. II. pag. 630 sqq.) — cum scholiis margin. cod. XXIII. plut. 10. (Bandin. I. pag. 491.) vita Moſis, ſine auctoris nomine, in cod. XIII. plut. 11. (Bandin. I. pag. 509.) — omnia fere Philonis opera, in cod. X. plut. 85. (Bandin. III. pag. 267 sqq. — In monaſterio *Florentino* reperit *M. Antifaucon* (vid. diarium italicum, pag. 363.) in cod. XV. ſaec. bombyc. Philonis Iudaei opera quaedam: de mundi opificio.

Ex cod. *Augustano* Vindelic. edidit Hoefchelius quaedam Philoniana, vt iam ſupra adnotatum eſt.

E biblioth. electorali *Muntenſi* Pfeifferus noſter tres habuit codd. quos contulit et in praefat. ad vol. I. deſcripſit. 1) Philon. opera plurima, ex codice cardin. Beſſarionis, (vid. Tomafini biblioth. Venet. iſtam pag. 50. in plut. 32.) — 2) Phil. de vita Moſis libri II. de ſacerdotio, de virtutibus, de vita Iosephi et de vita eruditi, ſiue de legibus non ſcriptis. 3) lib. de ſeptimo die.

Inſuper in biblioth. *Venetâ* D. Marci, (catalog. pag. 27 ſq) 1) cod. XXXIX. Phil. opp. omnia, quae ſunt in edit. Turnebi, exceptis allegoriis ſacrarum legum poſt hexaëmeron. — 2) cod. XL. eadem, praeter allegoriam primam ſacrarum legum et opusculum de ſpecialibus legibus. — 3) cod. XLI. opp. omnia, inter quae diſerte nominatur liber de circumciſſione. — (hi tres codd. eſſe videntur, quos iam ſaec. XVI. contulit Chriſtophorſonus. vid. infra in catal. editionum.) 4) cod. XLII. de vita Moſis, de fortitudine, caritate et reſiſcentia, vita viri ciuiliſ, vita ſapientis, per doctrinam perfecti. Ex codd. XL et XLI. coll. cum edit. Turnebi adfertur ſeges variarum lectionum. — cod. XV et cod. DXXXV. continent octateuchum, in cuius marginibus eſt catena, ſiue collectio commentariorum ex diuerſis patribus etc. in hiſ ex Philone epiſcopo et Philone hebraeo. (catalog. pag. 17 et pag. 289.) Sic in aliis citantur illi catenis.

In biblioth. *Vindobonenſi* Caſarea, cod. XI. nr. 5. ſecundum Lambecium in commentar. VII. p. 72. Philonis de mundo, ſiue quod mundus ſit incorruptibilis. Lambec. (vti Neſſelſius quoque in catal. part. IV. pag. 61.) librum eſſe putat ſuppoſititium; contra Kollarius probat Fabricii iudicium. — In eodem codice nr. 6. et in cod. XIV. nr. 4. pag. 80 ſq. ex Eufebii opere de praepar. euang. excerpta, libri XV. cap. 15. de ſecundo principio ex Philone. — ibid. tom. VIII. pag. 3 ſq. cod. I. a) libri tres de vita Moſis; b) de vita viri ciuiliſ, ſiue Iosephi; c) de vita Abrahami, tamquam viri, per doctrinam perfecti, ſiue de legibus non ſcriptis; d) adnotationes gr. margin. ad illos libros. vid. notam Kollarii, qui laudat codicem, lectiones non ſperuendas ſuppeditantem. — In cod. XXXIII. nr. 5. (pag. 752.) ſunt ſententiae variae, poſſimum ex Philone collectae. — ibid. tom. III. pag. 209. in cod. I.V. (apud Neſſel. cod. XXIX. part. I. pag. 47.) Phil. liber de creatione mundi ſecundum traditionem Moſis: multa in indice graeco promittuntur; ſed primum tantum, idque ne integrum quidem

opusculum *περὶ τῆς κοσμοποιίας* in cod. superest. in cod. XLVI. nr. 13 et 33. (tom. IV. pag. 259 et 264.) excerpta ex Philone aliisque. *Kollarius* in supplem. commentar. tom. I. pag. 447. recenset cod. LXIX. qui continet 1) vitam Mosis, libros III. quorum tertius inscribitur *περὶ ἱερωσύνης, λόγος γ'*. 2) de virtutibus; 3) vitam viri ciuilis, siue de Iosepho.

*Neapoli* in biblioth. regia in cod. L. Excerpta ex Philone.

In biblioth. *Escorial.* Phil. opera aliquot, teste *Plütero* in itin. per Hispan. pag. 186.

In biblioth. *Leidenf* Philonis cuiusdam hebraei de elementis et quibusdam proprietatibus eorum. (catal. pag. 366. nr. 50.) — Expositio nominum hebraicorum in catal. *Votliano* ut voluit *Origenis* seu Philonis. (catal. p. 396. nr. 20.) — *περὶ μοναρχίας καὶ ἱερωσύνης.* (catal. pag. 398. nr. 54.)

In biblioth. *Petropolitana* academ. doctrinarum est cod. Philonis. vid. *Bemerkungen über Rußland in Rücksicht auf Wissenschaften, Kunst und Religion.* part. I. Erford. 1788. 8.

### E d i t i o n e s.

Antequam graecus Philo lucem vidit, latino quasi habitu indutus prodiit.

*Lilius Aegidius* *Libellus*, *Tiphernas*, Philonis scripta in linguam latinam conuertit, et *Sixto IV.* atque *Innocentio VIII* inscripuit: sed, *Gesnero* teste, seruat biblioth. *Vaticana.* vid. *Fabric.* *Bibl. lat. med. et inf. aetat.* tom. IV. pag. 274. edit. *Mansi.*

*Philonis Iudaei centum et duae quaestiones et totidem responsiones super Genesim.* *Parisi.* 1520. fol. editore *Augustino Iustiniano*, ordinis praedic. episcopo *Nebienfi.*

*Philonis* — libri antiquitatum: quaestionum in *Genesim* de *Essaeis*; de nominibus hebraeis, (interprete *Hieronymo*.) de mundo; (interprete *Guil. Budaeo*.) latine. *Basil.* per *Adam. Petrum.* 1527. fol. et 1538. 4. atque in *Micropresbyterico*, 1550. fol.

Cum *Ioannis Scharadii* ad sodales ecclesiae *Fuldensis* epistola, in qua se exemplaribus *Fuldensi* et *Laurissentii* vsu scribit. vid. *Maittair.* *A. T. II.* pag. 687. et *Lambacheri* bibliothecam antiquam *Vindobon.* ciuicam etc. part. I. *Viennae Austriae* 1750. 4. pag. 285. qui in nota obseruat, primam edit. *Parisi.* 1520. ab altera, quae sequuta est *Basileae* cum aliis eiusdem auctoris opusculis ann. 1526. opera *Ioan. Scharadii* hinc inde discrepare, praecipue ad finem. *Differunt* igitur etiam ab edit. *Basil.* 1527?

*Graece* primum prodierunt quaedam *Philonis* opuscula, huius sententiae:

*Φιλωνος* — — *Philonis Iudaei in libros Mosis de mundi opificio, historicos de legibus. Eiusdem libri singulares.* Ex biblioth. regia. — *Parisiis*, ex officina *Adriani Turnebi*, typographi regii. Regii typis. *M. D. LII.* (1552.) fol. gr.

Desiderantur plura *Philoniana*, quae postea ab *Hoefchelio* aliisque addita sunt. De hac rarissima editione, cui in calce adiectae sunt variae lectiones, vid. *Freytag.* adparat. lit. tom. I. pag. 610 sq. *Denis* *Memorab. biblioth. Garellianae* pag. 590. — Insequenti anno *Io. Christophorus*, *Anglus*, quaedam *Philoniana* latine vertens, *Turnebianam* editionem cum codd. *MSS.* praefertim tribus *Venetis D. Marci*, et alio, quem a *Petro Francisco Zino*, *Veronensi*,

Veronenſi, naſtus erat, contulit, et quadringenta fere errata in illa caſtigauit. Inſcriptio autem haec eſt:

*Philonis Iudaei libri quatuor, de mundi fabricatione, de decem praecipis, de magistratu deligendo, de officio iudicis: latine iam primum conuerſi, Io. Chriſtophoſono, Anglo, interprete.* Excudebat Ioannes Verwithagen, typographus iuratus. Antwerp. 1553. 4. vid. *Maittaire* A. T. III. part. 2. pag. 620 ſqq. qui Chriſtophoſoni epiſtolam dedicatorem, Louanii ſcriptam d. XI. Cal. Martii 1553. et lectu dignam, recudi fecit.

*Philonis Iudaei de vita Moſis libri tres, latine, Adriano Turnebo interprete, — cum quibusdam ad finem emendationibus, apud Adr. Turnebum. Pariſ. 1554. 8.*

Vid. *Maittaire* l. c. pag. 633. — rec. ſed omiſſis emendationibus, in *Turnebi* operibus, tom. II. nr. II. Argentorati 1600. fol. vid. *Freytag.* adpar. litt. III. pag. 691.

*Philonis liber de diuinis decem oraculis, quae ſumma ſunt legum capita; latine, Io. Vouraeo interprete. Lutetiae apud Carol. Stephanum, typograph. regium. 1554. 8. vid. Maitt. A. T. indic. pag. 141.*

*Philonis Iudaei, ſcriptoris eloquentiſſimi, ac philoſophi ſummi, lucubrationes, (n. quae 43. opuſcula in graeca Turnebi editione exſtant,) omnes, quotquot haberi potuerunt, nunc primum latinae ex Graecis factae per Sigismundum Gelenium. Baſil. 1554. fol. — Lugduni 1555 et 1561. 8.*

*Phil. de nominum in ſacris mutatione; de formatione Euae, et ſomniorum Iosephi, Pharaonis etc. allegorica expoſitio. Francoſ. 1587. 8. vid. catal. biblioth. Leidenſ. pag. 64. nr. 142. vbi quoque citantur *Phil. antiqq. biblicae* et alia. partim lat. partim lat. et graec. Baſil. 1550.*

*Phil. nis de nominum in ſacris ſcripturis mutatione, lat. Fed. Morellio interprete, cum eiusdem adnotatt. apud Fed. Morell. Pariſ. 1593. 1598. 8.*

Vid. *Maittaire* III. pag. 804 et 830.

*Philonis opera, graece et latine, cum Gelenii verſione. Acceſſerunt opuſcula quatuor, ab Hoſchelio primum edita, cum verſione Fed. Morelli etc. et liber de mundo, cum verſione Guil. Budaci. Geneu. 1613. fol.*

Ab Hoſchelio n. ſunt, vt aliquoties notatum eſt, edita 1) *Philonis opuſcula tria*, ſcil. quare quorundam in ſacris litteris mutata ſint nomina: de formatione Euae ex Adami latere, et de vtriuſque lapſu; expoſitio allegorica ſomniorum Iosephi et Pharaonis. Graece e bibl. Auguſtana, nunc primum edita ſtudio et cum notis Dau. Hoſchelii. Francoſ. Io. Wechel. 1587. 8. et

2) *Philo Iud. de Septenario. Eiusdem fragm. II. e libro de Prouidentia. Omnia e codd. mss. nunc primum edita a Dau. Hoſchelio. Auguſtae Vindel. 1614. 4. graece. Adtulit quoque paucas V. L. cod. Boici, et apographi Th. Canteri.*

*Phil. Iudaei de Septenario liber, nunc primum latine, Fed. Morellio interprete, cum eius notis. Lutet. 1614. 8. vid. Maitt. A. T. III. pag. 864.*

Sed, qui ſinguli libri vel ſeparatim editi ſunt, vel latine verſi, a Fabricio iam ſuo cuiusque loco eſt memoratum.

Φιλωνος — *Philonis Iudaei omnia, quae extant, opera.* Ex accuratissima Sigismundi Gelenii et aliorum interpretatione, partim ab Adriano Turnebo, professore regio, e Christianissimi regis bibliotheca, partim a Davide Hoeschelio ex Augustana, edita et illustrata. Huic nouissimae editioni accessere variae lectiones et elegantissimus eiusdem Philonis *de Septenario* libellus et *de providentia dei* fragmenta, cum rerum indice locupletissimo. Lutetiae Parisior. 1640. cum regis priuilegio. fol.

Epistolae nuncupatoriae subscripserunt Seb. Cramoisy, Dion. Moreau, Claud. Sonnius, Io. Branchu, Gabr. Cramoisy, Dion. Thierry et Dion. Bechet. Illam excipiunt veterum de Philone testimonia et catalogus ordoque librorum Philon. In fine post fragmenta Philonis sequuntur adnotat. Turnebi, Hoeschelii et Rolandi Petreii notae in Philonem de officio iudicis, ab illo latine versum.

Illae editio Parisiensis ad verbum expressa et recusa est *Frankofurti*, (Wittebergae) apud Jerem. Schrey et Henrici Io. Meyeri haeredes. 1691. fol. — Atque haec eadem editio vel recusa est, vel potius nouo tantum titulo vestita *Frankof.* sine anni nota, apud Jerem. Schrey et I. G. Conradi. In fronte libri promittitur: „Accedunt nouiter notitia vitae et operum Philonis, ex V. C. I. A. Fabricii *Bibl. Gr.* et praefatio Christ. Schoettgenii.“ quae vero desunt in exemplo, quod possidet Pfeifferus noster.

Diu vero iacuit Philo: nam praeter Turnebum, Hoeschelium et Christophorsonum reliqui parum, aut nihil contulerunt ad sananda textus vulnera; multo minus ad legitimam orationis interpretationem. In summa igitur erat expectatione noua, quam diu promiserat Mangeius, editio: quae quum prodiret, tantum abfuit, vt eam, quam excitarat, spem omnino compleret, vt potius, in haud paucis quidem locis, eluderet. Multis ad restituendum ornandumque Philonem praefidiis instructus, nouam quidem e codd. instituit recensio-nem, multa praeclare emendauit aut illustrauit, ordinem librorum alium a vulgato, eumque meliorem constituit, melius plerumque vertit; ad cuiusque libri initium rationem reddidit loci, cuique libro assignati, et breuem eorum, quae ad historiam cuiusque libri pertinent, notitiam tradidit; quaedam Philonis opuscula primus in lucem protraxit, eoque bene meruit de Philone; sed per multa quoque criticis reliquit corrigenda sagacioribus, aut peruertit, et fenestram quasi alius, non dicam criminandi aperuit, sed, (quod quidem bene euenit,) ingenii exercendi studique acrioris dedit occasionem. Sic Carpzou. et Loesner. multa Philonis loca tentarunt, et frequenter Mangeii coniecturas reiecerunt. Basin autem fecit Mangey edit. Parisiensem, et textum non nisi codicum, praecipue medicei, ex quo etiam bene multos orationis hiatus suppleuit, fide atque auctoritate mutauit: in notis tamen non solum, quae ex codicibus innouauit; sed etiam varias librorum lectiones, at, quod culpandum est, non omnes, aliorumque et suas, interdum iusto audaciores, coniecturas sedulo animaduertit: interdum quoque sensum et vim verborum aut sententiarum exposuit aut cum aliis contulit. De prolegomenis, primo volumini praefixis, cuius vero magna pars Carpzouii aliorumque dissentium, praecipue de λέγω Philonis mouerunt, saepius est a nobis disputatum. En vero editionis, omnino splendidae, inscriptionem!

Φιλωνος — *Philonis Iudaei opera, quae reperiri potuerunt, omnia.* Textum cum MSS. contulit, quam plurima etiam e codd. *Varicano*, *Mediceo* et *Bodleiano*, scriptoribus item vetustis, nec non catenis graecis ineditis, adiecit, interpretationemque emendauit, vni-versa



versa notis et obseruationibus illustrauit *Thomas Mangey*, S. T. P. Canonicus Dunelmensis. vol. I et II. typis Guil. Bowyer. 1742. fol.

Vide longam doctamque Ernesti censuram in nouis actis erudit. Lips. mens. Iul. 1745. pag. 385 — 402. in qua non solum summam dedit prolegomenorum; sed etiam a pag. 394. de multis locis in oratione in Flaccum, et legatione ad Caium acute disputauit, Mangeii versionem et coniecturas examinauit, suamque dixit sententiam. \*Ernestus autem se esse censorem, in fronte exempli, quod ex eius bibliotheca in nostram venit academicam, ipse professus est, et addidit, „vide etiam Dorville ad Charitonem pag. 293. vbi probat et confirmat, quae dixi ad locum Flacci pag. 529.“ Idem manu notauit, „In praefat. debebat etiam de deperditis Philonis libris dici, vt de *hypotheticis* apud Euseb. praepar. euang. qui locus adfertur in testimoniis, sed sine interpretatione.“ — A Mangeio autem primum editos fuisse librum de posteritate Caini, octauum, nonum, et decimum libr. in decalogi mandata, et librum de iustitia, supra iam obseruatum est. Fragmenta autem, quae collegit et alteri tomo adiecit Mangeius, sunt ex Io. Damasceni sacris parallelis, alia ex codice MS. collegii Paris. Ludouici M. inscripto Ἰωάννης Πρεσβύτερος καὶ Μοναχὸς τῆς Δαμασκηνῆς ἐκλογῶν βιβλίον Α καὶ Β. Ex Antonio, ex anonymi collectione floriliga, MS Barocc. nr. 143. denique ex catena inedita cod. regii Paris. nr. 1825. — *Ignatius Rossius* in commentat. Laertianis §. V. ad Diogen. Laert. VII. sect. 132. contra Mangeium late disputat pag. 142 sqq. ostenditque, Philonis sententiam de Diogene, Stoico, fuisse Gelenio, Lipsio et Mangeio haud cognitam, nec vti Mang. putarat, Diogenem Apolloniatem intelligendum. idem pag. 146. in eodem Philonis libro locum vitiosum sanat.

Recentissima, saepiusque laudata, at necdum absoluta est editio: *Philonis Iudaei opera omnia*, graece et lat. ad edit. Mangey. collatis aliquot MSS. edenda curauit *Aug. Frieder. Pfeiffer*. Erlangae. vol. I—IV. 1785—1788. 8.

*Gallicas* versiones per *Petrum Bellier*, Paris. 1575. fol. et ex recognitione *Fed. Morelli*, Paris. 1612. 8. Fabricius memorauit. Adde: Le livre de *Philon*, de la vie contemplative, ou de la vertu de ceux qui s'appliquent à la priere, traduit sur l'original Grec, avec des Observations, ou l'on fait voir, que les Therapeutes, dont il parle, etoient Chrestiens: (par le Pere D. Bern. de *Montfaucon*) Paris. apud L. Guerin. 1709. 12. Dissensit *Bouhier*: vid. supra, inter scripta Philonis ad nr. 37. — De legatione ad Caium lib. gallice vertit *Arnaldus d'Andilly*, et subiecit suae *Iosephi Opp.* interpretationi gallicae, edit. III. Paris. 1670. fol. pag. 477 sqq. et sub finem praefat. scite comparat dictionem Iosephi ac Philonis.

*Italicas* versiones recenset *Paiton*, in Biblioteca degli autori ant. gr. e latini volgarizzati, tom. II. pag. 70 sqq. n. *vita Mosi* per Sebast. Faustum de Longiano. Venet. 1548. 8. — *de perfecto homine* s. Iosepho per Petr. Francisc. Zinum, Canonicum Veronensem, Venet. 1547. 4. — per Bol. Zaltier. ibid. eodem anno, 12. — per Zinum cum Gregorii etc. perfecto Christiano. ibid. 1575. 8. — *de creatione mundi*, per Augustin. Ferentill. Venet. 1570. 4. 1572. 1574. 1575. 1578. 4.

*Germanice*. *Philo vom Leben Moser*, das ist: von der Gottesgelahrheit und dem prophetischen Geiste. Dresdae, 1778. 8. *Harl.*

Haec de *Philone* dicta sufficiant, cui *librum Sapientiae* quidam, parum verisimili coniectura, tribuerunt, vt notauit lib. III. cap. 14. §. 3. [vol. III. pag. 728.] Non desunt etiam

viri docti, qui Philonis scripta lecta esse suspicentur S. Paulo Apostolo in epistola ad Hebraeos <sup>vv)</sup>, nec minus S. Iohanni <sup>wv)</sup> Euangelistae: ne de Flavio Iosepho dicam, ad cuius lib. IV. Antiquitatum pag. 320. ita commentatur Eduardus Bernhardus, vir eruditissimus, sed nimis vsque acerbus Philonis reprehensor: *Hunc itaque Archaeologum fortean seduxit ars Philonis, cuius sub calamo grandescunt omnia <sup>xx)</sup> collicibusque in magnos assurgunt montes. Quipe ex tota vita legislatoris praeter alia argumenta, utriusque usurpata, facile intelligas, quantum a Iosepho distet Philo, a scriptore prudenti ac docto Josepho Alexandrinus, qui eloquentia Isocratis et philosophia peripatetica ignorantiam suam sermonis rituum reliquaque plurimum hebraicae rei Iudaeus licet passim redimere contendit.*

#### IV. Philones alii.

Cum Leonis Allatii diatriba de Philonibus numquam viderit lucem, et praeter eos, quos colligit Ionsius III. 4. de scriptoribus hist. philosoph. alios quosdam, mihi observatos, videam, iuvat eorum breuem catalogum hoc loco subiungere.

[*Philonem* seniore, qui sub templo secundo vixit, et scripsit librum de anima, atque memoratur in libro Iuchasin, *Io Drusus* de Henoch cap. XI. habet auctorem libri *sapientiae*. vid. not. aa. supra ad vol. III. pag. 728 et 729. et ad vol. I. pag. 862. *Harl.*]

Philo, academicus, Clitomachi discipulus, quem Mithridatico bello Athenis Romam profugum Cicero audiuit. Vide *Cic.* IV. cap. 6. Academ. [in Bruto cap. 89. sect. 10. vbi vid. Wetzell. *August.* contra academ. cap. 18.] et *Piutarclum* Cicerone pag. 861. et quae dixi lib. III. cap. 4. [P] [tom. III. pag. 181 sq. vbi plures *Philones* enumerantur. *Harl.*] Male hunc Aldobrandinus confundit cum longe antiquiore Philone, dialectico, quo familiariter vsus Zeno, Citieus. *Laert.* VII. 16. Forte autem idem est cum *Philone*, academico, quem Larissaeum vocat Stobaeus in Eclog. Phys. [et in ethic. lib. II. cap. 2. pag. 160. *Benzel.*]

Philones duo inter Aegypti episcopos, qui Sardicensi synodo a. Chr. 347. subscribere apud *Athanas.* Apologia II. tom. I. pag. 768.

Philo, episcopus, Alogorum aduersarius. Auctor praedestinati cap. 30. nisi hic auctor pro Philone Iudaeo, apud quem frequens λόγος mentio, Philonem, episcopum, nobis effinxit.

Philo, Aristotelis seruus. *Laert.* V. 15. Idem forte, qui ab *Athenaeo* XIII. pag. 610. Aristotelis γνώριμος siue familiaris dicitur, et contra Sophoclis, archontis, decretum philosophos, quos ille Attica eiecerat, scripto defensavit, impugnatus vicissim a Demochare. Vide *Ionsium* lib. I. cap. 17.

Philo, Atheniensis, in quem Lyssae oratio XXX. laudata *Polluci* IX. 5. [quae est in cod. Coisl. CCCXLII. fol. 107. vers. citante Montfauc. in catal. pag. 456.] Alius Scepticus, de quo infra.

Philo,

vv) Hugo Grotius ad Hebr. IV. 12.

wv) Ioh. Clericus in Epistolis Criticis p. 316.

xx) Idem Clericus ad Exodi XXIX. 20. Huius

situs symbolici significationem optime interpretari videtur Philo, qui alioqui perunquam fiduciam ad negotium suum, quicquid viatur, trahit.

Philo, Atheniensis architectus, Ciceroni, Straboni, Vitruuio, Plutarcho, Plinio et Aufonio memoratus, de quo dixi lib. III. cap. 24. [in h. vol. pag. 233.] Vide et Meurfii fortunam Attic. pag. 59.

Philo, Batonis pater apud *Gruterum* in vet. inscript. pag. 327.

Philo, Byblius. Infra in Herennio Philone.

Philo, Byzantinus, mechanicus, cuius scripta lib. III. cap. 24. [in hoc vol. pag. 231 sqq.] recensui.

Philo, Carpathius vulgo, etiam apud Suidam: sed rectius *Carpasius*, Carpathiae, urbis in Cypro, (vide *Holsten.* pag. 162. ad Steph. Byz.) episcopus, Epiphanii familiaris, clarus circa a. Chr. 400. Sub eius nomine commentarius in *Canticum Canticorum* ad Eustathium, presb. et Eusebium, diaconum, exstat e latina versione Stephani Salutati Paris. 1537. 8. apud Rob. Steph. atque inde in bibl. Patrum. Fragmenta huius Philonis occurrunt graece in expositione, quam Eusebii Pamphili nomine ad Canticum Canticorum edidit Io. Meurfius, Lugd. Bat. 1617. 4. Genuinum Philonis commentarium e codice Bigotiano dicitur editurus Anselmus Bandurius, monachus Benedictinus. *Fabric.* Testimonia locaque ex hoc Philone, aut interdum ex alio quoque citantur, adnotante Montfaucon. in cod. Coislin. CXIX. p. 192. in Maximi Opp. quibusdam in cod. Coislin. CCCLXXI. ap. Montfaucon. pag. 574. 575. in collectione Niconis ibid. pag. 111. et 198. adde pag. 251. et 412. passim in catena patrum in canticum cantic. in catena Vatic. Procopii, in catena in Octaveuchum, a Theotocio edita, in catena in Genesin in cod. Vindobon. ap. Nesselium pag. 20. cap. 7. et alibi. vid. infra lib. V. cap. 17. vol. VII. p. 734. 735. 736. 753. Commentar. eius in Cantic. cantic. Eusebio Pamphilo etiam attribuitur in cod. Vindobon. LVI. ap. Lambec. tom. III. pag. 212. qui quidem iudicat, commentar. reuera non ab ipso tantum Eusebio Pamphili compositum; sed partim ex ipsius, partim ex Athanasii, Didymi, Gregorii Nysseni, Philonis, episcopi insulae Carpathi, (vbi quidem scribit sentitque Lambecius,) aliorumque Eusebio sine vlla controuersia recentiorum scriptorum ecclesiasticorum operibus collectum esse; in nota autem addit, Eusebium ideo perpetam adscriptum esse, quia praefationis huius commentarii et nonnullorum eiusdem fragmentorum auctor videatur esse, et forsitan etiam reuera sit Eusebius. Idem laudat Phil. Labbaeum, tom. I. de scriptor. eccles. pag. 308. adde *Fabric.* ipsum infra in libr. V. cap. 34. vol. IX. p. 252. et catal. bibl. Leidensis p. 64. nr. 184 sqq. *Cauci* script. ecclesiast. histor. litterar. vol. I. p. 374 sq. *Du Pin* hist. eccl. vol. II. p. 240. Oudin. alioque historiae ecclesiasticae scriptores. — In bibl. reg. *Paris.* inter collectanea Bigotiana est, teste catal. cod. MIMMLXXXVII. pag. 606. tom. II. Philonis Carpathii comment. in canticum canticorum. In quibusdam Italiae bibliothecis codd. gr. illius commentarii latent: e quorum nonnullis prodit:

*Philonis, episcopi Carpathi, enarratio in canticum canticorum. Graece et latine edidit cum notis suis Mich. Aug. Giac. mellus, Archiepiscopus Chalcedonens.* Romae 1772. 4.

Haec editio valde laudatur ab *Ernestio* in neuesten theol. Bibl. vol. III. part 6. pag. 483—492. Ex cuius censura pauca delibare fas erit. Duplex vetus in Canticum canticorum commentarius exstat: quorum alterum, latine versum, sub nomine Philonis edidit Steph. Salutarus.

Salutatus, alterum autem sub nomine Epiphanii, Petr. Franc. Fogginius ex cod. Vatic. 1750. 4. Philoni tamen tribuitur in codd. italicis, atque ex duobus Giacomellus vulgavit Philonem graecum. Eum quidem Salutatus vertit, at paraphrasis potius, quam interpretis personam induit. In antiqua lat. versione idem comment. adsignatur Epiphanio, episcopo in insula Cypro, sub cuius nomine eum vulgavit Fogginius. Philonem tamen Carpasium, non Carpathium, episcopum quemdam in insula Carpatho, dici, Giacom. contra Foggini. docet eiusque sententiam de duobus Philonibus refutat. Quod Cosmas in typographia Christi, circ. an. 535. scripta, eius meminit, commentarium Philonis Carpasii iam ineunte saeculo VI. confectum fuisse, fit manifestum. At quoniam in Cosmae topogr. nonnulla commentarii citantur loca, quae hodie in editis Philonis Carp. desiderantur; ex eo colligit Foggini. duplicem fuisse commentarium, alterum a Philone Carpasio, alterum a Philone Carpathio concinnatum. Secus vero sentit Giacomellus, ratus, commentar. illum a Philone Carpasio bis fuisse editum; prioris editionis textum esse eum, quem habemus in codd. ex altera autem, eaque auctiore, Cosmam citasse loca. Sed Ernesti censet, primo, Carpasium et Carpathium Philonem unum esse eundemque; tum commentarium, quem adhuc ferimus, tantummodo esse antiquioris epitomen. — Commentarius ipse est allegoricus, et textus Cantici canticor. gr. integer, ex Alexandrina recensione ut plurimum ductus, est insertus, cuius lectiones quasdam varias, et coniecturarum specimina dedit Ernesti. *Harl.*

E. Cessenius Philo, qui Clodium accusavit damnavitque, teste Asconio.

C. Curtius Philo, qui consul fuit A. V. C. CCCX.

[Φίλωνος Κυρηναίος mentio apud *Synes.* epist. 67. *Benzel* in nota msta.]

Philo, diaconus, ἀπὸ Κιλικίας, quem laudat *S. Ignatius* epistola ad Philadelph. cap. XI. Vide infra, Philo, Tarsensis. [P]

Philo, dialecticus, Carneadis magister, discipulus Diodori Croni. De hoc supra lib. III. cap. II. §. 7. [vol. III. pag. 627.] — Idem forte, contra quem περὶ σημασιῶν scripsit Chrysippus. *Laert.* VII. 191. et qui laudatur a Simplicio ad Categor. Philonis, dialectici, Μετέξενον citat *Clemens Alex.* IV. Strom. pag. 523.

Philo, Dyrhachiorum praefectus. Apud Begerum tom. I. thesauri Brandenb. pag. 457. 460. [Eranius Philo, περὶ διαφορᾶς σημασίας κατ' ἀλφάβητον cod. mst. inter codices Vossianos, secundum catalogum biblioth. *Leidensis* pag. 401. nr. 14. Forsan scribi debuerat *Heremius Philo*, cui Ammonii libr. de differ. interdum adtribui, paullo post notabimus. *Harl.*]

[Quis Philon sit, cuius meminit Constantius Porphyrog. themate IX. occid. partis, inquirere iubet *Benzel* in nota msta.]

Philonis, nescio cuius, epigramma in stolidi hominis canos legitur lib. I. Anthologiae p. 33.

Philo, Gadarenus. *Eutoc.* ad Archimed. pag. 55. [pag. 156. edit. Oxoniens.]

Philo, geographus, qui ante Eratosthenem et Hipparchum scripserat τὸν εἰς Διδοικίαν πλῆθν, teste *Strabone* II. pag. 77. Eundem Philonem respici ab *Antigono Carystio* cap. 160. Philonis Διδοικικά laudante, probe observavit *Vossius* pag. 403. de Hist. Graecis.

Philo, Heracleotes, quem ἐν τῷ πρὸς Νύμφην περὶ Θανμασιῶν citat Porphyrius apud *Stobaeum* Eclog. plyphic. pag. 130. Fortasse huic tribuendus liber, qui exstat de septem orbis spectaculis.

Herennius Philo, Byblius grammaticus, Domitiano imperante ac deinceps quamplurimis scriptis inclauit, praecipue 1) libris octo *Φωνικῶν*, quos e Sanchoniathone interpretatum se esse ferebat. Vide, si placet, supra lib. I. cap. 28. [in vol. I. pag. 224 et 226. §. II et III.] et Antonium Vandalen in diss. de Sanchoniathone, quem libro de Aristea subiecit. 2) libro περὶ Ἰεραίων, quem veluti nonum *Φωνικῶν* habuit Eusebius. 3) libris XXX. περὶ πέλειων καὶ ἑς ἑκάστη αὐτῶν ἐδόξος ἤνεγκε, cuius operis eximii epitomen tribus libris scripserat Aelius Serenus, teste Suida. 4) libris XII. περὶ κήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων, cuius operis pars forte fuit περὶ χρησιμοθετίας. Etymol. in Γέρας. 5) περὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανῆ. Vide Meursium ad *H. sychium* illustr. pag. 217. Vossium, Ioniumque. *Εἰδὼν*. de adagiis, vid. *Laert.* III. 40. Ammonii libr. de differentiis vocabulorum ad Philonem nostrum quidam retulerunt. vid. infra lib. IV. cap. 26. §. vol. IV. pag. 174. edit. veteris; num lexicon rhetoricum scripserit, vid. ibid. cap. 36. II. pag. 583. composuit quoque histor. veterum medicorum etc. vid. infra in vol. XIII. pag. 367. conf. *Eudocia* pag. 424. vbi Herennius Philo etiam scripsisse dicitur ἐπιγραμματα, βιβλία δ'. et sub Hadriano consolaum gessisse. — it. *Brucker.* hist. crit. phil. I. pag. 238 sq. et de eius commentario in Aristotelem inedito, supra in vol. III. pag. 258. *Harl.*

Philo ὁ ἰσοεισογράφος apud *Theodoritum* VII. Therapeut. pag. 109. haud diuersus mihi videtur a Byblio, de quo iam dixi.

Philo, Larissaeus, philosophus academicus. Vide supra Academicus.

Philo, libertus Pompeii. *Cic.* ad Attic. XVI. 4. et ad famil. VIII. 8.

Philo, medicus, Plutarchi aequalis II. 6. et VIII. 9. sympos. forte Philo, Tarsensis, de quo infra. [Philonis, Tarsensis, et duorum aliorum Philonum, medicorum, memotiam vid. infra in elencho Medicorum, in vol. XIII. pag. 367. *Harl.*]

Philo, Metapontinus, tibicen et poeta. *Stephanus Byz.* in *Μεταπόντιον*.

Philo, nescio quis, ἐν τῷ μεταλλικῷ, laudatus ab *Athenaro* VII. pag. 322. [P]

Philonis, monachi graeci, meditatio ascetica aduersus pulcritudinem mulierum. MS. in bibl. Vindob. incipit: εἶδεν κάλλος γυναικίς, βασιάνειν με τὴν διάνοισιν. *Fabric.* — Excerpta e Philonis monachi scriptis in cod. Coisl. CCXCIV. notante *Monsaunon* in catal. pag. 412. Illius aliorumque Philonum apophthegmata in cod. Coisl. XIV. nr. 4. pag. 60. catal. etc. *Harl.*

Philo, pater Nymphodori, historici Syracusani, in vet. inscriptione apud *Gru'terum* p. 401.

Philo, poeta, Alexandro, polyhistore, antiquior, e cuius libro primo τῶν περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα versus decem hexametros profert *Eusebius* IX. 20. praeparat. et alios quinque e libro eius decimo quarto, IX. 24. et cap. 37. nonnulla profertur ex illo. Sane, si Iosepho fides, I. contra Apion. pag. 1051. ethnicus hic scriptor fuit idem, ut videtur, Philo, quem cum Demetrio laudat *Clement* I. Strom. pag. 537. Sed viri eruditi, Iosepho haud

credentes, non dubitant, eum fuisse Iudaeum. Vide *Huetii* demonstrat. euangel. pag. 102 sqq. [et V. D. supra de Philone seniore laudatos.]

Philo, procurator Aufonii, epist. XXII.

Philo, Ptolemaei Philopatoris adfentator. *Athen.* VI. pag. 251.

Philo, Pythagoreus. *Clemens Alex.* I. Strom. pag. 305. et *Sozom.* lib. I. cap. 12. [conf. vol. I. pag. 862.]

Q. Publius Philo, Consul. a. V. C. 415. 427. 435. 440.

Philo, rhetor ac philosophus, cuius historiam ecclesiasticam laudant Anastasius, Sinaita, et Glycas, [qui annal. pag. 282 sq. ex illa hist. eccles. quaedam profert.] Guil. Caueo in diss. de scriptor. eccles. et hist. litter. II. 187. incertae aetatis videtur esse cum Philone, Carpasiae episcopo, qui [a Polybio] in Epiphaniae vita [cap. 49.] κληρικὸς ἀπὸ ἡγήτορων adpellatur. Praeclara ibidem vir eruditissimus obseruat de rhetoribus veteris ecclesiae, eorumque officio, sacras litteras et histor. ecclesiasticam tradendi. *Fabric.* — Sedes illorum, vbi proficiebantur, Θεόους ἡγήτορος, illi vero ipsi etiam simpliciter ἡγήτορες, latinis scriptoribus tractatores, h. e. exegetae, adpellabantur. vid. Giacomellum ad Philonis, Carpasiae, librum: qui etiam et Ernesti in censura libri, a Phil. Carpasio scripti, supra laudata, Philonem hunc κληρικὸν ἀπὸ ἡγήτορων, (cuius formulae vim Tillemont, Ceiller, aliique male intellexerant, arbitrati, denotare eum, qui, antea ius professus, deinde Clericus factus esset,) et Philonem, episcopum Carpasiae, vnum eundemque fuisse censent. *Harl.*

Philo, Timonis, sceptici philosophi Pyrrhonii, discipulus, Atheniensis. *Laertius* IX. 67. 69.

Philo, Sabbathias, (sive vno potius vocabulo Φιλοσαββάτιος,) Iudaeus, qui praeter Celsum ac Porphyrium euangelia scripto oppugnauit, teste *Epiphania* LI. 8. tom. I. pag. 429.

Philo, sophista, cuius liber de VII. orbis spectaculis exstat. Vide, quae de eo dixi libr. III. cap. 24. §. 4. [in hoc volumine pag. 232 sq.] et supra in Philone, Heracleote.

Philo, Tarsensis diaconus, qui cum Agathopode et Gaio S. Ignatium e Syria comitatus esse, et martyrii eius acta concinnasse traditur. vid. epistolam, Ignatio adscriptam, ad Tarsenses cap. X. ad Antiochenos cap. XIII. [infra, lib. V. cap. 1. vol. V. pag. 42. in primis *Caueum* in historia litteraria script. eccles. vol. I. pag. 43 sq. *Harl.*]

Philo, Tarsensis medicus, cuius apud Galenum mentio. Incertum, idemne medicus huius nominis, cuius apud Celsum et alios artis salutaris scriptores mentio, etiam apud Plutarchum. [vid. supra, voc. *Philo Medic.*]

Philo, Thebanus. *Plutarch.* Alexandro pag. 691. Respicitur idem fortasse a *Stephano Byz.* in Ἀντίσσα. *Fabric.* — vid. supra in vol. III. pag. 49. h. v. *Harl.*

[Philo, Theodori Studitae filius; patris II. epistolae ad illum ineditae inter Theodori epist. in cod. Coislin. XCIV. in catal. Montfauc. pag. 145 et 147. sin. citantur. *Harl.*]

Philo, Tyanensis, geometra, cuius mentio apud *Pappum* Alex. libr. IV. propos. 30. [vid. supra in hoc vol. pag. 233.]

L. Veturius Philo. Liu. XXVI. 33. consul a. V. C. 547.

C A P V T VII

DE SACRIS LIBRIS NOVI FOEDERIS.

I. Ἡ κωνὴ διαθήκη, Ευαγγέλιον, quatuor euangelia. II. S. Matthaei euangelium. III. Euangelium Marci. IV. Lucae euangelium. V. Acta. VI. Iohannis euangelium. VII. Epistolae tres. VIII. Apocalypsis. IX. Pauli epistolae. X. Petri epistolae. XI. Iacobi epistola. XII. Epistola Iudae. XIII. Euangelium secundum Aegyptios et Hebraeos, et scripta, supposita Christo atque Apostolis. XIV. De scriptis Barnabae et Clementis Romani. XV. De Canone et ordine libror. N. T. XVI. Codices MSi celeberrimos. XVII. Editiones praecipuas. XVIII. Versiones. XIX. Harmoniae Euangelicae. XX. Distinctio in capita et vers. XXI. De lingua Hebraeistica et stilo N. T.

[Studio Christiani Theophili Kuinoel, Prof. Lips.]

I.

**L**ibri Euangelistarum, Apostolorumque, in vnum corpus redacti, nominantur vulgo ἡ κωνὴ διαθήκη, nouum foedus, nouum testamentum. Scilicet voc. διαθήκη in genere notat constitutionem, dispositionem quamcumque, speciatim, testamentum quod vulgo vocant. Alexandrini autem interpretes, quos sequuti sunt scriptores christiani antiquissimi, hebraicum nomen ברית foedus, expresserunt graeco voc. διαθήκη. Iam quoniam foedus et legibus et promissis constat, hinc ברית non minus, quam διαθήκη, notat interdum leges, praecipua, Hof. 1, 7. (ad quem l. vii. quae notauimus), interdum, promissiones Ps. 25, 14. 89, 29. etc. Quatenus vero Iudaeorum religio legibus atque promissis constabat, eatenus ea ipsa quoque dicebatur ברית. Sicuti autem Christus, et ipsius discipuli, omnino voces et formulas, in re sacra Iudaeor. sollemnes, lubenter transferre solebant ad religionem christianam, ita etiam hanc ipsam relig. christianam vocabant διαθήκη, et quidem διαθήκην κωνήν, quo discerneret eandem a religione Iudaeorum, quam dicebant διαθήκην παλαιάν. Matth. 26, 28. Gal. 4, 24. Ebr. 8, 8. Inde vero etiam libri scriptorum sacror. Iudaeorum vocantur a Paulo 2 Cor. 3, 14. παλαιὰ διαθήκη, et hinc inde a sec. II. libri discipulorum Christi a doctoribus ecclesiasticis dicti sunt ἡ κωνὴ διαθήκη. Vocabulum testamentum desumptum est e versione vulgata, quae graecum διαθήκη, hoc ipso nomine latino, sed minus accurate, exprimit. Conf. Suiceri Thef. Eccles. sub V. διαθήκη. Clericus et Grotius in Prolegg. ad Matth. 104. Gr. Rosenmüllerus, in Diatriba, de vocabuli διαθήκη in libris N. T. vario usu. Erlangae 1778. 4. Schlesneri Lexicon in N. T. sub h. v. et nostras obtul. ex libris apocryphis V. T. in N. T. ad Gal. 3, 15. —

C c c c c 2

In

a) Testamenti vocabulo laxius interdum vsi sunt veteres scriptores, vt cum interpres S. Irenaei 2, 19. dixit Cynicos cum Gnosticis eiusdem esse testamenti. ad quem locum vid. Grabii notas pag. 142. Caet. διαθήκης vocabulum vetustissimi quique christiani in latina eccl. interpretari consueverunt testamentum. Ita quod Paulus vocat δικόνας κωνῆς διαθήκης 2 Cor. 3, 6. Tertullianus cap. 39. de resurrectione, dicit, Apostolorum ne-

gotium nullum fuisse aliud, quam veteris testamenti resignandi, et potius iam Dei in Christo concionandi. Qua ratione autem nouum hoc appellatur testamentum, cum etiam fidelibus V. T. salus in Christo proposita fuerit, dicit Euseb. l. I. demonstrat. Euangel. Vocabulum quidem Berith. vix vnquam in V. T. pro testamento ponitur. Fabric.

In codicibus nostris primum inter libros N. T. locum obtinent quatuor euangelia, Matthaei nimirum, Marci, Lucae, et Iohannis euangelium. Vocabulum autem εὐαγγέλιον, prop. signif. *laetum nuntium quodcumque* <sup>b)</sup> v. c. de nato filio, Theoph. Char. 17. de profligato hoste Heliodor. 10. p. 456., vt verbum εὐαγγελίζεσθαι laetum nuntium adferre <sup>c)</sup>. Respondet εὐαγγέλιον hebraico פְּרָשָׁה 2 Sam. 18, 22. 25. cui nonnumquam additur, פְּרָשָׁה 2 Sam. 18, 27. vbi οἱ ὁ εὐαγγέλιον ἀγαθόν a scriptoribus autem N. T. εὐαγγέλιον adhibetur de doctrina christiana Rom. 1, 1. 3. Marc. 13, 10. de praedicatione huius doctrinae, de munere, hanc doctrinam tradendi 1 Cor. 9, 14. atque εὐαγγελιστῶν dicuntur doctores religionis Act. 21, 8.; per metonymiam porro indicat singulas religionis christi. partes, v. c. commentarios de dictis, factis, et fatis Christi. (qui commode etiam inscribi potuissent, Ματθαίε, Μάρκος etc. ἀπομνημονεύματα, vt Xenophontis commentarii, de rebus Socratis Ξενοφώντος ἀπομν.) et scriptores horum commentariorum dicuntur *euangeliistae*. Conf. *Swicer*. Thef. Eccles. tom. I. p. 1220. *Schleusneri* Lex. ad N. T. f. v. εὐαγγέλιον, *Wolffii* Curas, Prolegg. in Matth. p. 2. *Walaei* Prolegg. ad Matth. pag. 1. et quos laudauit *Koecherus* in *Analectis* in quat. euangel. pag. 4. *Kuinoel*.]

Antiquissimum de euangeliis, quatenus hoc voc. commentarii apostolici de vita ac scriptis I. C. denotantur, testimonium est *Ignatii* epist. ad Philadelph. cap. V. προφύγων τῶν εὐαγγελίων ὡς σαρεὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας, καὶ τὰς προφήτας ἀγαπῶμεν. Disertius alterum *Iustini Martyris* Apolog. I. c. 66. a multis vitis doctis iam laudatum: οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν ἂ καλεῖται Εὐαγγέλια, εὖτως παραδέδωκαν. Eodem loco lesa fuisse iam tum in ecclesiis <sup>d)</sup> illa ἀπομνημονεύματα, perinde vt propheticas scripturas, testatur *Iustinus* <sup>e)</sup>. Numerum quaternarium

b) Vocabulum εὐαγγέλιον triplici notione apud scriptores reperitur, vel pro fausto nuntio, vt ap. *Plutarch*. Pompeio pag. 140. γραμματικῶς προσηλυνον ἐκ Πόντα κέρσαντες εὐαγγέλια; vel pro praemio boni nuntii, ap. *Cic*. 2, 3. et 12. ad *Attic*.: vel pro sacrificio, quod accepto laeto nuntio offerebant, vt ap. *Plutarch*. *Phocio*. tom. I. p. 749. Φιλίππου δὲ ἀποθανόντος εὐαγγέλια θύσαν τὸν δῆμον ἐκ ἅ. *Fabric*.

c) Non tamen semper huic verbo laeti ac iucundi nuntii significatio est, quemadmodum patet ex hoc loco epistolae primae earum, quae *Phalaridi* tribuuntur: ἐκ ἀγνοῦ δὲ λόγους εὐαγγελιζόμενός σου καὶ δόκρου. *Fabric*.

d) De more euangelia et alios libros biblicos in ecclesia legendi conf. *Wilh. Ern. Tenzelii* exercitatio. Viteb. 1685. de ritu lectionum sacrarum. *Ioh. Steph. Durantus* 2, 23. de ritibus eccl. catholicae, *Leo Allatius* de libris ecclesiast. Graecor. pag. 33 sq. *Ioh. Baptista Ferrarius* de ritu, sacrar. concionum lib. I. cap. 15 sq. euangelia stantes audiebant, epistolas sedentes, vt. praeter *Al-*

latium pag. 35. 49. notat *Steph. le Moigne* notis ad varia sacra pag. 987 sq. *Fabric*.

e) Sed *Iustinum* nostra euangelia intellexisse, negat *Frid. Andr. Stroth*, atque demonstrare studet, *Iustinum* vsum esse euangelio eo, quod non tantum *Nazaraeis*, et *Ebionitis*, sed etiam omnibus primae eccl. Christianis *Palaestiniensibus* in vsu fuerit, euangelio secundum *Hebraeos*, in (*Eichhorn*) *Repertorium für bibl. u. morgenl. Litteratur* tom. I. pag. 1 sqq. [aduersus quem disputauit *Paulus* in *Exegetisch-kritischen Abhandlungen* 1784. *Comm.* I.] Etiam *Semlerus* in *f. Zusätzen zu Torenson Abhandlungen über die vier Evangelien* Th. I. pag. 117. affirmat, *Iustinum* ignorasse quatuor euangeliorum nomina; cum vero *Tatianus*, *Harmoniam*, siue *Diatessaron* (vid. *Euseb.* H. E. 4, 29. pag. 193 sq.) collegit ex quatuor euangeliis, in promptu esse, illa quatuor euangelia nostra, statim post *Iustini* tempora latius et accuratius innotuisse, et tanquam genuina probata fuisse. *Kuin*.



ternarium euangeliorum celebrat, [eorumque auctores nominat] Irenaeus 3, 1. et 11. f) *Fabric.*

[Ceterum quod adinet fidem historicam quatuor euangeliorum, de ea disputavit peculiari libro, *Lardnerus*, *Credibility of the Gospel history*, vernacule reddita sub titulo: *Nath. Lardners Glaubwürdigkeit der evangelischen Geschichte aus dem Englischen mit S. I. Baumgartens Vorrede*, Berlin 1749 — 51. voll. V. 8. *Nath. Lardneri fides historica euangel.* c. praefat. ac quibusdam animaduers. *Ioh. Christoph. Wolfii* Bremae 1733. 8. *The history of the first planting of the christian Religion by Georg Benson* London 1756. voll. II. 4. vernacule: *Georg Bensons Geschichte der ersten Pflanzung der christl. Religion, wie sie in der Geschichte der Apostel und in ihren Briefen enthalten ist*. Halle 1768. voll. II. 4. *Leß über die Religion, ihre Geschichte, Wahl und Befestigung* Th. I. (Göttingen 1784. 8.) S. 467 sqq. *Kleuker ausführliche Untersuchung über die Aechtheit und Glaubwürdigkeit der schriftlichen Urkunden des Christenthums* Th. I. Münster 1793. 8. *Michaels Einleitung in die Schriften des neuen Bundes* Th. II. §. 120. pag. 877. edit. quartae. *Heinr. Carl Alex. Haenlein Handbuch der Einleitung in die Schriften des N. T.* Th. I. Erlangen 1794. 8. S. 35 sqq. vt alios plures omitteam. Laudavit etiam nonnullos qui brevius hoc idem argumentum pertractant, *Ioh. Ge. Rosenmüllerus* in scholiis in N. T. Prolegg. ad Matth. tom. 1. pag. 3.

II. MATTHAEVS, si vera est sententia plurimorum interpretum, eum eundem esse, qui Levi vocetur Marc. II, 14. Luc. V, 27. coll. Matth. IX, 9., patrem habuit Alphaem quendam, qui non est confundendus cum Alphaeo, qui Mariae, matris Christi, sororem in matrimonium duxerat. Antequam Christi partes sequeretur, e portitorum (qui in oppidis Iudaeorum publicanorum vices gerebant, v. *Suicer*. *Theol. Eccl.* et *Schlosser*. *Lex.* sub voc. *Τελώνης* et quos ibi laudavit; *Caue* *Antiquit. Apost.* p. 670.) numero erat. — *Conf. Wolfius* in *Curis* ad Matth. Prolegg. et quos ibi citavit, nec non *Kocheri* *Analecta* pag. 4 sq. *Matthaeum* autem eundem esse cum *Levi*. ob narrationis, quae *Marci* et *Lucae* l. c. legitur, similitudinem plures affirmarunt, veluti *Ch. J. Fried. Schmidtus* in *Hist. Canonic. V. et Noui Testamenti* (Lips. 1775. 8.) pag. 408. qui ibi etiam hanc in rem ad *Hieronymum* (*Urat.* l. v. *Matthaeus*) *Sephronii*, et *Isidori Hispalensis* (de *vita et obitu sanctor.* cap. 77.) testimonia provocat; *Thom. Tisonson Abhandlungen* etc. Th. I. pag. 66. qui ibi hanc in rem laudat *Chrysostr.* V. II. pag. 204. edit. *Sauil.* alii; *Grotius* <sup>5)</sup> vero statuit, *Matthaeum* et *Levin* differre, atque hunc *Iacobi* minoris fratrem, minime autem *Apostolum*, *Matthaeum* vero

C c c c 3

Apostolo-

f) *Conf. Stofch* de *canone libror. N. T.* pag. 165 sqq. et alios quos supra laudauimus. *Irenaeus* primus est qui quatuor euangelia nostra discrete nominat, ita vt etiam vulgatum ordinem sequitur. vid. *Semler zu Tolenson* Th. I. pag. 116. etsi ceteroquin perquam ridicula sit causa, quam affert, cur tantum quatuor euangelia esse possint, quod nimirum sint quatuor plagae coeli, quae significentur litteris vocabuli Ἀλφει, nempe ἀντολή, δίσκος, ἄρκτος, μεσημβρία. — Plura de euangelis infra notabuntur. *Kuin.*

g) *Levin* a *Matthaeo* distinguit *Heracleon* apud *Clementem Alex.* *Strom.* IV. pag. 502. et *Origenes* l. contra *Celsum* p. 48. [vid. *Schmid* H. C. p. 428] quorum testimoniis vulgarem sententiam impugnat *Grotius* [ad Matth. 9, 9.] Huic vide quae praeter *Caouium* respondet *Cotelerius* in *notis* ad *Constitut. Apostol.* VIII, 12. et *Dodwelus* *Diss.* I. in *Irenaeum* §. 34. *Fabric.*

Apostolum fuisse; adsentitur *Grotio*, *Michaelis* in *Einleitung* Th. 2. §. 130. pag. 933 sqq. qui tamen negat, Leuin fuisse apostolum, et Iacobi minoris fratrem; vid. quae contra *Grotium* monuit *Schmid* l. c. et in progr. *origines quatuor euangeliorum* pag. 4. (Lips. 1764. 4.) — *Theodor. Hase* in *disquisitione de Leui, a Christo ad apostolatatum vocato*, inserta biblioth. Bremensi T. V. contendit, Leuin, cuius meminerit Marc. l. c. esse eundem apostolum, qui alias nominetur Lebbaeus. Contradixerunt *Lardner* supplements to the Credibility of the Gospel History tom. III. et *Michaelis* *Einleit.* Th. II. pag. 935. De tempore, quo Matthaeus commentarios suos conscripserit, diuersae sunt hominum doctorum sententiae, etsi omnes ferme consentiant, eum *primum* euangelium scripsisse. Pluribus hoc euincere studuit v. c. *Townson* l. c. B. I. pag. 275. Contra *Semlerus* Paraphr. euangelii Ioh. lat. (Halae 1771. 8.) in praefat. et in notis passim, credit, Iohannem primum omnium scripsisse; quod negant *Michaelis Oriental. Biblioth.* Th. III. pag. 24 sq. et *Einleit.* Th. II. p. 877. alii. Vir doctus in *Beiträgen zur B. förderung d. vernünft. Denkens in d. Relig.* part. XVI. p. 57. ostendere conatus est, primum omnium euangelium Ebraeorum scriptum esse, huius diuersas recensiones fuisse Nazarenorum et Ebionitarum euangelia, tum prodidisse Marcionis euangelium, hoc excepsisse Marci librum, tunc edita esse ἀπομνήμονεματα τῶν ἀποστόλων, citata a Iustino M., porro Matthaei euangelium, denique Lucae, de tempore, quo editum sit Ioh., non constare. *Irenaeus* Haer. III. 1. pag. 174. cuius verba protulit *Schmid*. H. C. pag. 449. tradit, Matthaeum euangel. suum literis consignasse eo tempore, quo Petrus et Paulus Romae docuissent et ibique ecclesiam condidissent<sup>h)</sup>, annum ergo, quo hoc contigiisse creditum est, *Millius* in *Prolegg.* §. 61 sqq. nominat LXI. vel LXII. *Lardnerus* et *Michaelis* *Einleit.* Th. II. pag. 940. LXIV. vel LXV. *Schmid.* vero l. c. XLII. quem vide<sup>i)</sup>. Alias aliorum sententias vid. ap. *Lardnerum* Supplements tom. I. pag. 95. *Tilemontium* Memoires tom. I. pag. 975. 1169. qui annum III. post Christi adscensionem nominat, (*Michaelis* *Einleit.* pag. 940.) et *Michaelem* pag. 935—946. qui quidem stetit, controuersiam facile posse componi, si accipiatur, Matthaei euangelium *hebraice* ab ipso conscriptum fuisse a. XLI. in *graecam* vero linguam translatum anno LX. vel LXI.

Attamen Matthaeum *hebraice* euangelium suum conscripsisse, plures dubitarunt, et Matth. *graece* scripsisse, rectissime adfirmarunt. Nemo vero a nobis postulabit, quum nequam introductionem in libros N. T. scribamus, vt singula argumenta, quae in vtramque partem a viris doctis prolata sunt, adferamus; vtriusque sententiae patronos praecipuos nominasse sufficiet. Opinio nimirum illa, Matthaei ἀρχέτυπον exemplum fuisse *hebraicum*, vt hoc obiter notemus, suam debet originem Papiae (apud Euseb. H. E. III. 39. pag. 137. vid. *Semler* *Geschichte d. Glaubenslehr. in Baumgartens Polemik* pag. 41. Th. I.) homini cum maxime credulo,

<sup>h)</sup> De hac fabula conf. *Schmid* l. c. et quae infra notabimus ad epist. Pauli ad Rom. *Kuin*.

<sup>i)</sup> Vid. *Basnagii* *Annal.* ad a. Chr. LXIV. sect. 12. — Annum XLII. nominant quoque, at paulo iuniores testes, auctor vitae, arabice editus a *Kirstenio* *Menologium* ab *Vghello* tom. II. Italiae S. vulgatum 16. Nou. Auctor operis imperf. in Matthaeum, Theophylactus; [Prooem. in Matth.] Euthymius, et alii, ne de subscriptione, quae in

variis eodd. [a *Wetstenio* notatis] legitur, dicam. Hos si audias, iam anno post Christi ascensionem octauo, vel nono euangelium ediderit Matthaeus, quae sententia probatur etiam *Seldeno* VII, 12. de iure naturae et gent. et ex antiquis Cosmae Indopleustae lib. V. Cosmographiae christ. pag. 245. Verisimilior Chronici Alex. et Nicephori II, 45. sententia, qui decimo quinto post ascensionem Christi anno scripsisse Matthaeum affirmant. *Fabr.*

credulo, cuius sententiam sequuti sunt *Irenaeus* III, 1. alii <sup>k</sup>); sed euangelium Nazarenorum et Ebionitarum, cum Matthaei euangelio confudisse videntur plurimis, qui graecum Matth. textum defendunt <sup>l</sup>). Ex recentioribus, Matthaeum *hebraice* scripsisse contenderunt: *Simon* histoire

<sup>k</sup>) Hinc multi vet. de graeco interprete textus hebraici *Bartholomaeo* (Isidor. Hispal. et Nicephorus) *Iacobo*, (auctor Synopf. script. s. Opp. Athanas. tom. II. pag. 155.) vel *Luca* et *Paulo*, (Anastaf. Sinaita) *Iohanne*, (Theophylactus) vel *incerto quodam homine* (Hieronym. et Sôphron.) cogitarunt, vid. *Schmid* H. C. pag. 435. *Kuin*.

<sup>l</sup>) Vide, quae scripsi in codice Apocrypho N. T. pag. 356. 368. 668. et *Erasmi* Apologiam adversus Stunicam. Nota etiam, Syriacam veterem Matthaei versionem de Graeco videri translata, non de Hebraico, [de ea infra], et Marco ac Clementi Graecum Matthaeum lectum, cuius etiam verbis quandoque vtuntur. Hebraice vero, quae exstant Matth. editiones, recens a Iudaeis vel christianis elaboratae sunt, et absurdissime pro Matthaeo authenticis habentur, siue *Münsteriana* illa Basil. 1537. fol. Henrico VIII. Angliae regi, inscripta, et versione atque commentario aduersus Iudaeos instructa, siue *Tiliana*, quam ex Italia attulit *Ioh. Tilius* [*Jean de Tilet*] et *Ioh. Mercerus* latine transtulit. Paris. 1555. 12. [Titulus: *Euangelium hebraicum Matthaei recens e Iudaeorum penetratibus erutum, cum interpretatione latina ad Vulgatam, quoad fieri potuit accommodata. Cum privilegio. Parisiis ap. Martinum Iuuenem. M. D. L. V. Kuin.*] *Münsteriana* recusa est Basil. 1557. 8. [Titulus: *הגות הברית החדשה של משה בן יוסף* euangelium secundum Matth. in lingua Hebraica cum versione lat. atque annotationibus Seb. Münsteri — una cum epistola D. Pauli ad Hebraeos Hebraice et Latine Basil. apud Henr. Petri MDLVII. — illustravit tribus disertat. euangel. Hebr. Seb. Münsteri, *Nehumacherus*, — conf. de vtroque euangelio *Michaelis* Einleit. Th. II. pag. 1044 sqq. §. 139. qui ibi ostendit, Iudaeum conuersum circa saec. XII. vel XVI. hanc versionem e vulgata latina composuisse; ex incorrecto latino esse conuersum, statuit *Wetsten*. Prolegg. pag. 279. edit. *Seml*. Obseruauit porro *Michaelis*, *Tillii* et *Münsteri* versionem esse eandem, sed *Münsterum* lacunas MS. codicis ipsum expleuisse, *Tillium* codicem immutatum exprimendum curasse. Conf. etiam *Schmid* Hist. Can. pag. 433 sqq. *Kuin*.] et Basil. 1582. 8. etiam Parisiis 1551. 8. cum praefatione *Ioh. Quinquarborei* Aurilacensis

*Aruerni*. *Tiliana* stilum tersiorem esse, obseruant viri docti, et Matth. XVI, 17. Romano adulari pontifici. Vid. *Lud. de Dieu* ad Matth. pag. 529 sq. *Wagenfeldii* Sotam pag. 597. 1122. *Rich. Simonis* Hist. Crit. lib. II. pag. 231 sq. et lib. III. pag. 789. *Millii* Prolegg. ad N. T. pag. 116. 127. [infra versf. N. T. Hebr.] Vtramque a Iudaeis e latina versione veteri expressam esse, coniecit *Huetius* de claris interpretibus pag. 181. Exstat et Matthaei euangelium hebraice in N. T. polyglotto *Eliae Hutteri*. Aliam MStam versionem hebraicam se in manibus habere, testatus est *Rich. Simon*. *Fabric.* — De *Nazaraeis* et *Ebionitis* conf. *Epiphani.* Haeref. 29. 30. coll. *Moshemii* commentar. de rebus Christianor. ante Constantin. M. sect. II. §. 38 sqq. *Walch. Ketzergeschichte* Th. I. pag. 99 — 124. (*Eichhorn*.) *Reperitor. für bibl. u. morgenländ. Litterat. Th. I. p. 5* sqq. *Herder Briefe zweener Brüder Jesu*. Commentatio historico-theologica critica demonstrans, Nazaraeos haereticorum catalogo esse expungendos, eorumque contra parti, qui Christi nomen dederunt, adscribendos, auctore *Dettmers* Franc. ad Viadr. part. I. 1791. 4. De euangelio Nazaraeor. et Ebionitar. (quo tempore sit conscriptum, non constat) quod, vt plurimis videtur, vocabatur etiam τὸ τῶν δώδεκα εὐαγγέλιον, et τὸ κατ' Ἐβραίων εὐαγγέλιον. vid. *Semler Geschichte d. Glaubensl. in Baumgartens Polemik* Th. I. pag. 39. *Simon* histoire crit. du texte du N. T. chap. 7. 8. *Maius* examen historiae criticae. cap. 7. 8. *Grotius* Prolegg. ad Matth. *Millii* Prolegg. §. 45 sq. *Masch* Abhandl. von der Grundsprache Matthaei (Halle 1755.) *Michaelis* Einleit. Th. II. §. 138. pag. 1005 sqq. Admodum praedicat huius euangelii Nazaraeorum s. duodecim apostolorum, praesentiam praeter alios *Niemeyerus*, theologus Halensis, in diss. inscripta: *coniecturae ad illustrandum plurimorum N. T. scriptorum silentium de primordiis vitae I. C.* Halae 1790. 4. Statuit, hoc euangelium habuisse auctores apostolo, fuisse hebraice conscriptum, sed iam apostolorum aeuo plures existisse huius euangelii recensiones; fuisse, hoc euangelium fontem e quo hausissent Matth. Marc. Lucas et Iohannes; hoc haec memorabilia Christi, hebraice scripta, in usum graece loquen-

histoire crit. du Texte etc. cap. 5. 6. 7. du Pin Prolegg. sur la Bible tom. II. cap. 2. §. 3. Tillemont Memoires etc. tom. I. pag. 972. Calmet in Prolegg. et Dissertatt. in f. script. p. 8. et Dictionaire tom. III. pag. 218. Millius Prolegg. pag. 8. <sup>m)</sup> Caus Antiquitt. Apostl. p. 680. Historia litterar. script. eccles. sec. I. p. 13. Starkhousè Vertheidigung der bibl. Gesch. part. VI. pag. 405. 767. 769. Michaelis Einleit. Th. II. p. 948. §. 132. et quos ibi laudavit. (Williams) a free inquiry into the authenticity of the first and second chapters of St. Matthew's Gospel etc. The second edition London 1790. (coll. Eichhorn Allgem. Biblioth. d. bibl. Litterat. B. II. pag. 918 sqq) M. Christ. Frid. Weber Beyträge zur Geschichte des Neutestamentl. Canons Tübing. 1791. 8. coll. (Hallencamp) Theologische Annalen Jahrg. 1791. p. 273 sqq. Matthaeum hebraico sermone conscripsisse suum euangelium disp. auctore Elfsæo Theol. D. Francof. ad Viadr. 1791. 4. [Ab his non recedit, qui Syrochaldaice Matthaeum statuit V. D. in Wohl Magazia für alte, besonders morgenl. und bibl. Litt. zweyte Lieferung p. 57 sq] — Matthaeum vero graece scripsisse, demonstrarunt: Cappellus in Obil. ad N. T. p. 110. Hottingerus in Thef. Philol. lib. II. cap. 1. pag. 512. Bynage Annal. ad a. 64. §. 13. Calovius in Critico s. biblico Diatr. VII. §. 2 sqq. Kortholt de variis script. f. editionibus. cap. 7. p. 63. Pritius et Hofmannus in Introduct. in lect. N. T. §. 2 sqq. Christi. Schroeder de lingua Matth. authentica Viteb. 1701. G. f. Phil. M. et disp. de lingua authentica N. T. cap. 2. 4. Masch von der Grundsprache d. Ev. Matth. qui scripsit contra Michaelis; Lardner Credibility etc. Koecher. Analect. in quat. Euangg. p. 7. Schmid. H. C. p. 431 sqq. Venema H. E. tom. II. p. 119. Norssit Vertheidigung d. Wahrheit d. christl. Rel. g. §. 312. Walaeus in Commentar. in libros histor. N. T. p. 1. Semler G. f. h. d. Glaubenslehre in Baumgart. Polemik. Th. I. p. 38 sq. Wetstenius, alii.

Matthaeum euangelium suum destinasse Iudaeis <sup>n)</sup>, plerique velunt. Conf. supra not. m. Townson J. c. B. I. pag. 369 sqq. etc. Semlerus tamen ad Townson B. I. pag. 22. notat, accuratius ita dicendum esse: scripsisse Matthaeum primis doctoribus christianis, ut Iudaeos non-christianos (Hellenistas, Gesch. d. Glaubensl. l. c. pag. 40.) edoceret vanitatem opinionum de Messia, quas fouerent, et eo felicius propagarent religionem christianam.

loquentium, graeca fecisse; diuersitatem, quae inter euangelia Matth. Marci et Lucae deprehendatur, inde esse reperendam, quod mira fuerit exemplarium euangelii illius apostolorum diuersitas; Marcum forte eodem usum esse exemplari, quo Matthaeus, Iohannem qui vixerit Christo coniunctissimus, rarius illud euangelium respexisse. Haec omnia sunt non nisi per coniecturam dicta, idoneisque rationibus destituta, recteque repudiantur a Griesbachio diss. infra vbi de Marco disputabimus, laudanda. De Ebraeorum, Nazaraeorum et Ebionitarum euangelis notata etiam nonnulla reperiuntur in den Beyträgen zur Beförderung des vernünftigen Denkens in d. Religion part. XVI. pag. 57. vid. quae diximus supra de tempore, quo Matth. euangel. conscriptum sit. Kuin. Add. Semler. Comm. de δεσποτικῶς et Euangelio Hebraeorum, Hal. 1777. et in Opusc. theol.

<sup>m)</sup> Millius coniecit, Matthaeum scripsisse euangelium suum in gratiam Hebraeorum fidelium, qui antea parum accurata διγίσησιν siue euangelio secundum Hebraeos vsi fuissent. Non diu post Iacobum minoreim curasse, vt graeca versio legeretur. Fabric.

<sup>n)</sup> Inde argumentum petiit etiam Weberus in libro supra laudato, ad defendendam hebraicam Matthaei scripturam. Lingua patria, inquit, erat syro-chaldaica, ergo in Palaestina necessaria erat historia vitae factorumque Christi, hac lingua conscripta, graeca inutilis erat. Sed ponamus, etsi hoc non concedamus, Matthaeum destinasse euangelium suum vnice Palaestinae incolis, graeca tamen lingua erat vbique in vsu, et vnde probatur, Matthaeum non scripsisse etiam Iudaeis, extra Palaestinam viuentibus? hi vero omnino graece loquebantur. Kuin.

nam. Aliter sentit *Vitringa* in Hypotyposi Hist. et Chronol. S. pag. 214. §. 8. cui adslipulatur quoque *Stofsch.* in Diss. de cura vet. eccl. circa libros N. T. praemissa commentationi ipsius de libror. N. T. canone (Francof. ad Viadr. 1755. 8.) p. 20 sq. euangeliis conscribendis, statuit, occasionem praebuisse excerpta ex narrationibus, aut adnotationibus Apostolor. Christianique discipulorum, quae primi Christiani inter se communicassent, et magni thesauri loco habuissent, cuius generis fuerint euangelia secundum Hebraeos (s. Nazaraeorum) et Aegyptios, quae cum Apostoli, ut prudentiores eccl. doctores intelligerent, non esse eo cum iudicio, cura, et fide, congesta vel digesta, quam relig. decus postularet, et saepe etiam a falsis fratribus interpolarentur, e re eccl. esse putasse, accuratiores congerere narrationes. *Kuin.*]

Anticipationibus abundare Matthaei euangelium, nec illum chronologiae aequae ac Lucam vel Iohannem esse observantem, notavit *Basnagius* ad a. Chr. XXX. sect. 56. \*) Titulum *Euangelii* an ipse praefixerit Matthaeus, dubitari possit \*\*) quia incipit eius liber his verbis: βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Et qui monent, ipsum notanter praefixisse titulum: εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, non τὸ Ματθαῖος, haud cogitant, vnum idemque haec duo significare, ut recte animaduersum *Iohanni Druisio* est in praeteritis, et lib. I. quaest. Hebr. cap. 23. †) — Matthaei euangelium reiecerunt *Cerdoniani* et *Marcion*, qui solum Lucam recipiebant. Vide de Cerdonianis adpendicem ad Tertullian. de praescript. cap. 51. et de Marcione †) *Irenae.* Lib. I. cap. 29. *Epiphani.* XLII, 9. *Origen.* in Philocalia cap. 5. et 2. contra Celsum pag. 77. *Theodoritum* lib. I. de haereticis fabulis cap. 24. †) At de Valentinianis nolim cum *Belarmino* lib. I. de verbo Dei cap. 6. *Iansenio* aliisque adfirmare, solum Ioh. euangelium ab iis receptum, licet *Irenaeus* III. cap. 11. pag. 220. adfirmet, eos, qui a Valentino sunt, eo quod est secundum Iohannem plenissime uti ad ostensionem coniugationum suarum. Sane in Valentinianis commentis, quae graece exstant ad calcem Clementis Alex., loca e Matthaeo et Luca proferuntur, et *Tertullian.* cap. 38. de praescript. diserte testatur, Valentinum integro testamento usum, et scripturis *perpercisse*, nec *machaera usum palam*, licet sensum peruertendo plus abstulerit. Est tamen Origenis locus pag. 77. lib. II. contra Celsum, qui Tertulliano videtur contradicere: μεταχαράξαντας δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἄλλες ἐκ αὐτῶν ἢ τὸς ἀπὸ Μαρκίωνος, καὶ τὸς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, αἵμα δὲ καὶ τὸς ἀπὸ Λευκανῶ. Itaque Origenis tempore fortassis Valentiniani quidam faciebant, quod Valentinum facere Tertullianus negavit. *Manichaei* vero et Matthaeo et omnibus N. T. scriptis, (vetus enim plane respuebant,) ita detrahebant fidem, ut saltem interpolata esse causarentur. *Solent dicere*, inquit Augustinus contra Adimantum cap. 15. *cum scripturarum eos urget auctoritas, hoc capitulum a corruptoribus scripturarum insertum esse euangelio.* Conf. quae singillatim de Matthaeo *Faustus Manichaeus* apud Augustinum lib. XVII. cap. 1. ac de euangeliis

o) Add. *Michaelis Einleit. Th. II.* p. 202 sq. §. 127.

p) Indicem non esse a Matthaeo profectum, inter omnes hodie conuenit. vid. *Semler Gesch. d. christl. Glaubenslehre in Baumgart. Polem. Th. I.* pag. 37. alios. *Kuin.*

q) Solet praepositio κατὰ a graecis scriptoribus *Vol. IV.*

saepius ita adhiberi, ut accusatiu. nominis, cui addita est, positus sit pro genitiuo, v. c. Polyb. III, 6. αἱ κατ' Ἀνίβαν πράξεις sunt, *res gestae Hannibalis. Kuin.*

r) De Marcione vid. infra ad Lucam notata. *Kuin.*

s) *Schmid.* II. C. p. 26 sq. p. 452 sqq. *Knis.*

geliis 32, 3. et quae plura ex Augustino loca collegit Sixtus Senensis lib. VII. Bibliothecae sanctae.

Solum Matthaei euangelium receperunt *Cerinthiani* teste Philastrio cap. 36. neque integrum illud, sed ἀπὸ μέρες, genealogiam potissimum et illa amplectentes, e quibus hominem nudum Christum videbantur sibi posse contendere, ut refert *Epiph.* XXVIII. 5. add. XXX, 14. Itaque de aliis, quam Cerinthianis capiendus *Irenaeus* III, 11. licet alioqui descriptio tota non male in Cerinthianos quadret, qui autem Iesum separant a Christo, et impassibilem perseverasse Christum, passum vero Iesum dicunt, id quod secundum Marcum est, praeficientes euangelium, cum amore veritatis legentes illud corrigi possunt. Eodem loco testatur, *Ebionaeos* Euangelio solo Matthaei vsos, quod monuerat etiam lib. I. cap. 26. sed Genealogiam refecuisse, (quod etiam in Monotestaro suo fecit Tatianus teste *Theodorito* lib. I. de haeret. fab. cap. 20.) atque adulterato et truncato euangelio vsos scribit *Epiph.* XXX. 14. Eusebius autem videtur falli, qui H. E. III, 27. euangelium, quod solum recepere Ebionaei, confudit cum Euangelio secundum Hebraeos, quae diuersa fuisse") probavit *Grabe* ad Irenaeum pag. 220. et monui in cod. apocrypho N. T. pag. 360. vbi Marium quoque notavi Mercatorem, qui tom. II. edit. *Garnerianae* pag. 128. Ebionem Matthaei, Marci, et Lucae auctoritatem secutum scribit. Neque in viri summi *H. Valesii* interpretatione Eusebii Hist. VI, 17. facile acquieueris, vbi legas, *Symmachum Ebionem aduersus euangelium Matthaei acriter disputare in commentariis suis.* Nam graeca Eusebii nihil aliud sonant, quam quod Symmachus in scripto quodam suo, (an commentariis in Matthaeum, ut accepit Hieronymus, non satis certum esse puto.) πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος εὐαγγέλιον Matthaei prolixius insistsens euangelio, ex eo haeresin suam confirmare voluerit. Etiam in locis Basilii et Chrysostomi, quae *H. Stephanus* in thesauro adduxit, et quae *Valesio* ansam interpretationis suae dedisse videntur, ἀποτέινεσθαι πρὸς τὴν εὐαγγέλιον εὐαγγέλιον Matthaei inhaerere, non ut exponit *Stephanus*, in aliquem inuahi. Miror quoque, quales fuerint Ebionaei, qui, *Methodio* teste in Coniuiuo decem virginum pag. 133. scripturas a spiritu inspiratas negabant, ἐξ ἰδίας κινήσεως τὰς προφῆτας λελαληκέναι φιλονεικῆτες. De Tychio Messalino *Euthymius* apud *Lambecium* III, pag. 171. καὶ ἑτέρας μὲν θείας γραφάς διέφθερε καὶ παρερμήνευσε, κατ' ἐξάρητον δὲ ἅπαν τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον, καὶ πάσας τὰς περὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὸς δὲ καὶ περὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματὸς ῥήσεις εἰς τὸν πνευματικὸν αὐτῷ πατέρα παρερμήνευσε. Ex his verbis satis patet, Matthaei euangelium a Tychio non reiectum, nec corruptum, sed tantum falsis interpretationibus peruersum fuisse. Recentiore aetate non memini extitisse Christianorum quemquam ea impudentia, qui Matthaei auctoritati derogare voluerit praeter Anabaptistas nonnullos, a quibus capita quaedam temere vocata in dubium notarunt *Sixtus Senensis* lib. VII. bibl. *Fraffenius* disquisit. bibl. pag. 665 sq. et *Rich. Simon*, lib. I. Hist. Criticae N. T. pag. 100. Hisce addi potest *Natalis Albertus de Verfe* auctor recens libri, qui inscribitur: *tombeau du Socinianisme*, cuius haec sunt verba, pag. 167. *il est certain que ce que nous appellons presentement l'euangile de*

S. Mat-

t) De Ebionaeis vid. supra not. l. *Kuin*.

u) Non fuisse diuersa, contra *Grabium*, *Fabrium* nostrum, et *Michaellem* (qui tamen in edit.

quarta recentiff. Introductionis suae in N. T. pag. 1007. dubitanter scripsit) affirmant *Semler* in *Gesch. d. Glaubensl.* supra not. l. laudatus et *Schmid*. H. C. pag. 436 sq. *Kuin*.

*S. Matthieu n'est qu'une traduction fort suspecte, S. Hierome nous apprenant que l'Evangile Hebreu de S. Matthieu étoit fort différent du Grec. Ibidem initia euangeliorum Matthaei<sup>u)</sup>, Lucae et Iohannis sollicitat et pro additiis habet satis absurde.*

III. MARCVS, euangelista, vtrum a Iohanne Marco, S. Barnabae consobrino, de quo Act. XII, 12. XV, 37. Coloss. IV, 10. et 2 Tim. IV, 11. et Philem. v. 23. d'ingui<sup>u)</sup> debeat, non plane videtur exploratum. *Filius*, h. e. discipulus<sup>x)</sup> adpellatur a Petro r. ep. V, 13. Conf. Euseb. II, 15. Patria Cyrenaeus fuisse traditur in Actis de vita Marci, quae graece et latine edidit *Henschenius* ad 25. April. et saeculo IV. vel V. scripta esse conicit *Tillemontius*; VII. vel VIII., *Elias du Pin*<sup>y)</sup>. Genere sacerdotali fuisse Marcum, Pseudo-Hieronymus,

D d d d 2

ronymus,

v) De integritate cap. I. et II. euangelii Matthaei, nostra aetate acriter disputatum est. Conf. (*Iohn Williams*) A free Enquiry into the authenticity of the first and second Chapters of St. Matthew's Gospel. London. Printed for B. White and T. Cadell. 1771. 8. (vid. *Michaelis Neue Oriental. Bibliothek. Th. I. pag. 53 sq.*) *Williamus* refutarunt, et integritatem capp. defenderunt: *Caleb Flemming* free thoughts upon a free Enquiry into the authenticity of the first and second chapters of St. Matthew's Gospel, et *Veithusenius* The authenticity of the first and second chapters of St. Matthew's Gospel vindicated in answer. London 1771. (vid. *Mi haelis. Oriental. Bibl. Th. I. pag. 107 sqq.*) Diss. de genuina auctoritate cap. I. et II. euangelii St. Matthaei. Exercitatio theologica exhibit a *Theoph. Coelestino Pipero* Gryphiswaldiae 1779. 4. *Williami* libellus auctorior prodiit hoc titulo: a free inquiry into the authenticity of the first and second chapters of St. Matthew's Gospel; with a new Preface, containing an account of some MSS. in the British Museum: and a dissertation on the original language of that Gospel. The second edition. Corrected improved, and much enlarged London 1790. 8. (vid. *Eichhorn Allgem. Biblioth. d. bibl. Litt. B. II. p. 918 sq.*) Dubitavit de integritate horum capitum etiam *Strothius von den Interpolationen im Evangelio Matthaei*, in (*Eichhornii*) *Repertorium für bibl. und morgenl. Litteratur* Th. IX. p. 99 sqq. contra quem scripsit *Ioh. Otto Thieß*: de Euangelii Matthaei integritate interpolando non corrupta. Helmstad. 1782. 4. conf. praeterea, eiusdem libellus, *über die Magier und ihren Stern Hamburg* 1790. 8. (vid. *Eichhorn Allgem. Biblioth. d. bibl. Litteratur* B. II. pag. 671 sqq.) *Veithusen Sophienruhe oder die Landpsarre Hamburg und Kiel* 1783. (*Vollborth*) Progr. inquiritur in causas, cur Iosephus eadem puerorum Bethlehemiticorum Matth.

II, 16. narratam, silentio praeterierit? Gottingae 1788. 4. *Ioh. Frid. Schmid* examen integritatis duorum priorum capitum euangelii Matthaei Lips. 1791. 4. *Kuin*.

w) Distinguunt praeter alios quam plurimos *Cotelerius* ad Const. Apost. II, 57. pag. 252. et *Tillemont*. tom. II. Memor. Eccles. pag. 159 sq. at diversos esse negant *Sam. Basnage* ad a. Chr. 66. nr. 15 sq. et *Ioh. Georg. Dorsheus* prolegom. commentarii ad Marcum, *Fabric*. Distinguunt etiam *Grotius*, *Calouius* Prolegg. *Schmid*. Hist. Can. pag. 455 sq. Diuersos vero negant *Michaelis Einleit. Th. I. p. 1051. § 140.* edit. quart. (quam semper sequor) *Wetsten*. tom. I. pag. 551. *Semler Gesch. d. Glaubenslehre* pag. 45. *Kuin*.

x) *Theophylact*. Prooem. in Marc. Πέτρος μαθητής. *Isidorus Hispalens.* de vita et obitu sanctor. cap. 84. *Petri discipulus, eiusque filius*. Primi Christiani, secuti hac in re Iudaeos, sese inuicem fratres; doctores, discipulos, qui ipsorum beneficio Christiani essent facti, filios; discipuli, doctores, patres compellabant. Grauius ergo errant *Heumannus in f. Anhang zur Erklärung Marci* pag. 736. *Bengelius* et *Schoettgenius*, qui verba *Μακρος ο υίός μου* 1 Petr. I. c. proprie intelligunt, et Marcum Petri filium fuisse affirmant. — Marcum fuisse ex numero LXX discipulorum Iesu, tradit *Epiphanius*. Haeres. lib. II. haer. 51. §. 6. pag. 428. eum Iesum audiuisse, negant *Papias* ap. *Euseb.* H. E. III, 39. *Basnage Annal.* a. LXVI. pag. 752. *Tillemont Memoires pour seruir à l'histoire eccles.* tom. II. pag. 159. *Kuin*.

y) Marcum fuisse Cyrenaeum; probabilem coniecturam vocat *Schmid*. H. C. p. 435. nequiquam vero probabile esse affirmat, hominem Cyrenaeum Barnabae fuisse consobrino, nulla etiam probabilitatis specie LXX discipulis annumerari. *Kuin*.

ronimus, et Beda scripsit, primum Alexandriae episcopum multi <sup>2)</sup> prodiderunt, licet οἰκουμενικὸν potius pro more Apostolico, non τοπικὸν egisse contendat *Salmasius* siue *Walo Mesfalimus* pag. 204. 211. 261. Iudaeum ἐβραϊζόντων magis quam ἐλληνιζόντων *Grotius* conicit e frequentioribus Hebraïsmis ad Marc. V, 25. VI, 14. IX, 42. X, 26. etc. *Fabric.*

[Marcum in conscribendo euangelio suo adiutorem habuisse Petrum Apostolum, plurimi patrum contendunt. Papias enim apud *Euseb.* H. E. III, 39. *Irenaeus* adu. haeref. III, 1. *Euseb.* H. E. V, 8. *Tertullian.* contra Marcion. V, 5. *Hieronym.* in Catal. cap. 8. Marcum vocant *comitem* et ἑρμηνευτήν, *interpretem* Petri. Quae quidem verba, viri docti vario modo exposuerunt: conf. *Basnage* Annal. pag. 75.. *Simon* Hist. Crit. du N. T. Chap. 10. pag. 104. 109. *Basnage* Histoire de l'eglise lib. VIII. cap. 2. §. 3. pag. 422. *Cave* in Antiquit. Apostoll. pag. 748. *Schmid* H. C. pag. 19. *Michaelis Einleitung Th. II.* §. 141. 142. p. 1052 sq. 1059 sq. *Dan. Heinsius* Prolegg. ad Exercitt. in N. T. pag. 23. *Townson* l. c. B. II. pag. 119. et *Griesbachius* in Commentat. theol. infra laudandis. — Quum porro magna inter *Matthaei* et *Marci* euangelia similitudo intercedat et quoad res, et quoad verba ac formulas, (conf. et supra not. l. extr.) iam *Augustinus*, (quem postea plures sequuti sunt,) *de consensu euangelistar.* lib. I. cap. 2. Opp. tom. IV. pag. 160. nominavit Marcum *pedissequum et abbreviatorem Matthaei*. Negarunt hoc tamen haud pauci, et plura hanc in rem protulerunt argumenta. Obseruarunt inter alia, Marcum non eundem tenere ordinem, quem teneat *Matthaeus*, quod etiam post alios veteres obseruauit *Hieronym.* Prooem. ad Matth. vid. *Schmid* H. C. pag. 460.) Marcum plures res exposuisse copiosius v. c. abnegationem Petri XIV, 66. (hanc rem a Petro ipso didicisse Marcum, animaduertit *Chrysost.* homil. 86. in Matth. pag. 889.) nonnulla memoriae prodidisse, quae apud *Matthaeum* non legantur, alia vero a *Matth.* enarrata, silentio praeteriisse, v. c. genealogias <sup>aa</sup>). — Magna vero etiam *Marci* cum *Luca* conuenientia est; non solum in rebus, sed etiam in verbis et formulis. conf. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 144. p. 1066. §. 145. p. 1070. vnde nuper *Griesbachius*, dissertationibus duabus, ostendere studuit: *Marci euangelium totum e Matthaei et Lucae commentariis esse decerptum*, Ienae 1789. 1790. 4. contendit V. D., Marcum sequutum esse ple-

runique

2) *Petau.* Dogm. Theol. tom. III. pag. 697 sq. 711. *Fabric.*

aa) Conf. omnino hanc in rem *Fabrum Stapulensem* initio commentarii in *Marcum*, *Grotium* ad Matth. XXIV, 36. *Casp. Hermannum Sandhagenium* decade prima epistola theolog. I. *Rich. Simonem* lib. I. Hist. Crit. N. T. pag. 108. et *Ioh. Millium* Prolegg. ad N. T. p. 12 sq. *Fabric.* nec non quos laudauit *Koehler.* in *Analectis* pag. 534. Adde *Lardnerum* Supplements to the Credibility of the Gospel History vol. I. cap. 10. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 144. pag. 1063 sqq. *Koppium* in *Program.*: *Marcus non epitomator Matthaei.* Gottingae 1782. 4. qui quidem ad stabiliendam sententiam suam his potissimum utitur argumentis. *Omnes veteres vsque ad Augustini tempora prorsus hac de re silere; sed hoc silentium nihil facit*

ad rem, proprium postulatur iudicium; conf. etiam quae obseruauit *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1065. esse admodum improbabile *Marcum, virum apostolicum, mutilasse et decurtasse euangelium apostoli, copiosorem narrationem longe fuisse utiliorem quam breuiorem; quaeritur quid factum sit, non quid fieri debuerit, et fortassis iis, quibus scribebat *Marcus*, utilior erat narratio breuior, neque *Iohannes* omnia, quae ipsi nota erant, exponere volebat; *Marcum* saepe esse verbosorem *Matthaeo*, plura enarrare quae non legantur apud *Matthaeum*, haec vero omnia esse ab epitomatoris persona aliena; sed exinde, si quid video, non nisi sequitur hoc, *Marcum* non fuisse epitomatozem seruilem et nimis sollicitum, eum etiam ex aliis fontibus vel alio fonte suam narrationem hausisse, *Kuin.**



rumque Matthaeum ducem, interdum tamen, hoc relicto, sese comitem adiunxisse Lucae; additamenta, quae in Marci euangelio deprehendantur, esse nonnisi paraphrasticas dilata-  
 tiones narrationum breviorum Matthaei et Lucae. Equidem, si mihi mea dicenda est sen-  
 tentia, lubenter adfentior viro eruditissimo, et non minus, quam ille, (Dissert. secunda  
 pag. 13.) existimo, patres antiquissimos, Clementem Alex. ap. Euseb. lib. VI. cap. 14. Ire-  
 naeum, aliosque supra laudatos, qui Petri auspiciis Marcum commentarios suos contiguasse  
 praecipiant, somnia sua, non historiam, ex documentis, fide dignis, narrauisse, aut fallaci  
 rumore, orto fortassis exinde, quod Marcus Petri fuerit discipulus, deceptos fuisse; neque  
 adeo statuendum esse vel cum *Townsonio*, Petrum Marco dictasse euangelium, vel saltem  
 illud perlegisse et emendasse, vel cum *Schmidio*, res esse a Petro, verba et narrationis stru-  
 cturam Marco deberi; omninoque, quae patres tradere soleant de tempore et loco scriptio-  
 nis, de occasione scribendi, consilio auctoris, fontibus, quibus usus sit vnusquisque libro-  
 rum N. T. scriptor, admodum esse incerta. — Nuper modo Ill. *Eichhorn* in *Allgem. Bibl.*  
*der bibl. Litterat.* vol. V. part. V. de fontibus, e quibus *Matth. Marc.* et *Lucas* in conscribendis  
 commentariis suis hausserint, pluribus disputavit, ita tamen, vt nondum ad finem illa ipsa  
 commentatio perducta sit. Statuit nimirum, nullum horum euangelistarum ante oculos ha-  
 buisse alterius euangelium (pag. 766.), sed potius eos communi fonte usos fuisse; nempe breui  
 narratiuncula de vita fatisque Christi, lingua hebraica vel syro-chaldaica conscripta. (p. 781.)  
 Non tamen Archetypum, sed tantum versiones eius praesto fuisse euangelistis iam antequam  
 in manus eorum venissent, variis additamentis locupletatas (pag. 784.). Marcum exemplar,  
 cuius margini alia manus plura e commentariis Matthaei et Lucae adscripserat, adhibuisse,  
 eumque nihil prorsus mutasse, sed omnia immutata ex hebraico sermone in graecum translu-  
 lisse. (p. 830.) *Griesbachius* dissertationes, quas paullo ante commemorauimus, recognouit,  
 multis augmentis locupletauit easque inferendas curauit *commentationibus theologicis* infra  
 laudandis et per hanc occasionem etiam *Eichhornii* sententiam diligentius examinavit.

Marcum ante Lucam scripsisse, Lucam varia sumsisse a Marco mutua, et Matthaeum  
 rursus legisse Lucam, ergo Marcum primum omnium scripsisse, statuit *Storr über den*  
*Zweck der evangelischen Geschichte Iohannis* §. 58 sqq. add. eiusdem *Diss. I. in librer. N. T.*  
*aliquot loca* Tubing. 1790. pag. 58 sqq. coniecturam admodum improbabilem, nominat  
*Michaelis Einleit. Th. II. §. 145.* pag. 1073. conf. etiam eius *Oriental. Biblioth. Th. V.* —  
*Romae* scripsisse Marcum, est constans veterum haud improbabilis traditio <sup>bb)</sup>, quae si vera  
 est, patet, Marcum scripsisse Hellenisticis et Christianis ex gentilibus; in promptu est etiam  
 causa, quare res nonnullas, v. c. genealogias praetermiserit; quarum commemoratio non  
 nisi Iudaeis, in Palaestina viuentibus, grata et accepta esse poterat. — Marcum abiisse in  
 Aegyptum, et ecclesiam Alexandrinam fundasse, tradunt Eusebius, Prosper Aquitanus, et  
 Hieronymus, laudati a Schmidio H. C. p. 456. et Marcum euangelium suum non *Romae*,  
 sed in *Aegypto* conscripsisse, contendit Chrysof. Opp. tom. VII. pag. 6. conf. *Lardner* i *Sup-*  
*plements* tom. I. pag. 175 sq. Chap. 7. *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1059. §. 141. qui suspi-  
 catur, Marcum euangelium suum bis edidisse, primum *Romae*, et iterum, *Alexandriae*.

Dd ddd 3

Marcum

bb) Docent hoc Epiphani. LI, 6. Theophylact. et veteres *ἰστορικαί* Guil. Cane in vita Marci §. 5.  
 alii. *Fabric.*

Marcum *coptice* scripsisse, probare conatus est *Wahl*, in *Magazin alter Litteratur IIIte Lieferung*, pag. 8 sqq. quae coniectura nititur fabula, Marcum Alexandriae primum, eccl. christianam rexisse, cui coniecturae repugnat omnis antiquitas, quae non nisi *graecum* euangelium Marci nouit; quae adeo etiam aduersatur alii fabulae, Marcum *latine* scripsisse, cuius tamen fabulae origo facile perspicitur: orta nimirum est ex illa traditione, quae Marcum Romae scribentem facit. Conf. *Stofsch* de canone pag. 282. *Schmid* H. C. pag. 458. *Michaelis Einleit. Th. II. §. 146.* pag. 1073 sqq. et quos ibi laudauit <sup>cc)</sup>.

De tempore ceterum, quo scripserit Marcus? et veteres et recentiores dissentiunt. *Irenaeus* III, 1. *Euseb.* H. E. V, 8. cum post Petri et Pauli *ἔξοδον* <sup>dd)</sup> scripsisse, adfirmant. Subscriptiones duorum codd. a *Westenio* tom. I. pag. 642. notatae, et Theophylactus, annum nominant post aduersionem Christi decimum; Arabs, et cod. Cantabrig. in fine euangelii, annum post Chr. aduersionem duodecimum, alias aliorum veterum sententias v. ap. *Valesium* ad *Euseb.* II. E. II, 16. pag. 65. Recentiorum alii referunt hoc euangel. ad a. Chr. XLIII. v. c. *Schmidius* H. C. pag. 475. ad a. LXV. *Caveus* in vita Marci ad a. LXIII. *Fabricius* noster, alii. vid. *Tillmont* Memoires tom. I. pag. 975. 1109. tom. II. pag. 163. 392. *Selden.* de iure naturae pag. 887. *Kuin.*]

Marci euangelium reiecerunt olim Cerinthiani, Cerdoniani, Marcion, et Ebionitae, de quibus paullo ante in Matthaeo dixi. De duodecim versibus postremis cap. vltimi, quos in nonnullis codd. omittos, Marco quidam male abiudicant, vide sis disputata a me in codice Apocrypho N. T. pag. 326 sq. et *Eliae du Pin* Prolegg. Biblica part. II. pag. 35 sq. *Fabric.*

## IV. [LV-

cc) *Latine* scripsisse Marcum, nusquam affirmat tot veteres, pro hac sententia laudati a *Melchiorre Inchofero* lib. V. Hist. Sacrae Latinitat. cap. 8. ne quidem Nazianzenus, licet ait eum scripsisse *Ἰταλίῃ* h. e. in Christianorum usum in Italia. At in pseudo-Damasi Pontificali fateor illud satis aperte innui, nam in vita Petri; *hic*, inquit, *scripsit duas epistolas, quae catholicae nominantur, et euangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit et filius de baptismo, quae post omnem quatuor euangelior. fontem, quae ad interrogationem et testimonio eius, hoc est Petri, formatae sunt, dum alius (Marcus) latine, aliusque (Lucas) graece, et alius (Matthaeus) hebraice consonant, tamen eius testimonio sunt firmata.* Sed neque eius scriptoris, neque Petri de Natalibus qui IV, 86. Catalogi ab ipso Marco graece versum Aquileiae refert, neque orientalium recentiorum, vel deceptorum, vel male intellectorum, (nam per Romanam linguam etiam ab illis Graecam quandoque intelligi obseruauit *Seldenus*) tanta est auctoritas, vt illis assentiendum sit con-

tra silentium et contraria veterum testimonia, Hieronymi, Chrysostomi, Augustini. Etiam *αὐτοῦ* quod iactatur S. Marci Venetum, Graecis litteris exaratum esse, testantur *Baronius* ad a. Chr. 45. nr. 41. *Honoratus Nicquetus* de titulo S. Crucis Christi pag. 93. et Maximilianus *Misson* in Itinerario. Sed licet illum codicem latinum esse demus *Genebrando*, *Gretsero*, *Ciacconio*, *Montfaucono*, [conf. etiam, quos laudauit *Koecherus* in *Analectis* pag. 533. *Michaelis Einl. Th. II.* pag. 1074. *Kuin.*] tamen vix quisquam est nostra aetate, inter viros eruditos Romanae etiam ecclesiae, qui Marcum latine scripsisse sibi persuadeat, vt patet euoluenti scripta *Rich. Simonis*, *Eliae du Pin*, *Tillemontii*, *Fraffenii*, aliorumque. Conf. *Seldenum* ad Eutychni Origg. Alexandr. pag. 152. *Kortholti* libr. de variis biblior. edit. pag. 71 sq. *Ernesti Christ. Schroedteri* Exercit. de lingua Marci authentica Viteb. 1702. *Fabric.*

dd) H. e. *discessum ex urbe Roma*, ita potius cum viris doctis intellexerim verba Irenaci III, 1. quae laudat *Euseb.* V, 5. Hist. *Fabric.* sic *Millius* quoque,

IV. [LV CAS, quem sine ratione idonea cum *Lucio*, cuius Act. XIII, 1. Rom. XVI, 21. mentio, confundunt *Basnagius* Annal. ad an. LX. §. 33. p. 714. *Heumannus* in Poecile tom. II. p. 519. *Lardnerus* Credibility of the Gospel. hist. tom. I. pag. 250 — 253. *Wetstenius*, et *Fabricius* noster \*), recte repugnantibus *du Pin* Prolegg. sur la Bible lib. 2. cap. 2. §. 5. p. 37. *Schmidio* H. C. pag. 462. et *Michaelis Einleit. Th. II. §. 149. pag. 1082 sq.* fuit haud dubie medicus ille Antiochenus †), qui commemoratur Col. IV, 11. 14. (vid. Euleb. H. E. III, 4. Hieronym. Catal. v. Lucas: *Lucas medicus Antiochensis. v. Winckleri* Diss. de Luca euangelista medico, in ipsius Hypomnematis philol. pag. 331. *Benedicti. Gottlob Clauswitz* Commentat. de Luca euangelista medico, Keuchn. Analect. pag. 658. *Michaelis Einleit. l. c. pag. 1078.*) adeoque fortassis libertus. vid. *Schmid* H. C. pag. 462. *Grotius* in Prolegg. Eum fuisse *pidorem*, plures crediderunt; v. *Koecher. l. c.* et quos ibi laudavit; sed refutatur haec fabula ab *Hofmanno* in Obsl. ad *Psittii* Introduct. pag. 179. *Basnagio* Histoire de l'eglise lib. 22. cap. 2. §. 1. 2. pag. 1312. *Lardnero* Supplem. vol. I. p. 257 sq. Vtrum fuerit Lucas ex-gentilis, an ex-Iudaeus, certo constitui non potest. Sed probabilius omnino est, eum, antequam sese ad Christi signa conferret, fuisse gentilem, partim ob Col. l. c. ubi v. interpp. partim ob traditiones antiquas. vid. *Michaelis Einleit. Th. II. §. 147. pag. 1076 sq.* *Schmid* H. C. pag. 463. — Origene s. Adamantio quodam auctore, in Dialogis adu. Marcionitas pag. 8. et Epiphano Haeref. LI. pag. 435. fuit Lucas e numero LXX. discipulorum Christi; sed haec traditio aequae impobabilis est, ac illa altera, discipulos, Emmauntem abeuntes, (Luc. XXIV, 13. 18.) fuisse Lucam nostrum, et Cleopam; quum, Lucam fuisse e LXX. discipulorum numero, quod defendit v. c. *Whitby* in praeface to the Gospel of St. Luke, admodum difficulter possit conciliari cum euangelii ipsius initio. vid. *du Pin* l. c. *Tillemont* Memoires etc. tom. II. pag. 458.

quoque, *Schmid* H. C. pag. 457. *Semler* Gesch. d. Glaubenslehre in Baumg. Polsem. Th. I. p. 51. alii, sed *Simon* hist. crit. du. N. T. chap. 10. pag. 105 sq. *Basnago* histoire de l'eglise lib. VIII. cap. 2. p. 421. *Michaelis Einleit. Th. II. p. 1059.* illa verba de morte Apostolorum intelligunt. *Kuin.*

cc) *Λάκιος* dicitur Nazianzeno: *Ματθαῖος μὲν ἄγγελος ἐβραίων θαύματα Χριστοῦ, Μάρκος δ' Ἰταλῆς, Λάκιος Ἀχαιοὶ.* [at vide *Schmid* H. C. pag. 462. not. 89.) Fuerunt enim iam olim, qui, teste Origene, Lucam eundem putarent, cum Lucio, quem Paulus inter συγγεῖνᾶς suos refert Rom. XVI, 21. Neque verisimilitudine destituitur haec sententia, licet *Grotius* hunc Lucium putat esse *Λάκιον* illum Cyrenaeum Act. XIII, 1. et Lucae nomen suspicatur potius esse decurtatum pro Lucillio. In caele cod. Cottoniani atque in aliis apud *Ioh. Mabilionium* part. III. tom. I. Musei Ital. legitur: *explicit liber euangelii secundum Lucanum.* Nimirum illa aetate pro Beda dicebant Bedanum, pro

Offa, Offanum, et similia, vt obseruauit *Hiccius* lib. II. thes. septentrional. pag. 251. *Fabric.*

ff) Paulinus Natali IX. Felicis: *Hic medicus Lucas*, prius arte, deinde loquela: bis medicus *Lucas*. Conf. *Muratorii* *diuersorum* tom. I. pag. 8. Sed Lucam medicum a Luca euangelista distinguit *Sam. Basnagius* [etiam *Heumannus*, supra laudat. pag. 518. *Kuin.*] quem vide ad a. Chr. LX. nr. 33. de Sila siue Siluano intelligit verba 2 Cor. VIII, 19. cuius laus magna est in euangelio; quae de Luca interpretati rectius, ni fallor, sunt, interpolator epistolae Ignatii ad Ephes. §. 15. Origenes, Hieronymus, et alii veteres. In bibl. *Renati Moreau* fuit epistola Lucae ad medicum *Claudium Galenum* teste Labbeo bibl. noua MSS. pag. 217. Sed non minus conficta fuit haec epistola, quam imagines, quas a Luca pictas referunt *Ioh. Phocas* ap. Allatum in *Συμμύνητοις* pag. 36. et alii scriptores, exigua fide digni, quos explodit *Ioh. Reiskius* in tractatu de imaginibus Iesu Christi pag. 219 sq. *Fabric.*

pag. 458. *Schmid* H. C. pag. 463. et qui nuper 1786. peculiari libello, *Gottingae edito*, in quo in Lucae inspirationem et diuinam eius euangelii auctoritatem inquisiuit *Henr. Phil. Sextro*, (vbi demonstrat, Lucam non fuisse *αὐτόπτην*, neque LXX Christi discipulis adnumerandum esse) quicquid et contradixerint *Basnagius* l. c. §. 28. pag. 710. et *Fabricius* nosler, quem nunc audiamus. *Kuin.*]

Non repugnat, et Lucam et Marcum ex LXX. discipulis fuisse, licet veteres miro consensu, vt Marcum Petri, ita Lucam tradant, Pauli fuisse interpretem et sectatorem. Haud dubie enim Apostolorum etiam prae LXX. illis magna praerogatiua erat. Neque obstat porro, quod Lucas adfirmat, se ea scribere, quae acceperit ab illis, qui fuissent *οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται*. Nam non de omnibus LXX. dici hoc poterat, quod Act. I, 21 sq. ad apostolum requiritur, vt Christo semper adfuerint a tempore baptismatis Iohannis, vsque dum in coelos sublatus est. Ex eo ipso loco constat, non a Paulo solo euangelium Lucae esse suppeditatum, vt legitur apud *Iren.* III, 1. et in synopsi Athanasii iunioris; *ὑπηγορεύθη μὲν ὑπὸ Παύλου τῷ ἀποστόλου, συνεγράφη δὲ καὶ ἐξεδόθη ὑπὸ Λευκῆ τῷ μακαρίῳ ἀποστόλου<sup>85</sup>) καὶ ἱατρῷ*. sed si a Paulo <sup>85</sup>) forte quaedam hausit, vt *Tertullian.* IV, 2. 5. ad Marcionem quoque confirmat, ea fuisse paucissima, pleraque autem omnia ab *αὐτόπταις* reliquis apostolis accepisse. Neque enim Paulus fuerat *αὐτόπτης*. Itaque et *Euseb.* III, 24. adfirmat, Lucam ex Pauli contubernio, *καὶ τῆς τῶν λαϊκῶν ἀποστόλων ἐμιλίας ἀφελημένον*, et reliquorum apostolorum sermonibus (Petri maxime, vt habet pseudo Dorotheus.) adiutum scripsisse: e quo tamen neutiquam sequi arbitror, Lucam nullis plane rebus interfuisse ipsum, aut numquam adfuisse domino, in his terris versanti, quemadmodum illi sentiunt, qui ipsum credunt fuisse ex Hellenistis, a Chr. XLI. Antiochiae conuersis, Act. II, 20. [sic statuit v. c. *Millius.*] Vt vero alte et a capite omnia posset accurate repetere, *παρακολοθεῖσαι πᾶσιν ἀκριβῶς* atque ad finem plene deducere, quoniam haud semper, neque maximam partem adfuisset, non sufficebat ipsi sua *αὐτοψία*, sed vti Spiritu S. adspirante, ita et Apostolorum, qui rebus interfuerant, testimonio, opus erat. *Fabric.*

[Quonam tempore Lucas, suum euangelium conscripserit? sunt variae interpretum sententiae. (vid. supra ad Matth.) Ac illud ipsum quidem constituere accuratius voluerunt ex libri ipsius initio, verbis nimirum, *ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξεσθαι διήγησιν*. Etenim hic alii per *πολλὰς* intelligunt euangelia Matthaei et Matthaei, (vt *Semler Gesch. d. Glaubenslehre in Baumgartens Polemik* T. I. pag. 52 sq. *Sam. Basnage Exercitatt. Anti-*

gg) Proprie non apostolus erat, sed apostolicus, non magister, sed discipulus, vt ait *Tertullian.* IV, 2. contra Marcion. Nonnunquam tamen viri etiam apostolici veteribus veniunt nomine apostolorum, vt multis exemplis docuit *Frid. Spanhemius* Misc. Sacr. lib. III. diss. de apostolatu tom. II. Opp. pag. 295. Sic Lucas apostolus dicitur etiam Idatio in fastis. *Fabric.*

hh) Testibus *Tertullian.* l. c. et *Euseb.* H. E. III, 24. fuerunt olim, qui haec memorabilia Christi adscriberent Paulo, apostolo, aut saltem affirmarent, Lucam ex ore illius accepisse ea,

quae memoriae prodidit. Male et perperam. vid. *Koecheri* *Analec̄ta* p. 657. et *Semler* ad *Townson* pag. 21. et 127. Fabula ipsa orta videtur ex Gal. I; 6. 7. vbi legitur *κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου*. satis vero mature, v. *Iustin.* *Apol.* II. pag. 98. Colon. voc. *Εὐαγγέλιον* adhibebatur de euangelistarum commentariis. Hanc ergo significationem substituebant etiam Pauli l. l. vocabulo illi (etsi ibi adhibeatur de doctrina christiana) cum vero non esset euangelium, sub Pauli nomine conscriptum; Lucae, vtpote Pauli comitis, euangelium, adscribebant apostolo. *Kuin.*

Antibar. pag. 370. sed *Jacob. Barnoge* Hist. Eccles. Saec. I. praeter Matthaeum et Marcum, Christianos quosdam pios et probos, qui istam scriptionis operam in se susceperunt; cui adscribuntur *Wolffius* in *Curis*, Prolegg. et *Fabricius* noster, et verbum ἐπιχειρῆν bono sensu accipiunt<sup>ii</sup>), de studio feliciter in aliqua re collocato, quo sensu etiam legatur apud Platonem et Isocratem, quo eodem sensu ponatur quoque Latinorum *aggrēi*. v. *Wolffius* in *Curis* et *Grotius* ad *Luc. I. 1*. Alii vero verbum ἐπιχειρῆν malo sensu positum existimant, et ita quidem, ut ei reprehensionis nota insit, atque adeo per πολλὰς intelligunt evangelia apocrypha, falsis narrationibus deturpata, vid. *Grabinus* in *Spicil. Patr. Saec. I. pag. 31* sqq. *Milinius* Prolegg. pag. 35. *Huetius* in *demonstrat. Evangel. Proposit. I. §. 16* pag. 42. *Simon* Histoire Crit. du N. T. chap. 12. p. 123. 125. *Schmid* H. C. p. 466. *Michaelis Einleit. Th. II. §. 155.* pag. 1121 sq. conf. omnino *Hefmann*, in *obsl. ad Pritii* introduct. in N. T. pag. 183. et *Kochernus* Analect. ad *Luc. I. 1.* pag. 663. Equidem existimo, Lucam per πολλὰς, neutiquam intellexisse Matthaeum et Marcum, sed potius varii generis descriptiones vitae Christi, quae illis temporibus circumferebantur, siue breviores, siue ampliores, falsa et vera commiscens. Quodsi enim Lucas in mente habuisset *Matth. et Marcum*, haud dubie non tantum scripsisset, se consuluisse αὐτόπτας, sed Matthaeum nominatim induxisset, vid. *Semler* ad *Townson* B. II. pag. 6 9. 76. *Stofsch* de canone libror. N. T. pag. 20. unde porro probatur, *Matth. et Marc.* debere intelligi? cur a vulgari significatione verbi ἐπιχειρῆν receditur? quomodo duo homines, *Matthaeus et Marcus* dici possunt πολλοί; vid. *Michaelis Einleit. Th. II. pag. 1120* sqq. §. 151. Etiam doctores veteres hac in re dissentiunt. Post Matthaeum et Marcum scripsisse Lucam, docent *Iranaeus* adu. haeres. lib. III. cap. 1. *Origenes* ap. *Euseb. H. E. VI. 25.* ipse *Euseb. III. 24. Epiphani.* haeres. LI. 5. pag. 425. *Jeronymus* Catal. cap. 3. *Tertullianus* IV. 5. Sed *Comens Alex.* (quem laudavit *Fabricius*), in Hypotyposion libris, Lucam Marco praeponit (vid. *Townson* B. I. pag. 124.) ap. *Euseb. VI. 14.* dum ait, prima scripta esse evangelia, in quibus generalis proponitur, προγενέσθαι τῶν εὐαγγελίων τὰς τοὺς περιέχονται γενεαλογίας. — Voluerunt etiam ex loco *2 Cor. VIII. 18.* scriptionis evangelii Lucae tempus desumere. Est nimirum perantiqua opinio, Paulum illo loco inuississe Lucae evangelium scriptum. Conf. *Origenes* Hom. I. in *Lucam*, *Chrysost.* Opp. tom. IX. pag. 2. *M. d. m. de Harmon. IV. evangel.* *Obseru. praef. in. Obs. VII.* Sed iam *Theophyl. Actus* ad *2 Cor. I. c.* rectissime adfirmavit, voc. εὐαγγ. dicitur illo loco non de Lucae commentariis, sed potius de ipsa religionis doctrina interpretari, cum esse conf. *Schmid* H. C. pag. 467. *Sextro*, *Diss. an ex argumentis externis Lucae evangelii inspiratio possit probari?* (Helmstad. 1789. 4.) pag. 10 sq. *Michaelis Einleit. Th. II. pag. 1109.* §. 152. Quodsi ergo Paulus intellexisset euange-

ii) Ἐπιχειρῆσαν ἀνατάξασθαι nihil aliud est, quam ἀνετάξασθαι, ut *Casaubonus* in notis ad *Lucam* probe obseruatum. Sic *Diodor. Sic.* in praefat. histor. ὀλίγοι δ' ἀπὸ τῶν ἀρχαίων χρόνων ἀρξάμενοι τοὺς κοινὰς πράξεις ἐπιχειρήσαντες ἀναγράψαντες μέχρι τῶν καθ' αὐτὰς καιρῶν. *Hippocrates* de veteri medicina: ἐπίσης ἐπιχειρήσαντες περὶ ἱητρικῆς λόγων ἢ γράψαντες. Quid igitur iniurii est in sacros scriptores illos, quando Lucas ait, alios quidem, neque unum, sed plures, scripsisse ante se de rebus I. C. (vtrum simul re-

spexerit evangelium secundum Hebraeos, evangelium secundum Aegyptios, παραθέσας *Matthiae* etc. docti iudicent) quorum laudatissimo exemplo incitatus ipse quoque voluerit hoc aggredi, omnibus usque ab *stirpe* diligenter inquisitis, ut *Theophilus* haberet scripto etiam consignata illa, quae e *Lucae* sermonibus coram perceperat. Hic enim sensus verborum ἵνα ἐπιγνώ. περὶ ὧν κατηχῆθης (vid. *Salmas.* de *Hellenistica*, pag. 107. *Suicer.* Thes. in *Κατηχῆω*) λόγων τῆν ἀσφάλειαν. *Fabric.*

euangelium Lucae, certo exinde sequeretur, Lucam scripsisse prius, quam haec ad Corinthios data esset epistola; sed Paulus minime intellexit, neque adeo ex hoc ipso loco argumentum peti potest. — Variant quoque homines docti, quod attinet *annum*, quo scripserit Lucas? alii notant an. post Chr. aduersionem XV. alii XXII. alii XXVII. Multus est in his variis sententiis enarrandis et examinandis *Tillemontius* Memoires tom. p. 463. add. *Wetston.* tom. I. pag. 643.

Quaeritur denique, *quo loco? ad quosnam? et quare?* Lucas suum euangelium literis consignauit. Alii nominant *Antiochiam*, alii *Alexandriam* in *Aegypto* (vt Syrus interpres,) vel *Alexandriam Troadis*, (vid. *Sam. Petiti* Varr. Lect. lib. I. cap. 12. sic *Fabricius* noster) alii *Achaenam* s. *Eocotiam*, (*Lardnerus*, *Hieronymus*, vid. *Townson B. I.* pag. 128. *B. II.* pag. 115. *Sunder Gesth. d. Glasbeust. I. I.* pag. 55.) alii *Bethyniam*, alii denique, quorum sententia se maxime probabilitate commendat, *Palaestinum* etc. remittimus omnino lectores nostros ad *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1103 sqq. §. 152 sqq. qui ibi varias sententias adtulit, adatasque diligenter examinauit. — Scripsisse Lucam ethnico-christianis, opinatus est iam *Origenes* in *Matth. ap. Euseb. H. E. VI.* 25. quem sequuntur *Townson B. I.* pag. 48. *B. II.* pag. 117. alii. *Hellenisticis* imprimis *Alexandrinis* destinasse suum euangelium, maxime probabile videtur *Schmidio* *H. C.* pag. 466. *Grabio* et *Millio* *Prolegg.* pag. 114. Vt Christianis de historia vitae factorumque Christi prospiceret, scripsisse Lucam euangelium, cui, reiectis omnibus parum accurate de hoc grauissimo argumento editis narrationibus et compilationibus, plenam fidem habere possent, post *du Pin* *Prolegg. sur la Bible* lib. II. cap. 2. probare studuit *Szefelius* de *Canone* pag. 21 sqq. — Inscriptum Lucas librum suum *Theophilo*; quinam vero hic fuerit, non constat. Diu multumque inter literatos quaesitum est, vtrum nomen certi cuiusdam hominis, an adpellatum sit, quo significaretur *homo pius, Deique amans*. Adiectum *κατάριος* haud fauet illi opinioni, quam etiam pauci amplexi sunt, voc. *Θεόφιλος* esse nomen adpellatum. At enimvero etiam ii, qui certi cuiusdam hominis nomen esse statuunt, varia de huius hominis persona, dignitate, religione commemorant. Fuisse eum hominem, dignitate conspicuum, docet adpositum *κατάριος* <sup>45)</sup>; eum non Christianum fuisse, suspicatur *Michaelis*; *Alexandrinum* fuisse, opinatur *Schmid* *H. C.* pag. 467. coll. *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1093. nomen prorsus fictum esse, coniicit *Heumannus* in *Diss. de Theophilo*, inserta *biblioth. Bremensi* *Class. IV.* fascic. III. et VI. Nolo autem paullo verbosior esse in explicandis virorum doctorum opinionibus; qui plura legere cupit, adeat *Michaelis* l. c. pag. 1087 sqq. et eos, quos laudauit *Koehlerus* in *Analectis* ad *Luc. I.* 3. *Kuin.*]

Graece scripsit Lucas, non syriace, (conf. *F. Herus* *Sacr. Miscell. IV.* 1.) licet *Antiochenus*, atque *inter omnes euangelistas graeci sermonis eruditissimus* agnoscitur ab *Hieronymo* ep. 145.

45) Theophilum illum virum fuisse in dignitate constitutum, patet ex clorio *κατάριος* quod Lucas ei tribuit, quod possit etiam confirmari e recognitionibus *pseudo-Cementis* X, 71. si fides scripto nullius fidei, ubi inter conuersa *Antiochiae* a *Petro* plus quam decem millia refertur

*Theophilus, cunctis potentibus in ciuitate sublimior, qui domus suae ingentem basilicam ecclesiae nomine conserauit, in qua Petro apostolo constituta est ab omni populo cathedra. Fabric.* add. *Schmid* *H. C.* pag. 467.

ep. 145. ad Damafum, et ad VI. Iefaiæ. Hebraifmos quidem in Luca quoque non paucos obferuaffe ſibi viſus eſt *Ioh. Vorſtus*, ſed nimis illum liberalem fuiſſe in adnumerandis ſacerorum N. T. ſcriptorum hebraifmis, iam ſpirantem adhuc monuerat amicus *Tho. Reineſius* in epp. ad eum ſcriptis, et pluribus exemplis docuit egregius iuuenis *Horatius Vitringa*, in flore ætatis extinctus. Certe *audacius quam verius hoc contendit a Vorſio*, recte adfirmat *Ioh. Henr. Mainus* in examine hiſt. criticae Simonianæ pag. 375. *Lucam plus Hebraiſmorum quam ceteros ſcriptores ſacros uſurpoſſe.*

Lucae euangelium reiecerunt Cerinthiani, et Eb'onitæ: ſolum illud recipientibus Cerdonianis et Marcione, ſed qui mirifice interpolatum <sup>ll)</sup> et primis capitibus truncum variisque locis mutilatum habuit, atque, vt videtur <sup>mm)</sup>, ſine Lucae nomine præfixo, et præmiſſis vicium <sup>nn)</sup> Marcionis antitheſibus. Non omnia tamen, quæ aliter legiſſe referunt Tertullianus et Epiphanius, totidem Marcionis corruptiones fuiſſe videntur, cum nonnulla forte ita repererit in ſuis codd., vt recte viri docti adnotarunt. Quemadmodum locus de eo, qui ſabbatho opus famulum faciebat, qui in quibusdam codd. legitur poſt Luc. VI, 5. non a Marcionitis, vt volebant *Grotius* et *Arnoldus*, ſed ex euangelio Aegyptiorum adiectus eſſe videtur Millio p. 30. Prolegg. ad N. T. *Iohannem* vero *Bodinum*, qui, Marcionem ſequutus, prima Lucae capita in dubium vocauit, confutat *Huetius* demonſtrat. euangel. IX, 9. 7. pag. 776 ſq.

## E e e e e 2

## V. Euan-

ll) Irenæus lib. I. cap. 29. lib. III. cap. 11. Tertull. IV, 2. contra Marcion. et Epiphân. haer. XLII. cap. 9. 10 ſq. tom. I. p. 310 ſq. *Fabric.* Conf. diſputat. *Marcionem Pauli epistolâs et Lucae euangelium adulterasse dubitatur, praeside Iofia Frid. Chriſti. Loeffler* deſenſa a *Guil. Gabr. Wegener, Traiecti ad Viadr.* 1788. 4. Vanitatem plerarumque criminationum Epiphânii oſtenderant iam *Richardus Simon, Semlerus*, alii, quorum veſtigia hoc in libello preſſit haud infeliciter *Loefflerus*. Exemplar epistolârum, quod poſſedit Marcion, vocatum τὸ ἀποσολικόν, continebat auctore Epiphân. haer. XLII, 9. has epistolâs: ep. ad Galatas, vtramque ad Corinth. ep. ad Rom. vtramque ad Theſſal. ep. ad Epheſ. Coloff. Philem. et Philippenſes, et quidem hoc ipſo ordine, quo eas poſuimus. Cum variis temporibus, et a variis colligerentur epp. Pauli, neceſſe erat, vt variae illae collectiones, et quoad ordinem et quoad numerum epistolârum, diſſerent inter ſeſe maximopere. Marcion ergo habebat exemplar epp. mancum et imperfectum, nec adeo plures epistolâs agnoſcebat. Id quod fortassis non malo animo fecit. De Marcionis euangelio vetus traditio docet, cum tantummodo Lucae euangelium admiſiſſe, id vero mirifice interpolaffe. Quodſi vero diligentius examinantur loci, allati ab Irenæo, Tertulliano, Epi-

phanio; patet, omnia, quæ hanc in rem proferuntur, coniecturis niti: patet, Marcionem habuiſſe euangelium quoddam, noſtris maximam partem ſimile, ab iis tamen etiam diuerſum. Marcionis euangelium neque erat euangelium Lucae, nec euangelistarum, quod ſibi Marcion compoſuerat, ſed illud euangelium iam ante Marcionis tempora erat confectum, ſicuti ſæc. II. plura exſtabant euangelia, præter illa, quæ nos habemus. Irenæus ſtatuebat, Lucae euangelium eſſe fontem, e quo fluxerit Marcionis euangelium, quoniam hanc opinionem ſouebat et defendebat, exiſtiſſe et exſtare tantum potuiſſe quatuor euangelia, et ex vno horum reliqua omnia eſſe derivata. Hinc etiam traditio, Ebionitarum euangelium e Matthæi tamquam fonte, fluxiſſe. Irenæum hac in re Tertullianus ſecutus eſt. — Et hæc quidem, quæ hæcenus ſcripſimus ſuſius et accuratius expoſita leguntur in libello *Loeffleriano*, qui inſertus legitur *Commentation. theolog. (vol. I. Lipſ. 1794. 8.) a Veithuſeno, Rupertio* et me ipſo editis. Conf. etiam *Eichhornii Allgem. Bibl. d. bibl. Litteratur B. II. pag. 310 ſqq. Kain.*

mm) Conf. *Rich. Simon. Hiſt. Crit. N. T. lib. I. pag. 125. Fabric.*

nn) Tertullian. contra Marcion. IV, 4. *Fabric.*

V. Evangelio etiam alterum λόγον siue librum, *πράξεις* nimirum Ἀποστόλων Lucas subiecit, cui *Ἄκτι Ἀποστόλων* diserte tribuit etiam veteres, vt *Irenaeus* III, 15. et 19. *Tertullianus* de ieiuniis cap. 15. *commentarium Lucae* adpellans; vt alios veteres et recentiores omittam. [vid. *Lantuer. Supplements* etc.] In codd. multis nomen auctoris non fuit adscriptum<sup>oo)</sup>, forte, quod tamquam δεύτερος λόγος euangelio statim subiunctus fuit hic liber<sup>pp)</sup>, vt suspicatur *Dodwellus* Diss. I. ad *Irenaeum* pag. 69. Plerique tamen codices hunc titulum praefixum habent<sup>qq)</sup>: *Ἀκτὴ εὐαγγελιστῆ πράξεις ἀποστόλων*, vel *πράξεις τῶν ἀγίων ἀποστόλων διὰ Ἀκτῆ ἀποστόλου*. A *Lombacio*<sup>rr)</sup> etiam adfertur imago Lucae, in genibus scribentis Actorum librum, quam codici vetulio in bibl. Vindobonensi praemissam reperit. Graece scriptum esse, nemo, quod sciam, ambigit, atque *Rich Montacucium*<sup>ss)</sup> quidem, si audimus, *luculento et purissimo sermone, vt ne ipsae quidem Athenae magis attice loquantur*. Quamquam *Epiphanius* XXX, 6 et 12. Actorum Apostolicorum librum a Iosepho, Thibeticensi hebraice repertum memorat. Non diu post euangelium, aliquo tamen tempore interiecto, a Luca videtur compositus, et quamquam vniuersae *apostolorum* acta titulus pollicetur, aliorum tamen res vix attingit liber, quam Petri et Pauli, Pauli autem maxime, cuius conuersionem, itinera, et labores persequitur vsque ad primam in vrbe Roma commorationem biennii Act. XXIII, 30. et defensionem apud Nerone[m] quarto huius imperii anno A. C. LVIII. Vtrum Romae<sup>tt)</sup> propterea scriptum librum necesse sit, vt colligit *Hieronymus*, alii videant, qui malunt Alexandriae<sup>uu)</sup> hoc factum, siue illa Troadis, siue Aegypti; vel in altera Aegypti vrbe Thebis: mihi enim hoc totum videtur esse perquam incertum. Neque omnia Pauli, etiam illis, quae tangit temporibus, ne dum Petri gesta Lucam adtingisse, pulere obseruat *Hieronymus* in secundam ad Galatas. Quarentibus, cur Paulo superflua historiam non vterius pertexuerit, respondet *Chrysostomus* homil. I. in Acta, quod ad scopum praecipuum iam haec, quae scripsit, sufficerent, et de cetero sanctis illis viris magis curae esset, ecclesias doctrina euangelii replere, quam λογισμαζειν. Quamquam vero in synopsi Athanasiana legas, Petrum Acta ὑπαγορευσαι, siue eorum materiam praebuisse Lucae, tamen verius est, quod *Euthalius*, a *Zacaryio* editus, p. 421. adfirmat, Lucam, quibus ipse interfuisset, et quae ipse vidisset, conscripsisse. Συναπεδήμει γὰρ, inquit, τὰς τε ἄλλοις ἀποστόλοις καὶ μάλιστα τῷ Παύλῳ, καὶ εἰδὼς ἀκριβῶς γράφει. *Hieronymus* in

oo) Recenset eos *Wetsten.* tom. II. pag. 455. *Kuin.*

pp) Non Lucae tantum euangelio, sed toti codici euangeliorum, appendicis loco subiunctus videtur liber *Schmidio* H. C. pag. 471. *Kuin.*

qq) *Rich. Simon* Hist. Crit. lib. I. pag. 19 sq. *Fabric.*

rr) *Lambec.* lib. II. biblioth. Vindob. pag. 571. *Fabric.*

ss) *Montacucius* Praefat. ad Anal. Orig. Eccles. *Fabric.*

tt) Sic *Michaelis Einleit. Th. II. §. 166.* p. 1175. et quidem anno LXIII. *Schmidius* vero H. C. pag. 470. scriptum librum esse existimat Romae a. LVIII. *Kuin.*

uu) Etiam *Theophilum*, cui Acta Lucas inscripsit, inter primos credentium, et nobilissimos Alexandriae fuisse scribit *Bar Bahiul*, auctor *Syrus Iexici* apud Castellum, [vid. *Schmid. H. C.* pag. 457. coll. *Michaelis Einleit. Th. II. p. 1093. Kuin.*] *Alexander* vero *Morus* parum verisimiliter illi *Theophilo* inscripsisse libros suos Lucam suspicatur, quem iudicio areopagitico falsi damnatum Athenienses precibus *Pisonis* concedere noluerunt, vt refert *Tacitus* Hist. II, 55. *Fabric.* De *Theophilo*, vid. quae supra notauimus, Alexandriae scriptis Lucam, falso perhibent *επογραφεῖς* MSS. graecorum. v. *Mullii* N. T. pag. 196. *Schmid* H. C. pag. 470. *Michaelis Einleit. Th. II. pag. 1103* sq. et pag. 1175. *Kuin.*



in Catalogo S. E. *Lucas* evangelium, sicut audierat, scripsit, Acta vero Apostolorum, sicut viderat ipse, composuit. [De scribendi indole Lucae, modo narrandi, nec non de Chronologia Actor. vide quae praeclare observavit *Michaelis Euseb. Th. II. §. 168* sq. pag. 1179 sqq. *Kuin.*]

Probe ex Varrone notavit *Scaliger*, actum latine dici, quod alii barbare tractatum appellent, sed graeca inscriptio praesentis libri manifestum facit, *Acta* vel *Actus* h. l. eo sensu esse accipienda, uti quae veteribus memorantur acta urbis, acta Pompeii, acta publica et diurna populi Rom., acta Caesaris, acta temporum Augusti, acta Tiberii, Caii etc. acta diurna Senatus, acta Antonii, acta Pilati, de quibus superfluum est hic plura adferre post doctorum hominum ad Plin. Sueton. etc. diligentiam. Erant quidem illi commentarii, in quos non res quaelibet, sed eximiae, magnae, graues, notatuque grauissimae referebantur, et ad posterorum memoriam transmittentur. Ac qui magni aliquid gessisset, is dictus est fecisse, quod dignum esset exire in acta; neque quicquam magis desiderabant et non factum querebantur, qui res dignas memoria patressent. *Fiunt istae palam, cupiunt et in acta referri.*

Acta Lucae reiecerunt olim praeter *Cerinthum*, de quo Philastrius Haer. 26. *Ebionitae*, Epiphan. XXX, 16. *Tatianus* et *Seuriani*, Euseb. H. E. IV. 29. *Mercionitae*, Tertul. V, 2. contra *Mercion.* et *Mnathiaci*, Augustin. contra Adimantum cap. 12. et de utilitate credendi cap. 3. et contra epistolam fundamenti cap. 5. ineptam *Wifgangi Loebii*, *Ioh. Fabri* et *Martini Cholmi* dubitationem, qui ambiguos se haerere professi sunt, utrum Lucae acta sua ex Abdia, an hic e Luca descripserit, alibi, in prolegg. ad Pseudo-Abdiam exponit. Quod vero *Chrysostomus* Homil. I. in acta queritur, illa actate multis librum hunc ignotissimum fuisse, potius mihi supinam ac priuatam quorundam socordiam et torporem, quam publicam ecclesiae negligentiam castigare videtur. Πολλοὶ, inquit, τερὶ τὸ βιβλίον ἐδ' ἔτι ἐν γράμμιν ἔστω. ἔτε αὐτὸ ἔως ὀλίγους αὐτὸ καὶ σιθεῖς. Idem certe *Chrysostomus* Hom. LXVI. de discretis locis N. T. tellurum, sua aetate praelegi solita in ecclesiis post Paschaes festum. (tom. V. edit. *Ducii* pag. 842) quod confirmat *Euthalius*, a *Zucagnio* editus, p. 443. et *Augustinus* tractat. VI. in Iohannem<sup>m</sup>), praeterea lex *Theodosii* de festis lib. XV. cod. Theodol. tit. 5. lege 5. Recentium quoque Graecorum eundem morem observarunt *Cangius*, glossatio Graeco in *Ἠραξαρπέσδες*, et *Lambertus* de bibl. Vindobon. lib. V. pag. 287.

De alteratione *Papisci* et *Iseniis*, quam ab *Aristone Pellato* scriptam ad *Lucam*, veluti auctorem, male retulit *Clemens Alex.* sexto Hypotypicon, teste *Maximo* ad *Dionysium* de mystica theol. cap. 1. vide *Casil. Sponneri* notis ad *Origen.* IV. contra *Celsum* pag. 57. *I. E. Grailii* Prolegg. ad *Irenaeum* pag. 15. et tom. II. spicillegii patr. pag. 127 sq. *Casil. Casii* bibl. litterariam S. E. ad a. Chr. CXXXVI. et *Mugli* diss. de patribus apostolicis pag. 91 sq. *Fabric.*

VI. S. IOANNES, Zebedaei, Bethsaldensis, piscatoris et Salomes F. <sup>1)</sup> Jacobi frater, & μόνον ιδιώτης ἀλλὰ καὶ ἀρχαίματος <sup>uu)</sup>, sed qui in Iesu amore, quo vnice sese effert <sup>xx)</sup>, abunde hausit eruditionis diuinæ ac coelestis, tantam quoque vim eloquendi diuina, vt esset Boanerges quidam, siue tonitru filius, Marc. III. 17. Versatus deinde maior natu in Asia, ἔνθα τὸ παλαιὸν ἐπιλοσόφον εἰ τῆς Ἑλληνικῆς συμμορίας ἅπαντες <sup>uu)</sup>, Euangelium graece condidit Ephesi <sup>zz)</sup> omnium postremus <sup>aaa)</sup> iam nonagenatio maior <sup>bbb)</sup> cum e Patmo reuersurus esset post Domitiani necem quae a Chr. 96. contigit <sup>2)</sup>. Nam Syriace primum

r) Vitam huius Apostoli praeter Lardnerum in *Supplements to the Credibility of the Gospel History*, vol. I. cap. XI. omnium vberissime descripsit Frid. Adolph. Lampius in *Prolegom. Commentar. in Euangel. Ioan.* praemissis, tom. I. lib. I. cap. I—VI. pag. 1—102. vbi p. 2. etiam reliqui eiusdem vitae enarratores commemorantur, quos eodem laudatos etiam reperies apud Io. Geo. Walchium in *Bibl. theol. sel. tom. III. pag. 461 sq.* et Hambergerum in *zuverl. Nachricht. vol. III. pag. 124 sq.* Keil. add. A. H. Niemeyer in *Charakteristik der Bibel tom. I. edit. quintae.*

ww) Chrysof. I. in Ioann. p. 10. ex Act. IV. 13.

xx) Io. XIII. 23. XIX. 26. XX. 2. XXI. 7. 20. Grotius obseruat, Petrum maxime fuisse φιλόχριστον, Ioannem φιλοθεόν, vt Alexander de amicis suis dicebat, Hephæstionem esse φιλαλεξάνδρον, Craterum φιλοβασιλέα. Diodor. Sic. XVII. 114. Plutarch. Alexandro pag. 691.

yy) Chrysof. loco laudato.

zz) Irenaeus III. 1. apud Euseb. V. 8. Hist. et Epiphani. LI. 12. licet alii in Patmo scripserint affirmant, Hippolytus, Dorotheus etc. [Postremus male huc refertur, cum Euangelium nostrum discrete tradat, Ephesi editum fuisse. Alios vero testes et plures nominatim codices graecos, in quibus Euangelium hoc in Patmo editum fuisse defenditur, laudat Wetstenius *N. T. tom. I. pag. 831.* Verum eiusmodi codicum subscriptionibus nullam hac in re fidem habendam esse, recte iudicat I. D. Michaelis in *Introd. in libr. N. T. vol. II. §. 165. pag. 1171.* edit. recentiss. Keil.] Vide Sam. Basnage ad a. Chr. 97. nr. II.

aaa) Clemens Alex. in libris Hypotypof. apud Eusebium VI. 14. et III. 24. Hist. consentiente Irenaeo, Epiphani. LI. 19. et aliis veteribus. *Fabr. Aliter tamen visum est I. S. Semlero, qui in Paraphrasi huius Euangelii pluribus locis contendit, Ioannem omnium Euangelistarum primum videri scripserit. Verum hanc coniecturam argumentis,*

admodum leuibus, niti, exemplis aliquot docuit idem Michaelis in *Biblioth. orient. et exeget. vol. III. pag. 24 sq. Keil.*

bbb) Epiphani. Haer. LI. tom. I. pag. 434. διὸ ἔπερον ἀναγκάζει τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸν Ἰωάννην παραστῆσαι εὐαγγελίσασθαι δι' εὐλάβειαν καὶ ταπεινοφροσύνην, ἐπὶ τῇ γηραλίᾳ αὐτῆ ἡλικίᾳ μετὰ ἔτη ἑνεήκοντα τῆς αὐτῆ ζωῆς μετὰ τὴν αὐτῆ ἀπὸ τῆς Πάτμου ἐπάγοντο. Conf. Suidam in *Ἰωάννη.* Io. Dallaeum lib. I. cap. 16. de scriptis Dionysii Areopag. et Stephanum le Moyne ad *Varia sacra pag. 1020 sq.*

2) Omnino admodum varie hoc tempus a scriptoribus antiquis et in graecis, qui nobis supersunt, codicibus, solet definiri, aliis quidem sub *Domitiano*, aliis sub *Traiano*, aliis anno post Christi in coelos adscensum *trigesimo*, aliis *trigesimo primo*, aliis denique anno aetatis Ioanneae *centesimo* id scriptum tradentibus; ex quo facile est, colligere, haec omnia non nisi coniecturis niti, nec certi quicquam hac de re inter veteres constituisse. Itaque recentiores scriptores ex ipso potius libri argumento tempus, quo exaratum esset, quodammodo saltem studuerunt definire. Atque hic alii quidem ex cap. V, 2. intelligi posse iudicauerunt, id ante Hierosolymorum excidium scriptum fuisse, quoniam hie piscina ad portam orienti etiamnum existare (*ἔστ*) dicatur; quod tamen argumentum parum firmum esse, non incommode iudicauit Michaelis *I. I. pag. 1173.* Ipse vero ex cap. XVIII, 10. et XXI, 18. 19. hoc saltem colligi posse, cum aliis quibusdam defendit, post Petri demum obitum librum hunc scriptum fuisse; verum nec haec loca ad eam rem declarandam sufficere; bene monuit Chr. Frid. Schmidius in *Histor. antiq. et Vindicat. Canon. sacr. P. II. S. I. cap. IV. §. 196. p. 482. not. 51.* Nihilominus tamen Io. Aug. Starkius in *Histor. Saec. I. (Geschichte der christlichen Kirche des ersten Jahrhunderts.) vol. II. pag. 85.* ex vtroque argumento id effici posse statuit, Euangelium hoc a. Chr. 68. aut 69. scriptum esse iudicandum. Ven.

primum scriptum a Ioanne, et graece deinde a Graecis, ad fidem conuersis, vel a nescio quibus aliis conuersum esse, Salmastii <sup>ccc)</sup> patum verisimilis coniectura est, omni veterum consensu destituta, licet apud Epiphanium XXX. 6 et 12. mentio Euangelii Ioannis, hebraice reperti a Iosepho Tiberiensi, sed ἀπὸ Ἑλλάδος εἰς Ἑβραϊδα φωνῆν μεταληφθέντες. Ad Autographum graecum Ioannis prouocat Petrus Antiochenus apud auctorem Chronici Alex. p. 521. nescio qua fide: at Chrysostomus homil. I. in Ioann. pag. 13. testatur, Syros, Aegyptios, Indos, Persas, Aethiopas et infinitas alias nationes vsas Euangelio Ioannis, in suam translato linguam. Imaginem Prochori, ex Ioannis dictantis ore Euangelium excipientis et graece scribentis, [P] refert e veteri codice Lambecius II. de bibl. Vindob. pag. 571. [itemque Montefalconius in Diar. Ital. pag. 362.] A versione graeca LXX. Interpretum quandoque discessisse Ioannem et hebraicis verbis instituisse, obseruat Eusebius in Psalms, a praestantissimo Montfaucono nuper editus pag. 171. ἔθεν καὶ Ἐὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ὡς ἂν Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τὸν Σατῆρα ἔπεφικε μὲν ἀλλὰ καὶ πτέρναν (Io. XIII. 18.) ἀνεμακάει ἐμυρμένευαν. Confer exempla plura apud Christianum Schotanum de auctoritate versionis LXX. interpretum p. 67. <sup>3)</sup> Iulianus, parabates, apud Cyrillum X. pag. 327. vitio vertit Ioanni, quod Iesum Deum esse docuerit, aliis hoc apostolis non ausis facere, τὸν Ἰησοῦν ἔτε Παῦλος ἐπέληψε εἰπεῖν Θεὸν, ἔτε Μαρτῖνός, ἔτε Λευκάς, ἔτε Μάρκος, ἀλλ' ὁ χριστὸς Ἰωάννης. Saltem in hoc acutius vidit Iulianus Sociianis, quod Iesum a Ioanne Deum esse pronunciatum non negauit. Si voluisset aciem intendere, idem etiam ab aliis factum apostolis intelligere potuisset. Quod vero Ioannes Iesu diuinitatem diligentius ceteris exposuit, ideo iampridem a pilae insigne et theologi titulum tulit <sup>4)</sup>, vnde et Euangelium eius Θεολογίαν adpellat Suidas in Ἰωάννης <sup>5)</sup>. Scilicet hanc fidem inculcauit *Ioannes, Domini discipulus, volens per*  

*Euangelii*

Ven. autem Storrius in libro, infra laudando, quem de consilio Euangelii nostri scripsit, § 77. pag. 405. nihil certi hac de re definit, neque tamen improbable esse indicat, id diu post excidium Hierosolymitanum scriptum esse. *Keil.*

<sup>ccc)</sup> Refellitur a Rich. Simone I. Hist. Crit. N. T. pag. 333. [vers. germ. vol. I. pag. 624 sq.] qui pag. 41 sq. [vers. germ. pag. 65 sq.] etiam Petri Antiocheni ad Ioannis Autographum prouocantis, fidem vocat in dubium. *Fabric.* Proposuit autem Salmastius hanc coniecturam in notissimo libro *de lingua hellenijl. pag. 258.* neque tamen de nostro tantum Euangelio ibi loquitur, sed omnes potius *Apostolos* lingua sibi familiari et vernacula scripsisse defendit, quae protinus, (haec sunt ipsa eius verba,) a Syris Ἑλληνίζουσι, vel Graecis ipsis, ad fidem conuersis, quos secum habuissent Euangelii praedicandi adiutores et administratos, in Graecum fuisse translata. *Keil.*

<sup>3)</sup> Idem vero et reliqui scriptores N. T. nunquam fecisse videntur, de quo consulendi sunt I. D. Michaelis l. I. § 37. pag. 240 sq. vol. I. et I. B. Koppius in *Excurs. I. epistolae ad Roman.*

subiecto, pag. 332 sq. Quare non video, cur de Ioanne singulatim hoc obseruandum putauerit no-  
*ster. Keil.*

<sup>4)</sup> Quod quippe vocabulum de diuinitatis Iesu defensore κατ' ἐξοχὴν tum dici solebat, de quo vid. Buddeum in *Institutt. Theol. dogm. pag. 52.* et Wolfium in *Cur. phil. tom. IV. p. 369.* itemque Lampium l. I. lib. I. cap. VII. §. 19. p. 118. et §. 21. p. 121. De ipso vero vocabuli vsu conferenda est S. V. Tütmani Prol. de *Theologis veterum. Viteb. 1775. 4. Keil.*

<sup>5)</sup> Commemorari et hoc poterat, idem Euangelium hac ipsa de causa πνευματικὸν etiam dici Clementi Alexandrino apud Euseb. *H. E. lib. VI, 14.* Hoc enim nomine aperte ideo dicitur, quod non traçet τὰ σωματικά, vel, vt Epiphanius dicit *haer. II, 12. τὴν ἰσαρκον πραγματείαν,* quam reliqui Euangelistae exposuerant. Ceterum vestigia huius dogmatis, in Euangelio nostro traditi, peculiaribus scriptis persequenti sunt Dau. Christ. Grimmus, scholae Annaemontanae hodie Rector, in *Theologiae Ioanneae, s. Vindicarum diuinitatis I. C. Ioanneo Euangelio demonstratae Spec. I.*

*Euangelii annunciationem auferre eum, qui a Cerintho infeminatus erat hominibus errorem, et multo prius ab his, qui dicuntur Nicolaitae, qui sunt vulgo eius quae falso cognominatur scientia etc. ut locuples tellis Irenaeus III. II. pag. 218. 6) Vtrum voluerit simul Platonicas*

*περι*

*Spec. I. Lips. 1770. et Spec. II. 1773. 4. S. V. Tittmannus in Prol. de Iesu Deo et Servatore in Euangelio Ioannis demonstrato, Viteb. 1778. 4. itemque S. V. Kleukerus in libro sic inscripto: Iohannes, Petrus, und Paulus, als Christologen betrachtet. Rig. 1785 8. Keil.*

6) Idem testantur etiam Hieron. in *Prooem. in Matth.* et in *Catal. script. eccles. cap. IX.* atque Epiphanius *haer. LI. pag. 423.* qui tamen non vnum Cerinthum, quem nec Irenaeus solum cogitari voluit, commemorant, sed plurimum sectarum gnosticarum mentionem faciunt. Quamquam vero Irenaei verba, ut non incommode monuit Grimmius *l. I. Spec. I. pag. 15.* sic tantum intelligi possunt, ut Ioannem Euangelio suo scribendo illi errori, quem et Cerinthus post alios divulgasset, occurrisset, tradere velle existimetur: plerique tamen ita potius ea intellexerunt, ut aduersus ipsum Cerinthum Iohannem Euangelium suum scripsisse, Irenaeum statuisse defenderent, hancque eandem loci interpretandi rationem multis nuper afferere studuit, eamque chronologiae etiam rationibus conuenire pluribus ostendit S. V. Storrius in peculiari commentatione in locum illum Irenaei, *Repertor. liter. bibl. et orient. Eichhorn. vol. XIV. pag. 136 sq.* inserta. Fuerunt tamen omni tempore admodum variae virorum doctorum de veritate huius narrationis sententiae, aliis quidem eam admittentibus, aliis vero acriter impugnantibus. Ex illis inprimis commemorandi hic videntur Io. Franc. Buddeus in *Eccles. Apostol. cap. 5. §. 5. pag. 409—440.* Ge. Lud. Oederus in *Tract. de scopo Euangelii S. Iohannis Apostoli, haeresi Cerinthi oppositi, Francf. 1732. 8.* et Ioach. Oporinus, Goettingensis quondam Theologus, qui ex hac quidem traditione optimam huic libro licentiam accendi posse statuit, idque pluribus ostendere studuit in Dissertatione sic inscripta: *Clavis Euangelii Iohannis historico-ecclesiastica, quae dextere applicata patefacit, totum Euangelium Iohannem nihil aliud esse, quam demonstrationem anti-Cerinthianam de Iesu Θεωλογώπρω, mundi seruatore, Goetting. 1743. 4.* itemque ex recentioribus I. D. Michaelis in *Introd. in libr. N. T. vol. II. §. 158. pag. 1133 sq.* et S. V. Storrius in

peculiari libro super hoc argumento scripto: *Ueber den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe Iohannis, (Tubing. 1786. 8.) pag. 43 sq.* Praeter hos autem aduersus eosdem Gnosticos, neque tamen eos Christianos, sed vel Iudaeos, vel gentiles, Euangelium nostrum scriptum esse, defendit quoque Auctor anonymus in *Beyträgen zur Beförder. des vernünft. Denkens in der Religion, Fasc. XVI. pag. 197 sq.* Contra vero hanc de Euangelio nostro, Gnosticis opposito, sententiam olim quidem inprimis oppugnauit Frid. Ad. Lampius *l. I. Prol. lib. II. cap. III. §. 10 sq. p. 179 sq.* nostris autem temporibus inter huius sententiae oppugnatores inprimis eminauit S. V. Tittmannus, qui in egregio libello *de vestigiis Gnosticorum in libris N. T. frustra quaesitis, (Lips. 1773. 8.) pag. 155 sq.* ab eorum sententia alienissimum se esse ostendit, qui gnosticos errores Ioannis animo in scribendo hoc Euangelio obuersatos fuisse statuunt. Cum igitur haec veterum de consilio Euangelii nostri traditio non omnibus probaretur, alii quidem alias ea de re sententias stabilire conati sunt, quarum pleraque diligenter enarrauit atque examinavit Lampius *l. I. Prol. lib. II. cap. III.* Ipse vero cap. IV. hanc de consilio libri nostri sententiam proposuit, ut Ioannem Iudaeos, doctrinam christianam amplexos, in fide de Iesu, vero Messia, eodemque Dei filio, confirmaret; cui proxima est Lardneri sententia, qui in *Supplements to the credibility of the Gospel history, vol. I. pag. 393 sq.* Ioannem id maxime spectasse defendit, ut Iudaeis incredulis veritatem historiae euangelicae persuaderet, vel saltem, cum facile potuerit praeuideri, se hoc consilium vix esse assecuturum, poenarum ab iis sumendarum iustitiam vindicaret. Sed, vtramque sententiam vero parum consentaneam esse, ostendit Michaelis *l. I. pag. 1132 sq.* Neque magis ad verum accedere videtur b. Semleri sententia, qui in *histor. dogmat. fidei Polemicae Baumgarten. praemissa, vol. I. p. 61 sq.* in graecorum maxime Iudaeorum, extra Palaestinam, nominatimque in Asia, viuentium, vsu hoc Euangelium a Ioanne eo consilio scriptum esse defendit, ut ad fidem in Christum eos adduceret. Multo vero probabilior, imo vix iustae

περὶ τῆς λόγου argutationes, quales nuper ediderat Philo Iudaeus, emendare, doctiores iudicent?). Temporis rationem per Paschata vnus reliquis videtur distinctius designasse. Tam sublimis

iustae amplius dubitationi obnoxia censenda est eorum sententia, qui Ioannem nostrum Euangelium suum Ioannis Baptistae sectatoribus, qui Iesum verum Messiam esse negarent, hancque dignitatem suo potius magistro deferrent, opposuisse defendunt. Id enim plura huius Euangelii loca, (cap. I, 42. II, 11. IV, 29. VI, 69. IX, 35. X, 24. XI, 27. et cap. I, 8. 20. III, 26 — 28.) cum aliis Epistolarum eius locis (1 Ep. II, 22. IV, 3. 2 Ep. 7.) collata, non tam suadere, quam aperte potius monstrare atque adeo postulare videntur; quod vberius essem demonstraturus, si hic locus pateretur, neque id a viris, mox nominandis, satis iam esset demonstratum. Etenim id ipsum Ioannis nostri in libro conferendo consilium fuisse, non modo suspicatos iam esse vidi Semlerum *l. l. pag. 66.* et in *Paraphr. hui. Euangel. vol. I. pag. 11.* atque Herderum in *Erläuterungen zum N. T. aus einer neueröffnet. morgenl. Quelle, pag. 11.* sed reperi etiam, idem olim iam defensum fuisse a Celeb. Nic. Barkey in peculiari commentat. *de scopo Euangelii, quod est secundum Ioannem, inserta Biblioth. Hagau. Class. III. fasc. III. pag. 591 sq.* cui iungenda est alia eiusdem viri comment. *de Sabus in Class. IV. fasc. II. eiusd. Bibliothec. p. 355 sq.* reperiunda. Nostris autem temporibus eandem sententiam, eorum, quae Batauus ille scripserat, penitus, vt videtur, ignarus, vt nouam plane hyp. thesin proposuit, multi que adornare conatus est Io. Geo. Overbeck, sacrorum in terris Austriae hodie minister, in peculiari libro, ea de re edito, quem sic inscripsit: *Neue Versuche über das Euangel. des Iohannes, Gerae, 1784.* 8. mai. tulitque is, praeter aliorum, nominatim etiam S. V. Storrii et b. Michaelis plausum, quorum ille in libro paullo ante laud. *p. 27 sq.* hic autem in *Introd. in libr. N. T. vol. II. §. 159. p. 1140 sq.* eandem sententiam calculo suo comprobauit, eamque cum superiori illa de gnosticis erroribus in hoc Euangelio oppugnatis, praeter rationem, vt mihi quidem videtur, vterque iungendam iudicauit. *Keil.*

7) Haud dubie animo nostri obuersatus hic est Io. Clericus, quem constat hanc sententiam acriter propugnasse in libro peculiari, eoque sic inscripto: *XVIII prima Commata cap. I. Ioan.*

*Vol. IV.*

*paraphrasi et animaduers. illustrata a Io. Clerico, Amstel. 1695 8 et inserto dein partim Commentario in Pentateuch. edit. I. Amstel. 1696. partim repetitae editioni Paraphraseos librorum N. T. Hammondianae, Francof. 1714. fol. Verum hanc sententiam mox oppugnarunt primum Elias Benoist, editis tribus Dissertationibus epistolais de his 18. versibus, Roterod. 1697. de quibus cfr. *Acta Eruditor. ei. an. p. 489 sq.* tum Io. van der Wayen in Dissert. *de λόγῳ, praemissa Rittangeli: librae veritatis, Francof. 1698 8.* cui respondit Clericus in *Epistol. critic. VII. VIII. et IX. post Camp. Vitringa in Obseru. Sacr. lib. V. cap. X — XIII. pag. 132 sq.* Herm. Wolfius in Exercit. III. *περὶ τῆς λόγου in Miscellan. SS. tom. II. p. 87 sq.* Lampius *l. l. lib. II. cap. III. §. 52. pag. 203 sq.* alique plures. Quanquam vero toties iam confutata fuerat haec Clerici opinio, tamen eandem fere reuocare sustinuit Th. Mangeyus in *Præf. ad Philonem a se editum; sed et huic acrem se aduersarium praebuit S. V. Io. Ben. Carpzouius, Helmstadiensis theologus, in Dissert. de λόγῳ Philonis non Iohanneo, Helmst. 1749 4. inserta dein Prolegomenis, Exercitationibus S. in Pauli epist. ad Hebraeos ex Philone Alex. praemissis, pag. CVII sq.* Nescio tamen, an hi omnes viri doctissimi satis liquidum fecerint, nihil plane similitudinis λόγῳ Iohanneo cum Philoniano intercedere, quod mihi non videtur negandum, quanquam, quod Clericus voluit, Philonem a Iohanne lectum fuisse, aut hunc saltem τῆς λόγου nomen vsurpandi occasionem ei praebuisse, minime contenderim. Certe hoc saltem, vt recte iam obseruauit Semlerus in *Paraphr. ad h. l. iure contendere posse arbitrer, istud nomen lectoribus Ioannis abunde iam cognitum censendum esse, cum eo, tanquam satis iam noto, vtatur, nulla plane eius explicatione aut definitione addita. Vnde autem ductum fuerit, et quae notio ei tum temporis videatur subiecta fuisse, id non magis licet hoc loco inquirere, quam ei conueniret, si reliquis de fonte et sensu huius vocabuli virorum doctorum sententias nunc vellem enarrare. Si tamen placuerit, ceteri hic possunt, quae scripsi in *Exercit. I. de doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per Platonicas sententias Theologiae liberandis, (Lipl. 1793. 4.) p. 72 sq.***

F f f f

Qui

sublimis porro diuinitatis Iesu praecepo pauca eius miracula <sup>ddd)</sup> et in his duo tantum, apud reliquos memorata Euangelistas, retulit: sermones Domini velut in supplementum ceterorum Euangelistarum complures adnotauit. Nam vt Theodoro Mopsuesteno apud auctorem Catenae traditum, Ioannes laudata et confirmata triam, qui ante se Euangelium scripserunt fide, ea quae illi omiserunt pauca adiunclurum se spondit <sup>e)</sup>. Ὁ δὲ ἐπῆνεσε μὲν τῆς ἀληθείας τὸς γεγραφότας, ἔφησε δὲ βραχέα μὲν αὐτοῖς παραλελειῶσθαι καὶ τῶν μάλιστα ἀναγκαίων λεχθῆναι θαυμάτων τὰ διδασκαλικά πάντα μικρὰ. Ἦτα καὶ δεῖν ἔφασκε τὸς περὶ τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τῆ χριστοῦ διαλογισμένης. μὴδὲ τὸς περὶ τῆς θεότητος λόγους παραλιπεῖν, ἄσε μὴ τῆ χροῖνε προβαίνοντες τέτοις ἐκδιδοτάς τοῖς λόγοις τὸς ἀνθρώπους τέτο μόνον αὐτὸν κομιζέω ὅπερ ἔφασκετο. Ἐπὶ τέτοις παραλήκεις τῶν ἀδελφῶν ἐγένετο, ταῦτα ἂ μάλιστα ἀναγκαῖα μὲν κηέες [P] πρὸς διδασκαλίαν παραλελειμμένα δὲ ἔρα τοῖς λοιποῖς, γραφῆαι μετὰ σπεδῆς, ὃ δὴ καὶ πεποίηκε. Confer Topographiam Christianam Cosmae Indopleustae lib. V. pag. 248. Si fides <sup>e)</sup> auctori Martirii S. Timothei apud Photium cod. CCLIII. pag. 762. Ioannes etiam priorum trium Euangelistarum scripta recensuit. τὸς τόμος εἰ ἀνέγραψεν διαφέρεις γλώσσους τὸ σατήρια τῆ Δεσπότη πάθη τε καὶ θαύματα καὶ διδάγματα. τέτες παρὰ τῶ κομιζόντων δεξάμενος Ἰωάννης διέταξέ τε καὶ συνιδίεθρωσε, καὶ ἐν ἐκάστῳ τῶν τριῶν Εὐαγγελιστῶν τὸ ὄνομα ἐσημέσατο.

Euangelium Ioannis reiecerunt praeter *Cerinthianos*, *Elionaeos*, *Cerdonianos*, et *Marcionem*, de quibus supra in Matthaeo, *Theodotus Byzantinus* <sup>10)</sup> auctor Theodotianorum, de quo

Qui vero aliorum ea de re sententias cognoscere cupiant, iis ad eundem in primis est Welfus in *Cur. phil. et critic. in IV. Euangel. pag. 780 sq.* cui quoad recentiorum sententias iungendus est b. Doederleinus in *Institut. Theol. christ. tom. I. pag. 345 sq.* edit. recentiss. *Keil.*

<sup>ddd)</sup> Nazianzenus de Ioannis Euangelio: παῦρον δὲ Ἰωάννης γράφεται ἱερεῖ ἐν βιβλίῳ θαύματα, ἀλλὰ λόγοι πολλοὶ χριστοῦ λέγονται.

<sup>e)</sup> Idem tradiderunt etiam Clemens Alex. apud Euseb. *H. E. lib. III. cap. 24.* et *VI. 14.* Hieron. in *Catal. scriptt. eccles. cap. IX.* et Epiphani. *lib. II. haer. LI, 6.* Sed parum hoc probabile videri, praeter alios in primis docuit Lampius *I. I. lib. II. cap. III. §. 3. pag. 174 sq.* nec sibi etiam persuaderi potuisse monuit Semlerus ad *Townsonii Abhandlungen üb. die vier Evangelien, vol. I. pag. 53 sq.* Nihilominus tamen id ipsam pluribus nuper argumentis demonstratum iuerunt b. Michaelis in *Praef. Commentario in historiam sepulturae Christi eiusque in vitam reditus*, germanice scripto praemissa, *pag. 61 sq.* itemque in *Introd. in libr. N. T. vol. II. §. 161. pag. 1158 sq.* et S. V. Storrius in libro aliquoties iam laud. *pag. 246 sq.* Si autem, quae supra de consilio huius Euangelii disputata sunt, vera sunt censenda, cogitur inde, id totum dogmaticum

potius, quam historicum fuisse, adeoque nostrum neququam voluisse absolutam vitae Iesu historiam proponere, sed ea modo tradere, quae consilio ipsius essent accommodata. Ea vero exposuit sic, vt multa lectoribus suis, aliunde iam cognita, supponeret, quod idoneis exemplis docuerunt Michaelis in *Introd. in libr. N. T. vol. II. §. 161. pag. 1160 sq.* et Storrius *I. I. §. 52. pag. 235 sq.* atque ea maxime traderet, quae Hierosolymis aut in confinibus illius urbis Iesus instituisset, ceteris quidem Euangelistis res, in Galilaea potissimum ab eo gestas, persequentibus, quae scita est obseruatio Franc. Gotth. Hartwigii in *Apolog. Apocalyps. vol. IV. p. 57.* An vero horum Euangelistarum libros nominatim cognitos habuerit, ad eosque respexerit sic, vt, quae illi omisissent, supplere institueret, id equidem non puto, certo posse definiri, et vix liquido demonstrari. *Keil.*

<sup>9)</sup> At fidem ei non habendam esse, vix quemquam fore putauerim, qui dubitet, cum facile adpareat, quam infirmo aut nullo potius fundamento haec omnis narratio innitatur. *Keil.*

<sup>10)</sup> Cfrenda hic sunt, quae pro his haereticis ab hac culpa repudiati Euangelii Ioannei liberandis scripsit Lampius *I. I. lib. II. cap. I. §. 2. pag. 135 sq.* *Keil.*

quo Epiphanius LIV. 1. tum *Alogi*, de quibus idem Epiphanius LI. 3. 18. 22. quanquam Ebionaeos et Cerinthianos videtur per Alogos denotasse<sup>11)</sup>, nam LI. 12. etiam nominatenus illos compellat: *οἱ πλανῶσθε κήρυξε καὶ Ἐβλιαν καὶ οἱ ἄλλοι;* et Theodotum pag. 462. *αἰπόσπασμα ἐν τῆς ἀλόγης αἰρέσεως* appellat. Vide et Philastrium cap. LX. *Γνωσίστηνα* et auctoritatem huius evangelii aduersus Alogos asseruit nouissime, vt alios in praesenti omit- tam, Io. Clericus V. C. commentario in prima Euangelii Ioannis. At Grotium, qui ad XX. 30. et XXI. 24. contendit, caput vltimum Euangelii non ab ipso Ioanne, sed ab Ecclesia Ephe- sina additum esse<sup>12)</sup>, refellunt Calouius, Noldiusque ad Ioannem, Elias du Pin tom. II. pro- legom. Bibl. pag. 44. Huertius demonstratione Euangelica pag. 35 sq. et Io. Millius prolegom. in N. T. §. 249. pag. 29.<sup>13)</sup> qui tamen pag. 30. §. 256. locum Io. V. 4. de angelo, ad *κο- λυβήθραν* descendente<sup>14)</sup>, ex Euangelio ad Hebraeos vel alio eiusmodi Apocrypho scripto infertum esse, incerta prorsus suspicione auguratur<sup>15)</sup>. Omitto supersticiosos Euangelii

Fffff 2

Ioannis

11) Quam parum commoda sit haec nostri con- iectura, facile iudicabit, qui Alogos istos ex ipsa Epiphani narratione Cerinthum Euangelii nostri auctorem dixisse cogitauerit. Hinc enim sponte profecto intelliget, eos a Cerinthianis necessario diuersos esse iudicandos. Multo accuratiora sunt, quae de his Alogis disputauit S. V. Storrius *l. l. §. 24 sq. pag. 56 sq.* qui hic utique est conferen- dus. *Keil.*

12) Idem cum Grotio statuerunt Ger. Ioh. Vos- sius in *Licrm. Euang. III. 4. §. 8* Clericus in *Bibl. uniu. tom. XII. pag. 437.* in *Bibl. select. tom. XIV. pag. 387.* et in *notis ad Hammond. in Io. XX. 29.* Chr. Matth. Pfaffius de *var. lectt. N. T. cap. XI. §. 5. p. m. 178 sq.* Moerlius in *Scholiis philol. pag. 128.* Semlerus in *Introd. Polem. Baumgart. praemissa, vol. I. pag. 62.* et in *Paraphr. hui. Euangel. ad hoc Cap. atque nu- perrime Celeb. Henr. Eberh. Gettl. Paulus in No- uo Repertor. litter. bibl. et orient. tom. II. pag. 327.* et *Memorabil. P. V. pag. 176 sq.* Praeter hos autem fuerunt etiam, qui Ioannem prio- quidem in cap. XX. scribendi finem facere vo- luisse, deinde vero eorum, quae praetermissa fuerant, recordatum, vltimum Caput adieciisse defenderent, quam coniecturam praeter Ger. Io. Vossium *l. l.* proposuit Rich. Simonius in *Obser- uat. Nouis super N. T. (Nouvelles Observations sur le texte et les Vers. du N. T. Par. 1695.) pag. 123.* vbi et alii quidam commemorantur, qui in eam inciderunt, quibus addi etiam potest Guil. Worthingtonus, Anglus, qui Ioannem circa vitae suae finem nouam Euangelii, a se prius editi, recensionem curasse, eique cum historiam de adultera, tum hoc vltimum Caput addidisse statu- it, de qua sententia eius cfr. *Brittisch theol.*

*Magaz. vol. III. part. 2. pag. 457 sq. Keil.* Est vero et tertia, eaque mihi probabilior, eorum sententia, qui cap. XXI. reliquam partem genuinam, sed duo vltimos versiculos aliena manu ad- ditos esse censent. *Beck.*

13) Adde his Rich. Simonium in *Histor. crit. N. T. lib. I. cap. XIII. pag. 151.* Vers. germ. tom. I. pag. 249. vbi Grotium, et in *Nov. Ob- servat. l. l.* vbi Clericum confutat, Lampium in *Comment. ad h. l. Ioh. Reinh. Rufum in Harm. Euangel. tom. III vol. II. pag. 1546.* Ad. Osiandrum in *Exerc. qua Authentia cap. XXI. in Eu. Io. pertr. Tubing. 1756. 4.* Michaelium in *Introd. in libr. N. T. vol. II. §. 164. p. 1170.* Io. Geo. Frid. Pappium in *Diff. de Authentia Capit. XXI. Ioannis, Erlang. 1779. 4.* et Io. Frid. Krausium in *Vindiciis Capit. vltimi Euangelii Ioannis, Viteb. 1793. 4.* qui libellus Ven. Paulo imprimis est oppositus, qui tamen ad eum nuper respondit *Memorab. l. l. Keil.*

14) In variis quidem antiquis ille codicibus desideratur. Vide Bernardi Lamy Concordiam Euangel. tom. II. pag. 636 sq. et Rich. Simonis diff. de MSS. N. T. pag. 69. Non tamen certum hoc argumentum statim *ισθῆς*, quia veteres qui- dam Christiani quandoque nonnulla e metu praepo- stero scandalii in codicibus, quos publice lege- bant, omiserunt. Vide, si placet, quae de loco Ioh. VIII. 1 sq. vbi de adultera sermo, discerui in codice Apocrypho N. T. pag. 357 sq.

15) Non omnino tamen improbabilis redditur haec viri docti suspicio, si verum est, quod fite obseruauit b. Michaelis *Biblioth. orient. et exeg. vol. III. pag. 18 sq.* hunc verum hebraice pri- mum aut chaldaice scriptum et post deum in graecum videri translatum, cogiteturque et hoc,

Ioannis et primorum eius verborum abusus, de quibus Delrio disquis. Mag. lib. I. cap. IV. qu. 54. et lib. VI. cap. II. f. c. 3. pag. 1021. Quamquam neque aliis euangeliiis pepercit male feriata hominum *περιεργία*, ut fortes <sup>fff)</sup> ex iis lectae, et suspensione illorum vel lectione fisti incendia et vis auerruncari exillimata morborum, furumque et aliorum maleficorum crimina prodi posse credita, satis demonstrant. Nec [P] minor cultus euangeliorum codicibus exhibitus <sup>sss)</sup>, qui litteris descripti aureis et argenteis, ornati gemmis, in loco editiori et in tribunalibus repositi, praelati in supplicationibus, in processionibus sollennibus: lecti a regibus publice, posita tantisper regis veste ac persona, suspensi de collo <sup>hhh)</sup>, adoratione <sup>ii)</sup>, deosculatione <sup>kkk)</sup> et oblatione honorati, per eos iuratum <sup>lll)</sup> et innocentiae fides facta, illis ostensis depositae inimicitiae <sup>mmm)</sup>, ordinandorum impositi capitibus <sup>nnn)</sup>, a stantibus cum praeligerentur auditi, et quod in Polonia iussu Micislai, regis, factum, strictis velut in defensionis tesseram equitum auscultantium gladiis. Utinam vero a multis genuinum illud atque vnicum cultus genus non negligatur, quod Christo auctore iubet facere poenitentiam et credere euangelio Marc. I. 15.

VII. Praeter Euangelium habemus etiam eiusdem Ioannis Epistolas tres, licet nomen suum iis Ioannem praefixisse neget Dionysius Alex. apud Euseb. VII. 25. Hist. De harum prima, qua nulla ardentior est ad commendandam charitatem, nemo dubitavit quin Apostoli esset, exceptis haereticis quibusdam, a quibus euangelium quoque respui iam dixi, vel qui omnes epistolas catholicas, ut Marcion, reiecerant. Eusebius III. 24. Hist. τῶν δὲ Ἰωάννη συνγραμμάτων πρὸς τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ ἡ πρώτη τῶν Ἐπιστολῶν παρὰ τε τοῖς ἰὺν καὶ τοῖς ἑτ' ἀρχαίοις ἀναμφίλεκτος ἀπολόγηται. Dionysius Alex. apud eundem VII. 25. pag. 275. συναδδοσι μὲν γὰρ ἀλλήλοις τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἡ Ἐπιστολή, ὁμοίως τε ἀρχονταί. Chrysostomus homilia in Matth. XXI. 23. edita a Cotelerio III. monument. Eccles. Graecae pag. 148. αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ κήρυξ ὁ ταῦτα κηρύξας (Io. XVII. 3.) αὐτὸς ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τῇ ἑαυτῆ γράφων, τῶν δὲ ἐκκλησιαζομένων ἐ τῶν ἀποκρῦφων μὲν ἡ πρώτη Ἐπιστολή. Τὴν γὰρ δευτέραν καὶ τρίτην οἱ πατέρες ἀποκατονομάζουσιν, τὴν μὲντοι πρώτην Ἐπιστολὴν ἀπαντες ἐκαὶ Ἰωάννη συμφώνως ἀπεφθηναντο. Augustinus tractatu VII. in hanc Epist. Si nos diceremus, Deus dilectio est, scandalizaretur aliquis ex vobis, et diceret, quis dixit? — Nunc ecce habetis, fratres, Scripturas Dei, Canonica est ista Epistola, per omnes gentes recitatur, orbis terrae auctoritate tenetur, orbem terrarum ipsa aedificauit. Audis hic ab Spiritu [P] Dei, Deus

omnem narrationem iudaicum ingenium haud obscure prodere. Ceterum quamquam multi Criticorum admodum dubitanter de authentia huius loci iudicarunt, nemo tamen, quantum mihi quidem constat, post Millium aperte eum proscribere ausus est, praeter Seinlerum in *Paraphr.* ad h. I. Michaelem l. l. et scriptorem ignotum in *Beyträgen zur Beförderung des vernünft. Denk. in der Relig. fasc. VI. pag. 22. Keil.*

fff) Ant. van Dalen de oraculis pag. 315 sq. edit. 2. Obf. Hallenses IV. 13. *Fabric.* Adde Io. Petr. Milleri, Vlmensis quondam Gymn. Rectoris, *Pr. de sortibus biblicis*, Vlmæ, 1756. 4. et Io.

Frid. Cottæ *Diff. de Sortibus Sanctorum*, Tübing. 1758. 4. *Keil.*

ggg) Vide Io. Ciampinum part. I. Vett. monument. Mufiu. cap. XVI. et Reu. Io. Andreae Schmidii trigam *diff. Historico-Theol.* 3. de cultu Euangeliorum, Ienae 1692. 8.

hhh) Chrysost. et Hieron. ad Matth. XXIII. 5.

iii) Rich. Simon Obf. Nou. in N. T. pag. 121.

kkk) Pagi ad A. C. 825. n. 23.

lll) Niceph. Gregoras XII. 5.

mmm) Socrates VII. 13. Hist. pag. 351. A.

nnn) Iac. Goar ad Eucholog. pag. 312.



*Deus dilectio est. Iam si audeas, fac contra Deum, et noli diligere fratrem tuum.* Ne Soci-  
niani quidem, quod sciam, aliud profiteri ausi sunt, quamquam illis hoc a Menochio et Cor-  
nelio a Lapide impingitur. Ioannem ἐν τῇ μείζονι Ἐπιστολῇ laudat Clemens Alex. II. Strom.  
pag. 389. agnoscens adeo alias quoque eius epistolas breuiores, neque peculiarem titulum  
ad quos exarata fuerit sciens producere, quem Possidius in Indiculo scriptorum Augustini,  
et Augustinus II. 39. quaest. Euangel. et pseudo-Hyginus Epist. I. p. 190. <sup>15)</sup> habent, *Episto-  
lam Ioannis ad Parthos* <sup>000)</sup>, i. e. inquit Grotius, *ad Iudaeos* <sup>PPP)</sup>, *Christum professos, qui non  
sub Romanorum, sed sub Parthorum viuebant imperio in locis trans Euphratem, ubi ingens  
erat Iudaeorum multitudo, ut Neardae, Nisibi, et aliis in locis.* Saltem verisimilius hoc est,

Fffff 3

quam

15) Alios eiusdem inscriptionis testes com-  
memoratos vide apud Wolfium in *Cur. phil. et crit.*  
*vol. IV. pag. 243.* quibus addi debet, quod Mil-  
lius *Prohl. §. 1463. p. 161.* codicem laudat, in  
quo secunda etiam nostri epistola sic inscribitur:  
Ἐπιστολὴ β' πρὸς Παρθῶς, quodque in codice quo-  
dam bibliothecae Geneuensis, teste quidem Gries-  
bachio, nostrā epistola non ad Parthos, sed ad  
Sparthos potius inscribitur, quod tamen haud  
dubie ex priorē illo ortum est. De sensu autem  
et fide huius inscriptionis admodum variae sunt  
virorum doctorum sententiae. Quos Grotius qui-  
dem, quem ea in re praeiuit Guil. Estius in *Com-  
ment.* in hanc epistolam, per Parthos intellectos  
velit, noster ipse statim exponit; sed hanc tamen  
sententiam parum sibi verisimilem videri, pro-  
fiteretur Lampius *l. l. lib. I. cap. VII. §. 3. p. 105.*  
Alii vero, ut Pritius narrat *Introd. in N. T.*  
*cap. VIII. §. 2. pag. 97.* per Parthos pios po-  
tius *exules* significari statuerunt. Fidem autem  
huius inscriptionis vnus fere, quantum mihi qui-  
dem constat, Grotius agnouit, ceteri autem omnes  
eam vno ore falsam esse defendunt, cum a nullo  
scriptore *graeco* hoc nomine citetur, (nam quod  
Athanasius a quibusdam in hanc rem laudatur, id  
vanum esse docet Semlerus loco mox commemo-  
rando,) nec in vlllo graeco codice haec inscriptio  
reperiatur, nec ante Augustinum vllus PP. lati-  
norum hoc nomine vsus sit, neque ipse etiam  
Augustinus aliis in locis, quibus hanc eandem  
epistolam excitat, hoc nomine vtatur, sitque  
omnino perquam dubium, Ioannem in Parthia  
fuisse, doctrinamque christianam, vt vulgo tra-  
ditur, ibi docuisse, aut cum huius prouinciae in-  
colis quicquam rei habuisse. Hinc vel hanc  
omnem inscriptionem inani coniectura fictam iu-  
dicarunt, vel Augustini locum corruptum esse  
statuerunt, iamque Serrarius quidem Parthis  
*Pathmios*, h. e. Pathmi insulae incolas substituit

voluit, Whistonus vero πρὸς Παρθῶς, ad virgi-  
nes, scilicet ecclesias, h. e. nulla haeresi corruptas,  
eam scriptam fuisse defendit. Semlerus denique  
in *Introd. Polem. Baumgart. praemissa; vol. I.*  
*pag. 78.* pro: ad Parthos in loco Augustini ada-  
pertius legendum statuit. Michaelis autem hanc  
inscriptionem *l. l. §. 261. pag. 1519.* inde ortam  
iudicat, quod Ioannes in hac epistola saepe vtatur  
vocalibus, ex Persarum philosophia repetitis,  
*Φῶς, σκοτία* et similibus. Quicquid sit, saltem  
quemlibet facile putem esse concessurum, ad cer-  
tos quosdam homines hanc epistolam, vel, vt  
rectius potius dicendum statuunt Michaelis et  
Storrius, librum scriptum esse iudicandum, si  
vel maxime, quinam ii fuerint, nunquam pote-  
rit certius constitui. Id enim omnis argumenti  
eius ratio postulat, cum et de falsis doctoribus  
dicatur, qui ecclesiam perturbent; quos non  
credibile est, vbique locorum existisse, et sub  
finem etiam lectores moneantur, vt sibi ab ido-  
latria caueant. Quare non videtur quis a vero  
magnopere deflexurus, si Asiae minoris, in qua  
Ioannem magnam vitae suae partem transegit  
constat, coetibus quibusdam eam destinatum  
fuisse defenderit. Neque enim huic sententiae  
obstare existimem, quod eam iam ab Origenis in-  
de temporibus inter *καθολικὰς* epistolas relatum  
fuisse legimus, cum et alias epistolas certis coeti-  
bus aut hominibus destinatas, nimirum Petrinis  
itemque secundam et tertiam nostri scriptoris,  
inter easdem receptas fuisse constet, quicquid  
etiam de origine et sensu huius catholicarum  
epistolarum nominis statuatur; quod non est huius  
loci accuratius examinare. *Keil.*

000) Vide Franciscum Combesii. tom. I. auctar.  
nouiss. bibl. Patrum pag. 483.

PPP) Confer Io. Braunii V. C. librum I. select.  
sacrorum cap. 14.

quam quod Lightfootus Hor. Talmud. in 1 Cor. I, 14. eam a Ioanne suspicatus est ad *Corinthios* directam esse<sup>16)</sup>, quod nemo veterum scripsit. De tempore nihil certi reperi annotatum, nisi quod coniectura plerorumque est, ab aetate prouecto scriptam esse<sup>17)</sup> et Docetarum<sup>18)</sup> errores in illa perstringi<sup>18)</sup>. Locum celeberrimum V. 7. de tribus in coelo testibus

16) Causam coniecturae suae hanc habuit, quod Caius, cui tertia nostri epistola inscripta est, eundem iudicauit cum Caio illo Corinthiaco, qui in illo 1 ep. ad Cor. loco commemoratur; ideoque in illa epistola, quam Ioannes vs. 9. epist. III. ecclesiae, in qua versabatur Caius, se scripsisse dicit, hanc primam cogitandam esse statuit; in quo illud saltem cum aliis comune habet, quod vtramque epistolam eodem tempore a nostro scriptam et editam fuisse iudicauit. Idem enim de omnibus nostri epistolis defenderunt Gotth. Traug. Zachariae in *Præf. Paraphrasi earum* praemissa, et S. V. Storrius in libro Tacpius iam laudato, pag. 406 sq. Keil.

17) Sunt tamen etiam, qui maturius eam scriptam existiment, v. c. Grotius, Hammondus et alii, de quo consulendi sunt, qui varias interpretum hac de re sententias latius exposuerunt, Lampius nimirum *l. l. l. cap. VII. §. 4. p. 106.* et Wolfius in *Cur. phil. et critic. vol. IV. p. 243.* Neque vero mirum est, varias esse hac de re sententias, cum antiquitatis testimoniis, quibus quidem solis ea constitui potest, hic profus destituamur. Hinc nec illud inter viros doctos conuenit, vtrum ante vel post Hierosolymorum fata scripta sit iudicanda, aliis quidem hoc, aliis illud defendentibus. In hac tamen re mihi quidem tutiorem sententiam amplexi videntur ii, qui ante illud excedium eam scriptam esse existimant, cum neque aperta illius calamitatis mentio, neque obscura eius significatio, qua eam, si serius scripta fuisset, vix puto carituram fuisse, in ea reperitur. Similiter et illud ambigitur, vtrum ante vel post Euangelium nostri scripta fuerit, quippe et hic in duas, vt ex Wolfio videre licet, partes plerisque discedentibus. Medius tamen inter eos est Bayerus, quem Wolfius *l. l.* vtrumque librum simul editum docet statuisse, cui addendus nunc est S. V. Storrius, qui *l. l. p. 384.* id ipsum defendit, quanquam in eo a Bayero discedit, quod non dedicationis loco epistolam nostram Euangelio praemissam statuit, quae illius fuit sententia, sed eius potius appendicem, aut partem secundam habendam esse defendit. Keil.

qqq) Petau. lib. I. de incarnat. cap. 4.

18) Fuit quidem haec plerorumque olim sententia, vt Docetas Ioannem hac epistola oppugnare voluisse defenderent, sed his tamen Cerinthianos etiam plerumque iunxerunt, et vtrosque a Ioanne erroris argui existimauerunt. Ita certe stauerunt Camp. Viringa *Obseru. Sacr. lib. V. cap. XX. pag. 135.* Io. Franc. Buddeus in *Eccles. apost. cap. V. §. 5. p. 440 sq.* et §. 7. p. 550 sq. itemque Ioach. Oporinus in *Dissert. sic inscripta? Iohannis Ap. Paraenesis ad primos Christianos de constanter tenenda communione cum patre ac filio eius. I. C. nodis interpretum liberata et luci vere immatae suae restituta.* (Goetting. 1741. 4.) pag. 6 sq. Solum tamen Cerinthum hac in re commemorat Zachariae *l. l.* Alii vero his Gnosticos omnino substituerunt, quorum in numero ponendus est v. c. Millius in *Probl. N. T. §. 149. p. 18.* et inprimis Michaelis *l. l. §. 262. p. 1521.* Horum vero sententiam commodis argumentis oppugnauit S. V. Locfserus in *Diss. qua Iohannis Epistola I. Gnosticos inprimis impugnari negat, Trai. ad Viadr. 1784. 4.* Ipse vero in omni epistola non nisi de Iudaeis, qui, relictis patriis erroribus ad Christianorum sacra transierant, cogitandum esse censet, atque his omnia, quae de illis hominibus, quibus opposita est epistola, in ea dicuntur, commode posse accommodari, per singula eundo ostendere studet; eiusdemque sententiae esse etiam videtur S. V. Knappius in *Prol. in locum 1 Io. V, 6 — 11.* (Hal. 1792. 4.) pag. 5. Ego vero, si et mihi, quid hac de re videatur, dicendum sit, et hic de iisdem Iohannis Baptistae sectatoribus, Iesu Nazareno dignitatem Messianam denegantibus, cogitandum esse existimem, quibus supra dixi Euangelium nostri fuisse oppositum, cum eorum, qui hic taxantur, error discrete in eo ponatur, (II, 22.) quod Iesum verum Messiam esse negent, (ex quo loco mihi quidem is, qui cap. IV, 3. occurrit, huicque aperte est parallelus, vnicuique videtur explicandus esse,) occurratque praeterca et alius locus, (cap. V, 6.) quo, vt scite obseruauit Cl. Barkey *l. supra laud.* Ioannes Baptista haud obscure peti videatur. Idem defendit etiam Storrius *l. l.* quanquam is, vt supra in disputatione de Euangelio nostri iam ad-

monui,

bus <sup>19)</sup> quem vel interpolare quosdam vel tollere auctos codicum varietas demonstrat <sup>20)</sup>, tanto minus mirabimur, quod Socrates etiam VII. 32. Hist. de loco altero <sup>21)</sup> IV. 3. huius epistolae differens notat <sup>22)</sup>, quod *οὐ πάσαι ἐρμηνεῖς αὐτὸ τὸ ἐπεσημήναντο, ὡς τινες εἶεν ῥαδιουργήσαντες τὴν ἐπιστολήν, λῦεν ἀπὸ τῆ θεῆ τὸν ἀνθρώπον θέλοντες*. Et Beda ad I Ioann. IV, 3. *In tantum namque ex Deo non sunt, ut quidam eorum, qui pravo dogmate separare volebant ab hominis dispensatione diuinitatem Christi, hunc quoque versiculum ex hac epistola eraserint, ne scilicet per auctoritatem B. Ioannis conuinceretur error eorum.*

*Epistola secunda* scripta est ad quandam Babyloniam, *Electam* nomine, ut legas in adumbrationibus ad hanc epistolam, quae feruntur sub nomine Clementis Alexandrini <sup>23)</sup>. Nomen enim proprium foeminae esse *Electam*, recte obseruarunt viri doctissimi <sup>24)</sup>, perinde  
vt

monui; Cérinthianos quoque a nostro simul spectari contendit. Verum de huius sententiae veritate mihi quidem nondum potuit persuaderi, quanquam multum in ea asserenda virum Ven. operae posuisse intellexim. *Keil*.

<sup>19)</sup> Huius loci vindicias singulari libro nuper edidit. Reij. Frid. Eyræstus Ketnerus Lips. 1696. 4. Ad eundem locum vide et mirare industriam clarissimi Millii.

19) Ita nostro quidem pro ea, quae tum erat criticae sacrae ratio, suo quodam iure hac de re licuit iudicare; at nostris temporibus nemo facile, nisi criticae rei plane ignarus, reperitur, qui, quas partes amplectendas esse existimet, dubius etiamnum haereat, cum, praeter Rich. Simonii, (in *Histor. crit. libr. N. T. vol. I. pag. 346 sq. vers. germ.*) Thom. Emlyni, (qui ἀνεύρεως edidit librum, sic inscriptum: *A full inquiry into the original authority of that text 1 Io. V, 7. Lond. 1715. et ibid. 1717. 8. auctius repetitum*.) et b. Michaelis, (in *Introd. in libr. N. T. vol. II. §. 263. pag. 1531 sq.*) studia, partim a recentissimis variarum N. T. lectionum collectoribus, Wetstenio, Griesbachio et Matthaei, partim etiam a b. Semlero in *vol. I. der historischen und kritischen Sammlungen über die sogenannten Beweissstellen in der Dogmat. Hal. 1764. 8. satis iam sit ostensum, critico quidem argumento huius loci auctoritatem amplius defendi non posse: vnde nec b. Fr. Ant. Knittelii ἀδελφίως huius loci vindicandae conatus, (in *Neuen Kriticken über den bestimmten Spruch 1 Io. V, 7. Brunsv. 1785. 4.*) hoc iudicium potuerunt immutare. Neque vero eandem internis argumentis feliciori cum successu defendi posse, ipse, qui id nuper tentauerat, Ill. Guil. Fr. Hezelius, tandem agnouit, a Griesbachio quippe ea de re admonitus. Conf.*

Eius *Schriftforscher, vol. II. part. II et III. Keil*.

<sup>20)</sup> Ad hunc locum conferendus Tho. Ittigius cap. X. de haesiarchis pag. 185 sq. et Rich. Simon. I. Hist. Critic. pag. 357. [vers. germ. pag. 680.]

20) At partem certam huius scriptoris atque reliquorum, qui idem tradunt, Fulberti nimirum Carnot. atque Hincmari et, quem noster addit, Bedae, hac in re fidem esse, monuit iam Buddeus in *Institut. Theol. dogm. lib. IV. cap. 2. §. 44. pag. 380.* cui assentitur etiam Semlerus in not. ad Rich. Simonii locum, a nostro laudatum. Conferenda imprimis hic est b. Frid. Andr. Strothii *Diss. de vera lectione loci difficilioris 1 Io. IV, 3. Hal. 1770. 4. Keil*.

21) Cum paulo obscurior sit huius scriptoris locus, lubet ipsa eius verba adscribere. Habent autem apud Cassiodorium sic: *Secunda epistola, quae ad virgines scripta est, simplicissima est. Scripta vero est ad quandam Babyloniam, nomine Electam, significat vero electionem ecclesiae sanctae*. In quibus verbis scriptorem locum 1 Petr. V, 13. in animo habuisse, vix dubitem: quid vero sibi velit illud, quod cum ad virgines, tum ad *Electam* quandam epistolam scriptam dicit, doctioribus diuidicandum relinquo. *Keil*.

22) Grotius ad Epist. 2. Ioannis et Colomæsi pag. 62. Obs. Sacr. [Eodem modo hac de re statuerunt etiam Iac. Capellus ad *h. l. Pricæus, Dupinus Proleg. de la Bible II, 2. pag. 64. Tillæmontius Memor. histor. Eccles. tom. I. pag. 1095. edit. Brunell. et Wetstenius N. T. tom. II. pag. 729.* Miror autem, hanc sententiam nostro proberari potuisse, cum non contemnenda, ut equidem arbitror, argumenta a multis iam sint in medium allata, quae eam prorsus repudiandam esse

vt *ἔκλεκτος* [Ϛ] viri nomen est apud Herodian. lib. I. et Io. Tzetzan Chil. VI. hist. 55. Eandem Ioannes *Κυρίαν* vocat, quemadmodum Latini foeminas honestas vocabant *dominas* siue *domnas* <sup>22)</sup> et Nazianzenus epist. IV. *Κυρία τῆ μητρὸς* <sup>uuu)</sup>. Hanc epistolam diferte Ioanni, Domini discipulo, tribuit Irenaeus lib. I. cap. 16. et lib. III. cap. 18. Citant Tertullianus, Cyprianus etc. <sup>23)</sup>

*Epistola tertia ad Caium* <sup>vvv)</sup>, quem Ioannes *ἀγαπητὸν* vocat, et Beda, pseudo-Dexter atque alii eundem putant esse cum illo, de quo Rom. XVI, 23. et 1 Cor. I, 14. aut qui

in

esse ostendant. Primum enim si vocabulum *ἔκλεκτῆς* vim proprii nominis haberet, alterum illud *κυρία* necessaric per *dominam* reddendum esset: tum vero, vt recte vidit Michaelis *l. l. p. 272. pag. 1565.* nomini *ἔκλεκτῆ* omnino fuisset praeponeendum. Deinde vero, quod maiorem adhuc vim puto habere, adparet etiam ex v. 13. in vocabulo *ἔκλεκτῆς* non esse de proprio nomine cogitandum, cum ibi etiam soror huius mulieris, ad quam scribit Ioannes, eodem nomine appelletur, neque profecto credibile sit, duas sorores idem nomen habuisse; vt taceam, Ioannem, si hoc proprium mulieris nomen fuisset, scripturam potius fuisse sic: *τῆς ἀδελφῆς σα Ἐκλεκτῆς*, vel *τῶ τέκνῳ Ἐκλεκτῆς, τῆς ἀδελφῆς σα. Keil.* Quanquam alii nomen proprium supprimi existimant, atque *ἔκλεκτῆν* vocari hanc quocumque alioqui nomine foeminam, vt Rufus *ἔκλεκτός ἐν Κυρίῳ* Rom. XVI. 13. Ita Christophorus Henricus Ritmeier in diatriba de Electa Domina. Helmst. 1706. 4. *Fabric.* Est haec iam multorum Interpretum sententia, cui nihil etiam magnopere videtur ob stare, nisi hoc vnum, quod paulo insolentius videatur, proprium mulieris nomen a Ioanne penitus fuisse omis sum. *Keil.*

22) Quanquam haec vocabuli huius explicatio commode potest admitti, sunt tamen etiam, qui in hac potius voce proprium mulieris nomen agnoscunt, eamque Cyriam dictam fuisse defendunt; quam sententiam inter recentiores primus studiosius paullo exornauit Heumannus in *Poecilos tom. II. pag. 422.* cui accessit deinde Bengelius in *Gnomone pag. 1192.* Post hunc autem eandem denio asserere studuit Chr. Aug. Krigelius, scholae Thomanae apud nos Collega meritissimus, in *Comment. de Κυρία Ioannis, Lips. 1758. 4.* in qua hanc mulierem non modo proprio nomine Cyriam dictam fuisse defendit, sed natione etiam Graecam, conditione diuitem et muneris dignitate Asianae ecclesiae Diaconissam fuisse contendit. Praeter hos vero eadem sententia probata

etiam fuit b. Zachariae *l. l.* Io. Bened. Carpozio in *Epistolarum catholic. Septenario*, (Hal. 1790. 8.) *p. 185.* et nuperrime Ven. Storrio *l. l. p. 406.* Et commendatur sane haec sententia, praeter alia argumenta, hoc maxime, quod vs. 5. eandem vocem in muliere hac compellenda repetit Ioannes. Veterum autem quorundam sententiam, recentiorum etiam nonnullis, e. c. Calouio, Hammond, Whistono, Serrario et imprimis Mich. Mauduitio probatam, quae viramque vocem non de muliere quadam, sed de ecclesia vel vniuersa, vel particulari, vult intelligi, vix commemorandam, nedum refutandam putauerim, cum ab omni veri specie longissime abhorreat. Et tamen non multum ab ea abest b. Michaelis, cum *l. l. pag. 1566.* suspicetur, omis sam forsitam esse vocem *ἔκκλησία*, inscriptamque epistolam ecclesiae cuidam, quae die Domini conuenire consueuerit. Sed hanc sententiam parum verisimilem esse, suo iam iure monuit b. Zachariae *l. l. Keil.*

uuu) Alia exempla vide apud Rittershus. ad Plin. lib. X. Epist. et ad Saluian. pag. 82. Zimmermanum pag. 815. florileg. et Cotelierum ad Patres Apostolicos pag. 75.

23) Id qua fide scripserit noster, se videre negat Chr. Fr. Schmidius in *Historia et Vindicat. Canon. V. Nque T. lib. II. part. II. sect. 1. c. IV. p. 214. pag. 571.* dicitque, sibi in vtriusque viri scriptis ne verbulum quidem occurrisse, quod huc pertineat, in quo tamen aperte humani aliquid passus est. Etenim Tertullianus quidem v. 7. nostrae Epistolae aliquoties mentionem facit, nimirum *adu. Marc. lib. V. cap. 16. de praescript. haer. cap. 33. de carne Chr. cap. 24.* Quod autem Cyprianum attinet, haud dubie noster eundem locum ex Concil. Carthag. *Opp. p. m. 242. vbi v. 10.* epistolae nostrae laudatur, in animo habuit, quem ipse Schmidius commemorat. *Keil.*

vvv) Confer Io. Henr. Heideggeri *Enchiridion Biblicum III. 27.* et Io. Braunii *selecta sacra p. 161.*

in Actis XIX, 29. XX, 4. <sup>24)</sup> Quanquam vero vl. 4. τέκνον a Ioanne appellatur, non necesse est ideo, a Ioanne fuisse e gentibus conuersum <sup>25)</sup>. Quod si fuisset, eius quoque in iam dictis locis mentio fieri potuit, haud obstante aetate, quae de his pariter epistolis haud est explorata, vtut Epheso scriptas et post primam plerique existimant. Ex hac prolaturus nonnihil Hieronymus epist. LXXXV. *Clangat, inquit, tuba Euangelica, filius tonitru, quem Iesus amauit plurimum*, Presbyter Electae Dominae. *Et in alia Epistola: Presbyter Caio clarissimo.* Quare, omisso Apostoli titulo, Presbyterum se appellet Ioannes, ad secundae epistolae initium multis disputatum est ab Oecumenio <sup>26)</sup>.

Hanc vtramque Epistolam Ioanni Euangelistae vindicat nectarei similitudo sermonis <sup>27)</sup>, et iam pridem adscribunt Canones Apostolis tributi, Canones Laodicensi <sup>28)</sup> et Carthag. Chrysostomus <sup>29)</sup>, teste etiam Suida in *Ἰωάννης*, Athanasius iunior in synopsi, et qui in eas scripsere Beda et Oecumenius et alii iuniores infiniti, ex quibus Anonymus <sup>uww)</sup> quidam Graecus, cuius hi sunt versus:

Ἐπιστολὴν Ἰάκωβος μίαν πλέκα,  
 Διττὰς ὁ Πέτρος ταύτας ἰφαίνα πάλιν,  
 Ὁ Θεολόγος βροντᾶ τρεῖς Ἰωάννης,  
 Καὶ μίαν αὖθις συντίθησιν Ἰῆδας,  
 Ἐπτὰ πέλεσι Καθολικῇ σύμπτουσαι.  
 Θεολογικὴ δ' ἀποκάλυψις πάλιν  
 Σφραγὶς πέφυκε τῆσι δὲ τῆς βίβλου πάσης. [P]

Dubius haeret Origenes apud Euseb. VI. 27. Hist. pag. 227. *καταλέλοιπε δὲ καὶ ἐπιστολὴν πᾶν ὀλίγων σίχων, ἕσω δὲ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην.* Idem Eusebius III. 25. *καὶ ἡ ὀνομαζομένη δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννης, εἴτε τῶ Ἐυαγγελιστῶ τυγχάνουσα εἴτε καὶ ἑτέρε ὁμωνύμῳ ἐκείνῳ.* Illius scilicet Ioannis presbyteri <sup>30)</sup> eadem aetate clari, de quo Papias apud Euseb.

24) Alii tamen aliter etiam statuunt, quorum sententias vide apud Lampium *l. l. lib. I. cap. VII. §. 12. pag. 112.* et Wolfium in *Cur. phil. vol. I. pag. 331. Keil.*

25) Vt nimirum statuerunt Heideggerus loco, a nostro modo commemorato, not. *vvv.* et Lampius *l. l. Keil.*

26) De eadem re varia etiam quaesuerunt et disputarunt recentiores, quae cognosci possunt ex Wolfio *l. l. pag. 332.* Praeterea vero consuli etiam debet Heumannii peculiaris Dissert. in hanc epistolam, quae primum prodiit *Goett. 1742. 4.* post autem repetita est in *Ei. Noua Sylloge Dissertatt. P. I. Diss. VIII. pag. 276 sq. Keil.*

27) De his sermonis Ioannei quasi criteriis pluribus exposuit Flacius in *Clauē Script. S. P. II. p. 503 sq.* Glassius in *Phil. S. lib. I. tr. IV. S. III. pag. 338.* edit. Budd. et Moldenhauerus in *Introduct. in libr. Canon. P. II. S. II. cap. II, membr.*

*Vol. IV.*

*IV. pag. 356.* Ad tertiam vero nominatim epistolam haec criteria transtulit Christl. Gottw. Wabstius in *Diss. de Diotrophe*, sub Praesidio Io. Chr. Stemleri defensa, *Lipsj. 1758. 4. §. 10. p. 15. Keil.*

28) De canone Laodicensi vid. quae post notabuntur ad §. sequent. *Keil.*

29) De huius testimonio conferendus in primis est Schmidius in *Histor. et Vindic. Can. lib. II. part. 1. sect. IV. §. 173. pag. 413. Keil.*

*uww)* Apud Allatium *diss. I. de libris Ecclesiasticis Graecorum pag. 48.*

30) Hic vero Ioannes presbyter, ab Apostolo diuersus, non immerito, vt videtur, suspectus est Clerico in *Histor. eccles. duorum primor. a C. N. seculorum*, ad A. C. 92. *pag. 507.* Semlero ad *Simonii histor. critic. N. T. vol. I. pag. 341. vers. germ.* et Schmidio *l. l. pag. 571. not. 64.*

Vindicias tamen eius nuper suscepit S. V. Carp. G g g g g zouius

Euseb. III. 39. et Dionysius Alex. apud eundem VII. 25. vbi et Ioannis, cognomento Marci, mentio, quem a Ioanne presbytero Ephesino <sup>xxx)</sup> distinguit, haud alienus alioqui ab eorum sententia, qui tres Epistolas Ioanni Euangelistae tribuunt. Hieronymus cap. IX. de S. E. *Reliquae autem duae Epistolae Ioannis <sup>yyy)</sup> presbyteri asseruntur, cuius et hodie alterum scripturum apud Ephesum ostenditur.* Cosmas Indopleustes VII. pag. 292. <sup>31)</sup> *σιωπῶμεν, δὲ ὅτι τὰς καθολικὰς ἀνέκαθεν ἡ ἐκκλησία ἀμφιβαλλομένης ἔχει, καὶ πάντες δὲ οἱ ὑπομνηματίσαντες τὰς θείας γραφὰς ἔτε εἰς αὐτῶν λόγον ἐποίησατο τῶν καθολικῶν. Ἀλλὰ καὶ οἱ κανονίσαντες τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους τῆς θείας γραφῆς, πάντες ὡς ἀμφιβόλος αὐτὰς ἔδικαν. Λέγω δὲ Εἰρηναῖος ὁ Λαυδέναν ἐπίσκοπος, ἀγὴρ ἐπίσκοπος καὶ λαμπρὸς βίβλ. μετ' ἑ πολὺ τῶν Ἀποστόλων γενόμενος. Καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλος, καὶ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, καὶ Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος γενόμενος τῶ Ἰωνίᾳ, Φίλος καὶ κοινωτικὸς τῶ μακαρίᾳ Βασιλείᾳ, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Σέλευκον αὐτῶ γραφεῖσιν ἰάμβοις ἀμφιβαλλομένης αὐτὰς ἐξείπεν. Ὁμοίως καὶ Σευηριανὸς ὁ Γαβάλων εἰς τὸν κατὰ Ἰουδαίων λόγον αὐτὰς ἀπεκήρυξεν. Οὐ γὰρ τῶν Ἀποστόλων φασὶν αὐτὰς οἱ πλείους, ἀλλ' ἑτέρων τῶν πρεσβυτέρων ἀφελεσέμεν. Ὅθεν ὁ Παμφίλος εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν αὐτῶ ἰσορίαν λέγει, ὅτι ἐν Ἐφέσῳ δύο μνήματά εἰσιν, ἐν Ἰωάννῃ τῶ Εὐαγγελιστῶ, καὶ ἐν ἑτέρῳ Ἰωάννῃ πρεσβυτέρῳ τῶ γράψαντος τὰς δύο Ἐπιστολάς τῶν καθολικῶν, τὴν δευτέραν καὶ τὴν τρίτην. — — Εἰ μὴ γὰρ τὴν πρώτην Πέτρος καὶ τὴν πρώτην Ἰωάννης ἔλεγε αὐτὸς καὶ Εἰρηναῖος εἶναι τῶν Ἀποστόλων, ἕτεροι δὲ ἔτε αὐτὰς λέγουσιν εἶναι τῶν Ἀποστόλων ἀλλὰ τῶν πρεσβυτέρων. Πρώτη γὰρ καὶ δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννης γέγραπται, ὡς δῆλον ἐκ τῶν προσώπων εἶναι τὰς τρεῖς. Ἔτεροι δὲ καὶ τὴν Ἰακώβου σὺν ταῖς δυσὶ ταύταις δέχονται. Ἔτεροι δὲ πάσας δέχονται. Παρὰ Σύροις δὲ εἰ μὴ αἱ τρεῖς μόναι αἱ προγεγραμμέναι ἔχ. εὐρίσκονται, λέγω δὲ Ἰακώβου, Πέτρος καὶ Ἰωάννης. Sane in antiquis codicibus et primis editionibus versionis Syriacae N. T. epistola secunda et tertia Ioannis et posterior Petri, et iudae illa etiamnum desideratur <sup>32)</sup>.*

VIII. Denique exstat inter libros sacros, eiusdem Ioannis [P] Euangelistae, ita enim persuasi sumus, *Apocalypsis <sup>zzz)</sup>*, quam, postquam Romae in oleum igneum demersus nihil passus <sup>4)</sup> atque inde in insulam relegatus est, in exilio <sup>5)</sup>, in insula Aegaei maris, Patmo <sup>6)</sup>, vidisse

zouius in *Septenario epistol. cathol. pag. 183 sq. Keil.*

xxx) Non distinguendum esse suspicatur clar. Dodwellus ad Irhaeum pag. 10.

yyy) Probata haec sententia etiam Bucero, Grotio et paucis quibusdam aliis.

31) Ad hunc vero locum, in quo plura parum recte traduntur, conferenda, qua emouuerunt Montefalconius in *Praef. cap. V. §. 10.* Lampius *l. l. lib. I. cap. VII. §. 7. p. 107 sq. not. i.* et inprimis Schmidius *l. l. lib. II. part. II. sect. I. c. IV. §. 214. p. 573 sq. Keil.*

32) Hac de re legenda, quae scripsit Ven. Haffencamp in: *Anmerkungen über die letzten Paragraphen des Herrn Hofr. Michaelis Einleit.*

in die *Schriften des N. B. (Marb. 1767. 8.) §. 9. pag. 63 sqq. Keil.*

zzz) De vocabulo *ἐποκαλύψεως* et duodecim Apocalypsis Apocryphis vide si placet quae scripsi in codice Apocrypho N. T. p. 935 sq. *Fabric.* De priore adi etiam Wolfium in *Cur. phil. tom. IV. pag. 430. Keil.*

a) Tertull. de praescript. cap. 36. atque ex eo Hieron. lib. I. contra Iouinian. cap. 14. Pseudo-Prochorus, Pseudo-Abdias etc. *Fabric.* De huius narrationis fide legenda inprimis sunt, quae post plures alios scripserunt Moshemius *Dissertatt. ad H. E. pertinent. vol. I. pag. 497 — 546.* et Heumannus in *Bibl. Brem. tom. III. fasc. II. p. 316. et tom. IV. fasc. V. p. 935. Keil.*

vidisse se et ad septem Asiae ecclesias <sup>d)</sup> scripsisse, auctor ipse testatur. De tempore diuersa tradunt veteres. Nam Epiphanius LI. 33. sub Claudio (Nerone) hoc factum affirmat <sup>33)</sup>, vt adeo ante euerfum templum Hierosolymitanum <sup>e)</sup> scriptus liber sit, quod suadent quoque loca

G g g g a

b) Maïmonidem et alios Iudaeos, qui negant, Prophetiam locum habere in exsule, confutat Io. d'Espagne in examine XVII. pronuntiatorum Iudaicorum pag. 12 sq.

c) Apoc. I. 9. Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγενόμην ἐν τῇ νύσσει τῇ καλεσμένῃ Πάτμῳ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ex hoc loco non certo constat, scriptam etiam Apocalypsin in Patmo, quod tradit Abdias et Dorotheus. Imo non amplius in illa fuisse cum scriberet Ioannes, conicias e verbo ἐγενόμην. Ephesi forte scripserit.

d) Confer Christoph. Cellarii τῷ μακαρίτῳ Exercitationem de septem Ecclesiis Asiae et exsilio Ioannis Apostoli. Halae Magdeburg. 1701. [recusam illam partim in *Dissertat.* huius viri *academicarum*. Sylloge, a Io. Ge. Walchio edita, *Lipsi. 1712. 8.* partim in *Thesaur. disput. Hafaeano, tom. II. pag. 1033.*] Et de praesenti statu septem illarum Ecclesiarum librum singularem Thomae Smithi. V. C. *Fabric.* Praeterea vero de his ecclesiis consulendum etiam est Ferd. Stofchii *Synagma Dissertationum septem de nominibus totidem urbium Asiae, ad quas D. Iohannes in Apocalypsi Filii Dei epistolas direxit. Guelfherb. 1757. 8.* De conatibus vero eorum, qui haec urbium nomina aequae ac epistolas, ad eas scriptas, non proprie, sed mystice, intelligendas esse statuerunt, legendus inprimis est Herm. Witsii lib. *de sensu epistolarum Apocalypticarum, Franeq. 1678. 12.* separatim primum editus, post vero *Miscellaneis eius sacris, tom. I. lib. III. p. 633 sq.* insertus. Ab his tamen seiuncta est Harenbergii sententia, in *Commentar. ad Apocalyp. p. 318.* proposita, qua has septem ecclesias non in Asiae ciuitatibus, sed Hierosolymis potius in synagogis Christianorum, ex illis regionibus profectorum, quaerendas esse statuit, quamque vt praeiucera ei Harduinus, ita post ipsum amplexus etiam est Heringius in libr. infra laudando, *pag. 124 sqq. Keil.*

<sup>33)</sup> Noster igitur per Claudium, ab Epiphano commemoratum, Neronem putat designari, quem quippe nouerat in nummis et ipsum Claudium appellari. Sed an recte id sibi persuaserit, equi-

dem non dixerim, cum Epiphanius Neroni quidem nuspian Claudii nomen tribuat, adpareatque etiam ex libro de *ponderib. et mensur. p. 169.* Claudium cum Nerone neutiquam fuisse ab eo commixtum. *Keil.*

e) Haec sententia probatur Hentzeio praef. ad Aretham in Apoc. Hugoni Grotio ad Apocalypf. I. 9. et de Antichristo, tom. III. Opp. pag. 492. 499. Hammond, Paganio ad Apocalypsin p. 40. Lighthooto tom. I. Opp. p. 799. tom. II. p. 118 sq. et 563. Ioanni Lomeiero dier. genial. decada 2. diss. 3. et Hermanno ab Hardt V. C. coniectura de millenario. *Fabric.* Huic postremo Herm. ab Hardt se opposuit Bernh. Petr. Karlius in *Diff. de Apocalypsi non in Iudaismo olim adimpleta, s. 3.* quae inserta est *Biblioth. Brem. class. VI. pag. 1105 sq.* Hardtium tamen iterum secutus est Io. Gothofr. Lakemacherus in *Obseruatt. philol.* pluribus in locis. Praeter hunc vero eiusdem sententiae defensores laudandi etiam sunt Io. Harduinus in *Chronol. V. T. p. 636.* et If. Newtonus, cuius locum, qui huc pertinet, latine conuersum exhibet Wolfius in *Cur. phil. et critic. tom. IV. pag. 375 sq.* qui tamen eius argumentis parum se moueri profitetur. Recentioribus autem temporibus eandem sententiam probarunt Wetstenius in *N. T. vol. II. pag. 746.* Harenbergius in *Comment. in Apocal.* germanice scripto, Michaelis in *Introd. in libr. N. T. vol. II. s. 283. pag. 1625 sq.* qui, quanquam nihil certi definit, maxime tamen in hanc sententiam uideri inclinasse, Herderus in *Commentar. in h. libr. (Μαρτυρ. Αἰα, 'das Buch von der Zukunft des Herrn, Rig. 1779. 8.) pag. 274.* Hartwigius in *Apolog. Apocalypf. vol. II. pag. 42 sq.* et Storrius in *Noua Apolog. Apoc. s. 14 sq. p. 218 sq.* Verum et antiquioribus temporibus plures fuerunt, qui Apocalypsin ante euerfa Hierosolyma scriptam statuerent, in quorum numerum inprimis referendi sunt ii, quos Andreas *Comment. cap. XVIII. et XIX.* narrat, sextum sigillum de excidio Hierosolymitano exposuisse; quorum similes commemorat etiam Arethas, qui et ipse *pag. 731* edit Paris. disertè dicit, Apocalypsin ante excidium illud scriptam iam fuisse, de cuius testimonii auctoritate non incommoda quaedam disputat

loca Apoc. VI, 16. XI, 1. etc. <sup>34</sup>) Etiam apud Hieronymum I. in Iovinianum legebatur, *quod a Nerone missus in feruentis olei delium*, antequam Marianus Victorius pro a Nerone scriberet Roma. Et in recentiore versione Syriaca adscriptum exstat: *Reuelatio quae facta fuit Ioanni Euangelistae in Insula Patmo, cum in illam inductus fuisset a Nerone f) Caesare*. Sed plerosque mouit Irenaei auctoritas qui V. 30. de Apocalypsi verba faciens, *neque enim, inquit, ante multum temporis visum est, sed paene sub nostro saeculo, ad finem Domitiani Imperii*. Quae verba laudant Eusebius III. 13. et V. 8. Hist. <sup>35</sup>) Maximus in Dionysii epist. X. Nicephorus et alii. Hieronymus de S. E. cap. X. *Quartodecimo anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano Ioannes in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsin*. Eandem sententiam secutus quoque fuerat Eusebius in Chronico, cui suffragantur Arethas <sup>36</sup>), Syncellus

disputat Michaelis *l. l. pag. 1628*. Pro eadem sententia laudari etiam potest anonymus auctor fragmenti, a Muratorio in *Antiqq. Ital. medii aeni tom. III. pag. 834*. seruati, qui, cum Apocalypsin Paulo iam cognitam fuisse tradat, profecto Claudii aut Neronis temporibus eam a Ioanne visam fuisse, statuerit necesse est. *Keil*.

34) Imo non tantum haec et alia loca id suadere existimem, sed arbitrer etiam, ex vniuerso libri argumento multisque singulis locis satis perspicuum esse, urbem illam, cuius destructio cap. XVIII. describitur, nullam aliam esse, nisi Hierosolymitanam; quod bene docuit Hartwigius *l. l. vol. II. pag. 39 sq.* Atque haec ipsa interna argumenta vt, meo quidem sensu, luculentissime demonstrent, librum ante urbis huius euerisionem scriptum esse, ita iis eo magis puto nobis acquiescendum esse, quo minus in veterum scriptorum hac de re dissensu illorum quidem testimoniis quicquam poterit definiri, omninoque putauerim, eos vel ita tempus hoc constituisse, vt interpretatio libri ea, quam ipsi probabant, postularer, vel ipsos nihil certi hac de re tenuisse, quae non improbabilis est Semleri opinio in *Novis Disquisit. de Apocatyph. (Neue Untersuch. über die Apocal.) pag. 207*. proposita. *Keil*.

f) Confer Stephani le Moynes notas ad Varia Sacra pag. 1019.

35) Atque ex hoc quidem scriptore ipsam locum nunc iuuat adscribere, vt lectores de sensu eius, qui admodum varie constituitur, ipsi possint iudicare. Habet autem integer locus sic: *Εἰ γὰρ ἔδει ἀναφανδὸν ἐν τῷ νῦν καιρῷ κηρύττεισθαι τὸ ἄνομα τῆτο, δι' ἐκεῖνος ἀν' ἐβρίθη τῆ κατὰ τὴν Ἀποκάλυψιν ἐωρακότος. Οὐδὲ γὰρ πρό πολλῆ χρόνος ἐωράθη, ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, πρὸς τὸ τέλος τῆς Δομετιανῆ ἀρχῆς*. Horum autem verborum sensus mihi quidem profecto non ita apertus esse vide-

tur, vt, quod noster inde vult probatum, perspicue ex his intelligi possit. Saltem non omnino improbableem videtur, quod Wetstenius *N. T. tom. II. pag. 746*. monuit, vocabulum illud ἐωράθη non ad Apocalypsin, a Ioanne visam, sed ad Ioannem ipsum esse referendum, qui sub finem imperii Domitiani adhuc conspectus fuerit, vel, (vt Dan. Henr. Heringius in libr. mox laudando, *pag. 120*. illum vocem explicare maluit,) doctoris personam gesserit. Atque si verum est, quod Storrius nuper in *Repertor. litter. bibl. et orient. vol. XIV. p. 177 sq.* ostendere conatus est, Irenaeum Apocalypsin multo prius, quam Euangelium, a Ioanne scriptam iudicasse, profecto non potest ea huius loci explicatio, quam Eusebius cum reliquis, quos noster laudauit, secutus est, locum habere; quanquam eam alioquin multo facilius tulerim illa, quam Knittelius nuper in *Beiträgen zur Kritik über Iohann. Offenbar. p. 25 sqq.* stabilitum iuit, quaeque licet pluribus iam iisque perquam commodis argumentis a Semlero *l. l. p. 75 sqq.* itemque Schmidio in *Histor. et Vindic. Canon. p. 491*. fuerit oppugnata, denovo tamen, quod miror, defensorem nacta est Storrium in *Nou. Apol. Apocal. pag. 225 sqq.* Multo minus vero illa huius loci explicandi ratio poterit probari, quam Harenbergius in *Comment. in Apocal. iniiit*, quaque vocabulum illud ἐωράθη de libro Apocalypseo sub Domitiano h. e. vt ille quidem statuit, sub Marco Aurelio vel Septimio Seuero, demum viso et vsurpari coepto intelligendum statuit; aduersus quam interpretandi rationem digna sunt, quae legantur, quae scripsit b. Michaelis *l. l. pag. 1632*. *Keil*.

36) Nescio equidem, qui factum fuerit, vt hunc huius sententiae defensorem laudaret noster, cum Arethas repetierit quidem ex Eusebio Irenaei hac de re narrationem, ipse tamen, vt modo



Syncellus [P] et omnis fere turba Chronologorum vt pseudo-Abdiam V. 2. et Martyrologiorum ac Menaeorum scriptores praeteream. Pro eadem sententia disputat Blondellus II. 2—4. de Sibyllis et Apocalypseos interpretes plerique, etiam nouissime Boiluetus pag. 9 sq. sed et Sam. Basnage ad a. Chr. XCVI. 12. <sup>37)</sup> Iussus est scribere Ioannes, quae vidit praesentia et futura et breui futura. *γραψον α̅ ειδες, κα̅ α̅ ε̅ισι, κα̅ α̅ με̅λλει γινεσθαι μετα̅ ταυ̅τα.* Apoc. I, 19. *ε̅ γαρ̅ κ̅υρι̅ος ε̅γγυ̅ς.* I, 3. et XXII, 10. Plenum sensum horum vaticiniorum vix quisquam perspexit, licet innumerabiles illum videre sibi visi sunt, qui se mutuo refellunt. Re se Caeteranus: *exponat cui Deus dederit.* De Caluino Scaliger: *scripsit, quod in Apocalypsin non scripsit.* At vero qui obscuritatem Apocalypseos Ioanneae contra auctoritatem Scripturas obicit, idem agit ac si quis quadraturam circuli obiceret certitudini mathematicae, vt ait Stillingfleetus in epistola ad Deissam. Ioanni Euangelistae Apocalypsin tanquam auctori constanter tribuunt, atque adeo diuinam eius auctoritatem amplectuntur non modo Tertullianus, Cyprianus et latinae ecclesiae doctores vniuersi, teste Hieronymo: sed et Graeci antiquissimi, Iustinus Martyr <sup>38)</sup>, Irenaeus, Origenes et qui commentariis illustrarunt Arethas et Andreas aliique quamplurimi <sup>39)</sup>. Vide Sam. Basnagium tom. I. Annal. pag. 81 sq. Iac.

G g g g 3

Basnagium

do admonui, Apocalypsin ante excidium Hierosolymitanum scriptam statuerit. *Keil.*

37) Post hoc eandem sententiam inprimis defendere sustinuerunt duumviri celeberrimi, Vitringa *ad Apoc. I, 2. p. 7 sqq.* et Lampius in *Profl. Ioan. lib. I. cap. IV. §. 7. p. 61 sqq.* eandemque sequuti etiam sunt Millius in *Prolegg. N. T. §. 157.* Hoffmannus *ad Pritium in Introd. in libr. N. T. pag. 125 sq.* Lardnerus in *Supplements to the second Part of the credibility of the Gospel History, vol. III. cap. XXII. p. 368—379.* et Schmidius *l. l. pag. 486 sqq.* Caeterum praeter has, quas Fabricius nunc attulit, alia etiam extat de tempore scriptae Apocalypseos traditio, nimirum Pseudo-Dorothei, qui sub Traiano, vel, vt habet codex Guelpherbytanus versionis graecae, (conf. Knit. *el. l. l. p. 89.*) sub Hadriano adeo eam dicit scriptam fuisse. Verum hanc narrationem vix dignam puto, quae commemoretur, necdum examini subiiciatur. *Keil.*

g) Iustinum et Irenaeum etiam Apocalypsin interpretatum esse, siue commentario illustrasse, scribit Hieronymus. Sed videtur Eusebii verba male accepisse, vt probe obseruauit Hueticus pag. 38. demonstrat. Euangel. et clariss. W. E. Tentzelius in florum sparsione ad Hieron. de S. E. p. 25. [Idem statuit etiam Mich. Merkelius in libro, mox laudando, aduersus authent. Apocalypf. scripto, p. 9. in not. Alii vero, veluti Grabius in *Spicileg. PP. Sec. II. p. 170.* Caue in *Histor. litter.* itemque ipse Fabricius noster in *Biblioth. eccles. pag. 56. not. k.* et Oederus in *Disquisit. de Au-*

*thent. Apoc. (Christlich freye Untersuch. über die sogenannte Offenbar. Johann. — herausgegeben — von I. S. Semler, Hal. 1760. 8.) pag. 66.* verba Hieronymi non de integro Commentario, sed de quorundam tantum Apocalypseos locorum expositione, Iustini atque Irenaei scriptis hinc inde adspersa, acceperunt. Neque ipse putauerim, Hieronymum ea de integro commentario intelligi voluisse, cum in ipsis vtriusque viri scriptis recensendis nullam horum commentariorum mentionem fecerit. *Keil.* Nicephorus quidem IV. 6. Hist. aperte respicit locum Iustini in dialog. cum Tryphon. pag. 308. In laterculo marmoreo scriptorum Hippolyti Portuensis inter alia memoratur *ὑπὲρ τῆς κατὰ Ἰωάννην Ἐξαγγελίας καὶ Ἀποκαλύψεως.* Vide Scaligerum VII. de emendat. temp. pag. 728. [Eiusdem Hippolyti scriptorum apocalypsicorum a Syriacis etiam scriptoribus mentionem fieri, docet Michaelis in *Introd. in libr. N. T. vol. II. p. 1591 sqq. Keil.*] Andreas quoque Caesarensis teste *γενεσιότητος* huius libri laudat Papiam, Irenaeum, Methodium, Cyrillum Alex. Gregorium Naz. Hippolytum.

38) De horum ceterorumque, qui laudari in hac re solent, doctorum antiquorum testimonii cum veritate, tum auctoritate, permulta constat nostris temporibus in vtramque partem fuisse disputata, quae facile adparet, non esse huius loci vel enarrare, vel examinare: Consulenda vero erunt haec de re illorum scripta, qui post vel inter defensores vel aduersarios nostri libri laudabuntur. Fuerunt tamen etiam, qui in singularum

Basnagium tom. I. Hist. Eccles. gallice editae lib. VIII. cap. 7. pag. 435. 436. Bezam, Grotium et Calouium ad Apocalypsin, Baronium ad a. Chr. 97. Rich. Simonis Hist. Criticam N. T. D. Io. Henr. Maium in eius examine cap. XIX. et Reu. Guilauum Schroeterum in asserata canonica auctoritate Apocalypseos, Rosloch. 1697. 4. <sup>39)</sup>

Libri huius auctorem esse *Cerinthum* haereticum, praescripto Ioannis nomine auctoritatem commentis suis mutare conantem, veteres quidam crediderunt, non modo haeretici (*Alogi* <sup>h)</sup>), sed et Catholici <sup>i)</sup>) [P] Dionysio Alexandrino antiquiores <sup>40)</sup>). Neque tamen adfentitur

gulorum quorundam scriptorum testimonia eorumque vim diligentius inquirerent, hic loci paucis commemorandi. De Clementis igitur Alex. testimonio post ea, quae de illo iam disputauerat Mich. Merkelius in *Freyen Abhandlungen und Prüfungen einiger neuern Abhandlung.* (Lips. 1776. 8.) pag. 295 sq. in peculiari commentat. exposuit S. V. Car. Fr. Staedlin, Goetting. Theol. inserta eius *Symbolis ad interpretat. prophetar. V. T.* (*Beiträge zur Erläuterung der bibl. Prophet. und zur Gesch. ihrer Ausleg.* Tubing. 1785. 8.) pag. 249 sq. De Irenaeo autem separatim disputauit Frid. Ant. Knittelius in libro paullo ante laudato: *Beiträge zur Kritik üb. Joh. Offenbar.* Brunsv. 1773. 4. cui tamen praeter Merkelium modo commemoratum l. l. pag. 274 sq. se opposuit Semlerus in *Neue Untersuch. über die Apokalypsin.* Hal. 1776. 8. Keil.

39) His adde Petr. Dan. Huetium in *Demonstr. euang. prop. I. §. 9. p. 33 sq.* Ioh. Gerhardum in *Loc. Theol. lib. I. cap. X. §. 292. tom. II. pag. 234 sq. edit. Cottae*, Steph. le Moine *Var. Sacr. tom. II. pag. 1012 sq.* Io. Millium in *Prolegg. ad N. T. §. 157—180.* Calmetum in *Proll. Comment. in Apoc. Lampium l. l. Proll. lib. I. cap. VII. §. 17. pag. 115 sq.* Bellosoybrum in *Praefat. ad Apoc. Ioa.* Leonh. Twelsum in *Vindiciis Apocalypseos*, quas ex libro, eius anglie scripto, (*A critical examination of the late new text and version of the New Testament in Greek and English*, Lond. 1732. 8.) latine translatae Curis suis philol. inseruit Wolfius tom. IV. pag. 387 sq. If. Newtonum in *Praefat. Commentar. in Apocalypf.* Wetstenium in *N. T. tom. II. pag. 744 sq.* Io. Dau. Michaelium in *Introd. in libr. N. T. vol. II. pag. 1577 sq.* Chr. Fr. Schmidium in *Histor. et Vindic. Canon. p. 496 sq.* Io. Aug. Starkium in *Histor. eccles. Sec. I. vol. II. cap. VIII. et IX. pag. 103 sq.* Henr. Car. Alex. Haenlein in *Handbuch zur Einleit. in die Schrift.*

*des N. T. vol. I. cap. II. §. 20. pag. 188 sq.* et, qui nuper auctoritatem huius libri peculiaribus scriptis defenderunt, Io. Fr. Reußium in *Diff. de auctore Apocalypseos*, Tubing. 1767. 4. quae posthac cum reclusa est in *Opusc. eius theol. fasc. I.* tum vero multo etiam auctior, adiectaque apologia, germanice versa prodiit, hoc indice praefixo: *Vertheidigung der Offenbarung Iohannis gegen Herrn D. Semler*, Francf. 1772. 8. Chr. Frid. Schmidium in *Disquis. critic. de auctoritate Apocalypf.* (*Kritische Untersuchung: ob die Offenbarung Iohannis ein ächtes Buch ist*, Lips. 1771. 8.) Fr. Ant. Knittelium in libr. modo laud. Io. Balth. Lüderwaldium in *Bemerkungen zur gründlichen Beurtheilung und Erkenntniß der Offenbarung Iohann. Helmst. 1777. 78. 2. voll. 8.* Vinc. Fassinum in *diuinæ libri Apocalypf. auctoritatis Vindiciis ex monument. graec. aduersus nuperas exceptiones Firmi Abauzitti*, Lucc. 1778. 8. Franc. Gotth. Hartwigium in *Apolog. Apocalypf.* (*Apologie der Apocalypse wider falschen Tadel und falsches Lob*, Chemnit. 1780—83. IV. Voll. 8.) Gotth. Chr. Storrium in *Noua Apolog. Apoc.* (*Neue Apologie der Offenbarung Iohannis*, Tubing. 1782. 8.) itemque in *Commentar. de consilio Euangel. et epp. Iohann.* (*Ueber den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe Iohannis*, Tubing. 1786. 8.) pag. 86—148. denique Dan. Henr. Heringium in libro, sic inscripto: *Neue Abhandlungen über eine merkwürdige Stelle in dem Briefe des h. Ignatius an die Philadelph. und über den bisherigen Streit wegen der Apokalypse*, Vratisl. 1783. 8. Keil.

4) Philastrius haeresi LX. et Epiphanius LI. 3. tom. I. pag. 424. qui Alogorum aduersus Apocalypsin obiectiones refellit nr. 32 sq. pag. 454 sq. *Fabric.* Vniuersa horum Alogorum argumenta, quibus hac in re vsi sunt, Epiphanio duce, discussit Io. Gottfr. Koernerus in *diff. de auctoritate canonica Apocalypseos Iohannis ab Alogis impugnata*,

sentitur illis Dionysius, sed potius aliorum multorum e fratribus accedens sententiae, quos ait amplecti eam et magni facere, librum etiam haud intellectum sibi veneratur, et arcanam quandam planeque admirabilem singularum rerum intelligentiam in eo latere existimat. Ut autem Cerintho a quibusdam Apocalypsis Ioannis tribueretur, factum esse videtur duplici de causa. Nam primum quidem in ea leguntur quaedam, quae a Nepote apud Euseb. VII. 24. Hist. et aliis nonnullis Iudaizantibus tam crasse explicabantur, ut Cerinthianis fabulis viderentur frigidam suffundere <sup>41</sup>). Deinde Cerinthus et ipse crepabat Apocalypsin in plerisque

pugnata, et ab Epiphaniō defensa. Lips. 1751. 4. vnum autem e primariis, quod ex loco de ecclesia Thyatirensi cap. II. petitum erat, examinavit Ferd. Stofchius in *Demonstratione existentiae ecclesiae Thyatirenae tempore Apostoli Iohannis contra Alogos antiquos et hodiernos*, quae exstat in *Symbol. litt. Bremens. tom. II. part. II. pag. 111 sq.* Contra vero nuper controuersiam, ab his Alogis motam, ad ipsam libri nostri authenticam labefactandam transferre studuit Mich. Merkelius in libro, sic inscripto: *Historisch kritische Aufklärung der Streitigkeiten der Aloger und anderer alten Lehrer über die Apokalypsis, — als ein Beytrag zum zuverlässigen Beweise, daß die Apokalypsis ein untergeschobenes Buch ist. Francf. et Lips. 1782. 8.* cui tamen non infelici, ut equidem arbitror, conatu restiterunt Storrius in *Nou. Apolog. Apocal. s. 9. pag. 90 sq.* itemque de *consilio Euang. et epist. Ioh. s. 28. pag. 70 sq.* et Hartwigius in *Apolog. Apocal. vol. IV. pag. 179 sq.* illo tamen nouas sententiae suae aduersus vtrumque virum vindicias tentante in: *Umständlicher Beweis, daß die Apokalypse ein untergeschobenes Buch sey, (Francf. et Lips. 1785. 8.) pag. 138 — 169. et pag. 256 — 279. Keil.*

i) Dionysius Alex. apud Euseb. VII. 25. τινὲς μὲν αὖ τῶν πρὸ ἡμῶν etc. Eundem Dionysii locum, sed non integrum, produxerat Eusebius III. 28. Hist.

40) Male hos τινὰς, a Dionysio commemoratos, ab Alogis separasset noster, si verum fuisset, quod Merkelius quidem *l. l. pag. 32 sq.* et Storrius in *Nou. Apol. Apoc. pag. 127 sq.* contra Hartwigium, *l. l. vol. II. pag. 75 sq.* contrarias partes tuentem, asserere studuerunt, eosdem illos cum Alogis fuisse. Aliter tamen de his τινῶν, a Dionysio commemoratis, statuerunt Michaelis *l. l. s. 276. pag. 1585 sq.* et *pag. 1589.* itemque Auctor ignotus *Dilucidat. historiae canonis iudaici et christiani,*

(*Versuch einer Beleuchtung der Geschichte des jüdischen und christl. Bibelkan. Hal. 1792. 8.) vol. II. pag. 324.* Quicumque vero etiam fuerint, adparet saltem hoc, omnino fuisse ante Dionysium, qui Apocalypsis authenticam in dubium vocarent, adeoque non esse, quod fides huius viri in suspicionem vocetur, quod fecit tamen post Ittigium in *Sel. capp. H. E. sec. I. pag. 297.* Schmidius in *Histor. Canon. lib. II. part. II. S. I. cap. 4. s. 206. p. 540 sq.* Ceterum eandem de Cerintho, Apocalypsis auctore, sententiam amplexus etiam est Gregor. Barbraeus, sec. XIII. scriptor, de quo est. Michael. *l. l. pag. 1607 sq.* Recentioribus vero temporibus eandem denuo defendit G. L. Oederus, cuius librum, super hoc argumento scriptum, (*Christlich freye Untersuchung über die sogenannte Offenbar. Iohannis,*) edidit I. S. Semlerus, *Hal. 1769. 8.* qui et ipse cum in notis, huic libro subiectis, tum vero etiam in peculiari scripto, supra iam laudato, (*Neue Untersuchung ü. Apokalypsin, Hal. 1776. 8.*) ab eadem sententia non alienum se professus est; eandemque tueri etiam studuit F. A. Strothius in libro: *Freymüthige Untersuchungen die Offenbarung Iohan. betreffend, Hal. 1771. 8.* itemque Mich. Merkelius in libris, aliquoties iam commemoratis. In eandem inclinat etiam Henr. Korodi in *Histor. Chiliasmii, (Kritische Geschichte des Chiliasmus, Francf. et Lips. 1781. 8.) vol. II. pag. 331 sq. Keil.*

41) Si modo doceri possit, Chiliasmum, quem haud dubie in animo nunc habuit noster, Cerinthum defendisse, quod tamen scriptores ii, qui de eius opinionibus consulto exposuerunt, prorsus ignorant, neque ceteris etiam sententiis eius satis videtur conuenire, ut bene docuerunt Schmidius in *Examine crit. authent. Apocal. p. 284 sq.* itemque in *Histor. Canon. lib. II. part. II. S. I. cap. IV. s. 205 pag. 526.* et Spittlerus in *Epitom. Hist. eccles. (Grundriß der Geschichte der christl. Kirche) pag. 55 sq. Keil.*

que eandem cum Ioanne, sed locis quibusdam a se interpolatam, quod colligo ex verbis <sup>k)</sup> Caii presbyteri apud Eusebium III. 28. Hist. et Theodoriti II. 3. haeret. fab. <sup>42)</sup> Hinc iam minus mirum est, quod Apocalypsin Ioanneam non modo reiecerunt *Cerdoniani* <sup>l)</sup>, *Marcionitae* <sup>m)</sup> et *Theodotiani* <sup>n)</sup>: sed et inter catholicos scriptores, orientales <sup>o)</sup> praefertim <sup>43)</sup>, alii eandem in catalogo scriptorum N. T. praetermiserunt, ut fit in Canone Apostolico <sup>44)</sup> et

Canone

<sup>k)</sup> Ea additis observationibus quibusdam descripti in codice Apocrypho N. T. pag. 958 sq.

<sup>42)</sup> Noster igitur eandem hic sententiam sequitur, quam post multos alios magno nuper argumentorum apparatu inprimis defendere studuit Hartwigius *l. l. vol. I. pag. 35 sq.* qui tamen in eo a nostro dissentit, quod Cerinthum non veram Ioannis apocalypsin interpolasse, sed aliam, eamque totam a se fictam, ei subiecisse statuit. Verum huic sententiae, quam olim iam reiecerat Grabius in *Spicileg. PP. tom. I. pag. 312.* recte, ut equidem arbitror, se opposuerunt Semlerus in *Theol. Brief. vol. II. pag. 178 sq. et vol. III. pag. 3 sq.* itemque Storrius *l. l. pag. 61 sq.* Neque Michaelis etiam iis, quae ab Hartwigio hanc in rem sunt disputata, eo adduci potuit, ut sententiam suam, qua de nostra Apocalypsi Caium cogitasse, olim iam defenderat, mutaret; qua de re videnda Ei. *Intr. in libr. N. T. vol. II. pag. 1587 sq.* Multo minus vero Schmidii sententia probari poterit, quam *l. l. pag. 286 sq.* et in *Histor. Canon. p. 319. 506. et 538.* proposuit, quae in libro, a Caio reiecto, de noua, quae dici solebat, Montanistarum prophetia vult cogitari, hancque fanaticam dicit Apocalypseos interpretationem fuisse, quae Apocalypseos Ioanneae titulum prae se tulisset. Illa enim noua prophetia nunquam de libro aliquo, Ioannis nomine insignito, dicebatur, sed de nouis reuelationibus, quas Montanistae a Paraclito sibi contigisse iactabant. *Keil.*

<sup>l)</sup> Tertull. de praescript. cap. LI. Epiphanius haeresi XLI. pag. 299 sq. *Fabric.* Tertullianus autem cum aperte hic dicat: *Cerdon Aëta Apocolorum et Apocalypsin quasi falsa reiecit*, non video equidem, quo iure Io. Dan. Schumannus in *Spec. II. Observationum ex veteribus ecclesiae scriptoribus (Hammou. 1777.)* quo Cerdonem atque Marcionem libri apocal. testes sistit, defendere poterit, hos haeresiarchas, si reiecisse aut respuisse dicantur hunc librum, non dici, eum pro spurio declarasse, sed diuinam tantum auctoritatem ei derogasse. *Keil.*

<sup>m)</sup> Tertull. IV. 5. contra Marcion. Epiphan. haeresi XLII. pag. 309.

<sup>n)</sup> Epiphan. haeresi LIV. pag. 462 sq. testatur, Theodotianos esse ἀνορθόδοξα haereseos Alogorum, a quibus Apocalypsin reieci monuit praeter Epiphanium LI. 3. Augustinus et auctor praedestinati haeresi XXX. *Fabric.* Nescio vero, annon festinarius hic pronunciauerit noster, cum ex eo, quod Epiphanius hos homines Alogorum ἀνορθόδοξα dicit, id effici statuat, eosdem etiam Apocalypsin reiecisse. Saltem nullus veterum diserte hoc de iis testatus est. *Keil.*

<sup>o)</sup> Hieronymus Epistola CXXIX. ad Dardanum: *Neque Graecorum quidem Ecclesiae Apocalypsin Ioannis eadem libertate (nemine contradicente) suscipiunt.* Iunilius Afer: *De Ioannis Apocalypsi apud Orientales admodum dubitatur.* In Occidente etiam nonnullos fuisse, qui eam non reciperent; colligas ex his Sulpicii Seueri lib. II. Hist. *Librum S. Apocalypsis qui a plerisque aut stulte aut impie non recipitur.* Concil. Toletan. IV. can. 16. A. C. 633. *Quia plurimi sunt, qui Apocalypseos auctoritatem non recipiunt, eamque in Ecclesia Dei praedicare contemnunt, si quis eam deinceps aut non receperit, aut a Pascha usque ad Pentecosten missarum tempore in Ecclesia non praedicauerit, excommunicationis sententiam habebit.*

<sup>43)</sup> Causas huius rei non improbabiles in medium protulit Hartwigius *l. l. vol. IV. p. 204 sqq.* simulque et hoc non male admonuit, semper tamen in eadem ecclesia repertos esse, qui ab ista aequalium sententia alienos se profiterentur, veluti Auctorem Synopseos Script. S. Epiphanium et Andream Caesareensem, atque ipsum Hieronymum hanc graecae ecclesiae sententiam ab huius temporis consuetudine repetere, eique veterum scriptorum auctoritatem opponere. *Keil.*

<sup>44)</sup> At huius Canonis admodum dubia est auctoritas, plerisque quippe pro spurio eum et adulterino declarantibus, ac sec. demum quinto aut sexto effictum statuentibus, de quibus inprimis videndus est I. F. Cotta in *Hist. Eccl. (Versuch*

Canone \*) Laodiceno postremo, qui in codice Canonum Ecclesiae vniuersae est CLXIII. a Cyrillo Hierosol. Catechesi IV. 22. Greg. Nazianzeno poemate 33. de libris vtriusque test. tom. II. [P] Opp. pag. 98. et in codicibus quibusdam syriacis et arabicis \*) noui foederis; alii inter Apocrypha retulere, vt illi, de quibus Eusebius III. 24. et 25. Hist. et Amphilocheus \*\*) in carmine de sacrae scripturae libris ad Seleucum \*\*), tum Gregorius Nyssenus \*\*) et auctor  
veteris

such einer ausführlichen Kirchengeschichte des N. T. Tubing. 1771. 8.) vol. II. pag. 1174 sqq. iisdemque e recentioribus addendus Hartwigius l. I. vol. IV. p. 197 sqq. Fuerunt tamen etiam, qui Clementi Alexandrino eum tribuerent, quam sententiam post Beueregium, qui eam inprimis defendit in Iudicio de canon. apostol. eorumque numero et auctoritate, in Cotelerii Patr. apostol. tom. I. p. 432 sqq. itemque in codic. Canon. eccles. primitiu. ibid. tom. II. pag. 116 sqq. suo etiam calculo comprobantur Cl. Lud. Tim. Spittlerus in Hist. iur. Canon. (Geschichte des kanonischen Rechts bis auf die Zeiten des falschen Isidorus; Hal. 1778. 8.) p. 69. s. itemque Mich. Merkelius l. I. p. 280. et Car. Fr. Staendlinus in Symbolis ad interpretat. prophetar. V. T. supra laudatis, p. 285 sqq. et p. 303 sqq. contrarium tamen aduersus eos tuente Ven. Storrius in Nou. Apol. Apocal. p. 57 sqq. et in Comment. de consilio Euang. et epp. Ioan. p. 129 sqq. Mediam aliquam viam ingressus est Io. Guil. Ianus in Diff. de antiquitate Canon. apostolorum, Viteb. 1740. 4. in qua quippe plerosque horum canonum, sec. secundo vel tertio confectos, sed quinto demum in hunc, quem hodie obtinent, ordinem compositos fuisse, defendit Keil.

p) Recte hoc factum, ad illum canonem annotat Lucas Osiander. In Arabica autem versione eiusdem Canonis, obseruante Io. Gregorio, Apocalypsis Ioannis N. T. memoratur. [Nec huius Canonis vlla amplius esse potest auctoritas, postquam, quod suspicatus iam fuerat Chr. Frid. Schmidius in Histor. Canon. p. 175. 385 et 541. pluribus demonstrauit idem Spittlerus, quem modo commemorauimus, eum nimirum inter spurios esse referendum, de quo videnda Ei. Kritische Untersuchung des sechszigsten Laodicensischen Canons, Brem. 1777. 8. licet argumentis eius praeter leuiore quaedam dubitationes, a Merkelio l. I. pag. 282 sq. propositas, alia quaedam grauiora opposuerit Celeb. Schroeckhius in Histor. eccles. vol. IV. pag. 262 sq. edit. Imac. ad quae tamen ab illo quoque responsum est in Ephem. Goetting. an. 1780. Sciã. XXI. Addi-

tam. pag. 415 sq. Keil.] Quemadmodum etiam Nazianzenum aliis in locis Apocalypsin pro diuina agnoscere notauit Claudius Frassenius pag. 753 sq. disquisitionum Biblicarum. Fabric. Conferantur quoque, quae in eandem rem scripsit Schmidius in Exam. critic. Apocalypf. pag. 353. et in Histor. Canon. pag. 396. cum quibus tamen comparari merentur, quae de vi horum testimoniorum non incommode admonuit auctor libri, supra laudati: Versuch einer Beleucht. der Geschichte des jüdischen und christlich. Bibelkan. vol. II. pag. 331. Keil.

q) Vid. Io. Gregorii praefat. ad Observationes in quaedam S. Scripturae loca tom IX. Critic. sacror. Angl. Fabric. Huic iungendus est Ven. Hassencamp in Anmerkungen über die lezt. Paragraphen des Herrn Hofr. Michaelis Einleit. (Marb. 1767. 8.) p. 22 sqq. Praeter hunc autem inprimis conferendus est S. V. Storrius in Nou. Apolog. Apocal. §. 12. p. 185 sqq. qui admodum dubium esse ostendit, vtrum omissio huius libri in versione syriaca antiquiore olim iam locum habuerit, nec ne. Certe Ephraemum hunc librum non modo cognitum habuisse, sed pro diuino etiam agnouisse, idoneis eius testimoniis ostendit Hassencamp l. I. p. 9 sqq. coll. Schmidii Exam. critic. Apocal. Ioh. pag. 334 sqq. Keil.

45) Si modo is auctor est huius carminis, quod, vt ipse Fabricius noster recte obseruauit in Cod. apocr. N. T. tom. II. pag. 979. ab aliis Gregorio etiam Nazianzeno tribui constat, vnde in eius quoque Opp. legitur, tom. II. p. 190 — 195. edit. Colon. Keil.

r) Amphilocheus τὴν δ' Ἀποκάλυψιν τὴν Ἰωάννου πάλαν τινὲς μὲν ἠγκρίσαν, οἱ πλείους δὲ γε νόθον λέγουσι.

5) Homilia αὐτὴ τὴν ἐκστὴν χαροποιεῖν tom. II. pag. 44. Ἦκουσα τῆς Εὐαγγελιστῆς Ἰωάννης ἘΝ ἈΠΟΚΡΥΤ. ΦΟΙΣ πρὸς τὰς τοιαύτας δι' ἀνέλεγκτος λόγουτος ὡς δὲ ἄκριβως μὲν εἶπεν τῷ πνεύματι, κατεψύχθη δὲ τῇ ἀμαρτίᾳ. Ἐφελον γὰρ ἡσθὰ, φησι, ψυχρὸς ἢ ζεστός. Apoc. III. 15. Videndum tamen, an in hoc Nysseni loco Ἀπόκρυφα sint, quod vult Heinsius, ab Ecclesiis non recepta, num potius arcanae visiones, vt Pseudo-Dionysio. cap. 3. de Eccles. Hierarchia

veteris Sticheometriae<sup>4)</sup>; alii Ioannem presbyterum, virum apostolicum, suspicati sunt auctorem esse, vt Dionysius Alex.<sup>5)</sup> apud Eusebium VII. 25. et Eusebius III. 39. Hist. Stylum quoque carpit Dionysius his verbis pag. 267. διάλεκτον μὲν τρι καὶ γλῶσσαν ἐκ ἀκριβῶς ἑλληνίζουσαν αὐτῷ βλέπω. ἀλλ' ἰδιώμασι μὲν βαρβαρικῶς (Hebraïsmis) χρώμενον, καὶ πρ καὶ<sup>6)</sup> σολομίζοντα<sup>45)</sup>. Recentiores Erasmus, D. Lutherum, Zwinglium, Caluinum, Ios. Scaligerum,

rarchia Apocalypsis vocatur κρυφία καὶ μουσική ἐπιφύει τῶν μαθητῶν ἀγαπητῶ καὶ θεοπεσις. Ita certe Nysseni locum intellexit Suicerus tom. I. thesauri pag. 449. [Atque ita eum utique intelligendum esse, ex eo, vt bene iam admonuerunt Lampius in Prolegg. ad Iohan. lib. I. cap. VII. §. 24. not. r. pag. 123. et Schmidius in Histor. Canon. lib. II. part. I. sect. IV. pag. 398 sq. itemque in Exam. critic. Apocal. Ioh. pag. 129. probable fit, quod alibi eandem Apocalypsin diferte inter scripta diuina refert, vnde tom. III. Opp. pag. 601. ei etiam dicitur ἡ τελευταία τῆς χάριτος βιβλος. Keil.] Sic Commodianus Instruēt. XLIII. 17. Opera Ioannis, ex Rigaltii emendatione. Eodem sensu Iuuenalis dixit arcanum volumen Moysis XIV. 102. Φινίκων ἀπόκρυφα βιβλία apud Hefychium illustrem in Pherecyde. Vet. gloss. operum, ἀπόκρυφα. Tertullianus cap. 2. de palido referens quaedam de protoplastis e Genesī, sed arcana ista, inquit, nec omnium nosse. Fabric. Ad eandem vocabuli ἀπόκρυφα notionem confirmandam facit etiam Epiphaniū locus haer. LI, 3. vbi de Alogis dicit, se non fuisse eos reprehensurum, si solam Apocalypsin receissent, quoniam id hoc consilio videri possent fecisse, ne librum apocryphum reciperent, διὰ τὰ ἐν τῇ ἀποκαλύψει βαθῆως καὶ σκοτεινῶς εἰρημένα. Keil.

t) In quibusdam codicibus στιχομετρίας post verba καὶ ὅσα τῆς νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα, sequitur Ἀποκάλυψις Ἰωάννη σίχων αυ.

u) Rationes huius refellit Elias du Pin tom. II. prolegom. Bibl. pag. 68. 69. et Io. Lightfootus Opp. posthum. pag. 145. Fabric. His addendi Millius in Proll. N. T. §. 168 sqq. Twellius in Vindic. Apocal. part. II. cap. III. sect. IV. apud Wolfium tom. IV. pag. 415 sqq. inprimis autem Hartwigius l. l. vol. II. pag. 149 sq. Caeterum eandem de Ioanne presbytero, Apocalypseos auctore, sententiam recentioribus etiam temporibus non improbabilem iudicauerunt Henr. Dodwellus in Dissertat. Cyprian. diss. IV. §. 1. et ignotus quidam censor in Supplem. III. ad Bibliothec. vniuers. germ. tom. XIII—XXIV. pag. 1409 sq. eandemque illos etiam, qui Ioanni Theologo li-

brum hunc olim inscripserint, defendisse statuit Heumannus in Act. Erudit. tom. VI. Supplem. p. 171 sq. denuoque asseruit in Poecilis tom. III. p. 221 sq. Praeter hos autem fuerunt etiam, qui, annon Ioanni potius Marco, quam Apostolo, liber hic tribuendus sit, ambigerent, in quam sententiam; quanquam mox iterum a se repudiatam, incidit idem Dionysius Alex. loco modo allato, recentioribus autem temporibus in eandem inclinavit Theod. Beza in Proll. ad Apocal. itemque Herm. von der Hardt in Aenigmat. prisca orb. p. 575. Keil.

v) Confer Balthaf. Stolbergium de solocismis et barbarismis N. T. dictioni falso tributis p. 10.

46) Hanc causam diligentius tractauerunt Millius l. l. §. 176 sq. Leonh. Twellius l. l. part. I. cap. III. apud Wolfium tom. IV. p. 399—404. Michaelis l. l. vol. II. §. 284. p. 1635/39. Schmidius in Histor. Canon. part. II. S. I. cap. IV. §. 202. p. 503. et Hartwigius l. l. p. 180 sq. Ad eandem vero causam et hoc pertinet, quod Cabalisticæ etiam scribendi rationis vestigia in Apocalypsi reperisse sibi visi sunt, praeter alios quosdam, inprimis Iac. Rhenferdus in peculiari dissert. de stylo Apocal. cabalistico, in Operibus eius Philolog. (Trai. ad Rhen. 1722. 4.) p. 1 sq. itemque Io. Gerh. Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato, (Lips. 1736. 4.) pag. 1090 sq. reperiunda, et Io. Franc. Buddeus tom. III. Obseruat. select. Halens. Obs. I. pag. 20. quorum sententiam quanquam oppugnauerat iam Io. Clericus in Bibl. Vet. et Nou. tom. XVII. part. I. pag. 88 sq. eandem tamen denuo defenderunt atque latius etiam extenderunt S. V. Herderus in Maqum Adm, (Rig. 1779. 8.) pag. 330 sq. Henr. Corodi in Histor. Chiliasmi vol. II. cap. XIII. pag. 231. et Illustr. Eichhornius in commentat. Biblioth. bibl. tom. III. part. II. pag. 191 sq. inserta: über die Personification der Eigenschaften Gottes unter den spätern Juden. Praeter stylum autem in ipso etiam libri argumento, quod multa sanæ doctrinae contraria contineat, recentiores potissimum huius libri aduersarii haeserunt; verum et horum dubitationes tollere studuerunt Schmi-

Scaligerum, Lucam Osiandrum, Ioh. Bodinum aliosque, qui, vtrum Ioannis euangelistae esset, aliquando subdubitarunt; praetereo <sup>47)</sup>.

IX. PAVLVS qui et Saulus <sup>w)</sup>, Iudaeus de tribu Benjamin ex oppido Iudaeae Gischalil fuit <sup>x)</sup>, quo a Romanis capto, cum parentibus suis, qui ius sibi ciuitatis Romanae comparauerant <sup>y)</sup> Tarsum Ciliciae commigrauit: ab his ob studia legis missus Hierosolymam, a Gamaliele <sup>z)</sup>, viro doctissimo, eruditus est. Etiam ex more Iudaeorum, qui cum studio legis officium aliquod coniungere <sup>aa)</sup> solebant, simul tentoria <sup>bb)</sup> in vsum militarem e pellibus

Hh h h a

conficere

Schmidius *l. l. part. II. S. I. cap. IV. S. 204 sq. pag. 511—532.* et Illustr. Eichhornius in comment. de internis argumentis aduersus authenticam Apocalypf. in eiusdem *Biblioth. bibl. tom. III. part. IV. pag. 571 sq. Keil.*

47) Neque magis est, quod nos de recentioribus controuersis super huius libri auctoritate agitat, iisdemque per Oederi maxime librum, supra a nobis commemoratum, motis, vberius nunc exponamus. Adeat, cui eas cognoscere volupe est, Io. Balth. Lüderwaldium in *Aët. historico-ecclesiast. nostri temporis vol. I. (Wimar. 1774.) pag. 485 sq.* et Dürrium in Walchii *Neuest. Religionsgesch. vol. VII. pag. 243 sq.* late de iis differentes. Addendus tamen nunc est Apocalypseos aduersariis auctor libri, qui nuper prodiit: *Einleitung in die Geschichte des Canons sämtlicher Schriften des N. T. insonderheit der Offenbarung Iohannis. Herausgegeben von dem Verfasser des Hierocles. Hal. 1794. 8. Keil.*

w) Saulus nomen mali ominis, non tantum propter regem impium hoc nomine, sed etiam propter significationem. Nam, vt in scholiis ad Vespas Aristophan. pag. 353. legas, *σαῦλον καλῆται τὸ φαῦλον καὶ διεβήκηος.* Itaque e Saulo Paulum factum affirmant veteres, vt Augustinus, alii. Vide *Nouarinum* in limine adagior. ecclesiasticor. et *Sannazarium* ad Damasi carmen I. Pauli nomen a proconsule Cypri, Paulo, ad Christi fidem conuerso, tulisse scribit Hieron. Sed vid. *Frid. Spanhem.* Opp. tom. II. p. 327. Augustin. serm. 25. de sanctis, qui fecit ex Saulo Paulum, fecit ex Simone Petrum. *Fabric.* De Pauli nomine et Sauli altero v. *Wolf.* in Curis ad Aët. VIII, 1. XIII, 9. omninoque interpp. vnde nomen Pauli habuerit, non constat. Falluntur qui cum Augustino statuunt, eum Pauli nomen a Christo accepisse. Etiam aliquamdiu post suam conuersionem adhuc Sauli nomen appellatur. vid. *Schmid H. C.* pag. 375. Quae *Fabricius* de significatione nominis *Σαῦλος* notauit, non sunt huius loci,

significat (hebr. *שָׂאוּל*) desideratum vel desiderabilem, et haud dubie ei hoc nomen a parentibus in ipsa circumcissione inditum est. vid. *Schlousneri Lex. N. T. l. v. Παῦλος. Kuin.*

x) Hieron. de S. E. cap. 15. *Fabric.*

y) Schol. Graec. ad Aët. XXII, 28. vid. etiam Spanheimii orbem Romanum pag. 140. edit. sec. *Fabric.*

z) De hoc Gamaliele praeter *Pearsonium* et alios interpretes aeterni et vitae Pauli scriptores, adi. *I. G. Dorschei* semestri Tiburtio Dionysianum pag. 237 sq. *Carpzouium* ad *Schikardi* iuratum Hebr. pag. 101. et pag. 425 sq. *Wagenfeldium* in Sota pag. 991 sq. et *Casp. Henr. Graunii* historiam Gamalielis cognomine Senis Viteb. 1687. 4. Gamaliele ipsum deinde Christianum et baptizatum fuisse, refert *Eustratius* apud Phot. cod. CLXXI. *Fabric.* add. *Wetsten.* tom. II. pag. 16. *Thalemanni* libellus, de *eruditione Pauli Iudaeica non graeca.* Lips. *Kuin.*

aa) Vid. *Grotius* ad Matth. XIII, 55. Aët. XVIII, 3. *Lightfooti* Horas Talmud. ad Marcl VI, 3. *Buxtorf.* Lex. Talmud. in תַּרְסָס, et *Hottingerum*, nepotem, ad Geinaram Chagigah. p. 122. *Fabric.*

bb) *Coteler.* ad Constitut. Apostol. II, 63. *Erasmus* et *Stunica* ad Aët. XVIII, 3. *Conr. Sam. Schurzfleisch* in diss. de Paulo *σηνηποιῶ*, et in altera, quam inscripsit, *animaduersiones ad insigniores Ciliciae antiquitates*, vbi inter alia e Dione Chrystost. et Libanio obseruat, inagnum eorum numerum olim in Cilicia fuisse, qui corio operarentur, quo spectant et vdones Cilicii apud Martial. XIV, 114. Nam et hodie tapetia Tarsi confecta e Cilicia exportari, recentiores navigationum libri testantur. Etiam a scenofactoria dictionis petere Paulum obseruatum fuit, vt 2 Cor. V, 1. XII, 9. *Fabric.* Praeter *Cotelerium*, a *Fabricio* laudatum, conf. *Saubertum* in Opp. Posthum. p. 143. et *Suiceri* Thef. Eccles. tom. II. pag. 981. *Kuin.*

conficere didicerat, vnde *σκηνοποιόν* vocat Lucas, nonnulli veteres *σκηνοποιός*. E persecutore Phariseo, adscitus inter apostolos <sup>cc)</sup>, sed extra numerum illorum duodecim, qui Christo, in terris versanti, adfuerant, a domino tamen ipso, non ab hominibus, neque per homines (Gal. I, 1. Act. IX, 5.) cooptatus, nulli iure cedebat apostolorum, omnibus plura etiam tulisse et maiora laborasse professus (2 Cor. XI, 23.) atque ita non apostolus gentium (Rom. XI, 13. 1 Tim. II, 7.), vt inter Iudaeos quoque longe maximum numerum Christo fuerit lucratus, vt vel scripta eius testantur. De vita eius praeter Lucam in Actis App. eiusque interpretes, videndi sunt scriptores, sed longe minore fide digni, qui *vitas apostolorum* succincto stilo scripserunt, *Græce* quidem Sophronius, Hieronymi interpres: Dorotheus, a *Caueo* in hist. litterar. Script. eccles. ad a. Chr. CCCIII. et a *Cangio* editus ad calcem Chronici Paschalis pag. 434. qui pag. 437. etiam graece et latine exhibet anonymum de patria et parentibus apostolorum, Hippolytus a *Combesisio* auctar. noui tom. II. siue in historia Monothelitarum pag. 831. vulgaris, et eadem fere tradens Epiphanius in codice regis Christianissimi signato MMDCCCCL. fol. 233. et anonymus, cum Oecumenio in epp. Pauli pridem editus: *latine* Abdias, in cod. N. T. apocrypho cum notis a me vulgaris, et Abdiae insistentis vestigiis, Ordericus Vitalis, tum pseudo-Linus de passione Petri et Pauli, Isidorus Hispalensis siue quisquis auctor de vita et morte sanctorum viriusque Test. et auctor indiculi apostolorum a Florentinio illustrati et cum Martyrologio Hieronymiano editi: vt omittam poemata de duodecim apostolis, Venantii, Walafri Strabi etc. S. Damasum carmine I. in Paulum Apost. His accedunt Menæa et acta Sanctor. 29. Iunii. Tum Nicetas apud *Combesisium* tom. I. auctar. nouiss. Euthalios in prologo ad epp. Pauli, graece scripto, et partim in Complutensibus et ab *Erasmio*, *Rob. Stephano*, *Christoph. Pilargo*, et cum Oecumenii commentariis, sed integre in N. T. edit. *Boeclerianae*, et emendatius denique cum latina versione vulgaris in collectaneis monumentorum veterum *Laur. Alexandrini Zacagnii*. Inter recentiores celebrandus inprimis *Ioh. Pearsonius* in Annalibus Paulinis, et Annalium scriptores *Baronius*, *Iac. Cappellus*, ac *Sam. Basnage*; tum *Antonius Godellus*, *Claudius Dausqueius*, *Barthol. Grauanus*, *Thom. Massutius*, et *Iohannes Brant* in vita Pauli, *Hermannus Witsius* in meletematis Leidensibus, *Ian. Bircherodius* in serie chronolog. actorum S. Petri et Pauli, *Lud. Cappellus* in historia apostolica illustrata [Lips. 1691. 8.], <sup>dd)</sup> et qui vitas ceterorum quoque apostolorum diligentissime scripsere, *Guil. Caueus* et *Tillemontius*: vt omittam *Ioachimum Perionium*, *Ioach. Camerarium*, *G. Maiorem* aliosque, et *Andream Wilckium* in posteriore parte *Ἐρεγοργαφίας*, qua recentium poetarum carmina in apostolos collecta exhibentur. His addere licet forte *Ioh. Schedium*, quem a plurius annis vitam Pauli molitum discas, ex actis erudit. tom. I. supplementi pag. 336. Sed missis hisce et quae de itinere Paulino singulari diatriba commentatus est *Christo. Cellarius*, tantum noto in praesenti, me eorum sequi

cc) Conuersio Pauli exponitur Act. IX, 1 sqq. in quem locum nuper (Erlangae 1793. 4.) commentatus est *Christo. Frid. Ammon*, theologus nunc Gottingensis, qui libellus insertus quoque legitur Opusce. ipsius, quae hoc ipso anno edidit. *Kuin. dd)* Add. *Milii* Prolegg. §. 4 sqq. *Ioach. Langii* commentatio, de vita et epistolis Pauli, *Benson* history of the first planting of the christian

church, *Lardners* Supplements, *Schmid* Hist. Can. pag. 575 sqq. *Niemeyer Charakteristik der Bibel Th. I. pag. 129 sqq.* *Schroekh Kirchengeschichte Th. II. S. 159 sq.* et quos laudauit *Wolffius* in *Curis* Prolegg. in ep. ad Rom. *Kuin. Io. Ortow. Witsenbergi* Diss. de iurisprudencia Pauli Apostoli, in *Eius* Opusce. acad. fasc. I. a *Püttmanno* editis Lips. 1794. 4.



sequi rationes, qui Paulum <sup>cc)</sup> conuersum esse existimant anno quarto siue ultimo Caii, a. C. XLIII. et capite truncatum a. Chr. LXVIII. <sup>dd)</sup> Neronis XIV. Intra istud tempus scriptae ab eo sunt diuinae, quas ecclesia iam pridem legit, *epistolae quatuordecim*, quae in sacro biblicorum volumine <sup>ee)</sup>, nescio quo auctore, dispositae potius videntur, maximam certe partem, pro dignitate eorum, ad quos scriptae fuerunt. Nonnullis epistolis praeter Pauli nomen, etiam *Timothi*, vel *Sosthenis*, vel *Siliani* praefigitur <sup>hh)</sup>. *Cur id?* respondet *Saluianus* epist. IV. *primum credo, ut simul agnoscerentur, qui simul scriberent. Deinde ut ii, qui separatim ab unoquoque eorum edocti fuerant, scirent, omnium non discrepare sententiam. Postremo, ut quos singulorum non mouebat auctoritas, omnium saltem moueret ad sensus.* Priori ad Corinthios quidem *Pauli* et *Sosthenis*, epistolis ad Philipenses, Coloss. et Philemonem *Pauli* et *Timothi*, utriusque vero ad Thessalonicenses, *Pauli*, *Siliani* ac *Timothi* nomen praemittitur. Nec propterea de auctore Paulo dubitatum est, uti nec de epistola Clementis ad Corinthios scripta sub nomine ecclesiae Romanae. Locuples imprimis testimonium Pauli epistolis praebet Petrus 2 ep. III, 15 sq. ubi adiungit, in illis <sup>ff)</sup>, quae de aduentu Christi ad iudicium Paulus scripsit, esse *δυσνήτας* quaedam, a leuibus et imperitis hominibus male accepta atque, *ut ceteras diuinas scripturas*, in peruersum et exitiosum sensum detorta. De rationibus vero, quae epistolas hasce interpretibus difficiliiores reddunt, expendi merentur, quae e *Ioh. Lackii* postumo libro, qui inscribitur *an essay for the understanding of St. Pauls Epistles by consulting St. Paul himself*, notauit *Ioh. Clericus* Bibl. Select. tom. XIII. p. 38 sq. Hyperbata in iisdem epistolis iam olim obseruauit *Irenaeus* III. 7. et *Tertullian.* cap. 43. de resurrect. *Photius* ep. CLXIV. *καὶ γὰρ πολλή τις τιάτε σχήματος τῶ μεγάλῳ Παύλῳ ἢ χριστῆς, ὡς περ καὶ τῆς ἐλλάψεως καὶ τῶ περιβολῶν καὶ οὐ καὶ τῆ ἀπο κοινῆ, καὶ κατὰ πᾶσαν ἰδέαν ἢ μεταχέρησις.* Eloquentiam tamen Pauli multis merito celebrat *Chryllostomus*,

Hh hhh 3

mus,

ee) *Frid. Spanhem.* in diss. de conuersione Paulinae epocha Opp. tom. II. pag. 323. *Fabric.* Conuersum a. Chr. XXXI. primo post Christi ascensionem statuit *Schmid* H. C. p. 578. *Kuin.*

ff) Vide interim quae disputat *Pagi* tom. II. Criticae Baron. pag. 51 sq. ut probet, Petrum ac Paulum morti additos anno Neronis XII. Nerua et Vestino Coss. *Fabric.* add. *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1313. §. 208. et pag. 1331. Num Paulus bis captiuus Romae fuerit, ut vulgo volunt, euidenter quidem, demonstrari non potest, cum desint argumenta historica certa et idonea; admodum tamen probabile est. Conf. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 205. pag. 1308. §. 195. p. 1271. et p. 1322 sqq. prouocant imprimis ad Phil. I, 25. 26. et 2 Timoth. IV, 6 — 20. *Kuin.*

gg) Vid. *Grotius* Prolegg. ad ep. ad Rom. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 171. pag. 1183. *Rich. Simon.* Hist. Crit. lib. I. pag. 158 sq. De ordine et annis, quibus Paulus suas epp. scripserit, multi disputarunt, *Personius* in Annual. Paulin. *Mil-lus* in Prolegg. *Baronius*, *Iud. Capellus*, *du Pin*, *Tillemontius*, *Dodwellus*, *Iac. Hottinge-*

*rus*, in Pentade dissertationum biblico-Chronologicarum Ultraiecti 1723. 8. alique, suo quisque loco laudandi. De authentia epp. Pauli conf. *Paley* Horae Paulinae Londin. 1790. nec non *Ios. Frid. Christ. Loeffler* Diss. Marcionem Pauli epistolas et Lucae euangelium aduerasse dubitatur Trai. ad Viadr. 1778. 4. conf. Commentatt. theologic. Lips. 1704. a *Vellhuseno*, *Rupertio* et me ipso editae vol. I. pag. 180 sqq. *Kuin.*

hh) Quoniam nimirum erant epistolarum scribae (vid infra not. ll.) quibus Paulus eas dictauerat, ut recte opinatur *Heumann* in epistola, *de scribis epistolarum Pauli*, cui adsentitur *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 171. pag. 1189. qui ibidem etiam rationem affert, ob quam Timothei et Silvani coniunctim, in ep. ad Thessal. mentio facta sit, vel, inquit, duobus scribis usus est, vel alteri dictauit, et alterius nomen apposuit, ut significaret, se eum habere consentientem. *Kuin.*

ii) *Ev. ois* legunt plerique codices, licet nonnulli habent *in ois*, ut notant *R. Stephanus* et Oxonienses et in Alexandrino reperisse se *Grotius* testatur. *Fabric.* conf. ad h. l. interpret. imprimisque *Pottus.*

mus, tum alibi, tum in homiliis de eius laudibus \*), Photius epist. CLXV. Hieronymus item; ne de aliis dicam, et Euseb. III, 24. Hist. eum vocant πάντων ἐν παρασκευῇ δυνατώτατον λόγιον καὶ κατὰ τὴν ἰκανώτατον γεγενότατον <sup>kk)</sup>. Quum suas mitteret Paulus epistolas, usus est amanuensique amanuensi <sup>ll)</sup>, qui vel ex dictantis exciperet ore, vel ex autographo illas describeret, quibus ipse deinde manu sua aliquid subscripsit. Amanuensis eiusmodi fuit *Tertius* Rom. XVI, 22. ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν κυρίῳ. Subscriptiones occurrunt 1 Cor. XVI, 21. ὁ ἀσπασμὸς τῆ ἐμῆ χειρὶ Παύλου, εἴ τις ἐφιλεῖ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἦτω ἀνάθεμα Μαράν ἀθά. 2 Thess. III, 17. ὁ ἀσπασμὸς τῆ ἐμῆ χειρὶ Παύλου, ὁ ἐστὶ σημεῖον, ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ, ἔτω γράφω. *Fabric.*

[1] *Epistola ad Romanos.* Quinam fuerint ecclesiae Romanae, cui Paulus literas inscripsit, conditores, certo non constat. *Petrum* Romae ecclesiam fundasse, docent Papias, et ex eo Clemens Alexandrinus, atque Eusebius H. E. II, 14. 15. Falsam autem hanc fabulam esse, plures demonstratum iuverunt, v. c. *Frid. Spanhemius* in Miscell. Sacrae Antiq. lib. III. Diss. III. *de fidei professione Petri apostoli in urbem Romam deque non una traditionis origine* Opp. tom. II. pag. 331 sqq. add. *Schmid.* H. Can. pag. 628 sq. *Hofmann* ad *Pritii* Introduct. in N. T. pag. 242. *Kippe* Prolegg. in ep. ad Rom. p. 5. *Christ. Frid. Franke* notae historicae conditioni cognoscendae primor. Christianor. imprimis Romanor. cum Paulus ad eos scriberet, feruientes, Viteb. 1791. 4. pag. 27 sqq. Quodsi enim Petrus Romae, ut volunt, per XXV annos ecclesiam rexisset; haud dubie Paulus in hac epist. eius mentionem fecisset, eum salutasset, et in epistolis, Romae scriptis, Petri quoque nomine Christianos, quibus scripsit, salutasset. Reiecit etiam fabulam illam locus Coloss. IV, 10. 11. Neque minus falsa est traditio *Irenaei* III, 1. *Paulum* et *Petrum* fuisse eccl. Rom. conditores, quum ex hac ipsa ep. XV, 20. adpareat, Paulum nondum Romam venisse. vid. *Hammondus* Prolegg. tom. II. pag. 5.

Maxime

\*) Homiliae Chrysostomi duae in laudem Pauli praefixae sunt cum animaduers. *Tib. Hemsterhusii.* Orationibus, quarum prima est *de Paulo Apostolo*, et *L. C. Valckenari* tribus Orationibus, Lugd. Bat. 1784. 8. *Beck.*

kk) Conf. *Werenfelsii* diss. de stilo scriptor. N. T. pag. 356. in Opusce. edit. Basil. 1718. *Ioh. Guil. Fuhrmann* de concinnitate in epistola Pauli ad Romanos, Lipsiae, 1776. 4. [*Eiusdem* Comm. de subtilitate Pauli in argumentis tractandis, Lips. 1777. 4.] *Frid. Wittlings Erläuterung der Lehrart Pauli, durch eine tabellarische Uebersetzung des Briefs an die Philipper und eine ungewöhnliche Zergliederung des andern Briefs an die Corinth. in Paragraphen u. Anmerkungen, Braunsch. u. Hildesheim* 1761. 4. (coll. *Ernesti Neue theol. Biblioth. B. III.* p. 621 sqq.) eiusdem *Fortgesetzte Erläuterung der Lehrart Pauli durch eine ungewöhnliche Zergliederung des Briefs an die Römer, Hildesheim*, 1764. 4. (coll. *Ernesti* l. l. B. V. p. 178 sq.) Philologia Thucydideo Paulina s. notatio figurarum dictionis Paulinae, cum Thucydidea compa-

ratae, vulgata a Car. Lud. Bauero, Halae 1773. 8. Car. Lud. Baueri Logica Paulina, Halae 1774. 8. Eiusd. Rhetorica Paulina, vel quid oratorium sit in oratione Pauli part. III. ib. 1782. II. voll. 8. Omitto plures alios, qui de stilo Pauli scripserunt, quos laudauit *Wolfius* in *Curis* Prolegg. in ep. ad Rom. *Kuin.*

ll) Apostolos nunquam suas literas dictasse, potius defendendam esse *idiographon* eorum scripturam, statuit *Ferdin. Stofsch* in commentatione, *de epistolis apostolorum idiographis*, Guelferbyt. 1751. Hoc vero rectissime negat et Paulum saltem, in conscribendis epistolis suis, amanuensium siue scribarum ministerio usum esse, docet *Griesbachius* in libello, cui titulus: *Curae in histor. textus gr. epp. Pauli* p. 42. ad stipulatur ei *Michaelis* in *Einleit.* Th. II. p. 1190 sqq. §. 172. qui ibidem etiam contra *Stofschium* in diss. *de epistolis apostolorum non deperditis*, Groningae 1753. et *Lardnerum* in Supplements to the *Credibility* etc. tom. II. chap. 25. p. 433. affirmat, Paulum plures omnino exarasse literas, praeter eas, quae ad nostra vsque tempora peruenissent. *Kuin.*

Maxime probabile est, Romanis doctrinam christianam inuotuisse per Christianos, antea Iudaeos, qui mercaturae exercendae causa Romam venerant. Constituisse autem ecclesiam Rom. non tam ex hominibus, antea gentilibus, quam potius maximam partem ex hominibus, antea religioni Iudaicae addictis, docet *Koppius* Proleg. p. 7. quod minus recte, ut videtur, negat, et Christianos illos maximam partem antea gentiles fuisse, adfirmat *Franke* l. c. pag. 29. — *Corinthi* hanc ep. esse scriptam, et quidem, quum iterum Paulus in hanc urbem sese contulisset, docent *Hammondus*, *Grotius*, *Calovius*, *Schmidius*, *Koppius*, l. l. c. c. alii. Quo vero anno conscripta sit, dissentiunt mirifice interpretes. Nominant enim alii a. Chr. LII. (v. c. *Ludou. Cappellus* in hist. Apostolor. illustrata, quam laudauit *Fabricius*; *Schmidius* H. C. pag. 628.) alii a. Chr. LIV. (*Calou.* in Prolegg.) LV. (*Salmaf.* in apparatu de primatu papae, pag. 46. *Dodwellus* de iure Laicor. circa sacra, pag. 232. laudati a *Fabricio*) LX. (*Sandhogenius*, quem citauit *Fabric.*) alii denique LVIII. hunc annum nominant *Fabricius* noster, et *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1232. §. 188. *Kuin.*]

*Graece* scripta est epistola, non *latine*, etsi scholasticus Syrus notat, scriptam esse *Romans* רומאית, quo vocabulo graecam linguam significari, Romae tunc et in omni fere Romano imperio vulgatissimam, *Seldenus* ad Eutyrium obseruauit <sup>mm</sup>). Igitur non magis fide dignum est, quod *Cornelius a Lapide*, *Tertium* <sup>nn</sup>), Pauli amanuensem, suspicatur, epistolam hanc, latine versam, misisse ad Romanos, quam quod a *Melchiore Inchofero* lib. V. histor. sacrae latinitatis cap. 6. traditur, Paulum latine interdum et praedicasse et scripsisse. *Fabric.*

[Ceterum de occasione huius ep. conscribendae monet *Koppius* Prolegg. pag. 6. Paulum, per Aquilam et Priscillam, vna cum aliis Iudaeis, Claudii edicto Roma pulsos, de conditione ecclesiae, in hac vrbe florentis, certiore redditum, ab iisque incitatum esse, ut hasce conscriberet litteras, quibus Christianos Rom. inprimis a studio rixarum contentionumque, e praconceptis opinionibus maximam partem orto, auocaret.

2) *Epistola Prior ad Corinthios*. De Corinthiorum ciuitate vid. quae notarunt *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 177. pag. 1211. *Frid. Aug. Guil. Krause* epist. I. ad Corinth. perpetua annotatione illustrata (Francof. ad Moenum 1792. 8.) Prolegg. pag. 15 sqq. *Grotius* Prolegg. [lo. Ern. Imman. *Walchius* in disp. Antiquitates Corinthiacae. Ienae 1761. 4.] alii. — De conditione ecclesiae v. *Michaelis* l. c. §. 178. *Krause* l. c. *Schmid* H. C. p. 611. *Gottlob Christ. Storr*: notitiae historicae epistolar. Pauli ad Corinth. interpretationi seruietes. Tubingae 1788. 4. coll. *Eichhorn*, *Allgem. Bibliothek der bibl. Literat.* B. II. p. 739 sqq., alii. *Storrius* nimirum, cuius vestigia accurate pressit *Krause*, demonstrare studuit, duas fuisse Corinthi sectas principes, vnam legibus Moysi fauentem, alteram eas repudiantem, vtramque earum rursus in duas diuisam fuisse factiones; iudaizantes nimirum, a doctoribus suis, Petri, Iacobi, et Apollinis discipulis, sese adpellasse *Petrinos*, vel *Christianos*, cum Iacobus Christi frater esset. Horum vero iudaizantium aduersarios sese nominasse *Paulinos*, vel, *Apollo-nios*. Ergo, quum Paulus 1 Cor. I, 12. loquatur de variis Corinthiorum sectis, harum sectarum nomina, non fuisse ab Apostolo nomina ficta, ad vitandam grauiorem offensionem, sed fuisse nomina illa vere Corinthi vsitata, neque obflare huic opinioni illud *μετεσχηματισμα* IV, 6. vid. *Storr.* l. c. §. 3. pag. 6 sq. *Krause* pag. 58 sq. *Schmid* H. C. pag. 614. Ab hac

mm) Add. *Grotius* et *Calou.* in Prolegg. nec non *Wetsten.* tom. II. pag. 18. *Kuin.*

nn) De eo vide, quae notauit *Michaelis Einleit.* tom. II. §. 188. p. 1253. *Kuin.*

haec sententia discedit *Michaelis Einleit.* pag. 1216. existimans nomina illa esse fictitia, et Corinthiacam eccl. esse maximam partem unum e gente Iudaeorum, Pauli aduersarium, sequutam. — Notat porro *Storrus*, Petrinus et Iacobi sectatores plerumque inter se consensisse, ut et Paulinos et Apollonios. Docet, anti-Paulinos negasse more Sadducaeorum resurrectionem mortuorum, curasse imprimis ornamenta externa, constituisse denique hanc sectam ex opulentioribus Christianis. Sectatores Pauli et Apollinis, (Apollonios qui se nominabant, id faciebant propterea, quod Apollo esset Paulo disertior,) reiecit omnia, quae Iudaeorum opiniones et ritus redolerent, atque ita nimio veritatis studio, et feruore partium Paulinarum immodico abreptos, mediam viam reliquisse, et in errores varios incurrisse. Fuisse sectatores Pauli maximam partem homines pauperes, numero tamen superasse fautores Petri et Iacobi, hoc vel exinde apparere, quod homo ille, qui nouercam in matrimonium duxerat, (qui haud dubie ex anti-Paulinorum numero erat) per plurima vota coetu exclusus sit. Hunc nimirum hominem *Michaelis Einleit. Th. II.* p. 1220 sq. et *Storr* §. 12. p. 91. not. 173. existimant fuisse ex-gentilem, ad religionem Iudaicam transgressum, et inde factum Christianum; iudaica enim opinione eiusmodi scelus adiuuari et defendi omnino potuisse; sed hoc negat *Schmid* II. C. pag. 612 sq. *Kraufus* vero ad V, 1. negat, hominem cum nouerca matrimonium iniisse, sed tantum eam stuprasse. — De aliis vitiis, quibus tunc temporis indulgebant Corinthii vid. *Storr* l. c. *Michaelis* pag. 1221 sq. *Krause* pag. 65. *Schmid* p. 611 sqq. — *Occasionem* hanc epistolam conscribendi proximam dederat Paulo epistola Corinthiorum. Etenim scriperat Apostolus Corinthiis epistolam, nunc quidem deperditam<sup>oo</sup>), quam minus recte intellexerant, quare hanc ipsam ob causam, ut Apost. mentem suam accuratius exponeret, omninoque quaestiones nonnullas alias, inter ipsos exortas, solueret, cum litteris ad eum miserunt *Stephanum*, *Fortunatum*, et *Achaicum* 1 Cor. XVI, 5 sq. vid. *Michaelis* l. c. pag. 1230. *Krause* pag. 33 sq. ad hanc ergo Corinthior. epist. Paulus rescripsit eam, quam nos quidem nominare solemus primam, et V, 11. innuit epistolam illam, quam antea scriperat; verbis nempe ἐν τῇ ἐπιστολῇ. Sunt quidem, qui haec verba intelligenda esse praecipiant de hac ipsa nostra ep. prima, ut *Stofthius* in *disl. de epp. Apostolor. non deperditis* pag. 75 sqq. et ipse *Fabricius* noster, cuius verba adponamus: „verba 1 Cor. V, 9. γέγραφα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, reddenda esse: scripsi vobis in hac epistola, neque aliam quandam epistolam, quam ante priorem ad Corinthios Paulus scriperit, sed hanc ipsam respicere „ostendi in cod. Apocrypho N. T. pag. 919. Possunt etiam verba γέγραφα ὑμῖν reddi, scribo „vobis. Sic in ep. Philippi ad Athenienses ap. Demosthen. Orat. de corona: γέγραφα ὑμῖν, ἵνα μὴ πλεῖον ἐνοχλεῖτε περὶ τῶν σκῆπτρων scribo vobis, ne amplius de his laboretis. Epistola VIII. „eatum, quae Phalaridi tribuuntur: γέγραφα σοι συντόμως summatim tibi scribo. Quod „vero nullam epistolam ad Corinthios Paulus ante hanc miserit, declarat etiam signum et „nota

oo) *Whistonii* quidem eiusmodi epistolam Pauli ad Corinthios, armenica lingua conscriptam, vna cum Mosis Chorenensis historia armenica, ediderunt Lond. 1736. 4. quam pater *Whistonius* pro genuina venditavit; eam vero suppositiciam esse, recte demonstrarunt *Moshem*. in *Prolegg.* ad h. epist. nost. am et ad V, 9. nec non *Michaelis Einl. Th. II.* §. 179. p. 1230. *Kuin.* Sed omnium copiosissime historiam harum epp. persecutus est

Venerandus senex, *Carpzouius* in praef. ad edit. earum: *Epistolae duae apocryphae, altera Corinthiorum ad Paulum Apost., altera Pauli Apost. ad Corinthios quae dicitur perisse ex cod. MS. Armenico nunc primum editae separatim, Graeque et Latine versae, et additis Guil. atque Geo. Whistoniorum Notis, Praefat. et animaduersionibus auctae a Ioa. Bened. Carpzou.* Editio altera auctior. Lips. 1776. 8. *Beck.*

„nota manus suae, quam, veluti antea incognitam, Corinthiis in extremo epistolae adscribit. „Conf. *Grotium* ad 2 Theff. III, 17.” verum omnino epistolam deperditam esse intelligendam, docuerunt *Grotius* et *Bengelius* ad V, 9. 11. *Moshem*. Prolegg. ad hanc ep. et ad l. c. *Michaelis Einleit.* pag. 1230. not. o. *Storr* l. c. pag. 34. not. 62. *Krause* pag. 32 sqq. Quo anno et loco nostra ep. scripta sit, variant interpp. Epheso missam ad Corinthios circa annum LVI. vel LVII. notant *Euthalius* pag. 589. *Pearsonius* Annal. Paulin. *Michaelis* §. 177. pag. 1211. Alii Philippis, vel in itinere, cum Ephesum tenderet, scriptam esse epistolam opinantur, e quorum numero sunt *du Pin* Prolegg. tom. II. pag. 48. *Sandhagenius*, et *Fabricius* noster.

3) *Posterior ad Corinthios*. Ut prioris epistolae severitatem emolliret Apostolus, postquam conpererat ex ore ipsius Titi, quem Corinthum miserat, cessasse Corinthios ipsius cohortationibus; et ut eos in virtutis studio confirmaret, atque prorsus ab vitiis erroribusque, quibus hactenus indulserant, abstraheret, hanc iis posteriorem epistolam scripsit, anno LVII. paucis mensibus interiectis, ut statuunt *Pearsonius*, *Millius*, Prolegg. *Ioh. Clericus* alii, a quibus tamen discedunt *Schmidius* in H. C. pag. 622. qui a. Chr. LII. et *Harenbergius*, qui in bibl. Brem. Class. VII. p. 889 sq. anno LV. scriptam ep. esse censent. Argumentum litterarum prolixius exposuerunt *Schmid* l. c. pag. 623. et *Michaelis Einleit.* §. 183. pag. 1240. alii.

4) *Epistola ad Galatas*. Christiani in Galatia, siue Gallograecia<sup>pp)</sup>, viuentes, quibus haec ep. destinata erat, fuerant, antequam sese ad Christi signa contulerant, vel Iudaeorum, vel gentilium sacris addicti. Non enim potest recte defendi sententia *Ioh. Braunii* in Select. Saeris lib. I. cap. 5. et *Theod. Hafa* in biblioth. Brem. Class. IV. pag. 1014. ad Galatas ex Iudaeos tantum, hanc ep. esse exatam; nam ipsa ep. hanc sententiam satis euidenter refutat. Viuebant autem inter Galatas homines Iudaei, qui, quamquam nunc Christiani, tamen adeo circumcisionis, reliquorumque rituum Mosaicorum tenaces erant, ut Christianis reliquis quoque eorum iugum imponere vellent, et cum facile ineligerent, Paulum nunquam ipsorum conamina esse probaturum, auctoritatem ipsius omni modo minuere et debilitare studerent. Conf. *Koppinus* in Prolegg. ad h. ep. pag. 4. *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1205 sq. §. 174. Huius rei fama peruenerat ad apostolum, qui adeo has litteras conscripsit, ut ab his erroribus auocaret Galatas. Eum hac in epistola paullo vehementius scripsisse, obseruarunt plures; obseruauit hoc idem Tertullian. adu. Marcion. lib. I. cap. 20. qui monet, Paulum scripsisse *adhuc in gratia rudem, ut neophytum, feruenter*. Verba Tertull. adtulerunt *Grotius*, (cui tamen caussa vehementeris scriptionis, quam Tertull. adfert, minime sese probat, vide eum.) *Calonius* et *Michaelis*. Hanc ergo epistolam inter Paulinas primam fuisse, (sicuti statuit Marcion; v. Epiphani. haer. XLII. coll. *Schmid* H. C. pag. 609.) non potest satis certo colligi ex Tertulliani verbis, etsi hanc sententiam plures amplexi sint, v. c. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 173. pag. 1193 sqq. qui, quum duo commemorentur in litteris sacris Pauli in Galatiam itinera, Act. XVI, 6. XVIII, 23. hanc ep. statim post primum ad Galatas iter, anno circiter XLIX. conscriptam asseruat. *Grotio* autem scripta videtur eodem

pp) Γαλατία Ἰλλυρίας haec dicitur Themistio Orat. XXIII. p. 297. Mentio Πολυκαίων pro Gallograecis in Callimachi hymno in Delum v. 184. ad

quem locum vid. *Spanhemius* pag. 439. *Fabric.* adl. *Callarii* Geograph. Ant. tom. II. pag. 173.

dem tempore, quo ep. ad Rom. a Chr. LV. *Eliae du Pin* Prolegg. bibl. tom. II. pag. 49 sq. anno LVI. extremo, vel initio anni LVII. *Fabricio* nostro, non diu post epist. ad Rom. in itinere versus Hierosolymam a Chr. LVIII. *Koppio* denique, post secundum iter, ante annum LIV. vel LI. pro diuerso nimirum modo XIV. annos Gal. II, 1. vel a conuersione Pauli, vel ab ultimo eius in urbem Hierosolymam itinere, computandi. Conf. ad h. l. *Koppium* in Prolegg. pag. 8 sq. et *Strothium* in (*Eichhornii*) *Repertor. für bibl. und morgenl. Litterat. Th. IV.* pag. 41 sqq. *Semlerum* Prolegg. ep. ad Gal. — *Storrius* in diss. de epistolar. catholicarum occasione et consilio, existimat, hanc epistolam esse adpendicem ad ep. Hebraeis scriptam, et utramque iisdem Asiae minoris ecclesiis fuisse destinatum. — Ceterum non minus de loco, quo epistola scripta sit, dissentient inter se interpretes; quorum varias sententias enarrauit *Michaelis* l. c. pag. 1198. *Romae* exaratum esse epistolam, docent subscriptio, quae in nostris codd. legitur, et *Salmosus* Appar. pag. 19. laudatus a *Fabricio* nostro; hanc vero sententiam reliquarum omnium maxime improbabilem esse, recte iudicarunt *Koppius*, et *Michaelis*, alii. Nihil profus de loco consilui potest.

5) *Epistola* illa, quae in codd. nostris *Ephesius* est inscripta, num etiam vere ad *Ephesios* fuerit missa, dubitatum et in varias partes disputatum est. Conf. hanc in rem: *Wolffius* in *Curis* Prolegg. in h. ep. *Millius* ad Eph. I, 1. Prolegg. pag. 8. f. 71. *Bengelius* in Apparatu, et *Gnomone*, *Semmidi* H. C. pag. 644 sqq. *Fabricius* noster in cod. Apocrypho N. T. p. 858. *Wetstenius* ad Eph. I, 1. *Lardner* Supplem. to the first Book of the second part of the Credibility etc. vol. II. pag. 387. *Koppe* Prolegg. ad h. ep. *I. h. Andr. Cramer* Uebersetzung des Briefs an die Epheser (Hamburg u. Kiel 1782. 4.) Einl. *Michaelis* Einleit. Th. II. §. 200. pag. 1283 sqq. etc. Alii nimirum interpretum haec litteras *Laodicensis*, alii *Ephesius*, alii denique pluribus ecclesiis destinatas, et encyclicas fuisse, docent. — Atque inter eos quidem, qui *Laodicensis* inscriptas fuisse haec litteras adfirmant, e recentioribus nominandi sunt imprimis, *Miliius* Prolegg. §. 71 sqq. *Sam. Crellius*, *Bensoni*, *Wetstenius*, *Grotius*, *Iac. Pearcius* in notis ad Epist. ad Phil. pag. 114 sq. *Wallius* in notis Critt. in N. T. anglie editis pag. 280. *Semlerus* Geschichte der Glaubensl. B. I. pag. 95. alii, quos laudarunt *Lardnerus* et *Wolffius*. Hi ergo omnes I, 1. pro ἐν Ἐφέσῳ legendum esse praecipiant, ἐν Λαοδικείᾳ. Argumentis vero utuntur potissimum his: prouocant primo ad Marcionis testimonium; verum vid. *Michaelis* l. c. pag. 1283 sq. *Koppe* pag. 257. deinde ad nonnullos locos ep. v. c. I, 15. III, 2. 4. etc. ita comparatos, ut ex iis adpareat, scriptam fuisse hanc ep. ecclesiae, nomine tantum Apostolo cognitam. vid. *Michaelis* Einleit. pag. 1286 sq. porro ad similitudinem, quae inter hanc et epistolam, *Laodicensium* episcopo Apoc. II. inscriptam, intercedat, quo argumento vsus est imprimis *Wetstenius*; at vide *Michael.* pag. 1291. denique ad Col. IV, 16. ibi, inquit, commendat Ap. *Colossensibus* lectionem epistolae ad *Laodiceos*, ut eo accuratius mentem suam possint cognoscere, sed epistolae ad *Ephes.* et *Coloss.* adeo sibi sunt, et quoad formulas, et quoad singulas voces, similes, ut pateat, per illam ad *Laodiceos* epist. non nisi hanc *Ephesius*, ut vulgo velint, inscriptam, intelligendam esse. Conf. *Michaelis* pag. 1290. et infra ad ep. ad *Coloss.* notata. — Qui vero vnice *Ephesius* has litteras perscriptas fuisse contendunt, has imprimis, ad comprobendam suam sententiam, rationes adferunt: 1) omnes codd., vers. vett., et antiquissimi patres, *Ignatius*, *Irenaeus*, *Clem. Alex.* *Tertullian.* *Cyprian.* etc. legunt I, 1. τοῖς ἀγίοις τοῖς ἔσῳ ἐν Ἐφέσῳ. vid. *Michaelis* pag. 1284. *Lardner* l. l. cap. 13. *Cramer* pag. 5 sq. 2) *Tertulliani* adu. *Marcion.* V, 17. verba: ecclesiae quidem

quidem veritate epistolam ipsam ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodiceos, sed Marcion ei titulum aliquando interpolare gestiit, quasi et in isto diligentissimus explorator; esse ita interpretanda: codd. Tertulliani et orthodoxorum legerunt verba ἐν Ἐφέσω, Marcion vero in codd. suis ea deleuit, eorumque loco substituit ἐν Λαοδικείᾳ. vid. Cramer pag. 11 sq. vbi Koppianam explicationem illorum verborum: (Prolegg. p. 257.) desuit in codd. antiquiss. inscriptio ep., fuit tantum ecclesiae traditio, eam Ephesius perscriptam fuisse; utpote maxime improbabilem reiicit. 3) loci illi I, 15. III, 2. 4. commode possunt ita explicari, ut non repugnent sententiae eorum, qui ad Ephesios datas literas adfirmant. — Qui vero has literas encyclicas fuisse statuunt, in exornanda hac sua sententia mirifice inter se dissentiunt. Iffertius nimirum, in annal. ad a. Chr. LXIII. pag. 646 sq. Bengelius in Gnomone N. T. et Apparatu Crit. existimant, Paulum Tychico plura dedisse har. litterar. exemplaria, ut ea inter ecclesias, ad quas peruenturus esset, distribueret, in vnoquoque autem, eo loco, vbi ponendum fuisset eccl. nomen, spatium fuisse relictum hunc in modum: τοῖς ἔσιν . . . καὶ πῖσις. Quod vero in codd. nonnullis reperiantur verba ἐν Ἐφέσω, huius rei causam inde esse reperendam, quod sint descripti ab exemplari, Ephesius tradito. Zachariae (Paraphrastische Erklärung der Briefe Pauli Th. I. Einl.) statuit, litteras pertinuisse ad Ephesios et reliquas adiacentes Asiae minoris ecclesias; Ephesiorum in inscriptione factam esse mentionem, quod haec ecclesia mater illarum fuerit. Quae sententia nobis maxime probabilis videtur. Aliam ingressus viam Koppius, negat, epistolam Ephesius vel Laodiceis vnice aut potissimum scriptam fuisse; negat, in antiquiss. codd. sec. I. et II. ineunte ecclesiae certae mentionem factam esse in inscriptione. Quod ex Tertulliani loco euincere studet, pag. 257 sqq. de quo supra diximus; adfert etiam hanc in rem locum Basilii M. contr. Eunomi. Lib. II. pag. 258 sq. de quo conf. etiam Michaelis pag. 1295 sqq. §. 203. et Schmid H. C. pag. 646. negat denique, quicquam in hac ep. deprehendi, quod probabile reddat, eam potissimum Ephesius scriptam fuisse. Itaque censet Koppius, epistolam quidem esse encyclicam, missam ad ecclesias plures, sed per has ecclesias intelligendas omnes eas esse, quas decedens Roma Colossas, Tychicus in hoc ipso ex Italia in Asiam minorem itinere suscepto, adiisset, maxime cogitandum de iis eccl. quos coram non vidisset Apostolus; an in his ecclesiis Ephesina quoque numeranda sit, non constare, sed nec verosimile esse, porius probabile, ep. etiam ad Laodiceos fuisse missam Prolegg. p. 264 sq. — De conditione eccl. Ephesinae v. Salomon van Till in Isagoge, commentatio in h. ep. latine Amstelod. 1726 4. edito, praemissa, Gudius, quem laudauit Wolfius in Curis pag. 4. Michaelis Einleit. Th. II. §. 204 pag. 1297. alii. — Quod denique locum et tempus scriptiois adinet, in eo ferme omnes, (exceptis Beza et Oederō, de quibus v. Wolf. in Curis Prolegg. in h. ep. p. 5 sqq.) consentiunt, scriptam esse ep. Romae, quum Paulus ibi captivus teneretur, eodem fere tempore, quo ep. ad Coloss. h. e. circa a. Chr. LXI. vel LXII. si Pearsonium et Koppium sequimur; anno autem LVIII. si audimus Hammondum.

6 Epistola ad Philippenses <sup>97)</sup> missa est ad Christianos, Philippis viuentes. Philippi autem, (nunc Philippopolis,) erat colonia Romana. vid. Vaillant Num. aen. imp. tom. I.

I i i i 2

pag. 160.

97) Qui plures Philippensibus epistolas a Paulo missas continent, nituntur loco Polycarpi epist. cap. 3. οὗ καὶ ἀπὸν ἑμὴν ἔγραψεν ἐπιστολάς. Sed cer-

tum est, ἐπιστολάς etiam in plurali numero interdum de vnica dici epistola, ut demonstrari in cod. apocrypho N. T. p. 514 sq. Ita latini quoque

pag. 160. *Spon* Miscell. Erud. Antiq. pag. 173. et vrbs Macedoniae nobilis, vnde et in nummis nominatur *περώτη*. conf. *Sponhem.* de vsu et praest. numisin. Diss. IX. pag. 583 sq. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 205. pag. 1301 sq. *Stephanus le Moyne* Var. Sacr. vol. II. Paulus, qui in hac ciuitate bis fuerat praelens, Act. XVI, 12. XX, 6. ipse ibi ecclesiam condiderat. Ex vrbe Roma a Paulo, captiuo, hanc esse epistolam missam, omnes vno quasi ore profiterentur. Negauit quidem hoc *Oederus*, peculiari libello, Onoldi 1731. edito, atque probare studuit, epistolam longe prius, non multo post Philippensum conuersionem, calamo fuisse exceptam; sed docte satis refutarunt eum *Wolffius* in *Curis* pag. 168 sqq. *Michaelis Einleit.* §. 206. pag. 1306 sq. qui quidem posterior l. c. ostendit, hanc ep. scriptam esse post epp. ad Coloss. et Ephes. a. C. LXV. *Pearsonius* et *Clericus* vero a. LXII. scriptam existimant. Tabellarius huius ep. erat Epaphroditus, quem, iudice *Fabricio* nostro, *Fraassenius* Disquisit. bibl. p. 207. malè distinguit ab Epaphro, de quo Col. I, 13. IV, 12. sermo est. Distinguit eum etiam *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 197. extr. p. 1277. Conf. *Wolffius* in *Curis* ad Col. I, 7.

7) *Epistola ad Colossenses*, siue ex antiqua scribendi ratione, ad *Colassenses* (vid. *Wolf.* *Cur.* ad I, 2. *Calou.* Prolegg. *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1275 §. 197.) data est Christianis, qui viuebant in vrbe Phrygiae Pacatianae, Colossis, de qua ciuitate conf. *Cellarius* Geogr. Ant. tom. II. pag. 153. *Wolffius* l. c. et *Michaelis* l. l. Scriptam esse hanc ep. antequam Paulus Colossenses vidisset, interpretes plurimi adfirmant, et laudant hanc in rem II, 1. I, 4. negauit tamen hoc post Theodoretum, *Lardnerus* Supplements cap. XIV. quem vero refutauit *Michaelis* l. c. pag. 1277. Conscripta est ep. omnium fere consensu, eodem tempore, quo illa ad Ephesios, vt vnumquemque satis superque docet similitudo, quae inter vtramque epistolam deprehenditur, maxima. Plerisque persuasum est, exaratam eam esse anno circiter LXI. vel LXII. non *Ephesi*, vt placuit *Erasmo*, sed *Romae*, vt omnis antiquitas credit. Quoniam vicina erat Laodicea, hinc rogauit Paulus Colossenses, IV, 16. vt hanc epistolam communicarent cum Laodicensibus, sicuti optabat, vt Laodicenses cum Colossensibus communicarent literas, quas ad Apostolum misissent. Ita enim intelligenda videntur verba *την ἐκ Λαοδικείας*. vid. *Theodoret* ad h. l. tom. III. pag. 501. *Chrysostomus* tom. XII. pag. 249. *Michaelis Einleit.* §. 199. pag. 1280 sqq.

8) *Epistola prior ad Thessalonicenses* interpretibus haud paucis omnium, quas Paulus scripsit, epistolarum, prima videtur; quae iam fuit opinio Chrysostomi et Theodreti Praef. in ep. Pauli tom. III. pag. 2. In constituendo autem scriptionis anno mirifice variant. Scriptam eam esse putat *Lud. Coppellus* a. C. XLVII. *Henr. Dodwellus* de iure Laicor. pag. 232. a. XLIX. *Schmidius* H. C. pag. 600. a. XLVIII. *Hammondus* L. *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1207. LI. *Pearf. Mill.* in Prolegg. §. 4. *Clericus* LII. *Vfserius*, *Koppius* in Prolegg. pag. 133. a. LIV. *Grotius* quidem in notis ad limen ep. 1. et 2 Thess. III. 17. eam epistolam, quam nos nominamus *posteriorem*, statuit esse *priorem*, sed argumentorum, quae protulit,

leuitas

que scriptores, vt *Plinius*, XXXIII, 3. *M. Bruti* in *Philippicis* campis epistolae reperiuntur, *frementes fibulas tribunitias ex auro geri*. *Iustin.* XI, 12. *tertias epistolas et per epistolas Alexandrum deprecatur*: atque XI; 8. *accepto poculo epistolas* (*Parmenionis* epistolam superiore die

redditam) *Medico tradidit. Fabric.* conf. etiam *Wolffii* *Curas*, Prolegg. in ep. ad Philipp. p. 166. [et *Ioh Gottfr. Am-Ende* Specimina II. epistolae ad Philipp. perpetua adnot. illustr. 1789. 1791. 8. in Prolegg.]



Ievitas satis est detecta a *Sam. Barnagio* in Ann. ad a. C. LI. nr. 4. *Henrico Moro* in Opp. Theologg. pag. 176. *Calonio* in Prolegg. *Koppio* Prolegg. p. 134. *Michaele Einleit. Th. II.* §. 176. extr. pag. 1210. Hanc priorem ad Theff. ep. *Athenis* nullam esse a Paulo, qui eos iam vidisset, notante *Fabricio* nostro, monuit *Euthal.* pag. 656. Sed eam esse *Corinthi* scriptam, plures demonstrare studuerunt. vid. *Hammondus* Prolegg. *Millius* in notis ad subscriptionem, alii <sup>rr)</sup>.

9) *Posterior* ergo ad *Theffalonicenses* scripta est post illam priorem; quo vero tempore, non satis constat. Plerisque eodem anno scripta videtur, quo prior; et quidem, ut volunt *Wolfius*, *Clericus* et *Fabricius* a. C. LII. *Corinthi*. *Koppius* non certo definitur posse adfirmat, vtrum sit scripta *Corinthi*, an post discessum ex *Corintho*, ex alia quadam *Graeciae* minoris ciuitate. *Pearsonius* nominat scriptiois annum LIII. *Vfferius*, LIV. *Lud. Cappellus*, XLVIII.

10) *Prior* ad *Timotheum*. *Timotheus*, cui Paulus duas epistolas inscripsit, graecum patrem, (ut videtur *Wolfio* in *Curis*, portae profelytum,) matrem, ex gente *Iudaica*, *Eunicea*, patriam vero, *Lystram*, *Lyconiae* oppidum, habuit. Act. XVI, i. <sup>ss)</sup> Eum *Ephesi* reliquerat Paulus, ut coetum *Christianorum*, nuper demum collectum, in ordinem redigeret, ibique adhuc versabatur *Timotheus*, quum hanc priorem epistolam *Apostolus* scriberet. *Episcopi* munere in illa ecclesia functum esse *Timotheum*, docent *Sophronius*, a *Wolfio* laudatus, et *Hammondus*; archiepiscopum eum fuisse, (quem tamen honorem prorsus tunc ignorabat ecclesia,) adfirmat *Cornelius a Lapide*, cuius opinionem laudauit, laudatamque refutauit *Calonius* in Prolegg. in h. ep. Erat potius euangelista, de quo doctorum eccl. primae genere vid. *Ioh. Andr. Quenstedii* Antiquit. Bibl. et Eccles. cap. 2. pag. 79. §. 8. *Frid. Spanhemius* in Hist. Christ. sec. I. cap. 12. Opp. tom. I. pag. 568 sq. *Ioh. Franc. Buddeus* de eccles. Apostol. pag. 688. *Witfius* in Miscell. I, cap. 21. §. 53. *Franc. Burmannus* in Exercit. Aca- dem. part. II. nr. 15. *Suicerus* Theff. Eccles. tom. I. pag. 1234. Conf. praeterea, Diss. de ordinatione *Timothei*, ad 1 Tim. IV, 14. et 2 Tim. I, 6. auctore *M. Wohlenar. Salam. Haunsdorf. Vit.* 1754. 4. et Diss.: analysi logica II. epistolae Pauli ad *Timoth.* auct. *Ioh. Bernh. Rembowski A. M. Lipsiae* 1752. 4. pag. 3 sq. — Scripta est haec epistola Pauli, si fides *Euthalio* pag. 686. et subscriptionibus, *Laodiceae*, quae erat *Phrygiae* *Pacatianae* metropolis; sed *Athenis*, *Arabs* *Erpenii*; in *Macedonia* aliquot codd.; *Philippis* *Millius*, *Beza*; *Troade* *Schmid* H. C. pag. 617. scriptam eam esse docent. Tempus scriptiois a plerisque refertur ad ann. LXV. a *Lud. Cappello* aliisque ad an. LII. Ecclesiam *Ephesinam* tunc temporis per *Elenos* maximos

liiii 3

rr) De loco 2 Theff. II, 2. vbi falsam sub apostoli nomine ab impostoribus iactatam epistolam memorari nonnulli existimant, dixi in cod. Apocrypho N. T. pag. 916 sq. *Fabric.* add. *Noesselli* Opuscul. Theol. tom. II. pag. 257. *Koppius* Excursu II. in ep. ad Theff. pag. 229. et quae nos de hoc loco disputauimus in Obsl. ex libris apocryphis V. T. ad N. T. pag. 149. *Kuin.*

ss) Extat etiam *Polycratis*, (in Act. Sanctor.

tom. II. 24. Mens. Ianuar. pag. 566.) *episcopi* *Epheseni*, narratio de vita *Timothei*, quam vero *Tillemontius* dans les Mémoires etc. tom. II. pag. 266. 475 sq. saeculo quinto vel sexto a quadam ecclesiae *Ephesinae* homine conscriptam censet. conf. praeterea *Hermann. Vitfius* in Exercit. Acadd. pag. 315 sq. et quae notauit *Caveus* de eius vita. *Kuin.*

maximopere turbatam fuisse, demonstrare studuit *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1244 sq. contra quem disputavit *Schmid* in *H. C.* pag. 619 sqq.

11) *Posteriorem ad Timotheum* conscriptam esse a Paulo *Romae*, carceri incluso, est in aprico positum. conf. cap. I, §. 12. 16. 17. II, 9. vtrum vero prima an secunda captivitas intelligenda sit? de eo dubitatur; bis enim *Romae* captivum fuisse Paulum, vt paulo superius notatum est, interpretum plurimi statuunt. Et in eorum quidem numero, qui *priora* vincula, de quibus *Act. extr.* sermo est, defendunt, ponendi sunt *Baronius* ad a. C. LIX. nr. 10 sq. *Lightfootus*, *Lardnerus* *Supplem. tom. II.* pag. 226 sqq. *Hammondus*, *Caucus*, *Witsius* alii. Contrariam vero sententiam, hanc nimirum epistolam ad posteriora vincula esse referendam, euincere studuerunt *Sam. Barnagius* *Annal. tom. I.* pag. 726. *Bellisobrius* in *Préface sur la seconde epître à Timothee* pag. 378. *Moshemius* in *seiner Erklärung der Briefe an den Timoth.* pag. 629 sqq. *Clericus*, *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 211. pag. 1322 sqq. Scriptam eam esse putant vel a. C. LXIV. Neronis XI, vt *Lud. Cappellus*, vel a. LXVI. Neronis XII, vt *Vfferius*, *Schmid* *H. C.* pag. 673. vel a. C. LXVII. vt *Pearsonius*, *Clericus*, *Millius*, eamque omnium epistolarum Paulinarum ultimam profitentur. *Kuin.*]

Epistolas ad Timotheum a quibusdam haereticis reiectas, testatur *Clemens II. Strom.* pag. 383. De Marcionitis certe hoc constat e *Tertulliano*, *Hieronymo* et *Epiphano*, ne dicam de illis, quos infra notabo omnes Pauli epistolas reiecit. *Fabric.*

[12) *Epistola ad Titum* (Gal. II, 3.) gentilem, (Gal. II, 3.) ex Asia oriundum, quem Paulus Christianum fecerat, scripta est eo tempore, quo ex ipsius Pauli mandato in Creta commorabatur, vt ecclesiam, nuper ibi conditam, in ordinem redigeret, coll. I, 5. Si sequimur *Ἐπιτολὴν*, scripta est *Nicopoli*; sed huic ipsi subscriptioni fidem habendam esse, plurimi negant: existimant potius vel exaratam eam esse in quodam Macedoniae aut Achaiae oppido, vt *Schmid* *H. C.* p. 636. vel *Colossis*, vt *Millius* *Prolegg. §. 122.* qui idem per *Nicopolin*, III, 12. memoratam, non cum *Theodoreto* ad h. l. Thraciae urbem, sed non minus quam *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 208 p. 1313 sqq. et *Schmid* l. c. intelligit *Nicopolin*, in Epiro sitam. Annus scriptionis *Millio* est a. Chr. LXIV. *Vfferio* et *Pearsonio* LXV. *Baronio*, *Hammondo* LV. sed *Lud. Cappello* LI. Ceterum Titus non functus est munere episcopi, vt voluerunt *Grætius* et *Millius*, nec archiepiscopi, vt *Hammondus* statuit, vel *Superintendentis Generalis*, vt *Calonio* placuit, sed, sicuti recte mouit *Clericus*, euangelista fuit, quo eodem munere et functus est Timotheus. *Kuin.*]

Epistolam ad Titum reiecit Marcion, teste *Tertull. V,* 21. et *Hieronymo* in *commentar. atque Epiphano*; itaque apud *Philastrium* error est cap. 45. scribentem de Marcione: *secundum Lucam autem euangelium solum accipit, non euangelia: nec epistolas Pauli, nisi ad Timotheum et Titum.* At recte *Augustinus* IV, 16. de doctrina Christiana, *has, inquit, tres apostolicas epistolas ante oculos habere debet, cui est in ecclesia doctoris persona imposta.* *Fabric.*

[13) *Epi.*

†) De Tito vid. *Acta Sanctor. IV. Ian. Fabric.* et alios quos laudauit *Wolffius* in *Curis*, add. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 207. pag. 1309 sq. *Kuin.*

[15] *Epistola ad Philemonem*. Philemon <sup>uu)</sup>, ad quem brevissimam sane epistolam Paulus conscripsit, fuit, auctore Hieronymo, Colossensis, monente Theodoro, Phryx; quod utrumque omnino verum esse potest, quum, ut supra dictum est, Colossarum urbs, fuerit urbs Phrygiae Pacatiana. Fuisse autem Philemonem Colossensem, saltem in huius urbis vicinia habitasse, colligi posse videtur etiam ex loco Col. IV, 9. ubi Onesimus vocatur ὁ ἔξ ἡμῶν h. e. *popularis vester*, atque Paulus etiam salutatur Archippum. Philemonem ab ipso Paulo ad religionem Christianam esse adductum, eum nimirum, quum Paulus Ephesi esset, (constat enim, Apostolum non fuisse Colossis,) in hanc urbem venisse, probare volunt ex huius ep. v. 19. vid. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 196. pag. 1274. negat tamen hoc *Ioh. Georg. Carol. Klotzsch* in diss. *de occasione et indole epistolae Pauli ad Philemonem* (Viteb. 1792. 4.) pag. 10 sq. Eum autem fuisse virum haud ignobilem, vel exinde patet, quod in ipsius aedibus convenire solebant Christiani coll. v. 2. (*Storrius* enim, in Diss. *in epistolae ad Coloss. partem alteram et epistolam ad Philemonem* Tubingae 1787. 4. p. 41. sine idonea causa, ut videtur statuit, Christianos, qui in Philemonis aedibus convenissent, fuisse tum liberos tum famulos, vno verbo, familiam ipsius,) quod munificentia eius praedicatur v. 7. coll. v. 22. hinc etiam Chrysostomus tom. XII. pag. 669. Φιλήμων, inquit, αἰεὶ τις τῶν θυμωμένων καὶ γενεαίων. Iam quum Paulus eum v. 2. nominavit suum συνεργόν, exinde coniecerunt, eum functum esse Colossis munere ecclesiastico, quod sane admodum probabile est, etsi ceteroquin hoc non possit vnice ex hoc vocabulo colligi; quum συνεργός in genere tantum indicet, Philemonem operam quamdam augendae religioni navasse, vid. *Pauli apostoli ad Philemonem epistola graece et latine illustrata* — a *Lehr. Christ. Gotlob Schmid* Lipsf. 1786. 8. pag. 16. Diaconum eum fuisse, non sine probabilitatis specie ponit *Michaelis* l. c. Colossentium vero episcopum eum fuisse, arbitratur *Hofmannus* in introduct. ad lect. ep. ad Coloss. §. 18. quam eandem opinionem fovit quoque *Fabricius* noster, qui scripsit: *curam Colossensis ecclesiae tum gerebat*. Ex huius igitur Philemonis domo, Onesimus <sup>vv)</sup> servus, rebus suis vel omnino male gestis, (ἠδίκησε v. 19.) vel, ut volunt Theodoretus et Chrysostomus, furto commisso, aufugerat Romamque ad Apostolum pervenerat, a quo, quum ad religionem Christianam adductus esset, hero eum hic literis commendatitiis remissus est. — Mentio fit in inscriptione

ne

uu) De Philemone conf. *Ioh. Ens* in Biblioth. Sacra pag. 282. *Witfius* in Meletem. Leidenibus pag. 193. *Tillemont* dans les Memoires etc. tom. I. part. II. nr. 66. *Wolffius* in Curis Prolegg. Klein.

vv) Onesimus serui nomen etiam apud Sueton. Galba cap. 13. e *Mureti* emendatione XV, 11. Var. legit. et Onesimus Plutarchi servus apud Galen de optimo docendi genere. Plures in antiquis inscriptionibus apud *Gruterum* pag. 900, 13. 987, 8. etc. et *Sponium* Misc. pag. 73. Sic Onesiphorus I. 59. D. de manumissis testamento, et *Vitilius* apud Capitolinum in Marco cap. 29. *Chresimus* libertus Augusti apud *Gruterum* pag. 485, 2. *Vitilia* et *χρησι* vel *χρησιον*, nomina ancillarum. Vide *Menagii* cap. 31. amoenitatum Iuris, et *Val. Chimentellum* de honore bisellii cap. 8. Ad

nomen Onesimi vero, quod *Vilem* sonat, alludit Apost. V, 10. [ad quem locum vid. interpp.] — Onesimum nostrum, episcopum Berrhöenium vocat auctor Constitut. Apost. VII, 46. et sub Domitiano passum tradunt Nicephorus et Menaea XV. Febr. Euthalius pag. 707. ἰστέον δὲ ὅτι ἄτος ὁ Ὀνήσιμος καὶ μαρτυρία ἠξιώθη ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει, Τερτύλλου τὰ τρικαῦτα τὴν ἐπαρχὸν ἰξασίαν διέποντος, τῇ τῶν σκελῶν κλάσει τὴν ψῆφον ὑπομάνας τῷ μαρτυρίῳ. Sed alius omnino, de quo in Ignatii ad Ephesios epist. cap. 1. Onesimus, Ephesi episcopus, ut recte *Pearsonio* observatum in Vindic. Ignatii pag. 379. Alium etiam Onesimum, Byzantii episcopum, memorant Nicephorus CPol. et Philippus Cyprius in Chronico ecclesiae Graecae, *Fabric.* conf. *Wolffius* in Curis ad v. 10.

ne ep. Appiae atque Archippi. Illam fuisse Philemonis coniugem, hunc ipsius filium atque diaconum, plerisque persuasum est. Prouocant hanc in rem ad Col. IV, 9. et ad subscriptionem huius epistolae in MS. Cryptoferratenſi apud *Zaccagnium* pag. 708. πρὸς Φιλήμονα καὶ Ἀρχίππυ δεσπότας Ὀνησίμῳ καὶ πρὸς Ἀρχιππὸν διάκονον τῆς ἐν Κολοσσαῖς ἐκκλησίας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνησίμου οἰκίτου. Sed haec incerta sunt. Scriptam hanc epistolam esse eodem tempore, quo litteras ad Ephes. et Coloss. plurimi statuunt, v. c. *Pearsonius*, *Wolfius* in *Curis*, *Clericus*, *Fabricius* nosſer, alii, anno nimirum LXII. a quibus tamen discedunt *Iud. Cappellus* (cui scripta videtur a. LVI.) *Hammondus*, qui nominat a. LIX. *Vsserius*, qui a. LXIV. exaratam eam esse existimat. *Kuin.*]

Epistolae ad Philemonem breuitatem suam profuisse, vt *Marcionis* falsarias manus effugeret, testatur *Tertullian.* V, 21. et *Hieron.* praef. commentarii ad hanc epist. postquam dixisset, quosdam nolle eam inter epistolas Pauli recipere, caussatos, non semper apostolum, ne omnia Christo in se loquente dixisse, subiungit: *Pauli esse epistolam ad Philemonem, sicut Marcione auctore doceantur, qui quam ceteras epistolas eiusdem vel non suscepit, vel quaedam in his mutauerit, atque corrosit, in hanc solum manus non est ausus mittere, quia sua illam breuitas defendebat.* Igitur forte apud *Epiphani.* tom. I. pag. 373. legendum διὰ τὸ ὀλοσχερῶς αὐτὴν, ἔ διασρέφως παρ' αὐτῶ κείσθαι. Quod vero *Ioh. Gerhurdus* in exegeſi loci de S. Scriptura §. 269. notat, *αὐτοῖσι quoque hanc epistolam vt more humano scriptam contempsisse, referente Epiphani haeresi LXXXVI.* apud *Epiphanium* non inueni, licet LXXXVI. 6. pag. 991 sq. de anomocis tradat, quod prophetarum et apostolorum nomina contumeliis inceslere non dubitauerint, et quando vrgeri rationum vi ac conſtrungi se viderent, data fuga dicere confueuerint, τῆτο ἀπόστολος ὡς ἀνδρωπος ἔφη haec apostolus tamquam homo dixit, abusi, vt existimo, loco 1 Cor. VII, 12. quo tamen non hominis, erroribus obnoxii, opinionem Paulus opponit praeepto Dei; sed apostolicam sententiam diserto κυρίῳ, h. e. Christi, versantis in terris, mandato subiungit. *Fabric.\**)

[14] *Epistola ad Hebraeos*, vtrum a *Paulo*, an ab alio quodam conscripta sit, diu multumque disputatum est. Ea autem est argumentorum in vtramque partem prolatorum indoles, vt nihil hac in re certi definiti possit, sed potius cum *Origene* profitendum sit: τίς ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν, τὸ μὲν ἀληθὲς ὁ Θεὸς οἶδε. Conferendi sunt: *Caluinius* in *Prolegg.* ad hanc epist. *Ezech. Spanhemius*, in libello peculiari, *de auctore epistolae ad Hebraeos* <sup>110</sup>), *Lardner* *Supplements to the Credibility of the Gospel History* tom. II. cap. XII. pag. 311—356. *Carpzeu.* *Prolegg.* ad exercit. sacra. in ep. ad Hebr. *Ioh. Halletti* *Dissert. de auctore et lingua originali ep. ad Hebr.* quae inserta legitur *Wolfii* *Curis Philoll.* tom. III. pag. 806 sqq. *Grotius* in *Prolegg.* ad hanc ep. *Schmid* *Hist. Canon.* pag. 659 sqq. *Semler*, *Beiträge zu genauerer Einsicht des Briefs an die Hebr.* (coll. *Ernesti* *Neue theol. Bibl.* B. V. St. 3. S. 197 1q.) *Michaelis* *Einleit. Th. II.* §. 217. pag. 1339 1qq. *Gottl. Christ.* *Storr* *Pauli Brief an die Hebr.* (Tübingen 1789.) *Einleit.* p. 1 1qq. quocum diligenter comparetur, *M. Werner* *Carl. Ludw. Ziegler*,

\*) De ordine harum omnium epp. Pauli. disputauit copiose *Blachius* in lib. *Chronotaxis scriptorum Pauli*, Hensb. 1742. 8. add. *With. Paley* *Horae Paulinae.* Lond. 1790. 8.

<sup>110</sup>) Prodit separatim primum ann. 1658. 8.

deinde cum *Lud. de Trua* et aliorum viror. doctor. ad eandem epistolam luenbrationibus Lond. 1661. fol. Denique tom. II. *Opp. Spanhemii* libro secundo *Misc. sacra.* pag. 171 sq. *Fabric.*

*Ziegler*, vollständige Einleitung in den Brief an die Hebr. (Göttingen 1791. 8.) *Ioh. Henr. Heinrichs* epist. Pauli ad Hebr. Graece (Göttingae 1792.) Prolegg. pag. 1 sq. *Wolfius* in Curis Prolegg. ad h. ep. pag. 583 sqq. 590 sqq. et quos ibi laudavit. — Iam quod attinet *testimonia veterum*, de huius epistolae auctore, ea sunt ita comparata, vt, si accuratius ponderentur, non possit exinde peruinci, utrum *Paulus* epistolae auctor habendus sit, nec ne? Attamen si sine partium studio in ea inquirimus, hoc saltem adparere videtur, ecclesiam vet. maximam partem dubitasse de literarum authentia. Etenim in ecclesia *graeca*, quae Paulo epistolam adscripsisse dicitur, omni tempore haud pauci fuerunt, qui eam illi abiudicarent, vid. *Ziegler* l. c. pag. 21 sqq. Dubitarunt de Paulo *Irenaeus* et *Hippolytus*, qui sunt ex illa eccl. antiquissimi. vid. *Photius* cod. CCXXXII et CXXI. Neque ex eccl. *Romana*, *Tertullianus* (de pudicit. cap. 20.) *Caius*, presbyter Rom. (an. 210. vid. *Eusebius* H. E. VI, 20. *Hieronymus* Catal. Script. sub voc. *Caius* Opp. tom. I. p. 185.) sicuti nec omnino haec omnis ecclesia, vsque ad *Hieronymi* tempora, qui primus epistolam, tamquam a Paulo profectam, canonem inseruit, Paulum auctorem agnouerunt, vid. *Ziegler* pag. 72 sqq. *Richard. Simon* Hist. Crit. lib. I. cap. 16. lib. II. p. 95. *Iac. Basnage* Hist. de l'Eglise tom. I. lib. VIII. cap. 6. *Euseb.* III, 3. VI, 11. 14. *Hieron.* ad Es. VI et VII. ad Matth. XXVI. et ep. 129. ad *Dardanum*, nec non Catal. Script. Eccles. s. v. *Paulus*, Opp. tom. I. pag. 172. *Marcionem* quidem huius opinionis, in eccl. Romana florentis, auctorem fuisse, probare studuit *Storr* l. c. p. 41 sqq.<sup>xx</sup>) hoc idem tamen, pluribus hanc in rem in medium prolatis argumentis, negauit *Ziegler* l. c. pag. 101 sqq. *Kuin.*]

*Novatianus* quidem ad hanc epistolam prouocasse, praeter *Epiphanium* haeresi LIX. testatur *Eulogius* apud *Photium* cod. CCXXX. Sed *Arianus* voluisse sollicitare huius auctoritatem epistolae, docet *Theodoritus* in limine commentarii, cui congruit quod *Epiphanius* LXIX, 37. illam ab *Arianis* reuici adfirmat, et epistolam ad Hebraeos εχ ἐκκλησιαζέσθαι obiicit *Anomoeus Athanasio* l. de Trinitate, cui respondens ille, ἀφ' ἑ, inquit, κατηγορήθητο Εὐαγγέλιον Χριστοῦ. Παύλος εἶναι πεπίστευται ἡ ἐπιστολή, καὶ μετ' αὐτῆς εἰσὶν ἐπιστολαὶ ἰδίαι πάσαι τῷ Παύλῳ. *Fabric.*

[Qui porro auctorem epistolae Paulum esse adfirmant, et qui hoc idem negant, variis quoque argumentis ex ipsa epistola desumptis vtuntur. Atqui defensores quidem prioris sententiae, solent prouocare partim ad formulas, in hac epistola obuias et vero etiam in aliis Paulinis epistolas occurrentes, partim ad formulas rariores et soli Paulo proprias; vid. *Wetstenius* tom. II. pag. 386. *Schmid* Hist. Can. pag. 662. — Laudant cap. XIII, 23. vbi promittit auctor, se breui venturum esse vna cum *Timotheo*, atque obseruant, *Timotheum* perpetuum Pauli fuisse comitem. Quidni vero et alius *Timothei* amicus ita scribere potuit? vid. *Ziegler* pag. 248. — Proferunt 2 Petr. III, 15. 16. et inde non modo probant, *Petrum* ante oculos habuisse ep. ad Hebr. sed etiam Paulum ad eisdem scripsisse, ad quos tunc scripserit *Petrus*, h. e. ad ex-Iudaeos, hinc inde dispersos, de quibus 1 Petr. I, 1. vid. *Wolfius* in Curis pag. 584. *Storr*. l. c. pag. 70 sq. *Senler*, Beiträge zur genauern Einsicht des Briefs an die Hebr. pag. 36. *Bengel* Gnomon. edit. 2. pag. 992. 1163. *Carpzou*. Prolegg. ad exercitt. *Philon.*

xx) Latinorum opinionem, Paulo hanc epistolam abiudicantium, a *Marcione* descendere, existimauit *Sandius* in Hist. Eccles. pag. 148. Sed pa-

rum credibile haeretici hominis ὑποδία sua seruientis auctoritatem Catholicos scriptores sequi voluisse. *Fabric.*

Philon. in h. ep. pag. 79 sqq. at vide, quae contra monuerunt *Ziegler* pag. 160 sqq. et *Michaelis Einleitung* §. 219. pag. 1342. — Commemorant etiam cap. X, 34. ubi omnino verba τοῖς δεσμοῖς με συνεπαθήσατε apprime conveniunt Paulo; sed lectio est ibi incerta, et aliam, τοῖς δεσμοῖς με erga captivos misericordes fuistis, veram et genuinam esse, plures demonstrarunt. Alia huius generis argumenta leguntur apud *Storrium* pag. 77 sqq. *Wolfium* in *Curis* pag. 584. *Heinrichs* pag. 7. *Ziegler* pag. 176 sq. *Schmid* H. C. p. 663 sqq. *Carpzou*. cap. II. III. *Lardner* pag. 346. et alios, quos supra laudauimus. — Attamen ii, qui posteriori sententiae adslipulantur, qui nimirum Paulo epistolam abiudicant, vrgent potissimum stili diuersitatem a reliquis epp. Pauli, quam et ipse *Origenes*, acutissimus suorum temporum Criticus, agnouit; vid. *Euseb.* II. E. VI, 25. *Ziegler* pag. 181 sqq. — Monent praeterea, deesse inscriptionem et salutationem, reliquis in epp. Paulinis sollemnem. Cuius rei causam hanc adfert *Theodoretus* tom. III. pag. 543. Ἐβραϊκῶς γράφων, ὃν ἐν ἐνεχε:ρεῖσθῃ τὴν ἐπιμέλειαν, γυμνήτων ἀξιομάτων εὐέτως τὴν διδασκαλίαν προσήσχευεν in ep. ad Hebr. quorum cura ipsi non fuerat demandata, merito absque mentione dignitatis suae doctrinam proposuit. Sed *Hieronymus* in Catalogo l. v. *Paulus* — propter iniuriam sui a iud. Hebr. nominis titulum in principio salutationis amputauit. Quae tamen rationes parum probabiles mihi videntur. Aliam coniecturam, quae tamen non nisi ab iis potest admitti, qui Paulum auctorem ep. negant, proposuit *Michaelis* in *Enleit.* Th. II. §. 218. pag. 1341. interpretem nimirum epistolae graecum, omisisse salutandi formulam, vel quod auctoris nomen obscurum nec celebre esset. — Adferunt denique plures locos, qui haud leues difficultates mouent, si epistolam a Paulo conscriptam esse defenditur v. c. II, 3. de quo loco pura dicentur infra, XIII, 7 sqq. etc. vid. *Ziegler* pag. 238 sqq. — — Hinc ergo variae omni fere tempore de ep. auctore sententiae prolatae sunt. *Tertullianus* de pudicit. cap. 20. p. m. 641. *Barnabam* auctorem epistolae nominat<sup>yy)</sup>, cuius verba laudauit *Schmid* Hist. Can. p. 315. conf. *Ziegler* pag. 93. qui hanc eandem sententiam fuisse eccl. Romanae demonstrat. — *Lutherus* non sine magna probabilitatis specie (quod agnoscit *Ioh. Clericus* tom. IV. biblioth. select. pag. 410. et ipse quoque *Spanhemius* in libello supra laud., qui tamen part. II. cap. 9. *Lutheri* sententiam eo imprimis argumento refutare studuit, quod nullus veterum hoc idem tradiderit.) ad Genes. cap. XXVIII. pluribus demonstrauit, *Apollinem Alexandrinum*<sup>zz)</sup>, cuius Act. XVIII, 24. 1 Cor. I, 12. III, 4. etc. Tit. III, 13. Clem. Rom. epist. cap. 47. mentio fit, auctorem epistolae esse. Statuit nimirum *Lutherus*, *Apollinem*, vel alium Iudaeum Alexandrinum, varios sermones, quos *Paulus* habuisset cum Iudaeis graecis, collegisse, atque in formam epistolae redegisse; aut omnino Pauli nomine eo iubente vel permittente, hanc ep. conscripsisse. Hoc quidem negat *Ziegler* pag. 236 sqq. quum nihil hac de re in ipsa ep. monitum sit; pluribus tamen argumentis ostendit, *Lutheri* sententiam de auctore ep. sese a probabilitate maximopere commendare. — *Hinsius* Exercit. Sac. XVI, 1. sine vlla idonea

ratione,

yy) Huic eam a nonnullis tributam esse, tradit etiam *Philastrius* haereti 38. *Hieron.* in Catal. ubi de *Paulo* Apostolo disserit, et respicit ad *Tertulliani* cap. 20. de pudicitia. Placuit haec sententia etiam viro docto *Ioh. Cameroni*. Sed *Barnabae*, qui nunquam fuit in Italia, esse non posse,

probat *Frid. Spanhemius* part. II. cap. 8. et *Thomas Ittigius* diss. de patribus Apostolicis pag. 172 sq. et 182. *Fabric*

zz) De hoc Apolline Alexandrino, quem Corinthiorum episcopum vocat *Hieronymus* ad Tit. III. vid. *Ioh. Prideaux* pag. 463 sq. Opp. et *Vitringa*

ratione, alium *Paulum*, ab Apostolo diuersum, ep. scriptorem finxit. — *Clementis Romani*, tanquam *interpretis* harum litterarum, meminerunt *Eusebius* H. E. III, 38. (vbi docet, nonnullos existimasse, Paulum scripsisse eas hebraice, *Lucam* vero euangelistam, vel *Clementem* eas interpretatum esse,) *Hieronymus* in Catal. voce *Paulus*, *Theodoretus* in praef. tom. III. pag. 544. *Gobarus* apud Photium cod. CCXXII. et *Theophylactus*; auctorem vero ep. a quibusdam habitum esse *Clementem*, docet *Philastrius* Haeres. apocryph. cap. 18. Huius opinionis probabilem originem adfert *Schmid* l. c. pag. 66. coll. eiusdem *Obff.* in ep. ad Hebr. pag. 13. 14. <sup>aaa)</sup> *Kuin.*]

*Lucam* esse auctorem <sup>bib)</sup>, post alios scripsit *Elias Bohorellus* in notis ad eruditam suam versionem Gallicam librorum *Origenis* contra *Celsum* pag. 143. *Epistolam ad Hebraeos Pauli esse, vetus est et communis opinio. Ego praeter cetera adducere non possum ut credam, Paulum, qui nihil se a quoquam accepisse aut doctum fuisse asserit, Gal. I, v. 12. velle de se ipso tanquam Apostolorum auditore, loqui* <sup>ca)</sup>, quod facit auctor ep. ad Hebr. cap. II, v. 2. *At sic Lucas Euang. cap. I, 3. Multaque sunt, cur hanc epistolam Lucae adscribendam putem. Nam ut omittem, ipsum cum Timotheo Pauli comitem fuisse, Act. XVI, 3. 10. XXVII, 37. Hebr. XIII, 23. ne de reliquis immorer, quae aliunde duci possunt, argumentis, monere obiter contentus ero de quibusdam vocibus, Lucae particularibus, quae in ep. ad Hebr. occurrunt, ut est ἐπιτελλειν pro: scribere epistolam, Act. XV, 20. et XXI, 5. Hebr. XIII, 22. ἡγέμενοι pro, verbi ministris Act. XIV, 12. et XV, 22. Hebr. XIII, 7. 17 et 24. item vox ἀρχηγός Act. III, 15. et V, 31. Hebr. II, 10. et XII, 2. quae nescio an aliis obseruata fuerint, certe non memin.* Sed non sunt haec pauca ita Lucae particularia, vt non ab aliis illius aetatis scriptoribus facris vsurpari potuerint eodem sensu. Et longe plures Paulinas locutiones in ep. ad Hebr.

Kkkkk 2

Hebr.

*irringa* *Obff.* III, 21. *Fabric.* nec non *Michaelis Einleitung Th. II. §. 178. pag. 1213. §. 205. pag. 1315 sq. 1318. Kuin.*

<sup>aaa)</sup> *Spanhemius* part. II. cap. 1sq. docet, scriptorem non esse *Clementem Romanum*, qui Hebraeos numquam docuit, et ipse testimoniis ex ep. ad Hebr. vitur, de quo vide etiam sis D. *Itzigii* diss. de Patr. Apost. pag. 231 sq. — *Clementem* pro auctore habuit *Patricius Iunius*, cui *Clementis* epistolam debemus. — Illud quidem omitto, quod cap. 9. ab eodem *Spanhemio* docetur, auctorem non posse esse *Marcum*, neque *Tertullianum* denique, si tamen cuiquam tam absurda opinio in mentem venire potuit, vt testatur *Sixtus Senensis. Fabric.*

<sup>bbb)</sup> Ostendere hoc conatus est *Grotius* instituta comparatione huius epist., cum scriptis *Lucae*; sed refutarunt eum, praeter eos, quos laudat *Fabricius, Wetstenius* N. T. tom. II. pag. 385 sq. et *Hallet* in Diss. laud. in *Wolffii* *Curis* tom. III. pag. 829. *Kuin.*

<sup>ccc)</sup> Hoc argumentum mouit *Lutherum, Lucam Osiandrum* aliosque, de quibus *Gerhardus*

in exegesi loci de S. Scriptura §. 274. vt Paulum auctorem esse negarent. Sed per communicationem Paulus ait *ἀς ἡμῶς*, respiciendo magis ad Hebraeos, quibus scribit, quam ad se. Confer quae ad eum locum respondet *Seb. Schmidius* pag. 168 sq. et *Spanhemius* de auctore ep. ad Hebr. part. III. cap. 5: *Fabric.* Praeter *Lutherum* et *Osiandrum*, nominandi quoque sunt *Calvinus, Grotius* alii, vid. *Schmid* *Hist. Canon.* pag. 666 sq. Plures autem, ad remouendam difficultatem monuerunt, Ap. vsum esse oratione communicatiua, ita, vt *ἡμῶς* positum sit pro *ὡμῶς*. *Iac. Cappellus* ad 2, 3. nihil obstat, quo minus potuerit Paulus ita loqui per *ἀνακρίβασιν*. vid. quoque *Hallet* l. l. in *Wolffii* *Curis* tom. III. pag. 827. *Heinrichs* *Prolegg.* pag. 7. *Wolffius* in *Curis* ad Hebr. II. 2. *Storr* *Einleitung* pag. 77 sq. sed conf. etiam *Ziegler* pag. 246. Sed illa, quae solent disputari de oratione communicatiua, per se spectata, parum valent; debent adesse alia argumenta, quibus possit constitui et comprobari, esse h. l. *ἀνακρίβασιν* admittendam. *Kuin.*

Hebr. demonstravit *Spanhemius* part. II. cap. 1 sq. qui Lucam auctorem non esse multis disputat cap. 7. cui adde, si placet, *Eliam du Pin* Prolegg. Bibl. tom. II. p. 56. *Fabric.*

[*Πρὸς Ἑβραίους* esse scriptam epistolam, docet *ἐπιγραφή*, non quidem ab ipso auctore profecta, sed perantiqua tamen, vid. *Ziegler* l. c. pag. 216. nihil vero illa amplius docet, quam scriptam esse epistolam Christianis, ante Iudaeis. Olim quidem haud pauci fuerunt, qui existimarent, *Ἑβραίους* nominari eos, qui lingua uterentur *Hebraica*, et ex Palaestina oriundi essent, qui hoc ipso nomine distinguerentur a Iudaeis, extra Palaestinam viuentibus et graece loquentibus; adeoque ex hac ipsa inscriptione adparere, scriptas esse hasce litteras *Iudaeis, in Palaestina viuentibus* (hoc contenderunt *Clem. Alex. Hieronym. Chrysof. Theodoretus* etc. *Michaelis Einl. Th. II. §. 220. p. 1343* sq.); at enimvero voc. *Ἑβραίους* latiori significato poni, et omnino *nationem ac religionem*, non *linguam* indicare, neque adeo quicquam ex hoc titulo colligi posse, satis accurate demonstrarunt plures: vid. *Ziegler* l. c. p. 216 sqq. *Schmid* Hist. Can. pag. 668. *Lightfoot* Horr. Hebr. Opp. tom. II. pag. 704 sq. *Semler* Beiträge etc. pag. 45 sq. *Noesselt* Commentat. : de tempore, quo scripta fuerit epistola Pauli ad Hebraeos, deque Hebraeis, quibus scripserit, inserta ipsius Opusc. tom. I. pag. 269. *Carpzou.* Exerc. in ep. ad Hebr. pag. VI sqq. — Itaque alii statuerunt, epistolam destinatam fuisse *Christianis ante Iudaeis, extra Palaestinam viuentibus*, argumenta v. ap. *Heinrichs* Prolegg. pag. 10 sq. *Ziegler* pag. 226 sq. Iam vero huius ipsius sententiae defensores, rursus in varias partes abeunt. Ac *Hieronymus* quidem, cuius tamen sententia iam dudum est explosa, *Hispanis*; sed *Westenius* tom. II. pag. 386. *Romanis Iudaeis, Noesseltus* l. c. *Iudaeis*, qui in *Macedonia, Thessalonicae* imprimis, ad Christi signa sese contulissent, *Storrius* in *Galatia* viuentibus, (conf. tamen *Ziegler* p. 117 sqq.) scriptam fuisse, probare studuit. Maxime probabilis videtur esse eorum sententia, qui scriptam eam fuisse, adfirmant, *omnibus Iudaeo-Christianis per omnes regiones dispersis, ut certae cuidam ecclesiae tradita accipiatur, idque Palaestiniensi*; huius sententiae sunt *Lightfoot* Harmony of the N. T. vol. I. pag. 340. *Braunius* Prolegg. in ep. ad Hebr. pag. 29. et nuperrime *Heinrichs* Prolegg. pag. 12 sqq. *Kuin.*]

Disputatum est etiam de lingua, qua sit epistola conscripta. Hebraice scripsisse Paulum, *Clemens Alex.* apud *Euseb.* VI, 14. Hist. et vnus illius fide quasi Hebraeus ad Hebraeos non aliter, quam ea lingua scribere potuerit, *Euseb.* <sup>ddd</sup> ipse III, 23. *Euthalius* pag. 670. *Cosmas Indopleustes* V. pag. 255. *Theodoritus, Theophylactus*, et in catalogo *Hieronymus* adfirmant <sup>eee</sup>). Graeca quae hodie habemus, originarium esse auctoris sacri contextum, argumentis non contemnendis post *Caluinum* probat *Spanhem.* part. III. cap. 2. *Millius* praefat. ad N. T. pag. 11 sqq. *Blondellus* Prolegg. ad Pseudo-Isidorum pag. 44 sq. *Hidiggerus* in Enchiridio Biblico pag. 943. et *Iac. Cappellus* Obsl. in N. T. pag. 109. 112 sq. <sup>fff</sup>) neque audiendi, qui

<sup>ddd</sup>) At *Euseb.* in Psalmos, a *Montfaucono* editus, pag. 15. obseruat, Paulum in hac ep. versione LXX. Interpretum usum, uti *Hieronymus* quoque in Ies. VI. quo ipso eam graece primitus scriptam agnoscunt. ὁ δὲ ἀπέσολος νομομαθῆς ἀπόρων ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους τῇ τῶν ὁ ἔχουσατο. *Fabric.*

<sup>eee</sup>) Etiam *Origenes* apud *Euseb.* H. E. VI, 25. ipsa inscriptio epistolae πρὸς Ἑβραίους procul dubio

huic opinioni originem dedit, quam etiam exornauit *Michaelis* Prolegg. in ep. ad Hebr. et *Einleit. Th. II. pag. 136. §. 224. Kuin.*

<sup>fff</sup>) *Semleri* Diss. quod Paulus graece epistolam ad Hebr. exarauerit. Halae 1761. *Semler* Beiträge pag. 60. *Storr.* Prolegg. §. 12. *Ziegler* pag. 187 sq. 227 sq. *Heinsius* Prolegg. pag. 16 sq. *Schmid* H. C. pag. 668 sq. *Kuin.*



qui cum *Widmanstadio* Syriacam versionem huius ep. pro fonte venditant, aut cum *Hallensibus* tom. VII. Obseruat. selectt. pag. 268. contendunt *indubitanis et inuictis argumentis probari posse, quod Hebraice primum scripta fuerit, quum ex tota antiquitate ne vnus quidem possit proferri testis, qui Hebraicam viderit. Fabric.*

[Denique de *tempore* quoque et *loco*, quo fuerit epistola conscripta, varia monuerunt interpretes. Et nos quidem cum *Zieglero* pag. 250 sq. existimamus, de *loco* nihil prorsus posse constitui, ipsam subscriptionem *Ἐγγράφη ἀπὸ Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου* non esse genuinam, sed adulterinam et suppositiciam, quod ipsa luculenter satis doceat lectionis varietas; de *tempore* autem, nihil amplius posse certo constitui, quam eam esse scriptam ante excidium Hierosolymitanum. Qui Paulo vindicant epistolam, *Mullius* in Prolegg. §. 53. et *Fabricius* noster, post Iacobum minorem martyrio adfectum a. LXII. Neronis VIII. et quidem postquam e carcere euaserat Apostolus, atque in vltiorem aliquam Italiae partem, vel vt *Heinrichs*, (qui ponit an. LXIII.) vult, Graeciae partem recesserat; *Michaelis Einleit. Th. II. §. 223. p. 1355.* post an. LXIV. scriptam censet epistolam. *Noesslitz* l. c. hanc ex omnibus epistolis Paulinis primam esse statuit, anno LII. vel LIII. Corintho, vbi tunc versabatur Paulus, missam. *οἱ ἀπὸ Ἰταλίας* sunt ei, *Iudaei*, regnante Claudio, Roma pulsi, Aquila et Priscilla; verba *Τιμόθεον ἀπολελυμένον* de itinere Timothei, ex Macedonia reducis, exponit. — Quod adtinet argumentum huius epistolae, conf. *Sam. Frid. Nath. Morus*, Profess. quondam Lips., der Brief an die Hebräer übersetzt (Leipzig 1786. 8. 3te Auflage) Vorrede. *Ziegler* pag. 260 sq. *Storr* Einleit. §. 14. *Heinrichs* pag. 19 sqq. etc. *Kuin.*]

Ceterum a Marcione reiectam epistolam ad Hebr. (et forte a *Baslide*, quem cum Marcione Hieronymus coniungit,) auctor est *Ephraim* LXII, 9. Idem de Marcione licet ex Tertulliano colligere, et diserte scribit Hieronymus praefat. in epist. ad Titum. — Arianis, a quibus similiter in dubium vocata est epistola ad Hebr., succenturiantur recentiores Sociniani quidam, atque ex his Gregorius Eniedinus, contra cuius obiectiones illam vindicatam videre est in *Fourbonii*, Theologi Giesensis, anti-Eniedino, et *Hoornbeckii* Socinismo profligato tom. I. pag. 23 sq. *Caietanus* quoque praefat. ad epist. ad Hebraeos, *quoniam*, inquit, *Hieronymum sortiti sumus regulam ne erremus in discretionem librorum canonicorum, nam quos ille canonicos tradidit, canonicos habemus, et quos ille a canonicis discreuit, extra canonem habemus, ideo dubio apud Hieronymum auctore huius epistolae existente, dubia quoque redditur epistola, quam nisi sit Pauli, non perspicuum est, canonicam esse. Quo fit, vt ex sola huius epistolae auctoritate non possit, si quod dubium in fide accideret, determinari. Sed Caietanum socii ecclesiae suae vel deserunt, vel resollunt. Luthero quoque nostrum de hac epistola durius aliquando loquentum esse non dissiteor, veritum, ne per illam Nouariani vel Montanistici errores stabiliantur, atque auctoritate veterum quorundam catholicorum, latinorum doctorum abreptum.*

Epistolas Pauli vel omnes, vel plerasque reiecerunt *Ebionitae* vtriusque generis, et *Encratitae* teste *Origene* lib. V. adu. Celsum extr. Idem de *Helciasitis* tradit *Origenes* in Ps. LXXXII. sed ex *Ephraim* XXX, 3. constat, adfines hos Ebionitis fuisse, quorum in Paulum calumnias tangunt idem *Ephraim*. XXX, 16 et 25. *Euseb.* Hist. III. 27. et *Theodoritus* lib. II. haeret. fab. cap. 1. De *Encratitis* siue *Seuerianis* quoque idem *Euseb.* IV. 29. *βλασφημῶντες δὲ Παῦλον τὸν ἀπόστολον ἀθετῶσιν αὐτῆ τὰς ἐπιστολάς μίτη πράξεις τῶν ἀποστόλων καταδεχόμενοι.*

χόμενοι. Hieronymus praefat. ad Titum: *Sed Tatianus Eucratitarum Patriarches, qui et ipse nonnullas Pauli epistolas repudiavit, hanc vel maxime, hoc est, ad Titum Apostoli promuntiandam credidit, parvipendens Marcionis et aliorum* (Basilidem eodem loco nominaverat,) *qui cum eo hac in parte consutiunt, assertionem.* De eodem Tatiano Eusebius: τὸ δὲ ἀποστόλου Φασι τελευτήσαι τινὰς αὐτὸν μεταφράσαι Φωνὰς ὡς ἐπιδικασθέντων<sup>888</sup> αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Victor Capuanus de Tatiano: *Sed et didici apostolicis manu profanae emendationis, vel ut dicam verius, corruptionis dicitur intulisse.* Marcion vero<sup>889</sup> recepit Pauli epistolas tantum decem, alioque ordine, et passim interpolatas ac truncas, 1) ad Galatas, 2. 3) utramque ad Corinthios 4) ad Romanos, 5. 6) utramque ad Thessalonicenses 7) ad Ephesios, quam ipse inscripsit ad Laodicenses<sup>890</sup>, 8) ad Colossenses, 9) ad Philemonem et 10) ad Philippenses. Vid. Ioh. Rodolphi Westnii notas in Adamantii dialogos contra Marcionitas pag. 18 sqq. De Manichaeis patet ex Augustin. lib. IX. contra Faustum, quod Pauli epistolas ita admiserunt, ut dicerent, vel apostolum, cum videtur sibi contradicere, sententiam suam retractasse, vel ab aliis inserta quaedam illi esse aliena. *Veruntamen si eius est et prior illa sententia, nunc emendata est: sin fas non est Paulum in emendatum dixisse aliquid unquam, ipse non est. Fabric.*

[Epistolae Petri, Iacobi, Iudae, et Iohannis in codd. versione Arabica, scriptis patrum antiquissimorum, editionibusque praestantissimis communi καθολικῶν ἐπιστολῶν nomine insigniuntur. De vi autem et significatione huius cognomenti, omni fere tempore a viris doctis varie disputatum est. Alii, septem illas epistolas ita adpellatas esse contendunt propterea, quod catholicam h. e. univrsalem doctrinam contineant, et ab univrsalibus quasi d. clericibus h. e. ab apostolis conscriptae sint, quos Deus in univrsum mundum doctrinam christianam annuntiaturos ablegasset; alii statuunt, eas vocatas esse catholicas, ut discernerentur ab epistolis Ignatii, Barnabae aliorumque, nunquam in canonem librorum sacrorum relatis. Noessello catholica epistola est, legitima omniumque consensu probata. Principio proprium fuisse hoc nomen primae Petri et Iohannis epistolae, quo distinguerentur a ceteris eorundem scriptorum, quae incertae fidei essent; post, cum didicissent homines ecclesiastici, ceteras quoque eorundem apostolorum, itemque Iacobi et Iudae, epistolas veterum scriptorum usu tritas, plurimis etiam in ecclesiis publica lectione probatas esse, translatum hoc nomen esse ad univrsas, quas a Paulinis epistolis discernere vellent; quae sententia ceteris videtur omnino praeferenda. Alii praecipunt, eas ideo nominari catholicas, quod non uni homini, vel regioni vel ecclesiae, sed Christianis, per orbem terrarum dispersis, sint inscriptae, epistolas Iohannis, secundam nimirum et tertiam, esse adiectas, quod eundem haberent auctorem; ita statuit praeter alios Michaelis. Hae sunt praecipuae sententiae, alias praetermitto. Conf. omnino: David. Iul. Pott Epistolae Catholicae vol. I. Gottingae 1786. Excurs. I. pag. 173. de sensu atque origine vocis ἐπιστολή καθολική sententiae tam veterum quam recentiorum interpretum recensentur atque adiudicantur. Diss. continens Coniecturas ad historiam catholicae Iacobi epistolae auctore Ioh. Aug. Noesselt, Halae 1784. 4. p. 4 sqq. Hofmannus ad Pritii Introduct. in N. T. pag. 62 sqq. et ibi laudatos. Michaelis Einleit. Th. II. pag. 1404 sq. Gottl. Christ. Storr, de catholi-

ggg) Conf. Richard. Simon. Hist. Crit. N. T. lib. I. pag. 367 sq. Fabric.

hhh) Vid. supra ad Matth. not. l.

iii) Vid. supra notata ad ep. ad Ephesios.

*catholicarum epistolarum occasione et consilio Tubingae 1789. 4. Stäudlin, de fontibus epistolar. catholicar. imprimis de allegationibus, quae in iis deprehenduntur Gotting. 1790. 4. Kuin.]*

X. Simon Bethsайдensis, Bar Iona, siue filius Iohannis, cognomento P'ETRVS, Andreae frater, ἡ ἀπαρχὴ τῆ κυρίε ὑμῶν <sup>kkk</sup>), ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ὃ πρῶτω ὁ πατρὸς τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψεν, ὃν ὁ χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν, ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς, καὶ συνέσιος καὶ συνοδοίπυρος, ὁ καλὸς καὶ δέκμος μαθητὴς, vt celebratur a Pseudo-Clemente in epistola ad Iacobum, Iudaeis maxime <sup>lll</sup>) ad euangelium conuertendis a domino missus Gal. II, 7. post apostolatam atque εὐαγγέλιον περιτομῆς, per plures annos gestum, denique crucifixus capite ad terram verò <sup>mmm</sup>) Christum suum martyrio honorauit Romae anno Neronis XIV. Christi LXVIII. De vita et martyrio Petri, praeter eos, quos supra in Paulo memorauimus, confules Acta Sanctor. XXIX. Ianuar. *Fabric.* Add. *Grotius* et *Caluinus* in I. ep. Petri Prolegg. *P. Minus* introductione in N. T. cap. 16. ibique *Hofmannus* p. 241 sqq. *Schmidtus* H. C. pag. 389 sqq. *Wolfius* in *Curis* Prolegg. ad I. ep. Petri pag. 88 sq. *Nummeyer* *Charakteristik* Th. I. pag. 499 sqq. *Pott* Prolegg. ad I. Epist. pag. 3 sqq. *Kuin.*

[*Epistola prior Petri* scripta est τοῖς ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πέντε etc. vnde ea etiam, monente *Fabricio* nostro, Tertulliano *Scorp. adu. Gnosticos* pag. 614. et Cypriano *Testim.* lib. III. ad *Quirin.* pag. 427. epistola ad *Ponticos* dicitur <sup>mm</sup>). Quinam autem per illos ἐκλεκτὸς intelligendi sint, in eo magnopere inter se dissentiunt tam antiquiores, quam recentiores interpretes. Alii, vt *Eusebius* (II. E. III, 4. τοῖς ἐξ Ἐβραίων εἶσι ἐν διασπορᾷ Πέντε etc), *Hieronymus*, *Grotius* (ad I. Petr. I, 1.) intelligendos esse monent, *Christianos antea Iudaeos, extra Palaestinam viuentes*; alii, vt *Procopius* (in *Ies.* LXV, 20) *Cassiodorus* (de *institur. diu.* lib. II. pag. 516.) *Westenius* (ad I. Petr. I, 2.) *Christianos e gentibus*; alii v. c. *Westenius* tom. II. pag. 681. *Ios. Haller* in *Wolfii* *Curis* tom. III. pag. 82 sqq. (cuius *Halleri* rationes examinauit *Hofmannus* ad *Pratii* *Introduct.* in N. T. pag. 82 sq.) *Bensonius*, *Alc. a. d. Einleit. Th. II.* pag. 1452 sqq. *Iudaeos antea gentes, nunc vero Christianos*; alii denique, vt *Wolfius*, *Hofmannus*, *Pottius* etc. *christianos e Iudaeis et gentilibus*, maxime vero *Iudaeo-christianos*. Conf. omnino *Wolfius* et *Pottus* in *Prolegg.* — Dissentiunt non minus

kkk) Vid. *Bondellum* in *Pseudo-Isidoro* pag. 45 sq. ac de reliquis Petri praerogatiuis *Chamierum* tom. II. *pantratae Cathol.* tom. II. lib. II. cap. 14 sq. ad 19. et *M. Antonium* de *Dominis* IV, 1. *Dreieri* *Controuers.* cum *Pontific.* *Diss.* IX et X. *Fabric.*

lll) Conf. *Frid. Spanhem.* *Opp.* tom. II. pag. 322 sq. *Fabric.*

mmm) *Hieron.* cap. 1. *Catal.* Caeterum e crucifixione Petri patet, eum non fuisse ciuem Romanum; Paulus enim, quod ciuitate Romana gaudeat, decohatus fuit. *Fabric.*

mm) Graece utique scripta est, non hebraice, vt *Baronio* ad a. C. XLV. nr. 29. visum, quasi *Marcus* graece vertisset. Nam quod *Hieronymus* epist. 150. ad *Hedibiam* ait, *duas epistolas quae dicuntur Petri, stylo et charactere discrepare, struēturaque verborum*, non linguarum diuersitatem intelligit, sed rationes dicendi. *Fabric.* *Petri* phrasin multo esse perplexiorem quam *Paulinam*, *Erasmi* iudicium est, in *Praefat.* ad suam *Paraphrasin Idem.* Conf. etiam quae hanc in rem notarunt *Hofmannus* ad *Pratii* *Introduct.* in N. T. pag. 84 sqq. et *Iottus* in *Prolegg.* ad epist. secundam. *Michaelis* *Einleit. Th. II.* §. 252. p. 1472 sqq. *Kuin.*

minus de *tempore* scriptionis huius epistolae. Ad a. XLVI. *Baronius* eam refert, *Heideggerus* ad a. LII. (vid. *H. fmann* l. c. pag. 88.) *Dodwellus* Diss. I. Cyprianae. §. 5. ad a. LIV. et Neronis primum, *Lightfootus* ad a. Chr. LXV. *Fabricius* noster, et *Millius* ad a. Chr. LXI. Neronis VII. sed *Michaelis* l. c. §. 248. pag. 1458. ad a. LX. rectius haud dubie, momente *Potto* pag. 20 sqq. refertur ad annos intermedios LVIII—LXI. — Denique de variis opinionibus interpretum, quod attinet scriptionis *locum*, diligenter disputarunt *Michaelis* l. c. §. 249. pag. 1459 sqq. et *Pottus* pag. 12 sq. Nimirum l. ep. V, 13. *salutat vos*, scribit Ap. ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή. Iam per Babyloniam, *Eusebius*, et alii veterum, etiam recentiorum haud pauci, vt *Vales.* pag. 33. ad *Euseb.* *Grotius*, *Millius*, *Lordnerus*, *Hammondus* intelligunt *Romam*, quae ab Apostolo ita nominata sit mystice. Cuius opinionis auctor videtur fuisse *Papias*, quem plurimi patrum sequuti sunt, vt et quidam codd. qui habent, Ἐγγράφῃ ἀπὸ Ῥώμης. quam tamen sententiam pluribus refutauit iam *Iac. Lensaut* in epist. inserta *Ioh. Clerici* biblioth. selectae part. XVI. pag. 297 sqq. Alii vero intelligendam esse existimant, *Hierosolymam*. Longe vero probabilior videtur eorum sententia, qui Babylonem, proprie sic dictam, intelligunt, qui tamen etiam in eo dissentiunt, vtrum sit intelligenda vrbs Aegyptiaca, Cairo vicina, (sic *Ioh. Pearsonius* et *Hofmann* ad *Prit.* pag. 87 sq.), an potius vrbs Assyriaca, et haec sententia, quam praeter alios amplexi sunt *Erasmus*, *Lightfootus*, *Bengelius*, *Wetstenius*, est haud dubie verissima, praesertim etiam, quum, vt obseruauit *Schmid* in *Hist. Can.* pag. 694. provinciae Asiaticae, l. ep. I, 1. eo ordine geographico numerentur, quo Babylone scribenti occurrebant. *Michaelis* in prioribus introductionis suae in N. T. editionibus, Ctesiphonem et Seleuciam, Tigridis flumini ex aduerso adiacentes, communi Babylonis nomine a Graecis et Romanis comprehensas, intelligebat, sed in quarta editione *Th. II.* §. 249. pag. 1464. hanc sententiam retractauit, et Babylonem veterem intelligendam esse censuit. Fuisse quoque, qui existimarent, Ἰόππης epistolam esse scriptam e verbis *Syncelli* pag. 332. quem laudauit *Fabricius*, adpareret, si sana esset lectio. Verba sunt: μέμνηται καὶ ἐν αὐτῇ (scil. τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ τῷ Πέτρῳ) Μάρκε (τῷ εὐαγγελιστῇ pag. 331.) καὶ τῆς πόλεως Βαβυλῶνος, ἄλλοι δὲ Ἰόππης γεγραφθαι Φασίν. sed pro Ἰόππης haud dubie, vt iam notauit *Schmidius* l. c. pag. 694. quem quoque *Pottus* pag. 19. sequitur, legendum est Ῥώμης. *Kuin.*]

*Erasmus* in loco l. Petr. V, 12. suspicatur, priorem aliquam epistolam huius viri memorari, quod visum etiam *Grotio* et in *Obsl. sacris Paulo Colomnesio*. Verba *Erasmi* sunt: cum in priore *Petrus* testetur, se scripsisse pro *Siluanum*, et in posteriore aperte testetur eam esse secundam, non video, qui res possit explicari, nisi aut posterior *Petri* non sit, aut *Siluanus* eam scripserit iussu *Petri*. Quod si haec ab ipso *Petro* scripta sit, videtur tres scripsisse, quarum prima intercidit. Verum rectius alii de hac ipsa epistola sua loqui contendunt *Petrum*, vt notauit in cod. Apocrypho N. T. pag. 906. *Fabric.* 000)

[Epistola

000) Conf. ad l. c. interpp. *Caet. Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1455 sq. ex l. ep. II, 13. 14. conicit, *Petrum*, paulo antequam hanc ep. literis consignaret, legisse *Pauli* literas ad Romanos. *Storrius* in *Diss. de catholicar. epist. occasione et consilio*, statuit, *Petrum* has ep. inprimis propterea conscripsisse, vt refelleret varii generis opi-

niones falsas, ortas ex male intellectis locis ep. *Pauli* ad Hebraeos et Galatas. Ideo eum contendere non esse admodum propinquum *Christi* aduentum 2 ep. III, 15. ideo eum inculcare consuetudinem recte praeclareque factorum cum professione relig. christ. l. epist. II, 24. III, 18. IV, 1. *Kuin.*

[*Epistola posterior*, quae sub Petri nomine fertur, utrum sit genuina, an supposititia. diu multumque disputatum est. Conf. omnino *Grotius* et *Calovius* in Prolegg. *Pottii* Prolegg. *Michaelis Eusebii*. Th. II. §. 233. pag. 1475 sqq. *Wolffus* in *Cursu* Prolegg. *Frid. Aug. Lud. Nietzsche* *Epistola Petri posterior auctori suo imprimis contra Grotium vindicata atque adserta*, Lps. 1785. 8. in quo libello primo dubitationes in medium adferuntur, quibus *Grotius*, maxime auctoritate veterum fretus, ad *Jersey* huius ep. iustitiam reddere iudicat, deinde examinantur rationes, quibus imprimis suam de Simone, episcopo Hierosolymitano opinionem commendare conatur, denique etiam e nonnullis ipsius ep. locis, habito tamen ad *Grotium* respectu, docetur, eam a nemine, nisi ab vno Petro esse profectam. Probatur autem authenticitas huius epistolae partim argumentis *internis* v. c. I, 18. III, 1. 15. etc. conf. *Nietzsche* l. c. pag. 56 sqq. partim *externis*, veterum testimoniis, e quibus potiora adduxit *Pott.* Prolegg. pag. 172 sqq. Petro hanc epistolam vindicant *Calovius*, *Hammondus*, *Richard. Simon.* hist. crit. du texte du N. T. pag. 197 sq. *Campegius Vitringa* Obsl. S. IV. p. 937. *Guil. Couerus* in vita Petri sect. X. num. VI. quos laudavit *Patricius* noster. Petrum vero epistolae auctorem non agnouerunt *Calvinus*, *Grotius*, *Scaliger*, *Salmasius*, *Erasmus*, alii, et nuperrime *Semlerus*. Sunt autem argumenta eorum, qui Petro epistolam abiudicant, generis duplicis; prouocant nimirum partim ad *testimonia veterum*, qui dubitanter de hac ep. scripserunt, vel simpliciter Petro eam abnegarunt, v. c. Origenes apud Euseb. H. E. VI, 26. Eusebius III, 3. Hieronymus, Syrus, in cuius versione omittitur, vid. *Pott.* pag. 161 sq. *Schmid.* H. C. pag. 700 sq. sed dubia quae antiquitas mouit, e medio sustulerunt *Millius* Prolegg. nr. 126. *Richard. Simon.* l. c. *Ioh. Eus* in Biblioth. sacr. pag. 392. *Hofmannus* ad *Prullii* Introduct. pag. 92 sq. *Nietzsche* l. c. pag. 9 sqq. partim ad *stili diuersitatem*; quae omnino fuit praecipua dubitandi causa. Iam nos quidem, quamquam non ab eorum partibus sumus, qui existimant, nihil omnino posse, in tanta utriusque epistolae breuitate, de stili dif. repant a dici, quin potius affirmamus, deprehendi inter utramque ep. aliquod stili discrimen, illud tamen nequaquam statuimus ita esse comparatum, ut exinde possit colligi, Petrum non esse huius ep. auctorem, sed potius alium, v. c. Simeonem, Hierosolymitanum, quem *Grotius* voluit. Ea enim, quae deprehenditur discrepantia stili, imprimis repetenda est, partim, a diuersitate argumenti, quum in hac ep. longe aliae res pertractantur, quam quae in priori pertractatae erant, vid. *Nietzsche* l. c. pag. 18. *Pott.* l. c. pag. 164. partim a diuersitate temporis: hanc enim posteriorem paulo ante Petri obitum conscripam esse, extra omnem dubitationem positum est, col. I, 14. etsi ceteroquin non certo constet, quo anno illa data sit. Etenim *Michaelis* l. c. pag. 1483. scriptam eam esse profitetur a. C. LXIV. *Baronius* a. LXIII. alii LXVI. conf. *Lardner* Supplements vol. III. chap. XIX. Ceterum eam esse *Romae* scriptam, in eo omnes ferme interpp. consentiunt. Denique quod adtinet similitudinem, quae inter hanc, et Iudae epistolam intercedit, de ea conf. infra ad ep. Iudae notata.

XI. *Epistola Iacobi*. Quum plures in libris N. T. commemorentur *Iacobi*, quaestio illa, quinam ex his auctor epistolae nostrae habendus sit? maxime torset interpretes. Nos quidem varias variorum sententias breuiter stichimque enarrabimus, laudabimusque libros, in quibus argumenta vniuscuiusque partis collecta et probata reperiantur; quo minus enim ea ipsi in medium adferamus, et adlata diligentius examinemus, instituti nostri ratio prohibet. — Fit igitur in libris N. T. mentio *Iacobi*, *Zebedaei filii*, Iohannis fratris, atque

apostoli, Matth. IV, 21. X, 2. Luc. VI, 14. Act. I, 3; porro *Iacobi minoris*, Alphaei et Mariae filii, qui quoque apostolis adnumeratur Matth. X, 3. XXVII, 56. Marc. III, 18. XV, 40. Luc. VI, 15. Act. I, 13. denique *Iacobi, fratris Christi*, qui ob singularem probitatem nominatus est *dicuos*, Matth. XIII, 55. Gal. I, 19. quem tamen Apostolis non posse adnumerari, docent *Michaelis* (qui omnino de auctore epistolae nihil definit) *Einleit. Th. II.* pag. 1413. et *Pott.* pag. 20. Iam vero, quonam sensu Iacobus ille, quem ultimo loco posuimus, Christi frater nominetur, et num omnino a Iacobo, Alphaei filio, sit discernendus, acriter disputatum est. Alii nimirum *Iacobum, Alphaei fil.* a *fratre Christi* distinguunt, v. c. *Grotius* ad epist. Iac. *Richard. Simon.* Histoire crit. du texte du N. T. Ch. XVII. vers. Cramer p. 317 sqq. *Herder Briefe zweener Brüder Jesu im Canon. Niemeyer Charakteristik der Bibel* tom. I. *Zaccaria* Diss. ad histor. atque antiquitat. eccl. pertinent. 1781. tom. I. Diss. I. *de tribus Iacobis, Pott.* epist. Cathol. vol. I; alii vero statuunt *Iacobum minorem*, s. fil. Alphaei et *fratrem Christi* non esse diuersos; v. c. *Lardner* Credibility etc. Supplem. tom. III. *Pearson* in expositione symb. Apost. pag. 312 sqq. *Maius* in examine histor. crit. textus N. T. Rich. Simonis pag. 207 sq. *Buddeus* in eccles. Apostolica pag. 226 sqq. *Wolfius* in Curis tom. IV. *Benson* paraphras. epist. tom. III. prolegg. sect. I et II. *Schmid* H. C. pag. 676 sq. *Ioh. Phil. Gabler*, Theologus. Altorfinus, *de Iacobo epistolae eidem adscriptae auctore*, Altorfii 1787. 4. (coll. *Eichhorn.* Allgem. Biblioth. B. I. pag. 1011 sqq.) Itaque qui α) *Iacobum, Alphaei et Christi fratrem*, eandem personam fuisse profitentur, rursus in duas partes abeunt. Etenim 1) alii, Iacobum hunc, et reliquos, qui Christi fratres vocantur, monent, fuisse *Iosephi, et Mariae, Cleophae* s. *Alphaei* vxoris, cui Iosephus, Cleopha fratre mortuo, leuiratu iunctus fuisset, filios, adeoque Iacobum commode dici posse Alphaei filium et Christi fratrem. Ita statuit ex veteribus v. c. *Theophylactus* ad Matth. XII. et 1 Cor. IX, 5. Repudiarunt hanc sententiam *Michaelis* pag. 1415. *Herderus* l. c. *Pott* pag. 13 sq. etc. Verum 2) alii existimant, hunc Iacobum minorem parentes habuisse *Cleopham* siue *Alphaeum* ipsum, et *Mariam*, matris Christi sororem, adeoque voc. ἀδελφός esse sensu latiori accipiendum, ita, vt idem sit, quod ἀνέψιος, *consobrinus*. Parens huius opinionis est *Hieronymus* vid. eum ad Gal. I, 19. et in Matth. XII. add. *Theodoret.* ad Gal. l. c. *Hammondus, Schmidius* H. C. pag. 676. *Calovius, Fabricius* noster, *Gablerus* l. c. p. 11. Qui vero β) Iacobum, Alphaei filium, a Christi fratre discernunt, ii quoque in duas partes abeunt. Alii 1) eorum statuunt, Iosephum duas habuisse vxores, primo *Escham* quandam, e qua ei nati sint Iacobus, Ioses, Simon, Iudas, et filiae duae, Esther et Thamar, vel, vt alii volunt, Maria atque Salome; deinde Mariam, Christi matrem. Ergo Iacobum, τὸν ἀδελφὸν τῆ κυρίῃ, fuisse Christi compriuinum. Hanc sententiam amplexi sunt complures veterum, Origenes, Epiphanius, alii, quos citauit *Pearson* ad symbol. Apost. pag. 312 sqq. ex recentioribus *Grotius*, et *Michaelis*, qui

*Einl.*

ppp) »Nomina *Cleophas* et *Alphaeus*, quauis e nostra scribendi ratione valde diuersa videantur, facile tamen deriuantur e communi fonte, hebraica nempe scriptura, qua nomen viro erat אלפי, quod duplici modo efferrī poterat; *Calphai* et *Chlopai*. Priorem pronuntiationem sequuntur Matth. Marc. et Lucas, abiecta, more

Graecorum, adspiratione orientali, et addita terminatione graeca os, vnde ἀλφαιος veluti Hag. I, 1. vbi οἱ ὅ 377 efferunt ἀγγαίος. Posteriolem sequitur Iohannes, qui habet κλωπας, n. mutato in κ, vt πδδ 2 Paralip. XXX, 1. ab Alex. efferatur per φασεκ. Sunt verba *Gableri* l. c. pag. 11. *Kuin.*

*Einl.* pag. 1413. et pag. 1429. hunc ipsum facit ep. nostrae auctorem. Refutauit hanc sententiam *Gablerus* pag. 17 sqq. alii vero 2) *Herderus* nimirum, et qui eum sequuntur, *Niemeyerus Charakteristik Th. I.* pag. 517 sqq. atque *Pottus* pag. 12 sq. opinantur, Iacobum, cognomine *Ἰακώβου*, fuisse filium Iosephi et Mariae, fratremque Christi germanum. — Quaeritur ergo nunc, *quinam* ex his Iacobis hanc epistolam conscripserit? Igitur alii arbitrantur *Iacobum*, *Zebedaei* filium, auctorem ep. esse. Argumenta, quae ad hanc sententiam stabilendam proferuntur, collegit *Michaelis Einleit. Th. II.* pag. 1418 sqq. add. *Gabler* pag. 29 sqq. recentiorum plurimi hanc opinionem repudiant, permoti imprimis auctoritate veterum eccl. doctorum, qui *Iacobo*, *Alph. ei* filio, eidemque apostolo, epistolam vindicant, nimirum *Chryostomus*, *Eusebius*, *Epiphanius*, *Cyrillus Hierosolymitanus*, *Hieronymus*, *Ephraemus Syrus*, alii, quos laudarunt *Schmid H. C.* et *Pottus l. c.* eiusdem etiam sunt sententiae *Calouius*, *Schmidius*, *Pearsonius*, *Gablerus*, alii *supra* laudati. Sed *Iacobum*, *Christi fratrem*, diuersum ab utroque apostolo, *Grotius*, *Ricardus Simonus*, *Herderus*, *Niemeyerus*, *Pottus*, auctorem litterarum agnoscunt. — Multum etiam disputatum est, *quibuscum* haec epistola scripta sit? Alii existimant, *Iudaeis*, *nondum conuersis*, extra Palaestinam dispersis: sic *Lardnerus*, *Supplem. chap. 17. §. 3.* conf. *Michaelis Einleit.* pag. 1430 sqq. §. 241. *Pottus* pag. 33. alii *Christianis*, *antea Iudaeis*, vid. *Braunius Select. Sacr. lib. I. cap. 12.* quem laudauit *Fabricius*, add. *Pott Prolegg.* pag. 34. quae sententia haud dubie verissima est. *Noc Seltus* vero, in *Diss. Coniecturae ad historiam cathol. Iacobi epistolae*, *Opusc. tom. II. pag. 299 sqq.* minus probabiliter, vt videtur, *certae cuidam eccl. siae*, nempe Antiochenae; *Beza* autem in expositione super epist. Iacobi ad I, I. (*Opp. tom. V. pag. 673. edit. Colon.*) *Christianis*, qui post necem *Stephani*, *relictis Hierosolymis*, *inter gentes dispersi erant*, destinatum fuisse, arbitrantur. — *Annum*, quo scripta est epistola, plerique, vt *Fabricius* noster, *Lardner* *Suppl. l. c.* *Ioh. Henr. Michaelis* in *Introduct. in ep. Iacobi §. 8.* *Mullius* *Prolegg. §. 56.* *Schmid H. C.* pag. 679. alii, constituunt p. C. N. LX. vel LXI. *Michaelis* vero, *Einleit. Th. II. §. 242.* pag. 1437. atque omnes ii, qui Iacobum, *Zebedaei* fil. auctorem ep. faciunt, eam longe ante an. LXI. conscriptam esse adfirmant. Vtriusque sententiae argumenta exhibuit et ponderauit *Pottus* *Prolegg.* pag. 36 sq. *Hierosolymis* esse litteras scriptas, exinde solet probari, quod Iacobus, teste Hieronymo de vir. illustr. per triginta annos Hierosolymitanam ecclesiam rexit. — Quod denique *consilium* epistolae adinet, *Ven. Storr* in *diss. supra laud. de cath. epp. etc.* (*Tubing. 1789. 4.*) et in *dissert. exeget. in ep. Iacobi not. 82. 89. 136.* suspicatur, Iacobum, non minus quam Petrum, scripsisse ad Christianos, ex-Iudaeos, minoris Asiae, eo consilio, vt obuiam iret abusui doctrinae Paulinae de fide et legis Mosaicae abrogatione, vt declararet suum cum Paulo consensum, et vt firmaret animos Christianor. illorum, vt eo fortius resisterent machinationibus falsorum doctorum, in illis regionibus viuentium; legisse Iacobum epistolas ad Romanos et Galatas; sero ergo esse scriptam ep. nec Iacobum Zeb. fil. esse posse ep. auctorem. Sed illam functionem de consilio ep. et lectione epp. Paulinar. incertam profitetur *Gablerus* pag. 33 sqq. Prorsus autem explodenda est alia sententia de ep. consilio, quam *Fabricius* adtulit, cuius haec quidem sunt verba: „quod scopum praecipuum huius epistolae (*Fraassenius* *disquisit. Bibl. pag. 739*) nonnulli esse contendunt, confutationem haereseos Simonis Magi, quae in fide sola sine operibus spem salutis docuerit esse repositam, procul est profecto a veritate repulsum. Nam fides Simonis Magi (vid. *Ittigii de haeretiarchis pag. 37.*) in ipsum eiusque Helenam, nihil profecto ad fidem, de qua Iacobus.“

Ceterum auctoritatem huius ep. *canonicam* et antiquiorum et recentiorum plures negarunt. E veteribus laudandi sunt imprimis *Origenes* Comment. in Ioh. tom. XIX. (*ὡς ἐν τῇ Φερομένῃ Ἰακώβου ἀνεγνώμεν.*) *Euseb.* H. E. III, 23. ἀντιλεγόμενοι eam adnumerat, add. II, 23. *Hieronymus* Catal. Script. Eccles. cap. 2. et ipsa, inquit, ab alio quodam sub Iacobi nomine edita adseritur, licet paulatim procedente tempore obtinuerit auctoritatem; aliorum iudicia v. ap. *Schmid* H. C. pag. 684. cui praeicipuae dubitandi causae videntur hae fuisse: a) ipsa dubitatio de auctore epistolae, sitne apostolus nec ne? b) ipsa ep. forma; cum scil. fuerit *circularis*, nec ad unam ecclesiam missa, adeoque primo tempore in nullis ecclesiae archiuis constanter retenta, sed cum aliis ecclesiis communicata, inde in scriniis ecclesiasticis defectum exemplorum huius ep. maxime apud *Latinos*, vsque ad seculum IV. exstitisse. Recentiores ep. aduersarii haeserunt imprimis in *dogmatibus*, quae continet, et hanc ob causam eam repudiarent, existimantes, ep. auctorem contradicere Paulo, maxime in doctrina de fide <sup>991</sup>). Sic *Lutherus* <sup>992</sup>), (*Vorrede auf die Ep. Iacobi*) *Althamerus*, cuius verba *Wetstenius* protulit N. T. tom. II. p. 658. et *Centuriatores Magdeburgenses* v. *Pott* p. 24 sq. *Schmid* H. C. p. 685 sq. Quum vero plures vet. hanc ep. agnouerint, v. *Schmid* pag. 683. *Pott* pag. 27. etiam Syriaca ecclesia; de eius auctoritate dubitandum non videtur. Conf. *Michaelis Einleit. Th. II.* §. 243. p. 1439 sq. *Hassenkamp Anmerkungen zu Michaelis Einl.* p. 26 sqq. *Affemann* Bibl. Orientalis tom. III. part. I. cap. 9. *Rosenmüller* Scholia in N. T. Prolegg. ad h. ep. *Noesselt Vertheidigung d. christl. Religion* pag. 344 sqq. edit. 4. Omnino epistolam dignam esse, quae inter N. T. libros referatur, etiamsi non sit ab Apostolo inscripta, ostendere studuit *Pottus* Prolegg. pag. 32 sq.

XII. *Epistola Iudae.* De Iuda, cui haec epistola tribuitur, haud leuis est quoque virorum doctorum dissensio, neque illa ad expediendum facilis. *Schmidius* nimirum H. C. pag. 703. et in Prolegg. ad ep. Iudae, nec non *Rosenmüllerus* in Prolegg. aliique existimant, hunc Iudam nostrum fuisse Alphaei et Mariae materterae I. C. filium, Iacobi minoris fratrem, etiam *Lebbaeum*, et *Thaddaeum* (Matth. X, 3. Marc. III, 18. Luc. VI, 16.) dictum, eundemque apostolum. *Grotius* in Prolegg. statuit, Iudam, episcopum Hierosolymitanum, Hadriani temporibus viuentem, epist. auctorem fuisse. Refutatus est a *Campegio Vitringa* Obsl. Sacr. lib. IV. cap. 9. §. 42. *Calouio*, *Hammondo*, *Caueo* in vita Iudae, Apostoli, *Rich. Simonio*

999) Quomodo autem Iacobus cum Paulo conspiraret, varie disputarunt e reformatis quidem praeter interpretes utriusque epistolarum *Cocceius* contra *Masenum* tom. VII. pag. 22. *Iac. Altinius* tom. V. Opp. heptade 2. diss. 4. *Turretinus* et *Ioh. Vorstius* singularibus diatribis, *Georgius Bullus* in Harmonia apostolica eiusque apologia adu. *Tho. Tullium*, *Guil. Caue* in vita Pauli sect. IX. *Herm. Witsius* in diss. adu. *Caueum*, *Francisc. Burmannus* pag. 116 sq. Exerc. *David. Huygenius* in diss. de fide, *Iac. Gouffetus*, etc. e nostratibus videndi; *Ioh. Hulsemannus* in Harmonia Apostolica aduersus *Grotium*, *Niemannus*

in diss. de fide incarnata, et *Christoph. Franckius* Exerc. anti-Limborch. pag. 337 sq. Si quidem verum volumus, tota res videtur componi posse tribus verbis, cum luce clarius sit, merum esse fidei cadaver (neutiquam vero fidem illam actuosam ac salutis compotem Paulo celebratam) quam veluti ineptam, sterilemque explodit Iacobus. *Fabric.* conf. interpp. ad cap. II. Iac.

rrv) Conf. *Raitlii* vindic. versionis Lutheri pag. 642. *Gerhardi* exegesis loci de S. Scriptura §. 27. *Ioh. Musaei* contra *Erbermann.* p. 110 sq. *Mainum* examine Criticae N. T. pag. 205. et *Baelli* Lexicon in *Luther* nota N. sq. *Fabric.*



*Simonio* Hist. Crit. pag. 201 sq. *Dan. Papebrochius* (laudatus a *Wolffo* in *Curis*) in *Actis Sanctor. Antwerpiensibus* tom. III. pag. 802. hunc *Iudam* fuisse contendit vnum ex LXXII. discipulis Christi. Eum fuisse Christi compriuinum, *Iosephi* ex alia vxore filium, adfirmat *Michaelis Einleit. Th. II. §. 256.* pag. 1491. contra *Herderus Briefe zweener Brüder Iesus* etc. et *Niemeyer Charakteristik* tom. I. pag. 517. eum non minus quam *Iacobum*, *Iesu* fratrem fuisse germanum, profitentur, quod tamen pluribus negant *Hoffius* et *Michaelis. Scel. Frid. Ioach. Hassé, der Brief Iudae übersetzt und erläutert aus einer neueröfneten morgenländischen Quelle* (*Jena* 1786. 8.) *Einl.* pag. 6. docet, *Iudam*, huius ep. auctorem, non fuisse apostolum, non fratrem Christi, nec fratrem *Iacobi*, sed propinquum *Iacobi* minoris. *Semlerus* denique in ep. *Iudae* Prolegg. nihil certi, in tanta opinionum diuersitate, argumentorumque historicorum penuria, definiti posse, rectissime monet. Neque omnino etiam de tempore, quo sit ep. conscripta, (locus autem prorsus ignoratur,) constitui certi potest. *Lardnerus* opinatur, eam scriptam esse circa an. LXIV—LXVI. *L'Enfant et Beaufobrius* an. LXX—LXXV. *Dodwellus* et *Cave* LXX. vel LXXI. *Mallius* circa an. XC. Hominum nimirum doctorum plurimi, cum mira inter epistolam *Iudae*, posterioremque *Petri* incedat similitudo, satis probabiliter existimant, *Iudam* illam ep. legisse, et quam plurima ex illa mutua sumsisse. Hanc quidem sententiam defendunt *Michaelis Einleit. Th. II. §. 257.* pag. 1495 sq. *Schmid* II. C. pag. 705 sq. *Fabricius* noster<sup>sss)</sup>, et *Storrius* paullo post nominandus; etsi nonnulli contrarias partes tueantur, et statuant, *Petrum* legisse epistolam *Iudae. Hoffius* l. c. pag. 14. qui *Herderum* sequitur, *Petrum* et *Iudam* e communi fonte hausisse, et inde harum litterarum convenientiam derivandam esse censet. Scripsisse nimirum arbitratur *Petrum* et *Iudam* Christianis et *Iudaeis*, inter *Persas* viuentibus, qui adeo multas opiniones, *Persis* sollemnes, quoque scilicet, easque committentium cum opinionibus, *Iudaeis* propriis. Has ergo opiniones utrumque scilicet respexisse, iisque sese accommodasse, *Petrum* verbosiorum, *Iudam* breuiorem esse. *Michaelis* vero pag. 1495. probari posse negat, utramque epistolam iisdem fuisse destinatum. *Storrius* *Diss. de cath. epp. c. nstis*, censet, destinatum fuisse *Iudae* ep. Christianis, in *Asia* minori degentibus, scriptam esse post *Petri* secundam; fortasse, hoc *Apostolo* mortuo, *Iudae* necessarium visum fuisse, vestigia *Petri* premere, atque illius instar sese opponere erroribus falsorum doctorum, et Christianos ad constantem doctrinae verae et incorruptae professionem excitare; respexisse ergo eum in primis 2 *Petr. II.* sed ne eadem iisdem verbis diceret, nonnulla orationi *Petrinae* adiecit, nonnulla abiectis, verba mutasse; et, ut lectoribus suis in memoriam reuocaret ep. *Iacobi*, in inscriptione libelli sese nominasse *Iacobi fratrem*. Quasunque demum partes sequaris, hoc vltro fatearis necesse est, epistolam hanc fuisse destinatum Christianis, antea *Iudaeis*: id enim illa ipsa sat clare et euidenter docet. — Ceterum constat, hanc epistolam, etsi a multis veterum, maxime propter *Henochi* testimonium<sup>ttt)</sup> et recentiorum quoque, v. c. *Luthero*,

L III 3

Centu-

<sup>sss)</sup> Epistolam scripsit postquam secunda iam a *Petro* edita fuisset, cuius nonnulla ad verbum repetit et interpretatur et v. 17. eam videtur singillatim innuere, quando ait: ὁμοίως δὲ ἀγαπητοὶ μνησθητε τὴν προσημνίαν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τῆ κυρίας Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Erasmus* de *Iudae* epistola: „cum epistola *Petri* posteriore non solum stilo ac sententiis, sed et verbis mire congruit, quaedam il-

lius velut interpretans, quale illud de iudicio blasphemiae. *Fabric.*

<sup>ttt)</sup> *Hieronym.* in *Catal. Script. Eccles. et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, a plerisque reicitur; tamen auctoritatem vetustate iam et usu meruit, et inter sanctas scripturas computatur.* — Ceterum *H'oiāius*, *Anghis*, cum 1775. versaretur *Fa-*

*Centurionibus Magaburgensibus* aliis, de ipsius authentia dubitatum sit: tamen mature satis quoque agnitam et citatam fuisse a Tertulliano, Clemente Alex. Origene, Cypriano, aliis. Conf. omnino *Millius* in Prolegg. *Ens* Biblioth. Sacr. p. 397. *Hofmann* ad *Pritium* pag. 111 sqq. 114. *Schmid* H. C. pag. 707—718. *Michaelis Einleit.* §. 258 sq. pag. 1497 sqq. *Hassé* l. c. pag. 18 sq. *Wolfius* in *Curis*, et quos ibi laudavit, *Kuin.*]

XIII. Haecenus de libris N. T. ἐνδιαθήκοις breviter dictum esto, quibus multa Apocrypha iam olim, (ab haereticis maxime,) adiuncta fuisse, constat. Eximiam quandam prae illis et antiquitatem et auctoritatem a viris quibusdam doctis, H. Dodwello, I. Ernesto Grabio et a Io. Millio tribui video *Evangelio* duplici <sup>uuu</sup>), quorum alterum *secundum Aegyptios* dictum fuit, siue quod Apostolorum discipuli et Christiani Catholici in Aegypto illius essent auctores, siue quod Aegyptii illo vterentur <sup>vvv</sup>): alterum *secundum Hebraeos*, scriptum hebraice, quod legerunt Nazaraei, qui ex Hebraeis siue Hebraistis nomen Christo dederant, legis Mosaicae simul observantes. Sane perantiqua haec scripta esse, (licet ante Lucae Evangelium composita, cum viris doctis praestare nolim,) satis demonstrant testimonia, ex illis petita ab utroque Clemente, Ignatio, Papia et aliis. Fragmenta Evangelii secundum Aegyptios exhibui in codice Apocrypho N. T. pag. 335 sq. Evangelii secundum Hebraeos pag. 355 sq. quod posterius in graecum latinumque sermonem ex hebraico vertisse se testatur *Hieronymus* in catalogo, ubi de S. Iacobo, vnde sub *Arami* nomine, (quoniam in *Aram* siue Syria versabatur doctor Stridonensis,) perstringitur a Theodoro Mopsuesteno apud Photium cod. CLXXVII. τῆτον καὶ πέμπτον Εὐαγγέλιον προσαναπλάσαι λέγει, ἐν ταῖς Εὐσεβίῃς τῆ Παλαιῆς βιβλιοθήκαις ὑποπλαττομενον εὐρεῖν.

XIV. Scripta varia Apocrypha sub Christi, Mariae et Apostolorum nominibus, vario tempore iactata, digessi ac recensui in singulari opere, quod iam saepe memoravi, sub titulo *Codici Apocryphi N. T.* Hamb. 1703. 8. <sup>wvvv</sup>) Igitur in praesenti titulos tantum plerosque perstringam, addito quodam observationum veluti spicilegio. Quum illum librum ederem; nondum in manus inciderat meas libellus, germanice editus, eodem a. 1703. sine loci notatione 8.

rifis, reperit in Biblioth. Regia codicem MS. quem *James Bruce* ex Abyssinia secum attulerat, qui continebat librum apocryphum Henochi, dialecto aethiopica scriptam. Les Abissins, scribit *Woidius Michaeli* (vid. *Oriental. Biblioth. Th. VI.* pag. 224 sq.) prennent ce livre pour un Monument antediluvien, et pour Canonique. C'est trop. Mais il est très-probable, que c'est le même livre d'Enoch, qui a été cité par les Peres, comme un livre apocryphe. Je n'en puis développer toutes les preuves, mais il suffit, d'en alleguer quelques unes. Celle en son tems prit occasion du livre d'Enoch pour faire des reproches à la religion chretienne. Et dans ce MS. il y a des passages, et plusieurs Visions, que l'on ne pourroit justifier, qu'en disant, ce qu'Origene repondoit a Celle: ce livre n'est dans le Canon. *Kuin.*

<sup>uuu</sup>) De evangelio secundum Hebraeos vid. notata supra ad Matth. not. l. *Kuin.*

<sup>vvv</sup>) Haec ratio magis probatur Godofredo Oleario in Observationibus ad novi foederis loca, Lipsiae editis. *Fabric.* [Observat. ad Euang. Matthaei, Lips. 1734. pag. 6.]

<sup>wvvv</sup>) Praeter *Fabricium* in libro inscripto: *Codex Apocryphus N. T. collectus castigatus, testimoniiisque censuris et animadversionibus illustratus* part. I. II. *Hamburgi* 1703. 8. part. III. edita est ibidem 1719. 8. videantur *Huetius* in *Demonstrat. Euangel.* prop. I. §. 16. pag. 37. ubi recensuit euangelia, quae sub Apostolorum nomine circumferebantur: *Moshemius* in *Vindiciis antiquae Christianorum disciplinae contra Tolandum*, Hamb. 1721. 8. cap. 3. pag. 50 sqq. ubi disseritur de evangelio Barnabae: *Ijaac. Beaujobre* diss. de libris

tione 8. sub titulo Σύνεσις καὶ ἀπόκρισις Ἰησοῦ, *sapientia* [P] *Iesu duodecennis in quaestionibus et responsonibus, quas admirati fuerunt Iudaei, a Ralbino, qui praesens interfuit, hebraico idiomate descripta, postea a quodam Christiano in graecam translata linguam et e graeco MSto Budensi germanice versa.* Sed quicumque librum legerit, facile intelliget recens haud dubie compositum, neque ex hebraico vel graeco conuersum, aut e bibl. Budensis vetusto codice graeco depromptum; sed a germano quodam vernacula lingua compositum, quasi huiusce-modi armis aut defensoribus istis indigerent sacra de deo Trinuno et Christo Θεανθρώπων dogmata. Scripta Christi praeter Ethnicos apud Augustinum <sup>xxx)</sup> requirunt etiam Muhammedani, ut patet ex his verbis Ahmet ben Abdala in Epist. ad Emanuelem, Portugalliae regem et Mauritium, Principem Auriacum, quam cum confutatione sua edidit D. Zacharias Grapius, Rostoch. 1705. 4. pag. 116. *Dicant iam Christiani, si Christus est Deus, et venit ut magister hominum, ubi sunt libri, scripta vel praecepta, quae reliquit?* Feruntur etiam apud Muhammedanos dicta quaedam Sospitatoris nostri, quae in Euangeliis nostris haud leguntur. Ex his sunt, quae colligit Leuinus Warnerus in notis ad centuriam prouerbiorum Persicorum prouerb. LXI. pag. 30 sq. *Dixit Iesus, filius Marice, super quo pax sit: qui opibus inhiat, similis est ei, qui aquam maris potat: is, quo plus bibit, sitim plus prouocat, nec bibere desistit donec pereat.*

*Dixit Iesus, filius Mariae, Ioanni, filio Zachariae: quum quispiam aliquid de te commemorans vera loquitur, Deum lauda: si mendacia profert, magis Deum lauda; augetur enim opus tuum (bonum) in catalogo operum tuorum, idque sine omni tuo labore, hoc est illius bona opera in catalogum tuum referuntur.*

*Iesu beatæ memoriae aliquando Mundus visus est instar anus decrepitæ esse, cui ille, quot, inquit, maritos habuisti? Ipsa adeo multos se habuisse respondet, ut numerari non possent. Mortui igitur illi, inquit Iesus, te reliquerunt? Imo vero, ille ait, ego occidi et sustuli eos. Tum Iesus, mirum, inquit, est, adeo insipientes esse alios, ut quum viderent, quomodo reliquos tractaris, tui tamen amore flagrent, et de aliis exemplum non capiant.*

*Tempore Iesu tres aliquando iter faciebant, qui, thesaurum inuenientes, esurimus, inquit, ideoque vnus ex nobis abibat et cibum coëmet. Vnus ille, qui ibat, adlatum cibum, consultum,*

libris N. T. apocryphis, quam insertam eius historiae Manichæismi, e lingua Gallica in latinam transtulit Frid. Guil. Roloff, Berolini 1734. Ioh. Andr. Schmid Disp.: Pseudonouum testamentum, exhibens pseudœuangelia, acta, epistolas, apocalypses, Helmstadii 1694. in quo libello scripta illa falsa recensentur, non autem exhibentur. Thom. Itlig. Diss. de pseudepigraphis Christi, virginis Mariae, et apostolorum. Semler Geschichte der Glaubenslehre in Baumgartens Polemik B. I. pag. 108 sqq. Rüstler Biblioth. der Kirchenväter Th. IV. Ioh. Godofr. Koerner, Theologus quondam Lipsiensis, de sermonibus Christi ἀγράφους, Lipsi. 1776. 4. qui tamen pag. 29. profitetur, praeter dictum illud Christi, quod Paulus Act. XX,

35. commemoret, ἀγράφον (nominat ἀγράφον, quoniam eius nulla facta est in euangeliis mentio) nullum extare sermonem Christi, quem iure ἀγράφον dixeris, et indubiis argumentis ei vindicare possis. His, hactenus laudatis, addi possunt alii, qui de libris apocryphis N. T. scripserunt, quos citarunt Fabricius in cod. Apocr. et Hofmannus ac Kappius ad Pritii Introd. in N. T. p. 138 sqq. Ceterum quomodo ecclesia antiqua distinguere potuerit libros sacros genuinos a spuris et suppositiciis, eam potuisse eorum examen instituire, et vere etiam instituisse, docet St. sch de Canone pag. 135 sqq. Kuin.

xxx) Vid. Cod. Apocryph. N. T. p. 304. F. br.

confaltum, inquit, erit, ut cibum veneno inficiam, quo vescentes moriantur, egoque solus thesauro potiar. Quod fecit et cibo venenum admiscuit. Sed et duo illi viri inter se conuenerant, ut, quam cibum adportaret, eum interficerent, [P] quo soli thesauro fruereutur. Quum igitur cibum, veneno mixtum, adferret, eum occiderunt. Et ipsi cibum illum venenatum comedentes, statim sunt mortui. Eum ecce Iesus transiens cum Apostolis suis dicebat: haec est conditio mundi! Videte! quomodo ternos horum tractauerit, et ipse tamen post eos in statu suo perseueret. Vae illi, qui petit mundum ex mundo!

Macarius, Alexandrinus, sub extremum homiliae XII. videtur dictum aliquod Christi proferre, quod in Euangelistis frustra quaesieris. Διὰ τὰ σημεῖα, ἃ ἔποιες, ἡγάπων (οἱ Ἀπόστολοι) τὸν Κύριον. Λαίπων ὁ Κύριος ἔλεγεν αὐτοῖς. Τί θαυμάζετε τὰ σημεῖα; κληρονομίαν μεγάλην δίδωμι ὑμῖν, ἣν οὐ ἔχει ὁ κόσμος ὅλος. Propter signa, quae (tum ipse tum per illos) faciebat, Dominus ab Apostolis diligebatur. Ceterum hic ad eos, quid miramini, inquit, signa haec? Hereditatem magnam do vobis, quam vniuersus mundus non habet. Non dubito tamen, Macarium respexisse ad Luc. X, 17—20. atque aliis verbis expressisse, quae apud illum Euangelistam legerat. Idem homilia XXXVII. sub init. Ἄλλ' ἀκέων τῆς Κυρίῃς λέγοντες ἐπιμελέσθαι πίστεως καὶ ἐλπίδος, δι' ἧν γεννᾶται ἡ Φιλία Θεοῦ καὶ Φιλία ἀδελφῶν ἀγάπῃ, ἢ τὴν αἰώνιον ζωὴν παρέχουσα. Sed audiens Dominum iubentem studere fidei ac spei per quae generatur charitas erga Deum huiusque, quae operatur in vitam aeternam. In hoc loco Macarius non vnum aliquem locum Euangelistae, aut singulare Christi dictum, sed vniuersam Euangelii summam suis verbis complexus esse videtur. Idem de plurimis aliis veterum locis dici poterit.

In eodem codice Apocrypho praeter integra descripta a me et testimoniis, censuris atque animaduersionibus illustrata, latine quidem Euangelium Natiuitatis Mariae, Euangelium Infantiae, (ab H. Sisko [Bremeni, 1697.] versum ex Arabico,) et Euangelium Nicodemi\*), additis Pilati Lentulique Epistolis, Abbae Acta Apostolorum, Mariae epistolas tres et Paulinas ad Senecam, Ioannis item litteras breues ad quendam hydropicum: Graece et latine vero Proteuangelium Iacobi, Euangelium Thomae, extrema parte mutilum, Pilati relationem ad Tiberium, hactenus ineditam: Epistolam Christi ad Abgarum<sup>zzz</sup>), Epistolam Pauli ad Laodicenses<sup>zzz</sup>) et Petri ad Iacobum: habes de Euangelis Apocryphis circiter quinquaginta, 1) Euangelio secundum Aegyptios, 2) Euangelio aeterno, 3) S. Andreae, 4) Apellis, 5) Duodecim Apostolorum, 6) S. Barnabae, 7) S. Bartholomaei, 8) Basilidis, 9) Cerinthi, 10) Desposynorum narratione de genere Christi, 11) de Ebionitarum Euangelio. 12) De Euangelio

\*) De hoc euangelio Nicodemi post I. I. Hefsum in Bibliothek der heil. Geschichte nuperrime egit Guil. Lud. Brunn Disq. hist. critica de indole, aetate, et vsu libri apocryphi, vulgo inscripti: Euangelium Nicodemi. Berol. 1794. 8. Beck.

yyy) De hac epistola Christi ad Abgarum conf. inprimis quae obseruauerunt, et quos laudauerunt Kappius et Hofmannus ad Pritii Introduct. in N. T. p. 12 sqq. Kuin. add. S. Th. Bayeri Historia Edessena et Orthoena p. 104 sq. et I. S. Semleri diss. de epistola Christi ad Abgarum. Hal. 1756.

zzz) Michaelis hanc epistolam suae introductioni inferendam curauit vid. Einleit. Th. II. pag. 1281. obseruauit, eam quoque legi in antiquissimis bibliis germanicis circa annum 1462. editis, post epistolam ad Galatas, esse vero compilationem satis ieiunam et sterilem ex aliis literis Paulinis. Conf. etiam quae de ea notarunt Pritius, l. c. pag. 141 sqq. ibique Kappius et Hofmannus, nec non Wolf, in Curis ad Col. IV, 16. Kuin.

ho Enkratitarum, 13) Euac, 14) Gnosticorum *eis ὄνομα τῶν μαθητῶν*. 15) De Euangelio secundum Hebraeos. [P] 16) De Euangeliis quae falsavit Hefychius. 17) Iacobi utriusque Euangeliis. 18) De libro Infantiae Salvatoris. 19) S. Ioannis de transitu B. Mariae. 20) Euangelio Iudae Thaddaei, 21) Iudae Ischariotae, 22) Leucii, 23) de Euangeliis, quae falsavit Lucianus \*), 24 — 26) de tribus Manichaeorum Euangeliis. 27) De Euangelio Marcionis, 28) libro de S. Maria et obstetrice. 29, 30) De S. Mariae interrogationibus maioribus et minoribus. 31) Libro de Natiuitate Salvatoris. 32 — 34) Libro triplici de natiuitate et libro de transitu S. Mariae. 35) Euangelio Matthaei Hebraico, quo vsi Nazaraei †). 36) S. Matthiae Euangelio. 37) De narratione sub Iustiano imp. reperta †) de genere Christi. 38) De Euangelio Nicodemi †). 39) S. Pauli Euangelio. 40) Euangelio perfectionis. 41) De Euangelio S. Petri, 42) S. Philippi, 43) Simonianorum, 44) Euangelio secundum Syros, 45) Tatiani, 46) Thaddaei, 47) S. Thomae †), 48) Valentini, 49) de Euangelio viuo et 50) Hieron. Xauierii Historia Christi, Persice scripta. Timotheo quoque Euangelium tribuunt in Menaeis suis Graeci die XXII. Ianuarii.

Persequutus praeterea sum in eodem volumine praeter Abdiam Acta Apostolorum Apocrypha quaecunque, Achaiae presbyterorum et Diaconorum Epistolam de passione S. Andreae †), Andreae eiusdem *πρόξενος*, Acta Apostolorum, quibus vsi sunt Apostolici siue Apotactici, Clementis Romani recognitiones, Cratonis libros X. de gestis et passionibus Apostolorum, Acta Apostolorum, quibus vsi sunt Ebionitae, et Enkratitae: Acta †) Ioannis Leonidae et Neocharidis siue Xenocharidis Acta sub nomine S. Andreae Apostoli edita: Leucii Charini Manichaei Acta sub SS. Ioannis, Petri, Thomae, Andreae etc. vulgata nominibus, Linum de passione Petri et Pauli, Acta Apostolorum, quibus vsi sunt Manichaei, Marcellum de conflictu S. Petri et Simonis Magi; Anonymi [P] Historiam S. Marci Euangelistae: Ioannem Marcum de passione S. Barnabae, Anonymi Acta S. Matthiae †) versa ex Hebraeo;

a) Leucium non diuersum esse ab hoc Luciano contendit *Mullius* prolegom. ad N. T. p. 37. *Fabr.*

b) Fragmentis ex hoc Euangelio allatis p. 368. \* adde haec Hieronymi Epist. CXLIX. ad Hedibiam quaest. VIII. *In Euangelio autem, quod hebraicis litteris scriptum est, legimus non velum templi scissum, sed superliminare templi mirae magnitudinis corruisse. Fabric.*

c) Haec a Chastanaco in catalogo gloriae mundi parte IV. male tribuitur Lactantio, quamquam ad calcem vetustarum quarundam Lactantii editionum latine exstat. *Fabric.*

d) Codex antiquus est in biblioth. Einsiedeln, et eius lectiones variae collectae atque editae sunt ad calcem libri: *Io. Iac. Hess* Biblioth. der heiligen Geschichte etc. part. I. *Harl.* De eius libri versione francogall. antiqua egit *Brunnius* lib. antea laudato.

e) De Thomae lib. de infantia Christi. vid. cod. Vindob. *Lambecii* comment. de biblioth. Caesar. tom. VII. pag. 580. ibique *Kollarii* notam. *Harl.*

Vol. IV.

f) Haec epistola encyclica, graece versa, notis et diss. illustrata a *Car. Christiano Woog*, Lipsiae 1749. 8. conf. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. vol. I. pag. 360 — 376. *Harl.*

g) Allatis a me pag. 765 sq. veterum locis adde haec Clementis Alex. in adumbrationibus ad Epist. Ioannis: *Fertur in traditionibus, quoniam Ioannes Euangelista ipsum corpus (Christi) quod erat extrinsecus tangens, manum suam in profunda misit, et ei duritia carnis nullo modo reluctata est, sed locum manus praebuit. Fabric.*

h) Non melioris fursuris est, quae Aethiopico idiomate exstat Vindobonae in biblioth. imperatoris *Historia Apocrypha de liberatione Matthiae Apostoli Beryti e carcere et vinculis ferreis*, per orationem quandam beatissimae Virginis Deiparae Mariae: simul etiam *colloquium Christi Seruatoris nostri cum iam memorata beatissima Matre sua* de multis superstitionis et absurdis nominibus, quibus virtus singularis adscribitur. Vide *Lambecium*

M m m m m

becium

Hebraeo; S. Matthiae traditiones, Clementi Alex. et aliis memoratas; Mellitum de passione S. Ioannis evangelistae; Memoriam Apostolorum, qua vsi sunt Priscillianistae, qui liber blasphemissimus dicitur a Turibio, Laudem et passiones Apostolorum, Acta Apostolica, quibus vsi Origeniani, *πράξεις* S. Pauli, Acta Pauli et Theclae, Pauli praedicationem, Acta S. Petri, Philalethen Eusebium de passionibus Apostolorum, Acta S. Philippi, praedicationes et *διδάχαις*, *διδασκαλίας*, *παραδόσεις*, *διατάξεις* Apostolorum: Policratem de vita S. Timothei, Prochori Historiam de S. Ioanne evangelista, Acta Apostolorum, quibus vsi sunt Quartodecimani: Sortes Apostolorum. Periodos siue Acta S. Thomae, historiam Petri, per se scriptam, auctore Hieron. Xauerio et Zenam, legis peritum, de vita et Actis Titi, fragmenta Apostolorum, a Steph. Praetorio, Hamb. 1595. 4. in lucem edita: praecepta Petri et Pauli, et Canones atque Symbolum S. Apostolorum.

Denique referuntur a me *Apocalypses* Apocryphae, liber IV. Esdrae, Reuelationes Patriarcharum et Prophetarum, Apocalypsis S. Petri, S. Pauli *ἀναβατικόν*, Apocalypsis et Visiones: Apocalypsis, S. Ioanni tributa, et diuersa a Canonica, Apocalypsis Cerinthi, Apocalypsis, miraculosis Caecilii illustrata commentariis, Apocalypsis S. Thomae, S. Stephani, [P] pro martyris, et Hermae Pastor. Sunt etiam, qui tractent Apocalypsin S. Mariae Virginis de poenis inferorum, quemadmodum et Gregorii Thaumaturgi Apocalypsis, qua per Ioannem evangelistam, mediante Maria virgine, veram fidem edoctus est, laudatur a Io. Vecco, Georgio Metochita etc. Vide *Leonis Allatii* Graeciam Orthodoxam tom. II. pag. 484. 735 932. 986. et 1056. Liturgias siue Missas Christi, Petri, Iacobi, Matthaei perstringo pag. 314. praeter quas a Leontio, scholastico CPol., contra Nestorium et Eutychem memoratur etiam Missa Apostolorum.

In quibusdam codicibus librorum Noui Foederis scripta etiam virorum Apostolicorum, Barnabae S. et Clementis Romani M), iuncta fuisse constat, quamobrem praesenti loco vtriusque

becium VIII. pag. 643 sq. et Nesselii Catalogum Codicum linguar. Oriental. nr. 243. *Fabric.*

i) Periodum et Martyrium MS. S. Philippi Apostoli citat Cangius in glossario Graeco, vocabulo *Κοσμοκράτης* et alibi. *Fabric.*

k) Petrus King (diuersus ab illustri Kingio, archiepiscopo Dublinensi) in erudito libro, angliae nuper duplici iam vice, atque inde belgice apud Batauos, et latine Lipsiae edito, qui inscribitur: *Historia Symboli Apostolici*, obseruat, symbolum dictum non a tessera militariibus vel militari zona, quam *σύμβολον στρατιῶν* vocat Caesarius quae est 78. pag. 214. neque a collatione in conuiuio, quae potius est *συμβολή*, sed a signis arcanis, quae habebant initiati in Mysteriis gentium, et ab Apuleio ac Firmico *signa*, a Clemente Alexandrino *σημεῖα*, *τεκμήρια*, *σύμβολα* et *ἀπόρρητα σύμβολα* adpellantur. Arnobio et Firmico *symbola profanae religionis*, Plutarcho consolat. ad vxor.

pag. 611. et Proclo ad Politiam Platonis pag. 370. 372. *μυσικὰ σύμβολα* et *συνδήματα*. Huiusmodi fuisse verisimile est *σύμβολα*, quae restitui iussit Iulianus, parabales, teste Sozomeno lib. V. 3. p. 597. licet in alia abeant viri doctissimi H. Valesius et Steph. le Moyne ad Varia sacra pag. 325. *Fabric.*

l) In Nicephori CPol. *εὐχόμετρα*, quam Anastasius Biblioth. latine vertit, scripta N. T. quibus contradicitur haec referuntur: *Apocalypsis Ioannis versusum 4000. Apocalypsis Petri versusum 5800. Barnabae Epistola versusum 1306. Euangelium secundum Hebraeos versusum 2200. Fabr.*

m) Vide veterem Indicem librorum N. T. ap. Guil. Beveregium lib. II. codicis Canonum vindicati cap. 9. vbi Epistolae Clementis ad Corinthios libris sacris accensentur. Ac priorem quidem etiam Eusebius sua et superiore memoria in plurimis Ecclesiis frequentatam scribit III. 16. Hist. Vtraque in codice Alexandrino libris Apostolicis subiicitur. *Fabric.*

que horum monumenta paucis iuvat attingere. Qui plura de illis volet, doctissimorum virorum *Tho. Ittigii* de Patribus Apostolicis dissertationem pag. 170 sq. (eiusdem bibliothecae patrum apostolicorum praemissam) *Guil. Cauei* Hist. litterariam S. E. I. *Baptistae Cotelerii* Patres Apostolicos, et *W. E. Tentzelii* dissertationes selectas consulat. [add. *Ioh. Georg. Walchii* Bibliotheca Patristica litterariis adnotationibus instructa lenae 1770. 8. p. 21 sq. p. 16. et quos ibi laudavit. *Kuin.*]

Epistolam Catholicam \*) quae sub *S. Barnabae* nomine fertur, Iudaizantibus in primis oppositam Christianis, Clemens Alexandrinus et post eum alii Apostolo, siue viro Apostolico \*\*), tribuere non dubitant, quanquam inter libros sacros recipi a paucis meruit, vnde *ἀντιλεγομένους* accenset et *νόθους* \*\*\*) *Euseb.* III. 25. Hist. et Hieron. in catalogo. Post Hierosolymitanum templum euersum scriptam esse, probe obseruauit *Stephanus le Moynio* \*) et fatetur etiam *Io. Millius* \*\*), qui eam refert ad a. Chr. LXX. Ceterum *W. E. Tentzelio* \*) non audeo adfentiri, qui ob nonnullas [P] coniecturas, haud plane inuictas, hanc epistolam suppositam esse contendit ab Alexandrino quodam ex Iudaeo Alexandrino Catecheta. Longe minus eam Polycarpi esse, le Moynio crediderim, licet Polycarpi et Barnabae Epistolas in MSto codice confusas reperiatur, cuius generis plures librorum errores notauit *H. Dodwellus* diss. I. ad Irenaeum §. 30. Pars vero posterior Epistolae Barnabae paraenetica, quae adfuit in codice Corbeicensi, incipitque a verbis: *μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἐτέραν γνῶσιν* \*) καὶ διδασχὴν, videtur esse aliud plane scriptum, nescio cuius vetusti scriptoris, siue quale iudicium de duabus viis, inter Petri apostoli, Apocrypha veteres \*\*) quidam memorant, siue quale ex veteri quadam διδασχῇ occurrit de eodem argumento lib. VII. Constitutt. Apostol. capitibus primis viginti.

### Editiones \*) Epistolae S. Barnabae.

Primus cum veteri versione latina vulgare instituit *Iacobus Vfferius*, sed nondum perfecta editio periit in graui incendio Oxoniensi a. 1643. [vid. *Caue* l. c. pag. 20. b.]

*Hugo Menardus*, siue ipso iam defuncto *Lucas Dacherius* cum veteri versione et *Menardi* notis vulgavit Paris. 1645. 4. [Walch. Bibl. Patr. pag. 260.]

M m m m 2

Cum

u) *Origenes* I. contra *Celsum* p. 49. *γίγραπται δὲ ἐν τῇ βαρναβᾶ καὶ δολικῇ ἐπιστολῇ ὅθεν ὁ Κέλσος τὰ καὶ λαβῶν* etc. *Fabric.*

o) *Christianus Schotanus* qui in libro de auctoritate LXX. Interpretum pag. 118. duos Barnabas distinguit, refellit ab *Il. Vossio* de LXX. Interpretibus pag. 147. *Fabric.*

p) Confer *Sam. Basnage* tom. I. Annal. pag. 617 sq. *Fabric.*

q) Notis ad *Varia sacra* pag. 919. *Fabric.* Sic quoque *Cotelerius* ad *Patr. Apost.* tom. I. pag. 7. *Iablonsky* *Inst. hist. Christ. ant. saec. I. cap. 4. §. 3. Moshem*, de rebus Christi ante *Constant. M.* pag. 162. *Benson* paraphrast. *Erklärung einiger Bücher des N. T.* pag. 407. *B. I. conf.* praeterea quoque de hac epistola *Caue* *hist. lit.* tom. I. pag. 19. et quos ibi laudavit, et *Nicol. le Nourry*

dissertatio de *S. Barnabae* epistola. vid. in eiusd. adparatu ad *biblioth. Max. vet. patr.* tom. I. p. 38 — 47. Paris. 1703. fol. *Dissertation sur la lettre de S. Barnabe* vid. dans les *Dissertations mêlées* tom. II. pag. 37 — 56. *Amsterd.* 1740. 8. *Kuin.*

r) *Prolegg.* ad *N. T.* §. 3 et 12. *Fabric.*

s) *Tentzelus* in *florum sparsione* ad *Hierou.* de vicis illustribus pag. 32 sq. et in *dialogis mensuris*, Germanice editis an. 1696. pag. 104 sq. *Fabric.*

t) De eo vtrum ad *Gnosticos* respexerit *Barnabas*, vt visum *Hammondo*, confer *D. Tho. Ittigii* de haeresiarchis pag. 180 sq. *Fabric.*

u) Vide sis codicem *Apocryphum N. T.* p. 802. *Fabric.*

v) Plerasque ante me notauit idem *Ittigius* de *Patribus Apostol.* pag. 174. *Fabric.*

Cum notis *Jf. Vossii*, ad epistolarum Ignatii calcem prodit Amst. 1646. 4. Recusa haec editio Lond. 1680. 4. *Joachimus* quoque *Ioannes Maderus* Barnabae epistolam cum *Vossii* notis inprimi curavit Helmst. 1655. 4.

Cum notis *Ioh. Baptistae Cotelerii*, inter patres apostolicos Paris. 1672. fol.

Cum *Hermae Pastore*, additis ad calcem breuibus *Ed. Bernhardi* in Barnabae Epist. notis. Oxon. 1685. 12. e theatro Sheldoniano, curante episcopo Oxon. *Ioanne Fello*, qui laciniam praemonitionis Vserianae, ex incendio seruatam, praefationi inseruit, et in Epistola ipsa, notis breuibus adspersis illustrata, lacunas graeci textus, ex latina veteri vetustione et huius vicissim e graeco suppletas, minio distinxit.

Epistola Barnabae cum Epistola Polycarpi ex fide MS. codicis confusa in variis factis viri doctiss. *Stephani le Moyne*, cum vberimis [P] eius obseruationibus et annotationibus. Lugd. Bat. 1685. et 1694. 4.

Cum notis *Menardi*, *Jf. Vossii*, *Cotelerii*, *Io. Felli* et *Ed. Bernhardi*, in noua editione patrum *Cotelerii* Apostolicorum, cura *Ioannis Clerici* reculorum, Amst. 1698. fol. [iterum L. B. 1724 II. fol.]

[In *Rich. Ruffi* SS. Patrum Apostolicorum *Barnabae* — *Clementis* — Operibus — Lond. 1746. II. voll. 8.]

Latine in Bibliotheca Patrum Lugdunensi, tomo I.

Anglice cum Epistolis *Clementis*, *Polycarpi* et *Ignatii* ac *Hermae Pastore*, *Guilermo Wakaeo* interprete. Lond. 1693. 8. [vid. paullo post ad *Clem. Rom.*]

Germanice, cum Epistola *Clementis Rom.* interprete *Godofredo Arnolde* a. 1696. 12. [vertit quoque et notis illustrat *Ioh. Otto Glüsing.* v. in *I. Otto Glüsing's* Briefen und Schriften der Apostolischen Männer pag. 1 — 43. Hamburg 1723. 8. *Kuin.*] Excerpta ex ea dedit *C. F. Röstler* in: Bibliothek der Kirchenväter tom. I. p. 7 — 20. *Semler* Einl. zu Baumgartens Polemik tom. II. p. 3. sq.

In actis eruditorum a. 1691. pag. 198. inter noua litteraria primo loco relatum est *Io. Millium* Oxoniae in colligendis primorum ecclesiae doctorum monumentis strenue pergere, proximeque S. Barnabae Epistolam cum omnium quotquot in eam exstant commentariis et amplissima *H. Dodwelli* dissertatione eiusque paraphrasi esse editurum. Sed necdum quod sciam ista *Ædoris* lucem vidit, licet *Millio* iam ante paucos menses, post vix absolutam incomparabilem noui testamenti editionem Oxoniae exincto. Neque prodierunt quae ibidem in actis eruditorum tanquam ad prelum parata laudantur *Clementis Romani* scripta, *Millii* notis illustrata.

S. *Clementis* <sup>w)</sup> *Romani* Epistola ad Corinthios, pulcherrimum haud dubie post sacras litteras Apostolicae doctrinae monumentum, scriptum videtur esse paullo ante templum euer-

w) Meminit huius comitis sui atque *αὐτοῦ* *Paulus* Ap. s. *Iulius Philipp.* IV. c. *Fabric.* Num *Clemens* immediatu *Petri* successor fuerit, nec ne? i. si *Pontificii* secum pugnant. vid. *D. Nelleri*, *Isti Treuir.* de *Clemente*, episcopo romano, *Treuir.* 1772. et *disquis. critica in*

*Georgii Christoph. Nelleri*, *Isti Treuir.* de tribus episcopis S. *Petri* etiamnum viuentis, in romana cathedra successoribus, systema nouum, vti et primatum pontificium S. *Clementis* I. ab eodem viro clariss. in ius vocatum. Coloniae 1772. *conspicuum. litter. Gotting.* a. 1773. nr. 6. — *Diuersus*



sum a. Chr. LXIX. aliquot annis post missam ad eosdem S. Pauli priorem, cuius meminit epistolam. Neque lectu indigna est Epistola Clementis posterior, quanquam de illa veteres dubitasse constat \*).

*Editiones \*) Epistolarum Clementis Romani.*

Prima egregii viri *Patricii Iunii* ex codice antiquissimo sacrorum voluminum Graeco Alexandino, [Theclae virginis manu, ut ferunt, descripto, et a Cyrillo patriarcha ad Angliae regem dono missa,] quibus has Epistolas inuenit subiunctas, et priorem cum latina sua versione notisque eruditis, posteriorem extrema parte mutilam graece tantum edidit. Lacunas vocabulorum, quae in MSto legi non poterant (vna enim cap. 57. integrae vnius vel duarum paginarum lacuna restitui haud potuit) ex [L] ingenio \*\*) suppleras distinxit \*\*\*) minio. Oxon. 1633. 4. Mirifice hoc monumento cum illud vidit delectatus est vir summus *Hugo Grotius*, ut patet ex eius epistola 347. Recusa est praecleara Iuniana editio *Ioach. Io. Madero* curante praemissis nonnullis quibus γρησιότης et et antiquitas harum Epistolarum adstruitur. Helmstad. 1654. 4.

Epistola prior cum versione et notis *Iunii*, posterior cum versione *Gothofredi Wendelini* et eiusdem de Clementis atque eius Epistolarum (nam posteriorem quoque genuinam esse contendit) diuinatione. Paris. 1672. fol. in tomo primo Collectionis Conciliorum Labeanae.

Epistola utraque cum versione et notis *I. Baptistae Cotelarii*, qui in capita siue sectiones vtiles instituto distinxit et fragmentum Epistolae secundae e parallelis MSS. Damasceni addidit, in tomo priore Patrum eius Apostolicorum Paris. anno eodem 1672. fol.

Cum versione Iunii hinc inde interpolata et notis breuibus *Ioannis Felli*, Oxoniensis episcopi, Oxon. 1669. 12. et 1677. 12. in qua posteriore editione capitum distinctio Cotelariana est adhibita, [et omissae sunt Iunii notae.]

M m m m 3

Cum

fas hic est et discernendus a *Flauio Clemente*, martyre sub Domitiano, ut *Franc. Anton. Zaccaria* in diss. latinis de rebus ad historiam atque antiquitates ecclesiasticas pertinentibus, Fulgini 1781. vol. I. nr. 2. docuit. Is vero, contendens, Clementem Romanum mortem martyris subiisse, paucos ad credendum adducet. — Adde de *Vitry* diss. de epitaphio Clementis Martyris, in tom. 23. della Raccolta di Opuscoli scientifici del P. Calogera. Harl.

x) Etiam Clementis Rom. priorem ad Corinthios epistolam nonnulli tanquam falsam et adulterinam repudiarunt, *Ioh. Tolandus*, *Ioh. Hulsemannus*, *Abr. Calovius*, *Chr. Aug. Saligius*, alii, vid. *Walck.* Biblioth. Patr. pag. 212 sq. Plures tamen recte Clementem illius ep. auctorem agnouerunt. De posteriore Clem. Rom. ep. ad Corinthios etiam diuersae sunt hominum doctorum sententiae. Nonnulli ei eandem cum priore au-

thoritatem tribuunt, quibus tamen reliqui omnes aduersantur. vid. *Ittigius* infra laudatus. *Kuin.*

y) Confer laudati *D. Ittigii* diss. de Patribus Apostolicis pag. 233 sq. *Fabric.*

z) Felicius quaedam postea supplenda coniecerunt *Pearsonius*, *Fellus*, *Cotelarius*, *Colomesius*. Vide et *Io. Clericum* tom. II. Artis Criticae pag. 321. Quod vero doctissimus *Iunius* sibi persuasit Epistolam I. Clementis ab *Hieronymo* olim latine versam fuisse, et illam versionem adhuc in Bibliothecis latere e quodam fratrum Lobiensium Catalogo suspicatus est, in utroque scellit cum ratio, ut *Ittigius* probe obseruauit. Loca quamplurima quae e sacris literis Clemens laudat, cum editione LXX. Interpretum contulit *Christianus Schottanus* lib. de auctoritate LXX. Interpretum pag. 108 — 117. *Fabric.*

ea) In aliis editionibus vel minoribus typis excusa sunt, ut in *Maderiana*, vel vicinulis inclusa.

Cum versione *Cotelerii*, et diuinatione *Godfr. Wendelini* atque *Pauli Colomesii* notarum spicilegio. Lond. 1687. 8. addita *Tho. Brunonis* dissertatione de Therapeutis Philonis, et fasciculo Epistolarum singularium, a variis recentibus viis doctis scriptarum.

Cum versione et notis *Cotelerii*, notisque Iunii, Felli, et Colomesii: diuinatione *Wendelini*, et additamentis Maderianis: in noua editione Patrum Apostolicorum *Cotelerii*, *Io. Clerico* V. C. curante Amstelod. 1698. fol. [1724.]

Cum versione *Cotelerii* et spicilegio notarum *Pauli Colomesii*, in Bibliotheca Patrum Apostolicorum graeco-latina, qua *Clementis*, *Ignatii* et *Polycarpi* scripta genuina complexus est, praemissa [P] erudita sua de Patribus Apostolicis Dissertatione, theologus praestantissimus *D. Thomas Ittigius*, Lips. 1699. 8.

[In *Rich. Russell* Opp. Patrum Apost. antea laudatis, et *Io. Lud. Frey* Epistoli SS. PP. Apostolicorum, *Clementis* etc. Basil. 1742. 8. Separatim has epistolas cum Iunii, Boissii et al. notis edidit *Henr. Wotton*, Cantabr. 1718. 8. et primam *Cour. Eberth*, Fuldae 1788. 8. *Beck*.]

*Gallice*, interprete *Antonio Teisserio*, Auenione a. 1684. *Audio et virum illustrem* (ita *Colomesius* 1687.) ac eruditorum delictum, *Ezechielem Spanhemium*, quem et alloqui et mirari nobis contigit in aedibus Lambethanis, primam *S. Clementis Epistolam* in Gallicum sermonem olim transtulisse, quam *Reip. litterariae*, spero, non mouebit vir doctissimus.

*Anglice* per *Guil. Burtonum*, Londinensem, (eundem qui historiam graecae linguae scripsit) cum notis copiosis, et iudicio *Guil. Cauai*, Lond. 1647. 4. atque iterum *Guilhelmo Wakkaco* interprete, vna cum *Barnabae*, *Ignatii* et *Polycarpi* Epistolis atque *Hermiae Pastore*. Lond. 1693. 8. [et rursus ibidem MDCCX. 8. vid. *Walch*. *Bibl. Patr.* p. 242. *Kuin*.]

*Germanice* ex versione *Godofredi Arnoldi*, vna cum Epistola *Barnabae* a. 1696. 12. [vertit quoque *Ioh. Otto Glüsing* supra laudatus ad *Barn. Kuin*.] add. *Rüfsterus* in *Bibl. PP. S.* Excerptis vernaculis tom. I. pag. 47 — 66.

*Belgicè*, nescio quo auctore, Amstelod. 1646. 12. 1656. 4.

Feruntur et aliae Epistolae sub *Clementis* huius nomine <sup>bb)</sup> latine, quae decretales vulgo adpellantur, et nulla fide dignae sunt, ne vllò quidem modo conferendae antiquitate cum aliis, quamquam itidem suppositis *Clementino* nomini monumentis, vt sunt: *Canones Apostolorum* LXXXV. *Constitutionum Apostolicarum* libri VIII. (quorum libro septimo videtur etiam comprehendi, quae a quibusdam vocatur *Liturgia* *Clementis*) *Recognitionum* libri X. qui e sola *Rufini* versione latine exstant, *Homiliae Clementinae* XIX. *Epitome* e *Petri* periodis et κηρύγματα, et *Epistola ad Iacobum*, fratrem domini, quae omnia in *Patribus Apostolicis* *Cotelerii*

<sup>bb)</sup> Nostri temporibus sub *Clementis* Rom. nomine duae aliae epp. haecenus ignotae, e Cod. MS. N. Testamenti Syriaci cum latina interpretatione edidit *Io. Iac. Wetstenius*, quas epistolas editioni suae N. T. adiunxit, et has ipsas epp. genuinas affirmavit. Etiam separatim haec epistolae prodierunt sub titulo: *duae epistolae Clementis Romani, discipuli Petri Apostoli, e codice manuscripto N. T. syriaci nunc primum erutae, cum versione latina*, *Lugd. Batav.* MDCCCLIV.

fol. *Conf. Acta eruditor.* MDCCCLVI. pag. 30. *Kraft* theol. Bibliothek B. 19. pag. 117. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern B. 4. pag. 117. Haud leuibus vero de causis has epp. tanquam fictas reiecerunt peculiaribus literis *Nathan. Lardnerus*, et *Henr. Venema*. *Conf.* omnino, *Ioh. Gottli. Freudenberger* commentatio, qua historiam recentioris controversiae de *Clementis Romani* epistolis exhibet, *Lipsiae* 1755. 4. et *Walch* *Biblioth. Patr.* p. 213 sq. *Kuin*.

Cotelerii recensita et illustrata habentur. Verum missis hisce, de canone atque ordine librorum sacrorum noui foederis adhuc pauca mihi dicenda veniunt.

XV. Historiam *Canonis librorum N. T.* quorum auctoritas vel statim, a quo scripti sunt, in Ecclesiis omnibus obtinuit, ita, vt, qui eos reuicerent, pro haereticis haberentur; ecclesia: vel non statim ita innotuit omnibus, sed interiecto tempore tamen ab vniuersa recepti sunt ecclesia: exhibuerunt e veteribus quidem *Eusebius* in Hist. Ecclesiastica et *Eusebium* fere sequutus *Hieronymus* in Catalogo: inter recentiores, Theologi nostri laudatissimi, *Christianus Korholtus* libro de Canone et *Io. Gerhardus* in exegesi Loci de Scriptura sacra cap. IX et X. Philippus praeterea *Jacobus Hardtmannus* [etiam *Sclerandri* nomine notus] de gestis Christianorum sub Apostolis cap. XII. et *Io. Henr. Maier* in examine Hist. Criticae N. T. Tum e romanae fociis ecclesiae *Sixtus Senensis* in Biblioth. sancta, *Posseuinus* in Adparatu, [P] *Baronius* in Annal. *Huetius* in demonstratione Euangelica, *Rich. Simon* in Hist. Critica N. T. et *Lud. Elias du Pin* in Prolegg. Biblicis et Bibliothecae scriptor. eccles. tom. I. atque in responso ad Petridierim quod tom. VI. adiungitur: *Natalis Alex.* in Hist. Eccles. *Claudius Frassenius* in disquisitionibus Biblicis et *Guilelmus Bonjour* (1), *Tolosanus*, in tidiuana de Canone librorum sacrorum concertatione, Rom. 1704. 4. dialogo tertio. E reformatis aliisque protestantibus *Iac. Barnage* Historiae controuersiarum theolog. gallice editarum, libro octauo, et in praefat. ad Historiam V. et N. T. imaginibus, in aes incisis, obseruationibusque criticis et moralibus itidem gallico idiomate illustratam, et in diss. apologetica aduersus *Richardsonum* (2): *Sam. Barnage* tomo primo Annalium ecclesiasticorum, *Io. Henricus Heideggerus* in Enchiridio Biblico, *Io. Leusdenius* in Philologo Graeco, *Theo. Milles* ad Cyrilli Hierosolym. Cateches. IV. 22. *Daniel Whitby* Prolegg. 3. ad Commentaria, anglice edita, in N. T. *Nehemias Grew* in Cosmologia sacra lib. V. cap. 1. *Richardsonus* et *Stephanus Nye* in historica recensione et apologia canonis N. T. aduersus *Amyntorem Io. Tolandi*, (qui tamen ipse *Tolandus* quoque dilectis verbis negat, se vllum N. T. librum vocare in dubium.) *Simon Episcopus* libro IV. Inst. tt. Theolog. et *Io. Clericus* diss. 3. ad Harmoniam euangelicam, et qui omnium denique industriam vicit *Ioannes Millius* in prolegomenis eruditissimis ad Nouum Testamentum. *Fabric.*

[Add. *Eus* Biblioth. Sacra S. f. Diatribe de librorum N. T. canone, Amstelod. 1710. 8. *Iac. Chr. Iselius* de Canone N. T. in Miscell. Groning. tom. III. pag. 260 sq. *Ioh. Frickius* Comment. de cura vet. eccles. circa canonem S. Scripturae. Vlnae 1728. 4. *Iust. Westf. Rumpaeus* Comment. crit. ad libros N. T. in genere. *Gerh. de Massfricht* Canon S. Scripturae secundum feriem seculorum N. T. Bremae 1722. et denovo cum notis *Chr. Koerberri* lentae 1725. 8. *Dodwellus* diss. I. in Irenaeum §. 35—42. *Lamps* Prolegg. in Ioh. Euang. lib. I. cap. 5. 12 sqq. *Vitsinga* Hypotyp. hist. et chronol. f. pag. 220. §. 20. *Dan. Heinr. Hering* Abhandlung von den Schulen der Propheten unter dem A. T. von der Schule des Ap. Iohannes zu Ephesus, und von dem Kanon des N. T. Breslau 1777. 8. *Eberh. Henr. Dan. Stofch* Commentatio historico-critica de libror. N. T. Canone, praemissa est dissertatio de cura veteris ecclesiae circa libros N. T. Francofurti ad Viadr. 1755. 8. *Ioh. Sal. Semler* Abhandlung von freyer Untersuchung des Kanon, Tomi IV. Halle 1771—1775. 8. *Christ. Frid. Schmidii* Historia antiqua et vindicatio Canonis sacri Veteris Nouique Testamenti libris II. comprehensa Lips. 1775. 8. Nachricht von den neuesten Streitigkeiten über den Kanon des A. und N. T. in Walchs

(1) Cf. Acta Erud. a. 1706. p. 522 sq. *Fabr.* (2) Hist. des Ouvrages des Scavans a. 1749. p. 18 sq. *Fabr.*

Walchs neuester Religionsgeschichte Th. II. pag. 243—344. *Schröckh* Kirchengeschichte B. IX. S. 5 sqq. *Michaelis* Einleitung in die Bücher des Neuen Bundes (Göttingen 1787. 1788. 4. ed. quarta.) Th. I. Haec *Michaelis* Introductio nuperrime in linguam Anglicam translata hoc titulo prodiit: Introduction to the New Testament by *John David Michaelis* — translated from the fourth edition of the German and considerably augmented with notes explanatory and supplemental. By *Herbert Marsh* — Cambridge and London 1793. 8. vol. I. p. I. continet versionem primae partis voluminis I. et part. II. continet annotationes. vol. II. p. I. versionem partis secundae voluminis I. et p. II. annotationes. Hae vero annotationes cl. *Marsh* rursus in linguam vernaculam sunt translatae: Zusätze und Verbesserungen zu *Michaelis* Einleitung in die Bücher des N. B. Th. I. von *Herbert Marsh*, aus dem englischen übersetzt (von *M. Ernst Frid. Carl Rosenmüller*) Göttingen bey Vandenhoeck 1795. 4. alii quos laudat *Walchius* in Biblioth. Theologica Selecta tom. IV. pag. 222. et quos nos quoque passim citauimus. *Kuiz.*] Versuch einer Beleuchtung des jüdischen und christl. Bibelkanons. Halis Sax. 1792. II. voll. 8. Parte secunda. *C. F. Weber* Beyträge zur Geschichte des neubest. Kanons, Tüb. 1791. 8.

Quod ad *Ordinem* librorum N. T. adinet, ex veterum monumentis et codicibus antiquis abunde constat, valde diuersum illum fuisse, nam et euangelistae <sup>ee</sup>) quandoque aliter, atque hodie fieri solet, iuncti deprehenduntur, et Acta Apostolica <sup>ff</sup>) iam praemissa Epistolis Catholicis, iam Apocalypsi: neque Epistolae Pauli, vel Catholicae etiam eadem semper ratione collocatae. Vulgatum tamen ordinem fere probari video ab *Eusebio* III. 25. Hist. Canone Apostolico LXXXV. Carthaginienſi XXVII. a *Nazianzeno* carmine XXXIII. aliisque compluribus et scriptoribus et codicibus. Sed quaecumque de diuersa illa collocatione [P] computationeque librorum biblicorum, non noui solum, sed antiqui quoque foederis apud veteres obseruantur, diligentissime annotauit vir doctiss. anno 1707. Oxoniae cum magna literarum iactura denatus *Hunfredus Hody*, parte postrema operis egregii de bibliorum textibus originalibus Oxon. 1705. fol.

XVI. Autographis sacrorum scriptorum pridem deperditis <sup>gg</sup>), multi supersunt MSti codd. vario tempore, variisque locis exarati, non graeci modo, sed et latini, ne de aliis linguis

<sup>ee</sup>) *Christianus Druthmarus* in cap. I. Matthaei: *Vidi librum Euangelii, graece scriptum, qui dicebatur S. Hilarii fuisse, in quo primi erant Matthaeus et Ioannes, et posteriores alii duo. Interrogavi Eusebium Graecum, cur hoc ita esset? dixit mihi, in similitudinem boni agricolae, quos fortiores habet boues, primo iungit. Fabric.*

<sup>ff</sup>) Vide si placet quae notauimus in codice Apocrypho N. T. pag. 750. *Fabric.*

<sup>gg</sup>) Autographorum conseruationem fuisse impossibilem, nec vero etiam necessariam, docet *Stofsch* de Canone libror. N. T. pag. 292 sqq. Ignatii actate codices superstites fuisse autographos in ecclesiarum tabellariis, haud pauci euincere studuerunt ex loco Ignatii in epist. ad Philadelphenos cap. 8. at enim uero neque ex hoc, neque ex *Tertulliani* libro de praescript. haeret. cap. 36.

tale quid colligi posse, docet *Griesbach*, *Vir Venerabilis*, in *Curis in historiam textus graeci epist. Pauli* Spec. I. (Ienae 1774. 4. *Michaelis* Oriental. Biblioth. Th. XII. pag. 41 sqq.) pag. 48 sqq. qui idem satis perspicue demonstrat, errare quoque eos, qui statuunt, tempore demum persecutionis Diocletianae, cum Christiani libros suos sacros tradere cogerentur, periisse codices autographos. Neque superstes fuit saeculo IV. adhuc autographum Euangelii Iohannei, quamquam illud scriptor huius saeculi, *Petrus*, Alexandrinum episcopum, existimant, a se visum profiteretur in *Chron. Paschali Cansiano* pag. 5. vid. *Vranolog. Petavii* pag. 213. vt demonstrarunt quibus locus ille grauius de causis suspectus est, *Scaligerus*, *Petauius*, *Tillemontius*, *Garbellus*, in *Prolegg. Euangeli. Blanch.* pag. 42. vid. *Ernesti* *Interpres* N. T.

linguis in praesenti dicam, quibuscum si veterum ecclesiae doctorum commentarii ac monumenta per omnium a Christo nato saeculorum decursum, et versiones antiquae quaelibet conferantur, clarissime patebit, non obstante variarum lectionum vi <sup>hh)</sup>, eadem tamen scripta apostolica nos hodie legere, quae lecturarunt veteres etiam primi Christiani, neque quicquam esse ita mutatum, detractum, interpolatum, vel etiam temporum iniuria alterationem passum, ut hodie non eadem credenda, speranda, facienda, colenda et observanda nobis proponantur, quae apostolis ipsis superstitibus, in eorum scriptis coetus fidelium agnovit <sup>ii)</sup>. Interim haud inutile est varias codicum lectiones, si sobrie fiat, consulere, non modo, ut quantum fieri licet, adhibito iudicio critico, genuinas ab aliis separemus; sed etiam ut rationes quibus interpretes librorum sacrorum plerique, siue veteres siue recentes passim vsi sunt, intelligamus, ad eos vel tuendos, aut excusandos, vel explicandos, vel denique redarguendos. Infinitum esset codices MStos librorum novi foederis a viris doctis consultos perconsulere, nec minus in ptum hoc loco recoquere ea, quae de MSS. differunt: *R. hardus Simon* lib. I. Hist. Crit. N. T. cap. 29 sq. et in dissertatione critica libro tertio subiecta, atque *Antonio Arnaldo* <sup>kk)</sup> opposita, tum nouissime *Ioh. Mulsus* in doctis illis suis

N. T. pag. 162. edit. *Ammonii*. Autographum euangelii Marci quod Veneti iactaunt, falsissimum esse ostensum est supra, cum disputarem de euangelio Marci. — Duabus potissimum de causis primi christiani in asseruendis autographis negligentiores fuisse videntur *Virie. b. chio*. Nempè post editam epistolarum Apostolorum collectionem, quae dicebatur *apostolos*, haec ipsa collectio praeferebatur singulis epistolis, quoniam plures epistolas complectebatur, quoniam forte archetypum exemplar lectu erat difficilius, longo vsu detritum; vel quod literae ab Apostolo aut amanuenti non satis eleganter ab ipso erant praeterca illorum temporum homines parum solliciti erant de singulis textu sacri apicibus ac syllabis, dummodo sensum et doctrinam incorruptam intelligerent. *Kuin*.

hh) Incredibilem fere lectionum variarum numerum iam saeculo II. i. eunte in codd. extitisse docet *Griesbach* in *Curis in hist. text. epist. Paul.* pag. 74 sq. Plurimas autem lectionum variantium, quas in codd. qui ad nostra vsque peruenerunt tempora, deprehendimus, studio et ingenio et coniecturis librorum deberi observant *Chr. Luderus* in *Diff. de causis variantium lectionum scripturae S. Lips.* 1730. 4. *Wetstenius* *Prolegg.* pag. 27. edit. *Semleri*, *Stofsch* de *Canone N. T.* pag. 88 sqq. et *Griesbach* l. c. pag. 76. Causam quoque praecipuam interpolati saepiuscule textus graeci idem *Griesbachius* l. c. pag. 79 sq. docet, esse glossas et scholia, quae e codd. marginibus in

contextum immigrarunt. Horum scholiorum duas constituit classes, alia eorum fuisse notat *exegetica*, alia *critica*, h. e. coniecturas et lectiones varias ex aliis codd. decerptas. Hoc idem argumentum pertractauit etiam *Tittmannus* in *Diff. de glossis N. T. aestimandi et iudicandis*, *Viteb.* 1782. 4. monet, alias glossarum natas esse ex ingenio interpretantium, alias ex libris V. T. cum nimirum saepius loca e V. T. in N. T. commemorata, non integra adlata sint, adscripsisse interpretes ea, quae deerant, vel e textu hebraico, vel ex versione Alexandrina; alias ex ipsis N. T. libris depromptas esse, vel quoad singula verba, vel quoad integras sententias; alias denique petitas esse aliunde, nimirum, e Liturgiis, Lectionariis, Euangelistariis, versionibus antiquis, patrum, aliorumque scriptis. *Kuin*.

ii) Conf. hanc in rem, quae obseruauerunt; *Anton Driessenius* in *Diff. diuina auctoritas codicis N. T. vindicata a strepitu variantium lectionum*, Groningae 1733. 4. *Stofsch* de *Canone N. T.* pag. 89 sq. *Ernestii* *Institutio interpretis N. T.* pag. 154 sq. edit. *Ammon. Kuin*.

kk) *Arnaldus* a. 1691. 12. ediderat librum hoc titulo: *dissertation critique touchant les exemplaires sur lesquels Mr. Simon pretend que l'ancienne Vulgate a été faite, et sur le jugement que l'on doit faire de fameux Manuscrit de Beze. Fabric.*

fuis et laboriosis ad N. T. prolegomenis<sup>11)</sup>. At praecipua quaedam attingere, et virorum doctorum qui in codicibus N. T. graecis maxime et latinis conferendis laudatam posuere industriam, non erit, spero, ingratum lectori. *Fabric.*

[Antiquif-

11) De codd. N. T. qui paulatim e bibliothecis sunt eruti, de eorumque virtutibus, lectionibusque variis, quas continent, non hic est copiosius differendi locus, sed conferantur praeter *Simonis* et *Millii* libros, de quorum meritis acute disputavit *Griesbachius* in *Curis*, inprimis ipse *Griesbachius* l. c. et in *Symbolis* critt. tom. I. Halae 1785. tom. II. 1793. 8. *Alb. Bengelii* apparatus criticus ad N. T., criseos sacrae compendium, limam, supplementum ac fructum exhibens, cura Phil. Dau. Burkii, Tubingae, 1763. 4. *Christo. Matth. Pfaffi* diff. critica, de genuinis librorum N. T. lectionibus, ope canonum quorundam criticorum feliciter indagandis et a spuris secernendis, vbi et inter alia de Ioh. Millii collectione variarum N. T. lectionum modeste disseritur, Amstel. 1709. 8. extat etiam in Syntagmate diff. theol. logg. Stuttgardiae 1720. *Daniel Whitby* examen variantium lectionum Ioh. Millii in N. T. Lond. 1710. fol. Lugd. Barou. 1717. fol. 1724. 8. et 1733. 8. cum *Hauercampi* praefatione; *Christ. Ben. Michaelis* tractatio de variis lectionibus N. T. caute colligendis et diiudicandis, in qua cum de illarum causis, speciebus, fontibusque; tum de cautelis, ex quibus diiudicari et vel adprobari, vel reprobari debeant, agitur. Halae 1749. 4. *Ioh. Alberti Bengelii* tractatio de sinceritate N. T. graeci tuenda, cum adpersis hic illic ab editore *Chr. Bened. Michaelis* adnotationibus, Halae 1750. 4. quae dissertatio extat quoque in Apparatu Bengelii critico ex edit. *Burkii*; *Wetstenii* Prolegg. edit. Semleri; *Ioh. Sal. Semleri* Hermeneutische Vorbereitung Part. III et IV, Eiusdem *Vindiciae plurimum praecipuarum lectionum codicis Gr. N. T.* contra *Whiston*, Anglum, Halae 1750. 4. *Michaelis* Einleitung in die Schriften des N. B. Th. I. edit. 4. pag. 520 sqq. *Birchius* et *Moldenhauerus* Praefat. ad edit. N. T. Hauniensem 1788. *Matthaei* in sua N. T. editione, passim. [*I. Phil. Fr. Dettmers* Part. I. *Vindictiarum* textus graeci pericopae Ioh. VII. 53. — VII. 11. Trai. ad Viadr. 1793. 8.] De codd. quatuor Euangelior. *Origenianis* auct. *Ioh. Jac. Griesbach*, Halae Sax. 1771. 4. part. I. coll. *Ernesti* Neueste theol. Bibl. B. I. S. 855 sq. Tentamen descriptionis codd. veterum aliquot graecorum noui foederis MSS. qui in bibliotheca Caesarea Vindobonensi asseruantur, et quorum nunquam

antea facta fuit collatio, vel plena descriptio. Accedunt fragmenta et parerga varii generis in hisce codd. reperta, vna cum speciminibus characterum graecorum aeri incisis, auctore *Hermanno Treschow*, Hafniae 1773. 8. (coll. *Michaelis* Orient. Bibl. Th. X. pag. 3 sqq. *Ernesti* Neueste theol. Biblioth. B. III. S. 220.) *Andr. Christ. Hwiid*, libellus criticus de indole cod. MS. graeci N. T. bibliothecae Caesareo-Vindobonensis Labecii XXXIV. accessit textus latinus Act. Apost. antehieronymianus ex cod. Laudiano, Hafniae 1785. 8. (cod. primo loco positum accuratius descripsit, quam *Treschow*.) Dissertatio in aureum et peruetustum SS. Euangelistarum Euangelistarium quod in bibliotheca Norimbergensi ciuica asseruatur descripsit *Doederlein* im Literarischen Museum B. I. pag. 475 sqq. vbi etiam disseruit de correctoriis biblicis p. 1. sq. 177 sq. 344 sq. — codice MSer. Monasterii St. Emmerani Ratisbonae aut. Colom. Sänftl. Regensb. 1786. 4. — Ueber einen Codex der vier Euangelien auf der Kurf. Bibliothek zu Mannheim N. 19. A. von *Fr. Thph. Rink* in *Eichhorns* Allgem. Biblioth. B. III. 4. — Codex MSer. graecus N. T. e bibliotheca academica Vpsaliensi descriptus et collatus a *Petr. Fab. Aurivillio*, Vpsal. 1786. 4. Untersuchung der Raufchen griech. Handschrift des N. T. von *G. G. Pappelbaum*, Berlin. 1785. 8. — Varianten zu den vier Euangelien aus e. Constantinop. Menologium des VIIIten Jahr. conf. *Michaelis* u. *Tychsens* Neue Orient. Bibl. B. VIII. *I. Barrei* Nachr. von einem griech. Mscrpt. des Euangel. Matthaei auf der Biblioth. des Trinity College zu Dublin a. d. Transact. of the roy. irish Academy 1787. conf. *Eichhorns* Bibl. B. II. Stück 2. pag. 584 — 609. et *Paulus* Neues Repertorium für bibl. und morgenl. Literat. Th. I. S. 192 sqq. *Alterus* in editione N. T. alique. — Quamquam autem antiquiores critici, quorum praecipuos commemorauimus, egregie de historia textus sacri meriti sunt, eorum tamen diligentiam longe maximeque superarunt nostrorum temporum critici, nominatim *Semlerus*, *Michaelis* et, qui primo loco nominandus erat, *Griesbachius*, qui quidem inprimis praecclare obseruarunt et constituerunt varias recensiones antiquissimas contextus graeci N. T. earumque discrimen. conf. *Semleri* Apparatus criticus ad libera-

[Antiquissimi N. T. codices graeci existimantur *Vaticanus* et *Alexandrinus*; litteris vncialibus scripti. Ac de cod. quidem Vaticano (1209.) variae sunt et pugnautes eruditorum sententiae. Vid. de eo *Zacagnius* praef. ad Monum. Vet. Eccl. p. 56. *Weftenius* Prolegg. in N. T. p. g. 62 sqq. edit *Semler*. Hactenus tantum exsisterunt excerpta huius cod. et exiguus variantium lectionum numerus, vt adeo definiti non potuerit, quamnam recensionem cod. sequeatur, vid. *Eichhorn* Allgemein. Biblioth. Th. II. pag. 373 sq. Ante aliquot annos editionem cod. parabat *Spaletti*, Abbas, sed quum pater *Mamachi*, sacri palatii magister, codicis edendi licentiam ei denegaret, a proposito desistere coactus est. vid. *Adleri* kurze Uebersicht seiner biblisch kritischen Reise nach Rom, Altona 1783. *Michaelis* Orient. Biblioth. Th. XXII. S. 171 sqq. Interim tamen *Birchius* diligentius quam hactenus factum erat, hunc cod. contulit, eoque vsus est in editione sua, quae Hauniae prodit. Conf. eiusdem Prolegg. pag. XIII sqq. — De Cod. Alexandrino, quem *Cyrillus Lucaris*, Constantinopolitanus Patriarcha, Carolo I. Britanniae regi, dono miserat, quique inde ab a. 1753. in Museo Britannico asseruatur, videantur *Semlerus* de aetate cod. Alexandrini Halae 1750. *Westenius* p. 28. 36. ed. *Seml. Detelmayer* diss. qua antiquitas cod. Alexandrini vindicatur. Halae 1739. *Pfaff* diss. de Variant. lect. N. T. cap. 3. pag. 53 sq. *Michaelis* Einleit. Th. I. S. 546 sqq. *Ioh. Sam. Hechtel* exercit. critica, qua antiquitas et praestantia codicis Romani prae Alexandrino contra Millium adferitur. lenae 1734. Coniecturae criticae de aetate codicis Alexandrini, auctore *Gottwerth Torke*, praefide *Semlero*, Halae 1759. Nouum testamentum graecum e cod. MS. Alexandrino, qui Londini in bibliotheca Musaei Britannici asseruatur, descriptum a *Car. Godofr. Woide* Lond. ap. *Nichols* 1786. fol. *Caroli Godofredi Woide* notitia codicis Alexandrini cum variis eius lectionibus omnibus, recudendam curauit, notasque adiecit *M. Gottlieb Leberecht Spohn*, Lips. 1788. 8. Proximi his codd. sunt *Cantabrigiensis*, quem *Theod. Beza* a. 1581. Cantabrigi nisi academiae donauit <sup>mm</sup>). De eo vid. *Westen.* Prolegg. pag. 16 sqq. et *Semlerum* ibi in appendice pag. 593 sq. *Griesbach* Symb. Critt. tom. I. pag. LV sqq. *Michaelis* Einleit. Th. I. pag. 581 sqq. Prodit nuperrime huius cod. editio hoc titulo: *Codex Theodori Bezae Cantabrigiensis*. Evangelia. Et. Apostolorum. Acta. Complectens. Quadratis. Litteris. Graeco-Latinis. Academia. Auspicate. Venerandae. Has. Vetusstatis. Reliquias. Summa. Quam. Potuit Fide. Adombrauit. Expressit. Edidit, Codicis Historiam. Praefixit. Notasque. Adiecit. *Thomas. Kipling*. S. T. P. Coll. Div. Ioan. Nuper. Socius. Cantabrigiae. E. Prelo. Academico. Impensis. Academiae. MDCCXCIII. fol. (coll. Remarks on Dr. *Kipling's* Preface to Beza part. I. by *Thomas Edwards*, L. L. D. Cambridge 1793. 8. et *Eichhorn*. Biblioth. der bibl. Litt. vol. V. pag. 704 sqq.) — *Claremontanus*, deinde regius, Parisiis 107. conf. *Michaelis* Einleit. l. c. pag. 594 sqq. *Westen.* Prolegg. pag. 540 sq. — *Berne-*

N u n n n 2

rianus,

lem N. T. interpretationem (Halae 1767. 8.) p. 45. eiusdem Herineneuische Vorbereitung Stück III. pag. 2 sq. *Michaelis* Einleit. Th. I. p. 535. *Griesbachius* in Symbolis Critt. tom. I. pag. CVIII sq. et in *Curis* pag. 97. qui tamen acrem aduersarium habuit *Matthaeum*, Professorem Vitebergensem, vid. eius Praef. et excursus ad N. T. edit. Breuiter strictimque horum virorum de recensionibus s. editionibus principibus antiquissimis sententias exposuit *Ammonius*, Theologus Gottingensis, in

sua editione *Ernestii* Institut. interp. Nou. Test. pag. 169. *Kuin*.

<sup>mm</sup>) Confer *Bezae* epistolam ad inclytam academiam Cantabrigiensem, quae illum cod. seruat in Biblioth. S. Trinitatis. *Arnaldum* quidem fugit ratio, qui a saeculo saeculi VI. vel VII. illum existimauit esse exaratum. *Bezae* epistolam habes etiam in epistolis selectis a *Paulo Colomesio* editis pag. 250. et in *Benthemi* libro de statu ecclesiae Anglicanae pag. 354. *Fabric*.

*rianus*, nunc *Dresdensis*, quem nuper edidit *Matthaei*, hoc titulo: XIII. Epistolarum Pauli codex Graecus cum versione latina veteri vulgo antehieronymiana, olim Boernerianus, nunc bibliothecae electoralis Dresdensis summa fide et diligentia transcriptus et editus a *Chr. Fr. Frid. Matthaei* — cum tabulis, aere expressis; accessit ex eodem cod. fragmentum Marci M. Misenaensis C. F. G. Erbsteinii  $\alpha 105000xci$ . 4. Sed reliquos laudare omittimus, cum in libris illis, supra laudatis, multo accuratius et copiosius de iis disputatum sit, quam h. l. de iis agi posset. *Kuin*. Codex *Laudanus* 3. graecolatinus, Acta App. continens, quem accurate describi iussit *Tho. Hearne*, Oxon. 1715. *Beck*. In bibl. regia *Neapol.* Quatuor euangelia vsui eccles. accommodata: cod. bombyc. saec. XIII. mutil. inc. a cap. XII. 23. Matth. definit Ioan. XVIII. 36. *Neapoli* in biblioth. August. S. Ioan. ad Carbon. Acta apost. epp. Pauli et cathol. cod. saec. XV. — eadem, cod. saec. XI. — IV. euangelia, cod. saec. X. et alius saec. XIII. Euang. Ioan. et Lucae saec. XI. *Harl.*]

E veteribus ecclesiae doctoribus *Origenes*<sup>nn)</sup> et *Hieronymus* et pauci quidam alii codices N. T. varios consulere et ex iis libros sacros recensere instituerunt. Inter recentiores signum quasi ad hoc studium sustulit *Laurentius Valla*, qui ad notas suas in N. T. concinnandas tribus codd. graecis et totidem latinis vsus est. Eas circa a. Chr. 1440. elucubratas diu post *Erasmus* in lucem protulit, qui et ipse ad suam Noui Testamenti editionem saepius deinde repetitam et emendatam vsus est tum aliis MSTis, tum vno graeco euangeliorum codice exarato ante mille annos, qui hodie dicitur esse in bibl. publica Basileensi. Dum vero codices graecos, qui cum latino vulgato frequentius conspirant, suspectos habet, ac si a concilii Florentini tempore ad latinos libros essent interpolati, non semper contigit optimas illi deligere lectiones, vt a Sepulueda in Epistolis, a Leo et maxime a Stunica satis quidem acerbe, non tamen semper citra rationem ipsi fuit obiectatum. Eodem tempore viri docti, qui Card. Ximenii auspiciis *Complutense* opus Biblicum concinnarunt, ad Nouum Test. vsi sunt codicibus Vaticanis et vno imprimis venerandae vetustatis e Rhodo Insula. Inde praeter ceteras operas pretium fecit *Rob. Stephanus*, qui non modo latinos codices quam plurimos et correctoria, quae vocantur, Biblica consuluit, atque inde egregias editiones latinas Bibliorum, variis lectt. et notis criticis obelisque et asteriscis instructas, adornauit, sed et in editione graeca luculenta a. 1550. fol. Nouum Test. dedit collatum cum codicibus MSS. <sup>oo)</sup> sedecim. Huius editionis exemplo vsus Beza, cui H. Stephanus lectiones aliorum codicum decem, et praecedentium editionum varietates adscripserat. *Marchio* quoque *Valesius*<sup>pp)</sup> *Petrus Frayardus* Hisp. Euangelia quatuor contulit cum aliis XVI. MSS. quorum octo fuere in bibl. Laurentiana regis Hisp. varias lectiones ex illis codicibus edidit *Io. Melchior de la Cerda* in Aduersariis sacris cap. XCI. acceperat enim illas a Ioanne Mariana, qui passim illas in notis suis ad N. T. memorat. Ceterum non semper tuto hisce licere vti, quoniam nonnulli ex

codicibus

nn) De *Origene*, qui sec. III. exemplisque pluribus et antiquioribus inter se conferendis delectum fecit lectionum optimarum, per quem textum integrum et incorruptum formaret, quemque *Ernestius* in Institut. Interpretis N. T. pag. 213. edit. *Ammonii*, parentem textus pure graeci orientalis nominat, conf. *Ioh. Aug. Ernestii* Diss. de Origene interpretationis librorum SS. grammati-

cae auctore, Lips. 1756. 4. imprimisque de eius critica opera quam Nouo Testamento nauauit, et de ipsius recensione N. T. §. 17 sqq. *Kuin*.

oo) Confer de illis MSS. prolegomena Millii pag. 117 sq. *Fabric*.

pp) Male Marcus Velsius appellatur in latina versione commentarii Io. Pearsonii in Symbolum Apostolicum pag. 535. *Fabric*.



codicibus illis ad vulgatam latinam castigati esse videantur, non vno loco Rich. Simon obseruat, et vulgatae tuendae <sup>99)</sup> totum illum laborem esse infumtum, indicat Mariana. *Ioannes Matthaeus Caryophilus* editionem N. T. Complutensem contulit cum MSS. codd. XXII. decem quidem exemplaribus Euangeliorum, octo Actorum et Epistolarum, ac denique quatuor Apocalypseos. Collationes illas interiecto tempore edidit *Petrus Possinus* Romae a. 1673. fol. cum Catena Graecorum Patrum in Marcum. *H. Ernestius* de studiis diebus festis conuenientibus cap. 2. pag. 29. ait, se Nouum Testamentum cum omnibus fere editis et non paucis MSS. codd. Patrumque graecorum commentariis summo studio contulisse et ad editionem parasse. Sane in biblioth. Gudiana exstat editio Noui Testamenti Geneuensis a. 1620. 4. ab Ernestio collata cum viginti codd. editis vel MSS. [P] *Ioannes Hentenius* Commentario Euthymii in quatuor Euangelistas latine a se reddito praemittit varias lectiones ex codice illo graeco Euthymii collectas. Paris. 1547. 8. [Eum commentarium a. 1792. graece edidit *C. T. Matthaei*, Lips. III. tomis s. IV. voll. 8.] *Lucas Brugensis* non modo latinis Bibliorum codices manu exaratos diligentissime rursus, post Sixti V. et Clementis VIII. curam multas vulgatae versionis maculas absterxit, sed et a. 1606. ad calcem commentarii in Euangelia notas publicauit in varias lectiones editionis Graecae Euangeliorum. Inter inedita *Guil. Coddacii* Io. Meursius in Athenis Baranis memorat *allegationes textuum e N. T. Graecorum ex Patribus et auctoribus aliis Graecis, quatenus aut ab editis vulgarum codicum textibus et variis circa eos lectionibus adhuc discrepant, aut diuersos lectionum, quae constant, firmant et fulciunt.* Sed ille quidem Coddacii labor, quod sciam, non vidit lucem. Porro e Roberto Stephano maxime selectae, siue potius ex editione minore a. 1569. (vt Millio obseruatum,) excerptae sunt variae lectiones in editione luculenta Bibliorum Graecorum Wecheliana 1597. fol. quam Francisco Iunio plerique, (am Frid. Sylburgio,) deberi opinantur. In tomo sexto Polyglotton Londinensium habentur variae lectiones non modo, quas a Rob. Stephano, et Marchione Velezio collectas, tum quas in Wecheliana Biblii exstare dixi, sed etiam excerptae ex Cantabrigiensi Bezae et Claramontano fratrum Puteanorum codice, quod idem Beza vsus est, et ex aliis MSS. vndecim, quos in Angliae bibliothecis inuenerunt. Varias lectiones codicis Alexandrini in Opere ipso Biblico graeco Noui foederis contextui subiecerunt, vt ad eundem codicem passim in suis commentariis prouocat Hugo Grotius, qui eius lectiones a Patricio Iunio [Wetsten. Prolegg. pag. 412. edit. Seml.] acceperat. Huius antiquissimi codicis editionem aliquando parasse Ioannem Millium, testatur illustris Benleius in Epistola ad eum scripta pag. 95. *Seruantur etiam Oxonii Acta Apostolorum, vetustate quidem pari (cum codice Cantabrig.) sed versione multum diuersa; et in Gallia denique Epistolae S. Pauli, qui codex et antiquitate et latina versione, atque adeo scripturae et voluminis forma Cantabrigiensi nostro simillimus est et germanissimus. Atque haec quidem talia exemplaria, cum aliis omnibus vbiuis gentium, quod sciamus, longe longeque et dignitate et tempore antecedit, neque quidquam hodie supersit simile cui secundum, cum tineis (proh dolor) atque muribus hiantur, et vtut iis incendia pepererint, ipso senio intra annos paucos non dubie peritura sunt. Tu ve o, Millie doctissime, qui omnium mortalium maxime in eo studio versatus es, non patieris hanc laudem tibi praeripi, sed maturabis veneranda illa pigura et monumenta vetustatis a situ et interitu vindicare. Scimus enim, te horum omnium editionem in-*

N n n n 3.

stitueret,

99) Vide Stillingfleetum in Vindicatione doctrinae de S. Trinitate pag. 165.

stituere, quae una pagina et in uno conspectu codicem Alexandrinum, qui familiam ducet, et Cantabrigiensem [P] cum versione sua, atque, ubi hic deficit, Oxoniensem deinceps atque Gallicanum repraesentet: quae singulas litteras a quo apices exemplarium, etiam ubi a li. rariis peccatum est, accurate et religiose subsequatur. Nil illi purpurae assuetur discolor aut diversum: nullae interpunctiones, nullae notae accentuum, quorum omnis hodie ratio praeposterata est atque peruersa: adeo ut qui tuam editionem sibi comparauerit, ipsa illa propemodum Archetypa versare manibus atque oculis usurpare videatur. Ea res olim, ut certum est augurium, et Britanniae nostrae splendori erit, et Ecclesiae praesidio, tuos vero labores amplissimis praemiis atque immortalis gloria compensabit. Maie ista pietate et diligentia esto. In te omnes ora atque oculos conuertimus, te unum in hoc curriculum vocamus: ipsi codices celerem tuam opem implorant et flagitant: quid cessas per medias laudes et fauorem plenus secundo rumore ingredi? Tu vero, ut polliceri de te possum, faies id sedulo, simulac exhibit Nouum tuum Testamentum fere ad uniuersum usque perductum: quo in opere, nisi vererem coram in os te laudare, dicerem quam longo intervallo aliorum omnium in eo genere labores post te reliqueris. Ea typonum elegantia est et magnificentia, ea in annotationibus eruditio elucet, in variis lectionibus industria: quippe iterum ad eam copiam comparandam omnia S. Patrum scripta, omnes antiquas versiones, et infinitam vim eodd. MSS. curiose excussisti. Has quamuis magnificas laudes etiam vincit opus ipsum et editio N. T. luculenta Milliana quae 1707. Londini in folio lucem vidit. [vid. infra edit. Nou. Testam.] At enim codicis Alexandrini eo, quo Benleius notat, modo edendi consilium iam pridem videtur Millius abieciisse, sumtum fortassis magnitudine deterritus. In iisdem prolegomenis pag. 152. queritur, se Ioannis Sauberti, quem perperam duobus vicibus Sarbertum vocat, varias lectiones in Matthaeum, licet summo studio quaesitas, haud vidisse. Utinam vero innotuisset mihi optimi viri desiderium, nihil enim libentius fecissem, quam ut librum illum eximium, Helmstadii 1672. 4. editum et singulari plane industria in hoc genere versantem, satisque apud nostros obuium, ei transmissem. In calce huius voluminis Saubertus etiam varias lectiones Matthaei enotauit e codice MSto Chrysostomi in Matthaeum, qui perantiquus sine accentuum apicibus exstat in bibliotheca Helmstadiensi. Nouum Test. praeterea cum Variis lect. edidit, ut notum etiam pueris est, Stephanus Curcellaeus. [P] [vide de eius editione infra.] Hanc editionem secutus Felbingerus, qui Socini dogmatis subscribebat<sup>17)</sup> in Germanica sua versione N. T. [vid. infra versiones Germanicae]. At Curcellaei industriam longe vicerunt Oxonienses in N. T. graece vulgato cum variis lect. e theatro Sheldoniano anno eodem 1675. 8. quanquam in hac quoque, ut a Curcellaeo plures magni monumenti διττάς γραφάς praetermissas monuit Rich. Simonius in responsione ad iudicium theologorum Hollandiae de Hist. Crit. V. T. pag. 48 sq. Iam pridem porro Ioannes Merinus Oratorii Parisiensis presbyter lib. I. Exerc. Bibl. 2. cap. 3 sq. varias quasdam lectiones e codice Claramontano aliisque expendit, eo maxime studio, ut vulgatam versionem tueretur. Idem consilium fuit Io. Boissi, ecclesiae

Eliensis.

17) Curcellaeo quoque ipsi a nonnullis datum vitio, quod in quibusdam locis visus sit Socinianis frigidam suffundere. Vid. Io. Gottlieb Molleri dissertationem quae inscribitur: Curcellaeus in editione originalis N. T. Textus, Var. Lect. et Parallel. scr. locorum additamentis vestita, So-

cinizans, Rostoch 1696. 4. Fabric. qua probare conatus est; Curcell. in tribus capp. de Trinitate, Deitate filii, et satisfactione Christi, loca script. classica, ut faueret Socinianis, in lect. variantibus et locis parallelis corrupisse. Kuin.

Elensis Canonici, in erudito libro, cuius est titulus: *Veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus collatio in quatuor Euangeliis et Apostolorum Actis in qua, annon saepius absque iusta satis causa hi ab illo discesserint, disquiritur*, Lond. 1655. 8. De varietatibus passim quoque movent eruditi auctores commentariorum in N. T. vt *Iacobus et Guil. Estius*, qui latini et syriaci interpretis diuersas lectiones annotauit, *Ludovicus de Dieu*, qui Syriaci, Arabici, Persici: *Thomas Marefchallus*, qui Coptici, Gothici, Anglosaxonici. *Ioannes etiam Maldouatus* longe plures varias lectiones graecas suis in Euangelistas commentariis inferuerat, sed earum bonam partem editores ex ipsius societate omiserunt, vt a Valuassore accepisse se refert Rich. Simonius III. Hist. Crit. N. T. 619 sq. Fuere insuper, qui versionibus suis in linguas vernaculas adderent notationem variarum lectionum, saltem selectarum, vti in Gallica N. T. interpretatione fecit idem *Simonius*, et ante eum, minus accurate quidem *Amelotus*: in Germanica Offenbaci 1703. 8. vulgata *Ioannes Hewicus Reitze*. Nonnullas alii plerisque neglectas, varias lectiones N. T. persequitur *Io. Lomcierus* dierum genialium [P] parte I. diss. IV. Dauentriae 1694. 8. Denique *Laurentinus Zacagnius* bibliothecae dignissimus custos Vaticanae in collectione monumentorum veterum inter alia praeclara edidit Euthalii, episcopi Sulcensis, qui sub extremum saeculi post natum Christum quinti claruit, recensionem Epistolarum Pauli et Actuum Apostolorum et Epistolarum Catholicarum. Testatur Euthalius pag. 513. contulisse se ἀκριβῆ ἀντίγραφα τῆς ἐν Κεισσαρείᾳ Βιβλιοθήκης Εὐσεβίου τῆ Περμφίλῃ. Doctissimus vero Zacagnius cum Euthalianis etiam aliorum codicum MSS. lectiones passim contulit. Rom. 1698. 4. *Fabric.* [Quod attinet reliquos, qui codd. consuluerunt et descripserunt, remittimus Lect. ad ea, quae disputauimus supra in nota ad §. 16. atque ad indicem editionum N. T. et eos libros, quos supra laudauimus.]

### XVII. Editiones praecipuae Noui Testamenti.

In editionibus N. T. recensendis seruabimus ordinem chronologicum, quem *Fabricius* sequutus est, sed copiosius et accuratius de iis disputabimus. Familias certas quasdam editionum constituerunt alii. conf. inprimis, ad quem librum crebrius prouocabimus: Bibliotheca sacra post *le Long* et *Boernerii* Curas continuata etc. ab *Andr. Gottl. Masch*, Halae 1778 — 1790. voll. IV. 4. et quos laudauimus §. XVIII.

[De particula N. T. omnium primum apud Aldum 1504. edita, vid. *I. G. C. Adler* in Repertorio bibl. orient. Lit. tom. XVIII. pag. 150 sq. *Beck.*]

Editio *Complutenfis* vid. infra. — Editiones *Erasmi* vid. infra.

*Aldina. Nouum Testamentum graecum. Ventii* 1518. fol. Haec editio, admodum rara, est omnium prima, quae solum textum graecum referat, prodiit vt tertia pars bibliorum, ab *Aldo Mantio* procuratorum, quod opus, eo mortuo, ab *Andrea Asulano* absolutum est. Textus in his bibliis Erasimico admodum similis est, omninoque haec editio primam *Erasmi* maximam partem refert. vid. *le Long*; *Masch* l. c. tom. I. pag. 196. *Walch* Bibliotheca theologica selecta tom. IV. (Ienae 1765. 8.) pag. 15. [Serie dell' edizione Aldine pag. 45.]

*Hageniense. Nouum Testamentum Graece. Cum praefatione Nicolai Gerbelii. Hagenae, in aedibus Thomae Anselmi, Badensis* 1521. mense Martio. 4. „Textum huius editionis pereurrenti, constabat primo intuitu, expressam eam fuisse ad Erasimicam secundam, translatis tamen ex Erasimica priori, eamue secuta Aldina, nescio quo pacto, vitiiis haud pau-

eis, quae in Erasimica posteriori emendata fuerant, admissisque insuper multis lectionibus ἀδελφίμοις, pro quibus genuinas in editione secunda, quam ob oculos editor habebat, exposuerat Erasimus, quin et insertis etiam hic illic Erasimicarum loco, lectionibus Aldinis, quas ab Erasimicis diuersas habuit ista editio, circiter tredecim, quae sibi probatiores videbantur. — *Le Long* pag. 203. col. 1. E. ex *Ioh. Millii* Prolegg. pag. 114 — Hac editione usum fuisse *Lutherum* in concinnanda sua versione germanica probare conatus est *Tobias Eckardus* in coniecturis de codice graeco N. T. quo vtius est *Lutherus*, Halberstadii 1722. 8. sed aduersarium habuit *Boysenium*, vid. *Mosch* l. c. tom. I. pag. 197 sq. *Walch* l. c. tom. IV. pag. 15 sq.

*Argentoratensis*. — *Novum Testamentum Graece*. Argentorati apud *Wolffium Cephalaeum* 1524. 8.

Ad editionem Hagenoënsis proxime accedit, praeter hanc et Argentoratensem aliam in bibliis graecis a. 1524. 8. ad Aldinam expressis, memoratur a *Maschio* pag. 198. alia anni 1538. 8. quae tamen accurate refert editionem a. 1524.

*Basileenses*. Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. *Novi Testamenti omnia*. (Basileae 1524.) 8. Ad calcem legitur: *Basilea* apud *Ioh. Bebelium* mense *Augusto* an. 1524. — Praefationis loco praemittitur exhortatio Oecotampadi in sacrarum litterarum lectionem, quae hic prima vice edita est. Textus graecus refertur eum ed. tertiae Erasimicae, estque admodum rara editio. vid. *Mosch* pag. 199. Huius editioni accurate respondet altera *Bebelii* Basileae 1531. 8. hanc secuta est tertia ib. 1535. 8. vid. *Mosch* pag. 200. *Walch* pag. 16.

*Novum Testamentum Graecum ad tertiam Desid. Erasmi editionem vulgatum*. Basileae ap. *Nicol. Brylengerum* 1533. 8.

Hanc *Brylengerianam* primam sequutae sunt septem aliae, annis, 1543. 1548. 1549. 1553. 1556. 1558. 1586. vid. *Mosch* tom. I. pag. 201. *Walch* pag. 16 sq. ubi etiam reliquae *Basileenses* recensentur.

*Simonis Colinaei* <sup>55)</sup> ἡ καινὴ διαθήκη ἐν λευκεῖα τῶν παρησίων, παρά Σίμωνι τῷ Κολινναίῳ. δεκεμβρίου μηνὸς δευτέρου φθίνοντος ἔτεος ἀπὸ τῆς θεογονίας α. φ. λ. δ. (Parisiis 1534. 8.)

*Basileensis* Νεαὴ Διαθήκη. *Novum Testamentum*. Basileae 1545. 4.

Literis

<sup>55)</sup> Editio *Colinaei* in locis quibusdam e coniectura videtur esse emendata. *Comenius* in *Bibl. selecta* pag. 97. de hac editione: *Cette édition a ceci de particulier, qu'elle est conforme à la Vulgate en plusieurs endroits, même ou la leçon de la Vulgate est vicieuse, comme en S. Iaqnes chapitre 3. verset 5. Castalion dans la défense de sa traduction de la Bible recommande cette édition, Beze au contraire dans sa réponse au Castalion n'en fait pas grand cas.* *Colinaei* exemplar, dit il pag. 222. non magni facio, quoniam rescivi multa fuisse in eo a quodam alioqui graecae linguae doctissimo ex solis coniecturis emendata. Il la suit pourtant dans ses notes sur le verset 18. du 2. chapitre de S. Iaqnes. — Vide sis etiam *Ri-*

*chard. Simonem* lib. 2. *Hist. Crit. N. T.* pag. 284. *Fabric.* Ab hoc crimine, *Colinaeum* nimirum ex sola coniectura varia mutasse, liberat eum *Millius* *Prolegg.* pag. 115. 116. quod ad alterum addinet, conformatam esse hanc editionem ad vulgatam versionem locis compluribus, etiam ubi vulgata vitiosa sit, respondent, *Colinaeum* usum esse cod. MS. ad vulgatam editionem emendato, hinc ergo non dici posse, eum textum ad latinam versionem transformasse. *Mosch* p. 206 sq. *Wetsten.* *Prolegg.* pag. 365. edit. *Seml.* Textum subinde ad *Complutensem*, subinde ad *Frobenianam* conformatum, nonnunquam ab utraque dissonum, obseruat *Le Long* pag. 205. col. 1. D. *Knu.*

Literis graecis maioribus et luculentis; ad Erasmicam quintam. Ad calcem nominantur typographi: *Hieronymus Frobenius* et *Nicol. Episcopi*. vid. *Millius Prolegg.* pag. 117. *Masch.* pag. 203.

*Herwagiana. Nouum Testamentum Graecum. Basileae ex officina Herwagiana, 1545. fol.*

Expressa est editio ad Frobenianam quintam, admissis tamen passim lectionibus, quae viderentur meliores, ex edit. Frobenianis prioribus. Non enim separatim hoc N. T. prodit, sed est pars bibliorum graecorum, ab Herwagio cum Phil. Melanchthonis praefatione editorum. *Millius Prolegg.* p. 110. qui lectionum specimina exhibet: *Masch.* tom. I. p. 202 sq.

*Parisienses. Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Nouum Testamentum. Ex bibliotheca Regia. Βασιλεῖ τ' ἀγαθῶ κραιτερῶ τ' αἰχμητῆ. Lutetiae ex officina Rob. Stephani, Typographi Regii. Typis Regiis 1546. 12.*

„Robertus Stephanus collato cum codicibus regis et edit. Complutensi speciatim Novo Testamento, literam sacri textus illam insequutus est, quam plurimum ac meliorum librorum suffragio comprobata deprehendit, eos vero praestantiores, prout innuere videtur praefatio, fere iudicauit, quibuscum concordaret Complutensis editio.“ *Millius Prolegg.* pag. 116. *Masch.* pag. 208 sq.

*Τῆς καινῆς — αἰχμητῆ — Lutetiae ex offic. Rob. Steph. Typogr. Reg. Typ. Reg. 1549. 12.*

Editio rara et emendatior priori, cui textus congruit, nisi quod *Millius Prolegg.* p. 125. variantes lectiones 67. reperit. Dicta est *mirifica* propter praefationis initium: *o mirificam regis liberalitatem!* Textum nullo vitio typographico laborare, obseruant *Paul. Colomesus* Biblioth. Select. pag. 108. et noster *Fabrinus*, sed *Olearius* in Obsl. ad Matth. IV, 8. sphalmata XIV. recensuit. *Masch.* pag. 209. *Walch.* pag. 17 sq.

*Τῆς καινῆς — — Ex offic. Rob. Stephani, Typogr. Regii; typis regis. Lutetiae 1550. fol.*

Optima et elegantissima, ac reliquarum princeps est haec editio, quae adiectas habet variantes lectiones ex sedecim exemplaribus vetustissimis, quorum octo ex bibl. Regia. Constat duobus voluminibus. Varias lectiones non ipse *Rob. Stephanus* collegit, sed *Henricus* filius; tunc temporis XVIII. annorum puer; qui tamen non ea diligentia, qua par erat, opus peregit. conf. *Millius Prolegg.* pag. 119. *Masch.* tom. I. p. 211 sqq. *Wetsten.* p. 306 sqq. *Walch.* pag. 23.

*Benedicti Praeuotii. Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Nouum Testamentum. Parisiis apud Petrum Heultimum in vico Iacobaeo 1549. 16.*

Ad finem voluminis II. legitur: *excudebat Lutetiae Parisiorum Benedictus Praeuotius, Typographus in vico Fremetello Anno 1549. Idibus Martiis.* Textus compositus ad Stephanicum, ita, vt, notante Longo e Millio, non nisi II. locis ab eo discesserit editor, idque fere ad fidem editionis Frobenianae quintae. vid. *Millius Prolegg.* pag. 125. *Masch.* tom. I. pag. 215. *Walch.* pag. 18.

*Roberti Stephani. Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα, Ex bibliotheca Regia. Βασιλεῖ τ' ἀγαθῶ κραιτερῶ τ' αἰχμητῆ. Lutetiae ex officina Roberti Stephani, typographi, typis Regiis MDLXVIII. 16.*

Ad calcem leguntur lectiones variantes ed. Stephanicae tertiae praecipuae, non omnes. Textus idem fere, qui in duabus prioribus. *Millius Prolegg.* pag. 131. *Masch.* I. pag. 214.

*Crispini.* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Ἐν οἷς παρὰ τὰ πολλὰ ἀκριβῶς διορθώ-  
θεντα καὶ τὰ κεφάλαια, καὶ διαφορὰς ἀναγνώσεις, καὶ τὰς ἐπ' ἀλλήλα μαρτυρίας  
προσφέρομεν. *Nouum I. C. domini nostri Testamentum. Additis summis rerum et sententia-  
rum, quae singulis capitibus continentur: variis item lectionibus multisque testimoniis, quae  
librorum in legitimo et conferendo magno opere subleuabunt.* Παρὰ Ἰωάννι τῷ Κρισπίνῳ Ἔτει  
ἀπὸ τῆς ἐνανθεωπήσεως τῆ σατῆρος ἡμῶν α. φ. γ. γ. Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ὀγδόου. (Ge-  
neuae 1553.) 8. min.

Est haec Crispini, qui circa annum 1548. religionis causa Parisiis Geneuam abiit, ibique  
typographiam exfluxit, perquam elegans editio. Habet textum Stephanicum et Stephanii  
lecti. varias; sed contulit Crispinus etiam alios codd. et primus post Stephanum numerum  
lecti. variantium adauxit. Praeter hanc editionem memorantur quoque duae Crispini aliae  
a. 1564. 12. et 1604. 16. Geneuae. vid. *Millius* pag. 127. *Masch.* tom. I. pag. 218 sq.

*Tigurina.* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. Ἐν οἷς παρὰ τὰ πολλὰ — προσφέρομεν.  
*Nouum I. C. domini nostri Testamentum. Additis summis rerum — magno opere subleuabunt.*  
*Tiguri apud Frofchouerum* MDLIX. 8.

Textus huius editio is est Stephanicus, a Crispino recognitus. Repetita est haec Fro-  
schoueri editio a. 1566. 8. *le Loug* — *Masch.* tom. I. pag. 219.

*Antwerpensis.* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. *Nouum I. C. D. N. Testamentum.*  
*Antwepiae, ex officina Christoph. Plantini, Architypographi Regii* MDLXXIV. 32.

Cum Priuilegio Philippi II. Hispaniae regis, anno 1570. dato, quo demonstratur, ad  
editionem Complutensem Plantinianas esse formatas, sed variis in locis ab illa recedunt.  
*Walch.* pag. 18 *Masch.* tom. I. p. 193. praeter hanc editionem memorant etiam editi. Plantini  
a. 1564. Antwerp. 12. ibid. 1573. 8. 1590. 8. ibid. 1591. 24. 1601. 16. Lugd. Bat. 1612. 32. ibid.

H. Stephani. Ἡ καινὴ διαθήκη. *Nouum Testamentum. Obscuriorum vocum et quorun-  
dam loquendi generum acuratas partim suas, partim aliorum interpretationes margini ad-  
scripsit Henr. Stephanus.* Excudebat Henr. Stephanus MDLXXVI. 16.

Millius quidem obseruauit, hanc editionem ad primam Theodori Bezae esse formatam,  
sed manifestum inter utramque dissensum notauit *Masch.* tom. I. p. 223. vid. et *Walch.* p. 33.

*Geneuensis.* Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. *Noui Testamenti libri omnes; recens nunc  
editi, cum notis Iuacii Casauboni. Adiectae sunt variae lectiones omnes, cum diligenti simi-  
lium locorum collatione. Apud Eustathium Vignon* (Geneuae 1587.) 16.

Ad calcem leguntur Casauboni notae in euangelistas, Acta Apostolorum, et epist. ad  
Roman. quae postea insertae sunt Criticis Anglicanis. *Masch.* tom. I. pag. 221.

*Francofurtensis.* *Nouum Testamentum Graecum. Francofurti ad Moenum apud Andreas  
Wescheli haeredes, Claudium Marnium et Iohannem Aubrium* MDXCI. fol.

Hoc N. T. non separatim praedit, sed est pars bibliorum, a Francisco Iunio, siue, ut  
aliis placet, Friderico Sylburgio, editorum. Sequuti sunt editores, obseruante Millio, editionem  
Rob. Stephani iunioris, sed in extrema vniuscuiusque paginae ora variantes lectiones, ex  
editione maiore Roberti senioris, Complutensi, aliisque editionibus et obseruationibus con-  
gestas, collocarunt. vid. *Millius* §. 30. *Masch.* I. 216. Recusa est haec Francofurtensis editio,

vt obseruauit *Fabricius* nosler, Venet. 1687. fol. apud Nicolaum Dulcem. *Walch.* pag. 23. *Masch.* I. pag. 217.

*Robierii.* Τῆς κεινῆς διαθήκης ἅπαντα. Nouum I. C. D. N. Testamentum cum notis *Iosephi Scaligeri* in locos aliquot difficultiores nunc primum editis. Additur etiam Syllebus locorum N. T. de quorum sensu et applicatione lis est. Coloniae Allobrogum apud Petrum de la *Rouiere* MDCXIX. 4.

Quae prodiit Geneuae 1620. 4. eadem editio est, quae praecedens, etsi diuersam in fronte anni notam habeat expressam, iudice *Maschio* tom. I. pag. 194.

*Lugdunensis.* Ἡ κεινὴ διαθήκη. Nouum Testamentum. Ex regijs aliisque optimis editionibus cum cura expressum. Lugduni Batavorum. Ex officina *Elzeuiriana* cloloCXXIV. 16.

Nitidissima editio, textus compositus esse videtur Longo ad Stephanicam tertiam et tantummodo duodecim in locis ab ea recedere adfirmat. vid. *Millius* pag. 138. *Masch.* tom. I. pag. 226 sq.

*Amstelodamenses.* Ἡ κεινὴ διαθήκη. Nouum Testamentum. Ex regijs aliisque optimis editionibus hac noua expressum; cui quicquid accesserit, praefatio docebit. Lugd. Batav. ex officina *Elzeuiriorum* MDCXXXIII. 12.

Omnium editionum *Elzeuirianarum* praestantissima iudice Longo pag. 217. col. 2. D. in qua inprimis typographi in eo elaborarunt, vt eam a naeuis et mendis redderent purgatissimam. Reliquae editiones *Elzeuirianae* an. 1641. 12. 1656. 24. 1662. 16. 1670. 24. 1678. 32. recensentur a *Maschio* tom. I. pag. 227.

*Roterodamensis.* Ἡ κεινὴ — praefatio docebit. Roterodami. Ex officina *Arnoldi Leers* MDCLIV. 12.

Est mera repetitio editionis *Elzeuirianae* secundae. vid. *Masch.* tom. I. pag. 261.

*Londinensis.* Τῆς κεινῆς διαθήκης ἅπαντα. Noui Testamenti libri omnes recens nunc editi cum notis et animaduersionibus a *Distimorum*, praesertim vero *Roberti Stephani*, *Iosephi Scaligeri*, *Isaaci Casauboni*. Varias item lectiones ex antiquissimis exemplaribus et celeberrimis bibliothecis desumptae. Edente *Richardo Whitackero*. Londini, ex officina *Billii* MDCXXII. 8.

Laudant hanc editionem, quae mendis scatet, et proxime accedit ad *Pauli Stephani* postremam anni 1617. *le Long* pag. 217. col. 2. E. et *Millius* in *Prolegg.* Eam iteratam esse, notat *Fabricius* nosler, Londini 1635. 8. qua de re tamen dubitat *Maschius* tom. I. pag. 225. atque suspicatur, *Fabricium* notare voluisse annum 1633. hoc enim anno primam *Whitackeri* editionem anni nimirum 1623. repetitam esse ab *Elzeuirianae* typographiae curatoribus, re-tenta in titulo nota loci.

*Parisiensis.* Ἡ κεινὴ διαθήκη. Ἐκ βασιλικῆς τυπογραφίας. Ἐν Παρισίοις α. χ. μ. β. (Parisiis 1642.) fol. — vid. *Masch.* tom. I. pag. 217. typis maioribus elegantissimis, cum variis lectionibus, ex editione *Roberti Stephani*.

*Argentoratenses.* Ἡ κεινὴ διαθήκη. Nouum Testamentum. Accessit prologus in epistolarum S. Apostoli Pauli ex antiquissimo *MSC.* Argentorati ex officina *Ioh. Phil. Mülbii* cloloCXLV. 12.

Consuluit editor, praeter editiones reliquas, *Elzeuirianam* secundam. E cod. *MSC.* quem ex oriente adtulit *Stephanus Gerlachius*, ad calcem additus est Prologus in epp. *Pauli* XIV. qui continet historiam *Pauli* et argumenta epistolarum. vid. *Masch.* tom. I. pag. 228 sq. repetita est haec editio *Argentorati* 1660. 12. et prodiit ex officina *Iosiae Staedelii*.

*Curcellaei.* Ἡ κεινὴ διαθήκη. *Novum Testamentum. Editio noua: in qua diligentius quam unquam antea variantes lectiones tam ex manuscriptis quam impressis codicibus collectae et parallela scripturae loca annotata sunt studio et labore Stephani Curcellaei. Amstelodami ex officina Elzeuiriana c1010CLVIII. 12.*

Editio splendida. Textus ipse non est mutatus. Descriptae sunt variae lectt. ex edit. Francof. apud Wecheli haeredes a. 1597. insertae tamen etiam variae lectiones excerptae ex antiquo cod. MSC. epp. Pauli, quo olim Beza usus est. Item ex alio cod. Thuani, qui omnes N. T. libros excepto Matthaeo continet. Aliae lectt. variae ex Constantinopolitano, cui asseruabatur in biblioth. Cardinalis Mazarini, nec non ex alio MS. sunt desumptae. Editio est ad praecedentes Elzeuirianas expressa. Leguntur porro in ea excerpta ex Frobeniana, Hispanica et eiusmodi aliis edit. Nonnulla desumpta sunt ex H. Casauboni notis in euangelia; intermiscuit etiam Curcellaeus nonnullas H. Stephani aliorumque coniecturas. De eius meritis vid. *Masch.* tom. I. pag. 229 sq. *Walch.* pag. 23 sq. et *Wetst.* pag. 434. edit. *Sembr.* Prodit postea haec editio Amstel. 1675. 12. ibid. 1685. 12. ibid. 1699. 8.

*Leusdeni.* Ἡ κεινὴ διαθήκη. *Novum Testamentum in quo non tantum selecti versiculi 1900. commentes cuius v. ces. N. T. asterisis notantur, sed etiam omnes et singulae voces semel vel saepius occurrente distinctis signis notantur, et in margine latine transferuntur, quod quidem haecenus tentauit nemo. Edidit sub ductu patris Rudolphus Leusdenus, Iohannis filius. Francofurti ad Moenum typis et impensis Balthaf. Christoph. Wustii sem. ann. MDCXCIII. 8.*

Vid. *le Long* pag. 221. col. 2. D. qui tamen non minus quam *Fabricius* noster editionem ad a. 1692. refert.

*Cambrigiensis.* *Novum Testamentum Graecum. Cantabrigiae 1700. 8. vid. Masch.* tom. I. pag. 253.

*Oxonienfes.* Τῆς κεινῆς διαθήκης ἅπαντα. *Novi Testamenti libri omnes. Accesserunt parallela scripturae loca, nec non variantes lectiones ex plus C MSS. Codd. et antiquis vers. collectae. Oxonii e Theatro Sheldoniano, MDCLXXV. 8.*

Editio splendida. Editor est *Ioh. Fellus*, episcopus Oxoniensis, etsi viri nomen nullibi expressum legatur. Textus est Stephanicus vel Elzeuirianus; cui adiectae sunt variantes lectt. e cod. Alexandrino. vid. *Masch.* tom. I. pag. 232 sq. Repetita est haec editio in bibliis graecis Lipsiensibus 1697. 8. et separatim cum praefat. *Aug. Herm. Franckii*, de vera ratione tractandi Script. S. inprimis libros N. T. Lipsiae 1702. 8. vid. *Masch.* p. 233. *Walch.* p. 24 sq.

Ἡ κεινὴ διαθήκη. *Novum Testamentum. Vna cum scholiis graecis e graecis scriptoribus tam ecclesiasticis, quam exteris, maxima ex parte desumptis. Opera ac studio Ioh. Gregorii, olim SS. ac individua. Trin. Coll. opud Cantabrig. Socii: nuper Archi-Diac. Glocestriensis. Oxonii e theatro Sheldoniano. MDCCIII. Impensis Tho. Bennet, ad insigne lunae falcatae in Cœmiterio D. Pauli. Londini. fol.*

Absolvere non potuit hanc editionem Gregorius; post cuius obitum edidit *Herm. Aldrich.* *Ioh. Ern. Grabi*us a cap. IV. Lucae ad finem scholia graeca recognouit, et loca, vnde desumpta sunt, diligenter notauit; adiecit quoque indicem auctorum scholiorum. Merito haec editio potest nominari repetitio editionis Oxoniensis a. 1675. — vid. *Masch.* tom. I. p. 234 sq. *Walch.* pag. 25.



*Lipsienses. A. 1697. 12. cum praefatione Rechenbergii, repetitio Leusdenianae. A. 1703. Ioh. Georgii Pritii, 12. praecipuis lectt. variis et char. s. geographicis adornata.*

*Millii. Η κεινὴ διαθήκη. Nouum Testamentum graecum, cum lectionibus variantibus MSS. exemplarium, versionum, editionum, SS. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum, et in eisdem notis. Accedunt loca scripturae parallela, aliaque ἐξερτυκία et appendix ad variantes lectiones. Praemittitur dissertatio in qua de libris N. T. et Canonis institutione agitur: et historia S. textus N. T. ad nostra usque tempora d. ducitur: et quid in hac editione praestitum sit, explicatur. Studio et labore Iohannis Millii, S. T. P. Oxonii e Theatro Sheldoniano, MDCCVII. fol.*

Quae in hoc opere reprehenduntur, inquit *Maschius* tom. I. pag. 236 sq. ad tria capita reuocari possunt, nimirum editorem versioni vulgatae nimium quid tribuere, et versiones quoque alias pro lectionibus variantibus habuisse; lapsus memoriae, a patribus in citandis sacris scripturis commillos, pro variantibus accepisse; et denique indubitata sphalmata ad variantes eum traxisse. Inter censores, qui operi medelam adhibere studuerunt, praeter *Jacobum l'Enfant*, et *Ioh. Clericum*, maxime eminent *Daniel Whitby* (examen variantium lectionum Ioh. Millii, Londini 1710. fol. et 1727. fol.) [optima editio est: *Dan. Whitby* — observationes philologico-criticae, quibus — — examinantur variae lectiones *Io. Millii* in N. T. cum praef. *Sigb. Huericampi*, Lugd. Bat. 1733. 8. *Beck.*] qui felici successu multa, a Millio commissa, correxit et emendauit, cui accessit *Christ. Aug. Bode* in Pseudocritica Millio-Bengeliana tom. I. Halae 1767. tom. II. ib. 1769. 8. — Millius, qui in hac adornanda editione, a chartae et typorum elegantia commendabili, triginta consumpsit annos, sequitur maxime *Rob. Stephani* editionem a. 1550. fol. conf. *Walch.* l. c. p. 24 sqq. et *Wetsten.* Prolegg. p. 445 sqq. edit. *Semi.*

*Nouum Testamentum graecum cum lectionibus variantibus — studio et labore Ioh. Millii, S. T. P. Collectum a Milliano recensuit, meliori ordine disposuit, nouisque accessionibus locupletauit Ludolphus Kusterus. Excusum Amstelodami, et prostat Lipsiae apud Ioh. Frid. Giesitich et Fil. MDCCX. cum priuilegiis. fol.*

Textus graecus cum XXII. codd. quibus Millius non usus erat, collatus est. Praemissa est Küsteri praefatio, Ioh. Clerici epistola de editione N. T. Milliana, quae Oxonii prodit ad C. Iunium Optimianum perscripta, quibus succedunt prolegg. prioris editionis. vid. *Masch.* tom. I. pag. 237 sqq. *Walch.* pag. 27 sq. *Wetsten.* l. c. pag. 446.

*Η κεινὴ διαθήκη. Nouum Testamentum post prioris Stephani, Curcellaci, tum et DD. Oxoniensium labores, quibus parallela scripturae loca, nec non variantes lectiones ex plus C. MSS. Codd. et antiquis versionibus collectione exhibentur, accedit tantus locorum parallelorum numerus, quantum nulla a huc, ac ne vix quidem ipsa profert praestantissima editio Milliana; variantes praeterea ex MS. Vindobonensi; ac tandem crisis perpetua, qua singulas variantes earumque velorem aut originem ad XLIII. Canones examinat G. D. T. M. D. cum eiusdem prolegomenis et notis in fine adiectis, omnium indicem quaere ad calcem praefationis. Amstelodami. Ex officina Wetsteniana MDCCXI. 8.*

Debemus hanc editionem studio Gerhardi de Traiecto Mosae Doctoris, i. e. *Gerhardi de Mosbricht*, Iuriconsulti, ciuitatis Bremensis Syndici. Textus ex Elzeuiriana secunda anni 1633. descriptus. vid. *Masch.* tom. I. pag. 240. *Walch.* pag. 28 sq.

[De canonibus illis conf. *Dissertatio hist. crit. sistens examen canonum criticorum N. T. Maftrichtianorum, praefide I. Fr. Heynatz defensa a Io. Ge. Maimale. Trai. ad Viadr. 1792. 4. Beck.*]

Ἡ κωνὴ διαθήκη. *Nouum Testamentum graecum ita adornatum, ut textus probatarum editionum medulam, margo variantium lectionum in suas classes distributarum locorumque parallelorum delectum, apparatus subiunctae criseos sacrae, Millianae praesertim, compendium, limam, supplementum ac fructum exhibeat: inseruiente Ioh. Alberto Bengelio. Tubingae, sumptibus Ioh. Georgii Cottae. A. D. MDCCXXXIV. 4.*

Exhibet haec editio nouam orationis graecae recensioem. Et *Semlerus* quidem in Apparatu etc. pag. 42. hanc de Bengelii studiis sententiam tulit: „Bengelius perpetuis fere sentiendi miraculis aduetus, acerrimi ingenii sui perfectam vim non parum corruptit. Si ab ista consuetudine minus liberali abfuerat, iudicandi virtute Millium *Wetstenium*que poterat longiori adhuc intervallo superare, quos non parum superat.“ add. *Masch.* tom. I. pag. 241 sqq. *Walch.* pag. 29 sq. *Wetsten.* pag. 398. *Griesbachius* in *Curis* etc. pag. 15. Cum Bengelius nimia fere emendandi libidine flagraret, et vero etiam nimiae breuitatis studiosus esset, quae haud raro lectorum animos incertos dubiosque relinqueret, eorum studiis consuluit, quod adiunxerit editioni suae *apparatum criticum*. Noua huius apparatus critici editio prodiit studio *Burkii*, quae inprimis commendanda est iis, qui editionibus N. T. Bengeliani minoribus a. 1734. 8. 1738. 8. 1753. 8. vtuntur. — Editio Bengeliana minor nuperrime denuo hoc titulo in lucem emissa est [misere contaminata operarum erroribus]: ἡ κωνὴ διαθήκη. *Nouum Testamentum graecum manuale ex iterata recognitione b. I. Alb. Bengelii — Vtae huic ed. praeter tabulam crit. quam exhibuerat quarta, nunc etiam accedis spicilegium lecti. varr. quas inprimis consideratu dignas iudicauit b. Bengelius, in nouo proemio descriptum, auct. E. Bengelio. Tubingae 1790. 8.*

Ἡ κωνὴ διαθήκη. *Nouum Testamentum graecum editionis receptae, cum lectionibus variantibus codd. MSS. editionum aliarum, versionum et patrum, nec non commentario pleniore ex scriptoribus veteribus hebraeis, graecis, et latinis historiam et vim verborum illustrante, opera et studio Ioh. Iac. Wetstenii. Tomus I. continens quatuor euangelia. Amstelaeidami ex officina Dommeriana. MDCCLI. fol. Tomus II. continens epistolas Pauli, Acta Apostolorum, epistolas Canonicas et Apocalypsin. Amstelaeidami ex offi. Dommer. MDCCLII. fol.*

Postquam *Wetstenius* (de cuius vita et fatiis vid. *Masch.* tom. I. pag. 243. et quos ibi laudauit,) ediderat *Prolegomena ad noui testamti graeci editionem accuratissimam* etc. Amstelod. 1730. 4. quae hoc titulo repetita sunt: *Ioh. Iac. Wetstenii Prolegomena in N. T. notas adiecit atque appendicem de vetustioribus latinis recensioibus, quae in variis codd. supersunt Ioh. Sal. Semler cum quibusdam characterum graecor. et latinor. e libris MS. exemplis. Holae Magdeb. 1764. 8. (coll. Ernesti Neue theol. Biblioth. B. V. pag. 321 sqq.): tandem post viginti annorum spatium prodiit N. T. editio, in qua textus sequitur editionem Elzeuirianam, ita tamen, vt certis quibusdam signis in textum notatum sit, quid editor censeret mutandum vel inferendum, vel omittendum, quod vberius et accuratius docent notae adiectae. Tantus autem in notis deprehenditur lectionum variantium, ex codd. adlatarum, numerus, vt editor hac in re facile superarit omnes, qui ante eum similem laborem susceperunt. Animaduersiones, quas auctor praeter notas criticas adiecit, continent inprimis locos, e libris scriptorum vtriusque linguae defuntos, quibus voluit et rem, hoc illoue loco expositam, et singulorum verborum vocabulorumque vim et potestatem illustrare.*

[Non tantum Prolegomena Wetstenii, sed et alii eius critici libelli, curante b. Semlero sunt repetiti:

*I. I. Wetstenii Libelli ad crisin atque interpretationem N. T., adiecta est recensio introductionis Bengelii ad crisin N. T. etc. edidit — Joh. Sal. Semler — Hal. Magdeb. cloloCCLXVI. 8.*

Vt vero Wetstenius loca scriptorum Gr. et Lat. laudata plurima Raphaelio, Elsnero, Bosio, aliis, Hebraica Lightfooto et Schöttgenio debet: ita in variis lect. colligendis saepe eius diligentia desiderata est. vid.

*Chr. Aug. Bode Specimen Pseudo-criticae Wetstenianae, apud Eichhorn. Biblioth. der bibl. Litt. tom. IV. pag. 354 sq. — Beck.]*

*Novum Testamentum ad fidem graecorum solum Codd. MSS. nunc primum expressum, ad stipulante Joh. Jac. Wetstenio, iuxta sectiones Joh. Alberti Bengelii diuisum, et noua interpunctione saepius illustratum. Accessere in altero volumine emendationes coniecturales virorum doctorum und.que collectae. L. ndini, cura, typis, et sumptibus I. B. MDCCLXIII. 12. mai. voll. II.*

Editionem curauit *Guil. Bowyerus*, typographus Londinensis doctissimus. Textus ita est descriptus, uti Wetstenius, si licuisset, eum editurus fuisset; nonnumquam tamen a Wetstenio recedit, ita, ut, quae, auctore Wetstenio, essent reicienda, retenta sint. Emendationes, anglica lingua descriptae, ad calcem vol. II. leguntur. vid. *Masch.* tom. I. pag. 246. Hae coniecturae etiam separatim editae sunt hoc titulo: *Coniectures on the New Testament collected from various authors, as well in regard to words, as Printing with the Reasons, on which both are founded. London. Printed by W. Bowyer and I. Nichols. 1772.* (vid. *Michaelis Oriental. Bibl. Th. I. p. 123.*) et vernacule redditae: *Coniecturen über das Neue Testament. Zuerst gesammelt von Wilh. Bowyer, aus dem Engl. der zweiten Ausgabe übersetzt und mit Zusätzen und Berichtigungen bereichert von Joh. Christoph Schulz. Leipz. 1774. 1775. 8. voll. II. coll. Michaelis Oriental. Biblioth. Th. VII. S. 83 sqq. Ernesti Neueste theol. Biblioth. B. 6. S. 867 — 873.* [Auctiores nuper hae *Bowyeri* Coniecturae anglico sermone cum aliis eius Opusculis prodierunt Londini.]

*Novum Testamentum Graece. Textum ad fidem codd. versuum et patrum emendauit et lectionis varietatem adiecit Joh. Jac. Griesbach, Theol. Doctor et Prof. in Acad. Ienensi. Vol. I. Evangelia et Acta Apostolorum complectens. Halae apud Joh. Jac. Curt. MDCCLXXVII. Vol. II. Epistolas omnes et apocalypsin complectens. ibid. MDCCLXXV. 8. mai.*

Jam an. 1774 et 1775. ediderat Vir Venerabilis libros historicos N. T. hoc titulo: *Libri historici N. T. graece. P. I. sistens synopsis euangeliorum Matthaei, Marci, et Lucae. Textum ad fidem codd. vers. et petr. emendauit et lectionis varietatem adiecit I. I. Griesbach. Halae 1774. 8. mai. — Pars II. sistens euangelium Iohannis et Actus Apostolorum. 1775. 8. mai.* In Synopsi singulorum euangelistarum narrationes in vnum redactae sunt volumen, ita, ut, quae vnus tantum euangelista exposuit, integram occupent paginam, quae vero duo vel tres euangelistae exposuerunt, in duas vel tres columellas disposita sint. Quum vero haec librorum historicorum editio pluribus non satis commoda videretur, hos ipsos libros historicos denuo, et ita typis exprimendos curauit, ut in narrationibus euangelistarum solitum ordinem retineret. In hac N. T. editione textus receptus, is nempe, quem vulgares editiones recentiores, Elzeuirianae, Leusdenianae etc. sequuntur, quem etiam Wetstenius repetiit, fundamenti

menti loco positus est. Verum a Wetstenio ita discessit Griesbachius, ut non, prouti ille fecit, textum receptum prorsus immutatum exprimendum curaret, et in notis tantummodo alias lectiones substitueret, sed ut haud raro, loco lectionis receptae aliam in textum reciperet. Quod autem methodum adtinet, qua in adornanda noua textus sacri recensione usus est, nihil monemus; sed cum haec editio in manibus omnium sit. lectores nostros ad praefationes, utriusque volumini praefixas, remittimus.

*Ἡ νέα διαθήκη. The new Testament, collated with the most approved Manuscripts; with select notes in English critical and explanatory, and references to those Authors, who have best illustrated the sacred Writings. To which are added a Catalogue of the principal editions of the Greek Testament, and a List of the most esteemed Commentators and Critics. By E. Harwood D.D. London. Printed by I. D. Cornish for I. Johnston. MDCCLXXVI. 12. vol. II.*

Codd. Cantabrigiensis s. Bezanum, Claromontanum et Alexandrinum, quem tamen illis, primo loco positus, et auctoritate et aetate inferiorem iudicat, in describenda hac editione potissimum sequutus est auctor; sed varias lectt. quae in his codd. deprehenduntur, non sine magna cautione in textum recepit. A coniecturis prorsus abstinuit. Ex variis lectt. quas Wetstenii N. T. continet, eas tantum, quae magna niterentur auctoritate, selegit. Adiectae sunt textui notae, anglice scriptae, quibus vel textus explanatur vel ad aliorum scripta prouocatur. vid. *Masch.* tom. I. pag. 248 sq.

De editione Cel. *Matthaei* vid. infra inter graeco-latinas pag. 855.

*Novum Testamentum ad Codicem Vindobonensem graece expressum. Varietatem lectionis addidit Franciscus Carolus Alter, Prof. Gymnas. Vindobon. Viennae, typis Ioh. Thomae Nob. de Trattner, Vol. I. MDCCLXXXVII. Vol. II. MDCCLXXXVI. 8.*

Primus Tomus (qui post secundum praedit) continet euangelia, secundus Acta Apostolorum, epistolas et Apocalypsin. Praemittitur textus Graecus, quem auctor ipse recensuit, hunc excipiunt excerpta codd. et versionum, ita quidem, ut omnia cuiuslibet cod. et versionis excerpta separatim sint typis expressa. Excerpta e versf. spectant tantummodo Slavonicam, copticam et latinam variorum N. T. librorum. Codex, qui ab auctore vocatur *Vindobonensis*, est Lambecii l. Nesselii XXIII. in introduct. *Michaelis* ed. 4. Vindobonensis Num. CCLXXVI. Hunc codicem integrum Alterus descripsit, ita tamen, ut, quae ipsi inesse vitia textui viderentur, ex edit. Stephani an. 1546. emendaret. Conf. *Eichhornii* Biblioth. d. b. bl. Literat. B. II. p. 102 sqq. et *Michaelis* Neue Oriental. und Exegetische Biblioth. Th. V. pag. 122 sqq.

*Quatuor euangelia Graece cum variantibus a textu lectionibus Codd. MSS. Bibliothecae Vaticanae, Barberinae, Laurentianae, Vindobonensis, Escorialensis, Haunienfis regiae, quibus accedunt lectiones versionum Syrarum, veteris, Philoxenianae et Hierosolymitanae insu et sumtibus Regiis edidit Andreas Birch, Hauniae MDCCLXXXVIII. 4. Excudebat I. F. Schultz.*

Hic tomus complectitur quatuor euangelia, secundus Acta Apostolorum, tertius epistolas et Apocalypsin continebit. Ex hac autem editione plurimum omnino utilitatis in N. T. crisi redundat, quum plures codd. in ea collati sint, qui haecenus vel prorsus incogniti, vel saltem non accurate satis cogniti erant. Quo pertinent excerpta e cod. Vaticano perantiquo MCCIX. porro Vaticano CCCLIV. CCCLX. MLXVII. Urbino-Vaticano II. Lambeciano XXXI. et tribus codd. Haunienfisibus. — Textus in hac ed. descriptus est ex Stephani edit. tertia.

tertia. Textui subiecta sunt vnaquaque pagina excerpta e codd. Praemissa sunt prolegomena, quae continent descriptionem libelliorum, quibus usus est auctor, quae tamen modo breuius, modo copiosius, modo etiam nomine tantum indicantur. Conf. de hac editione *Eichhornii* Allgem. Bibl. der bbl. Litt. B. II. pag. 116 sqq. et *Michaelis* Neue Orient. u. Exeg. Biblioth. Th. VI. pag. 104 — 148.

*Novum Testamentum Graece. Perpetua annotatione illustratum a Ioh. Beniam. Koppe. Theol. P. P. O. Göttingensi. Vol. I. Complectens epistolas Pauli ad Galatas, Thessalonicenses, Ephesios. Göttingae apud Ioh. Christ. Dietrich, MDCCLXXVIII. 8. mai.*

*Novum Testam. — a Ioh. Ben. Koppe. Vol. VI. epistolae Pauli ad Gal. Ephes. et Thess. editio a tera auctior et emendatior curavit Thom. Christ. Tychsen, Göttingae — MDCCXCI. 8. mai.*

*Novum Testam. Graece. Perp. Ann. illustr. a I. B. Koppe. Vol. IV. complectens epistolam Pauli ad Romanos, ibid. MDCCLXXXIII. 8. mai.*

*Epistolae catholicae Graece. Perpetua annotatione illustratae a Davide Iulio Pott. Vol. I. complectens epistolam Iacobi. ibid. MDCCLXXXVI. 8. mai.*

*Epistolae catholicae Graece. Perp. Annot. illustr. a D. I. Pott. Vol. II. complectens utramque epistolam Petri. ibid. MDCCLXXXIX. 8. mai.*

*Novum Testam. Graece. Perp. annotat. illustratum. Editionis Koppianae Vol. VIII. complectens epistolam Pauli ad Hebraeos. Continuavit Ioh. Henr. Heinrichs. ibidem MDCCLXXXII. 8. mai.*

*Pauli ad Corinthios epistolae Graece. Perpetua annotatione illustratae a Frid. Aug. Guil. Krause. Vol. I. Complectens epistolam priorem. Francofurti ad Moenum MDCCLXXXII. 8.*

*Koppius*, (cuius vestigia presserunt reliqui interpretes, quorum nomina et editt. varior. N. T. librorum hic coniunctim commemoravimus,) in sua editione sequutus est recensio- nem Bengelianam (quam etiam *Pottius*, *Heinrichsus* et *Krause* sequuti sunt); textui subiecit notas criticas, brevis tamen et paucas et non nisi iis locis adpersas, in quibus vel grauior quaedam lectionis varietas, quae ipsa etiam interpretationi prodesse poterat, in codd. occurreret, vel textus communis probabiliter vitio laborare videretur. His notis criticis subiecit commentarium vberissimum, de cuius indole digna est, quae legatur praefatio ipsius, praemissa epistolae Pauli ad Galatas vol. I. Praeterea singulis epistolis prolegomena praemisit, et absoluta epistolae interpretatione, excursus adiecit, in quibus copiosius sententiam suam de hoc illoue loco exposuit; etiam hac in re cum imitati sunt *Pottius*, *Heinrichs.* et *Krausius*. Post mortem *Koppii* facis praematuram, viri doctissimi, *Pottius* et *Tychsenius*, editionem totius N. T. Koppianae similem promiserunt; — Cl. *Heinrichs*, vt supra iam notauimus, edidit epistolam ad Hebraeos. Usus est obseruationibus quas b. *Koppius* scripto reliquerat; harum vero obseruationum neque magna erat copia, neque illae ipsae maximam partem ita comparatae erant, vt *Heinrichsus* eas omnes conuertere posset in eum usum, cui ipsas destinarat, ergo ex iis nonnullas tantum selegit, et ne lectores exillimarent, se legere Koppianas annotationes, vnoquoque loco, quo *Koppii* obseruationem adscripsit, (id vero ipsum admodum paucis in locis factum est) hoc religiose indicauit. *Kuiz.*]

*Editiones Novi Testamenti cum versione una vel pluribus.*

[*Complutensis.* *Nouum Testamentum graece et latine in academia complutensi nouiter expressum.* Ad calcem haec leguntur: *Ad perpetuam laudem et gloriam dei et domini nostri iesu christi hoc sacrosanctum opus noui testamenti et libri uite grecis latinisque characteribus nouiter impressum atque studiosissime emendatum: felici fine absolutum est in hac preclarissima complutensi vniuersitate: de mandato et sumptibus reuerendissimi in christo patris et illustrissimi dñi domini fratris Francisci Ximenez de Cisneros tituli sancte Balbine sancte romane ecclie presbyteri Cardinalis hispanie Archiepi toletani et hispaniarum primatis ac regnorum castelle archicellarii: industria et solertia honorabilis viri Arnaldi Guilielmi de Brocario artis impressorie magistri. Anno domini millesimo quingentesimo decimo quarto. Mensis Ianuarii die decimo (1514.) fol.*

„Ad normam codicis venerandae vetustatis, (qui vtrum idem ille sit, qui hodie Vaticanus ille celebris est, an vero adhuc in Hispania alicubi lateat, vel flebili fato perierit, postquam apographum typis exscriptum exstaret, dubium adhuc est,) textus graecus, typis eum in finem sculptis, vt antiquorum modum scribendi referant, sine vllis spirituum aut tonorum notis, adiectis tamen acutis simplicibus, exscriptus est, ad imitationem veterum codicum, qui eiusmodi litterarum fastigiis carent. Versio latina vulgata, non inter lineas graecas est inserta, sed ad latus adposita; obseruatis tamen linearum spatiis, vt graeca latinis semper responderent. Vocibus graecis additae sunt litterae latinae minutiores, quae iterum singulis latinae versionis vocibus adiectae sunt; vt cuiusuis vocis graecae latina interpretatio eo facilius indagari possit.“ *Masch.* tom. I. pag. 270. — De codd. MSS. quibus vsi sunt editores, in prooemio haec leguntur: „illud lectorem non lateat, non quaeuis exemplaria huic impressioni archetypa fuisse: sed antiquissima emendatissimaque: ac tantae praeterea vetustatis vt fidem eis abrogare nefas videatur. Que sanctissimus in christo pater et dominus noster Leo X pontifex max. huic instituto fauere cupiens, ex apostolica bibliotheca educta emisit ad reuerendiss. cardinalem hispaniae, de cuius auctoritate et mandato hoc opus imprimi fecimus.“ Suspicio illa, quam *Erasmus* iam olim mouit, cod. huius edit. archetypum ad cod. latinum fuisse emendatum, recentiori aetate resuscitauit *Wetstenius* Prolegg. pag. 314 sqq. edit. *Seml.* cui adstipulatus est *Semlerus*, qui eruditionem et fidem Complutensium incertam professus est, neque satis constare monuit, quibusnam codd. et num. iis satis diligenter vsi sint, vid. *Semleri* edit. Prolegg. *Wetstenii* l. c. et *Apparatum* ad liberal. interpret. N. T. pag. 39. 41. Opposuit ei sese *Goetzius*, theologus Hamburgensis, in f. *Vertheidigung der Complutensischen Bibel*, Hamb. 1765. 1769. Conf. omnino: *Walch* *Neueste Religionsgeschichte* Th. III. S. 325 sqq. *Nachricht von der Streitigkeit über das Ansehen der Complutensischen Ausgabe des N. T.* et *Masch.* tom. I. pag. 271. Ceterum haec Complutensis editio per sex vel septem annos suppressa est, vsque tandem Leo X litteris hanc in rem die 22 Martii 1520. datus, quae etiam volumini primo praemissae sunt, concederet, vt publice venderetur. Verum ante a. 1523: parum eruditus innotuit.

*Nouum instrumentum omne, diligenter ab Erasmo Roteroamo recognitum et emendatum, non solum ad graecam veritatem, verum etiam ad mulierum vtriusque linguae codd. eorumque veterum simul et emendatorum fidem, postremo ad probatissimorum autorum citationem, emendationem et interpretationem, praecipue Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, Vulgarii, Hieronymi, Cypriani, Ambrosii, Hieronimi, Augustini, una cum annotat. onibus quae lectorem doceant,*

ceant, quid qua ratione mutatum sit. Quisquis igitur amas veram theologiam, lege, cognosce, ac deinde iudica. Neque parim offeudere, si quid mutatum offeuderis, sed exprobra, nun in melius mutatum sit. Apud inchoyram Germaniae Basiliam cum privilegio Maximiliani Caesaris Augusti, ne quis alius in sacra Romani imperii ditione, intra quatuor annos excudat, aut vllib. excusum importet. — Ad calcem legitur: Basileae in aedibus Ioannis Frobenii, Homburgensis. Mense Februario, Anno MDXVI. Regnante Imp. Caes. Maximiliano P. F. Augusto. fol.

Haec est prima N. T. editio, quae biennio post Complutensem, (quae tamen nondum diuendebatur;) edita est ab Erasmo, iuuantibus eum Oecolampadio, Capitone, Gerbelio. De codd. quibus Erasmus usus est, disputarunt Millius, pag. 111. 112. et Westlenus sub nr. 1. 2. 3. 61. 69 qui eos omnes, utpote literis minoribus et accentibus appositis scriptos, ad classem codd. recentiorum refert. E regione textus graeci posuit Erasmus versionem vulgatam, ab ipso tamen emendatam. conf. omnino Masch. tom. I. pag. 281 sqq. Haec editionem quae tamen imprimis propterea est reprehensa, quod nimis festinanter auctor eam curasset, nec semper genuinas lectiones elegeret, sequutae sunt quatuor aliae a. 1519. fol. (vid. Masch. tom. I. pag. 286 sq.) 1522. fol. (Masch. pag. 288 sq.) 1527. fol. in hac editione quarta primum inspexit Complutensem Ximenii (Masch. p. 289 sq.) 1535. fol. Masch. p. 291. Diligenter his in editionibus opus suum recognouit, ita, ut etiam aduersariorum suorum Eduardi Lei, Lopez Stunicae, Petri Sutoris aliorumque admonitiones in usum suum converteret. De controversiis, Erasmo per N. T. editionem excitatis, vid. Masch. p. 292. not. e. et Walch. l. c. p. 37 sqq. et quos ibi laudavi. Adiciamus iam, quae Fabricius noster p. 185. scripserat: „Inter opera Erasmi recensum N. T. cum eius commentariis est Basil. 1540. fol. [vid. Masch. pag. 292.] atque Lugduni Batav. 1705. fol. tomo sexto [Masch. pag. 293.] in qua noua et luculenta editione commentaria (quae exstant quoque in Critt. Sacrae Anglicae) non ut in superioribus separatim excusa, sed utilissimo instituto singulis statim paginis N. T. sunt subiuncta. Omitto N. T. cum Erasmi versione sine commentariis recensum saepius variis in locis ut Basil. 1553. 8. 1558. 8. [Masch. pag. 295.] ap. Nicol. Bryling. Paris. 1543. 8. [Masch. pag. 302 sq. Millus Prolegg. pag. 116.] apud Carol. Gullurd. Lips. 1582. 8. [Masch. p. 300.] Gessæ 1669. 4.” Masch. pag. 299. etiam Lipsiae 1591. Voll. II. 8. sunt bus Voegelini, charta membranacea, ed no haec in nostra biblioth. Academica Lips. adseruatur.

Ἄπαντα τὰ τῆς καιῆς διαθήκης, Nouum I. C. D. N. Testamentum. Cum duplici interpretatione D. Erasmi et veteris interpretis: harmonia item euangelica et copioso indice. Ex officina Roberti Stephani. MDLI. 8. (Geneuae).

Primum volumen continet quatuor euangelistas et Acta Apostolorum; adiecta est harmonia euangelica ex Andr. Osiandri opere a. 1537. edito, desumpta. Alterum complectitur epp. Apostolorum et Apocalypsin, cum indice rerum et verborum in N. T. Haec est editio omnium prima, in qua textus in versiculos distinctus.

Pp p p p 2

Nouum

11) Inuenti illius his verbis meminit filius H. Stephanus praefatione ad Concordantias Graecas N. T. l'itimum quod in literas sacras vel potius in earum lectores parens meus Robertus contulit

beneficium, minus aliis non fuisse qui iudicant, non insagaci esse iudicio videntur. Id cuius honorificum facio mentionem beneficium illud est, quod cum Testamenti noui libri in memata, quae capita

*Nouum D. N. Iesu Christi Testamentum. Latine olim a veteri interprete, nunc demum a Theodoro Beza versum: cum eiusdem annotationibus, in quibus ratio interpretationis redditur. Oliua Roberti Stephani. MDLVI. fol.*

*Iesu Christi D. N. Nouum Testamentum, siue Nouum Foedus. Cuius graeco textui respondent interpretationes duae, una vetus, altera noua Theodori Bezae, diligenter ab eo recognita. Eiusdem Th. Bezae annotationes, quas itidem hac secunda editione recognouit et accessione non parua locupletauit. Indices etiam duo Theologis (praesertim hebraicae, graecae et latinae linguae studiosis) multum profuturi adiecti sunt. Responso eiusd. ad Seb. Castalionem, in qua multi N. T. et harum, in ipsum annotationum loci accuratissime excutiuntur, seorsim excusa prostat. A. MDLXV. Excudebat Henr. Stephanus illustris viri Huldrici Fuggeri typographus. fol.*

Praemittitur epistola Elisabethae, Anglorum reginae, inscripta. Textus est Stephanicus, et ad latus adiunctam habet utramque versionem, in titulo memoratam. vid. *Millius Prolegg.* pag. 130. *Masch.* pag. 309 sq. *Wetsten.* Prolegg. pag. 377. edit. *Seml.* Sequuta est hanc editionem tertia a. 1582. fol. Geneuae typis Henr. Stephani fol. quarta 1589. fol. in quibus edit. plura retractauit. vid. *Masch.* tom. I. pag. 311 sq. et quos ibi laudauit. Quinta a. 1598. fol. vid. *Masch.* pag. 312 sq. quae postea cum *Ioach. Camerarii* commentario prodiit Cantabrig. 1642. fol. <sup>uu)</sup>

Ἡ κωνῆ

capita vulgo vocantur, diuisi essent, ipse horum tmematum vnunquodque in tmematia diuisit, vel potius subdivisit: quae adpellatione ab aliis magis quam ab ipso probata, versiculi vocata fuerunt. Nam ipsi vel graeca illa voce tmematia, vel latina quae illi respondet, sectiunculas nominare magis placebat. Illam enim veterem conmatum in oratione adpellationem, (Ciceroni incisorum,) ad alium restringi usum videbat. Verum vt his paucis de nomine contentus sim, at de re ipsa plura dicam, initium a duobus sumam, quorum vtrum nullam mirari debeas, dubitabis. Vnum est, quod *Latetia Lugdunum* petens, hanc, de qua agitur, capituli cuiusque catacopen consecit, et quidem magnam eius, inter equitandum, partem: alterum, quod illum paulo ante de hac cogitantem plerique omnes incogitantem esse aiebant: perinde ac si in re profusus inutili futura, ideoque non tantum nullam laudem consecutura, sed in derisum etiam ventura ponere tempus atque operam vellet. At ecce contra eorum damnatricem instituti patris mei opinionem, inuentum illud simul in lucem, simul in omnium gratiam venit: simulque in tantam auctoritatem, vt quasi exautorarentur aliae Testamenti Noui, siue Graecae, siue Latinae, siue Gallicae, siue Germanicae, siue in alia vernacula lingua editiones, quae inuentum illud secutae non essent. *Fabric.*

uu) Reprehenditur *Beza* a *Drusio*, *Heinsio*, *Grotio*, *Pricario*, *Boisio*, *Camerone*, *Lud. de Dieu*, *Erasmio Schimidio*, et aliis non vno in loco. A *Rich. Simone* quoque lib. II. *Hist. Crit.* N. T. cap. 25. 26. et lib. III. cap. 50. [aliisque, quos *Masch.* tom. I. pag. 310. laudauit]. Nec immerito variis in locis, vt existimo, reprehenditur: At plurima vicissim praeclare eum obseruasse, atque erudite illustrasse, inquis sit, qui non fateatur: Etiam eodem *Simonio* teste lib. III. epist. 31. select. pag. 216. doctissimi quique sacrarum literarum interpretes romani *Bezam* non infrequenter describunt. *Les plus habiles Commentateurs catholiques Maldonat*, *Estius*, *Luc de Bruges* et *queques autres* ont copié *Beze* en plusieurs endroits. Sed in hoc humani aliquid passus *Beza* est, quod acerbe nimis insectatus fuit alterum sacrarum literarum interpretem non minus eruditum *Castellionum*. *Erasmus* quoque iniquior fuit, vnde *Heinsius* in *Apologia* contra *Croium* pag. 5. *Iosephus Scaliger*, *Bezae* amicissimus, qui eum fratris instar coluit, neque hilarior vquam fuit quam cum *Bezae* sui meminisset, interim frequentius eum, quam vellet, ab *Erasmio* discessisse iudicabat: quod et acerbius iubinde ab eo factum vidi qui nollent, vt cum ineptire eum dixit non semel; de quo tamen ad inuidiam prope alibi:

*Erasmus*



Ἡ κενὴ διαθήκη. *Testamentum nouum.* רוחקא דרומא *Est autem interpretatio Syriaca N. T. hebraicis typis descripta, plerisque etiam locis emendata. Eadem latino sermone reddita. Autore Immanuele Tremellio, Theol. D. et Prof. in Schola Heidelberg. cuius etiam grammatica chaldaica et syra calci operis adiecta est. Excudebat Henr. Stephanus. A. MDLXIX. fol.*

Textui graeco in prima columna adiecta est versio latina, a Beza confecta, desumpta ex eius edit. secunda, in margine utroque et loca parallela et breuiores notae leguntur. Columna tertia versionem syriacam, hebraicis litteris expressam, proponit, vltima columna continet versionem latinam textus syriaci, a Tremellio compositam, quae singula verba premit. Omissa sunt in vers. Syriaca epistola Petri II. Ioh. II. et III. Iudae, Apocalypsis, historia de adultera Ioh. VIII. et I Ioh. III, 7. vid. *Walch. pag. 41 sq. Masch. pag. 408 sqq.*

Τὸς τῆς υἱῆς Θεοῦ κενὴς διαθήκης ἀπαντες. *Nouum Testamentum Iesu Christi, filii Dei, ex versione Erasmi, innumeris in locis ad graecam veritatem, genuinumque sensum emendata. Glossa compendiaris M. Matthaei Flauii Illyrici Albonensis in N. T. Cum multiplici indice tum ipsius sacri textus, tum etiam glossae. Quid praeterea sit in commodum lectoris in hac editione praestitum, sequens nuncupatoria praefatio indicabit. Basileae A. MDLXX. fol.*

Textus graecus Erasmus est expressus, ad marginem positae sunt variae lectiones, etiam loci paralleli. Erasmi versionem latinam editor emendauit, et ad latus textus graeci posuit; in margine notata sunt scholia breuia. vid. *Masch. pag. 296.*

Editio *Davidis Wolderi.* Haec constat partibus duabus. Prima pars, quae continet V. T. hebraicum, inscripta est: *Bibliorum quadrilinguium tomus primus, in quo textus hebraicus continetur — — nunc primum emendate editus. Hamburgi MDXCVI. fol.* Altera pars sub hoc titulo proliit: *Sacrorum bibliorum Quadrilinguium tomus secundus, trilinguis, librorum V. et N. T. versum continens, graecam septuaginta interpretum, latinam duplicem, unam veterem et vulgarem, alteram Xant's Paguini, cum notis hebraicam veritatem indicantibus; et germanicam Martini Lutheri. Hamburgi. Excudebat Iacobus Lucius. MDXCVI. fol.* Constat haec altera pars voluminibus septem, sextum et septimum libros N. T. continet. vid. *Masch. pag. 387.*

*Nunc Testamentum graecum.* Cum vulgata interpretatione latina Graeci contextus lineis inscripta. Quae quidem interpretatio cum a graecarum editio un interpretatione discedit, sensum videlicet magis quam v rba exprimens, in margine libri est collata: atque alia Ben. Ariae Montani Hispanensis opera e verbo reddita ac diverso charactere un genere distincta in eius est substituta locum. Editio postrema, multo quam ante hoc emendatior. Cum praefatione eiusdem Ben. Ariae Montani, in qua sui huius operis rationem reddit, docetque quis ex eo fructus a sacrae paginae sit diuina percipi possit. Ex officina Commeliniana. MDXCIX. fol. — vid. *Wetstem. pag. 385. Masch. pag. 273. vv)*

P p p p 3

Nouum

*Erasmus ille, quo fatentur plurimi  
Nihil fuisse, nec futurum dicitur.*

In versione Bezae praecipue carpi solet, quod nimis superfluo iose versetur in exprimendis articulis et verborum compositorum etymologia, etiam vbi nulla emphasis apparet. *Fabric.*

vv) Cum versione etiam interlineari Ariae Montani Geneuae prodiit 1572. 12. et ad calcem Hebr. Bibliorum, ab eodem Aria cum versione interlineari adornatorum, Antwerp. 1572. fol. recursorumque Lipsiae non inueleganter 1657. fol. *Fabric.*

Nouum Testamentum gr. lat. ex versione *Seb. Costalioni*. Venetiis MDLXXXIII. 8. — repetita haec editio Antwerpiae 1584. 8. Lipsiae 1591. 8. vid. *Masch.* l. c. pag. 318.

*Nouum Testamentum Dni Nostri I. C. Syriace, italice, hebraice, hispanice, graece, gallice, latine, anglice, germanice, danice, bohemice, polnice.* Studio et labore *Eliae Hutteri, Germani cum gratia et privilegio Sacr. Caes. Mai. ad quindecim annos.* Norimbergae MDXCIX. fol. Vol. II.

Hebraicam versionem ipse *Hutterus* <sup>(w)</sup> elaborauit, syriacam describendam curauit ad editionem Tremellii, et quae ibi desiderabantur, adiecit, latina est vulgata, germanica Lutheri. Vberior huius editionis notitia haurienda est ex *Masch.* l. l. p. 391 sqq. *Walch.* p. 175. et quos ibi laudauit.

*Noui I. C. Testamenti Graeco-Latino-Germanicae nouae editionis pars prima. In qua una cum pietate et verbis aeternae vitae, tres linguae vel solae, vel inter se collatae vni opera et propemodum simul legi et adfisci compendiose a iunioribus possunt, cum praesulimari ad Celsiff. Pomeraniae principem Philippum epistola, in qua consilium de latina lingua compendiose a pueris addiscenda exponitur studio Eilhardi Lubini. Rostockii, typis Ioachim Pedani, typographi academici.* A. MDCXIV. 4. — vid. *Masch.* tom. I. pag. 411 sq. *Walch.* pag. 36.

(Cum versione Erasmi interpolata per *Matthiam Haseuerefferum.* Francof. 1618. *Fabric.*)

Ἡ καινὴ διαθήκη τῆ κυρίῃ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διγλωττος ἐν ἡ ἀντιπροσώπως τό τε θεῖον πρωτότυπον καὶ ἡ ἀπαρραλλάκτως ἐξ ἐκείνης εἰς ἀπλήν διάλεκτον διὰ τῆ μακαρίτη κυρίῃ Μαξιμῆ Καλλιεπολίτη γενομένη μετάφρασις ἅμα ἐτυπώθησαν. Ἐτετι χηηδδδπμ. (1658.) 4. sine loci indicio, duobus Voluminibus.

Generalium Belgii foederati Ordd. sumtibus haec *μετάφρασις* debetur; illos autem, eius rei vt curam susciperent, impulit *Jac. Golius*, hoc enim de eo *Gronovius* in Orat. funebri pag. 21. testatur. *Le Loug* Genesae, sed *Walch.* pag. 46. et *Masch.* pag. 325. Lugduni Batav. hoc N. T. proditisse contendunt. Est bilingue, continet textum authenticum, et versionem neo-graecam Maximi Calliopolitani. Emendata haec versio, sine textu graeco, edita est studio *Seraphini*, hieromonachi Mitylenasi. Lond. 1703. 12. Recusa est deinde haec versio, postquam illam correxerat *Anastasius Michael Macedo*, vna cum oratione saera, graeca. *Halle* 1710. 8.

*Erasmi Schmidii opus sacrum posthumum in quo continentur versio N. T. noua ad graecam veritatem emendata, et vtrius ac animaduersiones in idem: quibus partim mutatae alicubi versionis redditur ratio, partim alia necessaria mouentur. Accedit sacer contextus graecus cum versione veteri, nec non index rerum et verborum locupletissimus. Itemque auctoris orationes de Sibyllis, multum hactenus desideratae.* Norimbergae sumtibus ac typis *Michaelis Endteri.* A. c1615CLVIII. fol.

Textus graecus Bezae est ita, vt admodum raro ab eo recesserit auctor. Versio est Bezae, sed ita emendata, vt versio noua comode nominari possit. vid. *Masch.* tom. I. p. 319. *Walch.* pag. 44. *Wetsten.* pag. 391.

(Cum

<sup>w)</sup> Idem *Hutterus* etiam lectiones euangeliorum et epistolarum anniuersarias vulgauit graece, hebraice, latine et germanice; ib. 1601. 8. *Fabric.*

(Cum versione latina veteri, et interlineari noua *Ariæ Montani*: Syriaca idem et Arabica, atque *Aethiopica*, quibus singulis latina versio adiuncta est. Tomo V. Bibliorum polyglotton Londinensium *Briani Waltoni* 1657. fol. [vid. *Masch.* pag. 374 sqq.] Syriaca et Arabica occurrunt etiam in Polyglottis Parisiensibus 1645. fol. [vid. *Masch.* pag. 349 sqq.] Syriaca literis Syriacis et Hebraicis descripta in Polyglottis Regiis Antwerpiensibus 1581. fol. *Fabric.*) vid. *Masch.* l. I. tom. I. pag. 340 sqq.

Ἡ νέα ἡ δὶαθήκη, das ist das N. T. unsers Herrn I. C. Griechisch und Teutsch, mit einer Anleitung der Versicul und Wörter welche Herr Leusden in seiner griechischen Edition gezeichnet zu merken, und Vorrede Herrn Ioh. Winklers, Pastor zu S. Michaelis in Hamburg. Lüneburg verlegt Ioh. Georg Lipper. A. 1693. 8.

Textus ex editione Leusdeniana descriptus, ad latus versio Lutheri germanica. vid. *Masch.* pag. 325.

*Nouum Testamentum XII. Tomis distinctum*, graece et latine, textum denuo recensuit, varias lectiones nunquam antea vulgatas ex C. Codicibus manuscr. maximam partim Mosquensibus — variarum bibliothecarum, collegit — priorum editorum — apparatus retractauit, scholia graeca addidit, patrum lectiones memorauit, animaduersiones criticas adiecit et edidit *Christ. Frid. Matthaei*. Rigae apud *Hartnoch.* MDCCCLXXXVIII.

Editio haec prodiit hoc ordine: 1) SS. Apost. epp. cath. 2) D. *Pauli* epp. ad Rom. Tit. et Philem. 1782. 3) Acta Apost. 4) epistolae ad Corinth. 1783. 5) *Pauli* epp. ad Hebr. et Coloss. 6) *Pauli* epp. ad Gal. Ephes. Phil. 1784. 7) *Pauli* epp. ad Thessal. et ad Timoth. 1785. 8) *Ioh.* Apocalypsis 1785. 9) Euang. sec. Lucam. 10) Euang. sec. *Ioh.* 1786. 11) Euang. sec. Marc. 12) Euang. sec. Matth. 1788. Conf. *Becnefers* Rutil. Biblioth. X, 1 — 3. 84. 4. 6. 472. *Richhorn* Allgem. Biblioth. B. II. p. 302 sqq. *Althoeolis* Oriental. Biblioth. Th. XX. p. 107 sqq. eiusd. Neue Orient. Biblioth. Th. I. pag. 207. Th. II. pag. 162. 170. VI. 97. Codd. quos consuluit auctor, recensuit ad calcem euangelii Matth. p. 481 sq. et Apocalypicos p. 335 sqq. Qui tamen accuratius cognoscere cupit vniuscuiusque cod. indolem, is debet quoque respicere ea, quae in notis passim de codd. obseruata sunt. Textus graecus comitem habet versionem vulgatam, quae in euangelii immutata expressa est, sed inde ab Act. Apost. cum duobus codd. collata. Recensio noua textus graeci proxime accedit ad textum receptum. Reputat autem magnopere cl. auctor varias recensiones, quas commendarunt *Sinlerus* et *Grieberchius*, viri doctissimi. Origenem statuit corruptorem textus graeci pessimum. Codicem Cantabrigiensem, quem alii in pretio habent, nimis aestimandum censet. Nouas classes codd. ipse constituit: 1) codices textus perpetui, sine scholiis et commentariis 2) euangeliarum et *Praxapostoli*, 3) codd. omnium maxime corrupti, nempe codd. cum commentariis marginalibus. — Promisit dissertationem de Origene, diss. in qua comparentur scholia N. T. cum scriptis Origenis, Chrysostomi, et Hieronymi; et diss. de iusto pretio Vers. Vulgatae statuendo. [Add. Idem praef. *Euthymii Zgaberii* Comment. in IV. Euangeliae, et in Not. passim.]

*Epistolarum catholicarum septenarius Graece*, Petri duae epistolae, Iacobi una, Iohannis tres, et Iudae Iacobi una: cum noua versione latina ac scholiis grammaticis atque criticis, in quibus interpunctio accurata, explicatio et cohaerentia facillime declaratur, opera Ioh. Bened. Carpzou. Theol. D. et Prof. Primar. Helmst. Abbatis Regiae Luterae, Halae, impensis viduae Curtii. clbIdCCXC. 8. Kuin.]

Praetereo editiones graecolatinas librorum N. T. haud omnium, vt euangeliorum et Actorum cum Verf. Vulg. et Bezae, commentariisque selectis a *Baldouino Walaeo*. Lugd. Bat. 1653. 4.

Matthaei, Lucae, capitum X. XI. Iohannis, Actorum, capitum XII. prioris ad Corinthios et Epistolarum I et II. ad Timotheum ad Titum et Philemonem. Iacobi, item trium Ioannis et Iudae cum notis eruditis *Ioh. Priscaei*. Lond. 1600. fol. inter Criticos sacros. *Fabric.*

### XVIII. *Versiones Noui Testamenti.*

Pleniorem versionum biblicarum atque adeo N. T. quoque notitiam haurire licebit lectori e *Christiani Kortholti* libro erudito de variis Scripturae editionibus Kil. 1686. 4. *iacobi Vsserii* historia dogmatica de Scripturis sacris vernaculis cum auctario viri doctiss. *H. Warthoni*, Lond. 1689. 4. et e *Rich. Simonis* Historia Critica N. T. libro secundo ac nouis eiusdem in Hist. N. T. obseruationibus. Iam olim scripta Apostolica in omnes fere omnium gentium linguas translata esse, testantur *Eusebius* Orat. de laudibus Constantini pag. 662. *Chrysofostomus* Homil. LXXXI. in Matth. XXVI. p. 845. (vbi Perfas, Indos, Scythas, Thraeces, Sauromatas, Mauros et Britannicarum memorat incolas insularum,) et Homil. I. in Ioh. p. 13. *Theodotus* V. Therapeut. p. 81. (vbi mentio linguae Romanae, Aegyptiae, Persicae, Indicae, Armenicaeque, Scythicae atque Sauomaticae) et *Anastasius Sinaita* in Hodego cap. XXII. pag. 339. [Add. *Wetstenii* et *Millii* Prolegg. *Walchii* Bibliotheca theologica selecta, litterariis annotationibus instructa tom. IV. Ienae 1765. 8. et quos ibi laudauit; *Michaelis Einleitung Th. I.* inprimisque: Bibliotheca sacra post *Iacobi I. Long* et *C. F. Boerneri* iteratas curas ordine disposita, emendata, suppleta, continuata ab *Andr. Gottli. Masch.* part. II. vol. I. Halae 1781. 4. et qui ibi laudantur; *Allgem. Repertorium der Literatur für die Jahre 1785—1790.* Erster Bd. Erste Hälfte, Iena 1793 4. Bibliotheca biblica Ser. Würtemberg. ducis olim Lorkiana edita et Ser. Ducis inscripta a *G. Ch. Adler*, Altona 1787. 4. add. quos passim laudauimus. *Kuin.*]

Sed in praesenti liceat breuem quandam versionum N. T. quae exstant veluti indicem subiicere, ordine litterarum. *Fabric.* Nos quidem Fabricii hunc ordinem seruabimus, de ipsis autem versionibus paullo curatius, quam ab eo factum est, ipsi disputabimus. *Kuin.*

[*Aegyptiaca* s. *Coptica*. Etsi extra omnem dubitationem positum sit, admodum mature, saeculo II. adfuisse sacrorum voluminum N. T. in linguam Copticam (h. e. eam, quae ante Saracenorum in Aegyptum incursionem ibi florebat; conf. Thesaurus epistolicus *la Crozianus* in indice sub voce *Copticus*, *Aegyptus*, *Wilke*, *Wilkins*.) translationem, incertum tamen est, an etiam antiqua illa versio ad nostra vsque tempora peruenerit, vtrum fragmenta illa, quae progressu temporis in lucem prodierunt, deprompta sint ex versione ea, quam respexerunt ecclesiastici patres. vid. *Masch.* part. II. pag. 184. *Eichhorn* *Allgem. Biblioth. der bibl. Literatur* B. II. pag. 314. De aetate versionum Copticarum disputarunt *Woidius* in *Cramer's Beyträgen zur Beförderung theologischer Kenntniss* 1777. 1778. 8. et *Münterus* in *Eichhornii Allgem. Bibl.* B. IV. S. 1 sqq. Editionem huius versionis, quae MSta exstat in bibl. Vaticana, in Parisiensi Regis Galliae et in Bodleiana, moliebatur *Thomas Mareſchallus*, qui ex ea etiam loca quaedam produxit in notis ad versionem Gothicam, sed a promissis non stetit;

stetit; egit autem *Mareschalli* partes *Wilkins*, qui versionem hoc titulo edidit: *Novum testamentum Aegyptium vulgo Copticum, ex MSS. Boriliani descripsit, cum Vaticanis et Parisiensibus contulit, et in latinum sermonem convertit David Wilkins, Oxoniae 1716. 4. mai. vid. Masch. tom. II. pag. 188. Walsh. pag. 147. Weissen. Prolegg. pag. 294. edit. semler. Michaelis Einleitung Th. I. S. 337 sqq.*<sup>xx)</sup>

De versione *Sahidica*, conscripta dialecto, quae in Aegypti superiori parte (Said صعيد) in usu erat, haecenus tantum fragmenta edita sunt. *Mingarelli* edidit fragmenta evangeliorum Matthaei et Iohannis e codd. Naniensis: *Aegyptiorum Codd. re' quiae Veteris in bibliotheca Naniana asseruat. Bononiae fasc. I. 1785. fasc. II. 1785. 4. vid. Michaelis Neue Oriental. Bibl. Th. 4. S. 64 sqq. praeterea Georgi, monachus regulae Augustini, ex cod. Borgiano aliud fragmentum euang. Ioh. edidit, (cuius lectiones iam *Hevdius* et *Michaelis* Oriental. Bibl. Th. III. excerpserant) hoc titulo: *Fragmentum euangelii S. Iohannis Graeco-Copto-Theaicum Saeculi IV. Additamentum ex vetustissimis membranis: Lectionum Evangeliarum divinae Missae cod. Diaconici reliquiae et liturgica aia fragmenta veteris Thebaid. nsi ecclesiae ante D. osorum. Ex Veliterno Museo Borgiano nunc prodeunt in latina versa et notis illustrata opera et studiis F. Augustini Georgii Eremitae Augustini ni Romae ap. Anton. Fulgenium. 1789. 4. (vid. *Eichhorn* Allgem. Bibl. B. III. p. 253 sqq. *Michaelis* Neue Oriental. Biblioth. Th. VIII. pag. 206 — 232.)* Alia fragmenta protulit *Fridericus Mûnterus* in *Commentatione de indole versionis N. T. Sahidicae. Accedunt fragmenta epistolarum Pauli ad Timotheum ex membranarum Sahidicis Musei Borgiani Velitris. Hafniae MDCCCLXXXIX. conf. *Eichhorn* Allgem. Biblioth. B. II. pag. 313 sqq. *Michaelis* Neue Oriental. Bibl. Th. VII. pag. 25 sqq. *Hassencamp* Theol. Annalen Jahrg. 1789. S. 657 sqq. Refert *Mûnterus* hanc versionem Sahidicam ad sec. V. Eam quatenus ex fragmentis haecenus editis colligi possit, confirmare cum antiquiss. lat. versionibus et antiquissima Syriaca translatione; in epistolis Paulinis sequi recensionem Alexandrinam. idem *Mûnterus* ostendit; in Act. Apost. consentire cum cod. Cantabrig docuit *Woidius* in epistola, ad *Michaelis* missa, vid. huius Oriental. Biblioth. Th. X. S. 199 sqq. idem *Woidius* contulit etiam quaedam capita evangelior. et epistolar. de qua collatione conf. *Crameri* Kielische Beyträge Th. III.**

*Aethiopica.* De gente et lingua Aethiopica, et huius versionis indole conf. *Masch.* part. II. pag. 140 sq. et 142. Prodit haec versio Romae, e codice lacunoso, curante *Petro Tessa Tsione*, monasterii Aethiopici monacho, adiuvante *Mariano Victorio Reatino* et alio perito<sup>yy)</sup>, hoc titulo: *Testamentum novum cum epist. Pauli ad Hebr. tantum cum concordantiis evangelistarum Iesubii et numeratione omnium verborum eorundem. Missale cum benedictione etc. — Quae omnia Fr. Petr. Aethiops auxilio piorum sedente Paulo III. Pont. Max.*  
et

xx) Vid. *Kircheri* prodromum Coptum cap. VIII. qui ante annos mille et trecentos conditam existimavit. *Simonii* Hist. Crit. N. T. lib. II. pag. 190 sq. *Hottingeri* fasciculum pag. 188 sq. Epistolas *Huntingtonianas* p. 16 sq. Capita quaedam huius versionis descripsit et ad editionem cum versione et notis paravit nuper ex Anglia vir clariss. *Ioh. Adolphus Hofmannus* Ploenensis. *Fabr.*

yy) *Ioannem Posthenium*, praepositum ecclesiae S. Georgii Coloniae, curatorem editionis Romanae male facit *Imbonatus* Bibl. latino-hebraica pag. 417. Recenti aetate *Ludovicus Caldeira* et *Ludou. de Azcuado* Lusitani e Soc. Iesu Novum testamentum Amarana lingua verterunt, teste *Philippo Alegambe* et *Nic. Antonio. Fabric.*

et Claudio illius regni imperatore imprimi curavit anno salutis MDXLVIII. 4. vid. *Masch.* tom. II. pag. 152 sq. *Westm.* Prolegg. pag. 296 sq. edit. *Seul.* *Millius* Prolegg. nr. 1188. *Walch.* pag. 146. In epilogo actuum apostolorum legitur: „illa acta Apostolor. maxima sui parte versa sunt Romae e lingua Romana (h. e. latina) et Graeca in Aethiopicam propter defectum archetypij; id quod addidimus, vel omisimus, condonate nobis, vos autem emendate illud.“ *I. Ludofus* in praef. in Lex. Aethiop. addit „et verendum est, ne idem in ceteris N. T. libris fecerint, quippe Aethiops meus in multis eos disferre aiebat ab exemplaribus mss. patriae suae.“ Repetita in Polyglottis Londinenlibus, etiam vitiosior facta est. Bene meritis est quoque de hac versione *Bodius*, qui evangelium Matthaei cum Graeco fonte contulit: *Evangelium secundum Matthaeum ex versione Aethiopici interpretis in bibliis Polyglottis Anglicanis editum, cum graeco ipsius fonte studiose contulit atque plurimis tam exegeticis quam philologicis observationibus textum partim, partim versionem illustravit auctor Christoph. Aug. Bode.* Cum praefat. *Chr. Ben. Michaelis*, Halae 1749. 4. Non integra versio aethiopica in hoc libro proponitur, sed tantum in selecta eius capita inquisiuit auctor, etiam Millii de ea iudicium sub examen vocavit. *Michaelis* autem in praefat. docet, versionem non ex coptica, (quod placuit *Renaudotio* tom. II. Liturg. Oriental. pag. 389.) nec ex Syriaca, (quod aliis adiicit) sed, si sola excipiantur Acta Apostolorum, ex originali textu graeco esse deductam, non solum in Romana editione, sed etiam in polyglottis Anglicanis. Conf. eiusdem *Michaelis* tractatio de variis lect. N. T. §. 24—26. et 64. atque filii, *Ioh. Dau. Michaelis* Einleitung Th. I. §. 68. pag. 456 sqq.

*Anglicarum* versionum, quarum plerimae exstant, quatuor constituit classes, *Walchins* in *Bibl. theol.* selecta tom. IV. pag. 123 sq. sequutus *Longum* in *Bibl. Sacr.* part. II. Et ad primam quidem refert biblia, a *M. Iesio Couerdale* anglice versa, Londini 1535. fol. cum iam antea *Guil. Tyndalius*, adiuuantibus eum *Ioy* et *Constantino* N. T. et V. T. a libro Geneseos vsque ad Nehemiam in linguam anglicam transfulisset. Haec editio saepius repetita est postea, inprimisque iussu *Henrici VIII.* regis, a duobus episcopis recognita, cum *Thomae Cranmeri* praefatione edita est Tiguri 1550. 4. Londini 1553. fol. et 4. <sup>22)</sup> Ad secundam classem refert biblia anglicana, vulgo dicta *Geneuensis*, quoniam ab Anglis, regnante *Maria*, regina, Genevae exsulibus, quorum praecipui et doctissimi erant *Miles Couerdale*, *William Whittingham* et *Antonius Gilby*, ex hebraeo et graeco scripturae fonte translata et edita sunt Genevae 1560. 4. et saepius. Tertiam classem conficiunt biblia, quae dicuntur *episcopalia*, quae sub auspiciis *Elisabethae*, reginae, a *Matthaso Parkero*, archiepiscopo Cantuariensi, aliisque nonnullis episcopis adornata et edita sunt Londini 1573. fol. saepius deinde repetita. Ad quartam denique classem pertinent biblia regia, quae sub auspiciis *Iacobi I.* Angliae regis, in vulgus emissa sunt Londini 1612. fol. et 12. quam editionem plures deinceps sequutae sunt aliae. Laudat de hac versione *Fabricius* noster *Ioh. Durellum* in historia rituum Angliae p. 215. et documenta ad *Guil. Burneti* historiam reformationis Angliae p. 213 sq. edit. Francof.

De

<sup>22)</sup> *Galteri Delaeni* *Henrici VIII* biblioscopi versionem N. T. citat *Tho. Gatackerus* p. 447. *Aduersar.* edit. Lond. Omitto antiquiores, quas memoratas, non prolatas in lucem, videas *Bedae*, *Alfredi* etc. et quae in bibliothecis Angliae adhuc

MSS. occurrunt sub nomine *Wiclesi* etc. NB. *Wiclesi* non esse, contendit *Warthonus* ad *Vijer.* de scripturis vernaculis pag. 426. licet a *Wicleso* anglice translatae esse scripturas neququam dubitet. *Fabric.*

De versionibus anglicis in genere, conf. *Matthaeus Polus*, in prolegomenis ad edit. *Iacobi* iussu adornatam. *Lewisi* complete history of the several translations of the holy bible in to english, Lond. 1731. 8. alique, quos laudavit *Walhus* l. c. [Novam angl. Bibliorum versionem edere nuper coeuit D. *Alex. Goldes*] *Anglo-Saxonia* versio, quoniam tempore? num saeculo VIII. IX. vel X. concinnata sit? incertum est. *Eadfridus* sine *Egbertus*, episcopus Lincolniensis, qui floruit a. 718. plures libros e latino in Anglo-Saxonicam linguam transtulisse dicitur; hoc idem de *Beda Venerabili*, qui a. 734. inclauit, affirmatur. *Alfredum*, qui et *Aelfredus* et *Au edus* dicitur, plurimos libros vertisse, probari argumentis certis indubitateque non potest. *Schulero* in f. Geschichte der populären Schriftklärung von dem Anfange des Christenthums bis auf gegenwärtige Zeiten (Tübingen 1787.) Th. I. pag. 136. maxime probabile videtur, regnante *Aethelstano*, anno 930. a Iudaeis quibusdam, qui Christi religionem susceperant, versionem illam compositam fuisse. Conf. *Le Long* Biblioth. Sacr. pag. 470 sqq. et *Michaelis* Einleit. Th. I. §. 89. pag. 519 sq. Edita sunt: *Euangetia quatuor Saxonice et Anglice a Matthaeo Patro cum praefatione Ioan. Foxi, dicata Elisabethae Reginae, Londini typis Ioannis Daye, 1571. 4.* Deinde emendatius: *Euangetia quatuor Anglo-Saxonica charactere Anglo-Saxonico, cum antiqua versione Gothica et observationibus Th. mae Marefchalli* edita studio Francisci Iunii Dordrechtii 1665. 4. Amstelodami 1684. Eadem est editio.

*Arabicae.* De versionibus arabicis N. T. conferendi sunt imprimis *Rich. Simon* hist. crit. des Verf. du N. T. Chap. 18. *Mafih*. part. II. p. 126 sqq. *Michaelis* Einleit. Th. I. p. 441 sqq. §. 66 sq. *Oriental. Bibl.* Th. XII. S. 12 sqq. et qui primo loco nominandus erat, *Christ. Gottlo. Storr*, Professor Tubingensis Celeberrimus, in dissertatione critica de euangeliis arabicis Tubingae 1775. 4. coll. *Michaelis* Oriental. Bibl. Th. XII. pag. 2 sqq. — Prodiit versio quatuor euangeliorum *Romae ex typographia Medicea* 1590. fol. in fronte libri legitur annus 1590. ad calcem 1591. quinam huius versionis auctor? vnde ea desumpta sit? prorsus ignoratur. Eadem prorsus editio repetita est an. 1619. vel potius nouus tantummodo titulus operi praefixus est. Illa editio Romana, subinde tamen mutata, repetita est in *Bibl. Polygl. Parisiensibus*, addita est versio reliquorum librorum N. T. recentior, inepte interpolata a *Gabriele Sionita*: vnde vero versio epistolarum desumpta sit, non constat. Versio quae in biblioth. Polygl. Paris. legitur, inde translata est in *biblia Polyglotta Londinensi*. E cod. MS. Leidensi editit N. T. *Thomas Erpenius* Lugduni Batav. 1616. 4. Versionem quatuor euangelistarum, quam haec quatuor editiones continent, vnam eandemque esse, quamquam editiones variant, acutissime ostendit *Storr* l. c. interpolatam eam esse censet modo e versione Coptica, (§. 14.) modo Syriaca, (§. 15.) modo Latina, (§. 16.) etiam glossas marginales in textum irrepsisse statuit. Epistolarum versionem, quam *Erpenius* edidit, sequi exemplum Syriacum; in Act. autem Apost. et Apocal. Ioh. maximam partem Copticum, docuerunt *Storr* l. c. et *Michaelis* l. c. pag. 452. — Iussi congregationis Romanae de propaganda fide biblia arabice edita sunt, curante *Sergio Risi*, episcopo Damasceno, 1671. fol. III. voll. quae tamen versio e translatione latina interpolata est. — E decreto et sumptibus societatis Anglicanae de propaganda cognitione Christi N. T. arabicum, edidit *S. I. mon Negri*, Damascenus, Londini 1727. 4. mai. Textus desumptus est e Polyglottis Anglicanis, sed editor eum multoties mutauit, et ad graecum textum reuocauit. De aliis vers. arab. conf. quos supra laudauimus.

*Armenica.* conf. de hac versione *Simon* Hist. des Vers. Chap. 16. *Milii* Prolegg. §. 132 sqq. *Joh. Ioach Schröder* d. ff. de antiquitate et fatis linguae Armenicae inserta illius thesauro linguae Armenicae. Thesaurus Epistolicus *la Crozianus* tom. III. pag. 173 sqq. *Michaelis* l. c. §. 69. pag. 455. *Masch.* tom. II. pag. 169 sqq. *Wetsten.* Prolegg. pag. 295. Seml. Versionem Armenicam Chrysolomi aetate a *Miesiobo*, qui litteras armenicas ad normam Graecanicarum disposuit (vid. *Mosis Chorenensis* Hist. p. 299. L. III.) et sec. IV. vixit, factam esse, ferunt e cod. graeco, de concilio Ephelino allato, (*Mos. Choren.* Hist. cap. 61. p. 313.) adiuvantibus eum imprimis *Iohanne Erelensi*, *Iosepho Palmensi*, et *Mose Chorenensi*. vid. *Mos. Chor.* Hist. pag. 299. *Michaelis* pag. 455. postquam iam ante tentauerat versionem *Isaacus*, patriarcha. vid. *Mos. Chor.* hist. lib. III. cap. 61. pag. 313. Sec. XIII. *Hethom* vel *Haitho*, Armeniae rex, illam versionem Armenicam ad vulgatam immutavit. vid. *Masch.* l. c. pag. 271. Typis exprimendam curavit hanc versionem *Vjanius*, episcopus, sed ab eodem interpolata creditur. Biblia edita sunt a. 1666. et N. T. separatim Amstelodami 1668. prodiit, haec editio N. T. repetita est 1698. Recentissima bibliorum editio, nitidissimis typis, cum figuris aeneis, locisque parallelis textui adiectis, iussu *Abrahami*, patriarchae Armenorum, studio *Mikitar* edita est Venetiis ap. *Anton. Portoli.* 1733. fol. vid. *Masch.* pag. 178. Nunc vero temporis, ut me legere alicubi memini, sacerdotes Armenorum, qui Tergesi viuunt, novam, et ope codd. Armenicor. Orientis emendatae versionis Bibliorum Armenicorum editionem parant. — Specimen accuratae collationis versionis Armenicae cum textu graeco cap. I—XIV. Matthaei, edidit *Bredenkamp.* vid. *Michaelis* Neue Oriental. Bibl. tom. VII. pag. 139—154.

*Belgicae* versiones partim a pontificiis, partim a reformatis confectae sunt. Prima, quam *pentificii*, sequuti exemplum versionis vulgatae latinae, elaborarunt, prodiit Coloniae 1477. fol. Voll. II. et postea saepius haec editio repetita est. Interpretationum, quarum reformati auctores sunt, aliae integram Lutheri versionem exhibent, ita tamen, ut non omnes inter se accurate consentiant; sed nonnullae earum quibusdam in locis a Lutheri versione recedant, veluti quae prodiit Amstelodami 1527. 8. Embdae 1565. fol. Harlemi 1627. fol.; aliae vero ad alias versiones, helueticas imprimis, accommodatae sunt, v. c. biblia belgica Embdae 1556. 4. Leidae 1581. fol. Amstelodami 1583. 4. Hagae Com. 1585. fol. etc. conf. *Walch.* l. c. pag. 125 sq. et quos ibi laudavit, nec non Catalogue raisonné de la Collection de Livres de *M. Pierre Antoine Crevenna*, Amsterdam 1775. 4. vol. I. pag. 25 sqq. Reliquis autem versionibus cunctis facile praefertur, quae iussu Ordinum et ex decreto Synodi Dordracenae, ex idiomate originali in linguam belgicam fidelissime translata prodiit primum Lugd. Bat. et Hagae Com. 1637. fol. et postea quam saepissime repetita est. Dicuntur haec biblia vulgo, biblia generalium Ordinum Belgii foederati. Interpretes V. T. erant: *Joh. Bogermannus*, *Guil. Baudortius*, *Gerson Bucerus*, *Anton. Thysius*, *Iac. Rolandus*, *Herm. Fankelius*; N. vero T. librorumque apocryphorum: *Iac. Rolanus*, *Anton. Walaeus*, *Herm. Faulkel*, *Petr. Cornelii*, *Iodoc. Hoingius* et *Festus Hommius*. Conf. quos Fabricius noster laudavit: *Leusdenii* philologum hebraeo mixtum pag. 70 sq. et *Henr. Rud. Bentheimium* in libro de statu ecclesiarum et scholarum Belgicarum cap. 7. quibus add. quos laudavit *Walch.* l. c.

*Bohemicarum* versionum (bibliorum) duae sunt classes. Vna earum, quae ad versionem latinam vulgatam adornatae, et a pontificiis editae sunt. Nimirum Pragae 1488. fol.



fol. vid. [*Foffii* cat. codd. faec. XV. impress. in Bibl. Magliabech. p. 346 sq.] *Denis* Supplem. ad *Annal. Typogr. Maittairei* part. I. pag. 241. defunt in hac editione quartus liber *Ebrae*, et tertius *Maccabaeorum*: repetita haec editio *Cutnae* 1498. fol. (in hac ed. exstat versio libri IV. *Ebrae*.) — *Venetii* 1506. fol. *Pragae* 1529. 1537. 1549. 1555. 1556. 1561. fol. *Norimbergae* 1540. fol. et, quae dicata est *Rudolpho II. imp. Pragae* 1577. fol. et nuperrime iussu *Mariae Theresiae*, imperatricis, *Pragae* 1781. 8. N. T. separatim prodiit 1471. vel 1475. vid. *Denis* ad *Maittaire* part. I. p. 9. — 1498. 4. *Denis* l. c. p. 455. — *Pragae* 1513. et 1564. 4. et 1568. 4. sine loco, editore *Sam. Adam de Weleslavina*, *Pragae* 1613. fol. etc. — Altera earum, quae ex *hebraeo* vel *graeco* idiomate opera et studio fratrum *bohemosum* confectae sunt. Optima harum versionum est ea, quae ab a. 1579 — 1593. 4. Voll. VI. prodiit, interpretibus *Alberto Nicolai*, *Luca Helicaeo*, *Ioh. Aeuca*, *Georg. Wettero*, *Esaia Caepolla*, *Ioh. Ephraimo*, *Paulo Iessenio*, *Ioh. Capitone*, sumtibus Baronis *Ioh. Zerotini*: hanc sequutae sunt aliae, sine loco 1595. 8. *Pragae* 1596. 8. 1613. 4. cura et sumtibus *Erdman. Heintr. Comit. de Henkel*. *Halae* 1722. repetita haec *bibliorum* editio 1745. alia prodiit eod. anno *Briegae*, sed multis vitiis contaminata, etc. vid. *Walch*. l. c. p. 130. et *Verluch einer böhmischen Bibelgeschichte entworfen von Ioh. Theoph. Elfner* V. D. M. — nebst einem historischen Anhang von verschiedenen absonderlich gedruckten böhmischen Neuen Testamenten. 1765. 8.

*Coptica*. vid. supra *Aegyptiaca*.

*Danicae* versiones vel sunt e fontibus confectae veluti ea, quae a *Ioh. Pauli Resenio*, *Seelandiae* episcopo <sup>aaa)</sup>, mandato *Christiani IV. regis* adornata, edita est *Hafniae* 1605 — 1607. quae postea emendata est a *Sueningio* et prodiit *Hafniae* 1647. — vel e *Lutheri* versione germanica profluxerunt; eiusmodi interpretatio edita est iussu *Christiani II. ac consilii Ioh. Bugenhagenii*, interpretibus *Petro Palladio*, *Olao Chrysofomo*, *Ioh. Synningio*, et *Ioh. Machabaeo*. *Hafniae* 1550. fol. et alia, in qua tamen nihil fere mutatum praeter archaismos *danicos* prioris editionis, sub auspiciis *Friderici II. Hafniae* 1589. fol. adornarunt hanc editionem *Theologi Academiae Hafniensis*, *Paulus Matthiae*, *Seelandiae* episcopus, *Andr. Laurentii* et *Ioh. Slangevorfius*. Has editiones plures aliae exceperunt *Hafniae* 1607. 8. 1647. fol. 1717. 4. 1732. 8. 1740. 8. 1742. 8. etc. De *Resenii* editione conf. *Mollerus* in *Hypomnematis* ad *Ab. Bartholinum* de scriptis *Danorum* p. 297. de reliquis *Kortholti* tractatus de variis scripturae editionibus pag. 357. *le Long* *Bibl. Sacr.* part. II. et *Walch*. pag. 97.

*Esthonica*. Duplex est linguae *Esthonicae* dialectus, *Reualica* et *Dörpatica*. N. T. dialecto *Dörpatica* primum prodiit 1686. deinde 1727. *Rigae* 8. Interpretes ignoratur. Dialecto *Reualica* N. T. libri typis descripti sunt *Reualiae* 1715. 4. 1729. 8. 1740. 12. Omnia *biblia* ibidem in lucem edita sunt 1739. praecipuique interpretes erant *Gärger Anton*, *Halle*, et *Gutzlaff*, praepositi, summs suppeditavit *Bohnius*, summs copiarum praefectus. conf. *Livländische Bibl.* von *Frid. Conr. Gadebusch*. Erst. Th. *Riga* 1777. 8. S. 66 sq. et *Fetsch* *Curländische Kirchengeschichte* Th. III. pag. 85 sqq. qui ibidem observat, *Longum* in *Bibl. Sacr.* cap. 12. Sect. 5. pag. 372. *Esthonica* et *Lettica* *biblia* male confudisse, cum haec linguae sint maxime inter se diuersae. Hoc idem fecerat quoque *Fabricius* noster.

Q99993

*Finnica*

aaa) De *Ioh. Stenbuchi* examine versionis *Danicae* N. T. adi noua *literaria* *maris Baltici* a. 1726. pag. 178. et *Acta Erudit.* 1706. pag. 342. *Fabric.*

*Finnica* s. *Finnonica* N. T. versio, vt notauit Fabricius noster, interprete *Mich. Agricola*, rectore scholae Aboënsis, prodiit Holmiae 1548. teste *Baasio* et *Messenio* apud *Schefe-rum*. — Biblia Finnica, interprete *Aeschillo Petraro* edita, cura et studio *Martini Stodii*, *Gregorii*, *Matthaei filii*, et *Henrici Hufurum*, Proff. Acad. Aboënsis, *Christinae*, reginae, dicata fol. Holmiae ap. *Heur. Kesper*. 1642. Denuo biblia versa sunt ab *Heur. Florino*. Aboae 1685. 4.

*Gallicarum* versionum N. T. tam a pontificiis, quam reformatis elaboratarum, tam insignis numerus est, vt eas enumerare perquam difficile sit. Conf. de iis *Rich. Simon*, *Elias du Pin*, *le Long* *Bibl. S. Walch*. l. c. pag. 153. etc. Et praecipuae quidem, a pontificiis confectae, hae sunt: N. T. gallice ex versione *Guarti des Morlins* (qui circa an. 1294. vertit, recognitum et emendatum studio *Iuliani Mochi* et *Petri Farget*, Lugd. Batau. sine anno, *le Long* suspicatur a. 1477. — N. T. gallice e latino interprete *Iacobo Fabro Stapulensi* cum epistola Paraenetica. Voll. II. Parisiis 1525. 8. — N. T. gallicum ex versione *Renati Benoist* Voll. II. Paris. 1566. 8. 1569. 16. Antw. 1577. 16. et saepius. — N. T. gallicum ex versione Louaniensi cum figuris. Rothomagi 1572. 16. et postea saepius. Inprimis hanc theologorum Louaniensium versionem N. T. recognouit et ita emendauit, vt re ipsa noua facta sit translatio ex vulgata latina cum textu graeco collata, *Franciscus Veron*. Paris. 1646. 16. 1647. 4. — N. T. gallice translatum a *Michael de Marolles*. Paris. 1649. 8. sequutus est inprimis *Desid. Erasmi* versionem latinam; repetita illa editio Paris. 1653. 12. 1655. 8. — N. T. ex antiqua editione latina iussu Sixti V. recognita et auctoritate Clementis VIII. edita, in gallicum idioma conuersum a *Dionysio Amelotte* cum notis in loca difficiliora etc. vol. III. 1666. 1667. 1670. Parisiis 8. Animaduersiones in hanc versionem scripsit ex reformatis *Claudius Bruffonus*: remarques sur la traduction du nouveau testament, faite par ordre du clergé de France, et par le ministère de Denys Amelot, Delphis Bat. 1697. 12. — N. T. ex vulgata editione latina, gallice versum, adiectis discrepantiis graeci textus a latino. II. voll. Montibus 1667. 12. Constat, hanc versionem a multis esse confectam atque reuisam; praecipui erant *Antonius le Maitre*, *Isaacus Ludou. le Maitre* dictus *de Sacy*, *Petrus Thomas du Fosse*, et *Anton Arnauldus*, vocatur vel *Montensis*, quoniam Montium Hannoniae nomen pleraeque editiones prae se ferunt, etsi alii contendant, nullam earum ibi typis fuisse expressam; vel *Iansenistarum*, quoniam a Iansenii sectatoribus est composita. Saepius est recusa, grauius vero etiam impugnata <sup>bbb</sup>). — N. T. latine ex vulgata et gallice ex interpretatione *Antonii Godeau*, seu versio explicata N. T. insertis passim in textu nonnullis uoculis. Voll. II. 8. Paris. 1668. et postea 1672. rectius paraphrasin, siue cum auctore, versionem explicatam dixeris, quam versionem. — N. T. iuxta vulgatam editionem latinam in Gallicum sermonem conuersum a *Dominico Bouhours*, iuuantibus *Michael Tellier* et *Petro Besnier* quatuor euangelia 1697. in quibusdam locis emendata 1698. reliqui libri 1707. Paris. 12. integrum N. T. repetitum 1704. 12. saepius. — N. T. gallicum ex versione Montensi plurimis in locis reuisa et castigata studio et labore *Caroli Huré*. Paris. 1703. Voll. IV. 12. sine notis ib. eod. an. typis minoribus

<sup>bbb</sup>) Vid. Acta Erud. a. 1686. pag. 201 sq. *Ioh. Frid. Mayeri* ecclesiam Papaeam Lutheranae reformationis patronam et clientem pag. 90 sq. *Paschastius* uero *Quesnellus* versionem illam Mon-

tensem fere est secutus in praecleara sua editione N. T. obseruationibus moralibus illustrata [Paris. 1687. 12.] *Fabric*.

ribus ib. 1703 et 1706. — N. T. ex vulgata latina gallice redditum a *Richardo Simon* <sup>ccc)</sup> cum literalibus et criticis observationibus in loca difficiliora. Treuoltii 1702 8. Voll. IV. — A reformatis saepius quoque libri N. T. in linguam gallicam sunt translati; prodiit N. T. ex versione *Jacobi Fabri Stapulensis* parumper recognita ad usum eorum, qui Valles Pedemontanas occupant 1530. fol. Neocomi. — N. T. versum a *Stephano Dclet.* 1545. — N. T. Geneuense ex recognitione *Ioh. Caluini*, Lugd. 1545. 16. recognitum et emendatum a *Ioh. Caluino* et *Theod. Besa* ex consilio ministrorum Geneuensium 1560. 12. — Gallice ex Graeco conuersum a *Ioh. Clerico* cum eiusdem notis, (avec des remarques, ou l'on explique le texte et ou l'on rend raison de la version,) Amstel. 1703. 4. Voll. II. — N. T. e graeco conuersum, cum notis, auctoribus *Is. de Beaufobre* et *Iac. Leufont.* Amstel. 1718. 4. Voll. II. Lausonii 1735. 4. Amstel. 1741. 4. Et haec quidem de versionibus gallicis sufficiant.

*Germanicae* versiones N. T. antequam Lutherus libros illos in linguam vernaculam protulerat, plures editae sunt. Antiquissimis interpretibus N. T. merito accensendus est *Otfridus*, monachus Benedictinus, *Rabani Mauri* discipulus, qui regnante *Lothario*, imperatore, quatuor euangelia versibus germanicis reddidit. Typis exprimentum curauit hoc carmen *Flacius* Basileae, mendose tamen, 1571. et *Scherz* in Thesaur. antiqq. Teuton. tom. I. pag. 1. conf. a *Stade* Specim. lectt. Francic. ex *Otfrido*, et *Kittel* commentar. in Vphilae versf. Goth. epist. ad Rom. pag. 468. 485. Sed *Otfridi* liber non tam versionem euangeliorum, quam potius paraphrasin poeticam continet <sup>ddd)</sup>. — De bibliis germanicis, ante Lutheri tempora typis expressis, tum quoque de codd. MSS. quibusdam et ipsa Lutheri versione conf. *Paul Crell* Bericht von D. Lutheri deutschen Bibel, correctur und verschiedenen Druck derselben 1577. *Ioh. Frid. Mayeri* historia versionis germanicae bibliorum D. Martini Lutheri. Accedit mantilla de translationibus bibliorum germanicis ante Lutherum, siue editis, siue ineditis et de notis veterum biblicis dissertationes Hamburgi 1701. 4. <sup>eee)</sup> — *Ioh. Melch. Krafft* emendanda et corrigenda quaedam in historia versionis germanicae bibliorum Martini Lutheri, Mayeri. Slesuici 1705. 4. de reliquis *Krafftii* de hoc argumento scriptis, aliorumque vid. *Walch.* l. c. p. 80 sqq. *Gustau. Georg Zeltner* kurzgefaßte Historie der gedruckten Bibel-version und anderer Schriften D. Martin Lutheri in der Beschreibung des Lebens ac factorum Hans Luffs Nürnberg 1727. 4. *Nast* historisch-critische Nachrichten von den 6 ersten deutschen Bibelausgaben, nebst einer kritischen Anzeige aller übrigen vor Luthero theils wirklichen theils vermeintlichen Ausgaben. Stuttgart 1767. 8. *Ioh. Iac. Brucker* Abhandlung von einigen alten deutschen Uebersetzungen der heil. Schrift, in: Beyträgen zur critischen Geschichte der deutschen Sprache, Poesie, und Beredsamkeit (Leipz. 1737. 8.) B. III. S. 9 sqq. Götz

<sup>ccc)</sup> Condemnata est *Simonii* versio a Cardinali *Noallio*, Archiepisc. Paris. et *Bossueto*, episcopo Meldensi. Defensit aut se auctor in remonstracione aduersus Cardinalem, et lib. III. epist. select. pag. 260 sq. Vide etiam sis quae in versione illa reprehenduntur in memoriis litterariis Triault. 1702. part. I. pag. 383 sq. edit. Amstel. *Fabric.*

<sup>ddd)</sup> Laudandus est etiam is, qui *Tatiani* Harmoniam veteri lingua Theutisca conuertit, *Otfrido* non valde, vt videtur, iunior, quae vulgata

est cum perspicua versione et eruditis notis a *Ioh. Phil. Palthenio.* Gryphiswaldiae 1706. 4. *Fabric.*

<sup>eee)</sup> Nihil habeo, quod in praesenti eius (*Mayeri*) obseruatis addam, quam N. T. e Lutheri versione in Iudaeorum gratiam, laudabili instituto, litteris editum esse hebraicis a *M. Christ. Mollero*, Pastore ecclesiae Sandouiensis Francof. ad Oderam 1700. 4. *Fabric.*

*Göts* Versuch einer Historie der gedruckten Niederländischen Bibeln vom Jahr 1470 — 1621. Halle 1775. 4. Eiusdem Verzeichniß seiner Sammlung feltner und merkwürdiger Bibeln in verschiedenen Sprachen mit critischen und litterarischen Anmerkungen. Halle 1777. 4. — Litterarische Nachricht von den allerältesten gedruckten deutschen Bibeln aus dem fünfzehnten Jahrhundert, welche in der öffentlichen Bibliothek der Reichsstadt Nürnberg aufbewahrt werden. Nürnberg 1777. 4. Geschichte der Nürnbergischen Ausgabe der Bibel von Erfindung der Buchdruckerkunst bis auf unsere Zeiten. Nürnberg 1779. 4. *Christ. Gottl. Schwarz* Opusc. Acad. pag. 323. *Ioh. Ge. Palm*s Historie der deutschen Bibelübersetzung D. Martin Luthers vom Jahr 1517 bis 1534. mit einigen Anmerk. von *Ioh. Melch. Götz*e. Halle 1772. 4. *Gottl. Christ. Giesels* historische Nachricht von der Bibelübersetzung Luthers mit Vorrede und Anmerk. von *Ioh. Barthol. Riederer* Th. I. Altorf. 1771. 8. *Pauser* Versuch einer Geschichte der Römisch-katholischen deutschen Bibelübersetzung. Nürnberg 1781. 4. Eiusdem Entwurf einer vollständigen Geschichte der deutschen Bibelübersetzung Martin Luthers von 1517 — 1581. mit Zusätzen. Nürnberg 1791. Postquam ergo Lutherus libros N. T. in linguam transtulerat vernaculam nostram, (versio ipsius N. T. germanica primam lucem adspexit 1522. sub titulo: das Neue testament deutsch, Viteb. sine anni nota fol. et postea eodem anno et loco fol. vbi ad calcem legitur: gedruckt zu Wittenberg durch *Alethior Lotther*, im tausend fünf hundert zwey und zwanzigsten Jahr) plures extiterunt, qui meliorem versionem N. T. conficere et illam, quae Lutherum auctorem habet, emendare vellent, plerumque sine successu felici; nec ad hunc vsque diem eiusmodi bibliorum vernacula versio edita est, quae, nostris temporibus accommodata, in vsum publicum confecta, omnibusque numeris et partibus absoluta recte dici possit. Multa praeclare disputavit de variis versionum inprimis germanicarum generibus *Griesbachius* in commentatione: über die verschiedenen Arten deutscher Bibelübersetzungen in (*Eichhorn's*) Repertorium für bibl. und morgenl. Litterat. Th. VI. pag. 262 sq. In tanta autem versionum etiam N. T. librorum, post Lutherum conscriptorum copia, si omnes enumerare vellemus, liber scribendus esset. Itaque praecipuas tantum laudatè sufficiat. E catholicis Nouum Testamentum ex vulgata editione latina in vernaculum sermonem transtulit *Hieronymus Emser*, iussu et suasu *Ioh. de Schleinitz*, episcopi Merseburgensis, Dresdae 1527. fol. (Das neue testament nach laut der christlichen Kirchen bewerten text corrigirt und wiederum zu recht gebracht) voluit emendare Lutheri versionem, quam prorsus deprauatam et falsam clamitabat, sed ipse eam fere totam retinuit. Interim raptim distrahebantur huius versionis exemplaria, ita, vt inde ab anno 1527 — 1573. quatuordecim editiones huius versiones Emserianae numeret *Pauser* Versuch einer Geschichte der römisch catholischen Bibelübersetzungen pag. 33 — 72. Nürnberg 1781. Praeterea *Ioh. Dittenberger* omnium bibliorum ex vulgata versionem satis barbaram concinnauit, ita, vt *Emseri* translationem N. T. fere omnem retineret. Prodiit Moguntiae 1534. Legitur quoque eiusdem Emseri versio in *Ecclii* translatione bibliorum 1537. sine nomine loci et typographi, quae postea iterum prodiit Ingolstadii 1550. Ediderunt etiam versionem vernaculam omnium bibliorum *Casp. Vlnbergius*. Colon. 1630. et Theologi Moguntini, auctoritate *Ioh. Phil. a Schönborn*, electoris Moguntini, Moguntiae 1662. fol. et ibid. 1666. 4. Ceterum euangelium Iohannis vertit *Nicolaus Crumbach*. Lips. 1522. epistolae et euangelia annua *Georg Holzaius* 1641. Nostra aetate e pontificiis N. T. verterunt *Casp. Ffischer*: die heil. Schrift des N. T. übersetzt und mit Erklärungen versehen. Prag. 1785. 8. Das N. T. unsers

Hrn. I. C. nach der uralten gemeinen von der kathol. Kirche bewährten Uebersetzung deutsch herausgegeben. Wien 1787. 8. Die heil. Schrift des N. T. aus der Grundprache u. der Vulgata übersetzt mit nöthigen u. ützl. Anmerk. begleitet für Nicht gelehrte von *Wryl.* Mainz I. B. 1789. Die heil. Schrift des N. T. übersetzt von *Seb. Muschle.* 1789 München 8. Die heil. Schrift des N. T. auf Befehl Herrn *Rupert II.* Abt des fürstl. Hochst. Kampfen zum Nutzen und Gebrauch d. Hochfürstl. Unterthanen herausg. von *Dm. von Brantano.* Kempten I. Th. 1790. 8. — *Ex reformatis; verbi diu ni ministri Tigurini, maximeque Leo Judae omnia biblia verterunt, ita tam n, vt eorum versio parum a Lutheri discreparet; prima editio in lucem edita est Tiguri ab anno 1525—1529.* Nouum test. iam excusum fuerat Tiguri apud Froschouer im a. 1525 4 postea nouam editionem, quae emendatior esset, curarunt theologi Tigurini ab a 1665—1667. II. vol. fol. quae interpretatio vocatur *tigurina noua.* *Dauid. Paëus* etiam Lutheri versionem, passim tantum mutatam, repetiit, Neostadi Nemetum 1579 fol. vt et *Paullus Toffanus,* Heidelbergae 1617 1618. fol. nouam concinnauit *Ioh. Piscator,* Herbornaë ab an. 1611—1614. 4. Recentissima bibliorum versio hoc titulo prodiit: *Die Bibel, das ist: alle Bücher des A und N. Testaments. Aus den Grundsprachen treulich und wohl verdeutschet, auf dar neue und mit Fleiß wieder überschen. Sammt den so genannten apocryphischen Büchern, dänlicher Vorrede, begrifflichen Abtheilungen der Kapitel, abgesetzten Versen, notwendigen Concordanzen, und einem nützlichen Register. Zürich bey David Gesner Gebrüdere und bey Orell etc.* 1772. fol. vid. Acta historico-ecclesiasticæ Weimariensia, et über das Interstanteste der Schweiz. aus d. Französ B. IV. S. 63 sqq. Sed nouum testamentum separatim edidit *Ioh. Zwick,* das ganz new Testament ze Teütsch den Latinen entgägen gesetzt, mit sampt den notwendigen Concordanzen. Zürich bey Christoffel Froschouer 1555. 4. versio germanica est illa Tigurina, latina est Erasmi. vid. *Ioh. Georg Schelhorn* Sammlung für die Geschichte Erst. B. S. 78 sq. (Nördlingen 1779. 8.) nouam versionem confecit *Amendus Polanus a Polanso f:* das gantze neue testament vnfers herrn iesu christli, mit den besten gedruckten vnd auf pergament geschriebenen alten griechischen exemplarien collationirt vnd mit allen treuen überschen. Basel 1603. 8. (vid *le Long* — *Walch.* pag. 162.) versio germanica *Breitingeri,* Tiguri 1629. 4. *Ioh. Heur. Reitze* neues testament vnfers herrn iesu christli, aufs neue ausm grund verdeutschet vnd mit anziehung der verschiedenen lesungen vnd vieler übereinstimmenden schriftörter versehen, Offenbach 1703. 8. Erlangen 1706. 8. Büdingen 1713. 8. versio barbara et obscura, singula verba textus pressit auctor. — Geschichte Iesu vnfers Herrn und seiner Gesandten, 5 Bücher, aus dem Griechischen. Zürich 1781. die Episteln ibid. 1782. 8. — Versiones N. T. plures quoque confecerunt, qui *Socinianis, Arianis,* ac *fanaticis* adnumerantur. Das N. T., das ist, alle bücher des neuen Bundes, welchen Gott durch christum mit dem menschen gemacht hat, treulich aus dem griechischen ins deutsche versetzt. Rackau 1630 8. Interpretes huius versionis Socinianorum fuerunt *Ioh. Crellius* et *Ioachimus Stegmannus, senior.* — Das N. T. treulich aus dem griechischen ins deutsche übersetzt. Eine neue ausfertigung, in welcher fleissiger als jemals zuuor in irgend einer dolmetschung die mancherley lesungen sowohl aus geschriebenen, als gedruckten büchern vorgestellt vnd die übereintreffende oerter der schrift angemerket sind. Amsterdam 1660. 8. auctor est, vt praefatio docet, *Ieremias Felbinger.* Arianis accensetur. — *Caspar Ernst Triller* mit dem grundtext genauer übereintreffende übersetzung des N. T. Amsterdam (sed locus fictus) 1703. 8. Socinianorum doctrinam probat

versio horrida et barbara. [Huc etiam *C. T. Dammi*, et *C. F. Bahrdtii* versiones vernaculae N. T. pertinent, illa edita 1764 sq. III. 4., haec ex tertia editione, Berol. 1783. II. 8.] — E fanaticis N. T. verterunt: *Ioh. Jac. Lünckerroitt* neues testament des herrn vnserer iesu christi, eigentlich aus dem griechischen grundtext gedolmetschet vnd in das deutsche übersetzt. Off. nbach 1732. 8. coll. Beyträge zur critischen Historie der deutschen Sprache, Poesie, vnd Beredsamkeit Bd V. S. 316 sqq. nihil ineptius hac versione cogitari potest. — *Timothei Philadelphii*, (nomen fictum, auctor *Ioh. Kayserus*, *Iacobi Boehmii* adsecla,) neues testamnte, nach den buchstaben und buchstäblichen verstand des grundtextes übersetzt, sine nota loci, 1735. 8. — *Nic. Lud. Comitis de Zinzendorf* versio N. T. duabus partibus, quarum altera prodiit sub titulo: eines abermaligen versuchs zur übersetzung der historischen bücher neuen testaments vnser herrn iesu christi, aus dem original, erste probe, Büdingen 1739. 8. altera: eines abermaligen versuchs zur übersetzung der lehr vnd prophetischen bücher neuen testaments vnser herrn Iesu christi, aus dem original erste probe, ibid. 1746. 8. [Ad idem genus *Marburgensia Horchii* (1712.) et *Berleburgensia* (1726. VII. fol.) biblia pertinent.]

Ex *Lutheranis* germanicis versibus N. T. expressit *Daniel Bernhaldi*, Superintend. vet. Marchiae Generalis, Stendaliae 1675. 8. — Das neue Testament nach der Uebersetzung *D. Christ. Aug. Heumanns*, Th. II. 1748. verbessert wieder aufgelegt Hannover 1750. *Mayers* Versuch einer mit Schrift und Vernunft übereinstimmenden und erläuternden Uebersetzung der heil. Schrift nebst vielen nöthigen und nützlichen Anmerkungen. Hannover 1753. *D. Ioh. Albr. Bengel* Uebersetzung des neuen Testaments mit Anmerkungen. Stuttg. 1753. denuo 1769 et 1781. Das N. T. übersetzt aus dem griechischen und mit Anmerkungen erläutert von *D. Ge. Fr. Seiler*. II. Th. Erlangen 1781. 8. *Ioh. David Michaelis* Uebersetzung des N. T. Erst. Th. welcher die historischen Bücher, vier Evangelia und Geschichte der Apostel enthält, Göttingen 1790. 4. *Zweyter* Theil, welcher die Briefe der Apostel und Offenbahrung Iohannis enthält, ib. 1790. 4. [Idem *Animaduersiones ad hanc versionem* edidit 1790 sq. III. 4.] Das N. T. so übersetzt und erklärt, das es ein ieder Ungelehrter verstehen kann, von *I. H. Dn. Moldenhawer*, Quedlinburg u. Blankenburg, II. Th. 1787. 1788. 4. Das neue Testament, neu übersetzt mit einer durchaus anwendbaren Erklärung von *D. Ioh. Otto Thers*. Erst. B. Matthaeus. Hamburg 1790. 8. *Zweyt. B. Marcus*. 1791. 8. [edit. 2da emendator, 1794. III. vol. eod. anno.] Singulos libros N. T. in vernaculam linguam translulerunt: *D. Ioh. Ge. Rosenmüller* die Briefe des Apostels Pauli an die Philipper, Colosser, Thessalonicher, an den Timotheus und an die Hebr. eer aufs neue verdeutscht. Nürnberg. 1781. 8. *Ioh. Andr. Cramers* neue Uebersetzung des Briefes Pauli an die Epheser nebst einer Auslegung desselben. Hamburg 1782. 4. Eiusd. Erklärung des Briefes Pauli an die Ebräer. Copenhagen 1757. II. Th. 4. *D. Sam. Fr. Nath. Moise*, der Brief an die Ebräer übersetzt, dritte vermehrte Auflage. Leipz. 1786. 8. *D. Gottl. Schlegels* Briefe der Apostel Iohannes, Iacobus und Iudas übersetzt. Halle 1783. 8. (Iacobi und Iudae Briefe) Briefe zweener Brüder Iesu in unsern Canoa (von *Ioh. Gottfr. Herder*) Lemgo 1775. 8. Pauli Brief an die Hebräer erläutert von *Gottl. Chr. Torr* Tübing. 1789. *Μαργαρίτα* das Buch von der Zukunft des Herrn (Offenbahr. Ioh.) des N. T. Siegel (von *I. G. Herder*). Riga 1779. 8. Der Bericht des Matthäus von Iesu dem Messia. Uebersetzt und mit Anmerkungen begleitet von *Ioh. Adrian Bolten*. Altona 1792. 8.

*Gothicae* versionis, quam confecit *Vlphilas*, Gothorum episcopus *fff*), (vid. de eo *Michaelis* Einleitung in die Bücher des N. B. Th. I. pag. 490 sqq. et quos ibi laudavit,) fragmenta tantum superfunt, quatuor nimirum euangelia, neque tamen integra, et quaedam particulae epistolae ad Romanos. Ac quatuor quidem euangelia exhibet codex, vulgo dictus *argenteus*, qui nunc in bibliotheca Academiae Vpsalensis adseruatur. Prima huius versionis editio hoc titulo prodit: Quatuor Dn. N. I. Chr. euangeliorum versiones perantiquae duae, Gothica scilicet et Anglofaxonica: quarum illam ex celeberrimo codice argenteo nunc primum depromsit *Franc. Junius*, hanc autem ex codd. MSS. collatis emendatius recudi curavit Thomas Mareschallus Anglus, cuius etiam obseruationes in utramque versionem subnectuntur. Accessit et glossarium Gothicum, cui praemittitur alphabetum Gothicum, Runicum etc. opera eiusdem *Fr. Junii*, Dordrecht 1665. 4. repetita est haec editio Amstelod. 1684. 4. etiam Holmiae 1671. 4. haec eadem Vlphilae versio literis latinis vna cum recentiore Sueco-gothica, Islandica, et vulgata versione latina edita est, curante *Georgio Stiernhelmio*. Sed anno 1750. emendatius edita est, hoc titulo: Sacrorum euangeliorum versio Gothica, ex cod. argenteo emendata atque suppleta, cum interpretatione latina et annotationibus *Eriici Benzeli*, non ita pridem archiepiscopi Vpsalensis. Edidit, obseruationes suas adiecit, et grammaticam Gothicam praemisit *Eswardus Lye*, A. M. Oxonii e typographeo Clarendoniano 1750. 4. etiam in hac editione non minus quam in prima, versio literis gothicis est typis expressa; denuo descripserat eam Benzelius, et latinam translationem adiecerat, sed eo mortuo (1743.) opus typis exprimendum curauit *Lye*. — Pauca quaedam fragmenta alia huius versionis, e cod. *Carolino* Bibliothecae Guelferbytanae edidit et latine vertit *Knittel*: Vlphilae versionem gothicam nonnullorum capitum epistolae Pauli ad Romanos e litura MS. rescripti Bibliothecae Guelferbytanae cum variis monumentis ineditis eruit, commentatus est, deditque foras *Franc. Anton Knittel*, Brunouici 1762. 4. (conf. *Ernesti* neue theol. Biblioth. B. III. pag. 291 sqq.) Haec editio repetita est Vpsaliae 1763.: *fragmenta versionis Vlphilanae continentia particulas aliquot epistolae ad Romanos, haud pridem ex cod. rescripto bibliothecae Guelferbytanae a Franc. Ant. Knittel edita, nunc cum aliquot annotationibus typis reddita a Iohanne Ihre*. Accedunt duae dissertationes ad philologum Moesogothicam spectantes. Vpsaliae 1763. Plures quos laudavit et quibus adstipulatur *la Croze* (Thesaur. epist. tom. III. p. 78 — 95) existimauerunt, versionem hanc Vlphilae esse potius Francicam quam Gothicam, idque partim e loco inuenti codicis, monasterio nimirum Werdensi, et litterarum genere demonstrare voluerunt, sed refutati sunt a *Michaeli*, (Einleit. Th. I.) *Ioh. Georg. Wachters* in commentatione de lingua cod. argentei, inserta Miscellaneis Berolinens. ad incrementum scientiar. ex scriptis Societati exhibitis editis, Continuat. I. pag. 40 — 47. (conf. Beyträge zur Crit. Gesch. der deutsch. Sprache etc. B. I. pag. 150 sqq.) *Ernestio* Institut. Interpr. N. T. pag. 197. edit. *Ammon. Ihrio*, aliisque. conf. *Ioh. ab Ihre scripta versionem Vlphilanam et lin-*

Rrrrr 2

quam

*fff*) Vid. *Baazii* inuentar. eccles. Sueo Gothor. pag. 86. et *Georg. Frid. Heupelii* diss. de Vlphila seu versione IV. euangelistarum Gothica. Viteb. 1693. 4. *Fabric.* coll. Beyträge zur kritischen Historie der deutschen Sprache, Poesie, und Beredsamkeit (Leipz. 1732. 8.) B. I. S. 412 sqq. *Schröckh* christl. Kirchengeschichte Th. VI pag. 35 — 40. Cact. Vlphilae nomen vario modo scri-

bitor, *Ουφιδας* (Philostorg. Hist. Eccles. lib. 2. §. 5.) *Vulfilas* (Iordanes de rebus Geticis c. 51.) *Gilphilas* (Isidor. Hispalens. Orig. lib. 9.) *Gulfilas* (Isidor. Chron. Gothor. aera 415. et *Couwing* de Orig. Iur. Germanici cap. 5.) *Kuin*. Omnino de Vlphila et codice Vpsal. vid. *Schinmeier* in dem Versuch einer vollständ. Gesch. der Schwedischen Bibelübersetzungen 4. Part. 2. Beyl. (1782.) p. 94 sq.

quam *Moesogothicam illustrantia ab auctore emendata et aucta, cum aliis scriptis similis argumenti* (curante *Büschingio*). Berolin. 1773. 4. Versionem hanc habere eas lectiones, quae nonnisi e graeco textu venire potuerint, docuerunt, praeter *Michaelem, Bengelius* App. Crit. pag. 408. *Weissenius* tom. I. pag. 114. *Ihrius* (in *Commentat. de lingua cod. argentei Vpsal.* 1754.) *Semlerus* Appar. ad liberalem interpretat. N. T. pag. 71 sq. *Kuin.*]

*Graecobarbaram* Maximi Margunii Calliopolitae versionem N. T. iam memoravi supra inter editiones N. T. cum versione una vel pluribus. Memini etiam me legere, latinam vulgatam N. T. interpretationem exsistere redditam graece, perinde ut olim versionem latinam N. T. quam ex Hebraeo concinnauerat S. Hieronymus, sua iam aetate graece translata a Sophronio refert in Catalogo cap. 134. et lib. II. in Rufin. Refertur etiam hoc loco possunt, qui paraphrasi Graeca poetica libros N. T. reddiderunt, ut euangelium Ioannis, Nonnus, qui saeculo quinto Christiano scripsit, et lectiones euangelicas atque epistolicas a uorum nostrorum memoria I. Posselius. *Fabric.*

[*Hebraicae* versiones N. T. plures existant. Illa, quam *Elias Hutterus* concinnauit, legitur in ipsius N. T. polyglotto, de quo supra diximus. Hebraicam autem Hutteri versionem separatim describendam curauit *Guil. Robertsonus*, hoc titulo: *Novum testamentum ebraice, ex versione Eliae Hutteri; nunc autem in volumen portatu facile redactum atque centenis quibusdam in locis, post diligentem ipsius recognitionem, emendatum atque castigatum, absque ceteris istis in editione Hutteriana linguis per sese separatim et puro puro idiomate solummodo ebraico publicatum.* Londini 1661. 8. vid. *Walch.* l. c. pag. 146. *Masch.* l. c. tom. II. pag. 5 sq. Duplicem versionem euangelii Matthaei hebraicam commemorauimus supra, cum de his ipsis Matthaei commentariis disputarem. Epistolae ad Hebraeos versionem hebraicam edidit *Münsterus*, eandemque ex Graeco in purum idioma Ebraicum verbotenus et accurate transtulit, et addita versione latina edidit *Fridericus Albertus Christianus*, quondam Iudaeus nunc per Dei gratiam profelytus. Lipsi. 1676. 4. cum praefatione *Ioh. Bened. Carpzouii* <sup>ggg</sup>), repetita est haec versio Halae 1734. 8. — *Quatuor euangelia N. T. ex latino in hebraicum sermonem vertit Ioh. Baptista Zonas.* Romae 1668. fol. vii. *Masch.* pag. 7. — *Lucae euangelium hebraice vertit Frid. Petri.* Viteb. 1574. 8. vid. *Masch.* p. 12. — Lectiones epistoliarum et euangeliorum hebraice edidit *Elias Hutterus* <sup>hhh</sup>). Noriberg. 1601. 8. Lipsi. 1663. 8. — Nouum Testamentum e Lutheri versione in Iudaeorum gratiam literis hebraicis edidit *Christianus Mollerus*. Francof. ad Viadr. 1700. 4. Lectiones quoque anniuersarias euangeliorum hebr. edidit *Guil. Robertsonus*. Lond. 1661. 8. — Euangelia, Acta Apost. epistolae Pauli ad Rom. et ad Hebr. germanice, characteribus Rabbinnicis, ex versione *Eliae Schadaei*. Argentorati 1592. 8. [*Ioh. Henr. Kallenberg* plures libros N. T. iudaeo-germanico sermone edidit.]

#### *Hibernico*

ggg) *Carpzouius* in editione sua euangelii Matthaei Münsteriana non reperit Münsteri versionem hebr. ep. ad Hebraeos, itaque parum abest, quin neget, editam esse; sed est mihi editio Matthaei Hebraici Münsteriana Basil. 1557. 8. in cuius calce epistola ad Hebraeos latine et hebraice legitur. *Fabric.*

hhh) Sed dictionem in illa versione haud satis castigatam obseruat *Iambonatus* Bibl. Hebraeo

latin. p. 38. Ibidem lego *Erhardum Schiggium Stekboraeum Heluetium* euangelia Iohannis et Lucae versione hebraica donasse. Memorat et pag. 50. *Fridericus Petri* euangelia anniuersaria hebraice conuersa Antwerp. 1581. 8. *Georgii Mayeri* e Soc. Iesu N. T. hebraice versum; cuius mentionem facit *Ribadeneira* editum esse haud existimo. *Fabric.*



*Hibernico* sermone N. T. ex graeco et literis Anglo-Saxonicis per *Guil. Dornwillium*, cum ipsius epistola anglica, Iacobo I. Anglorum regi inscripta prodiit Dublini 1602. 4. quae eadem versio repetita est studio et impensis *Rob. Boyle*. Londini 1681. 4. vid. *le Long* Bibl. Sacr. *Fabricius* noster commemorat versionem hibernicam N. T. interprete *Guil. Daniele*, auspiciis *Guil. Vsserii*, equitis aurati, Lond. 1602. 4. recusam ibid. 1681. 4. et laudat hanc in rem *Arnoldi Bootii* indicem auctorum animaduersionibus sacris praemissum s. v. *vernaculae*. — Veteris Test. libri sermone Hibernico ex versione *King*, recognita a *Guil. Bedell*, episcopo Kilmorienfi, editi sunt Lond. 1685. 4. vid. *le Long*, et quos laudauit *Fabricius*: *Burnetus* in *Bedelli* vita pag. 120 sq. et *Simon* Hist. Crit. lib. II. pag. 516 sq.

*Hispanicam* versionem bibliorum inter Christianos, (omittimus enim versiones hispanicas V. T. a Iudaeis confectas, vid. *le Long*, *Walch*. l. c. pag. 118. Catalogue raisonné de la Collection de livres de Pierre Antoine Crevenna vol. I. pag. 21 sqq. et quos laudauit *Fabricius* noster: *Nicolaus Antonius* in Bibliotheca veteri tom. II. pag. 57. 259. et *Casp. Lindenbergius* in epistola de non contemnendis ex lingua Hispanica utilitatibus theologis, inserta novis literariis maris Baltici a. 1702. mens. Octobr. pag. 302 sq.) novam adornauit *Cassiodorus de Reyna*, prodiit hoc titulo: *la biblia que es, los sacros libros del vieio y nuevo testamento, trasladada en Español* 1569. 4. Basileae. Nouum Test. ex versione eiusdem hominis, paululum mutata recusum 1596. et recognitum a *Cypriano de Valera*. Amstel. 1625. Hanc versionem *Cassiodori* de Reyna inseruit quoque *Hutterus* N. T. polyglotto, 1599. Extat praeterea N. T. ex Graeco in linguam Castellanam conuersum interprete *Francisco de Enzinas*, (alias *Dryandro*) Carolo V. imperatori dicatum, Antwerp. 1543. 8. et alia Hispanica versio quae hoc titulo extat: *El testamento nuevo de nuestro Señor y salvador Iesu Christo nueva y fielmente traduzido del original Griego en romance Castellano, en Venecia, en casa de Iuan Philadelpho* 1556. 12.

*Hungaricam* bibliorum versionem, ex fontibus linguarum sacrarum concinnatam, edidit *Caspar Caroli*, Wyssolyini 1589. 4. haec est prima editio, et postquam ab *Alberto Moharo* fuit recognita, prodiit Hanouiae 1608 4 Oppenheimii 1612. et saepius. Extat quoque versio bibliorum Hungarica auctore *Georg. Kaldo*, e Soc. Iesu, Coloniae et Viennae Austriae 1626. N. T. ex versione *Caroli* prodiit Amstelod. 1646. 12. *Kaldus* etiam euangelia et missas, per annum legi solitas, in linguam Hungaricam translulit. vid. *le Long*, *Walch*. pag. 130 sq. et quos laudauit.

*Islandica* Biblia ex versione Lutheri, interpretibus *Gudbrando Thorlacio* aliisque, auspiciis *Friderici II.* Danorum regi, prodierunt Holmae Islandorum 1584. fol. et emendatius, curante *Thorlaco Schultonio*, ibidem 1644. fol. vid. *le Long* et *Walch* l. c. pag. 97. et ibi laudatos, et quem nominauit *Fabricius*, *Ioh. Mollerus* in Hypomnematis ad Albertum Bartholinum de scriptis Danorum pag. 227. Nouum Testamentum Islandice editum est ibid. 1610. 8. *Stiernhielmii* editio euangeliorum supra memorata est, cum ageremus de versione Gothica.

*Italicae* versiones librorum N. T. vel sunt confectae a pontificiis vel reformatis. Primus illorum, qui biblia sacra verteret, ita tamen, vt vulgatam versionem sequeretur, fuit *Nicolaus de Malermi*, Abbas Benedictinus. Eius versio lucem vidit Venetiis 1471. fol. Kalendis Augusti. Alia versio eodem anno, non tamen notato loco, prodiit hoc titulo: *Biblia in lingua Italiana*

1471. fol. II. vol. ad calcem legitur: *quini finisse lapocalipsis et e il fine del novo Testamento*  
 1471. in *Kalende de Octobrio*, haec versio etiam Mallermo vulgo adscribitur; sed quum sit a  
 priore diuersa, alium huius auctorem fuisse, plures suspicantur. vid. Walch, pag. 128 sq. in-  
 primisque Catalogue raisonné de la Collection de livres de M. Pierre Antoine Crevenna vol. I.  
 p. 15 sqq. <sup>iii)</sup> Mallerini editio saepius est repetita Venetiis 1477. 1490. 1492. 1507. 1541. 1566.  
 vid. *le Long*, *Richard Simon*, *Walch*, *Maittaire*, *Denis* Supplem. ad Maittaire, et Catalogue  
 — Crevenna. — Nouam versionem adornauit *Antonius Brucioli* prodiit Venetiis 1532.  
 fol. hoc titulo: *La Biblia, quale contiene i Sacri libri del Vecchio Testamento, tradotti nuouemente da le hebraica verita in lingua toscana per Antonio Brucioli. Co divini libri del nuovo testamento di Christo Giesu Signore et saluatore nostro. Tradotti di Greco in lingua Toscana del medesimo.* Saepius repetita est postea. Nouum Testamentum *Brucioli* separatim prodiit Venetiis 1530. 8. 1544. 12. etc. Nouum Testamentum ex versione *Zachariae Florentini*. Venet. 1542. 8. Florentiae 1566. Epistolae et euangelia anniuersaria 1483. Euangelia et epistolae dominicales. Venetiis 1505. 8. Adseruatur exemplar in bibliotheca nostra academica Lips. titulus est: *epistole euangeli vulgar historiade.* Ad calcem leguntur haec: *Qui finisce le pistole et euangeli vulgari h. historiade et stampate nella triumphante Cipta di Vinetia per Christofollo di pensa nel anno de Signore MCCCCCV. adi. XI. Iunio Sotto il pontificato di Papa Iulio secondo Regnante Leonardo Lauredano inclito principe di Vinetia.* — *Laus Deo.* — Epistolae et euangelia ex versione *Remigii Florentini*. Venetiis 1627. 4. <sup>kkk)</sup> Alias eiusmodi versiones euangelior. et epistolar. recensuit *Denis* Supplem. ad Maittaire. vid. Index f. v. *epistolae.* — A *Reformatis* saepius quoque N. T. italice versum est. N. T. ex Graeco recens translatum a *Maximo Theophilo*. Lugduni 1551. 16. N. T. Latinum (ex versione *Erasmi*) et *Italicum* ex interpretatione *Brucioli* castigata. Lugd. 1558. 16. N. T. Italicum ex *Brucioli* versione castigata cum annotatt. *Nicolai des Gallars* italice redditis 1560. 8.

*Lapponica.* Manuale lingua Lapponica, nempe Psalterium, Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Siracides, euangelia et epistolae dominicales ex versione *Ioh. Tornaei*. Holmiae 1648. 8. Pericopae euangeliorum et epistolarum dominicalium, lingua Lapponica ab *Olaio Stephano Graanio* reddita. Holmiae 1669. 8.

*Latinae* librorum sacrorum versiones plures fuerunt, monente *Augustino Doctr. Chr.* II, II. 14. Prae ceteris tamen ea probata fuit, quam *Hieronymus communem, vulgatam et vtiorem* vocat, quae etiam, quoniam in ecclesia Latina in vsu fuit, *Italica* dicta est. Conf. de ea *Mosch.* Biblioth. Sacr. part. II. vol. III. quod de versionibus latinis agit, (Halae 1783. 4.) p. 5 sqq. et ibi laudatos; *Michaelis* Einleit. Th. I. *Simon* hist. crit. des Verf. du N. T. *Milnius* §. 377 sqq. *Mosheim* Commentarii de rebus Christianor. ante Constantin. M. pag. 225 sqq. P. Pi.

iii) Adde *Ferdin. Fossii* Catal. codd. saec. XV. impress. in bibl. Magliabechiana tom. I. p. 343 sq. qui cum *Audisfredi* in catal. edit. rom. pag. 92. Romae aut alio loco potius, quam Venetiis excusa esse opinatur, notatque, illa reuera diuersa esse ab illis, quae *Nic. Malermii* nomen prae se ferunt. Idem multus est de versione *Malermii*, Venet. 1490. fol. *Hartl.*

kkk) Antiquiorem edit. epistol. lectionum et euangeliorum edit. litteris maiusculis gothicis, fol. sine notis typogr. et versionem *Florentino* idiomate, *Florent.* 1495. fol. recenset *Fossius* l. c. pag. 638 sq. *Hartl.*

P. *Pithoeum* de latinis sacror. biblior. interpp. pag. 5 sq. Opp. Paris. 1609. 4. etc. Versionem quatuor euangeliorum *Italiam* (de editionibus enim bibliorum, et studiis eorum, qui integram versionem *veterem* e scriptis Patrum Ante-Hieronymianorum restituere conati sunt, *Flaminii Nobilii*, Romae 1588. *Petri Sabatierii* qui codd. MSS. consuluit et versionem edidit Remis 1749 — 1751. III. fol. aliorumque hic nihil monemus. vid. *Masch.* l. c. p. 6 sqq.) edidit *Blanchinus* hoc titulo: *Euangeliarum quadruplex latinae versionis antiquae seu veteris Italicae, nunc primum in lucem editum ex codd. MSS. aureis, argenteis, purpureis, aliisque plusquam millenariae antiquitatis, sub auspiciis Iohannis V. Regis fidelissimi Lusitaniae, Algarbierum etc. a Iosepho Blanchino, Veronensi, Presbytero Congregationis oratorii S. Philippi Neri de Urbe. Romae A. D. c1610CCXLVIII. Typis Antonii de Rubeis apud Pantheon in via Seminarii Romani Vol. II. fol. Ante Blanchinum nimirum iam a. 1695. 12. ediderat Ioh. Martianaus (Martianay) Parisiis e codd. Corbeienfi et Sangermannensi vulgatam antiquam Latinam et Italiam versionem euangelii secundum Matthaeum, cum variantibus lectt. et prolegomenis, eodemque anno ibid. epistolam canonicam S. Iacobi Apostoli iuxta vulgatam veterem, seu versionem italicam e cod. vetustissimo Corbeienfi; scripsit idem: *remarques sur la version italique de l'euangile de saint Matthieu, qu'on a decouvert dans des fort anciens manuscrits Paris 1695. 12.* Huius ergo vestigia Blanchinus pressit, sed eum longe superavit. Editionem Blanchini, quae duobus voluminibus constat, quorum prius continet euangelia Matthaei et Iohannis, posterius euangelia Marci et Lucae, descripsit *Maschius* l. c. pag. 17. add. *Semler* Gesch. d. Gläubenslehr. B. I. pag. 117. in Baumgart. Polemik. — Codicem Vercellensem, quo Blanchinus etiam usus est, edidit *Ioh. Andr. Iricus* Mediolani 1749. 4. mai. Cod. Foro-Julienfi lacunoso Blanchinus usus est, cuius cod. supplementa Pragae et Venetiis asservantur et folia XVI. quae Pragae sunt delata, edidit *Dobrowsky*. vid. *Masch.* p. 19. <sup>110</sup>) Praeterea *Asta Apost. graece et latine* e cod. Laudiano edidit *Tho. Hearnius* 1715. 8. Oxonii. denuo exprimendam curavit huius cod. versionem *Huicid* in libello critico de indole cod. N. T. bibliothecae Caesareae Vindobonensis *Lambecii XXXIV. accessit textus Latinus A. A. Antehieronymianus e cod. Laudiano.**

Versionem antiquam castigavit et emendavit *Hieronymus*, hortante *Damaso* P. R. sed haec Hieronymi versio a pluribus improbata, nec ante saeculum octauum per omnem ecclesiam recepta est, ita tamen, vt in exemplis castigationis illius e regione apponeretur versio Itala seu antiqua. vid. *Michaelis*, *Richard Semm*, *Martianus*, *Eusebius* Instit. Interpr. N. T. pag. 197 sqq. edit. *Ammon*. Versio, quae ab Hieronymo nomen habet, curante *Martiano*, hoc titulo prodit: *S. Eusebii Hieronymi Stridonens. Presbyteri Operum Tomus I. seu diuina bibliotheca antehac inedita, completens translatae nos latinas V. et N. T. tum ex Hebraeis tum e graecis fontibus derivatas, innumera quoque scholia marginalia antiquissimi hebraei cuiusdam scriptoris anonymi, Hebraeas voces pressius exprimentis. Prodit e vetustissimis MSS. Codd. Gallicanis, Vaticanis etc. studio et labore in nachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Parisiis ap. Lud. Boulard. MDCXCIII. fol. vid. *Masch.* l. c. p. 20 sq.*

Versio

III) Totius fere N. T. versio ante Hieronymianam restitui posset e codice antiquissimo Bezae et altero regio Paris. vel Claromontano. *Fabric.* Non crediderim Fabricio, adfirmanti, eam e Bezae codd. et regio secundo (qui est ipse *Claromonta-*

*mus Bezae*) restitui posse. *Ernesti* ad Inst. Interpr. N. T. pag. 200. Praeter Cod. Bezae s. Cantabrig. etiam *Boernerianus* s. *Dresdensis* Epp. *Pauli* habet versionem lat.

Versio *Vulgata*, quae ab eccles. Rom. doctoribus vel integra, vel maximam partem *Hieronymo* adscribitur, ut a nostris multis iisdemque sat firmis argumentis demonstratum est, (vid. *Masch.* pag. 28. et ibi laudati,) ex versionibus, Itala, Hieronymiana, aliisque, et libris Patrum, composita est. Quisnam illius auctor fuerit (vulgo ad Gregorii Magni tempora natales eius referuntur)? prorsus ignoratur. De variis *Correctoris bibliis*, quorum auctores in emendanda versione vulgata elaborarunt, egit satis accurate (*Doederlin*) in *Litterarischen Museum* I. Band (Altorf 1778. 8) pag. 1 sqq. Editiones huius versionis vulgatae innumerae exstant, tres vulgo earum constituuntur *clases* I) quae ab origine typographicae usque ad emendationem huius versionis Sixti V. et Clementis VIII. susceptam prodierunt. Harum in numero sunt: *Moguntina* a. 1462. fol. per *Ioh. Faust* et *Petr. Schoeffer*, quorum nomina ad calcem leguntur <sup>mmn</sup>). Alii tamen Moguntinam a. 1450. fol. antiquissimam profitentur. conf. *Masch.* pag. 53 sqq. pag. 98 sqq. Hoc saltem certissime constat, non exstare editionem illa Moguntina anni 1462. antiquiorem, quae certam indubitataque anni notam habeat. [conf. longam *Fossi* narration. in catal. codd. saec. XV. impress. in bibl. Magliabech. I. pag. 320 — 328. *Harl.*] *Romana* 1471. Voll. II. fol. *Noribergensis* 1475. per *Antonium Coberger*. — *Neapolitana* cum interpretationibus hebraicorum nominum secundum ordinem alphabeti 1476 fol. *Augustana* per *Ioh. Bemler*, 1476. fol. litteris quadratis. *Coloniensis* 1479. 1527. *Louanienis* 1547. fol. aliaeque. vid. *Masch.* l. c. et *Walch* pag. 53 sqq. II) quae auctoritate Sixti V. et Clementis VIII. emendatae, editae sunt. E decreto patrum Tridentinorum correctior vulgatae editio prodit. Hoc opus coeptum est Romae 1565. sed absolutum a Sixto V. Pont. Max. hoc titulo: *Biblia sacra vulgatae editionis tribus tomis distincta. Romae ex typographia Apostolica Vaticana* MDXC. fol. vid. *Masch.* pag. 239. *Walch.* pag. 59. Post Sixti vero obitum sub auspiciis Clementis VIII. haec editio multis in locis emendata hoc titulo prodit: *Biblia sacra vulgatae editionis Sixti V. Pont. Max. iussu recognita et edita. Romae ex typographia Apostolica Vaticana*, 1592. fol. vid. *Masch.* pag. 244 sqq. <sup>nnn</sup>) III) quae post Clementis correctionem in lucem prodierunt: *Biblia Latina Sixti V. pontificis Max. iussu recognita atque edita. Additae sunt concordantiae marginales, explicationes nominum ebraeorum et index rerum. Romae ex typographia Vaticana*, 1593. 4. Praeterea editio Romana 1598. Antwerpensis 1599. 8. 1608. 8. Coloniensis 1609. 8. Parisiensis

<sup>mmn</sup>) Hanc editionem *Ioh. Faust* et *Petr. Schoeffer* pararunt Moguntiae et tanquam scripta manu essent, vendiderunt eius exempla Parisiis pretio 60. coronatorum. Hinc ex multitudine illorum in suspicionem artis Magicae venerunt, donec comperto typographiae artificio, sententia Parlamenti fuerunt absoluti. vid. *Serarium* rerum Moguntinar. lib. I. et *Chevillierum* in *Orig. Typographiae Paris.* part. I. cap. 1. *Fabric.* De *Ioh. Fausto*, *Petr. Schoeffer* et *Ioh. Guttenbergio*, qui primi de arte typographica praeclare meriti sunt, vid. *Christ. Gottlieb Schwarz* Diss. de origine typographiae in Opusc. Acad. eiusdem quae nuperrime *Hartsius* V. C. edidit (Norimb. 1793. 4.) pag. 295 sq. Idem *Schwarz* in Diss.

secunda pag. 314 sqq. duas editiones bibliorum latinorum, quae e prima Moguntiae officina typographica prodierunt, descripsit, quarum altera, in qua nec anni, nec loci, nec typographi expressum iudicium est, quamque primam omnium dicit, etiam in nostra biblioth. Paulina Lips. servatur. *Kuin.*

<sup>nnn</sup>) Quoniam autem in Clementis editione multa emendata atque aliter posita fuerant quam in bibliis Sixtinis, hinc *Tho. Iamesius* libellum quo utramque inter se contulit, inscripsit *bellum papale [s. concordia discors Sixti V. et Clem. VIII. circa Hieronymianam versionem]*. Lond. 1600. 4. *Fabric.* et 1678. 8.

siensis editio N. T. 1649. ex typographia regia. Voll. VIII. 12. *Veneta* 1702. fol. *Bibliorum sacrorum vulgatae versionis editio, clero Gallicano dicata. Paris, Didot* sen. 1785. IV. voll. 8.

Versionum *latinarum* recentiorum praecipuae sunt: *Isidori Clarii* vulgata editio V. et N. T. Venet. 1542. fol. admodum rara editio, repetita Venet. 1557. fol. ibid. 1564. fol. exhibet quidem hic liber versionem vulgatam; attamen ea est ita emendata, et mutata, vt plane pro noua versione haberi possit. — *Pauli Eberi* biblia latina, continet quidem versionem vulgatam, eam tamen ita, maxime e Lutheri versione emendatam, vt fere versio noua sit. Viteb. 1575. emendatius cura Crellii 1574. 4. X. voll. — *Lucae Osiandri* biblia latina iuxta veterem seu vulgarem translationem, ad ebraeam veritatem emendata. Tubing. 1578. 4. ibid. 1589. vsque ad ann. 1592. fol. part. III. saepius rep. ita. — *Andraeae Osiandri* biblia sacra, quae praeter antiquae versionis latinae necessariam emendationem et difficiliorum locorum succinctam explicationem continent. Tubing. 1600. 1606. 1609. Francof. 1611. ib. 1618. fol. *Jacobus Faber* Stapulensis, vulgatam versionem euangelior. e graeco emendauit, et epist. Pauli de nouo ipse latine vertit, additis, praeter versionem veterem, commentariis. *Erasmus* quoque N. T. vertit, vide supra <sup>ooo</sup>). — Biblia omnia latine edidit *Santes Pagninus*. Lugd. 1528. 4. 1542. fol. *Benedicti Ariae Montani* biblia latina, quae complectuntur Pagnini versionem latinam veteris testamenti, ab Aria multum correctam, *noui* autem *foederis* interpretationem vulgarem, itidem emendatam Antwerp. 1572. tamquam adpendix bibliorum polyglottorum Antwerpenensium prodiit, iterum ibid. 1584. fol. Coloniae 1609. fol. etc. vid. Walch. pag. 67. — *Sebast. Castellionis* biblia sacra. Basileae 1551. (Castellionis defensio suarum translationum bibliorum et maxime N. T. Basil. 1562. 8.) emendatior Castellionis versio prodiit ibid. 1573. cum defensione aduersus Bezam, Lipsf. 1698. fol. cura *Ioh. Ludolph. Büchemann*, cum chart. geogr. et annotatt. Lipsf. 1750. 8. [Versionem Castellionis emendatam edidit cum Annot. *Laur. Sahl.* Haun. 1781. II. 8. *Beck.*] *Erasmus Schmidius* N. T. vertit et annotationes adiecit 1638. Noribergae. fol. *Sebast. Schmidii* biblia Sacra in linguam Lat. translata. Argentor. 1694. 4. cura *Christ. Frid. Wiltschii*. Chemnitii 1717. 8. De Bezae interpretatione supra dictum. De *Hammondi* paraphrasi, quam ex Anglico sermone latine vertit *Ioh. Clericus*, de *Iuueni* metaphrasi poetica euangelior. *Iuueni*, Actorum Apostol. *Aratoris*, epistolar. Pauli *Francisci Bonardi* (Basil. 1537. 8.) fusius dicere hoc loco nihil adinet. — *Chr. Gucl. Thalemanni* vers. lat. euangelior. et Actuum Apostolicor. edit. a *C. Chr. Tittmanno*. Berol. 1781. 8. — Versio latina epistolar. N. T. notis illustrata a *Godofr. Sigism. Iaspis*. Vol. I. Lipsf. 1793. 8.

*Lettica.* Nouum Testamentum, sumtus suppeditante Carolo XI. Sueciae rege, cura *D. Ioh. Fischeri*, Liouoniae tunc temporis Superintendentis Generalis, prodiit Rigae 1685. 4. et Vet. Test. ibid. 1689. 4. Postea vero haec versio emendata prodiit Regiomont. 1739. 8. conf. *Tetich* Curländ. Kirchengesch. Th. III. pag. 89 — 126. *Widkind* Verzeichniss von raren Büchern S. 591. Noua literaria maris Baltici, 1699. pag. 194. *Baumgartens* Nachrichten von merkwürd. Büchern B. III. S. 1 sqq. *Gadebusch* Livländ. Biblioth. part. I. pag. 69 et 321 sq. *Kuin.*]

#### Lituonica

<sup>ooo</sup>) Hic suam versionem saepius emendauit, *refferum* ann. 1614. interpolatores est nactus. et *Matth. Flacium* a. 1570. et *Matthiam Hasen-Fabric.*

*Lituanica* biblia, interprete *Samuele Boguslao Chylinski*, Lituano, lucem viderunt Londini 1660. Quod vero *Micraelius* in *Hist. Eccles.* pag. 778. Nicolaum quoque Radzivilium, Olivae ducem, qui an. 1565. obiit, biblia in Lituanicam linguam transferenda curasse scribit, de Polonica videtur accipiendum, de qua infra. Differt autem Lituanica dialectus a Polonica, Seruica, Bohemica, Croatica etc. vt Gallica ab Italica et Hispanica, vel vt Esthonica differt a Finnonica et Lapponica. *Fabric.*

[*Lusitanicam* versionem iussu Societatis Belgicae commerciorum, quae in Indiam Orientalem exercentur, editam Amstelod. 1681. 4. recensitam a *Bartholomaeo Hrynem* et *Ioh. de Vooght*, commemoravit *Fabricius* noster; addo: *O nouo Testamento, traduzido em Portugues pelo Padre Ioam Ferreira A. d' Almeida. Amsterdam per Ioam Crellius 1712. 8.* vid. *Catalogue raisonnée* — *Creuenna* pag. 25. Epistolas et Euangelios traducidos en lengua Portugueza por *Gouçalo Garcia de S. Maria*. En Saragoça por Pablo Hurus de Constantia 1485. vid. *Denis Supplem. ad Maittaire* pag. 198.

*Malaiica*. Versionum orientalium recentiorum, (recensentur in *le Long* Biblioth. S. edit. *Maschii* pag. 193 sqq.) antiquissima et prima est *Malaiica*, a Belgis emissa. Conf. quos laudauit *Masch.* pag. 192. Prima et splendidissima editio versionis quam *Melchior Leidekkerus* et *Petrus van der Vorm* confecerunt, prodit Amstelodami ap. *Westenium* 1733. 4. mai. vid. *Masch.* pag. 193. denuo Bataviae 1758 4. litteris arabicis, praecedens editio typis latinis expressa est. Nouum Testamentum editum est Amstelod. 1668. 4. et translatum a *Daniele Bromorio*. vid. *Masch.* pag. 195. Euangelium Matth. malaice reddidit *Ioh. van Hasel*, Director Societ. Indicae orientalis. vid. *Masch.* p. 196. Quatuor euangelia et Acta Apostolor. malaice ex versione *Iussi Heurnii*, cum versione Belgica Amstelod. 1651. 4.

*Mosconitica*. vid. infra *Ruffica*.

*Persicae* versiones sunt recentioris aetatis. Duplex euangeliorum versio exstat; quarum vna cura et studio *Wheloci* prodit: *Quatuor euangeliorum versio Persica* — *Codicibus tribus Manuscriptis ex oriente* — *operose inuicem diligenterque collatis. Per Abrahamum Whelocum, Prof. Cantabrig. Londini 1657. fol.* Haec editio typis exprimi coepta est a. 1652. sed mortuo *Wheloco* a. 1654. opus perfecit *Piersenus*. Versio latina textui ad latus est adposita. Quum haec persica versio mirifice consentiat cum textu graeco, *Whelocus*, *Millius*, *Fabricius* noster, aliique statuerunt, eam e Graeco compositam esse; sed *Renaudotio*, *Maschio* tom. II. pag. 157. aliisque e Syriaco potius confecta videtur. — Altera versio, quae, vt omnes fere concedunt, e Syriaco facta est, cum versione *Samuelis Clerici* latina, et *Thomae Grauii* adnotationibus, inserta est tomo sexto operis bibliici polyglotti *Waltoniani*. Hanc versionem, quae priori antiquior habetur, denuo latine vertit et in varias eius lectiones inquisiuit *Bodius*: *Euangelium secundum Matthaem ex versione Persici interpretis in bibliis polyglottis Anglicanis* — *ex Persico idiomate in latinum transfudit* — *C. A. Bode. Helmst. 1750. 4.* *Euangelium secundum Marcum* — *ibid. 1751. 4.* *Euangelium secundum Lucam* — *ibid. 1751. 4.* *Euangelium secundum Iohannem* — *ibid. 1751. 4.* Conf. de hac versione *le Long* *Bibl. S. Simon. Hist. Crit.* pag. 7. et 205. *Hottingeri* fasciculus pag. 112 — 127. *Masch.* tom. II. pag. 158. *Millius* *Prolegg.* pag. 147. *Michaelis* *Einleit. Th. I. §. 71.* Recentissima versio persica est illa, quam *Thomas Kulichan*, a quibusdam viris, tam pontificiorum,

rum, quam Armenorum sacris addictis conficiendam curavit. vid. *Masch.* tom. II. pag. 164. <sup>ppp</sup>)

*Polonice* libri utriusque foederis a variis vario tempore vulgati sunt. Conf. omnino *Hottingeri* biblioth. quadripart. pag. 145. *Richard Simon* Hist. Crit. pag. 43. *Pfiffner* Opp. Philol. part. I. pag. 793. *Crownus* in Elencho Scriptor. in S. S. pag. 21. *Le Long* Bibl. Sacr. part. II. *Walchius* l. c. pag. 131 sq. et quos ibi laudavit, nec non *Tetsch* Curländ. Kirchengesch. Th. III. S. 52 sqq.

Prima editio versionis *Polonicae*, ex latina vulgata confectae, prodit Cracoviae 1561. fol. auspicio Stanislai Kalalowii, Archiepiscopi Gnesensis, interpretibus imprimis *Iaco. o Vugacko* et *Hieronymo Leopolita*. Haec editio reperita est Cracov. a. 1577. et ibid. 1599 fol. N. T. studio et opera eorundem editum erat Cracoviae 1556 4. Praeter has editiones memorantur: Biblia Polonica ad fontes Hebraeos et Graecos examinata a *Sim. Budnao* Zaslaviae in oppido Lithuaniae 1572. 4. Biblia Polonica ex versione *Iusti Rabi*, Societatis Iesu, 1657. Celebrerrima tamen bibliorum versio est ea, quam conficiendam curavit *Nicolaus Rodzivil*, Dux Olicensis et Magnus Cancellarius Lithuaniae; in lucem prodit Brestiae in Lithuania, 1563. fol. Interpretes erant: Simon Zacius, Ferrus Antonius Cylarius, Gregorius Orfacius, Andreas Tricesius, Iac. Lubelius siue Lublinius; horum autem omnium princeps Bernhardus Woyewodda, Erasmi Roterodami quondam discipulus. Recusa est *Dantisci* 1632. Amstel. 1660. 8. Refertur haec versio, ut et illa Budnaei, ad versiones, a *Socinianis* publicatas <sup>qqq</sup>). Praeterea biblia Polonica, *Vladislao*, Poloniae regi dicata et oblata in usum ecclesiarum confessionis Augustanae hanc linguam tenentium, cum epistola *Christophori Rodzivil* ad Vladislaum IV. et ad eundem epistola Pastorum Zabarawiensium, prodit Thorun. 1632. studio et cura Pauli Paliusi Regenwolseii. N. T. polonice redditum est a *Ioh. Seclwiano*, Lutheri discipulo, 1536. editum est 1606. Cracoviae 4. ibid. 1621 Thor. 1585. fol. idem Polyglotton 1599. 4. 1601. 8. *Dantisci* 1606. ex editione a. 1632. Dresdae 12. ex versione Simon Budnaei, siue loco, 1572. 8. a *Iano Kyske*, Sociniano, cum nonnullis annotationibus per Martinum Czechovitum, Rakovii 1577. 4. a *Valentino Schulzio*, Rakou. 1620. Thorun. 1571. a *Valentino Smalcio*, Sociniano, Rakou. 1620. 12.

*Russicae* siue potius *Slavicae* <sup>rrr</sup>), vel *Sclavonicae* (vid. *Michaelis* Einleit. Th. I. S. 447. *Tetsch* l. c. pag. 42.) antiquissima editio, ea est, quae prodit Pragae 1519. curante *Francisco Scorina*, Medicinae doctore; vid. *Michaelis* l. c. Nobilissima autem editio est illa, quae exit Ostrouiae, sub auspiciis *Constantini*, Ducis Ostrouiae in Volhynia 1581. fol. Hanc editionem sequitur ea, quam litteris exprimendam curavit Alexius Michaelowitz, imperator (Czaar), Moscuae 1663. fol. Nouum Testamentum ex lingua graeca de nouo translatum in idioma Rutheno-Sclauonicum dialecto Moscouitica, studio monachorum sanctae vniuersitatis

S s s s 2

<sup>ppp</sup>) De historia Iesu Christi et historia Petri, quam in gratiam Echebaris, magni Mogolis, perficere condidit *Hieronymus Xauerius*, dixi in Cod. Apocrypho N. T. pag. 381 et 382 sqq. *Fabric.*

<sup>qqq</sup>) Vtraque erat in Polonia maxime prohibita, et vel in illo regno inter libros rarissimos habetur. vid. *Io. Dan. Ianozki* Nachricht von den

in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren Polniſchen Buchern pag. 4. 12. 78. part. I. et part. II. pag. 57. 27. *Harl.*

<sup>rrr</sup>) *Smoltrzyſky*, et *Io. de Glogau* versiones slavicae obiter citantur; at libris rarissimis adnumerantur a *Ianozki* lib. laud. part. III. pag. 51 et 103. *Harl.*

fitatis in Coenobio aduentus S. S. et viuificati Spiritus, fraternitatis Wilnensis. Wilnae 1623. 8. N. T. Moscoae 1602. 8. Le Long et *Tetsch* l. c. memorant etiam editionem N. T. 1702. 8. — Quatuor euangelia Wilnae 1573. 8. Conf. de his versionibus variis, omninoque de re Slauro- rum litteraria: *Le Long* — *Michaelis* l. c. *Walch*. l. c. pag. 129. *Tetsch*. l. c. pag. 27 — 51. *Ioh. Petr. Kohl* introductio in historiam et rem litterariam Slauro- rum, in primis sacram, Al- tonae 1729. *Ioh. Leonh. Frisch* Historia Lingu. Slau. *Christ. Schoettgen* Origines Russicae, Dresdae 1731. 4. Altes aus allen Theilen der Geschichte oder alte Urkunden, alte Briefe und Nachrichten von alten Büchern mit Anmerkungen B. II. (Chemnitz 1766. 8.) p. 809 — 819. vbi agitur de editione N. T. a. 1602. *Schloezeri* Briefwechsel Th. II. pag. 140 sqq. — Non- dum indoles et virtutes versionis Slaui- cae satis cognitae sunt, accuratiorem fortasse notitiam praebebit *Durich*, in libro: de literatura Slaui- ca, breui edendo, vt docuit *Alter* in N. T. editione vol. II. pag. 963. Interim conferti inprimis debent, quae de versione Slaui- ca eius- que indole praeclare, breuiter tamen, disputauit *Dobrowsky* in epistola, ad *Michaellem* missa, vid. *Michaelis* Neue Oriental. und Exegetische Bibliothek Th. VII. pag. 155 — 167. <sup>555</sup>)

[*Seruica*, pars N. T. et Lectiones in festis in MSt. II. codd. in biblioth. Veneta Marci. vid. *Villoison*. in anecd. graec. II. pag. 247. *Harl.*]

*Slaunonica* vid. *Russica*.

In *Suecicam* linguam N. T. e Lutheri versione germanica translatum a *Laurentio Au- drea* ann. 1523. incoeptum, et iussu *Gustau* I. regis, editum est *Holmiae* 1526. e versione *Amundi Laurentii* prodiit *Holmiae* 1550. 1605. 1621. 4. *Leidae* 1633. Noua bibliorum editio iussu *Caroli XII.* regis typis expressa est *Holmiae* 1703. fol. et ex praefatione, huic editioni praemissa, nec non ex *Actis Eruditor.* an. 1704. pag. 342. vt iam monuit *Fabricius* noster, peti potest accurata versionum antiquarum *Suecicarum* notitia. Nostra vero aetate sub auspiciis *Gustau* III. *Sueciae* regis, noua bibliorum versio summa cum cura et diligentia adornata, et hoc opus viginti annorum, editis XV. Speciminibus nunc ad finem perductum est. Ex iis qui primi labori manum admouerunt, adhuc superstites viuunt *D. Hjelgrén*, episcopus, *Lefrén*, LL. OO. Prof. *D. Göthenius* et *Liljeståle*, Cancellarius ac eques auratus. Qui vltimam partem operis elaborarunt, erant: *D. Vno de Troil*, Archiepiscopus, *D. Domey* et *M. Tingstadus*, Proff. Vpfalientes. Conf. omnino: *Allgem. Schwedisches Gelehrsamkeits- Archiv* unter *Gustav III.* Regierung von *Christoph Wilh. Lüdecke*, D. Th. VI. *Leipz.* 1791. et *Schloezers* Briefwechsel Erst. Th. S. 65 — 73. *Christ. Haur. Groskurd* Etwas zur Geschichte der Uebersetzungen der Bibeln in Schwedischer Sprache in *Actis H. E. nostri temp.* T. II. *Weimar* 1775. S. 285 sqq. [*J. A. Schinneier* Versuch einer vollständigen Geschichte der schwed. Bibelübersetzung und Ausgaben. *Flensburg.* 1777 — 1782. IV. voll. 8. et *Eiusd.* Lebensbeschreibung der drey schwed. Reformatoren, *Anderson*, *Peterfon*, und *Laurent. Peterfon*, it. 1783. 4. *Beck.*]

#### *Syriacarum*

<sup>555</sup>) Vide et de versione *Russica* *Simon.* lib. II. *Hist. Crit.* N. T. pag. 223 sq. et *Ioh. Sauberti* Prolegomena ad varias lectr. *Euang. Matthaei* p. g. 46 sq. Nouam versionem e linguis originariis ab aliquo tempore pararunt *Ernestus Glück* et *Elias Kopyewitz.* vid. *Noua litterar. maris Batnici* an. 1698 pag. 94. *Acta Eruditor.* an. 1705. pag. 240.

*Aufgefangene Briefe* tom. III. pag. 257. *Fabric.* *Glückius* mortuus est an. 1701. attamen, „haec versio perficitur iussu *Petri Alexiowitz*, magni Ducis *Moscouiae*“ verba, quae leguntur in *Memoriis Treuoltinis Iul.* 1706. pag. 1068. Neque tamen haec versio in lucem edita est. vid. *Tetsch* l. c. pag. 50 sq. *Kuin.*



*Syriacarum* N. T. versionum praecipuae sunt tres, *simplex*, *Philoxeniana*, et *Hierosolymitana*. Conf. omnino: *Simon* Hist. Crit. des Verf. du N. T. chap. 13. 14. 15. *Ioh. Dau. Michaelis* Curae in verf. Syriacam actuum apostolicorum cum confectariis criticis de indole, cognationibus et vsu versionis syriacae tabularum noui foederis 1755. *Hirt* Oriental. Biblioth. Th. II. *Reuschius* Syr. Interpr. cum N. T. collatus. Lips. 1741. De syriacarum N. T. versionum indole atque vsu dissertatio, *Philoxenianam* cum simplici e duobus peruetustis Codd. MSS., ab Amida transmissis conferente *Glocestrio Ridley* 1761. 4. *Gottl. Christ. Storr* obit. super N. T. versionibus syriacis, Stuttgartiae 1772. 8. (conf. *Michaelis* Oriental. Bibl. Th. IV. pag. 190 sqq.) *Masch.* Bibl. Sacr. tom. II. pag. 54 — 102: *Wetsten.* Prolegg. pag. 289. edit. *Semler.* *M. III.* Prolegg. *Walch.* Bibl. Sel. pag. 148 sqq. *Michaelis* Einleit. Th. I. pag. 382 sqq. *Weber* de vsu verf. syr. hermeneut. Lips. 1778. <sup>116</sup> — Versio Syriaca antiquissima quae vocatur *Peshito* (ܦܫܝܬܐ) siue *simplex*; non omnes libros N. T. comprehendit, omittit enim II. et III. ep. Ioh., secundam Petri ep. Iudae, apocalypsin, historiam adulterae Ioh. VIII. et I. Ioh. V, 7. Quisnam huius versionis auctor fuerit, ignoratur. Marcum vel Thaddaeum eam composuisse, fabula est. Quod adinet aetatem huius versionis, alii eam circa finem saeculi I. confectam esse statuunt, (*Schmid* Hist. Can. pag. 289. *Michaelis* Einleit. l. c.) alii minimum saeculo IV. ineunte, (*Semler* ad *Wetsten.* l. c.) Eam antiquitate minime cedere latinae, docet *Christ. Ben. Michaelis* in *Ioh. Alberti Bengelii* tractatione de sinceritate N. T. graeci tuenda, quam notis locupletatam edidit Halae Sax. 1764. 4 (editio secunda) p. 12 sqq. ubi quoque obseruat, versionem, qua *Ephraemus Syrus* vsus est, esse plane eandem, quam primum euulgauit *Widmanstadius*, adeoque eam ex Ephraemo passim emendari posse; consentientem habet hac in re *Storr* l. c. §. 4 et 6. conf. etiam *Affemannii* Biblioth. Oriental. tom. III. part. I. pag. 61. Versio haec Syriaca e Graeco facta est, sed interpres admodum liberalis fuit, et haud raro paraphrasten agit; eam tamen ex Itala interpolatam esse, statuit *Michaelis* in *Curis* etc. aliis vero probabilius videtur, versionem Sec. VIII. vel IX. mutationem ex codd. graecis recensitionis occidentalis esse perpeſtam. De fontibus criticis versionis, eiusdemque codd. praeter *Michaelem* in *Introduct.* l. c. acute satis disputauit *Storr* l. c. p. 1 — 14. et §. 12 sqq. Antiochiae eam compositam fuisse plurimi arbitrantur, *Michaelis* vero in *Introduct.* haud improbabiler coniecit, eam Fdesſae concinnatam fuisse. — Primus editor versionis Syriacae simplicis, fuit *Ioh. Alb. Widmanstadius* (*Widmanstädter*, conf. de hoc viro, *Schelhorn* *Amoenitt.* Litterar. tom. 13. pag. 223. tom. 14. pag. 468. et filii ipsius *Sammlung für die Geschichte, vornehmlich Kirchen- und Gelehrtengeſchichte von Ioh. Georg Schelhorn*, Erst. B. S. 1 sqq. et *Masch.* Biblioth. Lubecensis Nou. vol. VI. pag. 53 sqq.) Prouinciarum Austriae Orientalis Cancellarius, qui eam edidit e duobus codd. MSS. perantiquis, hoc titulo: *Libri ſacroſancti euangelii de I. C. domino et Deo noſtro. Reliqua hoc codice comprehenſa pagina proxima indicabit. Diuini Ferdinandi, Romani imperatoris deſignati, iuſſu et liberalitate, characteribus et lingua ſyra, Ieſu Chriſti vernacula, diuino iſtus ore conſecrata, et a Ioh. euangel. ſta ebraica dicta. Scriptorio prelo diligenter expreſſa.* Voll. II. 4. Ad calcein

S s s s s 3 voluminis

<sup>111</sup>) Dissertacionem de verf. syr. antiqua perquam eruditam edidit *Andreas Mullerus Greiffenhagenius*. Berolin. 1672. 4. qua inter alia pag. 7. negat, se plane persuasum hanc quam ex Antio-

chenis exemplaribus descriptam habemus, eandem ipsam esse in quam *Iacobus Nisibensis* et *Ephraim Syrus* commentati sunt. *Fabric.*

voluminis secundi legitur: *in urbe Vienna amplissimar. Orientalis Austriae prouinciarum metropoli florentissima ad hunc exitum perductum est diuinum hoc opus anno a Chr. Natiuitate MDLV. d. XXVII. Sept.* Post primam vero paginam totius operis legitur: *Viennae Austriae excudebat Michael Zymmermann, anno MDLXII.* Nempe anno demum 62. typographus paginam tituli secundam armis suis et reliquis ornauit, hinc illa diuersitas deriuanda. Conf. de hac editione inprimis *Masch. Bibl. Sacr. l. c. pag. 74 sqq.* Postea haec versio Syriaca saepius edita est: a *Tremellio*, literis hebraicis, cum eiusdem versione latina Geneu. 1569. fol. locum 1 Ioh. V, 7. a se Syriace e graeco versum addidit, sed in margine; conf. de hac editione *Hirt Oriental. Bibl. Th. II. Art. 19.* extat quoque, caractere Syro et hebraeo cum vers. lat. et praefatione *Guidonis Fabricii Boderiani*, in bibliis regis Antwerpensibus tom. V. a. 1572. literis Syriacis cum punctis vocalibus a *Gabr. Sionita* et vers. lat. Boderiani in Bibliis Parisiensibus a. 1645. vid. *Masch. l. c. pag. 90.* et Londinensibus a. 1657. quae editio praeter epistolas Petri, Ioh. et Iudae et Apocalypsin a *Pocokio* et *Lud. de Dieu* (de quibus paulo post dicemus) editas, etiam historiam adulterae Ioh. VIII. e MS. Vsserii, Archiepiscopi, suppletam, continent; sed locus 1 Ioh. V, 7. deest. Praeterea prodiit versio Syriaca Antwerpiae 1574. 8. et 1575. 16. vid. *Masch. tom. II. pag. 80.* cum versione latina Emanuëlis Tremellii et lect. variis editionis Viennensis, Tremellian. Antwerpens. polyglott. Antwerpensis in forma octa-ua, et Parisinae, auctore *Martino Trostio*, Cothenis Anbaltinorum 1621. 4. Posteriores epistolam Petri, secundam ac tertiam Iohanneam, et Iudae epistolam e MSS. Anglicis edidit *Eduardus Pocoke* <sup>uuu</sup>), Lugd. Batau. 1630. 4. vid. *Hirt Oriental. Bibl. Th. II. pag. 309 — 312.* Apocalypsin Iohanneam e MS. cuius possessor fuerat *Scaligerus*, edidit *Ludouicus de Dieu*, Lugd. Batau. 1627. 4. inserta quoque est animaduersio ipsius in loca difficiliora V. et N. Testamenti <sup>vuv</sup>). Hebraicis literis versio N. T. syriaca edita est Heidelbergae 1569. fol. *Guidonis Fabricii Boderiani* cura, cum versione interlineari, N. T. graeco et vulgata 1584. 4. in qua omisa sunt ea, quae non leguntur in vers. syr. antiqua. Inserta est etiam *Eliae Hutteri* N. T. polyglotto. Norimberg. 1599. fol. et ipse *Hutterus*, quae in edit. Viennensi deerant, suppleuit, et in linguam Syriacam transfudit; vt ergo ei primam integri N. T. editionem debeamus. Denique vers. Syr. edidit *Aegidius Gutbierius*, addita versione latina euangelii Matthaei, ab ipso confecta, lexico breui, et lect. variis. Hamburgi, 1663. 8. quae editio saepius repetita est. Historiam adulterae ex opere Anglicano, et locum 1 Ioh. V, 7. ex editione Tremelliana descripsit. Editore *Christiano Knorre ab Rosenroth* prodiit N. T. syriacum. Sultzbaei 1684. 8. editoribus *Ioh. Leusdenio* et *Carolo Schaafio*. Lugd. Batau. 1708. 4. quae editio reliquarum omnium praestantissima est. *Schaafius* (cum enim ad Luc. XV, 20. deuentum esset, mortuus est

<sup>uuu</sup>) *Pocokius* in praefat. a quo aut quando in linguam Syriacam translatae sint hae epistolae, supra vires meas disquisitio est. Vnum tamen monere liceat, Dionysium quendam, qui commentariis Syris has vna cum caeteris Canonice et Actis Apost. nec non Apocalypsi illustravit, in praefat. ad secundam Petri monere, epistolam II. Petri non fuisse versam in linguam Syram cum literis qui diebus antiquis redditi sunt, ideoque non inueniri, nisi in translatione Thomae, episco-

pi *Heracleensis*. Huius Thomae Heracleensis versionem MS. N. T. ea, quam nos legimus, meliorem accuratoremque manu sua eleganter descriptam habuit *Prokuis*, teste *Hochstetero*, Theologo Tubingensi, Orat. inaugural. pag. 29. *Fabric.*

<sup>vuv</sup>) Interpretem *Lud. de Dieu* vocat *Lucan* quendam, vt ipsi quidem videtur Maronitam. At *Rich. Simonio* Hist. Crit. N. T. tom. II. videtur potius Europaeus. *Fabric.* vide quae de *Philoxeniana* versione dicta sunt.

est *Leusdenius*) versionem latinam (de qua ipse scripsit: *ad latus adiunxi versionem latinam ex omnibus versionibus latinis textus, imprimis Tremelliana, et ubicunque mihi videbatur commodum, propria opera compositam*) et varias lectiones ex omnibus editionibus diligenter collectas adiecit. Adiunxit etiam *Lexicon Syriacum concordantiale*. Denuo haec editio emendata prodiit Lugd. Batau. 1717. 4.

Ab illa autem Syriaca versione antiqua diuersa est alia recentior *Xenayas Philoxeni*, episcopi *Hieropolitani* siue *Mabugenensis*, (a quo etiam dicta est *Philoxeniana*), cuius auctoritate composita est a *Polycarpo* quodam: postea hanc versionem recensuit et cum codd. graecis contulit *Thomas*, *Heracleensis*; hinc ipsa quoque versio *Heracleensis* dicta est. Complexam esse hanc versionem *Philoxenianam*, quae singula verba premit, Euangelia, Acta Apost. eorumque epistolas, in confesso est, an vero etiam apocalypsin Iohanneam, dubitatur. Eam versionem, quam *Lud. de Dieu* edidit, (vide supra) esse *Philoxenianam*, statuit *Storr* in *Obsl.* sed cum indoles huius versionis diuersa sit a *Simplici* et *Philoxeniana*; *Adlerus* in libro mox laudando pag. 78. censet, eum esse laborem interpretis, qui non laborasset in versione *Simplici* et *Philoxeniana*. Neque distendum est, versiones illas, quas *Pocokius* et *Lud. de Dieu* ediderunt, esse a reliquis versionibus Syriacis diuersas, et vero etiam recentiores, de interpretibus autem nihil certi constitui potest. Historiam versionis *Philoxenianae* descripsit praeter *Ridicum* I supra I. *Storrus* l. I. §. 15—22. de versionis indole egit §. 38. diligenter quoque de ea disputauit in *Eichhornii* *Repertor. für bibl. und morgenl. Literatur* Th. VII. conferri etiam potest *Ioh. Ben. Michaelis* ad *Bengelii* tractationem supra laudatam pag. 17. et *Ioh. D. u. Michaelis* in *Introduct. in N. T.* De codd. versionis scripsit peculiarem libellum *Paulus* hoc titulo: *accuratior manuscriptorum, quibus versio N. T. Philoxeniana continetur, catalogus, cum quibusdam ad viros eruditos quaestionibus. Scripsit Henr. Eberh. Goetl. Paulus A. M. Helmstadii* 1788. Versionem Euangg. *Philoxenianam*, quae per saecula plura in tenebris sepulta latuit, primus edidit, *White*: *Sacrorum euangeliorum versio Syriaca Philoxeniana, ex Codd. MSS. Ridyani in bibliotheca collegii noui Oxoniensis repositis, nunc primum edita cum interpretatione et annotationibus Iosephi White, A. M. Collegii Wadh. Socii et linguae Arabicae Professoris Laudiani, tom. I. Oxonii e typographeo Clarendoniano.* 1778. conf. *Doederlein* *Theol. Biblioth.* vol. I. pag. 163. *Michaelis* *Orient. Bibl.* Th. XVI, pag. 107 sqq. Nuperrime de hac quoque versione praeclare meritus est *Adlerus*, dum edidit librum, inscriptum: *Noui Testamenti versiones Syriacae, simplex, Philoxeniana et Hierosolymitana, denuo examinatae et ad fidem Codd. MSS. bibliothecarum Vaticanae, Angelicae, Assennannianae, Mediceae, Regiae, aliarumque nouis obseruationibus atque tabulis aere incisus illustratae a Iac. Georg. Chr. Adler, Hafniae* 1789. 4. conf. *Eichhornii* *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. II. pag. 483 sqq. *Hassencamp* *Theol. Annalen.* Jahrg. 1789. S. 625 fq.

In hoc igitur libro versionem, hactenus non satis cognitam, dialecto *Hierosolymitana* conscripam, vnde *Hierosolymitana* dicitur, primus accurate descripsit *Adlerus*, atque excerpta critica ex ea obtulit. Dialectus ad *Chaldaicam* proxime accedit, immixta ei sunt plura peregrina, imprimis graeca vocabula, interpretes ex graeco vertit, interdum haud infelici successu agit personam commentatoris, rarius verba premit. Sequitur maximam partem recensioem occidentalem, *Adlerus* confectam hanc translationem suspicatur intra saec. IV. post C. N. et saec. VI. Ceterum cfr. epistolae duae, vna R. P. *Augustini Antonii Georgii*

gii Erem. Augustin. Procuratoris generalis, altera, *Iac. Georg. Chr. Adleri*, in quibus loca nonnulla operis Adleriani de versionibus Syriacis N. T. simplice, Philoxeniana et Hierosolymitana examinantur. Hafniae MDCCXC. 4.

*Turcicam* versionem N. T. edidit *Guilielmus Seamanus*, Oxonii 1666. 4. descripta est haec versio cura societatis, commerciis turcicis inclitae. Vtrum autem *Seamanus* editor tantummodo, an etiam interpret fuerit, dubitatur; posterius tamen probabilius est, quum linguae Turcicae fuerit peritissimus. vid. *Masch.* l. c. tom. II. pag. 107. *Walch.* l. c. pag. 147. <sup>www</sup>)

*Vandalica* s. Illyrica dialecto versio bibliorum prodiit auctore Georgio Dolmatino Vitebergae 1584. fol. praefixa est praefatio Germanica. Conf. de hac versione epistolam, *Büttnera* scriptam, in *Schözeri* Briefwechsel Th. II. S. 140 — 147.

*Virginiana* versio cura *Ioh. Eliot* edita est Cantabrigiae in Noua Anglia, et V. quidem Test. 1663. Nouum autem 1661. 4. denuo, mutata tamen literis expressa est ibid. 1685. 4. *Fabricius* autem noster obseruauit, plane aliam esse linguam Americanorum Virginianam, qua Catechismum Lutheri editum esse paullo ante (vid. not. <sup>www</sup>) memorasset.

*Wallica* s. Cambrica N. T. versio typis est expressa Lond. 1567. 4. omnium librorum vtriusque testamenti, an. 1588. fol. 1620. fol. et 1718. vid. *Walch.* l. c. pag. 124. Haec de versionibus N. T. dicenda habuimus. *Kuin.*]

#### XIX. *Harmoniae Evangelicae Scriptores Veteres.*

De harmonia euangelica in quam saeculo XII. latine commentatus est *Zacharias Chrysopolitanus* tom. XIX. Bibl. Patrum edit. Lugd. obuius, quamque vetus latinus interpres *Victor*

<sup>www</sup>) Praeterea *Albertus Bobouius* s. *Bobowsky*, Polonus, in gratiam *Leuini Warneri* totam sacram scripturam Turcice vertit, quae hodie in Biblioth. publica Leidensi MSto adseruatur. Conf. de hoc *Bobouio Thomam Hyde* in appendice [s. parte II.] ad *Cosmographiam Adami Peritfol.* Hic ipse est *Ali Beigh*, Muhammedis IV. interpres, quem biblia vertisse Turcice, lego in praefatione ad Catechesin Lutheri Virginiana et Suecica lingua iussu Caroli XI. regis vulgatam. Holmiae 1696. 8. [*Albertus* ille, puer a Tataris captus, Constantinopolin abductus, ibique in religione Turcarum institutus est. vid. *Acta Erudit.* Lips. an. 1691. pag. 226. *Boyle* Diction. Art. *Hali Beigh.* *Kuin.*] *Andreas* vero *Mollerus* in notis ad *Azizi*, *Nesephaei* *Tatari*, fragmentum, lingua Turcica scriptum, de cognitione Dei et hominis, vbi allegat verba Christi Ioh. III, 3. *Ista*, inquit, auctor arabice citat, nescio vnde. Namque *Erpeniana* versio et *Parisina* quam *Londinensis* sequitur, aliter habent. *Turcicam* S. Script. siue integre siue ex parte factam versionem non credam auctorem legisse. *Quam* *Ioh. Vngnadius*

fieri curauit, *Thuano* Lib. 36. teste, recentior procul dubio est hoc MSto quod CPoli a. 1559. erutum est. *Vetus* quidem *Testam. Iudaei Taurici Turcice legere dicuntur, sed qui in Turcia sunt Christiani, vel syriace vel arabice vel graece vel iberice vel aliter scripturam legunt.* *Thuanus* Hist. ad an. 1565. qui *Vngnadio* emortualis fuit, testatur, eum *incredibili propagandae religionis desiderio ardentem immensis sumptibus biblia sacra et theologorum aliquot scripta in linguam Turcicam et Croaticam conuerti et ad gentes, illarum linguarum peritas, transferri curasse.* *Andreas Mollerus* in *Annal. Freibergens.* pag. 284. de eodem *Vngnadio*: *Er hat mit grossen Unkosten das N. T. die Augspurgische Confession und andere christl. Bücher in Croatische Sprache transferiren und mit cerulischen und glagolischen Buchstaben zu Tübingen drucken lassen.* *Cyriac. Spangenberg* in *Chron. Sax. ad a. Chr. 1564.* notat, eum adiutum esse a *Primo Tubero*, Croato, *Steph.* Consule Austriaco, et *Antonio*, Dalmata. *Fabric.* Non constat virum versio interciderit an suppressa sit. *Masch.* II. pag. 165 sq.

*Victor Capuanus* <sup>xxx)</sup> venditavit sub falso nomine *Tatiani*: et de altera, quam latine vertit et sub *Ammonii Alex.* nomine edidit Ottomarus Luscinius, Augustae Vindel. 1523. sed quae et ipsa *Tatiano* <sup>yyy)</sup> tribuitur in versione antiqua Theotisca pec clariss. Palthenium nuper vulgata, non repetam ea, quae dixi in codice Apocrypho N. T. pag. 378 sq. Vtraque latine, ita Orthodoxographis et in Bibliothecis [P] Patrum plus simplici vice edita est. Posteror e Luscinii versione et recognitione Casparis Bruschii prodit etiam Erfurti 1544. 8. et in Micro-presbyterico. Basil. a. 1550. fol. [add. *Io. Jac. Hefs* Bibliothek der heiligen Geschichte vol. I.]

*Theophili Antiocheni* perinde vt genuina *Tatiani* Harmonia Evangelica perit: si modo vlla vnuquam exstitt *Theophili* Harmonia, et non Hieronymus *Theophili* commentariis in Evangelia, quos cum reliquorum eius scriptorum elegantia congruere negat in catalogo cap. 25. et quorum latinam versionem hodie habere <sup>zzz)</sup> nos sunt qui exsistent, cum *Tatiani* Monotellato confundens scripsit Epistola CLI. ad Algasiam: *Theophilus Antiochenae Ecclesiae septimus post Petrum Apostolum Episcopus quatuor Evangelistarum in unum opus dicta compingens ingenii sui nobis monumenta reliquit.* Conf. *Zacharias Chrysopolitanus* pag. 742. ex Hieronymi Homilia de villico iniquitatis.

Fragmentum Epistolae *Iulii Africani* ad *Aristidem*, quo conciliatur genealogia Christi in *Matthaeo* et *Luca*, servavit *Eusebius* lib. I. Hist. cap. 7.

*Eusebii* libri *περὶ διαφωνίας Ευαγγελίων*, quos memorat *Hieron.* catalogo cap. 81. et ad *Matthaei* I. intercederunt. Exstant vero eius *Canones Evangelici*, quibus sequitur *Ammonium Alex.* <sup>a)</sup> per X. columnas capitula Evangelistarum (qualia e veteri computatione etiam in melioribus N. T. editionibus et in vett. MSS. ad marginem notantur) ita inter se comparavit, vt statim appareat, quoniam et quibus in pericopis Evangelistae eandem rem referant. Hi *Canones* iam omissa iam praemisissa Epistola *Eusebi* ad *Carpianum* praefiguntur graece quibusdam N. T. editionibus, vt *Erasmi*, *Rob. Stephani* a. 1550. et *Polyglottis*: latine ex Hieronymi versione occurrunt in editionibus Doctores illius *Stridonensis*, et in *Orthodoxographis*. Sed et *Aethiopice* in editione N. T. *Aethiopica*. Similiter *Arabice*, *Syriace*, *Coptice*, *Anglo-Saxonice* exstant in codicibus *Novi Test.* illarum linguarum MSS. Praeterea in veteri scholio ad *Marcum*, quod e codice *Bibl. Regiae* produxit *R. ch. Simon* lib. III. Hist. Crit. N. T. pag. 89. allegantur *Eusebius* ἐν τῷ πρὸς Μαρίνου περὶ τῆς δοκίμης ἐν τοῖς Ευαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας.

*Epiphanium* a viris quibusdam doctis inter scriptores Harmoniae Evangelicae referri video, propter ea ni fallor quae disputat haeresi *LI. Alogorum*. [P]

*Augustini* libri IV. de Consensu Evangelistarum leguntur in parte posteriore tomi tertii editionis luculentae Operum Doctores *Hippontanensis*, quam *Monachis Benedictinis Francisco Delfau*, *Thomae Blampino* et aliis viris doctis congregationis *S. Mauri Christianus* orbis debet.

De

<sup>xxx)</sup> Huius *Victoris Capuani* Catenam MS. in Evangelia habuit *Beuardentius*, et ex eadem Fragmenta quaedam *Polycarpi* produxit ad *Irenaei* III. 3. laudata etiam *Grosio* ad *Io. XVII.* 4.

<sup>yyy)</sup> *Tatiano* adscribit quoque *Baronius*. Sed ab eius sententia discedunt non sine causa viri doctissimi. Vide *Antonium Pagi* ad *A. C.* 172. n. 3.

<sup>zzz)</sup> *Theophili* esse negant *Cotelarius* ad *Patres Apostol.* tom. II. pag. 16. *Tillemontius*, *Albertus* et alii.

<sup>a)</sup> *Hieron.* praefat. in Evangelia ad *Domasum*, et *Ildorus Hist.* VI. 15. *Origg.*

De *Her nymo* vetus scriptor, a Io. Mabillonio tom. IV. Analect. editus: *Euangelii Historiam ita conciliatoris* <sup>b)</sup> *dissertationibus declaravit, ut unicum fore arbitretur.* Videlicet in commentariis suis ad Matthaeum et in aliis scriptis, subinde speciem *διαφωνιών* in Euangelis conatur tollere, licet nullum eius opus peculiare sub titulo Harmoniae Evangelicae exisset.

*Iuueni* Metaphrasis Poetica Latina Historiae Evangelicae merito huc refertur, perinde ut Theotisca illa vetus *Otfridi*.

Utum *Constantini M.* imperatoris, *τρισσὰ* et *τετρασσὰ* huc spectent, quae memorat Eusebius in eius vita III. 37. eruditus Lector iudicet. Saue ita visum Ioanni Lightfooto, Hor. Hebraic. ad Ioannis VIII.

Ex *Hesychii* Hierosolymitani <sup>c)</sup> *Εὐαγγελικῆ συμφωνία* praestantissimus Cotelarius tomo III. monumentorum Ecclesiae Graecae edidit cum versione sua et notis *συναγωγὴν ἀπειριῶν καὶ λύσεων*, quibus loca nonnulla Euangelistarum inter se conciliantur.

*Anonymi* Monotessaron iussu Ludouici Pii compositum quod euoluit olim D. Lutherus, seruat in Bibliotheca Paulina Lipsiensi et celebratur a Ioachimo Felleri *τῷ μακαρίτη*, in praefat. ad catalogum MSS. illius Bibliothecae. Andreas quoque Osiander testatus est, usum se esse *Anonymi* veteris harmonia e Monasterio ad fontem salutis.

*Clementis* presbyteri Lanthoniensis (circa a. C. 1170. clari) Harmoniam e Latino Anglice versam a Io. Wickleso, seruant Angli MS. in suis Bibliothecis.

Praetereo alios sequioris aetatis scriptores Harmoniarum Evangelicarum: Guidonem de Perpiniano, Ludolphum Saxonem, Petrum Lombardum et Io. Gersonem: Petrum Comestorem in Historia Scholastica, Simonem Carfulanum siue de Cassia cognomento Fidatum (qui Florentiae a. 1348. obiit) libris XV. de gestis Saluatoris. Colon. 1545. fol. atque *ἀντικειμένων* vtriusque Testamenti scriptorem Iulianum Pomerium. [P]

*Harmoniae Evangelicae scriptores recentiores, ordine litterarum recensiti.*

Ioannes Alesius, Lichae 1605. 8.

Natalis Alexander in expositione litterali et morali Euangelii Iesu Christi secundum IV. Euangelistas, Paris. 1703. fol.

Christophorus Althoferus, Ien. 1653. 1658. 4.

Anonymi Concordia Evangelica, Paris. 1653. edita, et Tillementio atque aliis saepe laudata.

Anonymi alterius Concordia, edita Gallice, sub titulo: *Meditations sur l'Histoire et la Concorde des Evangelistes.* Bruxellis 1676. 12. duobus vol.

Anonymi Angli Harmonia in Bibl. Vsserii reperta et ex Anglico Germanice translata Francof. 1672. 8. et cum praefat. Augusti Hermannii Franckii, Halae Sax. 1700. 8.

Io. Auenarius, Basil. 1588. 12.

Iacobus

b) Ita forte legendum pro *consolatoris*. Cotelarius legit *conciliatoris*.

c) So'enne est huic Hesychio, gesta et dicta Christi, quo facilius difficultates etiam perleues sol-

vat, multiplicare, vti faciunt e recentioribus A. Osiander, Carolus Molinaeus, Codomannus, Io. Cluuerus, Abr. Calouius, Casp. Helmannus Sandhagenius.

Jacobus de Auroles, Parif. 1610.

Io. Banzius, Colon. 1624. 4.

Caesar Baroniüs et Sam. Basnage tomo primo Annalium.

Sebast. Barradii Lusitani Commentaria in Concordiam Euangelicam, Mogunt. 1601. fol. quatuor voll.

Benjamin Beauport Franciscanus. Parif. 1552. 8. Gallice.

Thomae Beauxamis Carmelitae Commentarii in Harmoniam Euangelicam ex antiquis Patribus congesti. Parif. 1590. 2. voll.

Balthazaris Babelii Antiquitates Euangelicae. Argent. 1673. 4.

Caesaris Becilli Vrbianatis connexio Euangeliorum, in qua textus, ordine seruato rerum gestarum, series indicatur. Rom. 1623. Parif. 1631 et 1651. 12.

Deleui Becmanni vita Christi Meditationibus ducentis illustrata. Hamb. 1684. 8. Germanice.

[*Ioh. Alb. Bengel* richtige Harmonie der vier Euangelisten. Tübing. 1766. 8. *Kuin.*]

[*Ernst. Aug. Bertling* Neue Harmonie der vier Euangelisten. Halle 1767. 4. *Kuin.*]

Iani Bircherodii Series Chronologica Annorum Iesu Christi. Hafniae 1679. 4.

Ioannis Bourghesii, Professoris Duacensis, Historia et Harmonia Euangelica, tabulis et quaestionibus explicata. Montibus Hannoniae 1644. fol.

Io. du Buiffon, Duaci 1575. Iansenium Gandauensem secutus, Rom. 1576. 8. Colon. 1624. 12. [P]

Antonius Brockeuius. Colon. 1539.

Io. Bugenhagenii Pomerani Concordia Euangelica Historiae passu Christi et glorificati. Witeb. 1524. 8.

Florentii de Bruin, Dordraci 1690. 8. Belgice.

Henrici Buntingii, Magdeb. 1589. fol. cum septem annorum Christi (1. 2. 30 — 34.) Calendaris Historicis.

[Die vier Euangelisten, mit ihren eigenen Worten zusammengesetzt und verdeutscht, auch mit hinlänglichen Erklärungen versehen von *Ant. Frid. Büfching*. Erst. Bd. Hamb. 1766. 8. *Kuin.*]

G. Calixti Concordia Euangelistarum, ex eius dictatis, in seio auctore, edita Halberstadii 1624. 4. et deinde saepius alibi.

Abr. Calouii Harmonia Germanice, Witeb. 1680. 8. et Latine in Bibliis illustratis tomo primo N. T. 1676. fol.

Centuriatores Magdeburgenses tomo I. capite X.

Io. Caluini <sup>d)</sup> Harmonia ex Mattheo, Marco, Luca (nam in Ioannem separatim scripsit) G. neu. 1555. fol. ex officina Rob. Steph. et saepius deinde alibi, et inter opera. Etiam Gallice et Germanice.

T t t t 2

[Car.

d) Calvinus Andreae Osiandro veluti e diametro aduersatur, et cum temporis ordinem saepissime ab Euangelistis neglectum supponit, etiam

vbi diuersa narrare videntur Euangelistae, vnam eandemque rem ab illis referri arbitratur. Dicam et hic cum Lino XXVI. 49. *Si auquibus adfentiri*

- [*Car. Hildebrand Freyh. von Canstein* Harmonie und Auslegung der vier Euangelisten, Hal. 1727. fol. *Beck.*]
- Tho. Cartwrighti *Harmonia Euangelica, per Analyfin Logicam et Metaphrasin historicam illustrata.* Amst. 1630. 4.
- [*Io. Casauboni* de rebus sacris et eccles. *Exercitationes XVI. ad Beronii Annaleg.* Geneuae 1655. 4. *Beck.*]
- Matthaei a Castro *epitome Concordiae Iansenianae.* Antwerp. 1593. 8.
- Martini Chemnitii *Harmonia Euangelica, a Polycarpo Lysero* \*) et Io. Gerharδο continuata atque ad umbilicum perducta. Francof. 1593. 1608. 4. Ienae 1617. 1626. 1627. 4. et Francof. 1615. fol. Geneu. 1628. 1645. Roterd. 1646. Hamb. 1647. Francof. 1657. Hamb. 1704. fol. duobus volum.
- Ioannis Christiani *speculum Harmonicum praecipuarum harmoniarum, Bernae* 1642. 4. et Germanice a. 1643. teste Lipenio, ipse enim librum haud vidi.
- Ioannis Clerici *Harmonia Euangelica, in qua vno conspectu quatuor columnis verba Graeca Euangelistarum integra conferuntur, addita latina versione vulgata, et editoris paraphrasi.* Amst. 1699. fol. et latine tantum Altdorf. (titulus praefert Lugdunum) 1700. 4. Anglice quoque prodit Lond. 1700. 4. Fatetur Clericus, in ordine prae ceteris instituisse se vestigiis Io. Richardsoni, de quo infra. Etiam [P] notas in hanc Harmoniam suam pollicetur in memoriis litterariis Triuultinis a. 1702. parte I. pag. 157.
- Io. Cluuerii *Harmonia Euangelistarum, digesta secundum paschata et itinera Christi, edente filio Mich. Cluero.* Rostoch. 1628: 4. paucis constans foliis.
- Harmonia Brunonis Cognati, Carthusiani, quem de nonnullis monet Petauius II. 12. Epist. Laur. Codomannus: Norimb. 1568. 4. Germanice.*
- Alanus Copus. Louan. 1572: Duac. 1603.
- Bernh. Copus, vna cum Io. Alefio de quo supra. Lichae 1605. 8.
- Simonis Corroyi, *Ord. Caelestinorum, Consonantia Euangelica.* Lugd. 1547. Antw. 1591.
- [*Sam. Cradocks* harmony of the Euangelists. Lond. 1668. fol. *Kuin.*]
- Pauli Crellii, Witeb. 1566. 8. Germanice, e Bugenhagio fere.
- Adriani Crommii e Soc. Iesu. Louan. 1633.
- Iacobi Dornkrellii ab Eberhertz, patris et filii, in *Harmonia Biblica.* Luneburg. 1686. fol. Germanice, et nouis curis filii de integro ibid. 1688. 8. separatim sub titulo: *der Evangelischen Vergleichung zweyte Arbeit.*
- Tho. Draxi *Harmonia, Caluinum potissime oppugnans, vt Lipenio notatum.*
- Laurentius Echard in *Historia Ecclesiastica generali trium priorum saeculorum.* Lond. 1702. fol. Anglice.
- Laurentius Edingerus in delineatione Harmonica *ἀπολυσθείας* Euangelii de Christo. Hafn. 1670. 8.
- Ruperi Erythrophili, Pastoris Hanouerani, *Catena aurea in Harmoniam Euangelistarum.* Magdeb. 1604. 4. et Germanice 1608. 4.

[A Dissol-

uentiri necesse est, media simillima vero sunt, nam ambae sententiae et Oslandi illa et haec Caluini excedere aliquando modum videtur, vt magno Chemnitio probe obseruatum

e) Lyserus inceptit a capite 52. Gerhardus a capite 141. Ex merito commendatur hoc opus in Consiliis Witebergens. Theolog. part. I. tit. 1. nr. 4. In tabulas illud redegit Dauid Klugius ὁ μακκρυίτης.



[A Dissonance of the four generally received Evangelists and the Evidence of their respective Authenticity examined by *Edw. Evanson*. Ipswich, 1792. 3. Conf. Ephem. Götting, 1794. pag. 569 sq; *Beck*.]

Andreae Fabri syntagma Hist. Evangelicae Harmonicorum. Germanice. Vlmae 1652. 4.

Christophori Fischeri. Vlsenae 1575. 1579. 1583. fol. Concionibus Germanice habitis.

Laur. Forerus in vita Iesu Christi. Dillingae 1640. 8.

Michael Fouqué. A. 1574. Gallice. Confer Rich. Simonis Epistolas selectas lib. II. pag. 101.

Paulus Frisius de tempore ministerii Christi. Witteb. 1604. 4.

Hear. Gartwaithi Harmonia Evangelica. Lond. 1630. 4. Anglice.

Io. Gerhardt. Vide supra in Chemnitio.

Roberti Gouleti. Parisi. 1535. 8. [P]

Frid. Greiffenii. Germanice.

[Harmonie der Evangelisten; d. i. Uebereinstimmung und Vereinigung ihrer Beschreibungen des Lebens Iesu Christi von *Eberh. Dau. Hauber*. Lemgo 1737. 8. Eiusd. Leben I. C. von den vier Evangelisten beschrieben, und aus der vereinigten Erzählung derselben in einen kurzen Auszug zusammengezogen, und mit einer allgem. Einleitung in die Harmonie der Evangelisten begleitet. *ibid.* 1737. 8. Eiusd. harmonische Anmerkungen zu der aus den besondern Erzählungen der vier Evangelisten zusammengesetzten Lebensbeschreibung — I. C. *ibid.* 1737. 8. *Kuim*.]

Io. de la Haye Historiae Evangelicae dispositio, ipsis Evangelistarum verbis ordinata serie distributa. Duaci 1607. 4. Ei. Triumphus veritatis ordinati Evangelii quadriga inuecta SS. Patrum exercitu stipata. *ibid.* 1609. fol.

Io. Henricus Heideggerus libro III. Enchiridii Biblici cap. VI.

Protasius Henriettus. Parisi. 1667. 4. Gallice.

[*Io. Iar. He* Geschichte der drey letzten Lebensjahre Iesu. Tiguri 1781. II. 8. Add. *idem* in Bibl. der heil. Geschichte, vol. I. pag. 24 sq. *Beck*.]

Ioannes Hud. Lond. 1632. 8. Anglice.

Io. Hulfii Collectio gestorum Christi, secundum tres annos praedicationis eius digesta. Inter eius opera Norimb. 1558. fol.

Cornelii Ianfenii Gandauensis episcopi Commentaria in Concordiam Euangel. Lugd. 1571. fol. et 1582. 1594. et saepius aliis in locis.

Cornelii Ianfenii Iprensis Tetrateuchus. Louan. 1639. 4.

Petri de Inrosqui, Nauarri Dominicani, series Euangelii etc. Stellae Nauarrorum 1557. fol.

Davidis Klugii Harmonia Euangelistarum Chemnitio-Lyfero-Gerhardiana in tabulas redacta. Jen. 1670. 4.

Antonii a Koninckstein Enarratio in Monotessaron Euangelicum. Colon. 1539. 8.

Io. Kromayeri, Superintendent. Vinariensis a. 1636. 8. Germanice.

Bernardi Lamy, Presbyteri Oratorii Parisi. Harmonia, siue Concordia IV. Euangelistarum. Parisi. 1689. 12. Eiusd. Commentarius in Harmoniam cum Apparatu Chronologico et Geographico et praefatione, in qua demonstratur veritas euangelii, *ibid.* 1699. 4.

Io. Lightfoot Harmonia Euangelistarum inter se et cum V. T. tom. I. Opp.

De Polycarpi Lyferi Patris (qui a. 1610. Dresdae obiit) Harmonia Euangelica, vide supra in Chemnitio.

- D. Val. Ernesti Loefcheri tentamen accuratae Harmoniae, in relationibus nouantiquis, Germanice editis, a. 1701. pag. 164 sq.
- Eilhardi Lubini Harmonia Graecolatino Germanica. Rostoch. 1616. 4.
- Seuerini Lubomlii Poloni Ord. Praedicatorum. Cracou. a. 1607. fol.
- Reinardi Lutz. Basil. 1561. fol.
- Io. Henrici Maii, Theologi Giessensis, Harmonia Euangelica <sup>f)</sup> omnium dictorum et factorum Domini nostri Iesu Christi vsque ad [P] Pascha *σαυρώσιμον*; perpetua paraphrasi et commentario, ex singulis commatibus cognitionem veritatis et praxin pietatis commonstrante, illustrata. Giessae 1707. 4.
- [A harmony of the four Gospels — by *I. Macknight*. Lond 1763. II. vol. 5. 4. Iac. Macknighti S. T. D. Commentarius Harmonicus in IV. Evangelia, secundum singulorum ordinem proprium dispositus. Ex Anglico latinum fecit, notas et alia nonnulla adiecit *A. F. Rucker-felder*, S. T. D. eiusdem et LL. OO. P. Dauener. Bremae et Dauentriae 1772. 8. tom. II. *Kuin*.]
- Io. Matthaei Historia Iesu Christi e IV. Evangelistis. Norimb. 1568. Germanice.
- [Analyse de l'Evangile selon l'ordre historique de la concorde — per le P\*\*\*. (*Manduit*) — à Caën 1709 — 1712. IV. 12. *Beck*.]
- Gerhardi Mercatoris Harmonia. Duisburgi 1592. 1603. 4.
- Gortwaldi Mefchini tabula nouae Harmoniae Euangelicae, edita Spirae, teste Lipenio.
- Theobaldi Meuschii Harmonia Euang. Hanou. 1604. 4.
- [*Io. Dau. Michaels* in Introduct. in N. T. vol. II. pag. 898 sq. Anweisung wie die von den vier Evangelisten aufgefetzte Nachrichten nach der Zeitordnung auf einander folgen, von *Ioh. H. Dan. Moldenhawer*. Brem. 1781. 8. *Beck*.]
- Caroli Molinaei Collatio et unio Euangelistarum. Hanou. 1565. 4.
- Rich. Montacutius in *Θεωρητικῶν* siue Originibus Ecclesiasticis. Lond. 1636. 1640. fol. duobus volum.
- [A Harmony of the Gospels, in which the Original text is disposed after *le Clerc's* general manner. — Observations are subjoined, tending to settle the time and place of every transaction, to establish the series of facts and to reconcile seeming inconsistencies by *Will. Newcome*. Dublin 1778. fol. *Kuin*.]
- G. Oenopolae Harmonia. Francof. 1607. fol.
- [*Leon. Offerhaus* de vita Iesu Seruatoris O. M. et publica et priuata, ad calcem Spicilegiorum eius histor. chronolog. Grön. 1739. 4.]
- Io. Godfridi Olearii Vita Christi. Halis Sax. 1669. 12. Germanice.
- Andreae Osiandri Harmonia graece et latine libris IV. in quibus euangelica historia e quatuor Euangelistis ita in vnum est contexta, vt nullius verbum vllum omissum, nullum alienum immixtum, nullius ordo turbatus, nihil non suo loco positum: omnia vero literis et notis ita distincta sunt, vt quid cuiusque Euangelistae proprium quid cum aliis et cum quibus commune sit, primo statim adspectu deprehendere queas, addito libro annotationum et Elencho siue Indice per tabulas argumentorum. Graece et Latine. Basil. 1537. fol. et Germanice per Io. Schweinzerum. A. 1540. 8.

Pauli

<sup>f)</sup> Auctor ipse in praef. *Compendium non tantum vasti operis Chemnitio-Lyseriani, Ligtfootiani aliorumque exindeo, sed et occasionem suppedito plura meditandi.*

- Pauli de Palatio. Constantiae 1605. 4.  
 Ioach. Perionii. Paris. 1553. fol.  
 Potensteinii. Amst. 1653. 4. Germanice edita et Lipenio memorata.  
 Dionysius Petavius XII. 18. Doctrinae temporum.  
 Paulus Pezron in Historia Euangelica, per Iudaicam et Romanam confirmata. Parisiis 1696. 12.  
 [A Harmony of the Evangelists in Greck, to which are prefixed critical Dissertations in English, by *Jos. Priestley*. Lond. 1777. 4. *Kuin* ]  
 Io. Georgius Pritius in tabula Chronologica cap. XXXVI. Introduct. in lectionem N. T. Lips. 1704. 12.  
 Barthol. Radmannus de Vita Christi. Francof. 1600. fol.  
 Vincentii Regii e Soc. Iesu dilucidatio Concordiae et Historiae Euangelicae libris VIII. Colon. 1615. fol.  
 Ioannis Pauli Resenii Apparatus Euangelicus siue Harmonia IV. Euangelistarum, nescio an edita.  
 Io. Richardsoni, Ardachadenfis in Hibernia episcopi Harmonia exhibita a Iacobo Vfferio ad calcem Annalium V. T. [P]  
 Ioannis Roberti Arduennatis, e Soc. Iesu, Mysticae Ezechielis Quadrigae, hoc est Sancta Euangelia, Historiarum et temporum serie vinculata. Graece et latine. Mogunt. 1615. fol.  
 Francisci de Roxas Toletani Commentaria in Concordiam Euangeliorum secundum ordinem Euangeliorum totius anni. Madrit. 1621. fol.  
 S. le Roux Concordia IV. Euangelistarum. Paris. 1701. 8.  
 Io. Rubi Hannonii. Colon. 1572. 8.  
 [Ioh. Reinh. Rujr, harmonia euangelistarum ita adornata, vt inuestigata sedulo textus cohaerentia nullus versus siue traiciatur siue praetereatur, sine breui ac succincta explanatione, quo iusti commentarii loco esse queat. Ienae 1727. tom. IV. 8. *Kuin* ]  
 Dan. Sachtii Concordia Euangelistarum, Concionibus 300. explicata. Francof. 1651 1658. 1662. fol. tribus Volum. Germanice.  
 Casp. Sagittarii Harmonia Euangelica Passionis <sup>9)</sup> Iesu Christi. Ien. 1684. 4.  
 Casp. Hermanni Sandhageni Harmonia Euangelica. Luneb. 1684. 1688. 8. Germanice.  
 Iosephus Scalger a Christi baptismo ad mortem vsque computat Paschata quinque pag. 85. ad Euseb. et libro VI. de emendar. temporum pag. 552 sq. Paulo aliter Paschata quinque colligit Wilh. Langius de annis Christi lib. II. cap. 10 sq. Fuere e veteribus, qui vnico tantum anno baptismum Domini et praedicationem passionemque concluderunt, vt patet e Philastrio haeresi 105. aliisque apud Blondellum prolegom. ad lib. de Episcopis pag. 27 sq. et Grotium ad Luc. IV, 19. Eidem sententiae adscriptus nuper est Franciscus

g) Idem argumentum docte persecutus est et Euangelistarum narrationes diligenter inter se contulit Antonius Bynaeus in libris III. de Christo crucifixo Amst. 1691. 1696. 1698. 4. Eiusdem Bynaei de Christi circumcisione liber vidit lucem an. 1690. 4. *Fabric.* [Leidensgeschichte unsers

Hrn I. Christi in ihrer harmonischen Ordnung — neu übersetzt und — erläutert, von Ioh. Adolph Schlegel. L. 1775. 8. Io. Dau. Michaelis Erklärung der Begräbnis- und Auferstehungsgesch. Christi nach den vier Evangelisten etc. Hal. 1783. 8. *Beck.*]

- eifeus Burmannus parte II. Exerc. diff. 2. de intervallo τῆς πολιτείας siue functionis Christi pag. 257. Aliis placet tria tantum Paschata admittere, vt post Irenaeum II. 38. Petauio XII. 17. doctrin. temp. et Norisio Cenotaph. Pisan. cap. XVI. Sed libenter accedo eorum sententiae. qui Ioannis Euangelistae testimonis congruentius Paschata quatuor a Sospitatore nostro post baptismum celebrata esse docent. [Copiose eam quaestionem tractauit b. Io. Godofr. Köner in progr. quot paschata Christus celebrarit? Lips. 1779. 4. add. *Schneider* Bibliothek der Kirchengeschichte vol. I. *Berk*]
- Iusti Georgii Schottelii Harmonia Euangelica. Brunsvic. 1675. 8. Germanice.
- Andreae Seelmatteri, Heluetii. Basil. 1612. 4. itidem Germanice.
- Nicolai Selnecceri Explanationes Harmoniae Euangel. Lips. 160. 4. 8
- Casparis Serrano Lusitani Compendium Concordiae Euangel. Iansenii Gandauenfis. Colon. 1593. 8.
- Georgii Sigelii Historia Iesu Christi. Norimb. 1585. fol. [?]
- Barthol. Siultati Diarium humanitatis Christi. Francof. ad Viadrum 1600. 4. Germanice. [Fr. der. *Spanhemii* Opera vol. I.]
- Georgii Steinhardi Euangelistarium. Lips. 1593.
- Rob. Stephani Harmonia-Euangel. Paris. 1553. fol.
- [Harmonia quatuor Euangeliorum et reliqui N. T. libri — ordine chronol. digesti. cura *Erh. Stephan*, Argentorati 1779. 8. *Bick*.]
- Io. Stineri. Colon. 1629. fol.
- Taylori vita Christi. Lond. 1657. fol. Anglice.
- Salamonis Van Gill. Harmonia Euangelica, commentario in Matthaeum adiuncta. Dordraci 1687. 4. Belgice.
- Sebast. Nanus Tilemonius parte I. memoriarum, ad Hist. Ecclesiasticam spectantium. Paris. 4. et Bruxellis 1694. 12. Gallice.
- Io. Mariae Verrati, Carmelitae, Harmonia Euangelica. Venet. 1571.
- Didaci Villalobos. Pintiae 1555. fol.
- Abrahami Coueti de Vivier Historia Euangelica, ordine naturali digesta ita, vt ratio habeatur potissime locorum, in quibus Dominus est versatus. Prodiit Hagae Comm. 1705. 4. Gallice.
- Pauli Voëtii. Amstelod. 1654. 4.
- G. Ioannis Vossii Harmoniae Euangelicae de passione, morte, resurrectione ac adfectione Iesu Christi, Seruatoris nostri, libri III. Amst. 1656. 4. Eiusdem liber de Genealogia Christi. ibid. 1643. 4. et inter Opera VI. vol. in fol. edita.
- Iac. Vsserius. Vide supra Anonymus, et Richardson.
- Mich. Waltherus (pater) in Harmonia biblica. Argentor. 1627. 4. Norimb. 1654 et 1696. fol. quae audior est editio.

[William

n) De hoc argumento consulendum Petri Pontani diallacon Theogeneologium cum arena satrum Graecorum in Museo editum Rom. 1645. fol. [add. *I. S. Baumgarten* Abh. von dem Geschlechtsreguter Iesu. Hal. 1754. 4. *Rich. Par-*

re Genealogies of Iesus Chr. in Mattheo and Luka, Lond. 1771. P. Cap. *D. W. Genealogia Iesu hominis optimi maximi*, Götting. 1778. 8. *Berk*.]

[*William Whiston's* short view of the Chronologie of the Old Testament and of the Harmony of the four Euangelists. Cantabrig. 1702. 4. *Kuin.*]

Georgii Wirth, Professoris Lips. Hortulus e IV. Euangelistis. Francof. 1610. 4.

Dan. Witby in Indice Chronologico post commentarium in N. T. Lond. 1703. fol. Anglice.

Philippi Ziegleri Concordia Euangel. Francof. 1620. fol. Germanice.

## XX. *Distinctio librorum N. T. in capita et versiculos.*

Antiquissimi codices scriptorum sacrorum Noui foederis quemadmodum nullis accentibus atque interpunctionibus, sic nulla [P] quoque capitum notatione distincti fuerunt. Primum capitulorum distinctionem (quemadmodum V. T. libris Paralcharum et Haphtararum) videtur libris Euangelicis et Apostolicis<sup>i)</sup> intulisse vsus lectionum publicarum in Christianorum coeſibus, vnde pericoparum et capitulorum iam apud *Iustinum Martyrem* et *Tertullianum* mentio occurrit. De illorum ἀναγνασμάτων ratione consulenda clarissimi viri *W. E. Tentzelii* erudita diatriba de ritu lectionum sacrarum. Witteb. 1685. 4. Deinde ob alias etiam causas in capita diuidi coeperunt, vel ad Euangelistas inter se conferendos, vel ad verba scriptorum alleganda et tanto facilius reperienda, quem vsum omnium postremo loco, et multo demum tempore interiecto veteres respexisse est credibile. Ad conferendos inter se Euangelistas primum capitum distinctionem (quae forte nec in *Tatiani* Monotellaro nulla fuit) scrip̄is Euangelicis applicuisse videtur *Ammonius Alex.* quem in Canonibus Euangelicis, de quibus supra dixi, Eusebius fuit securus. Qualis illa fuerit, Canones Eusebiani, qui adhuc exstant, *Ammonii* Harmonia, et κεφαλαίων illorum, siue capitulorum numeri, in marginibus plerorumque codicum N. T. et in Hieronymo adnotati, ignorare nos non sinunt. Praeterea a *ud Euthymium* Matthaeus dissecitur in pericopas maiores LXVIII. Marcus<sup>h)</sup> in XLVIII. Lucas in LXXXIII. Ioannes in XVIII. [Conferri possunt edd. criticae N. T., vt *Wetstenii*, *Bucenii*, *Mattiaci*, *Alicri*, vbi in fine librorum e codd. afferuntur numeri capitulorum et versuum. *Beck.*] Singulorum pericoparum inscriptiones graecae siue argumenta paucis verbis comprehensa leguntur in quibusdam editionibus N. T. vt *Rob. Step̄ani*, et ante commentaria *The phylotici* in IV. Euangelia, atque in reliquos N. T. libros (excepta Apocalypsi) ante commentaria *Oecumenii*, vnde illa depromit, atque in Exercitationibus suis ad N. T. graece descripsit *Daniel Heinsius*, qui et editioni N. T. *Elzevirianae* a. 1633. 12. iussit adnecti. Ex *Heinsio* dedit illa etiam *D. Georgius Pritius* introductione in lectionem N. T. cap. XXV. Apud Latinos aliae videntur obtinuisse distinctiones; nam *Hilarius* in commentariis suis Matthaicum diuidit in Canones XXXIII. Alii eundem distinxere in capita XCIV. Lucam in CVII. Denique in latinis atque inde in vniuersis per occidentem ecclesis obtinuit distinctio capitum, quae *Hugoni*, cardinali, vulgo, tanquam auctori, tribuitur<sup>i)</sup>, qua Matthaicus v. g. dissecitur in capita XXVIII. Marcus in XVI. etc. Sic capita etiam

i) Serius epistolae Pauli in capita diuisae sunt. vid. *Mini* Prolegg. §. 65. 738. *Wetsten.* Prolegg. pag. 178. edit. Seml. *Rumpaci* commentatio critica ad libros N. T. §. 33. 34. *Kuin.*

h) Ita et in Catena ad Marcum Possiniana.

i) Sed Hugonem auctorem fuisse, maximopere incertum est; vt ostendit pluribus *Doederlein* in

etiam maiora videmus Graecis in vsu fuisse praeter minora illa κεφάλαια siue sectiones, vt patet e *Suida*, in Τίτλος et κεφάλαιον, qui ait, Matthaeum habere τίτλος siue capita maiora LXXVIII. at κεφάλαια siue capitula minora 355. Marcum titulos XLVIII. capitula 236. (nam πλς'. [P] legendum pro λς'. vt *Simonius* et alii monuere) Lucas titulos LXXXIII. capitula 348. Ioannes denique titulos XVIII. capitula 232. Sic Apocalypsin in Λόγος XXIV. capitula 72. diuisit *Ananias Caesareensis*. Sic Latini in bibliis suis ante versiculorum rationem receptam capita singula diuiserunt per litteras A. B. C. etc. quarum notationem etiam sequuntur antiquiores editiones Concordantiarum.

Denique fuit distinctio librorum sacrorum in Στίχες, quae in diuersis codicibus perquam exstitit diuersa, vt patet ex antiquis *σιχομετρίαις*, qualem habes ad calcem Chronographiae *Nicephori*, CPol. editionis *Staligeri*, et in operibus posthumis *Petri Pithoi*, adiuncta versione latina *Anastasio*, bibliothecarii, vnde recudi eam curauit in criticis sacris Anglis *Ioannes Pearsonus*, *Iacobus Goar* ad calcem *Syncelli* et *Fibrotus* ad calcem Historiae Ecclesiasticae *Anastasio*. Alias *σιχομετρίαις* et indiculos librorum sacrorum e MSS. codicibus vulgauerunt *Cotelerius* ad Patres Apostolicos tom. I. pag. 117. *Io. Morinus* in Exerc. Bibl. *Richardus Simon* hb. I. Hist. Crit. cap. vltimo: *Iosephus Maria Thomaeus* siue *Carus*, et *Laurentius Alexander Zaccagnius*. Ceterum de tota illa ratione *συχων* apud veteres consulendi praeter iam laudatos *Salmasius* in prolegomenis ad Solinum, *Dan. Heinsius* in Aristarcho sacro cap. XIII. *Io. Crocius* Obs. in N. T. cap. X sq. *Balthasar Stolbergius* Exerc. VII. et XI. earum quae libro de solocismis et barbarismis, Noui Test. dictioni falso imputaris, subiiciuntur, *Ioannes Henricus Maius* in examine Hist. Crit. N. T. cap. XXXIII. *Io. Georgius Pritius* introductione in N. T. cap. XXIV sq. et *Hunfredus Hody* de Bibliorum textibus originalibus IV. 4. pag. 644 sq. <sup>m</sup>) Vt autem de proportione *συχων* ad κεφάλαια et τίτλος aliquomodo constet, quatuor euangelistae v. g. diuisi erant in maiores sectiones CCXVII. capitula minora MCLXII. vt computant etiam *Epiphanius* et *Caesarius*, sed *συχες* siue versiculos 9900. Hodiernam librorum N. T. in versus distinctionem, iam supra notauimus, nos debere *Roberto Stephano*. Quemadmodum et hoc iam obseruatum a multis est, distinctionem hanc, tam capitulum, quam versuum, quali hodie vtimur, licet ad loca euoluenda vtilissimam et propterea aliquo modo necessariam, non tamen semper ita esse comparatam, vt lector ad sensum sacrorum scriptorum rectius intelligendum sit subsidio, atque vbi vel argumentum vel sententia definit, iubeat paulisper veluti subsistere, sed non raro diuellat coniungenda, et quae, diuelli oportebat, coniungat. [P] *Fabric.*

## XXI. De

*Literarischen Museum* (Aldorf. 1778. B. I. p. 203. et p. 16 sq. vbi describit *Correctorium* Hugonis biblicum, quod etiam in nostra Bibl. Paulina adseruatum, in quo non modo deprehenditur distinctio capitulum, quae in antiquiori *Correctorio* Parisiensi reperitur, sed ipse quoque *Hugo*, cardinalis, in hoc libro initia capitulum passim ac-

curatius, quam haecenus factum erat, constituit. *Kuin.*

<sup>m</sup>) *Millii* Prolegg. p. 90. edit. *Küsteri*, *Westen.* Prolegg. in N. T. pag. 9. 10. 195 sq. edit. *Seml. Kuin.*

XXI. *De stilo Noui Testamenti et Lingua Hellenistica.*

[Sermonem graecum, quo vsi sunt scriptores N. T. non esse pure graecum, nedum atticum, (attica enim oratio iam dudum ante Christi tempora in vita quotidiana vsurpari desit,) nostris temporibus doctissimus quisque concedit. Concedunt omnes, hos ipsos N. T. libros compositos esse oratione Macedonia et Alexandrina. (cf. *Frid. Guil. Sturz*, de Dialecto Alexandrina ratione simul habita versionis librorum N. T. graecae Lips. 1786. 4. Diss. II. et III. Gerae, 1790. 1793.) eademque quam plurimis Hebraeae linguae dicendi formulis immixta, ut adeo stilius N. T. possit recte non inari *hebraeo-graecus*, cuius sermonis cognoscendi basin in versione graeca V. T. Alexandrina esse, rectissime inouit *E. Nestius*, paulo post citandus, pag. 85. § 21. *Goutsch* Spec. exercit. grammaticae ad illustrandum N. T. e versione LXX. interpr. Fran. of. et Lips. 1786. 8.) siue ut *Scoligero* (Animadu. ad Euseb. p. 134.) *Dryfoque* placuit. *hellenisticus*, per quem tamen stilium hellenisticum, ut hoc obiter moueamus, non debet cum *D. M. H. H. H.* (Diss. de Hellenistis et L. Hellenistica, et praef. ad Nouu. et Exercit. ad N. T.) peculiaris dialectus intelligi, ut recte docuit *Salmassius*. vid. *E. Nesti* Institutio interpretis N. T. part. I. sect. II. cap. III. edit. *Anthoni*. Praeterea etiam multae voces et formulae suam debent originem Latorum, Syrorum, Chaldaeorum Rabinorumque loquendi consuetudin; cons. *Olearius* de Stilo N. T. *Sam. Wernersii* Diss. de stilo scriptorum N. T. Basil. 1698. in Opusc. tom. I. pag. 311. Lausannae 1729. 4. *Weistinius* ad Act. XIII. 48. *Michaelis Einleit. Th. I.* Quae quidem omnia quanquam sunt in aprico posita, nihilominus tamen fuerunt, imprimis circa finem saeculi superioris et huius nostri initium, qui vel superstitio quadam anili, vel rixandi studio commoti, ut aliis laudem doctrinae obtinerent, obscura diligentia ostendere conarentur, Apostolos non solum bene graece sed et Attice sciuisse ac scripsisse. Et primus quidem, qui elegantiam graecae orationi N. T. singulari libello asserere conaretur, fuit *Sebastian. Pfochenius*, cuius diatribe primum exiit Amstel. 1629. iterum 1633. 12. Sed refutarunt eum *Coccius*, in stricturis, *Thomas Gatackerus*, in diss. de stilo N. T. et *M. J. Solanus*, cuius diss. inserta est Rhenferdi syntagmati. Neque tamen defuerunt, qui Pfochenii partes defenderent, inter quos eminebant *Anton. Blackwallus* in opere inscripto: auctores sacri classici defensi et illustrati, s. critica sacra N. T. in latinam linguam conuerso a *Christi. Wollio* Lips. 1736. 4. angliae ediderat auctor Lond. a. 1727. et 1731. 8. Voll. II. et *Christi. Sigism. Georgius*, qui scripsit *Vindictarum N. T. ab Hebraeis libros tres quibus quidquid Hebraismi a Thoma Gatackero, Joh. Porstio, Joh. Obario, reliquis graecae N. T. diuinitas est adscriptum, tum argumentis, tum testimoniis, ex probatissima antiquitate graeca eruitur*, Francof. et Lips. 1732. 4. idem *Georgius* aliud quoque opus edidit hoc titulo: *Hierocritus N. T. sive de stilo N. T. libri tres, quibus de lectus N. T. attica a Phrynichi, Thoma Magistri, Claudii Salmassi, Georgii Posiris, Casp. Wylfii, Io. Leucanii, Io. Olearii, vel quorumque d. prauatibus literatur atque ab idiotismis, ionismis, dorismis, aeolismis, boeotismis, syroch. idiomis, robbinismis et pessimis vindicatur* Viteb. et Lips. 1733. 4. [Successerunt, qui e script. graecis et lat. vel pluribus, ut *Iac. Elserus, Io. Albertius, El. Palairetus, Geo. Dou. Kyphus*, vel singulis, ut *Geo. Raphaelus* ex Herodoto, Xenoph. Polyb. Arriano. *Io. Fr. Muntze* e Diod. S., *Tob. Eckhardtus* ex Aristophane; *Gocherius* ex Euripide etc. Observationes in N. T. congererent. *Beck*] Contra vero inter eos, qui linguam scriptor. N. T. hebraeo-graecam fuisse docerent, principes fuerunt *Joh. Olearius, Gatackerus* et *Joh. Vossius*, qui scripsit commentarium de Hebraismis N. T. qui cura *Joh. Frid. Fischeri*, denuo prodit Lips. 1778. *Kuin*.]

Sed apponantur nunc libelli utriusque sententiae defensorum, eo ordine quo eos *Fabri-*  
*cius* noster citavit:

Dissertationum Philologicarum de stilo N. T. Syntagma, a Iacobo Rhenferdo collectum, addita ipsius diss. de saeculo futuro. In isto habes 1) *D. Io. Olearii* diss. inauguralem de stilo N. T. Lipsiae a. 1668. 4. editam atque inde saepius recusam: 2) *Io. Henrici Boecleri* [P] diss. eiusd. argumenti vulgatam Argentorat. 1642. 3) *Sebast. Pfochenii* diatriben de linguae graecae N. T. puritate Amst. 1629. 8. atque inde saepius excusam. 4) *Io. Cocceii* stricturas eo usque ineditas pro Pfochenio aduersus Gataeck rum. 5) *Balth. Bebelii* Exerc. de phrasi N. T. Witeb. 1659. 6) *M. Solani* diss. sub Rhenferdii praesidio contra Pfochenium habita. 7) *Martini Petri Cheitomari* Graecobarbara N. T. quae Orienti originem debent. Amst. 1649. 12. 8) *Io. Henrici Hottingeri* de usu scriptorum Hebraicorum in N. T. 9) *Io. Leusdenii* diss. X. sq. Philologi Hebraeo Graec. in quibus succincte agitur de dialectis et XXXI. generibus Hebraismorum N. T. e *Casp. Wyssii* dialectologia sacra, Tiguri 1650. 8. et *Io. Vorstii* libris duobus de Hebraismis") N. T. Lugd. Bat. 1648. 10) *Io. Vorstii* de Adagiis N. T. 11) *A. Kesleri*, Superintendent. Esfeldensis, de dictorum V. T. allegatione in Nouo. 12) De stylo sacrarum litterarum et praesertim N. T. Graeci, nec non de Hellenistis et Hellenistica dialecto doctissimorum quorundam tam veteris quam recentioris aevi scriptorum sententiae, a *Iacchimo Iungio* \*) collectae et editae Hamb. 1639. 4. occasione litis, quae ipsi cum nonnullis intercessit, de qua vide, si placet, *Io. Molleri* Isagogen in hist. Chersfonnesi Cimbricae pag. 586 sq.

Syntagma dissertationum de stilo N. T. Graeco, quas collegit *Taco Hajo van den Honert*, Ecclesiae Amstel. Pastor, Amst. 1702. 4. In hoc exhibentur: 1) *H. Stephani* dissertatio huius argumenti quam editioni N. T. a. 1576. praefixit, [Illam dissertationem *Wala-*  
*laus* in limine libror. N. T. historicorum perpetuo commentario illustratorum. Lugd. Batau. 1653. 4. et Amstelod. 1662. 4. recusam dedit; ob praestantiam vero eam *Ioh. van den Honert* Syntagmati dissertationum de stilo N. T. graeci inseruit. vid. *Masch. Bibl. sacr.* tom. I. pag. 223. *Kuin.*] pollicitus librum integrum de puritate dictionis N. T. qui non vidit lucem. 2) *Theod. Bezae* de dono linguarum et Apostolico sermone diss. e commentario ad Act. X, 46. et fragmentum Epistolae ad Elisabetham, reg. commentario in N. T. praefixae. 3) *G. Poforii* Ideam dialectorum N. T. 4) *Io. Georgii Straube* [P] disp. philologicam de emphasi graecae linguae N. T. 5) *Houerti* ipsius Epistolam ad Abrahamum Boddens de stili N. T. puritate.

*Eliae*

n) Nimis a *Vorstio* Hebraismos multiplicari, monuit ipsum *Reinesius* Epistola ad eum XIV.

o) Huic collectioni *Iacobus Grossius*, Pastor Hamb. ad S. Catharinae, opposuit triadem propositionum theologiarum, stylo N. T. graecum a barbaris criminationibus vindicantium et sententiam Criticorum, qui Hellenismum propugnant nihil illius relictudini derogare ostendentium, Ienae 1640. 12. *Grossio Daniel Wulferus*, No-

rimbergensis, opposuit Innocentiam Hellenistarum vindicatam (sine auctoris et loci notatione) in 12. Respondit *Grossius* in obseruationibus pro triade propositionum Apologeticis. Cumque *Io. Musaeus*, Theologus postea celeberrimus a. 1641. edidisset disquisitionem de stylo N. T. in qua *Grossii* tria propositionum et obseruationum Apologeticarum modeste examinatur, respondit *Grossius* in tertia defensione. et vindictis disquisitionis *Musaeanae* a. 1642. editis, in defensione quarta.



*Eliae Benoijt*, Delfensis Ecclesiae V. D. ministri, aduersus Honerti epistolam amica expositulatio. Delfis 1703. 4. Honerti responsio etc.

*Matthias Flacius* parte II. Clavis S. Scripturae tractatu V.

*Salomō Glassius* in philologia sacra lib. I. tractatu III. etc.

*Io. Henricus Maius* in Examine Hist. Criticae N. T. cap. XXVI et XXVII.

*Claudii Salmastii* de Hellenistica Commentarius, controuersiam de lingua Hellenistica decedens et plenissime pertractans Originem et dialectos graecae linguae. Lugd. Batav. 1643. 8.

*Dan. Heinsii* Exercitatio de lingua Hellenistica et \*) Hellenistis. Lugd. Bat. 1643. 8.

*Claud. Salmastii* funus \*) linguae Hellenisticae, siue confutatio exercitationis de Hellenistis et lingua Hellenistica. *Cui libet exequias ire Hellenisticae, i, licet. Ecce illa iam effertur.* [P]

Eiusdem ossilegium Hellenisticae, siue adpendix ad confutationem exercitationis de Hellenistica. ibid. 1643. 8.

*M. Iacobi Bohlii* iusta et moderata absentiae ab exsequiis et iustis funebribus, funeri linguae Hellenisticae paratis, excusatio et venia. Regiomonti 1647. 4.

*Martini Schoockii* de Hellenistis et lingua Hellenistica diff. ad Heinsium et Salmasium. Vltraï. 8.

*Io. Croius* in obseruationibus ad N. T. contra Heinsium cap. XXX—XXXIV. Geneu. 1645. 4.

*Dan. Heinsius* in Apologia aduersus Croium. 12.

*Matthaei Cottierii* de Hellenistis et lingua Hellenistica exercitationes secundariae. Argentorat. 1646. forma minore.

V v v v 3

Tho.

p) De Hellenistis Act. VI, 1. IX, 29. et XI, 20. memoratis, septem sententias eruditorum reperio, e quibus perplacet mihi *prima* Lud. Cappelii Opp. posthum. pag. 294. cui Hellenistae sunt Ethnici. *Secunda* est H. Vossii cap. vlt. de Sibyllinis, atque intelligit Iudaeos, Ethnicorum Romanorum partes secutos, aut qui in eorum stipendio vixerunt. *Tertia* Erasmi, qui nomen Hellenistarum factionem etiam innuere existimat, non tantum nationem aut linguam. *Quarta* Petri de Marca VI. de concordia Sacerdotii et Imperii c. 1. pag. 59. e cuius sententia Hellenistae sunt Iudaei dispersionis secundae, in provinciis Graecorum siue gentilium dispersi. *Quinta* Io. Lightfooti, qui Hellenistas fuisse existimauit Iudaeos, habitantes in gentibus, neque gnatos linguae hebraicae, sed quamuis aliam illius in qua versarentur gentis linguam solito loqui. *Sexta* Hellenistas accipit de profelytis iustitiae e Graecis. Ita Ioach. Camerarius, Beza, Salmasius, Croius, Pearso-

nus lectionibus ad Acta Apostol. pag. 52 sq. Matthaeus Cottierius; Guil. Caueus, et Sam. Basnage ad A. C. 35. nr. 7. *Septima* denique Hellenistas contendit fuisse Iudaeo Graecienses ελληνιστὶ διαλεγόμενος (ita Syrus, Chrysoft. Theophylact. Occumen. et in versione Graecobarbara Maximus Margunius) verbis graecis, phrasibus vti solitos hebraicis et extra Iudaeam habitantes. Ita Iosephus Scaliger. ad Eusebii nr. 1734. Dan. Heinsius in Exerc. ad N. T. et in aliis quae memorauit scriptis, Drusius, Hugo Grotius, Hammondus, Rich. Simon, Cocceius praefat. ad Cod. Sanhedrin, Io. Seldenus, Dionys. Petauus, Constantinus l'Empereur, Barthol. Maierus in Philologia sacra alii-que.

q) Hugo Grotius Epistola 694. notat ex ipsius Salmastii concessis, facile posse componi librum de lingua Hellenistica rediuiua. Confer Rich. Simonis Hist. Criticam N. T. cap. 27 sq. et nouas obseruationes cap. 5.

*Tho. Gotkri* de stilo N. T. aduersus Pfochenium. Lond. 1648. 4. et vna cum eius Cinno, Aduersariis et aliis Operibus Criticis. Traiecti ad Rhem. 1698. fol.

*Horatii Vitringae*, Campegii F. animaduersionum ad Io. Vorstium de Hebraismis N. T. specimen. Ad calcem obseruationum Miscellanea um Lamberti Bos. Francq. 1707. 8. [et in *I. Fr. Fischeri* editione Operis Vorstiani. Lips. 1778.]

[*Pauli Sterogii* dissertatio hellenistica, qua vnico exemplo maximus linguae hellenisticae vsus in interpretatione scripturae ostenditur. — Exstat in eius disputat. acad. pag. 933. et in *Crenii* Analectis philologico-critico-historicis pag. 334.

*Henrici Kippingii* exercitatio de lingua hellenistica, in *Crenii* Analectis pag. 321 sqq.

*Samuel Meuii* dissertatio de lingua hellenistica. Viteb. 1661.

*Io. Theodor. Leubscheri* Diss. de lingua noui testamenti hellenistica. Viteb. 1691. *Kuin.*]

*Rob. Boyle* de stilo sacrae Scripturae. Oxon. 1665. Geneu. etc. 4.

*Balthasaris Stolbergii*, Prof. Witebergensis, liber de soloecismis et barbarismis graecae noui foederis dictioni falso tributis, vt et de Cilocismis aliisque a D. Paulo noue vsurpatis, cum exercitationibus XII. Philologicis. Witeb. 1681. 4. praemissa praefatione C. S. Schurzfleischii. [Viteb. 1685. 4. tertia editio Viteb. 1688. 4.]

[*Ioh. Conr. Schwarz* soloecismi discipulorum I. C. per amorem veritatis diuinae, a Luthero restituae antiquitati Coburgi 1730. 4. postquam de soloecismi natura disputauit, scriptores sacros contra huius vitii criminationem defendit.

*Ioh. Erici Ostermanni* positiones philologicae, graecum N. T. contextum concernentes Viteb. 1649.

*Georg. Guil. Kirchmaieri* noui foederis graeci defensio a soloecismis, barbarismis, hebraismis. Viteb. 1732. 4.

*Laurenti Mulleri* diss. de stilo idiotico, scriptoribus N. T. praecipue Paulo a criticis adfecto. Schleusingae 1718. *Kuin.*]

*Pauli Antonii* de N. T. philosophismis siue dictionibus philosophicis exercitatio. Lips. 1686. 4.

*Nic. Angardi*, Prof. Eloquentiae Sorani, de stilo N. T. diss. Sorae 1655. 4.

[*Ioh. Erhard Kappii* diss. de N. T. graeci latinismis, merito ac falso suspectis. Lips. 1726.

*Christ. Sigism. Georgii* de latinismis, graecae N. T. dictioni immerito adfectis. Viteb. 1731. aduersus Kappium.

*Sigism. Frid. Doesig*, vindiciae dissertationis de N. T. graeci latinismis merito et falso suspectis Lips. 1732.

*Chr. Sig. Georgii* Apologia dissertationis de latinismis graecae N. T. dictioni immerito adfectis.

*Dresigius* tum edidit: *Vindicias dissertationis de N. T. graeci latinismis merito et falso suspectis a nupera apologia adsertas*. *Georgius* autem non modo scripsit: *apologiam dissertationis de latinismis graecae N. T. dictioni immerito adfectis vindicatam*, sed etiam

etiam omnes libellos, in vtramque partem scriptos, coniunctim edidit sub titulo: Hie rocritici Noui foederis pars secunda, siue controuersiarum de latinis N. T. libri tres. Viteb. 1733. 4. *Kuin.*]

[*Io. Olarii* de filio N. T. liber — auctas a *Io. Cour. Schwartz.* Accedit *Io. Henr. Boecleri* de lingua N. T. originali Dissertatio. Coburgi 1721. 8.

*Io. Cour. Schwarzii* Commentarii critici et philologici linguae gr. N. T. Lips. 1736. 8.

*Io. Vorstii* Commentarius de Hebraeis N. T. Accessere praeter eiusdem cogitata de filio N. T. et diatriben de Adagiis N. T. *Horatii Vitrinae* Animaduersiones ad Comm. de Hebr. Curauit *Io. Fr. Fischerus*, L. 1778. 8.

*Io. Fr. Fischeri* Supplementorum Commentarii Vorstiani de Hebr. N. T. Specimen I. II. III. Lips. 1799. sq. 4.

*Io. Leusdeni* de dialectis N. T. singulatim de eius Hebrais libellus iterum editus a *Io. Fr. Fischer* ro. Lips. 1792. 8. Add. *I. F. Fischeri* Prolusiones de Vitis Lexicorum N. T. Lips. 1791. 8. *Beck.*]

Haec de Noui foederis libris dicta sufficiant, quibus tunc demum recte et salutariter vtemur, non quando ista de quibus hactenus disserui, quantumvis subtiliter discusserimus, aut totum etiam sacrum codicem teneamus ad vnguem, sed quando illis, tanquam voce (quae profecto est) diuina, ad fidem, atque amorem Dei hominumque patiemur nos adduci, vt per fidem vita beata ac sempiterna in nomine Iesu Christi perfrui possimus. [F] *Fabric.*

## INDEX SCRIPTORVM A GEMINO MEMORATORVM.

*Fabricius* supra in cap. XVIII. pag. 32. dederat *indicem* scriptorum, a *Gemino* citatorum. Idem tamen quoriam in volumine decimo, ab initio, alium *indicem*, ad paginas edit. Altorffinae 1590. 8. confecit, eum, supra omissum, hic subiungam. *Harl.*

Aratus, 59. 103. 105. 119. 185. 231.

Aristoteles, 233.

Boëthius, philosophus, 233.

Calippus, 139. 143. 45. 245. 247. 249. 251. 253. 255. 257. 259 sq. ad 265.

Chaldaei, 23.

Callimachus, 45.

Cleanthes, Stoicus philosophus, 199 sqq.

Crates, grammaticus, 83. 87. 201. 203.

Dicaearchus, 211. male Δικαίναρχος.

Dositheus, 245 sqq. ad 265.

Eratosthenes, 127.

Euctemon, 140. 245 sqq. ad 265.

Eudoxus, 125. 233. 245 sqq. ad 263.

Hesiodus, 215.

Hipparchus, 43. 45. 47.

Homerus, 83. 87. 89. 203. 223.

Meton, 245.

Philippus, 139.

Polybius, 205.

Pytheas, 83.

Pythagorei, 9. 11.

FINIS VOLUMINIS QVARTI.

Incidi in quaedam errata typographica; nam singulas paginas foliaque recognoscere, propter temporis angustias negotiorumque multitudinem non licuit mihi quae ut corrigas, L. B. reliqua- que, quae occurrant, infirmitati humanae condones, oro TE rogoque obferuantissime.

---

- pag. 135. in not. v lin. 2. l. *μαναστρης*.  
— 250. lin. penult. l. *indicari*.  
— 261. lin. 21. l. *sive loco sine*.  
— 347. not. i col. 1. lin. 4. loco *Eutroonii* l. *Eutecnii*.  
— 413. lin. 27. pro *Strabone* l. *Stratone*.  
— 417. lin. 29. pro *et* l. *at*.  
— 418. lin. penult. contextus pro *Strabone* l. *Stratone*.  
— 422. lin. 33. dele signum parentheseos post voc. *Schneidero*.  
— 427. lin. 12. l. *tribuitur*.  
— 429. lin. 16. l. *eruditasque*.  
— 434. lin. 19. pro *inone* l. *vno*.  
— 437. lin. 22. post: *vnus e Fabric.* adde: *sed non fuisse ex illis, V. D. ipse mihi scripsit.*  
— 440. lin. 19. post: *Parisis* adde *lucernam*.  
— 444. lin. 2. post: *editio*, adde *ab altera*.  
— 459. lin. 29. pro: *Alcatam* l. *Alcaeam*.
-











University of Toronto  
Library

---

**DO NOT  
REMOVE  
THE  
CARD  
FROM  
THIS  
POCKET**

---



